A

Ex libris eruditissimi Viri Antonii Magliabechij

~~X 5 X~~ XXXIII

5055

2
4
60

R. P. D. IOAN. ANGELI
BOSSII,
EX CLERIC. REGVL. BARNABITIS,
CONGREG. S. PAVLI,
TRACTATVS
DE PECVLIARI EFFECTV
CONTRACTVS MATRIMONII, NEMPE
de Dote Filiabus danda, déque Dote in vniuerſum
iuxta vtrumque forum:

IN QVO MORE AVTHORIS CONSVETO omnia ordinatè, clarè & exactè, propoſitis hinc inde atque examinatis, ac diſcuſſis Theologorum, necnon Iuriſperitorum præſertim recentiorum opinionibus pertractantur;

AD VSVM VTRIVSQVE FORI IVDICVM, ADVOCATORVM, & Profeſſorum, ac Studioſorum Iuris Canonici, & Cæſarei.

EDITIO SECVNDA A MENDIS EXPVRGATA.



LVGDVNI,
Sumptibus Laurentij Arnaud, Petri Borde, & Soc.

M. DC. LXXIV.

CVM APPROBATIONE ET PERMISSV.

EMINENTISSIMO AC REVERENDISSIMO D.D.

MARCELLO, S.R.E. CARDINALI S. CRVCIO, EPISCOPO TIBVRTINO.

DON JOAN. ANGELVS BOSSIUS,
ex Cler. Reg. S. Pauli, Felicitatem.

ANIMO *mecum cùm accuratius reputarem ; an poſt cæteræ mea opera quæ lucem aſpexerunt* Supremo Eccleſiæ Præſuli *Superſtiti Conſecrata, huic Tractatui de Dotibus* Patronum *quærerem, cuius ſplendore colluſtratus, & protectione munitus obtrectantium aculeos ſecurius euitare, & per manus hominum tutius peruagari poſſet, depulsâ hæſitatione* Te, eminentiſſime Princeps, *deligendum decreui, expoſcente opere de Dotibus commendari viro protectori omnibus animi dotibus prædito, in* Te *ſi quidem excolendo concurrunt omnium virtutum (quæ verè ditiſſimæ Dotes) naturalium, & ſupernaturalium ornamenta, capax indoles, ingenium perſpicax, morum probitas, atque vitæ inculpatæ integritas, Pietas, Religio, Sapientia, Prudentia, ac perfecta rerum agendarum & priuatum, & publicum Reipublicæ præſertim Eccleſiaſticæ commodum reſpicientium peritia, quemadmodum tua anteacta geſta comprobarunt : Quæ nobiliſſima ornamenta* Eminentiæ tuæ *maximam conciliant authoritatem, & eximiam atque optimam de* tua Perſona *pariunt apud omnes opinionem, vt non ſolùm purpura, qua ſplendeſcis, ſed & Regno habearis digniſſimus. At hæc generatim : quæ vt magis magiſque colluceant, ſingularia curſus totius vitæ* Eminentiæ tuæ *placet paucis perſtringere, & ſilentio præteritis tuorum natalium fulgoribus nobilitate, & antiquitate proſapiæ ab initio conditæ vrbis, & anterius originem trahentis : ex qua præter illos Primores Voluſium*

Valerium (à quo in vrbem tranſlata) & Publium Valerium (à quo cognomen de Publicolis) longa ſerie inclytæ virtutis viri prodiere; magni Heroës, ſtrenuiſſimi, atque inuictiſſimi Duces peritia æquè, ac fortitudine militari conſpicui, artis politicæ peritiſſimi, qui Rempublicam ſapienter, & feliciter adminiſtrarunt, iuris humani, ac diuini ſapientiſſimi, & omni eruditione periti, ſimul ac morum probitate, pietate, ac religione Eminentiſſimi Eccleſiaſticis honoribus, thiaris, purpura cohoneſtati, aliiſque muneribus, & gradibus ampliſſimis aucti; His, inquam, (quæ alij fœcundiori, & feliciori ſtylo ſunt proſequuti) & aliis extrinſecis prærogatiuis, vnde aſcititius tantum ſplendor perſonæ accedit, ſilentio præteritis: Ecce Tu (Eminentiſſime D.) *cunis euolutus optimorum cura parentum ſtatim illo timore imbutus, qui verè bonos, & ſapientes efficit, puer adhuc puerilia, & mollia exoſus morum compoſitioni, & hæreditariæ ſanctimoniæ in ſtemmate eluceſcenti Te totum dediſti, vt tibi paruulo non alia fuerint chariora, quàm pietatis cultus, & honeſtas vitæ: quam vt inculpatam duceres, non ignorans otij, deſidiæque labem, vnde cætera vitia penè omnia non aliter, quàm ex fonte quodam perenni ſcaturiunt, ac in vniuerſas vitæ noſtræ partes latiſſimè ſeſe diffundunt, ſedulò eſſe fugiendam, bonorum artium, & diſciplinarum, atque ſcientiarum ſtudio infantia illicò eductus Te dedicaſti; & in humanioribus, & politioribus literis vix pubes plenè eruditus iuriſprudentiæ, quæ iure Romano, & Sacris Canonibus continetur, ſtrenuam operam dediſti; libris noctu, diu aſſiduus, accubus; vt pertinaci labore, ingenij adiuncta felicitate perfectam Tibi vtriuſque Iuris notitiam breui in flore iuuenilis ætatis comparaueris; vt non ſolum merueris doctorali laurea coronari, & re vera Doctor doctoratus dignitatem omni alio honorifico extrinſeco titulo, ſapientum iudicio, præſtantiorem magna admiratione ſis conſequutus: ſed & redditus idoneus omnibus officiis ſapienter exercendis; atque obeundis muneribus, quibus Reſpublica profana, & Eccleſiaſtica regitur, & adminiſtratur. Quæ & plurima, & præclariſſima (quod & tuam eximiam dignitatem, & præſtantiſſimam meritoriam prærogatiuam non obſcurè patefacit)* Eminentiæ tuæ *demandata comperimus. Siquidem à S. Pontifice Vrbano VIII. inter Canonicos Baſilicæ S. Petri coaptatus, & vix annum ingreſſus vigeſimum tertium vtriuſque ſignaturæ Referendarius creatus: Atque S. Congregationi ſuper bono regimine aſcriptus. Exinde à Summo Pontifice Innocentio X. Bononiam miſſus Prolegatus agente Legato Eminentiſſimo Cardinali Fabricio Sabellio; ibique etiam Electus Generalis Commiſſarius militaris exercitus tunc temporis ab eodem Summo Pontifice ad bonorum Eccleſiæ Romanæ tutelam, & conſeruationem coacti. Quod munus cum ad inſtar Primipilatus (qui antiquitus apud Romanos à primariis exercitus ducibus exercebatur) contineat adminiſtrationem pecuniæ, quæ à Principe bellum gerente ſubminiſtratur ad ſoluenda militibus ſua ſtipendia, & ad prouidendum exercitui de annona, eum, cui demandatur, arguit virum manus limpidas*

&

SERIES CAPITVM,

Quæ in hac Tractatione continentur.

CAP.I. QVID ſit dos. pag. 1. Diuerſæ afferuntur dotis definitiones, & latè explicantur. Definitio Azonis, & definitio Bartholi, vbi an dus ſint res ipſæ dotales, an vero dos ſit ius vniuerſale. Summarium copioſum huius capitis habetur, ibid.

II. Explicantur alia eſſentiam, & quidditatem dotis reſpicieotla. p.28. Vbi an dos promiſſa nondum ſoluta ſit proprie dos. An, & quando ſtatutum de lucro dotis habeat locum in dote promiſſa ante mortem vxoris non ſoluta. An idem ſtatutum habeat locum in vxore deſponſata per verba de præſenti præmorienre, nondum carnaliter cognita neque ad domum mariti tradita. An in deſponſata ingrediente monaſterium. An ſtatutum excludens filiam dotatam à ſucceſſione patris ſtantibus maſculis habeat locum, ſi dos tantum fuerit promiſſa, vel in teſtamento relicta, & ante patris mortem filia non fuerit maritata, nec dos ſoluta. Hypotheca pro dote ſiue tacita à lege inducta, ſiue expreſſa in dotis promiſſione à quo tempore incipit an à tempore ſolutionis, aut matrimonij contracti, vel ab ipſo tempore promiſſionis, & coutractus dotalis, & an habeat locum etiam non ſequuto matrimonio, cuius contemplatione à patre fuit promiſſa, vel ſoluta ſponſo de fututo. Dos an propriè dici, & eſſe poſſit ante matrimonium. Dos poſt diſſolutum matrimonium antequam mulieri ſuperſtiti ſit reſtituta an ſit vera dos. An reſtituta viduæ ſit vera dos. Dotis promiſſio facta ante matrimonium habet tacitam conditionem, ſi matrimonium ſequatur, & etiamſi fiat poſt ſponſalia. Dos non eſt de ſubſtantia matrimonij. An ſit patrimonium mulietis. Summarinm plenius habetnr. ead. p.28

III. Dos quotuplex ſit. pag. 67. Afferuntur variæ dotis diuiſiones. Latiſſimè examinatur diuiſio dotis in profectitiam, & aduentitiam. Profectitia quænam, & quando, & quibus in caſibus dicatur. Quænam, quando, & quibus in caſibus dicatur & ſit dos aducotitia. Dos data, aut promiſſa, aut legata de bonis ſuis ab auo paterno nepti, an ſit profectitia, vel aducotitia, anque, & quaodo cenſeatur data, vel relicta contemplatione ipſius neptis, vel filij eiuſdem neptis patris. Explicantur coniccturæ, ſcu præſumptiones ad iudicandum, an contemplatione ipſius neptis, vel filij neptis patris auus dotauerit. Dos ab auo materuo, vel ab auia materua, vel à patruo data vel relicta nepti in dubio an præſnmatur data contemplatione ipſius neptis, vel illius patris. Dos aduentitia tota, & ad eam, & pro ea actio an, & quando acquiratur filiæfamilias, & tranſeat ad eius hæredes. Dos ab extraneo data pro mulicre an, & quando præſumatur mulieri donata, & quis nomine extranei venerit. An & quando dos ſoluto matrimonio reuertatur ad eumdem extraneum dotantem ratione ſtipulationis in contractu dotis appoſitæ, & cnm qua obligatione. Actio de Dote profectitia, an & quomodo & quando ſit communis patri, & filiæfam. cur, & ob quam cauſam, qua ratione ſoluto matrimonio filia, & pater exactione vtantur. Varia pacta, quibus pater dotans filiamfamilias poteſt ſtipulari dotem reddi ſoluto matrimonio. Dos profectitia data pro filiafamilias ſoluto matrimonio an & quando reddi debeat patri, vel filiæ Superſtiti, latè explicatur conſuetudo Martioi circa reſtitutionem dotis datæ pro filiafam. diſſoluto matrimonio. Summarium exactius habetur. p.67

IV. De obligatione patris dotandi filias. pag. 117. An obligetur iure naturali & in foro conſcientiæ. Obligatur iure ciuili pater congruè dotare filiasfamilias, & emancipatas. Obligatur etiamſi eius pater ſit diues, ſi etiam ipſe filius ſit diues,

& in patris poteſtate. An obligetur iure actionis, vel officio iudicis. An ad dotandam filiam naturalem,& legitimam diuitem. An filiam iam ſine dote nuptam ſiue de conſenſu patris, ſiue eo inuito, & ſiue iam ab extraneo dotatam. An filia habeat bona propria in dubio, an, & quando pater præſumatur dotaſſe de ſuo, vel de rebus filiæ. An filiam ingredientem monaſterium,& quantam dotem ei dare debeat. An obligetur pater dotare filiam legitimam, ſiue naturalem, ſiue ſpuriam,& quantam dotem dare,& quid ſi illegitima ſit diues. An ſemel dotatam teneatur iterum, & pluries dotare ſi filia dotem datam amiſerit, vel conſumpſerit. An filiam adoptiuam. An & quando pater non obligetur dotare filiam. Summarium habetur. p. 117

V. Quinam alij à patre teneantur filias dotare. pag. 173. Vbi an, & quando auus paternus neptem naturalem, & legitimam ex filio legitimo, & naturali natam, & ſimiliter proauus, & cæteri aſcendentes ex linea virili. An & quando mater obligetur dotare filiam legitimam, & naturalem, an & quando filius teneatur matrem dotare. Auus maternus, & cæteri aſcendentes per lineam maternam an, & quando teneantur dotare neptem, vel proneptem ex filia. Frater vt frater an, & quando teneatur dotare ſororem ſiue vtrinque coniunctam, ſiue tantum ex parte patris, ſiue ſolum ex parte matris. Patruus, vel auunculus vt patruus, & auunculus an, & quando teneatur dotare neptem ex fratre, vel ſorore. Socius an, & quando poſſit dotare filias ex bonis communibus ſocietatis. Summarium habetur. p. 173.

VI. De dotandi obligatione hæredum, & aliorum, qui ſuccedunt in bonis eorum, qui dotare tenebantur, vel tenentur. pag. 204. Vbi an onus dotandi filias, & neptes legitimas; & naturales abſolutè tranſeat in hæredes patris, & aui paterni. An etiam illegitimas. An onus dotandi filiam, vel neptem incumbens matri, vel auo materno tranſeat in eorum hæredes. An in hæredes fratris, & patrui obligati dotare. An, & quando maſculus ſucceſſor vniuerſalis in bonis patris ex ſtatuto, vel Primogenitus teneatur dotare ſorores, vel neptes ſiue legitimas, & naturales, ſiue illegitimas. De obligatione monaſterij ob patris, vel matris poſſeſſionem ſuccedentis in omnia bona eiuſdem patris, & matris dotandi illorum filias legitimas, & illegitimas. Filias ſpurias poſt profeſſionem à religioſo ſuſceptas an, & qua ratione pater poſſit, & teneatur dotare. Fiſcus publicatis bonis patris relinquentis an, & quando teneatur eius filias congruè dotare. Camera Apoſtolica an, & quando teneatur dotare filias clerici beneficiarij ex bonis ad eam peruentis ex ſpolio. Donatarius omnium bonorum paternorum an, & quando teneatur dotare filias donatarij, & quid de donatario particulari. Quid de ſucceſſore bonorum patris titulo oneroſo. Quando ſunt plures hæredes patris, qua ratione in illos tranſeat onus dotandi filias defuncti, an quilibet eorum teneatur in ſolidum, vel pro rata hæreditatis. Ius habendi, & petendi dotem filiæ competens an, & quando tranſeat ad illius hæredes. Summarium habetur. p. 204.

VII. Dos data, vel relicta filiæ, vel nepti an à patre, vel auo paterno in defectum filij dotante poſſit grauari onere reſtitutionis,ſeu fideicommiſſi. p. 230. Quid iure communi inſpecto. Stante ſtatuto excludente fœminas à ſucceſſionibus parentum maſculis extantibus an, & quando dos data, vel relicta filiæ poſſit à patre onere fideicommiſſi, vel alio onere grauari. Stante præfato ſtatuto, an, & quando dos à ſtatuto reſeruata fœminis ſuccedat loco legitimæ latiſſimè explicatur. Statuto an tolli in totum poſſit legitima. Quando iuxta ſtatutum excludens à ſucceſſione Dos fœminis reſeruata ſuccedat necne loco legitimæ. Stante ſtatuto quod dos non ſuccedat loco legitimæ an pater in teſtamento poſſit filiæ excluſæ dotem relinquere, vt ſit loco legitimæ, & quando cenſeatur loco legitimæ relinquere Summarium copioſius habetur. p. 230

VIII. De Dotantibus vltroneis,& voluntariis. pag. 258. vbi de extraneo dotante, an & quando cenſeatur donare, ſi dos ſummam legitimam excedat, an neceſſaria ſit inſinuatio præſcripta à lege, vel ſtatuto, vbi an lex, vel ſtatutum generaliter loquens comprehendat cauſam dotis. De muliere maiore ſponte dotem pro alia muliere an efficaciter obligetur, ne Velleiano iuuetur. De viro dotante an, & qua ratione vxori dotem conſtituere poſſit, vbi de donatione inter coniuges, & de dote à

viro

viro ignobili, vel ſene conſtituta mulieri nobili, vel iuueni. De muliere ſe ipſam dotante an, & qua ratione poſſit ſibi dotem conſtituere, & pro ea viro bona ſua obligare. An poſſit mulier minor carens curatore pro dote tradere, vel obligare res ſuas mobiles, & an quando res immobiles ſine curatore, & iudicis decreto, & etiam ſtante ſtatuto de lucro dotis, vel quod mulier minor non poſſit ſe obligare ſine conſenſu duorum propinquorum. An mulier primo nubens nulla facta dotis mentione cenſeatur dos congrua conſtituta viro, vel poſſit mulier cogi dotem ſibi conſtituere. An & quando cenſeatur dediſſe omnia bona ſua in dotem licet nubens primo nullam dotis mentionem fecerit. Quibus coniecturis inducatur præſumptio omnia bona mulieris fuiſſe data in dotem. Quando mulier dotem ſibi conſtituit, & conſtante matrimonio aliquid tradit viro an, & quando præſumatur tradidiſſe cauſa dotis. Quid quando mulier in genere promiſit dotem viro nulla expreſſa quantitate, an valeat promiſſio. Mulier ſecundo nubens an, & quando cenſeatur tacite conſtituiſſe, ſeu promiſiſſe ſecundo viro dotem datam primo viro, an dediſſe nomen, ſeu ius exigendi dotem ab hæredibus primi mariti nondum ſolutam. Et an, & quando cenſeatur dediſſe illud nomen æſtimatum, vel inæſtimatum. Dotis augmentum à primo viro factum an cenſeatur in dotem ſecundo viro, vbi plura de dotis augmento. An, & quando mulier nupta poſſit conſtante matrimonio ſibi dotem conſtituere, vel augere. Mulier in dote exceſſiua læſa an, & quando iuuetur, vel reſtituatur aduerſus læſionem. Summarium locupletius habetur. pag. 258

IX. De promiſſione dotis. pag. 369. Vbi quid ſi ſtipulatio, pactum nudum, pollicitatio, & quomodo inter ſe differant, & quam obligationem inducant pactum nudum, & ſimplex pollicitatio. Pollicitatio, ſeu ſimplex promiſſio dotis facta mulieri abſenti nemine pro ea acceptante, an pariat obligationem, & inducat actionem. Dos dicta quæ ſit. Dotis priuilegio ex pacto nudo, & ſimplici dotis promiſſione an detur actio aduerſus promittentem, & an tam iuxta *leg. ad exactionem*, *Codic. de dotis promiſſione*, quam iuxta *leg. vnic. Codic. de rei vxor. actione*. Dotis priuilegio quomodo, & quando fingatur ſtipulatio, ſeu competat actio ex ſtipulatu etiamſi in contractu, ſeu conſtitutione dotis ſtipulatio non fuerit interpoſita, vel inutiliter interuenerit, & ſit adiuncta hypotheca bonorum mariti, & vxoris. De promiſſione dotis eius quantitate collata in arbitrium alterius an, & quando valeat. Mulier minor 25. annis, & mulier minor an, & quando, quave ratione poſſint ſe efficaciter obligare pro dote alterius mulieris ſiue promittendo, ſiue intercedendo. An maſculi adulti minores ſine curatore. An prodigus. Promiſſio dotis ſimpliciter facta, an, & quando habeat tacitam conditionem nuptiarum. Plures caſus ad id proponuntur, & examinantur. In promiſſione, & legato dotis intelligendum in dubio quod magis doti fauet. Promiſſio dotis an, & qua ratione probatur per inſtrumentum, per teſtes, & per præſumptiones, & coniecturas, & quas, & an per verba enumeratiua. Summarium pinguius habetur, pagina 369

X. Quando, & quibus probetur dotis ſolutio, ſeu dotem ſolutam, aut datam marito. pagina 376. Vbi quomodo probetur per inſtrumentum dotale, per teſtes, per verba enumeratiua, & per præſumptiones, & coniecturas. An, & quando confeſſio de dote à muliere recepta probet numerationem, & fuiſſe ſolutam in præiudicium mariti, & eius hæredum, in præiudicium creditorum, fiſci, & fideicommiſſarij. An, & quando dos confeſſata inter viuos habeat priuilegia veræ dotis, hypothecam tacitam in bonis mariti, & prælationem reſpectu creditorum mariti. Quid operetur confeſſio mariti de dote ab vxore recepta facta in teſtamento. An, & quando poſt factam à marito confeſſionem de Dote recepta marito confitenti, eius hæredibus, & creditoribus, ac fiſco competat exceptio non numeratæ dotis, vel probatio, quod Dos non fuerit numerata. Quando præfata confeſſio præſumatur facta animo donandi mulieri, quando ſub ſpe futuræ numerationis. Latiſſimè pertractatur huiuſmodi materia de Dote confeſſatæ, vt vix poſſit aliquid addi. Summarium perfectius habetur, pagina 376

XI. An is, qui dotem promiſit marito (ſiue ſit pater mulieris, ſiue ipſa mulier) & is, qui dotem recepit (ſiue ſit maritus, ſiue mariti pater) nequeat conueniri, ſeu cogi ad dotis ſolutionem ſeu reſtitutionem vltra quam facere poteſt,

ita vt ſibi retinete, ne egeat, ſiue tantum quantum ſufficit ad alimenta, & quando in ſolidum, & ad totam dotem promiſſam ſoluendam, vel in integrum reſtituendum teneatur. pag. 437. Vbi an & quando ſocer à genero conuentus pro ſolutione dotis promiſſæ poſſit necne cogi ad ſolutionem deducto ne egeat, vel ſolutionem totius dotis promiſſæ, & quid ſi poſt non ſolutam dotem totam peruenerit ad pinguiorem fortunam. Quid de ſocero reſpectu nutus dotem ſolutam repetentis, an & quando gaudeat priuilegio illo ne damnetur vltra quam facere poteſt. Hoc priuilegium an tranſeat ad priuilegiati hæredes. Idem priuilegium an, & quando, & qua ratione competat vxori à marito, vel eius hæredibus conuentæ pro dotis promiſſæ ſolutione, & an quando & qua ratione competat marito, & eius hæredibus conuentis pro dotis reſtitutione gaudenti eo priuilegio, vt non poſſit condemnari vltra quam egeat, quantum ſit relinquendum pro alimentis. Et quid quando poteſt ſuis operis alimenta conſequi. Quandonam a priuilegiato conuento habeat illud priuilegium ne egeat obiici. Quandonam ceſſet in marito conuento pro dotis reſtitutione. Eidem priuilegio an poſſit renunciari. An idem priuilegium competat priuilegiatis procuratori & defenſori. Summarium magis diſtinctum, & completum habetur. pag.437

XII. Quibus perſonis poſſit, permittaturvè conſtitui, & tradi Dos; quæque perſonæ obligentur ad dotis reſtitutionem, ſeu aduerſus quas perſonas concedatur actio dotis traditæ repetendæ, & an & quando dotium fideiuſſores dari poſſint. pag.475. Vbi, quod dos ſolui poteſt marito, & cuiuis alteri de iuſſu mariti ſui iutis, & patri mariti exiſtenti in eius poteſtate, & marito exiſtenti in poteſtate de iuſſu patris, & quis in prædictis caſibus obligetur dotem ſolutam reſtituere. Quid quando Pater & filius in eodem inſtrumento confitentur ſe recepiſſe dotem, an vterque ad reſtitutionem teneatur in ſolidum, vel tantum pro virili. Pater qui recepit dotem vxoris filij ſiue in poteſtate, ſiue emancipati, an & quando teneatur, vel iure poſſit eidem filio eam reſtituere, & quid in reſtitutione ſeruandum. Pater an & quando teneatur pro filio ſiue in poteſtate, ſiue emancipato obligare bona ſua pro reſtitutione dotis receptæ facienda mulieri, eiuſve hæredibus, & an vt principalis, vel ſolum tanquam fideiuſſor. An & quando ex parte mariti dote conſeruanda, & reſtituenda poſſint vtiliter exigi, & dari fideiuſſores. Pro dotis ſecuritate an poſſit exigi, & dari vxori vtiliter aliquod ſpeciale pignus pater mariti an pro eo poſſit fideiubere pro dote vxoris filij reſtituenda. An extraneus ſponte dotans poſſit fideiuſſores à marito exigere pro ~~ſecuritate dotis~~ reſtituendæ. Si cum marito alius ſe obliget ad dotis reſtitutionem, an ambo teneantur in ſolidum ad reſtitutionem. Quando maritus conſtante matrimonio vergit ad inopiam vel incipit male vti ſua ſubſtantia an pro dotis ſecuritate ab eo poſſint valide exigi fideiuſſores, vbi an & quando vxor conſtante matrimonio poſſit repetere dotem, & dotarium, ſeu dotationem propter nuptias, & latè explicatur diſpoſitio, cap. per veſtras de donatione inter virum, & vxorem. Conſuetudo, vt fideiuſſores dotium dentur, an valeat. An pro reſtitutione augmenti dotis, & donationis propter nuptias & rerum paraphernalium dari poſſit fideiuſſor. Aliud ſummarium exactius habetur. pag.475

XIII. De quantitate, & congruitate dotis filiabus, ſeu fœminis legitimis debitæ. pag.511. vbi quæ dicatur dos congrua, & latè explicantur circunſtantiæ, ex quarum conſideratione dotis congruitas agnoſcitur, & definitur, nempe patrimonium dotantis, quantitas & dignitas perſonarum, numerus liberorum patris, conſuetudo loci, & patriæ. Dos congrua an debeat commenſurari legitimæ vel poſſit eſſe minor, & aliquando maior legitima iure communi inſpecto congruitas dotis an ſit iudicanda tempore nuptiarum, & dotationis, non mortis patris dotantis. Stante ſtatuto excludente fœminas à ſucceſſione parentum propter maſculos quæ dicatur, & ſit dos congrua, & an poſſit eſſe minor legitima, vel legitimæ æqualis eſſe debeat latiſſime explicatur conſiderando diuerſitatem ſtatutorum, & quid ſi ſtatuto præfato excluſiuo fœminæ excludantur à legitima, & quid quando ſtatutum iubet filias eſſe tacitas, & contentas dote ſibi à patre data vel promiſſa, aut relicta in vltima voluntate. Dos à patre data, vel promiſſa, vel in vltima voluntate relicta in dubio an debeat præſumi congrua iuxta iuris communis diſpoſitionem, & etiam ſtante ſtatuto excluſiuo fœminarum à ſucceſſione, &c. quod ſi dos fuerit

notabiliter

notabiliter congrua & filia excluſis ſit in dote læſa enormiter, vel enormiſſime, an filiæ ſuccurratur. Aliud ſummarium copioſius habetur. pag.511

X,I V. De dote inufficioſa. pagina 542. Vbi dicatur, & ſit dos inofficioſa, & quibus competat querela dotis inofficioſæ. Differentia inter querelam dotis inofficioſæ & querelam inofficioſi teſtamenti. An querela inofficioſæ dotis ſit remedium ſubſidiarium vel ordinarium. Durat quinquennio, & quando incipiat currere quinquennium. An tranſmittatur ad hæredes, & ad quos hæredes Pater vel alius, qui conſtituit dotem inofficioſam, an poſſit opponere de dote inofficioſa ſi mater ſecundo nubens ſibi conſtituerit dotem inofficioſam, querela competit filiis primi matrimonij. Si pater, & mater carentes aliis filiis conſtituerint filiæ dotem inofficioſam, & exceſſiuam aliis filiis ſuperuenientibus ſuccurritur pro eorum legitima. Querela inofficioſæ dotis ad illam reuocandam vſque ad legitimam, an & quando competat viuente patre, vel matre dotantibus, vel ſolum poſt eorum mortem. An mortuo patre dotante competat filiis læſis in legitima aduerſus maritum conſtante matrimonio, vel ſolum illo diſſoluto. An patris dotatoris creditores à marito conſtante matrimonio poſſint reuocare dotem in eorum præiudicium datam pro filia. Dotanti, qui promiſit, vel dedit dotem exceſſiuam, & inofficioſam, an competat exceptio contra promiſſionem, & reuocatio exceſſus dotis. Frater minor, qui pro ſorore promiſit, vel dedit dotem exceſſiuam, & immodicam, an & quando debeat reſtitui in integrum, vt dos reuocetur ad congruitatem. Quid ſi maior pro ſorore promiſerit, vel dederit dotem exceſſiuam, an ei ſuccurratur pro reductione dotis ad congruam menſuram. Aliud ſummarium pinguius habetur. p.542

X V. Ex quibus rebus, ſeu bonis poſſit, & aliquando conſtitui dos debeat. pag.567. vbi, quod poteſt conſtitui in rebus mobilibus, & immobilibus corporalibus, & incorporalibus. An res alienæ poſſint dari in dotem, & an & quando præſcribantur, & qua ratione ſoluto matrimonio à muliere repeti poſſint. Hæreditas an & quando, & qua ratione poſſit dari valide in dotem vſusfructus qua ratione poſſit pro muliere dari in dotem, & ſoluto matrimonio debeat reſtitui, vel eius hæredi ea mortua, vbi plura de vſufructu cauſali, & formali, quando formalis extinguatur, an & quando ab vſufructuario ſine domini conſenſu propriè talis poſſit in alium transferri, & alienari; an ſolum quoad commoditatem fructuum, vel etiam quoad ius vſufruct. An & qua ratione emphyteuſis ſeu res emphyteutica poſſit dari in dotem, an ſine conſenſu domini directi non ſolum quoad fructuum commoditatem, ſed etiam quoad ius dominij vtilis. An ſit ſoluendum laudemium, cum emphyteuſis datur in dotem, & ſoluto matrimonio reſtituitur. An, & quando, & qua ratione Feudum, ſeu res feudalis poſſit dari in dotem & licet filia dotanda non ſit comprehenſa in inueſtitura, ſeu conceſſione feudi. An & quando, & qua ratione dos conſtitui poſſit ex bonis fideicommiſſo ſubiectis, & reſtitutioni, obnoxiis ac alienari prohibitis. Vbi exactiſſimè declaratur diſpoſitio *Authentic. res quæ Cod. comm. de legatis*, An comprehendat etiam filias aſcendentium grauatorum fideicommiſſo à deſcendentibus, an ſit correctoria, an fauorabilis, an extendenda. An procedat in fideicommiſſo iniuncto etiam ante matrimonium, & dotis conſtitutionem. An pro dote poſſit totum fideicommiſſum alienari. An bona fideicommiſſi poſſint alienari pro acconcio, feſtiuitatibus nuptialibus, & pro anteſato, ſeu augmento dotis, ac pro fructibus & intereſſe dotis non ſolutæ marito. An pro dote filiæ ingredientis monaſterium Hæres ſeu pater fideicommiſſo grauatus an in teſtamento poſſit filiæ conſtituere dotem ex bonis fideicommiſſi an filia grauata, etiam pro ſupplemento congruæ dotis. Dos ex bonis fideicommiſſi poſſit conſtitui tametſi grauatus, vel dotanda ſint diuites, & alia bona habeant ſi pater inſtitutor fideicommiſſi iuſſerit fœminas dotari, an dos debeatur ex bonis fideicommiſſi, licet legitima, & Trebellianica, vel aliis bonis grauati poſſet congrue dotari. Diſpoſitio Auth. res quæ an ſit remedium ſubſidiarium, vel ordinarium; & quis tenetur probare non fuiſſe alia bona præter fideicommiſſaria. An ex fructibus non ex proprietatibus fideicommiſſi dos ſit conſtituenda non ſufficientibus legitima, & Trebellianica ipſius hæredis grauati, vel filiæ grauatæ ſi ſunt plures hæredes grauati an vnius filia poſſit dotari, ex portione alterius grauati. Diſpoſitio *d. auth. res quæ* an procedat etiam in neptis, nepotibus inſtituturis fideicommiſſi poſt illius obitum conceptis, & natis in infinitum. An pro-

cedat in primogeniis, & maioratibus. An procedat etiamſi teſtator fideicommiſſi inſtitutor prohibuerit bona alienari ſiue generaliter, ſiue etiam ex cauſa dotis. An etiamſi fideicommiſſum veniat Eccleſiæ reſtituendum. An in fideicommiſſo particulari, puro & conditionali. An in prohibitione alienandi facta in contractibus inter viuos. An in prohibitis alienari litigioſis. An in deſcendente teſtatoris non adhuc nubili, vel in ſterili, vel in naturali, & etiam in ſpuria, hæretica, Iudæa deſcendentibus teſtatoris. An diſpoſitio *dict. Authentic. res quæ*, vt bona fideicommiſſi poſſint alienari ex cauſa dotis procedat ſolum in fideicommiſſo aſcendentium reſpectu deſcendentium, an vero etiam in fideicommiſſo extranei, & in fideicommiſſo tranſverſalium, & in fideicommiſſo à matre, vel auo materno relictum? Ad alienationem rerum fideicommiſſi faciendam ex cauſa dotis an neceſſarium ſit iudicis decretum. Statutum, vel pactum de lucro dotis an habeat locum in bonis fideicommiſſi in dotem traditis. Ius detrahendi dotem vel illam recuperandi à marito, ex bonis fideicommiſſi competens fœminæ an ea ante detractionem defuncto tranſmittatur ad illius hæredes. Bona fideicommiſſi ſemel ex iuſta cauſa à fideicommiſſo detracta ex cauſa dotis an debeant iterum incorporari fideicommiſſo, vel remaneant perpetuo detracta. An pro reſtitutione dotis, ſeu pro reſtituenda dote vxori filij grauati an & quando, & qua ratione poſſint alienari bona fideicommiſſi. An etiam bona primogenituræ, & maioratus, latiſſimè omnia prædicta explicantur. Summarium longè pinguius habetur. p.567

XVI. De Dote inæſtimatæ, & æſtimata. pag. 643. vbi quando res dantur in dotem ſimpliciter abſque vllo pacto adiuncto æſtimatæ an, & quando æſtimatio facta pretij mentione efficiat emptionem, & venditionem. Ad id an requiratur exprimi certam pretij quantitatem. An pretium remitti poſſit arbitrio tertij. An requiratur iuſtum pretium. An æſtimatio facienda incontinenti, dum res datur in dotem, vel ſufficiat ſi ex interuallo. Quid ſi tempore traditionis rei æſtimatæ maritus ſit inops, & non ſoluendo. Quid ſi res non ſint præſentes. Quando præceſſit promiſſio dotis in certa quantitate, & poſtea pro ſatisfactione aliqua res traditur marito, cenſetur res tradita ad quantitatem promiſſam æſtimata, & fit emptio. Cum in dotem dantur res in pondere numero, & menſura an cenſeantur datæ æſtimatæ. Quoſnam effectus operetur æſtimatio rerum dotalium, quæ facit emptionem, & venditionem latiſſime explicatur à numero 27. ad 42. Vbi res dantur in dotem ſimpliciter æſtimatæ nullo poſt æſtimationem adiecto à partibus pacto, quandonam, quibuſve in caſibus æſtimatio non faciat tacitam emptionem, & venditionem, ſed cenſeantur res datæ inæſtimatæ, latè explicatur à numero 43. ad 49. Quinam effectus ſequantur ex hoc, quod bona data ſint in dotem æſtimata æſtimatione, quæ non facit emptionem, & venditionem, & ſic cenſentur data inæſtimata, latè à numero 51. ad 61. Si res dotales fuerint datæ in dotem æſtimatæ non ſimpliciter, ſed appoſito aliquo pacto circa reſtitutionem ſoluto matrimonio faciendam, quandonam æſtimatio faciat necne emptionem copioſe à n.62. ad finem. Summarium locupletius habetur. pag.643

XVII. An & quando maritus poſſit agere de euictione contra mulierem vel alium, quæ, vel qui [ſiue mulieris pater, ſiue extraneus] qui dotem in bonis ſtabilibus, vel mobilibus, aut ſè mouentibus dedit; vel promiſit, quando eadem bona, vel ex eis aliqua ab aliquo tertio euincuntur ab eodem marito, pagina 662. Vbi quando res in dotem æſtimatæ euincuntur ab aliquo tertio. Et quando datæ ſunt inæſtimatæ, vel æſtimatæ æſtimatione, quæ non facit emptionem, & venditionem. An & quando maritus agere poſſit ad æſtimationem rerum euictarum, quæ inæſtimatæ fuerunt in dotem datæ. Donans, & dotans ſponte quandonam teneatur de euictione, vbi latè de illa diſtinctione an donatio, vel dotatio incipiat à promiſſione, vel à traditione rei donatæ, vel datæ in dotem. Summarium plenius habetur. p.662

XVIII. De hypotheca pro dote, & eius prælatione reſpectu cæterorum creditorum mariti. pag. 669. Vbi de hypotheca tacita à lege inducta in fauorem vxoris reſpectu mariti, & in fauorem mariti reſpectu promiſſoris dotis quicumque ille ſit. Quod hæc tacita hypotheca non tollitur per expreſſam à partibus factam. Quæ bona mariti comprehendat eadem tacita hypotheca legalis. An habeat locum in bonis fideiuſſoris in muliere hæretica, & inter Iudæos. A quo tempore incipiat

tam

tam in bonis mariti, quam in bonis mulieris, vel alterius promiſſoris dotis. An extraneo dotatori, & etiam patri, qui dotauit filiamfamilias contra maritum in caſu dotis reſtituendæ. An priuilegium dictæ tacitæ hypothecæ legalis tranſeat ad hæredes, & ceſſionarios vxoris & mariti. An mulieri competat pro augmento dotis, pro fructibus, acceſſionibus & vſuris dotis pro donatione propter nuptias, pro bonis paraphernalibus, & pro alimentis. Quod tacitæ hypothecæ legali mulieri competenti in bonis mariti annexum eſt priuilegium prælationis reſpectu cæterorum creditorum mariti cum anteriori hypotheca tacita, & cum hypotheca expreſſa poſteriori, & quid ſi expreſſa etiam ſit anteriori. An & qua ratione eadem prælatio competat vxori, reſpectu fiſci, & aliorum creditorum mariti habentium hypothecam cum priuilegio prælationis, & hypothecæ à ſtatuto inductæ in dubio quænam hypotheca ſit tempore anterior an alia mulieris, vel altera creditorum mariti etiam fiſci quæ præſumatur prior. Quo remedio ſuccurratur vxori pro conſequenda ſua dote, quando maritus bona ſua pro dote hypothecata tradidit aliis ſuis creditoribus, vel alienauit in quemcumque alium. Effectus particularis tacitæ hypothecæ vxoris. Præfatæ hypothecæ, ex priuilegio prælationis mulier an poſſit renunciare, videantur cætera copioſè notata in ſummario poſito ante caput decimum octauum. p.669.

XIX. De conſtitutione dotis tam conſtante matrimonio, quam poſt illud diſſolutum. pag. 698. Vbi quod ob vergentiam mariti ad inopiam conſtante matrimonio poteſt ſuam dotem repetere. Et an ſemel reſtituta poſſit à viro poſtea effecto diuite reuocari. An ſit vera, & propria reſtitutio. Qualiter debeat oneribus matrimonij deſeruire, & in qua tantum quantitate reſtitutio fieri debeat. Qua ratione vim impediat exequutionem creditorum mariti in eius bonis pro dote hypothecatis. An iiſdem creditoribus competat ius offerendi. An vxor agat contra tertios poſſeſſores, in quos maritus bona pro dote hypothecata, vel dotalia alienauit. An hæc reſtitutio in caſu inopiæ viri comprehendatur ſub pacto, ſeu promiſſione reſtituendi dotem, vbi reſtitutioni, ſit locus, & etiamſi inſtrumento dotali promiſſionis fuerit dictum, quod habeat executionem paratam. An in aliis caſibus præter vergentiam mariti ad inopiam poſſit vxor conſtante matrimonio dotem repetere. Quo tempore poſt ſolutum matrimonium dos tam in rebus immobilibus, quam in mobilibus vxori ſit reſtituenda ſcilicet vel ſtatim à ſoluto matrimonio, vel intra annum à ſolutione matrimonij. An & quando ſoluto matrim. propria authoritate poſſit capere poſſeſſionem bonorum dotalium, & aliorum bonorum mariti pro ſua dote hypothecatorum. Qui fructus ex dote, ſeu rebus dotalibus poſt ſolutum matrimonium à marito, vel eius hærede pertineant ad vxorem. Quæ impenſæ à marito conſtante matrimonio in rebus dotalibus factæ deducantur in reſtitutione dotis. Si res dotales conſtante matrimonio factæ ſint deteriores, vel perierint, dotemve promiſſam maritus omiſerit repetere ad quid maritus vel eius hæres tenentur erga vxorem. De qua culpa maritus in rebus dotalibus teneatur. Dilatio legalis anni à ſoluto matrim. marito, & eius hæredi conceſſa ad reſtituendam dotem conſiſtentem in pecunia, & in rebus mobilibus an ceſſet ſi reſtitutio ſit facilis & parata, & in quibuſnam aliis caſibus ceſſet. Expenſæ à marito factæ in curanda muliere infirma, & in eius funere an & quando in reſtitutione dotis poſſint deduci. Qua ratione ſit facienda reſtitutio dotis traditæ in pecunia, cuius valor poſtea eſt mutatus, diminutus, vel auctus. Prædicta, & alia plura exactius, & plenius notata videantur in Summario poſito ante caput decimum nonum. p. 698

XX. De fructibus, & interuſuriis, ſeu vſuris dotis pag.717. Vbi fructus dotis, ſeu rerum dotalium à ſponſo ante matrimonium celebratum an, & quando ad maritum, vel ad mulierem ſpectent. Fructus conſtante matrimonio à marito percepti quando ad ipſum quando ad mulierem ſpectent. Qui fructus, & quarum rerum dotalium fructus conſtante matrimonio à marito percepti eiuſmet ſint. Antequam fundus in dotem promiſſus marito traditus eſt, an eius fructus debeantur marito onera matrimonij ſuſtinenti à dotis promiſſore, etſi dos ſit promiſſa in pecunia an debeantur dotis vſuræ, ſeu intereſſe. Pignoris dotalis ſibi traditi donec dos ſoluatur, fructus an, & quando maritus faciat ſuos, & quid ſi excedant onera matrimonij, an poſſit fieri pactum de certa annua quantitate, donec dos promiſſa marito fuerit ei ſoluta. Fructus, & vſuræ dotis non ſolutæ an marito debeantur ſolum officio iudicis, an iure actionis. Quando non ſint licitæ dotis vſuræ, donec ſoluatur. Vſuræ dotis non ſolutæ, quas maritus conſtante matrimonio non exegit, quando cenſeantur nec ne remiſſæ. Poſt ſolutum

matrimo

matrimonium morte vxoris nullis relictis filiis, an maritus lucretur fructus pignoris dotalis, & licitè percipiat vſuras dotis, donec ſoluatur, & quid relictis filiis; & quid de ipſis filiis ſnccedentibus in dotem. Hæredes mariti qna ratione retinentes dotem intra annum luctus teneantur vxorem viduam alere, & alentes eam qua ratione lucrentnr fructus pignoris dotalis, vel vſuras dotis non ſolutæ. Vidua intra dictum annum loco alimentorum an poſſit paciſci de certa quantitate ſibi ſoluenda. Poſt annum luctus ſi non fuerit ei dos ſoluta an poſſit petere alimenta, vel exigere vſuras dotis, & deducere in pactum donec dos ſibi ſoluatur, & an ab initio poſſit tale pactum fieri, & quando lapſo anno vxor vidna committat vſuram illicitas exigendo vſuras dotis, donec dos ei ſoluatur. Fructus dotis conſiſtentis in rebns immobilibus vel mobilibus frugiferis poſt ſolutum matrimonium à marito, vel eius hærede percepti an ad maritum, eiuſve hæredem, vel ad vxorem ſpectent. Fructus rerum dotalium naturaliter frugiferarum anni nouiſſimi, in quo diſſoluitur matrimonium an, & qua ratione pro rata temporis; qno durauit, & anno matrimonij diuidantnr inter maritnm, eiuſve hæredem, & inter vxorem, & quantum ad præfatam diuiſionem, qua ratione annus compntetur. Plurima alia notabilia de hac materia fructuum, & interuſuriis dotis videantur in ſummario poſito ante Caput vigeſimum. p.717

& ab omni auaritiæ ſorde purgatas habentem; omni fidelitate, integritate, ſollicitudine, & vigilantia præditum; atque publico bono prorſus intentum. Romam præterea reuerſus ab eodem Summo Pontifice Innocentio Prælatis S. Conſultæ fuiſti adiunctus. Quæ omnia munera, & alia ab eodem Summo Pontifice Tibi iniuncta tam accuratè, tam ſapienter, & feliciter administraſti; vt poſtea meritorum, & laborum tuorum in Eccleſiæ commodum idem Summus Pontifex intuitu potiùs, quàm precum Regis Poloniæ viuentis (etſi eas voluit adhiberi) Te purpura ornauerit, & non ſine communi (vt erant peruulgatæ tuæ virtutes, & notæ merita) aliorum Purpuratorum, & ciuium vrbis acclamatione, & approbatione. In quem tamen ſummum honoris poſt Pontificatum apicem euectus ob Cardinalitiæ purpuræ indumentum (quod non minus ſuſpiciendum) non exuiſti purpuram congenitæ modeſtiæ. Quandoquidem nihil vnquam in te elatum, nihil tumidum, nihil in vultu, ore, perſonæ compoſitione ſuperbiam redolens; ſuauiſſima tua conſuetudo, admirabilis humanitas, comitas, beneuolentia, qua Eminentia Tua conſueuit neminem etiam qualibet de cauſa ad Te accedentem à vultu tuo repellere, ſed vnumquemque & beneuolè excipere venientem, & modeſtè audire loquentem, comiter dimittere abeuntem, omnibus exhibere, decentem hominis exterioris compoſitionem, placidam vultus ſerenitatem, verborum lenitatem. Quibus modeſtiæ, & humanitatis argumentis amorem apud omnes cuiuſvis generis, ac ſtatus homines Tibi conciliaſti, etſi iam eidem Summo Pontifici Innocentio X. vnicè carus, eò magis Tibi beneuolum reddidiſti: vt proinde aliis nouis prærogatiuis, & honoribus fueris cumulatus, electus vnus ex Eminentiſſimis S. Congregationis Epiſcoporum, & Regularium, aliiſque diuerſorum negotiorum Congregationibus vrbis adſcriptus; & vlterius Tuæ curæ, ac ſollicitudini Tiburtinenſis Epiſcopatus commendatus. In cuius regimine veri, vigilantiſſimique Paſtoris exemplar, & ideam exhibuiſti. Non diſtuliſti Paſtor bonus, & vigilantiſſimus pecoris tui vultum retractare, introſpicere ſingula, ne quis fortè ouem præferret lupus; aut ouium aliqua peſſimè affecta luem peſtiferam reliquis affricaret; num recens aliqui abuſus irrepſiſſent, vel poſſent induſtria aliqua fibræ veterum extirpari. Quapropter ardentius paſcendis vberius verbo, & ſanctimoniæ exemplo commiſſis ouibus, inſtituendis, formandiſque populis & priuatis colloquiis, & piis, atque inflammatis ex ſuggeſtu publicis concionibus, & adhortationibus totus incubuiſti docendo, arguendo, increpando, vt omnibus virtutis tramitem indicans mandatorum Dei, & Eccleſiæ ad æternam ſalutem conſequendam commendares obſeruantiam; mores eiuſdem populi corruptos emendares, euerſos componeres, & timoratos fideles in bonis operibus, inque vitæ honeſtæ retentione confirmares. Præter quæ (quod eſt peculiare Antiſtitum onus) Te præbes parentem pauperum, & egentium, ac miſerorum aſylum, qui gaudent ex tua inſigni pietate ſibi neceſſaria ſubſidia recipere.

Hæc Eminentiſsime, ac Sanctiſsime Antiſtes (tui animi laxamenta; hæc ruſticatio ſudans perpetuo in ſalute animarum labor, noctes peruigiles, dies occupatiſsimi, infatigabilis opera, conſtantes curæ, & alacres; diſtributio facultatum in ſubleuandis egenis: ſic ardet illa flamma, quam in viſceribus Præſulum diuina bonitas accendit; ſic Paſtoralis pondus officij vrget, premitque audientes, de manu Paſtoris requirendum. Qui Tuæ Eminentiæ zelus, & vigilantiſsimus in ſalute tum animæ, tum corporis tuorum populorum, atque viciniorum maiori ſplendore claruit ictâ anno 1657. *peſtilenti lue Roma vnà cum proximis territoriis, (inter quæ Tiburtina diœceſis & à Sanctiſsimo Papa noſtro Alexandro VII. (qui Te non minore, quàm ſuus Prædeceſſor dilectione proſequitur, tuis colloquiis multum delectatur, & cauſas grauiſsimas tuo ſapientiſsimo, & integerrimo iudicio decidendas conſueuit delegare) tum Tibi fuere commiſſa loca vrbi vicina cuſtodienda, & ab infectione præſeruanda: enituit etenim tunc tua perſpicax vigilantia, & ſedula opera in munere iniuncto adimplendo: tunc ſplenduit tua charitas, prorſus tota ignea; & quam ſua non quæreret: palam magnificè feciſti vitæ (qua nihil magis propriè noſtrum eſt) prodigus, vt Tuæ ſollicitudini commendatis vitam, & ſalutem omni ope illis maximè contactis omne ſolatium præbens ſeruares. Inter quas publicas miſerias quid ſomnus, aut quies niſi obiter ſciuiſti, & tua potuit eſſe illa vox magni Apoſtoli*, Quis infirmatur & ego non infirmor, *multa crebris abrupta ſuſpiriis, & lachrymis precatione noctu, diuque manum diuinam ad præſentibus miſeriis ſubueniendum imploraſti, Humanis diligentiis, priuatis ſubſidiis ad placandum diuinum numen publicas preces addidiſti: & vlterius ad proſpiciendum periculoſiſsimis caſibus Tiburtino Populo imminentibus curaſti, vt omnes opem virginis expoſcerent, illiuſque præſidium ſupplices efflagitarent: quod addito etiam in honorem eius Immaculatæ Conceptionis ſacellum conſtruendi voto præſtitere populi primiores. Quæ precationes Deum iratum vicerunt; & ab omni infectione ciuitas Tiburtina, ſic Deo placuit, extitit præſeruata, & peſtis in aliis locis Diœceſis, & proximis infectis breui aruit: Exindéque illicò Tua Eminentia vrgente votum, vt par erat, magnificè adimpletum. Ex quibus licet agnoſcere quanta, & quàm eximia ſit tua cura paſtoralis, tua charitas, tua pietas, tua religio: Cuius & non leue argumentum eſt ſacrarium conſpicuum in Eccleſia Cathedrali Tiburtina tuis ſumptibus magnificè extructum: Necnon Eccleſia S. Mariæ de Publicolis iuriſpatronatus tuæ familiæ, tuis pariter impenſis à fundamentis inſtaurata, & refecta. Proſequerer ego quidem fuſius (Eminentiſsime Princeps, & Antiſtes) prærogatiuarum tuarum præconium; ſed animaduertens munus hoc non eſſe mei ingenij, & quod nec prolixior oratio tuas laudes, tuam dignitatem, & præſtantiam comprehenderet multa paucis perſtringendo ſat mihi nunc ſit, dixiſſe, Te virum ſapientia, & prudentia inſignem; probitate, ac ſanctimonia ſingularem, raris*

gratiæ

gratiæ dotibus præditum, omni operi idoneum, & parem Eccleſiæ ſplendorem, Antiſtitum decus, & veri Paſtoris animarum effigiem. Ad Te igitur Principem virum tot præclariſſimis dotibus auctum, & exornatum conuolat Tractatus iſte meus de Dotibus, cupias ſinu tuæ protectionis foueri: quem Tuæ Eminentiæ oblatum, & ſacrum eſſe volui; & non tantum prædictis de cauſis, verum etiam in teſtimonium, & argumentum plurimæ obligationis, quam mea Religio, de qua ob continua, & ingentia beneficia illi exhibita valde es benemeritus, Eminentiæ Tuæ debitam profitetur, & mea quoque obſeruantiæ, quam Tibi ob peculiarem, & ſingularem erga me beneuolentiam agnoſco eſſe ſemper exhibendam: Me enim primum, quem nondum noueras, vrbanitatis officium pro mei muneris (cùm tunc Religioni præeſſem) obligatione, & meo in Te debito perſoluentem vultu hilari quaſi gratulabundus excepiſti humaniſſime; necnon honorificè habuiſti, & deinceps me pluries ad Te accedentem eadem humanitate admiſiſti, & plurima præcipui amoris indicia præbuiſti: Præterquam quod Eminentiæ Tuæ placuit nonnulla capita eiuſdem Tractatus percurrere, & approbare vocans me in ſpem illum à viris doctis acceptum iri. Hunc itaque Tractatum meum, Eminentiſſime, & Ampliſſime Antiſtes, à te iam comprobatum, & tam multiplici titulo debitum, ac ingenti animi affectu oblatum non diſpliceat tua conſueta humanitate beneuolè ſuſcipere protectione fouere, poteſtate defendere, ac etiam fidenti animo deuouentem amplecti. Et Deus (vt enixè precor) Eminentiam veſtram diu, & ſemper ſeruet incolumem. Ex ædibus noſtris SS. Caroli, & Blaſij.

Appro

Approbatio M. R. Patris Generalis.

Don Io. Auguſtinus Gallicus, Præpoſitus Generalis Congregationis Clericorum Regularium Sancti Pauli.

CVM Opus R. P. D. Io. Angeli Boſſij; Aſſiſtentis, cuius titulus eſt: *De Peculiari effectu Contractus Matrimonij, nempe de Dote Filiabus danda; deque Dote in vniuerſum*: Duo, quibus id commiſimus, eiuſdem Congregationis Patres Theologi, & eruditi viri, recognouerint, & probauerint, Facultatem facimus, vt typis mandetur, ſi & aliis, ad quos ſpectat, ita videbitur. In quorum fidem, &c. Datum Romæ in Collegio noſtro SS. Blaſij & Caroli, die 4. Aprilis 1661.

D. IO. AVGVSTINVS GALLICVS, Præpoſitus Generalis.

Approbationes Doctorum.

REuerendi P. Ioan. Angeli Boſſij, Tractatum *De obligatione Parentum dotandi Filias* typis mandari nedùm nihil vetat, imò cum exquiſitiſſimâ in ea materia eruditione ſit illuſtratus publicandum, velut vtilitati publicæ neceſſarium; Nos infraſcripti Doctores Theologi iudicauimus, hac die 27. Ianuarij 1662.

FR. IOANNES ROBE', Ordinis Prædicatorum.

FR. PAVLVS LANDRY, Ordinis Prædicatorum.

Approbatio Ordinarij.

VIſa approbatione Doctorum P. Angeli Boſſij, hunc Tractatum *De obligatione Parentum dotandi Filias publici iuris*, fieri permittimus, Lugduni die 2. Februarij 1662.

DE NEVFVILLE, Vic. Gen.

Conſenſus Procuratoris Regij.

VIſis Approbationibus ſupradictis, Non impedio pro Rege quin hic Liber à Philippo Borde & Laurentio Arnaud, Bibliopolis Lugdunenſibus, excuſſus in lucem prodeat, cum inhibitionibus tali caſu requiſitis & ſolitis. Datum Lugduni die 3. Februarij 1662.

VIDAVD.

PERMISSIO.

FIat conformiter Concluſionibus Procuratoris Regij. Datum die 3. Februarij 1662.

DVSAVSEY

SERIES

R. P. D.
IO. ANGELI BOSSII
TRACTATVS DE DOTE.

DE OBLIGATIONE PARENTVM DOTANDI Filias, & materia Dotis in vniuerſum.

PROSEQVOR obligationem Parentum erga filios & iuxta diſtributionem in prima parte Tractatus de effectibus Contractus Matrimonij, & adnotata in initio præcedentis tractationis, de obligatione Parentum exhibendi alimenta Filiis, ſubſequi debet Tractatio de obligatione eorundem Parentum dandi dotem Filiabus, quam modò ſuſcipio explicandam, cuius occaſione ad exactiorem declarationem plura in vniuerſum duxi (prout pariter præſtiti in præcedenti tractatione agendo de alimentis) tradenda de Dote, eiuſque obligatione, aliiſque Dotis materiam concernentibus, de qua te ſcribunt ex Summiſtis D. Raymundus *in ſum. lib.4. tit. de Dotibus.* Albenſ. *lib.* 8. *tit.*40. Ioan. de Friburgo *lib.*4. *tit.*25. Angelus Syluester & alij Summiſtæ *verbo Dos.* Ex Theologis Molina *de iuſt. & iure, tom.* 2. *diſp.*423. Ferdin.Rebellus *de obligat. iuſtitiæ, parte* 2. *lib.* 5. Paulus Layman *in Theologia mor. lib.*3. *tract.* 4. *cap.*13. Baptiſta Fragoſus *tom.* 3. *de regimine Chriſtiana Reipublica, lib.* 2. *diſp.*5. Ferdinandus Caſtro Palaus *de iuſtitia & iure, tract.* 32. *diſp.* 9. Villalobos *in ſum. part.* 2. *tract.*27. & Fagundez *in Decalogum lib.*4. *cap.*1.16. & 17. & alij *qui in tractatione* allegantur & Iuriſperitis ſcribentes *in tit. ff. de iure dotium, in tit. ff. de pactis dotalibus, in tit. ff. ſoluto matrimonio,* & *in tit.* 11.12. 13. 14. & 15. *l.*5. *Codicis*, Baldus Nouellus ſeu de Bartholinis *de dotibus, & earum iuribus, & priuilegiis,* Ioan.Boſcheius *de legitimis nuptiis, lib.*3.4. & 5. Ioan. Campegius *de dote,* Conſtantius Rogerius *de dote, & in Commentario in l ſi cum dotem, ff. ſoluto matri.* Ant. Hubertus *de dotibus & earum iure.* Vincent.Paleotus *de dote,* Jacob.Butrigarius *de dote,* Phanuc. de Phanuciis *de lucro dotis ad cap.*19. *lib.*2. *ſtatut.ciuit. Lucenſ.* Cardin.Tuſchus *in ſuis concluſ. verbo Dos, tom.*2. Io.Petr.de Ferrariis *in practic. in forma libelli, quo vxor agit ad dotem, & vſumfructum,* Franc.Hotomanus *diſp. de dotib.* Ant.Gomez *in l.*50.*Taur.* Franciſcus Molinus *lib.*3. *de ritu nuptiarum,* Mantica *de tacit. & ambig. conuent. lib.*12. Camill.Botellus *tom.*3. *ſumma deciſ. tit.*4. & 5. Philipp.Paſqual. *de viribus patr. poteſt. part.*2 *cap.*6. Ant.Faber *in ſuo Codice, lib.*5. *tit.*6. & *quatuor ſeqq.* & alij, quos præcitati Iuriſperiti allegant, & multi in *diſcurſu tractationis* referentur.

CAPVT PRIMVM.

Quid ſit Dos?

SVMMARIVM.

Nomen Dotis accipitur pluribus modis propriè tamen accipitur pro eo, quod cauſa Matrimonij ad illius onera ſuſtinenda datur marito, num.1.

Dotis definitiones variæ, num. 2. ad 6.

Definitiones Azonis, & Bartholi *frequentiori calculo ſunt receptæ,* n.7. & *defenduntur,* n.8. ad 13.

Dos an ſit dictio, eius Etymon, n.3. & 4.

Accipitur pro rebus, quæ dantur in Dotem, vt pro ipſo dotis contractu, num.4.

Vbi dos per acceptilationem eſt conſtituta, iuris fictione intelligitur pecunia prius ſoluta Mulieri, deinde, tradita viro, num. 8.

Dos ſignificat totum illud, quod datur Marito ob Matrimonij onera, & accipitur pro rebus dotalibus, n.10. & 12.

Secundùm Bartholum, Dos iuris fictione eſt ius vniuerſale continens ſub ſe res dotales, n.12. & 19.

Ex Dotis contractu qua ratione reſultet in virum ius ad res dotales, num.10.

Circa dotem tria cōſiderari poſſunt, res ipſæ Dotales, Contractus; & ius prius ex ipſo cōtractu ad res dotales, n.14.

Dotem eſſe ius vniuerſale a rebus dotalibus diſtinctum pluribus probatur, n.15. ad 18. n.85.

Dos ſecundùm aliquos eſt Ius vniuerſale, ſi res data in dotem ſit vniuerſalis, particulare, ſi res data in dotem ſit particularis, n.29. *Secundùm alios eſt tantum Ius continens in ſe vniuerſum Ius Mulieris, ſcilicet res datas,* n.30. *Secundùm alios eſt quoddam particulare in abſtracto ſumptum diuerſum ab ipſa re data in dotem, ad ipſam rem dotalem conſequendam,* n.31.

Iuxta veriorē ſententiā dos eſt ipſa res dotalis, ſeu res ipſa dotales, non ius vniuerſale ad ipſis diſtinctū, n.32. ad 45.

Dos eſt, quamuis vna tantum res ſit data in dotem, n.37.

Et tunc eſt ius vniuerſale aptitudine, n.87. Et peremptis rebus dotalibus extinguitur Dos,& Dotis nomen, n.39.

Mulier ſoluto Matrimonio in Dote ſuccedens vir fundi dotalis nondum locatione finita poteſt expellere colonum, num.39.& 91.

Impenſæ neceſſariæ à Marito factæ in rebus dotalibus, ſeu in fundo dotali, an & qua ratione diminuant, ipſo iure dotem,& explicatur, intellectus l. quod dicitur, 1. ff. de impenſis in rebus dotalibus factis, & aliarum legum de hac materia, n.46. ad 52.

Propter impenſas neceſſarias corpus dotale an poſſit pro parte deſinère eſſe dotale, n.45.& 50.

Si Dos reſtituatur per Maritum, cui Mulier non ſoluerit impenſas neceſſariò factas in re dotali conditio indebiti viro dabitur pro dote reſtituta, n.52.

Si Dos legatur, & multæ impenſæ factæ ſint in dotem, in illud legatum tantò minus venit, quantum continent iſtæ expenſæ, ibidem.

Fructus in iudiciis particularibus non augent rem particularem, in vniuerſalibus augent Ius vniuerſale & quid inde ſequatur, num.53.

Dotis augmentum ſuperueniens poſt litem conteſtatam an veniat in iudicio dotis, n.54.

Fructus ex re dotali percepti, an, & quando augeant dotem, & an peti poſſint iure actionis vti Dos, aut eius portio, n.56. & 57.

Acceſſorium, augmentum, ſeu additamentum eſt eiuſdem naturæ, qua principale, & gaudet iiſdem priuilegiis, & quod ſancitum eſt de principali cenſetur etiam de acceſſorio, n.54. 60.62.

Quãdo pretiũ ſuccedat loco rei, & res loco pretij, n.64.& 65

Pecunia redacta ex venditione rei dotalis, & res empta ex pecunia dotali, an, & quando efficiatur dotalis latè, n.69. & 70.

In ſubſidium [ſi Maritus non ſit ſoluendo] pecunia ex re dotali redacta, vel res ex pecunia dotali empta efficitur dotalis, nempe poteſt ad pretium ex re dotali redactum, vel ad rem ex pecunia dotali emptam haberi regreſſus tanquam ad rem dotalem, & mulieri competit vtilis rei vindicatio, n.71.72.& 73.

Idem an procedat etiam in Dote putatiua, ibid.

Dos in iudicio an valeat libellus incertus quoad quantitatem, certus reſpectu dotis in vniuerſum, & ſimiliter ſententia eodem modo incerta, n.76.77. & ſeqq.

Explicatur intellectus ad l.fin. Cod. de ſententia, quæ ſine certa quantitate, num.77.& ſeqq.

Verbum, relinquo relatum ad dotem an trahatur ad inſtitutionem, vt cenſeatur Dos relicta titulo inſtitutionis, & Teſtamentum valeat, num. 81.

Impenſa in vna re dotali facta deducitur ex alia, n. 82.

Dos an poſſit conſiſtere in re perexigua puta in vno nummo, n. 85.

Mulier in vno nummo dotata, an comprehendatur ſtatuto excludente filiam dotatam à ſucceſſione patris, n.84.

Dos eſt inſtituta, & datur pro oneribus Matrimonij ſuſtinendis, n.92.

Mulieres eſſe dotatas continet fauorem publicum, ibid.

Pactum, ne maritus teneatur ad alimenta mulieri præſtanda, quamdiu Dos ſibi non ſoluitur, valet, n.91. Item valet pactum, quod fructus dotis conuertantur in dotẽ, & illã augeant, & vxor ſe ipsã alere debeat, n.94. Itẽ pactũ, vt vxor ſe ipſam alat, ſed percipiat fructus dotis, n.95.

Pactum quod vir Dotem quidem habeat, ſed fructus Vxori, vel ſocero acquirantur, & nihilominus vir teneatur ad onera matrimonij non valet.

Pactum vt vir percipiat fructus dotis, & non debeat alere vxorẽ, ſed ipſa ſe alere debeat an valeat, n.97. ad 103.

Pactum, quod vir non teneatur ſubire onera obſequialia matrimonij erga vxorem & è contra non valet, num.97.

Maritus tenetur alere Vxorem carentem dote, ſeu nullam ei dotem affert, n.99.& 102.

Dos eſt titulus oneroſus reſpectu Mariti accipientis, & reſpectu dantis, n.106. & 107. Reſpectu mulieris eſt lucratiuus ſi extraneus liberaliter, & ſimpliciter dotet, n.108. Et an ſit lucratiuus reſpectu Mulieris à patre dotatæ, n.104. & tribus ſeqq.

Si filia dotata à patre committat ingratitudinis cauſam adue ſus Patrem, poſſet Pater ſoluto matrimonio Dotem, ſeu Dotis donationem reuocare, n.112.

PRÆMITTO nomen Dotis eſſe generale, Æquiuocum, vel Analogum plura ſignificans, quodque varijs modis accipitur, vt tradunt Pariſius *in rubricam, ff. ſoluto matr. n.1.* Alciatus *ibid.n.23.* Niconicius *ibid.n.146.* Alexan. 1
Rhaud. *de Analogis,& Æquiuocis, lib.1.c 6.n.31.& c.60. n.24.* & præter alios Iuriſperitos à Petro Barboſa *in d. rubr. ff. ſoluto matr. parte* 3. initio relatos, ex ſuperius relatis Io. Boſcheius *d.tract.3. de leg. nuptiis, n.3.* Bald. Nouel. *p.1.n.1. cum pluribus ſeq.* Ant. Hubertus *d.tr. de Dotibus, c.2.n.1.& trib.ſeq.* Phanucius de Phanuc. *allegato tr. de lucro Dotis ad c.19.l.2. ſtatutor. Ciuit. Lucen. in rubr. verbo Dos, n.1.& quatuor ſeq.* & Mantica *allegat. l.12.tit.1. n.3. & quinque ſeq.* quibus adiungo D. Thomam *in 4. ſentent. deciſ.49. art.1. in corpore.* Nomen igitur Dotis in ſua generalitate, & largiſſimè iuxta communẽ vſum loquendi acceptum ſignificat quidquid præcipuum alicui rei, vel perſonæ datum eſt ſeu conceditur ſiue à natura, aut à Deo, vel ab hominibus vt Io. Boſcheius, Gubertus & Phanuc. *locis citatis*; vel ſignificat omnẽ (quod idẽ eſt) adiectionem, qualitatem, & circumferentiã ad ſufficiẽtiam alicuius rei, vel perſonæ, ſcilicet tẽdentem ad ſufficientiã, ornatum, & perfectionem alicuius rei, vel perſonæ, vt S. Tho. Bald. Nouell. *locis citatis,* & Rhaud. *alleg.c.8.n.24.* Quare Rachel cũ infœcunda eſſet, & Dei beneficio filium peperiſſet. *Gen.30.c.* dicebat *dotauit me Deus dote bona.* Et apud Plinium dicitur *vlmus ritè dotata:* In Iure, & apud Iuriſconſultos prædiorũ Dotes appellãtur pecuniæ & Inſtrumẽta pro illorũ cultura deſtinata, ſicut, & domorũ dotes omnia, quibus domus redditur habilis, & commoda pro habitatione; *l.2.§.dotes & l.Seiæ, §.liberto, ff. de fundo inſtructo, l.amiſſa, §.fideiuſſores, ff. de fideiuſ.* In Iure Canonico, & apud Canoniſtas Dos appellatur redditus, ſeu quæ capellæ, ſeu Eccleſiæ, vel beneficio Eccleſiaſtico aſſignantur pro eius Capellano, ſeu Rectore, aut Sacerdote beneficiario qui quaſi ſponſus, ſeu maritus eius in miniſtrandis Sacramentis, vel faciendis, ſeu exercendis ſacris onera eſt ſubiturus, *c. nemo il primo de conſecrat. d.1. & c. cum ſicut. de conſecrat. Eccleſ.* quæ Dos proinde pro Matrimonio ſpirituali intelligitur conſtituta, & ſimiliter Dos dicitur quæ datur Puellæ ingredienti Monaſterium, & ſic Deo nubet, cui Pater tenetur aſſignare congruã dotem, prout tenetur pro Matrimonio temporali *l. qui liberos, ff. de ritu nupt. & l. obligamur, § lego, ff. de action. & oblig.* Bart. *in l.1.§. ſi parens, ff. ſi quis à parent. ſit manumiſ. & in l. poſt dotẽ, ff. ſoluto matr.* Io. Boſcheius *d.tract.3.n.3.* Bald. Nouell. *d. parte 1.n.9.* & alij Iuriſperiti apud ipſum, & cũ aliis Borell. *d.to.3 ſum. deciſ. tit.4. à n.102.* Virtutes quoque, & ornamenta corporis & animi appellantur, dotes corporis, & animi, qua ratione dona, ſeu qualitates ſpirituales, & ſupernaturales corporibus Beatorum à Deo ad eorũ ornatum communicatæ, à Theologis appellantur dotes corporum Beatorum, vt S. Tho. *alleg. art.1.* Demum Dos propriè, & principaliter atque ex prima nominis inſtitutione accipitur; prout refertur ad Matrimonium carnale, ſignificatque id, quod cauſa Matrimonij eiuſque onera ſuſtinẽdi datur Marito, vt omnes præallegati Iuriſperiti & S. Tho. *alleg. art.1.* quod colligũt ex eo, quod iuxta Ius ciuile Dos propriè dicatur, & ſit, vbi eſt Matrimonium, & nulla ſit Dos, vbi nõ eſt Matrimonium, *l. final. C. de donat. ante nuptias,* ibi, *ſicut enim Dos propter nuptias ſit, & ſine nuptiis quidem nulla Dos intelligitur, ſine Dote autem nuptiæ poſſunt celebrari, lib.3. ff. de iure dotium,* ibi: *Neque enim Dos ſine Matrimonio eſſe poteſt, & vbicunque Matrimonij nomen non eſt, nec Dos eſt,* & *l.1. ff. pro*

Dote in fine, ibi; *quia nulla Dos ſit ſcilicet, vbi non eſt Matrimonium.* In hoc igitur capite dum proponitur explicandum, quid ſit Dos, accipitur Dos vltimo modo, ſcilicet provt refertur ad Matrimonium carnale.

§ I.

Variæ definitiones Dotis proponuntur.

2 PRima definitio eſt Varronis *lib. 4. de lingua Latina, Dos eſt pecunia nuptiarum cauſa.* Nomine pecuniæ, cùm Dos non ſolùm in pecunia, ſed etiam in cœteris rebus corporalibus, & etiam in incorporalibus, ſeu iure poſſit ſubſiſtere, vt ex infrà dicendis apparebit, fortè intellexit quidquid pecunia ſit æſtimabile, vel dicit eſſe pecuniam, eo quod frequentius Dos in pecunia conſtituatur, & Marito Puellæ, ſeu mulieris nomine tradatur, vel promittatur.

3 Secunda definitio eſt Franc. Hotomani: *allegata diſp. de dotibus, initio,* qui vt comprehenderet pecunias, réſque alias corporales & incorporales, ſeu iura definiuit Dotem, quod ſit, *donatio, quæ vxoris nomine,* (ſcilicet, quæ ab illa, vel ab ipſius parentibus, aut cognatis, aut quibuſvis aliis eius cauſa conſtituitur) *in Virum confertur,* ſeu *Viro ſit propter Matrimonij onera*; cui concordant Angelus *allegato verbo Dos, initio*, vbi definit Dotem, eſſe *quandam donationem factam à Patre Mulieris, vel ab extraneo, vel ab ipſa muliere ipſi Viro pro oneribus matrimonij*; & Aſtenſ. *præfato tit. 40. ſum. art. 1.* definiens Dotem, quod ſit *donatio à parte mulieris facta parti viri pro ſuſtinendo onere matrimonij.* Veteres etiam Iuriſconſulti dotes inter donationes enumerabant, vt teſtatur Iuſtinianus *in allegata l. vltima, Cod. de donationibus ante nuptias, Acron etiam Horatij interpres* (vt notauit Matthæus Vueſembecius *in pandectas Iuris ciuilis, lib. 23. Digeſtor. tit. 3. de iure dotium, num. 2.*) dixit Dotem eſſe, *donum puellarum nubentium*, quod eymologia verbi indicare tradit Vueſembecius dicens veriſimile eſſe Dotem à dando ſicut, & donum eſſe dictam, imò Dos (inquiunt Azo. *in ſum. Cod. de iure dotium, num. 7.* & Gomez *in d. l. 50. Tauri à 15.*) dicitur Græcè *Pherna*, id eſt donatio, quæ propter nuptias conceditur & deriuari à verbo græco, quod idem ſignificat, quod *dono*, aut *largior*, tradit Varro *loco ſuprà citato*, & ex eo, & aliis refert Pet. Barboſa *allegata parte 3. rubrica, ff. ſoluto matrim. initio*, vbi proinde notat, quòd ſicut ſi donatio fiat abſenti, non valet, niſi adſit aliquis, qui nomine abſentis eam acceptet, gloſſa *in l. illud verbo alia in fine, Cod. de ſacroſ. Eccleſ.* ita etiam non valebit dotis datio, niſi ſit aliquis, qui eam accipiat, vel nomine ſuo, vel nomine abſentis; ex Cuiacio *lib. 12. obſeruat. cap. 28.* itavt, (ſubdit Barboſa,) Dos cenſeatur quædam donatio facta per vxorem, vel nomine Vxoris Marito cauſa Matrimonij, & è contrà donatio propter nuptias cenſeatur donatio, quæ per Maritum fit vxori propter Matrimonium, & dotem acceptam: *d. l. fin. Cod. de donat. ante nupt.* & quaſi Dos mariti cenſeatur; & ideò ſoluto Matrimonio ad maritum reuertatur *cap. fin. de donat. inter virum & vxorem.*

4 Præfatam definitionem explicat Hotomanus; in qua ait *Donationem* poni vt genus; dicit autem non intelligi donationem meram, & directam ſed negotionalem, & quæ ſub conditione reſoluitur, ac proinde frequenter in iure dotem, ſeu dotis dationem Contractum appellari; vt *in l. contractus 13. ff. de reg. iuris, l. 1. §. debitam, ff. de conſtituta pecunia*, & *l. exigere 65. ff. de Iudiciis.* Quare cum Dos ſeu nomen Dotis accipi poſſit, & pro re vxoria, ſeu rebus ipſius dotalibus (vt iuxta vſum magis communem loquendi vſurpatur, & crebrò accipitur in iure, vt ex dicendis conſtat) & pro ipſo dotis contractu vt in præallegatis legibus, & *argum. l. Iuriſgent. in fin. princip. ff. de pactis*, Donationis nomine accipit Hotomanus non ipſas res dotales, ſed ipſum contractum dotis, res enim dotales vult abuſiuè, & impropriè dicit dotem, propriè verò dotem accipi pro ipſo contractu, de, ſeu ſuper rebus, quæ dantur in dotem, ſicut pignus inquit propriè pro ipſo contractu, interdum etiam abuſiuè pro re oppignorata vſurpatur; ſic ergo in propoſita definitione nomen donationis ab Hotomano accipitur non pro ipſis rebus, quæ dantur, vel promittuntur marito, ſed pro ipſo contractu donationis, ex quo oritur ius, & actio dotis, quæ dicitur actio rei vxoriæ, & ita iuxta eundem Hotomanum, Dos propriè non conſtituitur ſub cathegoria ſubſtantiæ, ſed ſub cathegoria actionum, ſcilicet ſub ea, cui donatio, cæteríque contractus omnes ſubiecti ſunt. Porrò verba illa poſtrema, *propter Matrimonij onera*, in definitione Dotis adiecta, ait idem Hotomanus continere præcipuam differentiam, quæ conſiſtit in oneribus matrimonij, pro quibus ſuſtinendis datur, & à iure inducta eſt: Namque eſſe dotis proprietatem, & de illius natura ſubdit Hotomanus conſtare, *ex l. dotem 16. ff. de caſtrenſ. pecul. l. actiones 65. §. vltimo, ff. pro ſocio, & l. is, qui 16. §. 1. ff. de iure dotium.* Prædicta ex Hotomano. Verùm quia licet Dos aliquando ſit donatio reſpectu mulieris, vt quando illi liberaliter conſtituitur, vel relinquitur ab extraneo, vel ab auo, vel alio agnato, vel cognato eidem mulieri contemplatione eiuſdem, & non eius patris datur; vel relinquitur, tamen cùm illi datur à patre, cuius eſt quaſi debitum, & ex paterno officio filiam dotare tenetur (de quo *infrà*) non eſt propriè donatio, neque etiam reſpectu mariti Dos à muliere, vel eius nomine eidem marito ſit mera donatio cum ei acquiratur titulo oneroſo (provt *infrà* ſuo loco) ſcilicet, vt matrimonij onera ſuſtineat, nec ei acquiratur; (ſiue ad eundem maritum durante matrimonio ſpectat quoad dominium, ſiue tantùm quoad vſumfructum) irreuocabiliter quantum eſt ex natura dotis, & ſecluſis pactis, aut ſtatutis: ideò Doctores communiter definientes dotem non conſtituerunt eam inter ſpecies donationis.

Tertia igitur definitio eſt Azonis *in præfata ſumma, Cod. de iure dotium, num 6.* aientis quod *Dos eſt, quod à muliere, vel eius parte* (ſcilicet eius patre, vel ab extraneo) *Marito, vel eius parti* (ſcilicet eius patri) *propter onera matrimonij datur, vt perpetuò* (id eſt quamdiù durauerit Matrimonium, niſi maritus vergat ad inopiam) *ſit penes eum*; Ad quam definitionem comprobandam adducit *l. 1. ff. de iure dotium* [vbi Paulus Dotis cauſa perpetua eſt, & cum voto eius, qui dat ita contrahitur, vt ſemper apud maritum ſit] & *l. profectitia Dos* [vbi Vlpianus, *profectitia* Dos eſt, quæ à patre, vel parente profecta eſt de bonis, vel facto eius] *ff. eodem*, & *l. etiam, eodem tit.* vbi idem Vlpianus, etiamſi alij iuſſu Mariti Dos detur, nihilominus Maritus de dote obligatur. Hanc definitionem amplexi ſunt ex Iuriſperitis Socinus iunior *in rubric. ff. ſoluto matrim. in 3. parte, nu. 28. ibidem*, Alciatus *verbo Dos: ibidem* Angelus, Paulus de Caſtro, Crotus, Zaſius Baldus, *in l. fin. C. de ſententia, quæ ſine certa quantitate* Baldus Nouellus *de Dote, p. 2. à n. 1. & l. 1. ff. ſoluto matrim.* Ioan. Boſcheus *de legit. nupt. lib. 3. n. 4.* Phanue. de Phanuc. *allegat. tract. de lucro dotis, verbo Dote à n. 8.* Ant. Gomez *in d. l. 50. Tauri, n. 15.* [vbi tamen addit verbo *datur*, vel *promittitur*] & plures alij Iuriſperiti, quos *locis citatis* referunt Baldus Nouellus, Phanue. Gomez, & latiùs Pet. Barboſa *in d. rubr. ff. ſoluto matrim. part. 3. n. 1.* & eam amplexus videtur etiã Tuſchus *verbo Dos, concl. 717. n. 4.* ex Theologis, & Summiſtis D. Thomas, *in 4. dicta diſtinct 49. art. 1.* D. Raymund. *in ſumm. dicto tit. de Dote, § 2.* Ioan. de Friburg. *in ſum. lib. 4. tit. 25. q. 1.* Sylueſter *verbo Dos, n. 1.* Angelus & Aſten. *locis nu. 3. allegatis.* Sumunt enim *ibi* donationem provt idem eſt, quod Datio) Rebell. *de oblig. iuſt. part. 2. lib. 5. quæſt. 1. n. 1.* Paul. Layman. *allegato lib. 3. Theol. mor. tract. 4. c. 13. n. 1.* Fragoſ. *de Regim. Chriſt. Reipub. tom. 3. diſp. 5. n. 1.* Caſtrus Palaus *de iuſt. & iure, allegato tr. 32.*

diſp.9. punct.9.n.1. Ludou. Molina *de iuſt.& iure, tom.2. alleg. diſp.423.n.1.* & Villalobos *in ſum.tom.2. tract.27. diffic.1.* Addunt tamen Molina, & Villalobos *& promittitur dari.* Ant. Gomez, vt definitio ſit, Dos eſt, quod Viro datur, aut promittitur ratione matrimonij ad eius onera ſuſtinenda, ſcilicet alendũ, & ſuſtentandum vxorem ipſam, communes filios & familiam; ſed an Dos promiſſa, & nondum tradita marito, ſit propriè Dos, non caret dubio (de quo *infrà*) ideo fortè Azo. *in ſua definitione*, contentus fuit verbo *datur*; vel *dato*, quod ſit propriè Dos, datio dotis ipſam promiſſionẽ cõprehendet prout *infrà* explicabitur *in præfata definit.* Ly; quod datur ſtat loco generis, cætera ſunt loco differentiæ.

At prædicta definitio Azor. (quam etiam communiter approbarunt Canoniſtæ *in cap. Raynutius, de teſtam.* vt *locis citatis* teſtantur Syluester & Angelus) diſplicuit Bartholo qui *in rubr. ff. ſoluto matrim.* eam refert *nu.16.* & impugnat & Bartholum ſequuti ſunt plurimi alij Iuriſperiti ſcribentes in eandem rubr. & alij, quibus viſa eſt nimis diminuta, nec comprehendere omnia, quæ ſub Dote propriè continentur.

6 Quapropter ſit quarta definitio dotis, quam tradit Bartholus *in dicta rubr. citato nu.16.* vbi, definit Dotem, quòd ſit: *Ius quoddam vniuerſale in ſe continens, quod à Muliere, vel eius Patre Marito, vel eius Patri traditur, vel pro tradito habetur, ad ſeu propter onera Matrimonij ſuſtinenda.* Vult enim Bartholus Dotem ex natura ſua non eſſe aliquod corporale, vel particulare, ſed eſſe aliquod incorporale vniuerſale ius à rebus dotalibus diſtinctum; vel vt corpus vniuerſum fictum, ſeu per ſolam operationem intellectus conceptum comprehendens, & ſignificans res dotales, omniaque corpora, aut iura, quæ in dotem dantur, ſicut ius vniuerſale dicitur & eſt hæreditas & peculium, quæ omnia inferius explicantur. Hanc Bartholi definitionem amplexi ſunt ex ſcribentibus, *in d. rubr. ff. ſolu. matr.* Iaſon. *à n.30.* Ripa *à n.43.* Socin. Alex Thomas Parpal & plures alij à Phanucio *allegato verbo Dote, nu.7.* & Pet. Barboſa *dicta 3. parte, n.2.* relati, Ant. Gubertus *alleg. tract. de Dotib. cap.2. n.7.* Mantica *de tacit. & ambigu. conu. cit. lib.11. tit.6.* Sebaſt. Medi. *de definitionib. defin.57.* dicens eſſe communem apud Iuriſperitos, Molfeſius *in conſuetud. Neapol. p.6. de iure dotium, q.1. n.1.* & innumeri alij Iuriſperiti à Phanucio & Pet. Barboſa *locis ſuprà citatis allegati*, & eamdem amplectuntur Conſtantius Rogerius *præfato tract. de Dote, quæſito 1.* & Compegius *de Dote, p.1. qu.1.* reiectis ſolum verbis poſtremis ſcilicet, *propter Matrimonij onera*, Azonis enim, & Bartholi definitioni opponunt, quod Dos ſit propter Matrimonij onera ſupportando, cum aliquando (inquiunt) poſſit eſſe Dos ſine onere Mariti alendi vxorem ea pacto appoſito ſeu mutua conuentione: *l.4. in fine, ff. de pact. dotalib.* (quod an ſit verum *infrà*) Vnde idem Conſtantius, *d. quæſito 1.* Dotem ſic definit; *Dos eſt Ius quoddam in ſe continens, quod à Muliere, vel eius Patre Marito, vel eius Patri traditum eſt, vel pro tradito habitum propter Matrimonium*: cum Dos (inquit) non ſit ſine matrimonio, allegato *l.3. ff. de iure dotium.* Hanc Bartholi definitionem explicat, & probat eſſe bonam Medices, cum cõuertatur (inquit) cum ſuo definito, nam primò dicitur, *Ius vniuerſale*, & Dotem eſſe ius vniuerſale probatur per textum *in l. quod dicitur, ff. de impenſis in rebus dotalibus factis*: Et ratio iuxta eundem & Bartholum; & alios præallegatos Iuriſperitos eſt, quia augetur fructibus, & acceſſionibus, ſicut hæreditas, peculium, & alia Iura vniuerſalia: *l. ſi marito, §. ſi fundum*, & alijs iuribus, quæ in hanc rem à præfatis Doctoribus allegantur. Opponunt autem quod dos ſit Contractus, & Contractus non dicitur eſſe Iuris ſed facti: *l. conſilio, ff. de curat. furioſi.* Reſpondent Contractus dici quid facti dum fiunt, ſed poſtquam deducti ſunt in eſſe, effici iuris; quia ex facto oritur Ius: *l. ſi ex plagis, §. in cliuo, ff. ad l. Aquil.* in definitione autẽ regulariter poni rem prout eſt facta, non prout eſt in fieri, cùm eſſentiam rei debeat demonſtrare. Secundò dicitur *traditur*, quo verbo non intelligi ait ipſam traditionem rei dotalis, ſed ipſam celebrationem contractus, eo quod, inquit, etiã dos promiſſa, ſit dos, vt *C. de dotis promiſſione*; Et ideò dicitur, *vel pro tradito habetur.* Atque adeò idem Medices, *n.7.* ait, in Dote requiri traditionem, vel verè (vt cum ipſa res dotalis traditur) vel fictè, in quo dicit venire etiam dotem promiſſam. Vltimò in eadem definitione dicitur *propter onera Matrimonij ſuſtinenda*, quia dos debet ſeruire oneribus Matrimonij; allegata *l. pro oneribus, C. de iure dotium*, vt mulieres facilius nubant, & filiorum procreatione Rempublicam repleant, ac proinde dotis cauſa ſẽper præcipua vbique fuit & fauorabilis; cum Reipublicę interſit, mulieres eſſe dotatas, vtpotè maximè neceſſariũ ad prolem procreandam, replendamque liberis ciuitatem; vt dicitur *l.1. ff. ſoluto matri.* oppoſitioni verò Conſtantij Rogerij *in d. l.4 in fine, ff. de pact. dotalibus.* Reſpondent Dotem dari propter onera Matrimonij, niſi aliter per pactum ſit conuentum, *d. autem l.4* erat pactũ expreſſum, quo caſu ait, ceſſare generalẽ diſpoſitionem, nec id eſſe mirũ, quia Contractus ea conuentione legem accipiunt *vulgarib. merib.* regulariter tamen, & frequẽtiùs accidere, quòd Dos deſeruire debeat oneribus Matrimonij iuxta *d. l. pro oneribus, C. de iure dotium*, & alias leges *ſuprà n.4. in explicatione definitionis Hotomani*, allegatas.

Prædictæ ſunt Dotis definitiones, quas à DD. præſertim Iuriſperitis reperio traditas & tertia Azonis, ac quarta Bartholi fuerunt magis & frequentiori calculo receptæ, atque approbatæ, & vtraque habet acres defenſores tamen tam diuerſimodè declarantes, vt quid 7 (vt notauit Phanucius *d. verbo Dote, nu.8. & 9.* & poſt eum Mantica *d. lib.12. tit.6. n.1.*) vel ſecundùm Azonem, vel ſecundùm Bartholum affirmandum ſit, & quæ ſit verior opinio, vix diſcerni poſſit; cùm ex traditis à Doctoribus, Azonis & Bartholi, ſequacibus nihil certi, ſeu clari habeatur præſertim circa illud, an dos ſit Ius vniuerſale à rebus dotalibus diſtinctum & vt vnum corpus vniuerſum, & collectiuum per Intellectum continens omnes res ipſas dotales, quæ Viro traduntur cauſa Matrimonij: Vt ergo omiſſis inutilibus quoad praxim difficultates circa vtramque definitionem Azonis & Bartholi à Doctoribus excitatæ, qua maiori fieri poterit claritate remaneant declaratæ, ac reſolutæ, ſequentia ſeorſim pertractanda, & examinanda atque declaranda exiſtimaui: ſit igitur,

§. II.

Proponuntur nonnullæ Obiectiones contra Azonis definitionem, & illis ſatisfit.

CVm Azo. *in ſua definitione*, dicat Dotem eſſe, quod datur, *&c.* contra Ly. datur. 8

Primò objicitur, puta etſi nihil detur, vel datum ſit marito, Dos poteſt conſiſtere, vt ſi Maritus ſit debitor Mulieris, & liberetur per acceptilationem nomine ſeu gratiâ dotis conſtituendæ: *l. promittendo, §.2. & l. licet in princ. ff. de iure dotium*: At Bartholus *in dicta Rub. ff. ſoluto matrim.* reſpondet, quod vbi Dos per acceptilationem eſt conſtituta Iuris interpretatione, ſeu fictione pecunia intelligitur priùs ſoluta mulieri, deinde tradita viro; *d. l. licet: §. quoties*, ibi: *Niſi fortè ſic accepto tulit, vt velit mulieri in totum donatum. tunc enim tradendum eſt, breui manu acceptum à muliere, & marito datum*; & *l. ſingularia, ff. ſi certum petatur.*

Secundò objicitur, quia verbum *datur*, ſeu *dari* importat, ſeu ſignificat dominij tranſlationem, ſeu dominium rei datæ transferri: *l. vbi autem non apparet 75. §. vlt. ff. de verb. oblig.* (vbi Vlpianus: *Hac ſtipulatio fundum Tuſculanum dari oſtendit, ſe certe eſſe, continetque vt dominium omnimodo efficiatur quoquomodo*) & *§. ſi itaque diſcretis inſtit. de action.* vbi dicitur *dari cuiquam id intelligitur, quod*

ita

ita datur, vt eius fiat. At dos poteſt eſſe ſine tranſlatione dominij; nam etiam res aliena in dotem dari poteſt, vt expreſsè habetur, *l. ſi alienam* 11. *ff. ſoluto matrim.* & colligitur *ex tit. ff. pro dote*, vbi admittitur vſucapio pro dote, quæ tunc habet locum, cum res aliena dotis cauſa traditur Marito bona fide accipienti: *l. 1. eodem tit.* pro dote fundum etiam dotalem poſſe conſtitui, licèt alienus ſit, per *l. dotale*, §. 2. *ff. de fund. dotal.* ſcripſit *ibidem* Gloſſa, & tradit Bartholus *in dicta rub.* §. *ſoluto matrim.* & notat etiam Mantica *dicto lib.* 12. *de tacit. & ambig. conuent. tit.* 3. *n.* 19. Quamuis Conſtantius Rogerius *de dote, alleg. quæſt.* 1. *n.* 4. dicat, quod ille textus potius contrarium innuat, ſed quidquid ſit de vero ſenſu illius textus, idem Bartholus reſpondet, quod illud verbum *datur*, debet intelligi, ſeu accipi pro *traditur*; vt accipitur *in l. 1. in principio*, ibi, *Depoſitum eſt, quod cuſtodiendum alicui dandum eſt*: *ff. depoſiti*, & habetur per Gloſſam *in l. non videtur data, ff. de reg. iuris.* Quare etiam verbum *dari* verificatur, quoad ſolum vſum, ſeu vſumfructum, ſuppoſito quod conſtante matrimonio ſolus vſus ſeu fructus rerum dotalium ſpectat ad Maritum, dominium verò ad mulierem, cui reſeruatur dos integra, ſiue quoad res ipſas, ſiue quoad earum æſtimationem ſoluto matrimonio reddendam.

10 Tertiò objicitur, quia illud, quod datur plerumque eſt corporale, vt fundus, pecunia; ſed Dos conſtitui poteſt etiã in re incorporali, nempe in aliquo iure, quod eſt incorporale, puta ſi pro dote conſtituantur nomina debitorum, redditus cenſuales, vel libellarij. Reſpondetur nomen *illud*, vel *quod* tranſcendens idem eſſe, ſeu ſignificare, quod nomen *res*; nomine autẽ rerum comprehenduntur, non ſolum res corporales, ſed & incorporales, vt ius in perſonas, vel res, ſeu obligationes, &c. *l. 1.* §. *quædam, ff. de diuiſione rerum, & inſtit. de rebus corporalibus.* Cùm ſit nomen tranſcendens, & generaliſſimum; quæ etiam iura rectè dicuntur dari, ſeu tradi, dum alteri aſſignantur, renunciantur, ceduntur. Itaque dum Dos definitur illud, *quod à Muliere datur Viro propter onera Matrimonij ſuſtinenda*; nomen *illud* ſignificat totum illud, quod vel eſt vnica res, vel per modum vnius integri (ſi dos ſit conſtituta ex pluribus rebus, veſtibus, fundis, pecunia, reddito, quo caſu, quodlibet eorum non dicitur dos, ſed pars dotis, ſeu res dotalis ſed omnia ſimul ſumpta dicuntur vna dos,) ex parte mulieris datur viro ad ſuſtinenda Matrimonij onera.

11 Quartò objicitur, quia non ſolùm eſt, & dicitur dos data, & tradita & numerata, ſed etiam ſolùm promiſſa, *toto tit. C. de dotis promiſſione* ſuppoſito quod dos rectè, & propriè dicatur & ſit, etiamſi non ſit tradita, ſed tantùm promiſſa. Reſpondetur iuxta tradita ſuprà *num.* 6. ex Sebaſt. Medi. per verbum *dari*, ſeu *tradi* poſitum in definitione dotis Axonis, & etiam Bartholi accipi traditionem verè, vel fictè & iuris interpretatione, & ſic intelligi etiam dotem promiſſam: deinde per promiſſionem dotis datur, ſeu traditur viro de præſenti ius ad rem pro dote promiſſa, & ſic etiam cenſetur tradita res ipſa, quia qui habet actionem ad rem cenſetur habere rem ipſam.

12 Quintò objicitur, quia dos non eſt illud, quod datur marito, vel eius patri, ſed eſt ius quoddam incorporale, vel particulare ex mutua obligatione contractus ſuper res, ſeu rebus, in quibus dos conſtituitur, (vt ſuperius *num.* 3. *&* 6. *in explicatione definitionis* Franc. Hotoman. & Sebaſt. Medi. notatum eſt, & *infrà* §. *ſequenti* latiùs explicabitur,) vel vniuerſale ſicut, *hæreditas*, & *peculium*, & ſic diſtinctum à re corporali, ſeu ab eo, quod datur in dotem, vt probat Bartholus per textum *in l. quod dicitur, ff. de impenſis in reb. dot. fact.* & alia iura quæ § *ſequenti* allegantur. Angelus *in dicta rub. ff. ſoluto matr.* & poſt eum Imola *ibidem num.* 9. *in fine* ſuſtinentes Dotem eſſe ius vniuerſale tuentur Azonis definitionem dicentes, dotem accipi etiam pro rebus dotalibus, ſeu in dotem datis, *l. 2. in princ. ff. de dote prælég.* & *l. dotem dedit, ff. de collatione bonorum*, & aliis iuribus à Pet. Barboſa *d. p.* 3. *nu.* 5. & Mantica *d. lib.* 12. *de tacit. & ambig. conuent. tit.* 1. quæ §. *ſeq.* referuntur; & ita accipitur iuxta communem conſuetudinem, ſeu vſum loquendi, cum conſueuerit illud, quod datur, dos dici, quæ conſuetudo debet obſeruari: *l. continuus, ff. de verb. oblig.* ac proinde Azonem definiiſſe dotem iuxta hanc communem ſignificationem, ſeu conſuetudinem, & vſum loquendi. Pet. Barboſa *in dicta rub. ff. ſoluto matr. parte* 3. contendens concordare Axonem, & Bartholum, vt re ipſa non diſcrepent, quamuis ille dixerit, dotem eſſe *id, quod datur pro dote*; Bartholus verò dixit eſſe, *ius vniuerſale, &c.* Reſpondet *num.* 8. *fin.* quod ſi dos verè, & realiter, & à parte rei conſideretur, nihil aliud eſt, quàm res dotales, & ſic dos prout totum verè, & realiter conſideratum non differt à ſuis partibus ſed eſt ipſæ res dotales, & iuxta hanc conſiderationem vera eſt Axonis, definitio; ſi verò Dos, inquit idem Barboſa, conſideretur ſecundùm Iuris fictionem, per quam cenſetur, & per intellectum concipitur eſſe quoddam corpus fictum continens ſub ſe res dotales, prout ipſe conatur explicare *nu.* 5. adducta *l. mortuo* 22. *ff. de fideiuſſoribus*) & iuxta hanc conſiderationem idem Pet. Barboſa *ibidem num.* 9. ait veram eſſe definitionem, ſeu opinionem Bartholi, quod Dos ſit, *ius vniuerſale continens ſub ſe res datas in dotem*, verum reſpondetur 1. dotem dici, & eſſe tantum res, ſiue corporales, ſiue incorporales, quæ in dotem dantur, vt *ſequenti* §. declarabitur; etſi enim ex dotis contractu, ſeu ex mutua obligatione contractus tanquam à cauſa formali, & à dote, ſiue re aut rebus, quæ dantur in dotem Viro, tanquam à cauſa materiali, ſicut ex aliis contractibus oritur ius, ſeu reſultet in Virum ius, & ita Dos ex parte cõtractus ſpectata dici aliquo modo poſſit ius continens, ſeu ſupponens id, quod à Muliere, vel eius parte in dotem Viro datur, ſeu traditur: nihilominus iſtud ius, ſiue ſit particulare, ſiue vniuerſale formaliter, & propriè loquendo nõ denominatur, neque eſt Dos, in eoque non conſiſtit dos, ſed dos sũt res, de quibus initus cõtractus, & ad quas ex cõtractu vero illud ius in virũ reſoltat, vt *inferius* declaratur.

Sextò contra reſponſiones datas primæ, ſecundæ, tertiæ, & quartæ obiectioni, & primam reſponſionem 13
ad quintam obiectionem, objiciunt Campegius, & Conſtantius Rogerius, quia admiſſis dictis reſponſionibus ſequeretur, quod verba definitionis paterentur interpretationem vltra propriam ſignificationem. Item quod poſſent intelligi in caſu ficto: Item & ſecundùm conſuetudinem loquendi; quæ omnia aduerſantur naturæ definitionis, ex qua ſumitur propria ſignificatio, ſeu proprietas vocabuli, & cuius verba, cum explicent quid eſſe, ſeu quidditatem, & eſſentiam, debent intelligi in ſignificatu proprio, & vero non verò in improprio, & ſecundùm iuris fictionem; vel ſolum vſum loquendi. Reſpondetur huiuſmodi moralia, ſicut eſt dos, quæ nõ habent propriam, & rigoroſam definitionem, ſed tantùm deſcriptionem, ſeu tantum deſcribuntur per ordinem ad effectum, ſeu finem proprium, rectè explicari etiã per verba accepta ſecundùm latam, & impropriam ſignificationem, dummodo illã patiantur iuxta Iuris interpretationem & communem loquendi vſum; Et quod in his moralibus admittatur definitio etiam per legis fictionem, & ſic per verba impropriè intellecta. Mantica *d. lib.* 12. *tit.* 3. *n.* 17. dicit manifeſtè apparere ex definitione vſusfructus, qui definitur, vt ſit Ius vtendi, fruendi ſalua rerum ſubſtantia *l. 1. & 2. ff. de vſufruct. & inſtit. eodem tit. in princ.* & tamen in rebus, quæ vſu conſumuntur, cautionis, & ſic fictionis beneficio ſalua intelligitur earum ſubſtantia: *l. 2. ff. de vſufructu earum rerum, quæ vſu conſumuntur, vel minuuntur, ſed de pecunia*, loquit textus rectè caueri oportet his, à quibus eius pecuniæ vſusfructus legatus erit.

§. III.

An dos ſit ipſa res dotales, vel ius incorporale particulare vel vniuerſale abſtractum, ſeu ab ipſis rebus dotalibus diſtinctum.

14 TRia conſiderari poſſunt circa Dotem, Primum res, quæ dantur in dotem: Secundum contractus munus, quo Dos conſtituitur; qui *l. contractus* 23. *ff. de reg. Iuris* dicitur Dotis datio & *l.* 1. §. *debitam ff. de conſtituta pecunia*, & *l. exigere* 65. *ff. de iudiciis*, dicitur contractus ex cauſa dotis: Tertium obligatio, ſeu Ius, quæ ſeu quod ex ipſo contractu oritur; vnde competit actio ad ipſam dotem, ſeu ipſas res dotales, ſeu pro dote conſtitutas, ſicuti etiam ex aliis contractibus, emptionis, venditionis, mutui, commodati, depoſiti, pignoris, ſimilis obligatio, ſeu ſimile Ius, & actio oritur. Quod ius cum ſolo intellectu percipiatur, & non oculo corporis: dicitur incorporale & ſic in abſtracto conſideratum eſt diſtinctum ab ipſa re, ſeu rebus dotalibus, vt præter alios expreſsè notarunt Zaſius *in Rub. ff. ſ. lut. matr. n.* 22. *&* 24. Baldus nouell. *de Dote par.* 3. *n.* 4. *verſic. nunc reſtat* Phanuc. *de lucro dotis, verbo dote n.* 11. *&* Mantica *lib.* 12. *de tacit. & ambig. conuent. tit.* 1. *n.* 17. *fine &* 18. & *tit.* 7. *n.* 34. Hoc autem Ius ipſius Dotis quod ab ipſis rebus corporalibus datis in dotem per intellectum concipitur abſtractum poteſt accipi, vel vt Ius particulare, vt eſt Ius commodati, depoſiti, pignoris, & hypotecæ, ſcilicet Ius, & actio proſequendi rem dotalem; vel quod ſit Ius quoddam vniuerſale abſtractum ab ipſis rebus dotalibus illas tamen continens ſolum per intellectum cognuſcibile, & velut corpus vniuerſum fictum; ſicut *hæreditas*, & *peculium* dicuntur, & ſunt Ius vniuerſale.

Difficultas præcipua ergo eſt, an Dos ſit Ius vniuerſale aut particulare intellectuale abſtractum, & diſtinctum ab ipſis rebus dotalibus, an verò dos ſint ipſæmet res dotales, & quæ dantur in dotem.

Prima ſententia.

15 Prima ergo ſententia aſſerit Dotem eſſe Ius vniuerſale à rebus dotalibus diſtinctum, ita Barthol. *in rub. ff. ſoluto matrimonio num.* 21. poſt quem Alexand. ibidem, *num.* 25. 27. *&* 28. Aret. *n.* 13. Ripa *n.* 43. *& ſequent.* Socin. ſen. *num.* 34. 38. *& ſequent.* Ruinus *n.* 83. *& ſequent.* & *num.* 111. *in fine.* Pet. Barboſa *in eandem rub. par.* 3. *per totam*, Ant. Gubert. Campeg. Conſtantius Roger. *locis ſuprà num.* 6. *relatis*, Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 12. *tit.* 6. & præter alios, *ſuprà eodem num.* 6. allegatos, & alios relatos à Phanuc. *de lucro dotis, verbo Dote, num.* 7. & Pet. Barboſ. *dict. part.* 3. *num.* 2. Fachineus *contr. iuris lib.* 10. *cap.* 31. Maranta 4. *p. principali diſtinct.* 4. *n.* 1. & Salgadu *in labyrinto cred. part.* 1. *cap.* 3. *num.* 3. *fine*, & eſſe magis communem teſtantur Ruinus, Mantica, P. Barboſ. & alij ab eodem Pet. Barboſ. *d. num.* 2. allegati, licèt non eodem modo ab omnibus huiuſmodi vniuerſalitas iuris dotis explicetur.

16 Antonius Gubertus *de Dote cap.* 2. *num.* 5. notat, triplicem eſſe vniuerſitatem; Primam Iuris, vt hæreditas, *l. hæreditas in principio, ff. de petitione hæredit.* & *l. nihil* 24. *ff. de verbor. ſignificat.* Secundam facti, vt populus, legio, grex: *l. rerum mixtura* 30. *ff. de vſucapionibus, l. proponebatur* 76. *de iudiciis*, & *l. vindicatio* 56. *ff. de rei vendicat.* Tertiam mixtam, vti Peculium: *l. Peculium naſcitur, ff. de peculio, & l. ſi peculium ſerao ff. de peculio legato.* Dicit ergo Dotem ad vniuerſitatem mixtam ſpectare; ad id allegans *l.* 1. §. *impenſa ff. de Dote prælegata*, quo etiam textu Barthulus, & alij probant dotem eſſe ius vniuerſale diſtinctum à corporibus dotalibus.

Petrus Barboſa *d.* 3. *part. num.* 4. *cum ſeqq.* notat tria 17 eſſe genera, ſeu tres ſpecies corporum, quæ enumerantur *in prællegata l. rerum mixtura ff. de vſucapione.* Vnum, inquit lex, quod cōtinetur vno ſpiritu, tignum, lapis & ſimilia. Alterum, quod ex contingentibus, hoc eſt, pluribus inter ſe cohærentibus conſtat, vt ædificium, nauis, armarium. Tertium quod ex diſtantibus conſtat, vt corpora plura, non ſoluta, ſed vni nomini ſubiecta, veluti populus, legio, grex, ita præfata lex. Omiſſis igitur prioribus duobus corporibus ad propoſitam difficultatem, & ad declarandum, qua ratione Dos ſit ius, & corpus vniuerſale; idem Pet. Barbuſa dicit facere tantum tertium, quod conſtat ex diuerſis, & ſeparatis rebus, vni tamen nomini ſubiectis, & dicit, ſi hæ partes verè, & realiter conſiderantur, idem ſunt cum ipſo nomine, cui ſubiiciuntur, prout & partes totius verè, & realiter conſideratæ idem ſunt cum ſuo toto: Si verò conſiderantur ſecundùm fictionem Iuris, nomen illud, quod continet ſub ſe plures res diuerſas differt ab ipſis rebus; eo quod (inquit) fingatur quoddam corpus imaginarium, quod quaſi perſona quædam ſub ſe contineat omnia illa, quæ prædicto nomini ſubiiciuntur. Proſequitur idem P. Barboſa dicēs, quòd prædictæ res ſeparatæ reſpectu nominis, cui ſubiiciuntur, non ſe habent tanquam partes integrales, vt voluit Aleiatus *in d. rub. ff. ſoluto matrim. n.* 28. & Cotaſius ibidem 2. *lectura n.* 18. quia alioqui ſecundum, & tertium corpus *in d. l. rerum mixtura*, aſſignata tanquàm diuerſa non different, nam ſecundum dicitur conſtare ex partibus ſimul connexis, & ſic partes reſpectu totius ſunt integrales, quia ſimul iunctæ integrant illud totum. Tertium dicitur continere plures res diuerſas, & diſiunctas vni tamen nomini ſubiectas, ac proinde ſi differt à ſecundo, eius partes non habent ſe ad illud totum nominis tanquam partes integrales illius. Neque etiam, ſubdit idem Pet. Barboſa, prædictæ res ſe habent reſpectu prædicti nominis, vti ſpecies habent ſe reſpectu ſui generis, ſcilicet vti partes ſubiectiuæ, ſiue prædicamentales, vt ſentit Bolognetus *in d. rub. ff. ſol. ato matrim. n.* 216. Nam vt idem Barbuſa, hinc ſequeretur, quod prout poſita vna ſpecie neceſſariò ponitur genus, vt ſi dicatur homo eſt, neceſſariò ſequitur, ergo eſt animal; ita etiam ſequeretur; Res data eſt per mulierem marito, ergo eſt Dos; quod eſt falſum, cum potuerit dari tanquam paraphernalis: *l. ſi ego* 10. §. *fin. ff. de iure dotium l. fin. C. de pact. conuent.* vel vt apud eum eſſet ex cauſa donationis, iuxta *tit. ff. de donat. inter vir. & vxor.* concludit ergo prædictum nomen, ſi conſideretur tanquam quoddam corpus ſub ſe continere res nomini ſubiectas, quaſi ſuperior, ſiue Dominus (quod ait apertè ſignificari, *in l. mortuo* 24. *ff. de fideiuſſoribus.*) Atque adeo res ſub eodem nomine contentas ſe habere ad illud prout Vaſſalli, & ſubditi, ſe habent reſpectu Domini, & ſic eſſe totum non generis, ſed collectiuum, quod ex diſtantibus rebus conſtant, quæ ſunt vni nomini ſubiectæ, ſeu eſſe totum collectiuum vniuerſale, vt inquit Barth. *in l. ſi itan.* 4. *ff. de auro, & argento legato.*

Porrò idem P. Barboſa *n.* 6. *&* 7. iterum aduertit no- 18 men collectiuū, aliud eſſe collectiuum vniuerſale, aliud nominale; quod ſcilicet tantum plures colligit, & certo vocabulo nominat; & collectiuum vniuerſale dici illud, quod ſecundum fictionem iuris conſideratur tanquam corpus quoddam ſeparatum ab ipſis rebus; collectiuum verò nominale eſſe illud quod non inducit corpus illud fictum diuerſum à rebus, ſed tantùm res illas ſimul colligit, & nominat, vt autem nomen collectiuum dicatur vniuerſale, & inducere corpus illud fictum, addit idem P. Barb. oportere nomen tale eſſe, quod præſeferat quid diuerſum ab ipſis rebus, quas ſignificat,

ſignificat, & non ſumat nomen ab illis, alioqui non benè vti corpus diuerſum à rebus conſiderari poſſet; *l. in venditionibus, ff. de contrahenda empt.* & ita ait procedere, *dict. l. mortuo 22. ff. de fideiuſſoribus*, & hac ratione gregem dici corpus fictum, & vniuerſale res ſub ſe continens, *d. l. rerum mixtura 30. ff. de vſucap.* At ſi nomen ſubdit, tale ſit, quod non præ ſe ferat quid diuerſum à rebus, quas ſignificat, ſed magis ab ipſis nomen ſumat, vt argentum, aurum, veſtis non inducet fictū corpus, ſed collectiuum nominale, quod proinde in materia legatorum, non inducet legatum vniuerſale, vt poſtea addita legato comprehendantur, ſed tantum generale, vt deinde addita legato minimè comprehendantur; ſic ſi teſtator legauit argentum, aut veſtes; argentum, vel veſtes poſteà additæ legato non veniunt: *l. ſi ita 8. ff. de auro, & argento legato*; ſi verò legauit gregem, aut peculium veniunt oues poſt teſtamentum additæ, & quod peculio acceſſit: *l. ſi grege 22. ff. de leg. 1. & inſtit. de legat. §. ſi grex, & §. ſi peculium.*

19 Prædictis præmiſſis, & notatis idem Pet. Barboſ. *d. part. 3. n. 8.* dicit, quod ſi Dos rectè, & realiter conſideretur, nil aliud eſt, quàm res dotales prout totum verè, & realiter conſideratum non differt à partibus; Si verò Dos conſideratur ſecundum Iuris fictionem, per quam cenſetur eſſe quoddam corpus fictum continens ſub ſe res dotales, dos eſt ius vniuerſale, inquit idem Barboſa, continens ſub ſe res datas in dotem, vt dixit Bartholus, & addit ita ſenſiſſe etiam Baldus, *l. ſi non deſignata in fine, C. de falſa cauſa adiecta legato*, dum ait in dote duo reperiri corpora, quoddam materiale, quod idem eſt cum ipſis rebus, quoddam verò intellectuale, quod differt ab ipſis rebus. Rem hanc idem Barboſa *num. 9.* magis explicat exemplo hæreditatis, quæ inquit conſiderata verè, & realiter, nihil differt à rebus hæreditariis, & tamen conſiderata ſecundùm iuris fictionem, id eſt quaſi quoddam corpus repræſentans defunctum, *d. l. mortuo 24. ff. de fideiuſſorib.* multum differt à rebus hæreditariis, *inſtit. de rebus incorpor. in princ. & l. ſi Titio 55. §. 1. ff. de legat. 2.* Ex quibus idem P. Barboſa dicit, dotem (vt Bartholus tradit) eſſe ius, quia eſt quoddam corpus fictum à iure conſideratum, & introductum; quod in ſolo intellectu conſiſtit, & ſic tangi non poteſt, & ſic meritò dicitur ius, vt in principio: *Inſtit. de rebus incorporalibus*; (vbi dicitur quod, *Res corporales ſunt quæ tangi poſſunt, veluti fundus, homo, veſtis, aurum, & ſimilia; incorporales, quæ tangi non poſſunt, qualia ſunt ea, quæ in iure conſiſtunt ſicut hæreditas, vſusfructus, vſus, & obligationes quoquomodo contracta*: (Eſſe verò Ius vniuerſale, quia cum ſit nomen collectiuum, quod in ſingulari ſignificat plures res, dicitur vniuerſale.

Proponuntur argumenta, quibus probatur dotem eſſe ius vniuerſale à rebus dotalibus diſtinctum.

Igitur prædictis ex mente Gubetti, & P. Barboſæ præmiſſis, quod dos ſit ius vniuerſale ad modum hæreditatis, & peculij diſtinctum à rebus ipſis dotalibus, multis argumentis à Bartholo, & aliis Doctoribus præallegatis & aliis Bartholi ſequacibus probatur.

20 Primum Argumentum ſumitur, ex *l. quod dicitur 1. ff. de impenſis in rebus dotalibus factis ex l. 1. §. Sed quod diximus, ff. de dote prælegata*, & ex *l. ſi is, qui ſtichum §. quod dicitur, ff. de iure dotium*; in quibus dicitur, quod ex impenſis factis in rebus dotalibus non fit diminutio corporum, & rerum dotalium, ſed dotis, vnde ſequitur aliud eſſe res dotales, aliud dotem & ſic rectè concluditur; Dotem eſſe ius quoddam vniuerſale diſtinctum à rebus dotalibus.

21 Secundum Argumentum fundatur *in l. ſi marito 31. §. finali, ff. ſoluto matr.* vbi habetur, quod fructus dotis augent dotem ita vt in eadem dotis actione veniant non officio Iudicis, *& in l. etiam 8. C. de iure dotium*, vbi dicitur, quod aliis etiam augmentis dos creſcit, quæ ſunt propria iuris vniuerſalis, ſicut eſt hæreditas, quæ fructibus augetur, *l. item veniunt 20. §. fructus, ff. de petit. hæreditatis*; & *l. pecunia verbum 178. §. hæreditas, ff. de verb. ſignif.* in rebus enim ſingularibus alia eſt rei vindicatio, quæ competit pro re, alia quæ pro fructibus, vt Gloſſa *in dicta l. item veniunt, §. fructus, verbo omnes.*

Tertium Argumentum eſt, quod in dote pretium 22
ſuccedit loco rei: *l. res, quæ ex dotali l. ita conſtante l. ſiue generalis, ff. de Iure dotium, l. cum in fundo, §. ſi fundus*, quod tantum euenit in iuribus vniuerſalibus, *l. ſi & rem, & pretium in fin. ff. de petit. hæred.*

Quartum Argumentum; quia in dotis Iudicio (vt 23
colligit Bartholus *ex l. vltima, Cod. de ſententia, quæ ſine certa quantitate,*) procedit libellus generalis, & incertus, in quo dos petitur, licet quantitas, non exprimatur, ſicut in cæteris vniuerſalibus procedit libellus vniuerſalis non expreſſa certa quantitate, iuxta notata *in l. 1. ff. de edendo*, ex quo ſequitur, quod Dos ſit ius vniuerſale, cum in iudicio particulari libellus debeat eſſe ſpecialis, & certus, certam quantitatem continens, *cap. 2. de libell. oblat. & l. ſi in rem, ff. de rei vind.*

Quintum quia *in cap. Raynutius* (vt ibi ponderat 24
Butrius) *de teſtamentis*, valet teſtamentum, in quo dos filiæ relinquitur, licèt non expreſsè titulo inſtitutionis, itavt verbum *relinquo* relatum ad dotem trahatur ad inſtitutionem, ergo Dos eſt Ius vniuerſale; nam verbum *relinquo* niſi ſit adiectum vniuerſitati, non habet intellectum inſtitutionis, iuxta Bartholum *in l. centum, num. 49. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* Ruinum *in dicta rub. ff. ſolut. matrim. num. 128. & ſeqq.* & alios à Campegio, *de Dote quæſt. 4. n. 4.* & Mantica *dict. lib. 12. tit. 6. n. 12.* relatos, vnde ſi Dos non eſſet ius vniuerſale, teſtamentum, in quo filiæ dos relicta eſſet abſque titulo inſtitutionis, eſſet nullum, iuxta *§. illud quoque, Authentica, vt cum de appellat. cognoſcitur.*

Sextum quia impenſa in vna re dotali facta dedu- 25
citur de altera, *l. diuortio, §. idem ſi meſſes, ff. ſolut. matr. & l. ſi is, qui ſtichum, §. quod dicitur, ff. de iure dotium*, quod in rebus particularibus non contingit, ſed in iure vniuerſali iuxta obſeruationem Bartholi in *l. in fundo, num. 8. ff. de rei vindic.* oportet ergo vt dos ſit ius vniuerſale.

Septimum Argumentum Ruini, qui probat Dotem 26
eſſe ius vniuerſale, quia dicitur patrimonium mulieris, *l. 3. §. ergo etiam ff. de minoribus*, & patrimonium importat Ius vniuerſale, *l. cogi poterit 16. initio ff. ad Trebell. & l. ſi fideicommiſſ. 50. ff. de Iudiciis*, & comparatur menſæ nummulariæ, quæ continet ius vniuerſale, *l. cum pater 77. §. menſæ, ff. de legat. 2.* Bald. *l. prædia, Cod. de fideicomm.* & Alexander, *in l. ſi res leg. ff. de legat. 1.*

Octauum & vltimum argumentum, quod Dos ſit 27
quid vniuerſale eſt, quia in vno nummo conſiſtere poteſt, ita quod mulier intelligatur dotata, etiamſi ſit dotata vno nummo, vt tradunt Baldus *in cap. ſi proponente de reſcriptis*, per illum textum cum gloſſa. Ripa *in dicta rub. ff. ſolut. matr. n. 53. verſ. 4. Dos*, Menochius *conſ. 93. n. 46.* Gubertus *de dote, cap. 2. n. 18.* qui ideo id aſſerunt, quia Dos ſit quid vniuerſale, quod proinde poſtea poteſt augeri, vt dicit Alciatus *in dicta rub. ſolut. matr. n. 38.* Ex quo Baldus infert, quod ſtatutum excludens mulierem dotatam habet locum etiam in ea, quæ vno nummo eſt dotata.

Prædicta quoad hanc ſententiam iuxta præfatos 28
Authores, qui aiunt multum quoad praxim referre, quod dos cenſeatur ius vniuerſale; præſertim ad duo, de quibus in argumento quarto & quinto ex hoc enim quod Dos ſit ius vniuerſale deducitur, quod libellus generalis, & incertus in petitione dotis eſt recipiendus,

quia libellus incertus quoad quantitatem in iudicio vniuerſali admittitur, & valet dummodo reſpectu vniuerſi ſit certus, ſeu crediti in vniuerſum, *l. 4. de petit. hæredit.* Gloſſa *in cap. 2. de libell. oblatione, & in l. 1. ff. de edendo,* vbi Doctores de qua relatè P. Barboſa *in rub. ff. ſolut. matrim.* allegata *p. 3. n. 43. & 44. cum ſeqq.* Item deducitur, quod ſi verbum *relinquo*, ſit relatum ad dotem, ea debet intelligi relicta titulo inſtitutionis, quia quoties hoc verbum *relinquo*, adiectum eſt vniuerſitati, vt legitimæ, habet intellectum inſtitutionis, vt Doctores, *ſuprà n. 24.* relati præſertim Ruinus latiſſimè *loco ibidem citato.*

Proponuntur aliæ tres ſententiæ.

29 Secunda ſententia aſſerit titulum dotis eſſe vniuerſalem, quando mulier dat omnia bona ſua in dotem, vel aliquid vniuerſale, ſi verò res particulares in dotem dederit titulum dotis dici, & eſſe particularem, non vniuerſalem ita gloſſa *l. 1. verbo vniuerſa, ff. pro dote,* Bald. *in l. vlt. num. 5. Cod. de ſententia, quæ ſine certa quantitate,* Iaſon *in l. Pomponius, §. in dotem in fin. ff. de acquirenda poſſeſſ. & in rub. ff. ſolut. matrim. n. 34.* Corraſius *in dicta rub. ff. ſolut. matrim. in lect. 2. n. 19.* & Alciatus *in d. rubricam, ff. ſolut. matrim.* vbi dicit quod ex contractu dotis, & pecuniæ donatione oritur quoddam ius à re ipſa ſeparatum, quod ius appellat dotem, & iſtud ius, ſi res in dotem data eſt particularis, eſſe particulare, ſi vniuerſalis, vniuerſale. Iuxta ergo hanc ſententiam, cum datur in dotem res particularis ex contractu dotis oritur ius particulare, & ſic Dos eſt ius particulare, cum verò datur in dotem res vniuerſalis, oritur ex contractu dotis ius vniuerſale, & tunc dos eſt ius vniuerſale, addit tamen Corraſius cum Cumano, quod licèt cum vna res tantum eſt in dote, dos non ſit actu ius vniuerſale, eſſe tamen ius vniuerſale aptitudine.

30 Tertia ſententia eſt Vaconij, *lib. 6. declarationum Iuris cap. 93. n. 4.* vbi prout (illum refert P. Barboſa *dicta p. 3. n. 10.*) declarat dotem non eſſe ex ſe ius vniuerſale, ſed tantum ius, quod continet in ſe vniuerſum ius mulieris, ſcilicet res datas in dotem; à quo non videtur differre Ripa *in præfatam Rubricam, ff. ſolut. matrim. num. 43.* vbi putat dotem magis eſſe ius integrale, quàm vniuerſale. Quod eſt conforme doctrinæ Alciati, & Corraſij, relatæ *ſuprà n. 17.*

31 Quarta ſententia eſt Baldi Nouell. *de dote parte 2. num. 4. verſic. nunc reſtat reſpondere,* vbi tradit, quod licèt Dos non dicatur ius vniuerſale, tamen eſt quoddam ius in abſtracto ſumptum, diuiſum ab ipſa re data in dotem; Cum enim in dote, præter rem dotalem conſideretur ius, & actio de dote, ſcilicet ad conſequendam dotem ipſam, ipſo iure dotis (inquit) cauſatur obligatio & actio ipſi mulieri, non autem ex ipſo corpore dato, qua ratione etiam dici poteſt, quod commodatum, depoſitum, pignus, ſeu hypotheca eſt ius quoddam ſeparatè ſumptum in abſtracto ab ipſa re commodata, depoſita vel pignorata, cum ex ipſa re non oriatur obligatio, & actio ſcilicet ex ipſo commodato, depoſito, hypotheca, & ad id ait facere textum in *l. prima in fine, ff. de diuiſione rerum,* vbi ius ad corporale, puta ius vtendi, fruendi rebus corporalibus, fundo homine, pecunia; ipſumque ius obligationis dicitur eſſe quid incorporale diſtinctum à fructibus, fundo, &c. & à re, quæ debetur. Cum Baldo Nouello ex parte concordat Ioannes Boſcheius, *dict. lib. 3. de legit. nuptiis, num. 6.* quatenus dicit dotem ſæpius quidem in iure pro re ipſa dotali accipi, vt cum dicitur dotem dari, reſtitui, peti vindicari, numerari, legibus *infrà n. 35.* relatis; aliquando tamen accipi dotem pro ipſa actione, & iure toto, & vniuerſo ad res dotales, *l. 1. §. impenſa, ff. de dote prælegat.* modo inquit, corpora in dotem data alia à dote conſiderantur; eoque caſu dotem diſtingui à re dotali vt concretum ab abſtracto, velut depoſitum, à re depoſita iuxta *d. l. 1. in fine, ff. de diuiſione rerum.*

Quinta ſententia.

Quinta ſententia continet duo dicta: Primum, dotem non eſſe ius viuerſale: Secundum, dotem eſſe rem ipſam dotalem, ſeu res ipſas dotales. 32

Primum dictum qui teneant, & quibus Argumentis probetur.

Hanc ſententiam quoad primum dictum, quod Dos non ſit ius vniuerſale, tenent Azor. *loco ſuprà n. 5. allegato,* Baldus *loco ſuprà n. 5. allegato* ſcilicet *in l. 1. n. 6. in fine, ff. de ſententia, quæ ſine certa quantitate;* item *in l. 1. num. 6. in fine, ff. ſolut. matrim.* Angelus *in rub. ff. ſolut. matrim. num. 5.* vbi Paulus de Caſtro *n. 5. & 6.* Bulgar. *num. 11. & 12.* Ioannes Crot. Lancellot. Decius, Socinus iunior, *p. 3. n. 20. & ſeqq.* & alij ſcribentes *in d. rub. ſolut. matr.* quos refert Phanutius *de lucro dotis, verbo dote n. 6.* ita tenent Ioannes Boſcheius *de legit. nuptiis lib. 3. n. 4.* Baldus *nouell. de dote p. 2. à num. 1. & in l. 1. ff. ſolut. matrim.* Phanutius *dicto verbo dote à num. 8.* Anton. Gomez *in l. 50. Tauri, num. 16.* & alij Iuriſperiti relati à Baldo Nouello, Phanucio, *locis citatis,* & à Petr. Barboſa *in dicta rub. ff. ſoluto matr. p. 3. n. 1.* Huius etiam ſententiæ ſunt Summiſtæ, & Theologi *ſuprà n. 5.* allegati, qui amplexi ſunt dotis definitionem traditam ab Azone, ſcilicet dotem eſſe rem ipſam dotalem, quæ nomine mulieris datur viro propter onera matrimonij.

Eadem igitur ſententia quoad hoc primum dictum, 33 Primo à Phanucio *n. 9.* probatur, quia ſequaces Bartholi tenentes dotem eſſe ius vniuerſale, ſunt valde diſcordes in explicatione huius Iuris vniuerſalis, nec certam, & claram explicationem afferunt; appellant enim dotem modo quid vniuerſale incorporale, intellectuale, modo ius vniuerſale, modo dicunt eſſe quoddam ius repræſentatum, fictum, imaginatum, differens, & ſeparatum à corpore materiali, continens id, quod datur in dotem, &c. vt videre eſt apud Socinum ſen. & Ruin. *in dict. rub. ſolut. matrim.* P. Barboſa) vt conſtat ex traditis *ſuprà n. 18. & 19.*) dicit eſſe quoddam corpus fictum à iure conſideratum, & introductum, quòd in ſolo intellectu conſiſtit, & eſſe ius vniuerſale, quia eſt nomen collectiuum in ſingulari ſignificans plures res; & non ſine obſcuritate, & contradictione potuit inueſtigare, & explicare dotem eſſe tale corpus fictum, & vniuerſale eo quod dos ſit nomen collectiuum vniuerſale, vt notata ſuprà *dist. n. 18. & 19.* demonſtrant. Quare omnes conueniunt hoc ius vniuerſale, in quo dotem eſſentialiter conſiſtere volunt, eſſe quid intellectuale, & fictum. Ex quo contra eos arguit Phanucius dicens, aliud eſſe vniuerſale, & ius; aliud quid intellectuale. Nam iura, inquit veniunt ſub appellatione rerum, ſeu bonorum, *l. rei appellatione, ff. de verborum appellatione;* & ideò vt res venduntur, donantur, ceduntur, & in omne commercij atque diſpoſitionis genus cadunt *tit. de hæreditate, vel actione vendita in ff. & Cod.* nec differunt à cæteris rebus, niſi in hoc, quod ſunt incorporales; quia res noſtræ aliæ corporales, aliæ incorporales ſunt, *l. 1. §. quædam, ff. de diuiſione rerum, & inſtit. de rebus corporalibus per totum.* Quod autem eſt intellectuale non venditur, non in aliud commercium cadit; ſed in mentis noſtræ intelligentia verſatur, vt diſciplinæ, & artes; & intellectuale (ſubdit Phanucius) eſt de re, quæ intelligitur in eo intellectuali, ideſt nomen alicuius. Præterea contra illud, quod dos ſit ius repræſentatum fictum, aut imaginatum inſtat idem Phanucius ſcilicet, quod non legerit fingi ius; ſed quod

factum

factum fingere ſuadente æquitate ſolerent interdum leges; & non ius, & quod agit lex circa ius, id agit non per fictionem, ſed per veritatem, vt per Bartholum, & alios ſcribentes *in d. l. ſi is, qui pro emptore, ff. de vſucapionibus.*

34 Secundò probatur à Baldo Nouello *d. p. 2. n. 3.* quia id dicitur vniuerſale, quod continet, vel aptum eſt continere vniuerſitatem Iurium actiuè, & paſſiuè, vt eſt *hæreditas, peculium*, & ſimilia: *l. pecunia § 1. ff. de verb. ſignif. & l. peculium, ff. de penu. leg.* & habet incrementa, & decrementa, vt dictis Iuribus, ſed nullus (ſubdit idem Baldus Nouellus) dixerit, quod quando datur pro dote certum corpus, puta, domus, vel fundus, & ſimilia, vel certa quantitas pecuniæ poſſit conſiſtere in dicta re Ius vniuerſum reſpectu Iurium actiuè, & paſſiuè & Baldus *in l. 1. ff. ſolut. matrim.* ait fatuum eſſe dicere, quòd ſi decem petantur nomine dotis, quod ſit vniuerſalis iſta petitio, quæ certos, & ſpecificatos habet fines, licet (inquit idem Baldus Nouellus) Dos habere poſſit aliqua incrementa, extrinſecus, tamen illud non procedit ex natura alicuius vniuerſi, ſed magis ex quadam æquitate ponderata per Iuriſconſultum *in l. quoties, ff. de iure dotium*; de quo *infrà* in reſponſione ad ſecundum argumentum, primæ ſententiæ. Additur quod pecunia & fundus ſubiicitur oculis corporis, & tangi poteſt, ius autem vniuerſale eſt res incorporea, & intellectualis, *l. hæreditas, ff. de petit. hæreditatis, & l. 1. §. quædam, ff. de rerum diuiſ.* Ergo cum datur in dotem fundus, aut pecunia, Dos non eſt Ius vniuerſale.

35 Tertiò probatur, quia iura dicunt dotem eſſe res ipſas dotales. Nam dicunt dotem numerari, *l. ſi pater, ff. ſolut. matr.* dotem dari *l. profectitia. §. fin. l. ſi ſponſus, l. ſi mulier, ff. de iure dotium. l. dotem, ff. de collat. bon. l. fin. in princ. Cod. de iure dotium*; vindicari, *l. in rebus. Cod. de iure dotium*; vſucapi *l. 1. ff. pro dote*, conferri, *toto titulo de collatione dotis.* Quæ omnia rei dotali, non Iuri vniuerſali conueniunt. Item in dominio dotis transferendo requiritur traditio, *l. de diuiſione 5. ff. ſolut. matr. l. dotale 13. §. dotale ff. de fundo dotali.* Item dos ſequeſtratur, *l. ſi cum dotem 22. §. ſin autem in ſanctiſſimo*, quæ pariter tantum de re dotali verificantur. Item Dos vendicatur, *l. in rebus 30 Cod. de iure dotium.* quod ſimiliter rebus ipſis dotalibus adaptatur: Nam ſi dos eſſet ius vniuerſale ſeparatum à rebus vindicari non poſſet iuxta regulam *l. vindicatio 56. ff. de rei vindicatione.*

36 Quartò, quia textus in allegata *l. ſi is, qui Stichum 56. §. quod dicitur, ff. de iure dotium*, apertè indicat dotem non eſſe aliquid ius vniuerſale, ſed rem dotalem ſeu quæ datur in dotem, nempe fundus, aut pecunia; poſtquam enim dixit impenſas neceſſarias minuere dotem, ſubdit primo, ſi expenſum ſit quantum valet fundus, deſinere fundum eſſe dotalem, & ſic vult textus dotem, & fundum dotalem idem eſſe; ſecundò addit dotem conſiſtentem in pecunia propter impenſas neceſſarias minui ipſo iure dotem pecuniarum: cum ergo appellat dotem pecuniariam, Dos, & pecunia data in dotem idem ſunt, non Ius vniuerſale ſeparatum à re dotali.

37 Quintò, quia ius vniuerſale debet ex pluribus rebus conſtare allegata, *l. rerum mixtarum, ff. de vſucap. & l. Neratius 85. ff. de verbor. ſignificat.* Dos autem dicitur, & eſt quamvis vna tantum res ſit data in dotem *l. ſi marito 32. §. fin. ff. ſolut. matrim.* Quare ex eo, quod Dos ſit nomen ſignificans vniuerſum quid, non infertur, quod importet vniuerſitatem rerum, (vt notat Phanucius *num. 27.*) cum in vna tantum re poſſit verificari.

38 Sextò, peremptis ſeu extinctis rebus dotalibus (quæ non ſint æſtimatæ) Caſmate, vel alluuione extinguitur Dos ipſa, & nomen dotis, vt mulier dicatur remanere indotata, *l. plerumque in fin. ff. de iure dotium, & l. 1. Cod. de iure dotium*, Ius autem vniuerſale ſine vllo corpore Iuris intellectum habet *l. hæreditas, ff. de petit. hæredit. l. peculium, ff. de pecul. legat. l. pecunia, verbum §. 1. ff. de verbor. ſignificat.* & puerile foret (inquit Baldus Nouell. *d. p. 2. n. 4. verſic. Tertiò ſane*) dicere quod remanet ipſa Dos tanquam Ius vniuerſale.

Septimò, quia mulier ſoluto matrimonio in dote ſuccedens viro dicitur ſucceſſor particularis ſeu ſingularis, non vniuerſalis, cum locatione fundi dotalis nondum finita non teneatur ſtare colono, ſed poſſit illum expellere, *l. ſi filiuſfamilias, §. vltimo, ff. ſoluto matrim.* Gloſſa *in l. diuortio*, quod competit ſucceſſori ſingulari qualis eſt emptor *l. emptorem, Cod. de locato, & conducto*, ſucceſſor vero vniuerſalis, vt hæres locatoris ante finitam locationem non poteſt colonum expellere, *l. viam veritatis, Cod. eodem.* 39

Adducit Phanucius *n. 12.* nonnullas alias probationes, nempe quod res empta ex pecunia dotali non ſit dotalis *l. ex pecunia Cod. de iure dotium*; quod in dote res non ſubrogatur loco pecuniæ vel alterius rei dotalis. Quod fructus non augent dotem; & quod ſententia quoad quantitatem in dote eſt nulla quæ an ſint vera conſtabit ex dicendis in reſponſione ad argumenta adducta ad probandum Dotem eſſe Ius vniuerſale. 40

Etiam Mantica *de coniect. & tacit. conu. lib. 12. allegato tit. 6. n. 18. 26. & 27.* quædam alia argumenta ad probandum dotem non eſſe ius vniuerſale adducit, quæ omittuntur, cum habeant facilem, & promptam ſolutionem, vt videre eſt apud eundem Manticam. 41

Solum vltimo loco contra tertiam ſententiam *ſuprà num. 29* adductam probatur dotem non eſſe ius vniuerſale, neque etiam quando res data in dotem eſt vniuerſalis; nam alioqui ſequeretur, quod legatum, quando hæreditas relinqueretur, diceretur ius vniuerſale, quod tamen eſt falſum, Bartholus *in l. re coniunctis, ff. de legat. 3. & in l. cum filius, §. Lucio, ff. de legat. 1.* Phanucius *dicto verbo dote n. 11.* ſic etiam in re empta, ſeu emptione, & venditione etiam ſi ſit vendita res vniuerſalis, ſcilicet hæreditas, inde tamen non magis oritur ius vniuerſale, quam ſi res particularis eſſet vendita *l. ſecunda, C de pactis, & l. 2. Cod. de hæredit. vel actione vendita.* Quare nil refert contractum eſſe de aliquo vniuerſo, ſeu vniuerſali, vel de aliquo particulari, vt ius inde oriens debeat dici vniuerſale, vel particulare. 42

Eandem quintam ſententiam, quoad ſecundum dictum ſcilicet quod dos eſſentialiter eſt ipſa res dotalis, ſeu res ipſe dotales in dotem datæ, ſeu quod idem eſt res ipſæ dotales ſunt Dos; tenent Azo. *loco ſuprà allegato*, & Phanucius *dict. verbo Dote à num. 12.* ita ſentit Duarenus *in tit. de Dote*, dum enim ibi definit dotem, vt ſit *pecunia, quam vxor dat marito pro oneribus matrimonij*, vt perpetuò apud eum ſit, præſupponit dotem à rebus dotalibus ſimul collectis non diſtingui, idem ſentire videtur Socinus iunior *d. 5. partis n. 28. & ſeqq.* vbi exiſtimat Dotem eſſe nomen collectiuum, quod complectitur omnes res, quæ ab initio, & poſtea dotis fiunt, & à rebus dotalibus non poſſe diſtingui; Quare iuxta hanc ſententiam licet vna tantum res ſit data in dotem, illa erit tota Dos; ſi plures, omnes ſimul erunt Dos, quælibet ſeiunctim erit dotis pars. Hanc eandem ſententiam quoad dictum ſecundum oportet, teneant Summiſtæ & Theologi *ſuprà n. 5.* relati, qui amplexi ſunt Azonis definitionem. 43

Probat Phanucius, quia in iure, vt oſtendunt adducta *ſuprà num. 35.* vtique res ipſæ dotales dicuntur Dos, nam *enumerari, dari, conferri, ſequeſtrari vendicari, appellari dotem pecuniariam*, vt habetur *in legibus dicto num. 35. relatis*. de ipſis rebus dotalibus tantùm, non de iure ſiue vniuerſali, ſiue particulari dici poſſunt, & præter præallegatas leges, etiam in aliis multis Iuribus dos pro ipſis rebus dotalibus accipitur, & vulgo (ſubdit idem Phanucius) dicimus hæc res eſt Dos mea, alle- 44

gans

gans illud Terentij io Andria: *Dos eſt Pamphila decem talenta.*

45 Neque obſtat inquit Phanutius *d. verbo Dote n.* 11. Fundamentum Baldi Nouelli *ſuper num.* 31. volentis dotem eſſe illud ius in abſtracto conſideratum, quod comperit ex contractu dotis, ex quo iure actio, & obligatio ad conſequendas res dotales cauſatur. Reſpondet enim idem Phanucius hoc in abſtracto nihil eſſe; verũ quidem eſſe, quòd ſicut depoſitum, commodatum pignus, & ſimilia etiam vt Ius conſiderantur, ita & Dos, ſed quod tunc conſiderantur vt contractus, non provt eſt facti iuxta *l. conſilio infrà, ff. de curat. fun. ſupra n.* 6. *allegatam*; ſed provt eſt Iuris, *l. ex hoc iure, ff. de iuſtitia & iure*, quia ex ipſa re ſola commodata, vel depoſita, & ſimili non oritur actio, vel obligatio; ſic autem non eſt quæſtio de dote, provt accipitur pro contractu, an poſſit dici, & ſit ius, ſed an provt eſt Dos, dici debeat ius; Addit Phanucius, præter hunc modum conſiderare depoſitum, commodatum, dotem, & ſimilia eſſe ius aliquod, eſſe nihil quia hos terminos habemus, & præterea nihil: Tria ergo (ſubdit) poſſunt conſiderari, primo contractus, provt quid eſt facti, & Iuris; ſecundo actio, & obligatio ex contractu oriens, *l. licet, § & obligatio, ff. de procur.* Tertiò ipſæ res, & hæ eſſentialiter ſunt depoſitum, commodatum, Dos, *&c.* non vero contractus, nec actio, & obligatio, ſeu ius illud actionis ad conſequendum dotem, ſeu res dotales; & certe nullibi in iure reperitur dotem appellatam ius, ſed quidem res ipſas datas in dotem vbique dici dotem & dotales, & hæc videtur ſententia probabilior.

§. IV.

Reſpondetur Argumentis primæ ſententiæ aſſerentis dotem eſſe ius vniuerſale adductis ſuprà à num. 20. ad 25.

SPeciali paragrapho ſatisfit præfatis Argumentis; quia quodlibet ferè argumentum continet peculiarem difficultatem enodandam.

Qua ratione impenſæ neceſſariæ à marito factæ in rebus dotalibus ipſo iure diminuant dotem.

Et primum quidem argumentum deſumptum, *ex legibus num. 20. adductis*; in quibus aſſeritur impenſas neceſſarias factas à marito in rebus dotalibus non diminuere corpora dotalia, ſed dotem, petit declarationem; quomodo iuxta eaſdem leges debeat intelligi per præfatas impenſas non diminui corpora, ſed fieri diminutionem dotis, de qua re latiſſimè P. Barboſa *in rub. ſolut. matr. p. 3. à num.* 18. *ad* 40. vbi varias Iuriſperitorum ſuſtinentium dotem eſſe ius vniuerſale interpretationes affert, & plures reprobat & tandem propriam proponit, circa quam etiam mouet difficultas, & prolixè diſcurrit. De eadem re etiam ex Iuriſperitis negantibus dotem eſſe ius vniuerſale latè ſcribit Phanucius, *de lucro dotis, allegato verbo Dote à num.* 14. *ad* 25.

46 Igitur Baldus Nouellus, *de dote d. p. 2. num. 4. verſic. Nunc reſtat.* Reſpondet quod intentio Vlpiani *in d. l. quod dicitur, & in d. l. 1. §. ſed, quod diximus*, fuit hæc, ſcilicet, quod impenſæ neceſſariæ non minuunt ipſa corpora dotis, nempe non defalcant pro rata, ſeu pro quota, provt defalcat lex falcidia, ſed bene minuunt dotem in vniuerſum, hoc eſt impediunt ipſum Iudicium dotis, ſcilicet, impediendo in totum eius effectualem repetitionem, & exactionem per viam retentionis totius, & vniuerſæ dotis, donec ſoluantur impenſæ prædictæ neceſſariæ integraliter; quam intelligentiam ait colligi ex Textu *in dict. l. ſi is, qui Stichum eſtato, §. ſed quod dicitur.* Quapropter (ſubdit) ſi impenſa illa neceſſaria eſſet in vno floreno, & corpus dotis valeret mille, poterit vir totum retinere; & propter hoc cenſebitur in effectu mulier recuperaſſe tanto minus de dote, ſic vniuerſaliter ſumpta, non autem dicetur rehabuiſſe dotem diminutam in corporibus ob reſtitutam illam impenſam: Quare (concludit) dum textus *in dicta l. quod dicitur*, dicit, *quod non ipſo Iure Corporum, ſed dotis fit diminutio*, & Textus in *d. l. 1. §. ſed quod diximus* habet, *quod diximus ipſo iure dotem impenſis minui non ad ſingula corpora, ſed ad vniuerſitatem erit referendum*, debent intelligi *dotis, & vniuerſitatis*, ideſt, totius ipſius iuris, & actionis de dote nempe in illa conſequenda, non de aliquo iure vniuerſali, ita Baldus Nouellus, & eandem interpretationem ſequuti videntur Ioannes Boſcheius *d. tract. de ſegit. nupt. lib. 3. num.* 5. & Ioannes Corraſius *ad d. l. quod dicitur, ff. de impenſis*, &c. *num. 6. verbo ſed dotis*, Ioannes enim Boſcheius, verba illa legum prædictarum, *diminutio fit dotis, ſeu reſpectu vniuerſitatis*, accipit, id eſt, *totius Iuris*, quod inquit, tanto minus efficitur; Corraſius vero interpretans illa verba præallegatæ, *l. quod dicitur: Non enim ipſo iure corporum, ſed dotis fit diminutio* Ly. *ſed dotis*, intelligit, hoc eſt, *vniuerſitatis Iuris dotalis*, ſeu *totius quantitatis vniuerſæque, & totius æſtimationis rerum dotalium*. non vero reſpectu ipſorum corporum in particulari fieri diminutionem, vt (inquit Corraſius) in ſimili dicimus ære alieno patrimonium debitoris vniuerſum, non certi loci facultates imminui, *l. ſi fideicommiſſum, §. 1. ff. de iudic. & l. cogi, §. inde quæſitus, ff. ad Trebell.* Non igitur iura illa intelliguntur diminutione alicuius vniuerſalis; ſed ſolum de diminutione totius vniuerſi, ſeu Vniuerſitatis, aut totalitatis dotis (ſiue in dotem ſint datæ plures res, ſiue vna tantum, in qua etiam totalitas & vniuerſitas dotis rectè conſiderari poteſt (ita quod tanto minus mulieri competat actionis ad repetendas res, ſeu rem in dotem datas, vel datam, quantò æſtimentur impenſæ neceſſariæ à marito factæ in ipſas res dotales, & ideo eidem marito competat retentio earundem rerum dotalium, donec impenſæ fuerint viro reſtitutæ. Non permittitur autem [vt notat Corraſius in prædictis legibus compenſatio impenſarum, cum corporibus dotalibus, tum quia non ſit quantitatis ad ſpeciem, *l. ſi conuenerit ad princ. ff. de pign. act. & l. finali*, tum quia nulla ſit corporis, & pecuniæ, ita vt debens pecuniam debeat illam compenſare cum parte fundi, cum nemo compellatur ad communionem, *l. ſi non ſortem. §. ſi cenſum, ff. de condictione indebiti.* Quod ſi dos data conſiſteret in corporibus non æſtimatis, & pecunia; tunc ratione præfatarum impenſarum fieret diminutio pecuniæ, vt dicitur *in dicta l. quod dicitur, & in d. l. ſi is, qui Stichum, §. quod dicitur*, ſi vero ſola corpora eſſent data in dotem, ſed tamen æſtimata, quia tunc pecunia data intelligitur, ac proinde maritus dominium rerum nactus, ſummæ valori pretij debitor efficitur, tunc pariter iuxta eaſdem leges ipſo iure Dos per impenſas neceſſarias diminueretur, ſicut cum data eſt pecunia.

Paulò aliter [licet re ipſa vix appareat diſcrimen] 47
reſpondet, & intellectum dictarum, *l. quod dicitur de iure dotium, & l. ſi is, qui Stichum, §. quod dicitur, ff. de impenſis factis, &c. & l. 1. §. ſed quod diximus, ff. de dote prælegata* aperit Phanucius *de lucro dotis d. verbo Dote, n. 14. & ſeqq.* Et Bulgarius enim *in Rub. ff. ſolut. matrim. 9. verſic. & ratione impenſarum*: Notat, nomina alia eſſe rerum vniuerſalia, vt *veſtis, bos, & ſimilia*, iuxta *l. ſi quis in ſunas vocabulo 4. ff. de legat.* 1. Alia vero iuris, & hæc duplicia eſſe, alia importantia ius, vt *actio, obligatio, ſeruitus, hæreditas.* Inſtit. *de rebus corporalibus in princ.* alia vero, quæ licet ſint nomina Iuris, ideſt, à iure inuenta, non tamen ius importent, aut ſignificant, ſed res ſecundum vulgarem, &

naturalem

naturalem rei ſignificationem præſeferunt & talia eſſe, *nomen, dos, peculium, bona, fructus, & ſimilia.* Quam doctrinam Phanucius ait probari, quia peculium vt nomẽ Iuris eſt id, quod deducto ære Domini, vel patris familias habet ſeruus, vel filius familias & patrimonio eorum *l. peculium autem in principio, ff. de peculio.* Secundum tamen naturalem ſignificationẽ eſt id, quod datũ ſeu ſeparatum eſt præſidij cauſa, *l. depoſiti, §. finali, ff. eod. & l. ſic Chorus, §. 1. ff. de legat. 3.* Item bona intelliguntur ſecundũ nomen Iuris deducto omni ære alieno, *l. mulier bona, ff. de Iure dotium l. ſubſignatum, §. 1. ff. de verbor. ſignificat. l. bonorum, ff. eodem,* ſecundum tamen naturalem ſignificationem res iſtæ ſignificantur vtcumque ſint ære alieno grauatæ, vel non *l. princeps, l. propria, ff. eod.* & idem in fructibus, vt Doctores *in l. fructus* per illum Textum *ff. ſoluto matrim.* ita (inquit Phanucius) & dos vt eſt nomen Iuris ſignificet res dotales omni ære alieno dotis deducto, *l. ſi nondum ff. de religioſis, & ſumptib. funerum.* Secundum enim Iuris determinationem poteſt dos eſſe in ære alieno, ſeu alio grauamine ſiue id ab initio contracti matrimonij, ſiue ex poſt contingeret *l. ſi pater mulieris, ff. de Iure dotium* & *l. ſi conueneris, l. 2. ff. de pactis dotalibus,* de qua re *infrà ſuo loco.* Ex his igitur infert Phanucius dotem non eſſe Ius, ſed nomen Iuris ſignificans res conſideratas tamen ſecundum Iuris determinationem ſcilicet ſignificans illud omne quod pro vnius matrimonij oneribus ſuſtinendis accipitur, infert etiam dotem eſſe nomen indeterminatum, ſeu indefinitum, & collectiuum [vt vult Socinus iunior *loco ſuprà 43. relato*] plurium, & proinde de neceſſitate non præſupponere pluralitatem rerum, ſeu plurium collectionem, vt nomen familiæ populus, & ſimilia, ſed ære alieno detracto refertur ad totalitatem, ſeu vniuerſitatem eius, quod datum eſt pro oneribus matrimonij ſuſtinendis; quod non facit, vt vniuerſitatem plurium rerum, vel capitum neceſſariò præſupponat; quia in vna re dotalitas poteſt conſiderari: ita Phanucius, à quo forte non diſcrepat Socinus, dum dicit dotem eſſe nomen collectiuum, poteſt enim intelligi, quod quantum eſt ex ſui natura ſit etiam collectiuum plurium, cum comprehendat omnes res datas in dotem, quando ſunt plures, licet actu non ſemper ſit collectiuum, ſcilicet quando vna tantum res data eſt in dotem.

48 Prædictis prænotatis idem Phanucius ad illud Vlpiani, *in d. l. 1. § ſed quod diximus, ff. de dote prælegat.* ſcilicet *ipſo Iure dotem impenſis neceſſariis minui non ad ſingula corpora ſed ad vniuerſitatem referri.* Reſpondet hinc non inferri neceſſariò dotem eſſe aliquod Ius vniuerſale, vel particulare: ſed ibi dicit illud totum, quod eſt dos propter impenſas minui, cum in Iure, vt primum totum iuxta ſuperius notata dos conſideratur: & dum Vlpianus [inquit Phanucius, & bene meo iudicio] negat dotis diminutionem ad ſingula corpora referri, ſed ad vniuerſum dotis, indicat, quod diminutio dotis in ipſis rebus dotalibus contingat non autem in aliquo Iure præſertim vniuerſali: quia eius reſponſum concernit ſolum modum diminuendi dotem, vt vniuerſum minui ſufficiat licet non ſigillatim corpora dotis [vt in ſimili de diminutione patrimonij ob æs alienum ex Coraſio explicatum eſt *ſuprà n. 46.* [vt exempli gratia] addit Phanucius, ſi ſit in dotem fundus valoris centum, item, & pecunia vel alia bona: impenſæ neceſſariæ aſcendant ad centum in hoc caſu ait Phanucius ſufficere ad dotis diminutionem illum fundum centum deſinere eſſe dotalem iuxta Textum, *in d. l. ſi is, qui Stichum, §. quod dicitur, ff. de Iure dotium,* & in eo ſolo omnem diminutionem contingere abſque eo, quod cætera dotis corpora ſigillatim minuantur quia diminutio fit reſpectu vniuerſi, non autẽ rerũ particularium, vt dicit Vlpianus *in prællegato, §. ſed quod diximus, l. 1. ff. de dote prælegata.*

Confirmat Phanucius ex diſcurſu Pauli *in d. §. quod dicitur l. ſi is qui Stichum* propter præfatas impenſas neceſſarias diminutionem dotis fieri, ſeu contingere in ipſis bonis dotalibus, non autem in aliquo Iure. Nam primò Paulus & ſententia Scæuolæ dicit, quod ſi tantundem vel plus impenſum ſit, quam fundus totus eſſet; impenſæ hæ faciunt, vt fundus deſinat eſſe dotalis. Secundò, vbi dos conſiſtat in pecunia, & fundo ex ſententia Neruæ dicit, dotem pecuniarum minui, ſcilicet partem dotis pecuniariam detinere eſſe dotalem. Difficultati verò ex primo dicto orienti, ſcilicet quod poſſit alienari fundus, ſi deſinat eſſe dotalis. Reſpondit idem Paulus, quod infrà annum alienatio huiuſmodi fundi, qui ob impenſas deſit eſſe dotalis inhibetur, vt infra illud tempus mulier poſſit ſoluere impenſas prædictas, quibus intra illud tempus ſolutis, aut oblatis fundus in cauſam dotis reuertatur. Quæ omnia [addit Phanucius] Paulus non minus ineptè, quam falsè recenſuiſſet, ſi diminutio dotis fieret in aliquo Iure, & non in ipſis rebus dotalibus. Et licet Paulus neget, & benè fundum pro parte minus, quando impenſæ non adæquant valorem fundi, non ob id tamen [ait Phanucius] diminutionem dotis reſpectu vniuerſi, & in ipſis bonis dotalibus fieri, vt dictum eſt, quæ à viro retineri poſſunt, donec ei de illis impenſis neceſſariis ſatisfiat; iuxta *l. quod dicitur, ff. de impenſis in fundo dotali factis.*

Si quæratur; cur ob præfatas impenſas fundus dotalis pro parte diminui, & deſinere eſſe dotalis nequeat, 49
cum totus deſinat eſſe dotalis, ſi expenſæ adæquent fundi valorem tacuit Paulus *in illo, §. quod dicitur.* Rationẽ tamen notat Phanucius aſſignaſſe Vlpianum *in d. l. quod dicitur, ff. de impenſ. in fund. dot. factis,* ſcilicet, ne inde reſultet abſurdum. *Quod dicitur* [ait Vlpianus] *neceſſarias impenſas dotem minuere, ſic erit accipiendum, vt Pomponius ait, non vt ipſæ res corporales diminuantur, vt fundus, vel quodlibet aliud corpus, etenim abſurdum eſt diminutionem corporis fieri propter pecuniam.* Quod abſurdum in quo conſiſtat notatum eſt *ſuprà n. 46.* ex Coraſio ex quo infertur ceſſante abſurdo non negare Vlpian. dotis diminutionem fieri in ipſis bonis dotalibus, vt in duobus caſibus *n. præcedenti* poſitis ex ſententia Pauli, & etiam Vlpianus in pecunia dotali [vbi præter corpora data etiam pecunia] & in corporibus datis in dotem æſtimatis admittit ipſo iure fieri diminutionem dotis ob præfatas impenſas, neque augent difficultatem, ſed magis rem clarã faciunt, verba, quæ ab Vlpiano *ſuprà* adductis adiiciuntur nempè, *cæterum hæc res faciat deſinere fundum eſſe dotalem, vel partem eius, manebit ergo maritus in rerum detentione, donec ei ſatisfiat, non enim ipſo Iure corporum, ſed dotis* fit *diminutio, &c.* Nam Cortaſius *ad d. l. quod dicitur, n. 4. & 5.* intelligit. *Ly cæterum* pro *ſed, &* vult eſſe ſenſum vt licet neceſſariæ impenſæ dotalium rerum corpora non minuant, ſed tantum vniuerſitatem, ſeu vniuerſum dotis, faciant tamen, vt fundus deſinat eſſe dotalis, ſi impenſum ſit quantum fundus erat; ſicut Paulus ex Sceuola interpretatur *in d. l. ſi is qui Stichum, §. quod dicitur, ff. de iure dotium,* quãvis muliere intra annum impenſas offerente marito fundus in cauſam dotis reuertatur. Quare iuxta eumdem Corraſium, hæc Scæuolæ ſententia, *ſi impenſum ſit, quanti totus dotalis fundus eſt, facit ceſſare eum eſſe dotalem,* quam Paulus *in d. §. quod dicitur,* refert & interpretatur, & [quamvis aliqui præſertim Alciatus *in l. hæreditatis app. ff. de verborum ſignificationibus.* Iuriſperiti id negauerunt volentes Paulum illum referre, ſed non approbaſſe] approbatũ non fuit ab Vlpiano *in d. l. quod dicitur* correcta [vt Salicetus & alij nonnulli Iuriſperiti dixerunt] cum vitanda ſit legum correctio *l. ſancimus, Cod. de teſtam. & l. præcipimus, C. de appell.* nec in iure vlla admittenda antinomia, *l. 1. §. nulla l. 2. §. contrarium, C. veter. iur. enucl.* Neque Vlpianus, ait Corraſius improbet, aut improbare potuerit Paulum, cuius ſcripta non vident, eo quod licet Paulus & Vlpianus fuerint coætanei, nihilominus Vlpiani leges exiſtimentur cuius vulgatæ, vt colligitur

ex

ex *l. titus 43. ff. de actionibus empti*, vbi Paulus refert Vlpiani reſponſum, ita Corraſius.

50 Phanucius item *d. verbo Dote*, *n.19.* Ly, *caterum*, explicat ideſt, *ſi admitteremus*, quod poſſet corpus dotale propter impenſas neceſſarias minui, ſequeretur, quòd poſſet pro parte deſinere dotale eſſe, quod idem Vlpianus reputat abſurdum, de hocque eſſe totam quæſtionem Vlpiani, ait Phanucius, ac proinde vbi ageretur non de diminuendo pro parte fundum dotalem, ſed de efficiendo vt in totum deſineret eſſe dotalis, non negat Vlpianus hoc fieri poſſe, cùm ſcilicet impenſæ adæquant, vel excedunt totum fundi pretium, vt ſentit Paulus *d. §. quod dicitur*. Quare illa verba Vlpiani *deſinere fundum eſſe dotalem, vel partem eius*, non inferunt ex Vlpiani ſententia, ſicut pro parte non poteſt fundus deſinere eſſe dotalis, ita nec in totum poſſit deſinere eſſe dotalis, ſi impenſæ abſorbeant totum fundi pretium, tum quia alioqui per hunc intellectum Vlpianus aduerſaretur Paulo, & facta eſſet correctio, & in iure antynomia reperiretur, tũ quia in caſu, in quo agitur de diminutione totius fundi dotalis ob adæquationẽ impẽſarum ceſſat ratio abſurdi ab Vlpiano conſiderata, ſi pro parte tantum diminueretur & deſineret eſſe dotalis, & de hoc tantũ, & non de illo fuit quæſtio, vtrum ſcilicet fundus dotalis pro parte ob impenſas diminueretur, & deſineret eſſe dotalis pro parte, & ſic de illo tantum cenſendus eſt reſpondiſſe Vlpianus, non alioqui reſpondiſſet vltra terminos quæſtionis, quod non decet, *l. vt reſponſum, C. de tranſact.* Quapropter ſenſus Vlpiani *d. §. caterum* fuit, quod ob impenſas neceſſarias minuere dotem, eſt facere, vt fundus, vel ager dotalis deſinat eſſe dotalis in totum, vel pro parte, & non admittit diminutionem pro parte cauſa vitandi abunde, quod ſequeretur, ſi corpus datum in dotem pro parte tantum deſineret eſſe dotale, quod abſurdum continet tum (vt *ſuprà n. 46.* ex Corraſio notatum eſt) in eo quod mulier in re ſua cogeretur admittere ſocium ad quod vt minus durum quis non tenetur *d. l. ſi non, l. non ſortem, §. ſi centum, ff. de condictione indebiti.* Tum quod vnamet res diuerſo iure cenſeretur, ſcilicet pro parte dotalis, pro parte non *l. eum qui ades, ff. de vſucap.* Et cauſa vitandi abſurdum à regulis iuris licet recedere, Alexander. *in l. ſed ſi hac, §. liberos. ff. de in Ius vocan.* Bartholus *in l. facti, §. pactus ff. de his, qui not. infam. l. nam abſurdum, ff. de bon. liber.* in aliis igitur caſibus (ait Phanucius) in quibus non ſequitur abſurdum, non negat Vlpianus ſed imo videtur concedere fundum, vel aliud corpus dotale, poſſe in totum deſinere dotale, & ſic tunc diminutionem dotis contingere in ipſis rebus dotalibus.

51 Porrò idem Phanucius *n. 20. & 21.* notat aduertendum, quod licet vbi impenſæ ſunt minores pretio illius ipſum corpus dotale non minuatur deſinendo pro parte eſſe dotale, ipſa tamen Dos, ſeu vniuerſitas dotis (vt etiam ſuprà num. 46. ex Corraſio notatum eſt) minuitur, quia (inquit) eſt corpus intellectuale iuxta Baldum in *l. fin. Cod. de ſent. qua ſine certa quantit.* Cum in intellectu iuris (ſecundum quem Dos eſt id, quod deducto ære alieno ipſius dotis datur pro oneribus Matrimonij) ſtatim efficitur minor propter impenſas neceſſarias, tametſi in actu rerum dotalium non fiat dotis diminutio, hacque de cauſa, ait ſæpe ſolere Iura indiſtinctè loquẽtia, dicere, quod Dos diminuitur expenſis neceſſariis, *l. 1. §. 1. ff. de impenſ. in re dot. l. 1. §. nec ob impenſas, C. de rei vindicatione l. Dote pralegata l. cum qui in princ. ff. de Dote praleg. & aliis pluribus.* Neque inconuenit aliquando in intellectu Iuris aliquid eſſe, quod non eſt in actu rei *l. Mauius, §. duorum teſtamentis, ff. de legat. 2.* idque admittit clarè Vlpianus *in d. l. quod dicitur*: ibi, *non enim ipſo iure corporum, ſed dotis fit diminutio.* Vnde non negat in ſequentibus verbis, ibi, *ergo admittimus diminutionem dotis ipſo iure fieri vbi non ſunt corpora, ſed pecunia, &c.* Nam loquitur de diminutione actuali ſeu corporali rerum, vt patet ex præcedentibus verbis, ibi, *non vt ipſa res corporaliter, &c.* Præſupponens ſemper ipſius dotis diminutionem fieri ſcilicet in Iuris intellectu, licet non ſemper in actu rerum dotalium. Cuius intellectualis diminutionis dotis ipſo iure ratione impenſarum neceſſariarum in rebus dotalibus à marito factarum effectus [inquit idem Phanucius, *n. 23.*] eſt Primo, quod ſi *Dos* reſtituatur marito, cui mulier non ſoluerit præfatas impenſas neceſſarias, condictio indebiti viro dabitur pro dote reſtituta quia indebitè in iſto caſu fuit ſoluta, cum eſſet iam de Iure diminuta, dicta *leg. quod dicitur*, *§ fin.* quod non contingit ſtante alio debito, puta propter alias impenſas non neceſſarias in iiſdem rebus dotalibus factis, quæ ipſo iure non minuunt dotem *d. l. quod dicitur, §. hoc de iis*, tunc enim diceretur debitè ſoluta, vt Ruinus *in d. Rubr. ff. ſoluto matrim. & latius 5.* Barboſa *d. parte tertia.* Secundo ſi dos legatur, & multæ impenſæ neceſſariæ falſæ ſint in dotem, in illud legatum tanto minus venit, quantum continent illæ expenſæ *l. licet, ff. de Dote pralegat.* Et Bartholus *in l. cum Pater, §. Pater filia, ff. de legat. 2.* Et hoc quidem (inquit Phanucius *d. n. 23.* non ea ratione, quia Dos ſit ius vniuerſale continens debita, & credita [vt voluerunt Bartholus *ibidem*, & Alexander. *in l. ſi res obligata de legat. 1.*] ſed quia Dos in Iuris intellectu eſt minor, ſeu ſecundum legis diſpoſitionem eſt diminuta etiamſi nulla corporalis diminutio rerum dotalium eſſet facta?

Et ex his Phanucius eodem numere 25. aſſerit ſolui omnes Doctorum difficultates quia [ait] vel quod Iura referant diminutionem dotis non ad ſingula corpora, non inferunt quod ea fiat in aliquo iure, ſed per diminutionem vniuerſi, & in ipſis rebus dotalibus, vel per corporalem rerum diminutionẽ, vel ſaltem per intellectualem, vel item quod iura conſiderant dotem, vt illud ab ipſis rebus dotalibus nihil facit, vt propterea Dos dicatur ius vniuerſale, nam & nomen Iuris differt à rebus ipſis, quia ſignificat res ipſas cum quadam tamen legis determinatione, nomen bona & id genus ſimilia *ſuprà n. 47.* relata, quæ tamen nemo dixerit importare ius vniuerſale, ſed tantũ aliquas, ſeu plures res. Prædicta ex Bald. Nouell. Corraſio, & Phanucio paulo latius gratia clarioris explicationis præfatarum legum quas tam diuerſimodè Iuriſperiti ſunt interpretati, vt ex præmiſſis apparet, & videre eſt apud P. Barboſam, *in rub. ſol matr. allegata p. 3. à n. 18.* Accedamus ad ſolutionem ſecundi Argumenti adducti *ſuperius n. 22.* in fauorem opinionis, quod Dos ſit Ius vniuerſale. 52

Fructus ex re dotali an augeant dotem tanquam Ius vniuerſale, an actione de Dote petatur Acceſſorij, & Augmenti ſeu additamenti ſit eadem natura, vis & iudicium, ac principalis, & an augmentum dotis, eodem Iure reguletur, & iiſdem priuilegiis gaudeat vt ipſa dos.

Secundum Argumentum præſupponit fructus dotis augere dotem cenſerique partem dotis, & eadem dotis actione venire, & peti poſſe tanquam dotem, ſeu dotis partẽ cum tamen inter Iuriſperitos ſit valde controuerſum, an dos augeatur dotis fructibus hique fructus eadem actione dotis veniant, aut petantur, quia cenſeantur vti dos ſeu dotis partes, & non ex aliquo ſpeciali dotis fauore, ſed quia dos ſit Ius vniuerſale illud fructus augeant, & partes ipſius Iuris vniuerſalis ſint. Quod & etiam vt cætera in ſequẽtibus dicenda clarius explicentur, & intelligantur, aduertendum, quod in Iudiciis particularibus fructus non augent ipſam rem particularem, ſed conſiderantur tanquam quid diuerſum ab ipſa re ſeu tanquã ipſius rei principalis acceſſorij, vt Gloſ- 53

ſa

ſa *penultima in l.fundi de exceptionibus.* Mantica *de tacit.& ambig.conuent.tit.lib.*12. 6. P.Barboſa *in rub.ſoluto matr. d.p.*3. *n.*61. & ideò non eadem actione peti poſſunt,qua petitur res principalis, ſed tanquam illius acceſſorij ex officio Iudicis eorum habetur reſpectus, *l. ædiles, §.idem ſciendum, ff. de ædilit.edict.l. qui per colluſionem, §.fin. ff.de actione empt.* Gloſſa *in l. item veniunt, §.fructus,verbo omnes,ff.de petit.hæred.* Mantica & P.Barboſa *vbi ſuprà.* Quare ſi forte iniuria Iudicis, vel partis lata ſit ſententia ſuper re principali nulla habita ratione fructuum non poſſunt in alio Iudicio peti,quia cùm Iudicium rei principalis iam ſit ſublatum,& finitum per ſententiam, ſuper acceſſoriis non poteſt ordinari Iudicium de nouo, quæ ſublato principali per ſe ſubſiſtere non poſſunt,*l.cùm principalis, ff.de reg.Iuris, l.*4.*depoſiti, l.fin. ff. de eo quod certo loco.* Neguſantius *de pignor.* 4. *memb.*2.*partis, n.*50. alij à P.Barboſa *d.num.*61. relati & Campegius *de Dote, p.*3.*quæſt.*193.vbi dicit quod in Iudiciis particularibus ſi acceſſiones non ſunt promiſſæ per ſtipulationem,nunquam debentur Iure actionis ſed officio Iudicis mercenario,atque adeò lata ſententia ſuper principali tantùm extinguitur Ius petendi tales acceſſiones de *d.l.*4. Aliud verò & in hæreditate, & aliis Iuribus vniuerſalibus, nam fructus augent Ius vniuerſale,& tanquam partes Iuris vniuerſalis veniunt, & cenſentur *d.l. item veniunt, §.fructus*, ac proinde tanquam partes ipſius Iuris vniuerſalis eadem actione peti poſſunt Baldus *in l.*1.*n.*3. *Cod.de vſuris & fructibus.* Iaſon. *in l.*1.*n.*10. *Cod.de Iudic.* Gloſſa,Campegius,Mantica & P.Barboſa *locis allegatis.* Vnde licet Iudex omiſerit condemnationem fructuum,tamen poſtea in diuerſo Iudicio peti poſſunt per eandem actionem, qua principalis res quaſi ipſius partes, quibus non reſtitutis non cenſetur res principalis plenè reſtituta, Campegius *d.quæſt.*193. & poſt alios P.Barboſa *vbi ſuprà, num.*63.

53 Igitur quod fructus ex re dotali percepti augeant dotem tanquam Ius vniuerſale ſeu quoad illos dos conſideretur tanquam Ius vniuerſale ita ſentientes probant quia ſi in redditione rerum dotalium non fuit fructuum ex illis perceptorum habita mentio, & omiſſa condemnatio, poſſunt in diuerſo Iudicio peti per eandem dotis actionem vti partes ipſius dotis,quaſi dos plenè non ſit reſtituta, idque aiunt clarè conſtare dicta *l.ſi marito* 31. *§.fi. ff.ſoluto matr.* ita Bartolus *in d.Rub.ſoluto mat. n.*10. *& conſ.*124.Bolognetus *ibid.n.*202.Campegius *de Dote, p.*1.*quæſt.*88. *n.*2.*initio verſic.*5.*& p.*3.*d.quæſt.*193.*&* 194. Menochius *conſ.*1134.*n.*24. Mantica allegat *tit.*6. Molfeſius *in conſuet.Neap.p.*6.*de Iure dot.q.*1.*n.*5. Iaſon,Riminaldus, & alij Iuriſperiti, quos refert & ſequitur P. Barboſa *d.p.*3. *n.*63. Qui *num.*62. aduertit, quod & ſi in aliquibus actionibus particularibus veniant fructus Iure actionis,cùm tamen non augeant ipſam rem particularem, vt eodem Iudicio obtineri poſſit, oportet quod actor in libello eorum ſpecialem faciat mentionem petendo aduerſarium condemnari ad eorum reſtitutionem, *l.fundi, ff.de exceptionibus.*Baldus *in d.l.ſi marito, §.finali, n.*1.*& ibi.* Angelus *num.*4. alioqui enim quamvis adhuc peti poſſint non obſtante *d.l.*4. *Cod.depoſiti*, cùm præſupponatur eos fructus deberi Iure actionis tamen in alio Iudicio peti debent iuxta tradita *numero præcedenti:* At in dote (inquit) vbi Iure vniuerſali, ſicut & in alio quocumque Iure vniuerſali,diuerſum eſt,cùm enim fructus (ſubdit) augeant dotem, & formaliter dotis partes cenſeantur,non eſt neceſſe in libello de illis facere ſpecialem mentionem,quia petendo dotem ſimpliciter, & fructus includuntur,vtpote cum ipſa dote coniuncti, & vbi pars dotis effecti *l.pen. & l.fin.Cod.de donat. propter nupt.* & latè aliis allegatis Campegius *d. parte* 3. *citata quæſt.*174. Vnde etiam dotis augmentum ſuperueniens poſt litem conteſtatam ait idem Barboſa poſt alios venire in Iudicio doti: Hiſque addit non obſtare textum *in d.l.ſi marito citato, §.finali*, vbi habetur fundum fuiſſe reſtitutum non habita mentione fructuum,ait enim debere intelligi, quando extra Iudicium fuit facta reſtitutio. Nam ſi in Iudicio facta fuiſſet,ſemper in ſententia, quia maritus conſtringitur dotem reſtituere, continerentur, & fructus, vti dotis partes ſicut etiam in actione particulari veniunt fructus pendentes, quia cenſentur augmentum,& pars ipſius fundi, *l.fructus pendentes, ff.de rei vindic.* ita P.Barboſa.

Contrarium nihilominus, & quod fructus ex re dotali percepti non augeant dotem ex natura dotis, quia ſit Ius vniuerſale, neque dos recipiat augmentum, ſeu additamentum ad inſtar hæreditatis, ac proinde quod dictos fructus, & dotis additamenta, ſeu augmenta ſuperuenientia dos non poſſit conſiderari, vt Ius vniuerſale, vt hæreditas, ſuſtinent Baldus Nouellus *de Dote, p.*2.*à n.*5. Phanucius *de lucro dotis,verbo Dote à num.*24. Ioannes Boſcheius *de legitimis nuptiis, lib.*4. *num.*26.(vbi dicit,quòd fructus dotis percepti poſt matrimonium ſolutum propriè loquendo non tam augent dotem, quàm actionem de ipſa dote allegans *d.l.marito, §.fin. ff.ſoluto matr.*)Mareſcottus *var.reſolut.cap.*67.(vbi aſſerit fructus dotis non venire eius appellatione nec gaudere priuilegiis dotis)ex antiquioribus ita ſenſerunt Gloſſa *in d.l. item veniunt, §.fructus, ff. de petit.hæred.* Baldus *in l. diuortio, §.ob donationem poſt princ. ff.ſoluto matrim.* ibidem Angelus,& Cumanus Ripa *in Rub.ff.ſoluto matrim.n.*43. *&* 45. & Socinus iunior *in eadem Rub. parte* 3. *num.*22. Iura enim dicentia dotem augeri fructibus ex re dotali perceptis, & aliis additamentis loquuntur de fructibus perceptis ante contractum matrimonium, vt clarè conſtat *in l. videamus generaliter, §. ante matrimonium, ff. de vſuris, l.ſi ante nuptias, ff.ſoluto matrim. l. dotis fructus poſt princip. l.ſi ſeruo, ff. de Iure dotium, l. inter ſocerum, §. cum inter, ff. de pactis dotalibus :* Iuxta quæ Iura fructus ex dote percepti augent dotem (id, quod latè etiam aliis relatis proſequitur Tuſchus *litera D. concluſ.*738.*num.*13.) non quidem ex natura dotis, & quia ſit quid vniuerſale, ſed ex tacita mulieris intentione, ſcilicet, quia ſi cum mulier tradit ante nuptias fundum dotalem viro non exprimit aliquid de fructibus nec ſibi reſeruat, cenſetur tacitè velle illos in dotem conuerti: ſeu quaſi additamenti cauſa in dotem date, ſi nil in contrarium appareat, vel conuentum ſit, vt dicit expreſsè *d. l. inter ſocerum, §. cùm inter*, & conſtat pariter ex *l. etiam, Cod. de Iure dotium.* Hi igitur fructus dotis non augent dotem ex ſui natura,ſeu ex natura vniuerſi: ſed quia in dotem dari cenſentur ſiue per viam augmenti, ſiue per viam conuentionis, vt Angelus *in rub. ff. ſoluto matrim. ad fin.* vult, *per d.l. dotis fructus*, §.1. hoc enim in idem recidit, vt notat Baldus Nouellus *d.num.*5. quia ſiue per viam augmenti ſiue per viam contentionis in dotem dati cenſeantur, eadem etiam actione dotis petuntur, *l.ſi marito, §. fin. ff.ſoluto matrim. & d. l. etiam, Cod. de Iure dotium.* Hinc iuxta eoſdem Iuriſperitos argumentum Bartholi, & ſequacium ſumptum ex *d. l.ſi marito, §. finali*, reſpondetur textum *in d. §. finali*, ſicut & *in d. l. etiam* intelligi de fructibus perceptis, & additamentis factis antequam ſit contractum matrimonium. De fructibus autem perceptis conſtante matrimonio non poteſt dici, quod augeant dotem, cùm ad virum pro oneribus matrimonij pertineant, *l. pro oneribus, Cod. de Iure dotium*, præter partus ancillarum qui non ſunt in fructibus, *l. plerumque, §.ſi ſerui, ff. de Iure dotium.*

Reſpondet P. Barboſa *in d. p.* 3. *num.* 64. Textum 55
in d. l. ſi marit. §.fin. loqui de fructibus perceptis poſt ſolutum matrimonium, quia inquit dictus textus apertè loquitur de fructibus, qui pro rata anni pertinebant ad vxorem, quod verificari non poteſt, niſi in perceptis ſoluto matrimonio cum alij in ſolidum ad maritum pertineant vt dotium eſt, & ha-

betur etiam *l. diuortio*, §. 1. *ff. ſoluto matrimonio*, & *l. vnica*, §. *cumque*, *Cod. de rei vxoriæ actio.* ſi dicatur, quod eſtò dictus textus poſſit intelligi, & intelligatur de fructibus perceptis ſoluto matrimonio, tamen non poſſunt intelligi augere dotem, quia ſoluto matrimonio neque ipſæ res datæ in dotem ſunt dotales, neque dos quæ tunc deſiit eſſe dos, vt dicit *ibidem* Gloſſa, ex quo iam deſiit matrimonium, & dos ac matrimonium, ſunt correlatiua, quia vbi non eſt matrimonium non eſt dos, *l. fi. Cod. de donat. ante nupt. l. 3. ff. de Iure dotium cum ſimili.* Reſpondet idem P. Barboſa citato *n. 64.* hoc non obſtare, quia licet dos à principio non poſſit conſiſtere ſine matrimonio *d. l. 3. ff. de Iure dot.* tamen poſtquam matrimonium contractum eſt, durat nomen dotis etiam ſoluto matrimonio iuxta tradita in rubrica, *ff. ſoluto matrim.* & *in l. 4. ff. de fundo dotali*, ſiquidem facilius quid cõſeruatur, quàm de nouo inducatur *l. patre furioſo, ff. de his qui ſunt ſui vel alieni Iuris*, duratque prædictum nomen, donec dos cum effectu fuerit reſtituta, id quod etiam poſt Caſtrum notauit Corraſius *in Rubr. ff. ſoluto matrim. in 1 lectura, num. 13.* addens ſoluto matrimonio ceſſare nomen dotis, & dici patrimonium mulieris poſtquam eadem mulier dotem, ſeu bona dotalia recuperauit iuxta quæ (ſubdit P. Barboſa) dicendum eſt ſoluto matrimonio fructus perceptos ante dotem reſtitutam cum effectu mulieri dotem augere, quia cùm nomen dotis ſaluum ſit recipere poteſt augmentum propter fructus, ideóque textus *in d. l. ſi marito, §. fin.* loquitur de fructibus ad vxorem pertinentibus, antequam cum effectu fundus dotalis ei fuiſſet reſtitutus, ita Petrus Barboſa.

57 Contra hanc P. Barboſæ reſponſionem dato quod textus ille *in d. l. ſi marito, §. fin. ſoluto matrim.* loquatur de fructibus perceptis ex fundo dotali poſt ſolutum matrimonium, eſt primo, quia illi fructus non ſunt dos neque portio dotis, vt aſſerunt Gloſſa *ibid.* Baldus Nouellus *d. parte 2. n. 5. in fine, & n. 6.* & Phanucius *de lucro dotis, d. verbo Dote, n. 25.* Sed iuxta eoſdem ſe habent ad dotem vt quid acceſſorium vt (exemplificat Phanucius) ad rem depoſitam vel commodatam fructus ſe ſolent habere, allegata *l. videamus, generalit. §. 1. ff. de vſuris*, nemo tamen dixerit rem commodatam, vel ſimile eſſe Ius vniuerſale, & ſi dicatur aliud eſſe *in d. §. 1.* in condictione in perſonam ſeu actione perſonali: aliud verò in actione dotis reſpondet Phanucius imo idem obſeruari *l. ſi ſponſa & ibi not. ff. de Iure dotium.* Quemadmodum agitur (ait idem Phanucius) fructus rei depoſitæ non ſunt res depoſitæ, nec in obligationem veniunt, ſed per officium Iudicis acceſſoriè petuntur allegata *l. 4. Cod. depoſiti, l. per colluſionem, ff. de actio empt.* ita fructus dotis non ſunt dos, nec actione dotali debentur ſed officio Iudicis. Quod autem *in d. §. fin. l. ſi marito* dicatur pro fructibus dotis agi, & quod ſine his minorem dotem dicatur quis recipere, idem Phanucius dicit nihil obſtare. Nam & res commodata deterior reddita dicitur, non reddito intereſſe *l. 3. §. 11. ff. commodati*, & tamen illud intereſſe venit officio Iudicis iuxta Gloſſam *ibi, item dicitur, rem reſtitutam non videri ſine fructibus, l. reſtituere*, vbi Alciatus, *ff. de verbor. ſignif. l. in condemnatione, ff. de re iudic. l. & ex diuerſo, §. 1. ff. de rei vindicat.* & tamen fructus rei alia rei vindicatione petuntur *l. item veniunt, §. fructus, ff. de petit. hered. & aliis Iuribus ſuprà num. 53. adductis*, ſi obiicitur, fructus dotis officio Iudicis non peti *in d. §. fin. l. ſi marito*, cum loquatur in caſu poſt exactam dotem, & officium Iudicis non duret poſt finitam principalem actionem, *l. finali, ff. de eo, quod certo loco & aliis Iuribus ſupra n. 53. allegatis*, reſpondet Phanucius *in d. §. fi.* fructus durare per officium Iudicis ex illa actione principali, quia fundus fuerat receptus ſine fructibus ab ignorante, quo caſu ait ceſſare notata *in d. l. finali, ff. de eo quod certo loco*, ita Phanucius. Secundò, & melius requiritur reſponſio P. Barboſæ & euacuatur vis, quam Bartholus, & eius ſequaces faciunt *in d. l. ſi marito, §. fin. ff. ſoluto matrim.* ad probandum fructus dotis perceptos poſt ſolutum matrimonium augere dotem tanquam Ius vniuerſale, quia ibi dicitur poſſe peti eadem actione dotis. Nam & ſi iidem fructus non ſunt dos, neque portio dotis in dicto tamen §. continetur hoc ſpeciale quod vbi vna cum dote non fuerunt reſtituti, veniant, ſeu peti poſſint actione dotis, quaſi cenſeantur ibi venire per viam augmenti dotis per modum tamen improprium, & ſic non ex natura Iuris vniuerſalis, ſed ex quodam dotis priuilegio dicti fructus petuntur eadem actione, itaque iuxta textum *in illo §. fin.* eſt ſpeciale priuilegium [quod notabile ait Baldus Nouell. *d. p. 2. n. 6.*] fauore dotis circa illius fructus, & acceſſoria, vt poſſint peti Iure actionis tanquam ſi eſſent dos, aut eius portio, ſicut contingit in vniuerſalibus; licet regulariter in particularibus veniant officio, Iudicis mercenario, vt habetur *in Iuribus ſupra n. 53. allegatis, l. 3. Cod. de bonis quæ liberis, & in l. finali ſupra allegata. ff. de eo, quod certo loco*; ita ſentiunt Bulgarinus *in rub. ff. ſoluto matrim. n. 6. ad finem*, Baldus Nouellus *citato n. 6. & 11. & 20.* Boſcheins *loco ſupra allegato.* Tuſchus *lit. D. concl. 738. n. 2. & concluſ. 757. n. 8.* Quare iuxta eoſdem Gloſſam ſuprà allegatam & Phanucium prædicti fructus poſt reſtitutam dotem Iure illo actionis petuntur tanquam acceſſorij, non quia ſint formaliter dos, aut pars dotis; quod videtur ſenſiſſe etiam Cuiacius *lib. 15. obſeruationum, cap. 23.* dum ibi dicit, aliquando in Iure reperiri, quod recepta re principali agi poteſt de acceſſione, & ad id præcipuè alleget *d. l. ſi marito, §. fin. ſoluto matrimonio*, licet allegat etiam *lib. vtique, ff. de rei vindicatione*, & *l. vltima, Cod. de adulterio.*

Quo verò ad cætera augmenta, ſeu additamenta, & 58
acceſſiones, quæ doti accreſcunt, ſeu ſuperueniunt, & eodem iure cenſentur, ſeu regulantur, de quibus in allegata *l. etiam, Cod. de Iure dotium in l. ſi proprietati, l. ſi ſeruo, l. ſi legete, ff. eodem*, rectè dici poteſt huiuſmodi augmenta conſiderari, & venire in dotem, (Reſpondit Phanucius) *d. verbo Dote, n. 26.* & concordat Io. P. Fran. Ferratius *in p. in forma libelli quo vxor agit, &c. verbo ſimul cum omnibus Iuribus dotalibus*) provt in quamlibet aliam rem ſolent venire; & acceſſoria ſecundùm naturam ſui principalis, & ita quod augmentum dotis regulentur ſecundùm naturam ipſius dotis, & veniat inter Iura dotalia *d. l. etiam, Cod. de Iure dotium.* Io. P. Franc. Ferratius *loco citato* affert hanc rationem, quod acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis, vt *in regula acceſſorium de regulis Iuris* cum *ibi* notatis *Gloſſa in l. vt certo, §. vſque adeo, ff. commodati*, Surdus *decif.* 88. *num.* 10. vbi etiam ait, quod augmentum dicitur acceſſorium, & ideo de eo idem eſt iudicium, ac de principali.

Hinc Doctores communiter ſtatuere augmentum, ſeu 59
additamentum, eſſe eiuſdem naturæ, qua eſt principale, & quod idem Ius cenſetur ſtatutum in augmento, quod in principali aucto, ita Rolandus à Valle *de lucro dotis, quæſt. 100. num. 9. & 10.* Tuſchus *lit. A. concluſ. 515. & lit. D. concluſ. 757. per totam.* Surdus *loco citato*, & etiam *conſ. 96.* 20. & *de alim. tit. 1. quæſt. 42. num. 76.* ad id allegans *l. ſi ex tota, l. quod verum, §. ſi quid poſt, ff. de lega. 1.* Tiraquellus *de retract. lign. §. 1.* Gloſſa 10. *num. 28. & Gloſſa 18. num. 51.* Rota *decif. 94. num. 3.* apud Farinacium *parte 2.* Auguſtinus Barboſa *collect. ad d. l. etiam, Cod. de iure dotium*, & alij, quos latè refert Tiraquellus *locis citatis*, præter alios ab Auguſtino Barboſa allegatos. Ex quo Rolandus *d. quæſt. 100.* aſſerit ſtatutum de lucro dotis habere locum in augmento dotis facto conſtante matrimonio, & permiſſum in principali, cenſeri etiam permiſſum in augmento *l. heredes palam, §. ſi quod poſt, ff. de teſtamentis.* Hinc etiam omne priuilegium datum principali, porrigi ad eius augmentum tradidere Angcius *in §.*

aliud

aliud.auth.de æqualitate dotis. Tiraquellus *in l.ſi vnquam, §.donatione largitus, n.226. circa medium, C. de renouan. donat.* Roland. *d.q.*100. *n.*9. latè Albert.Brunus *tract.de augmento, q.9.à n.*1. & alij à Tiraquello allegati.

61 Quapropter augmentum,ſeu additamentum dotis eſſe eiuſdem naturæ,ac vitium,& eodem Iure regi ſeu regulari, atque iis priuilegiis gaudere, vt ipſa dos, & illud quod dicitur, ſeu ſancitum eſt de dote,intelligi, & ſancitum eſſe de eius augmento eſt communis Iuris peritorum ſententia:ita Angelus *in d.§.aliud auth. de æqualitate dotis.*Baldus,Salicetus,& Caſtrus per Textum,ibi *in l. vltima,verſic.ſi igitur,Cod.de donat.ante nuptias.* Albertus Brunus *tractat. de augmento, d.q.*9. Baldus Nouellus *de Dote,parte* 12.*num.*59. Gubertus Coſtanus *de Dote,cap. vltimo, n.*12. Phanucius *d.verbo Dote,n.*26. Io.P.Franc. Ferrarius,*loco ſupra allegato*,Tiraquell. *in d.l.ſi vnquam, citato n.*226.*& in aliis locis ſuprà allegatis.* Rolandus *de lucro dotis,d.q.*100. Menochius *conſ.*93.*num.*13.*& conſ.* 1124.*n.*12. P.Barboſa *in d. rub.ſolut.matrim.p.*3.*n.*66. Mantica *de tacit.& ambig.conu.lib.*11.*t.*19.*n.*13. Surdus *de alim.tit.*1.*d.quæſt.*42.*n.*77.*& d.conſ.*196.*d.n.*20. Stephanus Gratianus *diſc.ept.for.tom.*1.*cap.*172.*n.*19.*& to.*2. *cap.*274.*n.*62. Auguſtinus Barboſa *ad d.l.etiam,n.*2.*&* 3. *Cod.de Iure dotium.* Camillus Borellus *in ſum.deciſ.p.*3. *tit.*5. *n.*497.*&* 498. & alij communiter, quos latè Tiraquellus, P.Barboſa, Menochius, Mantica, Borellus & Auguſt. Barboſa referunt. Hæc communis ſententia præter ſuperiùs adducta,de natura acceſſorij,& augmenti,quod eodem Iure, quo principale,& id quod augetur reguletur à pluribus ex eiſdem Doctoribus probatur, ſequentibus Iuribus *d. §.aliud auth. de æqualitate dotis* (vbi à Iuſtiniano priuilegium prælationis, ſeu hypothecæ conceſſum doti extenditur etiam ad illius augmentum,ex quo Angelus *ibid.*generaliter colligit,quod omne priuilegium,& notaui, conceſſum principali trahitur ad illius augmentum) *d.l.vltima,verſic.ſi igitur, C.de donat.ante nupt.* [vbi idem Iuſtinianus ait donationes propter nuptias, & ſic dotis augmentum procedere à pari cum dote] *d.l.etiam, l.vbi adhuc, Cod.de Iure dotium, l.ſi proprietari, l.ſi lega o, ff.de Iure dotium*, ex quibus Iuribus patet, ea quæ conceduntur, & propria ſunt dotis,actio, hypotheca, & cætera dotis extendi ad donationes propter nuptias,& ad omne dotis augmentum. Quare quod augmentum dotis cenſetur quaſi dos quoad participationem virium,Iurium,Actionis,hypothecæ,& cæterorum, quæ ſunt dotis propria, non prouenit ex eo,quod dos ſit Ius vniuerſale,ſed ex natura acceſſorij,cùm omne augmentum ſit acceſſorium vt dictum eſt,ſicque ex natura ipſius augmenti vel ex ſpeciali fauore à Iure in præallegatis textibus conceſſo;& quod *d.l.etiam,Cod.de Iure dotium*, conceditur dotis augmento, non fundatur in eo,quod ſit Ius vniuerſale: Probo etiam ex eo,quod Doctores ad probandum in vniuerſum, quod acceſſorium, & augmentum ſit eiuſdem naturæ ſui principalis & de acceſſorio & augmento idem Iudicium, quod de principali, & de aucto, adducunt textum *in d. l. etiam, Cod.de Iure dotium*, ita Tiraquellus *de retract. lign. §.*1. *gloſſa* 18. *allegato num.*51. & Surdus *d.deciſ.*88.*n.*10.

62 Denique ad probandum fructus ex dotali re perceptos non eſſe propriè dos, aut portio dotis,vt Bartolus, & eius ſequaces, & P.Barboſa *loco ſuprà allegato* putant tenentes dotem eſſe Ius vniuerſale,adduco ſequentia deſumpta ex Baldo Nouello *de dote, p.*2.*n.*7.*& ſeq.* Primò enim,ſi hi fructus eſſent propriè dos aut pars dotis,poſſent tales fructus retineri ſicut alia corpora dotis propter impenſas neceſſarias per id, quod dicitur in ſæpiùs allegata *l.quod dicitur, ff. de impenſis* 2. *in re dot.factis.* quod non debet admitti, quia hoc videtur in damnum, mulieris,& non in fauorem,cum tamen diſpoſitio *in d.l. ſi marito,§.final. ff.ſoluto matrim.* tendat ad fauorem mulieris, hacque de cauſa inducatur ibi illud ſpeciale de quo *ſuprà, num.*58. Secundò,ſi dicti fructus eſſent dos aut pars dotis, hodie haberet maritus, vel eius hæredes annum poſt ſolutum matrimonium ad illos mulieri reſtituendos ſicut in aliis mobilibus per diſpoſitionem Textus *in l.*1.*§.exactio, ff. de rei vxor.actio.* quod etiam tenderet in damnum mulieris, quia ſi non haberentur pro rebus dotalibus vir aut eius hæres teneretur in incontinenti eos reſtituere vna cum ipſis immobilibus, quibus non datur aliqua dilatio tanquam acceſſoria ad ipſas res immobiles per id quod habetur *in d.§. exactio,* & licet *gloſſa ſingularis in l.diuortio, §.interdum, ff.ſoluto matrim. verſic.reddet*, tenuerit contrarium,dum aſſeruit in ipſis fructibus habere hodie locum dictam dilationem anni. Vnde maiorem dilationem haberent ipſa acceſſoria, quàm ipſum principale contra communem doctrinam *ſuprà n.*59.*&* 60. traditam. Baldus tamen Nouell. *d. p.*2. *n.*10. ait Gloſſam in hunc errorem fuiſſe inductam ex alio eius errore,dum *in l.*2.*in princ. ff.ſoluto matrim.*tenuit Iure digeſtiori dari dilationem anni etiam in ſtabilibus, quod ait Baldus non eſſe verum benè quidem verum, quod in fructibus perceptis ante matrimonium vir aut eius hæres habebit hodie annum ad illos poſt ſolutum matrimonium reſtituendos *per d. §.exactio* cum illi (*vt ſuprà,n.*55. dictum eſt) fuerint ex quodam tacito pacto in dotem conuerſi.

63 Et fortaſſe propter has etiam rationes fructus non augere dotem, hancque non eſſe Ius vniuerſale reſpectu mariti, ſed potius eſſe Ius particulare aſſeruere Alexander *in d.l.ſi marito,§.ſi,ff.ſoluto matr.* Claud.*in rub.ff.ſoluto matr.n.*18. Neguſantius *de pignor.*4. *memb.*2.*p. n.*50. *&* 55. (quos ad id allegat P. Barboſa *in d.p.*3.*num.*68.) Aluirus Ioannes Cor. & alij, quos Phanucius *d. verbo Dote, n.*26. refert, licet Alexander præſertim ad negandum dotem eſſe Ius vniuerſale reſpectu mariti motus ſit per textum *in l.fin.§.Præterea,Cod.de Iure dotium*, cui tamen contradicit P. Barboſa *citato num.* 68. ſed hic ſubſiſto cum de hac re ſatis ſuperque dictum ſit.

Pecunia redacta ex venditione rei dotalis, & res empta ex dotali pecunia, an & qua ratione. ſuccedat loco rei,vel pecunia & efficiatur dotalis, vbi quomodo, tam in particularibus rebus, ſeu Iudiciis particularibus, quàm vniuerſalibus pretium ſuccedat loco rei, & contra.

64 Et venio ad tertium argumentum *ſuprà, num.*23. adductum in fauorem ſententiæ Bartoli, quod dos ſit Ius vniuerſale deſumptum ex eo, quod in dote pretium ſuccedat loco rei; ſcilicet pecunia ex re dotali à marito vendita retracta ſit dotalis & in locum rei dotalis venditæ ſubrogetur per Textum *in l.res, quæ ex dotali, in l.ita conſtante, in l.ſiue generalis, in l.cùm in fundo, §.ſi fundus, ff.de Iure dotium*, quod tantum euenit in rebus vniuerſalibus. Hoc Argumentum expoſcit reſolutionem, an pecunia retracta ex venditione rei dotalis ſuccedat loco rei, & fiat dotalis, & e contra res empta ex pecunia dotali ſuccedat loco pretij, & efficiatur dotalis.

65 Præmittendum primò in rebus, ſeu Iudiciis particularibus regulariter loquendo neque pretium ſuccedere loco rei, neque rem emptam ex pecunia ſuccedere loco pretij, ita Doctores communiter Gloſſa *in l. qui vas, §.vltimo, ff.de furtis, & in l.Labeo, & Sabinus, ff.de verbor.ſignif.* Tiraquell. *de retractu lig. §.*32. *gloſſa vnica, num.*16.*&* 20. Menochius *conſ.*213. *num.*1.*&* 2. Coſta *de remedio ſubſid.remedio* 61. *num.*6.*& ſeq.* Surdus *deciſ.*306.*n.*1.*& ſeq.* Lud.Molina *de primog.lib.*4.*cap.*4. *n.*24.*&* 34. Mantica *de tacit.& ambig.* Conuent. *lib.*12. *tit.*6.*& tit.*27. Gomez *in l.*50.*Tauri, n.*36.*fi.* Antonius Gubertus Coſtanus *de dot.c.*7.*n.*17.P.Barboſa *in rub.ſol. mat.p.*3.*n.*74. Camillus Borellus *in ſum.deciſ.p.*3.*tit.*5. *n.*28.*&* 29.& alij Iuriſperiti,quos latè referunt Tiraquel.

& Surdus & ex Theologis Molina de Iuſtitia & Iure *tom.2.diſp.327.n.5.& tom.3.diſp.651.n.2.* ad quod plures adducuntur textus. tum *d.l.qui v.ſu, §.vltimo, ff. de furtis* [vbi pretium ex re furtiua redactum non eſt furtiuum ideóque ſi dominus rei furtiuæ illud auferat, furtum committere dicitur] tum *in l.ſi ex ea, & in leg.ſi vt proponis, Cod.de rei vindicatione*, quod idem habetur *in l. ſi ex pecunia Cod.eod.* quæ loquitur in emptione facta à Depoſitario ex pecunia apud ipſum depoſita, & tamen diſponit nullam actionem domino pecuniæ ad rem, quæ ex illa pecunia empta fuit, vindicandam competere: idem *in l.ſi ir, Cod.depoſiti, in l.1. Cod.ſi quis alteri, vel ſibi in l. penultima, Cod.eodem tit.in l.ſi patruus, Cod.communia vtriuſque Iud.* in quibus textibus deciditur rem emptam ex pecunia alterius non effici eius, cuius erat pecunia, ſed ementis, & ſic domino pecuniæ nihil aliud quàm actio ad pretium, & per dicta Iura, quod res empta ex pecunia alterius efficiatur ementis, & ei acquiratur rei dominium, non autem domino pecuniæ tradunt etiam Menochius *de præſumpt. lib.3. præſumpt.51. n.43.* Tuſchus *lit. E. conc.* 138. Fontanella *de pactis nuptial. clauſ.7.g.3.p.15.n.27.& ſeq.* & plures alij, quos refert Salgadus *in labyrint.p.2.cap.24.n.6.* Hinc pretium redactum ex venditione feudi ſeu rei feudalis non eſſe feudale, ſeu non ſuccedere in vicem & locum feudi, ſeu rei feudalis tradidêre Iacobus de Beluiſio, Bald. Martinus, Laud.Iacob. Aluer, & Cardin. Alexand. *in cap.1.de feud. non haben. propriam nat.feud.* Tiraquell. Coſta, Surd. Camillus Borell. *locis citatis*, & alij plures à Tiraquello, Coſta & Surdo allegati. Hinc etiam Baldus *in l.pro debito, C.de bonis auth.iud.poſſ.* quam Tiraquellus *d.n.20.* refert, & ſequitur, dixit quod venditori mercium merces ipſæ ſint tacitè obligatæ ad pretium, ſi tamen huiuſmodi merces fuerint venditæ, & aliæ ex earum pretio emptæ hæ non cenſentur eſſe obligatæ, vt priores. Item rem emptam ex pecunia pignorata non eſſe pignoratam tradit Tiraquellus. *d.n.16.* allegans etiam in ſpecie textum *in l.idem quæ, §.vltimo, ff.qui pot.in pig.habeant.* vbi quoque addit ex Lapo *allegat.* 72. nec rem emptam ex pecunia Eccleſiæ eſſe Eccleſiaſticam aſſerens tamen rem emptam ex illa pecunia, ſi ſit immobilis non præſcribi minori tempore, quàm quadraginta annorum ſicut aliæ res immobiles Eccleſiæ & *num.*17. aliis allegatis ſubdit, neque rem emptam ex pecunia [quod etiam notat Coſta *dicto remedio 61.n.9.*] communi nomine alterius tantùm eſſe communem, ſed eius ſolius cuius nomine empta eſt, acquirentem tamen vel communicare debere ſecundùm alios, vel partem pecuniæ tantùm reddere, & ad id allegat *d.l.ſi patruus, Cod.communia vtrius.* Lud. *l.ſed & ſi ſocius, §.ſi abſenti, l.actione, §.dicimus, & l.ſi vnus, §.ſi vnus, ff.pro ſocio*, de quo etiam Coſta *d.remed.61.n.9.* Quod autem dictum, rem ex pecunia Eccleſiæ emptam non eſſe Eccleſiaſticam, ſeu Eccleſiæ intelligendum ſi empta ſit per extraneum non habentem adminiſtrationem rerum Eccleſiæ. vt notat Gomez *d.n.36.* addens tamen effici Eccleſiaſticam, ſeu Eccleſiæ in ſubſidium emptore exiſtente non ſoluendo: ſi verò per ſyndicum vel adminiſtratorem Eccleſiæ ex Eccleſiæ pecunia res empta ſit, efficitur ſua, vt Gomez *ibid.* & poſt alios Salgado *d.c.224.n.41.& ſeq.* Demũ ex prædictis Surd. *d.deciſ.306.n.4.* infert pretium rei obligatæ non dici obligatum, nec venire actione hypothecaria, de qua addit eſſe etiam textum expreſſum *in l.1.ff.de diſtractione pignorum & hypothecarum.*

65 Dixi *regulariter loquendo*; quia etiam in rebus, ſeu iudiciis ſingularibus ſeu particularibus ſunt certi caſus, in quibus pretium ſubrogatur loco rei venditæ, & res empta loco pretij, ſeu pecuniæ, qua empta eſt. Et primò ita à partibus fuerit conuentum, & expreſſum, ſeu ea lege aut vendentis proteſtatione & declaratione res vendita, vt pretium ſuccedat loco rei, & res empta loco pretij, ita Gloſſa & Doctores *in d. l. res quæ, ff. de Iure dotium.* Gloſſa *in l.ſed & ſi lege, §.1. ff.de petit. hæreditatis verbo non videretur & in l.Imperator, §.fin.ff.de legat.2.* Tiraquel. *d.§.32. gloſſa vnica, n.23.& ſeq.* Coſta *d.remed.61. num.6.& n.9.* Lud.Molina *d.cap.4.n.31.* Surdus *d.deciſ.* 306.*n.*12. Gimba *deciſ.*111.*num.*23. P.Barboſa *in d.3.p. n.74.* alij, *infra* allegandi, & communiter ſcribentes *in præfatas leges.* Tiraquellus & Surdus probant per textum in ſimili *in l. & ſi quis, §.ſed interdum verbo oportebit, ff.de religioſis & ſumptibus fun.* vbi dicitur quod is, qui ſumptum in Cadaueris alieni funus fecit regulariter non repetit, ſed pietatis gratia feciſſe cenſetur, repetere tamen poteſt & ei reſtituendus, ſi conſtet non feciſſe pietatis cauſa ſed animo repetendi. P.Barboſa adducit textum in ſimili *in l.ſi donatæ, §.fin. ff.de donat. inter virum & vxorem*, & in hoc caſu dicit, quod voluntatem partium lex approbat, & propter illam approbationem res ſuccedit loco pretij: ſufficere autem vt talis conuentio, vel voluntas declaretur, vel verbis vel etiam facto tradit Tiraquellus *num.25.* per textum *in l.de quibus vbi gloſſa, ff.de legib.& in l.recuſari*, vbi etiam Gloſſa, *ff. de acquirenda hæreditate.* Imò ait ſufficere, ſi ex aliis coniecturis deprehendatur vendentem eo ſe animo, & conſilio feciſſe & *n.24.* dicit, quod in dubio præſumeretur adfuiſſe talem voluntatem, vt res empta ſuccederet in locum alterius venditæ, quando vendens confeſtim, & in continenti facta venditione ex pretio rei venditæ aliam rem emiſſet. Secundò in particularibus pretium loco rei ſuccedit, quando res eſt perempta, & extincta iuxta Surdum *dicta deciſ.306. 13. poſt gloſſam in d. l. 1. ff.de diſtractione pignorum*, Bartolum & alios *ibid.* ac Neguſantium *de pignoribus in 4.membro ſecundæ partis n.58. &* Gabrielem *conſ.37. n.2. vol.1.* Tertiò in particularibus ſi ex pecunia militis res ematur, ſtatim effici ſuam, & talem rem, & dominium eius ſuccedere loco pecuniæ fauore militis, niſi potiùs vellet agere ad pecuniam tradit Gomez *d. num.36.* ex Textu *in allegata l.ſicut proponis, Cod.de rei vindic.* vbi eadem Gloſſa, & alij ſcribentes ab eodem Gomez relati, & id etiam notauit Tuſchus *d.concl.*138. *num.*32. Quartò Gomez *d. num. 36. notat* rem ex pecunia minoris 25. annis, vel furioſi emptam per tutorem, curatorem aut adminiſtratorem effici minoris, furioſi per Textum *in l.curator, Cod.arbitrium tutelæ in l.2.ff.quando ex facto tutoris, & in l.2.Cod.de curat. fur.* vbi Gloſſa (id quod etiam aliis relatis tradit Salgado *d.cap.34.à n.41. ad 45.*) ſecus verò, ſi non per tutorem, aut curatorem, vel adminiſtratorem, ſed per extraneum eſſet empta; nam eo caſu addit Gomez non efficeretur ſua iuxta Iura allegata, & ibi Doctores communiter niſi ſubſidium emptore non exiſtente ſoluendo: hoc enim caſu dicit, quod efficeretur ſua per textum *in l.vxor marito, ff. de donat. inter virum & vxor. & in l. cum vi, ff.de Iure dotium*, & Iacobum de Aretio *in allegata l.ſi vt proponis, Cod.de rei vindicat.* Quamvis Baldus [quod videtur verius] *in d.l.ſi vt proponis*, hoc caſu dicit rem non tranſire in dominium, ſed ipſo Iure cenſeri tacitè obligatam arg. Textus *in l.3. ff.de rebus eorum, in l.idemque, ff. qui potior. in pignore hab. & in l.fin. Cod.de ſeruo pignor.u.duo.*

Prædictis addendum, quod & ſi in particularibus pre- 66
tium redactum ex venditione rei alienæ non ſuccedit loco rei nec res empta ex pecunia aliena loco pecuniæ iuxta tradita, tamen quando aliter dominus non poteſt rem ſuam conſequi vel ſuam pecuniam, quia emptor qui ex ea emit rem, factus eſt non ſoluendo, à quo dominus pecuniæ eam recuperare non poteſt, aut non niſi magna cum difficultate, tunc in ſubſidium domino datur actio ad conſequendam pecuniam redactam ex venditione rei ſuæ, & ad conſequendam ſeu vindicandam rem emptam ex ſua pecunia. Ita Coſta *d. remed.61. num.1.& 9.* Roman. *ſingul.*612. & alij, quos *d.remedio 61.* refert Vincentius de Franchis *in deciſ.64.n.17.part.1.* & cum aliis Salgado *in Labyrinto creditor. part.2.d.cap.24.à num.13. ad* 27. Ruinus 20. Hermoſillam, & Gregorium Lopez

allegans

allegans aduertit hanc actionem ſubſidiariam competentem domino pecuniæ ad rem ex ſua pecunia ab alio emptam proſequendam non eſſe actiooem realem prouenientem ex dominio ad rem vindicandam (quod dominium dominus pecuniæ non habuit nec habet) ſed perſonalem in ſua origine, quam ex Iuris æquitate in ſubſidium exercere permittitur in ipſa re; ex quo *eodem num.*20.*& ſeq.ad* 27. concludit hoc remedium conceſſum à lege domino pecuniæ ad rei proſecutionem ex ſua pecunia emptæ emptore facto non ſoluendo, ex æquitate proueniens nō debere extendi ad præiudicium creditorum habentium ex generali obligatione hypothecam in re ipſa empta poſtquam tranſiuit in dominum ementis; ac proinde denegādum fore, quoties idem pecuniæ dominus concurrat cum creditoribus emptoris anterioribus & magis priuilegiatis, ſed iſtis prius ſolutis ipſe poſtmodum exigere poterit ſuam pecuniam ex qua res fuit empta. Quia cum dicta actio ſubſidiaria ſit indocta contra ipſum emptorem ex æquitate debet vt exorbitans à Iure & contra Iuris rigorem reſtringi, & nullo modo trahi vltra caſum ſuum, nec contra alias perſonas per tradita à Surdo *deciſ.*44. *n.*10. *&* 11. Ludou.Molina *de primog. lib.*4.*cap.*7. *in verſic. quod ea ratione*, & ab aliis ab eodem Salgado *num.* 27. relatis. Nec æquitas, & legis beneficium admittitur io præiudicium tertij, ait idem Salgado *num.*24. allegans loquentes in re ſimili Alexandrum *in l.ſi Inſulam,n.*9.*ff.de verb. oblig.* Iaſonem *ibidem,num.*10.& Mareſcottum *var.lib.*2. *cap.*125. *num.*9. *&* 10.

67 Præmittendum ſecundò in rebos, ſeo iudiciis vniuerſalibus (vt ſunt hæreditas fideicommiſſum, & ſimilia, ſeu Iudicium hæreditatis, &c.) pretiom rei (puta hæreditatis, vel fideicommiſſi) ſuccedere loco eiuſdem rei venditæ (& ſic cenſeri hæreditaria aut fideicommiſſaria, ſeu partem hæreditatis, aut fideicommiſſi) provt per textum clarum *in l.ſi rem & pretium, ff.de petitione hæreditatis, & in l.Imperator, §.vlt. de legat.*2. tradunt ſcribentes *ibi* & alij Iuriſperiti communiter. Tiraquellus *de retract.lign.*§.32.*d.Gloſſa vnica,num.*13.*&* 21. Menocbius *allegato conſ.*213.*num.*2.*&* 3. Surdus *d. deciſ.*15. Coſta *d.remed.*61. Lud.Molina *de primog.lib.*4. *d.cap.*4. *n.*24. Vincentius de Franchis *d.deciſ.*64.*n.*17. P.Barboſa *in d. p.*3. *n.*73.*& ſeq.* Camillus Borellus *d.tit.*5. *n.*289.& alij, qnos latè refert Tiraquellus *d.n.*21. & P.Barboſa *d.n.*73. *& n.*74. & ex Theologis Molina *de iuſtitia*, *allegata diſp.*327.*in fine, & diſp.*651.*n.*2.

An verò in vniuerſalibus etiam res empta ex pecunia Iuris vniuerſalis ſuccedat loco pretij putà res empta ex venditione rei hæreditariæ ſuccedat loco rei, & efficiatur hæreditaria, non conueniunt Iuriſperiti: Negarunt ſuccedere loco rei effeciſſe hæreditariam, niſi nomine hæreditatis fuerit empta. Bartbolus *in l.ſed & ſi lege,§.*1 *ibid.* Baldus Angelus, Paulus de Caſtro, *ff.de petitione hæreditatis*, idem Bartholus *in l.Imperator, §.fin. n.*2.*de legat.*2. idem Baldus *in l.ſi mater,n.*15. *Cod.de rei vindic.* (vbi reddit rationem differentiæ cur pretium ſuccedat loco rei, non autem res loco pretij etiam in vniuerſalibus, ſcilicet, inquit, quia pecunia ſolum inuenta propter commercium, & aliam vtilitatem non affert, ſecus in aliis rebus *l.*1.*ff.de contrahenda emptio.*) Cynus & Albe. *in d.l.ſi mater*, quos & alios Tiraquellus *d.* §.32. *Gloſſa vnica,num.*15.*&* 21. refert, ita etiam plures alij à P.Barboſa *d.p.*3.*num.*73. & Surdo *deciſ.*15.*n.*3. relati ita etiam Lud. Molina *de primog. d.lib.*4.*cap.*4.*n.*24. & ita etiam ſentire videtur Alter Molina *d.diſp.*651.*n.*2.*verſic. quando autem*, ita tandem Menocbius (quem ſequi videtur Rota apud Burattum *deciſ.*734.*n.*2.) *d. conſ.*213. *per tot.* vbi latiſſimè conatur probare etiam in vniuerſalibus puta in bæreditate, rem emptam nomine proprio, & non hæreditatis ex pecunia bæreditaria non ſuccedere loco pecuniæ, nec effici hæreditariam fundamentum præcipuum huius ſententiæ negatiuæ eſt Textus *in d.l.ſed etſi lege,§.*1.*de petit.hæred.* cuius verba ſunt. *Item ſi rem diſtraxis, & ex pretio aliam rem comparauit, venit pretium in petitione hæreditatis, non res quam in ſuum patrimonium conuertit.* E contra in vniuerſalibus, ſicut pretium ſuccedit loco rei ita etiam res loco pretij, cùm eadem videatur ratio, & ſic non ſolum pretium rei hæreditariæ venditæ, ſed & rem ex eo pretio comparatam ſuccedere loco rei bæreditariæ, & deberi ex fideicommiſſo affirmarunt Bartholus *in d.l. Imperator, §.fin. in ſummario, ff.de legat.*2. *ibid.* Baldus (vbi dicit oon cenſeri alienaſſe, vel dimiuuiſſe fideicommiſſum, qui res ſimiles comparauit) Imola, Caſtrus, & alij ſcribentes idem Caſtrus *conſ.*326.*n.*2.*vol.*2. Tiraquellus *d. Gloſſa vnica, n.*10.*&* 11. Surdus *d.deciſ.*5.*n.*18. *&* 19. & plures alios Iuriſperitos allegans P.Barboſa *d.p.*3.*n.*73. *initio & fin.* & videtur textus clarus *in d.l.Imperator, §.fin.* & etiam *in l.item veniunt initio, ff.de petitione hæreditatis*, quæ affirmatiua videtur longè probabilior, textui autem *in d.l.ſed & ſi lege* reſpondet P.Barboſa *d.*3.*p.n.*74.*initio* oſtendens non repugnare Textui *in d.l.Imperator*, nempe, quia loquitur in poſſeſſore bonæ fidei, vniuerſum eſt, qood ſi poſſideat rem bæreditariam, & pretium in eius poteſtate ſit, vel reſtituere rem, vel pretium, *l.ſi rem & pretium, ff.de petitione hæreditatis*, quo caſu (inquit Barboſa) ſi voluerit retinere rem in ſuo patrimonio, illa non veniet in petitione hæreditatis propter illam poteſtatem eidem poſſeſſori bonæ fidei à Iure conceſſam, ſed veniet tantum pretium: & ſic quoad bone effectum res empta ex pretio hæreditario, nec cenſebitur hæreditaria, ſed quoad alios effectus omnes, cenſebitur hæreditaria, quod Barboſa ait clarè conſtare *ex d.l.ſed & ſi lega.* §.1. dum dicit. *Quod ſi res illa empta minus valeat, quam quod pro ea datum eſt, integrum pretium hæreditarium non reſtituitur, ſed illud tantum in quo poſſeſſor bonæ fidei videtur cum effectu eſſe locupletior* iuxta regulam *l.verum fin. ff.de petit.hæred.* ſi enim res nullo modo cenſeatur hæreditaria, *iniuſtum eſſet* (inquit Barboſa) *propter eam diminui pretium hæreditarium, ideò igitur diminuitur* (concludit idem Barboſa) *quia ad omnes ferè effectus res illa cenſetur hæreditaria, & loco pretij ſucceſſiſſe ac proinde admittitur prædicta diminutio.* Addo autem in vniuerſalibus rem ſuccedere loco pretij, vt licet partes nihil declarent, tamen ex diſpoſitione legis ea ſubrogatio cenſeatur facta tradit P. Barboſa *d. n.* 74. ex Bartholo *conſ.*124.*n.*5. & Paul. de Caſtro *conſ.*360.*num.*2. *lib.*1. contra Caldam *de renouat.emphyt.quæſt.*3.*n.*18. & Coſta *d.remed.*61.*n.*7.cum Baldo *conſ.*53.*n.*2.*& conſ.*112. *n.*5.*lib.*1. dicit, *quod pretium rei venditæ ſuccedit loco rei etiam ſtante expreſſa prohibitione hominis.*

Verùm licet in vniuerſalibus pretium ſuccedat loco rei, 68
& res empta loco pretij, & etiam in particularibus, ſi id actum ſit inter partes iuxta tradita *in præcedentib.* id tamē procedere ſecundū veritatem, ſed per fictionē Iuris poſt Baldum *in l.cogi,n.*12.*C.de petit.hæred.* & rationem *in l.ſi cum ſermon ad finem, ff.ſi certum petatur*, tradunt Tiraq. *d. gloſ.vnica,n.*22. & P.Barboſ. *in rub.ff.ſolut.matr. allegata part.*3.*citato n.*74.*verſ.fin.* vbi etiā nonnullos alios allegat. Quod idem Tiraq. ait eſſe valdè notandum in interpretationibus conſuetudinum, ſeu ita tutor. Pariſienſium quæ ait verè, & propriè intelligi, & interpretari debere.

Prædictis præmiſſis deueniendo ad reſolutionem dif- 69
ficultatis initio *num.* 64. excitatæ occaſione præfati argumenti tertij à Bartholo, & eius ſequacibus adducti, ad probandum dotem eſſe Ius vniuerſale; Pretium redactum ex re dotali, & rem dotalem ēmptam ex pecunia dotali ſuccedere loco rei, vel pretij, & pecuniam, ſeu rem effici dotalem, etiamſi vēditio, aut emptio ſit ſimpliciter facta à marito abſque conſenſo mulieris & proteſtatione, quod pecunia ſuccederet loco rei, aut res empta loco pecuniæ dotalis tradidere Gloſ. *in l. Labeo* 14. *verbo pretium, ff.de verbor.ſignific.* Bartholus *in* 6. *ff.ſolut.matrim. n.*20, *& conſ.*124.*n.*5. (vbi ait hoc eſſe ſpeciale in dota

& quod non requirantur, quod ſit actum) Caſtrenſis *conſ.*361. *num.*2.*lib.*1. Alexander. *l.cum dotem §.fin. n.*4. *ff. de Iure dotium, & conſ.*124. *num.*11. *lib.*4. *& conſ.*19. *n.*11.*lib.*4. *& conſil.*119. *n.*11. *lib.*5. Romanus *conſ.*201. *n.*2. Vincentius Palæotus *de fundo dotali n.*127. Neguſantius *de pignor.*4. *memb.*2. *p. n.*59. Carpanus *ad ſtat. Med.cap.*269.*n.*69. Campegius *de dote p.*1.*quæſt.*3. *n.*4. Molpheſius *in conſuet.Neap. p.*6.*de Iure dot. q.*1.*num.*5. *&* 6. P.Barboſa *in rub.ff.ſoluto matrim.p.*3.*n.*73.qui alios refert, quibus alios addit Camillus Borellus *in ſumma deciſ. p.*3. *allegato tit.* 5. *num.*274. Iuxta quos proinde pretium ex re dotali redactum, vel res ex pecunia dotali empta actione dotis peti poteſt; fundantur ij Doctores *in textibus initio num.*64.relatis,& in eo,quod dos ſit Ius vniuerſale.

70 Sententia tamen magis communis Iuriſperitornm eſt, quod pecunia redacta ex venditione rei dotalis,aut res empta ex dotali pecunia non ſuccedat loco rei, vel pretij, nec efficiatur dotalis, niſi duobus concurrentibus: primum,quod res ſit vendita,vel empta de conſenſu mulieris,vt pretium loco rei ſuccederet, vel res empta ſuccederet loco pecuniæ in dotem datæ, pecuniáve ad hoc data ſit marito,vt in emptionem prædiorum,alicuiuſve rei immobilis conuerteretur, alterum, quod id mulieri expediat, ſcilicet cedat in eius vtilitatem, ita quod mulieris conditio efficiatur melior, præfatis verò duobus non concurrentibus, ex rei dotalis venditione, vel ex dotali pecunia emptione rei à marito ſimpliciter facta, nec pretium ſuccedere loco rei,nec rem emptam loco pecuniæ niſi in ſubſidium (quando maritus non eſt ſoluendo, ſeu viri facultates non ſufficiunt, & aliter mulier non poſſet rem, vel pecuniam in dotem datam recuperare) fauore dotis ita quod in tali caſu poſſet ad pretium ex re dotali redactum, vel ad rem ex dotali pecunia emptam haberi regreſſus tanquam ad rem dotalem; & mulieri competat vtilis rei vindicatio,ita Gloſſa *in l.ex pecunia Cod.de iure dotium* (licet in allegata *l.ſicut proponis,ff.de rei vindicat.*qua *ſuprà num.*64. probatum eſt regulariter in particularibus non ſuccedere rem loco pretij,vel è contra ponens fallentias à dicta regula enumeret fallentiam, & ſpecialitatem in dote & etiam *in d.l.Labeo Sabinus* dicat eſſe ſpeciale in dote, & pretium ſuccedat loco rei, non facta mentione de duobus prædictis requiſitis nihil tamen boni ad id allegans, vt notat Baldus Nouellus *de Dote p.* 2. *num.*5. Corneus *conſ.*170. *num.*2. *lib.*4. Romanus *conſ.*201. *&* 274. io. Boſcheius *de legit. nupt. lib.*6. *num.*3. Baldus Nouellus *de Dote dicta parte* 2. *n.*5. *p.* 7. *priuil.*15. *& p.*8. *priuileg.*34. *& p.*11.§.*Hactenus, ſeu priuil.*2. *num.*9. Conſtantius Rogerius *de Dote inſpectione* 1. *num.*10. Antonius Hubertus Coſtanus *de Dote cap.*7. *num.*17. Phanucius *de lucro dotis, verbo Dote, n.*13. Baptiſta de S.Blaſio *de priuil.dotis centuria* 1.*num.*7. Tuſc. *lit.D.concl.*726.*n.*13. *&* 14.*& lit.E.concluſ.*138.*n.*37.38.*&* 39.*& concluſ.*141. *num.*1.2.*&* 7. Tiraquellus *d.Gloſſa vnica num.*16. Harmenopulus *in promptuario Iuris lib.*4. *tit.*8. Cuiacius *libro* 5.*obſer.cap.*9. Gomez. *in l.*50. *Taur. allegato n.*36. *in fine,* Mantica *de tacit.& ambig.conu.lib.*12. *tit.*27. *n.*4.9. 14.15. Camillus Borellus *allegato tit.*5. *à n.*274.*ad* 284. Franciſcus Marcus *deciſ.*508.*n.*21. Rota Romana apud Burattum *deciſ.*784.*n.*5.*ibidem,* Ferentillus *in annotatione* vbi etiam allegat Rotam *in S.Seuerini dotis* 17.*Martij* 1621. *Coram Vbaldo ſeniore,* Coſta *de remed.ſubſid. allegato Remed.* 61. *num.*3. Giurba *deciſ.* 111. *num.* 15. *&* 16.& alij Iuriſperiti quos latè referunt Giurba, Borellus, Pet.Barboſa *d.p.*3. *num.*76.*&* 78. & Auguſtinus Barboſa *collectaneo ad l.ex pecunia num.*2.*&* 3. *C.de Iure dotium.* Hæc ſententia per ſingulas partes probanda & declaranda eſt.

71 Prima pars eſt,quod pecunia rei dotali retracta,& res empta ex pecunia dotali ſuccedat loco rei vel pecuniæ, & efficitur dotalis ſi illa concurrant ſcilicet actum ſit de conſenſu, & voluntate mulieris & eidem mulieri expediat, ſcilicet non ſolum ei non ſequatur damnum, ſed cedat in vtilitatem, quæ pars admittitur ab omnibus & probatur non ſolum ex generaliter traditis *ſuprà n.* 65. ſed in ſpecie ex Textu *in l.ſi ex lapidicinis,ff. de Iure dotium.*vbi expreſsè dicitur *quod nummi ex rei dotalis venditione recepti ſunt dotis* ex Textu *in l.ita conſtante, ff.eodem,*vbi habetur *permutari dotem poſſe, ſi hoc mulieri vtile ſit ex pecunia in rem,aut ex re in pecuniam,*idque probatum ſit, probant etiam plures ex præallegatis Doctoribus, ex Textu *in l.res quæ ff. eodem, iunctis præallegatis duabus legibus,*quæ Lex ſic habet. *Res quæ ex dotali pecunia comparatæ ſunt dotales eſſe videntur*, ne enim hæc lex contraria ſit *l.ex pecunia Cod.de iure dotium,* in qua dicitur appoſitum ſcilicet rem ex pecunia dotali non effici dotalem aiunt præfati Doctores intelligendam iuxta alias duas leges præallegatas ſcilicet, ſi acceſſerit mulieris voluntas, illique ſit vtile. Quamvis aliis ex præallegatis ad euitandam contrarietatem inter eandem *l.res quæ, & inter d. l. ex pecunia* interpretentur *ibi* dici rem emptam ex dotali pecunia effici dotalem, ſolum in ſubſidium, vt dicetur infra. Quare iuxta prædicta Iura, & Doctores allegatos,& alios à Pet.Barboſa *d.n.*78.& Camillo Borello *d.tit.*5. *num.* 29. *& ſequentibus* relatis vt pretium loco rei dotalis venditæ, & res ex pecunia dotali emenda loco pecuniæ ipſo Iure ſuccedat,& ſit dotalis illa duo copulatiuè cōcurrere debent nempe,& quod mulier præbeat conſenſum, & ſubrogatio ſit vtilis. Quare conſenſus non ſufficit ceſſante vtilitate *d.l.ſi conſtante.* & alioqui proprio conſenſu vxor deteriorem conditionem dotis facere non poſſit. *l.de die, ff.de pactis dotalibus.* Non verò neceſſe eſſe conſenſum mulieris interueniſſe à principio, ſed ſufficere eiuſdem mulieris ratihabitionem ſubſequentem, tradunt Alexander. *in l. ſi cum dotem,§.fin.n.*4. *ff.ſolut.matrim.* Gloſſa & Bartolus *in d.l.ex pecunia.* Campegius *de Dote p.*4.*quæſt.*8.*num.*1. Mantica *d.tit.* 27. *num.*10. Camillus Borellus *d. tit.* 5. *num.*283. vbi etiam ad id refert Polydorum Ripam *obſeruatione* 119. *num.*4. & faciunt tradita *ſuprà num.*65. Quod tamen declarant procedere ſi eadem vxor à principio non contradixiſſet, ſecùs verò ſi expreſsè à principio contradix rit, tunc enim aiunt non ſufficere, ſi conſenſus eius ſubſequatur. Pariter licet ſubrogatio ſit vtilis mulieri, non tamen ei erit locus ſi eadem mulier non conſentiat expreſsè contradicendo *d.l.ſi ex lapidicinis*, colligitur ex præallegatis Doctoribus, & in terminis Pet.Barboſa *d. n.*78. & Aug.Barboſa *d. collect. ad l.ex pecunia,num.*3.*in fine.* Quod ſi expreſsè non contradixerit, ſubrogatio ſit vtilis & ipſa taceat tunc præſumi conſentire, & ſufficere ex poſtfacto ſcire & tacere tradunt iiſdem numeris vterque Barboſa.

Secunda pars eiuſdem ſententiæ eſt, quod non concurrentibus conſenſu mulieris & illius vtilitate, & ſic 72
ſimpliciter, & ex natura dotis, ſeu vniuerſi in dote pecunia ex re dotali redacta, & res ex dotali pecunia empta,non ſubrogetur ipſo Iure loco rei,vel loco pecuniæ neque efficiatur dotalis quæ à Iuriſperitis *num.*71. relatis, & ab aliis apud eoſdem vltra duos illos Textus *in l. ita conſtante & in l.ſi ex lapidicinis,ff.de Iure dotium* probatur per Textum *in l.ex pecunia, Cod. de iure dotium*; vbi expreſsè habetur rem à marito emptam ex pecunia dotali, non effici dotalem,ſed marito acquiri: *Ex pecunia dotali* (inquit textus) *fundus à marito tuo comparatus non tibi acquiritur*; ac proinde ſubdit Textus, *quod mulieri competit actio ad ſolam pecuniam repetendam, vel eius reſiduum, vti pars reſtituta fuit.* Ex hoc enim Textu præfati Iuriſperiti, & alij inferunt concluſionem, ſeu regulam generalem, quod res empta ex dotali pecunia non accendente conſenſu, & vtilitate mulieris non efficitur vxoris, aut dotalis, & licet P. Barboſa *d. p.* 3. *num.*76. conetur explicare hunc textum, & oſtendere ex eo non inferri talem concluſionem generalem,

tamen

tamen non obtinet intentum, & quæ excogitauit Textui non videntur accommodata, ſed potius diuinatoria, licet alioqui in ſe vera. Quæ ad prolixitatem euitandam omittenda cenſui, cum pro probatione huius ſecundæ partis ſufficere debeat ſcribentes in dictum Textum, & alios Iuriſperitos communiter per eundemmet Textum concluſiſſe, rem ex pecunia dotali emptam non effici dotalem ſcilicet duobus illis non concurrentibus.

73 Tertia pars eſt, quod licet pecunia redacta ex fundo dotali diſtracto, & res à marito, vel extraneo empta ex dotali pecunia [illis duobus non concurrentibus vel à principio non ſit pecunia data, vt conuertatur in prædia] ex natura dotis non ſubrogetur loco rei, vel loco pecuniæ, & minimè efficiatur dotalis, habet tamen locum ſubrogatio, & efficitur, ſeu cenſetur dotalis in ſubſidium, ſi res dotalis vendita, ſit perempta, vel præſcripta, vel maritus, qui ex pecunia dotali rem emit, ſit pauper, careatue facultatibus, vt nec ipſe, nec eius hæres, ſit ſoluendo, ſeu pecuniam dotalem vxori poſſit reddere, ita quod in hoc caſu vxori competit vtilis rei vendicatio ad conſequendum pecuniam ex re ſua dotali redactam, vel rem ex ſua pecunia dotali emptam tanquam ſi vtraque eſſet dotalis, ita ex Iuriſperitis præallegatis *n.70.* Harmenopulus; Ioannes Boſcheius, Baldus Nouellus, Baptiſta à S.Blaſio; Phanucius, Cuiacius, Gomez, Coſta, Franciſcus Marc. *locis d.n.70.citatis* Tuſchus *allegata concl.726. n.54. & allegata concl.* 138. *num.*36. Mantica *d. tit.*27. *num.* 9. Giurba *d. deciſ.* 111. *num.* 15. Rota Romana apud Burattum, *d.*119. *numer.*4. Auguſtinus Barboſa, *d. collectaneo ad d. l.ex pecunia, num.*2. *Cod. de Iure dotium*, Camillus Borellus, *citato tit.*5. *n.*284. *& ſeq.* Ita etiam Campegius, *de Dote p.*4. *quaſt.*8. Gloſſa, & Bartholus per Textum, *ibi in l. vxor marito ff. de donat. inter virum & vxorem*, & Iuriſperiti communiter antiqui, & recentiores, quorum plures (præter iam relatos, refert Giurba, Auguſtinus Barboſa, & eſſe verum dicit P. Barboſa, *dicto n.*76. Et quod in ſubſidium marito, non exiſtente ſoluendo vxori competat vtilis rei vindicatio ad conſequendum pecuniam redactam ex re dotali, vel rem emptam ex pecunia dotali Ioannes Boſcheius, Baptiſta à S. Blaſio Mantica, Borellus, & alij a Mantica relati vna cum Gloſſa, & Barthulo probant per Textum *in d. l. vxor marito*, volente hunc caſum contineri in d.Textu, Harmenopulus, Cuiacius, Baldus Nouellus, Baptiſta à S.Blaſio, Gomez, & alij relati à P. Barboſa, *d. n.*76. & ab Auguſtino Barboſa, *collectaneo ad d.l. ex pecunia num.* 2. probant ex Texto, *in d. l. res quæ ff. de Iure dotium*, dicente fundum ex pecunia dotali emptum videri dotalem: volunt enim intelligi debere in ſubſidium modo ſuprà explicato, & ſic per hunc Textum limitari regulam generalem allegatæ *l. ex pecunia, Cod. de Iure dotium*, quod res empta ex pecunia dotali minimè efficiatur dotalis, ita quod prædicta lex; res, quæ procedat tantum in ſubſidium, vt non niſi marito non exiſtente ſoluendo, res ex ipſa dotali pecunia comparata ſubrogetur loco pecuniæ, & pro dotali habeatur, ad illamque mulieri (ne dotem amittat) detur regreſſus & actio realis, ſeu vtilis rei vindicatio tanquam ad rem dotalem, ſeu ac ſi eſſet dotalis, & hoc pacto concordant illas duas leges; quæ videntur continere oppoſita, & hunc intellectum ſatis indicare videtur Textus *in l. res quæ*, qui non dicit res ex ipſa pecunia dotali comparatas eſſe verè dotales, ſed videri eſſe dotales, cum verbum *videtur*, de quo *in d.l. res quæ* deſignat improprietatem, & fictionem *l. ſi pater filio*; vbi Gloſſa, *ff. de his, quæ in fraud.* Tiraquellus *in l. ſi vnquam verbo ſuſcepit liberos num.*70. *Cod. de reuoc. donat.* Camillus Borellus *d. tit.*5. *num.*280. & Auguſtinus Barboſa *d. collectaneo ad l. ex pecunia, num.*2.*in fine*, poſt Iulium Pac. & Nicolaum à Salis. Non vult ergo lex illas res eſſe verè dotales, ſed quodammodo, ſeu quaſi dotales, in ſubſidium marito non exiſtente ſoluendo pecuniam dotalem à muliere pro dote receptam, ne mulier ipſa dotem amittat, idque ſpecialiter fauore dotis. Quare inter alia ſpecialia, ſeu priuilegia dotis hoc enumeretur, quod res empta per virum ex pecunia dotali (tametſi ſine illis duobus concurrentibus, & requiſitis, nihilque actum ſit ab initio, vt pecunia in dotem conuertatur) efficietur dotalis in ſubſidium, quando non ſunt facultates viri ſufficientes pro integra dotis reſtitutione; vt omnes Doctores initio huius numeri tradunt. Ac proinde in hoc caſu mulieri (vt dictum eſt) cõpetit pro recuperatione dotis, non ſolum actio perſonalis, ſed & realis ſcilicet vtilis rei vindicatio, & præfertur tanquam domina omnibus creditoribus, mariti etiam prætendentibus hypothecam etiam expreſſam, & anteriorem iuxta *l. in rebus in princ. Cod. de iure dotium.* Ita præfati Iuriſperiti, & magis expreſsè Bald. & Nouell. *d. p.*7. *citato priuil.*15.*p.*8.*priuil.*34. *& parte* 11.*citato* §. *hactenus, ſeu priuil.*2. *n.*10. Et idem iuxta eoſdem Doctores dicendum eſt, quando pecunia ad maritum peruenit ex re dotali ab ipſo vel extraneo diſtracta, quæ poſtea perempta, vel præſcripta fuit, ſeu à muliere recuperari non poteſt, tunc enim mulier habet vtilem rei vindicationem, ad conſequendam illam pecuniam & præfertur cæteris mariti creditoribus anterioribus. Et in hoc remedium ſubſidiariũ conceſſum à Iure vxori; quando aliter non poteſt conſequi rem dotalem à marito diſtractam pro pecunia, vel pecuniam dotalem, ex qua res à marito empta eſt, differt à remedio ſubſidiario à Iure ex æquitate conceſſo in cæteris particularibus, de quo *ſupr.n.*66. vbi probatum eſt tale remedium conſiſtere tantum in actione perſonali nec extendi ad præiudicium creditorum anteriorum, & magis priuilegiatorum. Prædicta quoque procedere in dote priuatiua, ſeu licet matrimonium ſit priuatiuum, & maritus ex re data in dotem diſtracta retraxit pecuniam, vel ex pecunia in dotem data emit rem, ſeu fundum, & non eſt ſoluendo tradunt Baldus Nouellus *d. p.*11.§. *Hactenus n.*10. & Giurba *d. deciſ.* 111. *n.*15.*fin.* ex Tiraquello *poſt l. connub. gloſſa* 8. *n.*253. & præfatum priuilegium magni eſt momenti, vtpote multum vtile mulieribus in practica pro conſecutione ſuarum dotium.

Ex quibus quid dicendum ad Textus *ſuprà num.*23. 74
& 64. adductos in fauorem Bartholi & aliorum aſſerentium dotem eſſe Ius vniuerſale idque probantium ex eo quod in ea pretium ſuccedat loco rei, & è contra iuxta præfatos Textus vt ipſi ſentiunt: reſpondetur enim primo cum Conſtantio Ruperto, & Baldo Nouello Textus *in d. l. res quæ*, procedere quando ab initio inter mulierem, & maritum actum eſt, vt pecunia dotali conuerteretur in prædia. Secundo reſpondetur etiam intelligi rem effici quaſi dotalem in ſubſidium iuxta tradita, *numero præcedenti*, & Doctores *ibidem* relatos. Tertio reſpondetur præfatos omnes Textus, quando res dotalis per maritum fuit vendita, vel ex pecunia dotali emptus fundus cum mulieris conſenſu, & eidem mulieri eſt vtile, pretium ſubrogari loco rei venditæ, & rem emptam loco pretij, & de his ſatis, de quibus latius præallegati Doctores, licet non ita clarè ordinatè, diſtinctè & collectim in vnum.

In cauſis Iuris vniuerſalis valet libellus incertus reſpectu quantitatis, certus reſpectu vniuerſi, & ſimiliter ſententia incerta reſpectu quantitatis, & an etiam in cauſa dotis procedat, ſeu valeat libellus incertus, & ſententia incerta quoad quantitatem ad Textum in leg. fin. Cod. de ſentent. quæ ſine certa quantitate.

Pro ſolutione quarti argumenti *ſuprà n.* 23. adducti 75
ad probandum dotem eſſe ius vniuerſale, præſupponen-

dum in Iudicio Iuris vniuerſalis putà hæreditatis valére libellum generalem, & incertum, quoad quantitatem rei petitæ, dummodo reſpectu vniuerſi ſit certus,ſcilicet continens generaliter aliquid datum, vel deberi, *l.1.ff. de edendo ibidem*, Gloſſa, Bartholus, Iaſon, & alij ſcribentes Gloſſa, & ſcribentes *in l. edita, Cod. eodem tit.* Gloſſa, & Doctores *in cap.2. de libelli oblatione*, Baldus Nouellus *de Dote p.2. numero 1. & ſeq.* Phanucius *de lucro dotis verbo Dote, numero* 28. P. Barboſa *in rub.ff. ſolut. matrim. p.3. numero 51. & 56.* alios allegans, Auguſtinus Barboſa *collect. ad d. cap. 2. num. 6. de libelli oblat.* & Doctores communiter, quamvis contra hanc communem ſententiam, Fachineus *controu. Iuris, lib.*10. *cap.*32. negat etiam in iudiciis vniuerſalibus libellum generalem, & incertum admittendum,cum talis, inquit, debeat eſſe libellus vt ex eo deliberare poſſit Reus, an velit cedere, vel contendere *l.* 1. vbi Bartholus, & alij ſcribentes, *Cod. de eden.* excipit tamen ſpeciem facti; quæ habetur, *in l. cum poſt, §. gener. ff. de Iure dotium, & in l.* 3. *Cod. eodem.* Et illud quod in vniuerſalibus iudiciis admittatur libellus generalis dicit procedere in iis iudiciis, in quibus certum eſt, quid ſub iure vniuerſali contineatur, vt in hæreditate, in qua certum eſt contineri omne Ius, quod defunctus habuit, *l.nihil aliud, ff. de verb.ſign.* Et in legitima, quia eſt certa,nempe triens, vt *in Auth. de triente & ſemiſſe.* Ita ſupponendum in iudicio Iuris vniuerſalis valere ſimilem ſententiam generalem, & incertam quoad quantitatem, & poſtea in eius executione liquidantur res, *l. 4. de petitione hæred.* Gloſſa præallegati Iuriſperiti, & alij ſcribentes *in d.l.1. ff. de eden.& in d. l. edicta Cod. eodem,* Baldus Nouellus, & Phanucius, *locis citatis, &* Petr. Barboſa *d. parte* 3. *num.*43.

76 Igitur ſuppoſito, quod Dos ſit Ius vniuerſale in iudicio dotis libellus generalis,& incertus, quoad quantitatem, & certus reſpectu dotis in vniuerſum, & similiter ſententia generalis, & incerta valeret, id quod aſſeruit Bartholus *in l. fin. Cod. de ſententia, quæ ſine certa quantitate* Angelus *ibidem* Campegius *de Dote part.* 1. *quæſt.4. num.9.* Molfeſius *in conſuet. Neap. p. 6. de iure dot. q.1 n.8.* & alios allegans Petr. Parboſa *in d. Rub. ſolut. matr. n.44. & ſeqq.* qui *n.51. initio* ait quod libellus incertus, quoad quantitatem admittatur in cauſa dotis, efficaciter probare Textum *in d. l. finali, C. de ſent. quæ ſine certa quantitate* (iuxta ea, quæ *infrà n.*78. notantur) licet ibidem ſententia in eadem cauſa dotis incerta non fuerit valida,quia ex eo,quod libellus incertus fuerit validus, non infertur (inquit) quod pari ratione incerta ſententia ratione quantitatis debeat valere, quantumcunque ex actis non conſtet, quid, & quantum debeatur, ſed etiam in iudicio rei vniuerſalis ſententiam incertam relata ad libellum incertum non valere,ſi ex probationibus repertis in actis non poſſit certificari,& præſumi, ſeu conſtare quod lata fuerit à iudice præhabita cognitione cauſæ, & Iurium vtriuſque partis,quod latè proſequitur P. Barboſa, *d. n. 51. & ſeq.* & ait ita contigiſſe in caſu dictæ l. fin. quod pariter totis viribus conatur probare, *à n.*52.

77 At contrarium, & in cauſa dotis non valere libellum generalem & incertum quoad quantitatem, neque etiam ſententiam generalem, & incertam, ſed qui petit dotem promiſſam,vel datam repetit in libello debere exprimere quid, & quantum dotis nomine eſt ſibi ſoluendum, vel reſtituendum & ſimiliter ſententiam debere continere certam quantitatem alioqui eſſe nullam, tradiderunt Baldus, & Salicetus *in d. l. finali Cod. de ſent. quæ ſine certa quantit.* Paulus de Caſtro *in rub. ff. ſolut. matrim. ibidem* Aretinus, *col. fin.* Ruinus *num.*92. Crotus, *num.*78. Zazius, *à num.*27. Alexander & Ripa, *n.*47. Raphaël, Cumanus, Socinus iunior *p.* 3. *n.* 24. idem Socinus iunior, & Baldus *in d. l.1. ff. de edendo.* Baldus Nouellus *de Dote, p. 2. num.1. & 2.* Phanucius *de lucro dotis verbo Dote, num.*28. *& 29.* & Fachineus *d. cap.*32. qui omnes præter Fachineum,ad id aſſerendum, & conſequenter etiam negandum dotem eſſe ius vniuerſale, moti ſunt per Textum[quem putant clarum,& expreſſe continere huiuſmodi traditionem] *in d. l. finali, Cod. de ſent. quæ ſine certa quant.* Cuius verba hæc ſunt. *Hæc ſententia, quæ bona accepiſti, ſolue, cum incertum eſſet, quid accepiſſet, quantumque ab eo peteretur, præſertim cum ipſe, qui extra ordinem iudicabat, interlocutus ſit, dotem datam, quæ reperitur, non liquidam eſſe, indicati authoritate non nititur*, ex hoc enim Textu aiunt præcitati Doctores expreſſe apparere, quod in cauſa dotis non ſufficit in libello petere dotem, ſed etiam opus ſit petere, & probare quantum ſit in Dote,& quod ſi iudici incertum ſit quantum in Dote ſit, & ferat ſententiam generaliter tantum condemnatoriam, & incertam reſpectu quantitatis dotis,nulla eſt ſententia licet conſtaret de vniuerſo ſcilicet quid pro Dote datum eſſet, ſeu conſtaret in genere dotem eſſe datam, vnde dicunt Textum *in d.l. fin.* eſſe notandum contra Bartholum & alios ſentientes dotem eſſe Ius vniuerſale, cum in vniuerſalibus ſi conſtet de debito, ſeu credito in vniuerſum in ſententia non ſit neceſſe exprimere quantitatem ſed ſufficiat, quod in executione ſententiæ liquidetur,vt Gloſſa, & alij ſcribentes in *d. l.1. ff. de edendo.*

Reſpondetur tamen ex Bartholo, & aliis eius ſequacibus in dictam l. finalem probari libellum incertum, 78
quoad quantitatem procedere in Dote, nam ibi fuit Dos petita incerta, vt patet ex illis verbis *dotem, quæ repeteretur*, ergo ibi procedit libellus incertus ratione quantitatis in cauſa dotis, quod non videtur ex alio,niſi ex natura vniuerſi iuxta *d.l.1.ff.de eden.* Quare etiam valuiſſet ibi ſententia incerta quoad quantitatem, ſi in condemnatione fuiſſet expreſſa cauſa dotis, & fuiſſet ibi probatum in vniuerſum aliquid de Dote data, vel promiſſa,licet non fuiſſet probatum quid,vel quantum, quod primum non contigit ibi, igitur iuxta Bartholum, & alios ſententia in cauſa dotis incerta *in d. l. fin.*dicitur nulla,primo,quia non erat expreſſum,condemnationem fieri cauſa dotis. Secundo,quia ibi non ſolum erat incertum quantum datum eſſet in dotem, ſed etiam erat incertum vtrum aliquid datum eſſet in dotem, quia inproceſſu non fuerat probatum, ſeu ex actis non conſtabat, aliquid datum fuiſſe in dotem, ſic ſententia illa; *Redde dotem quam recepiſti*,fuit incerta non ſolum reſpectu quantitatis, ſed etiam reſpectu vniuerſi, quæ incertitudo etiam in vniuerſalibus Iuribus reddit nullam ſententiam iuxta Iura, & Doctores, de quibus *ſuprà,n.*75. & quod nihil ibi probatum eſſet, vel conſtaret de ipſo vniuerſo, ſeu de ipſa ſubſtantia dotis, colligit P.Barboſa ex illis verbis, *d. l.fin. quid accepiſſet quantumque, ab eo peteretur*, ponderat enim has duas dictiones, *quid, quantum*,ibi non caſu poſitas,nam vbi (inquit) hæc duo verba coniunguntur dictio, *quid*, videtur referri ad ſubſtantiam, & dictio *quantum* ad quantitatem, *l. ſtipulationum 74. & ibi* Gloſſa, & Doctores, *ff. de verborum obligationibus.* Quod ſi fuiſſet certum, ſeu per acta probatoria apparuiſſet dotem, ſeu aliquid in dotem datum fuiſſe licet non quantum, valuiſſet ſententia licet incerta, ſcilicet licet Iudex non expreſſiſſet quantitatem, vel ſpeciem acceptam pro dote,datoetiam(inquit Campegius ex Doctrina Bartholi, *in l. ait prætor, §.fin.ff. de re iudicat.*) quod Iudex in ſententia expreſsè non ſe retuliſſet ad acta ordinaria, ſi non fuiſſet facta liquidatio in proceſſu, (quæ ait Campegius ſufficeret) ſecundum Bartholum, & alios Doctores *ſupra, num.*76. relatos.

At Doctores *num.* 77. relati præſertim Baldus No- 79
uellus,& Phanucius,Fachineus dicunt cauſam,ob quam Imperator *in d. l. fin.* iudicauit nullam illam ſententiam eſſe hanc ſolam, ſcilicet, quia erat incertum, quid acce-piſſet,ſcilicet,quam ſpeciem pro dote accepiſſet maritibus,

&

& quantum peteretur ſcilicet, neque dotis quantitas erat certa, ſeu de quantitate non conſtabat, quam incertitudinem, noluiſſet Imperator declarari poſſe in executione, & conſequenter non fuiſſe ſententiam nullam propter illas duas rationes ex Bartolo adductas, & contra primam Bartholi rationem, ex quo *d. l. fin.* mulier petit in ſuo libello dotem acceptam à viro ſibi reſtitui, dum Iudex poſtea condemnando virum, dicit in ſententia, *quæ dona accepiſti redde mulieri*, debent intelligi dicta verba ſcilicet *quæ accepiſti ex cauſa dotis petita, redde, &c.* cum ſententia referatur ad libellum *l. ſi præſes, ff. de pœnis* illique debeat eſſe conformis *l. fin. C. de fideicom.* Et ſic cenſeatur lata ex cauſa deducta in libello, vt vt ex Gloſſa *in l. hæ enim cauſa, ff. de ſuſcept. tut. & aliis* Phanucius *d. verbo Dote, num.* 29. Ex quo etiam videtur ſatis claram ibi incertitudinem fuiſſe tantum circa dotis quantitatem. Quia in libello repetebatur Dos, ibi *dotem*, quæ repeteretur, at erat incertum quantum à viro repeteretur pro Dote ibi *non liquidam eſſe*, ex quibus conſtat dotem fuiſſe repetitam in libello, licet non eſſet declarata dotis quantitas, & ita incertitudo ſententiæ non verſatur circa ipſam dotem, ſed dotis ſubſtantiam, ſed circa quantitatem, & nihilominus Imperator dicit ſententiam fuiſſe nullam, vnde etiam reiicitur altera ratio Bartholi, quod ibi ſententia fuit nulla, quia non erat probatum, ſeu ex actis probatoris non conſtat dotem datam eſſe, ſeu aliquid datum in Dote, & ſic ſententia erat incerta reſpectu dotis, & reſpectu quantitatis. Reiicitur, inquam, quia ibi ſententia fuit certa reſpectu dotis, ſcilicet propter libellum (qui continebat dotis repetitionem) ad quem debet referri [vt dictum eſt] tamen quia erat incerta reſpectu quantitatis, & rei ſeu ſpeciei pro dote promiſſa ideo non valuit, vt patet ibi, *quantúmque ab eo peteretur*. Cum igitur ibi dicatur, quod dos erat data, & quia non apparebat in proceſſu quanta, ibi *non liquidam eſſe* ſcilicet ex actis probatoriis, ſententia incerta fuit nulla confirmantur prædicta, quia intentio Imperatoris [ait Baldus Nouellus *d. numero* 3.] ibi fuit reddere illam ſententiam nullam, non ex eo, quod ſine cauſæ cognitione, vel aliqua liquidatione præcedente fuiſſet lata, ſed ex eo, quia illa ſententia fuit incerta ratione quantitatis alioqui *d. l. finalis*, non rectè ſituata eſſet ſub rubrica, ſeu illo titulo ſententia, quæ ſine certa quantitate contra *l. Imperatores ff. de in diem addict.* ita Baldus Nouellus, addens vlterius, quod licet non fuiſſet per teſtes, vel inſtrumentum liquidè, vel plenè probatum de Dote data, vel promiſſa, tamen ſententia condemnatoria mero iure valeret, & ſi foret iniuſta & per appellationem poſſet reſcindi, cum tunc dicatur lata contra Ius litigatoris, & non contra ius conſtitutionis iuxta tradita *in l. præſes, & in l. cum prolatis ff. de re iudicat. in cap. cum inter vos, & in cap. quod ad conſultationem eod. tit.* Ex quo [inquit Baldus Nouellus] quod ſi ibi probatum plenè fuiſſet de ipſa Dote, ſententia tamen debet ferri certa, & non incerta, eo quod ſententia incerta valere nequeat, etiamſi certificari poſſit per acta probatoria, ſi ad ea non ſit expreſſa relatio, quando etiam libellus eſſet incertus, cum tunc ruat vna cum libello, vt habetur *in l. finali, Cod. de anu. except.*, *& in l. prima §. ſi quis argentum, ff. depoſiti & not. Inſtitut. de action. §. curare*, ex quo addit Baldus Nouellus neceſſario concludi *in d. l. finali*, [vt *ſuprà* dictum eſt] ſententiam fuiſſe certam reſpectu dotis ſcilicet propter libellum, ad quem debet referri, quia tamen erat incerta reſpectu quantitatis. vel rei, ſeu ſpeciei datę, pro Dote, ibi *quid quantúmque peteretur*, ideo non valuit, & ſic Textum ibi innuere expreſsè, quòd non ſufficit petere dotem ſed etiam opus ſit petere, & probare quantum ſit in Dote, & ſic in *d. l. fin.* intelligi non ſufficere iudici conſtare, dotem eſſe datam [puta ſi vir eſſet confeſſus ſe dotem recepiſſe] cum ex hoc non poſſit ſequi ſententia certa, niſi etiam conſtet iudici, quid accepiſſet pro Dote, quod tamen in vniuerſalibus non eſt neceſſe, in quibus ſufficit, quod in executione ſententiæ liquidetur, *vt ſupra num.* 75. eſt prænotatum, ita Baldus Nouellus qui præterea dicit *ex d. l. finali Cod. de ſentent. quæ ſine certa quantit.* clare conſtare dotem non eſſe Ius vniuerſale. cum quo concordat Phanucius *de lucro dotis dicto verbo Dote num.* 29. Qui ſolum diſcordare videtur circa illud, quod etiam ſi ex actis probatoriis certificari poſſet dotis quantitas, non valeret ſententia incerta, ſi ad eadem acta non ſit expreſſa relatio, nam *in fine dicti numeri* 29. dicit Phanucius, quod ſi ibi in actis conſtitiſſet de quantitate dotis ſaltem per tacitam relationem, ad ea potuiſſet ſententia incerta ſuſtineri iuxta tradita paulò *infra*, igitur Textus *in d. l. finali* decernens nullam fuiſſe ſententiam illam incertam, quæ bona accepiſti ſolue, ſe fundat, quia incertum erat iudici quod ille maritus accepiſſet in dotem, quia ei non conſtabat, neque de re, ſeu ſpecie, neque de quantitate data in dotem, quæ in genere petebatur in libello vti marito data, ita præfati Bald. & Phanucius, qui propterea eandem ſecundam rationem Bartholi ait non releuare, eo quod non ſit facienda differentia inter caſum, quod nihil ſit probatum, & caſum quod ſit aliquid probatum, ſed in eo eſt vis, quod obſcurè, & incertè *l. de ætate, §. nihil ff. de interrogatoriis actionibus, not. in cap. in præſentia de probat., & in l. triticum, ff. de verbor. obligationibus.* Et ſententia incerta, quam ſuſtineri poſſe per relationem etiam tacitam ad acta probatoria volunt Bartholus, & Iaſon *in l. ait prætor, §. 1. ff. de re iudic.* tunc ſuſtinetur, quando ex illis poteſt plene certificari, quia integram & concludentem probationem debiti certi continent, ſecus [inquit Phanucius] ſi & ipſa obſcuritatem, & incertitudinem habeant, ac proinde ſi in actis appareat dotem in vniuerſum fuiſſe datam, ſed non appareat quid, ſcilicet quæ res, vel quantum, ſententia dotis incerta non poterit certificari per relationem ad eas probationes incertas, ſiquidem potuit eſſe plus, minusve quod datum, vel promiſſum fuit pro dote, cum dotare non ſit in omnibus vniforme, quare huiuſmodi ſententia remanens incerta erit nulla, vt eſt caſus *in d. l. fin.* vbi dicitur, quod dos erat data, ſed quia non apparebat in proceſſu quanta, ſententia incerta fuit nulla, ita Phanucius. Ex quibus patet etiam ſolutio argumenti, P. Barboſæ deſumpti ex illis dictionibus *quid, quantúmve* nam ibi *quid*, non denotat dotem in vniuerſum, ſed ſpeciem, ſeu rem in dotem datam, & *quantum* dotis quantitatem Nonnulla alia contra præfatam ſecundam rationem Bartholi videantur apud Baldum Nouellum *d. p. 2. de Dote, num. 2. & 3.* Petrus Barboſa *in d. rub. ſolut. matrim. cit. parte 3. à numero* 46. plura tradit, vt probet ſententiam incertam, *in d. l. fin.* fuiſſe iudicatam nullam, quia non conſtabat clare dotem datam eſſe, ſeu aliquid datum in dotem, quæ tamen incerta, & dubia, nec clarè probant illius intentum, ac proinde non rectè probatur dotem eſſe Ius vniuerſale, quia in cauſa dotis, libellus generalis & incertus, & pariter ſententia generalis, & incerta reſpectu quantitatis valeat cum id ab ipſis non probetur, ſed contrarium potius habeatur *in d. l. finali, Cod. de ſententia quæ ſine certa quantitate?*

Porrò Phanucius *dicto verbo Dote, num.* 30. aduertit 80
tunc libellum, & ſententiam generalem, & incertum in cauſa dotis ſuſtineri, cum agitur ad dotem dandam conſtituendamve arbitrio boni viri, vel quia ſic fuit promiſſa, *l. cum poſt. §. gener ff. de Iure dotium*, vel quia dos ex diſpoſitione legis, vel ſtatuti debetur, *l. qui liberos, ff. de ritu nupt. l. obligatione*, vbi Gloſſa & Doctores, *ff. de actionibus, & oblig.* cum in huiuſmodi caſu poſſibile non ſit certum dare libellum, vel ſententiam, ideóque incertitudo toleratur, vt etiam latè Ripa *in l. 1. §. 1. ff. quod legatorum*, & Baldus *in l. 1. C. de*

dotis

dotis de promiſſione [de quo *infrà ſuo loco* , cùm de dotis quantitate] & tunc conſtito, quod Deus lata ſententia debeatur, de hoc mox in ſententiæ executione iudex arbitrabitur pro qualitate, & dignitate perſonarum ac patrimonij quantitate, quanta Dos conſtitui, & ſolui debeat.

Verbum relinquo *relatum ad dotem an trahatur ad Inſtitutionem, & an legitima etiam iuxta Ius canonicum ſit relinquenda titulo inſtitutionis?*

81 Ad argumentum quintum, *ſuprà num.* 24. adductum, quo fautores Bartholi nituntur probare dotem eſſe Ius vniuerſale ex eo, quod Dos relicta per verbum *relinquo*, & ſic abſque titulo inſtitutionis expreſſo, cenſeatur relicta titulo inſtitutionis, & Teſtamentum valeat, [de quo agemus ſuo loco, cum de legato dotis, vel ibi de obligatione patris relinquendi legitimam filiis] reſpondetur, primo relictum *in d. cap. Raynutius* factum, Alterochæ non fuiſſe dotis, ſed vltra dotem *Alterochæ filiæ puberi:* ait Textus *vltra dotem, quam ei dederat, domum, & quemdam ortum in eodem Teſtamento relinquens.* Reſponderi etiam poteſt ibi Teſtamentum valuiſſe, eo quod ſecundum Canones ſufficiat quocumque titulo teſtator relinquat, tametſi non expreſſe ſub nomine inſtitutionis, quod per præfatum Textum *in d.cap. Raynutius* voluerunt nonnulli quos allegat Gloſſa *in cap.* 1. *verbo inſtituit de Teſtamentis in* 6. & non refellit Hoſtienſis *in d. cap. Raynutius*, Baldus *in l. vltim. num.*10. *in fine*, *Cod. fam. erciſc.* & Alexander. *in rubr. ſoluto matrim. num.*30.& *conſ.*17. *num.*16. Quamvis alij relati à Gloſſa vtrobique, & recentiores ab Auguſtino Barboſa, *collect. ad d. cap.*1. *n.*8. *de teſtam. in* 6. ſentiant vti verius legitimam eſſe relinquendam filiis titulo inſtitutionis nulla facta differentia inter canones & leges ciuiles?

Impenſa in vna re dotali facta deducitur ex alia ſicut impenſa facta in meſſe deducitur de Vindemia.

82 Ad ſextum Argumentum *ſuprà numero* 25. propoſitum ſcilicet quod impenſa in vna re dotali facta deducitur de altera quod non in particularibus, ſed in vniuerſalibus permittitur. Reſpondet Phanucius *de lucro dotis allegato, verbo Dote, numero* 26. ſcilicet dotem vt vnum corpus intellectuale de pluribus cenſeri; vt ait Baldus *loco ſupradicto numero* 26. *allegato*, & provt *eodem numero* 26. Explicatur, ideoque non mirum, ſi impenſa facta in vna re deducitur de alia ſicut facta in meſſe deducitur de Vindemia quia meſſis, & vindemia eſt fructus vnius anni, *l. ſi fundus* §. *fin. ff. ſoluto matrimonio.*

Dos licet ſit Patrimonium mulieris, non eſt Ius vniuerſale, nec ſimilitudo de Menſa numularia ad dotem procedit, & quando Patrimonium ſit Ius vniuerſale.

83 Ad ſeptimum Argumentum, *n.*26. adductum ſumptum ex eo quod Dos ſit patrimonium mulieris (quod qua ratione intelligatur infrà) & comparetur menſæ numulariæ, & vtrumque ſit Ius vniuerſale. Reſpondet pariter Phanucius, *d. verbo Dote, num.* 26. & 27. Similitudinem tabernæ non facere ad rem, quia taberna repræſentat eorum perſonam, ſub quorum nomine menſa numularia exercetur, ac proinde poteſt plus damni, quam emolumenti continere, §. *menſæ ſupra eodem numero* 26. *adducto*, ſicut hæreditas quæ quia repræſentat perſonam defuncti, *l.*1. §. *Scæuola, ff. ſi is, qui Teſtamento liber eſſe iuſſ. erit*; poteſt eſſe ſine bonis, *l. libertus, qui ſoluendo, ff. de bonis libertorum, l. hæreditas, ff. de petit. hæred.* Qua de cauſa tabernam eſſe Ius dicitur *in l. qui tabernas, ff. de contrahen. empt.* Sicut eadem ratione hæreditas eſſe Ius, leges, & Doctores paſſim tradunt. At vero Dos perſonam aliquam non repræſentat [vt per ſe patet] item præter res ipſas nihil continet, & robur extinctis non remanet *vt ſupra numero* 35. 36. & 38. dictum eſt. Textus etiam *in l. cogi ſuprà eodem num.*26. adductus non procedit, niſi quatenus fideicommiſſarius, cui ſunt relicta bona, ſeu patrimonium defuncti, eiuſdem defuncti perſonam repræſentat accipiendo actiones actiuè, & paſſiuè, quod non contingit reſpectu ſolius patrimonij aut bonorum eius, qui viueret adhuc, quia tunc in eis non repræſentaretur aliquo modo perſona viuens, atque adeo ceſſat Ius in hoc caſu. Nec vero quia Dos ſit nomen ſignificans vniuerſum quid, importat vniuerſitatem rerum cum in vna tantum re conſiſtere poſſit, *vt ſupra, num.* 37. probatum eſt.

Dos an conſiſtere poſſit in re perexigua putà in vno numo, aut alia re exigua pro dote data, vbi an mulier in re modica dotata comprehendatur ſtatuto excludente à ſucceſſione Patris fœminas dotatas.

Octauum Argumentum ſuperius, *n.* 20. adductum 84
ad probandum dotem eſſe Ius vniuerſale ſupponit dotem quoad ſubſtantiam, & eſſentiam dotis poſſe ſaluari, & conſiſtere, quantumvis res in dotem data ſit minima putà, vnus numus, id, quod præter Baldum, Ripam, Alciatum, Hubertum, Menochium, *locis d. n.* 27. *allegatis*, aſſerunt etiam idem Baldus, Salicetus & nonnulli alij *in Auth. præterea Cod. vnde vir, & vxor:* Phanucius *de lucro dotis allegato verbo Dote, n.* 29. *in fine*. Corraſius *in rub. ff. ſolut. matrim. in* 2. *lectura, num.* 22. *verſic. colligunt denique* Petr. Barboſa *in rub. ff. ſoluto matrim. p.* 4. *numero* 1. Molfeſius *in conſuet. Neap. p.* 6. *de Iure dotis, q.* 1. *num.* 4. Et ex Summiſtis Angelus *verbo Dos, numero* 3. & Sylueſter *verbo eodem numero* 4. Et hi duo aſſerentes etiam in modico dotem poſſe conſtitui addunt id dicere Gloſſam *in l. imperialis, verbo dotalibus, Cod. de nuptiis*, quæ tamen Gloſſa ſolum dicit ſine dote poſſe eſſe matrimonium, quod eſt verum, vt infrà, ex hoc tamen non infertur dotem propriè & vere eſſe, ſi pro dote detur, vel promittatur res minima, veluti numus. Pro hac opinione vltra illud aliud præſuppoſitum, quod ſit Ius vniuerſale, quod in re minima poteſt ſaluari, & conſiſtere, cum capiat augmentum, adducitur Textus *in l. Neratius, §. ſi maritus, ff. de Religioſis, & ſumptibus funer.* Cuius verba ſunt, *ſi maritus lucratur dotem, conuenietur funeraria, pater autem non, ſed in hunc caſum puto ſi Dos, quia permodica fuit, in funus non ſufficit, in ſuperfluum in patrem debere actionem dari*, adducitur etiam Textus *in allegato cap. ſi proponente, de reſcriptis*, vbi beneficium, licet exiguum, & minus competens cenſetur beneficium, de quo illud poſſidens volens aliud impetrare debet facere mentionem in ſupplicatione, aliàs litteræ erunt ſubreptitiæ vt Gloſſa *ibi verbo, minus competens*, Menochius *de arbitrar. caſu* 201. *numero* 42. & Auguſtinus Barboſa *collectaneo ad d. cap. ſi proponente, numero* 2. Ex quo idem Auguſtinus Barboſa cum aliis Doctoribus infert duo, vnum *numero* 4. ſcilicet, quod Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 23. *de reformat. cap.* 6. Concedens tonſurato, vel poſſidenti beneficium gaudere priuilegio clericali in ciuili, & etiam in

criminali cauſa procedit, ſi quodcunque quamvis exiguum poſſideat beneficium: Alterum *num.5.* quod etiam ratione beneficij tenuis poteſt Epiſcopus, in cuius Epiſcopatu prædictum beneficium eſt ſitum, ſacros ordines beneficiato conferre. Ex prædicta doctrina, ſeu ſententia, quod Dos conſiſtere poſſit etiam in vno numo. Baldus *in d. cap. ſi proponente* Corraſius, & Hubertus affirmant mulierem, vel in vno numo dotatam, per ſtatutum fœminas à ſucceſſione patris repellens excludi, quamvis retineat Ius agendi ad congruæ portionis, ſeu dotis ſuplementum ſicut in legitima, *l. omnimodo, Cod. de inoffic. Teſtamento.* Cum Dos dicatur ſuccedere loco legitimæ, *l. Bartholus in l. Titio centum*, §. *Titio genero, ff. de condit. & demonſt.* de quo *infra ſuo loco*, vbi agemus an, &
85 quando dos ſuccedat loco legitimæ.

Contrarium tamen, & ſi nummus, vel quid perexiguum, quod oneribus matrimonij, nullo modo deſeruire poſſit, cauſa dotis datum ſit, non cenſeri, nec eſſe dotem, ac proinde mulierem, cui pro dote vnus nummus, vel alia res perexigua datur: non cenſeri dotatam, docuerunt alij, ita Iaſon *in rub.* §. *ſolut. matrim. num.25 ibidem*, Purpuratus, *n.36.* Rolandus, *conſ. 14. num.32. & 33. lib.3.* Mantica *de tacit. & ambig. lib. 12. tit.3. n.10.* Andreas, Gaillus *obſeru. lib.2. obſeruat. 88. num. 10.* Vaſquius *de ſucceſſionum reſolut.* §.7. *n.43. & 44.* Vbi tradit, quod ſtatutum excludens mulierem à patris ſucceſſione, non comprehendit mulierem dotatam, ſi Dos ſit modica, & quod ita ſenſerunt Bald. Salicetus, Paulus Caſtr. Romanus, Alexander. *in Auth. præterea C. vnde vir, & vxor*, Paulus, & Romanus *in l. donatio in princ. ff. ſolut. matr.* & Corneus *conſ.113. & 117. lib.2.* & etiam Menochius *d. conſ.93. n.45. & 46.* ait *dotatam dici non poſſe mulierem quæ dotem tenuiſſimam ſit conſequuta.* Probatur hæc ſententia, quia Dos inducta eſt à Iure, & datur pro oneribus matrimonij ſuſtinendis vt *ſuprà, n.4.* in explicatione definitionis dotis aſſignatæ ab Hotomano; notatum eſt, & infrà comprobabitur, ac proinde Dos ita exigua, vt non ſeruiat oneribus matrimonij, non poteſt dici & eſſe eſſentialiter Dos, vt etiam expreſſe habetur, *l. ſi pater mulieris ſine, niſi matrimonij, oneribus ſeruiat, Dos nulla eſt, ff. de iure dotium.* Paria enim (iuxta *Auth. præterea, C. vnde vir, & vxor,*) videntur non dotare mulierem, vel modicè eſſe dotatam, vt id, quod datur, non ſeruiat, ſeu deſeruire poſſit oneribus matrimonij, quod etiam notat Vaſquius *d.* §.7. *n.42.* ex Gloſſa *in cap. quicumque 2. verbo aliquid 16. q.7.* dicit enim idem eſſe dotare modicè Eccleſiam, & Eccleſiam non eſſe dotatam, ac proinde in re modicè dotantem Eccleſiam non acquirere in ea Iuſpatronatus, vt gloſſa *d. verbo aliquid*, & Abbas *conſ.106. lib. 2.* Prædictis autem non obſtat Textus *in d. l. Neratius*, quia licet ibi dicatur Dos permodica, apparet tamen eſſe ſermonem de dote, quæ aliquomodo deſeruire poterat oneribus matrimonij, & propter quam maritus tenebatur ſaltem ex parte ad expenſas funeris vxoris mortuæ, & id, quod datur pro Dote debeat, ſeu poſſit aliquo modo, & ſaltem in partem deſeruire ad ſuſtentanda onera Matrimonij, ſentire videtur etiam P. Barboſa, *d. n.11.*

§. V.

Reſponſio ad Argumenta adducta ſuprà à numero 33. ad 42. *contra ſententiam Bartholi & eius ſequacium, quod Dos ſit Ius vniuerſale?*

QVia ſententiam Bartholi aſſerentis dotem eſſe Ius vniuerſale Iuriſperiti magis communiter ſunt amplexi, & ſic exiſtimanda eſt non parum probabilis, ideo viſum eſt expediens hic afferre reſponſiones ad Argumenta allata contra eandem ſententiam collectas ex traditis ab eodem Bartholo, & eius ſequacibus. Igitur.

Primò Argumento poſito, *n. 33.* ſatisfit per tradita 86
ſuprà à n.17. & præſertim *num.19.* ex P. Barboſa, vbi explicatur quomodo Dos à parte rei nihil aliud ſit, quam res dotales, quatenus vero eſt corpus Iuris fictione continens ipſas res dotales, & ſic quid intellectuale, & incorporale, ſit Ius vniuerſale, quemadmodum hæreditas conſiderata à parte rei non differt à rebus hæreditariis, conſiderata vero ſecundum Iuris fictionem, ſeu quaſi quoddam corpus repræſentans defunctum, & ſic vt eſt quid ſolum intellectuale, & incorporale eſt Ius vniuerſale differens à rebus hæreditariis.

Ad ſecundum Argumentum poſitum, *num. 34.* & 87
quintum poſitum *num. 37.* diuerſimodè reſpondetur. Nam Ripa *in rub. ſolut. matrim. num. 53.* Mantica *dicto lib.12. de tacit. & ambig. conu. tit.6. numero 23. & 24.* & alij relati à P. Barboſa *in d. rub. ſolut. matrim. p. 3. num. 13.* reſpondent, quod ſicut hæreditas in vno ſolo fundo poteſt conſiſtere, §. *ſi quis vna aliqua re, verſic. quin, etiam licet Inſtit. de fideicom. hæred.* & tamen hæreditas non deſinit eſſe Ius vniuerſale, *l. nihil aliud ff. de reg. iur.* Et etiam vna tantum res corporalis poteſt eſſe in peculio, & tamen peculium eſt Ius vniuerſale, quia poteſt augeri, *l. peculium naſcitur*, ita etiam licet vna tantum res ſit data in dotem, tamen adhuc Dos poteſt dici Ius vniuerſale, ſcilicet attenta aptitudine, quia aptum eſt recipere augmentum aliarum rerum, quare dotis natura, & aptitudo conſiderari debet non res corporalis, quæ in Dote continetur. At vero P. Barboſa ex traditis *ſuprà, num.19.* reſpondet dotem, ſi conſideretur à parte rei, ſeu realiter, qua ratione idem eſt cum rebus dotalibus, non poſſe dici Ius vniuerſale, ſi vna tantum res ſit data in dotem, cum nihil aliud ſit, quam ipſa res particularis. Si vero Dos conſideratur tanquam corpus fictum diuerſum ab ipſis rebus, dicetur Ius vniuerſale, tametſi vnam tantum rem contineat, quia ſub hac conſideratione attenta ſua natura apta eſt plures res diuerſas continere, quamvis ex accidenti vnam tantum contineat, quod latius proſequitur *d. parte 3. numero 14.*

Ad tertium Argumentum *ſuprà numero 35.* addu- 88
ctum Petr. Barboſa *dicta p. 3. numero 11.* reſpondet dotem acceptam verè, & realiter non differre à rebus dotalibus, & ita accipi in Textibus *d. n. 35. adductis*, conſideratam vero tanquam corpus fictum à Iure inductum differre à rebus dotalibus iuxta Bartholi definitionem, & in dubio accipi in hac ſignificatione ſecunda. Et præcipuè ad illud, quod dos poſſit vindicari iuxta Textum, *in d. l. in rebus, Cod. de iure dotium*, reſpondet hanc legem non probare dotem vindicari, ſed tantum res datas in dotem vindicari poſſe; ſtare autem ſimul hæc quod Ius vniuerſale non poſſit vindicari, & tamen res particulares illius iuris vniuerſalis per ſe vindicare poſſint, vt euenit in peculio; *l. vindicatio, ff. de rei vindic. ex l. ſi peculium, ff. de peculio legat.* Quare addit quod res particulares dotis vindicantur, illa actio eſt particularis, non vniuerſalis, & quod etiamſi actione perſonali dotis res particularis vindicatur, actio illa cenſebitur particularis, ſi vero actione perſonali Dos tanquam vniuerſum Ius condiceretur, cenſeretur vniuerſalis actio, de quo latiùs idem P. Barboſa, *eod. n.11.*

Ad quartum Argumentum adductum *numero 36.* 89
ex l. ſi is qui Sticum, quod dicitur, P. Barboſa *n. 17. in fine* reſpondet quod vbi Dos conſideratur à parte rei, ſeu vere, & realiter, tunc non differt ab ipſis rebus, iuxta ex eodem notata *ſuprà n.19.* & ideo *d.* §. *quod dicitur*, dotem, & res dotales idem eſſe, at verò ſi Dos accipitur ſecundum fictionem Iuris, tunc dotem differre à rebus dotalibus, prout accipitur quoties in Iure dicitur dotem, & non corpora dotalia minui expenſis

neceſſa

neceſſarius in rebus dotalibus factis.

90 Ad ſextum Argumentum *ſupra num.*38. poſitum deductum ex eo, quod peremptis omnibus rebus dotalibus, pereat omninò Dos, Ius vero vniuerſale ſine corporibus poteſt conſiſtere, reſpondetur ex Huberto *de Dote, cap.*2. *n.*8. Socino Sen. *in rub. ff. ſoluto matrim. num.*44. *& ſeq.* Petro Barboſa *in eamdem rub.p.*3. *n.* 16. *&* 17. & Mantica *d. tit.*6. *num,* 25. cum triplex ſit vniverſitas (*vt ſuprà num.* 16. ex Huberto notatum eſt, & tradit etiam *locis modò citatis*, Petr. Barboſa) prima Iuris,quæ ſolis ſcilicet Iuribus, ſine corporibus poteſt conſiſtere, vt hæreditas, ſecunda facti vt populus, legio, &c. quæ ad ſui conſtitutionem requirit plura corpora,& in ſolis corporibus conſiſtit.Tertia mixta,vt peculium, quæ nec in ſolo Iure, neque in ſolis corporibus conſiſtit, ſed & in Iure, & in corporibus ſubſiſtit, vt peculium, reſpondetur, inquam, dotem eſſe vniuerſitatem mixtam, & conſequenter, dotem non poſſe in eſſe deduci ſine rebus dotalibus,ſeu aliqua re data in dotem, & etiam peremptis omnibus rebus dotalibus, ſeu corporibus in dotem datis,ex quibus vniuerſitas dotis conſtat, illam deſinere eſſe. Nam ſi non deſeruiat oneribus matrimonij, nulla Dos eſt vt ſupra traditum eſt *ex l. ſi pater mulieris in fine, ff. de Iure dotium,* illud vero,quod ius vniuerſale; ſine vllo corpore conſiſtit, intelligitur de propria vniuerſitate, ſeu vniuerſali Iuris, quæ vniuerſitas, ſeu quod vniuerſale ſine vllis corporibus conſtat, vt hæreditas, quæ eſt vniuerſitas repræſentans defunctum, qui fuit in rerum natura *l. non minus in fin. de hered. Inſtitut.* quæ repræſentatio ſemper dari poteſt,licet morte defuncti nulla reperiantur bona. At vero Dos ſicut & peculium, & ſimilia vniuerſalia mixta non repræſentant aliquem, qui fuerit in rerum natura, ſed ſemet, & ideo requiruntur res,vt vniuerſitas cenſeatur conſtituta, & conſequenter vt ex illa poſſit reſultare illud Ius intellectuale,ſeu illud corpus fictum,de quo *ſuprà num.* 19. ex Petr. Barboſa, qui hæc latius proſequitur *dictis num.* 16. *&* 17. ad quem lector plura deſiderans recurrat.

91 Ad ſeptimum & vltimum Argumentum *ſuprà. n.*39. adductum quod mulier ſuccedens viro in Dote non teneatur ſtare colono, cum teneatur ſtare ſuccedens in Iure vniuerſali, Mantica *d. tit.* 6. *num.* 17. ex Alexandro *in rub. ff. ſolut. matrim. num.* 28. *verſic. ſuſtinendo tamen*, reſpondet, quod ille ſucceſſor vniuerſalis colonum expellere non poteſt, quod defuncti perſonam per omnia repræſentat, vt eſt hæres iuxta tradita *num. præcedenti, & l. heres in omne, ff. de acquir. hered.* de quo etiam loquitur, *l. viam veritati, dicto num.*39. adducta, ex eo enim, quod hæres repræſentat perſonam defuncti, non poteſt venire contra factum ipſius, *l.cum à matre, Cod. de rei vindic. & l. ſtipulatio iſta habere circa princ. ff. de verb. oblig. & l. ex qua perſona, ff. de reg. Iur.* At verò mulier ſuccedens marito in Dote non repræſentat per omnia eius perſonam.

§. VI.

Pactum ab initio Matrimonij à marito initum cum ſocero, vel cum vxore ipſa, quod maritus non teneatur alere vxorem, & retineat dotem receptam illiuſque fructibus potiatur an valeat.

QVia *ſuprà numer.* 6. notaui Campegium, & Conſtantium Rogerium reiicere à definitione dotis tradita ab Azone, & á Bartholo, particulam illam *pro oneribus matrimonij*, ex eo quod inter coniuges ante matrimonium contractum poſſit conueniri, vt maritus habeat, & retineat dotem cum eius fructibus, & non teneatur vxorem alere, ſed illa alat ſe ipſam, reſpiciendum hoc loco, an id ſit verum. Ante reſolutionem?

Aduertendum primo dotem eſſe inſtitutam, conſtitui, & dari pro oneribus matrimonij (quæ conſiſtunt circa vxoris alimentationem, eaque omnia quæ alimentorum nomine veniunt) ſcilicet, vt ea eiuſve fructibus maritus ſuſtineat matrimonij onera, vt expreſsè habetur *in legibus ſuprà num.*4. *allegatis, l. dotis fructus in principio, ff. de iure dotium pro oneribus, Cod. eod.tit.l.ſi cum dotem, §.ſin autem in leuiſſimo, l. de diuiſione, ff. ſoluto matrim. l. ſi conuenerit, & l. cum pater, ff. de pactis dotalibus, & cap. ſalubriter de vſuris*, & ita communiter Iuriſperiti *in præfatas leges, & in d. cap. ſalubriter* Bartholus *loco ſuprà num.*6. *citato, & in tract. de alimentis n.*46. alij Iuriſperiti *ſupradicto num.* 6. relati definitionem Bartholi amplexi Azo, & alij Doctores *ſuprà num.*5. relati, Hotomanus *loco ſuprà num.*4. *allegato*, Surdus *de alim. tit.* 1. *quæſt.*33. *num.*7. *&* 8. *& tit.*7. *quæſt.* 17. *n.*1. Mantica *de tacit. & ambig. conu. lib.*12. *tit.*3. *numero* 3. *tit.*8. *n.*18. *& tit.*13. *num.*2. Franciſcus Molinus *de ritu nupt. lib.* 3. *quæſt.* 41. Ceuallos *com. contra comm. quæſt.* 73. *num.*1. Fontanella *de pactis nupt. clauſ.*6. *Gloſſa* 2. *p.* 2. Anton. Hubertus *de dotibus, cap.*1. *n.*5. *&* 6. P. Barboſa *in rub.ff. ſolut. matr. p.* 4.*n.*12. Stephanus Gratianus *diſcept. for. to.*2. *c.*243.*n.*25. alij Iuriſperiti à Surdo relati, & Lud. Molina *de iuſt. & iure, tom.*2. *diſp.*432. Quapropter Ceuallos, *d.n.*1. per allegata iura,præſertim per Textum *in d. l. pro oneribus*, aſſerit cum aliis titulum dotis ex parte mariti recipientis illum eſſe onerosum, de quo infrà ſuo loco. Non igitur Dos datur pro matrimonio contrahendo (vt videntur ſentire Campegius, & Conſtantius Rogerius *locis ſuprà n.*6. *allegatis*) ſed pro matrimonij oneribus(vt dictum eſt) ſuſtinendis. Matrimonium enim [vt notauit etiam Mantica, *d.tit.*3. *n.*4.] eſt Sacramentum Eccleſiæ conferens gratiam, & ideo pro contrahendo matrimonio pecunia dari non debet, quia eſſet Simonia, ſed bene datur pro ſupportandis matrimonij oneribus, & ita etiam Suarez *de religione, tom.*1. *l.*4. *de Simonia, cap.*10. *n.*10. & Ripa *in tr. de Simonia, p.*1. *art.*2. *n.*10. *verſiculo non obſtat*, per illum Textum *in l. pro oneribus*, tradunt dotem non eſſe pretium matrimonij, ſed neceſſariam ad onera matrimonij ſuſtinenda. Ex quo inferunt Iura, & Doctores maximè mulierum intereſſe, & fauorem publicum concernere, vt ſint dotatæ, *l.*1. *ff. ſolut. matr.* quia ſic viri alliciuntur, ad contrahenda matrimonia, quibus proles procreatur, & ciuitas liberis repletur.

Aduertendum ſecundo pactum à ſocero, ſeu muliere, alioue promittente dotem ab initio matrimonij factum cum genero, ſeu marito vt idem maritus non teneatur alere vxorem, quamdiu Dos non fuerit ei ſoluta, ſed ipſe ſocer, aut alius promittens debeat vxori alimenta miniſtrare, vel eadem vxor debeat ſeipſam alere,dum dos ab iiſdem retinetur, eſt validum, vt aliis relatis tradunt Campegius *de Dote, p.*2. *n.*1. *verſic. aut facis pactum*, Surdus *de alim. d.tit.*7.*quæſt.*18.*n.*3. Antonius Hubertus, *loco ſupra citato*, Petr.Barboſa *allegato n.*12. & Franciſcus Molinus *d.q.*41.*n.*1.2. *&* 3. & probant Textus *in l. vltima in principio de doli exceptione* (quo loci pacto comprehenſum fuerat,vt donec dos perſolueretur genero,pater filiam, eiuſque homines aleret) *& in l.penultima, & vltima, ff. de in rem verbo*, vbi approbatur pactum,quod ſocer filiam alat,vel filia ſeipſam alat, donec dos promiſſa genero ſoluatur facit etiam, *l. ſi conuenerit* 4. *in fine, ff. de pactis dotalibus*, de qua mox. Tale enim pactum, quod ſocer,aut alius promittens dotem, vel ipſa mulier promittens debeat alere vxorem, vel ipſa ſe ipſam alere, dum retinent dotem, fini dotium [qui eſt deſeruire oneribus matrimonij] minimè repugnat,& dos penes quemcumque ſit, ſeu remaneat, habet annexum onus alimentorum; & ibi eſſe debet vbi ſunt onera, *l. is qui Stichum, §. ibi Dos ff. de iure dotium, l. ſi maritus,*

l. ſi

l. ſi filia, §. 1. *ff. famil. ercíſ.* & *d. l. fin. ff. de doli exceptione*, Campegius, Molinus, & Surdus *locis citatis*, ac proinde cum Dos remaneat penes promittentem, vel vxorem ad ipſum, vel ad ipſam ſpectat onus alimentorum, & ſic tale pactum eſt licitum, & validum.

Aduertendum tertiò pactum, quod fructus dotis conuertantur in dotem & ipſam augeant continuè, & mulier, ſeu vxor ſe ipſam alere debeat, valere certum eſt, cum ratione oneris alendi ſe ipſam mulier recipiat commodum, vt fructus dotis ſuæ cedant in augmentum dotis, & hoc pactum expreſsè approbatur dicta *l. ſi conuenerit* 4. *in fine, ff. de pactis dotalibus*, verba Textus ſunt, *& quid dicemus, ſi pactum conuentum interuenit: vt maritus fructus in dotem conuerteret, & mulier ſe, ſuoſque aleret tueretur ve, & vniuerſa oneroſa ſua expediret, quare non dicas conuentionem valere*, ita etiam Gloſſa *ibi, verbo valere*, Baldus Nouellus *de Dote p.* 2. *numero* 12. Surdus, *d. quæſt.* 18. *numero* 7. P. Barboſa *d. numero* 12. & Franciſcus Molinus, alios allegans *d. quæſt.* 41. *numero* 1. & 4. Quod pactum Surdus *d. quæſt.* 18. *numero* 9. & Franciſcus Molinus *d. quæſt.* 41. *numero* 5. aiunt valere, non ſolum, ſi fuit ante matrimonium contractum, cum tunc ſponſus, & ſponſa poſſint inuicem donare, *l.* 1. *l. cum in re, Cod. de donat. ante nupt.* & aliis iuribus à Surdo *d. quæſt.* 18. *numero* 8. adductis, ſed etiam ſi fiat poſt contractum matrimonium, cum tale pactum cenſeatur reciproca donatio, quæ inter virum, & vxorem eſt permiſſa, *l. ſi ſponſus*, §. *ſi maritus*, §. *ſi quis rogatus, ff. de donat. inter virum & vxorem*, Gloſſa, Ioannes Lupus, & plures alij ab iiſdem Surdo, & Molino ad id allegati.

95 Aduertendum quarto, quando maritus conuenit cum vxore, vt ſe ipſam alat, percipiat fructus dotis pactum eſt licitum, & validum, ita Bald. Nouell. *loco ſupra citato*, Campegius *d. quæſt.* 6. *numero* 6. & 7. & Franciſcus Molinus *d. quæſt.* 41. *num.* 6. & 7. & probat ratio, ſeu regula, *ſupra num.* 93. adducta, quod dos penes quemcumque ſit, habet annexum onus alimentorum, conſtat etiam ex *l. ſi quis pro vxore ſua, ff. de donat. inter virum & vxorem, in verbis finalibus, quæ ſunt planè ſi conuenerat, vt ſe mulier paſceret, ſuoſque homines, idcirco paſſus eſt, eam dote ſua frui, vt ſe ſuoſque aleret, expeditum erit, puto enim non poſſe ab ea peti quaſi donatum, quod compenſatum eſt.* Ex quibus patet tale pactum valere, nec in hoc pacto, ſeu caſu quidquam cenſeri donari ab altera partium, ſed compenſari, vt notarunt Surdus, & Molinus.

96 Aduertendum quinto, ſi ab initio matrimonij fiat conuentio inter virum, & vxorem, vel ſocerum, vt fructus dotis conuertantur continuè in dotem, vel iidem fructus á marito dentur vxori, vel ſocero, illiſque acquirantur, & nihilominus maritus debeat alere vxorem, ita quod Dos, & eius fructus marito nihil deſeruiant ad matrimonij onera ſuſtinenda, pactum hoc non valet, vt notant Baldus Nouellus *d. p.* 2. *citato num.* 12. *in fine, & p.* 7. *priuil.* 44. *n.* 2. Antonius Hubertus *loco ſupra allegato*, Fontanella *allegata p.* 2. *num.* 29. 30. & Franciſcus Molinus *d. q.* 41. *numer.* 12. & hoc pactum tanquam contra naturam, & ſubſtantiam dotis reprobatur, & declaratur non valere *d. l.* 4. *initio, & d. l. cum pater, ff. de pactis dotalibus, in d. enim l.* 4. ita habetur, *ſi fundum in dotem dederit mulier ita vt maritus fructus redderet; non eſſe ratum pactum, in leg. cum pater*, Textus habet. *Ne diuerſa ſententia fructus dotis ab oneribus matrimonij ſeparet, quodque indigniſſimum eſſet, vt non habuiſſe dotem exiſtimetur.* Quod fuit dicere [vt notat Baldus Nouellus *d. priuilegio*, & poſt eum Fontanella] non valere conuentionem, quæ ſit contra naturam, & ſubſtantiam, ſeu naturam ſubſtantialem ipſius dotis, vtpote inſtitutæ vt deſeruiat pro matrimonij oneribus ſuſtinendis.

Prædictis prænotatis deueniendo ad reſolutionem 97
dubij in titulo paragraphi propoſiti, an valeat pactum ab initio matrimonij initi inter virum, & ſocerum, ſeu vxorem, quod vir habeat dotem illiuſve fructus accipiat, & non debeat ipſam vxorem alere, ſed ipſa ſe, & ſuos alat de ſuo, aliquorum ſententia eſt indiſtinctè aſſerentium huiuſmodi pactum valere, ita Angelus *in rub. ff. ſolut. matrim. n.* 5. & *conſ.* 180. *num.* 2. Baldus Nouellus *de Dote, p.* 2. *num.* 12. & *in l. ſi conſtante, num.* 52. *ff. ſol. matrim.* Campegius *de Dote, part.* 1. *quæſtio* 1. *num.* 2. & 3. Conſtantius Rogerius *de Dote inſpectione* 1. *numero* 14. & Molina *allegata, d. ſp.* 432. *n.* 6. *in fine*, nituntur *d. l. ſi conuenerit* 4. *ff. de pactis dotalibus, in fine*, ibi, *vniuerſa ſua onera expediret*, ſcilicet mulier, & *d. l. vltima, ff. de doli exceptione, & d. l. ſi quis pro vxore ſua ſupra n.* 45. allegata qui tamen non loquuntur de pacto vt maritus fruatur dotis fructibus, & vxor debeat ſe, & ſuos alere, ſed quando interuenerit pactum, vt maritus non teneatur alere vxorem, quamdiu Dos penes ſocerum, vel vxorem remanet, & maritus nihil emolumenti ex Dote percipit iuxta tradita, *num.* 93. vel quando interuenit pactum vt fructus dotis conuertantur continuè in dotem, iuxta tradita *n.* 94. vel quando interuenit pactum vt fructus dotis vxori reddantur, iuxta tradita *n.* 95. in quibus caſibus rectè apponitur pactum ex parte mariti, vt non teneatur vxorem alere. Confirmant idem Doctores præſertim Baldus Nouellus hanc ſententiam, quia ratione talis pacti quod vir non teneatur alere vxorem, non deſinit tamen Dos deſeruire oneribus matrimonij; quæ ſunt multa, nempe, vt maritus non ſolum alat vxorem, illi veſtes paret, & multa alia obſequialia onera ſubeat in perſona mulieris, vt habetur *in l. ſi cum dotem*, §. *ſin autem, ff. ſol. matrim.* & difficile [ſubdit idem Bald. Nouell.] eſt maritum ſupportare defectus, & mores mulierum, quæ communiter ſunt intolerabiles, §. *quia vero. Auth. vt mulieres debitrices, & creditrices*, vnde infertur [vt inquit idem Nouellus] quod licet valeret pactum, quod vir non teneatur alere vxorem, etiamſi habeat dotem, & illius fructus, tamen non valeret pactum, quod vir non teneatur ſubire alia onera obſequialia matrimonij erga vxorem, puta in caſu infirmitatis, & in cohabitando, in ſeruiendo, & operando, quia id [ait] eſſet contra ſubſtantialia matrimonij, & indiuiduam vitæ conſuetudinem, & ſocialem vitam.

Aliorum ſententia eſt loquentium cum diſtinctione, 98
ſcilicet quod pactum inter coniuges ab initio matrimonij initum, vt vir percipiat dotis fructus, & non teneatur alere vxorem, ſi vxor ſit pauper non habens aliunde, vnde ſe aleret, non valet, ſi vero vxor ſit diues habens aliunde vnde ſe aleret, pactum eſſe validum, ita Surd. *d. tit.* 7. *allegat. q.* 18. *à n.* 12. *ad finem*, Fontanella *clauſ.* 6. *gloſſa* 2. *allegata, p.* 2. *n.* 36. & Stephanus Gratianus *diſcept. for. tom.* 1. *c.* 132. *n.* 9. & 10.

Prima pars, quod non valeat pactum cum muliere non habente aliunde bona, ex quibus poſſit ſe alere, probatur à Surdo *n.* 27. & Gratiano *n.* 10. quia tunc pactum eſſet contra ſubſtantiam matrimonij, quod non poſſit durare, ſi vxor non haberet, vnde viueret, oporteret enim eam fame petire, addit Surdus fore inhumanum negare alimenta ei, quam quis elegit ſibi ſociam diuinæ, & humanæ domus, & tenderet in turpitudinem viri, ſi cogeretur mendicare, dum viro abundant diuitiæ.

Altera pars, quod valeat pactum, quod vir percipiat 99
fructus dotis, & mulier [quæ eſt diues aliunde habens, vnde ſe, & ſuos alere poſſit] teneatur ſe ipſam alere, & ſuos, probatur primo, quia vt *ſupra* notatum eſt,

eſt, licèt maritus non alat vxorem, multa alia onera ſuſtinet. Secundo, quia non eſt ratio vniuerſalis vt Dos debeat deſeruire oneribus matrimonij, cum etiam ſine Dote maritus teneatur ad huiuſmodi onera, vt ſi duxerit vxorem nullam habentem dotem, vel in conuentione, vt dotem tradere non debeat. Vnde tertio probatur, quia tale pactum, vt vir percipiens dotis fructus non teneatur alere vxorem, licet ſit contra naturam contractus, non eſt tamen contra ſubſtantiam matrimonij, vel dotis, valet autem pactum contra naturam contractus, quando non eſt contra ſubſtantiam iuxta Doctores, quos latè refert Surdus *d. q.18.n.10.*

Quare quarto, licet de natura contractus dotalis ſit, ne teneatur vxor alere ſe per ipſam, hinc tamen non infertur, quod non poſſit fieri pactum contrarium, quia multa non veniunt ex natura contractus, quæ tamen veniunt ex pacto inquiunt Gratianus, *numero* 11. & Surdus *num.* 15. ex Baldo, Angelo, Saliceto, & Fulgoſio *in l.* 1. *Cod. commod.* quod idem Surdus declarat exemplo remiſſionis ob vim maiorem, quæ eſt de natura locationis, & euictionis, quæ eſt de natura contractus venditionis, & valet pactum in locatione appoſitum, quod ob vim maiorem non remittatur penſio, & pactum, quod venditor, non teneatur de euictione per Textus, & Doctores, quos Surdus idem allegat, vltimo probat idem Surdus, quia viri obligatio alendi vxorem eſt Iuris poſitiui, *l. dotis fructus, ff. de iure dotium*, pactum autem contra ius poſitiuum ciuile valet, *l.* 1. *ff. de pactis.*

100 Tertia ſententia probabilior, & magis recepta eſt, præfatum pactum, vt maritus percipiat fructus dotis, & vxor teneatur ſe, & ſuos alere, carere omni vi, & eſſe prorſus inualidum, ita Baldus *in l. pactum in fine, Cod. de collat.* Alexander. *in rub. ff. ſoluto matrim. numero* 34. *ibidem*, Aretinus *numero* 13. Iaſon *num.*22. Ripa *num.* 54. Antonius Hubertus *loco ſuprà, num.*92. *relato* Petrus Barboſa *in d. rubr. ſoluto matrim. parte* 4. *numero* 12. Franciſcus Molinus *d. quæſtio.* 41. *à num.* 8. ita oportet, ſentiat Hotomanus *loco ſuprà, num.* 3. & 4. relato vbi vult hoc quod eſt deſeruire oneribus matrimonij ſuſtinendis eſſe differentiam dotis eſſentialem, & ſubſtantialem, per quam differt ab aliis donationibus, ita etiam Vitalinus *de clauſ. tit. an alimentis renunciari poſſit*, & alij à Surdo, & P. Barboſa relati.

Probatur hæc ſententia primo quia huiuſmodi pactum repugnat fini, & naturæ intrinſecæ dotis nullam ob aliam cauſam inſtitutæ, quam vt fructus dotales debeant deſeruire oneribus matrimonij, *vt ſuprà, numero* 92. oſtenſum eſt, ergo non valet, nullaſque habet vires, ſicut nec alia pacta, quæ contra naturam intrinſecam, finem, & præcipuam cauſam actus interponuntur, *l. cum precario, ff. de precario, cap. vltim. de conditio. appoſitis.* Quam ob cauſam ſcilicet quia fini dotis repugnat lex, reprobat pactum vt mulier percipiat dotis fructus, & maritus eam alere debeat, *vt ſuprà numero* 96. probatum eſt. Vnde ſecundo probatur, quia non valet pactum, vt maritus ſuſtineat onera matrimonij, alatque vxorem, & fructus dotales pertineant ad vxorem, ergo nec ſimiliter valebit pactum, vt maritus percipiat fructus dotis, & vxor matrimonij onera ſuſtineat ex natura correlatiuorum, quorum pars doctrina eſt, & ratio *leg.* 1. *Cod. de cupreſſis ex luco Daphnes, Cod. lib.*11. *l. vltim. Cod. de indic. vidu. toll. & l. vlt. ff. de acceptilatione.* Confirmatur, quia non minora matrimonij onera ſuſtinet vxor, quam maritus, maioraque obſequialia opera præſtat erga maritum, cum ſit maritus Dominus, & caput mulieris, & ei reuerentia ab vxore debeatur, aliaque vxori incumbant erga maritum collecta per Tiraquellum *ad ll. connub. lib.* 1. *à numero* 33. & Menochium *præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 51. *numero* 2. Vltra quæ, prægnans partus dolores multis necem afferentibus, labores nutriendi, & infantes lactandi opera domeſtica, & alia multa ſuſtinet, vt certè nulla comparatio ſit. Tertio probat Molinus, quia data validitate præfati pacti mulieri non habenti aliunde, vnde ſe aleret, daretur occaſio delinquendi, & adulterandi huiuſmodi autem pacta, quæ delinquendi occaſionem tribuere poſſunt, ſunt inualida de iure, vt de pactis inter virum, & vxorem initis expreſsè habetur, *l. illud conueniri non poteſt* 5. *ff. de pactis dotalibus.* At ne quidem [reſpondet Paulus illo Textu] *illa pacta ſeruanda ſunt, ne ob res dotales donatas, vel amotas agatur, quia altero pacto ad furandum mulieres inuitantur, altero ius ciuile impugnatur.* Et ſi conuenerit (proſequitur Paulus) *ne ob impenſas neceſſarias* (ſcilicet à marito factas in fundo dotali) *ageretur pactum non eſt ſeruandum, quia tales impenſæ dotem ipſo iure minuunt.* Ita Textus, quem quartæ rationi ex Surdo, *numero præcedenti*, adductæ omnino aduerſari ait idem Molinus, cum, & ibi de naturalibus contractus agatur, verum quia mulier ad delinquendum inuitaretur, vel quia ius ciuile impugnaretur, noluit lex talia pacta valere, id, quod etiam apertè oſtendit, ibidem reprobata conuentio de impenſis neceſſariis in fundo dotali factis non ſoluendis, cum ſit contra naturam contractus dotalis, quam proinde valere noluit. Ponderat enim Molinus verba initij illius legis, *illud conueniri non poteſt, &c.* Nam dictio illa negatiua, *non*, verbo, *poteſt*, præpoſita tollit omnem potentiam, & facultatem contrahendi, vt alibi probaui, & tradunt Gloſſa, & cæteri ſcribentes, *in cap.* 1. *de reg. Iur. & in leg. nemo poteſt, ff. de legat.* 1. Denique probatur ex eodem Molino *d. quæſtione* 41. *numero* 32. quia pacta dotalia, quæ iura dotium minuunt, omnino à iure reprobantur ob fauorem mulierum, & dotis, vt facilius nubant, & ciuitates repleant, ergo pactum de quo in præſenti agitur, contra naturam contractus dotis irritum nullum erit, ex quibus remanent eneruatæ rationes, *numero præcedenti*, adductæ ex Surdo, & Gratiano.

Ad primam reſpondetur non minori opera obſequialia teneri vxorem præſtare, & ſicut pactum, vt mulier percipiat fructus dotis, & maritus illam alat, vtpote repugnans naturæ, & fini dotis non valet, ita ob eandem rationem non debet valere pactum, vt maritus percipiat dotis fructus, & vxor alat ſe ipſam, præter quàm quòd pactum hoc præberet vxori occaſionem delinquendi. 101

Ad ſecundam negatur aſſumptum, quod non colligitur ex eo, quod vir teneatur alere vxorem indotatam, & quod valeat pactum, quod vir teneatur alere vxorem tametſi careat Dote, vt proinde etiam debeat valere pactum, quo mulier tradens viro dotem cùm fructibus debeat alere ſeipſam, cum ſit diſpar ratio vtriuſque caſus. Cum enim eo ipſo quod vir vxorem ducit eam alere teneatur, licet Dote careat, *l. quod ſi nulla, ff. de religioſis, & ſumpt. funerum.* Et cum aliis latè Surdus *d. tit.* 7. *quæſtio* 18. & tenetur etiam alere vxorem dotatam, quam habet in obſequio, & ſi promiſſor dotis illam ſoluere recuſat vt dixi *in prima parte, quæ eſt de effectibus contr. matrim. cap.*6. *num.*29. id enim dictat [vt dixi *d. numero* 29. & notat etiam Molinus *d. quæſt.* 41. *numero* 35.] ratio naturalis, præſertim quia naturali ratione cogimur ei alimenta præferre, quæ in noſtro tenemus obſequio, vt *ex l. in rebus, §. poſſunt, ff. commod.* & aliis Textibus confirmat Molinus alios adducens idem tenentes, *numero* 35. & 37. Cum ergo dum vir alit 102

vxorem

vxorem ductam abſque dote faciat id, ad quod tenetur de iure, & conſequenter etiam pactum alendi vxorem etſi Dote careat, inſit à iure, non eſt cur debeat eſſe inualidum, ſecus pactum vt maritus habeat dotem, illiuſque fructus percipiat, & mulier debeat ſe ipſam alere, cum hoc pactum à Iure reprobetur, vt repugnans ſubſtantiæ, & fini dotis?

103 Ad tertiam reſpondetur primo, tale pactum eſſe contra naturam, & ſubſtantiam dotis; vtpote repugnans inſtitutioni, & fini dotis ſecundo pactum contra naturam contractus, ſeu actus non valere, quando reprobatur à lege, vel delinquendi occaſionem præbet iuxta tradita *numero* 100. in tertia probatione tale autem eſt pactum, de quo agimus, & eodem, *num.* 100. dictum eſt.

104 Ad quartam idem reſpondetur, ſcilicet pactum de quo agitur, eſſe contra eſſentiam, & ſubſtantiam dotis, & præterea illud, quod pacta ſint ſeruanda, etſi contra naturam contractus, non procedere ſi lex pactum reprobet, vel peccandi occaſionem præbeat, quale eſſet pactum, vt maritus percipiat dotis fructus, & mulier ſeipſam alat probauimus. Hinc.

105 Ad quintam rationem reſpondetur, eſto, quod neceſſitas alendi vxorem eſſet iuris poſitiui tantum, potuit tamen ipſum ius poſitiuum, quod talem neceſſitatem induxit ex cauſa contraria pacta (vt de facto præſtitit iuxta tradita, *n.* 100.) reprobare, & annullare, *l. non dubium, Cod. de legib. l. pacta quæ contra, ff. de pactis, & d. l. illud conueniri non poteſt, ff. de pactis dotalibus.* Quamuis maritus alere vxorem teneatur non ſolum iure ciuili poſitiuo, ſed etiam iure naturali, vt *numero* 102. dictum eſt, & confirmat Molinus, *d. quæſt.* 41. *numero* 38. quatuor rationibus, prima, quia eſſet ſocietas leonina, & vnus damnum, alter lucrum conſequeretur, ſecunda, quia mulier incitaretur ad delinquendum, tertia quia naturali ratione cogimur miniſtrare alimenta iis, quos in noſtro tenemus obſequio, quarta quia Dos eſt proprium patrimonium mulieris, & iuri naturæ conforme eſt, vt quiſque ex ſuo viuat, *leg.* 3. §. *ſed verum, ff. de minore,* & ita ſenſit etiam Hotomanus *in diſputat. de dotibus,* §. *vnde Pragmatici,* ob illam rationem ſocietatis vitæ in vxorem, & maritum intercedentis, quæ quodammodo facit vxorem Dominam rerum mariti, *l.* 1. *ff. rerum amotarum.*

§. VII.

An Dos ſit titulus oneroſus, vel lucratiuus, ſeu continens cauſam oneroſam, aut lucratiuam.

POteſt Dos conſiderari reſpectu mariti illam accipientis, reſpectu dantis, ſeu dotantis, & reſpectu mulieris, pro qua datur, vel promittitur marito?

106 Reſpectu mariti accipientis, certum eſt dotis titulum eſſe oneroſum, conſtat tum ex Textibus adductis *ſuprà num.* 92. quibus probatur dotem dari marito pro oneribus matrimonij, tum *ex l. promiſſione, ff. de actionibus, & obligationibus, l. vnica,* §. *lucratiuas, Cod. de imponenda lucratiua deſcriptione, l. ſi quis pro dote,* §. 1. *ff. de donat. inter virum, & vxorem, l. Maria,* §. *fundus, ff. ſolut. matrim.* & idem communiter Doctores aſſerunt, Gloſſa, & Bartholus, *in d. l. Maria in d. l. ex promiſſione ibidem,* Baldus, *& in l.* 2. *Codice quæ in fraudem creditorum,* Hotomanus *in diſputatione de dotibus,* §. *verum ex lucratiua, an ex oneroſa cauſa,* Ripa *in leg.* 1. *numero* 68. *ff. ſoluto matrimonio,* Decius *conſil.* 159. Baldus Nouellus, *de Dote, parte* 7. *priuilegio* 42. Campegius *de Dote, parte* 1. *quæſtione* 55. *&* 56. Conſtantius Rogerius *de Dote, quæſt.* 6. Phanucius *de lucro dotis, Gloſſa* 8. *numero* 5. Tiraquellus *poſt leg. conn. Gloſſa* 8. *numero* 262. Couarruuias *de ſponſ. parte* 2. *cap.* 8. §. 6. *numero* 12. Ioannes Baptiſta Coſta, *de remed. ſubſid. remedio* 106. *illatione* 6. *numero* 5. Ceuallos *comm. contra comm. quæſtione* 73. Anneus Robertus *rerum iudic. l.* 1. *cap.* 11. §. *Pro Seia,* Stephanus Gratianus *diſcept. for. tom.* 1. *cap.* 54. *numero* 12. *&* 13. Fontanella *de pactis nupt. clauſ.* 5. *Gloſſa* 1. *parte* 1. *numero* 40. Camillus Borellus *in ſumma deciſionum, part.* 3. *tit.* 4. *numero* 300. *Ego ipſe in ſecunda parte, de effectibus contractus matrimonij, de alimentorum obligatione, cap.* 6. *numero* 207. & alij apud Phanucium, Ceuallos, & Gratianum. Ampliant etiam ad lucrum dotis marito à ſtatuto delatam, vxore ſine liberis præmoriente, vt illud dicatur delatum, & acquiratur viro ex cauſa oneroſa, ſcilicet propter onus matrimonij, ampliant, inquam, Decius *loco citato, & conſilio* 57. alij relati à Baldo Nouello, *parte* 6. *priuil.* 37. & Phanucio, *d. Gloſſa* 8. *numero* 3. Gratiano *dicto num.* 13. & idem ſentire videtur Ceuallos, *num.* 4. Qui propterea aiunt, illud lucrum dotis, non eſſe propriè lucrum, ſed tantum impropriè lucrum dici. Sed contrarium lucrum præfatum dotis deferri, & acquiri marito ex cauſa lucratiua, eſſeque propriè lucrum tenent poſt alios Baldus Nouellus, *d. priuil.* 37. *num.* 4. Phanucius *d. Gloſſa* 8. *num.* 40. *& ſeqq.* eo quod delationis dicti lucri cauſa finalis, & præcipua non ſint onera matrimonij, ſed ipſum matrimonium, vt ſcilicet ipſe illius lucri viri ad ineunda matrimonia alliciantur, vt *in ſequenti, c. n.* 44. 46. *&* 79. *in fine* aliis relatis dicitur.

Etiam reſpectu dotantis [ſiue dotans ſit ipſa mulier, ſiue alius, cui onus dotandi incumbit] Dos dicitur cauſa oneroſa, ita Ripa, Ioan. Baptiſta Coſta, Baldus Nouellus, & Borellus *locis ſupra allegatis,* expreſsè dicentes, dotem tam ex parte dantis, quam ex parte viri accipientis eſſe oneroſam, non enim cedit dantis lucro, & reſpectu patris illius hæredum, fratris primogeniti, fiſci, & cuiuſcumque qui ſit obligatione dotandi adſtrictus, Dos eſt onus, reſpectu vero extranei ex liberalitate dotantis, licet non ſit onus, eſt tamen oneroſa, cum diminuat eius facultates. 107

Reſpectu mulieris quoque Dos eſt titulus lucratiuus, ſeu continet cauſam lucratiuam, ſi extraneus, qui nulla dotandi obligatione adſtringitur, ſimpliciter dotem præſtet, cum cenſeatur mera liberalitas, & donatio, non enim extraneus nullo Iure cogente dotans alia intentione præſumi poteſt id facere, niſi animo donandi, vnde extraneus ſic dotans dicitur donare iuxta leges, *l. ſi donaturus, ff. de conditione cauſa data, & l. vnica,* §. *accedit, Cod. de rei vxoriæ actione,* & Doctores, qui *ſequenti cap. numero* 135. referuntur, præter quos Tiraquellus alios allegans, *in l. ſi vnquam verbo donatione largitus, numero* 140. *Cod. de reuocand. vend.* vbi tradit id, quod dictum eſt, ſcilicet dotem eſſe titulum lucratiuum quoad mulierem dotatam ab extraneo, quod idem in terminis dicunt Bartholus *in l. final.* §. *ſi à ſocero, ff. quæ in fraud. cred.* Alexander. *conſil.* 71. *num.* 1. *lib.* 4. Ceuallos, *d. quæſt.* 73. *num.* 3. Valaſcus *conſ.* 31. *num.* 2. *&* 3. Anneus Robertus *loco citato,* Gratianus, *d. c.* 54. *num.* 12. Fontanella, *d. p.* 1. *n.* 43. & alij a Ceuallos relati & Doctores communiter. 108

An verò titulus dotis cenſeri debeat, & ſit lucratiuus reſpectu mulieris dotatæ à patre. Affirmant abſolutè, & abſque vlla diſtinctione, Alex. *in l. fideicommiſſariam, ff. ad Trebell.* Pinellus *in l.* 1. *part.* 3. *n.* 62. 109

verſic. infertur, Hotomanus *loco citato*, Campegius *d. q.* 56. Conſtantius Rogerius, *d. q.* 6. *num.* 3. Ceuallos, *d. quæſt.* 73. *numero* 2. 4. *&* 5. & alij apud eundem Ceuallum, Campegium, Conſtantium, Rogerium, & Fontanellam, *d. p.* 1. *num.* 39. *&* 40. vbi ait, *quod dicitur communiter, dotem quoad maritum eſſe cauſam oneroſam, quoad mulierem lucroſam.* Quæ affirmatiua probatur per Textus *in l. fin.* §. *ſi à ſocero, ff. quæ in fraud. Cred.* ibi, *quia intelligitur quaſi ex donatione aliquid* (ſermo eſt de Dote, quam filia à patre acceperat) in *l. fin. Cod. de dotis promiſſione in leg. cognouimus, Cod. de hæreticis* (in quibus Textibus dos à patre data appellatur liberalitas paterna) *in l.* 2. *Cod. de bonis, quæ liberis*, vbi Dos dicitur ſponté à patre dari, ſi enim Dos quoad patrem dotantem eſt donatio, liberalitas, & datio ſpontanea reſpectu filiæ dotatæ, cenſeri debet cauſa lucratiua, ex quo Hotomanus, *vbi ſuprà* infert, quod ſi pater rem aliquam filiæ in teſtamento legauit, & poſtea viuus ei in dotem dedit, filia legatum non petat, vt habetur, *l. filia, Cod. de legatis*, ne duæ cauſæ lucratiuæ in eandem rem, & perſonam concurrant.

110 Alij Doctores abſoluté, & indiſtinctè negant dotem eſſe titulum lucratiuum in filia à patre dotata, ita Valaſcus, Anneus Robertus, & Gratianus *locis, ſuprà, num.* 106. *allegatus*, & hæc ſententia probatur per Textus, *in d. l. fin. Cod. de dotis promiſſione, & in l. qui liberos, ff. de ritu nuptiarum*, quibus habetur patrem teneri dotate filias, ergo non eſt liberalis donatio Dos filiæ à patre data, cum nemo in neceſſitate liberalis cenſeatur, *l. rem legatam, ff. de adimen. legat.* & ſic Dos non eſt titulus lucratiuus reſpectu filiæ à patre dotatæ, & huius ſententiæ videtur eſſe Fontanella, *d. p.* 1. *n.* 44. ſi Dos paterna non excedat legitimam, ſi vero excedat, quoad exceſſum dicit dotem continere cauſam lucratiuam.

111 Petrus Barboſa *in l.* 1. *part.* 4. *numero* 23. *verſic. & eodem modo*, cum pater ex ſolo iudicis officio teneatur filias dotare (*vt infrà ſuo loco*) diſtinguit inter dotem à patre datam ſponte ante imploratum iudicis officium [quod ait non eſſe in conſideratione antequam ſit imploratum, *l. cum poſtulaſſem in princip. ff. de damno infect.*] vel poſt implorationem eiuſdem officij coactionem patris ad dotandam, igitur ſi pater implorato dicto officio coactus dotet, *Dos non poteſt dici liberalitas*, inquit Barboſa, *& ita non eſt titulus lucratiuus reſpectu filiæ dotatæ, ſi verò dotet pater ſponte ante omnem implorationem officij iudicis*, ait idem Petrus Barboſa, *rectè dici patrem vſum eſſe liberalitate, dotemque eſſe patris liberalitatem, & donationem*, vt in Textibus, *numero* 8. adductis dicitur, eo quod id, quod debetur per Iudicis officium, antequam dictum officium imploretur, non conſideratur tanquam debitum iuxta Fulgoſium, *in l. ſi ne vxor. ff. de donat. inter vir. & vxorem*, Ripam *in l.* 2. §. *ſi ſponſa, num.* 14. *ff. de priuileg.* & Alexandrum *in lib. ſi cum dotem in princip. numero* 10. *ff. ſoluto matrim.* ſubdit nihilominus idem Petr. Barboſa, *num.* 24. quod quamvis prædicta Iura, *num.* 108. adducta dotis dationem factam per patrem appellent liberalitatem, intelligendum eſt; non eſſe propriè liberalitatem, nec propriam donationem, quia cum inuitus ad hoc cogi poſſit, non poteſt dici ſponte dotaſſe, & ſic neque liberaliter, neque propriè donaſſe. Quaptopter addit idem Petrus Barboſa, *eodem, numero* 24. *verſic. Quare*, quod dum, *d. l. final.* §. *ſi à ſocero, ff. quæ in frau. credit.* probat titulum dotis cenſeri lucratiuum reſpectu mulieris à patre dotatæ, intelligendum [vt tradit Berrius, *cap. cum tu numero* 52. *de vſur.* eſt quod non ſit titulus merè lucratiuus, ſed quaſi medium teneat inter liberalitatem, & neceſſitatem, ſic variæ fuerunt circa hanc rem Doctorum opiniones.

A priori ſententia, *numero* 108. poſita, quam etiam approbat Petr. Barboſa, *d. num.* 24. *eodem verſiculo. Quare*, non videtur recedendum, tum propter Iura ibidem allegata dicentia dotem eſſe donationem, & liberalitatem, ex quo Doctores communiter dicunt patrem dotantem filiam eidem donare, *vt infrà cap. ſequenti, num.* 117. *&* 136. licet enim Dos à patre de neceſſitate debeatur filiæ, vt *infrà, cap.* 4. §. 1. *&* 2. probatur, quia tamen hoc debitum habet originem à coniunctione ſanguinis, & charitate, & affectione, ſeu pietate naturali, vt *dictis duobus* §. probatur, ideo in iure Dos à patre filiæ data dicitur donatio liberalis, ſeu liberalitas, quia in tam neceſſariis, & ſibi coniunctis perſonis [quales ſunt pater, auus, proauus, filius, nepos, pronepos, filia neptis, proneptis,] ſub liberalitatis appellatione debitum naturale perſoluitur, vt expreſsè habetur, *l. vnica, Codice de imponenda lucratiua deſcriptione.* Et ex hoc quod reſpectu filiæ per patrem dotatæ, cenſeatur Dos titulus lucratiuus, ſeu cauſa lucratiua, inferri poſſet, quod ſi filia dotata à patre committat cauſam ingratitudinis aduerſus patrem de contentis, *in l. fin. Cod. de reuocand. donat*, licet non poſſet pater conſtante matrimonio dotem, ſeu dotis donationem reuocare [vt conſtat ex Textu, *in l. ſi dote, Cod. de iure dotium, & in l. cum poſt*, §. *patrona, ff. eodem*, & poſt Boërium, *deciſ.* 29. & alios tradit Ceuallos, *d. q.* 73. *num.* 5.] quia vergeret in damnum mariti poſſidentis dotem titulo oneroſo, poſſe tamen reuocare ſoluto matrimonio poſt Pinellum, *d. num.* 62. *illat.* 32. & Matienzo tradit idem Ceuallos, *num.* 6. Quod non facile videtur admittendum, cum ſit donatio ex cauſa ſoluendi debitum Iuris naturalis, & ſaltem quaſi debitum ex Iure ciuili, & explicatur *infrà, cap.* 4. §. 1. 2. *& ſeqq.*

CAPVT II.

De nonnullis aliis eſſentiam & quidditatem dotis reſpicientibus.

SVMMARIVM.

Dos tantum promiſſa, & nondum ſoluta marito an ſit propriè Dos, an item Dos legata ſit propriè Dos, & vera Dos reſoluitur affirmatiuè. n. 2. ad 30.

Dos ſoluta, & Dos promiſſa nondum ſoluta in iure à pari procedit, & de vtraque idem ius ſtatuitur. num. 16. & 17.

Sicut traditione, ita promiſſione dotis reſtituitur Dos. n. 17. *Et ſola promiſſione mulier dicitur habere dotem,* ibid. & n. 27.

Dotis promiſſio, & diſtinctio habetur pro facto, & ſolutione, & dotis priuilegiis gaudet, habet tacitam hypothecam, nec poteſt alienari, & confertur. n. 16. 17. 19.

Ex dotis promiſſione per patrem, vel extraneum facta ſtatim acquiritur mulieri actio, nec promittens amplius eam poteſt reuocare. n. 17. & 30. *Qua ratione traditio maiorem habeat efficaciam.* n. 18.

Dos comprehendit etiam dotem tantum promiſſam. n. 25.

Et dotis contractus efficitur ſola promiſſione, & an Dos promiſſa ſit contractus nominatus. n. 24. *Dos promiſſa qua ratione deſeruiet matrimonij oneribus, ſi conſiſtit in fundo ſolum poſt traditionem ſit fundus dotalis.* n. 5. 7. 26. & 28.

Dotis fructus promiſſæ, an à marito poſſint donari vxori, n. 8. & 29.

Promiſſio de ſe obligando, de donando, de vendendo, de faciendo

faciendo contractum de danda venditori facultate redimendi an habeatur pro facto. n.9, 10.19.

Ex ſimplici dotis promiſſione obligatio ciuilis, & actio oritur ad dotem promiſſam conſequendam. n.10.17.& 22.

Pactum de lucro dotis vxore ſine filiis præmoriente an & quando comprehendat dotem promiſſam non ſolutam. num.31.32. 33. & 34.

An & quando vxor lucretur donationem propter nuptias ſtante pacto de illius lucro, vbi dotem non ſoluit marito. num.36. & 37.

De arrhis Hiſpanis quoad lucrum idem dicendum, quod de ratione propter nuptias. n.38.

Quæ ſint arrhæ de iure communi, & quæ apud Hiſpanos. 38.

Pactum de lucranda dote, vel donatione propter nuptias habet locum in deſponſata per verba de præſenti non carnaliter cognita, neque ad domum viri traducta. n. 39. & 40.

Statutum de lucro dotis ſimpliciter loquens, an & quando habeat locum in dote promiſſa nondum ſoluta, ratio ſimilis talis ſtatuti, & plurima de huiuſmodi ſtatuto. n. 41. ad 50.

Statutum tacitè, vel expreſsè loquens de lucro dotis datæ, an & quando habeat locum in dote promiſſa, & plura de hoc ſtatuto. n. 51. ad 57.

Statutum, quod maritus pro defuncta vxore ſine liberis non poſſit cogi reſtituere dotem, vel lucretur dimidium dotis reſtituendæ, an habeat locum in dote promiſſa. n.62.& 63.

Statutum, quod maritus præmoriente vxore retineat dotem, vel dos remaneat penes virum, an habeat locum in dote promiſſa tempore mortis vxoris nondũ ſoluta. n.64.& 65

Pactum, vt mortua vxore maritus non poſſit cogi reſtituere dotem, vel quod Dos penes ipſum remaneat, an habeat locum in Dote promiſſa. n. 65.

Statutum, quod maritus lucretur partem dotis, quam recepit, vel partem dotis penes maritum exiſtentis, an comprehendat dotem promiſſam. n.65.66.& 67.

Dos præſumpta dicitur & eſt, quæ data primo viro iuris præſumptione muliere ſecundo nubente cenſetur ſecundo viro conſtituta, & eſt vera dos. n.6. *Cenſetur conſtituta ea, quæ data in vltimo viro, ſi mulier plures habuit viros.* ibid.

In huiuſmodi Dote præſumpta, an habeat locum ſtatutum de lucro dotis, & quid in dote per legem ficta. n.70.

Et id ſtatutum quod maritus lucretur dotem conſtitutam, an habeat locum in eadem Dote præſumpta. n.72.& 73.

Statutum, quod maritus lucretur dotem conſtitutam, vel dotem promiſſam, an habeat locum in eadem Dote præſumpta. n.72. 72. & 74.

Statutum diſponit mulierem intelligi omnia bona dediſſe in dotem nulla Dote conſtituta non habet locum in ſecundo nubente ſine mentione dotis, ſecus ſi ſtatutum diceret, nulla dote expreſsè conſtituta. n.73.

Statutum de lucro dotis vxore præmoriente ſine filiis an locum habeat in deſponſata per verba de præſenti nondum carnaliter cognita, neque ad domum mariti traducta. n.75. ad 81. *& quid ſi matrimonium eſſet nullum, vel putatiuum.* n.85.

Quid ſi ſtatutum loqueretur de vxore cognita, & rubrica eſſet generalis, & quid. n. 82.

Statutum de lucro dotis loquens de nupta, vel muliere prædecedente in matrimonio habet locum in deſponſata per verba de præſenti. n.80.

An habeat locum in deſponſata ante matrimonij conſummationem ingrediente monaſterium, & profitente ſolemniter, & ſiue monaſterium ſit capax bonorum, ſiue incapax. n.87. & 88.

Quid ſi poſt conſummatum vxor matrimonium ingrediatur monaſterium, & profiteatur, ſiue poſt profeſſionem, ſiue ante profeſſionem moriatur ſuperſtite viro, an tunc vigore præfati ſtatuti, vel ſimilis pacti dos debeatur viro, vel monaſterio capace bonorum. n.91.92.93.

Qui ſint religioſi capaces, vel incapaces bonorum. n.89.

Hodie omnes moniales etiam mendicantes S. Claræ ſtrictioris regulæ ſunt capaces bonorum in communi, ibidem.

Statutum de lucro dotis loquens de vxore ducta ſimpliciter an procedat in deſponſata non traducta. n.94.

Quid ſi loquatur de copulata viro. n. 95.

Statutum de lucro dotis loquens de vxore traducta, vel cognita carnaliter, vel quæ habitauerit cum viro, vel in domo viri deceſſerit, quomodo intelligendum. n.96.

Statutum de lucro dotis vxore præmoriente ſine filiis non habet locum, ſi vnica filia exiſtat, & ſi hæc repudiauerit dotem maternam; an debeatur Dos marito, vel vxoris defunctæ heredibus. n.97.

Statutum præfatum an habeat locum ſi extent filij vxoris ex primo matrimonio, vel nepotes ex filia præmortua, & quantum lucretur maritus, ſi filij primi matrimonij extent. n.98.

Quid in augmento dotis facto à primo marito, vel à fratre ſorori ſecundo nubenti, ibid. *Et quid ſi ſtatutum de lucro dotis faceret mentionem de filiis primi matrimonij.* n.99.

Si ſtatutum deferat lucrum tertiæ partis dotis, & bonorum vxoris marito non extantibus filiis communibus, ipſis verò extantibus deferat hæreditatem filiis ſecundi matrimonij excluſis filiis primi, an habeat locum ſi mulier teſtata ſit. ibid.

Statutum excludens filiam dotatam, vel maritatam, an habeat locum ſi Dos tantùm fuerit promiſſa, vel in Teſtamento patris relicta. n.100. ad 105.

Diſpoſitio auth. quamuis Cod. de rei vxor. act. quod pater dotem datam filiæ ex primo matrimonio ad ſe reuerſam indiminutam filiæ ſecundo nubenti dare debeat, an procedat in dote promiſſa. n. 106. *Procedit dicta diſpoſitio etiamſi Dos primi matrimonij fuerit immodica, & filia nupſiſſet ſine patris conſenſu viro non tanta Dote digno, & etiamſi filia ingrederetur monaſterium.* ibidem.

Dos pro matrimonio à patre data ad eum reuerſa ob non ſequutum matrimonium tota danda eſt filiæ pro alio matrimonio. n.107.

Pater conſtituendo dotem filiæ in Teſtamento vel promiſſione cenſetur donaſſe, nec poteſt illam diminuere niſi eſſet inofficioſa. n.106.& 107.

Hypotheca pro Dote ſiue reſtituenda, ſiue danda alia tacita ex legis diſpoſitione, alia expreſſa vt quando in contractu dotis ſpecialiter & expreſsè mulier, vel alius promiſſor dotis pro dotis ſolutione, & maritus pro dotis reſtitutione propria bona obligat. n.108.

Hypotheca tacita à iure inducta, & expreſſa in bonis mariti pro dotis reſtitutione an incipiat à tempore ſolutæ dotis, vel à tempore contractus, vel à tempore contracti matrimonij. n.109.110.111.112. *& plura alia de hypotheca pro dote reſtituenda.* ibid. & n.113.& 115.

Sponſa pro dote tradita ſponſo intuitu matrimonij contrahendi an habeat tacitam hypothecam in bonis ſponſi, & alia priuilegia dotalia non ſequuto matrimonio. n.114. *Et quid ſi matrimonium fuerit nullum.* ibid.

Dos per patrem promiſſa in capitulis matrimonialibus pro filia ſponſo intuitu futuri matrimonij, eo non ſequuto; an ratione tacitæ hypothecæ, vel expreſsè adhibitæ in fauorem filiæ habeat prælationem reſpectu poſteriorum creditorum patris. n.116.& 117.

Dos ſemel à patre promiſſa pro filia pro matrimonio, eo etiam non ſequuto non poteſt reuocari, neque diminui. n.117. *ea dos cenſetur donata, quæ donatio valet etiam facta filiæ abſenti, cui acquiritur actio ad illam dotem, & etiamſi ſit facta pro Dote filiæ in poteſtate conſtitutæ.* ibi.

Dos ſemel à patre conſtituta filiæ ſi primo matrimonio ſoluto reuertatur ad patrem non confunditur in patris patrimonium, & eo mortuo tota dotis actio ſoli filiæ accreſcit. num. 117.

Si eodem die eſſet contractum matrimonium, vel conſtituta dos marito, & maritus contraxiſſet debita, in dubio prioritatis temporis iudicandum pro Dote. n.118.

Qui de hypotheca, & prælatione dotis ſunt à Doctoribus tradita, iuxta ius ciuile, procedunt, & ſeruanda ſunt etiam in foro conſcientiæ. n. 119.

Dos propriè, & habens dotis priuilegia non eſt neque intelligitur ſine matrimonio, ſeu niſi reſpectu matrimonij. n. 120. *an propriè Dos eſſe, & dici poſſit conſtituta poſt ſponſalia ante contractum matrimonium*, n. 121. & 122

Poſt contractum matrimonium & eo conſtante eſt vera Dos etiamſi matrimonium non ſit conſummatum. n. 123.

Quid de Dote putatiua an, & quando habeat vera dotis priuilegia. n. 124. & 125.

Dos poſt diſſolutum matrimonium non reſtituta mulieri ſuperſtiti, & iam viduæ reſtituta an ſit vera Dos. n. 126. ad 131.

Dotis promiſſio ſimpliciter facta ante matrimonium habet, niſi tacitam conditionem, ſi matrimonium ſequatur, & etiamſi fiat, poſt ſponſalia, n. 132.

Prædicta conditio nuptiarum an defeciſſe intelligatur ſi nuntius remittatur. n. 135.

Promiſſio dotis intelligitur de primis nuptiis. ibid.

Tempus in promiſſione dotis ad illam ſoluendam, puta in anno proximo non à die promiſſionis, ſed à die contracti matrimonij incipit currere. n. 134.

Dos ſoluta ante matrimonium eo non ſequuto poteſt repeti ob cauſam non ſequutam. ibid.

Si extraneus dotem ſimpliciter pro puella certo viro in matrimonio deſtinata ante, vel poſt ſponſalia non ſequuto matrimonio cum eodem viro promiſſio non tenet, neque mulieri ius pro alio matrimonio eſt acquiſitum. n. 135.

Secus ſi extraneus habuerit animum donandi mulieri ibidem. Explicatur L. vnica, ff. accedit, Cod. de conditio. cauſa data. ibid.

Si dos ſimpliciter, & abſque pacto, vt ſoluto matrimonio ſibi reddatur, eſt per patrem promiſſa pro filia ante, vel poſt ſponſalia, filiæ etiam abſenti acquiritur irreuocabile ius etiam eo matrimonio non ſequuto. n. 136.

Promiſſio facta à patre nomine filiæ intelligitur nomine dotis, ſi facta contemplatione nuptiarum, licet de Dote nihil fuerit dictum. ibid.

Ratio differentiæ inter patrem, & extraneum promittentes dotem pro muliere intuitu matrimonij, numero 137.

Qua ratione pater, & extraneus dotando ſtipulantem dotem ſibi reſtitui ſoluto matrimonio æquiparentur. numero 137.

Vſus dotandi mulieres, nuptuì traditas antiquiſſimus, & qualis apud gentes, Græcos, Indos, & Thraces, ac Lacedæmonios, atque Romanos. n. 138.

Dos non eſt de ſubſtantia matrimonij, neque illi neceſſario annexa, licet regulariter, & de conſuetudine ſine dote non ſoleat contrahi, etſi ex tali conſuetudine non præſumitur neceſſario dotis conſtitutio nec incerta boni viri arbitrio taxanda. n. 139. 140.

Maritus ob non ſolutam dotem non poteſt vxorem repudiare, vel domo repellere, vel alimenta denegare, aut curationem in ægritudine. n. 141.

Dos eſt mulieris patrimonium iuxta leges, numero 142.

Et præſertim poſt ſolutum matrimonium, ſi ei ſit reſtituta. n. 143.

Et an etiam reuerſa ad patrem dicatur, & ſit mulieris patrimonium, & an etiam conſtante matrimonio. n. 144. 145. & 146.

Mulier an conſtante matrimonio habeat dominium rerū dotalium ſiue ab ipſa tanquam Domina marito traditarum, ſiue profectarum à patre, & quæ debent ad eundem patrem reuerti ſoluto matrimonio, n. 146.

Dos à patre profecta an ſoluto matrimonio per mortem filiæ debeat redire ad patrem etiam extantibus filiis, ibidem.

Dos ante matrimonium; an & qua ratione ſit mulieris patrimonium. n. 147.

QVAMVIS ea, quæ in hoc capite ſecundo pertractantur inferius poſt plura alia ad materiam dotis ſpectantis, potuiſſent explicari, tamen quia vel conferunt ad maiorem declarationem eſſentiæ dotis, vel ex dotis eſſentia & quidditate colligi poſſe videntur, de illis hoc caput ſecundum inſtituendum cenſui.

§. I.

Dos promiſſa, antequam ſit viro tradita, an ſit propriè Dos?

ARdua eſt quæſtio hæc, in qua magnus eſt conflictus, de qua præcipuè ſcribentes in rubricam, *ff. ſoluto matrimonio.*

1 Negatiuam ſententiam, & non eſſe, nec dici propriè poſſe dotem, ſed tantùm impropriè, ſeu ſecundùm quid ſcilicet dotem promiſſam, ſeu dotem in ſpe ſeu dos futura, nempe poſt traditionem tradidere Alexander. *in d. rub. ſoluto matr. à n. 27. ibid.* Roinus *n. 172.* Socinus iunior *n. 13. in 3. parte*, Aleiatus *n. 36.* Socinus ſenior *in l. de diuiſione, ff. ſoluto matr.* quos & alios allegat Petrus Barboſa *in d. rub. ſoluto matr. p. 4. n. 1.* Baldus Nouellus *de dote p. 1. à n. 16. & p. 10. n. 39.* Antonius Hubertus *de dote, cap. 2. n. 13.* Corraſius *in rub. ſoluto matr. in lectura 2. n. 22.* Landenſis de Analogia *l. 1. cap. 6. num. 31.* Albertus Brunus *de ſtatut. excluden. fœm. art. 6. n. 22. 3.* Martha *de ſucceſſ. p. 11. q. 13. art. 6. n. 8. cum pluribus ſeqq. ad 30.* Vbi dotem relictam, & promiſſam latè probat, non eſſe propriè dotem, P. Barboſa *d. p. 4. cit. n. 1. & n. 34. & 35.* Mantica *de tacit. & ambig. conuent. l. 12. tit. 4.* & ex Theologis Rebellus, *de obligat. iuſt. p. 2. lib. 5. quæſt. 1. num. 16.* & Palans *de iuſt. tr. 32. d. 9. p. 2. n. 3.* probatur hæc ſententia.

Primò ex nominis dotis Etymologia, cum dos (*vt præcedenti cap. num. 3.* notatum eſt) dicta ſit à dando, & enumeretur inter donationes, vt *eodem num. 3.* pariter notatum eſt, & donatio ſine traditione, & acceptione non intelligatur *l. abſenti, ff. de donat.* cùm ſit doni datio, ſeu dicatur quaſi doni datio, vt eodem *n. 3. & l. ſenatus, §. 1. ff. de donatione cauſa mortis.* Vnde dotem ab executione nomen accepiſſe tradunt Bartholus *in l. Iuris gentium, in principio, ff. de pactis*, Ioannes Boſcheius *de legit. nupt. lib. 3. num. 8.* & Corraſius *d. num. 22.* vbi ex ſententia grauiſſimorum Grammaticorum obſeruat dotem non eſſe, niſi interueniat traditio, & acceptio. Hinc.

2 Secundò probatur, nam contractus dotis perficitur traditione per Bartholum *in d. l. Iuris gentium*, & ante traditionem contractus dotis non eſt contractus nominatus iuxta Doctores *in d. rub. ff. ſoluto matr.* Dos ergo promiſſa non eſt propriè Dos.

3 Tertiò, quia dotem non Scriptura dotalis Inſtrumenti, ſed numeratio facit *l. 1. Cod. de dote cauſa non numerata.*

4 Quartò, pro hac eadem ſententia facit Textus *in l. ſi ſocius, ff. pro ſocio circa finem*, ibi, *verum in propoſito largiùs intereſſe videbatur Dos numerata eſſet, an verò promiſſa.*

5 Quintò, quia res, ſeu ſpecies promiſſa pro dote, nempe fundus pro dote promiſſus non efficitur dotalis ſine traditione, ſeu niſi poſt traditionem, traditamve poſſeſſionem *d. l. de diuiſione, ff. ſoluto matr. l. dotale, §. dotale prædium, ff. de fundo dotali*, Bartholus *in d. l. de diuiſione, n. 1. ibid.* Caſtro *num. 3.* Iaſon *num. 5. in 3. notabili, & num. 8. verſic. tamen licet*, & Rota Romana apud Buratton *deciſ. 287. n. 12.* ergo neque ante traditionem dicitur Dos.

Sextò,

6 Sextò, quia mulier ex ſola promiſſione dotis, non dicitur eſſe dotata, ſed poſtquam eſt ſoluta marito, *l. Titio centum, §. Titio genero*, ibi, *hoc enim, & mulieris intereſt, vt incipiat eſſe dotata, ff. de conditionibus, & demonſtrationibus.*

7 Septimò, quia nulla eſt dos, quæ oneribus matrimonij non deſeruiat, *l. ſi pater mulieris in fin. ff. de Iure dotium*, dos autem ſolum promiſſa & nondum tradita non poteſt oneribus matrimonij deſeruire, *l. cùm pater, ff. de pactis dotalibus.*

8 Octauò, quia dotis fructus pertinent ad maritum pro oneribus matrimonij, & ſi permittat vxorem eos percipere, repetitionem habet, quatenus mulier locupletior facta eſt *l. pro oneribus, Cod. de Iure dotium.* At cum dos promiſſa tantùm eſt, valet abſolutè conuentio (inquit Socinus iunior *vbi ſupra*) vt mulier fructus habeat *l. Iulianus, ff. de Iure dotium.* Ergo dos promiſſa non eſt propriè, & vera dos.

9 Nonò, & vltimò probatur ex Roino *in d. rub. ff. ſoluto matr.* vbi dicit dotem promiſſam cenſeri pactum de danda dote, ſeu dotando, quod aliud eſt, ſicut pactum de vendendo, vel donando, non eſt vendere, vel donare *l. legitima, ff. de pactis*, Bartholus *in d. l. Iuris gentium*, Baldus, & Angelus *in l. 1. Cod. de pactis pignorum*, Tiraquellus alios allegans *de retractu conuent. ad fin. tit. num. 42.* vbi ait eoſdem Doctores ex hoc inferre, quod ſi de contractu venditionis debet ſolui gabella, non ſoluitur de pacto de vendendo, quia ea promiſſio non eſt venditio. Promiſſionem enim de faciendo contractu non eſſe contractum, qui in ea fieri promittitur poſt Bartholum & alios notat idem Tiraquellus *vbi ſuprà num. 44.* ſicut, & pactum de commodando, deponendo, vel mutuando, non eſſe commodatum, depoſitum, aut mutuum tradit ibidem cum aliis idem Tiraquellus; vnde *num. 45.* ex Paulo de Caſtro, & Iaſone, dicit quod ſi facta eſt tantùm promiſſio de vendendo, & is, cui facta eſt, aliquid ſoluit pro venditione futura, poterit pœnitere, antequam fiat venditio, & id repetere, quod ſoluit, *& numeris ſequentibus vſque ad* 61. pluribus exemplis propoſitis proſequitur, probare promiſſionem non eſſe id, quod promittitur. Quamvis idem Tiraquellus *dicto num. 61.* in caſu de quo ibi agit, ſcilicet promiſſionis ab emptore prædij factæ de danda venditori facultate redimendi prædium venditum reſtituto pretio intra certum tempus, tradat promiſſionem habuiſſe vim facultatis conceſſæ, & venditorem eiuſdem promiſſionis vi potuiſſe agere, vt emptor reuenderet reſtituto pretio, non verò potuiſſe tantùm agere, vt ei daretur ea facultas prædicta, iuxta Doctores huius ſententiæ.

10 Aduertunt tamen iidem Doctores præſertim Petrus Barboſa *d. n. 34. & 35.* & poſt eum Rebellus *d. num. 13.* quod licèt promiſſio dotis non ſit contractus dotis, & ex ea promiſſione de dotando Iure antiquo non daretur actio, niſi in tribus caſibus, vt ex Gaio *lib. 2. inſtit. tit. 10.* & Purpurato *in l. 2. §. creditum, n. 73. ff. ſi certum petatur*, teſtatur P. Barboſa *d. num. 34. in fine*, ſcilicet, quando ipſa mulier, vel eius pater vel etiam debitor mulieris promittebat; hodie tamen, non obſtante quod alias ex nudo pacto ciuilis obligatio non oriatur *d. l. Iuris gentium, §. nuda, ff. de pactis*, & ſimplici dotis promiſſione, ſicut ex contractu dotis obligatio ciuilis, & actio oritur, cenſeturque ſimplici promiſſioni dotis ineſſe tacitam ſtipulationem *l. ad exactionem, Cod. de dotis promiſſione, & l. vnica in principio, & §. & vt plenius, Cod. de rei vxoriæ actione*, & tradunt communiter Doctores. Propter quæ Iura idem P. Barboſa *d. parte 4. n. 44. in fine*, aſſerit hodie promiſſionem dotis dici legitimam conuentionem propter legis confirmationem, vel conuentionem ficta ſtipulatione vallatam, de qua relatius *infra cap. 9. §. 2.*

Præfatæ ſententiæ non obſtare aiunt Corraſius, 11
Mantica, P. Barboſa & alij apud eundem Barboſam, quod in Iure ciuili *d. l. de diuiſione*, & in aliis legibus *infra* allegatis pro oppoſita ſententia, & paſſim dos promiſſa appelletur dos; nam vel appellatur dos non ſimpliciter, ſed cum adiuncto ſcilicet dos cauta, vel promiſſa, vel ſi appelletur ſimpliciter, id fit per figuram, quæ dicitur Prolepſis, ſiue anticipationem, habita ratione eius, quod futurum eſt, cum promiſſor ad dandam dotem ſit obligatus, & ſic dos ſit futura ſequuta traditione, ſeu ſolutione, & ſic etiam aiunt in Iure mulierem, cui dos fuit promiſſa, cenſeri ſeu dici dotatam per fictionem, & anticipationem, ſeu non actu, ſed potentia, ſcilicet, quia dos promiſſa tradenda ſit, & ſic dicitur dotata reſpectu traditionis ſeu ſolutionis futuræ, & quia qui actione ad rem aliquam habet, rem ipſam habere videtur *l. qui actionem, ff. de reg. Iuris.*

Non etiam obſtare ait Corraſius, quod in pactis, & 12
ſtipulationibus verba ſtrictè accipiantur *l. veteribus, ff. de pactis, & l. quicquid, ff. de verbor. oblig.* & tamen pactum, aut ſtipulatio de dote lucranda poſt mortem vxoris, dotem quoque promiſſam comprehendit *l. ex morte in fine, Cod. de pactis conuentis*, & idem in ſtatutis lucrum dotis marito deferentibus *l. mulier, ff. de conditionibus Inſtitutionum*, quorum verba pariter propriè accipi debent *lib. 3. §. hac verba, ff. de negotiis geſtis.* Reſpondet enim id contingere propter identitatem rationis contrahentium & ſtatuentium, quam magis ſequi conuenit, quàm ſcripturam, aut ſubtilem, & rigoroſam proprietatem verborum; cùm in ſtatutis ex identitate rationis ducatur argumentum de propria, & ſtricta ad latam ſignificationem *arg. l. filium habeo, ff. ad M ced.* quam reſponſionem affert etiam Mantica *d. titul. 4. num. 12. & 13.* tam enim pacto, quàm ſtatuto lucrum dotis marito defertur propter onera matrimonij, quæ ſuſtinere debet, vt cum aliis idem Mantica *ibidem, & tit. ſequenti, n. 4.* quæ ratio habet locum etiam in dote promiſſa, & ſi nondum fuerit ſoluta, præſoppoſito, quod maritus onera matrimonij ſuſtinuerit. Quibus tamen non obſtantibus.

Contrariam ſententiam, & dotem promiſſam non- 13
dum ſolutam, & ante traditionem eſſe propriè, & veram dotem aſſerunt Gloſſa *in l. cum poſt, §. 1. verbo habet dotem, ff. de adminiſtr. tuto. & in l. vnica, § accedit, Cod. de rei vxor. act.* Angelus *conſ. 180. n. 2.* Ripa *in rub. ff. ſoluto matr. num. 58. ibidem*, Bolognettus *n. 144. & à num.* 180. Alexander *num.* 36. Niconitius *num.* 150. Vincentius Saluiolus *à num.* 69. Camillus Viſitatinus *num. 73.* Aretinus *Columna penultima ad medium*, Thomas Parpalia *num. 29.* Bolgarinus, & alij ſcribentes *ibidem*, Baldus *in l. ſi pater, verbo deſtinatis, Cod. de ſponſ. & conſ. 224. lib. 5.* Vaconius *lib. 6. declarationum Iuris, cap. 93.* Matthæus Brunus *conſil. 90. num.* 4. Ioannes Boſcheius *de legit. nupt. lib. 3. n. 8.* Campegius *de dote, p. 1. quæſt. 2.* Rolandus à Valle *de lucro dotis, quæſt. 5.* Phanucius *de lucro dotis, verbo reſtituenda, n. 21.* Afflictus *deciſ. 61. & ibidem*, Viſillus Tiraquellus *de retractu conuent. ad finem tit. num. 32.* Andreas Gayllus *practic. obſeru. lib. 2. obſeruat. 79.* Menochius *de præſumpt. lib. 6. Præſum. 1. num. 21.* Guido Papa *quæſt. 565. n.* 3. Ioſeph Ludouicus *deciſ. Peruſina 21. parte 1. à num. 9.* Hieronymus Magonius *deciſ. Florent. 86.* Valaſcus *conſult. 3. num. 1.* Franciſcus Molinus *de ritu nupt. lib. 3. quæſt. 30. num.* 10. Fontanella *de pactis nupt. tom. 2. clauſula 7. Gloſſa 2. p.* 2. Andreas Fachineus *controuerſiarum Iuris lib. 10. cap. 24.* Gaſpar Theſaurus *quæſt. for. l. 2. quæſt. 73. num. 2. & quæſt. 75. n. 2.* Auguſtinus Barboſa *de appellat. verbor. ſignificatione, appell.* 84. *num.* 2. Paſchalis *de viribus patria poteſt. cap. 4. num. 87. 88. 95.* Camillus Borellus *in ſumma deciſ. p. 3. tit. 4. n. 341. & tit. 5. n. 29.* Aloyſius Riccius *in collect. deciſ. p. 4. collect. 804.* Molfe-

ſius *in conſuet.Neap. p. 6. de Iure dot. q.2. n.11.12.13. & 14.*Rota Romana apud Achillem de Graſſis *deciſ.13. num.2.de conſtit.*apud Ludouicum *deciſione 5.num.1.* vbi Beltraminus] *deciſ.248.n.6.p.4. diuerſ.d.432. n.2.* apud Burattum, *ibidem* latè alios allegans Ferentillus, qui alias Rotæ deciſiones allegat. Stephanus Gratianus *diſcept. for. to.4.cap.666. num.22.& ſequentibus*, & innumeri alij Iuriſperiti apud Tiraquellum, Paſchalem, Valaſcum, Franciſcum Molinum, Magonum, Lud.Ioſeph. Ferentillum, & Auguſtinum Barboſam. Quapropter certum eſt hanc ſententiam eſſe magis communiter receptam, vt fatetur etiam Petrus Barboſa *allegata p. 4. in rub. ff.ſoluto matrim. num. 1. initio.*

14 Hæc ſententia, quod dos promiſſa tantùm, & nondum marito ſoluta ſit propriè dos; primò probatur quia in iure, ſeu legibus appellatur ſimpliciter dos, *Cod. de dotis promiſſione, l. ſi pro dote, l.ad exactionem, Cod. eod.tit. in rub. Cod.de dote cauta non numerata, l. ſi ſocer, §.Pucius, ff. ſoluto matrim. l. vltima, Cod. ſoluto matr. l.de diuiſione, ff. ſoluto matr. l.Theompompus, ff. de dote prælegat. l. nuptura, l. generalis, ff. de Iure dot. l.ex morte, Cod.de pactis conuentis, l.ſi mulier, §.ſi dos, ff.quod metus cauſa, l.vnica, §.accedit, Cod.de rei vxor. act. §.Dotes, verſic.ſi verò, Auth.de nuptiis*, & alibi frequentiſſimè, vt ex mox dicendis conſtabit. Nec eſt veriſimile à Iuriſconſultis ſapientiſſimis, & legiſlatoribus toties dotem promiſſam appellari dotem per fictionem, aut figuram anticipationis, & impropriè; ſed ita appellarunt, quia dotem veram cenſuerunt, & idem Ius eſſe de ea, ac de dote ſoluta, & tradita, vt etiam ex ſequentibus apparebit. Igitur,

15 Secundò probatur, quia in Iure dos data, & promiſſa nondum ſoluta, & tradita à pari procedunt, & idem Ius de vtraque ſtatuitur *l.vltima*, ibi, *ſed ſimpliciter dotem dederit vel promiſerit, Cod.de dotis promiſſione, l.ſi pater ignorans, ff.ſoluto matrim. l.ſi quis tutoris*, ibi, *vel ſuprà his data vel promiſſa, Cod. de interdicto matrimonio, d.l. ex morte, verſic. ſimilique modo*, ibi, *vxorem ducturo dotem dederit vel promiſerit, Cod. de pactis, l.vt liberis*, ibi, *dederit vel promiſerit, Cod. de collationibus, l. filiæ*, ibi, *dotem à patre datam vel conſtitutam, Cod. eodem titulo, d. l. vltima*, ibi, *dos, quæ data dicitur, vel promiſſa, Cod. ſoluto matrimonio, & l.ſi quis incerti*, ibi, *dos, ſi qua fortè ſolemniter aut data, aut promiſſa fuerit, Cod.de incertis nuptiis.*

16 Tertiò, quia dos tantùm promiſſa non ſecus confertur, ac ſi tradita fuerit *leg.1. §.1.* ibi, *& ſi tantùm promiſſa ſit dos, ff. de dotis collatione, & l.2. Cod. de collectionibus*, verba ſunt; *ſi pater inteſtatus deceſſerit relictis duobus filiis, & filia, cuius nomine dotem promiſerat portiones hæreditatis, æqua ſunt, & dos nihilominus ita conferenda eſt, &c.*

17 Quartò, quia ex dotis promiſſione, ſeu dote promiſſa, dicitur mulier dotata, ſeu habere dotem, *l. cùm poſt mortem, §.1.* ibi, *ſed his de quo tractamus ſi non donandi animo, ſed negotij gerendi cauſa dotem promiſerit habet mulierem obligatam, & poterit dici, manente matrimonio etiam teneri, quia habet dotem, ff. de adminiſtr. tutor. lib.1. §.accedit, Cod. de rei vxor. actione*, ibi, *vel pactum* (ſcilicet dotem dandi) *fecerit, tunc præſumitur mulierem ipſam ſtipulationem feciſſe, vt ei dos ex huiuſmodi caſu accedat, lib.1. §.ſi ſub conditione, ff. de dotis collatione*; vbi dicitur, *quod mulier ſub conditione dotata incipit eſſe dotata, poſtquam purificata eſt conditio, dicta l. Titio centum, §.Titio genero, ff. de conditionibus & demonſtrat.* vbi, filia cui pater facit legatum dotis, dicitur etiam incipere eſſe dotata, *legati* (ait lex) *quidem emolumentum ad Seiam, quæ dotem habere incipit, pertinebit.* Ex his igitur conſtat, quòd dos tantùm promiſſa, vel legata eſt propriè, & vera dos, & quod ſicut rerum traditione, ita ipſa dotis promiſſione creatur, ſeu conſtituitur, & in eſſe deducitur, & quod dotis promiſſio, & eius datio, ſeu ſolutio æquiparantur, ita quòd illa dotis promiſſio, & deſtinatio habetur pro facto, & pro ſolutione, & omnibus dotis priuilegiis gaudeat, vt per prææallegatos textus tradunt Gloſſa, & Salicetus *in d. §. accedit*, Angelus *conſ.76.* Ioannes Boſcheius *allegata l.3. n.8.* Rolandus *citata quæſt.5. n.6. verſic. quartò facit*, Phanucius *d.verbo reſtituenda, n.22. initio*, Brunus *de ſtat. exclud. fœmin. art. 6. quæſt.3. caſu 4.* Gabr. *conſ.15. n. 43. l.1.* Ioſeph. Lud. *d. deciſ. 21. n.10.* Mogonius *d. deciſ.86. n.3.* Tiraquellus *allegato n.32.*Guido Papa *loco ſuprà citato*, Vallaſcus *vbi ſuprà*, Gaſpar Ant.Theſaurus *qq.for. l.2.q.75. n.2.* Molfeſius *d.q.21. n.4.* Rota Romana *d.deciſ.432. n.2.* apud Burattum Franciſcus Molinus *d.q.30. 10.* Gratianus *d.cap.666.n.23.* Surdus *deciſ.287. num.2. & 14.* vbi tradit dotem promiſſam habere tacitam hypothecam à lege inductam, quod etiam tradunt communiter Doctores, qui *infrà hoc cap. num.11.* allegantur, & alij apud eoſdem, alij apud Rolandum & Phanucium, & alios allegans Paſchalis *allegato cap.4. n.87. & 88.* vbi & confirmat quod ex promiſſione dotis per partem, vel extraneum facta ſtatim acquiritur filiæ, ſeu mulieri actio, vt affirmant Angelus *in l. quoties, ff. ſoluto matr.* & Gabr. *conſ. 58. n. 9. vol. 1.* & conſtat ex textibus *in d.l.1. §.accedit, Cod. de rei vxor. act. & in l. ad exactionem, Cod. de dotis promiſſione*, & ſequens ſolutio, ſubdit idem Paſchalis, fit ex neceſſitate præambulæ promiſſionis. Quare, & rem præparatam, vt ſit dotalis habere priuilegia dotis notat idem Paſchalis *num.95.* ex Textu *in l.lex Iulia, ff.de fund. dot.* & Socinus *in rub. ff. ſolut. matr. n. 4.* vnde (ſubdit) alienari prohibita permittuntur alienari pro dote conſtituta nondum nuptæ, vel non nubilis ætatis iuxta Bartholum *in l.à filia, ff. ad Trebellianum, & in l. qui pupillum, ff. de adult. & in d. l.Titio centum, §. Titio genero, ff. de conditione & demonſtr.*

Idem Paſchalis *eod.cap.4.n.96.*ait, quod licet aliquando dotis datio, ſeu traditio maiorem haberet efficaciam, quàm promiſſio, illud tamen eſt reſpectu viri in quem ex ſola promiſſione non ſequuta traditione rei dotalis non tranſit dominium *allegata l. de diuiſione, ff. ſoluto matr. ibidem.* Baldus, & alij Iuriſperiti *ſuprà num.5.* relati, & Rota pariter *eodem n.5.* allegata. Reſpectu verò patris promittentis, & mulieris, pro qua promittitur nulla eſt differentia inter dotem datam, vel promiſſam, cùm non plus Iuris ex dote viro conſignata, quàm ex promiſſa mulieri acquiratur; & hoc idem prius aduertiſſe Laurentium Siluanum *conſ.2. ſub num.74. verſic.& licet datio dotis in 1.parte*; teſtatur *ibid.* Paſchalis. 18

Confirmant tradita *num.17.*quod ex promiſſione dotis, conſtituitur dos, & eius promiſſio, & ſolutio æquiparentur, & promiſſio ipſa habeatur pro ſolutione ex eo, quod promiſſio mariti de ſe obligando, & cauendo pro reſtitutione dotis habetur pro ipſa obligatione, vt contra talem ſic promittentem, de ſe obligando poſſit agi, non ſecus ac ſi ſe obligaſſet, vt (quidquid ſecus ſenſerint Mantica *de tacit. & ambig. conu. l.3. tit.15. n.84. & ſeq.* & nonnulli alij relati à Stephano Gratiano *diſcept.for. tom.5. cap.964. n.24.*) eſſe communiter receptum teſtatur Gabr. *conſ.58. n.11. l.1.* & ita Afflictus, & Vrtillus *vbi ſuprà*, Gaſpar Ant.Theſaurus *lib.2.q.75.n.2.* Rota Romana *deciſ.719. num.6. & in aliis deciſionibus, ibid.* Gratianus *d.cap.964. n.25.*(vbi allegat Doctores *in l.4. §.Cato, ff.ſi certum petatur.* Ruinum, Alexandrum, Socinum, Iaſonem, Curtium iuniorem, & Purpuratum) & Camillus Borellus *d.tit.4.n.341.& 343.* plures alios referens. Item promiſſionem de donando haberi pro donatione vltra Afflictum, & Vrtillum *loco citato* notat Ferentillus *in annotatione ad dictam deciſ. 719.* Buratti ex Bartholo *in l. quod dicitur 2. ff. de verb.obligat.* 19

Alciato

Alciato *reſp.* 117. *num.* 100. Surdo *conſ.* 531. *num.*8. Menochio alios allegante *conſ.*1. *n.* 134. *conſ.*92. *n.*27. 34. & 63. & *conſ.* 967. *n.*1. Rota Romana *in Romana donationis de* 17. *Caſtellanis. Iun.* 1630. *coram Coccino*, Et Stephano Gratiano alios referente *d. to.*5. *cap.*887. *num.*20. & ita ex promiſſione, ſeu pacto de donando agi poteſt tanquam ex ipſa donatione iuxta *l. ſi quis argentum*, §.*pen. C.de donat.* vt in terminis Surdus, Rota, & Ferentillus, & plurimi alij quos P. Barboſa *ad l.* 1. *p.*3. *num.* 3. *ff. ſoluto matr.* refert, ſicut ergo ſecundum præfatos Doctores in promiſſione mariti de ſe obligando ſeu danda cautione pro reſtitutione dotis continetur ipſa obligatio, ſeu cautio, & in promiſſione ſeu pacto de donando continetur ipſa donatio, ita in promiſſione dotis, ſeu de dotando continetur ipſa dos.

20 Quintò probatur ſecundùm Bulgarinum *in rub. ff. ſoluto matrim.* & Phanucium *d. num.* 22. ſcilicet, quod dos eſt res juxta tradita *cap. præcedenti*, *n.*35. & 44. ac proinde non debet dici minus propriè dos, quia promiſſa, quam ſi eſſet tradita, ſicut res talis non dicitur minus propriè data, quia promiſſa, quàm ſi eſſet tradita; ſi hæc quod ſit promiſſa tradita, confeſſata, & ſimilia ſunt accidentia dotis, ſeu eius qualitates, quæ non inducunt differentiam in ſubſtantia.

21 Sextò ſecundum Rolandum, & eundem Phanucium probatur quod ſtipulatio de dote lucranda comprehendit dotem promiſſam *d. l. ex morte*, *Cod. de pactis conuentis*, ibi *dederit*, *ſeu promiſerit*, &c. & ſimile pactum de dote lucranda procedit etiam in dote promiſſa per Textum, iuncta Gloſſa *in l.mulier, verſic. debebat*, *ff. de conditionibus Inſtitutionum*, & Doctores *in* §. *dotes*, *in verbo percipient*, *Auth. de nuptiis*, & tamen ſtipulatio ſtrictè intelligi debet, *l.quicquid aſtringendæ*, *ff. de verbor. obligat.* Quibus Phanucius *n.* 23. ait, non obſtare Textum *in* §.*penultimo*, *Auth. de non eligendo ſecundò nubentes*, quia ibi partum de lucrando dotem, ideò reſtringitur, non procedere in dote non ſoluta, quia æqualitas eſt ſeruanda in lucris faciendis tam de dote, quàm de donatione propter nuptias inter coniuges, & non quæritur ibi de promiſſa an eſſet dos, & aliàs comprehendi deberet in pacto, ſecus autem erat, quando tanta æqualitas non requirebatur, vt *in d.l.ex morte*; illis tamen textibus reſpondet P. Barboſa *in d. p.* 4. *num.* 4. *paulò poſt initium*, nempe textui *in d. l. ex morte*, quod ibi in pacto fuit facta mentio tam dotis datæ, quàm promiſſæ, textui verò *in d.*§.*dotes*, quod ibi per culpam vxoris ſteterat, ne dos promiſſa traderetur, & ſic in eius odium debuit haberi pro tradita, ne aliàs mora mulieris remaneret impunita, ſed de hoc *infrà*.

22 Denique probatur ſatis concludenter argumento deſumpto ex Campegio *d.quæſt.*2.*in fine*, & Valaſco *allegata conſultatione* 3. *num.*1. *in fine*, quod cum hodie ad conſequendam dotem abſque ſtipulatione promiſſam detur conditio ex allegata *l.ad exactionem*, *Cod.de dotis promiſſione*, propter ſolum pactum dotis, & ita ſit perfectus contractus dotis ex ſola promiſſione, vt tradunt etiam Ripa *in d.rub. ff. ſoluto matr. num.finali*, & alij allegati à P. Barboſa *d. p.* 4. *num.*35. *verſic.* Contrarium (licet ipſemet *ibidem*, & *num.*49. negat dotem promiſſam eſſe contractum tam innominatum, quàm nominatum, velitque tantùm dici legitimam conuentionem, *vt ſuprà*, *num.*10. notatum eſt) conſequens eſt, vt dos promiſſa cenſeatur verè, & propriè dos.

Reſpondetur argumentis ſententiæ prioris negatiuæ adductis ſuprà à num. 1. ad 9.

23 Ad primum argumentum prioris ſententiæ negatiuæ deſumptum ex nominis dotis etymologia, reſpondet Fachineus, quod licet dos iuxta verbum Græcum, à quo deriuari dixit Varo *lib.*4.*de Latina Lingua* (vt *præcedenti capitulo*, *num.*3. notatum eſt,) ſignificet dationem, nihilominus ſatis eſſe, quod apud Iuris authores ſit in hac ſignificatione comprehendente etiam dotem tantùm promiſſam quomodo, inquit, propria ſignificatio ſumitur etiam ab authoritate; vt declarat Bartholus *in l. omnes populi, num.*59. *ff. de Iuſt. & Iure.* Phanucius *verbo reſtituenda*, *num.*22. *verſic. quintum*, reſpondet procedere tantùm reſpectu dotis illius, quæ de Iure gentium per traditionem inducitur, vt Doctores *in l.Iuris gentium*, *ff. de pactis*, & Campegius *de Dote*, *quæſt.*5. *num.*1. *verſic. limita*, non autem reſpectu modi, quo dos inducitur de Iure ciuili per promiſſionem, & ſtipulationem re nondum tradita, hunc enim contractum dotis, qui fit per ſtipulationem dicit eſſe de Iure ciuili iidem Campegius, & Phanucius aiunt probari, *l.ex diuerſo*, §.1. *ibi Iure ciuili*, *ff. ſoluto matr.* & *l. ſi ita ſtipulatus fuero*, §.*fin.* vbi Gloſſa, *ff. de verborum obligationibus*, Hinc.

Ad ſecundum reſpondetur, procedere Iure gentium 24 nam Iure ciuili etiam ſola promiſſione dotis, & ſtipulatione re nondum tradita perficitur contractus dotis, vt duobus numeris præcedentibus dictum eſt. Et cum hodie ex ſola dotis promiſſione oriatur actio ex ſtipulatione, & detur conditio ex *d. l. ad exactionem*, *Cod de dotis promiſſione*, & *d. l.vnica in princ. Cod. de rei vxoriæ actione*, dóſque promiſſa dicitur propriè dos ante traditionem, vt ex prædictis textibus, & aliis *ſuprà* adductis eſt probatum, etiam ante traditionem dici contractum nominatum tradunt Ripa *in præfatam rubr. ff. ſoluto matrim. n.*59. Fulgoſus *in l.*1. *num.*2. *Cod.de dotis promiſſione.* Ruinus *conſ.*151. *num.*7. *lib.*5. Mantica *de tacit. & ambig. conuent. lib.*12. *tit.* 2. *num.* 12. *verſic. ſed certè*, & alij à P. Barboſa *d. p.* 4. *num.*35. relati: ſicut enim dos promiſſa dicitur, & eſt propriè dos iuxta ſuperiùs tradita, & magis communi Doctorum, & ſic habeat ſpeciale nomen, dicitur contractus nominatus. Nec obſtat, dotem à traditione nomen accepiſſe, nam & Donatio ab exequutione nomen habet, *l.ſeruitus ſuprà num.*3. *adducta*, & tamen ſola conuentione perficitur, §. *perficiuntur*, *Inſtit. de donat. l. ſi quis argumentum*, §.*penult. Cod. de donat.* idem ergo dicendum eſt in dote, cum militet eadem ratio, & licet, inquiunt Ioannes Boſcheus *loco ſupra n.*13. *allegato*, & Rolandus *allegata quæſt.*5. *n.*13. dos ab executione dicta ſit dos, & dicatur dos quando eſt data; tamen dos promiſſa quamvis non tradita, dos dicitur & eſt, iuxta latè tradita *in præcedentibus*.

Ad Tertium deſumptum ex *l.*1. *Cod. de dote cau. non numer.* dicente *numeratione*, *non confeſſione fieri dotem*, 25 reſpondetur id procedere, ſeu veritatem habere quoad effectum repetitionis dotis, vt ſcilicet ex confeſſione dotis receptæ ſola à marito facta poſſit repeti, ſi non fuit ſoluta, quia veritas attenditur, & non confeſſio, quæ exceptione, vel ſimulatione non numeratæ pecuniæ, quaſi facta ſub ſpe futuræ numerationis nunquam ſubſequutæ elidirur, quod apparet ex verbis ſubſequentibus Textus & *ideo non ignoras*, *ita demum te ad dotis petitionem admitti poſſe*, *ſi dotem à te datam probatura es*, non ideò tamen negatur ibi, quia vera promiſſione, & confeſſione dos efficitur, ita Angelus *d. conſ.*180. *in fine*, & Phanucius *d. num.*22. quare inde probatur tantùm maiorem efficaciam habere dotem traditam, & enumeratam, quàm dotem promiſſam, & ſolùm confeſſatam iuxta notata *ſuprà num.*18. & ex his.

Ad quartum ſumptum ex *l. ſi quis*, *ff. pro ſocio*, reſ- 26 pondetur eſſe differentiam accidentalem, inter dotem enumeratam, & ſolùm promiſſam, ſcilicet quia illa maiorem habet efficaciam, non quoad eſſentiam, & ſubſtantiam dotis, cum vtraque ſit vera dos.

Ad quintum reſpondit Phanucius ex dictis texti- 27 bus, rem non effici dotalem, niſi poſt traditionem

probari

probari hanc ſententiam affirmatiuam, quod dos promiſſa ſit vera dos, cum in tali dicto ſupponatur, & aliud, ſcilicet quod ſit dos ante traditionem, & hæc vt duo conſiderari vnum prius altero, nempe quod ſit dos antequam res efficiatur per traditionem dotalis, ſolum ergo ex illis textibus probatur dotem traditam eſſe maioris efficaciæ, quàm dotem promiſſam, quia per traditionem dominium transfertur in virum *vt ſuprà n.*18. notatum eſt, ſine qua tranſlatione ſpecies promiſſæ rei pro dote fundus dotalis effici non poteſt vt expreſsè Rota Romana *ſuprà num.*5. *in dicto quinto argumento* adducta, & id probant dicti Textus, & volunt alij Doctores in eodem argumento allegati Molinus *d. quæſt.*30. *num.*12. *in fine*, & Gaillus *d. obſeru.*79. *num.* 9. vbi dicit quidam ex ſola promiſſione dotem conſtitui Prædium tamen non dici dotale aut rem pro dote aſſignatam dotalem; niſi ſequuta traditione, & ſic dominium rei dotalis ſolo contractu dotis nõ transferri in maritum ſine traditione *d. l. deciſione*, *& d.l. dotale*, ex quo idem Gaillus *num.*10. (quem approbat etiam Molinus *d. n.*12.) infert, quòd maritus, qui debet lucrari fructus dotis ex re dotali, *l. dotis fructus*, *ff. de Iure dotium*, *& l. pro oneribus*, *Cod. eodem tit.* non lucraretur fructus ex dote conſtituta; quia ex ſola dotis promiſſione res non dicitur dotalis, ſed opus eſt ad tranſlationem dominij traditione *d. l. de diuiſione*, *& l. traditionibus*, *Cod. de pactis*. Nec dos quod tranſlationem dominij maiori priuilegio fruetur, quàm alij contractus ita Gaillus, & poſt eum Molinus *d. n.*12. & priùs Iaſon *in d. l. de diuiſione*, *ff. ſoluto matrimonio*.

27 Ad ſextum deſumptum *ex l. Titio centum*, *§. centum*, rectè reſpondent Phanucius, & Fachineus illa verba, *incipit dotata eſſe*, referri ad tactum rerum quæ dantur pro dote, ſcilicet incipit mulier eſſe dotata cum effectu, & re ipſa; ex quo non licet inferre mulierem, cui dos eſt promiſſa, ante traditionem, ſeu ſolutionem dotatam non dici, cum ex legibus ad probandam hanc affirmatiuam allegatis conſtet, & cum dos eſt promiſſa, & etiam cum dos eſt legata mulieri, legem appellare eandem mulierem dotatam; mulier ergo iuxta leges dicitur habere dotem, & cùm dos eſt ſoluta, & cum promiſſa eſt.

28 Ad ſeptimum ſumptum *ex l. ſi pater mulieris de Iure dotium*. Reſpondetur ex Socino *in rub. ſoluto matrim.* Ripa *ibid.* Ruino *conſ.*151. *vol.*5. Rolando, Phanucio & Fachineo *locis ſuprà allegatis*, quòd ſi dos non ſeruit oneribus matrimonij, nec eſt diſtincta, vt deſeruiat qui eſt caſus *d. l. ſi pater mulieris* (ibi enim, dotis promiſſio cauſa mortis ſuæ facta à muliere confertur in tempus, in quo ſolutum eſt matrimonium) tunc non eſt propriè dos, nec valet (eſſet enim abſurdum, vt ait *IC. Tryphoninus*, tunc dotem incipere, cum matrimonium eſt ſolutum) ſed ſi promiſſio dotis facta ſit marito conſtante matrimonio, tunc licet eadem dos promiſſa, & debita marito actus non deſeruiat, tamen ex quo deſtinata eſt, vt deſeruiat poſt matrimonium contractum, dicitur, & eſt propriè dos, iuxta *leges ſuprà allegatas*, quia eſt apta ſeruire, cum fuerit ſoluta; & etiam interim dum non ſoluitur, debentur vſuræ, *l. ſi quis pro uxore*, *ff. de donat. inter virum, & vxorem*, *l. vltima*, *§. præterea*, *Cod. de Iure dotium*, *& cap. ſalubriter de vſuris*; & inſuper dos promiſſa habet effectum ſuum, quia vir inuitatur ad matrimonium, & eius onera ſubminiſtrat propter eam, cum ſi nulla promitteretur, ad matrimonium non alliceretur.

29 Ad octauum reſpondet Fachineus *in d. l. Iulianus*, non dicit fructus promiſſæ dotis donari poſſe à marito vxori ſuæ; ſed dotem ita conſtitui poſſe à principio vt non exigatur viua vxore; vt patet ex verbis textus, quæ ſunt *Iulianus ſcribit valere talem ſtipulationem, cum morieris dotis nomine tot dari: quia & paciſci ſolet, ne ea viua excipiantur, quod non eſſe ſimile accepi; aliud eſt enim differre exactionem, aliud ab initio in id tempus ſtipulari, quo matrimonium futurum non ſit.*

Ad nonum patet reſponſio ex traditis *ſuprà num.*17. 30
& duobus ſequentibus, quidquid enim ſit in aliis materiis, in præſenti caſu noſtro dotis, ex promiſſione dotis non ſolùm oritur obligatio de dando, ſed etiam conſtitutio dotis, ita quod pater promittens dotem filiæ ex promiſſione adeò efficaciter obligatur, vt eam amplius mutare, aut reuocare nequeat, *l. fin. Cod. de dotis promiſſione*, ibi, *liberalitas itaque talis remaneat vera, & irreuocabilis*, Gloſſa *in l.*1. *§. accedit*, *Cod. de rei vxoriæ actione, verbo fecerit*, Phanucius *d. verbo reſtituenda, n.*23. Stephanus Gratianus *diſcept. for. tom.*2. *cap.*301. *num.*30. Paſchalis *de viribus patriæ poteſtatis*, *p.* 2. *citato cap.*4. *num.*78. 86. *&* 94. Decius, Crotus, & alij ab eodem Paſchali, & Gratiano relati. Quod eſſet ſecus, ſi ex promiſſione dotis ipſa dos non cenſeretur conſtituta, vt idem Phanucius notat.

Ex traditis plures difficultates, de quibus Doctores *ſupra n.*13. relati ſunt, hic tanquam commodiori loco reſoluendæ, &c.

Pactum vt maritus lucretur dotem vxore præmoriente ſine filiis, an habeat locum in dote promiſſa, & ſi adſit ſimul pactum, vt vxor præmoriente viro lucretur donationem propter nuptias, an & quando dote non ſoluta huic lucro ſit locus.

Prima difficultas, an pactum inter coniuges initum 31
vt maritus lucretur dotem vxoris abſque filiis præmorientis, procedat etiam in dote promiſſa nondum ante vxoris mortem ſoluta, ita vt illam non ita minus, quàm eſſet ſoluta maritus illam lucretur vxore ſine filiis mortua: & procedit difficultas, quando abſque culpa vxoris dos ante illius mortem non fuerit ſoluta. Nam ſi per culpam vxoris, vel promittentis (quia poſt mariti interpellationem, & diligentiam, vt ſibi dos ſolueretur, recuſauit ſoluere) ſteterit, quo minùs dos ante vxoris mortem traderetur, in tali caſu iuxta Petrum Barboſam *in rub. ff. ſoluto matrim. p.* 4. *num.* 4. & Doctores communiter *infrà difficultate* 3. *num.*51. allegati in eiuſdem vxoris odium habebitur per tradita *Arg. l. Iure ciuili*, *ff. de condit. & demonſtr. l. in executione* 85. *§. fin. ff. de verbor. obligat.* Nam alioqui remaneret mora mulieris impunita contra regulam *l. in condemnatione* 134. *§. vnicuique*, *ff. de reg. Iur.* Quare licet inter Doctores valde controuerſum ſit (vt ex his quæ *infrà eadem difficultate* 3. traduntur conſtat) an ſtatutum deferens dotis lucrum marito vxore ſine liberis præmoriente, ſpecialiter loquens in dote data, habeat locum in dote promiſſa, communiter tamen aſſerunt ſi mora, vel culpa vxoris non fuerit dos tradita quoad præiudicium mulieris, conſideratur, & habebitur tanquam tradita, de quo *infra eadem difficultate* 3. Procedit ergo difficultas ſecluſa mora, & culpa vxoris.

Igitur abſolutè loquendo tale pactum non habere 32
locum in dote promiſſa tenet expreſsè P. Barboſa *allegato num.*4. fundatur in eo, quod dos promiſſa non ſit propriè ſed tantùm impropriè dos.

Cæterum aſſerendum huiuſmodi pactum procedere 33
etiam in dote promiſſa, licet abſque mora, & culpa vxoris non fuerit tradita, ſiue quia vxor ante finitum tempus dilationis ad dotem ſoluendam deceſſerit, ſiuè quia maritus neglexerit dotem ſibi ſolui, cum facilè potuiſſet exigere, ita Gloſſa per Textum, ibi, *in l. mulier*, *ff. de condition. Inſtit. ibidem.* Baldus, Angelus, Paulus de Caſtro. Gloſſa *in l. vnica*, *§. accedit*, *verbo fecerit*, *Cod. de rei vxoriæ actione*, Gloſſa, Angelus &

cæteri

cæteri Doctores *in §. dotes autem in verbo. percipient, Auth. de nupt.* Iaſon *in rub. ff. ſoluto matr. num.* 23. Rolandus à Valle *de lucro dotis, queſt.* 5. *num.* 7. Phanucius *de lucro dotis, verbo reſtituendis, num.* 22. Tiraquellus *de retractu conuent. ad finem tituli, num.* 33. Corraſius *in rub. ff. ſoluto matr. in lectura* 2. *à num.* 22. Mantica *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 12. *tit.* 4. *num.* 12. *& tit.* 5. *num.* 7. & ex Iuriſperitis *ſupra num.* 13. relatis, Andreas Gaillus *dicta obſeruatione* 79. *num.* 7. Franciſcus Molinus *d. quæſt.* 30. *num.* 9. *& ſeq.* Valaſcus *d. conſult.* 3. *n.* 6. Aloyſius Riccius *dicto collect.* 804. alios etiam cumulat Tiraquellus *d. num.* 33. Probant præfati Iuriſperiti per Textus *in l. ex morte, § hoc tamen, Cod. de pactis conuentis in d. l. mulier, & in d. § dotes*; & licet P. Barboſa *d. n.* 12. reſpondeat mentem Textus *in d. l. ex morte* eſſe, quod quid maritus lucrari poteſt ratione pacti ex dote data per mulierem, idem etiam lucrum facere debet vxor ex donatione propter nuptias data per maritum, ſiue huiuſmodi lucrum debeatur ex dote data, ſiue promiſſa, & ſic tantum loqui, quando in pacto inter coniuges initio fuit facta mentio, tam dotis datæ quàm promiſſæ, & Textus *in d. § dotes*, dicat, tantùm probare, quod lucrum, quod erat facturus maritus ex dote data, idem habebit ex dote promiſſa, quando illius ſolutio non eſt ſequuta ob moram, & culpam mulieris iuxta tradita *num.* 31. nihilominus alij Iuriſperiti communiter dictos textus intelligunt loqui abſolutè de pacto lucrandi dotem, & quando dos promiſſa non fuit expreſsè comprehenſa in pacto, & etiam ſecluſa mora, & culpa mulieris, ob quam dotis ſolutio fuerit retardata.

34 Secundò, Corraſius, Mantica, & alij Iuriſperiti ſentientes dotem promiſſam non eſſe, niſi tantùm impropriè dotem, probant pactum de lucro dotis iuxta dictos Textus habere locum etiam in dotem promiſſam non propter verborum proprietatem, ſcilicet, quod dos promiſſa dicatur, & ſit propriè dos, ſed propter veriſimilem contrahentium mentem, ſeu voluntatem, & rationis identitatem, lucrum enim dotis huiuſmodi pacto conceditur marito propter onera matrimonij quæ ratio habet locum non ſolùm in dote ſoluta, ſed etiam in promiſſa, cum maritus ſupponatur ſuſtinuiſſe onera matrimonij; & ideò ſufficit, quod dos etiam impropriè dicatur, *argumento l. filium habeo, ff. ad Maced. l. pen. Cod. eodem tit.* & quia etiam in ſtipulationibus inſpicitur, quod eſt veriſimile contrahentes ſenſiſſe, *l. ſemper in ſtipulationibus, ff. de reg. Iuris*, & Gloſſa, & alij Doctores à Mantica allegati.

35 Verùm probatur cum Rolando, Phanucio, Gayllo, Valaſco, Molina, & Riccio, quia dos promiſſa, & nondum ſoluta propriè dicitur & eſt dos, ac proinde ſecundùm verborum propriam ſignificationem comprehenditur ſub illo pacto lucrandi dotem. Verum quidem, quod, ſi maritus ſocero conceſſerit inducias quinquennij, v. g. ad ſoluendum dotem, & vxor decedat ante elapſum quinquennium, non poterit maritus nondum termino ad ſoluendum conſtituto petere lucrum dotis, nondum ſolutæ, ſed ſolùm poſt termini elapſum: id, quod probatur per tradita *infrà num.* 48. & tradunt etiam Valaſcus *d. conſul.* 3. *n.* 6. & Rota Romana apud Manticam *deciſ.* 337. *n.* 12. per rationem, de qua *infrà d. n.* 48.

36 Aduertendum autem, quod ſi inter coniuges initum ſit pactum, vt vir præmoriente vxore lucretur dotem, & vice verſa vxor præmoriente viro lucretur donationem propter nuptias factam, ſi dos ſit promiſſa ſolui marito in certo tempore, dote poſt elapſum dilationis tempus ad ſoluendum per mulierem non ſoluta præmoriente marito ante ſolutionem, mulier non lucratur donationem propter nuptias, & ſi partem dotis tantùm mulier viro viuenti ſoluerit, ſolùm pro ea parte lucratur, pro qua dotem ſoluit marito, ita quod licet illa ſit vera dos, quæ eſt promiſſa marito, qui eiuſdem dotis intuitu, fecit vxori donationem propter nuptias, non ſufficit tamen, vt vxor præmoriente viro lucretur eandem donationem propter nuptias, niſi dos per ipſam, aut promittentem fuerit marito viuenti ſoluta, & ſi nihil dotis fuerit ſolutum denegabitur lucrum totius donationis, ſi aliquid tantùm ſolutum, lucrum erit ſolius partis donationis, pro qua dos fuit ſoluta & non vltra, ita Afflictus *deciſ.* 2. 242. *&* 333. vtrobique Vrſillus, Guido Papa *dec.* 274. *dec.* 430. *& deciſ.* 565. Oſaſcus *deciſ.* 21. *n.* 21. Surdus *de alim. tit.* 1. *quæſt.* 42. *num.* 55. *&* 56. Valaſcus *conſult.* 3. *num.* 4. *&* 6. & alij relati ab Vrſillo *in annotationibus ad dictas deciſ.* 242. *&* 333. Afflictus, & Petrus Barboſa *in rub. ff. ſoluto matrim. p.* 4. *n.* 7. & habetur *in Auth. dos data, Cod. de donatione propter nuptias* (vbi diſponitur, quod ſi per dilationem dos viro non detur, etiam donatio prorſus denegatur, & *in Auth. de non eligendo ſecundo nubentes, §. illud quoque*, (vbi ſtatuitur, quod quæ mulier nihil omninò dotis, ſiue à ſe, ſiue à patre, ſiue ab extraneo promiſſæ dat, nil omninò donationis propter nuptias percipiat, quæ verò minus, quàm profeſſa eſt, dedit, tantùm recipiat ſolum quantum obtulit) quod idem habetur *in Auth. ſed quæ nihil, Cod. de pactis conuentis, quæ ex dicto § illud quoque*; fuit deſumpta, & *in Auth. æqualitas, Cod. eodem tit. de pactis conuentis*, vbi dicitur æqualitatem omninò ſeruandam eſſe in dote, & donatione antenuptiali: Donatio enim propter nuptias non fit, niſi intuitu ſolutionis dotis, ac proinde data mora ſoluendi ex parte mulieris, illi denegatur lucrum donationis.

Dixi *dote poſt elapſum dilationis tempus ad ſoluendum per mulierem non ſoluta*, nam ſi maritus vxori, vel 37
ſocero vel alij extraneo dotem conſtituenti conceſſit dilationem certi temporis ad ſibi dotem ſoluendum, & ante euentum diei, ſeu decurſam dilationem decedat, vxor ſuperſtes lucrabitur totam donationem propter nuptias: ita omnes præallegati Doctores, ita intelligentes Textum *in d. Auth. dos data*, ibi, *At ſi per dilationem*, de dilatione in data mora formali in dote ſoluenda; Ac proinde ſi dotis ſolutio dilata non ſit vltra terminum conceſſum, & ſic eſſet mora in eadem dote ſoluenda, non eſt donatio propter nuptias deneganda vxori, ſed ipſa illam lucratur, ac ſi dos eſſet ſoluta, cum ei non poſſit imputari, quod ante diei euentum dos non fuerit ſoluta, ſed imputandum marito, quod fuerit contentus concedere dilationem. Hæc poſſe intereſſe dotis non ſolutæ medij temporis deduci, tradit expreſsè Guido Papa *d. quæſt.* 430. *n.* 2. quia pendente dilatione appoſita per partes, nihil interim peti poteſt, & ſic nulla mora, & conſequenter nullum peti poteſt intereſſe, *l. lecta, ff. ſi certum petatur circa medium*, & ita ſentiunt etiam Afflictus *d. deciſ.* 242. *&* 333. Vtrobique Vrſillus, Vezinus *tom.* 1. *comm. opin. lib.* 5. *tit.* 6. *num.* 20. & alij præallegati, dum abſolutè aſſerunt vxorem, ſuperſtitem lucrari donationem propter nuptias moriente viro ante dilationem decurſam. Imò idem Guido Papa *dicta deciſ.* 430. *&* 565. ſentit indiſtinctè, ſiue termini ſolutionis non ſint elapſi, ſiue ſint elapſi tempore mortis viri donationem propter nuptias vxori ſuperſtiti deberi, quia reſpectu huius effectus (inquit) dos videtur ab vxore ſoluta, quando maritus habuit fidem de dote & dedit terminos ad illam ſoluendam propter hypothecas, vel fideiuſſiones præſtitas pro ſecuritate ſolutionis. Additque non obſtare Textus *in d. § illud quoque* dicens, loqui, vbi non fuit habita fides de dote. At cæteri Domini Parlamenti (vt teſtetur idem Guido Papa *quæſt.* 565.) voluerunt non deberi donationem mortuo marito poſt elapſum terminum ſolutionis dotis, quia hoc caſu debet imputari vxori, ſi terminis appoſitis non fuerit dos ſoluta; & ita ſentiunt Afflictus,

Vrſillus

Vrſillus & alij præcitati, quod certum videtur, ſi maritus termino ad ſoluendum conceſſo elapſo dotem ipſam ſibi exſoloi propoſuerit, cùm tunc mulieri, & non ipſi viro (vt notauit apoſtilla *ad d. quæſt.* 565. Guidonius, *verbo denegetur*) imputari debeat non ſolutio ipſi ob moram formalem. Rectè igitur Vrſillus *in annotatione ad d. deciſ.* 333. Afflictus concludit, quod ſiue ipſi mulieri, ſiue extraneo dotem conſtituenti fuerit à marito conceſſa dilatio ad ſoluendum dotem, ſi maritus pendente dilatione decedat, mulier lucratur donationem propter nuptias; ſecus verò ſi mulier, vel alius, qui promiſiſſet dotem fuiſſent in mora ſoluendi, & marito aliquid non potuiſſet impotari; tunc enim iuxta ipſum, & alios præallegatos Doctores, mulier oon lucratur donationem ante nuptialem, ſeu ante fatum. Vnde idem Vrſillus *in annotatione ad d. deciſ.* 242. Afflicti notat ex eodem Afflicto vxorem lucrari ante fatum, dote poſt terminum dilationis elapſum non ſoluta, quando maritus potuit exigere dotem, & non exegit per Textum *in l. ſi extraneus, in principio, ff. de Iure dotium*, quia tunc imputari poteſt marito, non ſolutio; Quod declaratur non procedere, ſi promiſſor & debitor duns fuiſſet pater mulieris, à quo non potuiſſet ita de facili abſque ſuo incommodo dos extorqueri, quia tunc non poſſet marito imputari, iuxta *d. l. ſi extraneus, §. ſed ſi vel pater*, Alexandrum & alios *in l. nuptia, §. quoties, ff. ſoluto matr.* & Boëtium latè *d. deciſ.* 329. *n.* 2. Qui addit idem eſſe ſi ipſa mulier dotem promiſiſſet, vel ſi debitor mulieris, qui dotem promiſiſſet, ipſam mulierem hæredem fecerit, quia perinde ſit, ac ſi mulier ipſa dotem promiſiſſet; ideoque imputare non poteſt viro non ſolutionem; videatur idem Boëtius *d. deciſ.* 329. vbi latè quando negligentia viri in exigenda dote illi noceat.

38 Porrò tradita *duobus numeris præcedentibus* de lucro, vel non lucro donationis propter ouptias coouento inter coniuges dote promiſſa non ſoluta procedunt etiam, quando per ſtatuti diſpoſitionem mulier deberet lucrari augmentum dotis, ſeu donationem propter nuptias, vt notauit præfatus Vrſillus *d. annotatione ad d. deciſ.* 242. *initio.* poſt Neuizanum *in ſilua nupt. lib.* 2. *verſ. Diuiti non eſt nubendum, num.* 64. & tradit Gayllus quoque *obſeru. pract. lib.* 2. *citata obſeruatione* 79. Cum etiam io Hiſpania loco donationis propter nuptias (quæ hodie non eſſe in vſu dicitur *infra num.* 47.) introductæ ſunt arrhæ ſpeciales, ſcilicet diuerſæ ab arrha iuxta acceptionem Iuris communis [Quando hæc ſit illud, quod datur à ſponſis in ſignum, ſeu pignus futuri matrimonij ad eius firmitatem, & ſecuritatem, quod celebretur *l. arrhis, & l. fin. Cod. de ſponſa. & l.* 1. *ibi arrharum nomine data, Cod. ſi nupt. ex reſcripto:* illæ verò, vt poſt alios declarant Gomez ad *l.* 50. *Tauri, num.* 12. & Valaſcus *conſul.* 2. *num.* 3. ſint donatio quam vir facit vxori, vel ſponſæ de futuro, vt mulieri ſtatim quæratur, & ſoluto matrimonio ſimul cum dote ſibi tradatur] de his arrhis quoad illarum lucrum dicendum, quod de donatione propter ouptias, ſcilicet quod maritus lucrabitor dotem ſi arrhas promiſerit, & tradiderit, & eas non lucrabitur vxor, ſi dotem non tradiderit provt tenebatur tradere, ita quod quoad hoc reſpectu mulieris in Hiſpania hodie procedat diſpoſitio *d. Auth. de non eligen.* 2. *nubentes*, id quod expreſsè tradunt Petrus Barboſa *d. p.* 4. *num.* 8. & Valaſcus *conſul.* 3. Dixi provt tenebatur tradere, quia ſi maritus conceſſiſſet dilationem certi temporis ad ſoloendum dotem, & ante diei aduentum deceſſerit, vxor dictas arrhas lucrabitur iuxta tradita *ſuprà num.* 37. & tradit etiam Valaſcus *d. conſult.* 3. *num.* 6.

Pactum de lucro dotis, & donationis propter nuptias habet locum etiam in deſponſata per verba de præſenti non cognita, nec ad domum traducta.

Vtrum verò pactum inter coniuges initum de lucranda dote, & donatione propter ouptias habeat locum, non ſolùm io vxore ad domum viri traducta, & cognita, ſed etiam in ſpooſa deſponſata per verba de præſenti non cognita, neque ad domum traducta, ita vt præmoriente ſpooſa vir dotem lucretur, & præmoriente viro ipſa ſponſa lucretur donationem propter nuptias, affirmant, & rectè Andreas Gayllus *obſeruat. pract. lib.* 2. *obſeru.* 80. *n.* 13. Franciſcus Molinus *de ritu nupt. lib.* 3. *citata quæſt.* 30. *n.* 13. 14. *&* 15. Probabilius enim eſt ſimile ſtatutum de lucranda dote procedere etiam in deſponſata ſolum per verba de præſenti non cognita, neque ad domum traducta, vt latè probat Gayllus *d. obſeruat.* 80. *de quo infrà*, ac proinde moltò magis procedet ſimile pactum; quia ſtatutum aliàs recipit ſtrictam interpretationem, *l.* 3. *§. hæc verba, ff. de negotiis geſtis, l. Labeo, §. idem Tubero, ff. de ſuppel. leg.* At verò huiuſmodi pacta reciproca de lucrando dotem, vel donationes propter nuptias, ſont veluti pars contractus, & fauorabilia, ſicut ipſum matrimonium, vt latè tradit idem Molinus *d. lib.* 3. *in præfatione, num.* 36. 37. *&* 38. *& quæſt.* 2. *num.* 19. *&* 20. & ſic admittunt latiorem interpretationem. Addit Molinus aliam rationem, ſcilicet, quod traductio ad domum, vel copula oon pertinent ad ſubſtantiam matrimonij, ſed ſolus conſenſus in facie Eccleſiæ præſtitus (de quo latè actum eſt io tractatu de contractu matrimonij *capite* 1. 2. *&* 3.) qui ſolus efficit matrimonium, & ſic de traductione, aut copula oon curandum. 39

Quibus tameo oon obſtantibus Gayllos vbi *ſuprà* àduertit conſultios eſſe, vt ad cautelam pactis dotalibus tempus lucrandæ dotis, vel donationis propter nuptias expreſsè inſerantur, nempe quando huiuſmodi lucrum locum habere debeat, vtrum ſtatim poſt deſponſationem per verba de præſenti, an verò ſequuta traditione & matrimonio constructo. 40

Statutum marito deferens dotem vxore prædecedente ſine liberis loquens ſimpliciter, & generaliter de lucro dotis, an habeat locum etiam in dote promiſſa, licet non tradita.

Secunda difficultas, an ſtatutum deferens lucrum dotis vxore ſine liberis præmoriente habeat locum in dote promiſſa tantùm, & nondum ſuluta, procedit difficultas de ſtatuto loquente ſimpliciter de lucro dotis, certum eſt ſtatutum hoc habere locum in dote promiſſa; vbi mulier vel alius promiſſor dotis à marito interpellatus fuerit in mora ſoluendi ita expreſsè Pet. Barboſa *loco ſuprà num.* 31. *allegato*, Gaſpar Ant. Theſaurus *loco infra num.* 43. *allegato*, Andreas Gayllus *obſeruat. lib.* 2. *obſeru.* 79. *num.* 6. Rota Romana *deciſ.* 21. *n.* 4. apud Ludouiſium, Carpanus *ad ſtatutum* 298. *Mediol. num.* 248. 297. *&* 298. & Iuriſperiti commuoiter aſſerentes ſtatutum de lucro dotis datæ habere locum etiam dote oondum ſolota, ſi mulier, vel promiſſor fuerit in mora ſoluendi, qui allegantur in difficultate ſequenti initio. Ratio eſt eadem quæ *d. num.* 35. adducta eſt, & quia nemo ex delicto, ſeu mora commodum aliquod conſequi debet, vt eſt Textus *in l. relegatorum, §.* 1. *ff. de interdict. & releg.* & alia in hanc rem initio ſequentis difficultatis adducuntur, quare dos promiſſa ob culpam, & moram mulieris, vel promiſſoris oon 45

ſoluta

ſoluta habetur tanquam ſoluta ad effectum lucri, in dicto autem ſtatuto *Mediolani* 298. expreſſe diſponitur, vt maritus præmortua vxore ſine communibus liberis lucretur dotem promiſſam, vbi etiam data non ſit, eo, vel ea qui, vel quæ dotem promiſerit, vel eius hærede exiſtente in mora ſoluendi eandem dotem promiſſam.

Procedit ergo difficultas ſeclusa mora in ſoluendo dotem, puta quia dilatio ad illam ſoluendam nondum ſit elapſa, an hoc caſu ſtatutum ſimpliciter loquens de lucro dotis, intelligatur etiam de dote promiſſa, & non ſolum de dote tradita. Et non intelligi de dote promiſſa P. Barboſa *in d.rub.ff.ſolut.matrim.par.4. numero* 4. refert tenuiſſe Imolam *in l.Titio centum, §.Titio genero, ff.de condit. & demonſt.* Fulgoſium *in l. non ſine in fine, Cod.de bonis, quæ liber.* & Alexandrum, *conſ.* 53. *à numero* 3. *lib.*3. & ita ſentit idem Barboſa, niſi etiam ratio ſtatuti militet etiam in dote promiſſa. Quorum fundamentum eſt, quod dos promiſſa non ſit propriè dos, in ſtatutis vero [maxime exorbitantibus, & correctoriis iuris communis, vt eſt hoc de lucro dotis] verba propriè intelligi debent, *l.*1. §.*is, qui nauem, ff.de exercit. act.* Et ſtrictè, *argumento l. quidquid aſtringendæ, ff. de verbor. obligat.* & ſecundum veritatem non ſecundum fictionem, *l.*3. §. *hæc verba, ff. de negot. geſt. & l. conſtitutionibus, ff. ad municipalem.*

42 At communis, & recepta ſententia aſſerit huiuſmodi ſtatutum loquens ſimpliciter de dotis lucro habere locum etiam in dote promiſſa, & non tantum in data, ita infiniti Iuriſperiti, quos referunt Rolandus *de lucro dotis, quæſt.6.num.*11. Phanucius *de lucro dotis, verbo, reſtituenda num.*21. Tiraquellus *de retract. comment. ad finem tit.num.*33. Oſaſcus *deciſ.*21. *num.*5. Mantica *de tacit. & ambig. convent.lib.*12.*tit.*5.*num.*8. Petrus Barboſa *d.num.*4. Gaylius, & Menochius *locis ſuprà, num.* 13. *allegatis*, & Camillus Borellus *in ſum. deciſ. p.* 3. *tit.*4. *num.*342. *&* 343. ita etiam Coraſius *loco ſupra n.* 33. *citato* Oſaſcus *d. deciſ.*21. *n.* 15. Campegius *de dote p.vlt.quæſtio.*14. Mantica *d.num.*8. Petr.Barboſa, *vbi ſupra num.*5. Antonius Hubertus *de dote cap.*2.*numero* 14. Gaſpar Ant Theſaurus *quæſt. for.lib.*2. *q.*75.*num.*2. & ex Doctoribus relatis *ſuprà num.*13. Tiraquellus *d. n.*33. Gayllus *lib.*2. *dicta obſeruat.* 79. Menoch. *lib.*6. *dicta præſumptione* 1.*n.*21. Rolandus *d. q.*6. Phanucius *num.*21.*&* 38. Valaſcus, Auguſtinus Barboſa, Gratianus, Molinus, & Riccius *locis d.n.*13. *citatis* Camillus Borellus *vbi ſupra* Carpanus *ad d. ſtatutum*, 298. *num.* 244. Campegius *de dote p.*1. *quæſt.*... *& p.*5. *qu.*14. Ant. Faber, *lib.6.eodem tit.6.defin.*12. Rota Romana apud Seraphinum *deciſ.*248.*&* 250. apud Ludouiſium *deciſ.*5.*à n.*1.*& deciſ.*21.*n.*1. & prius apud Achilem de Graſſis *allegata deciſ.* 13. *de conſtit.* Beltraminus *ad d. deciſ.* 5. *Ludouiſij*, & late Ferentilius *ad d. deciſ.* 432. *Buratti*, ita etiam Tuſchus *littera S. Concluſ.*510. *numero* 5. *&* 15. *& concluſ.* 511. *numero* 51. *&* 513. Et iuxta ſententiam traditam *ſuprà numero* 13. & Doctores ibi relatos, quod Dos promiſſa ſit propriè, & vera dos, nullum poteſt eſſe dubium dotem comprehendi ſub ſtatuto per verba generalia, & ſimpliciter loquente de lucro dotis, quidquid ſit quando loquitur de lucro dotis datæ, ſeu traditæ, vnde non obſtat ratio *ſupra n.*4. adducta, quæ ſupponit dotem promiſſam eſſe impropriè dotem.

43 At dato etiam, quod dos promiſſa non eſſet propriè, ſed impropriè dos Phanucius *d. verbo reſtituenda n.*12. Ant.Hubertus, Coraſius, Mantica, P.Barboſa, Theſaurus poſt alios, & Rota apud Seraph. *d.deciſ.*248.*num.*3. probant hanc communem ſententiã ea ratione ſtatuti maritis dotem deferentis, ſcilicet, quod lucrum dotis à ſtatuentibus detur maritis propter onera matrimonij, ſcilicet in compenſationem onerum matrimonij, quæ durante matrimonio ſuſtinere debent, illiſque incumbit ſuſtinere (vt latiſſimè poſt alios Rolandus à Valle *de lucro dotis q.*4.*n.*10.*& ſeqq.* alij Iuriſperiti, quos pariter latè referunt Tiraquellus *in l.ſi vnquam, verbo donatione largitus n.*219. Oſaſcus *d.deciſ.*21.*n.*16. Tuſchus *littera S.Concl.*511.*n.*5. & cõmuniter Doctores, licet hæc non ſit vnica, & ſola ratio, ſed etiam alia ſit eiuſdem ſtatuti ratio, ſcilicet vt ſpe lucri viri inuitentur ad matrimonia contrahenda, & vt mulieres eo citius, & facilius inueniant maritos, vt tradunt Paulus de Caſtro *conſ.*155. *vol.*1. Rota apud Seraphinum *d. deciſ.* 250. Gaylius *d.l.*2.*obſeruat.*80. *num.*6. Campegius *de dote p. vltim.q.*13. Menochius *conſ.*4.*n.*36. *& conſ.*5. *num.*25. Phanucius *de lucro dotis Gloſſa* 1. *verbo nupta num.*64. Baldus Nouellus *p.*6. *priuil.*37. *num.*4. *verſic.* Et hanc opinionem, & alij ab Oſaſco *d. deciſ.*21.*citato num.*3. *&* 16. & à d. Phanucio allegati) quæ ratio onerum militat tam in dote promiſſa, quàm in dote ſoluta, imo magis in dote promiſſa non tradita, cum grauiora ſuſtineat onera, is, cui non eſt ſoluta dos, quam alter, cui ſoluta, & conſequenter illi magis ſuccurrendum, vt præſertim conſiderat Phanucius, & Theſaurus *locis citatis*, ex identitate autem rationis ſtatutum licet exorbitans extenditur ad caſum, qui ſub larga, ſeu lata ſignificatione vocabuli comprehendi poteſt allegata *l. filium habeo, ff. ad Macedonianum*, vt Rolandus *d. quæſtio.*5. *numer.*16. Coraſius *loco allegato*, Mantica *d. tit.*5.*numero* 4.*&* 5. & alios allegans P.Barboſa *d.num.* 5. confirmat Rota apud Seraph *d. deciſ.*250.*n.*2. quia hoc ſtatutum de lucro dotis eſt fauorabile, cum vltra rationem onerum, habeat etiam rationem (vt notatum eſt) vt ſpe lucri viri inuitentur ad matrimonia, quibus proles procreatur, & ciuitas hominibus repletur, & ſic reſpicit bonum publicum Reipublicæ, atque adeo admittit extenſionem de caſu ad caſum, vt *ibidem* Rota.

Declarat autem P.Barboſa *n.*5.*fine*,*& n.*6.*initio*, ob illam identitatem rationis onerum matrimonij, ſtatutum loquens ſimpliciter de lucro dotis habere locum etiam in dote promiſſa, ſi modo maritus ſuſtinuerit onera matrimonij, ſi vero maritus non ſuſtineat onera matrimonij, quia dos ſibi non fuit tradita, tunc ſtatutum non habere locum in dote promiſſa, in qua tunc ceſſat eiuſdem ſtatuti ratio. Quæ declaratio quoad ſecundam partem poteſt procedere, ſi maritus culpabiliter non præſtitit vxori alimenta, cum deberet præſtare etiam dote nondum ſoluta, putà, quia terminus ab eo conceſſus mulieri, vel promiſſori dotis conceſſus ad dotem ſoluendam nondum erat elapſus, vel ſi erat elapſus recuſauit alere vxorem ex ea præciſa ratione, quia dos nõ fuerit à promiſſore ſibi ſoluta, & ideo vxor coacta fuit aliundè ſibi alimenta quærere, nam in huiuſmodi caſibus æquitatis ratio poſtulare videtur, vt ſicut matrimonij onera noluit ſuſtinere, ita nec gaudeat beneficio ſtatuti lucrum dotis deferentis ratione onerum, vt tradunt Baldus *conſ.*53.*vol.*5. Socinus *conſ.*8.*vol.*3. Phanucius *de lucro dotis, Gloſſa* 1. *verbo nupta n.*70. Rolandus *de lucro dotis q.*106.*n.*45. 44

Secus vero dicendum, ſi caſu onera matrimonij non ſuſtinuerit, videlicet, cum matrimonium ob inopinatã vxoris mortem momento tantum durauit, tunc enim lucrum illud ſtatuti habere debet maritus, cum repentinus caſus tale lucrum marito auferre non debeat, vt per Textum, *ibi*, Baldus *in leg. non tantum, Cod. de legatis, ibidem* Angelus, & Corneus, idem Angelus *conſ.* 180. Phanucius *de lucro dotis, Gloſſa* 1. *verbo nupta n.*67. plures alios allegans Tiraquellus *in d. l. ſi vnquam verbo donatione largitus numer.* 221. *Cod. de reuocanda donat.* Ant Hubertus *allegato* .14. *in fine*; Rota apud Ludouiſium *d.deciſ.*5.*n.*9. dicens vt 45

lucro dotis promiſſæ delato marito à ſtatuto conditionaliter, & ratione onerum ſit locus, ſufficere, quod maritus onera matrimonij per modicum tempus ſuſtinuerit, iuxta Paulum de Caſtro *in l. ſi donaturus*, §. 1. & Iaſonem *ibidem fine*, *ff. de conditione cauſa data*, quos, & Tiraquellus *ad id d. nu.* 221. allegat conditio enim (addit Rota) ſufficit, quod aliquando etiam momento temporis extiterit, *l. ſi quis hæredem*, *Cod. de inſtit. & ſubſti*. Gayllus quoque *d. lib. 2. obſeruat.* 80. *num.* 7. innuens ita ſentire Iuriſperitos communiter ſtatutum prædictum de lucro dotis habere locum, etiamſi ob vxoris præmaturam mortem ſtatim contracto matrimonio, vel paulo poſt matrimonium contractum nulla, vel ſaltem exigua maritus onera matrimonij ſuſtinuiſſet, & huius addit plures rationes præſertim, quod magis inſpicere debemus originem quam euentum. Quod onera matrimonij ſint potius cauſa ſtatuti impulſiua, quam finalis, vt Caſtrenſis, *vbi ſuprà*, & Alexander *in d. l. ſi donaturus*, §. *fin. num.* 8. & plures alij, quos refert, & ſequitur Phanucius vbi *ſuprà numero* 64. vbi latè probat rationem onerum Matrimonij eſſe ſolum impulſiuam, finalem vero matrimonium, ſeu allicere viros ad matrimonia contrahenda, & quod ordinariè maritus faciat non paruos ſumptus in veſtibus, & alij ratione ipſius matrimonij, eſto ſolum per momentum duret.

47 Cæterum cum diſpoſitio, *auth. Dos data*, *Cod. de donat. propter nuptias*, quod maritus, quando Dos ei eſt data, vel oblata, aut diſpoſita teneatur facere vxori contra dotem, ſeu donationem propter nuptias coæqualem in quantitate, hodie in Italia, & in aliis partibus, non ſit in caſu, ſed cõſuetudine abrogata, quoad illam neceſſitatem cõſtituendi per maritũ dictam donationem propter nuptias, & ſic hodie non ex lege aliqua, ſed iuxta diſpoſitionem antiquioris Iuris, *l. ſi conſtãte*, *Cod. de donat. ante nupt.* (vbi expreſſè probatur, quod valet contractus dotis abſq; eo, quod ex parte mariti fiat donatio propter nuptias, vt Baldus *ibi* ait) ex libera voluntate contrahentium donationes huiuſmodi propter nuptias conſtituantur [vt tradunt Gloſſa *in d. auth. Dos data*, Ruinus *in rub. ff. ſol. mat. n.* 166. Paulus de Caſtro *in l. mulier*, §. *cum proponeretur*, *ff. ad Trebell.* Gutierrez *practic. lib. 3. quæſt.* 43. *n.* 11. Valaſcus *conſult.* 2. *n.* 11. & 12. & *de partition. c.* 13. *num.* 42. Trentacinq. *var. lib. 3. tit. de matrim. reſol.* 3. *n.* 1. Tellus Fernandez *l.* 16. *Tauri n.* 6. Gomez *ad l.* 50. *Tauri num.* 11. P. Barboſa *in rub. ſolut. matr. dicta p.* 4. *num.* 8. & Auguſtinus Barboſa *collect. ad d. Auth. Dos data n.* 4. & *ſeqq.* & alij, qui *infrà c.* 8. *num.* 164. referuntur] maritus hodie exiſtente præfato ſtatuto de lucro dotis lucrabitur dotem, tametſi non tradiderit donationem propter nuptias, ad quam non eſt ex lege obligatus, vt poſt Ruinum *vbi ſuprà* notat Petr. Barboſa *d. nu.* 8. ſuppoſito vero, quod donatio propter nuptias eſſet in rigore, & neceſſaria, non tamen æque mulier donationem propter nuptias lucraretur ob ſolã promiſſionem dotis ſi per eam ſtetiſſet quominus Dos marito ſoluta fuiſſet, cum inter coniuges ſeruari debeat æqualitas, ita Boërius *d.* 22. *n.* 16. & alios allegans Antonius Faber, *lib.* 6. *Cod tit.* 6. *dicta deſin.* 12. Vbi tamen addit, quod dotis augmentum apud ſuam patriam conſuetum mulieri omnino deberi, ſiue Dos promiſſa tantum, ſiue ſoluta fuerit, ſiue à muliere, ſiue à patre, aut donatore, aut etiam à mulieris creditore?

48 Aduertendum etiam, quod quando vxor decedit pendente termino conſtituto ad ſoluendum dotem promiſſam, hoc caſu licet eadem dote promiſſa adhuc non ſoluta lucrum marito debeatur, vt latè ſuperiùs probatum eſt, tamen peti non poteſt, antequam dies ſolutionis ceſſerit, ſed tenetur maritus ſuperſtes expectare tempus datum ad ſoluendum dotem, quo finito, & non prius debebitur lucrum, Valaſcus *conſul.* 3. *num.* 6. Rota Romana cum aliis *deciſ.* 337. apud Manticam, & Ferentillus *ad deciſ.* 432. *Buratti*, ſiue enim lucrum dotis promiſſæ conceſſa dilatione certi temporis ad illã marito ſoluendam ex ſtatuto, ſiue ex pacto prædefuncta vxore ſine liberis debeatur eidem marito, ante diem ſolutionis in promiſſione comprehenſum peti non poſſe, certum, & euidens videtur, cum nec ciuilis, nec naturalis ratio [vt notat Rota *dicta deciſ.* 337. *num.* 12.] perſuadeat, vt maritus plus ex dote ſoluto matrimonio conſequi poſſit, quam ſi matrimonium, & eius onera ſuſtineret, plures alias rationes *eadem deciſ.* adducit Rota, præſertim cum Dos ante diem peti non poſſit *l.* 1. *in fine*, *ff. quando dies vſusfruct.* & *l. cedere diem*, *ff. de verbor. ſignificat.* cum ſimilibus, abſurdum eſſet lucrum deberi eo caſu, quo Dos peti non poteſt?

Aduertendum quoquè non deberi lucrum totius 49 dotis promiſſæ, vel ſi lucrum ſit tantum partis dotis] habito reſpectu dotis promiſſæ, ſed tantum dotis traditæ, vel habito reſpectu dotis traditæ, quando per mulierem facta fuit promiſſio dotis, quam verè maritus in ſumma promiſſa conſequi non potuit, puta quia mulier non habeat tantum in bonis, vel alia ſimili de cauſa, hoc enim caſu ſi ex ſtatuto; vel pacto debetur tantum lucrum dimidiæ, vel quartæ partis dotis attendenda eſt æſtimatio habito reſpectu quantitatis dotis de tempore obitus mulieris, non vero de tempore promiſſionis, ita Rota Romana *deciſ.* 883. *n.* 2. & 3. apud Seraphinum, & Ferentillus *in d. annotatione ad deciſ.* 432. *Buratti.*

Aduertendum inſuper lucrum dotis à ſtatuto ſim- 50 pliciter delatum marito vxore ſine liberis præmoriente deberi tam viro pauperi, quam diuiti, cum ſtatutum indiſtinctè loquatur ita poſt Alexandrum *conſ.* 249. *numero* 2. *lib.* 6. Rolandus à Valle *de lucro dotis quæſtio.* 92. *à numero* 4. & Rota *d deciſ.* 883. *numero* 1. apud Seraphinum, quæ proinde ait lucrum hoc deberi viro pauperi, quo præmoriente in eius bonis vxor non potuiſſet dotem datam conſequi.

Statutum præmoriente vxore ſine liberis deferens marito lucrum dotis, ſi tacitè vel expreſſè loquatur de dote data, ſeu lucro dotis datæ, an quoque habeat locum in dote promiſſa adhuc tempore mortis vxoris non tradita?

Difficultas tertia; an ſtatutum decedente vxore ſine 51 liberis marito deferens lucrum dotis tacitè vel expreſſè loquens de dote data habeat locum in dote promiſſa. Procedit difficultas, quando mulier, ſiue promiſſor non fuit in mora ſoluendi, ſtante enim mulieris, ſeu promiſſoris mora, vel culpa dotis ſoluendæ, non eſt dubium ſtatutum habere locum in dote promiſſa nondum viuente vxore ſoluta, propter moram enim Dos promiſſa habetur pro data ad effectum, vt vigore ſtatuti maritus ſuperſtes illam lucretur, vt Rolandus *de lucro dotis q.* 7. Phanucius *de lucro dotis verbo reſtituenda n.* 36. & 37 Boërius *deciſ.* 22. *n.* 15. Tiraquellus *de retr. conu. ad finem tit. n.* 38. Mantica *de tacit. & ambig. conuent. l.* 12 *tit.* 5. *n.* 15 & 16. Andreas Gayllus *obſ. l.* 2. *obſ.* 79. *n.* 6. Gaſpar Ant. Theſaurus *q. for. lib.* 2. *q.* 75. *n.* 2. & 3. Capicius *deciſ.* 176. *num.* 32. & 33. P. Barboſa *in rub. ff. ſoluto matrimonio d. p.* 4. *n.* 2. & 7. Rota Romana *deciſ.* 5 *à n.* 4. *apud Ludouiſium*, Baldus, Bartholus, Paulus de Caſtro, Alexãder, Ruinus, & cõmuniter Iuriſperiti, quos latè Rota, Mantica, & Tiraquellus referunt Alias enim mulier ex mora ſua commodum ſentiret contra

d. l.

d. relegatur. l. in fine de interdict. & relegat.s. Et melioris conditionis eſſet moroſa, quam ſoluens contra *l. non ſolum, ff. de nox. & l. ſeruus, ff. quod vi aut clam.* Vnde ſtatutum, quod vxore in matrimonio copulata decedente maritus lucretur dotem, habet locum, quando ſtat per mulierem, quominus copuletur, vt Rota *d. deciſ. 5. num.* 6. poſt Rolandum *d. quæſt. 7. num.* 7. Boëtium *deciſ. 22. num.* 29. & alios. Conſtituitur autem mulier, vel promiſſor in mora tum per interpellationem expreſſam præſertim iudicialiter factam, *l. quod ſi*, vbi Doctores, *ff. ſi certum petatur*, Rolandus *de lucro dotis*, *q.* 8. Mantica *d. tit. 5. num.* 57. & Rota *d. deciſ. num.* 7. tum per tacitam interpellationem, ſcilicet ſi dies adiecta ſolutioni aduenerit, illa enim tacitè interpellat, & conſtituit in mora *l. magnam, C. de contrah. empt.* Rolandus *d. quæſt.* 8. Boëtius *d. deciſ. 25. num.* 55. & alios allegans Mantica *num.* 18.

52 Procedit ergo difficultas, quando mulier, aut promiſſor non fuit in mora aut culpa ſoluendi dotem, quia ſocer cum genero conuenerit, vt non teneretur ei dare dotem vſque ad quinquennium poſt contractum matrimonium cum filia, & nondum elapſo quinquennio, filia, ſeu vxor deceſſerit, an in hoc caſu marito ex vi ſtatuti de lucro dotis datæ, ſeu loquentis de lucranda dote data debeatur lucrum dotis. Et hoc ſtatutum de lucranda dote data ſecluſa mora dotis ſoluendæ non habere locum in dote promiſſa, ſi vxor deceſſerit nondum elapſo termino præfixo ad illam ſoluendam aſſeruerunt Bartholus *in l. iubemus nulli, §. ſanè, num. 7. Cod. de Sacroſ. Eccl. ſiis, ibid.* Paulus de Caſtro, & Iaſon, Alexander *in l. ſi donaturus, §. 1. ff. de condictio. ob cauſam*, Crotus *in rubr. ff. ſoluto matrimon. num.* 85. Angelus, Socinus, Siluanus, Ruinus, & quamplurimi alij ex Iuriſperitis antiquioribus, quos latè referunt Tiraquellus *de retract. conuent. ad finem tit. num.* 58. Oſaſcus *deciſ. 21. num.* 9. & 15. Phanucius *de lucro dotis verbo, reſtituenda, num.* 30. Menochius *lib. 6. præſumpt. 3. num.* 21. Mantica *de tacit. & ambig. conu. lib. 12. tit. 5. num.* 12. P. Barboſa *in rub. ſolut. matr. part. 4. num.* 6. Antonius Faber *lib. 6. cod. tit. 6. defin.* 32. *num.* 2. & Gaſpardus Ant. Theſaurus *q. for. l. 2. q. 75. n.* 3. ita etiam Rolandus *de lucro dotis, quæſt.* 6. Phanucius *d. verbo reſtituenda, num.* 33. & 38. Oſaſcus *d. deciſ. 21. n.* 16. *& ſequentibus*, Brunus *de ſtatut. fœmi. exclud. à ſucceſſio. in 6. art. quæſt. 7. verſ. nam ſecus, & quæſt. 17. verſ. & pro hac ſententia*, Campegius *de dote p. vltima, quæſt.* 14. Carpanus *ad ſtatutum Mediolan.* 298. *num.* 295. & 246. Toſchus *litera S. concluſ.* 511. *num.* 57. Gregorius Natta *de ſtatutis quæſt. 2. num.* 11. Gayllus *obſer. pract. lib. 2. obſer. 79. num.* 4. Mantica *d. num.* 12. Petr. Barboſa *d. num.* 6. Theſaurus *citato num.* 3. Boërius *d. deciſ. 22. num.* 13. & præter nonnullos alios apud præcitatos Fachineus *contrlandi iuris lib.* 10. *cap.* 26. & Ricc. *in collect. dotis p. 4. collect.* 804. Et eſſe communiorem ſententiam teſtantur Crotus, & Gayllus: mouentur præcipuè, quia licet dare, & promittere aliquando ſint paria, quantum ad aliquos effectus *l. vlt. Cod. ad l. falc.* & quantum ad actionem *l. qui actionem, ff. de reg. iur.* tamen propriè, & vere aliud eſt dare, aliud promittere, vt videtur patere ad ſenſum, & dos data, & promiſſa ſunt diuerſa *l. 1. Cod. de dote cauta, l. ſocius* 82. *in fin. ff. pro ſocio* [in quibus Textibus dos enumerata ponitur diuerſa à dote promiſſa] & *l. ibi fin. data, vel promiſſa, Cod. ſolut. matrim.* verba autem ſtatuti ſunt strictè intelligenda, vt libera iacet iuxta iura allegata *ſuperius, num.* 40. & Doctores, quos allegant Oſaſcus *d. deciſ.* 21. [vbi poſt alios ait etiã in dubiis eſſe ſeruiendum verbis legis, & ſtatuti] & Gayllus *d. l. 2. obſeruat.* 33. vbi addit, ſtatuta adeò, vt vox libera ſonat, intelligenda, vt non expreſſa ſtatutor. ratione magis verba conſideranda ſint, quam ratio, per Textum *in l. proſpexit fin. ff. qui, & à quibus*, quod præſertim procedit in ſtatutis [quale eſt, de quo agimus] correctoriis, & iuri communi derogatoriis, vt idem Gayllus *d. obſeru. 33. num.* 3. Oſaſcus alios allegans *d. deciſ. 31. num.* 12. & 13. & Petr. Barboſa *d. part. 4. num. 7. initio*, vbi poſt alios, quod nec ex identitate rationis in ſtatutis correctoriis iuris communis admittitur extenſio. Quare licet eadem ratio onerum matrimonij, militet in dote promiſſa, non ideo tamen inquiunt Petr. Barboſa, & Fachineus ob ſimilitudinem, ſeu identitatem rationis in ſtatutis non expreſſe debet fieri extenſio, cum iſte non ſit caſus omiſſus, ſed excluſus à ſtatuto, quod cum reſtringat ſe ad dotem datam tacitè excludit promiſſam, & conſequenter etiam tacitè prohibuit ad dotem promiſſam fieri extenſionem, quæ in ſtatutis correctoriis non admittitur, niſi vel per aliam legem conueniatur facta prædicta extenſio, vt declarat Bartholus *loco ſuprà citat. d. §. ſanè, num.* 7. ſic ſaluans Gloſſam *in d. §. ſanè, verbo, acquirantur*, quæ legem illam loquentem in muneribus, & pretiis datis extendit ad promiſſa, vel ſaltem adſit ratio ſcripta ſuadens ſtatutum extendi debere. Quo tamen caſu etiam ſi alia ratio non ſcripta reddi poſſit, quæ prohibeat extenſionem, magis eſſe amplectendam, quæ extenſionem excludit, tradit Mantica *d. tit. 5. num.* 26. ex Gloſſa *in cap. conſtitutis de elect. in* 6. & Alexandro *in l. ſi conſtante in princ. num. 5. ff. ſolut. matrimon.* & Ruino *conſ. 59. num. 39. lib.* 3. Quare Phanucius *numero* 33. ait non obſtare, identitatem rationis, quia ſic lex eſt ſcripta, quamvis dura, & illi ſtandum eſt, licet etiam ex hac ſententia, & intelligentia dicti ſtatuti ſequatur melioris conditionis eſſe mulierem, quæ dotem promiſit, & non dedit, quam illam, quæ dedit & inde, ſcilicet dote promiſſa non ſoluta, maius incommodum maritus ſuſtinens matrimonij onera ſentiat, ob id non poteſt fieri extenſio ad dotem promiſſam cum dilatione conceſſa ad illam ſoluendam, inquit Fachineus, dicens, id eſſe imputandum viro, qui pacto ſibi non proſpexit circa lucrum dotis promiſſæ, vel quia ſibi dotem ſolui à principio non curauit, vel quia promiſſam non exegit. Ad nonnulla etiam alia obiecta contra hanc ſententiam reſpondet, Phanucius *numero* 33. dictum eſt. *Si ſtatutum ſit contra Ius commune*, non ſi non ſit contra ius commune, veluti ſi diſponat, quod maritus lucretur certam partem dotis datæ, ſi vxor deceſſerit exiſtentibus liberis, in hoc caſu non prohiberi extenſionem tradit Mantica *dicto tit. 5. num.* 12. *verſ. ſed hac ſententia*, cum ſtatutum in hoc non corrigat ius commune, quia prius [inquit) etiam in dote promiſſa fuit correctum à generali conſuetudine Merlini.

53 Non ſufficere autem, vt maritus illam lucretur vigore huius ſtatuti, dotem eſſe exactam, & ſolutam poſt mortem vxoris, ſed debere eſſe datam conſtante matrimonio, ita vt tempore mortis ſit marito iam ſoluta contra Ruinum *in rubr. ff. ſolut. matrim. num.* 181. volentem ſatis eſſe, quod hæredes vxoris poſt illius mortem cogi poſſint ad ſolutionem, & facta ſolutione habere locum eiuſdem dotis lucrum, rectè aduertunt Phanucius, & Mantica *d. tit. 5. num.* 14. quia tempore mortis vxoris, lucrum dotis marito defertur, cum dicat ſtatutum, ſi mulier ſine liberis deceſſerit, maritus lucretur, &c. de quo latius idem Mantica *ibidem*.

54 Limitatur vero hæc ſententia, vt non procedat, ſed ſtatutum de lucranda dote data habeat locum etiam in dote promiſſa nondum ſoluta, ſi ex communi vſu loquendi dos promiſſa appellaretur dos data, ſeu pro data acciperetur, mulierque, cui dos eſt promiſſa, dotem habere dicatur ita alios allegantes Rolandus *d. quæſt.* 6. *num.* 7. Gayllus *d. obſeru. 79. num.* 5. & Mantica *d. tit. 5. n.* 9. & 10. eo quod in ſtatutis, & in qualibet materia potius communis loquendi vſus attenditur, quàm verborum proprietas, *cap. quamvis de verbor. ſignif.* ibi, *vſus tamen obtinuit*, & *l. fin. Cod. de his, qui veniam*

ata. impetr. & alij Textus ad id ab iiſdem adducuntur & per dicta iura, & alia tradunt communiter Iuriſperiti, quos iidem allegant, & pleniùs Iaſon. *in rubr. ff. de nou. oper. nunt. num.7.* vbi dixit, vt notat Gayllus quod in omni materia non ſolum fauorabili, ſed etiam odioſa, & pœnali communis vſus loquendi attendi debeat, & propriæ ſignificationi prætereundus ſit, adducens etiam Textum *in leg. in vulgari*, ibi, *ſed tamen vulgi ſermone, ff. de verbor. ſignific.* Quamvis Phanucius *dicto numero* 33. ad ſecundum dicat, hic non debere attendi vſum loquendi, cum ſtatutum expreſſiſſe de Dote data videatur ad differentiam promiſſæ tantum. Dicunt tamen Rolandus, Mantica, & Fachineus, quod erit probandum talem communem vſum loquendi adfuiſſe tempore ſtatuti conditi, vt inde colligi poſſit ſtatuentes ad illum reſpexiſſe. Addit Mantica ex Bartholo, & Alexandro præfatum vſum loquendi non attendi, ſi extet aliud ſtatutum, quod ſtatuta intelligantur ſecundum propriam ſignificationem.

55 Limitat etiam Socinus *conſ.35.numero 16. verſic. praeterea vol.1.* vt ſi dotis promiſſæ pars ſit marito tempore mortis vxoris data, & pars nondum data, habeatur Dos pro tota ſoluta, & ſic maritus etiam partem nondum ſolutam lucratur. At verò Phanucius *num.54.* vult quod maritus ſolùm pro parte ſoluta lucrum facere debeat, & ait ſenſiſſe etiam eundem Socinum *conſil.32. verſic. illa concluſio vol.3.* poſt Angelum *in §.illud Auth. de non eligend. ſecundo nub.*

56 Inſuper limitatur non procedere, ſi in ſtatuto ſit aliquod verbum etiam obiter dictum de Dote promiſſa, vnde poſſit aliquo modo declarari idem velle in caſu dotis promiſſæ, ita Phanucius *num.*34. Poſt Socinum iun. *in rubr. ff. ſolut. matrim. numero* 54. Angelum *conſ.*76. & Alexand. *conſ.63. in fine vol.3.* vbi rationem aſſignat, ſcilicet, quia præcedenria declarantur ex ſubſequentibus, vel è contra *l. ſi ſeruus plurimum §. fin. ff. de legat. l. vtrum, ff. de petitio. hæred. & l. hæred. §. finalis, ff. de teſtamentis.*

57 Demum limitatur non procedere, ſi rubrica ſtatuti per verba generalia dicat, maritum mortua vxore in matrimonio dotem, vel partem dotis lucrari debere, & Textus ſtatuti habeat, quod maritus dotem ab vxore traditam lucretur, vel retineat, vel non teneatur reſtituere hoc enim caſu ſtatutum habere locum in dote promiſſa tradunt Iaſon *in l.1. num.9. ff. ſi certum petatur, ibid.* Decius *num.6.* Purpuratus *num.*37. Alciatus *n.7.* Corneus *conſ.67. lib.1.* à Menochio *l.6. d. præſum.1. num.21. initio* relati Rota Romana alios allegans *d. deciſ.5 num.1.* apud Ludouiſium, Phanucius *de lucro dotis d. verbo reſtituenda n.*10. & Rolandus *de lucro dotis q.9.* id probans quod rubrica generalior nigro non debeat reſtringi per nigrum ſpecialibus loquens, & alia ad id adducit idem Rolandus apud eum videnda.

58 Contrarium, & ſtatutum lucrum dotis deferens marito vxore ſine filiis prædecedente loquens tacitè, vel expreſſe de dote data, vel tradita habere locum etiam in dote promiſſa, etiam ſecluſa mora ſoluendi affirmarunt Bartholus non ſibi conſtans *conſ.132. num.3. l.1.* Angelus *conſ.*180. Alexand. *conſ.63. in fine vol.4.* Salycetus *in l. ſi conſtante, num.4. Cod. de donat. ante nupt.* Guido Papa *queſt.565. num.3.* Afflictus *de nat. ſucceſſ. feud. num.79. & in conſtit. regni incipit, licentiam col.2.* Socinus iun. *in rub. ff. ſoluto matrim. num.53. verſic. & moueor, & conſil.35. num.50. lib.1.* Tiraquellus *de retract. conu. ad finem tituli, num.36. & 37.* Mateſcottus *var. reſolut. lib.1. cap.42. num. 5.* Menochius *lib.6. præſumpt.1. num.21.* apud eumdem Menochium, Tiraquellum, & Oſaſcum *d. deciſ.21. num.5.* Calcaneus, Ruinus, Curtius Iun. Cumanus, Abbas Pariſius, Decianus, Cephalus, Peregrinus, Paulus Leonius (quos idem Menochius aduertit, quod Oſaſcus non rectè, ait intelligendos, quando ſtatutum loquitur ſimpliciter de Dote, non verò quando loquitur de dote data, cum loquantur ferè omnes in terminis ſtatuti de lucro dotis datæ, & aliqui quando ſtatutum dicit maritum lucrari partem dotis reſtituendæ) Beltraminus *in annotata ad deciſ.5. apud Ludouiſium*, & Ferentillus *ad allegatam deciſionem Rotæ Romanæ* 432. apud Burattum, & vterque teſtatur ita tenuiſſe Rotam *in Aſculana dotis 9. Martij* 1603. *Coram Sacrato*, vbi fuit dictum ſtatutum de lucro dotis habere locum in dote promiſſa, ſiue ſtatutum vtatur verbo *remaneat*, ſiue etiam loquatur de dote data, idem tenuiſſe eandem Rotam *in Senegalienſi dotis 23. Ianuarij 1608. coram Pamphilio*, refert Beltraminus *ibid.* idem quoque dixit Rota *deciſ.248. num.6. verſic. & eo modo part.4. diuerſorum*, & hanc ſententiam eſſe æquam, & hodie magis receptam teſtatur Menochius *allegato num.21.* Probatur primo ex traditis *ſuprà num.16.17. & 19.* ſcilicet, quod in iure dos data, & promiſſa à pari procedunt, & de vtraque idem ius ſtatuitur, dotiſque promiſſio, & eius ſolutio æquiparantur, & dotis promiſſio habetur pro ſolutione, & quod dos promiſſa fide habita de pretio & ſolutione cenſeatur data, ſeu habeatur pro data ex Doctoribus *n.17.* relatis magis expreſſe aiunt Tiraquellus *d. num.32.* per Textum *in Auth. dos data, Cod. de donat. ante nupt.* & Theſaurus *d. queſt.75. num.2.* Cum ergo habeatur pro data, & ſoluta, debet comprehendi ſtatuto de lucranda dote data, & quando non fuit ſolum habita fides de dotis promiſſæ ſolutione, ſed acceſſit ſpecialis hypotheca ſuper bonis, ſeu fundis, aut poſſeſſionibus à marito acceptata, vel acceſſerunt fideiuſſores à marito accepti, qui eidem marito ſe obligarunt, dotem ei ſoluere dotem haberi pro ſoluta, eo quod dum maritus acceptat hypothecam, vel fideiuſſionem, videtur ea ſatisfactione conſenſus, & dotem recepiſſe promiſſam, & in ea tunc locum habere ſtatutum de lucranda dote data, tradunt Achilles de Graſſis plura, & Doctores ad id adducens *deciſ.2. de dote*, & Phanucius *de lucro dotis d. verbo reſtituenda, num.51.52.* allegans Socinum *conſ.32. circa fin. vol.3.* & tunc maritum videri dotem promiſſam recepiſſe probans per Textum *in l. ſi rem §. 1. ff. de pignor. act.* vbi creditor, cui à debitore dantur fideiuſſores pro debito, dicitur id, quod ſibi debetur, recipere, ita quod pignus liberatur, & actio pignoratitia incipit cópetere eidem debitori aduerſus creditorem pro pignore recuperando per Doctores, quos *ibid.* allegat & idem iuxta Bartholum allegatum à Ruino *conſ.*147. & Phanucio, *verbo reſtituenda, num.50.* quando promiſſio dotis eſt in pecunia, & mulier, ſiue alius promiſſor aliquid creditum dat marito ad exigendum, vt de pecunia exigenda ſibi ſatisfaciat, & dotem promiſſam ſoluat, licet illud creditum illi non cedat in ſolutum, videtur enim tunc mulier, ſeu promiſſor ſatisfeciſſe, & ſoluiſſe, ſicut quando cauet viro ſpeciali hypotheca ſuper ſuis bonis, vel dat fideiuſſorem à marito acceptatum, ſicut enim in hoc caſu obligatio ad dotem non tollitur, per ceſſionem crediti, ita nec quando dantur fideiuſſores prima obligatio ad dotem promiſſam extinguitur, ſed adhuc remanet cum acceſſu erga fideiuſſores, & nihilominus dos habetur pro ſoluta, & ſi contrarium cum Ruino *d. conſ.* 197. tenet Phanucius *d. n.50.* & ſi nomen debitoris datũ ſit in dotem, tunc dotem intelligi eſſe apud Maritũ tanquam rem certam tradit Mantica *d. tit.5. n.23.* eo quod tunc intelligatur actum, vt actio, quæ vxori competit contra debitorem ſit res dotalis, & ideo cum actio ſit tranſlata ad maritum, ipſe dicitur habere rem dotalem.

Secundo probatur illa ratione, quod ratio onerum matrimonij, quæ maritus ſuſtinet, qua ſtatuentes cenſentur moti ad tale ſtatutum militat etiam in dote promiſſa, & magis cum grauius ſit marito illa ſuſtinere dote nondum ſoluta, quam ea ſoluta, nec 59

videtur

videtur credibile magis fauere voluiſſe mulieri in caſu nondum dotis ſolutæ ratione dilationis conceſſæ, quam in caſu dotis ſolutæ. Quare, quod ſtatutum loquitur de Dote data, ſeu ſoluta, exiſtimandum id factum fuiſſe ob maiorem illius caſus frequentiam (vt in terminis Socinus iunior *locis ſupra allegatis*, & Rota *d. deciſ.* 248. *num.* 6. 4. *p. diuerſor.*) quia ſcilicet, vt plurimum tempore mortis mulieris dotes, quæ dantur propter onera matrimonij, reperiuntur ſolutæ, ideò non debet ſtatuti diſpoſitio excludere caſum dotis promiſſæ minus frequentem, & ad dictum caſum dotis datæ iuxta communiter contingentia poſitum reſtringi Gloſſa *in l. vnicam, verbo quoties, verſic. vel dic tertio, quod ſic de facto erat*, & *ibi* Decius *num.* 9. Iaſon *num.* 12. *Cod. quando non petentium partes* à Rota *d. num.* 6. relati item Gloſſa *in l.* 1. *Cod. de raptu Virginum, verbo ſponſam ſuam*, & Socinus iunior *locis allegatis*, & alij, quos ad id refert & ſequitur Phanucius *d. verbo reſtituenda, num.* 6. ita etiam Theſaurus *d. q.* 75. *num.* 3. *in fine.*

60 Tertiò probatur, quia ſtatutum de lucro dotis, vtpote, ſpe lucri inuitans viros ad matrimonia, concernit bonum publicum, & ſic eſt fauorabile, vt *ſupra numero* 44. notatum eſt, & conſequenter admittit extenſionem, vt *eodem num.* 44. dictum eſt, & tradit expreſsè Rota *ibidem* allegata, ex quibus ceſſat omnis vis argumentorum, quæ pro priori ſententia adducta ſunt.

Statutum quod maritus præmortua vxore ſine liberis non poſſit cogi reſtituere dotem, vel lucretur dimidiam dotis reſtituendæ an habeat locum in dote promiſſa?

61 Difficultas quarta, an ſtatutum diſponens, quod vxore decedente ſine liberis maritus non poſſit cogi reſtituere dotem, vel lucretur dimidiam partem dotis reſtituendæ habeat locum in dote promiſſa conceſſa à marito dilatione certi temporis ad illam ſoluendam, decedente vxore nondum elapſa dilatione, ita vt nulla fuerit mora dotis ſoluendæ ante illius mortem. Negant habere locum in promiſſa non ſoluta abſque mora (& ſic ſtatutum dicat, maritum non poſſe compelli dotem reſtituere, illum nihil dotis lucrari, ſi dicat non poſſe compelli reſtituere dimidium dotis, vel lucrari dimidium dotis, lucrari ſolum dimidium dotis ſolutæ tempore mortis vxoris) Crotus *in rub. ff. ſoluto matrim. num.* 86. Ruinus *conſ.* 197. *à numero* 5. *lib.* 1. Capicius *deciſ.* 176. *num.* 33. & 34. P. Barboſa *in d. rub. ff. ſoluto matrim. parte* 4. *num.* 6. Tuſchus *littera S. concluſ.* 511. *num.* 111. & Mantica *allegato tit.* 5. *num.* 19. *& ſeq.* & apud eundem nonnulli alij. Probatur, quia reſtituere dicimus, quod accepimus, vt Alciatus *in l. reſtituere, ff. de verbor. ſignif.* & ſic reſtitutio dotis in totum, vel pro parte fieri non poteſt, niſi prius data fuerit. Cùm ergo verbum, *reſtituere*, non videatur poſſe adaptari ad dotem promiſſam nondum datam quod ea reſtitui non poſſit, ſtatutum reſtringitur ad dotem tempore mortis vxoris marito datam ſeu ſolutam, additur, quod ſtatuta in propria ſignificatione ſtatuti intelliguntur, maximè exorbitantia à iure communi iuxta notata *ſupra num.* 42. *& num.* 52. quibus tamen non obſtantibus.

62 Contrarium & prædictum ſtatutum de Dote non reſtituenda, vel de non reſtituenda dimidia parte dotis; ſeu de non compellendo maritum reſtituere dimidium dotis, procedere etiam in dote promiſſa tempore mortis vxoris nondum ſoluta citra moram, probarunt Salicetus *in d. l. ſi conſtante, n.* 4. *Cod. de donat. ante nupt. &* *in l. vltima, Cod. ſoluto matr.* Iaſon *in rub. ff. ſoluto matrim.* & *ibi* Crotus, Socinus, & alij Alciatus *in d. l. reſtituere*, Angelus *conſ.* 180. Plures alij antiquiores Iuriſperiti à Tiraquello *de retractu conuen. ad finem tituli, num.* 13. & à Phanucio *de lucro dotis, d. verbo reſtituenda, n.* 2. relati idem, Tiraquellus *ibid.* Rota Romana apud Achillem de Graſſis *deciſ.* 119. *nu.* 2. *de dot.* Guido Papa *allegata q.* 565. *num.* 7. Menochius *l.* 6. *præſumpt.* 1. *num.* 21. Gaſpar. Ant. Theſaurus *q. for. l.* 2. *allegata quæſt.* 75. *num.* 4. teſtans ita in facti contingentia iudicaſſe Senatum Taurinenſem, & Phanucius *d. num.* 2. *ad* 12. qui ne ſibi videatur contrarius, cùm teneat, quod ſtatutum de lucranda dote data non comprehendat dotem promiſſam, & quando ſtatutum loquitur de Dote reſtituenda, verbum *reſtituenda* ſupponat dotem datam, ac proinde, vel vtrumque ſtatutum, vel neutrum debet habere locum in dote promiſſa, *num.* 53. ad hanc obiectionem reſpondet, quod minus eſt, loqui ſtatutum de dote data per modum taciti ſuppoſiti, quàm cum loquitur expreſsè de dote data, cum plus operetur expreſſum quam tacitum ad notata *in l. expreſſa de reg. Iuris*, & tradita per Tiraquellum *ad ll. connub. gloſſa* 7. *num.* 4. *verſic. nunc reſtat.*

Probatur hæc ſententia, quia Dos promiſſa eſt verè Dos conſtituta, & in eſſe deducta, & habetur pro ſoluta, ſeu antequam ſoluta, & data, vt probatum eſt *ſupra n.* 16. 17. 19. & 58. & ita de ea verificari poteſt, verbum, *reſtituere*, item ratio finalis ſtatuti, quæ eſt ratio onerum matrimonij multò magis militat in dote promiſſa, vt notatum eſt *ſupra num.* 44. & 59. & pariter ſtatutum eſt fauorabile publico, ſi ſtatutum non obſtante verbo *reſtituere* poteſt intelligi non excludere dotem promiſſam, ita intelligendum eſt: Rectè autem intelligi poteſt per tradita *ſupra num.* 59. ſcilicet, quod ideò ſtatuentes expreſsè loquuti ſint de Dote reſtituenda, quia vt plurimum (vt dictum eſt *d. num.* 59.) dotes ſolutæ ſunt, quando venit caſus reſtitutionis per diſſolutionem matrimonij, ſeu mortem vxoris, & leges accomodari ſolent ad ea, quæ frequentiùs accidunt nec per hoc excludunt caſum minus frequentem, vt Doctores *ſupra d. numero* 59. relati, & in his terminis Theſaurus *d. num.* 3. (dicens eſſe veriſſimam conſiderationem, & reſponſionem ad illud verbum *reſtituere*) & Phanucius *vbi ſuprà num.* 6. addit Phanucius ex Iuriſperitis *num. præcedenti allegatis* verbum *reſtituere*, poſſe verificari per remiſſionem obligationis ex promiſſione dotis, & per acceptilationem, nam maritus remittendo dictam obligationem, vel acceptam ferendo dotem promiſſam videtur & dicitur ſatis reſtituere, cum *remittere* ſit dare, vt latiùs idem Phanucius *num.* 4. explicat. Confirmat Phanucius *d. num.* 2. quod verbum ſtatuti, *reſtituere* reſpicit etiam dotem promiſſam nondum traditam, ratione tradita à Rota apud Achillem de Graſſis *allegata deciſione*, ſcilicet, quia *l. vnica, Cod. ſoluto matrim.* Dos dicitur reuerti ad mulierem etiam quando nunquam fuit ſoluta ſed tantùm promiſſa; ergo etiam ſtatutum cum dicit dotem reſtitui habet locum, & intelligitur etiam in dote tantùm promiſſa, cum par ſit poteſtas, vis, atque ſignificatio, quo ad hoc verbum, *reſtituere*, vel *reuerti*, quia vtramque præſupponit æquè dotem iam fuiſſe ſolutam, & proinde idem Ius reſultare debet. 63

Statutum diſponens, vt maritus præmoriente vxore retineat dotem, vel dos remaneat penes maritum, an habeat locum in dote promiſſa.

Sed quid ſi ſtatutum dicat, vt mortua muliere ſine liberis vir retineat dotem, vel dimidiam dotem, vel dos, 64

aut dimidium dotis remaneat marito, an habeat locum in Dote promiſſa non ſoluta citra moram. Negant Toſchus *l.t.S.concl.*511.*n.*115. Capicius, & P. Barboſa *locis ſuprà n.*61.*relatis*, quia *retinere*, *remanere* ſupponunt dotem ſolutam, & traditam. Quare ſtatutum vi detur voluiſſe ſolum exceptionem marito conuento ad dotis datæ reſtitutionem parare per modum retentionis, quæ eſt fauorabilior, quam petitio *l. in area* §. *fin. ff. de condict. indebiti & l. Paulus* §. *fin. ff de doli except.*

65 At affirmant Phanucius *dict. verbo*, *reſtituenda n.*14. Theſaurus *dic. quæſt.* 75. *num.* 5. Rota Romana *deciſ.*250. *num.*3. apud Seraphinum *deciſ.* 248. *num.*8.9. & 11. *parte* 4. *diuerſor. in Aſculana dotis*, & *in Senagollenſi dotis*, *ſuprà num.*58. *relatæ*, Oliuerius, Beltraminus, & Ferentillus *locis pariter d. num.* 58. *allegatis* probat Rota *d. deciſ.*248. quia verbum, *remanere*, verificatur in Dote promiſſa, vt conſtat expreſſe ex Textu *in l. Bebius*, *ff. de pactis dotalibus*, vbi idem Gloſſa, verbo, *remanere*, & ſi in hoc caſu dotis promiſſæ tantum, & non ſolutæ non poſſit dici remanere rem promiſſam, & dandam in dotem, nihilominus rectè dicitur remanere dotem, quoad actionem ad illam, ſeu quatenus penes maritum manet Ius, ad rem in dotem promiſſam conſequendam. Item *deciſio illa* 250. *apud Seraphinum* dicit quod verbum, *remaneat*, poteſt habere ſignificationem directam, & obliquam; directam, vt ſi maritus poſſidet *remaneat*, obliquam, vt ſi non poſſidet, petat ſibi reſtitui, vt Bartholus *in l. Prætor in fine prin. ff. de bonor collat.* & Doctores *in l. centurio*, *ff. de vulgari*, & *pupill.* & *in l. precibus Cod. de impub. & al. ſubſtit.* tractantes de verbis communibus, & directis. Denique eadem Rota *deciſ.*248. *num.*11. *p.*4. *diuerſor.* ait verbum *remanere* in ſtatuto de lucro dotis appoſitum, non impedire, quin habeat locum in dote promiſſa, quia rectè dici poteſt ſtatutum ſic fuiſſe loqoutum, quia vt plurimum dotes ſolent tradi viris & penes ipſos reperiri, cum matrimonium diſſoluitur vt *ſuprà tradita*, *num.*59. & 63. Addi poteſt, quod dos promiſſa habetur pro ſoluta, vt ſæpius *in præcedentibus* notatum eſt & prædicta oſtendunt etiam, quando ſtatutum vtitur verbo *retinere*, cum æquiualeant *remanere* & *retinere*, & rectè dicitur maritus retinere, quatenus retinet Ius actionis ad dotem promiſſam conſequendam, vt Theſaurus vbi *ſuprà*, & quia ſit appoſitum, quia vt plurimum tempore diſſolutionis matrimonij dotes reperiantur ſolutæ. Ex quibus dicendum eſt etiam pactum inter coniuges initum, vt prædecedente vxore maritus retineat dotem, vel illius partem, ſeu dos, aut illius pars penes maritum maneat, procedere etiam in dote promiſſa citra moram tempore mortis vxoris non ſoluta: id quod etiam contra Ruinum *conſil.* 197. volentem maritum non debere lucrari dotem, niſi mediante rerum dotalium retentione, quæ ſola videatur per tale pactum conceſſa, tenet Phanucius *d. num.* 15. Pactum enim intelligendum eſt ad inſtar ſtatuti, & verba *retinere*, *remanere* eundem admittunt intellectum appoſita in pacto, ac appoſita in ſtatuto.

Statutum dicens, quod maritus lucretur partem dotis, quam receperit an comprehendat dotem promiſſam.

66 Quid iterum ſi ſtatutum dicat, quod vir lucretur partem dotis, quam recepit, an procedat in dote promiſſa. Reſpondent Phanucius *d. verbo Reſtituenda*, *n.*17. & Gaſpar Ant. Theſaurus *d. q.* 75. *n.* 7. habere locum textum in dote realiter à marito recepta, & Phanucius refert ita ſenſiſſe Baldum *conſil.*465. *in fine*, *vol.*4. & fuiſſe caſum Bartholi *ad ſtatutum Brociæ*, *conſ.*153. videtur enim ſtatutum reſtringere ſe ad realiter datam, & ita tenet etiam Carpanus *ad ſtatutum Med.* 298. *numero* 245.

Sed mihi videtur habere locum etiam in dote pro- 67 miſſa, & non ſoluta abſque mora, idque per tradita *ſuprà num.*58. & *duobus ſeqq. num.*63. & 65. idem enim quoad ſonum verborum videtur, dotem eſſe datam, ſeu traditam, & eſſe receptam, ſi ergo quando ſtatutum loquitur de dote data, & tradita, habet locum in dote promiſſa debet habere etiam quando loquitur de dote recepta; & in hoc caſu rectè etiam procedit illa ratio, quod ſtatutum ſic loquutum ſit, quia vt plurimum contingat dotem eſſe à marito receptam tempore mortis vxoris.

Statutum, ſi dicat maritum lucrari partem dotis penes maritum exiſtentis, an habeat locum in dote promiſſa.

Maiorem difficultatem habere videtur, ſi ſtatutum 68 dicat quòd maritus lucretur partem dotis penes ſe exiſtentis, an tunc procedat ſolùm in dote, quàm maritus de facto realiter habuerit, & ita reſpondent iidem Phanucius *d. num.*17. & Theſaurus *num.*8. & ſic conſuluiſſe Baldum *conſ.*200. *ad finem*, *vol.*3. verum videtur habere locum etiam in promiſſa propter notata *num. præcedenti*; eſſe enim exiſtentem penes maritum, & eſſe datam, ſeu traditam marito videntur idem importare, eo enim ipſo, quod dos eſt tradita marito penes eum exiſtit; & præterea benè exiſtimari poteſt, ſic loquutum ſtatutum, quia vt plurimum contingit dotes tempore diſſolutionis matrimonij eſſe realiter datas, & exiſtere penes maritum.

Statutum de lucro dotis, vel dotis datæ, an habeat locum in dote præſumpta, vbi, quæ ſit dos præſumpta.

Difficultas quinta, an ſtatutum, quo cauetur, vt ma- 69 ritus prædecedente vxore ſine liberis communibus lucretur dotem, ſeu dote data, habeat locum in dote præſumpta. Nomine dotis præſumptæ in hac difficultate accipitur dos, quàm mulier ſecundò nubens ex legis diſpoſitione, ſeu præſumptione cenſetur dare, ſeu conſtituere ſecundo marito, nulla facta per mulierem expreſſa conſtitutione dotis, quando primo marito debeat dotem Pro cuius rei maiori intelligentia ſupponendum Iure communi in dubio, & vbi aliter expreſsè inter coniuges ab initio contractus matrimonij non eſt conuentum, dotem à muliere conſtitutam, ſiue datam primo viro cenſeri conſtitutam ſeu datam ſecundo viro, ſeu repetitam in ſecundo matrimonio; licèt inter eamdem mulierem viduam, & ſecundum maritum nihil expreſsè actum, nullàque facta ſit mentio de dotis conſtitutione, ita per Textum *in leg. dotem* 30. *ff. de Iure dotium* (vbi expreſsè & in terminis id lex dicit) *in l. diuus eodem titulo* (vbi ſi mulier, quæ dedit dotem viro, poſt diuortium redit in matrimonium, cenſetur cum eadem dote redire) *in lege cùm maritus*, §. *Titius*, *ff. de pactis dotalibus* (vbi idem dicitur de extraneo, qui dedit dotem mulieri quæ poſt diuortium redit ad maritum cum voluntate eiuſdem extranei, vt cenſeatur cum eadem dote accepiſſe) & *in l. penult.* §. *vxor*, *ff. ſoluto matr.* & *in l. poſt diuortium*, *ff. de Iure dotium* in quibus duobus textibus dicitur, quod dos data in primo matrimonio ſoluto per diuortium cenſetur repetita in ſequenti, licet matrimonium tertij interuenerit, ſcilicet alteri viro nupſerit, & poſtea ad primum

mum redierit) ita , inquam , per præallegatos textus Iuriſperiti communiter ſic Gloſſa *in Auth. ſed quamuis, verbo fortuitas , Cod. de rei vxoriæ actione*. Baldus *in l. ſi conſtante verſ. ſed pone , Cod. de donat. ante nupt.* Cynus *in dicta Auth. quamvis, in 3. q.* Bartholus *in d. l. penult. §. vxor, & alibi*. Paulus de Caſtro *in l. ſi mulier diuertit. ff. ſolut. matrim. & conſ.* 283. & præter innumeros alios, quos refert Rolandus *de lucro dotis quæſt.* 75. *num.* 6. & 7. & Menochius *conſ.* 5. *num.* 1. Baldus Nouellus *de dote parte* 9. *priuil.* 71. *num.* 1. & 2. Rolandus à Valle *d. quæſt.* 75. *num.* 1. *ad* 7. Phanucius *de lucro dotis gloſſa* 10. *num.* 6. Menochius *d. conſ.* 5. *d. num.* 1. & *de præſumptionibus lib.* 3. *præſumpt.* 6. *num.* 25. & *ſeqq.* Ludouicus Ioſeph *deciſ. Peruſ.* 99. *num.* 15. & 16. *p.* 2. Mantica *de tacit. & ambig. lib.* 12. *tit.* 15. *verſic. ſed diuerſa*, innumeros alios referens Oſaſcus *deciſ.* 21. *num.* 1. & plures alios allegans Carpanus *ad c.* 298. *ſtat. Mediol. n.* 268. & eſſe communem Iuriſperitorum ſententiam teſtantur Rolandus , & Menochius à qua dicit Rolandus *in fine , num.* 7. in iudicando non eſſe recedendum , quia eſſet contra ſtimulum calcitrare. Quare non videntur vllo modo audiendi Conſtantius Rogerius *de dote, §.* 3. *num.* 1. *verſic. ego circa.* Corneus *conſ.* 254. *vol.* 1. nonnulli alij relati à Mantica *d. num.* 15. immediatè ante *verſic. ſed diuerſa* , & Cauagnolus *in obſeruat. ad d. conſil.* 5. *num.* 1. *Menochij , & in Anatomia Iuris ad d. l. dotem* 30. contrarium ſentientes , & dicentes præfatam communem non probari per allegatos textus , quia (inquiunt) loquuntur in matrimonio redintegrato. ſcilicet quando mulier poſt factum cum viro diuortium (quod leges ciuiles antiquæ permittebant , licet iure diuino diuortium quoad vinculum non permittatur 1. *ad Cor. cap.* 7.) ad eumdem virum redibat, in quo caſu iuxta ea iura dos ſemel conſtituta cenſetur repetita in redintegratione matrimonij; de caſu verò, in quo mulier poſt primum matrimonium contrahit matrimonium cum altero viro , quod cenſeatur nubere cum eadem dote primo viro conſtituta , iura præallegata nil diſponunt , & ea vno caſu expreſſo in dictis textibus non debet fieri illatio ad alium caſum diuerſum: ita præfati Doctores , contra tamen communem intellectum , ſeu interpretationem Iuriſperitorum , & *d. l. dotem* , atque adeo non audiendi præſertim in praxi , de quo *infra cap.* 8. *à num.* 120. Aduertendum autem , quod ſi vxor habuiſſet plures maritos quibus diuerſas dotes dediſſet , & iterum nuberet alteri viro nulla facta dotis expreſſa conſtitutione , deberet attendi dos vltimo viro prædefuncto conſtituta , & hæc iuris præſumptione cenſeretur reperita , eamque ſolam maritus ipſa præmoriente ſine liberis communibus lucraretur , vigore ſtatuti de lucro dotis ſuppoſito, quod habeat locum in hac dote præſumpta iuxta more tradenda ita Ludouic. Ioſeph. *d. deciſ.* 99. *num.* 17. poſt Ruinum *conſil.* 137. *num.* 5. *lib.* 4. & Pariſium *conſ.* 34. *num.* 3. *lib.* 3.

69 Igitur ſuppoſita præfata communi ſententia , difficultas eſt inter Iuriſperitos , an ſtatutum diſponens, vt vxore prædecedente ſine liberis , maritus lucretur dotem , vel dotem datam , vel dimidium dotis datæ , habeat locum in hac dote præſumpta ex legis diſpoſitione. Et negarunt Iaſon *in rubr. ff. ſolut. matrim. num.* 21. Curtius Senior *conſil.* 79. & non pauci alij , quos referunt Oſaſcus *d. deciſ.* 21. *num.* 13. Rolandus *quæſt.* 75. *num.* 8. *ad* 14. & Menochius *d. conſil.* 5. *num.* 9. *verſic. nono , & vltimo* , quorum fundamenta proponunt , & latiſſimè Oſaſc. *à num.* 9. *ad* 16. & Menochius *à n.* 2. *ad* 9. incluſiue, & præcipuum eſt , quod ſtatutum ſit correctorium iuris communis, quia contra *l. hac edictali, C. de ſecundis nupt.* priuat ſuccedentes ab inteſtato ipſi mulieri *l.* 1. *Cod. unde vir, & vxor*, & etiam aufert mulieri libertatem diſponendi de rebus ſuis contra *l. in re mandata, §. diſpenſ. in Auth. de nupt.* In correctoriis autem & exorbitantibus à iure communi diſpoſitio loquens in actu vero, & proprio (vt eſt ſtatutum de lucro dotis datæ) locum non habet in præſumpto.

70 At affirmarunt Rolandus *d. quæſt.* 75. *à num.* 15. Phanucius *dicto verbo Dotis , & Corredorum à num.* 6. Ludouic. Ioſeph. *allegata deciſ.* 99. *num.* 16. Menochius *d. conſilio* 5. *à num.* 10. *ad finem* , Carpanus *ad d. ſtatutum* 298. *num.* 271. & 275. Bartholus *In ſua diſputatione. Mulier habens amplum patrimonium column.* 6. *verſic. ad primum dico.* Curtius iunior *conſ.* 4. & centum alij Iuriſperiti ex antiquioribus , quos referunt Rolandus *num.* 16. & 17. Carpanus *d. num.* 27. & Menochius *d. conſ.* 5. *num.* 24. vbi propterea *in fine* , *num.* addit citra dubium hanc ſententiam eſſe magis receptam, & in caſu, quo mulier ſecundo nubens nulla dotis conſtitutione facta bona dotalia ab hæredibus primi mariti habita , tradidit ſecundo viro , vel eadem bona ſcienter , & patienter maritus ab initio contracti matrimonij poſſederit , iuxta hanc ſententiam iudicaſſe *Senatum Pedemontanum*, eo quod tunc dicitur probata datio , & traditio dotis, teſtatur Oſaſcus *d. deciſ.* 21. *n.* 20. quem ſequitur Riccius *in collect. deciſ. p.* 4. *collect.* 804. ita etiam ſentit Tuſchus *litera S. concluſ.* 511. *num.* 66.

71 Ad hanc ſententiam communem probandam plura argumenta ab Oſaſco , Rolando , & Menochio adducuntur , præcipuum eſt , quod hæc dos præſumpta, ſeu quæ legis præſumptione cenſetur à muliere ſecundo nubente conſtituta , & data ſecundo marito , licet de conſtitutione nihil ſit expreſſe actum, eſt vera dos, probata iuris præſumptione , quia licet actus probandi ſit præſumptus , tamen dos probata iuris præſumptione (dato etiam quod hæc præſumptio eſſet impropriè probata) eſt vera dos , cum non referat quomodo probetur dos , vel per probationes directè vel per præſumptiones , & indirectè, ſiquidem dos vtroque modo probata eſt vera , & propriè dos , ſicut conſtitutum poſſeſſorium eſt modus , ſeu actus fictus à lege transferendi, ſeu acquirendi poſſeſſionem , & tamen ipſa poſſeſſio eſt vera , non ficta , *l.* 1. *§.* 1. *ff. de precario* , & late Tiraquellus *de conſtituto poſſeſſorio in ſecunda parte*. Quare etiam hæc dos (de qua in præſenti) conſtituta à lege eſt vera dos, ſeu datio dotis, licet conſtitutio dotis ſit ficta, item filiatio reſpectu patris non poteſt probari, niſi probationibus, & coniecturis , *l. Lucius, & l. filium quem definimus , ff. de his , qui ſunt ſui , vel alien. Iuris* , & late ego *in primo tomo moral. var. tit.* 1. *n.* 1429. & 1430. & nihilominus licet hæc probatio per coniecturas dicatur impropria probatio , filius tamen ita probatus dicitur verus filius , *l.* 1. *§. ſi quis , ff. de Carbon. edicto & l.* 1. *§. pœna , ff. de liber. agnoſc.* & etiam pater dicitur certus *l. quia ſemper ff. de in ius vocando*, & poſt alios Menochius *d. conſ.* 5. *num.* 18. & Ego *dicto tit.* 1. *num.* 1431. Quibus in caſibus , & in aliis [de quibus Menochius *d. num.* 18. & *ſeq.*] conſtat ex actu ficto verum naſci, ſeu produci effectum, & quoque licet ſupponetur hanc dotis datæ [de qua agimus] à lege præſumptæ, & inductæ conſtitutionem eſſe actum fictum , & probationem ex huiuſmodi legis præſumptione deductam eſſe impropriam , tamen effectus inde naſcens eſt verus , ſcilicet , dos ſic conſtituta , & probata eſt vera dos , & conſequenter ſtatutum de lucro dotis in ea habet locum. Quod nedum in hac dote à lege præſumpta 72 ob prædicta Phanucius vult locum habere , ſed aſſerit etiam habere locum in dote per legem ficta , nempe quando lex fingit dotem in certo caſu , etiam vbi nulla adſit dotis præſumptio , vel coniectura , vt faciunt quædam ſtatuta Italiæ, teſtatur idem Phanucius *num.* 6. addens multum differre dotem à lege præſumptam [vt in dicto caſu mulieris ſecundo nubentis] à ficta prout præſumptio differt à fictione, quia præſumptio fundatur

in veritate rei, fictio autem contra veritatem inducitur ex Alciato *in tract. de præſumpt. in princip.* Probat autem Phanucius etiam in hac dote ficta, ſeu per fictionem legis inducta procedere ſtatutum de lucro dotis ex *ſupra* dictis, ſcilicet quia dos à lege inducta eſt vera dos, cum factum legis, ſeu Iudicis reputetur factum hominis, *l. ſi ob cauſam, Cod. de ciuit. & l. ſi pecuniam, §.1. verſic. plenè, ff. de condit. cauſ. & Auth. hoc amplius*, ibi, *non lege repræſentandum, Cod. de fideicom.* nec referat per quem, vel quomodo dos conſtituatur, vel inducatur, vt dictum eſt de promiſſione, quæ per conſtitutum poſſeſſorium (quod eſt actus fictus) acquiritur, quæ tamen eſt vera poſſeſſio. Prædictis ad maiorem confirmationem, quod præfata dos præſumpta à Iure ſit vera dos, addendum, quod licet non dicatur vera, & propria probatio, quæ fit ex coniecturis, & præſumptionibus, quæ in Iudicis arbitrio reſident, (de quibus Alexander *in l. licet Imperator, de leg.1.* idem Alexander, & Romanus *in l.1. Cod. de teſtamento militari*, & nonnulli alij à Rolando *d. q.75. num.11.* relati, dum aſſerunt non dici veram, & propriam probationem, quæ fit ex coniecturis, & præſumptionibus nihilominus probationem, quæ fit ex præſumptionibus à Iure approbatis veris, & legitimis probationibus æquipollere pluribus tradunt Rolandus *quæſt.75. num.22. & ſeqq.* & Menochius *d. conſ.5. n.10. ſeqq.* Præſumptio enim iuris dicitur, & eſt probatio clara, & liquidiſſima *d. l. licet imperator, ff. de leg.1. l. quidam teſtamento, ff. de vulg. l. ſi quis locuples in fine, ff. de manumiſſis teſtam. l. dolum, Cod. de dolo*, & probatio legis dicitur eſſe veritas, *l. fin. in fine, vbi gloſſa, ff. de probat. verſic.2. concluſio, & d. l. licet Imperator.* Quapropter ſi ſtatutum probationem inſtrumentalem requireret, ſufficere præſumptionem Iuris tradidere Decius *in rubr. de probat. verſiculo 2. concluſio.* Baldus *in l.1. col.2. verſic. quarto quid ſi ſtatutum, Cod. de fideicom.* Iaſon *in d. l.1. C. de teſtament. milit. & conſil.25. col. fin. vol.1.* & alij à Rolando *num.14.* relati, vnde etiam Pariſius *conſil.80. columm.3. vol.1. & conſ.97. col.2. eodem volumn.* & nonnulli alij ab eodem Rolando *ibidem* relati dixerunt præſumptionem legis operari tantum, quantum veritas, & plura congerit Menochius *d. conſ.5. à num.10. ad 15.* ad probandum Iuris præſumptiones eſſe veras, & propriè probationes; ex quo ſequitur dotem, quæ præſumptionibus Iuris probatur, verè probari, atque adeò dotem propriè dici, & ſic ſtatuto de lucro dotis abſque vlla extenſione comprehendi. Vnde remanet ſatisfactum argumento pro contraria ſententia adducto. Quamquam etiam cum ſtatutum de lucro dotis, etſi correctorium Iuris communis ſit fauorabile (vt *ſuprà, num.44. & 60.* oſtenſum eſt, hic enim verſatur fauor publicus, vt mulieres præſertim viduæ facilius ſecundo nubant, quod quoad prætenſam materiam in terminis notauit Menochius *conſ.4. num.36.*) admitteret extenſionem, vbi foret neceſſaria, vt aliis citatis Menochius *d. num.36.* vbi addit, quod vbi fauor publicus verſatur, etiam diſpoſitio pœnalis extenſionem admittit de caſu ad caſum iuxta Bartholum *in l. quemadmodum, num.4. Cod. de agric. & cenſ. lib.11.* Iaſon *in l. fratres, Cod. de inoffic. teſtament.* & Decium *conſ.65. num.3.* Plura qui deſiderat, videat apud Oſaſcum *d. deciſ.21.* & Menochium *d. conſ.5.*

72 Sed quid ſi ſtatutum diſponeret, vt maritus præmoriente vxore lucraretur dotem conſtitutam: An hoc ſtatutum habeat locum in prædicta dote præſumpta Negat Phanucius *d. verbo dotis, & corredor. num.11.* quem ſequitur Carpanus *ad cap.298. num.173.* Probat idem Phanucius, quia quando ſtatutum loquitur de conſtituta dote non ſolum requiritur, quod dos ſit vera, ſed etiam quod ipſa dotis conſtitutio ſit vera, & ſic non ſufficit ficta conſtitutio.

At affirmandum eſt, nam eſſe dotem datam, & conſtitutam videntur eſſe idem, ac proinde ſi ſtatutum loquens de dote data procedit in præſumpta, ita etiam ſtatutum mentionem faciens de dote conſtituta, & vlterius ſatis dicitur dos conſtituta, ex quo cenſetur dos conſtituta prioris matrimonij neque præfata conſtitutio eſt propriè ficta, ſed tacita, & præſumpta, quare debet comprehendi ſtatuto loquente tantum de dote conſtituta, non verò de dote expreſsè conſtituta. Quod confirmatur ex doctrina [quæ refert, & approbat Rolandus à Valle *de lucro dotis quæſt.76. num.4.*] Paul. de Caſtro *in l. ſi mulier diuerſit. in fine, ff. ſolut. matrim.* vbi reſoluit, quod ſtatutum cauens mulierem intelligi omnia bona dediſſe in dotem nulla dote conſtituta, non habet locum in ea, quæ tranſiuit ad ſecunda vota, nulla facta mentione dotis, eo quod ſufficienter dicitur iſto caſu dos conſtituta ex quo cenſetur conſtituta dos prioris matrimonij, ſecus verò ſenſit ſi ſtatutum diceret, nulla dote expreſsè conſtituta; nam tunc (inquit) non ſufficeret ipſa dotis conſtitutio tacita, & idem quod Paulus de Caſtro dixit Ruinus *conſil.61. col.5. vol.3.* qui etiam in terminis provt teſtatur Phanucius *d. num.11.*] tenuit hanc affirmatiuam *in conſ.224. num.6. verſic. nec obſtat vol.1.* & tenuit etiam Lorinus Iunior *conſ.8. lib.2.* ab eodem Phanucio ralatus. 73

Quid etiam, ſi ſtatutum diceret, quod vir præmoriente vxore ſine filiis aut communibus liberis lucretur dotem promiſſam, an ſtatutum hoc haberet locum in præfata præſumpta dote tacitè à lege conſtituta vſque illius poſſet huiuſmodi dotem lucrari: Negarunt Rolandus *d. quæſt.76.* Phanucius *dicto verbo actis, & corredor. num.12.* quos ſequitur Carpanus *ad d. cap.298. num.274.* Probat Rolandus, quia huius ſtatuti verba ſint propriè, ſeu ſecundum verborum propriam, & ſtrictam ſignificationem intelligenda, cum ſit correctorium iuris communis, dos autem à lege conſtituta non dicitur vere promiſſa, & conſequenter ſtatutum huiuſmodi non debet habere locum in tali dote. Confirmat quia tale ſtatutum de dote promiſſa cenſetur reſtrictum ad dotem promiſſam per hominem, ſicut ad factum hominis cenſetur reſtrictum ſtatutum illud diſponens, quod mulier intelligatur omnia bona dediſſe in dotem, nulla dote expreſsè conſtituta iuxta notata *num. præcedenti* ex Paulo de Caſtro, ac proinde ad illius excluſionem non ſufficit tacita dotis conſtitutio ex legis præſumptione, ſed requiritur conſtitutio per eundem Caſtrum, & alios *num. præcedenti* præallegatos. Quibus tamen non obſtantibus nihil videtur poſſe rectè ſuſtineri tale ſtatutum habere locum etiam in præfata dote tacitè à lege conſtituta, quæ proinde tacite cenſetur promiſſa, tametſi non ita propriè promiſſa. Moneor, quòd ſtatutum eſt fauorabile concernens bonum publicum, quod eſt, vt mulieres præſertim viduæ facile inueniant viros, vt *ſuprà num.71.* dictum eſt, ac proinde admittit extenſionem etiam ad caſum improprium, iuxta tradita *eodem num.71.* & Menochio *eodem num.71. allegato.* Quod ſi ſtatutum loqueretur de dote data, vel promiſſa, tunc citra dubium procederet in præfata dote præſumpta, & à lege conſtituta, virtute enim alternatiuæ haberet locum in prima parte de dote data, & ipſa dotis conſtitutio facta à lege dos vera dicitur, vt *ſupr.* probatum eſt, ita Rolandus *d. q.76,* poſt Ruinum *d. conſ.61.* & *conſ.151. vol.1.* 74

Statutum de lucro dotis vxore præmoriente, an habeat locum in deſponſata per verba de præſenti non traducta nec cognita.

Vtrum vero ſtatutum, quod maritus ſeu vir lucretur dotem, vel dotem datam, vel dotis partem vxore præmoriente ſine liberis habeat locum in deſponſata 75

per

per verba de præſenti præmoriente nondum carnaliter cognita, nec ad domum viri traducta. Quæſtio hæc eſt multùm controuerſa apud Iuriſperitos præſertim antiquiores, & vtrinque, ſeu pro negatiua, & affirmatiua adſunt non pauci Doctores, quos cum ſuis fundamentis latè referunt Rolandus *de lucro dotis*, q.106. Campegius *de dote*, *p.*5. *quæſt.*13. Phanucius *de lucro dotis*, *Gloſſ.* 2. *verbo Nupta*, Gaillus *obſeru. lib.* 2. *obſeruat.*80. Tiraquellus *in l. ſi vnquam*, *verbo Donatione largitus*, *num.*222. 223. & 230. *Cod. de reuoc. donat.* & Ceuallos *com. contra com. q.*110. & Doctores vtriuſque partis cenſent ſuam opinionem eſſe communem. Negatiuam volentes eſſe neceſſariam copulam carnalem, vel traductionem ad domum viri ſuſtinent Salycetus *in l. cum in te*, *Cod. de donat. ante nupt.* Felinus *in rub. de ſponſ. num.*1. & *ſequentibus*, Corraſius *in l. qui liberos*, *num.*10. *ff. de ritu nupt.* Papienſis *in practica in forma libelli, quando vxor agit ad dotem, verbo Vxor.* Brunus *in tract. de ſponſ. & matr. concl.*1. *num.*23. Baldus, Decius, Corneus, & quamplures alij relati à Phanucio *vbi ſuprà n.*30. à Tiraquello *d. num.* 30. Rolando *num.*33. & Ceuallos *d. quæſt.* 110. Pro qua negatiua plura adducuntur argumenta à Campegio, Rolando, Phanucio, & Gayllo, ex quibus plura ſunt leuiſſima, quæ Phanucius vocat grammaticalia, quale præſertim eſt illud, quod nomine vxoris non veniat ſponſa, ſeu tantùm deſponſata per verba de præſenti nondum matrimonio conſummato, ſicut nec nomine viri ſponſus ante conſummationem. Præcipuum Argumentum eſt illud deſumptum ex ratione onerum matrimonij, ſcilicet quod cauſa finalis ſtatuti deferentis marito lucrum dotis eſt compenſatio onerum, & expenſarum quæ ſuſtinet maritus, quæ ratio ſeu cauſa ceſſat in caſu mulieris deſponſatæ per verba de præſenti nondum viro traditæ, & ad eius domum traductæ, ceſſante autem cauſa ſtatuti, debet etiam ceſſare effectus, ſeu diſpoſitio eiuſdem ſtatuti, hoc argumentum habetur tanquam præcipuum apud Rolandum *num.*30. Phanucium *num.*43. & Gayllum *num.*1. Hanc opinionem ex modernis approbat Cancerius *var. tom.* 2. *cap.* 1. *num.* 170. *verſic. Hinc etiam*, eandem approbare videtur Ceuallos *d. quæſt.*110. cùm illam referat ſecundo loco nec refutet de ſubtilitate Iuris eſſe veriorem dicit Campegius *d. quæſt.* 13. *num.* 5. *verſic. in decidendo*, addens tamen oppoſitum obſeruari in practica Rolandus *d. q.*106. nec omninò reprobat ſed concordans hanc negatiuam, cum affirmatiua, quæ *infrà* ſtabilitur dicit alios allegans affirmatiuam habere locum in ſequentibus caſibus.

76 Primò *num.* 36. dicit cum aliis quos allegat, eſſe locum lucro ſtatuti, etiamſi matrimonium non fuerit conſummatum, ſi maritus traduxit deſponſatam ad domum. Quia in traditione fiunt multæ expenſæ à marito in veſtibus, iocalibus, conuiuiis, & aliis rebus, & quia matrimonium eſt de proximo conſummandum habetur pro conſummato per regulam quod de proximo auingendus habetur pro auincto *l. penult. ff. de milit. teſtamento*, quod tradunt etiam alij à Phanucio *n.*48. relati, & ita etiam alij ab eodem Phanucio *num.* 49. relati, limitant præfatam negatiuam quoad deſponſatam decedentem ante traditionem, quæ de proximo erat traducenda, quia, inquiunt, habetur pro traducta ad effectum lucrandi dotem vigore ſtatuti, de quo agimus, cui lucro etiam eſſe locum, ſi mulier deſponſata, quæ de vna ad aliam ciuitatem traduceretur ad virum, moreretur in itinere aiunt Decius *conſ.* 577. *num.* 8. & alij à Phanucio *num.*50. allegati aſſerentes, tunc nihilominus matrimonium haberi pro conſummato, & mulierem pro traducta ad effectum lucrandi dotem ex for-

75 ma eiuſdem ſtatuti, ſecus verò aiunt ſi mulier iuiſſet ad domum mariti, non vt illi coniungeretur, ſed vt eum viſitaret, quia fortè erat infirmus. De prædicta tamen regula, quoad de proximo auingendus habeatur pro auincto, quod in præſenti materia procedat, dubitat Phanucius *num.*52. & quia non videtur in odioſis procedere, Et quia hoc non eſt, niſi per modum fictionis, qui in ſtatuto non comprehenditur *l.* 3. §. *hæc verba*, *ff. de negot. geſt.*

Secundò, idem Rolandus *num.*38. ait vigore eiuſdem ſtatuti maritum lucrari dotem mulieris deſponſatæ decedentis nondum traductæ, nec cognitæ, ſi ante illius mortem cœperat ſuſtinere onera matrimonij in faciendo veſtes, & in iocalia emendo, & ornamenta muliebria notabilis valoris, quod etiam vltra alios Doctores à Rolando relatos, tradit etiam Campegius *d. q.*13. *in fine*, idque aſſerunt propter dictam rationem onerum, & expenſarum, in quibus aiunt eſſe fundatam mentem ſtatuti, & aduertunt poſt alios iidem Campegius & Rolandus, quod quamvis expenſæ, & damnum mariti non eſſet, quantum foret lucrum dotis, tamen maritus debet habere totum lucrum dotis prout ſtatutum diſponit *arg. l. creditor*, §. *ſi inter maritum*, *ff. mandati.* Quod ſi maritus nulla onera, vel modica (de quibus, inquit Rolandus *n.*42. non curatur *arg. l. Seio*, *ff. de reſtit. in integ.*) ante mortem deſponſatæ, nec traditæ, nec carnaliter cognitæ non ſuſtinuiſſet, eumdem maritum non lucrari dotem vigore præfati ſtatuti aiunt Rolandus *d. num.*42. & Campegius *d. q.*13. *in fine*, quia (inquit) ratio eſt ſtatuti, quod lucretur in recompenſationem onerum matrimonij, quæ cùm non ſit paſſus, lucro non eſt locus. 77

Tertiò, Rolandus *num.*40. ait ſtatutum habere locum in deſponſata decedenti nondum traducta, nec carnaliter cognita, quando non per maritum, ſed per ipſam abſque mariti culpa ſtetiſſet, quo minus ſuſtinuerit onera matrimonij, ſcilicet non fuerit ad domum traducta, vel matrimonium conſummatum, quod idem dixere plures alij ex aſſertoribus eiuſdem ſententiæ negatiuæ à Phanucio *num.*53. relati, eo quod in tali caſu habeatur mulier pro traducta, & matrimonium pro conſummato, & maritus ac ſi onera ſuſtinuiſſet. 78

Vltimò, iuxta eundem Rolandum *num.*39. præfata negatiua non procederet, ſed eſſet locus lucro dotis iuxta illud ſtatutum in deſponſata non traducta, neque cognita, ſi ratio ſtatuti fundaretur in eo, vt mulieres facilius reperiant maritos, vt tradunt Doctores *ſuprà num.*44. relati, & alij vel ſi fundaretur in ipſa ratione onerum à conſuetudine tamen aliter interpretatum eſſet ſtatutum. Prædicta præfatam ſententiam negatiuam, & declarationes à Rolando, & aliis eiuſdem ſententiæ à Rolando allegatis traditas. 79

Contrariam tamen ſententiam abſolutè affirmantem præfatum ſtatutum habere locum in deſponſata per verba de præſenti adhuc non traducta ad domum mariti, neque carnaliter cognita prædecedente, ſuſtinent magis communiter Doctores, ita Bartholus *in l. nihil*, *ff. rerum amotarum*, Baldus *in l. ſolet*, §. *quæ virum*, *ff. de his qui notant. infam.* Iaſon *in l. ſi donaturus*, *ff. de condit. cauſ. data*, & *in conſ.* 55. & 58. *volum.*1. Paulus de Caſtro *in d. l. ſi donaturus*, §. *fin.* Angelus, Corneus, Decius, Curtius iunior, Ruinus, Ioannes Lupi, & innumeri alij Iuriſperiti, ex antiquioribus, quos referunt Rolandus *d. quæſt.*106. *num.* 18. Phanucius *d. verbo Nupta*, *num.*56. Tiraquellus *d. verbo Donatione largitus*, *num.* 222. & 223. & Gayllus *d. obſeruat.*80. *num.*3. ita etiam idem Gayllus *ibidem.* Phanucius *d. num.* 56. *cum ſeqq.* Tiraquellus *locis citatis*, Tuſchus *littera S. concl.*511. *num.* 58. Baldus Nouellus (dicens ita tenere Doctores communiter) *de Dote*, *parte* 6. *priuilegio* 37. *num.*4. *verſic.* & *hinc eſt*, Afflictus *deciſ.*61. Carpanus *ad ſtatutum* 291. *num.*47. & *ad ſtatut.* 298. *num.*286. & Franciſcus Molinus *de ritu nupt. quæſt.*30. *num.*13. & communem ſententiam teſta- 80

tur

tur poſt alios Rolandus, Phanucius, & Gayllus, ab eaque in iudicando, & practica non eſſe recedendum tradunt Campegius *d. q.* 13. *in fine*, & alij à Rolando *d. num.* 18. relati. Probatur hæc affirmatiua [omiſſis pluribus aliis rationibus à Rolando, & Campegio adductis] quia *vt ſupra num.* 34. dictum eſt, traductio ad domum mariti, aut copula carnalis non ſunt de ſubſtantia matrimonij, quod ſolo conſenſu vtriuſque coniugum in facie Eccleſiæ præſtito perficitur, ſi nullum adſit impedimentum dirimens Iure naturæ, vel legibus Eccleſiaſticis inductum, & ita ſtatim, ac ſequuta eſt deſponſatio per verba de præſenti, deſponſata efficitur, & eſt vera vxor, & vir, ſeu deſponſator verus maritus, cùm ſint denominationes reſultantes ex ſolo contractu matrimonij legitimè per verba de præſenti inito, vt etiam latè poſt alios tradit Phanucius *d. verbo Nupta, num.* 64. Quare ex propria verbi ſignificatione nomine vxoris, & viri ſeu mariti venire deſponſatos per verba de præſenti, nondum inter eos ſequuta carnali copula præter Phanucium *d. num.* 64. & alios ab eo allegatos, tradunt Bartholus *in d. l. nihil*, Paulus de Caſtro *in l. ſi fuerit, ff. de condict. & demonſtr.* Tuſchus *practic. concl. verbo V. concl.* 385. *n.* 1. Franciſcus Molinus *d. num.* 13. & latiùs alios allegans *eodem lib.* 3. *quæſt.* 6. *num.* 43. & 44. Sanchez *de matrimonio, lib.* 1. *diſput.* 1. *num.* 2. & plures alios referens Aug. Barboſa *de appell. verborum Iuris ſignif. appellatiua* 279. *num.* 1. quare id procedit non ſolùm in fauorabilibus (vt Molinus *d. num.* 13. & Sanchez *d. num.* 3.) ſed etiam in his, quæ ſtrictam requirunt interpretationem, vt ſunt leges, & ſtatuta, vt Bartholus, Paulus de Caſtro *locis citatis*, & alij à Molino *dictis num.* 43. & 44. relati, vnde fuit fundamentum ab aſſertoribus negatiuæ ſententiæ ſumptum ex appellatione viri, mariti, & vxoris, quod non veniant deſponſati per verba de præſenti non conſummato matrimonio, nullius eſt momenti, vt rectè etiam Phanucius, qui etiam benè notauit ibi ex communi modo loquendi appellari ſponſam mulierem nuptam durante ſolo primo anno à contractu matrimonij; ſicut verò appellatione vxoris venit deſponſata per verba de præſenti nondum matrimonio conſummato, ita etiam appellatione nuptæ, nuptias enim non concubitus, ſed conſenſus facit *l. nuptias, ff. de reg. Iuris*, id, quod etiam expreſsè Phanucius *d. verbo Nupta à num.* 60. Quare cùm deſponſatio per verba de præſenti ſit legitimus, & verus contractus, quo mutuò deſponſati tradunt ſibi inuicem poteſtatem in corpora in ordine ad prolis generationem, per eam verè efficitur & propriè dicitur matrimonium, & coniugium, & deſponſati verè, & propriè dicuntur vir, maritus, & vxor nupta ante carnalem copulam, & conſequenter etiam ſtatutum loquens de nupta, vel de muliere prædecedente in matrimonio (putà ſi dicat, quod ſi mulier nupta ſuperſtite marito in matrimonio ſine liberis communibus deceſſerit maritus dotem vel dotis partem lucretur) habet locum in deſponſata per verba de præſenti (vt etiam in terminis Phanucius *d. verbo Nupta à n.* 16.) non ſequuta carnali copula, cùm verè ſit, & propriè dicatur nupta ante copulam carnalem, & ante copulam decedens, verè, & propriè dicitur deceſſiſſe in matrimonio, cùm per deſponſationem per verba de præſenti verum matrimonium efficiatur. Vnde reprobanda ſententia Ancharani *in reper. cap.* 1. *verbo Quæro, de conſtit.* & Pariſij *conſil.* 62. à Rolando *d. quæſt.* 106. *num.* 30. relati aſſerentium ſtatutum loquens de nupta, non intelligi de deſponſata per verba de præſenti. Item reprobanda ſententia Papienſis *loco ſuprà num.* 75. *allegato*, & Carpani *ad d. cap.* 291. *n.* 48. negantium ſtatutum de lucro dotis loquens in vxore moriente in matrimonio, non procedere in deſponſata per verba de præſenti moriente ante carnalem copulam. Igitur cum per ſolam deſponſationem per verba de præſenti mulier efficiatur, & propriè dicatur vxor, nupta, & vir maritus præmoriente muliere deſponſata nondum carnaliter cognita, & ſic ſine liberis communibus, verificantur omnia requiſita à ſtatuto deferente lucrum marito, vxore, vel muliere nupta ſine liberis prædecedente, etiam in deſponſata per verba de præſenti non cognita, nec traducta idem ſtatutum habebit locum. Quod & confirmatur, quia ſtatuentes, & quando voluerunt ſtatutum procedere ſolùm in traducta, vel carnaliter cognita, id expreſſerunt, ita habetur *in d. ſtatuto* 298. *Mediolani.* Et præterea Cauſa finalis ſtatuti, non ſunt ſolùm onera matrimonij, ſed præcipuè matrimonium ipſum, ſcilicet allicere, & inducere viros ad matrimonia ſpe lucri, vt ſæpius dictum eſt, & tradunt Doctores *ſuprà num.* 44. relati, ex quibus latè Baldus Nouellus *ibidem* allegatus, *p.* 6. *priuil.* 37. *num.* 4. *verſic.* & ac proinde ſequuto matrimonio adimpletum eſt ſtatuti requiſitum, & ſic præmoriente vxore ſine liberis, licet non cognita carnaliter maritus debet lucrari dotem vigore eiuſdem ſtatuti. Dato etiam quod ratio onerum matrimonij, non eſſet ſolum cauſa impulſiua ſtatuti, vt volunt Doctores relati *ſuprà num.* 46. & alij relati à Phanucio *num.* 64. ſed eſſet cauſa finalis, hoc non obſtat, quo minus maritus debeat lucrari dotem vigore ſtatuti, ſi maritus abſque ſua culpa ob inopinatam vxoris mortem ſtatim poſt matrimonium ſequutam nulla matrimonij onera ſuſtinuerit, vel ſaltem ſuſtinuerit ſolùm modica, vt *ſuprà citato num.* 46. dictum eſt per ibi tradita, præſertim quòd debeamus potiùs inſpicere originem onerum ſuſtinendorum, quàm euentum, eo autem ipſo, quod vir matrimonium contrahit cum muliere, contrahit obligationem illam alendi, & exhibendi alia, in quibus onera matrimonij conſiſtunt, Vnde manet ſufficienter ſatisfactum fundamento prioris ſententiæ negatiuæ *numero* 75. adductæ.

Ex quibus, & ex traditis *ſuprà dicto num.* 46. conſtat 81 hanc ſententiam affirmatiuam communem, & in iudicando adhibendam, habere locum etiam ſi ſolum per momentum duraſſet matrimonium ob præmaturam mulieris deſponſatæ mortem ſequutam, & ſic etiam in hoc caſu maritus lucraretur dotem, vel dotis partem vigore illius ſtatuti; id, quod præter Doctores *d. n.* 46. allegatos affirmarunt quamplures alij, quos refert, & ſequitur Phanucius *d. verbo Nupta, n.* 67.

Ampliatur hæc communis affirmatiua, vt procedat, 82 etiamſi ſtatutum, ſeu (vt dicunt) nigrum loqueretur de vxore cognita, ſi rubrica eſt generalis de lucro dotis vxore præmoriente ſine liberis; ita expreſsè Phanucius *d. verbo Nupta, num.* 69. & probant notata *ſuprà num.* 57.

Limitatur autem primò, quando probaretur tempore 83 ſtatuti conditi fuiſſe communem vſum, & conſuetudinem, quod mulier non traducta, aut carnaliter cognita appellaretur ſponſa, & non vxor, & ſtatutum loqueretur de vxore, ita Socinus *in d. l. cùm fuerit de condit. & demonſtr.* & Phanucius *d. verbo Nupta, num.* 72. eo quod ſtatutum debeat intelligi ſecundùm communem vſum loquendi vt Decius *conſ.* 524. & probant tradita *ſuprà num.* 54. Quare Matienzo *lib.* 5. *Recopil. tit.* 2. *l. ſi. Gloſſa* 6. *num.* 1. & poſt eum Sanchez *de matr. dicta diſp.* 1. *n.* 3. aiunt, leges loquentes de matrimonio debere intelligi de matrimonio conſummato, ſi matrimonij nomine ex communi vſu accipiatur conſummatum, vel ex materia ſubiecta) vel ex legis intentione (quæ colligitur ex materia ſubiecta) vel ex alia ſimili cauſa deprehendatur eaſdem leges loquentes de matrimonio intelligi de copula carnali conſummato.

Limitatur ſecundò, vt non procedat in minore deſ- 84 ponſata per verba de præſenti, tametſi traducta, quia

tale

tale matrimonium Iuris interpretatione ſoluitur in ſponſalia de futuro, *Cap.1. §.de deſpon. impub.* [de quo latè dixi *in tractatu de contract. matrim.*] ita poſt alios Gayllus *d. obſeru.* 8. *num.*11. & Molinus *de ritu nupt. lib.*3. *quæſt.*30. *num.*17. & 18.

85 Limitatur tertiò non procedere quoties matrimonium contractum per verba de præſenti eſt inualidum, & nullitas eſſet nota, aut detecta tametſi mulier fuiſſet traducta, & cognita & ſtatutum loqueretur de vxore cognita; ita poſt alios Gayllus *d. obſeru.* 80. *num.*12. Molinus *d. quæſt.* 30. *num.*19. Rolandus *de lucro dotis, quæſt.*104. Phanucius *de lucro dotis*, *Gloſſa* 2. *d. verbo Nupta, num.*27. & *Gloſſa* 3. *verbo Matrimonium, num.*1. & *ſeqq.* Carpanus *ad ſtatutum* 298. *num.*95. & *ſeqq.* vbi enim matrimonium eſt nullum, ſiue ob impotentiam viri, aut mulieris, ſiue ob quodcumque aliud impedimentum dirimens Iure humano, Eccleſiaſtico, vel diuino inductum vel quia non fuerit contractum in facie Eccleſiæ iuxta formam Tridentini, vbi viget, eeſſent requiſita à ſtatuto loquente de marito, vxore, & matrimonio. Dixi, & *nullitas ſit nota, aut detecta*, quia ſi occulta, & matrimonium ſit putatiuum bona fide contractum, & nunquam ſit detectum fuiſſe nullum, ſtatutum loquens de lucro dotis mulieris decedentis in matrimonio, vel vt maritus lucretur dotem vxoris præmorientis intelligi de vero, & de præſumpto, ſeu putatiuo tradit Phanucius *d. num.*27. Quod ſi conſtet matrimonium putatiuum fuiſſe nullum, in eo licet bona fide ex parte vtriuſque coniugis contracto non poſſe verificari ſtatutum de dote lucranda, cum non ſit verum matrimonium, prout requirit ſtatutum, tradit idem Phanucius *d. num.* 27. & *d. Gloſſa* 3. *num.*19. vbi notat, quod licet matrimonium putatiuum ratione bonæ fidei, cum qua initum eſt operatur alios effectus, ac ſi eſſet verum matrimonium, nempe vt filij ſint legitimi & vt vir lucretur fructus dotis, non tamen operatur vt lucretur dotem ipſam; vel illius partem vigore ſtatuti, ſi detectum ſit fuiſſe nullum, & non valuiſſe.

Limitatur quartò, vt eadem communis non procedat, ſi culpa mariti non foret vxor traducta, nec fuerit conſummatum matrimonium ita Boërius *deciſ.*22. *n.*39. *in fine*, Gayllus *d. obſeruat.* 80. *num.*11. & Molinus *d. quæſt.*30. *num.*11. Secus ſi culpa mulieris, quæ noluerit adhærere viro iuxta eoſdem Doctores, & alios relatos *ſupra num.* 79.

Quid ſi Deſponſata ingrediatur religionem, & profeſſionem emittat.

86 An verò procederet ſtatutum, & vir lucraretur dotem, vel dotis partem iuxta ſtatuti diſpoſitionem ſi mulier deſponſata per verba de præſenti non traducta neque cognita abſque conſenſu mariti ingrederetur religionem, & ſolemnem emitteret profeſſionem, quod de Iure facere poteſt, quam quæſtionem próponit Sanchez *lib.*7. *Summæ, cap.*3. *num.*83. nec reſoluit, ſed remittit ad Iuriſconſultos ab eo *ibidem* allegatos de ea tractantes.

87 Affirmant abſolutè, & ſine diſtinctione Tuſchus *littera S. concl.*511. *n.*59. Bartholus & alij à Rolando *de lucro dotis, quæſt.*95. *num.*10. citati Boërius, Gayllus, Molinus *locis citatis*, & Saray *in addit. ad ſingular. Matheſ.*74. *num.*22. à Gayllo relatus, quod volunt, etiamſi ſtatutum loqueretur de traducta, vel cognita carnaliter, quaſi per ipſam ſic profitentem in religione ſteterit, quo minus fuerit traducta, vel matrimonium conſummatum, & quia licet per profeſſionem abſque culpa mulieris diſſolutum remaneat matrimonium, tamen inducitur mors ciuilis, profeſſuſque, vel profeſſa habetur pro mortuo, vel mortua, atque adeò in deſponſata per verba de præſenti ingrediente religionem & profeſſa ſtatim ſequuta profeſſione vendicare ſibi locum debet ſtatutum, vel pactum de lucranda dote vxore præmoriente, & quo ad pactum allegatur textus (qui videtur ſatis clarus) *in l. Deo nobis, vltima, in principio, Cod. de Epiſc. & cleric.* verba ſunt *vnuſquiſque eorum res ſuas accipiat, quas pro dote, vel ante nuptias donatione præſtiterat, & hoc tantummodo lucri nomine conſequatur ab eo, qui ſolitariam vitam elegerit, quod debuit legitimè vel ex pacto per caſum mortis exigere*; & pro hac opinione ſtare cenſentur Doctores à Phanucio *de lucro dotis, gloſſa* 5. *verbo Sine liberis, n.*23. relati aſſerentes, quod ſi mulier, ſeu deſponſata per verba de præſenti profeſſa moriatur in monaſterio, in ea habet locum ſtatutum de lucranda dote, quia dicatur ſine filiis deceſſiſſe & de pacto affirmat expreſsè P. Barboſa *ad l. ſi cum dotem* 23. *in principio*, *n.*45. *ff. ſoluto matr.* per Textum *in d. l. Deo nobis*, & pactum, ac ſtatutum videntur procedere pari paſſu.

Negant verò abſolutè, & indiſtinctè Ancharranus 88 *conſ.*273. Salycetus *in l. Deo nobis, in fin. Cod. de Epiſc. & cleric.* Tuſchus *dicta concluſ.*511. *num.* 105. & loquentes de pacto lucrandi dotem, præmoriente vxore ſine liberis tale pactum habere locum in deſponſata per verba de præſenti ante conſummationem matrimonij ingrediente religionem, & profitente, vt facta profeſſione debeat maritus lucrum dotis conſequi, negant Antonius de Butrio *conſilio primo*, quem Baldus Nouellus *de dote, p.*7. *priuil.*11. *verſic. Præterea poſſet*, refert & omnino videtur approbare, & ſequi, licèt P. Barboſa alleget eum *ibid.* pro affirmatiua. Hæc ſententia (reiecta ratione Salyceti, quod licèt vxor ingrediatur monaſterium, & profiteatur ante copulam inuito marito, tamen nondum eſt vxor, nec eſt matrimonium ſecundùm totalem perfectionem, & ſic vir non debeat conſequi lucrum dotis) probatur duplici argumento, Primùm, quod verbum *mors* in dubio accipitur in potiori ſignificato, ſcilicet pro morte naturali, *l. ex parte*, §. *Inſulam, ff. de verborum ſignif. l. ſed ſi mors*, §.1. *ff. de donat. inter virum & vxorem.* Alexander *conſ.*2. & *conſ.*139. *vol.*3. ſicut & verbum, *ſolutum matrimonium*, debere intelligi in potiori ſignificato, ſcilicet pro ſoluto quo ad vinculum, & non tantùm reſpectu diuortij, Baldus Nouellus *dicto priuil.*11. *num.*4. *verſic.* Item quia tradit argumento, *l.*1. §. *qui in perpetuum, ff. ſi ager vectigalis, id eſt, emphiteuticarius*, & §. *adulteram in Authentica vt nulli iudi.* ergo ſtatutum de lucranda dote præmoriente vxore non procedit in deſponſata profitente vota ſolemnia in religione, quæ licet habeatur tanquam mortua mundo, viuit tamen naturaliter. Alterum quia ſi ſtatutum, vel pactum de lucranda dote in caſu mortis vxoris prædecedentis viro deberetur dotis lucrum poſt vxoris profeſſionem, inde daretur materia impediendi libertatem ſpiritualis matrimonij & ſic ingreſſum religionis, & emiſſionem votorum ſolemnium, ſi mulier ante matrimonij conſummationem cupiens religionem ingredi, & profiteri, ob hoc ipſa deberet amittere dotem cùm non ita de facili mulier ipſa induceretur ad tale ingreſſum, quod genus impedimenti eſt contra id; quod habetur in ſimili de matrimonio carnali, *in l. fin. Cod. de ſponſ. & in l. Titia in principio, ff. de verborum oblig. & in cap. gemma de ſponſal.* confirmatur, quia mulier profeſſa dicitur eſſe nupta, & in matrimonio ſpirituali, & conſequenter debet deferre dotem, cum etiam ab ipſo initio conueniat dotem dari monaſterio pro oneribus ſupportandis pro tali ingrediente, tanquam ſpiritualiter nupta, vt eſt communis conſuetudo, & tradunt Cynus, & Baldus *in Auth. ſed quamvis, Cod. de rei vxor. act.* Ad argumentum deductum *ex l. fin. Cod. de*

Epiſc.

Epiſc. & cleric. reſpondet Butrius, & poſt eum Baldus Nouellus, diſpoſitionem dictæ legis, & aliarum ſimilium, non procedere de Iure Canonico, cum per indirectum ob talem amiſſionem dotis haberet impediri ipſa profeſſio, & etiam fauor animæ; circa quod non poſſet ſic per indirectum lex humana etiam Imperatoris diſponere, vt Canoniſtæ *in cap.1. de ſponſ.* Rolandus *de lucro dotis, d. quæſt.* 95. vbi latè agit de difficultate hac, an ſtatutum vel pactum de lucro dotis vxoris prædecedentis ſine liberis locum habeat in deſponſata per verba de præſenti, ante copulam ingredienti religionem, ſtatim emiſſa profeſſione ſolemnium votorum) *num.15. & ſeqq.* ſequitur priorem ſententiam affirmatiuam limitate, nempe ſtatutum, & pactum vindicare locum, vt lucrum dotis viro debeatur ſequuta profeſſione, ſi deſponſata profiteatur in religione mendicantium. Quarum nomine intellexit moniales incapaces bonorum immobilium etiam in communi, quas ſuppoſuit tunc dari (quamvis hodie omnes moniales etiam mendicantes S. Claræ prioris, ac ſtrictioris regulæ redditæ ſint capaces, vt bona ſtabilia in communi habere poſſint, non obſtante earum regula à Concilio Tridentino *ſeſſ. 25. cap. 3. de reg.* vt latè tradunt Sanchez *in ſumma. lib.7. cap.12. num.2.* & Auguſtinus Barboſa *collect. ad d. cap. 3. num.6. & 7.* referenter, ita deciſum fuiſſe etiam *a S.Cong. Epiſc.* Concilium enim ibi omnibus mendicantibus vtriuſque ſexus conceſſit poſſe habere, & poſſidere bona immobilia exceptis fratribus Capucinis, & Minoribus de obſeruantia, ſub qua exceptione non comprehenduntur moniales vllæ, neque etiam S.Claræ, vt poſt alios iidem Sanchez & Barboſa, & *S. Cong. Epiſc.* declarauit.) Probat Rolandus affirmatiuam ſic limitatam, quia licet in odioſis, & correctoriis appellatione *mortis* in dubio intelligatur naturalis, nec veniat ciuilis, vbi mors ciuilis non habet eundem effectum, ſeu ex morte ciuili non reſultat idem effectus quem haberet mors naturalis, ſeu qui ex naturali morte reſultaret, vt tradunt communiter Doctores *in l. ex ea, §. in inſulam, ff. de verborum obligationibus*, & tradunt etiam P. Barboſa *vbi ſupra num.46.* & Sanchez *d. l. 7. citato cap.*x. *num.*78. tamen *mortis* appellatione venit etiam ciuilis quando, ſeu in caſu, in quo mors ciuilis quoad effectum æquiparatur naturali, ſcilicet quando in caſu de quo principaliter agitur, ex negotij qualitate, ex morte ciuili reſultat idem effectus, qui reſultaret ex naturali, *l. Gallus, §. & quid ſi tantùm, ff. de liber. & poſthum. l.1. in fin. ff. de bonorum poſſeſſione contra tabulas, & l.1. §. ſed ſi patruus, ff. de non coniungendis cum emancipato liberis eius*, Gloſſa *in Clem. 1. verbo Morte de elect.* P.Barboſa *vbi ſuprà dicto num.45.* & Sanchez *d. cap.3. num. 69. & eodem libro 7. cap.15. num.* 31. ex morte autem ciuili, quæ ad profeſſionem votorum in monaſterio Monialium mendicantium non capacium bonorum immobilium factam, reſultat idem effectus qui ex morte naturali reſultaret, ſcilicet abdicatio ſeu amiſſio dotis, ac proinde idem ſeruandum eſt in hac morte ciuili, quod ſeruaretur in morte mulieris: & ſic ſicut ſi vxor moreretur naturaliter ante virum, deberetur ſtatim eidem viro lucrum dotis vigore ſtatuti, aut pacti de illa lucranda, ita etiam vxore facta profeſſa in monaſterio incapaci viro debetur lucrum à ſtatuto delatum, vel ex pacto conuentum non expectata naturali profeſſæ morte, hæc iuxta Rolandum, & fortaſsè idem tantùm voluerunt plures ex Iuriſperitis quos allegat, & in huiuſmodi caſu præter præfatam rationem ceſſat ratio illa impedimenti libertatis ſpiritualis matrimonij.

89 Igitur, quando deſponſata, ſeu vxor ante conſummatum matrimonium ingreditur religionem capacem bonorum, & in ea profitetur, neque ſtatutum, neque pactum de lucro dotis habere locum ſaltem ante euentum mortis naturalis, ſentit Rolandus cùm expreſsè loquatur de deſponſata ingrediente monaſterium Mendicantium, ſcilicet incapax bonorum immobilium, quod ſuppoſuit dari ſuo tempore. Cùm huic caſui ſolum poſſit adaptari ratio illa æquiparationis mortis ciuilis & naturalis, & ita ſentiendum omninò videtur. Quare in deſponſata profitente in monaſterio capaci bonorum immobilium (Qualia hodie ſunt omnia monaſteria vt prænotatum eſt) veram exiſtimo ſententiam negatiuam, ſaltem vt ſtatim facta profeſſione, & ante euentum mortis naturalis vxoris profeſſæ non habeat locum ſtatutum aut pactum de lucranda dote, vel eius parte vxore præmoriente ſine liberis: tum quia alioqui daretur materia impedimenti libertatis matrimonij ſpiritualis; tum quia mors ciuilis in hoc caſu non æquiparatur naturali quoad amiſſionem dotis, cùm monaſterium ſit capax bonorum quorumcumque, & ipſa profeſſa, ſeu monaſterium ex illius perſona poſſit retinere dotem. Quare ſaltem vita illius durante vir ſuperſtes non debet vigore ſtatuti, aut pacti de lucro dotis in caſu mortis vxoris habere eius dotis lucrum, ſed ad ſummum ſolùm poſt mortem vxoris profeſſæ, ſi illi ſuperuixerit *Ad leg. fin. in principio, Cod. de Epiſc. & Clericis*, dicendum vel non procedere Iure Canonico, vel procedere ſolùm, quando vxor profitetur in monaſterio incapaci, vel eueniente morte naturali.

Vtrùm autem viro ſuperſtiti poſt mortem vxoris 90
profeſſæ in monaſterio capaci debeatur lucrum vigore ſtatuti, vel pacti prædicti de lucranda dote vxore ſine liberis prædecedente, videtur affirmandum, quia in hoc caſu remanent ad litteram impleta requiſita ſtatuti, & pacti, ſcilicet ſuperuiuentia viri, & mors naturalis vxoris, & ita affirmat in ſimili Baldus Nouellus *dicto priuilegio* t 1. *num. 4. verſic. Item quia illud verbum*, vbi aſſerit ſi vxor poſt conſummatum matrimonium de licentia viri profiteatur, non habere quidem locum ſtatutum, vel pactum de lucro dotis matrimonio diſſoluto ſtatim poſt profeſſionem, & durante vita vxoris (quod etiam aſſerunt Paulus de Caſtro *in lege finali, numero 2. & 7. Cod. de Epiſcopis & Clericis*, Imola, Alexander, Claudius *ad l. ſi cùm dotem, ff. ſoluto matrimonio*, licèt contrarium nonnullis aliis relatis ſentiat minus probabiliter Petrus Barboſa *ad dictam legem, cùm dotem, in principio, num. 46. verſic. Sed his non obſtantibus*) quia matrimonium vtpotè iam conſummatum non diſſoluitur, quoad vinculum, habere tamen locum poſt mortem vxoris profeſſæ, ſi tunc vir viuit, quia tunc verè (inquit) ſuccedit caſus ſoluti matrimonij per mortem naturalem mulieris.

At Phanucius *de lucro dotis, allegata Gloſſa 5. verbo* 91
*Sine liberis, num.*23. quærens an ſtatutum, vel pactum de lucro dotis vxore ſine liberis præmoriente, habeat locum poſt mortem vxoris profeſſæ in monaſterio capaci bonorum immobilium, ita vt tunc vir vigore ſtatuti, vel pacti debeat dotem conſequi, an verò dos debeat remanere penes monaſterium, quia tunc mulier non dicatur deceſſiſſe ſine liberis, cum monaſterium habeatur tanquam filius, & filij loco ſuccedat, *Auth. niſi rogati, Cod. ad Trebellianum, & in corpore, & §. ſed hoc præſenti, in Auth. de Sanc. Epiſc.* vnde ſumpta *Auth. niſi rogati, vbi quod hæres grauatus de reſtituendo hæreditatem, ſi deceſſerit ſine liberis, & ipſe hæres ingrediatur in monaſterium, & profiteatur, tunc habeatur conditio pro defecta ad excluſionem ſubſtituti*, quaſi tunc monaſterium habeatur loco filij, de quo etiam *in cap. in præſentia de probat.* & latè egi *in tractatu de contractu matrim. cap.*11. Hoc inquam, quæſito propoſito Phanucius

prius

prius ait videri dicendum, quod quamvis monaſterium ſuccedat monacho in eius bonis excluſis propinquioribus, quaſi eſſet eius filius tamen verè non eſt filius, nec etiam fingitur filius eſſe iuxta tradita ab Abbate Felino, & aliis *in d.cap.in præſentia*, Ripa *in l.ſi vnquam, num.99. quæſt.34. Cod.de reuocan.donat.* & à Tiraquello *ibidem, verſic.ſed.ſi ſunt, num.41.* & ſic conditio illa ſtatuti, vel pacti de lucro dotis, *ſi ſine liberis* non deficit, ſed verificatur vxore profeſſa ante maritum *ſine liberis* ex ſuo corpore genitis moriente. Tandem aſſerit cum Auguſtino Bouio *in dicto capite in præſentia*, tunc non dici vxorem decedere *ſine liberis*, vt maritus debeat lucrari dotem, ſed monaſterium haberi à lege vti filium, & ſuccedere in bonis dotalibus, marito excluſo, non quidem ob eam rationem, quia huiuſmodi conditio, *ſi ſine liberis*, verè aut ficte verificetur in monaſterio, ſed quia lex tribuit monaſterio fauore Religionis id, quod competeret filio ſanguinis, vt conditionem illam deficere queat facere, ſicut poſſet filius naturalis, ſeu lex habet ſtatutum pro non ſcripto, quatenus per illam conditionem ipſum implicaret, damnove afficeret aliquo? Quemadmodum (ſubdit Phanucius) illam conditionem *ſi ſine liberis ex ſuo corpore deſcendentibus* deceſſerit, certum eſt non includere monaſterium, & tamen deficit ſtante monaſterio eius, qui in eo profeſſus eſt mortuus, iuxta communiter Doctores Cynum, Angelum, Paulum de Caſtro, & alios ſcribentes *in dicta Auth. niſi rogati*, & alios ab eodem Phanucio relatos. Quare in iſto quoque caſu [concludit idem Phanucius] quod quamvis ſub ea conditione filiorum non veniat verè, vel ficte monaſterium, tamen vt ad Religioſi hæreditatem ipſam admittatur, lex vult ſub ea conditione, vel includi, vel diſpoſitionem illam conditionem continentem haberi pro non ſcriptam quoad ipſum matrimonium, & in hanc ſententiam inclinat etiam Baldus Nouellus *dicto priuilegio 11. numero 8. verſic. Præterea, circa finem*, vbi ait ſtatutum, vel pactum de lucro dotis muliere decedente in monaſterio ſine liberis non prodeſſe marito quoad lucrum dotis muliere profeſſa non relictis filiis naturalibus mortua in monaſterio, quia tunc [inquit] ſatis videtur mulier decedere in monaſterio cum liberis, ſi iam profeſſa moriatur in monaſterio, quaſi monaſterium habeatur loco filij *iuxta dictam Auth. niſi rogati*, ita Baldus Nouellus licet moneat lectorem, vt cogitet, quod Doctores communiter teneant diſpoſitionem *dictæ Auth. niſi rogati*, non habere locum, niſi in vltimis voluntatibus, non autem in contractibus.

93 Cæterùm, ſi deſponſata ingreſſa in monaſterium ante profeſſionem deceſſerit maritus ſuperſtes non monaſterium, dotem à ſtatuto delatam, vel pacto conuentam in caſu mortis ſine liberis debebit habere, quia cum nondum ſit religioſa, monaſterium non poteſt haberi loco filij, nec in eius bonis ſuccedere poteſt excluſis propinquis, ſeu conſanguineis [vt tradunt communiter Doctores, quos latè refert Phanucius *dicta Gloſſa 5. numero 24.* reprobans nonnullos oppoſitum ſentientes.] Et ita etiam non poteſt in hoc caſu monaſterium excludere maritum à lucro dotis illi debito vigore ſtatuti, vel pacti, vt latius idem Phanucius *eodem num.24.*

Statutum de lucro dotis loquens de vxore ducta ſimpliciter, an procedat in deſponſata non traducta.

Sed quid ſi ſtatutum loquatur de ducta ſimpliciter, 94
ſcilicet diſponat, quod vxore ducta præmoriente vir lucretur dotem, an habeat locum in deſponſata per verba de præſenti; ſeu vt ſit locus lucro, ſatis ſit matrimonium eſſe contractum, licet ipſa deſponſata non ſit ad domum ducta. Negat Rolandus *de lucro dotis, quæſtione 109. à numero 4.* quem ſequitur Carpanus *ad ſtatutum 291. numero 49. & ad ſtatutum 298. num. 87.* ſed longè verius poſt Socinum *conſ. 223. libro 1.* Ruinum *conſilio 199. libro 1.* affirmat Phanucius *de lucro dotis, Gloſſa 2. verbo nupta, numero 103. & 104.* nam in deſponſata per verba de præſenti non traducta verificatur ſtatutum, qui enim matrimonium contrahit per verba de præſenti, communi, & vſitato modo loquendi, & etiam iuxta leges, & Canones dicitur vxorem ducere; & ducere vxorem, idem eſt ac contrahere matrimonium cum muliere, & ſic mulier nupta, & deſponſata per verba de præſenti propriè, & verè dicitur ducta, & ſic in ea procedit ſtatutum ſimpliciter de ducta loquens, ſecus ſi ſtatutum loqueretur de traducta: vt facit ſtatutum *illud 298. Mediolani.*

Si ſtatutum loquatur de vxore copulata viro, an vindicet locum in deſponſata non cognita.

Quid quoque ſi ſtatutum de lucro dotis loquatur 95
de matrimonio copulato, ſeu de muliere copulata viro; an pariter procedat in vxore deſponſata per verba de præſenti non cognita per copulam carnalem. Negant poſt Baldum *in lege, non ſine, Cod. de bonis quæ liberis*, Rolandus *quæſtione 108.* Tuſchus *libro 5. concluſione 511. numero 90. & 97.* & Phanucius *dicta Gloſſa, numero 74. & 75.* vim facientes, quod matrimonium copulatum, vel mulier copulata, non dicatur, niſi per carnalem copulam. At verius affirmat Tiraquellus *in dicta lege, ſi vnquam, verbo donatione largitus, numero 224.* Probat primò ex Iure Canonico per Textum *in capite vltimo*, ibi, *matrimonialiter copulata de frigidis, & malef. in capite 2.* ibi, *in faciem Eccleſiæ ſibi ſolenniter copulauit vxorem de matrimonio contracto contra interdictum, & in capite, per tuas*, ibi, *ſiue deſponſatio ipſa fuerit per conſenſum legitimum per verba de præſenti expreſſum copula matrimonij inter eos fuerit celebrata, Qui filij ſint legitimi*: quibus Textibus euidentiſſimè probatur dici matrimonium copulatum; ſeu mulierem viro copulatam abſque copula carnali, tum ex Iure ciuili per Textum *in lege, ſi extraneus*, ibi, *matrimonio copulato; ff. de condict. ex cauſa*, quæ verba ibi conſtat ſignificare matrimonium contractum, nondum conſummatum, vt ad id etiam expendit Corneus *in lege, non ſine.* Secundò probat, quia copula eſt nomen generale, quod vinculum, ſeu nexum ſignificat, vt eruditè *ibidem* explicat Tiraquellus, & quando explicatur; vel accipitur copula de coïtu, ſeu vſu matrimonij illi adducitur carnalis.

Quando verò ſtatutum deferens viro lucrum do- 96
tis prædecedente ſine liberis vxore, loquitur de vxore traducta, vel de cognita carnaliter, vel quæ cum viro, ſeu in domo viri habitauerit, vel in domo viri

deceſſerit, quomodo ſit intelligendum, quandóve cenſeatur verificari vt vxore præmoriente, vir debeat lucrari dotem præter tradita in præcedentibus latè explicat Phanucius *de lucro dotis*, *dicta Gloſſa* 2. *& Gloſſa* 7. Rolandus *de lucro dotis*, *quæſtione* 98. *& quæſtione* 106. *à numero* 36. & Carpanus *ad caput* 291. *à numero* 45. *ad* 75. *& ad caput* 298. *à numero* 86. *ad* 119. & de intelligentia diuerſorum ſtatutorum de lucro dotis latiſſimè Tuſchus *littera* ſ. *concluſione* 510. *&* 511. Ad quos remitto lectorem, ne nimis extra materiam mihi propoſitam diuager ſolùm pro maiori intelligentia eorum, quæ in præcedentibus tradita ſunt ſequentia addenda cenſui.

Statutum de lucro dotis præmoriente vxore ſine liberis, an habeat locum, ſi ſit ſuperſtes vnica filia, vel ſi extent filij mares, vel fœmina primi matrimonij.

97 Statutum deferens marito ſuperſtiti lucrum dotis vxore prædecedente ſine filiis non habet locum, ſi vnica filia vxoris fœmina ſuperſtes exiſtat, ita Tuſchus *littera S. concluſione* 511. *numero* 69. poſt Fulgoſium *conſilio* 203. cùm ſit ex caſibus, in quibus maſculinum concipit fœmininum de quo idem Tuſchus *littera M. concluſione* 101. ſic etiam ſtatutum deferens lucrum dotis, vel donationis ſuperſtiti, quando alter moritur ſine filiis, non habet locum ſi relinquatur vna filia, quæ repudiauerit dotem maternam, quia licet figuretur non adeſſe, tamen maritus tenetur integram dotem reſtituere proximioribus hæredibus vxoris ſtante repudiatione filiæ, idem Tuſchus *dicta concluſione* 511. *numero* 95. ex Baldo *conſ.* 293. *lib.* 1.

98 Statuto diſponente, quod prædecedente muliere ſine filiis maritus lucretur dotem, ſi decedat mulier cum liberis, ſiue maſculis, ſiue fœminis, etiam primi matrimonij, maritum à contrario ſenſu nihil lucrari vel ſaltem non poſſe prætendere; niſi quantum vnus ex filiis per *legem hac edictali*, *Cod. de ſecundis nuptiis:* tradunt Caſtrus *conſ.* 16. Fulgoſius *conſ.* 63. & Tuſchus *dicta litera S. concluſione* 510. *numero* 28. *& concluſione* 511. *numero* 17. Item ſtatutum ſimpliciter loquens de lucranda dote, non habere locum, quando extant filij primi matrimonij tradit *concluſione* 511. *numero* 20. & niſi ſtatutum deroget, *dicta lege hac edictali*, & tradunt apud eundem Tuſchum Baldus alios allegans *in dicta lege hac edictali*, *numero* 2. *& conſ.* 223. *libro* 1. Romanus *conſil.* 48. *numero* 4. vbi aiunt, quòd tale ſtatutum non habet locum extantibus filiis primi matrimonij, quia tunc non lucratur, niſi quantum vnus ex filiis primi matrimonij, qui minorem portionem habeat, quia patitur paſſiuam interpretationem *dicta lege hac edictali*, quod idem ait Alexander *conſ.* 144. *numero* 3. *libro* 5. dicens eſſe communem opinionem, idem Tuſchus *concluſione* 511. *num.* 146. *& num.* 150. *&* 151. vbi refert quod ſtatutum ſimpliciter de dote lucranda & multò magis, ſi addat, non extantibus filiis, non habet locum, quando extant filij vxoris ex primo matrimonio; cùm tale ſtatutum recipiat interpretationem paſſiuam, vt lucretur ſolum eam ratam, quam mater poteſt legare eo caſu, ita aſſerentibus Cumano *conſ.* 110. *numero* 2. *verbo non autem lucrabitur*, Baldo *conſ.* 120. *libro* 4. *conſ.* 186. *libro* 3. Socino *conſ.* 85. *numero* 8. *&* 9. *lib.* 1. Caſtro *conſ.* 462. *libro* 2. (vbi quod ſtatutum loquens ſimpliciter de lucro dotis, non habet locum exiſtentibus filiis ex primo matrimonio, quando non fecit mentionem de filiis primi matrimonij) Alexander *conſ.* 158. *libro* 5. *conſ.* 122. *numero* 14. *libro* 7. *& eodem libro* 7. *conſ.* 142. *in fine*, vbi, quod non poteſt maritus habere pluſquam habeat vnus ex filiis primi matrimonij, qui minus habuit; idem prorſus tradunt Caſtro *conſilio* 348. *libro* 2. Rolandus à Valle *de lucro dotis*, *quæſtione* 35. & alij, quos idem Tuſchus *numeris ſupra allegatis* allegat, Qui *num.* 25. cum Caſtro *conſilio* 368. *numero* 2. *libro* 2. ampliat, etiamſi vxor prædecedens non relinquat filios ex primo matrimonio, ſed nepotes ex filia præmortua, quia inquit, adhuc venire poſſunt ex Iure tranſmiſſo per matrem, vel ex ſucceſſorio edicto. Ampliat etiam *numero* 155. quod ſtatutum deferens lucrum dotis marito ſuperſtiti, non habet locum in dote mulieris binubæ habentis filios ex primo matrimonio aucta ex pacto, iuxta Angelum *conſ.* 396. *numero* 3. & Caſtrum *conſilio* 339. *in fine*, *libro* 2. vbi dicit, quod licet ſtatutum conferat lucrum medietatis dotis marito, reducitur ad portionem, quam poteſt habere, ſi extant filij primi matrimonij, quia iſte non ſit vir, ſed ſecundus vir. Quod eo magis ait procedere, ſi dos fuit aucta ex legato facto per primum maritum ex Angelo *dicto conſilio* 396. *numero* 4. In augmento verò dotis factæ ſorori ſecundo nubenti, maritum liberum habere lucrum ſecundum formam ſtatuti, nonobſtante ſtipulatione de reſtituenda dote ſimpliciter, quando lucro, vel ſtatuto non fuit renunciatum ex Alexandro *conſilio* 158. *numero* 10. *libro* 5. notat idem Tuſchus *eadem concl.* 511. *num.* 162.

Quod ſi ſtatutum inducens lucrum dotis faceret 99
mentionem de filiis primi matrimonij, ſeu deferret lucrum etiam quod extarent filij ex primo matrimonio (quale eſt ſtatutum Florentiæ) maritus lucraretur totam dotem, etiam ſtantibus filiis primi matrimonij, vt Baldus *conſ.* 276. *l.* 3. *& concl.* 480. *l.* 5. relatus ab eodem Tuſcho *dicto conſ.* 511. *numero* 163. cum *dicta lege*, *hac edictali*, *Cod. de ſecundis nuptiis*, ſtatutum poſſit derogare iuxta communem opinionem, vt tradit idem Tuſchus *dicta concluſ.* 511. *numero* 152. Quid verò ſi ſtatutum eſſet præciſum, cum clauſula, *non obſtante*, vt qui irreuocabiliter mandaret ſeruari lucrum, vel cum clauſula *non obſtante Iure Canonico*, *vel ciuili*, an habeat locum licet non faciat mentionem de filiis primi matrimonij Baldus *conſ.* 120. *libro* 4. *& conſilio* 273. *libro* 5. [quem refert, & probat Tuſchus *dicta concluſione* 511. *num.* 164.] licet dicat eſſe quæſtionem dubiam reſoluit tamen affirmatiuè. Quid etiamſi ſtatutum dicat quod maritus ſuccedat vxori in tota dote, an ſit locus ſucceſſioni ſtantibus filiis ex primo matrimonio, Tuſchus idem *dicta concluſione* 511. *numero* 152. dicit aliquos affirmaſſe, quaſi ſtatutum tale non poſſe compati cum *dicta lege hac edictali*, ſubdit etiam alios negaſſe, quia iſte non ſit maritus, ſed ſecundus maritus, & quia *dicta lex hac edictali* non dat ſucceſſionem, ſed aufert à marito propter filios, & aufert id, quod mulier ſecundo nubens dedit in dotem ſecundo marito in fraudem filiorum, nam ſtatutum operatur, quia mulier dedit in dotem, & ita opinatos fuiſſe Caſtrum *conſilio* 348. *libro* 2. & Alexandrum *conſilio* 158. *libro* 5. refert *ibidem* Tuſchus. Quid denique ſi ſtatutum deferat lucrum tertiæ partis dotis, & bonorum vxoris marito non extantibus liberis communibus, ipſis verò extantibus deferat hæreditatem filiis ſecundi matrimonij excluſis filiis primi matrimonij, an habeat locum, ſi mulier teſtata ſit. Negatiuam partem tenuiſſe Cumanum *conſilio* 48. & apud eum Caſtrum & Fulgoſium, dicit Tuſchus *dicta concluſione* 511. *numero* 165. Affirmatiuam verò, & vi huius ſtatuti maritum lucrari dotem, etiamſi ſoli filij ex primo matrimonio

monio extent, approbaſſe Baldum *allegato conſ.* 480. *libro* 5. refert idem Tuſchus *num.* 166. apud quem plura alia ad hanc materiam ſtatutorum de lucro dotis videri poterunt.

Statutum excludens filiam dotatam à ſucceſſione patris extantibus maſculis, an habeat locum in filia, cui à patre Dos fuit promiſſa, vel relicta in Teſtamento?

100 Difficultas ſexta, an ſtatutum excludens filiam dotatam à ſucceſſione patris ſtantibus maſculis habeat locum, ſi filiæ dos ſit tantùm conſtituta pro futuro matrimonio; ſcilicet à patre promiſſa, vel in teſtamento patris relicta fuerit, & ante patris mortem filia nondum fuerit maritata nec dos tradita, Tenuerunt non habere locum eo quod filia non cenſeatur dotata per ſolam promiſſionem, vel legatum dotis non ſubſecuto matrimonio, tenuerunt, inquam, Iacobus Aretinus, Petrus Cynus, Fulgoſius, & nonnulli alij ſcribentes *in lege Non ſine, Cod. de bonis quæ liberis*, Imola *in l. Titio centum, §. Titio genero, ff. de condit. & demonſtr.* Alexander *conſilio* 13. *libro* 3. Gregorius Natta *de ſtatutis, quæſt.* 2. *à numero* 3. *ad* 10. Marta lariſſimè *de ſucceſſ. parte* 1. *quæſt.* 13. *artic.* 6. *à numero* 6. & alij Iuriſperiti ex antiquis à Tiraquello *de retractu conuen. ad final. tit. numero* 59. relati, & nondum ſequuto matrimonio, hanc ſententiam ſtricto Iure veriorem dicit Albertus Brunus *de ſtatut. excluden. fœm. art.* 6. *numero* 222. & 223. ita ſentit etiam Mantica *de coniect. vltim. vol. libro* 11. *titulo* 22. *numero* 39. & 40. vbi ait, quod mulier tunc tantùm incipit eſſe dotata, cum dos datur conſtante matrimonio, & ante nuptias non dicitur dotata *dicto §. Titio genero, verſic. hoc enim*, & cum Mantica tranſiuit Gaſpar Antonius Theſaurus *quæſt. forenſ. libro* 2. *quæſt.* 73. *numero* 4. vbi dicit, verbum, *dotata* eſſe intelligendum cum effectu. Hæc ſententia, Primò nititur præcipuè tum quod Dos tantùm promiſſa, vel relicta in teſtamento non ſit propriè, & verè Dos, per ea, quæ *ſuprà hoc capite* 2. *numero* 1. *ad* 10. tradita ſunt, tum etiam, quod dos non poſſit eſſe & dici propriè dos, vbi non eſt matrimonium *l.* 3. *ff. de Iure dotium*, & *l. final. Cod. de donatione ante nuptias*, ſtatutum autem prædictum cum ſit contra Ius commune debet propriè, & ſtrictè intelligi; & ſic ſicut mulier non poteſt dici nupta ante matrimonium *l. quod pupillæ, ff. quando dies legatorum cedat.* ſic nec dotata: ad quorum confirmationem additur, quod verba ſtatutorum debent intelligi cum effectu *libro* 1. *§. hæc autem verba, ff. quod quiſque*, ſic promiſſio autem dotis dandæ & nuda dotis ordinatio, non eſt dos. Secundò nititur, quod ſtatutum requirat, vt filia ſit dotata tempore ſucceſſionis, promiſſio verò paterna, & legatum dotis habent tacitam conditionem nuptiarum, ſeu ſi filia nupſerit, vel quando filia nupſerit, at ex dote debita ſub conditione mulier non dicitur eſſe dotata *libro* 1. *§. ſi ſub conditione, ff. de collatione dotis*, & ſicut Inſtitutio conditionalis non eſt propriè Inſtitutio, *lege Suus quoque, ff. de hæred. inſtit.* & donatio conditionalis non eſt propriè donatio *lege* 1. *ff. de donat.* ita dotatio ſub conditione non eſt dotatio, qua mulier propriè dicatur dotata, quod requirit ſtatutum.

101 Contrarium nihilominus, & præfatum ſtatutum habere locum in filia, cui à patre conſtituta eſt dos, nempe dos eſt promiſſa vel in teſtamento relicta nullo adhuc matrimonio ante mortem patris ſequuto, docuerunt Bartholus *in dicta leg. Titio centum, §. Titio genero, ff. de condit. & demonſtr. in l. non eſt matrimonium, ff. de ritu nuptiarum, & in lege Qui pupillum, ff. de adulte. ibidem*, Angelus Baldus *in lege Non ſine, Cod. de bonis quæ liberis; conſ. pen. vol.* 2. *& alibi*, & quamplures alij ex antiquis Iuriſperitis à Tiraquello, vbi *ſupra numero* 39. & 40. Vrſillo *ad deciſionem Afflicti* 370. *num.* 4. Baldo Nouello *de dote, parte* 1. *num.* 20. & 21. & ab Alberto Bruno *dicto artic.* 6. *numero* 213. & *ſequentibus* relati. Idem Baldus Nouellus *dicto numero* 20. Vrſillus *dicto numero* 4. Carpanus *ad capit.* 298. *ſtatut. Mediolan. numero* 193. Ioſeph Ludouicus *deciſ. Peruſina* 21. *numero* 9. & 12. Fachineus *controuerſiarum Iuris, libro* 10. *capite* 25. Ioannes Boſcheius *de legit. nupt. libro* 3. *numero* 9. & 10. & Paſchalis *de viribus patriæ poteſtatis, parte* 1. *capite* 4. *numero* 95. & hanc ſententiam eſſe communem, & receptiſſimam, & ab ea non recedendum in practica, & in iudicando, dicit Albertus Brunus *dicto art.* 6. *numero* 222. communem etiam, & receptiſſimam dixerunt Baldus Nouellus *dicto numero* 20. Decius *conſ.* 103. *numero* 24. & alij, quos refert Antonius Theſaurus *loco allegato num.* 10. & quando dote per patrem promiſſa, vel in teſtamento relicta filiæ ſubſequutum eſt matrimonium, licet nondum dote tradita præfatum ſtatutum excludens filiam dotatam extantibus maſculis habere locum præter Bartholum *vt ſuprà*, & plurimos alios à Ioſeph Ludouico *dicta deciſ.* 21. *numero* 9. relatos aſſerit etiam Brunus *dicto art.* 6. *citato num.* 222. & communiori calculo receptum dicit Ioſeph Ludouicus *d. num.* 9.

Hæc ſententia probatur primò, quia dos promiſſa 102
vel in teſtamento relicta cauſa matrimonij etiam nondum ſubſequuto matrimonio, vel ſubſequuto matrimonio nondum ſoluta, ſeu tradita eſt propria & vera dos, & ex dote promiſſa, vel legata dicitur mulier dotata, ſeu habere dotem; & deſtinatio, ſeu ordinatio per promiſſionem, vel legatum habetur pro facto, vt ſuperiùs *hoc capite* 2. *num.* 15. 16. & 17. & *ſequent.* probatum eſt, ergo per dotem promiſſam, vel legatam fit locus ſtatuto excludenti dotatam: imo etiam dato, quod dos promiſſa legata pro futuro matrimonio, non ſit propriè & ſtrictè dos, ſed largè & impropriè, nihilominus eam ſatis eſſe vt filia dicatur à patre dotata iuxta mentem ſtatuti, & ad effectum, vt excludatur à ſucceſſione patris exiſtentibus maſculis ex quo dos ſic promiſſa, vel relicta fuit filiæ deſtinata per patrem pro matrimonio futuro, & ex ſola aſſignatione dicatur factum tradunt Bartholus, Baldus Nouellus, Antonius Theſaurus *locis allegatis*, & alij à prædictis allegati, & etiam alij à Bruno *dicto art.* 6. *numero* 2. 14. allegati. Secundò probatur *ex traditis ſuprà dicto numero* 17. *in fine*, ſcilicet, quia ex promiſſione & legato dotis acquiritur mulieri actio ad eam conſequendam, qui autem habet actionem ipſam rem habere videtur, *leg. qui actionem, ff. de regulis Iuris.* Tertiò probatur à Bartholo, & aliis Iuriſperitis huius ſententiæ, quia filia dicitur dotata à patre, in qua Pater quantum in eo fuit actum dotandi exercuit *argum. l. mulier, §. primo, ff. de ſtatu liber.* pater autem hoc fecit promittendo, vel aſſignando in teſtamento dotem filiæ pro matrimonio futuro, ergo per hoc ſatisfactum eſt ſtatuto, quod, dum loquitur de dotata, non reſtringitur ad matrimonium præſens (ſine quo non poteſt eſſe Dos propriè, vt habetur iuribus *numero* 100. adductis) ſed vel præſens, vel futurum, vt notauit etiam expreſsè Fachineus *dicto capite* 25. *ad tertium. Argumentum.* Qui etiam *verſic. ſed magis eſt, in fine*, addit aliam rationem in huius ſententiæ confirmationem, ſcilicet, quod ratio ſtatuti filiam excludentis, vt filij maſculi ſuccedant, & bona in familia conſeruentur, quæ ratio locum habet etiam in caſu dotis à patre promiſſæ, vel in

in teſtamento relictæ filiæ. Ad fundamenta autem contrariæ ſententiæ, non oportet aliam afferre reſponſionem cum ex traditis hic, & ſuperius *num.* 15. *cum ſequentibus*, ſatis clarè, & euidenter maneat illis ſatisfactum.

Quid verò ſi ſtatutum excludat filiam, quæ dotem recepit, an ſufficiat eſſe dotatam per dotis legatum, vel per dotis promiſſionem, an neceſſarium ſit actualiter dotem fuiſſe numeratam, Martha *dicto artic.* 6. *numero* 2. ait ad excluſionem non ſufficere, vt probetur fuiſſe dotatam, ſed neceſſarium eſſe, vt oſtendatur, quod Dos actualiter fuerit numerata, iuxta Socinum *conſilio* 2. *num.* 5. *verſic. nec ſecundum obſtat, volum.* 1. *& id confirmatur ex traditis ſuprà numero* 65. *& Doctoribus ibidem relatis*, contrarium tamen videtur poſſe ſuſtineri per tradita, *ſuprà numero* 66.

103 Quid etiamſi ſtatutum excludat à ſucceſſione filiam maritatam, an in hoc caſu ad excluſionem filiæ ſufficiat, quod Dos ſit ei aſſignata per patrem in teſtamento, vel per promiſſionem, an verò requiratur, quod ſit maritata, ſeu deſponſata per verba de præſenti tempore ſucceſſionis. Requiri eſſe actu maritatam, volunt Mantica *dicto artic.* 6. *numero* 3. Brunus *de ſtatutis dicto art.* 6. *quæſtione* 18. *numero* 281. *& duobus ſequentibus*, ob illam regulam, quod cui non conueniunt verba ſtatuti ſenſu literali inſpecto, non conueniat eius diſpoſitio, *lege* 4. §. *Prætor ait*, vbi Bartholus & alij, *ff. de damno infecto*, verbum autem, *maritata*, iuxta nominis propriam, & literalem ſignificationem, ſignificat mulierem actu matrimonio per verba de præſenti copulatam, & non maritatam deſtinatione, ſcilicet per dotis aſſignationem, vel per ſponſalia de futuro.

104 Pro contraria autem ſententia, & quod ſufficiat eſſe dotatam idem Brunus *dicto numero* 281. & Gaſpar Theſaurus *quæſtione* 6. *forenſ. lib.* 2. *quæſtione* 73. *numero* 2. adducunt, quod filia ſimpliciter dotata & deſtinatione maritata, Dos conſtituatur propter matrimonium, & deſtinatum habeatur pro facto, *l. ſi quid eorum*, §. *intereſt*, *ff. de legat.* 3. cum aliis Iuribus à Bruno *ibidem* allegatis, rectè igitur intelligi poſſe videtur mentem ſtatuentium in tali ſtatuto eſſe, vt illa habeatur pro maritata, quæ & ſimpliciter dotata ſit, cum Dos à patre conſtituatur filiæ ea propoſito futuri matrimonij, ſeu vt maritetur, & ſic filia à patre ſic dotata, & ſic matrimonio deſtinata, tam à patre, quàm ab ipſo ſtatuto in intentione habetur pro maritata, & Theſaurus *dicto numero* 1. ait, *ita ſenſiſſe* Bartholum *in dicta lege Titio centum*, §. *Genero*, Antonium Theſaurum eius Patrem *dicta deciſ.* 101. *numero* 10. Decium, Anchaeanum, & Gregorium, Nattam ab eodem Antonio Theſauro *allegatos*. Prædictam tamen conſiderationem, pro extenſione ſtatuti ad caſum ſimpliciter dotatæ, nondum actu maritatæ, idem Gaſpar Theſaurus *numero* 5. ait, non habere locum, quando ſtatuentes, qui poterant hoc etiam caſu prouidere, vti frequentiori, nihil dixerunt, ſed voluerunt relinquere diſpoſitioni Iuris communis, additque ſtatuentes ad excludendam ſolùm maritatam poſſe moueri, vt filiæ, quæ ad manus fratrum reperiuntur, à quibus vt plurimum malè tractari ſolent, maritos ditiores cum ampliori dote reperire poſſint, & melius nubere, quia pater maritando in vita iuxta qualitatem ampliorem, vel minorem dotem filiæ conſtituit, qua contenta ſolet renunciare, ſi verò à patre viuente non fuerit filia maritata poteſt contingere, quod cum dote à patre conſtituta non poterit condecenter nubere, ideóque non eſt ſaltem priuanda ſua legitima portione, qua propterea noluerunt ſtatuentes priuare contra Ius commune. Quæ ponderatio mihi, quoque probatur idem tamen Gaſpar Theſaurus *numero* 6. putat eſſe diſtinguendum, ſcilicet, quod vel eſt contentio ſuper hæreditatem illius, qui dotem conſtituit, & tunc ait filiam dotatam, licèt non maritatam, eſſe excludendam ab hæreditate patris, vel alterius dotantis, vel agitur de excludenda filia ab hæreditate alterius non dotantis, puta matris vel fratris, prout loquitur ſtatutum Aſtenſe [de quo *locis citatis* vterque Theſaurus] & tunc dicit filiam non excludi, niſi verè, & effectualiter maritata. Sed priorem ſententiam Bruni abſolutè, & indiſtinctè loquentem de rigore veriorem exiſtimo, & eius rationem, & Theſauri conformationem.

An verò idem ſtatutum excludens filiam, ſeu mulierem maritatam requirat ad excluſionem, quod etiam ſit dotata, Brunus *dicto artic.* 6. *numero* 284. dicit, & tenet, quod verba ſtatuti ſuadent, quod non, maximè quia matrimonium poteſt eſſe ſine dote *leg. finali*, *ff. de donatione ante nuptias*. Sed videtur veriùs à ſtatuto requiri etiam dotatam, idque propter frequentiorem conſuetudinem apud omnes, vt quis regulariter non ducat vxorem ſine dote, *l. purè*, §. *ſi cum*, *ff. de doli except.* Et ita ſenſiſſe Andream de Iſernia *in capite primo*, *in principio*, *de nat. ſucceſſ. feu.* Quod ſi ſtatutum excludat dotatas, & maritatas, vel maritatas, & dotatas, tunc ad excluſionem requiri vtrumque, ſcilicet, quod tempore ſucceſſionis filia ſit dotata, & effectualiter maritata aiunt Baldus Nouellus *de dote*, *d. parte* 1. *numero* 21. Gregorius Natta allegans Baldum, *in l. non ſine*, *Cod. de bonis quæ liberis*, *de ſtatu*, *dicta quæſtione* 2. *numero* 10. Surdus *conſilio* 45. *libro* 1. Martha *dicto artic.* 6. *numero* 1. 2. *&* 3. & Gaſpar Antonius Theſaurus *dicta quæſtione* 73. *numero* 3. & dicit Baldus Nouellus, quod non ſufficeret, quod cum dote per patrem fuiſſet deſponſata per verba de futuro, cum tunc non poſſit dici maritata, & verba ſtatuti exorbitantis à iure communi debent intelligi communi ſenſu literali inſpecto, vt *ſuprà numero* 103. dictum eſt. Probat Natta, tum quia dotata, & maritata ſunt duo adiectiua, quæ ſtare non poſſunt ſine copula, vel ſine puncto, quod habetur loco copulæ, per Gloſſam *in l. pretia rer. ff. ad legem Falcidiam*, & alibi ſæpè, & per alios Doctores ab eodem Natta relatos, tum quia duo adiectiua ſeparatè poſita in dubio ponuntur pro coniunctis, maximè in lege vel ſtatuto ſecundùm Bartholum *in l. ſæpè*, *ff. de verborum ſignificatione*, & ſic periode eſt, ac ſi ſtatutum diceret, ſi aliqua filia maritata dotata fuerit, quo vſu requiri concurſum vtriuſque tradit Bartholus *in lege* 1. *ff. de Iuſtitia & Iure*, *& alibi*, præter alios ab eodem Natta allegatos. 105

Diſpoſitio Auth.* ſed quamvis, Cod. de rei vxor. act. *quod pater dotem datam filia in primo matrimonio ad ſe reuerſam indiminutam, filia ſecundò nubenti dare debeat, an procedat etiam in Dote promiſſa.

Difficultas ſeptima, *Auth. ſed quamvis*, *Cod. de rei vxoria act.* Patri priorem dotem datam filiæ matrimonio copulatæ ad ſe reuerſam diminuendi, cum filia iterum nubit poteſtas tollitur, niſi eiuſdem patris patrimonium fortuito fuerit diminutum dubitatur, an diſpoſitio *dicta Auth.* procedat, nedum in dote data, ſed etiam in dote à patre promiſſa, quam 106

non

non dederat. Negarunt Gloſſa, *ibi*, *verbo Diminuere*, Crauetta *conſil.* 611. *numero* 1. *libro* 4. & alij nonnulli, quos referunt Tiraquellus *de retract. conuent. ad finem titul. numero* 60. & Petrus Barboſa *in rubr. ff. ſoluto matrimonio, parte* 4. *numero* 6. *in fine*, ad quod moti ſunt ea ratione, *d. Auth.* loquitur de Dote data, ac proinde non debet habere locum in Dote promiſſa, ſicut ſtatutum loquens de lucro dotis non habet locum in dicta dote promiſſa, iuxta ſententiam traditam *ſuperius hoc capite*, *numero* 52. *& ibidem*, adducta ad illius confirmationem. At verius affirmarunt Salicetus *in dicta Auth. verbo diminuere*, Iaſon *in l. filia legator. numero* 4. *Cod. de legatis*. Socinus, Curtius ſenior, & quamplures alij Iuriſperiti relati à Tiraquello *vbi ſuprà numero* 36. & Petro Barboſa *ad leg. poſt dotem* 41. *numero* 33. *in principio*, *ff. ſoluto matrimonio*, idem Petrus Barboſa, *ibidem*, Paſchalis *de patria poteſtate*, *parte* 1. *cap.* 4. *numero* 89. *&* 90. Gratianus *tom.* 5. *cap.* 882. *numero* 10. *& ſequentibus*, Salengerius *reſolut. ciuil. cap.* 100. *numero* 5. Camillus Borellus *in ſumma. deciſ. tom.* 3. *tit.* 5. *numero* 202. alios allegans & Auguſtinus Barboſa *collect. ad d. Auth. ſed quamvis, numero* 5. fundati ea ratione, quod in iure dos data, & dos promiſſa æquiparantur, *l. ex morte*, *Cod. de pactis conuentis*, & aliis Iuribus *ſuprà hoc capite*, *numero* 16. adductis, vltra quæ Barboſa poſt Baëzam *de non melior. filiabus*, *cap.* 16. *à numero* 3. & alios quos ſequitur etiam Fontanella *de pact. nupt. tom.* 2. *clauſ.* 5. *gloſſa* 8. *parte* 1. *numero* 44. ampliant *d. Auth.* diſpoſitionem, procedere etiam ſi dos data in primo matrimonio fuerit immodica, vt, & hanc pater filiæ iterum nubenti teneatur integram reſtituere, idque etiamſi nubat ſine patris conſenſu viro, qui attentâ dignitate, & qualitate tanta dote non ſit dignus, & idem tradit Siluanus *conſilio* 2. *à numero* 60. & ſignanter *numero* 67. à Fontanella idem ſentiens *dicta parte* 1. *numero* 42. relatus, qui huius rationem eſſe ait, quia dotis donatio à patre filiæ facta irreuocabilis omninò eſt, adeò vt nec per ingratitudinem poſſit reuocari, ac proinde non debet patri eſſe permiſſa illa reuocatio, vel diminutio, etiamſi viro filia nupſiſſet tanta dote non digno. Et prætereà quia *d. Auth. quamvis* ſolum excipit, (vt mox dicitur) vnum caſum, quando ſcilicet diminutæ inter primum, & ſecundum matrimonium forent paternæ facultates, & conſequenter in aliis caſibus non debet eſſe permiſſa patri dotis diminutio. Quare quod dictum eſt non poſſe à patre dotem primo datam non diminui, iuxta §. *quia vero, circa finem Auth. de æqualitate dotis* intelligendum, *niſi fortuita clades* (ait Textus *in dicto* §. *quia vero*) *imminuerit patris ſubſtantiam, vt neque volenti ſit poſſibile æqua menſura, qua prius, dare rurſus dotem, & probetur à patre fortuita diminutio ſubſtantiæ, tunc enim non amplius cogi poteſt pater ſecundo filiam iungens matrimonio niſi in quantum ſubſtantiæ virtus eſt*, ita Textus ille, Boërius *deciſ.* 137. *numero* 2. Menochius *conſ.* 370. *numero* 27. & alios allegans Gratianus *tom.* 3. *cap.* 466. *numero* 4. Diſpoſitionem eiuſdem Auth. procedere etiam ſi filia in primo matrimonio à patre dotata iterum non nubat, ſed ingrediatur monaſterium, tradidere Ripa *in libro* 1. *numero* 61. *ff. ſoluto matrimonio*, Boërius *deciſ.* 131.
106 *numero* 8. Tuſchus *verbo Dos*, *concluſione* 730. *numero* 9. Coſta *in l. cum tale*, §. *ſi arbitratu*, *ampliatione* 11. *numero* 2. *ff. de condit. & demonſtrat.* Palatius *in repetit. cap. per veſtras*, *de donat. inter virum & vxorem*, *notabil.* 3. §. 11. *numero* 2. Neguſantius *de pignor. parte* 2. *membro* 4. *numero* 34. Baëza *de non melior. filiab. cap.* 14. *numero* 3. Antoninus Tepat. *variarum ſententiarum*, *tom.* 2. *tit.* 456. *cap.* 14. *in princip.* Text. *in* §. *ſed*, *& hoc præſenti Auth. de ſanctiſſimis Epiſcopis*, *collect.* 9. At Petrus Barboſa *dicto numero* 33. *in fine* (quem ſequitur alter Barboſa *d. collect. ad d. Auth. ſed quamvis*, *numero* 8.) id non putat tutum, eo quod cum *d. Auth.* loquatur, quando filia iterum contrahit matrimonium carnale, non eſt extendenda ad ingreſſum religionis, pro quo ingreſſu ſolet minor dos dari, quàm pro matrimonio carnali. Quapropter ait Petrus Barboſa non eſſe cogendum patrem dare maiorem dotem, quam ſoleat dari pro ingreſſu religionis. Verùm priorem ſententiam (quam tenent etiam Fontanella *de pactis*, *tomo* 2. *clauſ.* 5. *Gloſſa* 8. *parte* 1. *numero* 48. *&* 49. & Stephanus Gratianus *dicto cap.* 882. *numero* 16. *& ſequent.*) puto veriorem per Textum *in dicto* §. *ſed*, *& hoc præſenti*, & per tradita à me *in tractatu de contractu matrim. cap.* 11. *numero* 700. & quia alioqui daretur occaſio impediendi libertatem matrimonij ſpiritualis, ſi filia ingrediens monaſterium non eſſet habitura totam dotem ſibi ſemel à patre conſtitutam, & datam, & quia pater conſtituendo filiæ dotem in teſtamento, vel promiſſione cenſetur eidem filiæ donaſſe, vt latè Paſchalis *dicto capite* 4. *numero* 77. *& ſequentibus*, *&* 90. Rota Romana apud Manticam *deciſ.* 166. *numero* 6. 13. *& ſequentibus*, *de quo infrà numero* 117. Et conſequenter non poteſt amplius quantitatem dotis conſtitutam minuere, vt idem Paſchalis *numero* 94. poſt Crotum, excepto caſu, de quo *numero ſequenti*, *in fine*. Et quia (vt Fontanella *loco citato*) dos ſoluto matrimonio (quæ eo conſtante appellatur dos) proprium mulieris patrimonium dicitur, vt notant Doctores *in rub. ſoluto matrimonio*, & aiunt in terminis Michaël Nizol. *alleg.* 24. *numero* 12. à Fontanella *d. numer.* 49. allegatus, Hodierna *controuerſ. forenſ. l.* 1. *cap.* 21. *numero* 2. & alij *infrà hoc cap.* 2. §. *quarto* allegati.

Idem Paſchalis, *eodem capite* 4. *dicto numero* 90. 107
notat, ſeu ampliat, quod licet Textus *in d. Auth. ſed quamvis*, propriè loquatur in caſu quo primum matrimonium habuit effectum, & deinde fuit morte viri ſolutum, nihilominus eiuſdem deciſionis ratio viget, vt ſicut pater tenetur dotem ad ſe reuerſam pro ſecundo matrimonio indiminutam filiæ conſeruare, ita etiam ſi primum matrimonium, pro quo dos promiſſa fuit, non habuit effectum, quia ius obligationis quoad filiam non oritur ex matrimonio, ſed ex promiſſione, & declaratione quantitatis dotis à patre facta, ex qua ſimplex, & abſoluta donatio (inquit) in eius beneficium reſultat iuxta Decium *conſ.* 35. *numero* 6. Albanum *in addit. ad Bartholum*, *in l. filia*, *numero* 3. *ff. de legat.* 3. & Vincentium Maxillam *in comment. conſuet. Barienſ. ſub rub. de Iure dotium*, §. *marito*, *numero* 5. *& ſeq.* Hanc tamen ampliationem idem Paſchalis *num.* 91. ex eodem Maxilla, ait limitandam, quando dos per patrem promiſſa, adeo immodica eſſet, vt non remaneret legitima pro filio.

Hypotheca pro dote ſiue tacita à lege inducta, ſiue expreſſa in dotis promiſſione, vel ſtipulatione, à quo tempore incipiat, an à tempore ſolutionis aut matrimonij contracti, vel ab ipſo tempore promiſſionis, & contractus dotalis, & an habeat locum, etiam non ſequuto matrimonio, cuius contemplatione fuit à patre promiſſa, vel ſoluta ſponſo de futuro?

108 Difficultas octaua, quo tempore incipiat hypotheca in bonis mariti pro dote reſtituenda, & in bonis mulieris, ſeu promittentis dotem pro dote præſtanda, an die promiſſionis ſeu contractus dotis, an à die contracti matrimonij, an à die ſolutionis dotis reſpectu hypothecæ in bonis mariti pro dote reſtituenda, ſupponitur duplicem eſſe hypothecam pro dote, vnam tacitam, alteram expreſſam, (etenim vxori & ſic etiam ea defuncta eius hæredibus) competit tacita hypotheca in bonis viri pro recuperatione dotis matrimonio per, mortem viri diſſoluto, etiam ſi in dotis promiſſione, vel conſtitutione, ſeu ſtipulatione, vel ſolutione nullius hypothecæ facta ſit mentio, quæ tacita hypotheca fauore mulieris inducta eſt Iure, ſeu à lege, vt habetur, *l.* 1. *ff. qui potiores in pignore, vel hypotheca habeantur*, *l. aſsiduis*, *Cod. eodem*, & *l. vnica*, §. *& vt plenius*, *Cod. de rei vxor. actione*. Et ſimiliter marito competit tacita hypotheca in bonis vxoris dotem promittentis, vel alterius dotem promittentis pro dotis ſolutione, tametſi in dotis promiſſione, vel contractu, ſeu ſtipulatione dotis nulla pariter facta ſit expreſſa mentio hypothecæ, quæ tacita hypotheca à l. inducta eſt, *d. l. vnica*, *citato* §. *& vt plenius*, *Cod. de rei vxoria actione*, de qua tacita hypotheca Doctores in d. Iure ſcribentes, alij quos latè referunt Camillus Borellus *in ſumm. deciſ. parte* 3. *tit.* 5. *numero* 422. Auguſtinus Barboſa *Collectaneo ad l. vnicam*, §. *vt plenius numero* 11. *Cod. de rei vxoriæ actione*, & alij qui infra allegantur. Hypotheca autem pro dote expreſſa eſt, quando maritus in ſtipulatione, ſeu contractu, aut Inſtrumento dotali ſpecialiter, & expreſsè obligat bona ſua pro reſtitutione dotis, & ſimiliter quando mulier, aut alter dotem promittens in ipſa dotis promiſſione, ſeu contractu dotali marito expreſsè obligat bona ſua pro dotis ſolutione, quæ hypotheca hodie, vt plurimum practicatur, cum conſtitutiones dotales, & promiſſiones dotis ſoleant ferè ſemper fieri in ſcriptis, vbi ſemper prouidetur de hypotheca expreſſa vtpote, quæ regulariter pinguior, & vtilior eſt ipſa tacita.

109 Prima igitur ſententia tenet tacitam hypothecam à lege inductam in bonis mariti pro dotis reſtitutione incipere à tempore dotis marito traditæ, ſeu ſolutæ non vero à tempore promiſſionis, aut contracti matrimonij. Ita poſt Gloſſam in *d. l. aſsiduis*, *verbo*, *hypothecam*, & nonnullos alios Gomez *ad l.* 50. *Tauri*, *numero* 38. & Molina *de Inſt. & Iure*, *tom.* 2. *diſp.* 438. *numero* 14. moti fortaſſe, quod dos incipiat eſſe dos à traditione, & hanc ſententiam extendit Gomez, procedere, etiam ſi ſpe futuræ numerationis, & dotis recipiendæ maritus eam promiſiſſet reddere, & ſoluere vxoris hæredibus. Quare iuxta hos doctores, ſi poſt dotem promiſſam, & contractum matrimonium, maritus alienauerit bona, vel contraxerit cum aliis creditoribus cum expreſſa hypotheca, & poſtea dos ſit marito ſoluta, vxor non præfertur aliis creditoribus, vt ex bonis alienatis, vel ſubjectis hypothecæ ante ſolutionem dotis, debeat illis, vel eius hæredibus reſtitui. Hypothecam vero expreſſam, vt quando maritus expreſſe promiſit reddere dotem vxori, & hæredibus eius cum expreſſa hypotheca, ſeu obligatione bonorum ſuorum, pro dotis ſolutione, aiunt iidem Doctores incipere à tempore contracti matrimonij, licet poſtea dos fuerit marito tradita, in quo conueniunt cum Doctoribus ſequentis ſententiæ. Hanc eandem ſententiam quoad primum dictum de tacita hypotheca, quod habet locum ſolum à tempore ſolutionis approbat Io. Hubertus *de contractibus cap.* 46. *num.* 9. & Amator Rodriquez *in tractat. de concurſu creditor. parte* 1. *art.* 1. *num.* 27. *in fine*, attenta diſpoſitione *legis Hiſpanæ* 17. *tit.* 11. *parte* 4. cuius verba ſunt, *Cà luego, que el marido recibe la dote, ſon obligados à la muger todos ſus bienes tambien los, que hà entonces, come los, que aurà deſpues.*

Secunda ſententia loquens iuxta ius commune indiſtinctè aſſerit hypothecam, ſiue tacitam, ſiue expreſſam pro dotis reſtitutione incipere à tempore contracti matrimonij etiam nondum ſoluta dote, non vero à tempore promiſſionis, niſi eodem tempore promiſſionis matrimonium ſit ſubſequutum, & ſic vxorem præferri quidem creditoribus, qui cum marito expreſſa hypotheca ſua bona contraxerunt à tempore contracti matrimonij, ante dotis ſolutionem marito factam, non autem creditoribus, qui cum marito contraxerunt poſt dotis promiſſionem, ſed ante contractum matrimonium. Ita Bartholus *in d. l. aſſiduis*, *numero* 5. *Cod. qui potiores in pign.* Baldus Nouellus *de dote p.* 10. *numero* 39. Mantica *de tacit. & ambig. conu. lib.* 11. *tit.* 19. *num.* 12. P. Barboſa *ad l.* 1. *p.* 3. *n.* 34. *verſic.* Poſtremo, *ff. ſoluto matrim.* Neguſantius *de pignor.* 4. *membr.* 2. *partis num.* 79. *&* 80. Ioannes Gutierus *d. cap.* 46. *d. num.* 9. *& num.* 10. & quam plures alij, tum ex antiquis, tum ex recentioribus Iuriſperitis, quos latè referunt Mantica *d. numero* 12. & Franciſcus Becius *conſ.* 114. *numero* 66. *lib.* 2. & Fontanella *de pactis nuptialibus tom.* 2. *clauſ.* 7. *Gloſſa* 2. *parte* 2. *numero* 29. & eſſe communem, & veriorem opinionem tradunt & alij Mantica *d. num.* 12. & Gutierus *vbi ſuprà*, qui & alij ab ipſis allegati, & etiam Gaſpar Ant. Theſaurus *lib.* 2. *qu. for. cap.* 34. & alij etiam à Fontanella *d. p.* 2. *num.* 27. non incipere ſolum à tempore ſolutionis probant per Textum *in d. l.* 1. *ff. qui potiores in pignore habeantur*, vbi dicitur attendenda eſſe tempora non ſolutionis ſed contractæ obligationis, Quod autem non incipiat à tempore promiſſionis, niſi eo tempore ſit ſubſequutum matrimonium, probant, quia licet dos ſit promiſſa ante matrimonij contractum, tamen ante matrimonium non eſt propriè dos, cum ſine matrimonio nõ poſſit ſubſiſtere, *l.* 3. *ff. de Iure dotium*, *& l. fin. Cod. de donat. ante nupt.* ſolet etiam hæc ſententia, & etiam præcedens confirmari, *arg. l. tali*, *ff. de Iure dotium*, vbi ſtipulatio, ſeu promiſſio de dando decem pro dote in anno proximo, annus non eſt numerandus, ſeu non incipit, niſi à tempore nuptiarum; Quare textum *in d. l.* 1. *ff. qui potior. in pig. habeant.* dicentem hypothecam pro dote reſtituenda incipere à promiſſione, ſeu ex eo tempore, quo dos fuit promiſſa, Doctores huius ſententiæ aiunt intelligi, quando eo tempore matrimonium fuit contractum, & ſimiliter, dum textus *in d. l. vnica*, §. *& vt plenius*, *Cod. de rei vxoriæ actione*, probat tacitam hypothecam, induci tam in dote data, quàm in promiſſa, aiunt intelligendum eſſe; quod in dote promiſſa quoad effectum prælationis non attenditur tempus promiſſionis, ſed potius contracti matrimonij. 110

Tertia ſententia loquens de hypotheca expreſſa pro dote 111

dote reſtituenda diſtinguit, ſcilicet, nam vel ſtipulatio, & promiſſio reſtituendi cum obligatione bonorum concepta eſt, ſeu facta in omnem caſum ſoluti matrimonij dumtaxat, vel generaliter in omnem caſum, ſi primo modo aſſerit hypothecam incipere locum à tempore contracti matrimonij, ſi poſteriori modo, aſſerit incipere à tempore ſtipulationis, & promiſſionis, licèt longè poſt ſubſequutum fuerit matrimonium, ita Rota Romana apud Manticam *deciſ.*166. quæ *num.*4. 9. *&* 10. extendit hanc ſententiam, vt procedat ſi dos intuitu matrimonij futuri fuerit data ante matrimonium poſtea propter aliquod impedimentum non ſit ſequutum, dicit enim quod ex eo tempore incipit habere locum hypotheca, & quoad ſortem præfertur poſterioribus creditoribus cum hypotheca. Neque obſtare ait *num.*1. illud, quod dos ſine matrimonio non poſſit ſubſiſtere per Iura *numero præcedenti* allegata; reſpondet enim, quod licet ſine matrimonio dos rectè dici non poſſit, tamen dos appellatur, quia eſt deſtinata dos, & in ſuis, quæ reſpiciunt fauorem mulieris, habet etiam priuilegium dotis, vt (inquit) eſt caſus *in l.* 2. §.1. *cum duabus legibus ſequentibus, ff. de priuileg. creditor.* Socinus ſenior *in rub. ff. ſoluto matrim. num.*3. & Socinus iunior *ibidem num.*24. *& ſeqq.* plura ad id videntur apud *d. Rotam, deciſ.*166.

112 Quarta, & vltima ſententia affirmat hypothecam dotalem tacitam, & expreſſam à tempore promiſſionis, ſeu ſtipulationis, aut contractus dotis incipere, adeò vt ſi medio tempore inter promiſſionem, ſeu contractum dotis, & contractum matrimonij alia à marito contrahantur debita, potius ſit iſtud dotis creditum ita præter plurimos alios Doctores, qui *infrà cap.*10. *num.*201. allegantur Rota apud Manticam *deciſ.*337. *num.*7. *verſ. Non obſtat.* Stephanus Gratianus *tom.*1. *diſcept. forenſ. cap.*53. *num.*3. Salangerius *reſolut. ciuil. cap.*100. Fontanella *d. parte* 2. *num.*32. Ioannes Grinel. *deciſione Dolana* 133. à Fontanella *relatus num.* 17. addens hanc ſententiam eſſe oppoſita Baldi Nouelli, & Neguſantij veriorem, & eam in praxi fuiſſe ſequutum ſuum Senatum, ita videtur ſentire Gaſpar Ant. Theſaurus *d. quæſt.*34. *num.*5. Baldus etiam Nouellus *parte* 8. *priuil.*23. ait, quod hypotheca dotis in bonis viri maximè expreſſa incipit à tempore promiſſionis, & ideò ſi interim maritus obligaret bona ſua alteri, recipiendo ab illo pecuniam mutuo, hypotheca mulieris præferretur, licèt poſtea dotem ſoluiſſet, & allegat Cynum *in d. l. aſſiduus*, ita denique expreſsè Molfeſius *in conſuet. Neapol. p.* 6. *de Iure dotium, quæſt.*2. *num.*16. *&* 25. eò quod, inquit, facta promiſſione dotis, & firmatis capitulis matrimonialibus, ſtatim mulieri eſt Ius quæſitum, & eius obligatio retrotrahitur ad tempus promiſſionis dotis, ita etiam ſentire videtur Vincentius de Franchis *deciſ.*677. Hæc ſententia probatur; primò ex textu *in d. l.* 1. *ff. qui potiores in pign. habeant.* ibi, *non vtique ſolutionis obſeruanda ſunt tempora, ſed dies contractæ obligationis* (& illa additio dicto textui, ſcilicet, & contracti matrimonij à Nouello, & alijs facta, & magna, vt dicit Vincentius de Franchis, & voluntaria eſt) & *in d. l. vnica*, §. *& vt plenius, Cod. de rei vxoriæ actione*, loquente tam in dote data quàm in promiſſa, ibi, *dotes dederint, vel promiſerint.* Secundò, quia dos promiſſa eſt vera dos, & gaudet omnibus dotis priuilegiis *vt ſuprà hoc capite, num.*17. traditum eſt. Nam etſi in præſenti non ſit matrimonium, tamen cùm ſit conſtituta reſpectu futuri matrimonij, ſeu deſtinata ad futurum matrimonium, eius reſpectu eſt, & dicitur vera dos, vt ſuperius *d. num.*17. & in antecedentibus probatum eſt, & tradunt Doctores *ibidem* relati, quare illud dos *non poteſt ſubſiſtere ſine matrimonio*, intelligitur ſine matrimonio, vel præſenti, vel futuro, vel præterito, vt etiam explicatur *infra hoc capite numero* 522. Tertiò, quia amplectenda eſt ſententia, quæ eſt magis fauorabilis doti, cuius cauſa ſemper, & vbique debet eſſe præcipua *l.*1. *ff. ſoluto matrim.* Adeò vt Iuſtinianus Imperator *in d. l. aſſiduus, Cod. qui poti. in pign. habeant.* voluerit mulierem ratione tacitæ hypothecæ pro dote à lege inductæ præferri alijs creditoribus etiam anterioribus ſimilem hypothecam habentibus, quamvis iſtud priuilegium prælationis quoad anteriores creditores eſſe apertiſſime iniquum dicat Antonius Faber *in ſuo Cod. lib.* 8. *tit.*8. *qui potiores in pignore. definit.*16. & in praxi non ſeruetur. Probant etiam Doctores præallegati, præſertim Stephanus Gratianus, & Fontanella ex retrotractione, quæ ſequitur ex contractu conditionali, ſeu debito contracto ſub conditione qualis eſt contractus ſeu ſtipulatio, ſeu obligatio dotis reſtituendæ cum hypotheca ſuorum bonorum in euentum diſſoluti matrimonij facta à marito, hypotheca enim hæc incipit ſolùm à die ſoluti matrimonij, quo & non ante incipit obligatio dotis reſtituendæ, & oritur actio ad eam recuperandam, vt habetur *l. ſi conſtante*, §.1. *ff. ſoluto matrim.* & tradunt *ibidem* ſcribentes, Baldus Nouellus *d. parte* 10. *priuil.* 1. *num.* 37. & poſt alios Fontanella *d. parte, num.*27. ex quo patet contrahi à marito obligationem ſub conditione, ſcilicet, ſi matrimonium ſoluatur, quæ conditio eſt caſualis, licèt igitur hæc hypotheca, quam facit maritus de reſtituenda dote ſub obligatione bonorum ſuorum, non oriatur ante ſolutum matrimonium, ſed incipiat à die ſoluti matrimonij, quo & non antea incipit obligatio dotis reſtituendæ adeò & oritur actio ad eam recuperandam (vt dictum eſt) tamen eamdem vna cum actione perſonali retrotrahi ad tempus promiſſionis & initi contractus, & hypothecæ factæ probant, quia & ſi hypotheca conditionalis conditione poteſtatiua (ſcilicet quæ pendet à poteſtate, & voluntate debitoris, ſeu ſe obligantis) reſpicit tantùm tempus euenientis, ſeu impletæ conditionis, & non retrotrahitur ad tempus, & initium contractus (cum in poteſtate fuerit debitoris ante implere) ita vt creditor prior conditionalis non præfertur ſecundò purè contrahenti medio illo tempore conditione pendente, & nondum impleta hypotheca, tamen conditionali conditione cauſali, vel mixta poſt impletam conditionem per Iuris fictionem trahitur retro ad tempus & initium contractus, & hypothecæ celebratæ, ita vt prior creditor conditionalis præferatur ſecundò purè conditione pendente hypothecam contrahente, vel aliter dominium rei hypothecatæ acquirenti, vt tradunt Baldus Nouellus *d. num.*37. Stephanus Gratianus *d. cap.*53. *num.*1. Coſta *in tract. de retrotractione, caſu* 31. *ex num.*1. Theſaurus *d. qu.*34. *num.*3. Fontanella *d. p.*2. *num.*33. Salgadus *in Labyrintho creditor. p.*2. *cap.*20. *à num.*1. & Doctores communiter, quos refert idem Salgadus *num.* 8. qui *dicto cap.*20. latiſſimè hac de re agit, cùm ergo conditio diſſoluendi matrimonij & eo caſo reſtituendæ doti, ſub qua à marito ſit promiſſio, & obligatio reſtituendi cum obligatione bonorum ſuorum, ſit cauſalis, vtpote pendens à caſu, quamvis hypotheca vnà cum actione de dote incipiat à die diſſoluti matrimonij; retrotrahitur ad tempus promiſſionis, & initium contractus dotalis, & hypothecæ celebratæ, vt *locis citatis* expreſsè Coſta, Gratianus, & Fontanella.

Et hæc ſententia multò magis procedit, ſi poſt pro- 113 feſſionem, & obligationem dotis reſtituendæ matrimonio diſſoluto, ſequuta fuerit dotis ſolutio ante contractum cum effectu matrimonium (quicquid ſecus ſenſerint Decius *loco citato*, & Bald. Nouellus *d. priuil.*1. *num.*39. volentes etiam in hoc caſo hypo-

 thecam

thecam incipere ſolùm à tempore contracti matrimonij tunc enim ſine difficultate retrotractionem fieri ad tempus promiſſionis, & ſolutionis tradunt Gaſpar Theſaurus *d. quæſt. 34. num. 5. verſic. benè verum.* Qui eadem quæſtione per totam latè diſputat, & declarat, ſi dos data eſſet nulla ſequuta expreſſa hypotheca, & matrimonium poſtea annulletur, quia cum impedimento dirimenti contractum, an retrotractio ſimiliter fiat ex die promiſſionis taliter quod mulier præferatur omnibus aliis creditoribus, ad quem pro vtraque parte multa adducentem, pro nunc remitto Lectorem.

114 Quid verò ſi tempore, quo ſponſalia tantùm ſunt contracta, dos ſoluta à ſponſa fuit ſponſo intuitu futuri matrimonij, & matrimonium de præſenti non fuit ſequutum, ſeu venit caſus reſtitutionis non ſequuto matrimonio, quia ante illud contractum mortuus ſit ſponſus, vel aliter fuerit impeditus, an etiam hoc caſu hypotheca, ſeu retrotractio cum prælatione reſpectu creditorum poſteriorum, habeat locum à tempore ipſo ſponſaliorum, & dotis ſolutæ, licèt non fuerit ob aliquod impedimentum ſubſequutum matrimonium: In hoc caſu dotem ſolutam habere priuilegium tacitæ hypothecæ & prælationis reſpectu poſteriorum creditorum habentium hypothecam negarunt poſt Dynum & Iacobum de Aretio, Bartholus *in l. 2. §. fin. ff. de priuil. credit. ibidem*, Ripa *numero* 21. Baldus Nouellus *de dote, d. parte* 10. *num.* 39. Petrus Barboſa *in l. ſi cum dotem* 23. *§. fin. num. 6. verſic. pro concordia*, & poſt alios Neguſantius *allegato membro* 4. *num.* 71. 72. *&* 104. Rota apud Manticam *d. deciſ.* 166. *num.* 7. & ita videtur ſentire etiam Gaſpar Theſaurus *d. quæſt.* 34. *num.* 4. & Bartholus *loco citato*, & Neguſantius *d. numero* 72. *ad textum in d. l. 2.* Quo oppoſitum videtur probare, reſpondent, quod loquatur in perſonali actione (in qua præferri debeat aliis creditoribus prætendentibus ſolam perſonalem) non in hypothecaria. Probatur hæc negatiua illa ratione, quod vbi non eſt matrimonium, ibi non eſt dos per Iura *ſuperius num.* 110. adducta. Aliam rationem adducit Rota *d. num.* 7. ſcilicet, quod tacita hypotheca conceditur actioni ex ſtipulatu *d. l. vnica, §. & vt plenius, Cod. de rei vxor. actione, & §. fuerat, Inſtit. de action.* ac proinde ſi huiuſmodi actio ex ſtipulatu (inquit) deficiat tacita hypotheca locum non habet. Quapropter ſi dum ſponſa ſponſo dedit dotem interueniſſet Inſtrumentum dotale, & ſtipulatio cum expreſſa hypotheca bonorum ſponſi pro dote reſtituenda, præſertim ſi facta ſit generaliter, & in omnem caſum reſtitutionis (vt in caſu, de quo *in d. deciſ. 166.*) vult Rota, vt ſponſa pro dotis recuperatione præferatur creditoribus, qui poſt dotem ſolutam, & illam hypothecam expreſſam cum ſponſo contraxerunt, etiam quod matrimonium non fuerit ſubſequutum, vt *ſuperius num.* 11. *notatum eſt.*

At contrariam ſententiam affirmatiuam, quod ſponſa pro dote ſponſo tradita intuitu matrimonij contrahendi, habeat tacitam hypothecam, omniáque alia priuilegia dotalia etiam non ſequuto matrimonio ſuſtinent Gloſſa *in d. l. 2. citato §. fin. verbo Ad priuilegium, in fine, ff. de priuileg. credit.* Pariſius *in l. ſi cum dotem, §. fin. ff. ſoluto matrim.* Ioannes Boſebeius *de legit. nuptiis, lib. 3. num.* 13. *&* 14. Baldus Nouellus ſibi contrarius *parte* 8. *num.* 16. Paſchalis *de viribus patriæ poteſt. p. 2. cap. 4. num.* 99. Molfeſius *d. quæſt. 2. num.* 19. *& 20. & ſequentibus*, & ita videntur ſentire nonnulli alij ab Antonio Theſauro *d. quæſt.* 34. *num.* 2. relati. Probatur primo per Textum *in d. l. 2. d. §. fin. ff. de priuil. creditor.* vbi dicitur, ſponſam, quæ ſponſo dedit dotem habere priuilegia dotis, etiamſi poſtea matrimonium non fuit ſubſequutum quia ei renunciatum, quam diſpoſitionem cenſendum eſt fundatam in ratione publicæ vtilitatis, vt mulier facilius virum inueniat, dum illius dos remanet magis ſecura, & tuta propter hypothecam tacitam excludentem poſteriores hypothecarios, quia poſt promiſſionem, & datam dotem ſponſo de futuro cum illo contraxerunt. Hinc ſecundò probatur, quia debemus amplecti illam ſententiam, quæ fauet doti [*vt ſuprà* dictum eſt] quia & fauet publicæ vtilitati, & in ambiguis doti eſt fauendum *l. in ambiguis, ff. de Iure dotium.* Demum probatur, quia dos promiſſa intuitu matrimonij etiam futuri eſt vera dos, vt *ſuperius hoc capite, §. primo à num.* 13. & dictum eſt & etiam *ſupra num.* 112. & ſic debet gaudere omnibus priuilegiis dotis, *vt ſuprà num.* 17. *& d. n.* 112. oſtenſum eſt. Neque obſtat illud, quod hypotheca tacita concedatur actionis ex ſtipulatu, nam iuxta *d. §. & vt plenius*, ſtipulationes, & hypothecæ ineſſe dotibus intelliguntur, etiamſi ſine ſcriptis dos detur, vel promittatur, vel ſuſcipiatur, & hanc eandem ſententiam videtur tenere Mantica *de tacit. & ambig. conuent. lib. 12. tit. 1. num.* 8. vbi dicit ſponſam, ſi ſponſo dederit dotem, & nuptiis poſtea renunciatum fuerit, poſſe dotem condicere, & eam ad dotis priuilegium admitti, quamvis nullum matrimonium ſit per *d. leg. 2. §. ſi ſponſa, ff. de priuileg. credit.*

Cæterùm, ſicut in fauorem mulieris pro recuperatione dotis ei ſolutæ hypotheca tacita in bonis viri à Iure inducta, vel expreſſa in ſtipulatione ſeu contractu dotali incipit, & habet locum à tempore promiſſionis, & contractus dotalis, licet matrimonium poſt aliquod interuallum fuerit ſubſequutum; ita in fauorem viri pro exactione dotis promiſſæ hypotheca tacita pro dote à Iure inducta, vel expreſsè à muliere, vel alio promittente in contractu dotali facta in bonis eiuſdem mulieris, vel promittens dotem, incipit, & habet locum à tempore eiuſdem promiſſionis, ſeu contractus dotalis, non verò ſolùm à tempore contracti matrimonij, ſi poſt interuallum fuerit celebratum, per verba de præſenti; ita quod ſi mulier, vel alius promittens medio tempore inter promiſſionem, & matrimonium mutuò acceperit pecuniam, & pro mutuo bona obligauerit maritus, debet præferri creditoribus, qui illo medio tempore cum muliere, vel alio promiſſore dotis contraxerunt; Probat id Textus *in d. l. vnica, d. §. & vt plenius, Cod. de rei uxoria actione*, vbi æqualiter doti conceditur hypotheca tacita ex vtroque latere, ſcilicet, & pro exactione dotis à promiſſore, & pro recuperanda dote à marito, cui ſoluta fuit. Probant etiam tradita *num.* 112. & ita proculdubio ſentiunt Doctores *ibidem* relati. Vtrum verò ſi mulier dotem promittens ſit minor, & dotis conſtitutio à muliere minori facta ſit ſine curatore, & decreto Iudicis eiuſdem mulieris minoris bona non ſolùm mobilia, ſed etiam immobilia tacitè remaneant hypothecata pro promiſſione adimplenda de hac quæſtione latè agit Neguſantius *d. membro* 4. *n.* 74. *&* 75. & tandem concludit remanere hypothecatam pro dote promiſſa bona mobilia, & immobilia, non prohibita alienari de qua re *infra cap.* 9. cum de muliere ſibi dotem conſtituente. 115

An verò dos per partem in capitulis matrimonialibus intuitu matrimonij futuri promiſſa pro filia ſponſo de futuro matrimonio, cuius contemplatione dos fuit promiſſa non ſequuto, vel ob mortem ſponſi, vel ob aliam cauſam, habeat prælationem in fauorem filiæ (ſiue pater cum expreſſa hypotheca, & obligatione ſuorum bonorum promiſerit dotem dare ſiue tantùm cum tacita hypotheca Iuris fictione ſubintellecta) ita vt filia pro dote promiſſa ſit oneribus hypothecariis, qui poſtea cum patre contraxerunt præferenda. 116

præferenda. Negatiuam ſententiam docuerunt Doctores *ſuperius num.*114. relati, idque ob illam eamdem rationem, quòd non poſſit eſſe dos vbi non eſt matrimonium, ac proinde non habent locum priuilegia doti conceſſa præſertim retrotractio hypothecæ ad tempus promiſſionis eueniente caſu reſtitutionis non ſequuto matrimonio, cuius intuitu à patre dos fuit promiſſa.

117 At affirmatiuam ſententiam tenent Paſchalis *allegato cap.*4. *num.*35. *& à num.*69. *ad finem* (vbi habetur eiuſdem Paſchalis conſilium de hac re, quo in facti contingentia obtinuit, iuxta hanc affirmatiuam) & Molfeſius *allegata quæſtione* 2. *num.* 19. *cum pluribus ſequentibus*, Tuſchus *littera D. concluſione* 337. *num.*14. & oportet, ita ſentiant omnes Doctores ſuperius allegati, tum tenentes ſtatutum excludens filiam dotatam à ſucceſſione patris futuro matrimonio, tum aſſerentes dotem à patre filiæ promiſſa pro futuro matrimonio eſſe verè, & propriè dotem matrimonio adhuc non contràcto, ex conſequenti enim aſſerere debent huiuſmodi dotem promiſſam, ſeu conſtitutam filiæ pro futuro matrimonio habere priuilegia dotis, & ſic prælationem reſpectu creditorum, qui poſt promiſſionem, & conſtitutionem cum patre contraxerunt. Hanc quoque ſententiam probare videtur Textus *in d. l.* 2. *§. finali, ff. de priuil. credit.* vbi habetur ſponſam de futuro habere dotis priuilegia. Probant præterea Paſchalis, & Molfeſius, quod ſi dos ſit à patre promiſſa, & conſtituta filiæ, ſiue pro primo, ſiue pro ſecundo matrimonio, etiamſi matrimonium non ſit poſtea ſubſequutum, non poteſt ampliùs à patre reuocari iuxta Iaſonem *in l. ſi extraneus, num.*16. *ff. de condict. ob cauſ.* Decium *conſ.* 35. Cæphalum *conſ.* 145. *num.*6. *vol.*1. Ioannem Crotum *in repet. l. ſi conſtante in* 2. *lectura, num.* 19. *& ſequent. ff. ſoluto matrimonio*, Seguram, Guidonem, Berettam, & alios Iuriſperitos à Paſchali, & Molfeſio relatos. Quod autem non poſſit à patre reuocari etiam non ſequuto matrimonio. Probatur, quia pater dando, vel promittendo dotem filiæ, vel ſponſo de futuro pro filia præſumitur habere animum donandi, & donare filiæ, etiamſi non fuerit ſequutum matrimonium, cuius contemplatione dotem dederit, vel promiſerit, vt tradunt Molfeſius *d. num.*19. Paſchalis *dicto capite* 4. *num.*77. *& ſequent.* Monochius *de præſumptionibus, lib.*3. *præſump.*29. *num.* 80. *& de arbitr. libro* 2. *caſu* 88. *num.*39. Rota apud Manticam *allegata deciſ.* 166. *num.* 6. 13. *&* 14. Maſcardus *de probat. concluſ.*572. *num.*6. Camillus Borellus *in ſumma deciſ. p.*3. *tit.* 4. *num.* 54. *ad* 58. Stephanus Gratianus *tom.* 2. *diſcept. for. cap.*301. *num.*30. *& tom.*5. *cap.*882. *num.*42. poſt Decium *dicto conſ.*35. *num.* 6. Salicetum *in l. ex morte, Cod. de pactis conuentis.* Cæphalium *conſ.* 713. *num.* 5. *vol.* 5. Alexandrum *conſ.*99. *num.*2. *vol.*7. & plures alios Iuriſperitos quos Paſchalis *dicto cap.*4. *num.*79. *&* 86. Maſcardus & Borellus referunt, cum enim pater dotem dat, vel promittit ſponſo pro filia, cenſetur munus, ad quod tenebatur implere, *l. ſi cum dote, §. ſi pater, ff. ſoluto matrim. & l. cum dotem, ff. de Iure dotium*; ac proinde ex ea promiſſione adeo efficaciter obligatur, quod eam ampliùs reuocare non poteſt, vt iidem Doctores, & expreſsè dicitur *in l. fin. Cod. de dotis promiſſione*, ibi, *literalitas itaque talis remaneat vera, & irreuocabilis.* quidquid ſecus, minus probabiliter ſentiat Caſtrus Palaus *de Iuſt. tract.*32. *diſp.* 9. *puncto* 1. *num.* 3. ſequutus P. Barboſam *loco*, qui *infrà hoc capite* citat. Hanc autem donationem, cùm ſit tacita donatio, quam lex fingit ad beneficium, mulieris, vt valeat (quamvis alioqui regulariter donatio etiam loco pio, abſenti facta non valeat, niſi fuerit acceptata) non requirere eiuſdem mulieris præſentiam, & acceptationem, & ex contractu dotis inter alios celebrato mulieri abſenti Ius, & actionem quæri, vt ſpeciale dotis aſſerunt Bartholus *in l. ſi creditores, in fine, Cod. de pactis, & conſ.*123. *num.*1. Baldus *in l.*3. *§. finali, ff. de negotiis geſtis*, Decius *d. conſ.* 35. *in principio*, quos ad id allegat, & probat Paſchalis *dicto cap.*4. *num.*8. Baldus Nouellus *de dote, parte* 6. *priuil.* 80. *num.* 2. Natta *conſilio* 253. *num.*3. *lib.*2. Petrus Barboſa *in l.*1. *parte* 3. *num.*15. *ff. ſoluto matrim.* Auguſtinus Barboſa *collect. ad l. vnicam, num.*58. *Cod. de rei vxoriæ action.* & Rota *dicta deciſ.* 166. *num.*13. vbi ait præfatæ donationi tacitæ non obſtare, quod mulier promiſſionem dotis, ſeu ſtipulationem contractam à patre & Notario, ratum non habuerit, quia ipſo Iure (inquit) actio ei acquiritur abſque ratihabitione, *l.*1. *§. accedit, Cod. de rei vxoriæ act.* vbi licet, textus loquatur expreſsè, quando extraneus dat, vel promittit abſolutè dotem, tamen non minus procedere debet diſpoſitio, etiam quando pater, qui cogitur ex paterno munere dotare filiam, dat vel promittit dotem, licet etiam donatio facta à patre filiæ in poteſtate conſtitutæ regulariter non valeat, *l.* 1. *§. ſi pater, ff. de vſucap.* & cum aliis Rota *dicta deciſ.*166. *num.*14. & Paſchalis *dicto cap.* 4. *num.*21. *& ſequentibus*, valet tamen fauore dotis ſcilicet, ſi donatio ſit facta filiæ pro dote, *l. Pomponius Philadelf. ff. famil. erciſc.* Bartholus *ibidem*, Rota *dicto num.*14. Paſchalis *dicto cap.*4. *num.*34. & plures alij, quos Rota *ibidem* allegat addens cum Romano *in l. ſi extraneus, num.*3. & Iaſone *ibidem num.*16. *ff. de condict. ob cauſam*, id habere locum, etiamſi matrimonium non ſit ſubſequutum. Prædicta igitur donatione ſtante ſequitur, quod pater non poſſit illam dotem reuocare, Molfeſius *dicta quæſt.* 2. *num.* 20. Paſchali cum aliis *dicto cap.*4. *num.*81. *cum pluribus ſequentibus.* Qui *num.*82. 90. 93. *&* 94. ex traditis concludit, quod dos ſemel à patre conſtituta, & declarata pro matrimonio, non poteſt à patre minui iuxta *auth. ſed quamvis, Cod. de rei vxoriæ* (quam licèt loquatur in caſu, quo primum matrimonium effectum habuit, ait tamen extendendam etiam quando matrimonium, pro quo fuit promiſſa dos caruit effectu, vt *ſupra n.*107. notandum eſt) Crotum *in repet. l. ſi conſtante in* 2. *lectura, num.* 19. *& ſequent. ff. ſoluto matrim.* & alios Iuriſperitos, quos refert *dicto num.*82. *& dicto num.*94. eo quod dos ſemel conſtituta tranſeat in dominium filiæ, non ſolùm pro primo matrimonio, pro quo fuit promiſſa, ſed abſolutè, vt ſatis conſtat ex textu *in §. quia verò, Auth. de æqualitate dotis*, & reuertitur ad patrem primo matrimonio diſſoluto, non confunditur in eius patrimonium (*dicto textu Quia vero, & l. filium, ff. de collatione*, Rota *deciſ.*156. *num.* 3. 2. *parte diuerſor.* Bartholus *in dicta l. filium, in principio*, & Mantica *de tacit. & ambig. conuent. libro* 12. *tit.* 8. *num.*15. & Doctores allegati *infrà cap. ſequenti, num.*127. *& num.*161.) ſed filia habet eam præcipuam, & poſt patris obitum integra dotis actio, & eius exercitium ſoli filiæ accreſcit, & in ipſam filiam conſolidatur Rota *dicto num.* 5. de quibus aliis allegatis idem Paſchalis *dicto cap.* 4. *num.* 82. 83. *& pluribus ſequentibus vſque ad finem*; vbi ampliſſimè probat præfatam ſententiam affirmatiuam, iuxta quam in fauorem filiæ ſe obtinuiſſe contra creditores patris, qui cum eodem poſt promiſſam, & conſtitutam dotem pro filia contraxerunt, quamvis matrimonium, pro quo pater dotem promiſerat, non fuerit ſequutum ob ingreſſum viri religionem Hieroſolymitanam, & hanc eamdem ſententiam approbo, & Ego tum ex ſuperius adductis, tum quia magis pia, & fauorabilior mulieribus, eorumque, & publicum bonum reſpiciens, & hanc eamdem ſententiam tenet Salengerius *reſolut. ciuilib. cap.*100. vbi latè probat creditores pa-

tris

tris hypothecarios poſt promiſſam dotem à patre pro filis, ſi dos per obitum viri ſit reuerſa ad patrem ſemper reſeruari filiæ viduæ eamque præferri præfatis creditoribus, qui cum patre dotis conſtitutionem contraxerunt.

118 Plura de hypotheca tacita à lege inducta pro dote, & de expreſſa facta in contractibus, ſeu pactis matrimonialibus videntur apud Doctores præſertim apud Neguſantium *allegato membro 4. partis ſecundæ de pignor.* Manticam *dicto tit. 19. libri vndecimi de tacit. & ambig.* Fontanellum *loco ſuprà num.* 108. ſolùm duo addo, vnum quod ſi eodem die eſſet initum matrimonium (ſequendo ſententiam *num.* 110. adductam) vel promiſſa, & conſtituta dos marito (ſequendo tertiam, & quartam ſententiam) & maritus contraxiſſet debita, nec appareat de prioritate temporis ſaltem in ordine protocolli Notarij, in dubio iudicandum eſt pro dote, vt poſt Neapodanum Molfeſius *dicta quæſt. 2. num. 27.* Maſcardus *de probat. concluſione 575. numero* 1. Tuſchus *littera D. concluſ.* 742. *num.* 8. & eſt communis ſententia Doctorum fundata in regula Iuris ſuperiùs adducta, quod in ambiguis pro dote iudicandum eſt, *l. in ambiguis, ff. de regul. Iuris*, & id etiam probat communis ſententia, quod pro dote iudicandum eſt, etiam contra communem ſententiam, ſi pro dote ſit ſententia etiam ſingularis doctoris ratione probabili fundata; vt aliis relatis notaui *in primo tomo moralium var. tit. 1. §. 27. num.* 683. ſed de hoc priuilegio dotis plura, *infrà cap. 9. num. 143. & ſeq.*

119 Alterum eſt; quod quoties pro dotis exactione, vel recuperatione in foro externo iuxta leges ciuiles, & Doctores ratione hypothecæ tacitæ, vel expreſſæ competit prælatio reſpectu creditorum, qui cum promittente, vel ſuſcipiente dotem contraxerunt poſt matrimonium contractum, vel poſt promiſſionem, ſeu Inſtrumenta dotalia, etiam in foro conſcientiæ, habet locum eadem prælatio, ſeu anterioritas, vt poſt Hugonem de Cello *in ſuo repertorio*, & Ludouicum Lopez *p. 1. inſtruct. cap.* 110. Sayus *lib. 10. clauis tract. 2. cap. 7. num.* 15. & communiter Summiſtæ, & Theologi agentes de ordine reſtitutionis.

§. II.

Quomodo intelligi debeat, quod lex ciuilis habet ſcilicet dotem non poſſe eſſe ſine matrimonio, ſeu dotem non eſſe, vbi non eſt matrimonium, & vbi ceſſat matrimonium nullam eſſe dotem.

120 NOtandum *l. 3. ff. de Iure dotium*, dici dotem ſine matrimonio eſſe non poſſe, legis verba ſunt; *Neque enim dos ſine matrimonio eſſe poteſt vbicumque igitur matrimonij nomen eſt, nec dos eſt*, quod idem *l. finali, Cod. de donatione ante nuptias*, cuius verba ſunt *ſicut enim dos propter nuptias fit, & ſine nuptiis quidem nulla dos intelligitur, & l. 1. ff. de vſucapi. pro dote* dicitur, quod vbi ceſſat matrimonium, nulla dos eſt, verba Vlpiani ſunt *cæterium ſi ceſſet matrimonium, Caſſius ait, ceſſare vſucapionem, quia dos nulla ſit, idem ſcribit etſi putauit maritus eſſe ſibi matrimonium, cum non eſſet, vſucapere eum non poſſe, quia nulla dos ſit.* Hic ergo explicandum quomodo intelligendum, quod non ſit dos, vbi non eſt matrimonium. Et ſermo eſt de dote quoad formalitatem, & ſubſtantiam dotis ſcilicet quæ eſt vera & propriè dos, & habet priuilegia dotibus conceſſa propter matrimonium, ac proinde debet eſſe conſtituta propter matrimonium, ſeu in ordine ad matrimonium, vel præſens vel futurum ad differentiam dotis, quæ filiabus ex diſpoſitione ſtatuti excludentis illas à ſucceſſione paterna loco legitimæ, ſeu tanquam portio legitima debetur, vel in teſtamento à patre filiæ relinquitur, loco legitimæ, ſeu tanquam portio legitima ſine expreſſa mentione, quod relinquat pro matrimonio contrahendo, in quo vtroque caſu dos competit filiæ abſolutè ſine reſpectu ad matrimonium, ſeu conditione futuri matrimonij, & nullo ſequuto matrimonio decedens ad ſuos hæredes illam tranſmittit, de quo Mantica *de coniect. vlt. volunt lib. 11. tit. 23. num. 34. ad finem*; & Molfeſius *ad conſuet. Neapol. parte 4. quæſt.* 15. Et cùm dos poſſit conſiderari ante matrimonium contractum, matrimonio conſtante; & matrimonio propter quod data ſit, ſoluto iuxta hæc tria tempora de hac materia diſcurrendum per quatuor inſpectiones.

Dos an propriè dici, & eſſe poſſit ante matrimonium?

Prima inſpectio, an dos poſt ſponſalia mulieri conſtituta, ſeu pro muliere ſponſo promiſſa, vel ſoluta ante contractum matrimonium, ſit vera, & propriè dos. Negant in terminis Ioannes Boſcheius *de legit. nupt. lib. 3. num. 10. & ſeq.* Baldus Nouellus *de dote, p. 1. num. 16. & p. 10. num.* 39. Petrus Barboſa *loco ſuprà n. 110. allegato.* Surdus *de alim. tit. 8. priuileg. 75. n. 12.* Mantica *d. tit. 23. n. 42. & de tacit. & ambig. conuent. lib. 12. tit. 1. num. 6.* & Molfeſius *ad conſuet. Neapol. p. 6. quæſt. 3. num. 2. 3. & 8.* & pro hac ſententia poſſunt allegari omnes Doctores *ſuprà d. num.* 110. relati, & alij tenentes hypothecam pro dote non incipere à tempore promiſſionis, & contractus dotalis, ſed à tempore matrimonij contracti, quando intercedit medium tempus inter promiſſionem, & matrimonium quorum fundamenta, ſunt præallegata Iura, dotem non eſſe vbi non eſt matrimonium, aſſerentia: confirmat Molfeſius *d. num.* 8. quia licèt ſint inita ſponſalia, & dos promiſſa, ac deſtinata pro futuro matrimonio adhuc tamen non eſt verum matrimonium, cum ſit in poteſtate ſponſi, & ſponſæ recedere à ſponſalibus, ergo non poteſt dici dos vera, ſed ſolùm quaſi dos, & impropriè dos. Aiunt ergo Boſcheius, & Nouellus poſt Socinum *in rub. ff. ſoluto matrim.* dotem ante nuptias contractas, poſſe dici dotem latiùs ſumpto dotis vocabulo, & quod licet pro ea repetenda non ſequutis nuptiis non detur actio pro dote, nec ex ſtipulatu expreſſa, vel tacita, datur tamen condictio ob cauſam, ſi à principio fuit data, dos ſponſo, vt incontinenti fieret dominus, prout in dubio dicunt ſic præſumi eſſe actum *l. dotis fructus, in fine cum ſeqq. ff. de Iure dotium*; & ſi non data, vt ſtatim efficeretur dominus dari rei vindicationem, *d. l. dotis fructus.* Item dicunt, quod habet dotis priuilegia aliqua iuxta *l. 2. §. fin. ff. de priuileg. creditor. ſupra num.* 115. allegatam, & præſertim, quod habet non ſolùm prælationis in perſonalibus (vt tradunt Doctores *ſupra num.* 114. relati, ita intelligentes textum *in d. l. 2.*) ſed etiam tacitam hypothecam cum prælatione, vt tradit Gloſſa *in d. l. 2.* quæ *ſuprà d. num.* 115. allegata eſt, & habere dotis priuilegium ait etiam Mantica *d. tit. 1. num. 8. per textum in d. l. 2.* Addit Nouellus *d. p. 1. num.* 17. quod habet etiam priuilegium *legis Iulia, ff. de fundo dotali*, vt ſit inalienabilis, & inpræſcriptibilis, ſicut eſt propriè dos iuxta *l. lege Iulia, ff. de fundo dotali.* Quibus conſonat, quod Rota apud Manticam *deciſ. 166. num. 1. ſuperius num. 111. allegata* habet, ſcilicet quod licet ſine matrimonio dos verè dici poſſit, tamen dos promiſſa, vel ſoluta ſponſo pro matrimonio futuro ante matrimonium, & matrimonio non ſubſequuto, dos appellatur, quia eſt deſtinata dos, & in iis, quæ reſpiciunt fauorem 121

mulieris

mulieris, habet etiam priuilegium dotis *d. l. 2. cum duabus ſeqq. ff. de priuileg. credit.*

122 Contrariam ſententiam & dotem promiſſam pro muliere ſponſo de futuro, ſiue à Patre mulieris, ſiue ab ipſamet muliere, & multò magis eidem ſponſo ſolutam eſſe ante matrimonium veram, & propriè dotem, docuerunt Menochius *de preſumpt. lib. 3. præſumptio. 29. num.* 83. (vbi loquens de dote promiſſa, ſeu ſoluta à patre pro filia intuitu futuri matrimonij, ait abſolutè, quod dos dicitur, & dotis priuilegia habet etiam ante ſequutum matrimonium, vt ſcribunt, inquit, Doctores *in rub. ff. ſoluto matrimonio)* & *lib. 4. præſumpt.* 146. *num.* 21. & 23. (vbi ait quod contractis ſponſalibus dos dicitur ante matrimonium, ſaltem ſecundùm communem vſum loquendi, vt ſcribunt, ſubdit, Doctores *in rub. ff. ſoluto matr.* vbi Ripa *n.*69.) Paſchalis *de viribus patria poteſtatis, p. 2. allegato cap. 4. num.* 95. & *ſeqq.* ita etiam Molfeſius (viderit ipſe an fuerit paucis interiectis ſibi contrarius) *d. p. 6. q. 2. num.* 25. *in fine*, vbi tenet, quod a die promiſſionis dotis, & firmatis capitulis matrimonialibus, tam in fauorem mulieris, quàm in fauorem viri currere, ſeu incipere hypothecam pro dote exigenda, vel recuperanda & rationem reddit, quia licet (inquit) in præſenti non ſit verum matrimonium illa tamen dos fuit conſtituta reſpectu futuri matrimonij cuius reſpectu eſt vera dos & dotis priuilegia habet, ita Molfeſius, & pro hac ſententia allegari poſſunt Doctores, qui tenent abſolutè dotem à patre promiſſam vel relictam contemplatione futuri matrimonij, ſeu pro futuro matrimonio eſſe veram, & propriè dotem, & dotis priuilegiis gaudere, qui Doctores relati ſunt ſuperius *hoc capite, n.* 13. & 17. Probatur hæc ſententia, quia præfata dos promiſſa, vel ſoluta intuitu matrimonij futuri, ſeu pro matrimonio futuro, cum reſpiciat matrimonium futurum, & ad illud ſit deſtinata ob huiuſmodi deſtinationem non poteſt dici eſſe ſine matrimonio & Iura illa aſſerentia dotem non poſſe eſſe ſine matrimonio rectè intelliguntur, ſcilicet, non poſſe eſſe dotem ſine matrimonio futuro, vel præſenti, vel præterito. Quapropter communis ſententia Iuriſperitorum vel [de qua *infrà* in inſpectione tertia] tenet propriè dici dotem ſoluto matrimonio, priùs quàm ſit ab vxore recuperata, ea eo, quod ſufficiat matrimonium præceſſiſſe, vt dicatur, dotem illam non eſſe ſine matrimonio, ac proinde dici propriè dotem, & dotis priuilegia habere; ſic igitur etiam dos promiſſa, vel ſoluta pro futuro matrimonio quia reſpicit futurum matrimonium, ad quod eſt deſtinata, non dicitur eſſe ſine matrimonio, ac proinde eſt propriè dos. Quod confirmatur, quia iuxta leges ciuiles, & iuxta Doctores *ſuperius num.* 115. & 117. & relatos & etiam iuxta Boſcheium, Nouellum, & Manticam *locis numero præcedenti allegatis* habet dotis priuilegia, & tacitam hypothecam cum prælatione; ergo eſt propriè dos. Neque obſtat, quod ſponſus, & ſponſa poſſint recedere a ſponſalibus, & renunciare matrimonio, quia hoc non tollit, quin dos fuerit conſtituta pro matrimonio, & in conſtitutione ad matrimonium reſpectum habuerit, & ſic non fuit ſine matrimonio, ſcilicet futuro, eſto poſtea non fuerit ſubſequutum.

Dos propriè eſt conſtante matrimonio legitimo, & verò etiamſi momento tantùm durauerit.

123 Secunda inſpectio verſatur circa tempus matrimonij contracti, & certum eſt apud omnes Doctores eſſe veram & propriam dotem promiſſam, & datam, ſi contractum ſit legitimum, & verum matrimonium per verba de præſenti, Quod procedit etiam ſi momentaneè durauerit, vt probant tradita *ſupra hoc capite, num.* 66. & 81. & Doctores *ibidem* relati, & tradit etiam Corraſius *in rub. ſoluto matr. in lectura 2. num.* 12. *verſic. quo vero tempore* ad id allegans *l. non tantùm, Cod. de legati.* Quare procedit etiamſi matrimonium non fuerit per copulam carnalem conſummatum, quod probant tradita *hoc eodem capite, n.m.*80. & Doctores *ibidem* allegati. Procedit inſuper in dote non expreſsè conſtituta ante matrimonium, ſed præſumpta vt quando mulier ſecundo nubit nullo facto pacto, vel ſermone de dote. Quod probant tradita *ſupra* hoc capite *num.*70. & Doctores *ibidem* citati. Demùm procedit in dote, quæ licèt expreſsè ante matrimonium primum non fuiſſet expreſſa, ſeu conuenta pacto expreſſo, tamen tacitè intelligitur conſtituta, & quoad quantitatem arbitrio boni viri determinanda dote, & quando tacitè intelligi debeat conſtituta poſt alios Ludouicus Ioſeph *deciſ. Peruſina* 93. *num.* 14. & *ſequentibus, parte* 2. & Mantica *de tacit. & ambig. libro* 12. *titulo* 13. & 14.

Dos putatiua habetur vti dos vera fauore mulieris, habetque vera dotis priuilegia, non verò reſpectu viri putatiui.

Sed quid ſi matrimonium contractum non ſit legitimum, & verum, ſed nullum ratione conſanguinitatis, vel alterius impedimenti dirimentis, initum tamen ab vtroque cum bona fide ob ignorantiam impedimenti, & nullitatis, quod Iuriſperiti vocant matrimonium putatiuum, an dos data pro dicto matrimonio putatiuo marito (quæ à Iuriſperitis, appellatur dos putatiua) dicatur dos propriè, ſi Reſpondetur matrimonium fuerit contractum bona fide & cum ignorantia nullitatis ex parte vtriuſque, vel ſaltem ex parte mulieris dotem marito datam ratione talis matrimonij putatiui, dici propriè dotem ſeu cenſeri tanquam veram, & propriam dotem fauore mulieris, in eiuſdemque mulieris fauorem, habere verè dotis priuilegia, præſertim quoad dotis exactionem iuxta Doctores communiter, ita Ioannes Boſcheius *de legitimis nuptiis, lib. 3. num.* 14. & *tribus ſequentibus*, Vueſembeccius *in pandectas Digeſtorum, lib. 23, tit. 3. de Iure dotium, num.* 2. Baldus Nouellus *de Dote, parte* 1. *numero* 22. & latiſſimè *parte* 12. §. *Hactenus ſeu priuilegio* 2. *ab initio ad* 38. Campegius *de dote, parte* 1. *qu.* 97. Rolandus à Valle *de lucro dotis, quæſt.* 97. *num.* 2. & 19. Phanucius *de lucro dotis, Gloſſa* 3. *num.* 19. Antonius Neguſantius *de pignor. parte* 2. *membro* 4. *num.* 104. & 105. Tiraquellus *poſt leges connubiales, Gloſſa* 8. *à num.* 253. *ad* 260. Gomez. *ad legem* 50. *Tauri, numero* 56. Petrus Barboſa *ad l. ſi cum dotem* 23. §. *fi. à num.* 4. Fachineus *controu. Iuris, lib.* 10. *cap.* 30. *initio*, Molfeſius *ad conſuet. Neap. parte* 6. *dicta quæſt.* 3. *n.* 14. Auguſtinus Barboſa *collectaneo ad l. 3. Cod. ſoluto matr.* & alij Iuriſperiti communiter apud eoſdem præſertim Baldum Nouellum, Tiraquellum, Gomez, & Petrum Barboſam. Probant hanc communem textus *in l. ſi ſponſa, ff. de Iure dotium* (vbi dicitur huiuſmodi dotem putatiuam habere priuilegium prælationis inter perſonales actiones) *in l. ſi cum dotem* 23. §. *vltimo, ff. ſoluto matrim.* & *l. 3. Cod. eodem* (quibus in reatibus habetur pariter mulierem, quæ bona fide cum ſeruo contraxit matrimonium putans eſſe liberum, habere priuilegium in bonis viri, vt & ſi ſint alij creditores, mulier præferatur circa de peculio actionem) & *in l. 2.* §. *ſi ſponſa, ff. de priuil. creditorum*, vbi habetur, quod ſicut dos à ſponſa data ſponſo de futuro habet priuilegium dotis, ita idem dotis priuilegium habere 124

habere debere dotem putatiuam, ſcilicet ſi minor duodecim annis in domum viri, quaſi vxor deducta ſit; licet nondum vxor ſit, & cur dotis priuilegia ſint fauore mulieris doti putatiuæ conceſſa, affertur ratio in ſequenti *l.3.ff.de priuil.creditorum*, ſcilicet publicæ vtilitatis, vt mulier facilius virum inueniat; intereſt enim Reipublicæ, vt mulier dotem quibuſcumque modis conſequatur, vt deinde nubere poſſit; Quare dotem putatiuam habere priuilegium tacitæ hypothecæ in bonis viri cum prælatione, ſicut habet dos vera poſt Gloſſam *in d. l.2. §.fin. ff. de priuil. creditor.* tradidere Ioannes Boſcheius, Baldus Nouellus, Campegius, Gomez, Neguſantius, Petrus Barboſa *locis prææallegatis*. Tiraquellus *dicta Gloſſa* 8. *num.* 255. & alij communiter à Tiraquello *ibidem*, Baldo Nouello *d. p.* 1. *num.* 18. *& d. parte* 11. *verbo Hactenus, num.*6. *&* 7. Gomezio, & Neguſantio *locis citatis* allegati. Item habere priuilegium (ſi conſiſtat in bonis immobilibus) vt non poſſit alienari, ſicut vera dos; & dotis putatiuæ Inſtrumentum habere executionem paratam, ſicut veræ dotis tradunt poſt alios Tiraquellus *d.Gloſſa* 8. *num.*256. *&* 257. Gomez *d.n.*56. Campegius *d.quæſt.*97. & Baldus Nouellus *d.parte* 1. *num.*18. *& d.p.*11. *num.*14. Alia quoque priuilegia dotis putatiuæ concernentia mulieris fauorem enumerant P. Barboſa, Gomez *locis citatis*, & latiſſimè Baldus Nouellus *d.p.*11. *verbo Hactenus, ſeu priuilegio* 2. *vbi à num.*1. *ad* 24. declarat viginti conuenientias inter dotem putatiuam, & dotem veram, & in ſequentibus numeris declarat differentias vtrinſque, ad quem, & alios *ſuprà allegatos* remitto lectorem pro nunc, alibi fortè latiùs acturus de huiuſmodi dote putatiua.

125 Dictum eſt *ſuprà* fauore mulieris dotem putatiuam habere priuilegia dotis; Nam reſpectu viri putatiui dotem putatiuam non habere priuilegia dotis ſentiunt magis communiter Doctores, ita Campegius *d. q.* 97. *num.*3. Tiraquellus *d.Gloſſa* 8. *num.*259. Gomez *d.n.*56. Baldus Nouellus *d. p.* 11. *num.* 27. *verſic. quarta differentia, & num.*28. *cum ſeqq.* Rolandus *de lucro dotis, dicta quæſt.*97. Phanucius *de lucro dotis, Gloſſa* 3. *n.*12. *&* 19. Fachineus *d. cap.*30. Molfeſius *d. quæſt.*3. *n.*15. Menochius *conſ.* 499. *num.* 7. & alij Iuriſperiti magis communiter relati à Menochio *ibid.* à Tiraquello, *dicta Gloſſa* 8. *num.* 235. *& pluribus ſeqq.* Gomezio, Baldo Nouello, & Rolando. Quod probant, quia illa ratio quam *l.3. de priuil. credit.* reddit eſſe vltim. *l. 2. præcedentis* priuilegium doti putatiuæ concedentis, ſcilicet, quia intereſt Reipublicæ, vt mulier dotem quibuſcumque modis conſequatur, non habet locum ex parte viri putatiui. Vnde inferunt maritum putatiuum [probata nullitate matrimonij] non habere priuilegium veri mariti, ne poſſit conueniri niſi in quantum facere poteſt, ita Baldus Nouellus *num.*28. Tiraquellus *d.n.*235. Gomez & Fachineus *locis allegatis*, & alij à Tiraquello, & Baldo Nouello allegati. Secundò Pactum, vel ſtatutum de lucro dotis præmoriente vxore non habere locum in marito putatiuo. Ita Baldus Nouellus *num.*29. Rolandus, Phanucius, Menochius, Fachineus *locis allegatis*, Tiraquellus *d. Gloſſa* 8. *num.*237. & alij apud eumdem, & Nouellum. Tertiò, maritum putatiuum non gaudere dilatione legali conceſſa vero marito pro reſtitutione dotis, ſed illicò debere eam reſtituere æquè, ac quilibet extraneus tenetur. Gomez, Fachineus *locis citatis*, Nouellus *num.*27. *in fine*, Tiraquellus *num.*239. & alij apud eoſdem. Quartò, in marito putatiuo non habere locum vſucapionem pro dote, quod conſtat ex *lege* 1. §. *vltimo, ff. pro dote*, & notat Fachineus. Quintò, maritum putatiuum non lucrari fructus dotis, ſed eos reſtituere teneri, niſi oneribus mulieris fuerint aſſumpti per Textum *in l. in Inſulam, §.fructus, ff. ſoluto matr.* ita Campegius *d.quæ.*97. *num.*3. Nouellus *d.p.*11. *num.*32. Gomez, Fachineus *locis citatis*, Tiraquellus *d. Gloſſa* 8. *num.* 236. & apud eum, & Nouellum alij. Demum præfati Doctores cum alijs præſertim Baldus Nouellus *dicta parte* 11. *à num.* 35. Campegius *dicta quæſt.*95. *num.*3. Gomez, Fachineus *locis præallegatis*, Tiraquellus *d.Gloſſa* 8. *à num.*235. *ad* 253. inferunt plura alia, quæ ex ſpeciali priuilegio vero marito competunt, non habere locum in marito putatiuo, de quibus commodius alibi interim videantur præcitati Iuriſperiti.

Dos poſt diſſolutum matrimonium, antequam ſit à muliere recuperata, an ſit & dicatur propriè dos, habeatque dotis priuilegia.

Tertia inſpectio, diſſoluto matrimonio dos marito data antequam ſit reſtituta, ſeu à muliere recuperata, an ſit, & dicatur propriè dos, & dotis priuilegia habeat. 126
Dotem non ſolùm iam reſtitutam, ſed etiam non reſtitutam mulieri poſt matrimonium morte viri diſſolutum non eſſe nec dici propriè dotem, docuêre Alciatus *in rubric. ff. ſoluto matr. num.*46. *ibidem*, Ripa *num.*70. & Ruinus *num.*257. Moti ſunt primo, quòd vbi non eſt matrimonium, nulla eſt dos, *d.l.3. ff.de Iure dotium.* Secundò, quia allegata *l.*1. §. *pen. ff. pro dote*, dicitur, ſi ceſſet matrimonium, nullam eſſe dotem: omitto alias rationes, quas refert, & illis reſpondet Fachineus *loco n. ſequenti allegato.*

At donec fuerit reſtituta, & à muliere recuperata 127
eſſe, & dici propriè dotem, & illi competere propriè priuilegia dotis, aſſerunt Iuriſperiti communiter, ita Paulus de Caſtro *in d.rub. ſoluto matr. n.*2. *ibidem.* Aretinus *num.*1. Alexander *n.*14. Zaſius *num.*8. Iaſon *n.*9. Socinus ſenior *num.*11. iunior *num.*55. Corraſius *in* 2. *lectura, num.*22. *§.quo vero tempore, verſic. Per abuſionem*, Petrus Barboſa 3. *parte, num.*64. Honoratus Leotardus *de vſuris, quæſt.*3. *num.*36. 43. *&* 44. & alij *ibidem* ſcribentes. Ioannes Boſcheius *de legit. nupt. l.* 3. *num.*25. 26. *&* 27. Baldus Nouellus *de dote, p.*1. *num.*13. *&* 14. Mantica *de tacit. & ambig. conuent. lib.*12. *tit.*1. *num.*14. Fachineus *controu. Iuris lib.*10. *cap.*27. & Molfeſius *ad conſuet. Neapol. p.*6. *num.*17. Probant, quia in Iure appellatur dos *d. rubr. ſoluto matr. quemadmodum dos petatur, l.ſi cum dotem, §.*1. *&* 2. *l.filia, l. filiafam. ff. ſoluto matr. l.Titio centum, §.Titio genero, ff. de condit. & demonſtrat. l.vnica, §.tractat. Cod. de rei vxor. actione, & §.fuerat, Inſtit. de act.* Vnde *l.ſi marito, §.*1. *& l.ſi pater ignorans, ff. ſoluto matr.* dicitur pecuniam in dote eſſe ſoluto matrimonio, & conceditur propriè actio de dote ad eam pecuniam conſequendam; & dirempto matrimonio res, ſeu fundus adhuc dotalis durat *l.etiam in principio, ff. de fundo dotali*, & eius priuilegium, vt idem fundus ſit inalienabilis, & impræſcriptibilis *l.3. ff. eodem.* Dos ergo diſſoluto matrimonio non reſtituta eſt propriè, nec credendum eſt, Iuriſconſultos legiſlatores toties illam appellaſſe dotem, & tot Iura in fauorem & priuilegium dotis condidiſſe, & impropriè loquutos eſſe, vt volunt ſuſtinentes præcedentem ſententiam. Confirmatur, omnia ferè Iura dotium, de dote diſſoluto matrimonio non reſtituta loquuntur, & tunc maximè priuilegia dotibus conceſſa habet, ſeu incipiat habere locum, vt actio de dote, & alia priuilegia, vt conſtat ex præalegatis Textibus, & ex *traditis ſuperius, num.*111. vbi dictum eſt hypothecam pro dote incipere à die ſoluti matrimonij, licet cum retrotractione ad tempus promiſſionis dotis, ſeu contractus dotalis.

Ad primum motiuum prioris ſententiæ *d.l.3.* intelligi 128
dotem eſſe non poſſe ſine matrimonio, nempe præſenti, vel præterito iuxta Bartholum *in d. l.ſi marito, d. §.*1.

ff.ſo luto

ff. ſol. matr. Quare licet dos (inquit P. Barboſa loco citato) non poſſit conſiſtere ſine matrimonio iuxta d. l. 3. Poſtquam, tamen matrimonium contractum eſt, durat nomen dotis etiam ſoluto matrimonio, vt patet ex præallegatis Iuribus, cum facilius quid (ſubdit idem Barboſa) conſeruetur, quam de nouo inducatur, l. patre furioſo ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni Iuris. Ad ſecundum motiuum ſumptum ex illa l. 1. §. pen. ff. pro ſocio, reſpondetur, L. ſi ceſſat matrimonium, intelligi, ſcilicet ſi nullum fuerit matrimonium contractum, cum & ceſſare dicatur, quod non incepit, l. 3. Cod. de Iuris, & facti igno. & aliis Iuribus allegatis per Fachineum d. cap. 27. §. ſecundum ſumitur ex l. 1. §. pen. Qui in fine d. cap. 27. aliter reſpondit illa verba, ſi ceſſat matrimonium, intelligi ſi matrimonium contractum quidem fuerit, ſed inualidum, vt marito non concedatur vſucapio pro dote, cum matrimonium ceſſat, id eſt non valet marito hoc ſciente, & etiam marito exiſtimante illud valere, vt ibidem §. vltimo. Nouellus aliis motiuis eiuſdem prioris ſententiæ, reſpondet idem Fachineus, quem videat Lector, ſi placuerit, quamvis Socinus iunior, vbi ſuprà num. 67. & ſeq. Doctores aſſerentes ſoluto matrimonio non dici dotem eſſe, dicat intelligendos ſequuta recuperatione dotis, de quo mox.

Dos poſt diſſolutum matrimonium viduæ reſtituta, an adhuc ſit, & dicatur proprie Dos, an tantum improprie, & lato modo?

129 Quarta Inſpectio, an Dos ſoluto matrimonio vxori viduæ, vel eius hæredibus reſtituta, adhuc maneat dos, an vero ſequuta reſtitutione deſinat eſſe dos, ampliuſque dos non dicatur, & dotis priuilegia ceſſent, etiam poſt recuperationem, ſeu reſtitutionem proprie dici dotem, tenent Coraſius loco ſupra num. 27. relato, & Campegius de Dote p. 1. quaſt. 3. verſic. contrarium eſt verius, & idem tenuiſſe Alexandrum conſ. 101. num. 21. l. 5. & Iaſonem conſ. 204. lib. 2. refert Fachineus d. l. 20. cap. 28.

130 Communis tamen ſententia eſt, quod ſoluto matrimonio, nomen dotis proprie duret, donec dos cum effectu fuerit reſtituta mulieri, aut eius hæredibus, facta autem reſtitutione, ex tunc ceſſet dotis propriè nomen, neque amplius ſit dos, neque dotis priuilegia habeat, ſed proprium mulieris patrimonium ſit, ita Paulus de Caſtro vterque Socinus, Aretinus, Zaſius, P. Barboſa locis n. 128. allegatis, & alij ſcribentes in dictam rubricam, ff. ſol. mat. Ioannes Boſcheius d. l. 3. de legit. nupt. num. 28. Baldus Nouellus de Dote d. p. 1. num. 15. Mantica d. tit. 1. num. 14. Molfeſius d. q. 3. n. 20. Fachineus d. cap. 28. Honoratus Leotardus d. qu. 30. num. 45. & poſt alios Oſaſcus deciſ. 21. num. 20. Quod reſtituta non ſit amplius propriè dos, ſed patrimonium mulieris, ſeu illius, cui facta eſt reſtitutio, probant ex Textu in l. cum in fundo §. quod ſi mulier, verſic. quod ſi alienauerit (vbi de Dote reuerſa ad mulierem, ff. de iure dotium) & in l. vltima, verſic. ſin autem (vbi de dote ſoluto matrim. ad patrem reuerſa, & dicitur effecta paterno ſubſtantia) Cod. communia vtriuſque Iudicij. Confirmant tum exemplo hæreditatis, quæ adita non dicitur amplius hæreditas, ſed proprium hæredis patrimonium, ſeu confunditur cum hæredis patrimonio, l. ſed & ſi plures, §. filio impuberi, ff. de vulg. tum quia dote recuperata ceſſat de Dote actio, & conſequenter nomen ipſum dotis propriè acceptum, & ceſſat priuilegium legis Iuliæ, vt fundus dotalis nequeat alienari §. ſi toties, ff. de fundo dotali, Appellatur autem poſt reſtitutionem impropriè & lato modo dos (vt in l. ſi ſocius pro filia, ff. pro ſocio) quia fuit iam dos & quia etiam poteſt eſſe dos ſi mulier iterum nubat, ſicut ager, qui fuit Inſula, & iam Inſula eſſe deſiit, Inſula adhuc appellatur, l. inſula in fine, ff. de acquir. rer. domin. ibi, cum agrum, qui inſula fuerat, agrum appellari, & ſic etiam ex communi vſo loquendi vidua, cui dos eſt reſtituta, dicitur dotata, & dos filiæ poſt mortem mariti à patre recuperata, qui eam non poteſt alienare, ſed tenetur eam filiæ pro ſecundo matrimonio conſeruare debet iuxta Auth. ſed quamvis, Cod. de rei vxor. actione, vt ſuperius hoc capite declaratum eſt, & poſt alios latè relatos tradit Rota deciſ. 106. n. 1. & 2. p. 2. diuerſor. dicitur, & remanet dos, vt poſt alios Rota d. num. 2, & filia dotata pariter dicitur, cum ad eam actionem habeat, vt proinde comprehendatur à ſtatuto excludente à ſucceſſione paterna filiam dotatam, vt poſt alios Baldus Nouellus d. parte 1. numero 21. & Ioannes Boſcheius d. l. 3. num. 29. vbi dicit, quod cum ratio ſtatuti eadem ſubeſt, ſiue dos reſtituta ſit, ſiue non; tunc fieri interpretationem ex extenſione, quæ de ſtricta vocabuli ſignificatione ad latam in correctoriis admittitur iuxta Gloſſam in clem. 1. verſic. eligatur de elect. & notatum eſt ſuperius, dum de ſtatuto deferente lucrum dotis marito vxore præmoriente ſine filiis, & quod ſtatutum loquens de dote ex identitate rationis habet locum etiam reſpectu dotis à muliere recuperata latè tradit Fachineus d. l. 10. cap. 29. vbi probat communem ſententiam aſſerentem ſtatutum diſponens non poſſe mulierem teſtari, niſi de tertia parte dotis, vel mandans eam de dote teſtari æqualiter inter liberos primi, & ſecundi matrimonij, locum habere etiam in vidua. Quod poſt alios Iuriſperitos tradunt etiam Silueſter verbo dos numero 1. & Tuſchus lit. D. verbo dos, num. 19. Notat idem Boſcheius eodem libro 3. d. num. 28. quod in omnibus caſibus, in quibus hæreditas dicitur, quamvis adita (& enumerantur ab Alciato in l. nihil aliud, ff. de verbor. ſignif.) in iiſdem dos licet reſtituta dicetur voce ſaltem latius accepta.

Notat etiam Mantica d. tit. 1. citato numero 14. verſic. & hoc quidem, præfatam communem ſententiam intelligi, niſi mulier, cui dos reſtituta eſt, ex pactis dotalibus teneatur eam filij primi matrimonij reſtituere, nam tunc [inquit] quamdiu non ſit filiis reſtituta, tamdiu, & nomen, & priuilegium dotis retinet, vt l. aſſiduis verſic. exceptis, Codic. qui potiores in pign. habe. expreſſe habetur, ſicut & hæreditas adita, ſi ſubiaceat reſtitutioni fideicommiſſi, adhuc retinet nomen hæreditatis, & fideicommiſſaria hæreditas appellatur Inſtit. de fideicomm. hæred. & colligitur ex toto tit. ff. & Cod. ad Trebell. & poſt Iaſon. & alios tradit Rota d. deciſ. 106. n. 4. Aduertit etiam Boſcheius, ſi recuperata ſit iniuſte dos, & reſtituta ei, cui non debebat reſtitui pro non recuperata ſeu non reſtituta haberi, & dotis nomen, & priuilegium retinere, & eſt caſus in leg. ſi cum dotem §. primo, ff. ſoluto matrimonio? 131

Dotis promiſſio ſimpliciter facta an, & quando habeat tacitam conditionem nuptiarum, ſeu ſi nuptiæ fuerint ſecutæ, & ante nuptias ad eam agi non poſſit, & non ſecutis nuptiis reddatur inutilis, nec mulieri, pro qua facta eſt promiſſio, ad dotem promiſſam ius aliquod acquiſitum maneat?

Ex traditis paragrapho, & ex traditis cap. præcedenti de dotis definitione, inferunt communiter Doctores, quod promiſſio dotis ſimpliciter facta ante matrimonium habet [etiamſi non exprimatur] in ſe tacitam conſi-

cōnditionem, ſi matrimonium ſequatur & ante matrimonium non poteſt agi, doſve promiſſa peti ita Hotomanus *in diſputatione de dotibus*, §. *ſeu verſic. hos*, inquit, Paulus Tiraquellus *de retract. conuent.* §. 2. Gloſſa *vnica*, *num.*53. Tuſchus *lit. S. concluſ.*737.*n.*7. Baldus Nouellus *de Dote parte 6. priuil.*76.*&* 79. *initio*, Mantica *de tacit. & ambig. conuen. lib.* 12.*tit.*11. *num.*1.*& ſeqq.* Antonius Gomez *ad l.* 50. *Tauri numer.*18. Petrus Barboſa *ad l. ſi cum dotem* 23. *in princ. numero* 50.*verſus finem*, *& num.*51. Paſchalis *de viribus pat. poteſt. p.*1. *cap.*4.*numero* 107. Stephanus Gratianus *tom.*2. *diſcep. for. cap.*301. *numero* 27. & alij Iuriſperiti à Mantica, & P. Barboſa relati. Et ex Theologis ita Lud. Molina *de Iuſt. & iure tom.*2. *diſp.*423. *num.*3. Rebellus *de oblig. iuſt. p.*2.*lib.*5.*q.*9. *num.*10. & Caſtrus Palaus *de Iuſt. & Iure diſp.* 9. *puncto* 1. *numero* 2. & expreſſe habetur, *l.*4. §.2. *ff. de pactis* [vbi dicitur, quod cum ſtipulatio dotis cauſa facta eſt, ante nuptias male petitur, quaſi hoc expreſſum fuiſſet, & nuptiis non ſequutis, ipſo iure euaneſcit ſtipulatio) *l. ſi ſtipulationem* 21. *ff. de iure dotium* [ſtipulationem inquit ibi Vlpianus, quæ propter *cauſam dotis fiat*, conſtat habere in *ſe conditionem hanc*, *ſi nuptiæ fuerint ſequutæ*, & ita demum ex ea agi poſſe, quamvis non ſit expreſſa conditio, *ſi nuptiæ*, conſtat. Quare ſi nuncius remittatur, defeciſſe conditio ſtipulationis videtur] idem habetur, *l. in rebus* 17. *l. promittendo* 41. *l. licet* 45. *& l. dotis promiſſio* [vbi omnis promiſſio dotis, ait Papinianus futuri matrimonij tacitam conditionem continet] *ff. eodem tit. de iure dotium*, & dicta tacita conditio nuptiarum, ſeu ſi matrimonium ſequetur, intelligitur etiamſi dotis promiſſio fiat poſt contracta ſponſalia, vt conſtat *ex d. l.*4. *& ex d. l. ſtipulationem*, & tradunt etiam P. Barboſa *d. num.* 51. poſt Purpuratum, & Gratianus *d. cap.*301.*n.*29. loquuntur enim illæ leges, & aliæ præallegatæ abſolutè de promiſſione dotis ante nuptias facta, & ſic etiam de facta poſt ſponſalia.

133 Ex quibus primo infertur quod ſi nuncius remittatur, cum eo caſu defeciſſe conditio promiſſionis intelligatur, etiamſi non fuerit expreſſa, *d. l. ſtipulationem*, quamvis poſtea mulier eidem nupſerit, non conualeſcit, *l. & licet*, *ff. de Iure dotium*, quod tamen intelligitur, ſi aliæ nuptiæ mediæ interceſſerint, *d. l. dotis promiſſio*, nam ſi poſtea eidem nupſerit, dotem ei dare tenetur promiſſor, *l. ſi ſponſalibus initio*, quia promiſſio dotis, de primis nuptiis intelligitur, *d. l. dotis promiſſio*, *ff. de iure dotium*, Mantica *d. tit.*11.*n.*5.

134 Secundo infertur tempus in dotis promiſſione, ſeu ſtipulatione ad illam ſoluendam adiectum; puta, ſi promiſſio ſit illam ſoluendi in anno proximo, computandum eſſe non à die promiſſionis, ſeu conceptæ ſtipulationis, ſed incipere currere à die contracti matrimonij, vt eſt Textus clarus in *l. tali facta*, *ff. de iure dotium*, & tradunt etiam Tiraquellus, Gomez *d. num.* 18. Mantica *d. tit.*11. *numero* 6. Stephanus Gratianus alios referens *diſcept. for. tom.*2. *cap.*301.*n.*27. Molina *d. diſp.*423.*n.*4. Rebellus *n.*12. Palaus *loco citato*, & Iuriſperiti communiter *in d. l. tali facta*, & alij relati à Tiraquello, & à Gomez. Quod intelligitur, niſi aliud expreſſe conuentum ſit, vt poſt alios ijdem Tiraquellus, Gomez, & Molina, Rebellus, & Palaus. Quare ſi certus, ac deſignatus dies dotis ſolutioni ſit præfixus, vt dies S. Michaëlis, tunc dos eſt ſoluenda, tempore conſtituto, quando facta eſt conuentio, & ſi expreſſum eſt, vt tempus nempe annus incipiat currere à tempore conuentionis, vel conuentum expreſſe, vt dos ante nuptiarum celebrationem ſoluatur, pactioni ſtandum eſt, vt ijdem Doctores. Quoties autem ſoluta dote ante matrimonium non fuerit matrimonium ſequutum per conditionem cauſa data, repetetur, ſeu repeti poteſt id, quod in dotem datum fuerit, tanquam datum ob cauſam non ſequutam, *l. qui debere* 7. *ff. de condictione cauſa data*. Hotomanus *loco ſupra citato*, Molina, Rebellus, & Palaus *vbi ſuprà*, & ſi dos non in pecunia, ſed in re alia conſiſtens fuerit æſtimata, æſtimatione efficiente venditionem, non æſtimatio, ſeu pretium, ſed res ipſa reſtituenda, ſeu repetenda, ſi non ſequutum matrimonium, cum non alia cauſa tradendi rem æſtimatam fuerit, vt expreſſe dicitur *in dicta l. in rebus* 17. *ff. de iure dotium*: & Tiraquellus *d. numero* 53.

Tertio infertur, quod ſi extraneus dotem ſimpliciter promiſerit puellæ, ſeu pro puella, quæ certo viro v. g. Titio erat in matrimonio deſtinata, ſiue ante ſponſalia, ſiue in actu ſponſalium, ſiue poſt ſponſalia, non ſequuto matrimonio cum eodem viro, promiſſio non tenet, & redditur inutilis, nec ipſi ius intelligitur pro alio matrimonio acquiſitum. Hoc enim ſaltem probant iura præallegata dicentia in dotis promiſſione ſimpliciter facta ineſſe tacitam conditionem, ſi nuptiæ fuerint ſequutæ, & expreſſe tradunt *in l. ſi cum dotem in princ. n.*6. *fine*, *& n.*7. Decius *conſ.*35. *n.*5. *in addit.* Paſchalis *de viribus patriæ poteſtatis d. num.*107. *verſic. alias ſecus*. Mantica *allegato tit.*11.*n.*9. *& lib.*13. *tit.*13. *n.*30. Franciſcus Molinus *de ritu nup. l.*3. *qu.* 54. *num.* 58. Petr. Barboſa *allegato num.*50. *circa finem*, & Romanus *in l. ſi extraneus num.* 2. *ff. de condictione cauſa data*, & Claudius *in d. l. ſi cum dotem numero* 8. à Paſchali, & P. Barboſa relati, & hoc modo limitari, ſeu reſtringi. *l. vnicam* §. *accedit* [vbi diſponitur, quod ſi extraneus dotem dando pro muliere non ſtipulans, aut pactus fuerit dotem ſibi reddi, cenſeatur mulieri donare præſumitur mulierem ipſam ſtipulationem feciſſe inquit Textus, vt ei Dos ex huiuſmodi caſu accedat] tradit *loco citato* Bartholus, & poſt eum Mantica, & alij, intelligitur enim, ſeu loquitur Textus *in d.* §. *accedit*, non de dote promiſſa tantum non ſequuto matrimonio, ſed de dote promiſſa, aut data marito cum actualitate matrimonij pro muliere ab extraneo, qui ſpecialiter non ſit ſtipulatus, vel pactus dotem ſibi reddi ſoluto matrimonio, & hoc caſu iuxta eundem §. *accedit* præſumitur dos conſtituta, & data ab extraneo mulieri donata, & de dote hac promiſſa, vel data ſequutis nuptiis loquuntur Iuriſperiti, qui ex eo §. *accedit*, concludunt dotem ab extraneo mulieri, ſeu pro muliere conſtitutam, ſeu datam præſumi donatam, ſi is extraneus à marito illius mulieris ſtipulatus, vel pactus non ſit, eam ſibi reddi ſoluto matrimonio, ita Decius *d. conſ.*35.*n.*1. Bartholus, Socinus Senior, Socinus iunior, & alij allegati à Menochio *de arbit. caſu* 88.*n.*36. *& ſeqq.* Baldus, & alij *in d.* §. *accedit* Ioannes Crotus *de fructibus in rub. dotis conſtituta num.* 6. Gabriel *conſ.*58. *num.*4. *vol.*1. Baldus Nouellus *de Dote p.* 6.*priuil.*45.76.*&* 79.*initio*. Menochius *d. n.*36. Maſcardus *de probat. concl.*572. *n.*1. Paſchalis *d. c.*4.*n.*106. Molfeſius *in conſuet. neapol. p.*6.*q.*2.*n.*20. Camillus Borell. *in ſumm. deciſ. p.*3.*tit.*4. *num.*48. Gratianus *tom.*1. *cap.* 308. *numer.* 2. & alij communiter, quos allegat Tiraquellus *in l. ſi vnquam*, *verbo*, *Donatione largitus num.*240. *Cod. de reuocand. donat.* de qua re iterum agemus *cap. ſequenti*. Quod ſi extraneus promittendo dotem pro muliere habuerit animum donandi mulieri, idque conſtat, tunc matrimonio non ſequuto dos mulieri acquiritur, *l. ſi donaturus*, *ff. de conditione cauſa data*, Paſchalis *d. cap.* 4. *num.*107. Non omittendum tamen Decium *conſ.* 35. iuxta Textum *in d.* §. *accedit*, dicere dotem ab extraneo promiſſam marito pro muliere intelligi *donatam ipſi mulieri*, *etiamſi matrimonium non fuerit ſubſequutum*, ita vt effectum ſuum reſpectu mulieris ſortiatur quia

d. §.

d. §. accedit [inquit] donatio videtur facta mulieri, ergo locum habet etiamſi matrimonium non ſit ſubſequutum, *leg. ſi donaturus in princ. ff. de cond. ct. ob cauſ.* Neque obſtare, addit Decius, quod promiſſio dotis habeat conditionem, *ſi nuptiæ* fuerint *ſubſequutæ*, quia hæc conditio, inquit, intelligitur reſpectu mariti, cui principaliter dos promiſſa eſt pro ſuſtinendis matrimonij oneribus, verum hæc interpretatio *ad iura numero* 132. reprobatur à Nouello *dicto priuil.79. numero* 3. & eſt violenta, & ſine ratione illorum reſtrictiua, cum loquantur abſolutè, & ſic tam reſpectu mulieris, quàm mariti iuxta Doctores communiter.

Si dos ſit ſimpliciter promiſſa à patre, an non ſequuto matrimonio, pro quo ſit promiſſa, filiæ ob eam dotem Ius acquiſitum ſit, & illi debeatur pro alio matrimonio.

136 Cæterum, etſi dos ſimpliciter ab alio promiſſa [vbi non conſtat quod habuerit animum donandi] pro muliere contemplatione certi matrimonij, ſi non ſequatur illud matrimonium non debeatur amplius mulieri, nec ei ius ad illam acquiſitum ſit pro alio matrimonio, vt dictum eſt, nihilominus ſi dos ſimpliciter, & abſque pacto, vt diſſoluto matrimonio ſibi reddatur, eſt per patrem promiſſa pro filia ante, vel poſt ſponſalia, tunc ſtatim abſolute & irreuocabiliter acquiritur Ius filiæ etiam abſenti, quamvis illud matrimonium, pro quo à patre promittitur, non ſequatur, quia cum ipſe pater teneatur dotare filiam iuxta *l. vltimam Codic. de dotis promiſſione*, & alia iura *ſuperiùs numero* 117. *verſic. quod autem*, allegata, dans, vel promittens dotem pro filia, ſeu nomine filiæ cenſetur præfatæ obligationi ſuæ ſatisfacere, vt ex *d. l. vltima*, & aliis Textibus *d. numero* 117. relatis conſtat, & ita filiæ acquiritur Ius ad eam dotem irreuocabile, vt *eadem l. vltima*, & dictum eſt *d. numero* 117. Et ita in patre promittente aſſerunt Iuriſperiti communiter Decius *conſ.* 35. *numero* 3. *&* 6. Cardinalis Albanus *in addit. ad Bartholum in l. ſi cum dotem in princ. numero* 2. *ff. ſoluto matrimonio* Paſchalis *de viribus patriæ poteſtatis parte* 1. *d. capite* 4. *numer.*108. Salicetus, Cephalus, Alexander, Menochius, Maſcardus; Rota, Stephanus Gratianus, Molfeſius, Camillus Borellus *locis ſuperius eodem num.* 117. *verſic. quod autem, allegatis* Loazes *in l. filiusfam. §. diui numero* 34. *ad finem, ff. de legat. primo* Palacius *in l. Tauri* 17. *numero* 46. *ibidem* Tellius *numero* 78. à Petr. Barboſa *vbi ſupra numero* 50. *in fine* relati, & Mantica *de tacit. & ambig. convent. lib.* 12. *titulo tit.* 11. *numero* 9. Qui propterea ex eo, quod pater filiam dotare tenetur, addit *num. ſequenti*, quod promiſſio facta à patre nomine filiæ, intelligitur nomine dotis, etiam ſi de dote nihil dictum fuerit, dummodo contemplatione nuptiarum facta ſit *l. quod autem, ff. de Iure dotium &* idem Mantica *eodem lib.*12. *tit.*10. Quamvis Petr. Barboſa *in d. l. ſi cum dotem* 23. *in principio numero* 52. *ff. ſoluto matrimonio* [quem ſequuntur Franciſcus Molinus *d. quæſt.*54. *numero* 57. & Caſtrus Palaus *de Iuſt. & Iure tract.* 32. *diſp.* 9. *puncto* 1. *numero* 3.] velit idem, quod in extraneo promittente, & dotante procedere etiam in patre promittente dotem pro filia, ſcilicet, promiſſionem, & dotationem non ſubſiſtere, & eſſe reuocabilem, ſi matrimonium, pro quo facta eſt promiſſio, ſeu dotatio, non ſequatur ob cauſam non ſequutam, motus Textu *in l. ſi extraneus in fine, ff. de conditione cauſa data*, vbi æquiparatur extraneus, & pater quoad repetitionem dotis datæ pro muliere, & filia ſponſo, ſi matrimonium non ſit ſequutum, quod & ait notatum à Bartholo *in l. Titio centum §. Titio genero n.*3. *de condition. & demonſtr.* Propter quos tamen à communi non eſt recedendum, cum ſit diuerſum in patre.

Ratio autem differentiæ inter patrem, & extraneum videtur aperta, vt notauit Paſchalis *d. cap.* 4. *n.* 109. etenim extraneus dotando potuit habere affectionem ad illud matrimonium, pro quo ex ſua mera liberalitate dotem promiſit, & ideo ad illud facilius reſtringitur *argum. capite cum dilectus, de conſuet.* Idem vero non eſt in patre, qui habet onus dotandi filiam, ac proinde dum dotem promittit, videtur munus, ad quod, tenebatur, explere, vt dicitur *in d. l. vltima, Codic. de dotis promiſſione*, & conſequenter non cenſetur magis reſpicere vnum matrimonium, quam aliud. 137

Neque obſtat æquiparatio extranei, & patris *in d. l. ſi extraneus, ff. de conditione cauſa data*, ibi enim, *licet extraneus*, & *etiam pater, qui dedit dotem pro muliere, ſeu filia, ſponſo expreſsè tantum pactus eſſet in omni caſu diſſoluti matrimonij dotem ſibi reddi, & non expreſſerat in pacto ſibi reddi, ſi matrimonium non fuiſſet ſequutum nihilominus deciditur, ob non ſequutum matrimonium non mulieri, ſed ei, qui dedit dotem competere condictionem ob cauſam non ſequutam, & reſtituendam dotem*, quæ deciſio fuit fundata in præſumpta mente contrahentis, nam dum dos in eo caſu fuit data non ſimpliciter, ſed cum illo pacto, vt diſſoluto matrimonio ad dotantem reuerteretur, ex huiuſmodi pacto conſtabat expreſsè de certa voluntate dotantis, quod noluerit dotem vllo modo mulieri acquiri, ſed quod ex matrimonio conſtante tantum eius oneribus deſeruiret, & ſic etiam non ſequuto matrimonio, pro quo fuit data, ad eam ius aliquod mulieri non fore ſpectandum [quod aperte videntur indicare verba dictæ, *l. ſi extraneus*, ibi, *& veriſimile eſt, In hunc quoque caſum, ſcilicet non ſequuti matrimonij, eum qui dat, ſibi proſpicere*] ideo rectè Vlpianus reſpondit, quod tam in extraneo, quam in patre dotante ceſſat præſumptæ donationis coniectura, itavt ſicut ex vi pacti ſoluto matrimonio erat dos reſtituenda donanti, pari etiam ratione, non ſequuto matrimonio ad eumdem tanquam cauſa non ſequuta reuerti deberet, non vigore ſtipulationis, quæ in eo caſu concepta non erat, *ſed quia veriſimile eſt* [vt ait Vlpianus] *in hunc quoque caſum eum, qui dat ſibi proſpicere voluiſſe, & ita quoque interpretati ſunt* Cumanus *in l. ſi cum dotem num.* 8. *ff. ſolut. matrim.* Alciatus *lib.* 3. *de verborum ſignif. numer.*12. Paulus de Caſtro *in eadem l. ſi extraneus numero* 1. *& ibidem* Iaſon *numero* 6. ex his igitur conſtat doctrinæ communi *numero præcedenti* traditæ in patre ſimpliciter dotem promittente non obſtare, quod in *d. l. ſi extraneus*, æquiparentur pater, & extraneus, quia ibi eadem ratio (vt dictum eſt) militat in vtroque ſtante illo pacto expreſſo quod expreſſe repugnabat acquiſitioni dotis in beneficium mulieris, vel filiæ, in præſenti autem caſu, de quo agitur, & procedit communis doctrina, militat diuerſa ratio, vt *numero præcedenti*, probatum eſt, ideoque oritur diuerſum Ius *l. Papinianus exuli, ff. de minoribus.*

§. III.

An matrimonium poſſit eſſe ſine dote.

Licet ex diuina Scriptura conſtet vſum dotandi mulieres nuptui traditas ad matrimonij onera ſuſtinenda fuiſſe antiquiſſimum, vt tradit Camillus Bo- 138

rellus *in ſumma deciſ. p. 3. tit. 4. à numero 5. ad* 15. addncens tum exemplum de Rachele, & Lia, pro quibus in dotem Iacobo petenti Labanus Socer dedit oues, & dotationem probatam fuiſſe à Deo *Geneſis capite* 29. *& cap.*30. tum *cap.* 22. *Exodi*, vbi decretum eſt, quod ſi quis duxerit Virginem, nec dum deſponſatam dormieritque cum ea, dotabit eam & habebit eam, vxorem, & cuius dotis quantitas taxata eſt *Deuteronomy* 22. tum exemplum filiæ Caleb. nuptæ Othonieli, cui pater pro dote dedit terram arentem & etiam irriguam *Iudic. cap.* 1. & alia exempla ſcribit idem Borellus. Apud gentes tamen antiquitus non extitit huiuſmodi vſus quondam enim apud Græcos, Indos, & Thraces mulieres indotatas nupſiſſe, eaſque potiùs viros fuiſſe ſolutos à parentibus pretio mercari præter alios ſcriptores teſtantur Ariſtoteles *libro.* 2. *politic. capite* 6. Strabo *libro* 15. *Geographia*, & Herodotus *libro* 1. quos ad id referunt etiam Antonius Gubertus *de dotibus cap.* 1. Anneus Robertus *rerum iudicatarum libro* 1. *cap.* 2. *verſic. pro Titio*, & poſt alios Fontanella *de pactis nupt. clauſula.* 5. *Gloſſa* 1. *parte* 1. *numero* 2. *&* 3. Apud Lacedemonios quoque nulla erat dotis conſtitutio, ex lege Licurgi, vt in eius vita meminit Plutarchus, *& in apophthegmatis laconicis* (quamvis Ariſtoteles *dicto libro* 2. *polit. cap.* 7. contrarium referat dicens, apud leges Lacedæmoniorum permiſſum fuiſſe, dotes etiam amplas dari quas leges reprehendit ſcribens, quòd meliùs fuiſſet, aut nullam aut paruam, aut mediocrem eſſe conſtitutam) Plato etiam *Dialogo de legibus* ſcriptum reliquit in optimè inſtituta Republica eſſe ferendam legem, quòd nemini, aut dare dotes, aut accipere liceat, verum enim vero prudentiſſimis, atque ſapientiſſimis, veteribus illis Romanis legum conditoribus, qui in pace, & otio benè moratam, & conſtitutam, & ingenuis hominibus refertam Rempublicam habere ſolliciti erant; magis rationi conueniens, multóque vtilius viſum eſt, dotes à mulieribus dari, quibus viri habentes vnde onera matrimonij; ad quæ iuxta ſuperiori capite tradita ab ijſdem legiſlatoribus fuit deſtinata, poſſent ſuſtinere, allicerentur, & prouocarentur ad matrimonia mulierésque ipſæ facilius viros inuenirent; vnde ſobolis procreatione ciuitates liberis replerentur. Quapropter dotium cauſa (inquit Pomponius *lib.* 1. *ff. ſoluto matrimonio*) ſemper, & vbique fuit præcipua, nam, & publicè intereſt dotes mulieribus conſeruari, cum dotatas eſſe fœminas ad ſobolem procreandam, replendamque liberis ciuitatem maximè, ſit neceſſarium. Difficile enim mulieres abſque dote maritarentur, vt notat Heringius *de fideiuſſoribus cap.* 7. *numer.* 455. poſt Vaconium Fontanella *d. p.* 1. *num.* 7. ac proinde, vt facilius maritentur, & fiant matrimonia, inuentæ & inſtitutæ ſunt dotes deſtinatæ vt deſeruiant matrimonij oneribus, ſcilicet alimentis, & veſtibus mulierum, ac etiam filiorum, vt præcedenti capite oſtenſum eſt, & præter alios præcedenti capite relatos notarunt Alexander *conſ.* 56. *num.* 4. *vol.* 4. Albertus Brunus *de ſtatuto excludente fœminas propter maſculos art.* 9. *n.* 45. Gayllus *practic. obſeru. lib.* 2. *obſeruat.* 87. *n.* 3. Mantica *de tacit. & ambig. conu. lib.* 12. *tit.* 3. *num.* 4. *&* Fontanella *d. n.* 7.

139 Igitur quæritur, an hodie præſertim attenta diſpoſitione Iuris circa dotes poſſit matrimonium eſſe ſine dote. Et non poſſe eſſe probarunt nonnulli tacitis nominibus relati ab Hotomano *in dicta diſputat. de dotibus*, quia vxorem ob promiſſam dotem non ſolutam repudiari liceat, *arg. l. vltima*, *Cod. ad Velleianum*: item quia *l. vltima*, §. 1. *ff. quæ in fraud. cred.* dicitur non præſumi quemquam vxorem indotatam ducturum fuiſſe, quod idem dicitur, *l. pure* 5. §. *penult. ff. de doli mali except. & l. ſi donaturus* 9. *in fine*, *ff. de condictione cauſa data*, *& l. cum pater* 11. *ff. de pactis*, dicitur indigniſſimum eſſe mulierem indotatam duci.

Certum nihilominus eſt matrimonium eſſe poſſe ſine dote ita expreſſe habetur, *l. vltim. Cod. de donationibus ante nupt.* (vbi ſine nuptiis quidem, ait Imperator Iuſtinianus, nulla dos intelligitur, ſine dote autem nuptiæ poſſunt celebrari) idem colligitur, *ex l. quod ſi nulla* 28. *ff. de religioſis*, *& ſumptibus funerum*, *& ex l. vltima*, *Cod. de diuortiis*, *& repudiis* quos Doctores communiter ad id allegant colligitur etiam *ex nouella* 22. *de nuptiis*, §. *ſic itaque*, ibi *neque dote oblata*, *neque Inſtrumentis dotalibus factis*, *nuptiæ quidem ſunt*, *licet dotalia Inſtrumenta non ſint conſcripta idem* Hotomanus ait probari *eadem Nouella* 22. *Nouella* 53. *Nouella* 74. *& Nouella* 117. dum *ibidem* prohibentur quædam Illuſtres, & ſuperilluſtres perſonæ nuptias ſine dotalibus Inſtrumentis conficere, & ſi id fecerint, iubentur eorum liberi pro non legitimis haberi, at cæteris omnibus permittitur, & vetatur, ne vxores ea de cauſa repudient, alioqui quarta bonorum ſuorum parte multetur, ita etiam Doctores communiter Gloſſa *in dicta Nouella* 22. *citato*, §. *ſic itaque verbo*, *nuptiæ ſunt.* Hotomanus *d. diſput. de dotibus*, §. *an dos*, *de matrimony ſubſtantia* Rolandus *de lucro dotis quæſt.* 71. Tuſchus *lit. D. concl.* 737. *num.* 3. Mantica *de tacit. & ambig. lib.* 12. *d. tit.* 3. *num.* 5. & latiſſime *tit.* 13. Menochius *de præſumpt. l.* 3. *præſumpt.* 6. *numer.* 19. *&* 21. 55. *&* 63. Ioſeph Lud. *deciſ. Peruſ.* 99. *à n.* 9. *ad* 14. *p.* 2. P. Barboſa *in l.* 1. *parte* 3. *numer.* 48. *poſt medium*, *ff. ſoluto matr.* Surdus *de alimentis tit.* 7. *quæſt.* 19. *numer.* 4. Franciſcus Molinus *de ritu nupt. lib.* 1. *compar.* 23. *numer.* 11. *ad* 14. Fontanella *de pactis nupt. clauſula.* 5. *gloſſa* 1. *parte* 1. *num.* 6. *&* 8. *&* 9. *gloſſa.* 7. *numer.* 27. Sanchez *de matrim. l.* 1. *diſp.* 60. *numer.* 1. Stephanus Gratianus *diſcept. for. tom.* 2. *cap.* 367. *num.* 14. & alij Iuriſperiti, quos iidem Rolandus, Mantica, Ioſeph Lud. & Surdus referunt, qui proinde concludunt dotis conſtitutionem non venire in conſequentiam matrimonij, quamvis mulier matrimonium contrahens haberet bona, ſed oportet, vt ſit expreſsè conſtituta, vel concurrant aliæ coniecturæ, quæ inducunt præſumptionem, quod mulier ſibi conſtituit, vel conſtituere voluerit dotem, de qua re *infra in octauo capite* in quo explicatur latè an, & quando, vbi non conſtat expreſsè de dotis conſtitutione, debeat præſumi conſtituta de quo etiam videantur Rolandus *d. quæſt.* 71. *& ſeqq.* Menochius Molinus, Ioſeph Lud. *loc. citatis* Tuſchus *d. concluſ.* 737. *à numero* 21. & Campegius *de ſtatutis quæſt.* 57. & ex his patet ſententia Nicolai Mozzij *de contract. tit. de matr.* §. *de naturali matrimonio numero* 1. quod dos ſit de natura matrimonij, eſſe omnino falſam, quam, & refutat Molinus *à d. n.* 11. *ad* 17. Quamvis autem matrimonium eſſe poſſit ſine dote, regulariter tamen non ſolent matrimonia contrahi ſine dote Rolandus *de lucro dotis quæſt.* 74. *num.* 2. Mantica *d. tit.* 13. *num.* 3. *&* 11. Ioſeph Lud. *d. dec.* 99. *num.* 5. Campegius *d. q.* 57. Rota Romana cum aliis *dec.* 62. *num.* 3. apud Ludouiſium *dec.* 153. *num.* 3. *p.* 3. *diuerſorum & dec.* 24. *n.* 4. *p.* 4. *diuerſorum*, Fontanella cum aliis *à d. n.* 8. *ad n.* 18. & alios allegans Surd. *deciſ.* 62. *num.* 14. qui etiam ad hoc allegat, *Can. nullum.* 30. *q.* 5. Ex qua tamen conſuetudine non præſumi neceſſario Conſtitutionem dotis, neque etiam incertæ viri prudenti arbitrio taxandæ tradunt contra Campegium, & alios præfati Rolandus *d. quæſt.* 61. *&* 74.

Mantica

Mantica *d. tit.* 13. & Ioſeph Lud. *d. deciſ.* 99. quæ res examinatur *infrà d. capite* 8. *à numero* 78. Non obſtare prædictis *d. l. vltimam Codic. de repud.* quatenus ibi ſignificatur, maritum ob non ſolutam dotem poſſe vxorem repudiare dicit Hottomanus, & quia per illas Nouellas ſit abrogata; & quia imputare ſibi debet maritus, quod dotem promiſſam non exegerit cum ipſe non vxor habeat actionem exigendi *lege ſi pater* 5. *Codic. de dot. promiſſ.* & mora ſua cuique non alteri damnoſa ſit *lege mora in fine, ff. de vſuris.* Sed ego *in prima parte de effectibus contractus matrimony cap.* 6. *numer.* 3. *ad d. l. fin. Cod. ad Velle.* poſt plures alios reſpondi, *ibi* tantum enumerari, quod forſan poſſet accidere, videlicet, quod de facto poſſet maritus expellere vxorem dote promiſſa non ſoluta, non autem ibi permitti expulſionem; & quòd ob dotem promiſſam non ſolutam maritus nequeat expellere vxorem à domo, & mutua cohabitatione latiſſimè probaui *d. cap.* 6. *à num.* 28. *ad* 34. *ad legem purè*, *& ad l. ſi donaturus* dicentes maritum non præſumi ducturum vxorem ſine dote, reſpondetur primò intelligi regulariter, ſecundò quando præter ipſum matrimonium poſſunt capi aliæ coniecturæ pro dotis conſtitutione. *Ad legem cum pater de pactis dotalibus*, eſto eſſet indigniſſimum, non tamen inde ſequitur maritum non poſſe, aut non potuiſſe ducere vxorem ſine dote. Verum verò maritus vxorem ductam ſine dote, vel non ſoluta ſibi dote promiſſa poſſit ei denegare alimenta, & curam, ſeu medicinas illi ægrotanti, tractabitur in vltima parte huius tractatus de effectibus contractus matrimonij *in prima parte allegato capite* 6. *numero* 29. dixi ſaltem iuxta æquitatem, & honeſtatem non poſſe, & ita ſentit Hottomanus *d. diſput. de dotibus*, §. *vnde Pragmatici*, vbi dicit nihil inhumanius dici poſſe, quam maritum non debere alimenta, & curationem vxori ægrotæ etiamſi nulla dos eſſet, cum enim [inquit] matrimonium humanæ vitæ conſortium ſit, & ſocietas vitæ quodammodo vxorem dominam faciat mariti *libro* 1. *ff. rerum amotar.* nihilque æquius ſit, quàm vxorem ægrotantem à marito curari, *l. quod in vxorem* 13. *Cod. de neg. geſt.*

§. IV.

An dos ſit proprium mulieris patrimonium.

142 Dotem eſſe mulieris proprium patrimonium expreſsè dicitur *l.* 3. §. *Ergo etiam, ff. de minoribus. Dos*, inquit Textus, *ipſius filiæ proprium patrimonium eſt*, ſignificatur etiam *in lege aſſiduis*, *initio*, ibi *cum penè mulierum tota ſubſtantia in dote conſtituta eſt Codic. qui potiores in pignore habeantur*, iidem Doctores communiter tradidere Gloſſa *in d. lege* 3. *dicto* §. *ergo etiam*, *verbo Patrimonium eſt*, *ff. de minor. & in lege in eum verbo*, *ſuis*, *ff. de religioſis, & ſumpt. fun. & lege cum dos fine*, *ff. de pactis dotal. & lege pater filiæ* 71. *ff. de euictionibus*, Paulus de Caſtro *conſilio* 11. *numero* 2. *lib.* 1. Socinus Senior *conſilio* 25. *libro* 1. Rubeus *conſilio* 25. *numero.* 2. Crauetta *conſilio* 39. *numero* 4. Neuizanus *conſilio* 95. *numero* 3. Rolandus *de lucro dotis quæſtio.* 68. *numero* 5. Antonius Gubertus *de dote capite* 6. *numero* 7. Menochius *conſilio* 161. *numer.* 21. *conſilio* 268. *numero* 4. *&* 41. *& conſilio* 286. *numero* 28. Michaël Nizol. *alleg.* 24. *num.* 12. Fontanella, *de pactis nupt. clauſ.* 5. *Gloſſa* 8. *parte* 1. *num.* 49. Hodierna controu. *for. lib.* 1. *cap.* 21. *numer.* 2. *& cap.* 34. *num.* 80. Tuſchus *lit. D. concluſ.* 736. *numer.* 1. *& ſeqq.* Garzias *de expenſis cap.* 13. *num.* 9. & plures alij à Tuſcho. *concluſ.* 736. *numero* 4. *relati.* Pro maiori autem declaratione, cum dos poſſit conſiderari ante matrimonium, conſtante matrimonio, & poſt diſſolutum matrimonium.

Poſt ſolutum matrimonium ſi dos ſit conſignata, 143
ſeu reſtituta mulieri nullum eſt dubium eſſe, & dici proprium eius patrimonium; cum illius habeat dominium, & dos ſibi reſtituta ſit effecta eius ſubſtantia [Patrimonium enim propriè accipitur pro ſubſtantia alicuius, & facultatibus, vt poſt alios Auguſtinus Barboſa *de appell. verbo ſignif. verbo Patrimonium*] & ita Paulus de Caſtro *loco citato* Tuſchus *d. concluſ.* 736. *numero* 1. Vveſembecius *in pandectas Iuris Digeſtorum libro* 23. *tit.* 3. *de iure dotium, numer.* 2. & Doctores *ſuprà hoc capite num.* 130. relati aſſerentes dotem diſſoluto matrimonio mulieri reſtitutam, non amplius dotem ſed eius patrimonium dici.

Si autem poſt matrimonium ſolutum per mortem 144
illius mariti dos filiæ à patre illi conſtituta reuerſa ſit ad patrem, quia filia ſit in poteſtate, vel ſit ſtipulatus pater ſibi dotem reſtitui ſoluto matrimonio, in hoc caſu dotem filiæ (licet conſtante matrimonio eſſet, & diceretur illius patrimonium) non eſſe amplius eius patrimonium, ſed eſſe in patrimonio patris tradunt Caſtro, & Tuſchus *locis citatis*, & ſatis probare videtur Textus *in lege vltima verſiculo ſui autem Codic. communia vtriuſque Iudicis* vbi, *dos ſoluto matrimonio ad patrem reuerſa dicitur effecta paterna ſubſtantia.* Ergo non eſt filiæ patrimonium. Confirmatur quia filiæ ſecundò nubenti poteſt pater diminuere præfatam dotem pro primo matrimonio eidem filiæ conſtitutam, ſi eiuſdem patris ſubſtantia ſit fortuito diminuta, vt notatum eſt *ſuprà hoc capite numer.* 106. non ergo dici poteſt filiæ patrimonium. Verum eamdem dotem ſoluto matrimonio ad patrem reuerſam adhuc eſſe, & dici patrimonium filiæ viduæ in terminis tradit Fontanella *loco ſupra allegato*, & probant tradita *ſupra hoc capite tum numero* 117. vbi oſtenſum ſtatim, ac dos à patre ſemel eſt conſtituta pro filia, eidem filiæ acquiri Ius ad illam, & irreuocabiliter quod dos reuertatur ad patrem diſſoluto matrimonio non confunditur in eius patrimonio, tum *numero* 106. vbi probatum eſt patrem dotem filiæ in primo matrimonio datam ad ſe reuerſam eidem ſecundo nubenti teneri dare indiminutam, niſi illius ſubſtantia [indulſit lex in hoc caſu, vt pater poſſit minuere] fortuito eſſet diminuta. Igitur etſi in hoc caſu dos dicatur effecta paternæ ſubſtantiæ, quia cum cæteris patris bonis commixta, tamen adhuc eſt, & dicitur filiæ patrimonium; tum quia ad eam habet actionem pro alio matrimonio; tum quia ex ea debent ei alimenta adminiſtrari, & rectè Patrimonium alicuius dicitur id, ex quo debet viuere, vt Rolandus *d. quæſt.* 68.

Conſtante matrimonio Gloſſa *in d. lege num.* 3. *d.* §. 145
ergo etiam verbo Patrimonium, tenens maritum habere dominium dotis ſibi traditæ non ſolum conſiſtentis in pecunia, ſed etiam in re immobili, & in fundo aliquo, dicit dotem non eſſe mulieris patrimonium, ſed quaſi patrimonium, & dum lex ibi dicit, quod dos eſt ipſius filiæ patrimonium, ait ſubintelligendum, *quaſi*, quo pacto habetur *d. lege in eum*, ibi, *mulieres quaſi de patrimoniis*, *ſuis*, *ita de dotibus fœnerari*, *ff. de religioſis, ſumpt. fun.*

At vero conſtante matrimonio dotem dici pro- 146
prium mulieris patrimonium tradunt Paulus de Caſtro & Tuſchus *locis ſupra num.* 143. *citatis.* Roland. Antonius Gubertus, Garzias, Menochius *locis ſuprà*

numero 142. *allegatis*, & alij, & probat Textus *in d. l. aſſiduis in principio Cod. quid in pignore pot. habeantur*, dum enim Iuſtinianus *ibi*, concedens dotii hypothecam in bonis mariti cum prælatione reſpectu creditorum eiuſdem mariti dicit, quod penè mulieribus tota ſubſtantia in dote conſtituta eſt, loquitur de dote etiam conſtante matrimonio. Dicitur autem dos conſtante matrimonio proprium mulieris matrimonium, vel quia rerum, quæ pro dote marito datæ ſunt mulier retineat dominium naturale, ſi antea erant eiuſdem mulieris, & in eius dominio, & maritus fictione Iuris potius quam reuera ſit illarum dominus, vt expreſsè dicitur, *l. Pomponius Philadelphus, ff. famil. erciſcunda* (vbi ſiue filiam, etenim, ait Textus, *quæ naturaliter agros tenuit ſpecie dotis, cuius capax fuiſſet, defendi*) & *l. in rebus* 30. *Cod. de Iure dotium*, vbi Imperator Iuſtinianus, ita habet, *cum eadem res*, ſcilicet dotales, *& ab initio vxoris fuerint, & naturaliter in eius permanſerint dominio, non enim quod legum ſubtilitate tranſitus earum in patrimonium mariti videatur fieri ideo rei veritas deleta vel confuſa eſt*, & docent magis communiter *Doctores* (licet ſecus ſentiat Ant. Faber *de laudemiis decade 3. errore 6. num. 18.*) quos *in præcedenti parte de effect. contract. matrim. de alimentorum obligat. cap. 13. num. 840.* citaui, & quod mulier conſtante matrimonio habet Dominium dotis iuxta dicta, *l. in rebus* etiamſi fuerit profectitia & aduentitia, cuius ipſa mulier ante dotis conſtitutionem non fuiſſet Domina, tradit Petr. Barboſa *ad l. 2. §. quod ſi patris num. 30. ff. ſoluto matrimonio* contra Cæphalum *conſ. 256. num. 27. lib. 2.* Baldum Nouellum *de dote, p. 8. priuil. 6. numer. 6.* & nonnullos alios (quorum ſententiam ſequitur Fab. *num. 6. num. 34. & 35.*) & probat Barboſa quia alias magnum inferretur præiudicium mulieri, nam tranſlato in eam dominio, omnibus creditoribus eſt præferēda iuxta *d. l. in rebus*: & non tranſlato, non præferretur creditoribus habentibus hypothecam expreſſam anteriorē. Iuxta communem, *l. aſſiduis, Cod. qui potior in pignore habeantur*, & ita ſentire etiam Romanum, *l. 3. in 13. ff. ſolut. matr.* Neque obſtant illa verba *d. l. in rebus ab initio vxoris fuerunt*, quæ non videntur conuenire doti profectitiæ, quæ ab initio, non fuit mulieris, ſed patris. Reſpondit enim Petrus Barboſa *n. 21.* debere exponi, *ab initio*, id eſt, à tempore contracti matrimonij, antequam traderetur marito, vel etiam poſtquam traderetur, quia ſaltem per fictionem prius dominium videtur quæſitum mulieri, *l. 3. §. fin. ff. de donat. inter virum, & vxorem* (quod aduertit etiam Nouellus *dicto priuileg. 6. num. 7.* alioqui ſequeretur, ait Barboſa *dictam l. in rebus*, neque procedere in dote aduentitia, quæ etiam ab initio vxoris non fuit, ſed dotantis, & tamen, inquit, omnes concedunt illud priuilegium habere locum in dote aduentitia. Etiam Sfortia Oddus *de fideicommiſſis qu. 42. a. 3. num. 33. 34. & 35.* aſſerit penes mulierem dominium rerum dotalium manere, *iuxta d. l. in rebus*. Et maritum dici abuſiuè dominum dotis, reſpectu adminiſtrationis. & fructuum percipiēdorum ex rebus dotalibus, dicens eſſe communem opinionem, de qua per Igneum *in l. 1. §. ſi vir vxori, ff. ad S.C. Syllanianum*. Et Zaſium *lib. 2. ſingul. intellect. cap. 5. ad finem*. Ita declarantes, *l. dote, C. de rei vendicat.* quæ videtur dicere, dominium transferri in maritum; quod tamen (ait Oddus) intelligendum eſt reſpectu adminiſtrationis, & fructuum, vt concordet cum *d. l. in rebus* idem quoque ſentiunt alij, qui *infrà cap. 15. num. 76. & 79.* referuntur, & latius probatur, *infrà cap. 16. num. 52.* Præterea dato quod ex eo, quod rerum dotalium mulier non fuerit Domina, antequam eſſent marito traditæ, quia à patre, vel fratre, ſeu extraneo fuerit dos conſtituta, & tradita, neque etiam poſt traditionem marito factam habeat illorum Dominium, ſed maritus, adhuc tamen ſubſtantia, & patrimonium mulieris eſt dos, ea qua debet viuere, & ſuſtentari, vt dicitur *d. l. aſſiduis*, ibi *non de dote mulieris quam ad ſuos victus, ſuaſque alimonias mulier poſſidet, vel a ſemetipſa datam vel pro ea ab alio.* cum dos detur marito propter onera matrimonij, quæ conſiſtunt in victu, & veſtitu & in aliis mulieri neceſſariis pro vitæ ſuſtentatione, & ita etiam in his terminis Rolandus *d. quæſt. 67. num. 5.* Menochius *d. conſ. 238. num. 411.* Gubertus *num. 7.* & Garzias *d. cap. 13. eodem num. 9.* addens ſic etiam bona paterna eſſe ſubſtantiam, & patrimonium filiorum cum debeant ex ipſis viuere, licet ipſorum pater ſit naturalis, & ciuilis Dominus.) An vero, & quando mulier conſtante matrimonio habeat Dominium rerum dotalium, & non maritus de qua re ſcribentes *in d. l. in rebus*, & *ibidem* latiſſimè Auguſtinus Barboſa alios referens Gloſſa *in d. l. 3. §. etiā ff. de minoribus*, & Garzias *d. cap. 13. de expenſis* examinabitur *infra ſuo loco*) Hinc Antonius Gubertus *citato cap. 6. num. 7.* & Menochius *d. conſ. 238. d. num. 41.* cum *ibidem* teneant, dotem à patre profectam filia etiam ſuperſtitibus filiis in matrimonio defuncta, debere redire ad patrem, ſi tunc viuat aiunt, dotem pro filia marito datam non eſſe abſolutè & veræ filiæ patrimonium, quia illi ſit requiſitum Ius tranſmiſſibile ad ſuos hæredes etiam viuente patre, ſed dici eſſe patrimonium filiæ conſtante matrimonio, quia pater eo tempore nullum Ius in ea habet, ex quo illa debet deſeruire oneribus matrimonij, & ſic debere intelligi Textum *in d. l. 3. §. ergo etiam, ff. de minoribus*. Ait etiam Menochius *d. numer. 41. quod eodem, §. ergo etiam*, dictur dotem eſſe proprium patrimonium filiæ procedere quoad reſtitutionem in integrum [de qua *in d. l. & in eodem, §. ergo etiam*] ſi filia in dote à patre conſtituta ſit capta, conſequendam, non quoad ipſum dominium verum, & proprium ita, & addit, intellexiſſe Cynum, & Salicetum *in l. dos à patre Cod. ſol. mat.* Socinum ſen. *conſ. 9. lib. 1.* & Rubeum *conſ. 25. n. 13.* ſed etiam de hoc an dos à patre profecta mortua filia ſuperſtitibus filiis, & viuente patre, debeat redire ad patrem, & non remanere filiis, ſiue fuerit à patre ante mortem filiæ ſoluta, ſiue nondum ſoluta vel ſolum pro parte ſoluta, pertractabitur latius *infrà cap. ſequenti & in præcedenti parte 2. de effectibus contractus matrimonij cap. 6. n. 40. & 42.* plura dixi in vtramque partem, & tenui non ad patrem, ſed ad mulieris hæredes tranſmitti.

Ante matrimonium dos eſt patrimonium mulieris 143
Virginis, vel viduæ ſi illius habet dominium, quod certum eſt, ſed etſi illius non habet dominium, ſed tantum ad illam ius habet, vel quia ſibi in teſtamento relicta, vel quia jam promiſſa, aut conſtituta pro matrimonio futuro, iam videtur eſſe in eius bonis, & cum ſit deſtinata pro matrimonio, & victu, ac alimoniis rectè dici poteſt eius patrimonium, & præſertim ſi ſit à patre conſtituta, ad quam Ius irreuocabile filiæ eſſe acquiſitum ſæpius in præcedentibus dictum eſt, quamvis ex eo quod dos non debetur effectualiter quoad traditionem, niſi ſequuto matrimonio, ante illud non dici mulieris patrimonium, dicat Bartholus *conſ. 200. in fine, & conſil. 45. numer. 5. ac conſ. 50. num. 5. lib. 2.* relatus à Tuſcho *d. concluſ. 736. num. 2.* communiter etiam dos cuiuſcumque mulieris ſolet dici illius patrimonium.

CAPVT III.

Quotuplex ſit Dos; vbi latiſſimè de Dote Profectitia & Aduentitia.

SVMMARIVM.

Dos alia data, alia dicta, alia promiſſa, alia numerata, alia conceſſa, alia cauta, alia expreſſa, alia præſumpta, alia naturalis, alia ciuilis [quæ in foro conſcientiæ non datur, nec habet priuilegium prælationis] alia æſtimata, alia inæſtimata, alia modica, alia congrua, alia magna, alia profectitia, alia aduentitia. num. 1. ad 6.

Dos profectitia dicitur, quæ à patre, vel ab alio aſcendente per virilem ſexum de eius bonis proficiſcitur. num. 8. *& quando dicitur ab ipſo patre proficiſci ſitque profectitia latè explicatur enumeratione caſuum.* numero 11. ad 16.

Non ius poteſtatis, ſed nomen parentis dotem profectitiam facit. num. 16.

Dos data filiæ in poteſtate, & data filiæ emancipatæ in multis effectibus conueniunt. ibidem. *Differunt, quod actio ad repetendam datam exiſtenti in poteſtate eſt communis patri, & filiæ ad repetendam datam emancipatæ eſt propria filiæ.* ibidem.

Dos profectitia dicitur, quam pater curator filiæ dedit eidem. num. 17.

Profectitium dicitur non ſolùm, quod à patre re ipſa profectum eſt, ſed etiam, quod contemplatione patris datum eſt. num. 21.

Dos aduentitia dicitur; quæ de eius bonis datur à muliere ipſa, vel ab extraneo. num. 18. *quis in hac materie nomine extranei intelligatur.* ibidem.

Dos aduentitia eſt data à matre, vel auo materno. num. 19. *vel à patre debitore filiæ ea nubente.* ibid. *& ſi pater alio promittente fideiuſſerit, & quaſi fideiuſſor ſoluerit.* num. 20. *vel ſi pater repudiauit hæreditatem dotis conſtituendæ cauſa pro filia.* num. 21. *& an etiamſi pater dotis conſtituendæ cauſa legatum repudiet, & apud generum hæredem remaneat.* ibidem.

Dos aduentitia dicitur, ſi pater dedit dotem filiæ benemeritæ. num. 22. *item ſi vxor marito dedit, vt pro filia genero in dotem daret.* num. 23.

Pater dotans ſi exprimat, quod eam tam de bonis ſuis, quàm de bonis filiæ dotet, an dos ſit profectitia. n. 24.

Et quid ſi proteſtatus eſt, quod eam dotem promittit, & dat computato omni eo, quod debetur ipſi filiæ de bonis paternis, & maternis an ſit dos profectitia, & filia poſt mortem patris poſſit petere bona materna vltra dotem. num. 25. *& quid ſi filia non contradixit proteſtationi.* ibid.

Dos ab extraneo relicta mulieri pro ea maritanda, eſt aduentitia licet mulier ſit in poteſtate patris. n. 27.

Relictum filio vel filiæ commemoratione patris, vel patriæ poteſtatis non pro dote an cenſeatur relictum profectitium, vel aduentitium, vel nec profectitium, nec aduentitium, nulloque modo acquiratur patri. ibid.

Dos pro parte poteſt eſſe profectitia, & pro parte aduentitia. ibid.

Dos ab auo paterno data, vel relicta nepoti ex filio contemplatione filij eſt profectitia. n. 208.

Quando cenſeri debeat data, vel relicta contemplatione neptis, vel filij patris neptis, & ſic imputanda, vel non imputanda filio in legitimam ſuam vel nepti in legitimam ſibi in bonis patris debitam, qui Doctores agant. num. 29.

Ita cenſendum ſi de intentione conſtet expreſſè, vel per coniecturas vrgentes. num. 30. & 31. & 45. *& in dubio cenſetur contemplatione filij, & eſt dos profectitia.* num. 32. 33. *& mortuo filio in matrimonio debet redire ad filium etiam exhæredatum.* num. 35. & 49.

Donatum, vel relictum ſimpliciter ab auo paterno nepti in dubio præſumitur datum, vel relictum contemplatione neptis eſt aduentitium. num. 32. & 38. *ſecus ſi non ſimpliciter, ſed pro dote, vel in aliam cauſam ad quam filius teneretur, nam tunc præſumitur dotium contemplatione.* n. 38. & 52.

Donatum, vel legatum ab aſcendentibus factum neptibus innuptis an præſumatur cauſa dotis datum vel factum. num. 44.

Quibus coniecturis probetur, ſeu præſumatur dotem ab auo paterno datam, vel relictam gratia neptis, & non filij. num. 46. ad 88.

Prima, ſi eſt data, vel relicta nepti filio diuite viuente præſumitur contemplatione neptis, ſi ex paupere contemplatione filij. n. 46. 47. 48. 49. 51.

Secunda an ſi conſtituta, ſeu relicta per vltimam voluntatem præſumatur relicta contemplatione neptis, ſecus ſi ab auo paterno viuente data. num. 50. 51. 52. 56. & 57.

Tertia, an ſi relicta nepti nata & cognita præſumatur relicta contemplatione neptis: ſi naſcitura, & incognita præſumatur relicta contemplatione filij. n. 58. 59. 60.

Quarta coniectura, an ſi ſit relicta nepti nondum nubili præſumatur contemplatione neptis. n. 61. & 62.

Quinta, an ſi relicta nepti, quam auus maximè diligebat, præſumitur contemplatione neptis & quæ ſint indicia dilectionis. n. 63. & 64.

Sexta, an relicta cum expreſſione proprij nominis neptis vel cum nepti ex pluribus; vel minori natu præſumatur illius contemplatione. n. 65. 66. 67.

Septima, an ſi relinquendo nepti dixit auus, quod ipſe dotabat, vel de bonis ſuis præſumatur contemplatione nepotis. n. 68. & 69.

Octaua coniectura, an quando auus filio iam mortuo relinquit dotem nepti præſumatur contemplatione neptis non filij relicta. n. 70. & 71.

Nona, an quando auus inſtituit hæredem vniuerſalem filium, & legauit dotem nepti ex eodem filio, an præſumatur legata contemplatione neptis. n. 72. & 73. *Cenſeretur legatum factum contemplatione neptis, ſi alioqui foret nullum.* num. 74.

Decima, an dos cenſeatur relicta ab auo contemplatione neptis, vbi alioqui afferret filio detrimentum in legitima. n. 75. & 76.

Vndecima, an contemplatione neptis, ſi dos ab auo conſtituta excedat filij legitimam. n. 77.

Duodecima coniectura, an ſi auus inſtitutis hæredibus vniuerſalibus maſculis reliquit dotem nepti cum prohibitione plus petendi præſumitur relicta contemplatione neptis. num. 78. & 79.

Decimatertia, ſi dos ab auo ſit relicta pro omni eo, & toto, quod contingere poſſet in bonis eiuſdem aui. num. 80. *vel quod poſſet conſequi ex bonis maternis vel ex maternis, & ipſius aui vel ex bonis ipſius filij neptis patris.* n. 81. & 82.

Decimaquarta, an ſi dos ab auo data, vel relicta ſit nepti ex filio exhæredato. num. 83. 84. 85. & 86.

Decimaquinta, an ſi auus habens tres, vel quatuor filios maſculos, ex quibus vnus habeat filiam, illam dotet. num. 87. & 88.

Dos per auum nepoti relicta contemplatione filij imputatur illi in legitimam rem in bonis patris poſt eius obitum debitam; neque neptis ex perſona patris prædefuncti de fideicommiſſo auito poteſt detrahere legitimam. num. 89.

In omnibus caſibus, in quibus conſtat, vel præſumitur auum dediſſe, vel reliquiſſe dotem nepti ex filio eadem Dos imputatur in legitimam filij. ibid.

Si auia paterna dotet neptem ex filio, præſumitur contemplatione filij. n. 89.

Et dos data vel relicta ab auo materno, vel auia materna nepti ex filia, præſumitur contemplatione filiæ, & imputatur in legitimam, quam in bonis matris prætenderet. n. 90.

Dos à patruo data, vel relicta nepti ex fratre an in dubio præſumatur contemplatione patris data, & quid ſi patruus erat ſocius fratris omnium bonorum an præſumitur data nepti nomine ſocietatis. ibid.

Dos aduentitia, & eius actio acquiritur filiæ, licet in poteſtate patris, & ſoluto matrimonio eidem filiæ reſtituitur. n. 92.

Eius vſusfructus acquiritur patri iure codicis, & quid iure digeſtorum. n. 93.

Pater qua ratione poſſit adminiſtrare bona dotis aduentitiæ. n. 94. & 95.

Filiafamilias pro dote aduentitia poteſt agere in iudicio ſine patris conſenſu. n. 95.

Pater ſi conſequutus eſt ab hærede legatum dotis aduentitiæ, & eius bona adminiſtraſſet, & diſſipaſſet filia habet in bonis patris hypothecam, & poteſt agere contra hæredes. n. 96.

Filiafamilias in dote aduentitia & etiam in profectitia in eius perſona conſolidata habet hæredem ab inteſtato. num. 97.

Quando extraneus dedit, vel promiſit dotem pro muliere & non eſt ſtipulatus ſibi reddi ſoluto matrimonio, Dos præſumitur donata mulieri licet diuiti & ſimiliter ſi nomine mulieris ſtipulatus ſit ſibi reddi. num. 99. & 100.

Eadem Dos data, vel relicta ab extraneo pro muliere abſente præſumitur illi donata. n. 102.

Frater dotans ſororem etiam diuitem, mater, filia, auus maternus, & auia materna, & patruus dotantes neptem in dubio præſumuntur donaſſe. numero 103. & 104.

Quod non procedit ſi matrimonium non fuerit ſequutum. n. 104.

Vel ſi frater, aut extraneus tanquam fideiuſſor dotauerit. n. 105.

Neque ſi extraneus non ſanguine coniunctus dotans ſit mulieris debitor, vel bonorum illius adminiſtrator. n. 107. & 108.

Niſi Dos excederet patrimonium mulieris, quo caſu exceſſus cenſeretur donatus. ibid.

Dos ab extraneo, matre, vel fratre data ſi ſumma ſit maxima an præſumatur donata. n. 106.

A fratre data non præſumitur ſorori donata, ſi ipſa in continenti, vel ſequenti die per inſtrumentum fateretur ſe eſſe tacitam, & contentam. n. 105.

Qui dedit dotem, (ſiue extraneus, ſiue coniunctus) vel promiſit pro muliere habente patrem diuitem, vel alium obligatum illam dotare, & qui dotare poteſt, an præſumatur donare, vel potius habere animum repetendi. n. 109. & 110.

Quando pater dotem promiſit, & poſtea extraneus ſoluerit, an præſumatur donatio. n. 111.

Extraneus dotans in actu dotationis poteſt ſtipulari, vt dos muliere defuncta ad ſe, vel ad ſuos hæredes tranſeat. n. 112.

An poſſit ſtipulari, vt Dos remaneat penes hæredes mariti, vel alteri reſtituatur. n. 112. & 113.

An ſtipulari præmoriente marito dotem reddi patri mulieris, & quomodo hoc intelligendum. ibid.

An poſſit paciſci, vt Dos ſoluto matrimonio per viri obitum ad eundem extraneum dotatorem reuertatur abſque onere iterum eam dotandi. n. 112.

Si ſtipulatur dotem reddi mulieri, ſoluto matrimonio, mulieri Dos acquiritur. ibid.

Extraneus dotans non poteſt cogi iterum dotare mulierem. ibidem.

Extraneus, auus maternus, frater, &c. dotans ſi ſtipuletur alternatiuè dotem ſoluto matrimonio reddi mulieri, vel ſibi tota actio dotis mulieri acquiritur. n. 116. *& an etiamſi mulier ſit in ſecunda parte alternatiuè.* n. 116. 117. & 118. *ſi mulieri acquiritur, ſi ſtipulatus ſit dotem reddi ſibi, vel ei cui de iure debetur.* n. 119. *idem ſi ſimpliciter ſtipulatus ſit dotem reſtitui ei, cui de iure debetur.* n. 120.

Si extraneus, dotator ſtipuletur dotem reſtitui ſibi, vel mulieri quocumque modo matrimonium ſoluatur præmoriente viro dos mulieri reſtituenda præmoriente muliere reſtituenda dotanti vel eius hæredibus. n. 121. *ſi ſtipuletur copulatiuè dotem ſolui ſibi & mulieri, vel ſibi, & cui de iure debetur, dos ſoluto matrim. æquali portione dotanti, & mulieri quæritur.* n. 122. & 123.

Si imperſonaliter ſtipuletur dotem reddi, dos ſoluto matrimonio mulieri quæritur. n. 124.

Extraneus dotans ab initio conſtitutionis dotis, ſed non ex interuallo poſt dotis conſtitutionem, ſeu promiſſionem etiam de conſenſu mulieris poteſt paciſci dotem ſibi reſtitui matrimonio ſoluto. n. 125.

Pater ex interuallo accedente conſenſu filiæ poteſt ſtipulari dotem à ſe ſimpliciter conſtitutam filiæ reddi ſibi. ibid.

Extraneus, frater, vel alius dotare mulierem obligatus non poteſt dotem dando paciſci, vt ſoluto matrimonio dos ſibi reſtituatur, & exemplis explicatur. n. 16.

Neque frater dotans ſororem ex bonis ſororis propriis. ibidem. *ſi dotet ex bonis communibus non poteſt paciſci dotem ſibi reddi pro ea parte rerum, quæ ad ſolam ſororem pertinebant abſque eius conſenſu.* ibid.

Dos filiæfamilias profectitia non intelligitur eſſe in bonis patris. n. 127.

Dominium dotis profectitiæ à patre ſoluta conſtante, vel ſoluto matrimonio penes quem ſit. n. 130.

Dotis profectitiæ actio communis eſt patri, & filiæfamilias. n. 128. & 129.

Eſt perſonalis. n. 130.

Et actio realis, ſeu rei vindicatio ſoli filiæ competit, licèt pater poſſit agere nomine filiæ, quæ etiam præſente patre ſine eius conſenſu non poteſt etiam actionem realem, ſeu rei vindicationem exercere. ibid.

Actio illa perſonalis patri, & filiæ communis eſt vna, non diuerſæ actiones in ſolidum competens patri, & filiæ. n. 131. & 132. *Et dicitur communis eo ſenſu, quo ea pater, & filia communiter vti poſſent in ſolidum interueniente eorum conſenſu.* n. 132.

At pater non poteſt agere ad Exactionem dotis ſine conſenſu filiæ. Et ſufficit tacitus conſenſus, & quod non contradicat. n. 134.

Filia recuſante conſentire, quid obſeruare debeat Iudex; & præſtandus eſt dictus filiæ conſenſus, cùm lis conteſtatur. ibid.

Pater ſolus non poteſt recipere dotis ſolutionem ſponte oblatam. n. 134.

Pater turpis, & abiectæ vita repellitur ab agendo; & in dubio an ſit talis, poteſt agere filiâ conſentiente. num. 135.

Pater agens abſente, & ignorante filia debet præſtare cautionem de ratihabitione filiæ ſine qua cautione ſi dotem recipit, an filia poſſit dotem petere ab hæredibus mariti. n. 136.

Sine ea cautione poteſt agere, ſi filia ſit furioſa, vel ſi abſens fuit & conſenſit patrem agere. n. 137.

Filia non poteſt agere ad dotem petendam ſine expreſſo patris conſenſu. n. 138.

Quid

Quid ſi Pater ſit abſens, vel furioſus, vel nolit agere, vel ſit turpis, & abiecta conditionis. numero 138. ad 142.

In dote profectitia filia emancipata ante dotis conſtitutionem, vel poſt, habet ſola dictam actionem de dote etiam ſi fuiſſet exhæredata. numero 141. 142.

Actio de dote communis patri, & filiaſamilias ſoluto matrimonio marito prædefuncto conſolidatur in ſola filia. num. 142.

Pater ab initio conſtitutionis dotis poteſt ſine filia conſenſu ſtipulari ſibi dotem reddi ſoluto matrimonio ſi fiat in continenti; qua ſtipulatione tota dotis actio in ipſum transfertur. n. 143. Quando dicatur talis ſtipulatio interpoſita incontinenti. Et quid ſi poſt conſtitutionem dotis à patre fiat ante ſequutum matrimonium. ibidem.

Si pater dotans ſtipulatus ſit dotem reddi filiæ, eidem filiæ Dos tota & eius actio quæritur, & ſoluto matrimonio debetur. n. 143.

Idem ſi filia ſtipuletur præſente patre conſentiente. ibid. in fine. An ſit idem, ſi poſtquam dotis actio ab initio fuit communis patri, & filiæ per pactum paternum, vel alium modum pater voluerit dotem ſoluta matrimonio reddi filiæ. n. 144.

In præfata Dote profectitia conſolidata in filiaſamilias, pater non habet vſumfructum, neque eſt legitimus adminiſtrator. n. 145. & 146.

Et filia habet ab inteſtato hæredem deſcendentem. n. 147.

Extraneus dotans ſi ſtipuletur in certum caſum ſibi dotem reſtitui, in caſu omiſſo cenſetur dotem, & eius actionem donaſſe mulieri. n. 148.

Si pater dotans ſit ſtipulatus in certum caſum ſibi dotem reſtitui, an in omiſſo actio dotis ad filiamfamilias in ſolidum, & totaliter pertineat. n. 150.

Si illud pactum ſit nullum an etiam tunc actio dotis totaliter ſpectet ad filiamfamilias. n. 151.

Pater ſimpliciter dotando filiam videtur conformare tacitè voluntatem ſuam cum legis diſpoſitione, numero 150.

A diſpoſitione iuris communis recedit, quando dotando paciſcitur ſibi reſtitui dotem. ibid.

Pacto nudo, & ſine ſtipulatione pater in dote non poteſt ſibi quærere. n. 151.

Valet autem pactum ſimplex, vt dos filiæ reſtituatur, eique dos quæritur. ibid.

Si pater ſtipuletur, ſcilicet dotem reddi, actio dotis eſt communis patri, & filiæ. n. 152.

Si ſtipuletur ſoluto matrimonio dotem reddi ad voluntatem filiæ, ea poſtea moriente cum filiis antequam declaret, videtur voluiſſe dotem reddi ipſi filiæ pro filiis, moriente verò ea ſine filiis Dos reſtituitur patri. ibidem.

Enumerantur varij effectus reſultantes ex communione actionis dotis profectitiæ in patrem, & filiam. n. 153. ad 157.

Filiaſamilias, ſi committat adulterium, vel aliud crimen, ob quod amittat dotem, illa excluſa pater ſolus habet actionem ad petendam dotem profectitiam, ſecus quoad aduentitiam, vel quam mulier ſibi ex propriis bonis conſtituat. n. 155.

Si pater iubeat, vt genero alteri dotem reſtituat, hoc non poteſt nocere filiæ quoad actionem dotis ſibi competentem. n. 156.

Alia pacta in ſtipulatione dotis, quibus actio dotis acquiritur, vel non acquiritur in ſolidum filiaſamilias, vel ab ea totaliter excluditur, remiſſiuè, numero 152.

Si filia promittat dotis reſtitutionem adhuc patri remanet integra actio. n. 157.

Pater poteſt agere ad exactionem dotis vel ſolus de conſenſu filiæ, vel adiuncta perſona filiæ & quæ ſit differentia inter vtrumque modum agendi. ibidem.

Dos à patre data pro filiaſamilias ſoluto per mortem viri matrimonio reſtituenda eſt patri, etiamſi filia habeat filios, & etiamſi ſit ſtatuto excluſa à ſucceſſione patris. n. 159.

Eam dotem ad ſe reuerſam non poteſt pater minuere, nec alienare, ſed debet ſeruare pro ſecundo matrimonio etiamſi, Dos conſiſtat in pecunia, ſiue quantitate. num. 160. & 161.

Si conſiſtat in fundo, remanet fundus dotalis, vt eadem ſpecies à patre debet dari in ſecundo matrimonio, ibidem.

Si conſiſtat in pecunia, ſeu quantitate ſatis eſt dare tantundem in genere. ibid.

Eadem dos, cum reuertitur ad patrem, non confunditur, cum eius patrimonio. ibid.

Super eadem dote ad ſe reuerſa pater non poteſt vllum pactum in ſecundo matrimonio, quod non erat in primo. num. 163.

Quando pater decoxit ante ſolutum matrimonium per obitum viri, Dos reſtituenda eſt eidem filiaſamilias, num. 165.

Soluto matrimonio per mortem filiæ familias Dos liberis non exiſtentibus ad eum patrem dotantem redire debet. ibid.

Filiaſamilias de Dote profectitia non poteſt diſponere per vltimam voluntatem. num. 166.

An poſſit teſtari, & donare cauſa mortis cum conſenſu vel ſine conſenſu patris. num. 171.

Dos à patre data pro filiaſamilias ad quos effectus cenſeatur donata. num. 165.

Dos profectitia ſimpliciter, & ſine pacto ſibi reddendi à patre data filiæ emancipatæ, vel quæ poſtea emancipata eſt, ſoluto matrimonio per diuortium, vel quoad vinculum per viri mortem reddenda eſt filiæ. num. 167.

Eadem dos ſoluto matrimonio per filiæ obitum an debeat reuerti ad patrem, vel potius ad filiæ liberos ſeu hæredes. n. 167. 168. & 169.

Filia emancipata effecta vidua poteſt diſponere de dote ſua profectitia inter viuos, & per vltimam voluntatem. n. 171.

Dos profectitia ſimpliciter data filiaſamilias ea defuncta liberis extantibus an ad patrem reuertatur, vel ſpectet ad liberos, vbi de conſuetudine Martini. num. 172. 173. & 174.

Martini conſuetudo vt dos ad patrem non reuertatur ſed remaneat filiis extantibus eſt generalis, & an ſit ab allegante probanda. n. 175. & 176.

Ea ſtante filia viuens non poteſt diſponere de dote, numero 175.

Eadem Martini conſuetudo an ſit correctoria, vel Interpretatiua iuris communis, & habeatur pro ipſo iure. n. 178. & 179.

Eſt ampliſſimè intelligenda. num. 179.

Procedit ne in dote promiſſa nondum ſoluta antè mortem filiæ. n. 180. 181. & 182.

Mortuis liberis poſt obitum matris Dos non tranſit ad auum maternum ſed ad patrem liberorum etiamſi filius poſt mortem matris ſolùm per horam ſuperuixiſſet. num. 182.

Mortua filia in ſecundo matrimonio ſine liberis an conſuetudo Martini habeat locum in liberis relictis ex primo matrimonio. n. 183. 184.

Si maritus præmortuus fuit, & poſtea filia relictis liberis an conſuetudo Martini procedat, vt Dos non redeat ad patrem, ſed maneat nepotibus. num. 185. & 186.

Conſuetudo Martini an extendatur ad donationem propter nuptias. num. 187.

Si

Si pater ſtipulatus ſit dotem ſibi reſtitui in omnem caſum reſtituendæ dotis de iure, vel ſecundum formam iuris, dos iuxta conſuetudinem Martini remanet liberis à filia relictis. num. 188. & 189.

Si ſtipulatus ſit reſtitui ſibi, vel heredibus, dos non remanet filiis à filia relictis, ſed redit ad patrem. num. 190.

Si ſtipulatus ſit dotem ſibi reddi, idem pater moritur conſtante matrimonio, an matrimonio per obitum viri diſſoluto dos ſpectet ad hæredes patris dotantis, vel ad filium, aut ad eius hæredes. n. 191. & 192.

Quid ſi ſtipulatus ſit ſibi ſoli reddi. n. 192.

Si dos profectitia data filiæfamilias diſſoluto matrimonio per mortem viri redeat ad hæredes patris, hi coguntur illam dare filiæ ſecundo nubenti. n. 191. *in fine.*

Attenta conſuetudine Martini, quod dos profectitia defuncta filia in matrimonio ad liberos eius relicto ſpectet, an liberi eam habeant, & ex perſona matris vti illius hæredes, an ex perſona aui immediatè & illius hæredes, an tantum vt filij ex ſola conſuetudinis diſpoſitione. n. 193. ad 197.

An & quando, & qua ratione nepotes teneantur imputare in legitimam ſibi debitam in bonis aui materni dotem maternam. num. 198. ad 203. & num. 205. ad 214.

Et plurimi enumerantur, & explicantur caſus. Si pater dotans filiam ſit ſtipulatus dotem reddi ſibi, ſi filia deceſſerit ſine liberis, an illis relictis hi habeant dotem maternam, & imputent in legitimam in ſucceſſione aui materni, num. 204.

1 DOs primo à Vveſembeccio *in pandectas lib. digeſtorum* 23. *tit.* 3. *de Iure dotium n.* 2. diuiditur in veram, quæ propriè eſt dos, vt quando promiſſa, vel ſoluta ob verum, & legitimum matrimonium, & putatiua, quæ putatur eſſe dos, cum reuera non ſit, nempe, quando ſoluta eſt intuitu Matrimonij, quod non valet, & fuit bona fide vtriuſque coniugis, vel ſaltem ex parte mulieris contractum; vt *ſuprà cap.* 2. *n.* 124. notatum eſt; vbi etiam dictum eſt, hanc dotem fauore Mulieris habere eadem priuilegia, quæ dos vera.

2 Secundò ab eodem Vveſembeccio *ibidem*, & ab Hotomano *in diſputatione de dotibus* ex Vlpiano *tit.* 6. Inſtitutio diuiditur in dotem datam, dictam, & promiſſam, Data dicitur, quando à muliere, vel ab alio, quolibet tradita eſt pro matrimonio vel præſenti, vel futuro, vt cum traditur ſponſo; quæ datio fit, vel actuali enumeratione, ſeu traditione, *l. de his, Cod. de Iure dotium*, & paſſim *in tit. ſol. matr.* vel acceptilatione, *l. promittendo, ff. de Iure dotium*, vel debiti remiſſione, *l. ſponſalibus, ff. eodem.* Dos dicta eſt, quæ dicitur verbis quibuſdam certis, & ſolemnibus nulla Interrogatione præcedente, quod ab ipſa tantum muliere, & ipſius patre, & debitore fieri ſolitum, vt ex *Vlpiano tit.* 6. *Inſtit.* notant Vveſembeccius, & Hotomanus. Promiſſa conſtat ex *toto tit. Cod. de dotis promiſſione*, promittitur autem, aut per ſtipulationem, aut per pactum, vel pollicitationem, *l.* 6. *Cod. de dotis promiſſione*, & *l. vltima, Cod. Theodoſiani li.* 3. *tit. de duobus*, aut alia obligatione, vel quando eſt legata.

3 Tertiò dos alia dicitur numerata, alia confeſſata, alia cauta. *toto titulo, Cod. de dote cauta non numerata*, alia prælegata *dict. toto tit. ff. de dote prælegata*, Vveſembeccius *loco citato.*

4 Quartò dos diuiditur in dotem expreſſam, & præſumptam; expreſſa eſt, quando de ea conſtat ex promiſſione, vel ſolutione; præſumpta, quando non conſtat expreſsè de illius Conſtitutione ſed à lege præſumitur conſtituta, *vt ſuprà capite* 2. *num.* 68. & 71. explicatum eſt; vel alia ratione ex coniecturis præſumitur conſtituta, ſaltem taxanda arbitrio boni viri, vt Baldus *conſ.* 456. *in principio, lib.* 4. & Tuſchus *tom.* 1. *litera D. concluſ.* 717. *n.* 12.

Quintò dos diuiditur in naturalem, & ciuilem tan- 5
tum, & naturalem, ac ciuilem ſimul, ita poſt Baldum *in l.* 1. *num.* 9. *ff. ſolut. mat.* Vveſembeccius *loco ſupra allegato*, Tuſchus *d. concluſ.* 717. *num.* 9. 10. 11. Mantica *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 12. *tit.* 7. & Fontanella *de pactis nuptialibus clauſ.* 14. *Gloſſa vnica parte* 1. *n.* 5. Naturalis dicitur, quando traditio, ſeu numeratio ſine ſtipulatione intercedit, ciuilis tantum dicitur, quando confeſſio dotis receptæ à marito facta eſt ſine numeratione, & lapſa ſunt tempora excipiendi, ſeu opponendi exceptionem de non numerata pecunia; ciuilis, & naturalis dicitur quando verè numeratio, & ſtipulatio interuenerunt, vel ſi præcedente chirographo ſequitur poſtea numeratio, quæ diuiſio data eſt ad ſimilitudinem mutui, quod diuiditur in naturale tantum, & ciuile tantum, & ciuile, cui natura cooperatur, *l. ſi ita fuero ſtipulatus §. vltimo, cum l. ſeq. ff. de nouat.* Aduertit autem Mantica *dicto tit.* 7. *num.* 3. poſt Baldum *in d. l.* 1. *num.* 9. ex æquitate Canonica (& ſic in foro conſcientiæ) nondum dari dotem ciuilem tantum, quæ ex confeſſione fingitur contra naturalem æquitatem, quia exceptio non numeratæ dotis, biennio non excluditur in foro conſcientiæ, cum quis ſcit pecuniam ſe non numeraſſe, nam malæ fidei poſſeſſor Iure Canonum, & in foro conſcientiæ nullo vnquam tempore præſcribit, *cap. poſſeſſor malæ fidei, de reg. Iur. in* 6. Ac proinde, inquit Mantica, ſi per confeſſionem, vel Inſtrumentum apparet dotem non fuiſſe numeratam, ea vti ficta nunquam habet priuilegium prælationis; & quilibet creditor ex pecunia numerata potior habetur.

Sextò diuiditur dos in æſtimatam, & inæſtimatam. 6
Angelus *in verbo Dos, n.* 2. Sylueſ. *verbo eod. n.* 2. Ioannes Friburgo *in ſumma l.* 4. *tit.* 25. *q.* 2. & Iuriſperiti communiter; inæſtimata eſt quando fundus, ſeu res alia ſimpliciter marito datur pro dote, vt ſoluto matrimonio vxori ſuperſtiti eadem res ſit reſtituenda, æſtimata, quando in traditione rei conuenitur de valore, ſeu pretio eiuſdem rei, quod ſoluto matrimonio ſit mulieri reſtituendum, & non reſtituenda eademmet res, & quando æſtimata traditur, periculum pertinet ad maritum, quando inæſtimata ad mulierem, *l. plerunque, in princ. ff. de Iure dotium, de qua infrà cap.* 16. & 17.

Septima diuiſio eſt, vt dos alia ſit modica, alia con- 7
grua, alia Magna. Mantica *d. lib.* 12. *tit.* 9. *n.* 19.

Octauò & vltimò diuiditur dos in profectitiam, & 8
aduentitiam, *l. profectitia* 5. *ff. de Iure dotium*, & Doctores mox allegandi. Circa quas dotis diuiſiones aduertendum, quod quamvis apud Dialecticos diuerſæ ſpecies non conſtituantur, niſi ex ſpecifica, & eſſentiali differentia, & diuerſæ ſpecies intelligantur, quæ habent differentias eſſentialiter, & ſubſtantialiter diuerſas; apud Iuriſperitos tamen ex modica, & accidentali differentia, ſeu ex accidentibus ſumpta conſtituuntur diuerſæ ſpecies, vt poſt alios explicat Mantica *tit.* 9. *n.* 20. & 21. & conſtat *ex traditis ſuprà cap.* 2. *præcedenti*, vbi dictum eſt dotem eſſe traditam, ſeu numeratam, promiſſam, confeſſatam, eſſe tantùm dotis accidentia.

Hoc capite agendum eſt tantùm poſtrema diuiſio- 9
ne, & explicandum, quæ ſit, & dicatur profectitia, quæ aduentitia; & de vtraque pertractant ſcribentes *in d. l. profectitia.* Corraſius *in rub. ff. ſoluto matrim. in* 2. *lectura, num.* 16. *in fine.* Hotomanus *in d. diſp. de dotibus, §. nunc tempus eſt.* Ioannes Boſcheius *de legitimis nuptiis, lib.* 3. *n.* 18. Baldus Nouellus *de dote, p.* 6. *priuil.* 33. & *priuil.* 34. *parte* 8. *priuil.* 10. & *parte* 9. *priuil.* 8.

Campegius *de dote parte* 1.*quæſt*.10. Conſtantius Rogerius *de dote quæſt*.7.*n*.59.& 60. & 9.10.*n*.18. Antonius Gubertus *de dote cap*.3. & *cap*.6. Vincentius Paleotus *de Dote num*. 10. Mantica *d.l*. 12. *de tacit. & ambig.convent tit*.8. & 9. P. Barboſa *in l*.1.*parte ſeptima num*. 21. & 22. *ff. ſoluto matrimonio & in l*. 2. §.*quod ſi in patris num*.23. 24. 35.& 36.*ff. eodem, in l. ſi conſtante* 25. *in princ. num*.38. *ad* 41. & *in l. poſt dotem* 41. *num*.35. *ad* 51. Suarez, de Paz *in praxi tom*.3. *cap*.6.§.12.*num*.21. & *ſeqq*. Camillus Borellus *in ſumma, deciſ.tom*.3.*tit*.4.*nu*.24. & *duabus ſeqq*.& 192. *cum pluribus ſeqq*. & apud eumdem, & præallegatos alij Iuriſperiti, ex Theologis, & Summiſtis agunt, Angelus, Sylueſter, Ioannes de Friburgo *locis ſuprà num*. 6. *allegatis D. Raymundus in ſumma lib*.4. *tit. de dotibus* §.3. Aſtenſis *in ſumma parte* 2.*lib*.8.*tit*.40. *art*.2. Molina *de Iuſt. & Iure tom*.2. *diſp*. 423.*numer*.6. Rebellus *de oblig. Iuſt.p*.2.*l*.5.*quæſt*.3. Fragoſus *tom*.3. *de regimine Chriſtianæ Reipublicæ lib*.2. *diſp*.5. §.1. *num*.3. Villallobos *in ſum.Theolog.mor. tom*.2.*tract*.27.*difficultate* 1. *num*. 3. & Paulus Layman. *Theolog.mor. lib*.3. *tract*.4.*cap*.13.

§. I.

Quænam dicatur Dos profectitia.

10 L*Ege profectitia, initio, ff. de Iure dotium*, ita habetur. *Profectitia dos eſt quæ à patre, vel parente profecta eſt de bonis, vel facto eius*; ex quo generaliter concluditur, quod dos profectitia dicitur; quæ à patre tanquam a patre, vel à parente, ſcilicet ab auo, vel proauo, vel alio aſcendente de linea patris, profecta, ſeu conſtituta eſt, videlicet, de bonis eius pro filia, vel nepte, vel pronepte, ita Hotomanus *loco ſuprà allegato*. 10. Boſcheius *d.lib*.3. *num*. 18. Campegius *d. parte* 1.*quæſt*.10. Conſtantius Rogerius *d. quæſt*. 10. *num*. 4. Merlinus *de legitima lib*.2. *tit*.2.*quæſt*.18.*num*.37. Borellus *d.tit*.4.*num*.16. Mantica *d.lib*.12.*tit*.8.*num*.1. & 2. & Theologi ac Summiſtæ præallegati.

11 Porrò dicitur dos à parente profecta, ſiue ipſe dotem dederit, ſiue iuſſerit alium dare, ſiue procurator eius dederit, aut negotiorum geſtor, & ipſe ratum habuerit, item ſi curator parentis prodigi, vel furioſi dederit, aut Prætor, aut Præſes decreuit, quantùm ex bonis patris, vel ab hoſtibus capti, vel à Latronibus oppreſſi filiæ eius in dotem detur, vel etiam ſi quis parenti donaturus dotem dederit eius filiæ; in his enim caſibus, dos eſt profectitia, vt dicitur *in d.l. profectitia*, & notant præallegati Doctores ex quibus verbis, ibi, *ſi qui parenti donaturus*, conſtat eſſe dotem profectitiam, quaſi ex bonis patris prouenientem, quam aliquis filiæ conſtituit ob patris benemerita & id etiam expreſsè dicunt Menochius *de præſumptionibus lib*.3. *præſumptione* 26.*n*.3. & Sanchez *de matrim. lib*.6. *diſp*.26. *num*.8. *in fine*.

12 Item ſi pater dotem promiſit, & fideiuſſorem, vel reum pro ſe dedit, dos profectitia eſt *d. l. profectitia* §. *ſed ſi pater*, quia, inquit Vlpianus *ibid*. ſufficit, quod pater ſit obligatus, ſiue reo, ſiue fideiuſſori

13 Item dos profectitia eſt, ſi filiusfamilias dotem promiſerit, & ſui iuris factus dederit *d.l. profectitia* §. *ſi filiusfamilias dotem*, rationem allegans, quòd non pro hæreditate patris æs alienum ſoluit, ſed ſuum æs alienum ſuſceptum dum filiusfamilias eſſet, paterfamilias factus exonerauit.

14 Item dos eſt profectitia, ſi pater fundum alienum bona fide emptum dederit in dotem, ab ipſo enim patre profectus intelligitur, *l. iure ſuccurſum* 6.*ff. de Iure dot*.

Item ſi pater, filiæ nomine, nummos alienos, quos ſuos accepetat, aut ex cauſam crediti receperat, in dotem dedit, conſumptis his, dos profectitia efficitur *l. pater* 81. *ff. de Iure dotium*. 15

Verum dicitur, & eſt dos profectitia, non ſolum ſi à patre, vel à parente de eius bonis ſit data filiæ conſtitutæ in poteſtate, ſed etiam ſi data ſit filiæ nepti, pronepti emancipatæ, nam non Ius poteſtatis; ſed nomen parentis dotem profectitiam facit, *d. l. profectitia* §. *ſi pater pro filia*, & ita Doctores allegati *ſuperiùs n*. 18. & alij, quos latè refert P. Barboſa *ad l. primam, p*. 7.*num*.21. *circa finem*. Idem ſentiens, licet *Gloſſa in l*. 2. §. *quod ſi patris, verbo profecta, ff. ſolut. matrim*. Baldus *in l. auia n*.5. *Cod. de Iure dotium*, & Parpalia *ibidem* à Barboſa relati. Vt dos dicatur profectitia, duo requiruntur & quod ſit data à patre, vel ab alio patris contemplatione, & quod detur filiæ in poteſtate conſtitutæ. Qui tamen poſſunt intelligi, vt dos à patre, vel ab alio contemplatione patris data filiæ emancipatæ, non dicatur dos profectitia quoad Ius, ſeu quoad effectum, vt actio ad repetendam dotem à marito, vel eius hæredibus ſit communis inter patrem, & filiam, quod Ius competit patri reſpectu dotis datæ filiæ in poteſtate iuxta *l*.2. §. *quod ſi in patris*, *ff. ſolut. matr*. quia actio quoad dotem datam filiæ emancipatæ eſt propter ipſius filiæ, ſeu neptis emancipatæ, illius quæ in ſolidum efficitur d. §. *quod ſi in patris*, *l. vnica*, §. *videamus*, *Cod. de rei vxor. act*. Campegius, & Conſtantius Rogerius *locis ſuprà allegatis* P. Barboſa *parte* 7.*num*.22. *initio*, vbi alios allegat. Plures tamen effectus dotis profectitiæ habet eadem dos à patre, vel ab alio eius contemplatione data filiæ emancipatæ, vt conſtat ex *l. filia*, *ff. ſoluto matrimonio*, & ex *l. ſi ab hoſtibus, ff. eodem*, & aliis Iuribus à P. Barboſa *d. num*. 22. *adductis*. 16

Hinc ſi pater, cum eſſet curator filiæ ſuæ emancipatæ, dotem pro ea conſtituit, cum eum quaſi pater magis, quam quaſi curator id feciſſe intelligatur, ſeu præſumatur, dicitur dos profectitia, *d. l. profectitia* §. *vltimo, ff. de Iure dotium*. 17

§. II.

Quænam dicatur, & ſit dos aduentitia.

EX prædictis de dote profectitia facile infertur, quæ ſit aduentitia, dicitur enim, & erit dos aduentitia, quæ à patre, aut parente, de eius bonis non eſt profecta, ſed data, aut conſtituta ab aliis perſonis, nempè, vel ab ipſa muliere, vel ab extraneo *d. l. profectitia* §. *ſi pater*; §. *ſi quis certam, ff. de Iure dotium*, & *l. vnica* §. & *vt plenius*, *Cod. de rei vxoriæ actione*, ita etiam Doctores allegati *ſuprà num*.10. & extraneus in præſenti materia intelligitur quilibet citra patrem, aut parentem per virilem ſexum aſcendentem, & in poteſtate dotatam perſonam non habens *d. l. vnica* §. *accedit, in fine* Ioannes Boſcheius *de legit. nupt. lib*.4. *numer*.6. Mantica *d. l*.12. *tit*.9. *num*.2. Fontanella *de pactis nupt. clauſ*.5. *Gloſſa* 10. *p*.1. *n*.7. Borellus *d. tit*. 4. *numer*.24. apud quem alij Iuriſperiti, & Paulus Layman. *d.cap*.13.*n*.6. 18

Quare dos eſt aduentitia quaſi procedens ex bonis eiuſdem filiæ data à matre, vel ab auo materno Mantica cum aliis *d. tit*. 9. *numero*. 2. & ſi patrem ſuum debitorem filiæ iuſſerit dotem promittere, & voluntate eiuſdem filiæ creditricis dederit quod ei debebat, *d. l. profectitia* §. *ſi pater pro filia*, *in fine*, *ff. de Iure dotium*, & ſi à muliere ipſa filiafamilias de ſuo peculio ſit conſtituta, *l. ſi filiafamilias* 24. *ff. eodem*. 19

Item

20 Item ſi pater non quaſi pater, ſed alio dotem promittente fideiuſſerit, & quaſi fideiuſſor ſoluerit, dos aduentitia intelligitur, quamvis pater ſeruare à reo id quod ſoluit, non poſſit, *d. l. profectitia §. ſi pater non quaſi pater.*

21 Si pater repudiauit hæreditatem dotis conſtituendæ cauſa pro filia, forte quòd maritus aut ſubſtitutus erat aut quia potuit ab inteſtato hæreditatem vindicare, dos eſt aduentitia *d.l. profectitia, §. ſi pater repudiauit*, & etiam eſt dos aduentitia ſi legatum hoc repudiauerit pater, vt apud Generum hæredẽ remaneat dotis conſtituendæ cauſa, quia id de bonis patris profectum non eſt enim nihil de ſuo erogauit, neque acquiſiuerit, *d. lege profectitia eodem §. ſi pater, verſic. ſed etſi legatum: ſed Gloſſa* ibi (quam etiam ponderant Campegius *d. quæſt.* 10. *num.* 2. & Conſtantius Rogerius *citata quæſt.* 10. *num.* 7. *&* 8.) dicit, quod Textus ille, ibi ſolum reſpexit veritatem fictione tamen Iuris attenta, poteſt dici profectitia, quia facto patris eſt conſtituta, vt probatur in eadem, *l. profectitia in principio*, ibi, *& facto eius*, & duo actus inquiunt Campegius, & Rogerius, cenſentur interueniſſe, quaſi patris ſit legatum ſolutum, & pater in dotem dederit, & ad id, & Gloſſæ dictum corroborandum adducunt, *l. ſi nuptura §. fin. ff. de fundo dotali*, *& l.* 3. *§. fin. ff. de donat. int. vir. & vxor*, & rationem illam, quod dicitur profectitium non ſolum, quod à patre reipſa profectum eſt, ſed etiam quod contemplatione patris datum eſt, quia & tunc ex ſubſtantia patris eſſe videtur per Textum *in l. adit. ff. de acquir. hæred. & in leg. ſed ſi plures §. in adrogato, ff. de vulgari*, & 8. *l. profectitia §. quod ſi quis patris donaturus.*

22 Si pater dedit dotem de bonis ſuis filiæ benemeritæ hanc dotem poſſe dici, tã aduentitiam, quam profectitiam ſcripſere Gloſſa *in l. ſi donatione, Cod. de collatio. & in Auth. Vnde ſi parens, Cod. de inofficioſo teſtamento* Iaſon *in l. filiæ dotem num.* 1. *Cod. de collat.* Mantica *d. tit.* 9. *numer.* 6. & Fragoſus *dicto §.* 1. *numer.* 3. *verſic. ſimiliter*, & ita reſtringitur, quod *§. præced.* dictum eſt, ſcilicet dotem profectitiam intelligi, quando data eſt à patre.

23 Item ſi vxor marito, ſub ea conditione, vt pro filia genero in dotem daret, dos non profectitia, ſed aduentitia eſt *d. lege profectitia §. ſi pater, verſic. hoc & in matre*, vbi etiam redditur ratio, nempe, quia non ad hoc vxor dedit marito, vt ipſe habeat, ſed vt genero ſuo pro filia expendat; & ſi non dederit condictione ob cauſam tenetur, ex quo conſequitur, vt dos aduentitia cenſeatur, ita etiam Mantica *d. tit.* 9. *num.* 8.

Si pater promittat, vel det dotem exprimens ſe promittere, vel dare tam de ſuis, quam etiam ipſius filiæ, an ſit dos profectitia, vel aduentitia, vel partim profectitia, & partim aduentitia. Baldus Nouellus *de dote p.* 6. *priuileg.* 6. dicit, quod in huiuſmodi caſu licet ſecundum propriam vim verborum intelligeretur promiſiſſe de bonis ſuis pro dimidia parte, & pro alia dimidia de bonis filiæ iuxta tradita *in l. reos, §. cum in tabulis, ff. de duobus reis*, *& in l.* 1. *Cod. ſi plures vna ſententia*; nihilominus ſpeciali fauore mulieris illa copula, *&*, ponatur pro disiunctiua, ſcilicet quod in defectu, & in quantum bona patris non ſupperterent, in illo pluri intelligitur promiſiſſe de bonis filiæ, & non aliter; ac proinde verba impropriantur ſpeciali fauore mulieris in eius dote, & conſequenter ſufficientibus bonis patris, tota dos eſt profectitia; non aduentitia, neque in parte; & hoc magis explicatur, & probatur *capite ſequenti à num.* 64.

24 Sed quid ſi pater in ſtipulatione dotis, ſeu contractu dotali promittat pro dote filiæ millia, exprimens, quod eam dotem promittit computato omnino, quod deberetur ipſi filiæ, tam de bonis maternis, quam paternis, an foret dos aduentitia Baldus Nouellus *eodem priuil.* 6. reſpondent, quod hoc non obſtante, poterit ipſa filia poſt mortẽ patris petere bona materna vltra dictam dotem probanda tot bona ſufficientia ad dotem promiſſam eſſe in facultatibus patris; ex quo ſequitur, quod ſit dos profectitia; non aduentitia & idem colligunt ex Menochio *conſ.* 183. paulo ante *n.* 17. *verſic. nec obſtat*, id tamen, ſeu hoc dictum Nouelli procedere, quando filia contradixerit patri, vel etiam auo paterno dotanti, & proteſtanti, quod dotem ei dabat computato omni eo, quod filiæ deberetur de bonis paternis, & maternis aiunt Ripa *reſponſo.* 17. *num.* 1. *verſic. fortius dico de ſecundis nupt. vol.* 2. & Mantica *d. tom.* 9. *n.* 11. oppoſitum vero dicendum ſi filia conſentit proteſtationi, vel non contradicit; ita ijdem Ripa, & Mantica, & Aretinus *in lege* 1. *ff. ſolut. matrim.* & ſic tunc erit dos aduentitia; vt Mantica *ibidem*, vbi etiam poſt Socinum ſen. *in d. l.* 1. *numer.* 4. Iaſonem, *ibidem num.* 24. Corneum *conſ.* 16. *num.* 4. *lib.* 3. & Ripam, *loco citato* dicit. Quod ſi filia ſit dotata à patre de bonis aui propter renunciationem, & refutationem, quam fecit de bonis paternis, & maternis dos aduentitia magis, quam profectitia intelligitur; quia videtur dotata de bonis propriis, non vero ipſius patris. Sed de prædicta difficultate, & dicta traditione Bal. Nouellus *infra cap.* 4. *à num.* 78.

Verum etiam, ſi quis extraneus legauerit centum filiæ Sempronij, pro ea maritanda, an in dubio cenſenda eſſet dos profectitia, quæ datur filiæ contemplatione patris; quod à patre re ipſa profectum cenſeatur, quod illius contemplatione filiæ, vel filiu datur, vt *ſuprà num.* 21. dictum eſt, & probat dicta *l. profectitia, §. quod ſi quis patris donaturus*, dicendum videretur, quod ſit aduentitia, idque per Doctrinam Dyni *in l. cum aliquis, Cod. de Iure delib. & in l. filio ff. de condit. & demonſtrat.* quod contemplatione patris in dubio videtur relictum, ſi de eodem patre fiat mentio in diſpoſitione. Huic tamen Doctrinæ Dyni Campegius *dicta quæſt.* 10. *num.* 2. *verſic. & ex hoc*, & Rogerius *d. quæſt.* 10. *n.* 21. obiiciunt, *l. fin. in fine, Cod. de vſufruct.* vbi fuit facta mentio patris, & tamen in iudicio vult, quod cenſeatur relictum contemplatione filij potiùs, quàm patris, quaſi mentio patris facta ſit cauſa demonſtrationis, *l. his verbis, in fine, ff. de hæred. inſtitu.* & conſequenter dos illa legata filiæ Sempronij eſt dos aduentitia, & ita alios allegans Mantica *de coniect. vltim. volun. lib.* 8. *tit.* 16. *n.* 4. *verſic. & hac reg.* 25

Maior difficultas poſſet eſſe, ſi dos relicta pro maritanda filia Sempronij, non ſimpliciter, ſed ſub commemoratione patriæ poteſtatis, videlicet pro maritanda filia exiſtente in poteſtate Sempronij eius patris: Hoc enim caſu cenſeri legatum dotis, & quodlibet aliud legatum filio ſub commemorationem patriæ poteſtatis, factum contemplatione patris, ſentit Bartholus *in lege. filio, ff. de donat. cauſa mortis per l. filio* 42. *ff. de conditionibus*, & poſt eum alios allegans Mantica *d. tit.* 8. *num.* 5. declarans id intelligi, quando relictum conſertur in tempus, quo filius, vel filia ſit in poteſtate patris alioqui, inquit, ſi conferatur in tempus, quo futurus ſit ſui Iuris, debet ſine dubio intelligi relictum contemplatione ipſius filij iuxta *l.* 2. *de inſtit. & ſubſtit.* inata Barthol. *in tract. de duob. fratrib. verſic. aut ſit mentio patris, & patria poteſtatis*, & Cæphalum *conſ.* 485. *n.* 44. oppoſitum melius teneat Campegius *d. q.* 10. *n.* 2. *verſic. & ex hoc fine, & verſic. præterea*, & Conſtantius Rogerius *eadem quæſt.* 10. *n.* 14. *& ſeqq.* primo quia *d. l. filio*, teſtator non ſimpliciter ſub commemoratione patriæ poteſtatis reliquit, ſed conditionaliter, ſi in patria poteſtate manſiſſet. Secundo quia tempore *dicta l. filio*, quidquid acquirebat filius, acquirebat patri, *l. placet, ff. de acquirenda hæreditate*, ac proinde 26

de

de facili eius contemplatione præſumebatur relictum, cui de neceſſitate erat acquirendum; ſicut hodie contingit in ſeruo, *l. cum aliquis, Cod. de Iure deliberan.* & ideò de Iure digeſtorum idem erat in filia cui relinquebatur ſub commemoratione patriæ poteſtatis (quidquid ſecus dixerit Bartholus *in d. l. ſi filio*] vt conſtat *ex d. l. cum aliquis*; Hodie tamen cùm filius acquirat ſibi quoad proprietatem, iidem Campegius, & Rogerius diſtinguunt, vel enim relictum eſt aliud, quàm dotis, & tunc ſi fiat mentio ſimpliciter patris, aiunt non cenſeri relictum contemplatione patris, ſed videri factam eius commemorationem cauſa demonſtrationis, vt ſuprà dictum eſt, ſi verò relinquitur ſub commemoratione patriæ poteſtatis, tunc quoad vſumfructum cenſeri relictum factum contemplatione patris, cui quæritur, non quoad proprietatem, & ſic proprietatem non fore profectitiam, cùm verba in dubio debeant intelligi ſecundùm materiam ſubiectam, & diſpoſitionem Iuris, *l. damni infecti quidam in princ. ff. de damn. infect. & cap. cum dilectus, de conſuet.* vel tale relictum ſit, ſeu factum eſt pro dote, & tunc aiunt iidem Campegius, & Rogerius ſiue ſimpliciter, ſiue ſub commemoratione patriæ poteſtatis, non cenſeri relictum aliquid contemplatione patris, eo quod in dotibus ab extraneis prouentis non habeat pater aliquod ius, neque vſumfructum; cùm ex Iuris diſpoſitione totum ſit filiæ quantumcunque exiſtentis in poteſtate patris, *l. Pomponius Philadelphus, ff. famil. erciſc.* vnde commemoratio patriæ poteſtatis facta erat cauſa demonſtrationis *d. l. his verbis, in fine, ff. de hæred. inſtit.* Pro quorum maiori declaratione, ſciendum, quod hodie vſusfructus patris in iis tantùm caſibus acquiritur, in quibus Iure antiquo plena proprietas acquirebatur, *§. 1. Inſtitut. per quas perſonas nobis acquir.* Mantica *d. tit. 8. num. 22.* Iure autem antiquo quidquid acquirebat filius ſub poteſtate patris exiſtens, acquirebat patri, quoad vſumfructum, & quoad proprietatem *d. l. placet*; At verò eodem Iure antiquo dos etiam profectitia à patre filiæ donata, pleno Iure quoad proprietatem, & vſumfructum eidem filiæ acquirebatur *d. l. Pomponius.* Quapropter ſi pater dotans ſeu conſtituens dotem filiæ, ſtipulatus fuerit dotem filiæ reddi, diſſoluto morte viri matrimonio, eidem patri non acquiritur dos, neque quoad proprietatem, neque quoad vſumfructum, ſed quoad vtrumque acquiritur eidem filiæ, vt præter Campegium, & Rogerium *locis citatis* poſt Socinum ſeniorem *conſ. 100. num. 3. l. 3.* & Crauetam *conſ. 84. n. 15.* tradit Baldus Nouellus *de dote, p. 6. priuil. vltimo, & p. 8. priuil. 10.* Mantica *d. tit. 8. citato num. 22.*

Denique aduertendum dotem aliquando pro parte poſſe profectitiam eſſe, & pro parte aduentitiam, vt quando dos data eſt à patre de bonis paternis & maternis, & expreſsè fuerit declaratum iuxta *l. vltimam, ff. de dotis promiſſione*, & id poſt alios notauit Mantica *dicto tit. 8. num. 18.*

§. III.

An dos data, aut promiſſa, aut legata, de bonis ſuis ab auo paterno nepti ſit profectitia, vel aduentitia.

28 Reſolutio pendet ex eo, an dos præfata conſtituta, & data ſit de ſuis bonis ab auo contemplatione filij patris neptis, an verò contemplatione ipſius neptis, ſi enim data, vel cenſenda ſit data, & conſtituta contemplatione filij patris neptis, certum eſt fore dotem profectitiam, ac ſi à patre eiuſdem neptis prouenisset, vt notatum eſt *ſuprà num. 21.* probant *l. ſed ſi plures, §. in adrogato, ff. de vulgari, l. aditio, §. fin. ff. de acquir. hæred. l. cum oportet, in princ.* ibi, *non ex eius ſubſtantia*; *& allegata l. profectitia, in princ.* ibi, *vel à parente, & §. ſi quis patri donatorus*, & tradunt Campegius, & Rogerius allegati *ſuprà d. num. 21.* Baldus *in d. l. profectitia, in principio,* Mantica *de coniecturis vltimarum voluntatum, libro 8. tit. 16. num. 1. & 12. de tacit. & ambig. conuent. lib. 12. tit. 8. num. 11.* Simon de Prætis *de interpr. vltim. vol. lib. 1. interpret. 2. dub. 2. ſolut. 6. num. 1.* Surdus *deciſ. 118. nu. 2. & deciſ. 169. num. 3.* Stephanus Gratianus *diſcept. for. tom. 1. cap. 50. num. 7.* & Doctores, qui *infra* referuntur, & alij communiter. Paria enim ſunt [vt notat Surdus *dicto num. 2.*] quod ego ſoluerim, vel alius contemplatione mea *d. l. aditio*, vbi Baldus ait, *meum eſſe, quod mea contemplatione alteri conceditur.* Quia etiam idem Surdus *d. deciſ. 169. citato num. 3.* ait, *id verè dici à patre prouenire, cuius contemplatione filio relictum eſt*, quia videtur primo datum patri, & breui manu à patre ipſi filio, vt inquit Angelus *in l. in quartam, num. 17. ff. ad Falcid.*

Sed valdè controuerſum eſt inter Iuriſperitos, quandonam dos ab auo paterno relicta, vel data nepti cenſenda, ſeu exiſtimanda ſit legata, & data contemplatione filij, vel neptis, de qua controuerſia Cephalus *conſ. 105. lib. 1. & conſ. 485. l. 4.* Menochius *de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 17. conſ. 81. conſ. 151. conſ. 183. & conſ. 796.* Peregrinus *de fideicomm. art. 37.* Hondedeus *conſ. 90. lib. 1.* Maſcardus *de probat. concl. 574.* Gabriel *comm. concl. tit. de Iure dotium, concl. 5.* Magonius *deciſ. for. 13.* Surdus allegatis *deciſionibus, & conſil. 361. lib. 3.* Simon de Prætis *de interpret. vltim. volunt. lib. 1. interpret. 2. dub. 2. ſolut. 6.* Mangilius *de imputationib. quæſt. 20. & quæſt. 21.* Merlinus *de legitima, lib. 2. tit. 2. quæſt. 8.* Gauagnolus *in annotationibus ad l. dedit dotem, ff. de collatio. in deciſ. 30. libro 1.* & latiſſimè *in obſeruatione ad dictum conſ. 151. Menochij*, Borellus *in ſumma deciſ. part. 3. tit. 4. à numero 91. ad 102.* Graſſus *de ſucceſſ. § legitima, quæſt. 19. & 24.* Hodierna *in addit. ad deciſ. Surdi, deciſ. 118. num. 6. & deciſ. 169.* Rota Romana *deciſ. 145. & 146. p. 6. diuerſorum*, Rubeus, & alij ab iiſdem relati præſertim à Borello, Merlino, & Hodierna. Præfati enim Iuriſperiti ferè omnes ex reſolutione, quod dos legata, vel data ab auo paterno nepti cenſeatur data; vel legata contemplatione filij, vel neptis, reſoluunt, an ſint necnè imputanda filio in legitimam reſpectu aui, & nepti reſpectu patris, nam ſi data, & legata contemplatione filij imputatur illi in legitimam ab auo eius patri debitam, & nepti in legitimam eidem debitam ac filio, ſi verò cenſeatur data, aut legata contemplatione eiuſdem neptis, non imputatur filio in legitimam reſpectu eiuſdem aui, neque nepti in legitimam reſpectu filij, ſed in legitimam reſpectu aui de ſuis bonis dotantis. 29

Certum eſt cenſeri datam contemplatione neptis, 30
ſi conſtat expreſsè auum de ſuis bonis conſtituiſſe, vel dediſſe dotem nepti intuitu, & contemplatione ipſius neptis, vt loquitur *l. auus, ff. de Iure dotium*; quo caſu dotem non eſſe profectitiam, nec acquiri filio, nec eidem filio in legitimam imputari, ſed eſſe aduentitiam, & acquiri nepti ipſi, tradunt Bartholus *in d. l. auus, & in d. l. dotem dedit, ff. de collat.* Angelus *conſil. 78.* Alciatus *17. præſumpt. num. 2. reg. 1.* Gamma *deciſ. 34. num. 1.* Graſſus *d. quæſt. 19. n. 7.* Gabriel *d. concluſ. 5. num. 7.* Maſcardus *d. concl. 524. num. 5.* Magonius *d. deciſ. 13. num. 4.* Iuriſperiti *num. præcedenti* relati, & alij apud Gabrielem, Maſcardum, & Graſſum, & Doctores communiter.

Idem dicendum, ſi per coniecturas conſtaret, ſeu 31
probaretur auum de ſuis bonis dotaſſe neptem, cen-

ſenda enim foret data intuitu neptis, & aduentitia, nec imputaret, filio in legitimam, cenſeri enim dotem datam neptis contemplatione, & ſic non eſſe profectitiam, nec computari filio in legitimam, ſi non ſolum expreſſe, & per veras probationes conſtet contemplatione neptis præſtitam, ſed etiam ſi appareat, ſeu conſtet, vel probetur per indicia, & coniecturas, auum dediſſe neptis contemplatione tradidere *in d. l. in quartam, in fine, verſ. quid autem, ſi auus* Gabriël *dicto conſ. 5. numero ſexto*, Maſcardus *dicto numero* 5. Hondedeus *d. conſ. 90. numero* 9. Mangilius *d. quæſtio. 20. num.* 7. *& d. quæſt. 21. numero* 32. Rota *d. deciſ. 145. num. 26.* & alij Iuriſperiti à Gabriele, Maſcardo, & Hondedeo allegati. Qui tamen omnes, ſicut & Rota ad probandum dotem fuiſſe ab auo datam nepti contemplatione eiuſdem non ſufficere quæcumque indicia & coniecturas etiam leues: Sed debere vehementibus indiciis, & coniecturis non leuibus reſoluunt *iiſdem locis* cum aliis, quos allegant.

32 Difficultas ergo, ſeu controuerſia procedit, quando verſamur in dubio, an auus dotem dederit, vel legauerit nepti contemplatione eiuſdem neptis, quia non conſtet expreſſe nec indicia, aut coniecturæ de hoc apparent, an in huiuſmodi dubio dos data, vel legata ab auo paterno de ſuis bonis præſumi debeat data, vel legata contemplatione filij potius, quam neptis, & conſequenter eſſe dotem profectitiam, & filio computandam in legitimam reſpectu bonorum eiuſdem aui: Igitur etiam in caſu dubio dotem ab auo paterno legatam, vel datam nepti cenſeri datam, aut legatam contẽplatione ipſius neptis, & ſic eſſe aduentitiã, nec filio imputandam in legitimam, reſpondit Corneus *conſil. 34. n. 3. lib. 4.* à Menochio *d. conſ. 183. num. 32. & d. conſ. 796. n. 31.* Gabriel *d. concl. 5. num. 18. fine*, & Hondedeo *d. conſ. 90. n. 3.* ad id relatus, & idem dixiſſe, & ſenſiſſe Alexandrum *conſ. 8. n. 7. lib. 3. & conſ. 138. num. 3. lib. 5.* Socinum ſen. *conſ. 33. n. 16. lib. 3.* Socinum iun. *conſ. 79. numer. 52. & 53. lib. 3.* Cæphalum *conſ. 253. numero 44. lib. 2.* Decianum *conſ. 9. n. 15. lib. 3.* referunt Gabriel *d. n. 18.* Menochius *d. conſ. 183. n. 32. & d. conſ. 796. d. numero* 31. & Hondedeus *d. num. 3.* & eſſe opinionem communem dixere Corneus, Socinus ſen. Decianus, Gabriel, & etiam Menochius *d. conſ. 183. num. 32.* vbi quoque illam approbat ſaltem tanquam probabilem, & probabilem cenſet etiam Peregrinus *d. art. 37. numero 24. fine.* Quæ ſententia probatur primo per Textum *in d. l. auus, ff. de iure dotium.* Secundo ex eo, quod donata ab auo nepti cenſeri aduentitia non profectitia, atque ita data contemplatione neptis, non filij, tradidere Gloſſa *in l. quæſitum* §. 1. *& in l. qui aliena* §. *interdum ibidem*, Bartholus, Baldus, Iaſon, Imola, quos, & alios plures Iuriſperitos idem dicentes referunt Gabriel *dicta concl. 5. numero* 18. Menochius *d. conſ. 183. numero 15. & d. conſ. 796. numero* 31. Merlinus *d. quæſt. 8. num.* 25. Cauagnolus *obſeruat. ad conſ. 151. Menochij numero 6. &* 7. & Borellus *d. tit. 4. num.* 98.

33 Verum quidquid ſit, quando auus donat, vel legat ſimpliciter nepti, quando dat, vel promittit, vel legat nepti pro dote, dotem datam, aut promiſſam, aut legatam in dubio, & vbi nihil aliud appareat præſumi datam, promiſſam, & legatam contemplatione filij, non neptis, & ita eſſe profectitiam, & conſequenter filio imputari in legitimam, eſt communis, immo communiſſima Iuriſperitorum ſententia, ita Baldus *in l. dotem dedit, ff. de collatione bonorum, & conſilio 131. numero* 1. Angelus *in l. in quartam, in fine, ibidem* Alexander *n.* 127. Picus *num. 141. & n.* 173. Ripa *n. 202. fine, ff. ad l. falcid.* Alciatus *reg. 1. præſumpt. 17. n. 1. &* 4. Decius *conſ. 81. num.* 5. Neuizanus *conſ.* 76. Mantica *de tacit. & ambig. lib. 12. tit. 8. n. 11. & tit. 9. n.* 19. Gamma *deciſ. 23. n.* 3. Stephanus Gratianus *tom. 1. diſcept. for. cap. 50. num.* 7. ex Iuriſperitis *ſuprà num.* 29. relatis Cæphalus *d. conſ. 105. num. 22. &* 43. Menochius *d. præſumpt. 17. n. 18. d. conſ. 151. num. 4. & 16. verſic. non obſtat quartum d. conſ. 183. n.* 32. & latius *d. conſ. 796. num.* 35. Gabriel *d. concl. 5. n.* 4. Peregrinus *d. art. 37. num. 1. & 21. & in ſuis deciſionibus deciſ. 166. n.* 9. Magonius *d. deciſ. 13. n.* 7. Simon de Prætis *d. interpr. 2. dub. 2. ſolut. 6. n. 19. & libro 4. interpr. 1. dub. 12. num.* 24. Maſcardus *d. concl. 574. n.* 2. Surdus *d. deciſ. 118. num. 8. & conſ. 361. n.* 31. Mangilius *d. tr. de imput. q. 19. n. 16. 17. 18. quæſt. 20. num. 4. & 5. & quæſt. 21. numer. 3. &* 31. Merlinus *d. quæſt. 8. num.* 37. Hondedeus *d. conſ. 90. num.* 38. Martha *de ſucceſſ. p. 1. quæſt. 25. art. 11. n.* 6. Craſſus §. *legitima d. quæſt. 19. num. 6. verſic. contrarium vero, & d. quæſt.* 24. Borellus *d. tit. 4. à num. 91. ad* 100. Cauagnolus *d. deciſ. 30. & in obſeruatione ad d. conſilium 151. Menochij num. 9. & ſeqq.* Stephanus Gratianus *tom. 1. cap. 50. num.* 6. Rota Romana *d. deciſ. 145. num. 9. & dicta deciſ. 145. parte 6. diuerſor. & deciſ. 440. numero* 1. apud Seraphinum, quæ eſt *deciſ. 706. p. 1. diuerſor.* & alij innumeri, quos *locis allegatis* referunt Surdus, Gabriel, Menochius, Rota, Mangilius, Cauagnolus, & Maſcardus. Vnde dos ſic ab auo data nepti contemplatione filij, cenſetur prius data filio, & breui manu à filio data nepti, vt tradit. Angelus *in d. l. in quartam*, Cynus *in l. ſcimus, quæſtio. 5. Codic. de inoffic. teſtam.* Cæphalus *d. conſ. 105. num.* 22. Hondedeus *d. conſ. 90. n.* 11. Merlinus *d. q. 19. n.* 17. & apud eoſdem alij, iuxta *l. 3. §. fin. ff. de donat. inter vir. & vxor. & l. ſingularia, ff. ſi certum petatur.*

Primo probatur ex ſententia ex traditis *ſuprà num.* 10. quia dos dicitur profectitia, & non aduentitia, quando proficiſcitur à patre, vel à parente, ſcilicet, vel ab auo, vel proauo paterno, & quæ de bonis eius profecta eſt pro filia, nempe vel pro nepte, vt ex *num.* 10. dictum eſt, & ait Textus *in d. l. profectitia in princip. ff. de iure dotium*, & tradunt Campegius, & alij Doctores eodem *numero* 10. & etiam *numero* 9. allegati, quod eſt euidens argumento iuxta *d. l. profectitia*, & Doctores *ibidem* allegatos dotem ab auo datam nepti præſumi contemplatione filij non neptis, quod idem per *d. l. profectitia* tradit Cæphalus *d. conſ. 105. num.* 38.

Secundo probatur communiter per Textum *in d. l. dotem dedit* [alij legunt, dedit dotem] *ff. de collatione bonorum* cuius verba ſunt, *Dotem, quam dedit auus paternus, an poſt mortẽ aui mortua in matrimonio filia patri reddi oporteat, quæritur occurrit æquitas rei, vt quod Pater meus propter me filiæ meæ nomine dedit proinde ſit, atque ipſe dederim, quippe officium aui circa neptem ex officio patris erga filiam pendet, & quia pater filiæ, ideo auus propter filium nepti dotem dare debet. Quid ſi filius à patre exhæredatus eſt, exiſtimo non abſurde etiam in exhæredato filio idem poſſe deffendi, nec infauorabilis ſententia eſt, vt hoc ſaltem habeat ex paternis, quod propter illum datum eſt.* Igitur *in d. l. dotem dedit, ſupponitur dubium fuiſſe, an dos per auum nepti data deberet reuerti ad patrem neptis ſoluto matrimonio*, & reſpondet I. C. Celſus, debere reuerti rationem reddens, quod dos nepti ab auo data fuerit contemplatione filij, illis verbis, quod cum relictum ab auo propter filiam cenſeatur, perinde eſt, atque ſi ab eo ipſo filio relictum eſſet, ideo ad eum reuerti debere, ex quo Merlinus *dicta quæſtio. 15. numero* 30. infert dotem datam, ſeu relictam nepti imputari ipſi filio in legitimam ſibi debitam in bonis aui, & imputari ipſi filiæ in legitimam debitam in bonis filij patris ſui. Et licet Gloſſa *ibidem* Alciatus *d. præſumpt. 17. num.* 3. Borellus *d. tit. 4. n.* 96. & Cauagnolus *obſeru. ad d. conſ. 177. Menochius* 34

chius

chius num.5. dicant *d.l.dotem dedit*, non procedere in dubio, an dos data, vel relicta, ſeu data contemplatione filij aut neptis, ſed in caſu, in quo per coniecturas conſtabat dotem datam, vel relictam contemplatione filij, quod probare ait Borellus illa verba, *Quod pater meus, propter me*, & illa in fine; *Quod propter illũ datum eſt.* Nihilominus (vt etiam notauit Merlinus *d. n.30.*) ex illo Textu inferri poteſt, quod ibi conſtaret intuitu filij dotem ab auo fuiſſe nepti relictam, cum proponat, & enarraret caſum dubium vſque ad illa verba, *occurrit equitas* &c. vbi purè loquens reſoluit dubium, nec apparet, quod ibidem aliqua militaret coniectura, & ex illis verbis. *Propter me, vel propter illum* non poteſt inferri dotem fuiſſe ab auo expreſſe relictam nepti propter filium, ſed inferri præſumptiuè relictam filij intuitu, vt Doctores communiter intellexerunt.

36 Et ſi etiam Hondedeus *d.conſ. 90. num. 23.* ex Cæphalo *ad conſ.485.num.71.* Riminaldo ſen. Ruino, & aliis cenſet *d. l. dotem dedit*, habere locum ſolum in diſpoſitione inter viuos, & quando auus viuens dat dotem nepti, ſecus vero quando auus de dote prouidit in vltima voluntate legans nepti dotem. Nihilominus præallegati Doctores, & alij communiter intelligunt habere locum etiam in dote ab auo nepti legata, vt inata *d. l. dotem dedit*, in dubio præſumatur relicta nepti contemplatione filij ob rationem ibidem adductam, quod officium aui circa neptem ex officio patris erga filiam pendet, & quia pater filiæ, & ideo auus propter filium nepti dotem dare debet, ac proinde ſiue auus det actu dotem, ſiue illi leget pro dote, ſemper pro filio, vel propter filium, & ſic filij contemplatione dotem dediſſe, vel legaſſe in dubio præſumitur, vt *infrà* etiam explicatur.

37 Et ſi quoque Ruinus *in d. l. in quartam numero 59. fin. ff. ad l.fal.* Menochius *dicto conſ.183. numero 25.* & Hondedeus *dicto conſ.90. numero 36.* dicant *d. l. dotem dedit*, procedere ſolum ad effectum, vt pater mortua filia ab auo dotata poſſit exigere dotem illam tanquam profectitiam, & quoad hoc dici profectitiam, non vero quoad hoc vt imputetur filio in legitimam, & etiam iidem Menochius, & Hondedeus *ibidem* poſt Aretinum *conſ.17. numero 20. verſic. ad ſeptimum igitur*, & Corneum *dicto conſ. 34. numero 3. libro 4.* & Peregrinus *dicto art.37. numero 3.* velint eandem *l. dotem dedit*, loqui, quando dos ab auo data nepti ex filio iam reuerſa eſt ad patrem, quo caſu vti iam, vt quid profectitium eſt imputanda filio in legitimam, vnde à contrario ſenſu, ſcilicet vbi non eſt reuerſa, ſed neptis penes ſe haberet, non eſſet quid profectitium quoad imputationem filio in legitimam. Nihilominus huiuſmodi interpretationem rectè reiicit Merlinus *d. quæſtio. 8. numero 31.* cum Textus in *d.l.dotem dedit*, ſatis probet etiam, quando mortis neptis tempore dos nondum eſſet reuerſa, quia ponit concluſionem generalem ad hunc quoque caſum adaptabilem ſi conſiderentur illa verba, *occurrit equitas, vt quod pater propter me filiæ meæ dedit perinde ſit, ac ſi ipſe dederim.* Quippe [rationem reddit Celſus I. C. pariter ponderandam] *officium aui circa neptem ex officio patris erga filiam pendet, & quia pater filiæ, ideo auus propter filium nepti dotem dare debet*, idque ait Merlinus magis probari ſequentibus verbis, ibi, *exiſtimo non abſurdè idem defendi poſſe exhæredato filio.*

38 Hinc tertio probatur, quia dotare filias eſt officium paternum, & pater indiſtinctè propter ſe tenetur dotare filias, etiamſi ſit in poteſtate aui, *d.l.dotem dedit*, ibi, *ex officio Patris erga filiam, & quia pater filiæ, l. qui liberos, ff. de ritu nupt. & l.fin. Cod. de dotis promiſſ.* & ſic eſt debitum neceſſarium paternum, & pariter onus dotandi neptes incumbit auo propter filium, ita quod officium, ſeu obligatio aui dotandi neptes pendet ex officio patris erga filium, & ſic auus dicitur teneri pro filio, eadem *l. dotem dedit, & d. l. qui liberos*, quæ loquitur non ſolum de patre, ſed generaliter de habente filiam in poteſtate: Vnde etiam dotare filias eſt debitum neceſſarium, & paternum, & auitum, paternum principaliter, & propter ſe, auitum tantum acceſſoriè, & propter filium immediatè obligatum, vt ex *dicta l. dotem dedit*, conſtat & Cæphalus poſt alios declarat *dicto conſ. 105. numero 36. ad 41.* & poſt eum Hondedeus *dicto conſ.90. numero 1.* Cauagnolus *d. obſeruat. ad d. conſ. 151. Menochij numero 9.* & Rota *d. deciſ. 146. numero 4. & 5.* Cum ergo auus non teneatur dotare neptem propter ſe, ſed propter filium immediatè, & propter ſe obligatum, dum dotem nepti dat, vel nomine filij expreſſe, vel ſimpliciter, & non apparet quod ſolum gratia neptis, intelligitur, ſeu præſumitur dotare nomine filij, nempe ad ſatisfaciendum debito filij, ſiue filius tunc ipſe potuiſſet dare, quia diues [quo caſu dicitur auus dotem nepti dari pro filio] ſiue idem filius non potuiſſet dare ob inopiam, quo caſu dicitur auus dotem dare nepti propter filium vt latè explicat Cephalus *dicto conſ. 105. numero 38.* & poſt eum Rota *citata deciſ. 146. numero 4.* notauit etiam Simon de Prætis *d. numero 24.* Quare iuxta Doctores communiter aliud eſt, quando auus dat, donat, vel legat aliquid nepti ſimpliciter, ad quod eius pater non teneretur, aliud quando dat, donat, vel legat nepti non ſimpliciter, ſed pro dote, vel alimentis, vel ex cauſa expreſſe, ad quam filius teneretur, primo enim caſu datum, vel relictum præſumitur in dubio datum, vel relictum intuitu, & gratia neptis, & cenſetur aduentitium, vt tradunt Doctores *ſupra numero 32.* relati, & alij allegati à Menochio *dicto conſ. 796. numero 3.* Peregrinus *d. art.37. numer.27.* Mangilius *d. quæſtio. 21. numero 50.* Merlinus *d. quæſt. 8. numer.33. initio, & 43.* Magonius *d. deciſ.13.numer.7.* Cauagnolus *allegata obſeruat. n.11.* Rota *d. deciſ.145. n.16.* & alij à Gabriele, Menochio, Mangilio, Merlino, & Cauagnolo *locis ſupra d. n.32. in fine* allegati per Textum *in l. quæſitum §. 1. ff. de legat. 1. & in l. qui aliena §. interdum, ff. de acquirenda hæredit.* licet hoc non tranſeat ſine difficultate *vt infrà n.44.* in altero vero caſu cum dos ſit debitum neceſſarium filij propter ſe, & aui propter filium ex diſpoſitione legali datum, vel relictum ab auo nepti pro dote, filij contemplatione præſumitur datum, vel relictum, vt tendunt Doctores *ſuprà n.33.* relati, & alij apud eoſdem communiter.

Quarto probatur, quia in dubio præſumendum eſt 39
auum prouidentia filiorum feciſſe, *l. Quintus Marius in fine*, ibi, *magis enim eſt, vt prouidentia filiorum ſuorum feciſſe videatur, ff. de annuis legatis*, facit, & illud, quod auus de filiorum ſalute ſollicitus eſſe dicitur, *l. cum pater §. mando filiæ meæ pro ipſius ſalute ſollicitus, ff. de legat. 2.* Tiraquellus latè *in præfat. l. ſi vnquam n. 11. Cod. de reuocand. donat.*

Demum [omiſſis aliis argumentis, quæ apud Mer- 40
linum *d. quæſt. 8. numero 32. & ſequentibus*, & Cauagnolum *d. obſeruat. ad conſ.151. Menochij*] probatur ex ordinata Charitate, ſeu ex ordine Charitatis & dilectionis, qui ſumitur ex arctiori ſanguinis coniunctione vt DD. *in l. Gallus §. quidem, ff. de liberis, & poſthumis*, & latè alios allegans Menochius *d. præſ. l.4. præſump. 56. n.4. verſic. tertia*, magis cum diligitur filius, qui eſt patri coniunctior, quàm neptis, quæ eſt remotior

ſecundùm ordinatam Charitatem, vt conſtat etiam *ex leg. fin. Cod. de verbor. ſignificatione*, & tradunt Menochius *d. num.* 4. & Surdus *deciſ.* 322. *num.* 51. in dubio ergo (ne excludatur filij amor ab ordinata Charitate liberorum) dum auus dat, vel legat nepti dotem præſumitur facere cauſa filij non neptis.

41 Neque contrarium ſenſere Corneus, & alij Iuriſperiti *ſuprà numero* 32. relati, quia *in locis ibidem allegatis* intelligi debent de legato ab auo nepti ſimpliciter facto de re, ad quam filius neptis pater non tenebatur, non autem in legato dotis. Nam Textus *in d. l. quæſitum*, & *in d. l. qui in aliena*, quibus Corneus; & alij nituntur, loquuntur de ſimplici legato nepti facto, non de legato dotis, ita Menochius *d. conſ.* 796. *num.* 32. & quatenus loquuti fuiſſent etiam de legato pro dote ab auo facto nepti, malè eos ſenſiſſe aiunt Magonius *d. deciſ.* 13. *num.* 7. Cauagnolus *d. obſeruat. ad conſ.* 151. *Menochij, numero* 12.

42 Non obſtat etiam Textus *in d. l. auus* pro contraria ſententia *ſuprà n.* 32. adductus, quia (vt *ſuprà nu.* 30. notatum eſt) procedit quando expreſsè conſtat, vel per vehementia indicia apparet auum dotaſſe neptem ſola contemplatione neptis, & ita intellexerunt præfatum Textum Peregrinus *d. art.* 37. *num.* 12. Magonius *d. deciſ.* 13. *num.* 4. Gabriel *d. concl.* 5. *numero* 6. Borellus *dicto tit.* 4. *num.* 97. Cauagnolus *d. obſeruat. ad conſ.* 151. *Menochij, num.* 10. *verſic. Nec in contrarium*, & alij, quos Gabriel, Magonius, & Cauagnolus referunt.

43 Denique non obſtat traditio Gloſſæ *in d. l. quæſitum*, & Iuriſperitorum, de quibus *ſuprà num.* 32. *in fin.*, & aliorum, quos referunt Gabriel, Menochius, Merlinus & Cauagnolus *locis ibidem allegatis*, quod donata ab auo nepti cenſeantur aduentitia, nam loquuntur de dato, vel legato ſimpliciter facto per auum nepti, ad quod pater neptis non teneretur vt explicatum eſt *ſuprà num.* 38. non de dato, vel relicto nepti prò dote, & ex alia cauſa, ad quam filius teneretur.

44 Circa quam traditionem Gloſſæ, & aliorum, quod datum, vel relictum ab auo neptibus, non in cauſam dotis dicatur aduentitium duo aduertit Simon de Prætis *d. libro* 4. *citato dub.* 12. *num.* 13. Primum rarò contingere, quod attendentes relinquendo fœminis deſcendentibus innuptis non dicant pro dote,, vel quando nupſerint, vel pro eis maritandis. Alterum, quod etiam, quando etiam eiſdem fœminis deſcendentibus, quid, ſimpliciter ſufficiens ad dotem eſſet relictum per auum paternum poſſe intelligi, & ſeu præſumi relictum pro dote, licèt non expreſſo nomine dotis relictum ſit nepti factum, quod idem dicit Rota *d. deciſ.* 143. *num* 17. Probat Simon, quia quando pater aliquid legat filiæ innuptæ etiam non expreſſo nomine dotis, legatum præſumitur factum pro dote, animoque compenſandi cum dote illi debita, quod idem tradunt Rolandus à Valle *conſilio* 22. *libro* 4. dicens eſſe communem, Menochius *de præſumpt. libro* 4. *præſumpt.* 109. *numero* 16. & 24. Gloſſa, Bartholus, Alexander, Iaſon *in leg. huiuſmodi*, §. *cum pater*, *ff. de legat. primo*, Cremenſis *ſing.* 3. Campegius *de dote, parte* 1. *quæſt.* 37. & plures alij Iuriſperiti à Campegio, Simon de Prætis, & Menochio relati, & quod pater ſimpliciter relinquens filiæ intelligatur relinquere pro dote; rationem eſſe aiunt, quod pater tenetur dotare filiam, *d. l. qui liberos, ff. de ritu nupt.* & *d. l. fin. Cod. de dotis promiſſione*, ex hoc enim ſimpliciter legando, vel dando filiæ, intelligitur relinquere, & dare pro illo debito legali, ſcilicet obligatione, & cauſa, qua tenetur, vt probat Textus *in l. ſi cùm dotem*, §. *ſi pater*, *ff. ſoluto matrimonio*, & hoc notant etiam Surdus *deciſ.* 244. *numero* 2. & poſt alios Rota *d. deciſ.* 145. *citato num.* 17. Hinc concludit Simon de Prætis etiam relictum ſimpliciter ab auo factum nepti præſumi factum pro dote illius. Auus enim paternus ſicut, & pater continetur *d. l. qui liberos, vt ſuprà numero* 38. notatum eſt, vt proinde teneatur dotare neptem, quod & aſſerere Baldum Nouellum *in l.* 1. *num.* 103. *ff. ſoluto matrimonio*, & Speculatorem *tit. de iudic.* §. *ſequitur, verſic. Quod ſi vnus ex fratribus, parte* 4. refert idem Simon, & Dos promiſſa per auum paternum intelligitur promiſſa de bonis ſuis ſicut promiſſa per patrem de bonis paternis, vt Bartholus *in d. l.* 1. *num.* 2. & 12. & *ibi*, Ripa *numero* 76. *ff. ſoluto matrimonio*: ergo eadem ratione dicendum, eſt auum paternum ſimpliciter relinquendo neptibus intelligi relinquere, aut legare pro earum dotibus, provt intelligitur in patre relinquente, cùm non appareat ratio diuerſitatis, imo adſit ratio identitatis, & ſic eſt idem Ius, *l. illud, ff. ad l. Aquil.* & *l. à Titio, ff. de verbor. obligat.* ita & rectè Simon de Prætis, & ita relictum ſimpliciter nepti innuptæ ab auo cenſeri profectitiam tanquam pro dote ſentit etiam Merlinus *d. qu.* 8. *num.* 42. alios allegans.

Suppoſita igitur præfata communiſſima ſententia, 45
quod dos data vel relicta ab auo paterno nepti in dubio cenſeatur data, vel relicta contemplatione patris neptis, quod auus voluerit dare, vel relinquere gratia, amore, intuitu neptis erit probandum, vel per veras probationes, vel per coniecturas, vt poſt alios notauit Mangilius *de imput. d. quæſt.* 20. *d. numero* 21. Præſumptio enim Iuris in aduerſarium transfert onus probandi contrarium præſumptioni, & Doctores communiter, & trado *in parte præcedenti de alimentorum obligatione, cap.* 16. *num.* 962. Quibus autem coniecturis probari poſſit, tractant plures Iuriſperiti ex præallegatis *ſuprà numero* 29. quas breuiter examinabo.

Coniecturæ, & præſumptiones variæ, ex quibus Iuriſperiti aiunt colligi, & probari, an auus paternus nepti dotem dederit, vel promiſerit, aut legauerit contemplatione ipſius neptis, vel filij neptis patris.

PRIMA CONIECTVRA.

Eſt prima coniectura, quod ſi pater eſt diues, & 46
poteſt commodè dotare filiam, ſicque aui neptem, Auus paternus nepti dotem dans, ſeu conſtituens præſumitur dare, & conſtituere contemplatione ipſius neptis, non filij, & ſic dos eſt aduentitia: Si verò filius eſt inops præ paupertate non potens dotare filiam, Auus nepti dotem conſtituens præſumitur filij, & non ipſius neptis intuitu conſtituere, & ſic eſt dos profectitia, ita Menochius *conſ.* 81. *num.* 48. *conſ.* 151. *numero* 11. *conſ.* 183. *num.* 14. *conſ.* 796. *num.* 33. & 34. & *l.* 3. *præſ.* 17. *num.* 3. 4. & 6. Maſcardus *d. concl.* 174. *num.* 6. Gabriel *com. concl. tit. de Iure dotium, allegata concl.* 5. *num.* 8. Graſſus §. *legitima d. q.* 19. *n.* 6. *verſ. finem*, & *d. q.* 24. *n.* 2. & plures alij Iuriſperiti relati ab iis præſertim à Menochio, qui tamen malè allegat [vt aduertit Simon de Prætis *de interpret. vltim. volunt. libro* 1. *interp.* 2. *dub.* 2. *ſolut.* 6. *num.* 19. *in fine*] Alexandrum *in l. in quartam, num.* 28. *ff. ad l. Falcid.* & *in conſ.* 138. *num.* 3. cum teneat contrarium, vt oſtendit *ibidem*, Simon de Prætis, & *infrà* explicabitur. Primum, quod auus dotans neptem, quando filius eſt diues, & poteſt dotare, probatur, quia cùm tunc filius teneatur dotare, & non auus, & ſic auus cum ſponte dotet neptem cenſendus eſt neptem dotare ob ſangui-

nis

nis coniunctionem, & ipſius contemplatione, & non filij, & ſic dos eſt aduentitia, nec computatur filio in legitimam iuxta eoſdem Doctores, & alios ab eiſdem allegatos. Secundum verò quod vbi pater eſt pauper impotens ad dotandam filiam auus illam dotans cenſeatur, dotare contemplatione filij, probatur quia tunc auus nepti dotem dare tenetur propter filium, & ita intelligitur dotare contemplatione filij, & vt exoneret filium, & ſeipſum debito legali dotem dandi filiæ, & ita dos eſt profectitia, & imputatur filio in legitimam iuxta eoſdem Doctores.

47 Oppoſitum, & dotem datam, ſeu conſtitutam ab auo paterno nepti habenti patrem diuitem, qui commodè eam poterat dotare cenſeri datam, & conſtitutam contemplatione filij exonerando, & releuando eum à dote, quam poſſet, & teneretur dare filiæ ſuæ & ſic eſſe profectitiam, & dotem ab auo paterno datam nepti habenti patrem inopem, qui non poteſt eam dotare, cenſeri datam contemplatione non filij, ſed neptis ipſius, ne remaneat indotata ob patris impoſſibilitatem, & ſic eſſe aduentitiam, nec filio computandam in legitimam, tenent Alexander *locis ſupra allegatis* (vbi dicit quod quando filius eſt diues, dos ab auo paterno data nepti computatur filio in legitimam, ex quo infertur ſecundum ipſum cenſeri datam contemplatione filij, vt Simon de Prætis *loco ſuprà citato*) *& conſilio* 154. *num.* 4. *libro* 7. Natta *conſ.*364. *num.* 6. 22. *&* 32. Peregrinus *de fideicommiſſ. dicto art.* 37. *num.* 5. *&* 8. Martha *de ſucceſſionibus, quaſt.* 18. *artic.* 6. *num.* 33. *&* 34. Petrus Barboſa *in l.* 1. *parte* 4. *num.* 123. *ff. ſoluto matrimonio*, Mangilius *de imput. quaſt.* 19. *num.* 18. *& duobus ſequentibus, & quaſt.* 20. *num.* 8. *&* 10. *& quaſt.* 21. *num.* 53. & plures alij Iuriſperiti relati à Peregrino *dictis numeris* 5. *&* 8. Mangilio *d. quaſt.*20. iiſdem *numero* 8. *&* 10. & à Simone de Prætis *dicta ſolut.* 6. *citato numero* 19. Primum, quod quando pater eſt diues habens de ſuo, vnde poſſit propriam filiam dotare, quam proinde ipſe, & non auus dotare tenetur, dos data, vel relicta ab auo paterno nepti, cenſeatur data, & relicta contemplatione filij, probant præfati Doctores, quia cum filius patris neptis diues teneatur, & poſſit dotare, auus non obligatus dotare, dum ſi neptem dotat, non præſumitur dotare animo donandi, ſed pro negotio filij, atque adeò id facere præſumitur animo repetendi, vel compenſandi, quod latius declarant Peregrinus *d. art.* 37. *num.* 6. *&* 7. & Mangilius *d. quaſt.* 20. *num.* 10. 11. *&* 12. & præſertim exemplo alimentorum præſtitorum ab eo, qui præſtare non tenebatur, quod ſcilicet in dubio præſtitiſſe cenſeatur animo repetendi ab eo, qui alere tenebatur, & poterat, quaſi negotium vtile debentis alimenta geſtum dicatur, *l. Neſennius, ff. de negotiis geſtis*, vbi Bartholus & alij ſcribentes, de qua re latè egi *in præcedenti parte de alimentis, cap.* 16. vbi *num.* 912. probaui matrem, quæ de ſuo præſtitit alimenta filio eius patre diuite ſuperſtite, vel ſuperſtite auo paterno diuite, non præſumi præſtitiſſe animo donandi, ſed repetendi à marito diuite, qui poterat alere filium, vel ab auo paterno diuite, cui defuncto patre incumbebat onus alendi nepotem, ac proinde poſſe repetere actione negotiorum geſtorum, cùm mater ſic alens filium mariti diuitis, vel neptem aui diuitis gerat vtile negotium mariti, vel aui.

48 Secundum, quod quando auus, exiſtente filio inope, inhabili ad dotandum filiam, dotem dat, vel conſtituit nepti, dos cenſeatur data contemplatione neptis, & propter ſe, non propter filium, probant iidem Doctores quia in hoc caſu onus dotandi neptem incumbit auo paterno iuxta *d. l. qui liberos, ff. de ritu nupt. d. l. dotem dedit, ff. de collat. & l. cognouimus, Cod. de hæreticis*, & Doctores communiter *ſuprà* allegati, & alijs quos Peregrinus *d. art.* 37. *num.* 8. & Mangilius *d. q.* 20. *num.* 8. referunt, ac proinde dotando neptem cenſetur facere illud contemplatione ea ſanguinis coniunctione, & propter ſe ad ſatisfaciendum ſuæ obligationi, debitoque legali proprio. Quare in hoc caſu dotem ab auo datam nepti exiſtente filio patre neptis paupere non imputari in legitimam eius filij in bonis dotantis eidem filio debitam tradunt allegati Doctores & alij apud eoſdem. Putat tamen Peregrinus *dicto art.* 37. *num.* 15. in dubio eandem dotem eſſe imputandam nepti in legitimam ſibi debitam in bonis eiuſdem filij patris ſui, niſi aliud appareat, quia, inquit, officium aui erga neptem ex officio patris verſus filiam pendet, & quia auus dotat neptem propter inopiam filij, & ſic propter filium, Ideò Ius aui (ſubdit idem Peregrinus) in dote ſic data ad filium ſpectat, per Textum [quem ad hoc ait eſſe formalem] *in d. l. dotem dedit, ff. de collat.* & addit conferre Textum *in d. l. profectitia, in princip. ff. de Iure dotium*, & ita ſentire Bartholum *in d. l. dotem dedit*; diuerſum verò fore, cum neptis contemplatione data appareat, vt eſt caſus *in d. l. auus, ff. de Iure dotium.* Hæc Peregrinus, quæ non videntur ſubſiſtere, quia ſi dos ab auo data nepti exiſtente filio neptis patre inope non imputatur in legitimam filij in bonis aui, quia non contemplatione illius data, neque debet imputari in legitimam neptis in bonis eius filij ſui patris debitam, ſed tantùm in legitimam, quæ eidem nepti deberetur in bonis aui à quo contemplatione ſui, & non filij ob neceſſitatem illam dotandi ob filij inopiam ſupponitur iuxta hanc ſententiam dos data.

Cæterùm longè verius eſt in vtroque caſu, ſcilicet, ſiue pater eius eſſet diues, ſiue pauper, dotem ab auo nepti datam, ſeu conſtitutam, aut relictam, præſumi, niſi aliud appareat, & datam, & relictam contemplatione filij, & eſſe profectitiam, & imputandam in legitimam filij: ita Alciatus *de præſumpt. reg.* 1. *præſumpt.* 17. *in fine*, Cynus *in l. ſcimus, in* 5. *quæſt. Cod. de inoffic. teſtam.* Cephalus *d. conſ.* 105. *num.* 37. 38. 39. 40. Simon de Prætis *d. ſolut.* 6. *num.* 19. *in fine, & conſ.* 65. Hondedeus *d. conſ.* 90. *num.* 27. 28. 29. Surdus *d. conſil.* 361. *num.* 31. Merlinus *de legitima, lib.* 2. *tit.* 2. *allegata quaſt.* 8. *num.* 48. 49. *&* 51. Caragnolus *obſeruatione ad d. conſ.* 152. *Menochij num.* 27. (vbi allegat Ioannem Crottum de Monferrato *ad l.* 1. *§. ſoluto matrim.*) Rota allegata *deciſ.* 140. *num.* 11. *& duobus ſeqq.* Hodierna *in additione ad deciſ.* 169. *Surdi, num.* 1. & alij à Merlino relati, & Cephalus allegat etiam Alexandrum *in l. qui aliena, §. interdum, num.* 4. *verſ. Reſponde, ff. de acquir. hæred.* Iaſonem, *ibidem prope finem*, dicentes, quod vbi auus dat dotem, vel propter filium, vel pro filio dicit, profectitia, quaſi auus [ſubdit Cephalus] det pro filio, quando filius eſt diues, & ſoluere tenetur, propter filium verò, quando ob filij inopiam inhabilem ad ſoluendum auus ipſe propter eundem filium ſoluit, vt *ſuprà num.* 38. notatum eſt, & iuxta hanc ſententiam iudicaſſe Senatum Mantuanum refert Surdus *d. num.* 19. Probatur hæc ſententia, quia eſt officium aui dotare neptes pendens ex officio patris erga filiam, & quia pater filiæ iuxta *d. l. dotem dedit*, vnde pater ſiue diues, ſiue pauper principaliter, & immediatè habet obligationem dotandi filiam, auus autem tantùm acceſſoriè, vt *ſuprà dicto num.* 38. notatum eſt, & tradunt prææallegati Doctores, & alij communiter, & ſic quando pater eſt diues & poteſt filiam dotare, auus, qui tantùm acceſſoriè obligatur tunc non tenetur, quando autem pater eſt pauper, licèt ipſe verè, & immediatè teneatur filiam dotare, cùm hoc in primis ſit officium paternum, quia 49

tamen ob inopiam non poteſt dotare, onus dotandi transfertur in auum paternum qui acceſſoriè, & propter filium obligatur. Quare ſiue pater ſit diues, ſiue pauper, auus dans dotem nepti exoluit debitum filij, cum vterque diues, & pauper immediatè dotare filiam teneantur, & quando filius eſt diues dicitur ſoluere pro filio, quando eſt pauper, dicitur ſoluere propter filium, & ita in vtroque vſu præſumitur dotare neptem contemplatione filij. Quando ergo filius eſt pauper, quia auus dotare non tenetur propter ſe, & immediatè, ſed ſolum propter filium, dotans neptem, ſi nihil aliud appareat, debet omnino præſumi dotaſſe contemplatione eiuſdem filij, & ad ſatisfaciendum debito illius, propter quem ſoluere tenetur. Quando vero filius eſt diues, cum ſemper ſit officium aui dotare neptes pendens ex officio filij, licet tunc non teneatur dotare, dotans tamen præſumendus eſt dotare ex officio paterno, & ſic pro filio ad illum exonerandum debito legali dotem filiæ tradendi confirmantur prædicta per *d. l. profectitiam in principio, ff. de Iure dotium*, vbi indiſtinctè dotem à parente, nempe aſcendente paterno per virilem ſexum, & ſic ab auo, & proauo profectam de ſuis bonis eſſe profectitiam, & ſic eſſe datam nepti, vel pronepti contemplatione filij. Præterea confirmatur quia rationes *ſuperius numero* 39. & 40. adductæ quod in dubio cauſa filiorum eſt potior, & præſumi auum prouidentia filiorum feciſſe, & auum magis dilexiſſe filium, quàm neptem procedunt in vtroque caſu diuitiarum, vel inopiæ filij, niſi præter diuitias, & inopiam aliud appareat. Quod etiam quando filius erat pauper, auus, qui dotem dedit nepti cenſeatur feciſſe contemplatione filij, Cephalus *d. conſ.* 105. *d. n.* 37. dicit eſſe manifeſtam veritatem, quia Textus *in d. l. dotem dedit, ff. de collatione bonorum*, poſt quam dixit dotem ab auo paterno datam, nepti, ea mortua debere redire ad eius patrem, ſubdit idem eſſe, quando filius à patre exhæredatus eſt, & ſic (inquit Cephalus) non habebat bona paterna, nec alia, ſed Cephalo poteſt obijci non conſtare, primo quod non haberet alia bona, ſecundo quod auus ante, vel poſt exhæredatum filium nepti dotem dederit, & videtur dicendum, ibi dotem potius datam fuiſſe nepti ante filij exhæredationem, quo tempore filius non erat auo patri odioſus, & ſic in dubio erat præſumendum dotem datam nepti eius filiæ contemplatione patris, vnde licet poſtea ante filiæ mortem à patre fuerit exhæredatus, mortua filia dos ad eundem filium tanquam ab eo profectam redire debebat, vt ait Textus, & tradit poſt alios Cauagnolus *obſeru. ad conſ.* 151. Menochij *num.* 80. Si enim filio iam exhæredato auus dotem dediſſet nepti, cum tunc auus odio filium haberet, cenſendus eſſet dediſſe potius contemplatione, & amore neptis, quàm eius patris, vt Gamma *allegata deciſ.* 34. *numero* 1. Odium enim aui erga filium exhæredatum non permittit credere, quòd eius contemplatione dotem nepti dederit, ſed potius cogit credere, quod ob neptis amorem, & eius contemplatione, *vt ibid.* Gamma, ſed de hoc *infrà*. De hac prima coniectura paulò latius quia eſt controuerſa.

Secunda coniectura diſtinguens inter dotem datam nepti ab auo viuente, & relictam, ſeu conſtitutam in vltima voluntate.

50 Secunda coniectura, quod dos ab auo paterno conſtituta nepti prælominatur in dubio conſtituta contemplatione neptis aſſignatur, quando auus per vltimam voluntatem nepti dotem conſtituit, ſeu reliquit, ita Peregrinus *d. art.* 34. *n.* 16. *& ſeqq.* Rimioaldus ſen. *conſ.* 157. Rimus *conſ.* 72. *l.* 2. poſt eos Cephalus *conſ.* 253. *num.* 44. & 485. *lib.* 4. & plures alij relati à Cauagnolo *obſeru. ad d. conſ.* 151. Menochij *num.* 14. Hondedeo *d. conſ.* 90. *num.* 23. & Mangilio *de imput. d. quæſt.* 21. *num.* 15. *& duobus ſequentibus*, qui omnes diſtinguunt inter dotem per auum viuentem datam nepti, & inter dotem legatam, quam auus in vltima voluntate prouidit nepti ſoluendum poſt illius obitum iuxta naturam legatorum, quæ poſt obitum teſtatoris præſtantur, *§. legatum itaque, Inſtit. de leg.* in primo caſu aiunt in dubio dotem per auum viuentem datam nepti præſumi datam filij contemplatione, in ſecundo vero caſu in dubio præſumi prouiſam; & legatam contemplatione neptis, & in ſolo primo caſu, quando auus viuens dat nepti dotem procedere, *d. l. dotem dedit, ff. de collatione bonorum*, diſponentem dotem ab auo nepti datam, ea mortua debere ad eius patrem redire, & ſic eſſe profectitiam, & filio imputandam in legitimam, non autem quando idem auus de dote prouidit nepti in vltima voluntate, quam diſtinctionem approbant etiam Hondedeus, & Mangilius *locis citatis*, ita etiam intelligenter, *d. l. dotem dedit*, ponderando illa verba, *dotem dedit*, quæ oſtendunt dationem inter viuos, non autem modum legati, ſeu conſtituendi per legatum. Probat etiam Peregrinus *d. num.* 16. quia legatum eſt actus liberalitatis, *l. legatum eſt donatio, ff. de legat.* 2.

Ad oppoſitum, & nullam eſſe differentiam, quod 51 dos ab auo, vno, vel altero modo conſtituta nepti, data ab eo viuente, vel legata, & etiam quando eſt conſtituta in vltima voluntate, & legata per auum nepti in dubio cenſeri conſtitutam contemplatione filij, & imputandam eidem filio in legitimam debitam in bonis aut patris ſui, videtur communis, & recepta ſententia: ita reliquit Doctores *ſupra numer.* 35. relati *locis iiſdem citatis*, vbi loquuntur etiam de dote ab auo paterno nepti relicta in vltima voluntate: ita Simon de Prætis, Merlinus, Craſſus, Magonius, Rota *iiſdem locis ſupra d. n.* 35. Cauagnolus *d. obſeru. ad conſil.* 151. Menochij *numer.* 9. *& numer.* 20. *cum ſequentibus* Menochius *d. conſ.* 796. *numero* 35. Cephalus *d. conſ.* 105. *per totum*: Præter quos Cynus *in l. ſcimus in* 5. *quæſtio. Cod. de inofficio. teſtam.* Bartholus *in d. l. dotem dedit, & conſil.* 131. *vol.* 1. & innumeri alij relati à Menochio *d. numer.* 35. Mangilio *d. quæſt.* 21. *numero* 9. & Merlino *d. quæſt.* 8. *num.* 40. imo etiam idem Peregrinus *d. art.* 37. *numer.* 21. *&* 26. *& deciſ.* 92. *num.* 4. *&* 5. *& deciſ.* 95. *num.* 9. at auum, qui legauit, vel dedit dotem nepti, niſi aliud appareat, præſumi motum fuiſſe contemplatione filij ad eum exonerandum ab onere dotandi propriam filiam, & ſic cenſetur eam dotem relictam non eſſe aduentitiam, ſed profectitiam, licet non quoad omnes Iuris effectus dotis profectitiæ; ſed tantum ad hoc, quod neptis teneatur eam imputare in legitimam ſibi debitam in bonis patris ſui, non autem ipſe pater filius aui teneatur illam imputare in legitimam ſibi debitam in bonis eiuſdem aui, quod tamen vltimum non probat, & eſt contra communem Iuriſperitorum, tum eorum, qui ſuperius *numero* 33. referuntur, tum aliorum communiter apud eoſdem præſertim apud Cephalum *dicto conſ.* 105. *numero* 22. & Merlinum *d. quæſt.* 8. *numer.* 53. qui vnanimiter aſſerunt, quod dos data, vel relicta ab auo nepti contemplatione filij cenſetur data, & relicta ab ipſo filio, & ſic profectitia quoad omnes effectus, & imputanda etiam filio in legitimam ſibi debitam in bonis eiuſdem aui, id quod etiam notauit Cauagnolus *d. obſeru. n.* 13.

Hanc ſententiam, & communem, quod dos relicta ab auo in dubio, & vbi aliud appareat, præſumi debeat relicta contemplatione filij, probant omnia tradita *ſupra num.* 35. *ad* 41. & tradita *num.* 49. quæ non oportet repetere, ſed à lectore applicari.

Ad

52 Ad fundamentum Peregrin. *n.* 50. adductum quod legatum regulariter arguat donationem, *d.l.legatum eſt donat.* reſpondetur ex traditis *num.*35.*&* 38. relictum, ſicut & donatum ab auo paterno nepti pro dote continere cauſam neceſſariam, ad quam filius tenetur principaliter, & ſecundario auus, cum dos filiæ danda ſit ex debito legali, tam relictum, quam datum pro dote in dubio præſumendum ab auo relictum, & datum ad exonerationem d. debiti, & ſic contemplatione filij, vt ſuperiùs præſertim dictis numeris dictum eſt, & tradunt Doctores relati *n.*33.*n.*38. *& num.*49. & alij apud eoſdem; & quod huiuſmodi dos relicta per auum nepti, non cenſeatur donata nepti, voluit etiam Peregrinus ipſe, dum *d. num.*21. [*vt num. præcedenti* notatum eſt] affirmat, quod neptis debet eam imputare in legitimam, quam prætendit in bonis paternis, quod non eſſet conſequenter dictum; vbi libera fuiſſet donatio aui, quia non ſubiiceretur oneri collationis, vel imputationis in legitimam reſpectu patris ſui filij aui dotantis. Pro maiori autem confirmatione huius poſterioris ſententiæ & communis, quod dos relicta ab auo nepti in dubio, & vbi aliud non appareat, præſumatur relicta contemplatione filij, & ſic cenſeatur profectitia, & imputanda filio in legitimam ſibi in bonis eiuſdem aui patris debita, ſoluenda ſunt nonnulla argumenta à Peregrino, *d.art.*37. Mangilio *d.q.*21. Hondedeo *d.conſ.*90. & ab aliis apud eoſdem obiecta.

Obiectiones contra præfatam doctrinam & earum ſolutiones.

53 Primo igitur obiicitur, quod legitima debita filio nõ poteſt affici onere, ſeu grauamine, ſed debetur pure, & ſine conditione, *l.quoniam.in prioribus,Cod.de inofficioſo Teſtamento*, & debetur etiam mortuo patre ſtatim, & ſine dilatione & de ea poteſt illico diſponere inter viuos alienando, vel in vltima voluntate teſtando, *d.l. quoniam in prioribus, l.cum quæritur, & l. omnino, Cod. eod.* ſed dato quod dos relicta nepti danda poſt aui mortẽ cenſeatur relicta intuitu filij & imputetur in legitimam filij, ſi illa nondum eſſet nubilis, nec actu matrimonio copularetur, quo caſu filius non tenetur illam dotare, grauaretur legitima, nec poſt mortem aui filius poſſet eam prætendere etiam quod neptis nõ eſſet nubilis, niſi diu poſt mortem aui, neque de illa poſſet diſponere. Ergo &c. Accedit alia confirmatio; quod dos legata continet conditionem nuptiarum, pendente autem conditione non poteſt imputari in legitimam, filij iuxta regulam, quod à patre relicta etiam proprio filio in diem, aut ſub conditione non imputantur ipſi filio in legitimam, *l.licinius §.repletionem*, vbi Baldus, & Salicetus, *Cod. de inof. teſtam.* & alij à Mangilio *d.q.* 21. *n.*16. relati, ita Peregrinus & cum alius Mangilius.

54 Reſpondet huic argumento Cephalus, *d. conſ.*105. *n.* 44. dicens quod per auum legitimæ filij onus non imponitur ſed ſatisfit & in effectu ei ſoluitur, cui debetur & per eum breui manu cenſetur tradita nepti recipienti, cum enim dos relicta ab auo cenſeatur prius filio tradita breui manu & per filium nepti vt *ſuprà n.*51. & etiam *n.*53. & tradit, ac probat idem Cæphalus *d.conſ.*105. *n.*22. ideo imputatur filio in ſua legitima, vt notat *ibidem* Cæphalus.

55 Reſpondet ſecundo cum Merlino *d.quæſt.*8, *num.*44. & Cauagnolo *de obſeruat.ad conſ.*151. Menochij *n.*24. *&* 75. onus, ſeu grauamen hoc non eſſe impoſitum, ab auo ſeu à patre patris neptis, ſed ab ipſa lege, quæ habuit de bonis paternis eſſe filiam dotandam, allegata *l.ſi Cod.de dotis promiſſ. & d.l.qui liberos, ff. de rit nupt. ſuprà n.*38. notatum eſt, & ideo dotando dicitur feciſſe eum actum filij nomine, & quando onus eſt legale de legitima non recipitur, vt poſt Baldum *in d. l. quoniam in prioribus* Suarez *ibidem limit.* 13. & Vaſquium *ibidem* §.10. *n.*856. & alios tradit Merlinus *d. num.*44.

Obiicitur ſecundo, quod legatum dotis, cum non purum ſit ſed habeat conditionem futuri matrimonij confertur in tempus futurum & non eſt præſtandum niſi poſt obitum aui, quo tempore auus non tenetur dotare neptem ex filio, ſed tale onus ſpectat ad ipſum neptis patrem, qui non vt hæres, ſed vt pater filiam cogitur dotare, ergo cum tunc auus non teneatur dotare & conſequenter, non ſit debitor dotis legatum cenſetur factum contemplatione neptis, non filij, & ſic eſt aduentitium, & non imputandum in legitimam filij, ita poſt Ruinum *conſ.*72. *num.*6. Menoch. *d.conſ.* 151. *num.*10. *&* 11. *d.conſ.*183. *n.*12. *verſic. ſecundo accedit d.conſ.*796. *n.*10. *&* 11. *& de præſumpt.*17. *num.*11. *lib.*3. Maſcardus *d. concluſ.*574. *n.*8. Hondedeus *d.conſilio.*90. *n.*21. Mangilius *d.q.*21. *n.*41. & plures alij Iuriſperiti ab iiſdem & Cauagnolo *d. obſeruat. ad conſ.* 151. Menoch. *n.*15.16. *&* 59. relati, qui omnes propterea inter coniecturas, ſeu præſumptiones, quibus auus cenſetur dotaſſe neptem ipſius contemplatione, & non contemplatione filij enumerant hanc, ſcilicet, quando dos fuit ab auo relicta, & conſtituta in ſuo teſtamento vt illa præſtaretur poſt eius mortem. 56

Reſpondetur, quod auus relinquens dotem nepti non dotat poſt mortem, ſed dotat in vita, & differtur executio dotis poſt mortem ſuam, & adueniente caſu nuptiarum, dum enim agitur de interpretando relicto per defunctum (vt notat Cauagnolus *d.obſeruat.n.*71.) non ſpectatur tempus mortis, ſed tempus factæ diſpoſitionis, quæ quoad executionem tantum admittit conſiderationem mortis: cum ergo auus eo ipſo, quod dotem relinquit, dotet, licet dotis conſequutio ſit ſequutiua poſt illius mortem ſi nil aliud appareat, præſumitur dotare contemplatione filij ad illum exonerandum onere dotis, quam tunc poſt mortem aui ſui patris dare ſuæ filiæ teneretur, id, quod probant rationes *à num.*35. *ad* 41. adductæ. Prædicta Reſponſio colligitur ex Marino *d.quæſt.*8. *n.*40. *verſic. non obſtat ſecunda argumentatio*, Cauagnolo *num.*26. *& n.*71. & Cæphalo *d.conſ.*105. *n.*41. *verſic. Nec obſtat Ruin. & num.*43. Qui iuxta tradita *ſuprà num.*37. *& ſeqq.* rectè aduertit, & probat ex eo, quod quando auus dotem dedit, vel reliquit, non tenebatur tunc dotare; non poteſt inferri dotem datam vel relictam contemplatione neptis, & ſic non eſſe profectitiam ſed aduentitiam, nam vt debeat cenſeri data vel relicta contemplatione filij & ſic profectitia, ſufficit, quod eo tempore, in quo neptis debet dotem habere, & conſequi, filius neptis pater teneatur filiæ dotem dare iuxta *d.l.qui liber. ff.de ritu nupt. & d.l.ſi. Cod.de dotis promiſſ.* ſtante enim filij obligatione dotandi; præſumitur auus voluiſſe dotem dare, vel relinquere nepti ad illius patrem exonerandum & releuandum, & ſic præſumitur reliquiſſe patris contemplatione, non neptis, examinemus alias coniecturas, ex quibus iuxta Iuriſperitos debeat præſumi legantem dotem nepti reliquiſſe ipſius contemplatione, & non filij & è contra. 57

Tertia coniectura diſtinguens inter dotem ab auo conſtitutam, nepti natæ & conſtitutam naſcituræ.

Tertia coniectura aſſignatur, quod dos per auum relicta nepti iam natæ, & ſibi cognitæ præſumitur relicta contemplatione neptis, quia cum cognitæ videntur prædilectæ, & ſic illius perſona potuit ab auo contemplari, Dos vero per auum relicta nepti nondum natæ, ſed 58

ſed naſcituræ & incertæ, erga quam vt in cognitam nulla potuit eſſe aui teſtatoris dotantis affectio, *l. qui filiabus, ff. de leg.* cenſetur relicta contemplatione ipſius filij, ita Decius *conſ.*8. *n.*5. Menoch. *conſ.*183.*n.*13. *& d. præſumpt.*17.*n.*5. *lib.*3. Gabriel *tit. de iure cotium d. concl.*5.*n.*5. Peregrinus *d. artic.*37.*n.*25. Hondedeus *d. conſ.*90.*n.*19. Mangilius *de imput. d.q.*21.*n.*57. Et quod dos relicta per auum neptibus nondum natis, ſed naſcituris præſumi debeat relicta contemplatione, & ex amore filij non neptum incognitarum, ad quos ideo non cadat affectio, præter præallegato Iuriſperitos, & alios apud eoſdem dixerunt etiam Cæphalus *d. conſ.*105. *n.*23. Simon de Prætis *de interpret. vlt. vol. lib.*4.*dub.*12.*n.*23. *poſt medium* Merlinus *de legit. lib.*2.*tit.*2.*allegat. q.*8.*n.*53. Surdus *deciſ.*320.*n.*49. *&* 50. & alij quos ipſi allegant.

59\. Sed contra primum dictum eſt, quia ea eo ſolum, quòd neptes fuerunt notæ, & cognitæ, dũ dotem in teſtamento illis conſtituit, non poteſt inferri in auo major dilectio erga neptes & exclusio amoris filij ab ordinata Charitate liberorum, de qua *l. fin. Cod. de verbor. ſignificat.* vt explicatum eſt *ſupra num.*40. & in his terminis tradita Rota *d. deciſ.*145.*n.*14.*p.*6. *diuerſorum*, alios allegans & ita etiam Peregrinus *d. art.*37. *n.*21. licet poſtea malè ſentiat eam dotem non imputari in legitimam filij, vt *ſupra n.*51. notatum eſt.

Quòd etiam dos ſit relicta per auum neptibus naſcituris, & ſibi tunc incognitis non ſit certa coniectura, quod voluerit relinquere contemplatione & amore filij non contemplatione neptum, & ob amorem erga illas, dixerunt Alexander *conſ.*8.*num.*10. *verſic. aliter etiam lib.*3. Natta *conſ.*363.*num.*10. poſt Bartholum *in l. Gallus §. quod ſi is, ff. de liber & poſth.* Menochius *conſ.*151.*num.*12. *& tribus ſeqq.* Cauagnolus *in obſeru. ad idem conſ.*151.*n.*29.*&* 30. & Rota *d. dec.*145. *n.*12.*&* 13. eam afferentes rationem, quod ex eo, quòd auus propter filium aut filiam diligat neptem, non fit, ſeu indicatur ſufficiens cauſa, propter quam illud, quod per auum relinquitur nepti, debeat dici profectitium reſpectu filij, & illius tantùm contemplatione relictum, cum potuerit moueri etiam aliis de cauſis, & licet legata fiant ex affectione, tamen poſſunt fieri his, quos teſtator ignorat, & illis, quibus in genere poteſt teſtator habere affectionem, vt latè explicat Menochius *d. conſ.*151.*n.*15.*& etiam conſilio.*183.*n.*29. idem dicit.

60 Cæterum verius eſt nullam eſſe habendam rationem ad neptes natas, vel non natas, quando dos per auum illis relinquitur, ſeu relicta eſt, ſed vtriuſque dotem ab auo relictam præſumi relictam contemplatione filij, & ad illum exonerandum, & releuandum onere illas dotandi, & ſic etiam profectitiam & imputandam filio in legitimam ſentiunt expreſſè Cæſar Fiumagiolius *in l. in quartam, ff. ad l. falc. n.*412.*& ſeq.* & poſt eum Cauagnolus *de obſernat. n.*31. & idem abſque dubio ſentiunt Cæphalus & Merlinus *locis ſuprà n.*57.*relatis* & etiam Cynus, Graſſus, Magonius, Bartholus *ſuprà n.*51. relati, Matta *de ſucceſſ. p.*1.*quæſt.*25.*art.*11.*num.*6. & alij Iuriſperiti aſſerentes indiſtinctè dotem per auũ relictam nepti in teſtamento, vbi nil aliud appareat præſumi relictam contemplatione filij. Ratio deducitur ex traditis *ſuprà num.*84.*ad* 41.*num.*49.51.*&* 52. Cum enim filius pater neptum ſit obligatus dotare filias ſuas tam natas quam ex eo naſcituras, aut conſtituens dotem iiſdem neptibus contemplatione, & amore filij ad illum releuandum, vbi nil aliud appareat, cenſeri debet. Cum prima cauſa ſit filiorum, de quibus pater præſumitur ſollicitus, illóſque prædiligere iuxta tradita in præcedentibus, & ita dos ſic relicta vtriſque neptibus eſt profectitia, & importanda in legitimam: Et hoc multo magis procederet (vt obſeruat Cauagnolus *d. n.*31.) ſi dotis legatum per auum fuiſſet factum nepti natæ & aliis naſcituris, quo caſu diuerſa ratione non poſſet ipſa diſpoſitio tanquam vna & eadem in ſubſtãtia cenſeri diuerſa, *l. cum hoc iure, ff. de vulg. & pupill.* ac proinde cum quoad naſcituras cenſeri debeat facta contemplatione filij, vt Doctores *num.*58. relati; alij à Menochio *d. conſ.*151.*n.*1. allegati, & communiter Iuriſperiti, talia etiam, quoad natas præſumenda eſt.

Quarta coniectura ſumpta ex differentia ætatis nubilis, vel non nubilis.

Quarta coniectura aſſignatur à multis deſumpta ab 61
ætate neptum ſcilicet, vt ſi tempore teſtamenti neptes, quibus auus paternus reliquit dotes, non erant nubiles ex eo, quod tunc nec pater nec auus tenebantur neptes dotare, inſurgat præſumptio, quòd reliquerit non contemplatione filij, ſed ſolius neptum, & ſic dos aduentitia non profectitia, ita poſt Cornenm, Ruinum & alios Menoch. *d. conſ.*183.*n.*13. *& d. præſumpt.*17.*n.*12. Gabriël *d. concl.*5.*n.*10. & Mangilius *de impt. d. quæſt.*21.*n.*34.

Verum hanc coniecturam, vtpote leuem, non appro- 62
bant, & rectè Cæphalus *d. conſ.*105. Magonius *d. deciſ.*13.*n.*9. Cauagnolus *de obſeruat. ad conſ.*151. Menochius *n.*26. & Rota *d. deciſ.*145.*n.*15.*p.*6.*diuerſorum.* Conſideratio enim quòd neptis, cui auus in ſuo teſtamento reliquit pro dote, nondum ſit nubilis, ſicut, & quod nondum foret nata, ſed naſcitura, non deſeruit ad coniecturandam mentem aui teſtatoris, quòd ei reliquerit dotem ipſius ſolius contemplatione, & non potiùs filij; nam eo ipſo, quòd reliquit dotem, ſeu expreſſè pro dote, & ſi in cauſam neceſſariam, ad quam filius tenetur principaliter, & auus paternus, ſecundariò, vbi nil aliud appareat, inſurgit præſumptio, quod contemplatione filij reliquerit ad illum exonerandum, & ad ſatisfaciendum doti debitæ ex legis diſpoſitione neceſſariò ex perſona filij, & etiam ex propria perſona propter filium iuxta tradita *ſuprà n.*35.38.*&* 52. Quare ad arguendam aui dotem conſtituentis voluntatem erga ſolam neptem nondum in ætate nubili non deſeruit, quod tunc nec pater nec auus habeant neceſſitatem effectualiter, & actu dandi dotem eidem nepti nondum nubili, ſed attendi debet onus neceſſarium patris, vel aui dotandi filias, & neptes ex legali diſpenſatione, licet actualis datio differatur in tempus habile; ac proinde dum auus paternus in teſtamento conſtituit dotem nepti; licet nondum nubili, præſumitur voluiſſe exonerare filium illo onere dotis legali, & actualis, & effectualis dotationis, qui ab ipſo præſtanda eſſet filiæ in ætate nubili exiſtenti, & nubenti; & hic etiam faciunt ſuperiùs tradita de ſollicitudine, prouidentia, & dilectione erga liberos: in dubio igitur, & vbi nil aliud in contrarium præter ætatis defectum appareat, dos ab auo paterno nepti nondum nubili relicta præſumitur profectitia, & in legitimam filij computanda, vt præallegati Doctores tradunt.

Quinta coniectura deſumpta ex dilectione neptis, & eius meritis.

Quinta coniectura aſſignatur maxima dilectio ne- 63
ptis. Nepti enim, quam auus paternus maximè diligebat, præſumi debet auus reliquiſſe dotem contemplatione ipſius ita Menochius *conſ.*81.*num.*49. & Zurreta *conſ.*6.*num.*45.*libro* 2. à Cauagnolo *de obſeruat. numero* 25. relatus & ſigna ſeu indicia maximè dilectionis Menochius ait eſſe, ſi auus per multos annos nepotem aluit, diuturna eius conſuetudine vſus ſit filiam ſæpè appellauerit, & obſequia peculiaria erga ſuam perſonã à nepte fuerunt exhibita; quibus ſe crederet de auo

bene

benemeritum; quia auo multos annos inſeruierit, præſertim cum male valeret, & grauibus morbis laboraret. Additur aliud ſignum infantia, & puerilis ætas neptis, ſcilicet, ſex vel ſeptem annorum, quæ ætas per blanditias videtur ſatis apta ad alliciendam beneuolentiam parentum.

64 Sed hanc coniecturam ſumptam ex dilectione neptis ſi aliud non appareat non eſſe concludentem & ſufficientem ad inducendam præſumptioně quod auus illi dotem reliquerit contemplatione ipſius & non filij, quod iuxta Charitatem ordinatam præſumitur magis diligere, quam neptem dictum eſt *ſupra num.59.* Præterea quando auus paternus inſtituendo fideicommiſſum fauore ſuorum deſcendentium per lineam maſculinam relinquit, ſeu conſtituit in teſtamento dotem præſertim amplam nepti ex filio excludendo illam à ſucceſſione cum cenſeatur habere intentionem ad agnationis ſuæ conſeruationem cui valde noceret diminutio bonorum, fideicommiſſo ſubiectorum, præſumendum videtur dotem nepti conſtituiſſe contemplatione filij, & deducendam, ſeu ſoluendam ex legitima, & Trebellianica filio debitis, & non ex aliis bonis fideicommiſſi, niſi in quantum legitima & Trebellianica non ſufficerent, non vero contemplatione ipſius neptis, quo caſu facta prius per filium detractione legitimæ, & Trebellianicæ dos ſolueretur ex aliis bonis, non ſine ingenti diminutione fideicommiſſi; Affectio igitur & dilectio neptis non probat ſufficientem coniecturam dotem fuiſſe illi relictam contemplatione ipſius ſolius, cum ex præfata inſtitutione fideicommiſſi pro ſuis deſcendentibus maſculis inferatur maiorem fuiſſe aui teſtatoris affectionem ad agnationem conſeruandam, quam ad ipſam neptem, vt benè declarat Cauagnolus *d.obſeruatione ad conſ.*151. Menoch.*n.*64. & 77. *verſic. ad ſeptimam.* Demum ſi auus voluiſſet intuitu ſolius neptis dotem relinquere facile fuiſſe illi declarare quod relinquebat, ſeu dabat dotem nomine ipſius neptis, vel propter ſpecialem illius dilectionem, & obſequia ab illa erga ipſam præſtita; quod cum non fecerit non eſt recedendum à regula quod auus paternus conſtituens dotem nepti præſumitur facere contemplatione filij vbi nil aliud vrgeat ad præſumendum contrarium.

Sexta coniectura ſumpta ex nominatione neptis.

65 Sexta coniectura aſſignatur nominatio, ſcilicet, ſi auus paternus reliquit dotem nepti nominans illam proprio nomine, tunc enim dotem cenſeri relictam nepti contemplatione, & non filij eius patris, & filij mentionem cenſeri factam tantum cauſa demonſtrationis docuere Cæphalus *conſ.*485.*num.*38.& 39.*lib.*4. Peregrinus *d. art.*37. *n.*2. Menochius *d.conſ.*183.*n.*16. Hondedeus *d. conſ.*90.*num.* 17. Stephanus Gratianus *diſcept. for.tom.*2.*cap.*345.*num.*6. Mangilius *de imputationibus, q.*21.*num.*36. & Nonnulli alij ab Hondedeo, & Mangilio *locis citatis,* & à Magonio *d. deciſ.*13.*Florentina n.*26. relati.

66 At hæc quoque coniectura non reputatur concludens, quia talis nominatio non arguit præcipuam dilectionem, ſed ſolam demonſtrationem, præſertim ſi auus ex filio haberet plures neptes, & vni tantùm dotem conſtituiſſet, vt notant Magonius *d.n.*16. & Cauagnolus *d.obſer.n.*65. Præterea fallax eſt argumentum hoc ſumptum ex nominatione, vt poſt Iſernium tradit Magonius eadem *dec.*53.*num.*17. cum contrarium probari poſſit, ſi ratio affectionis habeatur, quæ maior eſt in filio, quam in nepte, *vt ſuprà n.*40. probatum, & quamvis dici poſſe videatur, quod cadat maior affectio in poſteros remotiores, cum per eos vlterius progrediatur noſtri propagatio, & diuturnitas, iuxta Socinum iun. *conſ.* 126. *numero* 54. à Magonio *numero* 18. relatum, id intelligi debet in nepotibus, & deſcendentibus ex maſculis, quibus mediantibus præſeruatur deſcendentia, non in fœminis, in quibus finitur deſcendentia.

Aduertit etiam Magonius *d. numero* 18. *verſic. ſicuti*, non eſſe coniecturam ſine argumentum dotaſſe intuitu neptis, & non filij, quod auus reliquerit dotem vni tantum ex pluribus neptibus, vel minori natu, non autem maiori, quia dotata conſultius prouiſum fuiſſet patri, quia inde inquit Magonius. forte ſumi poteſt indicium dilectionis inter ipſas neptes, vt magis vni, quam alteri legare maluerit, non autem quòd ideo non contemplatione patris dicatur actum, vel ob aliam cauſam reſpicientem releuamen patris potuit legare. 67

Septima coniectura ſumpta ex Verbis, quod auus ipſe dotabat, & de ſuis bonis.

Septima coniectura, quod dos relicta ab auo paterno nepti cenſeri debeat relicta contemplatione ſolius neptis, & non filij aſſeritur, quando auus teſtator in teſtamento dixit, quod ipſe dotabat ſuo nomine, vel ea bonis ſuis ita poſt Socinum iun. *conſ.*79. *numero* 53.*verſ.*3. *lib.*3. & Alciatum *conſ.*498.*num.*5. *verſic.* Suadet etiam, Menochius *conſ.*153.*num.*7.*conſ.* 183.*num.*16.& *d. præſumpt.*17.*num.*13.*lib.*3. Hi Iuriſperiti ſic conſtituunt differentiam an auus teſtator legans nepti dotem grauauerit hæredes ad dotandum vel ipſe dotauerit, dicentes hoc poſteriori modo clarius apparere de ipſius voluntate, quod non reliquit contemplatione filij, ſed ſolius neptis, & confirmat Menochius ex vi illius pronominis, ipſe, quod ait denotare perſonalitatem quandam iuxta Ripam *in l.filiumfam.* §.*diui n.*111. *ff. de leg.*1. & ſic quod conſtituebat dotem nomine ſuo non filij, & conſequenter contemplatione ipſius neptis. 68

Verum vt notauit Cauagnolus *d. obſeruat. ad conſ.* 151. Menoch. *num.*78. debilis eſt etiam hæc coniectura ſumpta ex differentia, an auus teſtator grauauerit hæredem ad dotandum, vel legauerit, ſeu conſtituerit ipſe certam quantitatem pro dote ipſimet nepti, quia ad id faciendum potuit moueri ſolum, quia volebat tantam dotem dari nepti, & non minorem; & quia indicaſſet æquius, & conſultius, ac filio vtilius, ſi dos à ſe potius, quam à filio conſtitueretur, vnde non poteſt inferri; quod non legauerit nepti filij officium exercens eiuſdem filij contemplatione, & etiam nulla videtur eſſe differentia, quòd auus diſponat ſimpliciter in teſtamento certam ſortem nepti dandam, vel quod exprimat, quòd ipſe de ſuis bonis dotat neptem in tanta quantitate, cum enim leget, ſeu relinquat in cauſam neceſſariam, ad quam filius ex legis diſpoſitione tenetur præualet præſumptio affectionis erga filium, [&] quod ad exonerationem filij docet iuxta ſuperius tradita, & ſæpè repetita, niſi aliquid clarius in contrarium appareat. 69

Octaua coniectura, ſi auus reliquit dotem nepti filio iam prædefuncto.

Octaua coniectura, quod auus paternus dotem relinquens, ſeu conſtituens, & dans nepti dotet non intuitu filij, ſed contemplatione ſolius neptis, ab Hondedeo *d. conſ.* 90. *num.*33. 36. *fine & ſeqq.* aſſignatur, quando auus iam prædefuncto filio relictis liberis maſculis, & fœminis relinquit dotem nepti, vel neptibus ex eodem filio prædefuncto: nam, cum tunc filius non ſit ſuperſtes non poteſt auus cenſeri dotare ex affectione filij, & eius contemplatione; Quare regulam, 70

lam, quod in dubio auus dotans neptem præſumatur dotare, ex affectione ad filium, & illius contemplatione ad illum releuandum ab onere dotandi, ait Hondedeus, præcedente ſolum, quando auus dotat Neptem ex filio ſuperſtite tempore dotationis.

Nihilominus Cauagnolus *d. obſeruat. ad conſ.* 151. Menoch. *num.* 10. obiicit. Hondedeo quod etiam in tali caſu neptis iungitur auo ex perſona filij licet ea ſit de medio ſublata. Vnde non tollitur contemplatio filij; cum is ipſe cenſeatur medium habile ad dotem, addit tamen Cauagnolus hoc caſu ceſſare articulum circa computationem relicti in legitimam filij, de qua re Hondedeus latè *d. conſ.* 90.

Nona coniectura, ſumpta ex legato dotis nepti facto per inſtitutum filium hæredem vniuerſalem.

72 Nona coniectura ſtatuitur hæc ſcilicet, quando, auus paternus inſtituit hæredem vniuerſalem filium, legauit dotem nepti ex eodem filio non videatur dos relicta contemplatione patris, ſed ipſius neptis; quia ſi eſſet relicta contemplatione patris, eſſet profectitia, & conſequenter & iuris intellectu intelligeretur patri breui manu prius relicta & ab eo nepti; *l. ſed & plures* §. *in arrogato, ff. de vulgari*: & conſequenter legatum eſſet nullum, quia ipſe filius à ſe ipſo legatum repeteret, & conſequeretur, quod legi repugnet, *lege planè* §. *l. duobus, de leg.* 1. præſumendum ergo in dubio legatum contemplatione, & fauore neptis eſſe factum, vt actus ſuſtineatur, qui in dubio ſemper ſuſtineri debet, *l. quoties, ff. de reb. dubiis*, ita Ruinus *conſ.* 72. *num.* 3. *& lib.* 2. quem ſequuntur Cæphalus *conſ.* 487. *num.* 5. *lib.* 4. Manuca *de coniect. vltim. vol. lib.* 8. *tit.* 6. *num.* 12. Menochius *d. conſ.* 183. *numer.* 11. *&* 12. *& d. præſumpt.* 15. *num.* 8. & Hondedeus *d. conſ.* 90. *numero.* 14. *&* 15.

73 Cæterum etiam hæc coniectura ſumpta ex eo, quod legatum à ſe ipſo non debetur, habet ſuam obiectionem, & repulſam, & eam reprobant Merlinus *de legit. lib.* 2. *tit.* 2. *d. quæſt.* 8. *num.* 40. *verſic. non obſtant rationes*, & Cauagnolus *d. obſeruat. d. conſ.* 151. Menoch. *num.* 76. Nam aliud eſt legare alicui, aliud eſt legare pro alio vel propter aliquem (vt conſtat ex traditis, *ſuprà num.* 38. *&* 49. & aduertit Cæphalus *conſ.* 105. *num.* 38. *& pluribus ſeqq.*) quare quamvis ipſo filio hæredi inſtituto legatum non valeat, non ſequitur quod alteri eius contemplatione relinqui validè non poſſit, & conſequenter illud in legitimam non computetur tanquam aduentitiam. Reiicitur igitur coniectura quia pater non ſibi legat, neque auus legat filio, ſed legat dotem nepti propter filium, & ſic videtur exercere, vel exercuiſſe potiùs officium, & ita de bonis, quæ filio ſunt debita titulo legitimæ neptem dotet pro filio, quando inſtituendo filium hæredem vniuerſalem grauauit illum onere fideicommiſſi vniuerſalis, pro deſcendentibus maſculis, quo caſu filius, ex quo hæreditatem cognoſcit, vel agnouit eum oneribus & honoribus non poteſt aduerſus diſpoſitionem patris venire etiam quod in legitima grauaretur, *loco citato* Cauagnol. maximè quando hæreditas eſt opulenta, & longè plus conſequitur filius, quam ſit menſura legitimæ.

74 Non tamen omittendum, quòd legatum factum contemplatione neptis in dubio præſumi debet, quando alioqui ob aliquod iuris impedimentum nullum eſſet, ſi conſtaret, eſſe factum intuitu, & contemplatione patris, & Menochius *d. præſumptione* 17. *n.* 9. poſuit exemplum, quando auus paternus conſtituit dotem nepti ſpuriæ ex filio legitimo, hoc enim caſu dicit præſumendum auum dotaſſe contemplatione neptis quia ſi conſtituiſſet dotem illam contemplatione filij, non ſubſiſteret dotatio, ac proinde vt valeat, dicendum, præſumi dotaſſe contemplatione neptis, ipſius. Verum cum pater iuxta ius Canonicum vbique obſeruandum teneatur dotare filiam ſpuriam pro modo ſaltem qualitate alimentorum ei ab eodem patre debitorum, vt latè probaui *in præcedenti parte de alimentorum obligat. cap.* 6. *num.* 202. videtur dicendum in dubio, auum dotantem neptem ſpuriam, ex filio legitimo dotaſſe contemplatione filij ad illius exonerationem. Exemplum ergo poteſt eſſe, quando auus paternus conſtituit dotem nepti ex filio ſpurio qui de ſuo poteſt neptem dotare, tunc enim in dubio ad ſuſtinendum legatum debet præſumi auum dotaſſe contemplatione ipſius neptis, vbi non adſunt coniecturæ vrgentes, quòd cauſa, & ob vtilitatem filij ſpurij dotem nepti conſtituerit ſcilicet vt dos ad ipſum ſpurium media filia ad eum perueniret eique acquireretur, pro qua re videnda ſunt, quæ *in eadem præcedenti parte de alimentorum obligatione* tradidi *d. cap.* 6. *n.* 46. *ad* 254.

Decima coniectura ſumpta ex incommodo.

Decima coniectura aſſignatur, vt quando dos ab 75
auo paterno relicta nepti detrimentum, ſeu incommodum inferret ipſi filio, ſi contemplatione eius, & non neptis relicta cenſeretur: nam effectus, quod datum vel relictum alicui contemplatione alterius intelligatur, ſeu relictum illi alteri, procedit quando ipſi affert commodum, quo pacto procedunt notata *in d. l. ſed ſi plures* §. *in arrogato ff. de vulgari*, ſi autem legatum dotis ab auo paterno inſtitutore fideicommiſſi inter maſculos ſuos deſcendentes intelligeretur factum contemplatione filij inſtituti, & grauati fideicommiſſo reſultaret contrarius effectus, eidemque filio inſtituto non afferat commodum ſed detrimentum & incommodum, cum vti profectitium eſſet detrahendum de legitima filij debita, quam propterea, vel in totum pro parte non poſſet alienare præſumendum eſſet tale legatum fuiſſe factum contemplatione ipſius neptis & ſic detrahendum non de legitima, ſed de reliquis bonis remanentibus fideicommiſſi, ita Menochius, *d. conſ.* 183. *n.* 20. *& d. præſumpt.* 17. *num.* 15. *lib.* 3. Hondedeus *d. conſ.* 90. *num.* 16. & Mangilius *de imput. d. quæſt.* 22. *n.* 40.

At & hanc coniecturam non admittunt Merlinus 76
d. quæſt. 8. *numero* 44. & Cauagnolus *d. obſeruat. ad conſ.* 151. Menoch. *numero* 77. *verſic. ad octauam*, nec etiam Cæphalus *loco ſuprà numero* 54. *allegato*. Reſpondetur igitur grauamen illud legitimæ non eſſe impoſitum ab auo, ſed à lege *vt ſuprà numero* 55. dictum eſt, ſecundo reſpondet Cauagnolus quod in tali caſu intentio aui eſt conſeruandi bona in agnatione, ac proinde ceſſare conſiderationem illam contrarij effectus, ſcilicet oneris, & incommodi filij reſpectu legitimæ; & addi poteſt, ſi non remanet ei liberè legitima habet emolumentum totius hæreditatis dum viuit, & eius filij poſt ipſum.

Vndecima coniectura ex diffinitate dotis cum legitima.

Vndecima coniectura: quod dos ab auo paterno 77
nepti relicta, ſit relicta contemplatione neptis ſtatuitur, quando eſt ita ampla, vt non habeat vniformitatem, nec cum legitima filio debita nec, cum dote ipſi nepti debita in bonis filij ſui patris, ſed eſt eis prorſus difformis per exceſſum, tunc enim meritò præſumi debet auum teſtatorem non feciſſe tale

legatum

legatum animo imputandi in legitimam, nec in legitimam ipſius neptis illi in bonis patris debitam, prout ſi adeſſet identitas inter vtrumque ita Ruinus *conſ.* 58.*num.*24. & 27.*lib.*2. relatus à Cauagnolo *d. obſeru. ad conſ.*151. Menochius *num.*44. qui nihilominus *nu.* 77. reſpuit hanc coniecturam dicens nil nocerem, quod legatum non ſit vniforme cum legitima eo quòd difformitas non tollat contemplationem patris, & imputationem in legitimam proportionaliter tamen iuxta notata ab Alexandro Raudenſi de analog. in appendic. *parte* 3. *num.*37.

Duodecima coniectura ſumpta ex excluſione neptis dotata à ſucceſſione.

78 Duodecima coniectura aſſeritur quando auus paternus habens filios maſculos, & neptes ex aliis ſuis præmortuis, illos instituit hæredes vniuerſales, neptes vno ex illis filiis ab vniuerſali hæreditate, ſeu ſucceſſione excluſit, & priuauit, dotes eiſdem neptibus iure inſtitutionis relinquendo cum prohibitione pro hia petendi: tunc auum præſumi dotes eis reliquiſſe earumdem contemplatione recompenſationem excluſionis ab hæreditate, & ne in totum priuarentur poſt Cæphalum *conſ.*485. *n.*34. & 35. & Tiberium Decianum *conſ.*10. *n.*9. & 13. Cynum, Salicetum Bartholum, & Corneum tradunt Hondedeus *d.conſ.*90.*n.*10. & Mangilius *d.quæſt.*21.*n.*33.

79 Verum & ſi hæc coniectura deſumpta ex conſideratione recompenſationis excluſionis à ſucceſſione videtur ſatis applauſibilis, non tamen caret repulſa prout illam reiicit Cauagnolus *de obſeru. ad conſ.* Menochij *n.*63. & 64. ex eo quod auus paternus relinquens nepti Congruam dotem quæ illius adæquet legitimam non facit illi aliquam iniuriam (cum vtatur iure ſuo) quæ compenſatione egeat, & multò magis deberet ceſſare illa conſideratio recompenſationis ſi dos eidem nepti relicta eſſet ampla excedens id, quod ex legitima patris poſſet vel potuiſſet conſequi, eo etiam magis ceſſaret dicta conſideratio compenſationis, auus teſtator excludens neptem à ſe ampla dote illi conſtituta inſtituiſſet fideicommiſſum inter maſculos, cum tunc cenſeretur habuiſſe intentionem ad agnationis ſuæ conſeruationem in excluſione neptis.

Decima tertia coniectura ſumpta ex dote legata pro omni eo ex toto, &c.

80 Decima tertia coniectura deſumitur ex conditione ab auo paterno dotem nepti relinquenti in legato, oppoſita ſcilicet, quod legat, conſtituit pro omni, & toto eo, quod nepti ipſa habere, petere, & conſequi poſſit, vel poſſet ex bonis ipſius aui, hoc enim caſu auus videtur noluiſſe conſulere liberationi bonorum ſuorum, & non filij, & conſequenter dotem conſtituiſſe contemplatione ipſiuſmet neptis ita poſt Alciatum *reg.*1. *præſumpt.*17.*n.*2.& plures alios Menochius *d.conſ.*183. *num.*18. & *d.præſumpt.*17. *num.*13. Hondedeus *d.conſ.* 90.*numero* 20. Mangilius *d.quæſtio.*21. *numero* 38. & etiam Rota *d. deciſ.*145. *num.*19. & 20. *p.*6.*diuerſorum* nec occurrit oppoſitio.

81 Quod ſi auus teſtator dixerit, quod neptis ea dote contenta eſſe deberet pro, & toto eo, quod petere, & conſequi poſſet ex bonis filij ſui, & ſic patris ipſius neptis, tunc intelligeretur dos relicta contemplatione eiuſdem patris, ita Menochius *d.n.*13. & Rota *num.*20. allegans etiam Cæphalum *conſ.*485.*num.*40.& 41. *addens*, idem eſſe, ſi auus teſtator dixiſſet pro omni eo, & toto quod poſſit petere, & conſequi ex bonis eiuſdem aui, & patris, eiuſdem neptis.

82 Si vero dictum fuiſſet ab auo teſtatore, quod conſtituit dotem pro omni, & toto quòd neptis poſſet petere, & conſequi in bonis maternis, vel conſequi in bonis neptis ipſius eo caſu cenſeretur relicta contemplatione ipſius neptis, & poſt Crauetam Menochius *d.conſ.*183.*num.*18.*præſumpt.*17.*num.*14. & cum aliis Mangilius *d.quæſt.*21. *n.*38. & hic præſumeretur dos aduentitia.

Decima quarta coniectura deſumpta ex exhæredatione datione filij.

Decima quarta coniectura conſtituitur deſumpta ex 83
exhæredatione filij, ſcilicet quando auus paternus dotem reliquit, ſeu conſtituit nepti ex filio exhæredato; tunc enim auum præſumi dotaſſe contemplatione eiuſdem neptis, non filij, ex quo ipſum exhæredauit tradidere Imola *in l.qui in aliena* §. *interdum verſic. nota, Gloſſa ff.de acquir. hered.* & Menochius *d.præſum.num.* 17. *lib.*3.

Sed contrarium, & etiam dotem ab auo conſtitu- 84
tam nepti ex filio exhæredato præſumi relictam, & conſtitutam contemplatione filij ſcripſere alij Romanus *in d.*§. *interdum ibidem* Alexander, & Iaſon Cæphalus *d. conſ.*105. *n.*37. & alios allegans Gabriël *tit. de iure dotium concl.*5. *num.*21. *verſic. contrarium tenet*, vbi dicit eſſe communem, & idem ſentire videtur Cauagnolus, dum cum Iulio Pacio à Baringa *legum conciliatarum centuria ſub tit.de Iure dotium in fine*, dicit legatum relictum ab auo nepti pro dote videri ab ipſo filio quodammodo datum in tantum, quod ad eum quantumvis exhæredatum reuertitur, & eius hæredes, & colligi videtur *ex l. dotem dedit fine, ff. de collat.* vbi, dicitur dotem, ab auo paterno nepti datam ea mortua redire debere etiam ad filium exhæredatum, & ſic fuiſſe datam propter filium etiam exhæredatum, & eſſe profectitiam.

At iuxta notata *ſuperius num.* 50. *in fine*, ſi dos ab 85
auo paterno nepti data, ſeu relicta ſit ante filij exhæredationem, cum tunc in dubio præſumatur filij contemplatione data, & cenſeatur quodammodo legatum datum à filio, mortua nepte in matrimonio ea dos tanquam profectitia redire debet ad filium, qui poſtea exhæredatus eſt, vt habetur *d. l.dotem dedit*, quam in hoc caſu puto intelligendam, & in hoc eodem caſu cenſeo loquentes Iulium Pariſium, & Cauagnolum.

Si vero tempore quo auus paternus nepti dotem 86
dedit, ſeu conſtituit, filius patris neptis erat exhæredatus, & nondum in aui patris ſeu gratiam redierit, hoc caſu exiſtimo veram ſententiam Imolæ, & Menochij, quod dos data, & conſtituta fuerit nepti eius contemplatione, & non eius patris; & hoc perſuadet odium aui erga filium perſeuerans, ob quod illum exhæredauit: ita etiam Gamma *deciſ.*34.*n.*1. dixit dotem ab auo datam nepti ex filia, quam auus pater odio, vt ex coniecturis conſtabat, proſequebatur, præſumi datam non filiæ contemplatione, ſed neptis ipſius, & in hoc caſu dos non imputatur in legitimam filiæ debitam in bonis aui ſui patris, vt *ibid.* Gamma. Neque in hoc caſu credendum procedere, *d. l. dotem dedit*, dum dicit etiam ad filiam exhæredatam debere redire dotem ab auo paterno datam nepti; hac in matrimonio mortua.

Decima quinta coniectura ſumpta ex pluralitate filiorum.

Decima quinta, & vltima coniectura iuxta Docto- 87
res *infra* relatos eſt, quando auus habet tres aut quatuor filios maſculos, & vnus ex illis habet filiam. Hoc enim caſu filiam eſſe dotandam ab auo, & non à patre & conſequenter eſſe aduentitiam & dotem

neptis

neptis contemplatione, dixerunt Decius *conſ. 66. col. vlt. verſic. Tertio principaliter*, poſt Speculatorem *in tit. de ind. §. ſequitur n.11.* Baldus *in l. fin. num.24. Cod. de dotis promiſſ.* Aretinus *conſ.17. num.20.* quos allegant & ſequuntur Menochius *d. conſ.183. num.24. & d. præſumpt.17. n.16.* Hondedeus *d. conſ.90. n.40.* & Mangilios *de imput. d.q.21. n.39.*

88 Verum vt dictum eſt *in præcedentibus*, & pluries notauſt Cæphalus *d. conſ.105.* ex eo quod auus teneatur dotare neptem non filius, quando auos nepti dotem conſtituit, & ex eo quod non de bonis patris neptis, ſed de bonis aui data ſit dos, non ſequitur, quod ſit aduentitia, etenim dos profectitia dicitur, & eſt non ſolum, quæ à patre, ſed etiam quæ ab auo paterno proficiſcitur de eiuſdem aui bonis, dicitur enim dos profectitia, quæ ex facto patris, licet non de eius bonis proficiſcitur, ex quo eius contemplatione ab auo data vel relicta præſumitur in dubio ob dilectionem filij vt videtur ſatis conſtare *ex l. profectitia initio, ff. de iure dotium*, & ex notatis *ſuprà n.10. & n.34.*

Nouellas alias coniecturas refert Mangilius *d. imput. d. quæſt.21.* quæ videantur apud eundem, & an concludant *ex ſupra* traditis poterit cognoſci.

89 Solum aduerto quod quoties conſtat, vel in dubio præſumitur ſeu præſumi debet dotem, per auum paternum datam, vel relictam nepti fuiſſe datam & relictam contemplatione filij, & ſic cenſetur profectitia, & tanquam primò data vel relicta eidem nepti, mortuo filio patre eiuſdem neptis, neptis non poteſt prætendere legitimam in bonis paternis neque de fideicommiſſo ab auo dotare conſtituto, legitimam aut Trebellianicam detrahere, ſed præfata dos ab auo data, aut relicta imputanda eſt in eam legitimam, quam alias intenderet habere in bonis patris, vt poſt caſum & alios oſtendit Mellinus *de legit. lib.2. tit.2. d. quæſt.8. n.54.* & idem tradit Menoebius *d. præſumpt.17. nu.19. lib.3.* vbi cum Alciato *reg.1. præſ. 17. num.1. & 3.* & Ripa *in l. in quartam num.202. & 206. ff. ad l. falcid.* ſtatuit regulam generalem, quod illis in caſibus dos nepti conſtituta præſumitur contemplatione filij conſtituta, imputanda eſt in legitimam, quam neptis conſequi debet in bonis patris ſicut, & imputatur in legitimam ipſius filij, vt *ibidem*. Menochius, cum omne quod prouenit à patre, debeat imputari in legitimam filij, *l. quoniam Nouella, Cod. de inoff. teſtam.* vbi habetur quod dos data pro filia, vel pro nepte imputatur in eorum legitimam, & dos data ab auo nepti (vt tradit Cynus *in l. ſcimus, Cod. de inoff. teſtam.* & alij Iuriſperiti relati *ſuprà n.13. in fine, & n.52. in fine*) dicitur primo data filio, & deinde breui manu data per patrem ipſi nepti, & ſic neptis, & filius imputant in legitimam ſibi debitam. Aduertit etiam Menochius *d. quæſt.8. num.46.* ex Cæphalo *conſ.485. num.3.* ea quæ dicta ſunt de dote ab auo paterno relicta, procedere etiam in dote, quæ ab auia paterna fuiſſet conſtituta, vel à matre, vt ſcilicet in dubio cenſenda ſit relicta contemplatione filij, tanquam prædilecti, & non neptis, vel filiæ.

§. IV.

An dos ab auo materno, vel auia materna data, vel relicta nepti, & à patruo data filia fratris dicetur, & ſit profectitia, vel aduentitia.

90 Reſolutio huius difficultatis pariter pendet ex eo, an dos cenſeatur data nepti vel filiæ fratris contemplatione patris, vel potius neptis, aut ſobrinæ, ſeu filiæ fratris.

Dotem ergo ab auo materno, vel ab auia materna 91
datam nepti ex filia in dubio, & vbi nil aliud in contrarium appareat, præſumi debere datam contemplatione filiæ, & non neptis ſcripſit Alexander *conſ.117. num.8. li.6.* quem referunt, & ſequuntur Gabriël *conc. lib.3. tit. de iure dotium concl.5. num.14.* & Menochius *præſ.17. num.7. lib.3. & conſ.183. num.2. & 26.* idem dixere Cæphalus *conſ.105. n.31.* & Gamma *deciſ.34. n.1.* & alij à Cæphalo relati; eo quod, iuxta ordinatam Charitatem maior ſit affectio aui, & auiæ erga filiam quam erga neptem vti remotiorem in gradu; ſecundum quos Doctores propterea eadem Dos tanquam à filia profecta dicitur profectitia, & tanquam profectitia confertur, ſeu adducitur in collationem reſpectu filiæ, ſi neptis vult ſuccedere matri, negat vero Menochius *d. conſ.183. d. num.26.* cenſeri profectitiam quoad imputationem in legitimam debitam nepti in bonis filiæ matris ſuæ conſtituens differentiam inter collationem, & imputationem in legitimam, ſcilicet quod in collatione nedum, quæ capiuntur per cauſam immediatam, ſed etiam per cauſam remotam, & mediatam imputetur, & dicatur profectitia, quo vero ad imputationē in legitimam ea tantū dicuntur profectitia quæ immediate ſolum ex patris perſona capiuntur (inquit *ibidem* Menochius) ſecundum Bartholum *in lege cùm oportet, Cod. de bon. quæ lib.* verum Gamma *d. num.1.* ſentit dotem ab auo materno datam nepti contemplatione filiæ imputandam nepti in legitimam reſpectu eiuſdem filiæ matris ſuæ: & ita puto ſentire alios: & ratio eſt ex ſupradictis, & ex Gamma, quia vbi auus contemplatione filiæ dotauit neptem ex eadem filia, videtur dos filiæ data, & breui manu ab illa nepti data, & ſic eſt abſolutè & ſimpliciter profectitia, *d. l. profectitia*, & ſic etiam in legitimam computanda, iuxta, *d. l. dotem dedit, ff. de collat. bonorum*, prout etiam expreſsè Gamma *loco citato*. At aduerſus doctrinam traditam, quod dos data ab auo materno, vel auia materna nepti ex filia intelligi in dubio debeat data contemplatione filiæ non donata nepti obſtare videtur multum textus *in l. vnic. §. Cod. de rei vxor act.* vbi definitur, dotem ab extraneo datam mulieri in dubio præſumi donatam eidem mulieri, & *ibi* nomine extranei veniunt etiam auus maternus, & auia materna, & quicumque non eſt aſcendens per lineam virilem, & certè iuxta præfatum *§. accedit*, valde probabile eſt, cenſeri dotem nepti donatam in dubio, ſi auus, vel auia non ſint ſtipulati ſibi dotem reddi, cum textus loquatur indiſtinctè ſuſtinendo autem præfatam doctrinam obiectioni reſpondendum prout, *nu. ſequenti verſic. verum Mantica.*

Similiter dotem à patruo datam filiæ fratris in dubio, 92
& vbi nihil aliud in contrarium appareat, cenſeri datam contemplatione fratris, & non ipſius neptis, & ex conſequenti eſſe profectitiam, & nepti imputandam in legitimam ſibi debitam in patris bona, tradiderunt poſt Caſtrum *conſ.96. num.2. lib.2.* Alexandrum *conſ.179. num.3. lib.5.* & plures alios Gabriël *d. conſ.5. n.13.* Cæphalus *d. conſ.105. n.33.* Peregrinus *d. art.37. num.11. & deciſ.140. num.7.* Menoebius *d. conſ.183. n.29.* Mantica *de tacitis & ambiguis con. lib.12. tit. 8. num.12. & li.18. tit.13. num.18.* (vbi licet aſſerat ſi frater dotem dedit pro nepte ex fratre, qui ſit ſuperſtes, non intelligitur dediſſe dotem animo dotandi ipſi nepti, ſed repetendi potius à patre ipſius, *arg. l. Neſennius, ff. de negot. geſt.* addit tamen ſi donatio præſumeretur illa magis cenſeretur facta contemplatione fratris, quam neptis) & Surdus *deciſ.322. n.51.* & licet Caſtrus loquatur, quando patruus, & frater erant Socij, & neptis dotata eſt ex communibus bonis patris. & patrui, cæteri tamen abſolutè aiunt neptem dotatam à patruo in dubio intelligi dotatam contemplatione

platione fratris; & omnes præter Peregrinum dicunt, quod patruus, plus afficitur erga fratrem, vt proximiorem, quam erga neptem, quæ eſt remotior; Peregrinus verò poſt Ruinum *conſ.* 171. *numero* 2. ex eo, quod patruus non tenetur dotare neptem ex fratre, dicit, quod dotando eam in dubio videtur illam dotaſſe vti gerens potius negotium, & ideo dos profectitia patris cenſetur *ad l. profectitia, ff. de iure dotium.* Atque adeo patruo aduerſus fratrem datur repetitio pro negotio vtiliter geſto: ſed Mangilius *de Imputatione quæſt.* 20. *numero* 14. ex eo, quod frater in nihilo tenetur fratri, nec eius filiæ, infert patruum dotantem neptem ex fratre cenſeri dotare contemplatione neptis, & dotem eſſe aduentitiam (niſi aliud ex facto vel verbis appareat) ſicut cenſetur dos aduentitia data mulieri ab extraneo, qui ad nihil tenetur eius patri, *iuxta l. vnicam.* §. *accedit, Cod. de rei vxor. act.* & certè textus *in d.* §. *accedit* videtur obſtare dictæ ſententiæ, Caſtri, & aliorum, quòd in dubio cenſeatur dos à patruo data nepti ex fratre contemplatione fratris, & ſic profectitia; cum ibi nomine extranei (*vt ſuprà numero* 18. notatum eſt) intelligatur quilibet circa patrem, & aſcendentes per lineam virilem; & ſic etiam patruus & ob hanc rationem *in d.* §. *accedit* iuxta quem finem, patruus extraneus dicitur dotem à patruo nepti ex fratre datam in dubio, præſumi donatam eidem nepti, & non poſſe ab eo repeti, tradunt plures, quos refert, & ſequitur Menoch. *conſ.* 771. *num.* 3. *&* 5. Verum Mantica *d. num.* 2. reſpondet non obſtare, dicens quod ſequitur, quando extraneus, qui dotem dedit non habet alium proximiorem conſanguineum cui donatio facta poſſit intelligi; ſcilicet fratrem ad quem, tanquam patrem pertineret onus dotandi; iuxta *l. fin. Cod. de dotis promiſſ. & l. qui liberos, ff. de ritu nupt.* Nam tunc in dubio magis (inquit) præſumitur facta donatio fratri qui eſt proximior, quam filiæ fratris, quæ eſt remotior iuxta *l. Cod. de verbor. ſignif.* Sed hæc interpretatio eſt ſatis dubia, cum textus *in d.* §. *accedit*, indiſtinctè loquatur ſtatuens præſumi donatam dotem ab extraneo mulieri, qui non eſt ſtipulatus, ſibi reddi & declarat nomine extranei venire quemcunque qui non eſt aſcendens, per lineam virilem. Vnde etiam non videtur admittendum illud, quod dicit idem Mantic. *d. tit.* 13. *num.* 18. poſt Paulum de Caſtro *conſ.* 96. *l.* 2. ſcilicet dotem à patre datam nepti ex fratre ſuperſtite intelligi non donatam nepti, ſed datam animo repetendi à patre ipſius; neque obſtat argumentum ſumptum *ex l. N. ſennius*, loquente in alimentis, cum donatio alimentorum non præſumatur in omni caſu, quo præſumitur donatio dotis *vt in d. l.* §. *accedit*, & notauit idem Mantica *d. tit.* 13. *num.* 16. quod ſi puella non habeat patrem, eo caſu, inquit idem Mantica *nu.* 13. *verſic. verum in caſu*; eidem nepti donatio facta intelligitur: & addit eidem factam præſumi etiam ſi habeat patrem, dummodo non ſit coniunctus ei, qui dotem dedit, vel remotior eſt in gradu iuxta tradita *cap. præced. numero* 135. eo vero caſu quo patruus, qui dotauit neptem ex fratre fuiſſet ſocius fratris vniuerſorum bonorum, cum tunc videri poſſit dediſſe dotem ſocietatis, & conſequenter etiam ſuo *per l. ſi ſocius pro filia, ff. pro ſocio* poſſet probabiliter dici quod dediſſet non animo donandi fratri, vel nepti, ſed repetendi, ſeu compenſandi in diuiſione, & ſic procedere, quod dixit Peregrinus, & id ſentiſſe Socinum ſen. *conſ.* 291. *num.* 10. *verſic. quarto coniuncto num.* 11. *verſic. minuſque obſtat l.* 2. & Alciatum *conſ.* 46. *n.* 3. *l.* 8. refert Mantic. *d. n.* 13. *verſic. neque etiam.*

§. IV.

Explicantur nonnulla peculiaria dotis aduentitiæ.

AD pleniorem intelligentiam dotis profectitiæ, & aduentitiæ explicanda ſunt peculiaria vtriuſque quibus inter ſe differunt; hoc paragrapho agitur de peculiaribus dotis aduentitiæ in ſequenti de peculiaribus profectitiæ.

Dos aduentitia tota & ad eam, & pro ea actio acquiritur filiæfamilias, & matrimonio per mortem viri ſoluto reſtituenda eſt ipſi filiæ non patri, nec remanet penes hæredes mariti.

In primis igitur tota dos aduentitia, & ſimiliter 91
actio de dote ſoli filiæ quæritur, non patri nec alteri, neque in partem, & ſic ſoluto matrimonio, per mortem viri debetur, ſeu reſtituenda eſt vxori, non eius patri, neque ei (etiamſi ſit mater vel alius coniunctus, non aſcendens per lineam virilem) qui dedit dotem, vbi conſtituendo dotem non eſt pactus ſoluto matrimonio illam ſibi reddi; cum enim dos aduentitia, quæ ab extraneo de bonis eius proficiſcitur, & datur, & extraneus dans, ſeu conſtituens dotem pro muliere, ſi non fuerit ſtipulatus, aut pactus ſoluto matrimonio eam ſibi reddi; in dubio cenſeatur dotem donare mulieri præſumaturque mulierem ipſam ſtipulationem feciſſe, vt ei dos in huiuſmodi caſu accedat, vt expreſsè habetur, *l. vnica*; §. *accedit, Cod. de rei vxoria actione.* Hinc ſequitur, vt tota dos, & actio de dote; ſeu ad petendam dotem mulieri ipſi acquiratur, & ſoluto per mortem viri matrimonio debeat redire, ſeu reſtitui eidem mulieri, id, quod per textum præfatum *in d.* §. *accedit*; *& etiam per auth. quod locum, Cod. de collationibus*, & per textum *in l. auus* 79. *ff. de iure dot.* ac per textum *in l.* 2. §. *quod ſi in patris à contrario ſenſu, ff. ſoluto matrimonio*, tradunt communiter Doctores Gloſſa *in d.* §. *quod ſi patris, verbo profectæ, ibidem* Iaſon *num.* 13. Conanus *lib.* 8. *commentarior cap.* 10. *in principio*, Baldus Nouellus *de dot. p.* 6. *priuil.* 33. Conſtantius Rogerius *de dote, argumento* 9. *num.* 2. Phanucius *de lucro dotis Gloſſ.* 11. *num.* 3. *in fine*, Gomez *ad l.* 50. *Tauri nu.* 28. *verſic. ex quibus*, Suarez de Paz *in ſua practica tom.* 3. §. 12. *num.* 22. P. Barboſa *in l.* 1. *p.* 7. *num.* 22. *& in d. l.* 2. §. *quod ſi in patris n.* 23. *&* 24. *ff. ſolut. matr. & in l. Gaius* 46. *num.* 28. *& in l. poſt dotem, num.* 37. *verſic. ſit prima concluſio*, Franciſcus Molinus *de ritu nupt. l.* 3. *quæſt.* 54. *n.* 53. Mantic. *de tacitis, & ambig. conuent. lib.* 12. *tit.* 9. *num.* 15. Borellus *in ſumma deciſ. tom.* 3. *tit.* 4. *num.* 197. Auguſt. Barboſa *collectaneo ad d. l. vnicam d.* §. *accedit, num.* 55. & alij Iuriſperiti apud eoſdem præſertim apud Auguſtinum Barboſam; & ex Theologis Molina *de iuſt. & iur. tom.* 2. *diſ.* 423. *n.* 7. Rebellus *de obligat. iuſt. part.* 2. *libro* 5. *quæſtione.* 3. *numer.* 3. & Caſtrus Palaus *de iuſt. diſp.* 9. *puncto* 2. *num.* 16. quare non eſt audiendus Cujacius *lib.* 9. *obſeruationum cap.* 4. contendit dotem aduentitiam ſoluto matrimonio non eſſe reſtituendam mulieri, ſed remanere penes maritum etiam ceſſante pacto lucrandæ dotis; cum eius ſententiæ obſtet communis ſententia, & textus expreſſus *in d.* §. *accedit*, & textus, ex quibus nititur Cujacius ſuam ſententiam ſtabilire non illam probant, vt latè, & clarè demonſtrat, P. Barboſa *in d.* §. *quod ſi quis num.* 24.

Soluto per mortem viri matrimonio, filiaf.amilias quæritur dos aduentitia pleno iuri, quoad proprietatem, & vſumfructum.

93 Præterea dos aduentitia filiæfam. ſoluto per mortem viri matrimonio non ſolum reuerti debet ad ipſam non ad patrem, ſed etiam remanet eiuſdem filiæfamilias pleno iure, ſcilicet quod proprietatem, & quoad vſumfructum; ita quod nec vſusfructus patri, in cuius poteſtate, eſt filia, acquiratur vſusfructus in dote aduentitia filiæ, vt notatum eſt *ſupra numero* 27. & poſt alios tradunt Baldus Nouellus *de dote parte* 6. *priuil.*33.*& duobus ſequentibus, & parte* 8. *priuileg.* 10. Conſtantius Rogerius *de dote quaſt.*10. *n.*18. & Mantica *d.tit.*9.*num.*15. *&* 16. licet enim de iure Digeſtorum omnia aduentitia, quæ acquirebat filiusfam. quærerentur patri pleno iure nimirum, quoad proprietatem, & quoad vſumfructum; nec ſtarent momento penes filium, vel filiamfam. *l. placet, ff. de acquir. hered.& §.*1. *inſtit. per quas portiones nobis acquir.* quod ius antiquum ab Imperatoribus filiorum fauore moderatum eſt, & ſtatutum, vt eadem bona aduentitia acquirãtur filiusfam. quoad proprietatem, & patri, quoad vſumfructum tantum, *l. quod ſcitis & l. cum* oportet, *Cod. de bonis quæ liberis.* Tamen ipſius dotis fauore dos aduentitia promiſſa vel data pro filiafam. non comprehendebatur in illa generalitate, ſed illa eodem iure Digeſtorum pleno iure quoad proprietatem, & quoad vſumfructum quærebatur filiæ non potuit ſoluto per mortem viri matrimonio, vt probat *l. Pomponius Philadelph. ff. famil. erciſcunda*, & probant etiam præfati Doctores præſertim Bald. Nouell. *d. priuil.*33. *per textum in l. Gaius, ff. ſolut. matr.* vbi præſupponitur, quod neptis de qua ibi) erat in patria poteſtate, & quæritur an, & cui ex illa aui materni ſtipulatione competat actio, ad dotem ab eodem auo materno nepti conſtitutam, quaſi dicet an patri neptis, vel hæredibus aui dotantis, & *in fine* reſpondet I. C. Paulus fauore nuptiarum eam neptem actionem habere, ac proinde videtur negare de patre, & de hæredibus argument. *l. cum prætor, ff. de iud.* & iure Codicis dictæ *l. cum oportet, & d. l. quod ſcitis* nil innouatum eſt in dote aduentitia (ſicut in aliis bonis aduentitiis, in quibus ideo patri conceditur vſusfructus loco proprietatis, nec omnino læderetur ius patris, cui etiam proprietas acquirebatur) cum nihil tollatur patri, cui etiam ante iura Codicis iure ipſo Digeſtorum dos aduentitia, neque quoad proprietatem neque quoad vſumfructũ quærebatur ſed tota, & plene ipſi filiæfamilias.

93 Ad *d.* vero *l. quod ſcitis, & l. quæcumque, Cod. de bonis quæ lib.* (quibus niſi Alexander *in d. Auth. quod boni, Cod. de collationib.* & Alciatus *in d. l. quod ſi patris num.* 13. *ff. ſolut. matrim.* tenuerunt vſumfructum etiam in dote aduentitia filiæfam. acquiri patri) quæ præfatæ Doctrinæ videntur obſtare, reſpondet Mantic. *d.tit.*9.*n.*17. eas loqui quando neptis ſuperſtitibus patre, & auo deceſſit. Nam tunc auus ex perſona filij eiuſdemque patris, & hæredis ipſius filiæ, & neptis vſumfructum ſibi acquiri, diuerſum autem eſt (inquit idem Mantica) ſi filia vel neptis tantum ſuperſit; tunc enim neque pater neque auus vſumfructum dotis aduentitiæ ſibi acquirit iuxta *num. præced.* tradita. Quare in dote aduentitia filiafamilias eſt magis priuilegiata, quam ſit filiusfamilias in dote, quæ ei, vel eius patri datur ab vxore vel ſocero. Nam licet hodie iure, *Codicis l.*1.*&* 2. *Cod. de bonis maternis* dos vxoris filijfam. quoad proprietatem eidem filio acquirat, & patri ſolum quoad vſumfructum; tamen iure Digeſtorum, acquirebatur patri etiam quoad proprietatem, & dominium, vt tradit Bald. Nouell. *d.p.*6. *de dot. priuil.*37. *n.*2. & poſt eum P. Barboſ. *in l. ſi cum dotem §. tranſgrediantur, numero* 24. *verſ. pro concordia, ff. ſol. matr.* & idem Nouel. probat per textum, *in d. l.*1. *&* 2. *fin.* vbi generaliter dicitur, quod omnia quæ obuenerunt filiofam. ex ſubſtantia ſuæ coniugis quærantur ipſi filio, quoad proprietatem, & patri quoad vſumfructum, & ſic videtur textus præſupponere, quod de iure Digeſtorum quærebatur patri pleno iure ac proinde reſtringere illum textum vt procedat in aliis bonis obuentis filiofam. præter quam in lucro dotis, eſſet contra mentem litteræ illius textus inquit Nouell. præterea concludens fauorem, qui olim dabitur filiæfam. circa lucrum ſuæ dotis aduentitiæ, & profectitiæ, non extendit ad ipſum filiumfam. licet relinquat cogitandum. Porro pater intelligitur habere vſumfructum dotis vxoris filijfam. ſi ſuſtinet onera matrimonij, vt idem Nouell. *d. priuil.*36. *&* 37. *n.*1. & P. Barboſa *vbi ſuprà n.*25. *fine.*

Pater non eſt legitimus adminiſtrator filiæ in dote aduentitia, in qua filia eſt capax iudiciorum ſine conſenſu patris.

Ex èo autem, quod filiafam. habet etiam vſumfructum dotis aduentitiæ infertur patrem non eſſe legitimum adminiſtratorem ipſius filiæ in dote aduentitia prout eſt in aliis aduentitiis, in quibus pater eſt legitimus adminiſtrator ratione vſusfructus ſibi competentis, *l.*1. *Cod. de bonis maternis, & d. l. cum oportet in princ. Cod. de bonis quæ lib.* ita Bald. Nouell. *d.p.*6.*priuileg.*34. *&* 36. *initio*, & Mantica *d.tit.*9.*n.*14. Vnde etiam infertur, quod & ſi regulariter filiusfam. non poſſit eſſe in iudicio, niſi pater conſentiat, *d. l. vltima §. neceſſitate, & §. vbi autem in vnum, Cod. de bonis, quæ lib.* in dote tamen aduentitia filiusfam. ſine conſenſu patris eſt capax iudiciorum ſeu agere poteſt in iudicio, vt poſt alios communiter tradunt Baldus Nouellus *d. priuil.*34. & latiûs *p.*9. *priuileg.* 8. & Mantica *d. tit.*9. *n.*13. *& duobus ſeqq.* & idem tradit P. Barboſa *ad l.*46. *n.*28. *ff. ſolut. matr.* cum enim filia habeat proprietatem & vſumfructum illius dotis ſitque ſola legitima adminiſtratrix eiuſdem, nullo patris conſenſu eget ad agendum in iudicio, quod etiam Bald. Nouell. *d. priuil.*8. probat per textum *in d. l. Gaius in fine, ff. ſolut. matr.* dum *ibi* dicit, quod illa filiafam. fauore nuptiarum in ea dote habet actionem. Nam id debet intelligi effectualiter, & ita quoad plenum exercitium (inquit Nouell.) arg. *l.*1.*§. hæc verba, ff. quod quiſque iur.* ſicut autem ſoluto matrimonio filiafam. pro dote ſuâ aduentitia poteſt eſſe in iudicio ſine patris conſenſu; ita & multo magis abſque patris authoritate poteſt eſſe in iudicio, quo conſtante matrimonio à viro vergente ad inopiam repetit dotem, vt in loco tuto collocetur, vt adhuc ſeruiat matrimonij oneribus, *l. ſi conſtante, ff. ſolut. matr. & l. vbi adhuc, Cod. de iure dot.* Mantic. *d. tit.*9.*n.*13. & Bald Nouell. *d. priuil.*34. 94

Qui etiam *d. priuil.*8. *n.*1. ex dictis infert, quod ſi dos eſſet relicta filiæfam. à matre vel alia coniuncta perſona poſſet ipſa filiafam. ſola agere, nec poſſet pater agere tanquam legitimus adminiſtrator filiæ, licet poſſet, tanquam coniuncta perſona, & ſic cum cautione rati, & non aliter iuxta tradita *in l.*2. *§. fin. ff. ſolut. matr.* vnde ſi apparet de contraria voluntate filiæ expreſsè vel tacitè, puta quia ipſa etiam conſtituiſſet procuratorem ad petendam dictam dotem, non poſſet tunc pater agere etiam cum cautione rati iuxta, *l. non ſolum §. fin. ff. de procurator.* 95

An vero, ſi pater, qui adminiſtraſſet certa bona relicta ſuæ filiæfam. pro dote per auum maternum, illa bona pro maiori parte diſperſiſſet, & alienaſſet, propter 96

pter hæc filia habeat tacitam hypothecam in bonis patris Nouel. *d. p.9. c.priui.8.n.2.* reſpondet primo non habere, quia tacita hypotheca circa adminiſtrationem alimentorum à lege inducta ſit, quando pater aduentitiorum vſumfructum habet, & eſt legitimus adminiſtrator, *d.l.cum oportet, Cod. de bonis quæ li.* ac proinde non ſe extendit circa aduentitia in quib. pater non habuit legitimam adminiſtrationem; ſecundo reſpondet alios ſenſiſſe filiam habere talem hypothecam per tradita *in l. pro officio vt ibid.* Gloſſa, quæ tamen, ipſe ait, procedere tantum in tutoribus & curatoribus res pupillorum, & minorum adminiſtrantibus, & ſic non eſſe locum tali hypothecæ, niſi pater adminiſtraſſet dotem aduentitiam credens ſe eſſe legitimum adminiſtratorem. 3. reſpondet, quod eo caſu quo pater fuiſſet conſequutus legatum factum filiæ ſuæ pro dote, filia poſſet, & deberet agere contra hæredem, qui ſoluit patri *arg.l.qui hominem §.ſi gener.ff.ſoluto matrimonio*, niſi idem hæres non eſſet amplius ſoluendo, nam tunc contra patrem daretur vtilis actio filiæ in ſubſidium ex æquitate, *l.fin.ff.de eo per quem fac. erit.*

Filiafam. in dote aduentitia, & etiam profectitia conſolidata in filium de iure antiquo Digeſtorum, & nouo Codicis, & Auth. habet hæredem ab inteſtato.

97 Ex traditis etiã infertur, quod licet regulariter filiafam. in bonis aduentitiis, & etiam Caſtrenſibus de iure digeſtor. non haberet hæredem, etiam ab inteſtato, ſed patri hæreditas, quaſi peculium deferretur, vt habet *l. 2.ff.de caſtr. peculio*, tamen in dote aduentitia habebat hæredem ab inteſtato, cum ei pleno iure quæratur, & id etiam probatur expreſsè *in l.anus 49.ff.de iure dot.* quæ loquitur indiſtinctè, nec ſe ibi reſtringit Iuriſcõſultus, quando matrimonium fuit ſolutum diuortio vel morte viri, vt dixit Ioãnes Imola *in d.l.poſt dotem*, ſed ſimpliciter dicit dotem ad patrem non reuerti. Hoc etiam tradunt Ioannes Boſch. *de legitimis nuptiis l.4.num.11. verſic. vnde app.ret*, & Bald. Nouell. *de dote p.8. priuil. 10.n.1.* vbi ait ita etiam tenere Bartholum *in l. poſt dotem in 3.& 4.q.ff.ſol.matr.* Gloſſam & Dynum *ibi verbo aduentitia*, ita & Alexand. *in l.poſt dotem n.4.* vbi Bolognetus *n.106.* Claudius *n.24.* Vincent. *n.31.* Corneus *conſ.66.num.6.l.4.* & Baptiſta à S. Blaſio *de priuil. dot. cent.1.n.36.* Qui idem dicunt in dote profectitia in filiam conſolidata, ſcilicet, quando dos profectitia per ſtipulationem, vel pactum expreſſum, vel tacitum patris ſoluto matrimonio debet reddi filiæ, quo caſu ſoluto matrimonio plenè idem filiæfam. quæritur, & in eam conſolidatur, & hic aiunt in eam filiamfam. habere hæredem deſcendentem ab inteſtato, & hoc idem poſt alios tradit Surdus *conſ.206.n.20.& 21.l.2.*

98 Plures, quos Nouell. *d.priuil.10.n.1.* refert & nonnulli alij, quos refert & ſequitur P Barboſ. *d.l.poſt dotem 41.n.38.& ſeqq.* contrarium tenuerunt ea præſertim ratione, quod caſtrenſia, vel quaſi caſtrenſia iure Digeſtor. pleno iure quærebantur filiisfam. & in eis habebantur pro patrefam. adeo quod poterant teſtari, *l.fin. Cod.qui teſtam.fac.poſſ.* & tamen ab inteſtato non habebant hæredem etiam in bonis caſtrenſibus, ſed pater omnia occupet iure peculij, *d.l.2.ff.de caſtr.pecul.* quare multò magis filiafam. in dote licet ſibi pleno iure quæſita non habebit hæredem ab inteſtato, cum non ſit minor fauor militiæ, in qua verſatur publicum intereſſe, quam dotis. Verum licet perſiſtendo in iure digeſtorum licuerit dubitari; hodie vero nulla poteſt eſſe dubitatio, cum iure Codicis, & Authenticorum filiusfam. in aduentitiis habeat hæredem deſcendentem non obſtante patria poteſtate, *d.l.quod ſcitis, Cod. de bonis quæ lib.& §.1.auth.de hæred. ab inteſtato venientibus*, & idem ob eandem rationem in profectitiis ipſi filio, vel filiæfamilias quæſitis iure pleno ſcilicet quo ad proprietatem & vſumfructum, vt dictis viribus quamquam etiam iure Digeſtorum ſupradicta traditio Boſchei Nouell. Bartholi, Gloſſæ, & Dyni videatur lõge probabilior, quã contraria aliorũ opinio fundata *in d.l.2.ff.de caſtr.peculio*, quã Barthol. *in d.l.poſt dotem* reſpondit non obſtare dicens, ideo illud ibi diſpoſitum in filiofamilias milite quia ſi ille relinqueret deſcendentem, is eſt remanſutus in poteſtate aui; & ſic propter poteſtatem auitam haberet dictam hæreditatem quærere ipſi auo paterno; quapropter vt omittatur talis inutilis circuitus iura voluerunt quod eo tempore pater militis occuparet iure peculij, & habebant iura pro abſurdo, quo pater ab inteſtato veniret, vt hæres filij, ideoque per viam quandam indirectam fecerunt ipſum patrem non hæredem directum, ſed bonorum poſſeſſorem, vt occuparet iure peculij. Quæ ratio ceſſat, ſi ipſa filiafam. relinqueret filios, quia illi non remanent in poteſtate aui materni; ſed eorum patris, ac proinde marito ſuccedunt matri in dote aduentitiæ, & etiam in profectitia eidem quæſita pleno iure. Neque obſtat poſſe contingere quod filiusfamilias habeat filium emancipatum ab auo paterno, quo caſu mortuo filio milite talis nepos non eſſet remanſurus in poteſtate aui. Nam omiſſa alia reſponſione Bartholi *in d. l. poſt dotem* reſpondet Nouell. *d.priuil.10. paulo ante n.2.* diſpoſitionem *d. l.2.* procedere ſecundum communiter accidentia, cum deſcendentes, ex ipſo filiofam. milite defuncto remaneant in poteſtate aui ſicut erant à principio, & ſic ſubeſt regulariter ratio euitandi circuitum inutilem per id, quod habetur *in l. dominus Teſtamento, ff. de condit. indeb.* quare ſi daretur caſus, quod filius natus ex præfato filiofam. milite non eſſet in poteſtate aui vtpote ab eo emancipatus, idem Nouellus contra Bartholum *in d.l.poſt dotem* aſſerit tanquam certum ſibi, quod talis nepos ſuccederet patri in Caſtrenſib. nec auus paternus occuparet iure peculij, eo quod prima cauſa ſit filiorum, & etiam tunc ſuadet fauor militis, cuius votum veriſimiliter magis dirigitur erga filium quam erga parentem, *l. nihil §.facilior, ff. de bon. l.* & ad textum *in §.nepos l.1.ff. ſi quis à parent. fuerit manu.* ex quo Bartholus colligit, quod manumiſſio aui non debeat in hoc ſibi nocere reſpondet idem Nouell. *num.2.* illum textum loqui in caſu, quando nepos emancipatus ab auo deceſſit, & ſic agitur de ſucceſſione nepotis emancipati ab auo tũc enim dictus auus præfertur patri ipſius nepotis ab eo emancipati, ex eo quia ab auo fuit manumiſſus, cum æquitas poſtulet, auum ſuccedere debere tanquam in bonis liberti, ſecus verò vbi agitur de ſucceſſione ipſius filij emancipati circa Caſtrenſia patris militis mortui. Nam cum prima cauſa ſucceſſionis ſit liberorum iuxta iura videtur præferendus filius militis ipſi patri militis, idémque auo paterno, qui etiam, ſi contingat prædecedere ipſam neptem emancipatam, idem ſuccederet in dictis bonis ſibi quæſitis tanquam in bonis, quaſi liberti plura apud præfatum Nouellum.

Diſpoſitionis l. vnic. §. accedit, Cod. de rei actione, *quod extraneus dotans, vel promittens pro muliere vel mulieri dotem præſumitur mulieri dotaſſe, ſi non ſtipulatus ſit ſibi reddi ſoluto matrimonio ampliationes.*

Cæterum cum *ſupr.n.92.* ſuppoſitum ſit, quod extraneus conſtituens, ſeu dans dotem pro muliere, ſi non fuerit ſtipulatus, vel pactus à marito ſibi reddi ſoluto matrimonio per mortẽ mulieris, in dubio præſumi dotẽ 99

donatam mulieri, ſciendū, hoc eſſe indubitatum idque aſſerunt omnes Doctores, ſic ſcribentes *in §. acced. l. vnic. Cod. de rei vxor. actione* Bald. Nouel. *de dote p.6. priuil.3.& 45.& 79.*Campeg *de dot.p.1.q.24.*Menoch. *de arbit.caſu* 88.*n.*36. Maſcard. *de probat.concl.*572.Tiraquel. *in l.ſi vnquam, verbo donatione largitus nu.*240. *Cod. de reuocand. donat.* Surd. *de alim.tit.6.q.1.num.*21. Palac. *in repet.ru.de don.inter vir.& vxor.*§.66.Mantic. *de tacit. & ambig. conu. l.*13.*tract.*13. Surd. *conſ.*196.*n.* 26.*l.*2. Gomez *in l.*50. *Tauri n.*23.*fin.& n.*28.*verſic.ex quib.* P.Barb. *ad l.*1.*p.*3.*n.*15.*verſic.primus,& p.*4.*n.*148. *ff.ſolut.matr.* Camill.Borell. *in ſumma dec.p.*3.*tit.*4.*n.*48. *& ſeqq.* Stephan.Gratian. *to.*4.*cap.*769.*n.*66.*&* 68. *& to.*2.*cap.*308.*n.*4. Aug.Barboſ.Collectaneo *in d.§.accedit.* Fontanel. *de pact.nupt.clauſ.*5.*Gloſſ.*1.*p.*3.*n.*2. Doctores *c.praeced.n.*135 *in ſin.allegati*,& alij quos Menoc. Maſcard. Borell. & Auguſt. Barboſ. latè referunt, & conſtat clare, *& d. §. accedit*, & confirmat Surd. *n.*23. quia datio præſumitur donatio, quando nulla dandi ſubeſt neceſſitas, *l.donari,ff.de reg.iur.*

100 Procedit primo præfata traditio etiā in muliere diuite ab extraneo dotata, quæ poterat ex ſuo patrimonio cōmodè dotari; cum text.*in d.§.accedit*, loquatur indiſtinctè & per hunc textū, ita ſentire cōmuniter Doctores ſcribit Nouell. *d.priuil.*3.*n.*4.*d.priuil.*45.*n.*1.& fratrem dotantē ſororē quamvis diuitē præſumi animo donādi illā dotare, tradidere Ripa, Bald. & alij, quos refert, & ſequitur Borell. *d.tit.*4.*n.*68. & tradunt etiam Menoch. *d.caſu* 88.*n.*40. & Maſcard. *d. concl.*572.*n.*7. Gratian. *d. c.*769.*n.*67. Quid vero ſi ſumma dotis à fratre eſſet maxima inſpectis eius facultatibus vide infra *n.*106.

101 Procedit ſecundo, quando extraneus dotans nomine mulieris eſſet ſtipulatus, dotem ſibi reddi, nam adhuc manet præſūptio donationis, & illa ſua ſtipulatio præſumitur facta tanquam ab eo, qui per mandatum a muliere ad ita ſtipulandum adhibitus ſit, ita poſt Bald. Nouell. *in l.*1.*n.*412.*ff.ſolut.matr.* & alios Menoch. *d.caſu* 88.*n.*38.Maſcard.*d.concl.*572.*n.*4.& Aug Barboſ.*collectaneo ad d.§.accedit n.*55.& latius probatur *c.ſeq.n.*92.

102 Procedit tertio, etiā ſi muliere abſente extraneus pro ipſa promiſerit, vel dederit dotē, hoc enim quoq; caſu quæritur mulieri dos, ita Decius *conſ.*35.*n.*10.Paleotus *de dote n.*105. Bal. Nouel.*p.*6.*priuil.*23.*circa fin.*Menoc. *d.caſu* 88.*num.*37. Maſcard. *d.concl.*572.*n.*3. Mantic.*de tacit. & ambig. conu.lib.*13. *tit.*13.*n.*4. Aug. Barboſ. *ad n.*55. *& n.*58. & alij Maſcard. relati, & plures alij relati *c.praeced.n.*117.*verſ.hanc autem*; vbi affertur ratio, & confirmat Nouel. ex §. *& vt plenius d. l. vnic. C. de rei vxor.act.* dum ibi text. dicit, *vel alius pro ea dotem daret, vel reciperet etiam aduentitiam, &c.* & eſt communis ſententia Doctorum præallegatorum, tum hic, tum præcedenti *c.d.n.*117. & aliorū, quod mulieri abſenti quæritur fauore dotis, vnde quando quis promiſit dotē marito pro muliere abſente, licet reſpectu mulieris abſentis, videatur eſſe pollicitatio tamen fauore dotis lex fingit ſtipulationem in fauorē mulieris abſentis, quanti illa pro ſe eſſet ſtipulata, *d.l.vnic.§.accedit*, Natta *conſ.*253. *n.*5 *l.*2. Bald. Nouel. *de dot.p.*6. *priuil.*78.*n.*3. & P. Barboſ. *ad d.l.*1.*p.*3.*n.*15.*ff.ſolut.mat.* vide de hac re plenius *infrà c.*9.*num.*46. vbi diſcutitur, an ex nuda pollicitatione ſeu promiſſione dotis facta directè & immediate mulieri abſenti producatur actio contra promittentem, an vero ſolum, quando ab extraneo dos promittitur, vel detur marito pro muliere abſente.

103 Procedit quarto in fratre dotāte ſororē etiam diuitē, in dubio enim præſumitur donaſſe, id, quod tradunt cū aliis Menoc. Maſcard. Borell. *locis ſup.n.*100.*relatis*, & poſt alios Mantic. *d.tit.*13.*n.*20. vbi loquitur de fratre dotante ſororē de re cōmuni vel cōmuni patrimonio, per *d. textum in d.§.accedit*, frater enim in hac materia venit nomine extranei, vt conſtat *ex d.§.accedit, in fine*, & notatum eſt *ſuprà n.*18. ſicut etiā mater, quæ proinde dotans filiam de ſuo in dubio præſumitur dotaſſe, Rota Romana *deciſ.*329.*n.*15.*&* 16. *p.*5. *diuerſorum*, Rubei, & ſimiliter etiā patruus dotans neptem ex fratre carentem patre præſumitur in dubio eidem nepti donaſſe, *vt ſupra hoc cap.n.*92. notatum eſt *verſic. quod ſi puella*, idē in auo materno, & auia materna, & in quolibet aſcendente per lineam maternam dotātibus neptem ex filia iam defunctæ præſumitur enim in dubio donare nepti, tum iuxta *d. §.accedit*, tum quia non poteſt tum præſumi neptem dotatā intuitu, & affectione filiæ, cū non extant in viuis, quid vero ſi auus maternus, & auia materna dotauerint neptē ex filia ſuperſtite, & ſi patruus dotauerit neptem ex fratre viuente, an in dubio propter maiorem affectionem erga filiam, & erga fratrē vti magis coniunctos, quam neptem præſumi debeat dotem datā contemplatione filiæ vel fratris, non fuiſſe donatam nepti deciſum eſt *ſupra n.*91.*&* 92.

Quid verò ſi extraneus pro muliere iam obligata ſponſo vel marito ad dotem promiſiſſet vel ſoluiſſet ſimpliciter dotem, eiuſdem diſpoſitionis, *d.l.vnic.§.accedit, Cod. de rei vxoriæ*, an cenſeretur donaſſe, *vide c.ſequenti 4.n.*93.*&* 94.

Reſtrictiones, & Limitationes.

Porrò eadem traditio, quod iuxta *d. l.vnic.§.accedit*, extraneus, qui dedit vel promiſit dotem pro muliere, in dubio præſumi debeat donaſſe dotem eidem mulieri, vbi non ſit ſtipulatus, vel pactus ſibi dotem reddi ſoluto matrimonio non nullis modis limitatur.

104 Primo limitatur non procedere, ſi matrimoniū non fuerit ſubſequutum, tunc enim ob tacitam conditionē matrimonij, quæ ineſt tali dotis conſtitutioni, eo non ſequuto non cenſetur donata vt *ſupra praeced. c.n.*135. Contra Decium probatum eſt ex communi Doctorum.

105 Secundò limitatur non procedere nec colligi animū donandi mulieri, ſi ſoror à fratre dotetur, & ipſa incontinenti vel ſequenti die, per Inſtrumentum fateretur ſe tacitam, & contentā eſſe, eo enim caſu non cenſeretur dos donata ſed data pro eius portione bonorum patris, vt poſt plures alios ſcribunt Menoch. *d. caſu* 88. *n.*41. & Maſcard. *d.concl.*572.*n.*12. & idem ait Menochius, ſi alius incontinenti nomine mulieris ipſi dotanti ſatiſfacere promitteret, idem etiam quando extraneus, vel frater ſoluit dotem tanquam fideiuſſor mulieris obligatæ poſt Baldum Nouel. *in l.*1.*n.*338.*in fine ff.ſol.matr.* Notat Menochius *d. caſu* 88.*num.*4. & tradit etiam P. Barboſa *in l.*1.*p.*4.*n.*58.*ff.ſol.matr.*

106 Tertiò limitatur, non procedere, & non præſumi donatam dotem ſorori à fratre datam, ſi ſumma eſſet maxima, ita poſt Socinum iun. latè, id probantem *conſ.* 70.*n.*99.*lib.*3. Menoch. *d.caſu* 88.*n.*43.*in fine*, & Maſc. *d.concl.*572.*n.*15. Ad quod faciunt tradita *in praecedenti parte de alimentorum obligatione, num.*909. & Doctores *ibidem* adducti ad probandum, quod quando à matre, vel ab alio ſanguine coniuncto, cum non tenerentur alere, præſtita ſunt filio, vel alteri coniuncto, alimenta pro quibus facta ſit magna impenſa, in dubio præſumitur non donata, ſed præſtita animo repetendi, ſi is, cui præſtita ſunt, eſſet diues, & habeat bona, vnde ſe poſſit alere. Verum huic limitationi videtur non leuiter obſtare diſpoſitio, *d. §. accedit*, qui indiſtinctè, & abſolutè loquitur, & ſic comprehendere voluiſſe Imperatorem ibi etiam dotem magnam idque fauore dotis, quam voluerit eſſe magis priuilegiatam quam alimenta; & certè alimentorum donationem non præſumi in omnibus caſibus, in quibus præſumitur donatio dotis, videtur ſatis conſtare ex dicto §.*accedit*, vt notatum eſt *ſuprà n.*92. *in fine*, & notauit etiam Mantica *de tacit. & ambig. conu. lib.*13. *allegato*

*tit.*13.

*tit.*13.*n.*16. Quamvis addat illa,quæ excludunt præſumptionem donationis alimentorum, excludere etiam præſumptionem donationis dotis iuxta Gloſſam *in l. vlt. Cod.de dotis promiſſ.* & *conſ.*171.*n.*3. & *ſeqq.lib.*1. eidem limitationi obſtant Doctores ſentientes inter ſanguine coniunctos, etiam alimenta, pro quibus facta eſt magna impenſa, in dubio præſumi præſtita animo donandi non repetendi licet is, cui præſtita ſunt, eſſet diues qui Doctores cum ſuis probationibus latè explicatis allegantur in præfata præcedenti parte de alimentorum obligatione, *n.*907.& 908.

Extraneus frater, Mater patruus, debitor mulieris illam dotantes, an cenſeatur donare, vel habere animum compenſandi.

107 Quartò, ſi extraneus non obligatus dotare, ſiue non coniunctus, ſiue coniunctus ſanguine, vt Mater, frater patruus, qui dedit, vel promiſit dotem pro muliere ex alia cauſa erat debitor mulieris in eadem quantitate vel maiori, & non expreſſit, quod animo compenſandi,vel liberandi ſe à muliere dotem pro illa cõſtitueret, & daret, quamvis etiam in hoc caſu dotem præſumi promiſſum, & datam animo donandi non compenſandi dixerint Bartholus, *in l.vlt.n.*3.*ff. de dotis promiſſ.* Baldus Nouellus, *in l.*1.*n.*222.*ff. ſolut.matr.* & *de dote*, *p.*6.*priuileg.*45.*num.*2. Fontanel. *clauſ.* 5. *Gloſſa* 1. *p.*3.*n.*4. & nonnulli alij à Mantica *d. tit.*13. *num.*10. *fine* relati. Quia, cum dotem ſibi reddi non ſit ſtipulatus,nec pactus,neque tanquam debitum eam ſoluerit, aut promiſerit, habet locum præſumptio animi donandi, ſeu donationis iuxta *d. l. vnic.* §. *accedit*, *Cod. de rei vxor. actio.* quæ cum generaliter loquitur, non debet reſtringi, *l.*1. §. *generaliter*, *ff. de legat. præſtant.* etſi fortè habuit animum compenſandi vel repetendi, ſibi debet imputare, cum non dixerit; cum propoſitum in mente retentum nihil poſſit ei ſuffragari,& hanc ſententiam etiam tenent Baldus *in l.Neſennius n.*3.*ff. de negot.geſt.* Alexander *conſ.*7.*num.*17. *lib.*6. P.Barboſa *ad l.* 1. *p.*4.*n.*152.*verſic.ſecunda igitur declaratio*, & alij ab eodem Barboſa relati, ſi debitum conſiſtat in quantitate, & dos in ſpecie vel contra,& hic in his, quæ non recipiunt functionem in genere ſuo, eo quia in iis, quæ non recipiunt functionem in genere ſuo,non admittitur compenſatio, *l.plane* 1.*ff.de leg.* & *l.ſi conuenerit* 2.*ff.de pignorati.act.* Nihilominus longe verius eſt,præſumi à debitore mulieris dotem in quantitate æquali debito datam aut promiſſam animo ſe liberandi, & compenſandi, & ſiue dos & debitum recipiant mutuam functionem veluti,ſi vtrumque cõſiſtat in quantitate ſiue non reciperent functionem in genere ſuo, veluti ſi vnum conſiſtat in ſpecie alterum in quantitate: ita Bartholus *in l. vxorem* §. *pater naturalis ad finem per illum textum*, *ff. de legatis* 3. Campegius *d.q.*24. Mantica *d.tit.*13.*n.*12.*fine*,& *n.*13. Menochius *d. caſu* 88. *n.*43. Maſcardus *d. concl.*572. *num.*12. Palatios, *in d. repet. rubr. de donat. int.vir.*& *vxor.* §.66. *n.*13. Borellus *d.tit.*4. *n.*70.77.& 78. Auguſt. Barboſa *Collectaneo ad d.* §. *accedit n.*55. *l. vnic. C. de rei vxoriæ actione*, P.Barboſa *d.l.*1.*p.*4.*n.*58.*ff.ſolut.matr.* & Iuriſperiti à Menochio, Maſcardo, & P. Barboſa relati;Datum enim à debitore in dubio præſumitur datum in cauſam debiti & animo compenſandi, *l.ſi cum dotem* §.*ſi pater*, *ff.ſol. matr.* Bartholus, *in l.triticum n.*4.*ff. de verbor.obligat.* & alij Doctores à me allegati *in præcedenti parte de aliment. obligat. num.*926. vbi probatur matrem & patrem debitores filiæ,& fratris præſtantes alimenta filiæ, vel fratri non præſumi donare. Vnde debitor in hoc caſu dotandi videtur gerere negotium ipſius mulieris,vt Bartholus *in d.*§.*ſi pater* & Doctores à me allegati *d.n.*926. & ſic compẽſandi animum habuiſſe; Neque præſumitur aliquid eſſe datum ex cauſa voluntaria,ſi præcedit neceſſaria, *l.vltima,C.de alim.pup.præſt.* & cum aliis Mantica, *vbi ſuprà*, qui ait non obſtare *d.*§.*accedit*, quia non loquitur de extraneo debitore ipſius mulieris, qui promittendo vel ſoluendo dotem videtur gerere negotium ipſius; vt dictum eſt. Sed fundamentum etiam Baldi,& Alexand. Reſpondet non eſſe admittendam compenſationem de ſpecie ad quantitatem, quando exceptio compenſationis in iudicio apponitur,vt ipſo iure fiat iuxta, *l.vltimam*, *C. de compenſat.* & §. *compenſationis inſtit. de action.* in propoſito vero agi de compenſatione, quæ pendet, ex debitoris voluntate, an quod ſoluit nomine dotis,velit in debitum imputare, *d. l. vxorem* §. *pater naturalis*.Dixi vero in quantitate æquali debito, nam ſi plus ſoluiſſet, quàm debebat, illud plus videretur donaſſe, vt poſt Surdum *conſ.*324.*n.*15.*lib.*5. Gratianus *d. c.*769.*n.*75.

Extraneus & quilibet aſcendens per lineam maternam, mater, frater, patruus, adminiſtrator bonorum mulieris illam dotans an præſumatur dotare ex bonis ſuis propriis, & donare, an vero ex bonis mulieris.

Quinta limitatio, ſi frater, patruus, mater, tutor, curator, & extraneus quiuis, qui dotem dedit vel promiſit mulieri,ſeu pro muliere adminiſtrabat bona mulieris,& gerebat eius negotia,non præſumitur habuiſſe animum donandi ex proprio(vt cenſuerunt Iacobus Mandellus Alba,*conſ.*12.& nonnulli alij relati ab eodẽ Alba,& à Menochio,*d.caſu* 88.*n.*48. Maſcardo,*d.concluſ.*572. *n.*11. & Borello *d.tit.*4. *n.*75.) ſed dediſſe ex bonis mulieris,ſeu animo repetendi,ita Baldus,*in l.vlt. n.*12. *C. de dotis promiſſ.* Bald.Nouell. *de dote p.*6.*priuil.* 3. *num.*4. Campegius, *de dote p.*1. *q.*24. Menochius *d. caſu* 88.*n.*46.& 47. Maſcard. *d.concl.*572.*n.*8.*cum pluribus ſeqq.*Gomez *ad l.*50.*Tauri n.*23.*fine*,Mantic.*d.tit.* 13.*n.*15. & *tit.*19. *n.*39. & 40. Borellus *d. tit.*4.*n.*70.*ad* 74.& *n.*77.78.& 79. Stephanus Gratian. *d.c.*769.*n.*74. P.Barboſa *ad l.*1.*citato num.*148. & 157.*ff. ſolut. matr.* Auguſt.Barboſ.*loco ſup.allegato*;& alij Iuriſperiti communiter, quos latè Menochius, Maſcard.& Borell.referunt. Et non eſt dubium,eſſe cõmunem opinionem, iuxta quam in facti contingentia ſe obtinuiſſe teſtatur Borellus, *d.n.*79. quæ etiam confirmatur à Doctoribus in præcedenti parte de alimentorũ obligatione, *n.*915. & ibidem traditis ad probandum patrem, matrem,fratrem,& quemlibet alium ſanguine coniunctum adminiſtratorẽm eius, cui præſtitit alimẽta ſine proteſtatione repetendi, non præſumi præſtitiſſe de ſuo, ſed de bonis aliis,& animo repetendi. Ratio igitur huius cõmunis opinionis eſt,quia adminiſtratio inducit violentam præſumptionẽ,quod,cum dotans non teneatur de ſuo dotare,dotẽ dederit,vel promiſerit de bonis eiuſdẽ mulieris, cuius eſt, ſeu erat adminiſtrator, & negotia gerebat, *l.Neſennius,ff.de negot.geſt.* Nec præſumitur animus donandi,vbi ſumi poteſt alia coniectura (præſertim non leuis, qualis eſt deſumpta ex adminiſtratione, *d.l.Neſennius*)*l.cum de indebito,ff.de probat.* Baldus *in d.l.vltim.n.*12. Mantica, *d.tit.*13, *n.*12. *verſic.ſed ego puto*,& alij Iuriſperiti à me,*d.n.*915.relati.Adminiſtrator enim videtur gerere negotium mulieris dando, vel promittendo pro illa dotem, ad quam etiam dandam vel promittendam vti adminiſtrator bonorum mulieris cogi potuiſſet; neque obſtat *d. l. vnic.allegato* §.*accedit*, *Cod. de rei vxor. actione*, quia non loquitur, vbi adeſt vrgens coniectura excludens animum donandi in dotante,qualis eſt in extraneo adminiſtratore bonorum mulieris,qui promittendo pro muliere,vel ſoluendo 108

do dotem pro muliere, gerit negotium ipſius, ſed quid ſi dos promiſſa vel data per matrem vel aſcendentem per lineam maternam, vel fratrem, aut patruum, tutorem, curatorem, vel alium extraneum tutorem, curatorem, aut adminiſtrantem bona puellæ, ſeu mulieris excederet patrimonium ipſius puellæ, ſeu mulieris, an illum exceſſum, ſeu illud plus videretur ex ſuo promiſiſſe, & dotaſſe puellam, ſeu mulierem Baldus Nouellus *de dote d. p.6. priuil.3. n.4.* ſine vlla diſtinctione dicit matrem, & patrem, & alium etiam extraneum videri in illo exceſſu dotaſſe de ſuo, Gom. *ad d.l.Tauri, n.24.* diſtinguens dicit, quod ſi extraneus prouiſor illius dotis ignorabat dotem promiſſam excedere vires patrimonij mulieris, non teneretur de ſuo dare illud plus, ſed remanet liberatus, ſi mulier, pro qua promiſit, non ſit ſoluendo, quia in dubio videtur promittere adminiſtratorio nomine, ſi vero ſciens vires patrimonij ipſius mulieris promiſit tenetur ſoluere illud plus de ſuo iuxta text. *in l. cum poſt mortem §.1. ff. de adminiſtratione tutorum.* At vero mater, vel aſcendens per lineam maternam de ſuo videtur illud plus promiſiſſe, & tenetur ſoluere, quia, inquit, ratione naturalis coniunctionis. & pietatis, & affectionis videtur dotaſſe *arg. text. in l. Neſennius, ff. de negot. geſt.* & eorum quæ quoad alimenta notaui in *præcedenti parte de alimentorum obligatione cap.16. num.919.* & hoc idem ſentire Palatium *in repet. Rubr. de donat. int. vir. & vxor. §.66.n.16.* referunt idem Gomez *ibid.* & P.Barboſa *ad d.l.1. n.149. ff. ſolut. matr.* vbi etiam addit idem ſentire Caualcanum, *deciſ.34.a n.3.* & Baezam *de non melioran. filiab. ca.111. n.151.* verius tamen eſt, nullam eſſe faciendam differentiam inter extraneum, & coniunctos, matrem, aſcendentes per lineam maternam fratrem, & Patruum: Sed ſi extraneus, & præfati coniuncti, Tutores, Curatores, ſeu adminiſtratores bonorum puellæ ignoranter promiſerint maiorem dotem, quam eſſet in bonis puellæ, promiſſio quoad exceſſum patrimonij puellæ eſt nulla iuxta *l. ſine generalis, ff. de iure dotium & d.l. cum poſt mortem §.1. initio:* ſi verò ſcientes dotem promiſſam excedere vires patrimonij eiuſdem puellæ promiſerint, tunc ne dolus eorum noceat marito, ex propriis bonis tenebuntur refundere id, quod ex bonis puellæ deeſt: Quia præſumuntur exceſſum habuiſſe animum donandi, vt pariter habetur, *d. l. cum poſt mortem d.§.1. poſt initium.* Ita expreſsè Baldus Nouellus *d. p.6. priuil.41. & 45.n.2.* Fontanella *de pactis nupt. clauſ.5. Gloſſa 5.n.22.* Sfortia Oddus *de reſtit. in integ. qu.59. n.20. verſic. aut promiſit iuxta valorem, & verſic. ſequenti,* & P.Barboſa *d.num.149.* in extraneo enim, & in coniuncto, matre, fratre, patruo, qui non tenetur ex ſuo officio dotare, qui adminiſtrat bona puellæ, militat eadem ratio, vt notarunt etiam Ripa *in d.l.1.n.49. ff. ſol. matr.* & Coraſius *in l. qui liberos n.151. ff. de ritu nupt.* verum autem præſumi debeat ſcientia, aut ignorantia in matre, fratre, extraneo, adminiſtratore, Tutore, Curatore habetur, *l. fin. Cod. arbitrium Tutelæ,* & tradunt Auguſt. Barboſa: *collect. ad d.l. fin.5.* Mantica *de tacitis & ambig. conu. lib.13. tit.9.n.32.* & Menochius *l.1. præſ.63.n.11. & præſumpt.65.n.6.* reſoluentes, ſicut præſumitur ſcientia iuxta *d.l. fin.* poſſe tamen à Tutore, vel Curatore allegari, & probari errorem.

Dotans mulierem habentem patrem diuitem, vel alium obligatum illam dotare, an præſumatur donare, vel habere potius animum repetendi.

109 Sed quid, ſi extraneus, mater, frater, vel alius coniunctus dotem dederit, vel promiſerit pro muliere, qua habet patrem viuentem, qui tenetur, & poteſt dotare, vel alium (puta auum paternum, vel hæredem potius) cui incumbit dotandi onus, & dotem dare poteſt, an tunc locum habeat diſpoſitio *d.§. accedit,* & præſumi debeat dotaſſe, vel promiſiſſe dotem animo donandi potius, quàm repetendi: magis habuiſſe animum donandi, quā repetendi cenſere Socinus ſen. *conſ.291. num.11. l.2. & conſ.7..20.l.4.* Iacobus de Ra, & Oldradus *in l. vltima Cod. de dotis promiſ.* quos, & nonnullos alios tanquam eiuſque ſententiæ refert Mantica *de tacit. & ambig. conu. lib.13. d.tit.13.n.4.* huius ſententiæ eſſe Surdum *conſ.534. n.5. & ſeqq.* refert Stephanus Gratianus *d.c. 769.n.70.* probant, quia ſi aliud diceretur nimium reſtringitur diſpoſitio *d.§. accedit,* neque obſtare *l. Neſennius in princ. ff. de negotiis geſtis,* vbi habetur, quod ſi mater præſtiterit alimenta filio, quem pater tenetur, & poteſt alere, non præſumitur præſtitiſſe animo donandi, ſed repetendi à patre, quod late probaui in præcedenti parte *de alimentorum obligatione num. 912. & duob. ſeqq.* reſpondet Socinus quia, inquit, *d.l. Neſennius*: loquitur de alimentis, & argumentum de alimentis ad dotem non concludit, quia ſi extraneus alat extraneum præſumitur habuiſſe animum repetendi, vt à contrario ſenſu colligitur, *in l. ſi paterno affectu,* & ibi Gloſſa recepta, *Cod. de negot. geſtis,* quaſi ſolum perſonæ ſanguine coniunctæ propter coniunctionem præſumantur motæ ad alendum intuitu pietatis, de quibus *in l. alimenta eod. tit. & in d. l. Neſennius,* & de iis latè *in d. præcedenti parte de alimentorum obligatione à n.902.* At ſi extraneus dotem dedit, vel promiſerit, præſumitur dediſſe vel promiſiſſe animo donandi *d.§. accedit l. vnic. Cod. de rei vxor. act.* vbi Imperator non diſtinguit, an mulier habeat patrem, quando eum extraneus dotat, vt præſumatur donatio, vnde ſequitur, vt nec nos diſtinguere debeamus, & ita præter allegatos Doctores, nonnullos alios allegantes ſentiunt etiam P.Barboſa *ad l.1.p.4.n.104.105. & 107.* & Fontanella *de pactis nuptialibus clauſ.5. Gloſſa 1.p.3.num.2.* His tamen non obſtantibus ſit ſexta limitatio &c.

Sexta limitatio dictæ diſpoſitionis *d.§. accedit,* vt non 110
procedat, quando extraneus vel coniunctus dotem dedit, vel promiſit dotem pro muliere, quæ haberet patrem diuitē, qui teneretur, & poſſet dotare, tunc enim non præſumitur donaſſe, ſed dediſſe animo repetendi à patre, & maximè ſi pater non dotauit filiam, quia abſens erat, vel in remotis, vel furioſus vel in carceribus, vel fortè perfidia detentus noluiſſet, vel nollet dotare: ita Gloſſa *in l. vltima, Cod. de dotis promiſſione* Baldus Nouellus *de dote p.6. priuil.3.n.6.* Mantica *d. tit. 13.n.15. & 17.* Menochius *conſ.772. num.8. verſic.* reſpondetur, Ruinus, *& d. caſu 88. num.44.* Maſcardus *d. concl.572.n.16.* Palatius *in Rubric. de donat. vir. & vxor. §.66.n.12.* Gratianus *d.c.769.n.72.* Aug. Barboſa *loco ſuprà allegato,* & Caſtrus, Ruinus, & Alciatus *locis* à Menochio, & Maſcardo relatis, & alij relati à Mantica & à Petro Barboſa locis citatis. Ratio eſt, quia dotans, vel promittens dotem præſumitur hoc feciſſe tanquam gerens negotium patris obligati & donatio non præſumitur, vbi ſumi poteſt alia coniectura, vt *ſuperius num.108.* dictum eſt. Quare cum dotans in hoc caſu egerit vtile negotium patris diuitis obligati dotare propterea actione negotiorum geſtorum, ab eodem poteſt dotem datam repetere, & idem ſi alius à patre, puta auus paternus vel eorum hæres erat obligatus dotare mulierem, & poterat dotare: Nam, & tunc extraneus amicus, vel coniunctus, qui dotem dedit, vel promiſit tanquam gerens negotium obligati præſumitur feciſſe, & ſic actione negotiorum geſtorum ab eo repetit, vt etiam de alimentorum præſtitorum repetitione tradidi *dicta præcedenti parte de alimentorum obligatione: numero 913. & 914.* Præfatam autem depoſitionem in *d.§. accedit*: reſpondent præfati Doctores, & alij à Mantica *d. num.17.* relati intelligendam, vt habeat locum, quando non ſupereſt pater diues, aut alius ad

quem

quem ſpectet onus dotandi ipſam mulierem, pro qua extraneus dotem dedit. Addit, & bene Mantica poſt Nattam *conſ.*100. *n.*14. & Baldum Nouellum *in l.*1. *n.*338.*ff.ſoluto matrimonio*: quod diſpoſitio *d.§.accedit* fauore dotis inducta ſit [vt omnes ſentiunt] & ita ſi eſſet, quæſtio, an dos poſſet repeti à muliere dotata, tūc ageretur de fauore ipſius mulieris, ac proinde ab ea non poſſet repeti, ſed cum dos repetitur ab eo, qui tenebatur eam dare, non agitur de præiudicio dotis; nullum eſt enim præiudicium mulieris, ſi dos repetatur à patre, vel ab alio, cui onus dotandi incumbit, quod idē tradit ex eodem Mantica Gratianus *d.c.*769.*n.*73.

111 Septimo à fortiori limitatur dicta diſpoſitio, vt non procedat, quando pater prius dotem promiſiſſet, & deinde extraneus, vel perſona coniuncta, vt mater ſolueret; non enim animo donandi, ſed repetendi à patre dediſſe cenſeretur, tanquam dederit gerens vtile negotium patris promiſſoris, ita Menochius *d.caſu* 88. *n.*45. poſt Baldum Nouellum *d.n.*338.*prope finem.*

An dicta diſpoſitio procedat in matre & fratre habente bona communia cum filia ſeu ſorore, filiam vel ſororem ſimpliciter dotante ex illis bonis, ſcilicet videatur partem ſuam donare vide *cap.*3.*ſequenti.n.*96.

Enodantur nonnulla alia circa diſpoſitionem l. vnic. §. accedit, Cod. de rei vxor. actione, *& circa particularia dotis aduentitiæ.*

112 Vltra prædicta ad maiorem intelligentiam dictæ diſpoſitionis, *l.vnic.§.accedit, Cod. de rei vxor. act.* & particularium dotis aduentitiæ ſuperſunt nonnulla alia explicanda. Cum igitur *in d.§. accedit* dicatur dotem ab extraneo datam pro muliere præſumi illi donatam, ſi non ſpecialiter extraneus dotem dando ſtipulatus ſit vel pactus fuerit ſoluto matrimonio ſibi dotem reddi; ex quo *textu & ex l.ſi extraneus, ff. de conditione cauſa data*, conſtat extraneum dotantem in actu ipſius dotationis poſſe ſtipulari & apponere factum vt ſoluto matrimonio per mortem mulieris, dos ſibi vel ſuis hæredibus reſtituatur, & conſtat ex traditis *cap.*2.*num.*135. 136.*&* 137.*& hoc cap.n.*92.93.*& ſeqq.* & tradunt Doctores hoc *cap.d.n.*89. & alij omnes, & latè Fontanella *clauſ.*5.*gloſſ.*10.*p.*1.*n.*3.

Quæritur primò, an extraneus dotem dans, vel promittens pro muliere poſſit ſtipulari, vt præmoriente marito dos remaneat penes mariti hæredes, vel alij extraneo, non vero ſibi reſtituatur. Pro affirmatiua à Rolando *de lucro dotis quæſt.*28.*n.*2. Adducuntur Baldus *in l. hac edictal. Cod.de ſecund.nuptiis*, & Nonnulli alij, quos & ipſe ſequi videtur à P. Barboſa *in l.*2. *princip.num.*146.*verſic.contrarium, ff. ſoluto matrim.* allegantur, Socinus in eandem *l.*2.*num.*16. Iaſon *ibidem num.*8.*&* 17. & nonnulli alij, rationem eam adducit Baldus, poſt eum Nouellus, quia extraneus dotare non obligatus dotans poteſt prouidere de reſtitutione dotis, pro vt vult; & cui vult vt expreſsè dicitur, *l.ob res* 20.*ff. de pactis dotalibus*; ergo poteſt ſtipulari, vel paciſci, quod iſta dos reſtituatur ſibi, vel extraneo, vel remaneat penes maritum; & in hanc ſententiam inclinat Baldus Nouellus *de dote p.*12. *num.*40. vbi dicit videri dicendum, quod extraneus dotans poſſit alteri ſtipulari propter æquitatem, de qua *in l. quoties, Cod.de donat. quæ ſub modo*, ſcilicet fauore liberalitatis donantis, quem textum etiam adducunt præallegati Doctores. Hanc candem ſententiam tenet, & latiſſimè probat Mantica *de tacit. & ambig.conu.lib.*12.*tit.*33.*nu.*45. *ad* 48. tenent etiam Surdus *conſ.*255. *num.*23.*lib.*2. & Stephan. Gratianus *to.*4. *cap.*769.*n.*7.*&* 8. confirmat Mantica, quia ſi poteſt extraneus dotans paciſci ſibi reddi dotem ſoluto matrimonio per mortem viri; non eſt cur non poſſit etiam paciſci, reddi alteri, vel manere penes mariti hæredes; cum nihil Reipublicæ interſit, quod ad extraneum dotantem magis reuertatur, quam quod penes hæredes mariti maneat, quia in vtroque caſu mulier indotata manet; nihil enim intereſt Reipublicæ, quòd mulier remaneat indotata magis fauore extranei dotantis, quam alterius, & ſic ait Mantica non obſtare, *d.§.accedit*, quia in vtroque caſu eadem eſt ratio, ſcilicet, quod poſſit legem, quam velit, dicere rei ſuæ iuxta *d.l.ob res.*

At contraria ſententia negatiua tanquam magis re- 113
cepta aſſeritur à P.Barboſa *d.num.*146. poſt Bartholum *conſ.*126. Ripam, Alciatum & alios *in d.l.*2. *in princip.ff.ſoluto matrim.* & ab Auguſt. Barboſa *collectaneo ad d.l. vnicam num.* 59. *Cod. de rei vxor act. & collect. ad l.quamvis, Cod. de pact. conu.* & pro hac ſententia manifeſtè ſtare videtur textus *in d.§.accedit, l.vnic.Cod. de rei vxor act.* dum ibi extraneo dotanti mulierem ſpecialiter permittitur, vt in continenti poſſit ſtipulari ſoluto matrimonio dotem ſibi reddi, ſeu ad ſe reuerti, ergo non poterit ſtipulari reddi alteri extraneo vel remanere penes hæredes mariti, ex quo mulier remaneret indotata & ſic etiam *l.*2. *de pactis dotalibus & l.quamvis, Cod. de pactis conu.* redditur nullum omne pactum ſiue à patre, ſiue ab extraneo, qui dotem dedit, ſiuè in conſtitutione dotis, ſiue poſt dotem datam factum, vt matrimonio per mortem viri ſoluto, dos tota, vel pars eiuſdem remaneat penes liberos, ſeu mariti hæredes, quia indè mulier remaneret indotata, vel deterioris conditionis fieret in dote; & hanc eandem ſententiam tenet Auguſt. Barboſa *collectaneo ad d. l. quamvis, & collectaneo ad l.vnicam §.accedit, num.*59. *Cod. de rei vxoriæ act.* Ad textum vero *in d. l. ob res* reſpondet vterque Barboſa eam ſic generaliter loquentem eſſe reſtringendam, ſeu declarandam, ſcilicet, quod tempore dotis pater vel extraneus dotans poſſit ſtipulari & paciſci prout vult, dummodo ex ſtipulatione, vel pacto non remaneat mulier indotata, quod aduerſaretur publicæ vtilitati; conditionem enim vtilitati publicæ præiudicantem etiam in traditione rei ſuæ dotantem etiam extraneum apponere non poſſe idem Petrus Barboſa, ait colligi aperte ex *d.l.*2.*ff. de pactis dotalibus*, & probat *ex l. cum dos* 7. *in princip.ff. eod.* quæ licet generaliter dicat patrem dotantem filiam poſſe apponere pacta, quæ voluerit, intelligitur dummodo ex pacto non reſultet aliquid, quod vtilitati publicæ videbitur præiudicare, quod eſſet, ſi filia remaneret indotata; & ſi hæc declaratio intelligitur in patre dotante à fortiori intelligi debet quando extraneus dotando apponit prædictum pactum vt dos remaneat penes mariti hæredes, vel penes alium extraneum. Nam pater paciſcens poteſt cogi iterum dotare filiam *auth.quod locum, Cod.de collat.* de quo in ſequentibus capitibus extraneus autem dotans non poteſt cogi iterum dotare, vt poſt Parpaliam *in l.*2.*num.*36.*ff.ſolut.matr.* tenet idem Barboſa *d. num.* 146.*in fine*; licet Socinus, & Iaſon *locis numero praecedenti allegatis* ſentiant poſſe cogi. Propter quæ, & quia non ſolum *d.§.accedit*, excluditur præſumptio donationis in eo tantum caſu, quod extraneus dotans ſpecialiter ſit ſtipulatus vel pactus ſibi dotem reddi, ſed etiam *in l.ſi extraneus, ff. de condit. ex cauſa data*, caſus eſt de extraneo dotante, qui ſtipulatus fuerit dotem ſibi reddi, quoquo modo finitum eſſet matrimonium, valde inclino in hanc ſententiam. Ratio autem æquitatis ſumpta ex liberalitate, rectè potuit eſſe cauſa, cur iura permiſerint extraneo ſtipulari ſibi reddi dotem non permiſſo ei ſtipulari reddi alteri fauore ſpeciali dotis, & mulieris, ne remaneret indotata. Et eandem ſententiam, quod extraneus dotans non poſſit validè ſtipulari vel paciſci in fauorem tertij, ſi promiſſio reſtitutionis dotis de directo conferatur in ipſum tertiū,

 &

& non in ipſum dotantem; tradit etiam Baldus Nouellus *de dote p.6. priuil.22. in fine*, addens in hoc caſu non procedere diſpoſitionem *d. l. quoties*, Allegata tamen *p.12.n.39.* admittit, quod extraneus dotans poſſit ſtipulari dotem reddi patri mulieris ſoluto matrimonio per mortem viri, quo caſu dicit, quod prædefuncto viro actio ſaltem vtilis quæreretur patri cum onere tamen redotandi filiam, argumento *auth. ſed quamvis, Cod. de rei vxor. action.* eo enim ipſo inquit Nouellus, quod extraneus dotans ſtipulari dotem reddi patri, videtur hoc feciſſe fauore mulieris; & hoc ait notandum ad ampliationẽ diſpoſitionis *d. authentica ſed quamvis*, vt ſcilicet procedere poſſit etiam in dote aduentitia, quando extraneus dotãs ſimpliciter ſtipularetur dotem reddi patri. Hanc pariter ſententiam videtur approbare Fontanella *d. Gloſſa 10.p.1.num.4.* dum refert P. Barboſæ ſententiam, & approbare videtur ob Barboſæ rationem *ſuprà* adductam ſcilicet, quia prædictum pactum eſt præiudiciale doti & bono publico repugnat, cuius intereſt, ne mulieres remaneant indotatæ, vt iterum nubere poſſint, ita etiam ſentit Stephanus Gratianus *to.4.cap.769.num.16. & 17.* dicens pacta circa reſtitutiones dotium eſſe ſemper interpretanda in caſu ſoluti matrimonij per mortẽ mulieris ob fauorem publicum, vt repleantur ciuitates liberis; quamvis ſimus in extraneo dotante, ſicut & pactum inter coniuges de lucranda dote in caſu ſoluti matrimonij intelligi dummodo mulier præmoriatur, tradit cum aliis Franciſcus Molinus *de ritu nupt. l.3.q.1.n.15.* vbi etiam poſt Gloſſam *in l. quamvis, Cod. de pactis conuentis*, & Bartholum *conſ. 226.* rectè aduertit extraneum dotantem mulierem paciſci non poſſe, vt dos ab eo data ſoluto matrimonio per mortem viri ad eundem reuertatur abſque onere iterum eam dotandi: id enim eſſet contra publicam vtilitatem, cum mulier remaneret indotata, nec poſſet nubere; Quare ſi ſtipularetur dotem ſibi reſtitui, etiam marito præmoriente dos ad eundem reuerteretur cum onere illã denuò dotandi, ſicut quãdo dos filiæ ſoluto matrimonio per viri obitum reuertitur ad patrem cum illo onere iterum illam dotandi, *auth. ſed quamvis, Cod. de rei vxor.* Plura de pactis, quæ à dotantibus poſſunt, vel non poſſunt opponi circa dotem videantur apud P. Barboſam *in d. l.2. in principio præſertim à num. 147.* Auguſtinum Barboſam *ad d. l. quamvis, Cod. de pactis conu.* & apud Baldum Nouellum *de dote priuil.11. & p.12. à num.36.* & Molinum *d. lib.3.* De quibus *infrà*, ſi egerimus de pactis dotalibus, ſequentia pro nunc tantum ſubiicio.

Si extraneus dotans ſtipuletur dotem, ſoluto matrimonio reddi mulieri, eidem mulieri acquiritur actio dotis.

114 Quæritur ſecundo ſi extraneus vel coniunctus dotans ſtipuletur, vel paciſcatur dotem reddi, ſeu ſolui mulieri ſoluto matrimonio per mortem viri, an eidem mulieri acquiratur dos. Affirmatiuè reſpondent communiter Doctores, quia licet alteri nemo poſſit ſtipulari, vel acquirere, *l. ſtipulatio iſta §. altera, ff. de verborum oblig.* cum aliis ſimilibus adductis per P. Barboſam *ad l. Gaius. 46. n.4. ff. ſolut. matr.* nihilominus hæc regula fallit, ſeu non procedit in dote eius fauore propter publicam vtilitatem, vt per textum *in d. l. Gaius* tradunt *ibidem* Bartholus *n.3.* Paulus de Caſtro *n.4.* & ſcribentes *ibidem* Baldus Nouellus *de dote p. 6. priuil. 22. & 23.* Gomez *ad l.50. Tauri num.28. verſic. ex quibus clare*, & alios allegans P. Barboſa *ad d. l. Gaius, n.5. 7. & 10.* Confirmat Nouellus *d. priuil.22. num.2.* quia ſtipulatio extranei dotantis iuuatur ſuffragio legis quæ fingeret ſtipulationem ſi extraneus non fuiſſet tali modo ſtipulatus, *d. §. accedit l. vnic. Cod. de rei vxor. act.*

Ex quibus idem Baldus Nouellus *d. priuil.22. in fine*, 115
& Barboſa *d. n.10.* aiunt maiorem eſſe fauorem dotis quam fiſci, cui alter priuatus ſtipulari non poteſt, & acquirere actionem, *l. in principiis*, & ibi Bartholus *ad finem, ff. de iure fiſci*, cum alter poſſit mulieri ſtipulari dotis reſtitutionem,

Quando extraneus dotans ſtipulatur dotem ſoluto matrimonio reddi Mulieri, vel ſibi; vel ſibi, & mulieri; vel ſibi & cui de iure debetur an dos acquiratur mulieri.

Quæritur tertio, ſi extraneus, vel coniunctus dotans 116
ſtipulatur alternatiuè dotem ſoluto matrimonio reddi mulieri vel ſibi, an tota actio dotis acquiratur mulieri, ipſique ſit reſtituenda Reſpondetur affirmatiuè Doctores mox allegandi, & alij communiter. Quia licet diſiunctiua, ſeu alternatiua poſita inter perſonas honoratas, quibus actio quæri poteſt reſoluatur in coniunctam, vt actio cuilibet quæratur pro virili, *l. cum quædam penultima, Cod. de verborum ſignificat.* Baldus Nouellus *de dote p.6. priuil.26. n.1.* & Gomez *ad l.50. Tauri n.28. verſic. ex quibus* fauore tamen dotis alternatiua non ponitur pro cõiuncta, vbi & extraneus, vel coniunctus, auus maternus, frater, patruus dotans ſtipulatus eſt dotem mulieri, aut ſibi reddi ſed mulieri quæritur actio de dote inſolidum, & non pro rata, nec hæredibus dotantis prædefuncti, quæritur actio, vt patet ex *l. Gaius. 46. ff. ſolut. matr.* & ibidem Bartholus Dynus & alij ſcribentes, Baldus Nouellus, & Gomez *locis citatis*, & alij mox *citandi*: & licet etiam quando ſtipulatio ſit per alternatiuam, ſcilicet quis ſtipulatur ſibi, vel alteri, nempe Titio dari regulariter perſona tertij, ſeu alia perſona à ſtipulatore nominata, ſiue ſit nominata, ſeu adiecta in prima, ſeu in ſecunda parte alternatiuæ ſemper cenſeatur adiecta ſolutioni ſcilicet ad recipiendam ſolutionem, non obligationi, ſeu ad quærendam obligationem, & ſtipulator ſemper cenſetur adiectus obligationi, vt probat textus *in d. l. Gaius, & in l.1. §. ſi fructuarius, ff. de ſtipulatione ſeruorum l. cum quis 56. §. qui ſibi, ff. de verb. oblig. & l. Stichum 65. §. quæſitum, ff. de ſol.* Bartholus *in dicta lege Gaius numero 2.* Baldus Nouellus *d. parte 6. priuileg. 28. initio.* Surdus *conſ.206. num.24.* P. Barboſa latè *ad d. l. Gaius num.13. in fine, & ſeqq.* & Stephanus Gratianus *diſcept. for. to.2. cap.308. num.5.* Tamen fauore dotis quando dotans ſtipulatur dotem reddi mulieri vel ſibi, ſtipulator cenſetur adiectus ſolutioni ſcilicet ad recipiendam ſolutionem, & mulier adiecta obligationi, ita vt dotans ſtipulator cenſetur voluiſſe quærere ius, & actionem mulieri, *d. l. Gaius verſic. ſed dicendum*, & in hoc caſu quando in huiuſmodi ſtipulatione alternatiuæ mulier, eſt primo loco nominata & poſtea nominatus dotans ſtipulator ita propter præfatum textum *in d. l. Gaius* loquentem in eo caſu, quo auus maternus dotans ſtipulatus eſt dotem reddi nepti pro qua dotem dederit, vel ſibi, ſentiunt communiter Doctores Bartholus, Baldus, Nouellus, Gomez, Gratianus *locis allegatis* Baldus *in d. l. Gaius in fine ibidem* Imola, Alexander & alij ſcribentes.

Sed quid, ſi in ſtipulatione huiuſmodi alternatiua 117
nomen dotantis ſtipulatoris præceſſit, & in ſecunda parte alternatiuæ ſubſequatur, ſeu poſitum ſit nomen mulieris, putà ſi extraneus vel coniunctus, qui dedit vel promiſit dotem pro muliere ſtipulatus ſit dotem reddi ſibi, vel mulieri ſoluto matrimonio, an in hoc caſu quoque fauore dotis ſtipulanti cenſeatur adiectus ſolutioni, ſeu ad recipiendam ſolutionem, & mulier adiecta obligatione, & dotis actio illi cenſeatur quæſita,

ac ſi fuiſſet primò poſita in eadem alternatiua, an verò dotans ſtipulator primò in alternatione poſitus, cenſeatur adiectus obligationi, ſeu ad obligationem acquirendam; & ei vel eius hæredibus ſit reſtituenda dos ſoluto matrimonio, & mulier poſteriori loco nominata ſit adiecta tantum ſolutioni in huiuſmodi ſtipulatione mulierem videri adiectam ſolutioni, ſeu ad ſolutionem recipiendam, non obligationi iuxta *dictam l. cum qui §. qui ſibi, ff. de verb. obligatione, & d. l. Stichum §. ſi quaſitum, ff. de ſolut.* & quia primo nominatus cenſetur magis dilectus *arg. l. quoties 34. ff. de vſufructu* ſenſere Baldus *in l. fin. Cod. comm. vtriuſque iudicis colum. vlt. verſic. concludo ergo.* Salycetus *in l. unica, Cod. de iure dotium* Baldus Nouellus *d. priuilegio* 28. *n.* 1. *&* 2. Romanus *in d. l. Gaius n.* 10. *ibidem* Imola, & Alexander, & nonnulli alij à P. Barboſa, *ad d. l. Gaius n.* 24. *in fine* allegati, qui dicunt non obſtare *d. l. Gaius*, ſed potius confirmare hanc ſententiam, quia ibi Iuriſconſultus poſuit caſum [quod non ſine miniſterio, ait Nouellus, feciſſe videtur] quando auus maternus dotans poſuit ſe in ſecunda parte alternatiuæ, & neptem in priori parte, quo caſu videtur ſe poſuiſſe tanquam adiectum ſolutioni, & non obligationi fauore mulieris, & dotis, ne fraudetur mulier ipſa Dote.

118 At contrarium & mulierem etiam in ſecunda parte alternatiuæ poſitam cenſeri adiectam ad obligationem & actionem acquirendam fauore dotis tenent magis communiter Doctores, Bartholus *in d. l. Gaius num.* 5. Alexander *in d. l. eum qui §. qui ſibi n.* 5. *ibid.* Iaſon *n.* 6. Alciatus *n.* 7. Ioannes Baptiſta à S. Blaſio *de Priuilegiis dotalibus centuria* 1. *n.* 34. *& cent.* 2. *n.* 12. Gomez *loco ſuprà allegato*, P. Barboſa *ad d. l. Gaius n.* 25. Surdus *d. conſ.* 206. *n.* 26. Stephanus Gratianus *d. c.* 308. *num.* 6. & plures alij à Gomez, P. Barboſa, Surdo, & Gratiano relati, & ab hac ſententia in iudicando non eſſe recedẽdum dixit Romanus *d. n.* 10. Probat hanc ſententiam, *d. textus in l. Gaius verſi. ac ſi ſibi*, vbi apertè declarat, quod licet, ſi auus maternus ſtipularetur ſibi, aut nepti ſecundum regulas ordinarias actio videretur quæſita auo, & neptis videretur adiecta ſolutioni, tamen ſpeciali fauore dotis actio cenſeretur quæſita nepti, & auus videretur adiectus ſolutioni, vt etiam notauit Baldus *in d. l. fin. n.* 11. ne mulier remaneat indotata, quæ eſt ratio eiuſdem Textus, ob quam ait eredi mulieri actionem fuiſſe quæſitam ad petendam dotem, quæ ratio, cum procedat iam quando mulier ponitur in ſecunda parte alternatiuæ, quam quando ponitur in prima iuxta eundem Textum ſemper mulieri quæritur actio ad dotem, & dotans cenſetur adiectus ſolutioni contra regulas generales, quæ fauore dotis limitantur, & non procedunt: confirmat Petrus Barboſa eamdem ſententiam, quia dotans in ſtipulatione de redditione dotis ſoluto matrimonio faciens mentionem mulieris, poteſt videri ea mente illius feciſſe mentionem, vt ei quæreretur, actio, vel etiam, vt tanquam adiecta ſolutione haberetur, in dubio ergo capienda eſt prima interpretatio, *l. in ambiguis pro dote, ff. de reg. iur.* quia prima eſt vtilior doti, ſecunda vero parum vtilitatis affert, cum adiectus ſolutioni teneatur receptam ſolutionem principali reſtituere, *§. plane in fine inſtit. de inutilibus ſtipulat.*

119 Imo etiam mulieri cenſeretur tota dotis actio quæſita, ſi extraneus dotans ſtipulatur dotem reſtitui ſibi, vel ei cui de iure debetur, vt ſcripſere Imola, Paulus de Caſtro, Alexander *in d. l. Gaius, ff. ſoluto matrimonio*; *ibidem* Petr. Barboſa *in princip. d. numero* 25. Baldus Nouellus *de dote parte* 6. *d. priuil.* 28. *numer.* 2. *§. poteſt dici, verſic. ſed quantum*, & alij apud P. Barboſam: Ratio eſt, quia mulieri pro qua extraneus dotem dedit, de iure ſoluto matrimonio debetur dotis reſtitutio, vbi clare dotans non ſtipulatur vel paciſcitur dotem ſibi reddi, *d. l. vnica §. accedit, Codic. de rei vxor. act.* At poſita prædicta alternatiua non conſtat ſibi reſtitutionem clare reſeruaſſe, *l. prætor ait §. quod autem, ff. de iniuriis*, ergo mulieri debet competere ius petendi dotis reſtitutionem: Paulo aliter Baldus Nouellus, ait enim, quòd dotator extraneus, qui eo modo eſt ſtipulatus, habetur, ac ſi fuiſſet ſtipulatus, hoc modo, nempe, *mihi aut mulieri*, in quantum *ſibi de iure debetur*, quia illud relationem, *cui* [inquit] importet conditionẽ ſcilicet, quatenus alteri perſonæ de iure deberetur, quam mihi, ſi ſimpliciter dotarem ſine alio pacto *arg. l. Stichum qui meus erit, ff. de legat.* 2. quapropter idem Baldus Nouellus dicit eſſe in hac ſtipulatione reſtituendi ſibi, vel cui de iure debetur, maiorem rationem cenſendi mulieri eſſe acquiſitam actionem, quàm quando dotator ſimpliciter ſtipulatus eſt ſibi, aut mulieri dotem reſtitui, quia hoc caſu, inquit illa tacita conditio, non poteſt intelligi, verùm vt mulieri actio dotis acquiſita ſit, ſat eſt dotatorem clare ſibi non reſeruaſſe reſtitutionem, contra hanc Bartholi, & aliorum ſententiam communem tenuit Baldus *in d. l. fin. numer.* 11. *Codic. comm. vtriuſque iud.* dicens, quòd ex quo dotator poſuit ſe in prima parte alternatiuæ eius intentio fuit ſtipulari ſibi, vt poteſt de iure, *d. §. accedit*, & conſequenter adiiciendo, aut *cui de iure debetur*, non videtur noluiſſe ſtipulari mulieri, cui de iure non debetur dos, quando ipſe dotator prouidit prius ſibi per *d. §. accedit*, verùm huic rationi Baldi reſpondetur ex dictis ſcilicet, quod poſita prædicta alternatiua *ſibi aut cui de iure debetur*: proinde haberi debet, ac ſi circa reſtitutionem dotis nulla facta fuiſſet ſtipulatio, & ſic debet induci in fauorem mulieris diuiſio *dict. §. accedit*.

Quod ſi dotator extraneus ſimpliciter ſtipulatur do- 120
tem reſtitui ei, cui de iure debetur dos, potà dixeſit exemplificant Baldus *in d. l. fin.* & Nouellus *d. priuil.* 28. *numero* 2. paulò poſt initium) *promittis mihi ſtipulanti, & recipienti pro eo, cui de iure debetur*, citra omne dubium cenſeri voluiſſe ſtipulari, & ſtipulatum eſſe pro muliere, cui ita diſponeretur, *d. §. accedit*, eiuſdẽmque *§. diuiſionem*: intrare præter Imolam *in d. l. Gaius*, contrariam ſententiam tradunt communiter Doctores Bartholus *in d. l. Gaius n.* 5. *ibidem*. Alexander *n.* 7. Petr. Barboſa *ibidem princ. n.* 26. Baldus *d. l. fin. Cod. comm. vtriuſque iud.* & Baldus Nouellus *loco citato*.

Si vero extraneus auus maternus, aut alius coniun- 121
ctus dotator ſtipularetur dotem reddi ſibi, aut mulieri quocumque modo matrimonium ſoluatur, ſeu in omnem caſum ſoluti matrimonij Imola, Ludouicus Romerus, Alexander *in d. l. Gaius, ff. ſoluto matrimonio*, Baldus Nouellus eos allegans *d. priuileg.* 28. *numero* 4. *initio*, quos nunc reprobat P. Barboſa *in d. l. Gaius* 46. *numero* 24. initio aſſerunt hanc ſtipulationem intelligi, vt ſi viuente muliere dos reſtituenda ſit actio competat mulieri, ne remaneat indotata iuxta Textum *in d. l. Gaius*, ſoluto vero matrimonio ob mortem mulieris, dotatori vel eius hæredib. reſtituatur dos non hæredibus mulieris, quia cum tunc mortua muliere ceſſat fauor eiuſdem mulieris, & dotis, admittenda eſt præfata intelligentia, vt reſpectu dotantis ſtipulatio aliquid operetur: Neque huic intellectui aiunt obſtare regulam, *l. hoc iure, ff. de vulgari*: quod vna, & eadem clauſula non debet diuerſo modo accipi, quam regulam dicunt non habere locum, quando inter clauſos in eadem clauſula militat diuerſa ratio, *l. ſi ita ſcriptum, de manumiſſ. teſtam.*

Sed quid ſi extraneus dotans ſtipuletur copulatiuè 122
ſcilicet dotem reddi ſibi & mulieri ſoluto matrimonio, hoc caſu vtriq; pro medietate, ſeu parte æquali quæri dotem per Textum *in l. ſi mihi, & Titio, ff. de verb. obligation. & in l. reos §. cum in talibus, ff. de duob. reis*, aſſerunt

aſſerunt Baldus *in d. l. Gaius*, & communiter *ibi* ſcribentes Baldus Nouellus *d. priuil.* 28. *fine*: & Gomez *ad d. l.* 50. *Tauri n.* 28. *verſic. ex quibus.*

123 Et idem dicendum, ſi ſtipulatio ſit facta *reddi ſibi, & cui de iure debetur*: ſcilicet pro parte æquali dotem quæri vtrique tradunt iidem Doctores, nam ex quo de iure dos ſoluto matrimonio debetur mulieri, vbi dotator non ſtipulatur clarè dotem reſtitui, vt ſuperius dictum eſt iuxta *d. §. accedit*, proinde habetur dotator, ac ſi dixiſſet dotem reddi ſibi, & mulieri, quo caſu cuilibet pro medietate quæritur dos, vt dictum eſt, ex quo manet reiecta oppoſita ſententia Baldi *in d. l. fin. Cod. com. vtriuſque iud.* dicentis, quod licet copula poſita inter perſonas, ſoleat diuidere obligationem inter partes, *d. l. reos §. cum in tabulis*, tamen in terminis præſentibus non diuidit, ſed intelligitur de ſucceſſionibus ſuis ſcilicet ſtipulantis, quibus de iure debetur dos. Quod tamen non eſt verum vt *ſuprà* probatum eſt.

Si extraneus dotans imperſonaliter ſtipuletur, ſcilicet, dotem reddi non exprimens, cui; Dos acquiritur mulieri.

124 Quæritur quarto, ſi extraneus dotans ſimpliciter, & imperſonaliter ſit ſtipulatus, videlicet, dotem reddi ſoluto matrimonio, & non exprimatur, *cui, ſibine, an mulieri*, an dos, quæratur ipſi dotanti, vel mulieri dotatæ. Reſpondetur quæri mulieri, quia fauore dotis debet intelligi (vt præſertim notat Bald. Nouell. locis mox allegandis) prout diſponitur de iure, & de iure debetur mulieri, vbi nullum eſt pactum interpoſitum reſtituendi ipſi dotanti, *d. l. vnica §. accedit, Cod. de rei vxoriæ actione*, ita Bartholus, Paulus de Caſtro, Romanus, Alexander, & magis communiter Doctores ſcribentes *in d. l. Gaius* 46. *ff. ſolut. matrimonio* Baldus Nouellus *de dote parte* 6. *priuil.* 30. *&* 31. & alios plures allegans Gomez *ad dictam l.* 50. *Tauri n.* 28. *fine.*

Extraneus dotans mulierem ſolum ab initio conſtitutionis dotis, & non ex interuallo poſt iam dotem conſtitutam poteſt ſtipulari, vel paciſci dotem ſibi reſtitui ſoluto matrimonio?

125 Quæritur quinto, cum ſuperius dictum ſit, quod quando extraneus dotans ſtipulatur vel paciſcitur cum marito dotem ſibi reddi ſoluto matrimonio, dotem non acquiri mulieri, pro qua data eſt dos, ſed eſſe reſtituendam dotanti, vel eius hæredibus vt habetur, *d. l. vnica §. accedit, Cod. de rei vxor. actione, & l. ſi extraneus, ff. de condict. cauſa data* an non ſolum ab initio conſtitutionis dotis, ſed etiam ex interuallo poſt conſtitutionem, ſeu promiſſionem poſſit paciſci cum marito dotem ſibi reſtitui ſoluto matrimonio. Reſpondetur, quod licet extraneus dotans ab initio conſtitutionis dotis, & incontinenti [intelligitur autem in cōtinenti interpoſita ſtipulatio, quando tempore promiſſionis dotis facta eſt, vel tempore dationis, quando promiſſio non interuenit, vt colligitur *ex d. §. accedit*, & aliis iuribus relatis à Petro Barboſa *ad l. ſi cum dotem in princ. numer.* 15. *fine, ff. ſoluto matrimonio*, vbi etiam notat, ſufficere tempore promiſſionis ſtipulari dotis reſtitutionem, nam quocumque tempore poſtea dos detur ſemper in continenti videri fieri tradunt Bartholus *in l. quoties numero* 2. *fine, ff. ſoluto matrimonio argumento l. Modeſtinus, ff. de ſolut.* & Gabriel *conſ.* 58. *a numer.* 13. ab eodem Barboſa relati] poſſit, paciſci, ſeu ſtipulari cum marito dotem ſibi reſtitui ſoluto matrimonio, non tamen ex interuallo, & poſt conſtitutam dotem ſeu poſt promiſſionem, ex qua fuit iam conſtituta dos: ita Baldus Nouellus *de dote parte* 7. *priuil.* 11. *numero* 9. *limitatione* 4. P. Barboſa *ad d. l.* 1. *parte* 4. *numer.* 136. *ff. ſoluto matrimonio* Surdus *conſ.* 113. *numer.* 2. Fontanella *de pactis nupt. clauſula* 5. *Gloſſa* 10. *parte* 1. *numero* 5. Franciſcus à Ponte *conſ.* 9. *numer.* 33. (vbi dicit dotem ex ipſius conſtitutione recipere ſuam naturam immutabilem, quæ ex interuallo non poteſt mutari) & alios allegans Stephanus Gratianus *diſcept. for. tom.* 2. *cap.* 308. *numero* 13. *&* 14. *& to.* 3. *cap.* 565. *num.* 29. & colligitur manifeſtè *ex dicto §. accedit*, ibi *ſed ſi non ſpecialiter extraneus dotem dando in ſuam perſonam ſtipulatus ſit, vel pactum fecerit*, & idem inuenitur initio eiuſdem §. *accedit* ibi *ſi quando enim extraneus dotem dabat nulla ſtipulatione vel pacto &c.* igitur iuxta diſpoſitionem Textus *in d. § accedit* extraneus ſolum dum dotem dat, ſcilicet, conſtituit, poteſt paciſci ſibi dotem reddi non ex interuallo poſt dotem iam conſtitutam, ex quo etiã mulier ſoluto matrimonio, per mortem viri remaneret indotata, & addunt Nouellus, & Surdus *locis citatis*, & Petr. Barboſa *ad l. ſi cum dotem in princ. numero* 16. *ff. ſoluto matrimonio*, quod nec de conſenſu mulieris, poſt conſtitutam dotem, & ius iam eidem mulieri acquiſitum poſſet ſtipulari à viro dotem ſibi reſtituendam matrimonio ſoluto per eiuſque viri mortem, quia talis conſenſus mulieris, cui iam quæſitum eſt ius, præiudicaret, & inde mulier prædecedente viro remaneret indotata, mulier autem per ſuum conſenſum non poteſt dotis conditionem facere deteriorem *l. de die, ff. de pactis dotalibus.* Neque obſtat, quod pater poſt dotem ſimpliciter promiſſam conſtitutam, & datam filiæ, vel pro filia poſſit ex interuallo ſtipulari dotem ſibi reddi, actionemque dotis in ſe transferre de conſenſu filiæ, *l. quoties, ff. ſoluto matrimonio*, licet nequeat ſine eiuſdem filiæ conſenſu, vt eadem *l. quoties*: Nam ratio differentiæ aſſignatur à P. Barboſa *d. n.* 16. ſcilicet, quia quod pater ſtipulatur dotis reſtitutionem ſibi ſoluto matrimonio de filiæ conſenſu, non videtur agi de filiæ magno præiudicio, cum pater ex diſpoſitione iuris teneatur eam iterum dotare *auth. Cod. de rei vxor. actione*, quæ ratio ceſſat in extraneo, ac proinde ſuccedit regula *d. l. de die*, quod non poteſt facere deteriorem conditionem dotis, ſi vero mulier præſtaret conſenſum ſtipulationi de dote reddenda eidem extraneo dotanti diſſoluto matrimonio per mortem mulieris, iidem Nouellus, & Surdus, putant ſaltem probabiliter valere ſtipulationem, ſeu pactum.

Aduertit quoque poſt alios P. Barboſa *dicta parte* 4. *numero* 135. *fine*, *& numero* 136. deciſionem præfati textus *in d. § accedit*, quod dotans in continenti poſſit ſtipulari à marito ſibi dotem reddi ſoluto matrimonio, non procedere, quando is, qui promiſit, vel dedit dotem, ad id tenebatur, & cogi poterat, tunc enim dotans prædictum pactum in ſui fauorem concipere non poteſt per rationem, *l. ſi arrogatur, ff. de adoptionibus*, & per Textum in ſimili *in l. vxorem §. pater naturalis, ff. de leg.* 3. vnde infert idem P. Barboſa, quod in caſu, quo frater teneatur dotare ſororem, non poteſt apponere pactum, quod mortua ſorore dos ad eundem fratrem dotantem reuertatur, & ſic ſi pater relinquat in teſtamento dotem filiæ, non poteſt filius eam ſoluens ſtipulari, vt ſoluto matrimonio ſibi reddatur, item ſi frater dotauit ſororem ex bonis ſororis propriis, non poteſt apponere pactum prædictum, vt ſoluto matrimonio dos ad ſe reuertatur, & ſi ex bonis communibus dotauit, non valet pactum illud pro ea parte rerum, quæ ad ſolam ſororem pertinebant, niſi ipſa conſenſerit, & vniuerſaliter, quoties frater ex neceſſitate legis dotem ſorori præſtitit, non poteſt ponere dictum pactũ, per prædicta, Petrus Barboſa *dictis numeris* 135. *&* 136. 126

& 136. Quæ omnia an licet vera, explicatur & diſcutitur infra *capite 5. num. 82. cum pluribus ſequentibus*, vbi præcipuè examinatur, an in eo caſu, in quo frater diues vt frater tenetur in ſubſidium dotare ſororem inopem poſſit in contractu dotis apponere pactum, quod dos ad ipſum reuertatur ſorore abſque liberis defuncta.

§. V.

Explicantur nonnulla particularia dotis profectitiæ.

127 MAntica *de tacitis, & ambig. conu. lib. 12. tit. 8. numero* 14. circa dotem profectitiam imprimis aduertit, quod, & ſi peculium profectitium filiorum, quod acquiritur patri, quoad proprietatem, & vſumfructum *l. placet, ff. de acquirenda hæredit. l. cum oportet in prin. Cod. de bonis, quæ lib. & §.1. Inſtit. per quos perſon. verb. acquir.* eſt in bonis patris, dos tamen profectitia, & ſi profecta ſit à patre, non tamen intelligitur eſſe in bonis patris, *l. filiam, ff. de collatione*, de quo nihil hic aliud dicendum, cum ipſo *capite præcedenti numero* 117. *verſus finem id probatum ſit*, & tradunt etiam Bartholus, Roia, & Paſchalis, *locis ibidem citatis*, licet enim dos profectitia ſoluto matrimonio per mortem viri reuertatur ad patrem, vt eodem *capite præcedenti numer.* 106. & 107. de quo etiam *infra*, tamen pater ſine diminutione eam ſeruare debet eidem filiæ ſecundo nubenti vt *dict. numer.* 106. & 107. dictum eſt, & *infra* denuo explicatur & dotem à patre datam vel promiſſam, pro filia, vel filiæ præſumi donatam probatum eſt etiam *cap. præcedenti n. citato numero* 117. & *numero* 136. contrarium, & dotem filiæfamilias ad patrem ſoluto matrimonio per viri mortem incorporari cum patrimonio patris, tenet Petrus Barboſa *ad d. l. 2. §. quod ſi patris num.* 34. *verſic. item certum, & numero 35. ff. ſoluto matrimonio*: idque probat *l. fin. Cod. communia vtriuſque iudicij, & l. citra 35. ff. ſoluto matrimonio*, & quia poſtquam dos, eſt exacta ab hæredibus mariti, & reuerſa ad patrem, ceſſat nomen dotis, & eius priuilegia Baldus *l. 1. in fine, Cod. ſine cenſu*. At prædicta iura id non probant, & pro alia ſententia eſt Textus clarus *in d. l. filiæ, ff. de collat.* & naut aliæ rationes modo adductæ. Neque etiam omnino ceſſat nomen dotis, & eius priuilegia, vt *cap. præcedenti n.* 130. notatum eſt, his ergo omiſſis proſequar alia particularia dotis profectitiæ.

Actio de dote in dote profectitia eſt communis patri, & filiæ & cur, & quam ob cauſam?

128 Differt igitur dos profectitia à dote aduentitia, quia dotis profectitiæ actio non eſt propria ſolius filiæ, ſicut actio dotis aduentitiæ, vt *ſupra numero* 92. notatum eſt, ſed eſt communis patri, & filiæ, ſi pater dedit, vel promiſit dotem pro filiafamilias, ſeu in poteſtate ſuæ exiſtentiæ, conſtat clare ex *l. 2. §. quod ſi patris, ff. ſoluto matrimonio*, & tradunt ſcribentes *ibidem* Baldus Nouellus *de dote part. 6. priuil. 80. num.* 1. Campegius *de dote part. 3. quæſt. 21. & ſeqq.* Conſtan. Rogerius *de dote quæſtio.* 10. *num.* 3. & *quæſt.* 18. Phanucius *de lucro dotis Gloſſa* 11. *numero* 8. Gomez *ad l. 50. Tauri num.* 28. P. Barboſa *ad d. l. 2. §. quod ſi patris num.* 25. & *ſequentibus*, & Franciſcus Molinus *de ritu nuptiarum lib. 2. quæſtio* 54. *numero* 3. Rationem autem, cur lex induxerit communionem inter patrem, & filiam in actione de dote, duplicem aſſignant *Gloſſa in d. §. quod ſi patris, ibidem* Bartholus, Baldus *in d. l. vbi adhuc in 9. colum. Codic. de iure dotium*, Campegius *d. q.* 71. Gomez *loco citato*, & plures alij à Petr. Barboſa *num.* 32. & 33. relati ſcilicet, vnam ex parte patris, ne ſi filia haberet actionem integram, & à patre independentem, eam exigeret, & perderet vnde pater cogeretur eam iterum dotare, alteram ex parte filiæ, ne pater recipiens dotem eam conſumeret; & filia remaneret indotata, provt dicitur, *l. ſi tum dotem 22. §. eo autem tempore verſic. nec non illud, ff. ſoluto matrim.*

Verum Petrus Barboſa, *d. §. quod ſi numero* 32. 33. & 34. reprobat hanc communem ſententiam, & quidem *n. 32. fine*, & contra primam rationem ex parte patris, obiicit, quia ex admiſſa etiam dos profectitia data filiæ emancipatæ debuiſſet eſſe communis inter patrem, & filiam, quia idem patri imminet periculum, nam dote conſummata per filiam emancipatam, legitur pater iterum illam dotare, *Auth. ſed quamvis, Cod. de rei vxor. iuxta l. fin. Cod. de dotis promiſſ.* & probabitur infra ſuo loco, quidquid nonnulli à Petr. Barboſa, *d. §. quod ſi patris numero* 33. relati contrarium teneant: contra ſecundam rationem ex parte filiæ *numero* 34. *initio* obijcit; quod non ſit credendum patrem dotem filiæ ſibi traditam perditurum, niſi ſit pater vilis, aduerſus quem præſumptio prædicta conſumptionis dotis, de qua *in d. l. ſi tum dotem §. eo autem tempore admitti poteſt*, & quia cum pater legatur iterum dotare filiam, *d. Auth. ſed quamvis*, ceſſat illud periculum, quod remaneat filia indotata ob dotem à patre conſumptam: confirmat dicens certum eſſe hanc communionem actionis de dote durare ſolum quandiu dos ab hæredibus mariti exacta non eſt: nam poſtea in totum applicetur, & incorporetur patrimonio patris allegata, *l. fin.* vbi Salicetus, *Cod. communia vtriuſque iudicij, & d. l. Titia 35. ff. ſoluto matrimonio*, vnde ceſſat nomen dotis, & eius priuilegia vt Baldus *in d. l. 1. in fine Codic. ſine cenſu*, quæ tamen iura iuxta notata *ſupra numero* 127. non probant dictam incorporationem, igitur veram rationem, cur lex induxerit præfatam communionem actionis de dote pro illius repetitione, & exactione matrimonio diſſoluto ſuperſtite filiafamilias à patre dotata, idem Petr. Barboſa, *d. §. quod ſi patris numero* 34. *verſic. & ideo & num.* 35. putat eſſe, quia cum filiafamilias ſit capax dotis, *l. Pomponius, ff. famil.* & dum conſtat matrimonium dos conſideretur tanquam, quid ſeparatum à bonis patris, *d. l. filiam, ff. de collatione*, & tanquam patrimonium ipſius filiæ, vt *cap. præcedenti numero* 146. notatum eſt, ac proinde dum conſtat matrimonium nullum ius pater videtur habere in dote, ſed illud in ſolidum cenſetur filiæ per Doctores ab eodem Petr. Barboſa *dict. numero* 34. relatos ſoluto vero matrimonio incipiet competere repetitio, tunc pro filia, quod illi deberet competere actio dotis, faciebat, quod ipſa eſſet dotis capax, & ſoluto matrimonio ante dotis exactionem, dotis nomen, & eius priuilegia durant vt *cap. præcedenti numero* 130. eſt probatum. Pro patre vero, quod illius debeat eſſe dotis actio facit, quod habet filiam in poteſtate, & dos profectitia iure patriæ poteſtatis reuertitur ad patrem ſoluto matrimonio: Itaque inquit Petr. Barboſa, in hoc concurſu contrariarum rationum lex elegit mediam viam, & conſtituit, quòd actio competens ad dotis repetitionem eſſet communis inter patrem, & filiam. Hanc rationem non reprobo, tamen allatam *num. præcedenti* à Doctoribus communiter receptam veriorem exiſtimo, verius enim eſt legem voluiſſe prouidere indemnitati patris, & filiæfamilias, & patris quidem, ne ſi filiæ ſolum actio competeret idem pater exponeretur periculo iterum illam dotandi, quod non ita facile in filia emancipata fortè lex

lex exiſtimauit, filiæ vero, quia à patre ſemel exacta, & conſumpta dote noua dotatio redditur difficilior.

Actio dotis profectitiæ Communis inter patrem, & filiamfamilias eſt perſonalis, & realis; ſeu reivendicatione ſolius filiæ.

130 Porrò actio ad dotem petendam communis patri, & filiæ iuxta *d. l. 2. §. quod ſi patris:* eſt perſonalis, vt colligitur ex Textu, & aduertit Petrus Barboſa *ad d. l. 2. §. quod ſi patris numero 26. verſic. & ideo reſpondendum, & verſic. ex quibus,* cum enim lex ibi generaliter de actione dotis loquatur, comprehendit actionem tam ad petendam dotem datam in pecunia vel alia re vſu conſumptibili, quam ad petendam dotem in rebus, ſeu corporibus conſiſtentem, & ſic loquitur de actione perſonali apta ad petendam quamcumque dotem, & quia actio realis, ſeu reivendicatio quæ conceditur pro rebus datis in dotem, *l. in reb. Codic. de iure dotium*, præſupponit dominium ex parte agentis, *l. in rem actio 23. ff. de reivendicatione* dominium autem dotis profectitiæ traditæ marito non eſt amplius penes patrem, ſed vel penes maritum conſtante matrimonio, vel integrum, & totum penes filiam, dotatam etiam conſtante matrimonio iuxta tradita *ſuprà cap. præcedenti numero 145.* (de quo latius *infrà cap. 16. numero 52.*) & multo magis ſoluto matrimonio, nam & ſi iure negotiorum ſoluto matrimonio dominium dotis non transferebatur ipſo iure in mulierem, ſed apud maritum remanebat, & neceſſaria erat traditio, vt Bartholus receptus *in l. ſi mora numero 4. ff. ſoluto matrimonio*, P. Barboſa *d. §. quod ſi patris numero* 27. iure tamen, *Codicis in d. l. in rebus, Cod. de iure dotium* ſoluto matrimonio Dominium dotis non eſt amplius mariti aut eius hæredum, ſed mulieris, quod retinet ſaltem donec dos fuerit exacta & reuerſa ad patrem, vnde eiuſdem dotis Dominium ante reuerſionem ad patrem non poteſt etiam competere eidem patri, cum Dominium eiuſdem rei inſolidum non poſſit eſſe apud duos, *l. ſi vt certo §. ſi duobus finali, ff. commodati*, Bartholus *l. ſi pluribus num. 2. in fine, ff. de leg. 1. &* Doctores communiter quos refert & ſequitur P. Barboſa *d. §. quod ſi patris num. 27.* neque dici poteſt, patrem, & filiam in poteſtate cenſeri vnam perſonam, & ſic Dominium dotis non apud duas perſonas, ſed apud vnam, quia pater, & filia licet in poteſtate conſiderentur tanquam duæ perſonæ, vt etiam expreſsè conſtat *ex d. §. quod ſi patris*, quapropter ſola filia ex propria perſona habebit actionem dotis realem, ſeu vendicationem dotis, vt poſt Baldum Nonellum *de dote parte* 8. *priuil. 6. numer. 8.* Campegium *parte 3. quæſt.* 76. & alios contra Baldum *in l. 3. ad finem*, & Aretinum *ibid. ff. ſolut. matrim.* tradit P. Barboſa *d. num. 27. & num. 29. verſic. verius ergo eſt*, vbi tamen addit, quod præſente patre filia prædictam actionem realem, ſeu reivendicationem exercere non poteſt, ſed pater eius nomine eam exercebit, quia, & ſi filia capax eſt actionis, tamen dum eſt in poteſtate, eam patre præſente exercere non poteſt, *l. filiusfam. 8. in princ. ff. de procuratoribus:* licet ſecus ſi agere vellet ad dotem aduentitiam petendam, nam tunc per ſe agere poteſt, *l. Gaius ff. ſoluto matrimonio*, & probatum eſt *ſuprà num. 93. & ſequentibus*, Patre vero abſente ipſa filia agere poterit, etiam nulla præſtita de illius ratihabitione facienda per patrem, cum prædicta actio realis, ſeu reivendicatio illius ſolius ſit, *l. ſi longius §. fin. ff. de iudiciis*, & poſt Gloſſam *finalem ibi* P. Barboſa *d. §. quod ſi patris numer. 30. initio*, cum tamen ſi pater abſente filiafam. agerei ad dotem actione perſonali, quæ communis eſt ipſi, & patri, teneretur cauere de illius ratihabitione: vt colligitur ex *d. l. 2. §. quod ſi patris fine, ff. ſoluto matrimonio*, & etiam conſtat *ex l. non ſolum §. qui alieno nomine, ff. de procuratoribus*, Campegius *de dote d. part. 3. quæſtio.* 8. Conſtantius Rogerius *de dote quæſtio.* 14. *numer.* 8. & Petr. Barboſa *d. §. quod ſi patris numero 29. in fine.*

Qua ratione actio de dote ſit communis patri, & filiæ.

Vtrum vero actio perſonalis de dote iuxta *d. l. 2. §. quod ſi patris, ff. ſoluto matrimonio* communis patri & filiæ intelligi debeat communis, vt cuilibet eorum actio eadem competat pro dimidia parte, nempe pro parte patris, & pro parte filię, vt contingit inter ſocios *l. ſocius, ff. ſi certum petatur,* non vero in ſolidum patri & in ſolidum filiæ, an vero intelligi debeat duplex de dote actio, vt vna actio competat patri, & alia diuerſa competat filiæ, ſicut ex eadem iniuria facta filio naſcuntur plures actiones pluribus perſonis competentes ad proſequendam in diuerſis iudiciis iniuriā *l. pater, ff. de iniuriis*, & ſicut in duobus reis ſunt duæ actiones, *l. ſi Reus, ff. de duobus reis*, an vero ea actio de dote perſonalis ſit vna quidem, ſed tamen eadem in ſolidum competens patri, & eadem in ſolidum competens, filiæ, Campegius igitur, *d. p. 3. quæſt. 75.* conſentit eſſe vnam actionem vtrique competentem, non diuerſas actiones aſſignans differentiam inter actionem dotis, & actionem iniuriarum, hæc enim alia datur patri, alia filio, quia ex pluralitate perſonarum inducitur pluralitas iniuriarum, & per conſequens pluralitas actionis, vt *l. 1. §. fin. ff. de iniuriis, & l. eum qui §. pen. ff. eodem,* in præſenti vero ſpecie pluralitas perſonarum non inducit pluralitatem dotium, & ideo, nec pluralitatem actionum, dicit etiam, quod in duobus reis duæ ſunt actiones, quia adeſt pluralitas obligationum, ex quo ſequitur pluralitas actionum, in præſenti autem materia vna tantum eſt obligatio dotis *l. qui hominem §. ſi gener. ff. de ſolut.* At vero idem Campegius *qu. 77. in fine*, eandem actionem dotis eſſe communem patri, & filiæ pro parte, non vero in ſolidum, ita quod, & integra actio eadem competat patri, & eadem integra competat filiæ id conſumunt ex *d. l. qui hominem 34. §. ſi gener.* vbi dicitur quod filia eſt quaſi ſocia, & particeps obligationis dotis, ex quo ſequitur ei non competere actionem de dote in ſolidum, ſed tantum pro parte, *d. l. ſi ſocius, ff. ſi certum petatur.* 131

132 At Gloſſa *in d. l. 2. §. quod ſi patris verbo omiſſam, ff. ſoluto matrimonio*, tenet eſſe vnam ſolam actionem: & eandem in ſolidum competere patri, & etiam eandem in ſolidum competere filiæ, ita tamen, vt nec pater ſine conſenſu filiæ, nec filia ſine conſenſu patris agere poſſit, quam gloſſam communiter ſequuntur ſcribentes *in d. §. quod ſi patris*, vt teſtatur Campegius *d. quæſt. 75.* & P. Barboſa *ad d. §. quod ſi patris n. 25.* qui, & ipſe idem aſſerit, & ex *d. §. quod ſi patris* colligitur ex eo quod permittitur ſolus pater agere filia non contradicente, & Doctores etiam dicunt filiam abſente patre pariter per ſe agere poſſe, vt ſupra dictum eſt, probatur etiam *ex l. non ſolum 39. §. quæritur, ff. de procurator. verſic. ſi de dote,* cum Textus ibi dicat, quod ſi pater filia abſente velit dotem petere, tenetur cauere, de ratihabitione habenda per filiam, & diuerſum eſſe ſi pater agat actione iniuriarū, quia duæ ſunt actiones (vt ſupra dictum) altera patris, & altera filiæ, iuxta igitur hunc Textum actio dotis vna, & eadem eſt, quæ in ſolidum competit patri, & filiæ non dimidiata, licet enim. Dominium non poſſit eſſe, apud duos in ſolidum, & ſic nec actio realis, ſeu reivendicatio vt *ſuprà numero 130. ex l. ſi vt certo §. ſi duobus, ff.*

commodati

commodati : notatum eſt ; tamen quod eadem actio perſonalis ſit apud duos in ſolidum non repugnat ; cum nullum ſit inconueniens (vt P. Barboſa *vbi ſuprà n.26.* ex Bartholo, Iaſone notat) quod vna, & eadem res debeatur in ſolidum perſonaliter duobus, *l. ſi is qui 17. ff. de obligat. & actionib.* quia huiuſmodi debitum, per concurſum non minuitur ſed qui præuenit, præferendus eſt , *l. ſi pluribus , ff. de leg.1.* & ius, quod per concurſum non minuitur ; poteſt eſſe apud duos inſolidum , *l. in concedendo, ff. de aqua pluuia arcenda l. fin. ff. vti poſſidetis*, & poſt Baldum *in l. in rebus num.6. Cod. de iure dotium* , P. Barboſa, *d. n.26.* Quod ſecus eſt in dominio , quod neceſſariò per concurſum recipit diminutionem ; ideoque non poteſt in ſolidum eſſe apud duos , vt *d. num.*130. probatum eſt , quod autem *in d. §. Quod ſi patris* habetur ibi dotantis actio integra, ex quo videtur inuui , præfatam actionem de dote integram non competere patri in ſolidum , niſi poſtquàm filia iure ſuo per pactum fuerit exclusa ita intelligitur , ſcilicet , exclusa filia per pactum dici integram actionem patri competere , quia ab eo tempore poterat ſolus agere ſine filiæ conſenſu iuxta Socinum *ibidem n.20. ad medium* , & P. Barboſa *vbi ſuprà num.31. in fine* , quamquam etiam *ibidem in fine* , dicat textus, pactum filiæ patri non nocere, atque adeo non obſtante filiæ pacto integram actionem competere patri , vt ante pactum filiæ competebat , igitur iuxta *Gloſſam*, & alios Doctores communiter eam ſequentes *in d. §. Quod ſi patris* , actio dotis non dicitur communis inter patrem , & filiamfam. quia cuilibet competat pro dimidia, ſed dicitur communis in eo ſenſu, vt communiter ea vti poſſint interueniente eorum conſenſu , itavt vnus agat in ſolidum , & alter aſſiſtat præbendo conſenſum.

Soluto matrimonio per mortem viri qua ratione Pater , & filiafam. ea actione perſonali vtrique communi vtantur ſeu vti poſſint.

133 Sed videamus, qua ratione pater, & filiafam. ſoluto matrim. per mortem viri vtantur præfata actione perſonali pro exactione dotis ; & quidem licet actio hæc ſit communis inter patrem , & filiam , dicunt tamen Doctores exercitum eſſe ſolius patris de conſenſu , ſeu voluntate filiæ , *l. filiusfamilias* 8. §. *Sed & filiafam. ff. de procuratorib. Gloſſa* 2. *in l.3. ff. ſolut. matr. ibidem* Bartholus *n.5.* Paulus de Caſtro , *in l.2. §. Quod ſi patris, ff. ſolut. matr. n.2. ibidem* Zaſius, *num.*11. Conſtantius Rogerius *de dote qu.*10. *num.* 3. & Phanucius *de lucro dotis Gloſſa* 11. *n.*8. Quod tamen intelligendum , dum pater & filiafamilias ſunt præſentes, vt *ſuprà num.*130. notatum eſt : tunc enim filiafamilias non agit, ſed pater de illius conſenſu, niſi pater conſentiat illam agere, ſed pro exacta explicatione adiicio ſequentia.

134 Pater non poteſt agere ad exactionem dotis ſine conſenſu filiæ , ſed vt validè agat, debet filia conſentire , id probat textus *in d. l.2. §. Quod ſi patris , ff. ſolut. matr.* & textus *in l. ſi cum dotem* 23. *§. eo tempore, ff. eod.* Conſtantius Rogerius *de dote qu.*14. *num.*5. P. Barboſa *in d. l.2. §. Quod ſi patris, num.*38. *& in d. l. ſi cum dotem in princip.* & alios allegans Menochius , *de arbitr. caſu* 242. *n.*3. Huius rationem affert Menochius, ne alioqui factum patris aliquod præiudicium filiæ afferat circa dotem, & illius patrimonium, P. Barboſ. *d. n.*38. eã affert rationem , quod cum actio perſonalis ad dotem repetendam etiam filiæ in ſolidum competat, vt *ſuprà* probatum eſt ; ſi ſolus pater ſine conſenſu filiæ ageret , & recuperaret dotem , conſumeretur etiam actio filiæ in ſolidum illi competens , quòd tamen ſine facto , & volontate filiæ nequit fieri iuxta regulam , *l. id, quod noſtram, ff. de reg. iur.* Hinc etiam infertur patrem ſolum non poſſe recipere dotis ſolutionem ſpontè oblatam filia inſcia, & notatur *l.3. ff. ſolut. matrim. & l. qui hominem* 34. *§. Si gener. ff. de ſolut.* P. Barboſa *d. §. quod ſi patris num.*39. Cum enim per ſolutionem perimatur obligatio , *inſtit. quib. mod. tollitur obligatio in princip.* militat præfata ratio. Vt autem agere poſſit non requiritur expreſſa voluntas filiæ , ſed ſufficit tacita , & non contradicat patri ſciens illum agere , vt habetur *d. l.2. §. voluntatem, ff. ſolut. matrim.* præſtandus vero eſt dictus filiæ conſenſus cum lis conteſtatur Baldus *in d. l. fin. Cod. de bonis , quæ liberis* , & Menochius *d. caſu* 242. *num.*5. & expreſsè dicitur *d. l. ſi cum dotem d. §. eo autem tempore* ; quamvis Campegius *de dote* 3. *p. q.*84. teneat etiam in *caſu d. §. eo autem tempore* ; Si conſenſus interueniſſet poſt litem conteſtatam in *eadem lege ſi cum dotem §. Necnon illud :* Subiicit Paulus Iureconſultus , ſi quod filia latitet , & conſentire recuſet, cauſam per Iudicem cognitam dandam eſſe , vel denegandam actionem patri ; vt ſit danda , ſi nulla iuſta cauſa filia latitat ; deneganda vero ; ſi verecundè per abſentiam patri contradicat. Addit quoque idem Iureconſultus , quod ſi pater talis ſit , cui omninò conſentire deceat filiam , ſcilicet probatæ vitæ ; filia vero leuis mulier , vel admodum iuuenis , vel nimia circa maritum non merentem (quod Iudicis arbitrio diiudicandum relinquitur vt Menochius *d. caſu* 242. *n.*8.) dicendum eſt patri potius acquieſcere Prætorem oportere, dareque ei actionem ; ex quibus patet, quod vbi filia præſens contradicat patri, Iudex debet examinare contradictionis cauſam, an ſit legitima, vel non.

Pater turpis vitæ , & abiectæ conditionis , vt iudici marito verendum ſit , ne acceptam dotem conſumat, repellitur ab actione præſata de dote per officium Iudicis etiam filia non contradicente , *d. l. ſi cum dotem citato §. Necnon illud* , Conſtantius Rogerius *d. q.*14. *n.*3. Menochius *d. caſu* 242. *n.*5. In dubio vero, an pater ſit turpis , vel honeſta perſona , poteſt agere filia præſente expreſsè conſentiente, vel non contradicente Conſtantius Rogerius *d. q.*14. *n.*5. 135

Si pater agat ad dotem exigendam filia abſente , & ignorante ipſum agere ; tunc debet præſtare cautionem de ratihabitione habenda per filiam , *d. l.2. in fin. ff. ſolut. matr.* Conſtantius Rogerius *d. q.*14. *num.*6. Quod ſi pater dotem receperit nõ præſtita cautione, quod filia ratum haberet ; ſi filia nolit ratum habere geſtum per patrem, tunc ipſa petere poterit ab hæredib. mariti, qui eam condicent à patre , vel eius hæredibus , vt poſſint filiæ reſtituere, *l. ſi Socer* 45. *§. huius, ff. ſolut. matrimon.* P. Barboſa, *ad d. l. ſi cum dotem initio, ff. ſolut. matr.* 136

Si filia ſit abſens, & ſciat patrem agere, vel filia ſit furioſa , pater poteſt agere ad dotem repetendam ſine cautione de ratihabitione, *d. l.2. in fin. ff. ſolut. matr.* & *d. l. ſi cum dotem §. item Pater furioſa, ff. eod.* Conſtantius Rogerius *n.*5. *& idem Gloſſa in d. l. ſi cum dotem §. ſi ſoluto matrim. verbo, furioſus.* 137

Filiafamilias præſente patre non poteſt agere ad recuperationem dotis ſine expreſſo conſenſu patris , nec ſufficeret tacitus *Gloſſa in d. l. ſi cum dotem §. primo*, Conſt. Roger. *d. q.*14. *n.*7. & Campeg. alios allegans *de dote , q.*78. Abſente patre, ob cauſam neceſſariam , vel etiam voluntariam admittitur ad agendum , dummodo caueat patrem ratum habiturum, colligitur ex *d. l.2. ff. ſolut. matr.* & probat textus *in d. l. ſi cum dotem §. ſi patri ff. ſolut. matr.* & *in d. l. filiusfam. §. Sed, & filia, ff. de procuratorib.* Quid vero, ſi pater abſens reliquerit procuratorem , an is præferatur filiæ , Campegius *quæſt.*81. dicit quod , ſi reliquit procuratorem ad petendam dotem præfertur filiæ , ſi ſolum ad contradicendum filiæ volenti agere , & procurator legitimam cauſam contradicendi habet , præfertur filiæ ; ſi non habet 138

legitimam cauſam, admittitur filia cum cautione rati.

139 Si pater ſit furioſus, filia poteſt agere, ſi deſit curatoris patris copia, *d. l. ſi cum dotem, §. ſi ſoluto matrimonio.* & ſi ſit patris curator is voluntate filiæ agere poterit, *d. §. ſi ſol. matr.* vtrum vero filia præferatur curatori, vel curator filiæ, dicerent præferri curatorem ſicut dictum eſt de procuratore à patre abſente relicto.

140 Patre etiam præſente non volente agere, & non habente iuſtam cauſam contradicendi filiæ poteſt filiafamilias agere. Colligitur ex *d. l. filiafam. d. §. ſed & filia,* & notat Barthol. *in d. l. ſi cum dotem §. ſi ſoluto, ff. ſol. matr.* & alios allegans Campegius, *d. qu. 78. & qu. 81.* Quamvis *qu. 80.* contra Bartholum teneat cum Imola *d. l. ſi cum dotem §. ſi pater,* patrem poſſe filiæ petenti dotem contradicere etiam ſine legitima cauſa. Poteſt etiam filia agere ad dotis recuperationem invito patre, ſi de eo, quia ſit inops vel turpis vitæ, & abiectæ conditionis, timeri iuſtè poſſit, quod dotem receptam conſummet, ita Gloſſa *in d. §. quod ſi patris,* & Campegius *de dote p. 3. q. 72.*

141 Si filiæ emancipatæ pater dedit dotem, actio dotis eſt ſolius filiæ, licet dos ſit profectitia conſtat ex *d. l. 2. §. quod ſi patris, ff. ſolut. matr.* vbi textus loquitur de dote profectitia data pro filia exiſtente in poteſtate, in qua dicit actionem dotis eſſe communem patri & filiæ, ita ſcribentes *in d. §. quod ſi patris ibidem,* P. Barboſ. *n. 32. in fine, & 35. & in l. Titia in princ. ff. ſol. matr.* Io. Boſcheius *de legit. nupt. lib. 3. num. 11.* Franciſc. Molin. *de ritu nupt. lib. 3. q. 54. n. 3.* Gomez *ad d. l. 50. Tauri n. 28. & alij Doctores ſupra n. 128. relati,* & conſtat etiam ex allegata, *leg. vnic. §. videamus, Cod. de rei vxoriæ actione, & ex §. accedit eiuſdem legis vnica;* ex quo conſtat dotem datam filiæ emancipatæ ſtatim inſolidum illi acquiri.

142 Item filiafamilias jam dotata à patre emancipatur, per emancipationem actio de dote conſolidatur in filiæ perſona, etiamſi à patre fuerit exhæredata, habetur expreſſè, *d. §. videamus,* vbi dicitur eſſe indubitati iuris, *ſi parens dote pro filia, vel nepte præſtita emancipauerit eam, vel ipſe deceſſerit, rei vxoriæ actione dotem omnino ad mulierem pertinere etiamſi fuerit exhæredata;* Ex quo etiam conſtat actionem dotis ſoluto matrimonio communem patri & filiæfamilias mortuo patre in vita filiæ integram actionem dotis conſolidari in ipſam filiam, quod præter textum *in d. §. videamus, probat etiam l. ſi cum dote §. finali, & l. ſi ſocer in princ. ff. ſolut. matr.* vt notauit Mangilius *de imputationibus qu. 16. n. 25. verſic. contra.* Quare ſoluto matrimonio per mortem viri filia jam emancipata ſine conſenſu patris, qui ſit ſuperſtes, poterit agere ad dotem, vt etiam notat Baldus Nouellus *de dote p. 6. priuil. vltimo,* Gomez *d. num. 28.* P. Barboſ. *ad d. l. Titia initio, ff. ſolut. matrim.* & Fachineus *controuer. iuris lib. 3. cap. 71. & lib. 13. cap. 59.*

Si pater dotans ſtipulatus, vel pactus ſit dotem reddi ipſi filiafamilias, dos & actio dotis totaliter acquiritur ipſi filiæ.

143 Si ab initio conſtitutionis dotis pater ſit ſtipulatus, vel pactus expreſſè, vel tacitè, dotem reddi ipſi filiæfamilias, & in ſua poteſtate exiſtenti; cum tunc dos cenſeatur, ſeu habeatur tanquam à patre ſibi donata (quæ donatio pro dote à patre filiæfamilias facta valet,) *l. Pomponius, Philadelphus, ff. famil. erciſcundæ,* Baldus Nouellus *de dote p. 6. priuil. vltimo.* P. Barboſa *ad d. l. ſi cum dotem 23. in principio numero 17. in fine,* Franciſcus Molinus *de ritu nupt. lib. 3. quæſt. 3. ad finem, & qu. 54. & Doctores communiter relati ſupra præcedenti cap. numero 117. verſic. licet,* & etiamſi facta filiæ abſenti, vt Doctores *d. n. 117. verſic. hanc autem,* & Bald. Nouellus *d. priuilegio vltimo* notans valere præfatam ſtipulationem, etiamſi ipſa filia tempore ſtipulationis paternæ fuiſſet abſens, cum poſſit pater filiæfamilias abſenti ſtipulari, *l. quod dicitur, & l. quodcumque §. 1. ff. de verb. oblig.* dos eo ipſo filiæ acquiritur, & etiam dotis actio quæ ex tunc ſit conſolidata in perſona filiæ excluſa omni communione cum patre ſoluto matrimonio filia abſque vllo patris conſenſu agere poteſt ad petendam dotem ita Barthol. Dynus, & Doctores communiter *in l. poſt dotem, ff. ſol. matr. & in l. ſi extraneus, ff. de condict. cauſa data, & in d. l. 2. §. quod ſi patris, ff. ſol. matr.* Bald. Nouel. *d. priuil. vlt. p. 8. priuil. 10. num. 1.* alios plures allegans, *& p. 9. priuil. 8. num. 2. verſic. & quæ dicta ſunt,* Gomez *ad l. 50. Tauri num. 28.* Mantica *de tacit. & ambig. conu. lib. 12. tit. 8. num. 22.* P. Barboſa *ad d. l. 2. §. quod ſi patris num. 42. verſic. ſi autem dos,* & Phauncius *de lucro dotis Gloſſ. 11. num. 2.* vbi dicit in hoc caſu dotem pleno iure ad filiam pertinere, & addit idem eſſe, ſi ipſa filia ſtipuletur præſente patre, & conſentiente ſibi dotem reddi allegans Bertrandum *in conſ. 177. col. 2. lib. 1.* & tradunt communiter Doctores, quos latè refert, & ſequitur Mangilius *de imput. quæſt. 18. num. 26.* & alios refert, & ſequitur Surdus *conſ. 206. num. 24.* idem etiam aſſerit Salengertus, *reſol. ciuil. cap. 10. n. 18.* vbi etiam rectè notat, quod quoties actio dotis ratione præfatarum ſtipulationum, & ſimilium filiæ vtilitatem reſpicientium ſeu ad fauorem & commodum filiæ appoſitarum in dotis contractu vel poſt acquiritur dos integrè, & tota filiæ, cum jus totum ſit illi quæſitum, & dos in totum ad ipſam pertineat, pater ſuper ea quicquam prætendere non poteſt, & conſequenter, nec etiam creditores patris, qui cum eo poſt dictam actionem filiæ acquiſitam contraxerint.

Quod ſi ab initio conſtitutionis dotis, vel tempore dandæ dotis in continenti ſtipulator, ſeu ſtipulatus ſit, quod ſoluto matrimonio dos ſibi reddatur, vt poteſt ſtipulari, *l. quoties, ff. ſolut. matr. & l. vnica §. accedit, Cod. de rei vxor. act.* tota actio dotis remanet penes eundem patrem, vt *d. l. quoties.* Neque ad id neceſſarius eſt filiæ conſenſus; ſi ſtipulatio, ſeu pactum à patre fiat tempore conſtitutionis dotis, vel dotis dandæ, ſeu dationis, & traditionis dotis, *d. l. quoties,* & poſt alios Petr. Barboſa, *d. l. ſi cum dotem in principio num. 15. ff. ſolut. matr.* & etiam poſt alios Rota *deciſ. 381. num. 3. part. 2. recent.* & affert rationem Barboſa, quia quando pater incontinenti (vt dicitur dict. leg. quoties) ſtipulatur, nullum adhuc ius filiæ erat acquiſitum, quare docetur incontinenti interpoſita præfata ſtipulatio, quando tempore promiſſionis dotis facta eſt, vel tempore dationis vt colligitur *ex d. §. accedit,* & aliis *iuribus* à Barboſa *relatis,* & ſatis eſt tempore promiſſionis ſtipulari reſtitutionem, nam quocumque tempore poſtea dos detur ſemper incontinenti videtur fieri; vt poſt Bartholum *in d. l. quoties num. 2. arg. leg. Modeſtinus, ff. de ſolutionibus,* & Gabrielem *conſ. 58. à numero 13.* notat idem Barboſa *ibidem.* An vero ſi poſt conſtitutionem dotis præfata ſtipulatio, ſeu pactum ante ſequutum matrimonium apponatur in inſtrumento traditionis poſſeſſionis factæ marito; validè ſine filiæ conſenſu apponatur Rota *dict. num. 3.* affirmat, quod ante ſequutum matrimonium huiuſmodi pactum, reſtituendæ dotis patri poteſt etiam ex interuallo poſt conſtitutionem dotis apponi in inſtrumento traditionis poſſeſſionis iuxta Bartholum *in d. l. quoties in ſummario* Baldum *in l. legem quam, n. 2. C. de pactis, & alios quos dicto n. 3.* allegat, & tradit etiam Caſtellion. *in d. l. ſi cum dotem num. 11.* idque per textum *in d. l. quoties, ibi, plane ſi ante nuptias dotem dederit poterit ex interuallo ante*

nuptias

nuptias tamen, & citra voluntatem quoque filiæ ſtipulari. Et licet aduerſari videatur, quod *ſupra capite ſecundo præſertim numero* 117. probatum eſt, ſcilicet, facta per patrem ſtipulatione promiſſionis, ſeu conſtitutionis dotis cenſeri dotem filiæ donatam, & ſic ſtatim videri productaio actionem commonem inter filiam, & patrem, & jam filiæ ius acqoiſitum, & conſequenter vt poſt, etiam ante ſequutum matrimonium pactum illud reſtituendæ dotis patri valide apponatur, videtetur requiri filiæ conſenſus propter rationem in eadem *l. quoties* adductam, nimirum quia *pater deteriorem conditionem in dote filiæ facere non poteſt niſi conſentiat*, ob quam rationem dicta lex *quoties* decernit, quòd quoties pater dotem dat, & ſtipulatur, ſi velit in ſe transferre actionem dotis in continenti ſtipuletur dotem ſibi reddi, alioqui ſi ex interuallo, ſeu interpoſito tempore ſtipulari velit, debeat accedere filiæ conſenſus, & huius conſenſus neceſſitatis ratio eſt, quia cum iam ius actionis communis dotis ſit cum effectu quæſitum filiæ, & huiuſmodi iure non poſſit priuari niſi accedente illius conſenſu iuxta *l. id quod noſtrum, ff. de reg. iuris*: Nihilominus P. Barboſa *dict. l. ſi cum dotem numero* 16. *verſic. vltima concluſio*, quod dicta lex, *quoties* permittat, quod quando pater ante matrimonium dotem genero tradidit iuxta *l. ſi autem, ff. ſol. mat.* & ante matrimonium contractum etiam ex internallo ſtipulatus eſt dotis reſtitutionem, valeat ſtipulatio ſine filiæ conſenſu facta, rationem eſſe ait, quia ante matrimonium non conſiſtit dos *l. 3. ff. de iure dotium*, ac proinde ſi ante matrimonium pater ſtipulatur dotis futoræ reſtitutionem, ſemper incontinenti videtur feciſſe, ideſt, antequam cum effectu jus filiæ ſit quæſitum, & ideo non eſt neceſſarius filiæ conſenſus iuxta primum caſum *dicta l. quoties*, verum cum *ſupra capite* 1. *&* 2. probatum ſit dotem promiſſam, & conſtitutam etiam ante ipſum matrimonium contractum eſſe verè, & propriè dotem, hæc Barboſæ ratio non ſubſiſtit, Bartholus vero in *dict. l. quoties numero* 3. Imola, & Alexander *ibidem*, & Hieronymus Gabriel *conſ.* 58. *numero quarto lib.* 1. dicunt quod in dicto caſu ſecundo *dict. leg. quoties* pater videtur incontinenti ſtipulatus, quia in eius poteſtate fuit diſſoluere ſponſalia filiæfamilias, & in ſua poteſtate exiſtentis, *leg. in poteſtate, ff. de ſponſalibus*, & hic impedire ius filiæ, *l. adoptiuum* 6. *§. primo, ff. de iure dotium*: At vero cum hodie pater iure Canonicorum non poſſit diſſoluere ſponſalia per filiaio contracta, neque impedire quin matrimonium ſequatur *capite ſecundo de ſponſalibus*, hinc inferunt, quod pater quoad ius ſtipulandi dotem filiæ datam, vel promiſſam ſibi reſtituendam matrimonio diſſoluto non eſt melioris conditionis, quam extraneus, & ſic poſt dotis promiſſionem, ſeu conſtitutionem factam in inſtrumento dotali ſine filiæ conſenſu etiam ante ſequutum matrimonium non poſſe ſtipulari ſibi reſtitutionem dotis, & ſi faciat, cenſeri ſtipulationem ex internallo factam, & invalidam. Pro ſuſtinenda Rotæ ſententia *dicto numero tertio & deciſione dicta leg. quoties in ſecundo caſu*: videtur poſſe dici, quod & ſi facta in inſtrumento dotali dotis promiſſione, ſeu conſtitutione dos cenſetur filiæ donata, vt propterea non poſſit amplius à patre minui etiam non ſequuto matrimonio, pro quo contrahendo promiſſa, & conſtituta fuit, & conſeruanda pro alio matrimonio, ſi primum non fuerit ſequutum, vt *capite præcedenti* probatum eſt, communitas tamen, actionis dotis ad dotem exigendam à marito vel eius hæredibus (de qua hic ſermo) reſpectu filiæ non oriatur ſeu ei non acquiratur niſi facta dotis, & eius poſſeſſionis traditione, vel ſequuto matrimonio, & ita ſi in ipſo inſtrumento traditionis poſſeſſionis ante ſequutum matrimonium pater ſine filiæ conſenſo apponat pactum, vt dos ſibi reſtituatur, licet hoc faciat poſt dotis conſtitutionem, pactum valebit, cum hondum communitas actionis ſit filiæ acquiſita. Verum tutius eſt vt eodem tempore concurrant promiſſio, ſeu conſtitutio dotis, & ſtipulatio paterna, quæ impediet cum effectu acquiri filiæ actionem dotis.

144 An vero ſi ab initio conſtitotionis dotis, actio dotis non fuit conſolidata in perſona filiæ, ſed fuit communis patri, & filiæ, & poſtea ab actione excluſa, & pater, qui per ſtipulationem, vel pactum expreſsè, vel tacite inſſerit, ſeu voluerit dotem ſoluto matrimonio reddi ipſi filiæfamilias, tunc etiam ſicut eidem filiæ acquiritur plene dos, & eius actio, ita vt etiam ſoluto matrimonio, & patre ſuperſtite poſſit ſine conſenſu patris agere ad dotem petendam. Petrus Barboſa *dicto numero* 42. conſtituens differentiam inter caſum, quo dos à principio fuiſſet conſolidata in perſona filiæ, & vt nunquam pater habuiſſet communionem (vt eſt caſus *numeri præcedentis*) & caſus in quo actio dotis ab initio fuit communis inter patrem, & filiam, & pater poſtea per pactum à iure ſuo ſe ſecluſit, ita vt dos conſolidetur in perſona filiæfamilias, dicit quod in primo caſu filia abſque conſenſu patris poteſt [vt *numero præcedenti* dictum eſt] vti actione dotis, *leg. Gaius* 46. *ff. ſoluto matrimonio*, at vero in ſecundo caſu ait, quod filia, dum eſt in poteſtate, non poterit, ea ratióne vti abſque patris conſenſu, *argum. leg. fin. in principio verſic. neceſſitate*, vnde ſi pater filiæ non adhibeat conſenſum, dicit quod illa non audietur in iudicio. Addit autem, quod ſi pater poſt pactum conſentiat filiam agere, audietur illa in iudicio. Verum alij Doctores non faciunt mentionē talis differentiæ, & quoties dos actioque dotis per ſtipulationem, vel pactum patris eſt plenè acquiſita filiæfamilias, & actio conſolidata in eius perſona, abſolutè aiunt filiamfamilias ſoluto matrimonio poſſe eſſe in iudicio, & agere ad petendam dotem abſque patris conſenſu, ita Baldus, Dynus, Gomez, *locis numero præcedenti* relatis, idem Bartholus *in leg. ſecunda §. quod ſi patris numero* 7. *ff. ſoluto matrimonio ibidem* Baldus, Baldus Nouellus *de dote part. 6. allegato priuil. vltimo p. 8. priuil. 10. num. 1. & p. 9. priuil. 8. num. 2.* & alij ab eodem Nouello *d. part. 6. priuil. vltimo, & part. 8. d. priuileg. 10. initio* relati, cum enim ipſa dos profectitia per ſtipulationem, vel pactū, de illa ipſi filiæ ſoluto matrimonio reddenda ſiue ab principio, ſiue poſt dotem conſtitutam, tale pactum paternum interuenerit, vel ſuperuenerit, remaneat conſolidata in filiāfamilias, & ſibi facta præcipuè quæratur eidem filiæ pleno iure, ſcilicet, quoad proprietatem, & vſumfructum, vt tradunt Doctores *hoc, & n. præcedenti* allegati, & alij qui apud Nouellum *d. priuil. 10. initio* referunt, & conſtat ex iuribus *n. præcedenti*, adductis, ac proinde dos ipſa profectitia non minus, per eam ſtipulationem patris, ſeu paternum pactum quæreretur ipſi filiæfam. quam dos aduentitia, aſſerendum omnino videtur, eandem filiamfam. ſoluto matrimonio, pro repetitione eiuſdem dotis profectitiæ ſibi plene quæſitæ poſſe agere in iudicio abſque patris conſenſu, ſicut ſine patris conſenſu (vt *ſupra num.* 94. probatum eſt) poteſt pro dote aduentitia in iudicio agere, nec ob id poteſt repelli, non enim apparet ratio contrarium ſuadens.

145 Ex quibus conſtat, quod in tali dote profectitia conſolidata in filiamfam. effectam viduam patrem non habere vſumfructum, quia dos etiam profectitia à patre donata filiæfamilias etiam iure digeſtorum acquirebatur ipſi filiæ pleno iure quoad proprietatem,

& quoad vſumfructum *dict. l. Pomponius Philadelphus, ff. familiæ erciſcundæ*, Doctores *ſuprà hoc capite numero* 27. 91. *allegati*, & Baldus Nouellus *d. p. 9. allegato priuil.* 8. *numero* 2. & Mantica *dict. tit.* 8. *numero* 22. & ſic olim pater nihil iuris habebat in dote profectitia facta ob paternam expreſſam donationem, vel ſtipulationem, aut pactionem eiuſdem patris dotem reddi ipſi filiæ [quæ continet tacitam donationem dotis] dicta conſolidatione in filiam, & ſic per iura noua Codicis, vel authenticorum nihil immutatum eſt in eadem dote profectitia, ſicut nec in aduentitia vt *ſupra d. n.* 27. *&* 91. probatum eſt, & tradunt Doctores *ibidem* relati, & Nouellus *d. priuil.* 8. *in fine*.

146 Quare licet P. Barboſa *ad d. l.* 2. *§. quod ſi patris num.* 42. teneat, patrem eſſe legitimum adminiſtratorem filiæ quoad hanc dotem profectitiam in perſona filiæ, nec à principio, ſed poſtea per pactum, paternum conſolidatam, tamen Baldus Nouellus *d. priuil.* 8. *in fine*, rectius aſſerit: patrem non cenſeri legitimum adminiſtratorem filiæ, cũ in ea dote profectitia ſit in perſona filiæ conſolidata, & eidem plene quæſita etiam hodie nullum habeat vſumfructum, ratione cuius tantum, quando ſibi competit in bonis filiorumfamilias, eſt legitimus filijfamilias adminiſtrator vt *ſuprà hoc cap. n.* 93. notatum eſt, & tradunt Doctores *ibid.* relati.

147 Ex dictis etiam ſequitur filiamfamilias in præfata dote profectitia in ipſam cõſolidata habere ab inteſtato hæredem deſcendentem excluſo patre non obſtante patria poteſtate, cum illi ſit quæſita pleno iure id, quod conſtat ex traditis, *ſuprà hoc c. n.* 97. *&* 98. & cum aliis tradunt Campegius *de dote p.* 3. *q.* 151. Baldus Nouellus *p.* 8. *de dote d. priuil.* 10. addens id probari *in l. poſt dotem, ff. ſol. mat. & in l. inter ſororum §. cum inter, ff. de pact. dotal.* ita etiam Fachineus *cont. iuris l.* 3. *cap.* 71. *verſ. ad tertium reſpondet*, & Surdus *conſ.* 206. *num.* 20. *&* 25. *lib.* 2. licet contrarium teneat P. Barboſa *ad d. l. poſt dotem n.* 41. *verſic. prout ſi pater, & n.* 59. quod non eſt mirum, cum etiam in dote aduentitia, vt notatum eſt *ſupra n.* 98. ſentit filiamfamilias non habere ab inteſtato hæredem, ſed in ea patrem ſuccedere.

Pater in vnum ſeu certum caſum ſibi dotem reſtitui paciſcitur an in eo ſolo ſibi & actio dotis competat, & in omiſſo dotis actio ad filiam ſolum pertineat.

148 Vtrum vero ſi pater dotans ſtipulatus, vel pactus eſt in certum caſum ſibi dotem reſtitui, in alio caſu non expreſſo, & omiſſo dotis actio excluſo patre ad filiamfamilias pertineat, eſt caſus *in l. ſi cum dotem* 23. *in principio, ff. ſol. mat.* vbi ita habet Textus *ſi cum dotem dares pater, vel extraneus pro muliere in vnum caſum pepigit, vel in diuortium, vel in mortem, dicendum eſt in eum caſum, in quem non pepigit eſſe mulieri actionem, ita Textus*. Et certum eſt, ſi extraneus dotans in certum caſum paciſcatur dotem ſibi reſtitui, in caſu omiſſo dotis actionem cenſui donatam mulieri, & mulieri dotem acquiſitam, *l. vnica §. accedit, Cod. de rei vxor. act.* & conſtat ex traditis *ſuprà* hoc capite circa particularia dotis aduentitiæ, & ita ſentiunt Doctores communiter, quos referunt P. Barboſa *ad dict. l. ſi cum dotem principio n.* 17. *&* 18. & Franciſcus Molinus *de ritu nupt. quæſtio.* 54. *n.* 11. *&* 14. Difficultas eſt, an etiam quando pater dotans paciſcitur in caſum certum ſibi dotem reſtitui, in omiſſo actio dotis cenſeatur donata filiæ, an vero remaneat ſub diſpoſitione iuris communis *in d. l.* 2. *§. quod ſi patris*, & ſic ſit communis inter patrem, & filiam, de qua difficultate latè P. Barboſa, *à d. num.* 17. *ad* 22. & Molinus *d. q.* 54. *à n.* 11. *ad* 20. Referam breuiter opiniones oppoſitas.

Vna ergo ſententia eſt, actionem dotis in caſu omiſ- 149
ſo non cenſeri à patre filiæ donatam, ſed eſſe communem patri, & filiæ iuxta diſpoſitionem iuris communis *in dict. §. quod ſi patris*, ita plures antiqui, quos refert *Gloſſa in d. l. ſi cum dotem princ. verbo, mulieri ad finem*, Baldus, Duarenus, Cagnolus, Bartholus, Gofredus, Ruinus, quos Petr. Barboſa *n.* 18. *in fine* refert, *& numero* 20. *verſic. ego vero*, ſequitur, & eoſdem refert Molinus *dict. qu.* 14. *n.* 14. Huius ſententiæ præcipuum fundamentum [aliis omiſſis quæ latè proſequitur Petr. Barboſa] *ex d. l. vnica §. accedit*, ex quo Textu conſtat, quod vbi pater ſimpliciter dotauit filiam in poteſtate, non cenſetur illi donaſſe actionem dotis in ſolidum, ſed illa eſt communis inter patrem, & filiam, ergo à fortiori, quando pater in vno caſu ſibi prouidit expreſsè, vt actio ſua eſſet in ſolidum, idem dicendum, ſcilicet, in caſu omiſſo actionem eſſe communem patri, & filiæ, quia ex inductis ad argumentum, nõ debet ſumi præſumptio ad diminutionem, *l. inutiliter, ff. de adimend. legatis*. Neq; obſtare aiunt [præſertim P. Barboſa *d. n.* 20. *verſic. nam ad primum*] *textum in d. l. ſi cum dotem*, dum in principio verbis *nu. præcedenti* adductis dicit in caſu omiſſo à patre, & extraneo paciſcente in certum caſum dotem ſibi reſtitui actionem eſſe mulieris, ſeu filiæ, nam inquiunt, ea verba eſſe explicanda iuxta Textum *in d. §. accedit*, ſcilicet quod reſpectu extranei erit actio filiæ in ſolidum, quia videtur ei donaſſe, ſed reſpectu patris habentis filiam in poteſtate erit actio filiæ, ſed ſimul cum patre, quia pater in caſu omiſſo non videtur donaſſe, neq; renunciaſſe iuri ſuo, vt dicitur *in d. §. accedit*. Non enim, ſubdit P. Barboſa, nouum eſt quod vbi in vna diſpoſitione coniunguntur duæ perſonæ, inter quos eſt diuerſa ratio attentis iuris principiis, diuerſa admittatur interpretatio, *l. cohæredi §. qui diſcretas*, vbi Aretinus 2. *not. ff. de vulgari*, Decius *in l. in teſtamento n.* 8. *Cod. de teſtam. milit.* & Baldus *in d. l. ſi cum dotem col.* 2. *ad finem loquens præſertim in diſpoſitione legis*.

Altera ſententia exiſtimat patre dotante paciſcente 150
in certum caſum ſibi dotem reſtitui, in alio caſu omiſſo, ſeu non expreſſo dotis rationem ad ſolam filiam ſpectare, quia præſumitur patrem in caſu omiſſo voluiſſe renunciare iuri ſuo, & donare actionem filiæ quæ donatio inter patrem, & filiamfamilias ſpeciali fauore dotis valet, *leg. Pomponius, ff. famil. erciſc.* & notatum eſt, *ſuprà hoc capite numero* 143. ita Gloſſa *in d. l. ſi cum dotem, verbo, mulieri in fine ibidem*, Bartholus *numero* 3. *&* 6. & Alexander *numero* 14. Claudius *numer.* 11. Angelus, Romanus, & alij ſcribentes ibi communiter [vt teſtatur Alexander, & Claudius) Ripa *in l.* 2. *§. quod ſi patris num.* 3. *ff. ſoluto matrimonio, ibidem* Alciatus *num.* 5. Zaſius *lib.* 2. *ſingularium reſpon. capite* 2. *numero* 8. Baptiſt. à S. Blaſio *de priuil. dotis cont.* 2. *numero* 94. quos referunt P. Barboſa *dict. numero* 17. *in fine*, & Molinus *dict. qu.* 54. qui dicit eſſe opinionem communem, & eam amplectitur, *num.* 19. *in fine*, idem aſſerunt Graſſus, *§. legitima quæſtio.* 23. *num.* 10. & Mangilius *de imput. qu.* 18. *numero* 29. Surdus *conſ.* 206. *n.* 23. & ita ſentit etiam Baldus Nouellus *de dote part.* 6. *priuileg.* 67. vbi dicit; quod licet caſus omiſſus regulariter debeat haberi pro omiſſo, & remaneat in diſpoſitione iuris communis, *leg. ſi extraneus, ff. de condictione cauſa data leg. commodiſſime, ff. de lib. & poſthumis*, & vltra Doctores *dict. priuil.* 67. allegatos Tiraquellus latè *lib.* 1. *de retract. §.* 20. *Gloſſa vnica n.* 11. & Petr. Barboſa *ad d. l. ſi cum dotem in princip. num.* 21. Nihilominus ſpeciali fauore dotis ſecus dicendum, vt in caſu [inquit] *d. l. ſi cum dotem in princip.* vbi Iuriſconſultus voluit mulieris eſſe actionem præcipuam, quando pater ſtipulando, vel paciſcendo ſibi in certum caſum reddi dotem,

quia

quia videtur in alio caſu omiſſo renunciaſſe iuri ſuo in dicta dote, & hunc eſſe communem intellectum dicti Textus aſſerit *ibid.* Nouellus fundatur (aliis argumentis omiſſis à Petro Barboſa, & Molino adductis) iuxta eoſdem Doctores præcipuè in *d. Textu d. leg. ſi cum dotem in princip. verbis ſuprà numero* 148. *relatis*, quia Textus ille parificat patrem, & extraneum dotantes, cum ergo in extraneo dotante certum ſit, quod ſtipulando, vel paciſcendo in vnum caſum cenſetur in alio omiſſo donare, *dict. l. vnica* §. *accedit, Cod. de rei vxoriæ actione*, & notatum eſt *dict. numero* 148. idem dicendum eſt ex regula æquiperatiorum in quibus in vno diſpoſitum in alio etiam ſtatutum cenſetur *l. ſ. vn hoc iure, ff. de vulg.* etiam ſi materia [inquit Molinus *numero* 12.] ſit exorbitans per Iaſonem *in leg. ſi conſtante numero* 32. *ff. ſoluto matrimonio*, Corneum *conſ.* 276. *numero* 23. *lib.* 1. & Surdum *deciſ.* 251. *numero* 3. vnde non admitti debet illa diuerſa interpretatio reſpectu extranei, & reſpectu patris à P. Barboſa ad fundamentum autem primæ ſententiæ *ex d. l. vnica* §. *accedit*, ſumptum, ſeu deductum argumento à fortiori, iuxta Doctores huius ſententiæ reſpondetur, diuerſam eſſe rationem, quando pater ſimpliciter dotat filiam in poteſtate, & quando dotat paciſcendo ſibi dotem reſtitui in certum caſum, nam dotando ſimpliciter videtur tacitè conformare voluntatem ſuam cum legis diſpoſitione quod præſumitur in tali caſu, *l. quidem cum filium, ff. de verb. oblig.* & poſt alios Surdus *deciſio.* 272. At vbi pater in certo caſu paciſcitur, iam eo caſu, recedit à diſpoſitione iuris communis, & proinde in omiſſo aliud tacitè voluiſſe ſcilicet, donaſſe videtur.

151 Bartholus *in d. l. ſi cum dotem in princ. numero* 1. quem Conſtantius Rogerius *ibidem nu.* 12. ſequitur; extendit hanc ſententiam, ſeu diſpoſitionem Textus, vt quamvis pater pactus eſſet ſibi in certum caſum dotem reſtitui per pactum nudum, & non per ſtipulationem (ſine qua pater non poteſt ſibi quærere, *l. auia tua* 6. *Cod. de iure dotium, ibidem* ſcribentes idem Bartholus *d. n.* 1. Franciſcus Molinus *d. q.* 54. *num.* 7. *& duobus ſeqq.* Ioannes Boſcherus *de legit. nupt. l.* 4. *num.* 31. [vbi notat, quod licet pactum ſimplex ſine ſtipulatione per patrem de dote ſibi reſtituenda iure antiquo, & nouo non valeat, nec ſubintelligatur tacita ſtipulatio, *d. l. auia*; tamen ſecus eſſet, ſi paciſceretur dotem reddi filiæ, & conſtat ex *l. vnica* §. *ſed vt plenius, Cod. de rei vxoriæ act.*] Theſaurus *qq. for. lib.* 1. *q.* 63. *num.* 25. Mangilius *de imput. q.* 16. *num.* 25. *verſic. nec propterea*, qui etiam aiunt, vt patri ſoli quæratur actio dotis non ſufficere tacitam, ſed requiri expreſſam ſtipulationem iuxta, *l. cum dos, ff. de pactis dotalibus, l. fin. ff. de dotis collatione*, & iuxta Doctores *in d. l. ſi cum dotem, ita quod diſpoſitio l. vnic.* §. *accedit, Cod. de rei vxoriæ actione, ſine* patri tacitam dans ex ſtipulatu actionem in dote ſit correcta à Iuſtiniano, §. *fuerat inſtitut. de actionibus*, decernente ſuper dotis reſtitutione, ſemper cenſeri ſtipulatum fauore filiæ] & ſic pactum, non eſſet ſufficiens ad transferendam actionem dotis in patrem excluſa filia, tamen eſſet ſufficiens vt ex eo reſultat tacita donatio in caſu omiſſo in fauorem filiæ, & quod quoad hoc tale pactum operabitur effectum ſuum, *l. plene* 34. *principio, ff. de leg.* 1. hocque ait Bartholus ſignificare præfatum Textum *in d. l. ſi cum dotem*, dum dicit propter pactum patris in certũ caſum in omiſſo actionem eſſe filiæ, verum Bartholo, & Rogerio contradicit P. Barboſa *vbi ſuprà n.* 21. *circa finem*, etiam præſuppoſita præfata communi ſententia, quam communem dicit procedere, quando actus expreſſus eſt validus nam ſi invalidus, ex eo non poteſt [ait] ſumi coniectura donationis in fauorem filiæ, *arg. l.* 3. §. *fin. ff. de ſeruit. ruſticorum prædiorũ*, vt regulariter ex actu nullo nihil vtile, & validum produci poteſt *l. eius qui* §. *quod ſi ſtipulatus*, & ibi Iaſon *n.* 3. *ff. ſi certum petatur*, cum aliis iuribus, & Doctoribus per eundem Petr. Barboſam relatis ſed pro Bartholi ſententia facit quod *nu. præcedenti* dictum eſt, ſcilicet quod pater dotans paciſcens per pactum nudum in certum caſum ſibi dotem reſtitui, recedit, ſeu voluit recedere à diſpoſitione iuris communis, ac proinde ſufficit ad inducendam præſumptionem, vt in caſu omiſſo videatur, ſeu cenſeatur velle dare; ſeu donare filiæ, tametſi non ſufficiat ad aquirendam ipſi patri ſolidam actionem.

Si pater dotans ſtipuletur imperſonaliter, ſcilicet, dotem reſtitui non exprimendo cui, actio dotis communis eſt Patri, & filiæ, & quid ſi pater ſtipuletur dotem reddi ad voluntatem filiæ.

Quid verò ſi pater dotans fuiſſet ſtipulatus imper- 152
ſonaliter, ſcilicet dotem reddi non exprimendo *cui*, ſtipulatio hæc valet, & intelligi debet nõ de ſola perſona patris, ſed etiam ipſius filiæ, vt actio ex ſtipulatu ſit communis inter patrem, & filiam, prout de iure, *d. l.* 2. §. *quod ſi patris, ff. ſol. mat.* diſponitur in actione dotis, & eſt caſus, *l. poſt dotem* 41. *ff. ſolut. matr.* & tradunt *ibid.* Gloſſa, & Doctores communiter, vt teſtantur Bald. Nouell. *de dote p.* 6. *priuil.* 30. & P. Barboſa *ad d. l. poſt dotem num.* 1. *verſic. Recenta igitur*, qui hac de re latè vſque *ad n.* 6. ſi pater vero ſtipuletur dotem reddi ad voluntatem filiæ, licet in aliis contractibus, quando remiſſio fit ſecundum voluntatem partis, ipſa parte decedente antequam declaret, contractus reddatur nullus, *l. continuus* §. *fin. ff. de verb. obligat.* Baldus Nouellus *de dote p.* 6. *priuil.* 10. tamen ſecus eſſe in dote ex eius ſpeciali priuilegio notat *ibidem* Nouell. & ſic ſtante præfata ſtipulatione patris remittentis ad voluntatem filij dotis reſtitutionem in caſu ſoluti matrimonij, per obitum ipſius filiæ, illa decedente antequam declaret ſe velle, vel nolle, videri velle dotem ſibi reſtitui, pro filiis ſuis tradit idem Nouellus *ibidem*, ſi autem moriatur ſine liberis, tum haberi ac ſi non eſſet adiectum illud verbum *ad voluntatem filiæ*, & debere dotem reſtitui patri, addit *ibidem*, Nouellus per Textum *in lege poſt dotem, ff. ſoluto matrimonio*: de nonnullis aliis pactis, quæ à patre dotante poſſunt apponi, an filiafam. per talia pacta cenſeatur omnino excluſa à participatione actionis de dote ſibi de iure conceſſa, agunt Gomez *ad l.* 50. *Tauri num.* 28. & latius Franciſcus Molinus *lib.* 3. *de ritu nupt. dicta quæſtio.* 54. Surdus *conſ.* 206. *à num.* 2. *&* Petr. Barboſa *ad d. l. ſi cum dotem in principio*, Salengerius *reſol. ciuilium cap.* 100. de quibus hic non eſt opportunus agendi locus, in præſenti addam nonnullos alios effectus, quos ex præfata communione actionis de dote inter patrem, & filiamfamilias Petr. Barboſa *in d. lib.* 2. *d.* §. *quod ſi patris, ff. ſoluto matrimonio*: ait reſultare igitur.

Reſultantia ex eo, quod actio dotis profectitiæ ſit communis Patri, & filiæ.

Igitur Petr. Barboſa *d.* §. *quod ſi patris numero* 39. 153
notat ex præfata communione in ſolidum actionis de dote inter patrem, & filiam reſultare, quod ſicut pater ſolus non poteſt recipere dotis ſolutionem ſponte oblatam vt *ſuprà numero* 135. notatum eſt, ita nec ſolus pater poteſt delegare generum alteri, quia & delegatio loco ſolutionis eſt, *l. quamvis* 8. §. *interdum, ff. ad Vell.*

154 *Numero eodem* 39. dicit reſultare, vt nec filia ſola dotem petere poſſit, neque illius ſolutionem recipere, & quòd licet mulier poſſit renunciare hypothecæ, quam habet in bonis mariti, *leg. etiam*, *& l. iubemus, Codic. ad vell.* tamen, hæc renunciatio patri non poteſt nocere in actione communi, quod ex *reg. l. non debet alteri, ff. de regulis* probant Bartholus, Alexander *in d. §. quod ſi patris*, & alij per ipſum Barboſam relati.

155 *Eodem numero* 39. *verſic. item quamvis*, idem Petr. Barboſa, tradit reſultare, quod quamvis mulier propter adulterium amittat dotem, *cap. plerumq. de donat. inter vir. & vxor.* vel ſi eius culpa interuenerit diuortium, *l. conſenſu, Cod. de repud.* nihilominus ſi dos eſt profectitia, & communis, non amittatur, ſed excluſa filia propter adulterium, ſeu delictum, pater ſolus habebit actionem ad dotem petendam per Textum in *auth. è contra, Cod. de repud.* & per Doctores communiter ab eodem Barboſa *ibidem* allegatos contra paucos alios contrarium ſentientes per textum in *§. quia vero quadam mulieres auth. & liceat matri, & auiæ,* quem Textum idem Barboſa *num.* 40. *initio*, reſpondet non repugnare communi ſententiæ, dum probat textus ille mulierem diuertentem ſine cauſa amittere dotem, & illam acquiri marito, eo quod debeat intelligi de dote per mulierem ex bonis propriis, vel de dote aduentitia, quæ amittitur per præfatam cauſam, *l. ſi dotem, Cod. de iure dotium*, non autem de dote profectitia, quæ communis eſt inter patrem, & filiam, ſecus tamen ſi tempore delicti dos eſſet conſolidata in perſona filiæ, quia tunc amittitur ex generalitate, *dicta leg. ſi dotem.*

156 *Numero* 41. *verſiculo Tertius igitur*, ex eadem communione actionis de dote inter patrem, & filiam notat inferri quod pater non poteſt iubere, vt generi alteri dotem reſtituat, neque huiuſmodi iuſſus poteſt nocere filiæ factæ ſui iuris, & habetur *d. l.* 2. *d. §. quod ſi patris verſic. cæterum, ff. ſolut. matrim. & l.* 3. *ff. eod.* & licet Textus *d. verſic. cæterum* exprimat præfatum iuſſum patris non nocere filiæ factæ ſui iuris, nihilominus eidem filiæ non nocet etiam, dum eſt in poteſtate, nam eo ipſo, quod excluſo patre, per pactum vel alium modum actio dotis conſolidatur in filia ſiue ante conſolidationem non fuerit, ſiue fuerit communis patri, & filiæ, filia ex actione vti poteſt ſine patris conſenſu vt *ſuprà n.* 144.

157 *Numero* 43. *verſic. Quartus effectus* ex eo, quod actio dotis communis eſt patri & filiæ, aduertit idem Petrus Barboſa inferri, quod ſi filia iubeat, & alteri promittat dotis reſtitutionem, tamen adhuc patri integra remanet actio dotis petendæ, & ideo non obſtante prædicta delegatione, vel ſolus poterit petere dotem, vel adjuncta filiæ perſona, vt dicitur, *d. §. quod ſi patris verſic. ſed vtrum vt*, cuius verba ſunt, *ſed vtrum vt, & agat ſolus, an, & vt adiuncta quoque filiæ perſona experiri poſſit, & puto nec eam actionem amiſſam, quam adiuncta perſona filiæ habere poteſt*, ex quibus Doctores ibi aiunt manifeſte colligi in hac materia ad repetendam dotem duos eſſe modos agendi, vel quod pater ſolus agat, aut ſola filia agat accedente alterutrius conſenſu, cum actio vtrique inſolidum ſit communis, vel quod pater ſolus agat adjuncta perſona filiæ, quod Bartholus in *d. l.* 2. *§. item ſi voluntate num.* 3. *ff. ſoluto matrimonio*, ait contingere, ſi pater ad ſuam, & filiæ vtilitatem agat, & idem tradit Campegius *de dote parte* 3. *qu.* 74. & P. Barboſa *in d. §. quod ſi patris num.* 43. *in fine verſic. item poteſt agere*, declarat patrem agere adiuncta perſona filiæ, eſſe agere deducendo in iudicium non ſolum ius proprium, ſed etiam ius filiæ, cui eadem actio inſolidum competit petendo, quod ex vtriuſque iure ſimul fiat dotis reſtitutio, differentias autem plures inter duos illos modos agendi, ſcilicet, ſi pater ſolus agat de filiæ conſenſu, vel ſolus agat adiuncta perſona filiæ refert, & examinat idem P. Barboſa *d. l.* 2. *citato §. quod ſi patris numero* 44. *cum pluribus ſequentibus*, & de aliquibus agit etiam Campegius *dict. quæſt.* 74. ad quos pro nunc remittitur lector.

Denique eidem P. Barboſa *d. l.* 2. *§. quod ſi patris n.* 158
35. *in fine*, *& num.* 36. ex eadem actionis perſonalis ad dotem petendam communione ait reſultare, quod dos quocumque modo (ſcilicet vel diuortio, vel ob viri mortem) ſoluatur matrimonium, ad patrem redit, & cum eius patrimonio incorporatur, *l. Titia* 35. *ff. ſoluto matrimonio, & l. dos à patre, Cod. ſoluto matrimonio*, quod poſtremum eſt verum, ſi matrimonium ſoluetur per mortem filiæfam. abſque liberis, ſecus ſi per mortem viri iuxta tradita *ſuprà numero* 127. verum quandonam dos profectitia ſoluto matrimonio reuertatur, vel non debeat patri dotatori, hic paulo latius eſt explicandum in ſequentibus.

Dos profectitia, diſſoluto matrimonio per mortem viri ſuperſtite filiafam. pro qua data eſt, reuertitur ad patrem, à quo profecta eſt, & cum qua obligatione.

Igitur primo videndum, quando fit, vel facienda 159
eſt reſtitutio dotis profectitiæ diſſolutione matrimonij per mortem viri, & pater eſt ſuperſtes, & dos à patre fuit data pro filiafamilias, quæ etiam tempore ſoluti matrimonij eſt in patris poteſtate, & in hoc caſu vbi pater ſimpliciter dotauit filiam, nec de dotis reſtitutione verbum fecit, certum eſt iuxta Doctores in ſequentibus allegandos, & cæteros omnes dotem debere redire, ſeu reuerti ad patrem, à quo profecta eſt, *l. Titia* 35. *ff. ſoluto matrimonio, Auth. ſed quamvis, Cod. de rei vxor. actione & §. quia vero auth. de æqualitate dotis, vnde ſumpta eſt d. auth. ſed quamvis, & l. ſi ſocius pro filia verſic. quod ſi ſalua ſocietate, ff. pro ſocio*, quod procedit etiam ſi filia haberet filios iuxta Doctores, qui infra allegantur, & tradit Rota Romana *deciſ.* 708. *numero* 4. *p.* 1. *in recentioribus*, Farinac. poſt Caſtrenſem *conſ.* 11. *lib.* 1. & Theſaur. *deciſ.* 138. *n.* 2. & tradunt, & alij, quos Salingerus *reſolut. ciuil. cap.* 100. *num.* 3. refert, & approbat procedere etiam ſtante ſtatuto excludente à ſucceſſione patris fœminas dotatas extantibus maſculis, ita quòd ſi poſt filiamfam. nuptiam matrimonium ſoluatur per viri mortem, & pater filiæ viuat, dos [niſi actio dotis fuerit ei plene acquiſita, per ſtipulationem paternam] non ad filiam, ſed ad patrem reſtitui debeat, tradunt Capycius *deciſ.* 176. *num.* 11. *verſic. pro contraria parte*, & alios allegans Rota Romana, *deciſ.* 815. *num.* 5. apud Seraph. *& d. deciſ.* 708. *num.* 3. *parte* 1. *recentiorum*, quæ hic poſſent obijci habentur, & ſoluuntur *infra cap.* 6. *n.* 111. *poſt medium.*

Pater vero præfatam dotem filiæ ad ſe reuerſam non 160
poteſt aliquo modo minuere, ſed tenetur illam conſeruare pro ſequenti matrimonio, ſi filia voluerit denuo nubere, ita vt recuperando talem dotem dicatur recuperare cum ſua cauſa, vt illam det alteri viro *dicta auth. ſed quamvis, & d. §. quia vero*, & notatum eſt *ſuprà cap. præcedenti n.* 106. *& n.* 117. & tradunt Doctores *d. n.* 106. *& d. n.* 117. relati, & alios referens Fontanella *de pact. nupt. tom.* 2. *clauſ.* 5. *Gloſſa octaua parte* 1. *num.* 41. & quod non poſſit pater dictam dotem recuperatam, & ad ſe reuerſam minuere, vel alienare ſi ſit fundus dotalis ad ſe reuerſus, ſed debeat ſeruare pro

ſecundis

ſecundis nuptiis, tradunt communiter alij Doctores, tum ſcribentes *in d. auth. ſed quamvis*, tum *in rub. ſoluto matrimonio* Iaſon *num.* 12. Vincentius Salu. *n.* 509. Bolognetus *num.* 133. Pariſius *num.* 78. præter alios antiquiores ſcribentes *in d. Rubr. ibid.* Petr. Barboſa *parte* 4. *num.* 22. tum plures alij, quos referunt, & ſequuntur Rota Rom. *deciſio.* 156. *n.* 2. Paſchalis *de viribus patr. poteſt. parte* 1. *capit.* 4. *num.* 82. *ad* 87. Stephanus Gratianus *diſcept. for. tom.* 5. *cap.* 882. *numero* 2. Salengerius *reſolut. ciuilium cap.* 100. *nu.* 4. Vnde Rota *d. deciſ.* 156. *num.* 1. poſt Baldum *in l. rem quam num.* 1. *Cod. de iure dotium*, dicit fundum dotalem filiæ matrimonio per mortem viri diſſoluto ad patrem reuerſum remanere dotalem per textum *in d. auth. ſed quamvis num.* 4. prædictam dotem recuperatam à patre, cum ſit reſtituenda pro alio matrimonio, remanere, & appellari dotem, & retinere dotis priuilegia, vt *præcedenti cap. ſecundo, num.* 130. notatum eſt, & quod pater dotem filiæ recuperatam non poſſit minuere, nec alienare, ſed debeat ſeruare, & detur alij marito procedit non ſolum in caſu reuerſionis ob ſolutum matrimonium, per mortem viri, ſed etiam in caſu reuerſionis propter ſeparationem Thori, ſeu ob diuerſionem, vt eſt textus clarus *in d. l. ſocius pro filia d. verſic. quod ſi alia ſocietate, ff. pro ſocio.*

161 Procedunt etiam prædicta in dote ſiue conſiſtente in ſpecie ſcilicet fundo, & bonis ſtabilibus, ſiue in pecunia, quantitate, pondere, & menſura; vt à patre non poſſit minui vel alienari; ſed debeat ſeruari pro alio matrimonio, ita, poſt alios Rota *d. deciſ.* 156. *num.* 7. P. Barboſa *loco ſuprà allegato.* Stephanus Gratianus, & Merlinus alios allegans *de legitima lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 9. *num.* 25. & Salingerius *d. cap.* 100. *num.* 7. & probat textus *in d. §. quia vero auth. de æqualitate dotis vnde d. auth. Sed quamvis* ſumpta eſt, vbi expreſsè eſt ſermo de dote conſiſtente in pecunia, & menſura ibi, *ſed ipſa menſura ei nubenti rurſus dare tanquam ſi nec contigiſſet viduatam*, & ibi *non ſolum triginta librarum auri domina facta eſt*, quibus verbis & aliis præcedentibus, ibi, *quia ſemel alienata eſt ab eius* (ſcilicet patris) *ſubſtantia*, ſcilicet, quod dos filiæ ad patrem propter obitum viri, vel diuortium reuerſa non ſit in patris patrimonio, ſeu cum patris patrimonio confuſa (vt expreſsè Io. Boſcheius *de legit. nupt. lib.* 4. *num.* 9. dicens dotem præfatam ad patrem reuerſam, quaſi in patris cuſtodia eſſe, & propriè non eſſe de ipſius dominio, & poſt Siluanium *conſ.* 2. *num.* 61. tradit Rota *d. deciſ.* 156. *num.* 3. *& num.* 7. *verſic.* & idem dixiſſet, aſſerit etiam Salengerius *d. num.* 7. & cum aliis notatum eſt, *cap. præcedenti num.* 117. *in fine*, & hoc *cap.* 3. *num.* 127. ſed eſt conſolidata in ipſa filia, & in eius patrimonio, & ideo à patre non poteſt minui, vel alienari quare, quando dos reuerſa ad patrem, conſiſtit in ſpecie, ſeu in fundo, & bonis ſtabilibus tenetur pater eandem dotem dare filiæ ſecundo nubenti non diuerſam etiam in æquiualenti, cum aliud pro alio non poſſit ſolui invito creditore, ita Baldus *in d. l. rem quam* Rota *d. deciſ.* 156. P. Barboſa *in d. rub. ſolut. matr. p.* 4. *allegato n.* 22. *ad finem*, & Stephanus Gratianus, vbi *verbo dos* ad patrem reuerſa conſiſtit in quantitate, menſura, & pondere, tunc quidem ſufficit, quod tantundem detur in genere abſque vlla diminutione, vt per textum *in d. l. res in dotem* 43. *ff. de iure dot.* tradunt Bald. P. Barboſa & Gratianus *locis modo citatis* Syluanus *d. conſ.* 2. *num.* 61. & Rota *dicta deciſ.* 156. *num.* 7. *dicto verſic. & idem dixiſſet*, vbi tamen aduertit ex hac traditione Baldi, quod vbi dos conſiſtit in quantitate non debet neceſſario à patre eadem reſtitui, ſed ſat eſſe ſi tantundem in genere reſtituetur, non inferri, neque id Baldum dixiſſe, dominium dictæ dotis conſtitutæ in quantitate, per reuerſionem tranſire in patrem, ita vt cum eius patrimonio confundatur; quod autem dictum eſt dotem ad patrem reuerſam non poſſe minui intelligitur, niſi patris conditio fuiſſet facta deterior, & contigiſſet diminutio ſubſtantiæ illius, quia tunc pater non cogeretur filiam ſecundo nubentem dotare, niſi in quantum ſubſtantiæ ipſius virtus eſt, *d. auth. ſed quamvis*, & notatum eſt, *cap. præcedenti num.* 106. & præter Doctores *ibidem* citatos tradunt Alciatus *conſ.* 35. *num.* 3. *lib.* 5. & Socinus *conſ.* 37. *num.* 31. *lib.* 4. vbi etiam ait, quod in hoc ſtatur arbitrio iudicis.

Aduertendum etiam (quidquid ſecus, contra com 162
munem ſenſerit Vaſquius *de ſucceſſ. creat. l.* 1. *§.* 10. *n.* 261.) in hac dote ſoluto primo matrimonio reuerſa ad patrem, quando ab eodem patre datur filiæ pro ſecundo matrimonio; non poſſe à patre apponi aliquod grauamen, vel aliquod pactum, quod non erat in ea, quæ fuit data primo viro; & ſic ſi pater in prima dote non fuit ſtipulatus dotem ſibi reſtitui, non poteſt iſtud pactum ſtipulari in ſecunda, cum per illud contra diſpoſitionem, *d. Auth. ſed quamvis* diminueretur dos prius conſtituta, ita Bartholus *in l. poſt dotem* 41. *num.* 23. *ff. ſolut. matr. ibidem* Vincentius *num.* 20. Alexander *num.* 21. P. Barboſa *num.* 320. *& in l. ſi cum dotem* 23. *nu.* 27. *ff. eod.* Stephanus Gratianus *d. cap.* 882. *num.* 13. 14. 15. Auguſtinus Barboſa *collect. d. auth. ſed quamvis num.* 4. licet minus rectè contrarium tenuerint Imola, & Romanus vt teſtatur P Barboſa, qui etiam *in d. l. poſt dotem num.* 34. *in principio* notat, quod ſi pater filiam ſecundò nuptui tradit pro ea promittat dotem ſimpliciter, non videtur intellexiſſe de noua dote ſed de antiqua, quam in primo matrimonio pro ea dedit, ita vt ſi forte majorem dotem promittat, quam dederit in primo matrimonio, antiqua dos videatur includi in promiſſione, & id quod deeſt, de ſuo præſtabit.

Idem P. Barboſa *in d. l. ſi cum dotem.* 23. *§. ſi pater* 163
num. 25. *& n.* 27. dicit textum *in d. auth. ſed quamvis*, procedere viuo patre, eo vero mortuo ceſſare eam obligationem, neque filiæ iterum nubenti, eam dotem præcipuam dandam eſſe, niſi quando de veriſimili mente teſtatoris eſſet, quod ea dos præcipuè ad filiam pertineret; & huius rationem eſſe ait, quia mortuo patre filia habet ea bonis patris legitimam, per quam, cum ea ea poſſit ſe dotare, videtur ei ſatisfactum quod P Barboſæ dictum poteſt procedere iuxta eius ſententiam, quod dos filiæfamilias ſoluto matrimonio, per viri mortem reuerſa confundatur cum patris matrimonio, ſed ſuppoſito, quod remaneat & ſit in patrimonio & dominio filiæ; etiam mortuo patre eadem dos præcipua, ſi conſiſtat in ſpecie erit idem filiæ danda cum ſupplemento ex aliis bonis vſque ad legitimam, ſi dos illam non adæquet; proponit etiam P. Barboſa *d. n.* 25. *verſic. infertur etiam dubium*, ſcilicet, cum dos filiæfamilias poſt ſolutum matrimonium per viri obitum ad patrem reuerſa debeat præcipuè filiæ ſeruari pro ſecundo matrimonio, ſi poſtea non nubat, an dos eadem debeat iuxta diſpoſitionem, *l. finalis, Cod. communia vtriuſque iudicis*, diuidi cum hæredibus patris etiam extraneis; & primo dicit, cum in ſpecie *d. l. finalis* dos præcipuè filiæ detur, vt facilius, & dignius nubere iterum poſſit, illa non nubente, & ſic deficiente cauſa, propter quam dos præcipuè ei conceſſa eſt fore diuidendum cum hæredibus patris, iuxta *d. l. fin.* At reſoluit contrarium eſſe verius, *quia d. l. fin.* indiſtinctè præcipuam dotem filiæ concedit, neque exigit, quod nubat, cum modus iſte non fuerit expreſſus; & quia iuxta *d. l. fin.* & etiam *auth. quamvis, Cod. de rei vxor. actione*, dotem præcipuam habet filia, vt

ſi velit iterum nubere poſſit facilius; & ſic neceſſitas nubendi non eſt ei impoſita, atque adeo non debet reuocari dos ſemel quæſita, quia non nubit, *arg. l. ſi mulier dotem, Cod. de iure dotium*. Prædictis addo, quod mortuo patre dos filiæfamilias conſolidatur in eius perſona, & ſic totaliter ei acquiritur, & etiam reuerſa ad patrem nunquam fuit confuſa cum eius patrimonio, ſed ſemper remanſit in patrimonio, & dominio filiæ, vt *ſupra n.*161. notatum eſt.

164 Nonnulla alia ad perfectam intelligentiam diſpoſitionis, *d. auth. ſed quamvis* tradita ſunt, *cap. præcedenti numer.*106. *&* 107. nimirum, quod procedat etiam in dote promiſſa, ita quod reſpectu diminuitatis non attendatur, an dos pro primo matrimonio fuerit ſoluta, vel promiſſa, ſed in vtroque caſu iuxta, *d. auth. ſed quamvis*, pater cogatur eandem dotem filiæ ſecundo nubenti tradere, quod procedat etiam ſi dos ſit immodica: & ſi filia nubat viro non tanta dote digno: item quod eadem *auth. ſed quamvis* habet locum, quando filia vidua contrahit ſpirituale matrimonium per ingreſſum in religionem, item quod procedit etiam in caſu in quo primum matrimonium, pro quo pater dotem promiſit, vel ſoluit, non habuit effectum ob aliquod ſuperueniens impedimentum prædicta enim cum nonnullis aliis *ibi* videndis, & quando poſſit dos diminui ob caſum fortuitum tradita ſunt prædictis duobus *numeris* 106. *&* 107.

Poſtremo aduertendum, quod ſi pater filiæ viduæ per mortem viri ante ſolutum matrimonium, & tempore ſolutionis ſit decoctus propter magnum æs alienum, quo exiſtat obnoxius diuerſis creditoribus; tunc dotem ab hæredibus viri defuncti non eſſe nec debere reſtitui patri, cui iam decocto non competat actio per obitum viri actionem conſolidatam eſſe in perſona filiæ viduæ, ac proinde ceſſare in iſto caſu diſpoſitionem dictæ *legis dos à patre, Cod. ſoluto matrimonio* tradit Salengerius *reſol. ciuil. cap.*100. *num.*19. & latè Rota Auenionenſis *deciſione poſt dict. cap.*100. Salengerij, & probant, quia in iſtis terminis repetitionis dotis pater decoctus habetur, ac ſi naturaliter mortuus eſſet, nec ſit ei reſtituenda, tanquam illam conſumpturo, *l. ſi cum dotem* §. *eo tempore vbi Gloſſa, ff. ſoluto matrimonio*, Caſtrenſis *conſ.*11. *num.*2. *vol.*1. Rota Romana *deciſ.*708. *num.*8. *parte* 1. *recentiorum*, Aloyſius Riccius *in collect. deciſ. parte.* 8. *collect.*3277. & allegati à Salengerio *dicto num.*19. *in d. deciſ.* Rotæ Auenionenſis, vbi *verſic. quia idem ſine*, ex Caſtrenſi *dicto num.*11. *verſic. conſolidatur autem*, vt in hoc caſu decoctionis patris actione dotis per mortem viri conſolidari in perſona filiæ viduæ ac ſi per obitum patris facta eſſet ſui iuris, & decoctionem patris, & mortem naturalem in iſtis terminis æquiparari, vt Rot. & Riccius poſt Carocium *dec.*121.

Soluto matrimonio per mortem mulieris filiæfamilias dos à patre ſimpliciter data pro ipſa ad eundem patrem redire debet, ſi filia deceſſerit non relictis liberis.

165 Secundo videndum, cui reſtituenda ſit dos profectitia à patre ſimpliciter data pro filiafam. ſoluto matrimonio, per mortem eiuſdem filiæfamilias; quæ ſine liberis ſuperſtitibus deceſſerit, & in hoc communiter omnes, & certum eſt, iure communi redire dotem ad patrem, in cuius perſona remanet conſolidata integra actio dotis, quæ iuxta *d. l.*2. §. *quod ſi patris, ff. ſoluto matrimonio*, & communis patri, & filiæfamilias viuenti: id enim reſultat ex præfata communione actionis dotis inter patrem, & filiam vt *ſupra n.*158. notatum eſt ex P. Barboſa, & conſtat tum ex *l. iure ſuccurſum, ff. de iure dotium* (quæ ſic habet, *iure ſuccurſum patri vt filia amiſſa ſolatij loco cederet, vt redderetur ei dos ab ipſo profecta*, ne, & *filiæ amiſſæ & pecuniæ damnum ſentiret*, hæc enim diſpoſitio ſaltem in dote filiæfamilias debet procedere) tum *ex l. dos à patre, Codice, ſoluto matrimonio*, cuius verba ſunt, *pater profectitia ſi in matrimonio deceſſerit mulier filiafamilias; ad patrem redire debet*, ita etiam ſcribentes *in d. l. dos a patre*, Cujacius *tract.*8. *obſeruat.* ad Africanum, *obſeruatione* ad *l. Titia* 24. *initio, ff. ſolut. matrimonio* Gomez *ad l.*50. *Tauri n.*28. *verſic. ſecundo intellige*, Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.*12. *tit.*8. *nu.*20. Doctores, qui *infrà in ſequentibus inſpectionibus* allegantur, & alij communiter, quos refert Franciſcus Molinus *de ritu nupt. lib.*3. *quæſt.*4. *num.*34. Aduertendum autem filiafamilias mortua ſine filiis iuxta dicta iura, *& d. l.*2. §. *quod ſi patris, ff. ſolut. matr.* dotem ad patrem reuerti non iure peculij, aut quod ipſe pater ſit hæres filiæ in ipſa dote, ſed conſolidationis, & reuerſionis, Baldus *in l. ſenium* 3. *n.*5 *ad finem, Cod. qui teſtamentum facer. poſſ.* Dinus *in l. poſt dotem* 41. *in princip. ff. ſolut. matrim.* P. Barboſa *ibidem n.*53. & Stephanus Gratianus *diſcep. for. tom.*2. *cap.*3. *n.*2.

Quare licet dos à patre data pro filia cenſeatur donata filiæ, vt dictum eſt *cap. præced. n.*117. 136. *&* 137. ſi tamen ſit filiafamilias decedens ſine filiis (ſi non fuerit eius actio conſolidata in eius perſona, quia pater iuſſerit dotem ſoluto matrimonio reddi filiæ vel quia eam emancipauerit) non poteſt de ea diſponere, ſed ea defuncto iure ipſo reuertitur ad patrem, à quo profecta eſt eadem dos, & cuius actio etiam viuæ filiæ competebat ipſi patri in ſolidum, ſicut & filiæ, & ea defuncta in patre ſolo conſolidatur, cenſetur ergo dos ſemel filiæ à patre conſtituta eidem filiæ donata, quia deſeruire debet, nō ſolum pro primo matrimonio, ſed etiam pro ſecundo volente filia ſecundas nuptias contrahere, nec poteſt à patre minui, vbi ſemel conſtituta eſt, nec alienari, nec illi imponi grauamen, quod ab initio non fuerit impoſitum, ad hunc enim effectum cenſetur à patre donata filiæ vt poſt Rotam, & alios notauit Stephanus Gratianus *d. cap.* 882. *num.*2. *&* 4. non autem ad effectum, vt poſſit filiafamilias de illa diſponere, imo dum ſoluto primo matrimonio remanet vidua, dos recuperata remanet penes patrem iuxta tradita, *ſuprà num.*159. *& ſeqq.* An vero eadem dos cenſeatur donata ad affectum, vt mortua filiafamilias relictis liberis, & non patri debeatur, explicatur, poſt ſequentem inſpectionem. 166

Dos à patre ſimpliciter data filiæ emancipatæ, vel quæ poſtea fuit emancipata, an ſoluto matrimonio reuertatur ad patrem, vel ad filiam aut ad eius hæredes.

Tertiò videndum, an dos profectitia ſimpliciter, & ſine pacto expreſſo, vel tacito de dote ſibi reſtituenda data filiæ emancipatæ, vel quæ poſtea fuerit à patre emancipata redeat, ſeu reddire debeat ad patrem mortua filia P. Barboſa *in l.*1. *p.*7. *num.*22. & latiùs *in l.*2. §. *quod ſi patris numer.*36. *&* 37. *ff. ſolut. matrimon.* aſſerit defuncta filia emancipata dotem de neceſſitate iuris debere redire ad patrem, licet ante mortem, in ea ſola dotis actio eſſet conſolidata iuxta ſuperiùs tradita, & inter dotem datam à patre filiæfam. & donatam filiæ emancipatæ illud ſolum diſcrimen eſſe ait *dicto numer.* 36. quod data filiæfam. quocumque modo ſoluetur matrimonium ad patrem reuertitur iuxta *dictam legem dos à patre*, data vero filiæ emancipatæ, ſi diuortio 167

uortio ſoluatur matrimonium, non reuertitur ad patrem, quod ait colligi ex *l. filia mea 60. ff. ſoluto matrimonio, & l. 5. ff. de diuortiis*, ſi vero morte filiæ emancipatæ ſoluatur matrimonium dos ad patrem reuerti debet, quam ſententiam tradidit Cujacius *d. tract. 8. obſeruationum ad Africanum obſeruat. ad l. Titia 24. initio, ff. ſoluto matrimonio*, hanc eandem ſententiam (prout illam refert P. Barboſa *in d. §. quodſi patris d. num. 36. in fine*) docuerunt Cumanus *in dicta l. 2. §. quod ſi patris num. 4. ibidem* Cortaſius *num. 5. ff. ſolut. matr.* Fulgoſius *in l. pater filiæ num. 3. ff. de euictionibus, & in l. cum poſt princip. ff. de iure dotium*, Ruinus *in l. ſi ab hoſtibus in princip. ff. ſoluto matrimonio*, & Antonius Goueanus *lib. 2. var. lectionum cap. 4.* & eandem ſententiam approbat Auguſtinus Barboſa *collect. ad d. l. dos a patre num. 7. Cod. ſoluto matrimonio*, qui omnes, ſicut, & P. Barboſa, cum ſine vlla diſtinctione aſſerant dotem datam filiæ emancipatæ ſoluto matrimonio per mortem filiæ redire ad patrem, ſentiunt redire etiamſi reliquiſſet filios; Cujacius *loco citato*, & P. Barboſa *d. num. 22. & 36.* aiunt, quod hanc ſententiam expreſsè probat textus *in d. l. ſi ab hoſtibus 11. in princ. in d. l. filia mea 60. ff. ſoluto matr. in d. l. 5. ff. de diuortiis, & in l. pater filiæ 71. ff. de euictionibus.* Addit P. Barboſa *d. num. 36. colligi etiam ex l. profectitia 5. §. penultimo, ff. de iure dotium*, dum ibi dicitur dotem à patre datam filiæ emancipatæ eſſe profectitiam, non aduentitiam; profectitia autem differt, ab aduentitia, quod hæc nullo caſu reuertitur ad patrem, illa vero ad illum reuertitur mortua filia: confirmatur per textum *in d. l. iure ſuccurſum, ff. de iure dotium num. 165.* relatum continentem huius ſententiæ rationem, ſubdit idem Barboſa rationem de qua in textu *l. 2. Cod. de bonis, quæ liberis ſcilicet, nè alioqui parentum circa liberos magnificentia retardetur.*

168 At communis ſententia eſt, præfatam dotem ſimpliciter datam à patre filiæ emancipatæ vel quæ poſtea fuerit à patre emancipata, ſoluto matrimonio quo modocumque ſiue per diuortium, ſeu ſolum Thori ſeparationem, ſeu totaliter, & quo ad vinculum per obitum filiæ non reuerti ad patrem, ſed ad ipſam filiam, vel eius hæredes, ab inteſtato ſcilicet filios, vel nepotes (ſi ipſa deceſſerit) pertinere: ita Gloſſa *in d. l. pater filia verbo, vno caſu, ff. de euictionibus* Alexander *in d. l. ſi ab hoſtibus num. 4. in fine, & num. 7. ff. ſol. matr.* Vincentius *in d. l. poſt dotem numer. 31. ff. eod.* Paulus de Montepico *in l. in quartam num. 234. ff. ad l. Falc.* Connanus *lib. 8. comm. cap. 10. num. 4. ad finem*, à P. Barboſa *in d. §. quodſi patris n. 35. in fine*, relatis Ioan. Boſcheius *de legit. nupt. lib. 4. num. 11. in fine*, Cæuallos *commun. contra com. qu. 378. numer. 4.* Campegius alius allegans *de dote capit. 3. quæſt. 118.* Gomez *ad l. 50. Tauri numer. 28. verſic. ſi vero dedit*, Camillus Borellus *in ſumma deciſ. tom. 3. tit. 4. num. 198.* Fachineus *controuer. iuris li. 3. cap. 71.* dicens eſſe rem certiſſimam, Ludouicus Molina *de iuſtit. tom. 2. diſp. 423. numer. 8.* Salengerius *reſolut. ciuilium cap. 100. nu. 20.* Fachin. *controu. iur. l. 13. c. 7. & l. 13. c. 59.* aſſerens eſſe rem certiſſimam Rebellus *de obligat. iuſt. parte 2. lib. 5. quæſt. 3. nu. 3.* & communiter Doctores Hiſpani ſcribentes *in l. 6. & l. 47. Tauri* (quorum plures refert Borellus *d. tit. 4. n. 190.* qui omnes ex eo, quod in Hiſpania filiafamilias & etiam filiusfamilias, per legitimum contractum matrimonij liberantur à patris poteſtate, & efficiuntur ſui iuris, per *l. Tauri 47.* aiunt, quod ibi ſiue filia poſt contractum matrimonium moriatur ſtantibus liberis ſiue non; dos à patre data nunquam reuertitur ad patrem, ſed (niſi aliud conuentum fuerit tempore contractus) ſeruatur diſpoſitio *l. 6. Tauri* circa ordinem ſuccedendi deſcendentibus, & aſcendentibus; iuxta quam diſpoſitionem aſcendentes non ſuccedunt deſcendentibus, niſi hi careant liberis deſcendentibus legitimis, aut ius ad eorum hæreditatem habentibus, & ipſi deſcendentes, dum viuunt, poſſunt diſponere de tertia bonorum ſuorum parte, aut condere, quam velint vltimam voluntatem pro anima ſua, aut quomodo eis libuerit; ita etiam ſentit cum aliis Baldus Nouellus *loco ſuprà num. 147. relato.* Probatur hæc ſententia primo ex traditis *ſuprà 141. & 142.* nempè quod iuxta *l. vnic. §. accedit, Cod. de rei vxoriæ*, dos à patre ſimpliciter, & ſine pacto, vt ſibi ſoluto matrimonio ſoluatur data filiæ emancipatæ ſtatim illi in ſolidum, & plenè acquiritur, & ſi data ſit filiæfamilias, quæ poſtea fuerit emancipata per emancipationẽ dos conſolidatur in perſona filiæ, illi quæ plenè acquiſita remanet, *§. videamus d. l. vnic. Cod. de rei vxor.* quare, cum in vtroque caſu dos filiæ emancipatæ inſolidum & plenè ſit acquiſita, ad eius hæredes, non ad patrem reſtitui debet, vel ad ipſam mulierem, ſi matrimonium ſoluatur ſolum per diuortium aut per obitum viri; & licet P. Barboſa reſpondeat iuxta, *d. §. videamus* dotem, per emancipationem filiæ conſolidari quidem in filia ſed cum onere, vt ea mortua reuertatur ad patrem iuxta, *d. l. iure ſuccurſum ad §. accedit*, reſpondet intelligi, vt dos ſimpliciter data filiæ emancipatæ in vno tantum caſu reuertatur ad patrem ſcilicet, ſi morte filiæ ſoluatur matrimonium, non ſi ob diuortium, vel mortem viri, ſed vtraque reſponſio, eſt voluntaria, cum prædicti textus loquantur abſolutè, & indiſtinctè, & illis ſtandum eſt, etiam quod iure Digeſtorum *in d. l. iure ſuccurſum*, & aliis textibus *numer. præcedenti*, aliud foret dicendum. Præterea præfatam expoſitionem dictorum textuum non ſubſiſtere, probat Fachineus *d. cap. 59.* quia ſupponit pro certo, quod diſputatur ſcilicet mortua filia emancipata dotem ad patrem redire, quod nullibi expreſſum eſt, & repugnat rationi, nam ſi filia eſt emancipata, & Domina dotis effecta, *d. §. videamus* procul dubio ad hæredes ſuos illam tranſmittet, repugnant autem inuicem hæredem habere, & patri acquiri, quia in ſucceſſione filij, & filiæ prima cauſa eſt liberorum ſuorum, & ipſi præferuntur patri, vt in *auth. de hæred. ab inteſt.* habetur, Additur, quod pater qui non habet filiam in poteſtate, in tali caſu dicitur extraneus *d. l. vnica §. extraneum, Cod. de rei vxor. act.* Vnde impoſſibile eſt intelligere ad patrem reuerti dotem datam filiæ emancipatæ in caſu mortis filiæ, niſi quando pater ſtipulatus ſit dotem ſibi reddi mortua filia in matrimonio qui eſt caſus, *l. filia, & l. ſi ab hoſtibus, ff. ſolut. matrimonio l. 5. ff. de diuortiis, & l. pater filia, ff. de euictionibus*, ſecundò probatur hæc ſententia per textum *in d. l. dos à patre, Cod. ſoluto matrimonio*, ibi *filiafamilias* à contrario ſenſu, ſi enim Imperator voluiſſet dotem tam filiæ emancipatæ, quam exiſtentis in patris poteſtate in matrimonio decedentis ad patrem redire debere, non ſe reſtrinxiſſet ad mulierem filiamfamilias, ſed abſolutè dixiſſe dotem à patre profectam, ſi in matrimonio deceſſerit mulier, ad patrem redire debet. Reſpondet P. Barboſa (rejecta reſponſione Antonij Goueani exiſtimantis particulam illam *filiafamilias in d. lege*, eſſe ſubdititiam) Imperatorem reſpondiſſe ſecundum caſus contingentiam, quod confirmat, ex eo quod ibi dicitur mortua filiafamilias dotem ad patrem reuerti, & tamen certum eſt, quomodo cum ſoluatur matrimonium dos filiæfamilias reuertitur ad patrem iuxta tradita, & iura adducta *ſupra num. 159.* Sed & hæc reſponſio quod imperator ſit loquutus, tantum iuxta caſus contingentiam, & non diſpoſitinè, & abſolutè, videtur diminutiua; potuit autem expreſſiſſe ſolùm caſum ſolutionis matrimonij per mortem filiæ, quia ſic vt plurimum contingit diſſolui matrimonium; ad iura autem pro ſententia P. Barboſæ, & aliorum

aliorum *præcedenti numero* adducta ſatis reſponderunt, Gloſſa, & Campegius; & etiam ſunt Digeſtorum quibus prævalent iura poſteriora, & noua Codicis *in d. l. vnica §. videamus, & §. accedit, & Cod. de rei vxor. act. & d. l. dos à patre, Cod. ſoluto matrimonio*, quamvis etiam ſit valde controuerſum, an à patre ſimpliciter data filiæfamilias, ſoluto matrimonio per mortem eiuſdem filiæfamilias iure communi inſpecto, & ſecluſa Martini conſuetudine, ſi liberos reliquerit reuerti de qua re in ſequenti inſpectione. Ratio etiam *d. l. iure ſucceſſum* videtur ceſſare, quando filia loco ſui reliquit liberos.

169 Ex quibus ſequitur mortua inteſtata filia emancipata relictis liberis aut neptibus deſcendentibus ſuis ad hos illius dotem ſpectare, id quod Doctores prealllegati tradunt, & etiam relati *ſupr. hoc cap. n. 147. & cap. præcedenti num. 97. & 98.* In profectitiis enim filiusfamilias non habet hæredem, ſed profectitia ad patrem pertinent propter patriam poteſtatem; & emancipatione ſecuta ceſſat acquiſitio patri, & eius peculij; & filius emancipatus habetur pro extraneo, & ſic hæredem habere poteſt, ſicut habent extranei in bonis ſuis.

170 Item ſequitur dum viuit facta vidua poſſe diſponere de eadem dote per vltimam voluntatem, maximè ſi careat liberis, & neptibus, cum certum ſit filiam emancipatam poſſe teſtari abſque patris conſenſu, vt per Gabrielem *conſ. 16. num. 35. & ſeqq. lib. 1.* & Gaſparem Theſ. *in adit. ad dec. 150.* Antonius Theſ. *verſ. notabis*, & in Hiſpania iuxta *d. l. 6. Tauri* poterit viuens diſponere iuxta illius diſpoſitionem, & multo magis poterit de ea dote facere donationem inter viuos, & etiam filiafamilias vidua in cuius perſona conſolidata dos, & plenè acquiſita, vt etiam ab vſufructu ſit excluſus pater vt notatum eſt *ſuprà hoc cap. num. 145.* nam quoad bona filiorumfamilias, in quibus ad patrē, nec proprietas nec vſusfructus, ſpectat poteſt filiusfamilias inter viuos donare, de qua re poſt alios Theſaurus *deciſ. 169. num. 16. & num. 17.* ex Craneta latè id probante *conſ. 92.* in ſpecie tradit filiamfamilias, ſi propria ſit dos (qualis eſt illa, quæ ſibi pleno iure eſt quæſita) poſſe donare inter viuos; præcauendum autem erit ne pater poſſit diſtracta per eam dote iterum cogi eam dotare, vel alimenta illi præbere, cui periculo erit occurſum, ſi filia donans reſeruat ſibi vſumfructum dotis, ſi vero filia emancipata vidua ſine filiis inteſtata deceſſerit, in dote ſuccedit pater ſuperſtes.

171 An autem filiafamilias, cum dos à patre data eſt pleno iure quæſita, & in qua pater non habet vſumfructum iuxta ſuperius tradita, poſſit de ea teſtari cum conſenſu vel etiam abſque conſenſu patris, de hac controuerſia agunt Antonius Theſaur. *deciſ. 150. numer. 17.* Gaſpar Theſaurus *in addit. ad eandem dec.* & Stephanus Gratianus *diſcept. for. to. 2. cap. 382. num. 1. ad 13.* & ſuppoſita opinione nonnullorum Doctorum, quos tacitis nominibus refert, quod filiusfamilias de bonis aduentitiis, in quibus pater non habet vſumfructum, poſſit de conſenſu patris teſtari, quam opinionem probabiliorem putat Fagundez *de iuſtitia lib. 1. cap. 11. num. 8. verſic. aut quamvis, & lib. 6. cap. 9. num. 27.* & ſententia Bartholi *in auth. vt liceat matri & auiæ* (ſi illa lectura eſt illius) aſſerentis filiamfam. de dictis aduentitiis etiam abſque conſenſu patris poſſe teſtari, poterit filiafam. de dote ſibi pleno iure quæſita teſtari abſque vel cum conſenſu patris: Quamvis Antonius Theſaurus *d. deciſ. citato num. 11.* & alij quos ego *in tomo 2. mor. var. tit. 12. num. 148.* refero, teneant filium neque etiam de aduentitiis, in quibus pater non habeat vſumfructum poſſe teſtari, etiam cum patris conſenſu, quod etiam aſſerit Gratianus *d. capite 382. numer. 4.* Poſſe autem filiamfamilias de præfata dote ſibi pleno iure quæſita diſponere dotem inter viuos, & donationem cauſa mortis ex Craneta *conſ. 555. lib. 4.* & Purpurato *conſ. 396. num. 31. & ſeqq.* tradit idem Theſaurus *d. deciſ. 150. n. 16.* ſicut de aduentitiis, in quibus pater non habet vſumfructum poſſe filiumfamilias donare cauſa mortis ſcribit idem Theſaurus *eodem num. 16.* ex eodem Craneta *conſ. 543. lib. 3.* & de aduentitiis quibuſcumque ex conſenſu patris poſſe filiumfamilias facere donationem cauſa mortis tradunt Theſauros, *d. dec. 150. num. 15.* & alij à me loco ſuperius allegato relati.

Dos à patre ſimpliciter data filiæfamilias, ipſa in matrimonio decedente extantibus filiis an ad patrem redire debeat, an verò ſpectet ad filios, vbi de Martini opinione, & conſuetudine.

Quartò videndum, an vbi pater ſimpliciter dotem dedit filiæfamilias, nec de dotis reſtitutione ſibi, vel filiis facienda verbum fecit in dotis conſtitutione, ſi filia in matrimonio deceſſerit relictis filiis, dos debeat redire ad patrem iuxta dictam, *l. dos à patre, Cod. ſolut. matrim.* an verò debeat remanere filiis, de qua controuerſia præter antiquiores ſcribentes, *in d. l. dos à patre, & in l. poſt dotem, ff. ſolut. matr.* Conſtantius Rogerius *de dote quaſt. 18.* Antonius Gubertus *de dotibus cap. 6. d. numer. 3.* Phanucius *de lucro dotis Gloſſa vndecima a numer. 3.* Campegius *de dote p. 3. quaſt. 152. ad 160.* Antonius Theſaurus *deciſ. 190.* Menochius *conſ. 238.* Fachineus *controu. iuris lib. 4. cap. 71.* P. Barboſa *ad l. poſt dotem 41. num. 54. verſic. ſuccedit quinta cum pluribus ſeqq.* Franciſcus Molinus *de ritu nupt. lib. 3. quaſt. 14. num. 34. ad 40.* Rota Romana *deciſ. 248. p. 4. diuerſorum*, & aliis omiſſis Camillus Borellus *in ſumm. deciſ. p. 3. tit. 4. a num. 195. ad 212.* 172

Igitur attento iuris rigore, ſeu diſpoſitione iuris communis dotem debere reuerti ad patrē primus omnium aſſirmat Bulg. antiquus gloſ. relatus à Gloſ. *in d. l. dos à patre in verbo filia*, cuius opinionem ſequuti ſunt, *ibid.* Gloſſa, Ioannes Azo, Iacobus de Racc. Cynus, Bartholus *in d. l. poſt dotem, n. 29. ibidem* Alexander *num. 17.* Caſtrus *num. 4.* Iaſon *num. 99.* Pileus *in ſuis iuridicis quaſtionibus quaſt. 89.* Campegius *d. p. 3. quaſt. 152.* Conſtantius Rogerius *d. quaſt. 18. numer. 9. & 10.* Antonius Gubertus, Phanucius *locis ſupra relatis*, P. Barboſa *in d. l. poſt dotem num. 46. & 47.* Surdus *conſ. 206. num. 2. & 29.* Fachin. *d. cap. 71.* & innumeri alij Iuriſperiti, à Roger. *d. q. 18. num. 3.* Guberto *num. 3.* Gomez *ad l. 50. Tauri nu. 28.* P. Barboſa *d. n. 46.* Menochio *d. conſ. 238. num. 15. & 16.* Surdo *d. num. 1.* & latiſſimè Theſauro *d. deciſ. 190. num. 3.* relati, quam opinionem aſſerunt eſſe communem, & Cynus *loco citato* dicit eſſe verum ſicut Euangelium, & ex Theologis hanc opinionem ſequuti ſunt Rebellus *de oblig. iuſt. p. 2. l. 5. q. 3.* & Layman *Theologiæ mor. li. 3. tract. 4. cap. 13. numer. 6. verſic. dubium vero eſt*, Argumenta plura pro hac opinione adducuntur à Guberto *d. n. 3.* Rogerio *d. q. 4. 5. & 6.* & à Fachineo, ſed præcipuum eſt, quod *d. l. iure ſcientium, ff. de iure dotium, & d. l. dos a patre* generaliter, & indiſtinctè aiunt dotem à patre profectam. 173

Contrariam opinionem, & dotem non ad patrem ſed ad filios pertinere contra Bulgarum docuit Martinus Goſianus pariter Gloſſator antiquus, quem referunt Gloſſa *d. v. filia*, & Azo *in eodem l. dos a patre, & in ſumma, Cod. de rei vxor. act. numer. 10.* quam amplexi ſunt Calderinus *conſ. 1. per totum de donat. inter vir. & vxorem*, Salicetus latè *in d. l. dos a patre* Riminaldus pariter latè *in d. l. poſt dotem, ff. ſoluto matr.* Socinus ſenior *conſ. 9. lib. 1.* Phanucius *in ſumma lib. 5.* 174

tit.

tit.18. Cæuallos *comm. contr. com. queſt*. 378. *num*. 2. Guido Papa *conſ*.12. *n*.8. Rofredus Beneuentanus *in tract. libellorum, p*.4. *tit.de actione ex ſtipulatu, quæ datur marito pro petenda dote, n*.16. *verſic. q. item quæritur an maritus*, & plures alij quos refert Theſaurus *d.deciſ*.190.*num*.4.qui pariter eandem Martini opinionem ſequitur, & eam fuiſſe ſequutum Senatum Taurinenſem, teſtatur, & tenuiſſe etiam clariſſimum Iuriſconſultum B.Trotum in addit.ad Bartholum *in d.l.poſt dotem, num*.28. *in verbo, Extantibus*. Quam opinionem addit Theſaurus ſibi videri æquiſſimam, ſicut alia, inquit, ſi obſeruaretur impiiſſima eſſet eo, quod priuaret filios proprios hæreditate & bonis maternis, cuius dos eſt proprium patrimonium, *vt præcedenti cap*. dictum eſt, & illi ſui hæredes matri dicuntur, vnde non immeritò (ſubdit idem Theſaurus) iura hac de re tanquam indubitabili nullam mentionem fecerunt; cum prima cauſa ſit liberorum, ſecunda aſcendentium: & cum bona fœminarum vt plurimum in dote ſeu bonis dotalibus à patre profectis conſtituta ſint filij nunquam ad earum hæreditatem admitterentur, ita Theſaurus: præter quos alia argumenta ad confirmationem huius ſententiæ, habentur apud Rogerium *d.q*.18. *num*.2.*&* 3. Guber tum *d. cap*.6. *num*.6. 7. *&* 8. Fachineus *d. cap*.71. & alia apud Salicetum, & Riminaldum *locis ſupra allegatis*: & pro eadem opinione Martini maximè facit æquitas, quæ pro liberis ſtat, illiſque facit, & etiam facit illud, quod dos datur marito propter matrimonij onera ſuſtinenda inter quæ præcipuè honeſta educatio filiorum quoad alimenta; veſtes, & neceſſaria ad addiſcendas artes, & diſciplinas iuxta ſtatutum, quæ onera non ceſſant per matris mortem, qua de cauſa Romanus aliàs defenſor opinionis Bulgari *in d. l. poſt dotem, ff. ſoluto matrim*.dicit, quod ſi filij ipſius filiæ ſint ita pauperes, & non habeant vnde ſe alant tunc loco alimentorum habere debent dotem, quemadmodum petere poſſent alimenta ab auo materno iuxta *l. non quemadmodum, ff. de liber. agnoſcend. & in præcedenti parte de alimentorum oblig*. oſtenſum eſt, & ſic poterunt dotem matris ſuæ detinere, licet Romano contradicat Campegius *d. p*.3. *quæſt*. 153. cum faciliùs ſit auo materno alimenta menſtrua præſtare iuxta *l.finalem*, vbi Doctores, *ff. de liber. agnoſcen*. verum quidquid ſit de maiori vel minori probabilitate prædictarum opinionum Bulgari volentis dotem ad patrem reuerti, & Martini volentis debere remanere penes maritum ſiue filios filiæfamilias defunctæ; ex conſuetudine à Curia Bulgari orta ſeruatur opinio Martini, quod dos ipſa ad filios non autem ad patrem ſpectet: ita Accurſius *in d. l. dos à patre*, Paulus de Caſtro *conſ*.310. *p*.1. omnes Doctores *pro vtraque opinione* relati & alij, quos Theſaurus *deciſ*.190.*num*. 4. Rota, Surdus, & P. Barboſa *locis ſuprà allegatis* referunt & alij mox allegandi.

175 Hanc autem conſuetudinem non eſſe particularem vnius loci, ſed eſſe generalem, & vbique locorum receptam, & per totum orbem obſeruatam tradunt Odofredus *in l*.3. §.*vtrum, ff. de minoribus, & in l. iure ſucceſſionis, ff. de iure dotium* (vbi dicit eſſe conſuetudinem totius Italiæ) Angelus *in d. l. poſt dotem, num*.4. (vbi appellat conſuetudinem totius mundi) Iaſon *in d. l. poſt dotem; num*.102. *ff. ſoluto matrimonio* [vbi dicit eſſe generalem per vniuerſum orbem, & non ſpecialem vnius loci] *ibidem*, Alexander *nu*.101. Curtius *num*.25. Bertrandus *conſ*.82. *num*.12. *vol*.2.*& conſ*.126. *vol*.3. Mantica *de tacitis, & ambig. conu. lib*.12. *tit*.8. *num*.23. Guido Papa *d. conſ*.12. *num*.8. [vbi dicit eſſe vbique nationum] Capicius *deciſ*.176. *num*. 18. Theſaurus *d.deciſ*.190. *num*.4. Cæuallus *d. quæſt*.378. *n*. 2. Rota Romana *d.deciſ*.248. *num*. 3. Mareſcotus *var. lib*.1. *cap*.42. *num*.2. *&* 3. Franciſcus Molinus *de ritu nupt. lib*. 3. *quæſt*.54. *num*.36. Surdus *d. conſ*. 206. *numero* 28. Camillus Borellus *in ſumma deciſ. tom*.3. *tit*.4. *num*.193.194.195. *&* 209. Neuizanus, Gabriel, Ruinus, Betous, Rubeus, Veſillus, Caualcanus, & innumeri alij, quos Capicius, Neuizanus, Rota, Surdus, Molinus, Theſaurus, & Borellus *locis citatis* referunt, quidquid ſecus voluerit Menochius *d. conſ*. 238. *num*. 19. *&* 20. vbi cum Bologneto *in d. l. poſt dotem, num*. 223. dicit eſſe conſuetudinem particularem, non vniuerſalem omnium locorum, & immodicam eſſe audaciam, aſſerere vniuerſi orbis terrarum hanc eſſe conſuetudinem, quaſi quod verſatus ſit id aſſerens in omni loco, in omni Curia, & in omni foro; ſed redarguitur Menochius, quia cum tot Doctores diuerſorum locorum, & Prouinciarum Vltramontani, & Citramontani, Itali, Galli, Hiſpani aſſerant hanc vigere conſuetudinem, manifeſtè conſtat eam non eſſe particularem vnius aut alterius loci, ſed eſſe generalem: Quare, ab eadem conſuetudine non eſt recedendum in iudicando, vt tradunt iidem Doctores, & Borellus *d.num*.209. ait, quod rediculum eſſet diſcedere à conſuetudine, & opinione, tam iuridica, per quadraginta annos obſeruata, & generali, per vniuerſum orbem.

Ex quo fit eandem conſuetudinem non allegandam neque probandam, vt voluerunt Bolognetus Menochius *locis citatis*, Campegius *de dote, p*.3.*q*.154.& Phanuciu *de lucro dotis, in Gloſſa* 11. *num*.3. Nam cum ſit generalis, & per conſequens notoria non eſſe probandum, ſed immo aſſerenti in loco particulari contrarium ſeruari onus probandi incumbere tradidit Odofredus *loco numer. præcedenti citato*; fundamenta autem Bologneti, & aliorum, quod non credatur Doctori atteſtanti de conſuetudine, ſed ſit probenda per allegantem, procedunt, quando conſuetudo eſt particularis, non quando vniuerſalis, & ab omnibus aſſerta & in omni foro ſecuatur. 176

Ex eo etiam quod præfata conſuetudo, eſt communiter, & vbique locorum recepta Bertrandus *d. conſil*.126. & Surdus *d.conſ*.206. *num*.28. inferunt, quod filia viuens non poteſt de ea dote poſt eius mortem ad eius filios ſpectante diſponere. 177

Conſuetudo, quæ recepta approbata eſt Martini opinio, an ſit declaratiua, ſeu interpretatiua iuris communis, an potius correctoria.

Vtrum verò eadem conſuetudo obſeruandi opinionem Martini, & quod dos profectitia defuncta filia in matrimonio non reuertatur ad patrem, ſed remaneat penes filios ſit declaratiua, & interpretatiua iuris communis; an verò correctoria, & contra ius commune; eſſe correctoriam, ac proinde non eſſe ampliandam ſed reſtringendam tanquam exorbitantem iuxta *leg. ſi verò*, §. *de viro, ff. ſoluto matrim*. ſentiunt Phanucius *d.Gloſſa* 11. *num*.3. Menochius *d.conſ*.238.*n*.31. P.Barboſa *in d.l. poſt dotem, n*.47.*&* 48. Franciſcus Molinus *d.q*.54. *n*.36. Surdus *d. conſ*. 206. *num*.29. ferè omnes Doctores *ſupra, num*.137. *pro opinione* Bulgari *contra opinionem* Martini relati, & alij, quos Menochius, P. Barboſa, & Molinus referunt. Probat cum aliis P. Barboſa, quia licet conſuetudo approbans vnam opinionem circa ius poſſit dici iuris declaratoria, & conſtituere ius certum, quando vtraque opinio habet æquè concludentes rationes, nec tunc requiratur, vt talis conſuetudo declaratoria ſit præſcripta, cum non aduerſetur legi tamen quando ex duabus opinionibus circa ius altera notoriè habet rationes magis concludentes, & magis conformes menti Iuriſconſultorum, conſuetudo alteram opinionem 178

præferens

præferens non eſt declaratiua, ſed correctoria & tanquam legi contraria indigens, vt legitimè ſit præſcripta *capite final. de conſuetudine*, & poſt alios Menochius *de arbitr. caſ.* 183. *num.* 10. in præſenti autem controuerſia rationes præferentes auum nepribus in dote profectitia iuxta opinionem Bulgari magis concludentes ſunt, & magis de mente Iuriſconſultorum, & ſic eſt correctoria, non declaratiua iuris communis præfata conſuetudo præferens Merlini opinionem, cum interpretatio cadat tantum ſuper eo, quod probabiliter poteſt, eſſe æquivocum alias non diceretur interpretatio, *cap. cum dilecti de accuſat.* ac proinde conſuetudo, quæ mutat id, quod ſecundum iuris rationes eſt probabilius, non dicitur declarare, ſed corrigere, vt Tiraquellus *in l. ſi vnquam, verbo libertis num.* 15. & Oldradus *conſ.* 230.

At præfatam Merlini conſuetudinem eſſe declaratoriam, & interpretatiuam iuris communis, & haberi pro ipſo iure communi, & non pro iure conſuetudinario dixere Theſaurus *d. deciſ.* 190. *num.* 5. *&* *deciſ.* 237. *num.* 4. *& ibidem* Gaſpar Theſaurus *in d. additione*, Rota *d. deciſ.* 248. *numer.* 3. *&* 4. & apud Theſaurum Alexander *in d. l. poſt dotem num.* 15. *ibid. ſeq.* & Hieronymus Tortus *in* 4. *quæſt.* Iaſon *numero* 101. Bartholus *numer.* 31. *&* 32. [qui tamen non loquitur reſolutoriè, ſed tantum ponit diuerſos caſus reſoluendos vno modo, ſi dos de iure ad patrem non redeat, ſed remaneat penes filios, & alio modo, ſi tantum ex conſuetudine, & ſic valde vtilem eſſe ad multa dicit diſputationem, an dos non ad patrem, ſed ad filios ſpectet de iure communi, an ſolum conſuetudine Martini) Curtius iunior *in addit. ad Alex. nu.* 25. *in d. l. poſt dotem*, poſt Baldum *in l.* 1. *Cod. de bonis quæ lib.* Angelus *in d. l. Dos à patre ibid.* Odofredus, & Mangil. *de imputationibus quæſt.* 8. *num.* 31. & apud Rotam Girardus Mozziens *conſ.* 121. *n.* 1. Maluaſia *conſ.* 114. *num.* 17. *lib.* 1. probat Rota, quia cum Martinus non corrigendo, ſed interpretando, *dicta l. dos à patre, Cod. ſol. matr.* proceſſerit, & cæteri Doctores, & Iudices cum communiter fuerint ſequuti, hæc conſuetudo videtur non correctoria ſed interpretatiua & declaratiua iuris; Quare retorquetur argumentum P. Barb. pro opinione Martini, ſtat non minor numerus Doctorum, & iudicantium, qui eam approbarunt, & pro ea iudicarunt, quam illorum, qui pro Bulgari opinione ſcripſerunt, ergo conſuetudo opinionem Martini approbans iuxta eiuſdem P. Barboſæ doctrinam *d. num.* 47. & alios à ſe *ibi allegatos* eſt declaratiua, & conſtitutiua iuris certi; & quod ipſa declarauit non tam valet ratione conſuetudinis, quã virtute legis ſic interpretatæ per conſuetudinem, vt in aliis conſuetudinibus iuris declaratoriis euenit, & tradit Socinus *conſ.* 145. *num.* 2. *lib.* 1. ab eodem Barboſa relatus, *d. num.* 47. *in fine*, confirmat Theſaurus *d. n.* 5. *in fine*, quia præfata conſuetudo Doctorum, & iudicum videtur potiùs iuris, quam facti, & ſic induci ius interpretatiuum, cum omnes qui eam ſequuntur ſint Doctores, & Iuriſperiti, & non in facto, neque in arbitrio aut æquitate proprij cerebri; ſed in iure ſcripto iudicio ſuo fundentur, ita Theſaurus, ex quo ſequitur, quod præfata Martini opinio, ſic communi conſuetudine, & Iuriſconſultorum, ac iudicum iudicio approbata habenda ſit pro lege ſcripta, ſeu vt ius ſcriptum iuxta eundem P. Barboſa, & tradunt Theſaurus *d. deciſ.* 100. *n.* 5. *in fine, & n.* 6. *initio*, & Rota *d. deciſ.* 248. *n.* 3. *in fine*, vbi etiam notat, quod quatenus dicta conſuetudo generalis non ſit ius ſcriptum, ius commune non ſcriptum dici poteſt, §. *ex non ſcripto inſtit. de iure nat. gent. & ciuili*, ex quo, & ex generalitate dictæ conſuetudinis ceſſat, quod dixit P. Barboſa *in d. l. poſt dotem num.* 48. *circa finem*, nempè quod eadem conſuetudo non ſeruabitur in locis vicinis, ſi quid ſit contra ius, quod rejectum eſt, & contra dictum P. Barboſæ ſtat etiam generalitas, cum vbique ſit recepta.

Et cum eadem opinio Martini ex generali conſuetudine approbata in æquitate ſe fundet, ampliſſime, & non ſtrictè erit interpretanda, & non reſtringenda, vt etiam notauit Theſaurus *d. num.* 6. & non diffitentur P. Barboſa & alij, ſuppoſito quod conſuetudo, per quam approbata eſt Martini opinio, non ſit correctitia iuris communis, & exorbitans; vnde ceſſant plura quæ à Bartholo, P. Barboſa, & aliis inferuntur, ſuppoſito quod ſit correctoria, & exorbitans à iure. imo dato etiam, quod præfata conſuetudo eſſet contra ius, Conſtantius Rogerius *de dote dicta q.* 18. *n.* 15. præſuppoſito ſtatuta vel conſuetudines contra ius expreſſum non poſſe extendi, dicit, quod vbicumque ſtatutum, vel conſuetudo decidit caſum dubitabilem, vt vbi ſunt opiniones, prout in præſenti, licet talis conſuetudo decidat contra communem opinionem, vt fecit conſuetudo Martini, non tamen eſt tanquam contra ius commune reſtringenda per notata *in cap. per vniuerſalem, qui filij ſint legit.* & per Bartholum *in l. per hanc, Cod. de temporibus appell. & in l. qui Romæ §. duo fratres, ff. de verb. obligat.* per Cynum *in l.* 1. *Cod. de legib.* & per Panormitanum *in cap. cum ſint de decimis* dicentem, quod illud, quod eſt contra Gloſ. & Doctor. non contra caſum expreſſum, ſeu expreſsè deciſum, non dicitur contra ius, ſed præter ius, ac proinde concludit Roger. quod licet conſuetudo in iſto loco dubio ſtante vtrinque opinione Doctorum ſit contra communem *Gloſſæ* & Doctorum non eſt reſtringenda vt Bartholus, *d. l. poſt dotem num.* 31. & alij ſequaces Bulgari reſtringunt: ita Rogerius: ſupradictis ſic declaratis reſtant ſoluenda nonnulla dubia circa dictam generalem conſuetudinem Martini ſcilicet qua Martini opinio, quod dos profecta à patre, & filiafamilias in matrimonio defuncta relictis liberis non debeat redire ad patrem, ſed remanere penes filios, ſeu penes maritum pro filiis.

Opinio, & conſuetudo Martini, an procedat in dote promiſſa non ſoluta ante mortem filiæ.

Primum dubium eſt, an dicta conſuetudo Martini 180
habeat locum etiam in dote promiſſa non ſoluta, ſi pater non fuit in mora ſoluendi dotem ante mortem filiæ, & negant Baldus Nouellus *in d. l. poſt dotem, ff. ſol. matr. ibi* Herculanus *num.* 38. Antonius de Alexandro Capicius, Socinus iunior, Tobias Nonius, quos referunt, & ſequuntur Cæphalus *conſ.* 709. *n.* 17. *lib.* 5. Menochius *d. conſ.* 238. *num.* 30. *& ſeqq.* & Franciſcus Molinus *de ritu nupt. lib.* 3. *dicta quæſt.* 14. *numer.* 38. Negant etiam Phanucius *de lucro dotis d. Gloſſa* 11. *n.* 6. *in fine*, & alij relati à Cæphalo, *d. num.* 17. fundantur primo, quod conſuetudo iſta ſit correctoria iuris communis, & ſic ſtrictè intelligenda, ac proinde non procedat in dote promiſſa non ſoluta ante moram, cum, non ſit propriè dos. Secundo quod opinio Martini debet intelligi iuxta terminos *dictæ l. dos à patre, ff. ſolut. matr.* quæ loquitur in dote profecta à patre, ideſt, tradita, & vtitur verbo *redire* (ibi ad patrem redire debet,) quod denotat jam datam viro, aliàs redire non poſſet dici, quæ non fuiſſet prius apud virum. Tertio, quia eiuſdem Martini opinio, & conſuetudo habet, quod dos filiis remaneat, vel quod illorum pater eam retineat, quæ loquutio non poteſt verificari in dote promiſſa non ſoluta.

At, & procedere in dote promiſſa non ſoluta abſ- 181
que mora verius affirmarunt idem Socinus iunior *conſ.* 35. *n.* 1. *li.* 3. Decius *conſ.* 35. Guido Pap. *q.* 565. *n.* 3.

Rolandus

Rolandus à Valle *de lucro dotis quæſt.5. num.9.* Mareſcotus alios allegans *var. reſolut. libro 1. dicto capite 42. numer.4.* Theſaurus *dicta deciſ.* 190. *numero 6.* (vbi etiam refert ita cenſuiſſe Senatum Pedemontanum) & Rota Romana *allegata deciſio.248.num.4.5. & ſeqq. parte 4. diuerſorum, quæ d. num.* 4. ampliat etiam ſi præfata conſuetudo non eſſet interpretatiua, ſed correctoria, nihilominus ait capere dotem promiſſam non minus, quam ſolutam, non per extenſionem, ſed comprehenſiuè. Probatur hæc ſententia, primo, quia dos promiſſa, eſt propriè dos, vt *præcedenti cap.n.13. & ſeqq.* latè probatum eſt, vnde ſine extenſione comprehenditur in d.conſuetudine, & eadem dos promiſſa habetur pro ſoluta, vt eodem *cap. præcedenti num.17. & num.58.* Secundo quia ſtatutum de lucro dotis datæ habet locum etiam in promiſſa, vt eodem *cap. præcedenti citato n.58.* oſtenſum eſt, & præſertim, quòd ſtatutum de lucro dotis ſit fauorabile, quæ ratio procedit etiam in præſenti caſu, in quo agitur de fauore filiorum, iuxta ſupradicta. Tertio probat Rota *d. n.4.* quia termini *d. l. dos à patre* verſantur etiam in dote promiſſa, pro qua multo magis (inquit) datur retentio patri, quam actio ad illius repetitionem [quod etiam notauit Cæphalus *d. conſ.709.n.19.*] ac proinde in dote etiam promiſſa, eſt intelligenda opinio, & conſuetudo Martini. Neque per illa verba dictæ legis profecta, & ad patrem redire, præſupponitur neceſſario dotem ſolutam, fuit enim [inquit Rota *n.5.* appellata dos profecta ad differentiam dotis aduentitiæ, quamvis, & dos promiſſa à patre nondum effectualiter ſoluta poſſit dici ab eo profecta, quia habetur pro ſoluta ſaltem ratione actionis competentis ad illam conſequendam illud etiam fictum redire adaptatur doti promiſſæ ſicut & verum reuerti, & reſtitui vt probatum eſt, *eod. cap. præced. n.63.* redire enim, *reuerti, reſtitui* ſatis verificantur per remiſſionem obligationis ortæ ex promiſſione dotis, dato etiam quod opinio & conſuetudo Martini fuiſſet concepta verbis, *remanere, vel retinere*, [quod non apparet] ſed ſolum ſenſiſſe ſimpliciter quod dos ad filios ſpectaret, & ſic voluiſſe etiam dotem promiſſam comprehendere [vt Rota *d. dec.248.num.6. in fine,* notauit eadem verba verificare in dote promiſſa latè eſt oſtenſum eodem, *cap. præced. num.465.* & Rota *d. dec.248. num.8. 9. &* 11. eadem Rota *dec.250.num.3.* apud Seraphinum, *& alibi,* Phanucius, & Gaſpar Theſaur. *locis, d. num.465. relatis.* Hanc eandem ſententiam, quod conſuetudo, quæ approbauit opinionem Martini procedat in dote promiſſa, tenet P.Barboſ. *in d.l. ſi poſt dotem numero* 48. ex alia tamen ratione ſcilicet quod tam in dote data, quam in promiſſa conſuetudo expreſsè approbauerit opinionem Martini.

Quod ſi pater ſtipulatus eſſet dotem reddi filiæ, eo caſu Martini opinionem abſque dubio procedere in dote promiſſa à patre nondum ſoluta filiæ, Theſaur. *d. dec.195.num.9.* ait tradi à Bartholo, & communiter ſcribentibus *in d. l. poſt dotem, ff. ſol. matrim.* & præſertim ſi filia mediante illa dote renunciaſſet omnibus bonis paternis, dicit Craueta *conſ.64.num.5.* poſt Caſtrenſem, vt *ibid.* Theſaurus notat; & mortuis liberis poſt mortem matris dotem non tranſire ad auum maternum, ſed ad patrem ipſorum liberorum tradit idem Theſaurus *ibid.* poſt Alex. *conſ.115.l.1.* idque procedere etiam ſtante ſtatuto, quod filij filiarum non ſuccedant, ſed ſint contenti ita vt tradit idem Theſaurus *dicta deciſ.190.n.11.* poſt Socinum iunior. *conſilio.9. collectan.7. verſiculo item verificatur.*

Mortuis filiis poſt obitum matris dos tranſit ad illorum patrem.

Verum [& ſit dubium ſecundum] quod mortuis 182 liberis poſt mortem matris dos non debeat reuerti ad auum maternum, qui dotem dedit, ſed potius ad eorumdem liberorum patrem, videtur habere aliquam difficultatem in eo, quod conſuetudo approbans opinionem Martini inducta ſit fauore liberorũ, ac proinde illis ſublatis videtur dotem debere redire ad auum maternum, ad quem alias, de iure ſublata illa conſuetudine debebat reuerti, & ita ſenſiſſe Baldus *in d.l. dos à patre, Cod. ſol. matr. & in auth. ſed ſi quis ſub num.9. verſic. tertius caſus de ſecundis nuptiis*, referunt Capicius, & Rota *locis infrà allegatis.* Hoc tamen non obſtante noñ ceſſare præfatæ conſuetudinis & opinionis Martini effectum, eo ipſo quod poſt mortem matris filij deceſſerint, & dotem non debere redire ad auum maternum, ſed ad patrem filiorum ipſorum præter Alexandrum *d.conſ.115.in fine, l.1.* & Theſ. *d. dec.190. n.10.*& tradit Rota Rom. *deciſ.815.n.1.* apud Seraphinum, *& d. deciſ.248.num.12.p.4. diuerſorum*, poſt Socinum iuniorem, *d.conſ.9.n.23. & n.24. lib.1.* Bertrandum *conſ.309. vol.3.p.2.* Capicium *deciſ.176.* [vbi latiſſimè de hac conſuetudine per quam opinio Martini approbata fuit] *n.26.* & tribus ſequentibus, & idem docuiſſe Baldum in hoc varium *in l. quod ſcitis num.4. Cod. de bonis quæ lib.* Ratio eſt, quia ſiue dos deferatur filiis vti hæredibus matris ex eiuſdem matris perſona, ſiue quod conſuetudo non deferat dotem vti matris hæredibus, ſed eam auocando, ſeu auferendo, ab auo materno; & in filios transferendo, ſic illam habeant ab auo ex perſona ipſius aui [de quo *infra*] poſt quam ſemel ex filiis acquiſita eis defunctis ad illorum hæredes tranſmittitur: vnde licet lex vel conſuetudo fauore filiorum induxerit dotem mortua matre illorum filiæfamilias in matrimonio, illis relictis eiſdem acquiri, non tamen ſtatuit, aut voluit eis defunctis poſt mortem debere eandem dotem reuerti ad auum maternum. Ampliant Capicius, & Rota id procedere, etiam ſi filius vnicus à matre relictus, qui poſt matris mortem modico tempore ſuperuixiſſet, puta per vnam tantum horam, & ſic per viuentem filium non fuiſſet agnita ſeu adita matris hæreditas quod etiam tradunt, Socinus iun. & Bertrand. *locis allegatis* [quidquid ſecus idem Socin. iun. *conſ.114. nu.23.* Neuizanus *conſ.45. n.9.* Surd. *d. conſ.206.n.29.* & alij à Rota relati ſenſerint volentes filium poſt mortem matris debere ſuperviuere vltra triginta dies] ſufficit enim, quod conditio ſemel extiterit licet non durauerit, vt Rota *d.n.12.* poſt Alexandrum *d. conſ.115.* & ſi ſupponatur dotem filio delatam tanquam hæredi matris, pater poteſt iure patrio capere devoluta ad filium infantem ex quacunque ſucceſſione etiam non agnita Capicius *d. deciſ. 176.n.15.* & Rota *d. deciſ.248. n.15. per l. ſi infanti in princ. Cod. de iure delib.* & quando pupillus major ſine infante decederet, tranſmitteret ius petendi reſtitutionem in integrum, vt eadem Rota poſt Socinum *d. conſ. 9. citato n.24. lib.1.* ſi vero ſupponatur dotem ab ipſa conſuetudine deferri, Rota *d. dec.248. num.15.* ait hoc caſu intrare communem concluſionem, quod ius devolutum, ex diſpoſitione ſtatuti, vel conſuetudinis [quæ ſunt paris virtutis] non tamen titulo vniuerſali, & ſucceſſionis, nec ex diſpoſitione teſtatoris licet non agnitum tranſmittitur, vt Bartholus *in l. ſi adrogator in 6. oppoſitione, ff. de adopt. ibid.* Baldus & Iaſon, & Brunus *de ſtatu. fœm. & à ſucceſſ. excluſ. art.11. quæſt.9.*

Conſuetudo Martini, an procedat ſolum in primo matrimonio ita vt mortua filia in ſecundo matrimonio ſine liberis dos reuertatur ad patrem non ad filios primi matrimonij.

183 Dubium tertium, an mortua filiafamilias in ſecundo matrimonio ſine liberis, relictis tamen liberis ex primo matrimonio procedat conſuetudo præfata per quam Martini opinio fuit approbata, vt dos profecta à patre eiuſdem filiæ ſpectat ad filios ex priori matrimonio relictos. Bartholus *in dicta lege poſt dotem numero* 30. *ff. ſoluto matrimonio.* Reſpondet ſi Martini opinio eſt vera de iure communi, procedere etiam in filiis priori matrimonio relictis, cum prima cauſa ſit in ſucceſſione liberorum ſi vero obſeruatur ſolum ex conſuetudine, dicit conſuetudinem non prodeſſe filiis prioris matrimonij; quia hæc conſuetudo, vt exorbitans à iure communi eſt reſtringenda, & ſic intelligenda ſolum de liberis ſuſceptis ex illo matrimonio, in quo filiafamilias deceſſerit, ac proinde dos debet redire ad patrem filiæ, à quo profecta eſt, & ita præfatam conſuetudinem Martini non procedere, quo ad filios relictos ex priori matrimonio ob illam rationem, quod conſuetudo ſit correctoria, & reſtringenda ſentiunt Alexander *in d. l. poſt dotem num.* 25. *ibidem* Vincentius *num.* 26. Bolognetus *nu.* 235. & P. Barboſa *num.* 48. *in fine*, & ex Theologis Rebellus *d. obligat. iuſtitiæ parte.* 2. *libro* 5. *qu.* 3. *num.* 3. *in fine.*

184 At contrarium, & ex vi conſuetudinis dotem ſpectare ad filios prioris matrimonij aſſerit Conſtantius Rogerius *de dote allegata quæſt.* 18. *num.* 14. *&* 15. & Probatur primo, quia conſuetudo non eſt correctoria ſed declaratoria iuris communis, & ſic amplianda etiam ad filios matrimonij prioris, in quo filiafam. non deceſſit. Secundò probatur, cum Rogerio, quia Barthol. & alij oppoſitæ ſententiæ concedunt, quod ſi de iure Martini opinio eſſet vera, extenderetur ad præfatum caſum non obſtare, quod textus *in d. l. dos a patre, Cod. ſolut. matrim.* & Martini opinio dicat, ſi filiafamilias deceſſerit in matrimonio &c. ob eam rationem quia in ſucceſſione prima cauſa eſt liberorum quæ ratio militat etiam in caſu, in quo relicti ſunt filij ex primo matrimonio. Nam conſuetudo approbauit opinionem Martini per ſuas rationes, quæ deprehenduntur ex legibus ſuis, & ſi dicatur jus commune quidem recte extendi propter identitatem rationis, non vero conſuetudo contra jus, reſpondet Rogerius non eſſe Martini conſuetudinem contra jus juxta ea, quæ *ſuprà, num.* 179. ex eodem notata ſunt. Denique conſuetudo approbatiua opinionis Martini fuit inducta fauore filiorum, & fundata in æquitate, quæ pro liberis facit: ergo comprehendit etiam filios relictos ex primo matrimonio, licet filiafamilias in ſecundo matrimonio deceſſerit; ad liberos enim potiùs, quam ad primum, vel ſecundum matrimonium cenſentur reſpexiſſe Doctores, & iudices, qui opinionem Martini in opinando & conſulendo, & iudicando ſunt ſequuti.

Quando maritus præmoritur, an iuxta Martini conſuetudinem reuertatur dos ad patrem mortua filia liberis relictis.

185 Dubium quartum ſi maritus præmoritur, & poſtea decedat filiafamilias vxor relictis liberis, an præfata conſuetudo; & Martini opinio habeat locum, vt iiſdem liberis debeatur dos ab auo materno profecta, & non eidem auo materno. Negant in hoc caſu procedere etiam conſuetudinem Bartholus *in dicta lege poſt dotem dicto numer.* 30. (ſuppoſito quod Martini opinio non ſit vera de iure communi) *ff. ſoluto matrimonio ibidem*, Paulus de Caſtro Alexander Hieronymus, Tuſchus, Vincentius, Bolognetus, Baldus Nouellus relati à Petro Barboſa *ad dictam legem poſt dotem numer.* 49. à Theſauro *deciſione* 138. *& deciſ.* 190. *num.* 12. & Phanucio *de lucro dotis Gloſſa* 11. *num.* 3. iidem Phanucius *ibidem*. Theſaurus *dicta deciſ.* 138. P. Barboſa *d. n.* 49. Sordus *conſ.* 206. *n.* 29. *tom.* 2. Ancharanus, Bald. Aretin. Riminaldus, & nonnulli alij relati à præfatis Theſauro, Barboſa, & Phanucio, qui dicit ita in facti contingentia, per ſententiam Rotæ Lucenſis, & iuxta hanc ſententiam pariter iudicaſſe ſenatum Taurinenſem fundatur ratione de qua præcedenti dubio, ſcilicet quia præfata conſuetudo, & Martini opinio tantum loquitur, quando propter mortem mulieris ſoluitur matrimonium relictis liberis, & cum ſit correctoria non debet extendi vltra caſum, in quo loquitur, atque adeo in hoc caſu dos mortua filia debet reuerti ad auum maternum, nec ad filios iuxta diſpoſitionem iuris communis *in dicta lege dos à patre, Codice ſoluto matrimonio*, dicit tamen Theſaurum ſenatum iudicaſſe, quod poſt mortem aui materni nepotes ex filia poterant petere portionem hæreditariam in bonis aui, quamvis filia renunciaſſet bonis paternis per Doctores: quos *ibidem* refert, & hanc ſententiam ſequitur ex Theologis Rebellus *dicta quæſt.* 3. *num.* 4. Addit Theſaurus *d. deciſ.* 190. *num. citato* 12. hanc ſententiam de reuerſione dotis ad patrem filiæ abſque difficultate debere procedere, ſi præmortuo marito pater filiæfamilias dotem iterum apud ſe recepit, & eidem ſecundo nubenti ſuo patrimonio illam reſtitui, tunc enim (ait) mortua matre in ſecundo matrimonio ſine liberis dos ad patrem iterum redibit, tanquam ſeparata à juribus, & dominio filiorum ad quos nunquam illa dos prouenit, nec ius quæſitum fuit, & ita dicit poſſe conciliari Iaſonis opinionem [de qua mox] cum communi.

Contrarium nihilominus, & in hoc quoque caſu 186
procedere conſuetudinem, & opinionem Martini approbatiuam, & dotem non ad auum maternum, ſed ad filios pertinere tenuit Iaſon *in dicta lege poſt dotem numero* 102. & tradit etiam Conſtantius Rogerius *dicta quæſtio.* 18. *num.* 14. *&* 19. ita etiam alios allegans Merlinus *de legitim. libro* 3. *tit.* 1. *quæſtio.* 9. *numero* 14. Probatur iiſdem rationibus, quibus *numero* 184. probatum eſt eandem conſuetudinem procedere in caſu præcedentis dubij ſcilicet, quod conſuetudo, vel eſt declaratiua juris communis, vel ſaltem non eſt contra jus commune, & ſi ſecundum Bartholum, & alios *præcedenti numero* relatos in hoc caſu procederet opinio Martini, ſi eſſet vera de iure communi, eo quia in ſucceſſione prima cauſa debet eſſe liberorum, idem dicendum in conſuetudine eiuſdem opinionis Martini approbatiua, cum ſit inducta ob eandem rationem ſcilicet, quia prima cauſa eſt liberorum, quæ ratio militat etiam in caſu huius dubij: & hæc tradit ratio, qua Iaſon hanc ſententiam confirmauit, ſcilicet, quia præfata conſuetudo fuit inducta fauore liberorum nempe, vt ad eos potiùs dos materna tranſiret, ad quam auum maternum reuerteretur, quæ ratio [inquit Iaſon] magis vrget, quando mater vidua decedit relictis liberis, ac proinde prædicta conſuetudine ſiue ſit declaratiua iuris communis ſiue non, etiam præſens caſus cenſeri debet comprehenſus, *lege his ſolis, Cod. de reuoc. donat.* & hanc eandem ſententiam tanquam

tanquam magis æquam approbauit Neuixanus *in ſylva nupt. libro 2. numero* 79. in eo autem caſu, in quo poſt mortem mariti dos filiæfamilias viduæ per patrem recepta eſt, & eidem ſecundo nubenti reſtituta eſt, non dicitur nec eſt reſtituta de patrimonio patris, cum quo non fuit confuſa, ſed ſemper remanſit in patrimonio, & dominio filiæ (*vt ſuprà hoc cap. numero* 161. *& capite præcedenti numero* 117. probatum eſt) ac proinde ius ad dotem, quod filiis filiæ ſuſceptis ex primo matrimonio, per conſuetudinem Martini, acquiſitum fuit, non poteſt dici per reuerſionem dotis eiuſdem ad patrem fuiſſe extinctum, & ſic mortua eadem filia in ſecundo matrimonio ſine filiis ſecundi matrimonij ad filios eoſdem primi non ad auum maternum debet dos reſtitui ſuppoſita doctrina tradita, *ſuprà num.* 184. quod ſi iidem filij primi matrimonij deceſſiſſent ante filiam quæ deceſſit non relictis filiis ex ſecundo matrimonio, tunc dos ad patrem eius reverteretur abſque difficultate.

Conſuetudo Martini an procedat in donatione propter nuptias.

187 Dubium quintum, an præfata conſuetudo extendatur ad donationem propter nuptias. Phanuc. *de lucro dotis dicta Gloſſa* 11. *citato num.* 3. & Surdus *d. con.* 206. *numer.* 29. poſt Stephanum Bertrandum *conſilio* 197. *numero* 11. *libro* 2. reſpondent negatiuè: fundamentum eſt idem, ſcilicet; quia eſt correctoria ac proinde cum opinio Martini loquatur de dote non extendenda, eſt ad donationem per nuptias; At cum conſuetudo, vel contineat ius commune, vel non ſit contra jus commune, *vt ſuprà* dictum eſt, iuxta quod in ſucceſſione prima eſt cauſa liberorum, vel certe ſit inducta fauore liberorum, vt dictum ita ſuadente æquitate, videtur aſſerendum procedere etiam in donatione propter nuptias ex traditis in præcedentibus, licet Bertrandus *conſ.* 402. *n.* 5. *vol.* 5. & poſt eum Surdus *d. conſ.* 206. *numer.* 29. *ad finem*, dixerint præfatæ conſuetudini Martini non ſtari, ſi filia decedens relinquit non filios primi gradus, ſed neptes ex filiis; quia cum ſit contra ius commune, ea non debet extendi vltra terminos ſuos, & loquatur de filiis primi gradus extantibus poſt mortem matris. Nihilominus aſſerendum, eamdem conſuetudinem procedere etiam extantibus neptibus ex filiæ filiis jam defunctis, cum non ſit contra ius, ſed potius declaratiua iuris communis, innata, quod etiam neptes veniunt filiorum nomine; & jam *ſuprà* oſtenſum eſt conſuetudinem Martini non eſſe reſtringendam, ſed admittere ampliationem.

Si pater ſtipulationem fecerit de dote reddi, vel cui de iure, &c. an procedat conſuetudo illa.

188 Dubium ſextum, ſi pater dando dotem filiæfamilias ſtipulatus ſit dotem ſibi reſtitui in omnem caſum reſtituendæ dotis de iure, an mortua filia relictis liberis, pater poſſit illam dotem petere an vero debeat dos remanere liberis iuxta præfatam Martini conſuetudinem, liberis extantibus debere remouere reſpondent communiter doctores ita Bartholus *in d. l. dos à patre, Cod. ſoluto matrim.* Alexander *in d. l. poſt dotem n.* 16. *ff. ſol. matr. ibid.* Iaſon *n.* 202. Bald. Nouell. *de dote p.* 6. *priuil.* 29. Conſtantius Rugerius *d. quæſt.* 18. *n.* 18. *&* 20. Capycius *deciſ.* 176. *n.* 19. Merlinus *de legit. libro* 3. *titulo primo, quæſtio.* 9. *numero* 29. Theſaurus *d. deciſ.* 190. *num.* 7. *& deciſ.* 231. *num.* 10. *verſic. quid autem*, & D. Ioan. Angel. Boſſius de Dote.

Gaſpar Theſ. *lib.* 1. *qq. for. qu* 63. *n.* 4. probant quia cum illud verbum, de iure intelligatur non ſolum de iure communi; ſed etiam de iure conſuetudinario, & ſic rectè intelligitur ex conſuetudine Martini declarata: Quod confirmat Nouellus, quia ſtante ſtatuto diſponente, quod filiafamilias prædecedente in matrimonio cum filiis maſculis tota dos remaneat apud eos, & ſi cum filiabus fœminis reuertatur dimidia pars ad auum paternum: ſi ſupereſt, alias ad filios maſculos ipſius aui, ſi pater ſtipuletur dotem reddi ſibi aut cui de iure debetur, dicta verba de iure debent referri, & intelligi ſecundum ius ſtatutarium loci, & eius ordinem, cum quo ſtatuto intelliguntur contrahentes tacitè ſe voluiſſe conformare, ſicut cum iure communi, *arg. legis duo, ff. de acquir. hered.* Bartholum *in l. vlt. iusjurandum §. ſi liberi, ff. de operis libertorum, & in l. hæredes mei §. cum ita & in l. hæredibus princip. ff. ad Trebell.* & multo magis eſſet dicendum, ſi pater dotans ſtipulatus eſſet dotem ſibi in omnem caſum dotis reſtituendæ, quia attenta dicta conſuetudine non eſt caſus dotis reſtituendæ patri extantibus filiis filiæfamilias defunctæ ita in terminis Baldus, & Rogerius *locis citatis*, & poſt alios Surdus *conſ.* 206. *num.* 5. *lib.* 2.

189 Quin etiam ſi pater ſtipulatus eſſet ſibi reddi dotem ſecundum formam iuris communis, id intelligi debere non extantibus liberis filiæ prædefunctæ, eo quod Martini conſuetudo faciat interpretatiuum, ſeu habeatur pro iure communi, cum ſit juris communis interpretatiua iuxta tradita, *ſuprà numero* 179. tradit Theſaurus *dicta deciſio.* 190. *numero* 8. poſt Baldum *in lege* 2. *Codic. de bonis quæ liber.* Alexandrum *in dicta lege poſt dotem num.* 25. *ff. ſoluto matrimonio*, & alios, & ita etiam Campegius *dicto numero* 19. Gaſpar Antonius Theſaurus *in addit ad deciſio.* 237. *patris*, Mangilius *de nuptiis quæſtio.* 18. *numero* 31. & Merlinus *dicto numer.* 29. vbi poſt Alexandrum *conſil.* 20. *numer.* 3. Bertrandum *conſil.* 103. *numer.* 41. *lib.* 1. *parte* 1. & Gaſpar. Theſaurum *d. quæſt.* 63. *n.* 4. addit vt dos ad ſe reuertatur ſoluto matrimonio, & non cenſeatur conſolidata in perſona filiæ, eſſe neceſſarium quod pater ſibi ſoli tantum reddi dotem ſit ſtipulatus.

190 Si igitur pater dotando ſimpliciter ſtipulatus eſſet dotem ſibi reſtitui, non adjecta illa clauſula cui *de iure*, tunc prædefuncta filia etiam relictis liberis dotem reuerti debere ad patrem dotatorem, iuxta generalitatem ſtipulationis, *l. vnic. § accedit, Cod. de rei vxor. actione* cum tunc per conuentionem hominis prædictæ conſuetudini declaratiuæ videatur derogatum, *l. fin. Cod. de patris poſt.* Odofredum, Angelum Cynum & alios *in d. l. dos à patre, Cod. ſol. matr.* Alexandrum *in d. l. poſt dotem n.* 25. *ad finem, ff. ſolut. mat.* Gabrielem *conſ.* 116. *n.* 43. *lib.* 1. & alios aſſerunt Theſaur. *d. deciſ.* 190. *n.* 7. *verſic. ſecus verò*, & P. Barboſa *ad d. l. poſt. dotem n.* 49. *verſic. item non habebit*, idem ob eandem rationem, iuxta eoſdem doctores dicens, ſi ſtipulatus eſſet dotem reſtitui ſibi vel hæredibus.

Quid, quando pater ſtipulatur dotem ſibi reddi, & moritur conſtante matrimonio.

191 Sed quod ſi pater ſit ſtipulatus dotem ſibi reddi, & non addiderit, vel hæredibus ſuis, & decedit conſtante matrimonio filiæ, an poſtea ſoluto matrimonio per mortem viri, vel filiæ vxoris dos pertineat ad hæredes patris, vel ad filiam viduam vel ad eiuſdem filiæ hæredes. Pertinere ad filiam, vel ad eius hæredes tenuit Gloſſa ordinaria *in l. vnicam §. videatur verbo viſum, Codicis de rei vxoria actione* quam ſequuti ſunt plures alij præſertim Alexander *in l.*

poſt dotem num.19. ibidem, Vincentius *num.25. ad finem*, *& etiam ibidem* Bartholus *numero* 22. *ad finem* (prout à Petro Barboſa, *loco mox citando* verſatur,) *ff. ſoluto matrim.* Romanus *conſ.253. num.1. ad finem*, à P. Barboſa allegatus Rodericus Suarez *in d. l. quoniam in prioribus ampliatione* 15. *numero* 14. *in fine*, Angelus de Peruſio à Gomez *ad l.50. Tauri num.28. ante verſic. ex quibus* relatis, & Auendan. *ad l.25. Tauri*, *Gloſſa vnica numero* 1. quem refert Auguſtin. Barboſa *Collectaneo*, *ad l. vnicam numero* 51. *Cod. de rei vxor. act.* qui ibidem refert pro hac ſententia Gomez *loco citato*; qui tamen ſolum refert ſententiam Gloſſæ, & contrariam, & non reſoluit, & videtur potius approbare ſequentem ſententiam, idem tamen Auguſtinus Barboſa *d. num.* 51. approbat hanc ſententiam. Igitur licet pactum, ſeu ſtipulatio patris dotantis, vt dos ſoluto matrimonio ſibi reddatur, impediat conſolidationem dotis fieri in perſona filiæ, *d. l. vnica §. accedit*, *Cod. de rei vxor. act. l. ſi extraneus, ff. de condict. cauſa data*, & *l. quoties* 30. *ff. ſoluto matr.* id ſecundum Gloſſam, & alios Iuriſconſultos prællegatos intelligendum eſt, quando conditio huiuſmodi pacti, ſeu ſtipulationis impleta eſt viuo patre; ſecus ſi eo mortuo per textum in *l. fin. Codic. comm. vtriuſque iudicij*, quam ad id præfati Doctores allegant: Alij etiam allegati à Bartholo, *d. num.22. in fine*, probarunt per textum, *in auth. ſed quamvis*, *Cod. de rei vxor. actio.* vbi dicitur, quod pater teneatur dotem conſeruare filiæ ſecundo nubenti, quomodo autem conſeruaret, ſi eſſent hæredes Patris? Huic tamen rationi alij apud eundem Bartholum reſpondent, dotem tranſire ad hæredes patris cum ſuo onere, vt ipſi cogantur dotare filiam ſecundò nubentem, & licet primò daretur actio hæredibus; illis tamen ceſſantibus daretur filiæ actio cauſa euitandi circuitum, *arg. l. Dominus teſtamento, ff. de condict. indebiti.*

191 Contrariam ergo ſententiam, & quod dos debeat reſtitui hæredibus patris licet in ſtipulatione non expreſſis, tenuiſſe Gofredum, & Cynum *in d. l. vnic. §. videamus*, *& magis* communiter Doctores, refert Gomez *loco ſupra allegato*, & ita ſentit P. Barboſa *ad d. l. ſi cum dotem* 23. *§. ſi pater num.26. ff. ſolut. matrim.* id probans, quia pater ſibi paciſcens, & hæredi videtur paciſci, *l. ſi pactum, ff. de probat.* & *l. qui de reddenda, ff. de pactis dotalibus*: *Ad d. l. finalem*, reſpondet ibi non probari priorem ſententiam, quia ibi (inquit) dos præcipuè ad filiam pertinet, quia lex id ſupplet, quaſi ex veriſimili mente patris, quæ ſuppletio (ſubdit) non eſt admittenda ſtante prædicto pacto: verum, cum pater pactus ſibi reddi dotem nulla facta hæredum mentione ent præſumi debet potiùs tacitè cauiſſe hæredibus, quam voluiſſe dotem remanere præcipuam filiæ, vbi iam ſibi defuncto reſtitui non poſſet? Si enim voluiſſet debere reſtitui hæredibus, facilè illi erat illorum mentionem facere in ſuo pacto; priori igitur ſententiæ vti magis fauorabilem doti adhærendum puto.

192 Quod ſi pater ſtipulatus eſſet dotem ſibi ſoli reddi ſoluto matrimonio, & deceſſerit conſtante matrimonio, tunc abſque dubio Dos non ad hæredes patris, ſed ad filium (in cuius perſona, per patris mortem dos conſtituta remaneret) vel ad eius hæredes ſpectaret, vt etiam in terminis Rodericus Suarez, *d. ampliat.15. num.5.*

Attenta conſuetudine Martini opinionem, approbante filij filiæfamilias defunctæ in matrimonio viuo patre eiuſdem filiæ, an capiant dotem ex perſona matris, vti illius hæredes, an ex perſona aui tanquam illius hæredes, an ſolum, vt filij, ſeu nepotes.

Dubium ſeptimum circa eandem conſuetudinem opinionis Martini approbatiuam, eſt, an filij filiæfamilias defunctæ in matrimonio viuo eiuſdem filiæ patre habeant dotem ex perſona matris, & vti illius hæredes, an vero ex perſona aui materni, & vt ab eo acceptam, & ipſis poſt mortem matris agentibus ad ſucceſſionem eiuſdem aui, teneantur eandem dotem conferre, & in legitimam alias ſibi debitam in eiuſdem aui bonis imputare, putà ſi auus idem maternus eiſdem nepotibus ex filia in aliqua re non adæquante legitimam, alios nepotes ex filio vniuerſales hæredes inſtituiſſet, & ipſi agant, ſeu agere velint ad ſupplementum legitimæ, an teneantur dotem per auum maternum datam filiæ defunctæ eorum matri, imputare in legitimam. Quæ eſt quæſtio difficillima, & valdè intricata ob varietatem, & multiplicitatem opinionum habentium, Claſſicos patronos, de qua latè agunt Bartholus *in l. in quartam num.12. ff. ad l. falcid.* & *in l. poſt dotem num.32. ff. ſolut. matr.* Baldus *in l. illam num.* 7. *Cod. de collat.* Capycius *deciſ.136. numero* 14. 24. *&* 25. Michaël Craſſus, *§. legitima quæſt.23. num.6. & ſeqq.* Theſaurus *deciſ.237. per totam* Surdus *conſ.* 206. ferè *per totum*, Petr. Barboſa *in d. l. poſt dotem* 41. *ad n.50. ad* 55. Mangilius *de imputationibus quæſt.18. per totam*, Rota Rom. *deciſ.248. n.12. & ſeqq. part.4. diuerſorum*, *& deciſ.329. à numer. 6. p. 5. diuerſorum*, *Rubei* Stephanus Gratianus *diſcept. for. tom.3. cap.556. num.36.* Conſtantius Rogerius *de dote quæſt.18. nu.16. & 17.* & plurimi alij, ex antiquis, & recentioribus Iuriſperitis ab iiſdem præſertim à Craſſo, Theſauro, Barboſa, Surdo, & Mangilio relati; ego hic (cum controuerſia hæc ſpectet ad materiam collationis, & legitimæ,) breuiter, & ſummariè notabo ex præfatis, & aliis Iuriſconſultis tradita circa vtrinſque partem dubij propoſiti. 193

Et circa primam partem an filij habeant dotem tanquam hæredes matris, & ex illius perſona, an ab auo, vel aliter. 194

Bartholus *in d. l. poſt dotem d. n.32.* dicit, quod ſi opinio Martini aſſerentis dotem mortua in matrimonio filia relictis filiis, & ſuperſtite patre non reuertitur ad patrem, à quo profecta eſt, ſed tranſit ad filios eſſet vera de iure, quod eſt dicere ſi ſecundum ius commune dos mortua filia tranſiret ad eius filios, iidem filij haberent dotem ex matris perſona, & vt hæredes matris, quod idem aſſerunt Capycius, Conſtantius Roger. *locis citatis*, P. Barboſa, *vbi ſuprà num.50.* Decius *in l. illum n.18. Cod. de collat.* Ruinus *conſ.186. n.9. lib.2.* & ſentiunt omnes alij Doctores *ſupra* allegati, & alij apud eoſdem; ſi vero opinio Bolgari opinioni Martini oppoſita eſſet verior, & iuxta rationem iuris communis dos mortua filia deberet reuerti ad patrem, & ex ſola conſuetudine Martini opinionis approbatiua remanere debeat filiis; tunc inquit idem Bartholus *ibidem*, & in *d. l. in quartam*, filij non haberent dotem à matre, & vti illius hæredes, ſed ab auo patre matris à quo conſuetudo auſert, & filiis aui nepotibus dat. 195

Quia ergo iuxta eundem Bartholum, & alios Doctores *ſupra n.173.* & alios, qui *infra* hoc eodem *n. allegat.* inſpecto iure communi dos à patre data de ipſius bonis filiæfamilias, vti profectitia mortua filia etiam cum liberis redit via recta ad patrem per iura *ſuprà d. num.173.* adducta, & ſolum ex illa conſuetudine generali, 196

generali, per quam approbata eſt, remanet penes filios, concludit Bartholus *in d. l. in quartam*, quod filij non habent dotem, vt hæredes matris, cui, cum viueret eius pater, non erat plenè acquiſita, ſed habent ſolum à conſuetudine, quæ non efficit illos hæredes matris in dote, quæ ei pleno iure non erat acquiſita, ſed ab auo à quo perfectè, & liberè, dum eam tradidit filiæ, non fuerat auulſa (ſupererat enim ſpes, quod ad eundem defuncta filia reuerteretur,) & ad quem de iure filia præmortua reuertitur, auocat, ſeu aufert, & ex quadam æquitate in veriſimili voluntate aui fundata poſthabito iuris vigore dat immediatè nepotibus, qui per conſequens non habent à matre, ſeu iure hæreditario matris nec ex propria perſona nepotum, ſed immediatè ab auo materno ex perſona ipſius aui, ſeu ex iure proueniente ab ipſomet auo, ad quem ſtatim mortua filia fingitur reuerti, & ab eo per conſuetudinem auferri, & dari iiſdem neptibus, ita Bartholus *in dicta leg. in quartam*, quem ſequuti ſunt Doctores communiter Alexander *in dicta leg. illam*, Ripa *in dicta leg. in quartam, numero* 191. Theſaurus *dicta deciſ.* 237. *numero* 7. Capycius *dicta deciſ.* 176. *numero* 25. Rota *dicta deciſ.* 248. *numero* 15. *&* *dicta deciſ.* 329. *numero* 7. *&* 8. *&* *deciſ.* 568. *numero* 9. apud Seraphinum, Mangilius *dicta quaeſt.* 18. *numero* 13. Stephanus Gratianus *dicto capite* 556. *citato num.* & innumeri alij quos referunt Theſaurus, Rota, Mangilius, & Gratianus, *locis citatis*, & Surdus *dicto conſ.* 206. *numero* 1. 2. *&* 3. Quare iuxta hanc ſententiam filij habent dotem, vt quid profectitium proueniens immediatè ex ſubſtantia, & bonis aui materni.

196 Baldus *dicta leg. illam, Cod. de collationibus, & in dicta leg. dos a patre, Cod. soluto matrimonio*, affirmauit per præfatam conſuetudinem Martini, filios ſeu nepotes mortua matre habere dotem non ab auo, ſed à filia eorum matre, tanquam illius hæredes cui conſuetudinis vi ſuccedunt, eidemque efficiuntur hæredes, & per conſequens fit, vt habeant dotem illam tanquam quid aduentitium à matre, & de bonis maternis, non autem ex ſubſtantia, & bonis aui, Baldum in hoc ſequuti ſunt Cumanus *conſilio* 10. Tobias Nonius *conſilio* 49. *numero* 1. Conſtantius Rogerius *de dote, quaeſt.* 18. *numero* 17. & alij plures relati à Mangilio *dicta quaeſt.* 18. *num.* 2. & à Rota *dicta deciſ.* 248. *num.* 12. *verſic. Nam aut dicimus, p.* 4. *diuerſorum.*

197 Surdus *d. conſ.* 206. *numero* 11. *&* 14. dicit quod filij neque ex iure communi, neque à conſuetudine defuncta matre filiafamilias, habent dotem à matre veluti hæredes matris, aut ab auo, veluti hæredes aui, ſed ex ſola prouidentia, & diſpoſitione conſuetudinis, (quæ habet vim legis, & eſt lex non ſcripta, & pars iuris ciuilis appoſita *iuri ſcripto, §. conſtat autem, & §. ex non ſcripto inſtitut. de iure nat. gent. & ciuili*) quæ aufert quidem dotem ab auo, ad quem de iuris vigore debet reuerti, & dat filiis, ſeu neptibus, ſed non dat vti hæredibus aui, ſed tradit vti filiis, ſeu nepotibus tanquam quid extra patrimonium, & ſubſtantiam aui: Quare iuxta eundem Surdum neptes non capiunt dotem tanquam prouenientem de aui ſubſtantia, ſed tanquam æs alienum, & quid extra aui patrimonium ex legis, ſcilicet conſuetudinis, diſpoſitione, quemadmodum filij primi matrimonij capiunt eam portionem, quam lex illis defert ob tranſitum matris ad ſecunda vota iuxta diſpoſitionem *leg. hac edictali, Codice de ſecund. nupt.* ita Surdus (cui fauere videtur Ripa *in dicta leg. in quartam, numero* 55. *&* *numero* 191. aſſerens non dici neptes dotem habere ab auo, neque vti hæredes, aut ſed vt filij, ſeu nepotes) qui loquitur, ſeu interpretatur dictam

Martini conſuetudinem contra communem & torrentem Iuriſconſultorum, ac proinde merito illum reprobat.

Rota *dicta deciſ.* 329. *numero* 10. *parte* 5. *diuerſorum Rubei*: Nam quamvis conſuetudo tollat dotis reuerſionem ad patrem, & det, ſeu deferat filiis ſuperſtitibus, hinc non ſequitur dotem, ſeu eius acquiſitionem non prouenire ab auo, ſed ex ipſa conſuetudine, quia conſuetudo defert ex æquitate fundata in veriſimili voluntate aui, ſeu patris dotantis, quod mortua filia extantibus eius filiis dos penes eos remaneat, ſeu eis acquiratur; & ſic conſuetudo defert, ſeu tradit nepotibus illis dotem vt prouenientem ab auo de eius ſubſtantia, & conſequenter acquiſitio nepotum referenda eſt auo non ſoli conſuetudini.

Dos profectitia quam defuncta matre filij ab ea relicti capiunt, ſiue ex iure communi, ſiue ex ſola conſuetudine Martini, ſiue propter ſtipulationes patris dotantis, an iiſdem filiis imputetur in legitimam illis debitam in hæreditate aui.

Circa alteram partem, nempe an nepotes agentes ad hæreditatem, ſeu ſucceſſionem aui materni præfatam matris dotem ad ſe ſiue ex iure communi, ſiue ex conſuetudine delatam debeant computare in legitimam ſibi in bonis eiuſdem aui materni debitam, variæ ſunt Iuriſperitorum opiniones.

PRIMA OPINIO BALDI.

Baldus *in dicta leg. illam, Codice de collat.* tenens 198
nepotes habere dotem à matre tanquam illius hæredes, & tanquam quid aduentitium à matre, & de bonis matris non de ſubſtantia aui, poſt Iacobum de Beluiſio dixit nepotes in ſucceſſione aui materni non teneri imputare illam in legitimam, & ſuppoſito, quod nepotes in dote ſint hæredes matris idem, quod Baldus affirmarunt Cumanus, Tobias Nonius *locis ſuprà numero* 196. *allegatis*, Angelus *in dicta leg. in quartam, ibidem*, Caſtrus *colum. finali*, Alexander *numero* 26. Picus *numero* 233. Ruinus *numero* 58. Ripa *numero* 193. iterum Caſtrus *conſ.* 145. *numero* 1. *in fine volum.* 1. *in fine*, Alexander *conſ.* 24. *numero* 3. *vol....* Conſtantius Rogerius *dicta quaeſt.* 18. *num.* 13. Graſſus *dicta quaeſt.* 23. *num.* 7. *& ſequentibus*, & plurimi alij, quos referunt Rota *dicta deciſ.* 248. *ante numer.* 13. Mangilius *d. quaeſt.* 18. *numero* 1. *&* 20. & latiùs Surdus *d. conſ.* 206. *num.* 17. qui pariter idem ſentit, & ſententiam communem, & veriorem dicunt Ruinus, & Nonius *locis ſuprà allegatis*, & idem ſentit Bartholus *in dicta leg. poſt dotem, numero* 32. vbi dicit (*vt ſuprà numero* 194. notatum eſt) quod ſi iuxta ius commune dos mortua filiafamilias deuolueretur ad filios eius ſuperſtites, filij haberent eam, vt hæredes matris, & ſubdit quod non computarent in legitimam, cum tractaretur de ſucceſſione aui, quia ea ſola imputantur, quæ capiuntur de ſubſtantia aui *l. ſcimus, §. repletionem, Cod. de inoffic. teſtam.* præſuppoſito quoque quod opinio Baldi & aliorum aſſerentium neptes eſſe hæredes matris in dote non eſſe imputandam in legitimam tenet Mangilius *dicto numero* 20. & contra plures, quos *ibidem* allegat, affirmauit Theſaurus *dicta deciſ.* 237. *n.* 7. ſubdens ex Ripa *d. num.* 193. in hoc nullam eſſe controuerſiam, ac proinde vt neptes teneantur imputare, addit ſtandum eſſe in eorum ſententia, qui dicunt neptes habere dotem, & hæredes matris, fundamentū huius ſententiæ eſt, quia neptes habentes

dotem matri: ab eadem matre, vt illius hæredes habent illam vt quia aduentitium, & ideo non tenentur imputare in legitimam *d.§. repletionem.* Si dicatur quod filius non debet eſſe melioris conditionis, quàm mater, quæ tenetur dotem imputare in legitimam, Surdus *d. numero* 17. poſt Caſtrum *allegato conſ.* 145. & Ancharanum *conſ.* 50. *numero* 2. & alios: reſpondent id non eſſe inconueniens, eo quod, alia ratio ſit in filia, alia in nepte, ſeu nepotibus: nam filia imputat, quia habet immediatè à patre, nepos autem non habet ab auo immediatè, ſed à matre; ac proinde, non eſt bona conſequentia [ſubdit item Surdus ex Ancharano *d. num.* 2.] filia imputaret, ſi viueret, ergo, & nepos, quia in filia dos eſt profectitia, ſed in nepote eſt aduentitia, & quamvis dos [ſubdit idem Surdus] deſcendat originaliter à bonis aui, tamen poſtquam ſimul illius patrimonium exiuit non conſideratur [amplius perſona aui, ſecundò, probat etiam Baldus *in d. l. illam*, & alij ex relatis à Theſauro *d. num.* 5. ex ratione, quia in hac quæſtione præſupponitur filiam fuiſſe mortuam ante patrem, vnde, & tranſlatio dotis facta in filios mulieris videtur facta viuo auo materno, quod autem acquiſitum eſt filiis viuo parente non alias eis imputatur in legitimam, quam quando tempore dationis id fuit expreſſum *l. ſi quando*, §. *ex generaliter*, *Cod. de inoff. teſt.* ibi *vel inter viuos*, *&c.*

199 Hinc ſi dos profectitia à principio ſit à patre ſimpliciter data filiæ emancipatæ, cui plenè acquiritur eadem dos [vt ſuprà dictum eſt] vel ſi data filiæfamilias, poſtea conſtante matrimonio fuit emancipata, quo caſu dos [vt pariter ſuprà probatum eſt] per emancipationem remanet conſolidata in perſona filiæ, ex eo quod mortua filia emancipata filij, ſeu nepotes ad dotem admittuntur, ſeu veniunt vt hæredes matris, ſi iidē nepotes ſuccedant auo, non teneri præfatam dotem conferre, neque in legitimam computare tradunt Caſtrenſis *d. conſ.* 145. *col.* 1. *lib.*... Ripa *in d. l. in quartam, numero* 195. Rota Romana *deciſ.* 268. *num.* 1. Apud Seraphinum Graſſus §. *legitimè*, *d. quæſt.* 23. *num.* 7. *&* 8. Theſaurus *d. deciſ.* 237. *num.* 7. *in fine*, *&* *num.* 14. & plurimi alij, quos referunt idem Theſaurus *d. num.* 14. & Petrus Barboſa *in d. l. poſt dotem*, *num.* 50. *verſic. & pari ratione.*

200 Item ſi filia de conſenſu patris ſtipulata eſt ſibi dotem reſtitui, vel pater expreſsè, vel tacitè ſtipulatus eſt, dotem reddi filiæ [quæ ſtipulatio fauore dotis valet, etiā ſi filia ſit abſens, vt ſuperius eſt probatum] cum in dictis caſibus dos cenſeatur filiæ donata [vt pariter ſuperius notatum eſt] vt ex tali donatione habeat illam præcipuam *l. Pomponius Philadelphus, ff. famil. erciſcundæ*, & conſequenter filia in ea dote habeat ſuos filios & deſcendentes hæredes ab inteſtato [vt pariter in præcedentibus probatum eſt] & ſic filia mortua nepotes habeant dotem illam ex ſubſtantia matris vt illius hæredes, eos in ſucceſſione aui non teneri eam conferre, aut computare in legitimam ſentiunt, alios latiſſimè allegantes Graſſus *d. quæſt.* 23. *num.* 9. Theſaurus *d. deciſ.* 237. *num.* 12. Surdus *d. conſ.* 206. *num.* 19. *lib.* 2. & Mangilius *d. quæſt.* 18. *num.* 22. 23. *&* 27. & alij, quos latè refert Petrus Barboſa *ad d. l. poſt dotem, numero* 50. & etiam Rota *d. deciſ.* 568. *numero* 5. apud Seraphinum idem procedere, etiam quando matrimonium non eſſet ſequutū, quia nihilominus ſi pater ſtipulatus eſt, dotem reddi filiæ, dos plenè ei acquiritur, & eius filij nepotes, ſuccedunt excluſo auo dotante, vt tradunt Surdus *d. numero* 16. & Mangilius *num.* 25. poſt Alexandrum *in d. l. illam*, *num.* 11. Baldum Nouellum *de dote*, *parte* 12. *quæſt.* 14. & alios, ſi tamen filia decederet ſine liberis, & nepotibus pater ſuccederet, vti hæres filiæ, vt idem Mangilius, poſt Nouellum, & alios *ibidem* notat.

Item ſi pater ſtipulatus eſt vti procurator filiæ dotem reddi filiæ cum dos eidem filiæ ſit plenè acquiſita, & illam tranſmittat ad hæredes ab inteſtato deſcendentes, nepoteſque illam habeant ea defuncta vti illius hæredes, eos in ſucceſſione aui non teneri illam conferre, vel imputare in legitimam tradit poſt alios Mangilius *d. q.* 18. *num.* 28. 201

Item, ſi ſtatuto vel alio modo dos ad filiam ſpectet cum ei plenè acquiratur, & habeat in ea deſcendentes hæredes ab inteſtato nepotes, non teneri in ſucceſſione aui, eam conferre, aut imputare in legitimam, poſt Phanucium *de lucro dotis*, *Gloſſa* 11. *num.* 7. *&* 8. tradit Theſaurus *d. num.* 12. poſt medium, & poſt alios Mangilius *d. q.* 18. *n.* 34. 202

Item, ſi pater eſt ſtipulatus ſibi dotem reddi in vno caſu quia in caſu omiſſo cenſetur donaſſe filiæ, vt *ſuprà capite numero* 50. probatum eſt, eo caſu nepotes capere dotem vti hæredes matris, & non teneri in ſucceſſione aui computare in legitimam tradunt poſt alios Graſſus *d. quæſt.* 23. *numero* 10. Rota *d. deciſ.* 268. *numero* 6. apud Seraphinum Mangilius *dicta quæſtione* 18. *numero* 29. & Surdus *dicto conſilio* 206. *numero* 23. 203

Quia etiam ſi pater ſtipulatus ſit dotem ſibi reddi filia decedente ſine liberis cenſetur dotem donaſſe filiæ in euentum, in quem decedat cum filiis, vt tradunt Bartholus *in d. l. poſt dotem*, *numero* 27. *ff. ſoluto matrimonio*, *&* *in l. ſi cum dotem*, *ff. eod. ibidem*, Alexander *numero* 15. Baldus *conſ.* 477. *num.* 6. *lib.* 4. Rota *d. numero* 6. Phanucius *de lucro dotis*, *d. Gloſſa* 11. *numero* 9. Petrus Barboſa *d. l. poſt dotem*, *num.* 50. *verſic. & à fortiori*, Surdus *d. num.* 23. Graſſus *d. quæſt.* 23. *num.* 10. Mangilius *d. quæſt.* 18. *num.* 28. *in fine*, & Franciſcus Molinus latiſſimè alios allegans contra alios (qui ſentiunt mortua filia cum liberis dotem cedere lucro mariti) *de ritu nupt. lib.* 3. *quæſt.* 58. *num.* 28. *& ſequentibus* quod tanquam caſum ibi expreſſum aiunt probari per textum in *l. inter ſocerum*, §. *cum inter*, *ff. de pactis dotalibus*: defuncta filia cum liberis hos habere dotem vti matris hæredes, & in ſucceſſione aui materni non teneri eam conferre, aut imputare in legitimam tradidere Petrus Barboſa *loco citato*, Graſſus *d. quæſt.* 23. *citato numero* 10. Mangilius *d. numero* 28. & plurimi alij relati à Graſſo, & à Theſauro *d. deciſ.* 23. *num.* 11. qui *ibidem* contradicit dicens, quod pater in eo caſu nullo modo voluit ſtipulari ſibi, ſed filiæ, & nepotibus ex filia, quo caſu inquit cum nepotes habeant dotem ex pacto, & prouidentiæ aui, & de ſubſtantia eiuſdem, tenentur imputare in legitimam, nec oppoſitum probari per textum *in d. §. cum inter*, dicit, ſed potius ibi innui, quod pater eo modo paciſcens voluerit ſtipulari liberis, non autem filiæ, & ſic liberis, potius, quàm filiæ donaſſe, verum alij Doctores communiter intelligunt, patrem eo modo ſtipulando donaſſe filiæ non nepotibus ad quos veluti non natos nec conceptos, & conſequenter incognitos affectionem nullam habuiſſe videtur *l. qui filiabus*, *de legat.* 1. Surdus poſt alios *deciſ.* 322. *numero* 48. *&* *duobus ſequentibus*, & Doctores *ſuprà hoc capite*, *numero* 58. relati, vel ſaltem maiorem, quàm ad filiam cognitam, & proximiorem? 204

OPINIO BARTHOLI.

Bartholus *in d. l. in quartam*, *ff. ad l. Falcidiam*, tenens quod attenta iuris communis diſpoſitione dos à patre ſimpliciter data filiæfamilias, ea in matrimonio defuncta etiam extantibus liberis reuertitur ad patrem, & quod ex conſuetudine, per quam Martini opinio approbata eſt, eam à patre auocante dos defertur filiis iiſdem extantibus, & conſequenter iidem filij dotem 205

eandem capiont immediatè ab auo materno de eius bonis, & ſobſtaotia vt *ſupra nu.* 195. explicatum eſt, & cum Bartholo tradunt Doctores *ibidem* allegati, & alij magis commoniter apud eoſdem, affirmaoit nepotes, dom agitur de ſucceſſione aui teneri eam dotem imputare in legitimam, & idem cum Bartholo aſſerunt magis communiter Iuriſperiti: ita Doctores antiquiores *dicto n.*195. allegati à P. Barboſa *in l. poſt dotem numer.*51. Graſſus §. *legitima d.qu.* 23. *num.*14. *&* 15. Rota *d. deciſ.*329. *num.* 7. *& tribus ſeqq.p.*5. *diuerſorum*, Rube Theſaur. *d.dec.*237. *num.*4. Mangilios *de imput. d.q.*18. *num.*10. *ad* 20. Stephanus Gratianus *loco ſuprà numero* 195. *relato*, & alij infiniti aotiqoi, & moderni, quos iidem P Barboſa, Rota Theſaurus, & Gratianus cumulaot; & ab hac opinione io conſulendo, & indicando recedendum non eſſe aiont Graſſos, & Theſaurus fundamentum eſt, qood atrenta illa conſuetodioe nepotes non habent dotem à matre prædefuncta, ſed immediatè ab aoo, ex illios perſona, & de eius ſobſtantia (vt *d. num.* 195. dictum eſt, & latius etiam explicat Rota *d. deciſ.* 339. *numero* 10. *& tribus ſeqq.*) ergo dum agont ad ſucceſſionem aui materni poſt eios obitum tenentur eam conferre, & imputare, cum habeant immediatè à patre de eius bonis, vt diſponitur *in l. quoniam Nouella, Cod. de inofficioſo teſtam.* cooſirmet P. Barboſa, qoia conſuetodo transferens dotem matris in filios viderur eam tranſtuliſſe eadem forma, & modo, qoo erat apud ipſam matrem; cum ſemper res traoſeat cum qoalitatibus ei adhærentibus, *ſi aqua ductus, ff. de contrahenda emptione, & l. Pomponius* §. *cum quis, ibid.* Iaſoo 1. *notab. ff. de acquir. poſſ.* & Cardinalis *conſ.* 29. *numer.* 12. Quia igitur dos (ioquit Barboſa, videtur eſſe penes mortem ex donatione ex caoſa quia ſcilicet pater tenebatur eam dotare, intrat regula, quod licet donata ſimpliciter non ſint imputanda in legitimam, niſi hoc declaratum ſit, *l. ſi quando* §. *& generaliter, Cod. de inoff. teſtam.* tameo doo ata ob cauſam iodiſtinctè ſont impotanda in legitimam *d. l. quoniam nouella*, ita Barboſa per qoæ patet reſponſio ad ſecundam probationem *n.*198. *in fine*, addoctam pro opinione Baldi.

Prædicta opioio de dote per nepotes imputanda in legitimam, ſi agant ad aoi materni ſocceſſionem, à Doctoribus ampliatur & limitatur multipliciter, vt habetor apod Graſſum *d.q.*23. *n.*12. *&* 13. & Theſauro *d. deciſ.*237. *à num.*7.

106 Prima ampliatio, vt procedat in donatione propter nuptias data filio, ita poſt Ripam *in d. l. in quartam n.* 189. & Berttandnm *conſ.*102. *l.*2.

207 Seconda ampliatio, qood procedat etiamſi præfata conſuetudo Martini redacta ſit ad ſtatutum; eo enim caſu eundem effectom habere ſtatutum cum conſoetudine tradoot Ripa *in d. l. in quartam numero* 194. Caſtrenſis *conſ.*180. *lib.*2. & alij quos refert, & ſequitur Theſaurus *d. deciſ.*232. *n.*8.

208 Tertia ampliatio, ſi pater dotans ſtipulatus ſit in omnem caſum, & euentom ſibi ipſi reddi dotem, tunc enim ſi nepotes habent illam dotem, illam teneri imputare in legitimam aui, vt quid certum, & extra controuerſiam aſſerit Socinus iunior *in d. l. in quartam numero* 141. & dicont poſt alios Graſſus *d.q.*23. *num.* 12. & Theſaurus *num.*9. addens in hoc conuenire omnes Doctores

209 Quarta ampliatio, ſi pater dotans filiam ſtipulatus ſit ſoluto matrimonio dotem reſtitui liberis, ſeu nepotibns filiæ, & liberis, eo quod tunc nepotes habeant illam ex ſobſtantia, & ex promiſſione aui, & ſic tenentur impotare in legitimam eioſdem aui, ita poſt Socioom *d. num.*141. & Corneum *conſ.*90. *lib.*2. Graſſus *d.q.*23. & Theſaurus *d. deciſ.*237. *num.*9. *&* 10. ſi vero ſtipulatus ſit dotem reſtitui filiæ, & eius hæredibus, ſeu nepotibus tamen cum patris hæredibus eo caſo non tamen nepotes dotem imputare in legitimam, ſi agatur de ſocceſſione aui, cum habeat, tunc dotem tanqoam hæreditatem maternam tradunt Baldus *in d.l. quoniam nonnulla num.*4. *Cod. de inoff. teſtam.* Ripa *in d. l. in quartam num.*194. *&* 196. Corneos *d. conſ.* 190. *num.*4. Theſaurus *d. deciſ.* 237. *num.* 10. *verſic. Quid ſi ſtipulatur*, & alij relati à P. Barboſa *in d. l. poſt dotem num.* 54. *verſic. autem ſtipulatur*; vbi tamen contrarium ſentit, cum neptes eo caſu habeant dotem qoaſi ab aoo materno profectam; & ſic cum onere cooferendi, & imputandi in legitimam, ſi agant de ſucceſſione eiuſdem aui, de quo *infrà num.*211. pro altera tamen opioione ſtare videtur Seraphinus *deciſ.*815. *num.*5. *verſus finem*, vbi quando pater eſt ſtipulatus dotem reddi non ſibi, ſed filiæ, & ius habentibus ab ea, dicit hoc caſu videri patrem dediſſe poteſtatem filiæ de dote diſponendi allegaoa Crauetam *conſ.*84. *num.* 11. & ita ſeorit filios habere tunc dotem taoquam hæreditatem maternam.

Quinta ampliatio, ſi pater dotans ſtipulatur illi, 210 vel illis, coi vel quibus de iure debetur hoc coim caſu cum intelligatur ſtipulatus iuxta conſuetudinem Martini, vt *ſuprà numero* 188. probatom eſt, nepotes ex conſequenti teneri dotem impotare in legitimam aoi ſcripſere Alexander *in d. l. poſt dotem numero* 22. *ff. ſoluto matrim.* (dicens eſſe mirabile dictom Baldi mente teoendum) Ripa *in d. l. in quartam num.*189. Bertrandus *conſ.*255. *num.*5. *vol.*3. *& conſ.*117. *numero* 2. *vol.*4. & Theſaurus *d. deciſ.*235. *num.*10. *verſic. quod autem ſi ſtipulatus ſit*; verum hæc ampliatio procedit ſolum ſuppoſito, quod opinio Martini oon ſit vera de iure communi, ſed ſolum conſoetudo cootra ius commune illā approbauerit. At vero ſoppoſito, quod opinio Martini ſit vera de iure communi, & conſuetudo Martini ſit interpretatiua iuris, & ſic habeatur pro iure commoni declarato, vt *ſupra num.*179. *&* 198. dictom eſt, quo ſuppoſito (ſcilicet quod de iure deſoncta matre filiafamilias cū liberis relictis Dos ad eoſdem liberos pertineat) filij habent dotem tanquam hæredes matris iuxta Bartholum *in d. l. poſt dotem num.* 32. *ff. ſoluto matr.* & Doctores *ſuprà numero* 198. *relatos* & alios communiter, noo tenerentor eam in ſocceſſione aui imputare in legitimam iuxta tradita *eodem numero* 198. & in his terminis poſt Maluaſiam *conſ.* 114. tradont Mangilius *de imput. d. queſt.* 18. *num.*21. & Gaſpar. Antonios Theſaur *in addit. ad dictam deciſ.* 237. *patris*, dicens verbis Ant. Theſaori *in d. verſic. quid autem*, ibi *quod imputent ad dandam negatiuam, non.*

Quando nepotes ſuccedunt in bonis aui materni cum aliis nepotibus vel cum patruis, aut materteris, an dotem maternam imputent in legitimam.

Prima limitatio eſt, vt oepotes non imputent dotem maternam in legitimam illis debitam in hæreditate auorum, quando ſuccedunt cum aliis nepotibus, qui ſont in pari gradu non autem ſi veniant com patruis vel materteris ad hæreditatem aui. Ratio differentiæ aſſignatur, quia qoando concorrunt cum nepotibus cum ſuccedunt oon repræſentando perſonam matris, ſed iure proprio veniant, non tenentur imputare. At ſi venirent cū patruis, & ſint in remotiori gradu & neceſſario repræſentent matrem defunctam; iuxta §. *cum filius inſtit. de hæredit. quæ ab inteſtato defer.* tunc ſicut mater impotaret, per *d. l. quoniam nouella, Cod. de inoff. teſt.* ita etiam ipſi tenentur imputare. 211

putare. Ita Theſaurus *d. deciſ.237. num.15.* dicens eſſe originalem Baldi *l. illam, Cod. de inoff. teſtam. & conſ. 342. l. 2.* Quem Theſaurus *ibidem* ait fuiſſe ſequutos Salycetum *in d. l. quoniam nouella*, Imolam *in d. l. in quartam cum num.2. ibidem*, Ripam *num.* 198. & Socinum iuniorem 143. Decium *in d. l. illam circa finem*, & plurimos alios, ab eodem Theſauro relatos: quamvis primam partem diſtinctionis reprobent poſt Fulgoſium & Rolandum Aleaander *in d. l. in quartam verſic. non eſt bona diſtinctio*, & Nicolaus de Vbaldis *de ſucceſſ. ab inteſtato p.1. quaſt.3. num.24.* & Theſaur. *d. num.15.* relati, & etiam P. Barboſa *in d. l. poſt dotem num.53. ff. ſolut. matr.* aſſerens, & probans, quod vbi agitur de ſucceſſione aſcendentium ſemper deſcendentes ſuccedunt repræſentando perſonam parentum etiam ſi ipſi nepotes ſoli concurrant, *§. cum filius §. item vetuſtas in fine inſtitut. de hæredit. quæ ab inteſtato deferuntur*, Aretinus *in d. l. Gallus §. inſtituens ad finem*, & Gulielmus *in capito, Raynucius verbo & vxorem deciſ. 5. num. 69. de teſtam.* & ad confirmandum plura alia adducit idem Barboſa, ad quem remittitur lector.

212 Addit Theſaurus *d. num.15. in fine*, quod ſi extraneus fuit inſtitutus, tunc nepotes non imputant, iuxta Fulgoſium *in d. l. quoniam Nouella*, & Ripa *d. numer.198.* dicens id videri habere æquitatem licet contradicat Caſtrenſis *in d. l. quoniam Nouella in fine.*

Dos filia data à matre, vel ab aſcendentibus maternis an imputetur in legitimam Nepotibus.

213 Secunda limitatio eſt, vt nõ procedat præfata opinio Bartholi, quando dos datur ſeu data eſt filiæ à matre vel a maternis aſcendentibus; hoc enim caſu Nepotes non teneri dotem imputare in legitimam auiæ tradidere Socinus iun. *in d. l. in quartam num.* 138. *ff. ad l. Falcid.* Theſaur. *d. deciſ.237. n.13.* Mangilius *d. q.18. num.35.* & Rota Romana *d. deciſ.329. n.6. & 7. diuerſorum Rubei*, dicens in hoc conuenire omnes Doctores, & rationem differentiæ, cur dotem à patre datam nepotes imputent non autem datam à matre afferunt eam, quia quando dos datur filiæ à patre, ipſaque filia prædecedit etiam relictis liberis, dos eadem reuertitur ad patrem iuxta ius commune per tradita *ſuprà n.173.* vnde ſi poſtea dos ſtante Martini conſuetudine fundata in æquitate, & vniuerſalibus patris dotantis mente decreuit ad Nepotes, dicitur profecta, & proueniſſe immediatè ab auo vt *ſuprà num.* 195. explicatum eſt; Quando vero dos datur à matre, vel ab alio aſcendente materno; cum non habeant filiam dotatam in poteſtate, ea prædefuncta, dos ad matrem, vel alium aſcendentem maternum non reuertitur, & ſic nepotes capiunt dotem vt ab eorum matre immediatè prouenientem, tanquam illius hæredes, & ſic non tenentur imputare in legitimam auiæ iuxta tradita *ſuprà num.198.* At P. Barboſa *in d. l. poſt dotem num.52.* contrarium ſentiens dicit contra huiuſmodi limitationem vrgere, *l. illam, Cod. de collationibus*, vbi textus loquitur etiam in dote data filiæ per matrem, vel aſcendentes per lineam Maternam, & nihilominus probat, Text. quod nepotes prædictis ſuccedentes tenentur dotem maternam conferre, & in legitimam illis debitam in hæreditate auorum, textus ergo ille nullam facit differentiam inter dotem à patre, vel à matre datam, quoad obligationem nepotum eam imputandi in legitimam in ſucceſſione auorum, & licet ex præallegatis Doctoribus reſpondeatur textum *in d. l. illam* procedere, quando nepotes ſuccedunt cum patruis, vel materteris repræſentando perſonam patris, vel matris, quo caſu nepotes tenentur dotem matris imputare in legitimam iuxta tradita *ſuprà numer.* 211. non vero, quando ſuccedunt ea propria perſona matri ſuæ, tunc enim cum nepotes non acceperint ab auo, vel auia dotem, nec ab eorum ſubſtantia, ſed à matre, & ab illius ſubſtantia, nulla eſt ratio, ob quam cogantur conferre vel imputare dotem: nihilominus hæc reſponſio non videtur eluci ex illo textu loquente indiſtinctè, & contra eandem reſponſionem eſt, quod *ſuprà citato n.211.* notatum eſt ſcilicet, quòd vbi agitur de ſucceſſione aſcendentium ſemper aſcendentes ſuccedunt iuxta iura *d. n.21.* relata & plura alia à P. Barboſa *d. n.52. & 54.* adducta.

OPINIO SVRDI.

Surdus *allegato conſ.206. n.11. 14.* tenens (*vt ſuprà n.197. notatum eſt,*) nepotes matre filiafamilias defuncta attenta conſuetudine Martini non habere dotem iure hæreditario, neque vti hæredes matris, neq; tanquam hæredes aui, ſeu quid ab auo proueniens, ſed ex ſola conſuetudinis prouidentia, & diſpoſitione, ideò eodem *num.14. & 15.* concludit; quod nepotes non imputant dotem præfatam in legitimam ſibi debitam de bonis aui materni, quia ſicut ſi ſtatuto dos prædefuncta matre deferretur filiis, non imputarent in legitimam ſibi debitam in hæreditate aui materni, quia non haberent, vt quid proueniens ab auo de eius ſubſtantia, ſed vt lucrum illis proueniens ex legis, ſeu ſtatuti diſpoſitione, vnde filij prioris matrimonij non imputant in legitimam eam portionem, quam lex ſibi defert, ob tranſitum matris ad ſecunda vota iuxta, *l. hac edictali, Cod. de ſecund. nupt.* ſed habent illud vltra legitimam iuxta Baldum *ibi num.11.* Angelum *in §. optimè auth. de nupt.* Baldum *in l. vnic. Cod. de inofficio. teſtam.* Baldum *de lucro dotis qu. 27.* & plurimos alios Iuriſperitos à Surd. *d. n.15.* relatos & etiam ſi maritus lucretur dotem ob adulterium vxoris, vel vxor lucretur donationem propter nuptias propter adulterium viri, licet teneantur poſt mortem reſeruare filiis, tamen hoc lucrum, quod filiis defertur à lege non imputatur in legitimam, licet proueniat de bonis patris, per Rolandum *loco citato*, Decium *conſ.246. num.4.* & alios relatos ab eodem Surdo *eodem num.15.* Quemadmodum igitur lucrum delatum à lege, & ſtatuto non imputatur in legitimam, quia non dicitur prouenire ab auo, ſed ab ipſa lege vel ſtatuto, ita hoc lucrum dotis ex ſola diſpoſitione conſuetudinis Martini habentis vim legis *ſuprà d. num.197.* eſt dictum, & tenent omnes contra ius commune delatum Nepotibus eorum matre defuncta non debet imputari in legitimam aui, quia non habent, ab eodem auo, ſed a conſuetudine ita Surdus addens hac ratione Ripam *in d. l. in quartam n.55.* tenuiſſe contra Bartholum, & alios non teneri nepotes dotem imputare in aui legitimam quia non dicuntur habere ab auo, neque vti hæredes aui, cui tamen obſtat, quod contra interpretationem conſuetudinis Martini à Surdo datam, ſtat communis aliorum Iuriſperitorum interpretatio, & militant, quæ contra eundem Surdum tradita ſunt *citato num.195.* 214

OPINIO PETRI BARBOSÆ, & plurium aliorum.

Quarta, & vltima opinio eſt quod nepotes non ſolum ſi ſola virtute conſuetudinis Martini mortua matre dos illis deferatur tanquam à patre, ſeu auo materno, ad quam alias reuerti deberet, ſed etiam ſi mortua matre capiant ſeu habeant dotem tanquam hæredes matris in ea dote (ſiue quia ſecundum ius 215

commune

communè dos ex perſona matris tranſeat ad filios iuxtà tradita *ſupra num.*174.179.*&* 198. ſiue fuerat dos effecta præcipua filiæ, & in eius perſona conſolidata in ſolidum per emancipationem, per ſtipulationes iuxta tradita *à num.*202.*ad* 205. teneantur in ſucceſſione aui imputare in legitimam ſibi in hæreditate eiuſdem aui debitam: Doctores huius opinionis refert Theſaurus *d. deciſione* 237. *num.* 12. & ſunt Ripa *in d.l.in quartam num.*193. *&* 194.*ff.ad l.Falcid.ibidem.* Piccus *num.* 235. Imola *conſ.*63. Caſtrenſis *conſ.*248. Pariſienſis latiſſimè eam probans *in addit.* ad Alexandrum *conſ.*24. *lib.*1. & præter hos à Theſauro relatos P.Barboſa *in d. l.poſt dotem num.*51. *in fine, & num.*52. *ff. ſoluto matrimonio*, & veriorem, & æquiorem dicunt Antonius Theſaurus *d. deciſ.*237. *eodem numeo* 12. & eius filius Gaſpar Antonius *in Additione ad d. deciſ.*237. Quamvis vterque addat ab opinione contraria, vtpote communi *ſupra n.*198. relata non eſſe recedendum, ſicut de facto in caſu dictæ *dec.*237. noluit Senatus Pedamõtanus recedere. Ratio eſt, quia licet nepotes habeant à matre vt eius hæredes, habent tamen licet non immediatè tanquam prouenientem ab aui ſubſtantia, & ſic debent imputare, *d. l.quoniam nouella, ff.de inoff.teſtam.* Confirmatur iuxta tradita *ſuprà n.*205. ex P. Barboſa; quia ſiue conſuetudo ſiuè ius commune, ſiue peculiaris ſtipulatio transferat dotem à matre in filio, cenſetur ſemper transferre eo modo, quo erat penes matrem; mater autem, cum habeat dotem à patre non ſimpliciter donatam, ſed ex donatione ex cauſa, cum teneretur eam dotare, tenebatur imputare in ſuam legitimam, vt eodem *num.*205. notatum eſt, ergo & eius filij illius hæredes. Confirmat quoque Barboſa *d.num.* 52. per textum *in d. l.illam, Cod. de Collationibus*, qui textus (*vt ſuprà n.*213. notatum eſt) loquitur etiam in dote data per matrem, & aſcendentes per lineam maternam ad quos certum eſt non redire dotem (vt eodem *n.*213. dictum eſt) cum filium in poteſtate non habeant, nihilominus idem textus dicit, quòd Nepotes prædictis aſcendentibus ſuccedentes tenentur dotem maternam conferre, & imputare in legitimam illis debitam in hæreditate auorum, pugnat ergo textus ille contra communem opinionem *num.*198. traditam, & hæc opinio mihi quoque magis arridet, vt verè magis æqua, cum negari non poſſit in prædictis caſibus in quibus nepotes capiunt dotem iure hæreditario matris, eos habere bona dotalia vti prouenientia ex ſubſtantia aui; & quod non prouenit ei immediatè ab auo, ſed mediante matre non tollit, quin dotem habeant, vt prouenientem ab aui ſubſtantia, ex cuius patrimonio præceſſit dos, ac proinde imputanda erit iuxta, *d.l.quoniam nouella, & iuxta l.ſcimus §. repletionem Cod.de inoff.teſtam.* Plura alia in hac materia videantur apud Doctores *ſuprà numero* 193. relatos, & apud Ripam *in d.l.in quartam, ff.ad l.Falc.*

CAPVT IV.

De obligatione Patris dotandi filias.

SVMMARIVM.

Pater iure naturali obligante in foro conſcientiæ tenetur dotare filias naturales & legitimas etiam vltra quantitatem alimentorum neceſſariorum, ſi alioqui non poſſent nubere. n.1.2.& 3.

Etiam filium emancipatum. n.4.

Neque ea patris obligatio dotandi filias poteſt ſtatuto aut lege tolli, numero 5.

Neque pater in Teſtamento poteſt prohibere filias ſuas ab hæredibus dotari, n.5. & 6.

Neque filia poteſt etiam cum iuramento renunciare patri, vt eam non dotet, & ſi renunciet ſucceſſioni paternæ, non expellitur à iure petendi dotem, & alimenta, num.7.

Eodem iure naturali obligatur pater dotare filias illegitimas, naturales, & ſpurias, ibid.

Pater iure ciuili obligatur congruam dotem dare filiabus legitimis, & naturalibus tam in poteſtate quam emancipatis, & eo impotente auus paternus, numero 8. & 10.

Officium paternum eſt dotare filias, & in ſubſidium tenentur alij coniuncti. n.8. &.14.

Filias in poteſtate aui paterni exiſtentes pater ipſe diues dotare tenetur, non auus paternus, qui ſolum in ſubſidium ob patris inopiam dotare obligatur, numero 11. & 12.

Pater teneaturne, & cogatur dotare filias ſolo iudicis officio, an iure actionis, n.15.& 16.

Iure actionis, peti poteſt dos, quando ſuccedit in locum legitimæ, vel debetur ex ſtatuto, aut ex conſuetudine, num.17.

Dos (ſi debeatur ſolum iudicis officio) etſi ante promiſſionem non eſt verum debitum patris, neque verum æs alienum, eſt tamen quaſi æs alienum. n.18.

Ante dotem promiſſam pater poteſt alienare ſua bona, quia tunc nõn ſunt tacitè hypothecata pro dote, n.19.

Dos ante promiſſionem ſuccumbit patris creditoribus, ibidem.

Si tamen pater in fraudem dotis filiæ debitæ alienat bona, alienatio non præiudicabit filiæ, n.19.

Et ſi prodige, & male diſſipet bona, per iudicem poteſt ſeparari portio bonorum paternorum pro dotis aſſecuratione. ibid.

Inter filiamfamilias, & patrem pro dote poteſt eſſe lis, & iudicium, petita à filia venia à iudice; numero 20.

Pater tenetur, & collocare filiam nubilem in matrimonio, & dotare, n.21.

Et ſi ad vtrumque ſit negligens à quibus, & qualiter cogi poſſit, & videre eum compellere, vel eius negligentiam ſupplere quoad vtrumque; & an etiam à iudice Eccleſiaſtico poſſit compelli, ibid.

Iure ciuili per iudicem pater cogi poteſt ſolum, vt filiam in ſua poteſtate conſtitutam nubilem volentem nubere in matrimonio collocare, non emancipatam, & differentiæ ratio, n 22.

Et quid iure naturali, ibid.

Pater diues an teneatur de ſuo dotare filiam naturalem & legitimam diuitem habentem, & an inde ſe poſſit dotare, n.23.ad 26.

Dos præſtanda à patre in vita ipſius, & tota ſimul, numero 28.

Et non in vſufructu fundi, ſed in plena proprietate, ibidem.

Tenetur pater de ſuo dotare filiam ab extraneo, vel marito dotatam. n.31.

Non tenetur pater inops dotare filiam diuitem, numero 32.

Pater dotans filiam diuitem habentem bona aduentitia, & pro illa dotem promittens, an, & quando præſumatur ſoluiſſe vel promiſiſſe dotem ex propriis, & non filiæ ſiue in poteſtate ſiue emancipatæ, & ſiue ſit bonorum filiæ adminiſtrator, ſiue curator, Tutor, vel debitor filiæ latè. n.33. ad 55.

Quid ſi promiſerit dotem excedentem vires ſui patrimonij, & ſoluta dote promiſſa non ſupereſſent bona pro dotibus aliarum filiarum, & pro legitima filiorum, num.43.

Impenſas

Impenſas, quas pater fecit propter nuptias pro filio, præſumitur feciſſe de ſuo, n. 45.

Item donationem propter nuptias, n. 46.

Hæres patris præſumitur dotare filiam licet diuitem de bonis hæreditariis. n. 46.

Auus paternus mortuo filio ſimpliciter dotans neptem ex filio cenſetur dotare ex propriis bonis, non ex bonis filiæ, n 47.

Pater, vel auus paternus non præſumitur dotem filiæ, vel nepti conſtituere ex bonis maternis filiæ ſed ex propriis, n. 48.

Pater ſimpliciter dotans filiam, ſeu pro ea dotem promittens ſi ſit penitus inops, vel careat bonis ſufficientibus ad ſoluendam dotem promiſſam præſumitur promiſiſſe de bonis filiæ, quatenus bona propria deficiunt, & quid ſi redierit ad pinguiorem fortunam, num. 49. & 82.

Quid quando ſoluta dote promiſſa, non ſuperſunt, alia bona ſufficientia pro legitima aliorum filiorum, vel pro dotibus aliorum filiorum, n. 53. 54. 55.

Quando filia prius de bonis ſuis dotem promiſit; & pater poſtea illam ſoluit, an præſumatur ſoluiſſe de bonis filiæ, vel de ſuis propriis, n. 50.

Pater, qui vnam filiam jam dotauit partim de bonis propriis, & partim de bonis filiæ, poſtea ſimpliciter dotans aliam filiam an præſumatur, & hanc dotaſſe de bonis propriis, & ipſius filiæ, n. 51. & 52.

Vbi an pater in dubio præſumatur velle ſeruare æqualitatem inter filios, & an poſſit majorem dotem vni filiæ, quam alteri dare, n. 52. & 55.

Quando pater promiſit, & ſoluit pro filia dotem exceſſiuam inofficioſam filij mortuo patre etiam conſtante matrimonio poſſunt reuocare dotem, quatenus eorum legitimas lædit, n. 54. & 55.

In Regno Caſtellæ pater ſimpliciter promittens dotem, vel dotans communem filiam, cenſetur promittere, & dotare de bonis conſtante matrimonio lucratis communibus inter maritum, & vxorem, ſi conſtante matrimonio dotauit, n. 56.

Et quid ſi ſoluto matrimonio per mortem matris, numero 57.

Quid in Regno Portugalliæ, n. 58.

Pater ſi dixerit ſe dotem dare, vel promittere de bonis ſuis propriis, & de bonis filiæ maternis vel aliis aduentitiis intelligitur dotare, & promittere tantum de bonis propriis principaliter, & in ſubſidium de bonis filiis, n 59.

Et idem ſi dixerit, ſe conſtituere de bonis filiæ, & ſuis, num. 60.

Etiamſi filia ſit diues, num. 61.

Et dos ſit exceſſiua, ſi ad eam ſoluendam ſuffiſiunt patris facultates, num. 62.

Et etiamſi promiſſio dotis fuerit facta filiæ ipſi, non genero, num. 63.

Et etiamſi promiſſioni paternæ dotis de bonis ipſius patris, & eiuſdem filiæ expreſſè filia conſenſeris, numero 64.

Et quid ſi filia conſentiens renunciauerit bonis maternis, n. 65. & 66.

Si pater promittens dotem de bonis ſuis, & filiæ animo intendiſſet promittere partem dotis de bonis filiæ in foro conſcientiæ excuſaretur à ſoluenda tota dote, numero 62.

Quando filia nihil ex bonis maternis recepit, & illis renunciat, renunciatio etſi facta cum iuramento non reuocandi eſt nulla, num. 66.

Cum aliquid de bonis maternis filiæ datum eſt, vt renuncies paternis, & maternis, ſi læſio etiam tantum enormis interueniſſet, poteſt filia obtenta abſolutione à iuramento reſtitui in integrum, etiamſi ſit major, ibidem.

Si pater promittat expreſſè dotem, vel de facto det de bonis filiæ nulla facta mentione propriorum bonorum, dos intelligitur conſtituta de bonis filiæ ſi ipſa non conſenſerit, n. 66. 67. & 70.

An idem ſit, ſi conſtituat, vel promittat dotem nomine filiæ, n 68.

Præfatæ promiſſioni paternæ tenetur filia conſentire, ſi ſuũ negotium ſit vtiliter geſtum, n. 69.

Si pater promittens dotem pro filia de bonis ſuis, & filiæ exprimat certam quantitatem, puta mille de ſuis, & mille de bonis filiæ, bona filiæ pro mille veniunt in promiſſione, n. 71.

Idem ſi promittat mille pro dote declarans ſe promittere quingentos ex ſuis, & quingentos ex bonis filiæ, vel quod æquè principaliter bona filiæ veniant in promiſſione. n. 72. & 73.

Quæ tamen proteſtatione, ſeu declaratione non obſtante filia poteſt cogere patrem ad dandum ſibi dotem congruam ex ſuis bonis propriis implorato iudicis officio licet non poſſit patrem conuenire ex illa promiſſione, num. 75.

In præfatis caſibus ſi paternæ promiſſioni filia non conſenſerit, promiſſio quoad bona filiæ non poteſt ſortiri effectum, niſi filiæ negotium ſit vtiliter geſtum, numero 76.

Promiſſioni patris declarantis, quod promittebat dimidiam partem dotis de ſuis, & dimidiam de filiæ bonis, vel æquè principaliter de ſuis, & filiæ, ſi filia expreſſè, vel tacitè conſenſerit, an filiæ bona pro medietate remaneant obligata, & ipſa non poſſit cogere patrem ad ſibi conſtituendam integram dotem de ſuis, numero 77.

Si pater in promiſſione dotis dixerit, promitto dotem pro omni, & toto eo, quod ei debetur ex bonis maternis, vel aliunde, an dos cenſeatur conſtituta principaliter ex bonis filiæ, & in ſubſidium ex bonis patris; n. 78. 79. 80.

Pater, qui dotem ſimpliciter promiſit vel de bonis ſuis, filia habens facultates ad integram dotem ſoluendam, ſi ea ſoluta non remanebunt bona ſufficientia ad ſuam & familiæ ſuſtentationem an intelligatur adhuc de bonis ſuis tantum promiſiſſe, vt ſoluere teneatur totam dotem vel poſſit deducere ne egeat, & æs alienum, n. 83. ad 86.

Pater qui tempore promiſſionis ſciens ſe inopem, & non habere facultates idoneas ad ſoluendam promiſit certam dotem pro filia nulla habente bona, poteſt à genero conueniri vltra id, quod facere poteſt, numero 86.

Patre, & matre ſimul promittentibus dotem non excedentem vires patrimonij paterni Dos cenſetur promiſſa principaliter ex bonis paternis, n. 87.

Dos defuncto patre per matrem, & fratrem ſimul promiſſa pro filia, intelligitur promiſſa & conſtituta ex maternis, & fraternis bonis in partes, n. 87.

Pater ſimpliciter dotans, ſeu promittens dotem pro filia naturali cuius bona adminiſtrat an intelligatur conſtituiſſe de ſuis, vel de filiæ bonis, ſeu animo compenſandi, n. 88 & 89.

Quid ſi bona filiæ non adminiſtret, nec ſit illius debitor, n. 90. & 91.

Pater nullo iure tenetur de ſuo dotare, filiam naturalem diuitem. n. 89.

Si pater naturalis, & extraneus promiſerit dotem nomine filiæ; ſeu mulieris an dos cenſeatur donata, numero 93.

Si filia naturalis, ſeu mulier jam promiſiſſet dotem ſponſo, vel marito pro ſe, & pater, vel extraneus poſtea pro ea ſimpliciter dotem promittat, an præſumatur feciſſe animo donandi vel gerendi negotium filiæ, numero 94.

Frater

Frater habens bona communia cum ſorore, ſi ex illis pro ſorore dotem ſimpliciter promittat, an cenſeatur partem ſibi contingentem donare, n. 95.

Quid ſi mater ſimiliter habens bona communia cum filia illa adminiſtrans ſimpliciter promittat, vel det dotem pro filia, n. 96.

Pater filiæ de eius conſenſu, & eo ſciente, & non contradicente nupta etiam diuiti ſine dotis promiſſione tenetur dare congruam dotem, n 97. & 98.

Et poteſt filia nupta cogere patrem ſibi dotem conſtituere, num. 99.

Etiamſi extraneus illam dotaſſet, n. 100.

Niſi dotaſſet contemplatione patris, ibidem.

Et nubendo ſine promiſſione dotis non cenſetur legitimæ aut doti renunciaſſe, n. 98.

Nupta cum modica dote poteſt cogere patrem ad ſupplementum vſque ad congruam dotem, n. 101.

Filia nupta ſine dote poteſt, & debet à patre conſtitui dos ex bonis fideicommiſſo ſuppoſitis, n. 102.

Si ei data ſit dos tenuis viro conſentiente ipſa non poteſt alienare bona fideicommiſſi ſibi à patre relicti, vt ſibi dotem augeat; ibid. & n 103.

Et multò minus ſi pater ei reliquit dotem, qua commode nubere potuit, ibid.

Filia nupta ſine dote ad ſuos heredes tranſmittit ius petendi dotem, ſicut, & jus petendi legitimam, n. 104.

Eadem dos filiæ nuptæ ſine dote conſtituta habet dotis priuilegia.

Filiamfamilias majorem 25. annis inſcio, & inuito patre nuptam viro digno etiam diuiti ſine vlla dotis promiſſione pater tenetur, & cogi poteſt congruenter dotare, num. 107.

Idem ſi nupſerit viro vili libero, n. 108.

Quo caſu minorem dotem tenetur, dare pater, quàm debuiſſet dare, ſi digno nupſiſſet, ibid.

Quid ſi eadem filiafamilias ante 25. annum non tamen ante tempus à ſtatuto vel conſuetudine inductum ſine conſenſu patris nupſerit viro digno, vel indigno, n. 109.

Filiæ emancipatæ poſt 25. annum nubenti mancipio abſque patris conſenſu non tenetur pater dare dotem ſed tantum alimenta ſimpliciter neceſſaria, ſi ipſa, & maritus eſſent omnino pauperes, ibid.

Ex quibus cauſis filia poteſt à patre exhæredari, poteſt dote priuari, n. 111.

Quæ ſint hæ cauſæ. n. 112.

Lex loquens de filia poſt 25. annum nubente &c. vel peccante in corpus ſuum intelligitur de 25. completo, vt nec dies vna deficiat, ibid.

Filiafamilias minor 25. annis ſine conſenſu patris nubens viro ſiue digno, ſiue indigno an iure ciuili poſſit à patre priuari alimentis, legitima, & dote, & qui ſit in hac materia indignus, n. 113. ad 126.

Filia vidua 25. annis minor, & filia virgo emancipata ſine patris conſenſu nubens indigno an poſſit à patre exhæredari, & dote priuari, vel ei minor dos dari, numero 128.

Ordinatio Regni Portugalliæ priuans hæreditate filias minores ſine parentum conſenſu nubentes, vel ſtuprum committentes, an comprehendat filias viduas, & filias contrahentes tantum ſponſalia, ibid.

Filia minor nubens indigno, & turpi ſi etiam pater eſt turpis, an dotem conſequatur, n. 129.

Filiam nubentem indigno ſine conſenſu patris, qui illam viro indigno volebat tradere, tenetur dotare iuxta viri conditionem, n. 130.

Ad euadendas pœnas latas contra filias ſine conſenſu patris nubentes an ſufficiat conſenſus tacitus, & ex poſtfacto, & quando iſte conſenſus præſumatur, numero 131.

Filiamfamilias minorem nubentem ſine patris conſenſu ſiue viro digno, ſiue indigno an iure canonico pater teneatur dotare, numero 134. ad 140.

Quibus in caſibus filia minor poſſit nubere inuitis parentibus, n. 134.

In Regno Portugalliæ, Franciæ, Cathaloniæ per ſtatuta peculiaria filiæ minores ſine parentum conſenſu nubentes priuantur legitima, dote, & alimentis, numero 141.

Præfata an, & quando valeant, n. 142. ad 148.

Lex Tauri 49. conſtituens filios & filias contrahentes matrimonium clandeſtinum poſſe exhæredari, & dote priuari an valeat, & quomodo intelligenda remiſſiue, n. 150.

Si dum pater tractabat collocare filiam minorem in matrimonium in tempus 25. annorum, vel ſtatutarium, ſeu conſuetudinarium labatur, & eo elapſo filia nupſerit ſine patris conſenſu, vel peccauerit in corpus ſuum, an ſubjaceat pœnis nubentium ſine parentum conſenſu, vel peccantium in corpus ſuum, num. 150. & 151.

Filiæ excedenti ætatem nubilem nondum nuptæ pater tenetur aſſignare congruam dotem, n. 151.

Pater tenetur dare congruam dotem volenti ingredi monaſterium, & jam ingreſſæ, & ſine eius conſenſu, & conſilium ſolitum dari cauſa ingreſſus in religionem, etiam ex bonis fideicommiſſo ſubjectis, & quanta dos ſit danda & an minor, quam nubenti carnaliter, latè. n. 154. ad 162.

Vaſſalli etiam, qui tenentur Principi, vel Domino feudi dare ſubuentionem pro filia, vel ſorore eius maritanda, tenentur pro monachanda, licet non cogantur dare ante matrimonium, vel profeſſionem, n. 156.

Filia ingrediente monaſterium, vel jam ingreſſa ſi pater ſuper altari ponat certam pecuniæ quantitatem, compuſatur in legitimam, & eius loco ſuccedit, n. 163.

Dos, quæ datur pro ingreſſu monaſterij habet tacitam hypothecam, & alia dotis priuilegia, ibid.

Pater judæus, & infidelis tenetur dotare filiam catholicam conuerſam, n. 164. & quid ſi habeat tantum bona ex vſuris acquiſita, ibid.

Si Pater, & filia ſunt judæi circa dotem ſeruandum eſt jus commune, n. 165.

Si Pater ſit Catholicus, & mater judæa, & infidelis, an mater teneatur dotare filiam Catholicam, n. 166.

Si vterque ſit infidelis pater tenetur dotare, ibid.

Pater hæreticus tenetur dotare filiam hæreticam, & etiam catholicam, n. 167.

Pater catholicus an, & quando teneatur dotare filiam hæreticam, n. 168.

Et filiam judæam, & infidelem, n. 169.

Pater adoptiuus conjunctus tenetur de ſuo dotare filiam adoptiuam, n. 171.

An, & pater adoptiuus extraneus, n. 172.

Pater non tenetur iure ciuili dotare filiam illegitimam pure naturalem diuitem, n. 174.

Tenetur autem dotare pauperem, quæ non poteſt ſe dotare, n. 176. & 179.

Dos minor debetur tam filiabus naturalibus, quàm naturalibus, & legitimis, n. 177.

Non debet eſſe minor quantitate alimentorum illi debitorum iuxta eius conditionem, perſonas & facultates patris, & morem patriæ, n. 178.

Et ſi tanta dote non inueniretur maritus æqualis, ſeu idoneus foret dos augenda, n. 179.

Et etiam filiæ naturali volenti ingredi monaſterium danda eſt dos congrua iuxta conditionem & conſuetudinem monaſterij, n. 180.

Et pro dote filiæ naturalis bona fideicommiſſi poſſunt alienari non obſtante etiam prohibitione alienandi ex cauſa dotis, n. 181.

Onus dotandi filiam naturalem an tranſeat ad hæredes patris, n. 184.

An pater teneatur dotare filiam naturalem, quæ abſque eius conſenſu nupſerit, n. 182.

Pater non debitor filiæ, neque bonorum illius adminiſtrator ſi ſimpliciter dotauerit filiam naturalem diuitem cenſetur dotaſſe de ſuo, & animo donandi, n. 183.

Dos à patre ſimpliciter data filiæ naturali, ea defuncta relictis, vel non relictis filiis an redeat ad patrem, vel tranſeat ad filiæ liberos, eiuſve hæredes ab inteſtato, vel ex Teſtamento, n. 185. ad 189.

Vaſſalli obligati contribuere pro dotandis filiabus Principis, vel Domini tenentur etiam pro dotandis filiabus illegitimis, n. 189.

Quæ circa onus dotandi filias legitimas à Doctoribus traduntur, per eoſdem accommodantur filiabus illegitimis, n. 190.

Iure Canonico pater tenetur dotare filiam ſpuriam vſque ad quantitatem alimentorum, & quid ſi exceſſerit, n. 193. 194. 195. & 196.

In ea conſtituenda ſeu taxanda dote filiabus illegitimis à iudice habendus eſt reſpectus ad diuitias paternas dignitatem, & conditionem patris, & filiæ, & ad patriæ conſuetudinem, n. 198. & 199.

Et quæ dos filiæ ſpuriæ dicenda ſit congrua etiamſi ſit filia nobiliſſimi, & locupletiſſimi viri, num. 199.

Dos debetur filiæ ſpuriæ ingredienti, monaſterium, & in qua quantitate, n. 200.

An debeatur filiæ ſpuriæ ſine patris conſenſu nuptæ, numero 201.

Pro dote ſpuriæ poſſunt alienari bona fideicommiſſi, numero 202.

Ex fructibus, ſeu redditibus Eccleſiaſticis pater clericus beneficiarius non habens alia bona poteſt & tenetur dotare filiam ſpuriam, quod non prohibetur conſtitutione Pij V. n. 203. 204.

Non ſolum de bonis propriis, ſed etiam de redditibus Eccleſiaſticis, & quibuſcumque bonis in vſus pios erogandis, de quibus quis habet liberam poteſtatem diſtribuendi in vſus pios tenetur cæteris paribus ſubuenire potius conjunctis, quam extraneis, n. 204.

Hæres patris an teneatur ad idem onus dotandi filiam ſpuriam, n. 205.

Vaſſalli obligati contribuere pro dotandis filiabus, vel ſororibus Principis, ſeu Domini feudi tenentur etiam pro dotandis eorum ſpuriis, n. 206.

Dos data filiæ ſpuriæ ea defuncta cui, vel quibus ſit reddenda, ſeu danda, n. 207. ad 211.

Pater tenetur dotare filiam naturalem, vel ſpuriam legitimatam, n. 211.

Dote pro filia à patre genero data omiſſa, vel perdita etiam ſine culpa filiæ pater conſtante matrimonio non tenetur nouam dotem conſtituere eidem filiæ, n. 212.

Amiſſa vero, aut conſumpta matrimonio conſtante, vel eo ſoluto ſine culpa filiæ, eam ſecundo nubentem pater tenetur dotare, ſiue in totum, ſiue pro parte fuerit amiſſa, & etiamſi filia ſit emancipata, vel illegitima, vel velit in viduitate permanere, n. 214. ad 271.

Si fuerit amiſſa dolo vel culpa filiæ pater non tenetur illam iterum dotare, niſi filiafamilias poſt ſolutum matrimonium ſibi dotem ſine patris conſenſu ſolutam conſumpſerit, n. 218.

Quid ſi ex culpa leui tantum, vel leuiſſima dotem perdiderit, n. 219.

Vel culpa non præmeditata, & non ordinato ad caſum, n. 220.

Filiæ, quæ doloſe, vel lata culpa amiſit, ſeu conſumpſit dotem, nubenti tenetur pater dare dotem vſque ad quantitatem alimentorum, quæ ſuſtentationi ſunt ſimpliciter neceſſaria, n. 221.

Pater inops, qui non poteſt ſe alere, & dotare non tenetur filiam dotare, n. 222.

Intelligitur ſi non poteſt te alere honeſtè iuxta ſuam conditionem, & etiamſi non poteſt ſatisfacere, & vi aliena dotem ſoluit, n. 223.

Ad cognoſcendum, vtrum pater poſſit ſe, & familiam alere, & ſimul debere quænam ſint attendenda, n. 223. & 224.

Ad patrem ſpectat onus probandi paupertatem, & inſufficientiam ad ſe alendum, & dotandum filiam, numero 225.

Et ſi poteſt deductis alimentis ſoluere partem dotis, debet ſoluere, n. 226.

Si pater malè vtatur bonis illa prodige diſſipando quid agendum, vt ſit ſalua dos filiæ debita, n. 227.

Pater, qui non habet niſi vſumfructum in bonis aduentitiis filiæ, & non alia bona, ſi filia non receperit maritum cum ſola proprietate bonorum, compellitur dotare eam etiam de vſufructu, n. 228.

Si pater furioſus, vel mente captus contraheret de facto matrimonium, & haberet filiam, & poſtea recuperaret mentis iudicium, an teneretur eam dotare, illáque eſſet legitima, n. 229.

Pater ex quibus cauſis poteſt filios exhæredare, poteſt, & filiabus dotem denegare, n. 230.

Ad patrem ſpectat onus probandi ingratitudinem filiæ, ſeu cauſam iuſtam exhæredationis, ibidem, qua probata tenetur adhuc pater ei dare dotem vſque ad quantitatem alimentorum ſimpliciter neceſſariorum, ſi illa aliunde non poſſit habere; ibidem.

Hæredes patris, qui viuens filiam iuſte exhæredauit, non tenentur illam dotare niſi vſque ad quantitatem præfatorum alimentorum, n. 231.

Filiafamilias minor 25. annis iure ciuili poteſt priuari dote ſi volentibus parentibus eam collocare in matrimonio cum dote congrua peccauerit in corpus ſuum viuendo luxurioſe, n. 234.

Intelligitur de filia, quæ non complevit 25. annum, & quæ elegerit vitam luxurioſam, ibid.

An prærequiratur monitio parentum, n. 236.

An ſufficiat vnus concubitus, vel plures, vel cum pluribus, vel in lupanari, n. 237. & 238.

An ſufficiat vita luxurioſa ab carnali copula interuenientibus tantum tactibus impudicis, n. 239.

Si pater etiam ſit meritricator an filiæ prædictæ poſſit dotem denegare, n. 240.

Mater luxurioſe viuens an poſſit dote priuare filiam ob eius malam vitam, n. 241.

Et quid ſi mater ſit correcta, & ſufficiat eſſe emendatam tempore mortis, vel debeat tempore teſtamenti, ibid.

Filia inhoneſta ante exhæredationem emendata an poſſit priuari dote, n. 243.

Et quid ſi emendatio ſubſequuta ſit poſt teſtamentum exhæredationis, & priuationis dotis, n. 244.

Emendatio quibus præſumatur, ibid.

Pœna præfata exhæredationis, & priuationis dotis tollitur per reconciliationem patris ſequutam ante exhæredationem, & priuationem factam, n. 245.

Exhæredatio jam facta an tollatur per ſubſequutam patris reconciliationem, n. 245. & 246.

Reconciliatio patris quando præſumatur, n. 247.

DE hac materia obligationis paternæ dandi dotem filiabus plura tradidi *in tractatu de contractu matrimonij c. 11. à n. 170. cum pluribus ſeqq. & in præcedenti parte 2. de effectibus contractus matrimonij*, quæ tota eſt de alimentorum præſtandorum obligatione, quæ ergo in prædictis tractatibus plene, vel ſufficienter explicata ſunt, breuiter percurram, alia *ibid.* relicta plenius declarabo ſic.

§. I.

§. I.

An pater teneatur iure naturæ in conſcientia, & coram Deo obligante prouidere de dote filiabus naturalibus, & legitimis pro matrimonio.

1 FErdinandus Vaſquius *de ſucceſſionum creatione libro 2. §. 30. ſeu ibidem numero 301. 305. & duobus ſequentibus*: tenuit alimenta filiis à parentibus non deberi iure adſtringente, & obligante, ſed tantum iure ciuili, & ſic obligationem parentum alendi filium maiorem 38. annis poſſe per legem non recognoſcentis ſuperiorem tolli (quem quoad vtrumque reprobaui *in præcedenti parte de alimentorum obligatione capite 1. numero 7. & n. ſeqq. & cap. 20. n. 1127.*) *ita eod. §. 20. numero 311.* idem dicit de dote; ſcilicet non eſſe à parentibus debitam iure naturæ, ſed tantum iure ciuili, & ſic valere legem, vt pater inuitus non teneatur filiam dotare, cum dos, inquit, & alimenta in hac materia æquiparentur.

2 At pro indubitato aſſerendum, patrem iure naturæ, & ex pietate paterna, & ſic ex quaſi iuſtitia dotari filias naturales, & legitimas ſaltem vſque ad quantitatem alimentorum ad vitæ ſuſtentationem neceſſariorum, ita expreſſe Rebellus *de obligat. iuſt. pact. 2. l. 5. q. 4. num. 6.* & Fragoſus *de regim. Chriſt. Reſpub. p. 3. diſput. 5. num. 4. & 12.* & Bonacin. *de præceptis decalog. diſp. 6. §. 1. n. 1.* & Franciſcus Molinus *de ritu nupt. l. 3. q. 65. n. 56.* & hoc idem proculdubio ſentiunt omnes Theologi, & Iuriſperiti *in prædicta præcedenti, parte de aliment. obligat. c. 1. n. 6. relati*: aſſerentes alimenta vitæ neceſſaria filiis à parentibus debita eſſe iure naturali, & ex pietate paterna, ex quo aſſertum probatur, quia ſi pater ex eo, quod eſt principium, & cauſa filiorum tenetur iure naturali obligante in conſcientia; & ex pietate paterna, in qua fundatur quartum decalogi præceptũ alere filios, vt allegato *c. 1. d. n. 6. 7. & 8.* latè probatur ergo, & filiabus dare dotem pro matrimonio, qua in eodem matrimonio poſſint ſuſtentari ne alioqui cogantur manere innuptæ periculo incontinentiæ expoſitæ, & certè ſi pater ex eo quod pater eſt, per ſe, & abſolutè ipſo lumine naturali diſtinctè obligatur in foro conſcientiæ præſtare filiis alimenta, à fortiori obligatur filiabus dare dotem propter periculum pudicitiæ, & honoris, quod imminet (vt *præfata præcedenti p. de alimentorum obligatione, cap. 6. num. 202.* oſtendi) cum ſine dote, & matrimonio mulieres plerumque turpiſſimo vitæ inſtituto, ac illecebris alliciantur, vt poſt Bald. *in conſ. 456. numero 10. lib. 5.* Paleotus *de nothis, & ſpuriis, quæſt. 49. per totam*, Rot. Rom. *deciſ. 30. numero 7. parte 7. diuerſorum Rubei*: vnde eodem *capite 6. numero 242.* notaui dotem dari ex cauſa publica, vt mulier virum inueniat, & ne periculo meretricandi exponatur, quod etiam explicaui latius *hac parte de dote, capite 2. num. 138.* confirmatur idem aſſertum; quia patri incumbit onus habendi curam, & particularem prouidentiam filiorum, vt ait S. Thomas 2. 2. *quæſt. vltima art. 6. & probat illud Apoſtoli 1. ad Timoth. quinto. Si quis ſuorum maxime domeſticorum, curam non habet, fidem negauit, &c.* At cura, & prouidentia paterna maximè verſatur circa ſpectantia ad honeſtatem, vitam, & ſtatum liberorum, cum ergo dos filiabus ad pudicitiam, & ſtatum illorum requiratur, de illa illis pater iure naturali, & ex pietate paterna, quæ nititur quartum præceptum Decalogi, prouidere cogitur.

3 Ex quibus infertur patrem eodem iure naturali, & ex obligatione pietatis paternæ teneri filiæ præſtare

dotem etiam excedentem alimentorum quantitatem, quando ipſæ filiæ ſine tanta dote non poſſent maritum inuenire, ad quod etiam faciunt tradita à me allegato *cap. 6. n. 209* poſt Roland. *conſ. 85. n. 13. vol. 1.*

Infertur quoque eadem obligatione iuris naturalis patrem teneri dotare tam filiam emancipatam, quam eam quam habet in poteſtate, cum in vtraque militet eadem ratio, quia eſt pater, principium, & cauſa, & iure naturæ nulla eſt differentia inter filios in poteſtate, & emancipatos, & obligatio alendi filios & dotandi filias non prouenit ex patria poteſtate, ſed ex coniunctione ſanguinis, & pietate naturali parentum erga filios, ſuper qua fundatum eſt præceptum quartum de honorando parentes vt *ſuprà* dictum eſt, & latius probatum *in præcedenti parte de alimentorum obligatione, c. 1. n. 7. & 17.* 4

Infertur etiam contra Vaſquium ſtatuto, vel principis lege non poſſe caueri, vt pater non teneatur ſeu inuitus cogi poſſit præbere filiabus dotem etiam vſque ad quantitatem alimentorum eamvè quantitatem, ſine qua non poſſit maritum inuenire, quemadmodum etiam ſimili ſtatuto, aut lege alimenta ad vitæ ſuſtentationem à parentibus debita filiis tolli non poſſunt (vt *præcedenti parte de alimentorum obligatione c. 20. numero 1587. & ſeqq.* probaui) quia ea, quæ ſunt iuris naturalis per legem poſitiuam, & humanam tolli, & abrogari non poſſunt. 5

Et multò minùs pater in ſuo Teſtamento poteſt tollere obligationem ſuam dotandi filias prohibendo, nè illis à ſuis hæredibus dos præfata detur, ſicut etiam non poteſt prohibere ne filiis præſtentur debita alimenta, vt *allegato ſ. capite 20. numero 1133.* probatum eſt, quia etiam, nec pater nec alius aſcendens in ſua vltima voluntate poteſt tollere ſuam obligationem dandi fœminis deſcendentibus dotem congruam iuxta leges ciuiles debitam, ſiue deobligare hæredes, ne teneantur illas dotare ſiue prohibendo alienationem ſuorum bonorum immobilium etiam in caſu dotis deficientibus aliis bonis mobilibus, quia quis facere non poteſt, vt leges, locum non habeant in ſuo teſtamento, ita poſt Surd. *dec. 62.* Fuſar. alios allegans *de ſubſtitut. quæſt. 535. num. 71. & quæſt. 533. num. 20. & conſ. 7.* & alios referens Rota *deciſ. 312. num. 8. p. 6. diuerſorum apud Rubeum.* 6

Item ex præfato aſſerto infertur, patrem iure naturali obligari ad dandam dotem etiam filiabus illegitimis quibuſcumque naturalibus, & ſpuriis vſque ad quantitatem alimentorum vitæ neceſſariorum, & eam quantitatem ſine qua non poſſunt viros inuenire, ſicut, & tenetur pater eodem iure naturali præbere alimenta vitæ neceſſaria quibuſcumque filiis illegitimis naturalib. & ſpuriis, vt per allegata *præcedenti parte de aliment. obligat. c. 1. n. 17.* latè probaui, conſtat hoc Corollarium ex ſupradictis, & ex traditis *d. c. 1. n. 7. 8. & 17.* quia obligatio habendi curam filiorum, illos alendi, & dotes pro ſtatu eligendo, in quo ſine pudicitiæ periculo viuere queant præſtandi non prouenit præcisè ex vinculo matrimonij, neque ex poteſtate patria, ſed ex pietate naturali parentum erga filios, vt *ibidem.* & hic oſtenſum eſt, & ſentiunt Doctores communiter, quos *d. cap. 1. n. 16.* allegaui. 7

Denique infertur filiam non poſſe renunciare doti, ſeu renunciare patri, quod eam non dotet, nec valebit renunciatio, etiamſi facta cum iuramento de ea non reuocanda, id quod etiam expreſsè tradidit Ludouic. Rom. *in leg. 1. ff. ſolut. matrimonio*, & Paleotus *de dote., numero 79. & 123.* & probant tradita *in præcedenti parte de alimentorum obligatione, capite 20. numero 1147. & 1148.* vbi oſtenſum eſt renunciationem alimentorum futurorum factam per filium iuramento confirmatam eſſe nullam quoad alimenta iure naturali 8

illi à patre debita, cum dos ſit magis neceſſaria filiabus, & non minus iure naturali debita, quam alimenta, cum ſit illis neceſſaria non ſolum pro ſuſtentatione vitæ ſed, & pro conſeruanda pudicitia, & quod filia non poſſit renunciare iuri dotis præter allegatos Doctores aſſerunt Ancharanus *in cap. quamuis 2. not. de pactis in 6.* & Io. Baptiſta de Barbobus *de filiisfamil. quæſt. 42. num. 25.* addens *num. 6.* ex Aleaandro *in l. ſtipulatio hoc modo concepta, numero 9. ff. de verb. oblígat.* quod licet filia renunciaret ſucceſſioni paternæ non tamen repelleretur à iure petendi dotem, & alimenta per notata *in leg. fin. Cod. de dotis promiſſione.*

9 Cæterum communis Theologorum, & Iuriſperitorum ſententia, & res clariſſima eſt, ex iure ciuili patrem teneri congruam dotem pro matrimonio dare filiabus naturalibus, & legitimis, ita omnes Summiſtæ initio huius operis relati, ex Theologis Molina *de Inſt. tom. 2. diſputatione 424. n. 1.* Rebell. *d. quæſtio. 4. n. 1.* Fragoſ. *loco ſuprà num. 2. allegato*, Sanchez *de matr. lib. 4. diſput. 26. num. 2.* Layman. *lib. 3. theol. mor. tract. 4. cap. 13. num. 5.* Villalobus *in ſum. tom. 2. tract. 13. difficultate tertia num. 1.* Caſtrus Palaus *de iuſt. & iur. diſputat. 9. punct. 4. §. primo numer. 1.* & Bonacina *alleg. diſp. 6. de præcept. decalog. punct. 6. §. 2. numero 1.* ex Iuriſperitis ſcribentes *in l. qui liberos. ff. de ritu nupt. & in leg. fin. Cod. de dotis promiſſione* Hotomanus *in diſputatione de dote, pagina 91.* Ioan. Boſcheus *de legitimis nuptiis, lib. 5. num. 14* Baldus Nouellus *de dote, part. 6. priuil. 3. & 15.* Campegius *de dote part. 1. quæſt. 13.* Palacius *in repet. in capite per veſtras de donat. inter vir. & vxor. §. 14. num. 1. & §. 24. not. 39 numero 1.* Conſtantius Rogerius *de dote quæſt. 2. num. 1. & ſequentibus*, Antonius Gubertus *de dote capite 3. numero 5.* Paleotus *de dote numero 62.* Tuſchus verbo *Dos concl. 780. num. 1. & ſequentibus* Couarruuias *de ſponſ. p. 2. cap. 3. § 8. num. 7.* Menoch. *de arbitr. caſu 460. de præſumpt. lib. 4. præſ. 189. num. 6. conſ. 8. n. 19. conſ. 81. num. 1.* & alij *locis infrà allegatis*, Vaſquius *de ſucceſſionum progreſſu lib. 1. §. 4. numero 57.* Gomez *ad l. 50. Tauri, num. 21.* Corduba à Lara *in l. ſi quis à liberis, §. non tantum num 44. & ſeqq. ff. de liber. agnoſc.* Padilla *in auth. res, quæ n. 59. Cod. comm. de legat.* Mantica *de tacitis, & ambig. conu. l. 12. tit. 16. numero 4. & ſequentibus*, Petr. Barboſa *in l. 1. parte 4. initio, & num. 1.* Rota Romana *deciſ. 431. num. 9* apud Seraphin. *& alibi* ſæpè Gaillus *obſeruat. lib. 2. obſeruat. 95.* Gutierrez *de ſponſ. & matr. capite 80. num. 6.* Brunonus à Sole *in quæſtionibus legalibus, quæſt. 43. n. 24.* Aſcanius *clem. de patria poteſt. effectu 11. numero 2.* Surdus *de alimentis tit. 3. q. 3. numero 26. & tit. 6. q. 18. numero 20.* Paſchalis *de patria poteſt. parte ſecunda, capite 6. numero 2. ibid.* Franciſcus Molina Pratus *in annot. verſic. præmittendum*, Io. Baptiſta de Barbobus *de filiisfam. quæſt. 42.* Giurba *deciſ. 45. numero 27.* Valaſcus *conſ. 2. num. 11.* Canagnol. *in addit. ad conſ. 81.* Menoch. *num. 17.* Faber. *in Cod. lib. 5. tit. 21. definit. 31. num. 2. & tit. 16. definit. 7.* Molfeſius *ad conſuet. Neap. parte 6. quæſt. 4. numero 1.* Fontanell. *de pact. nupt. tom. 2. clauſ. 5 gloſſ. 1. parte 1. num. 28. & clauſ. 9. gloſſa vnico parte 1. num. 10* Antonius Sola *in conſuet. Saband. tit. de alienatione bonor. minor. & mulier. gloſſa 2. n. 14.* Camillus Borellus *in ſum. deciſ. parte 3 tit. 4. n. 27.* Auguſtinus Barboſa *Collect. ad d. l. fin. n. 7. Cod. de dotis promiſſione*, & plurimi alij apud præcitatus, præſertim apud Borellum, & Auguſtinum Barboſam, & conſtat *ex d. l. qui liberos. ff. de ritu nupt.*) vbi dicitur, quod patres habentes in poteſtate filias volentes eas ducere virum, vel dare eis dotes ex conſtitutione Seueri, & Antonini per Proconſoles, & Præſides prouinciarum cogantur in matrimonium collocare, & dotare) *leg. fi-nali verſic. vtrumque igitur, Codic. de dotis promiſſione* vbi dicitur patrem, qui habet apud ſe bona filiæ, ſi dotem dedit, vel promiſit pro filia non exprimens, de quibus bonis dederit, vel promiſerit, præſumi eum de bonis propriis dediſſe, vel promiſiſſe, quia legibus cautum ſit omnino paternum eſſe officium dotem, vel ante nuptias donationem pro ſua dare progenie, vnde cenſetur dediſſe, vt officiu paterno dotem dandi ſatisfaceret, & ſic iuxta Imperatorem ibi concluditur ex ſua perſona patrem obligatum eſſe dotare filiam, & dare donationem propter nuptias, alioqui ſi non teneretur tali obligatione, debuiſſet potius præſumi dediſſe, vel promiſiſſe ex bonis filiæ, iuxta tradita *præcedenti capite num. 108. & l. dotem dedit ff. de collationibus*, vbi pariter dicitur eſſe officium patris dotare filias, ex quibus iuribus Iuriſperiti communiter (vt apud præcitatos videre eſt) formarunt regulam generalem, quod officium patris, ſeu paternum eſt filias dotare licet in ſubſidium patre impotente, ob inopiam teneantur ordine ſucceſſiuo alij coniunctè, prout *infrà* explicatur, & ratio introductionis huius paternæ obligationis ad dotem fuit, ne filiæ dote deficiente impediantur matrimonium contrahere, vt tradunt Gayllus *d. obſeruat. 95. num. 13.* & Fontanella *d. n. 28.* & colligitur ex traditis *ſuprà cap. 2. n. 138.* & conſtat *ex §. quia vero auth. de æqualit. dotis*, indotata, enim mulier ſpernitur à viro, *§. ſi quis enim auth. de nuptiis*, Gayllus & Fontanella *locis allegatis*, & alij Doctores aſſerentes patrem teneri dotare filiam nuptam, pro qua dotem non promiſerit, qui *infrà* allegatur, & etiam allegaui *in tract. de contron. matrim. cap. 11. n. 179.*

Et cum *d. l. fin.* dicatur eſſe officium paternum do- 10
tem, & ante nuptias donationem pro filiabus dare, concluditur patrem ſicut tenetur dotare filiam, ita etiam teneri dare donationem propter nuptias filio ducenti vxorem, ita Bald. Nouell. *d. p. 6. priuil. 17.* Campegius *d. p. 1. quæſt. 61.* Conſtant. Rogerius *de dote q. 19. num. 1.* Gomez *ad l. 50. Tauri num. 10. verſic tertio conſtat* Valaſcus *d. conſult. 2. n. 11* P. Barboſ. *ad l. 1. citata p. 4. n. 14. verſic. & ita explicatis, ff. ſol. matr.* Aug. Barb. *Collect. ad d. l. fin. n. 6. Cod. de dotis promiſſ.* & alij apud Barboſam, & Valaſcum notant tamen Rogerius *num. 9.* Valaſcus, vterque Barboſa, hanc patris obligationem hodie ceſſare, quia iam donatio propter nuptias non eſt in vſu, & per deſuetudinem obſoleuit, id quod etiam notaui *ſuprà cap. 2. n. 45. pluribus aliis citatis*, in Hiſpania autem loco donationis propter nuptias ſucceſſerunt arrhæ *vt eod. c. 2. n. 38* notatum eſt, & tradunt P. Barboſa *d. p. 4. n. 15.* Aug. Barboſa *d. n. 6.* & Valaſcus *d. n. 11. & etiam conſ. 3.* Aduertunt tamen Valaſcus *d. n. 11.* P. Barboſ. *d. n. 15.* poſt Rodericum Suarez, quod eaſdem arrhas pater non tenetur pro filio maſculo conſtituere, ſeu dare nec nurui, nec ipſa, nec ipſe filius contrahens matrimonium, nec ſunt neceſſaria ad validitatem dotis, ſed ſolum dantur ex voluntate partium ſi ita conuenerunt.

Infertur etiam patrem eodem iure nulli teneri con- 11
grue dotare non ſolum filiam in poteſtate exiſtentem, ſed etiam emancipatam, vt expreſsè tradunt ex Doctoribus *n. 8.* relatis, Hotomanus *d. diſp. de dotibus, pag. 92.* Rogerius *d. q. 2. n. 17.* Mantic. *d. l. 12. tit. 19. n. 11. & 12.* Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſ. 15. num. 11* Petr. Barboſa alios allegans *d. p. 4. n. 1. verſic. hoc nihilominus, & numer. 144. verſic. Amplia tertio*, Auguſtinus Barboſa *collect. ad d. leg. fin. numero 3. Cod. de dotis promiſſione*, Rebellus, & Fraguſus *locis d. n. 8.* & ita ſentiunt reliqui Doctores *eod. n. 8.* relati, qui omnes generaliter, & indiſtinctè aſſerunt, patrem iure ciuili obligari dotare filias legitimas, & conſtat euidenter ex *d. l. fin. Codic. de dotis promiſſione*, & *d. l. dotem dedit, ff. de collat.* in quibus abſolutè dicitur iuxta leges officium paternum

num eſſe dotare filias, *& d. l. fin.* expreſſè loquitur in filiis emancipatis; & de iure ponit illam regulam generalem officium eſſe paternum dotem & donationem propter nuptias dare pro ſua progenie iuxta leges; conſtat etiam, ex *d. l. profectitia, §. penult.* ibi, *quia non ius poteſtatis, ſed parentis nomen dotem profectitiam facit, ff. de iure dotium : & idem conſtat ex §. vltimo eiuſdem, l. vbi dicitur patrem curatorem filia emancipata, qui pro ea dotem conſtituerat, cenſeri conſtituiſſe, quaſi patrem, non quaſi Curatorem* : Onus igitur dotandi filias à legibus iniunctum patri non trahit originem ex patria poteſtate (vt non rectè ſentit Palatius in *in d. cap. per veſtras citato, §. 24. num. 1.*) ſed ex iure ſanguinis, & legitimæ propagationis, effectuque naturali inde proueniente, vt *in d. l. profectitia, & d. l. fin.* & notarunt Mantic. & P. Barboſa *locis citatis*, effectus autem naturalis ex ſanguinis coniunctione per emancipationem non tollitur, nec mutatur, vt poſt Gloſſ. Fabrum & Angel. *in §. in teſtibus inſtit. de teſtamentis*. P. Barboſa *d. n. 1.* Neque obſtat *d. l. qui liberos ff. de ritu nupt.* quæ loquitur de liberis in poteſtate patris conſtitutis, nam vel extendenda eſt, vt locum etiam habeat in emancipatis per *d. l. fin.* vel ideo loquitur in conſtitutis in poteſtate patris, inquit P. Barboſa *d. p. 4. n. 2. initio*, quia agit de duplici obligatione paterna ſcilicet, & collocandi filias in matrimonio, & dotem eis conſtituendi; quæ duæ obligationes ſimul iunctæ ſolum in conſtitutis in poteſtate locum habent; qui non poſſunt iuxta leges ciuiles contrahere matrimonium ſine conſenſu patris; ac proinde lex diſpoſuit, vt pater teneretur eiuſdem filios collocare in matrimonio, & eis dotem conſtituere, ne alioqui cenſeretur eis effectualiter nuptias prohibere, quod dicta lege vetatur; ita P. Barboſa ex quo ſequitur, vt etiam auus paternus in his caſibus, in quibus in defectum filij, quia iam deceſſerit, vel ſit inops, tenetur proneptem dotare, prout habetur *d. l. dotem dedit, ff. de collationibus*, teneatur dotare non ſolum neptem in ſua poteſtate conſtitutam, ſed etiam emancipatam; quidquid ſecus poſt Angel. ſenſerit Palatius, *d. §. 24. n. 1.* id enim probant tradita, & contra eundem Palatium tradit P. Barboſa, *d. p. 4. n. 4. verſic. non obſtat* poſt Gregorium Lopez, &c.

§. III.

An vbi filius habens filias nubiles habet etiam patrem, in cuius poteſtate ſint filius, & neptes, & idem filius eſt diues, qui commodè ex bonis propriis poteſt dotare filias, teneatur ipſe filius dotare filias, aut auus paternus potiùs.

11 EX *ſuprà relatis*, etiam reſoluenda eſt illa quæſtio ſatis controuerſa, an ſi pater filiæ nubilis ſit diues (qui habeat bona Caſtrenſia, vel quaſi Caſtrenſia) & idoneus ad congruè dotandam filiam de ſuis bonis, & viuat etiam auus paternus diues habens in poteſtate filium patrem neptis, & ipſam neptem, filius ipſe pater filiæ teneatur illi dotem dare de ſuis bonis, an verò teneatur potius auus ipſe Paternus ex propriis bonis neptem dotare. Et prima opinio eſt, auum paternum habentem in poteſtate filium, & neptes teneri dotare neptes, & non filium, licet diuitem; ita ſentire Bartholum *in d. l. dotem dedit, ff. de collect.* Baldum & Salycetum *in d. l. fin. C. de dotis promiſſ.* Bald. *eundem conſ. 323. n. 1. lib. 3.* Socin. ſenior. *in l. 1. n. 49. ff. ſol. matr. ibid.* Crotum *n. 83.* Socin. Iun. *n. 192.* Coraſium *2. lect. n. 14.* & nonnullos alios referunt. P. Barb. *in d. l. 1. p. 4. n. 112. ff. ſol. matr.* & Brunonus à Sole, *dicta q. legali 43. n. 5.* idem opinati ſunt Palatius *in d. repet. in cap. per veſtras, §. 24. not. 3. n. 8. verſic. intellige etiam, de donat inter virum & vxorem*, P. Barboſ. *alleg. n. 112.* & ex Theologis Rebellus *alleg. q. 4. n. 23.* probatur primò, quod onus dotandi principaliter prouenniat à patria poteſtate, *d. l. qui liberos, ff. de ritu nupt.* Secundò quia *d. l. dotem dedit, ff. de collat.* generaliter dicitur, quod auus paternus tenetur dotare neptes, *ibi quippe officium aui circa neptem ex officio patris erga filiam, ideo auus propter filium nepti dotem dare debet.* Tertiò, & vltimo (*omiſſis nonnullis aliis argumentis adductis pro hac opinione*, à P. Barboſa & à Brunone à Sole) *d. l. fin. Cod. de dotis promiſſ.* dicitur iuxta leges, *omninò officium paternum eſſe dotem, vel ante nuptias donationem pro ſua dare progenie* : Progeniei autem nomine veniunt etiam neptes; neque dici poteſt, auum teneri quando pater eſt pauper, quia textus loquitur in filia, quæ habebat bona materna, & ſic diuite, & vnde etiam idem erit in nepte diuite, ergo (arguit Socinus ſen.) ſi tenetur auus dotare neptem etiam diuitem, conſequens eſt, vt eandem dotare teneatur, licet ipſius pater ſit diues.

Secunda opinio communis, & recepta, & tenenda 12
(quam etiam approbaui *in præcedenti parte de alimentorum obligat. c. 7. n. 293.*) aſſerit filium, quando eſt diues, teneri dotare filias, & non auum paternum, licet eas habeat in poteſtate. Ita præter Baldum *in auth. res quæ n. 12. comm. de legatis.* Butrium, Aleiatum, Ripam, Bulgarinum, Bolognetum, Aretinum, & plurimos alios relatos, à P. Barboſa *d. p. 4. n. 12.* Bruno à Sole *d. q. 43.* Gabriele, & Menochio, *locis infrà citatis*, Campegius *de dote, p. 2. q. 18.* Gabriel. *comm. concl. tit. de dotis promiſſ. concl. 5. n. 8. collect. communium vtriuſque iuris opinionum, tit. de iure dotium cap. 2.* Menoch. *conſ. 81. n. 48. conſ. 251. num. 22. conſ. 183. n. 14. conſ. 796. n. 35. & de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 17. & lib. 4. præſumpt. 189. n. 22.* Cæphalus *conſ. 105. n. 36. ad 41. vol. 1.* Tuſcl. *in verbo dos, concluſ. 780. n. 56. & 60.* Peregrin. *de fideicommiſſ. art. 37. n. 5. 12. & 13.* Mantic. *d. tit. 29. n. 12. & 35. in fine*, Maſcard. *de probat. concluſ. 574. n. 6.* Surdus *de aliment. tit. 7. q. 202. n. 7.* Mangilius *de imput. q. 21 n. 53.* Michaël Craſſus, *de ſucceſſ. §. legitima, q. 19. n. 6. verſus finem, & q. 24. n. 2.* Hondedeus *conſ. 90. n. 27. & 34. vol. 1.* Marta *de ſucceſſ. p. 4. q. 18. art. 6. n. 3. & tribus ſeqq.* Fontanella *de pactis nupt. clauſ. 5. Gloſſa 3. num. 4. & tribus ſeq.* Cauagnol. *in addit. ad conſ. 51.* Menoch. *n. 27.* Brunonus à Sole latiſſimè *d. q. 43. & Rota deciſ. 447. n. 5. & deciſ. 451. n. 9.* apud Seraph. *deciſ. 146. num. 3. n. 4. & 22. part. 6. diuerſorum, & alibi ſæpè* & ex Theologis Caſtrus Palaus, *de iuſtitia diſp. 9. punct. 5. §. 2. n. 2.* Probatur; quia ſicut obligatio, ſeu onus exhibendi alimenta filiis non habet originem à patria poteſtate, ſeu à iure, & coniunctione ſanguinis, vt in *præcedenti parte de aliment. oblig. c. 7. n. 292.* Probatum eſt, & præter Doctores *ibid. allegatos cum pluribus* aliis tradit Brunonus à Sole *d. q. 43. n. 8.* ita etiam dotandi filias obligatio, ſeu onus incumbit patri non ratione patriæ poteſtatis, ſed ex coniunctione, & iure ſanguinis; quia pater eſt cauſa, & principium filiorum vt *ſuprà n. 2. & 18.* oſtenſum eſt, & probat textus *in d. l. profectitia eodem n. 10. addatur, §. pen. 161. quia non ius poteſtatis, ſed parentis nomen, dotem profectitiam facit*, at pater cum ſit cauſa proxima, & immediata filiorum, habet maiorem, & proximiorem ſanguinis coniunctionem cum filia; ergo non auus paternus qui in coniunctione eſt remotior, ſed pater ipſe, quando commodè ex ſuis bonis poteſt, tenetur filiam dotare. Præterea hanc ſententiam confirmant textus *in d. l. final. Cod. de dotis promiſſ.* & *in d. l. dotem dedit, ff. de collat.* Nam, *in d. l. fin.* dicitur eſſe officium paternum dotem pro ſua dare progenie, quia licet progenies comprehendat etiam neptem & ſic etiam auus paternus debeat neptem dotare, dicitur tamen eſſe

officium paternum,quia ex natura, & ratione coniunctionis primò,& principaliter dotandi obligatio inhæret patri, quando ſupereſt, & poteſt dotare, & minus principaliter,& acceſſorie obligat auum paternum,ſcilicet quando filius pater filiæ non poteſt ob inopiam dotare,vel iam filius deceſſit, vt communiter Doctores *d. l. intelligunt, dicta vero l. dotem dedit*: dicitur officium aui circa neptem dotandam prouenire ex officio patris erga filiam, & ſic auum propter filium debere dotem nepti dare,ex quo conſtat primò patris officium eſſe filias dotare, eo vero impotente ad dotandum ſuccedere officium accitũ,ex officio filij,ſeu oriri obligationẽ aui dotandi propter filium, vnde textus ibidem dicit, quod auus paternus dotando paternum officium impleſſe videtur,& ea dos dicitur profectitia & à patre profecta, & mortua filia ad eius patrem redit,ergo iuxta eandem legem pater filiæ ipſe tenetur primò dotare filias ſuas, quando poteſt non auus paternus,niſi in defectum ipſius,vt *ſuprà cap. præcedenti,n.*38. oſtenſum eſt, & item *lege dotem dedit*, quod obligatio filij dotandi filias ſit principalis,& primo loco, aui vero paterni acceſſoria, & ſecundo loco in defectum filij,& non propter ſe,ſed propter filium, intelligunt poſt alios Cæphalus, Hondedeus, Peregrinus, Fachineus, Cauagnolus Brunonus à ſole, & Doctores communiter: igitur pater primò, & propter ſe tenetur dotare filias ſuas,quando ex propriis bonis idoneus eſt,auus vero paternus neptes ex filio dotare tenetur,quando aut pater mortuus eſt,aut ob paupertatem non eſt idoneus, & id tantum probant, *d. l. qui liberos d. l. dotem dedit,& d. l. fin.* & tradunt communiter Doctores citati;& alij relati à Brunone, *d. q.* 43. *n.* 14. 22. 23. *&* 24. *de quare infrà*,& per tradita manent ſoluta argumenta primæ ſententiæ, ex quibus deducitur, quod ſi pater dotaſſet neptem ex pecunia filij, in qua habeat vſumfructum, mortuo patre filius deducit præcipuam pecuniam habitam à patre,& datam in dotem filiæ filij ſcilicet nepti: ita Tuſchus *d. concl.* 780. *n.* 58. poſt Fulgoſium *conſ.* 197. *n.* 2.

§. IV.

Vtrum Pater teneatur dotare filiam ſeu filias iure actionis, vel ſolum ex officio iudicis?

13 SEd videamus, an pater (& idem de auo paterno quando in defectum filij patris neptis tenetur neptem dotare) teneatur ſeu cogatur dotare filias iure actionis, & obligationis, an ex ſolo iudicis officio, quod nullam præſupponit obligationem ciuilem *l. in commodati* 17. *§. ſicut, ff. commodati l. qui per colluſionem* 49. *§. pretij, ff. de actio. empt.* licet enim quoad exactionem dotis idem operetur officium iudicis, quod iuris actio, ſiquidem dotis debitor iudicis officio cogitur, ſicut actione conuenitur, vt dictum eſt: *in parte præcedenti de alimentor. oblig. c.* 14. *n.* 852. nihilominus alij effectus diuerſi reſultent, vt *ibid.* notatum eſt, & notant etiam P. Barboſa, & Campegius *locis infrà citatis*, & ideo valde expedit ſcire, an officio iudicis, vel iure actionis pater compellatur filias dotare.

14 Ante vero difficultatis reſolutionem dato quod pater ex offizio paterno à lege ſibi iniuncto ſolum iudicis officio compellatur dotem filiabus præſtare,certũ videtur hoc paternum officium à lege nominatim iniunctũ non eſſe voluntatis,ſed neceſſitatis,& ita eſſe officium neceſſarium,& ex neceſſitate ſoluendum, ita expreſsè Ant. Gubertus *de dot. d. c.* 3. *n.* 14. Menoch. *de præſumpt. l.* 3 *præſumpt* 15. *n.* 7. & poſt Burſat. *conſ.* 215. *n.* 8. *l.* 2. P. Barboſa *ad l. p. d. p.* 4. *n.* 19 *ff. ſol. matr.* & id conſtat tum *ex d. l. dotẽ dedit, ff. de collat.* dum dicitur ibi auum paternum ex officio filij erga filiam dotem nepti dare debere,verbum enim *debet* importat neceſſitatem; vt poſt alios late Aug. Barboſa *de dictionibus dictione Debet*, *n.* 1. tum ex *d. l. fin. C. de dotis promiſſ. vbi dicitur, omnino paternum eſſe officium dotem pro ſua dare progenie*, dictio enim illa omnino eſt præciſa, & continet, ſeu importat neceſſitatem, *l. ſi cum exceptione, §. ſed,& ſi quis, ff. quod metus cauſa, c. vlt. & cap. ſi à ſub delegato, de officio d. l. in* 6. Gubert. Barboſa *vbi ſuprà Gloſſa in d. §. ſed,& ſi quis verbo omnino.* Campegius *de dote*, *p.* 4. *q.* 15. & Doctores communiter,quos Auguſt. Barboſa *de dictionib. dictione* 240. *n.* 12 refert: ſicut etiam officium iudicis neceſſitatem continet, *l. quidam* 21. *ff. ſi certum petatur & l. quæſitum* 13. *ff. de teſtib.* & Gubert. *d. n.* 14. Quare reprobandi ſunt Alciatus *de præſumpt.* 26. & Corallus *in l. qui liberos, ff. de ritu nupt.* à Menochio *d. n.* 7. *relati*,& Caſtrus Palaus *de iuſt. diſp.* 9. *ca.* 4. *§.* 1. *n.* 5. qui dixerunt neceſſe minime habere patrem dotare filiam ſed ſui eſſe officij, hoc eſt facultatis, & libertatis. Hoc tanquam certo ſuppoſito.

Circa propoſitam difficultatem prima opinio eſt,patrem teneri ſeu cogi poſſe filias dotare ſolum officio iudicis, non iure actionis, & obligationis,ita Gloſſ. *in l. ſi ſocer. ff. ſol. mat. ibid.* Paulus *n.* 4. & Alexander Bartholus *in l. mulier §. cum proponeretur, ff. ad Trebell. in l. obligantur n.* 1. *ff. de oblig. & act. & in auth. res quæ n.* 6. *Cod. comm. de leg. præter quos*, & plurimos alios à Vaſquio, P. Barboſa, Cæuallo,& Sudo *locis mox citandis*, & à Me *in tr. de contr. mart. c.* 11. *n.* 170. *relatos*, Campeg. *de dot. p.* 1. *q.* 13. *n.* 1. Conſtant. Rugerius *de dote, q.* 2. *n.* 17. Gubertus *d. c.* 3. *citato n.* 14. Menoch. *conſ.* 81. *n.* 35. Gaylus *l.* 2. *obſer.* 95. Vaſquius *de ſucceſſ. progreſſu lib.* 1. *§.* 4. *n.* 58. *&* 59. Surd. *de alim. tit.* 3. *q.* 3. *n.* 16. Spino *in ſpeculo teſtam. Gloſſ.* 11. *in princ. n.* 32. *&* 33 Tuſchus *litera D. concl.* 780. *n.* 2. Mantic. *d. lib.* 12. *tit.* 16. *n.* 4. P. Barboſa *ad d. l.* 1. *p.* 4. *n.* 5. *ff. ſol. matr.* Fontanella *de pact. nupt. clauſula* 5. *Gloſſa* 1. *p.* 1. *n.* 29. Fachineus *controu. iur. lib.* 13. *cap.* 78. Io. Baptiſta de Barbobus *de filiif. fam. d. c.* 42. *n.* 15. *& n.* 32. Peregrin. *dec.* 95. *n.* 5. & ex Theologis, Layman *Theolog. mor. lib.* 3. *tr.* 4. *cap.* 13. *n.* 3. & eſſe communem opinionem teſtantur Vaſquius *loco citato*, & Cæuallus *comm. contra com. quæſtio* 5. *num.* 1. Præcipuum fundamentum eſt textus *in d. l. qui liberos ff. de ritu nupt.* vbi verba legis de neceſſitate patris dotandi filiam non diriguntur ad patrem ſed ad iudicem. *ibi per pro conſules, & Præſides Prouinciarum coguntur in matrimonium collocare, & dotare*? quando vero in legis prouiſione verba diriguntur ad iudicem,datur ſolum officium iudicis,quod per legem excitatur, *vt gloſſa fin. in l. ſi res obligata. ff. de leg.* 2. *& in l. ſi ſoror. verbo reſtitui, C. de collat.* Barthol. *in l. ſolent, n.* 6. *&* 8. *ff. de alim. & lib. leg.* Corduba à Lara *in l. ſi quis à liberis in princip. num.* 49. *&* 50. *ff. de agnoſcend. liberis*, & poſt alios Surd. *d. q.* 3. *n.* 5. 22. *&* 23. & ſic alimenta à patre filiis præſtanda,& è contra ſolo iudicis officio debentur (vt *in præced. parte de alimentor. oblig. allegato.* 14. *n.* 853. *& ſeqq.* probaui) *quia in prouiſione legis ſi quis à liberis ff. de agnoſcendis liberis*, verba diriguntur ad iudicem initio ibi *iudex de ea re cognoſcet, & §. verum autem*, ibi, *vtrobique ſe iudex interponat, & ibi perpendere iudicem oportet*: Alia argumenta pro hac opinione affert Vaſquius *d. n.* 59. quæ omitto, vt minus concludentia: Neque huic opinioni ait P. Barboſa *d. n.* 5. repugnare *d. l. fin. Cod. de dotis promiſſ. quatenus dicit non eſſe incognitas leges quibus cautum eſt, paternum eſſe officium dotare liberos*, quia leges quidam, inquit Barboſa, hoc conſtituerunt ſed referendo verba ad iudicem, vt *d. l. qui liberos*, & ſic ſolum iudicis officium fuit excitatum, vt dictum eſt, non inducta obligatio ex lege. 15

Altera opinio aſſerit,patrem teneri,& cogi dotare filias legitimas iure actionis & obligationis,ac cõditione 16

ex

conditione ex lege, iuxta *legem obligamur*, §. *lege ff. de obligationibus, & actionibus*. Ita gloſſ. *in d. l. obligamur, verbo lege* Curtius iunior, *in auth. res quæ n.25. Cod. comm. de legatis*, Menochius *de præſumpt. lib. 4. præſumpt.* 189. *n.*64. Gaſpar de Baetius *de non meliorandis filiabus, cap.5. num.* 4. Padilla *in d. auth. res quæ num.*75. Corduba à Lara latè *in l. ſi quis à liberis §. non tantum, num.* 50. *cum pluribus ſeqq.* Gutierrez, *de ſponſ. & matr. cap.* 80. *num.* 6. Sanchez *de matr. lib.* 4. *diſp.* 26. *num.*2. & alij à Lara, & Padilla relati: & ita videtur ſentire etiam Ceuallos *d. q.* 5. *initio verſiculo, ſed contrariam opinionem* ibi, *pro qua facit*, & eſſe opinionem magis communem teſtatur Baetius, & eſſe communiter receptum ex Socino, Iaſone, & Lopez ſcribit Padilla, *d. num.* 75. Fundamentum, & non leue eſt textus *in d. l. fin. Cod. de dotis promiſſione*, illis verbis: *neque enim leges incognitæ ſunt, quibus cautum eſt omninò paternum eſſe officium dotem, vel ante nuptias donationem pro ſua dare progenie*, quibus verbis apparet patrem ex legum diſpoſitione, teneri dare dotem filiabus, nec ibi verba legis diriguntur ad iudicem, ac proinde poterit pater cogi dotare filias iure actionis ſcilicet conditione ex lege, & licet in *d. l. qui liberos*: verba diriguntur ad iudicem, tamen non inde infertur patrem teneri dotare, & cogi ſolum officio iudicis, inquit Corduba *d. n.*50. quia regulam illam quod cum verba legis diriguntur ad iudicem; oriatur ſolum iudicis officium, notat & declarat Corduba plures pati exceptiones, ſeu fallacias, præſertim ſi verba executionem reſpiciant non cognitionem cauſæ, quia licet ad iudicem dirigantur, non inde oriri officium iudicis probat Corduba *per l. ſi paſcenda, Cod. de pactis*, & Decium ibi *n.*9. & reſpondet textui in *l. ſi res obligata in fin. ff. de leg.*1. vbi verba reſpiciunt executionem, & oritur officium iudicis. Hinc idem Corduba rectè concludit in ſpecie *d. l. qui liberos*, non oriri officium iudicis, quia verba quæ diriguntur ad iudicem reſpiciunt tantum executionem, nam pater lege præcipiente tenetur dotare filiam, cogeturque dotare per iudicem & in ſpecie, *d. l. ſi qui à liberis, ff. de agnoſcendis liber.* vbi agitur de alimentis à patre filiis præſtandis, & è contra, oritur iudicis officium, quia verba ibi diriguntur ad iudicem non vt ſolum exequatur, ſed vt quærat, cognoſcat, animaduertat, & authoritatem interponat, & hæc opinio attentis teſtibus *in d. l. fin. & in d. l. qui liberos*, & authoritate Iuriſconſultorum mihi magis probatur.

17 Verum quidquid ſit de hoc, an dos à patre filiabus præſtanda debita ſit iudicis officio, vel iure actionis, & conditione ex lege, in omnibus caſibus, in quibus, *in præcedenti parte de alimentorum obligat. c.* 14. *n.* 860. *& nonnullis ſeqq.* probatum eſt alimenta poſſe peti iure actionis, etiam dos eodem iure actionis poterit peti: Quare cum dos ſubrogatur, ſeu ſuccedit in locum legitimæ, tunc enim ſicut, & legitima petitur iure actionis iuxta tradita, *d. c.*14. *num.*861. *&* 862. *& ſeqq.* de alimentis, quando in locum legitimæ ſuccedunt, & ſuccedunt alimenta, & dos in locum legitimæ, quando debeatur ex conſuetudine, vel ſtatuto deferente totam hæreditatem paternam primogenito, vel ſtatutum excludens à ſucceſſione filiam diſponit, quod debeat dotari, & alij vt notaui *d. c.*14. *numeris allegatis, & infrà etiam c.*7. explicabitur, in præfatis enim caſibus petuntur alimenta, & dos iure actionis, conditione ex ſtatuto: item ſi dos ſit debita ex legato, peti poteſt iure actionis ex Teſtamento ſicut de alimentis ex legato debitis dixi, *dict. capite* 14. *num.*867.

Dos vel eſt verum debitum patris, vel ſaltem quaſi debitum, quaſi obligatio quæ præcedit Iudicis officium, bona patris ante promiſſam dotem non ſunt tacite hypothecata pro dote?

Ex traditis conſtat ſiue pater iure actionis conditionis ex lege, ſiue ſolum iudicis officio teneatur, & cogi poſſit dotare filias, eundem patrem ex officio paterno neceſſario neceſſitatemve continente teneri filias dotare, ac proinde ſi non ex obligatione, certe ex quaſi obligatione (quam quaſi obligationem officium iudicis præſupponit antecedere, tradunt Gloſſa *in leg. ſi ſeruum*, §. *fin. verbo poſſit, ff. de verborum obligatione* Iaſon *ibidem num.*4. Spino *d. Gloſſa* 11. *num.*33. Surd. *d. tit.*3. *q.* 1. *num.*18. *&* 19. Petr. Barboſa *d. parte* 4. *n.*6. Fontanella *de pact. nupt. clauſ.* 5. *Gloſſa prima parte* 1. *num.*53. Mantic. *de tacit. & ambig. conu. lib.* 12. *tit.*16. *num.*8. *ego ipſe in tract. de contract. matr. cap.*11. *num.*171. *& in præcedenti parte de alimentorum obligatione, cap.* 7. *numero* 363. & plures alij à Surdo relati: propter quam quaſi obligationem officium iudicis continet neceſſitatem vt *ſuprà num.* 14. notatum eſt) adſtringitur iuxta Ius ciuile, filias dotare vnde (ſuppoſito quod ſolum iudicis officio cogi poſſit pater ad dotandum) dos, & ſi non eſt verum debitum, nec verum æs alienum, eſt tamen quaſi debitum patris, & quaſi æs alienum, vt poſt alios Menochius *conſ.*1652. *num.*8. *&* 9. Petr. Barboſa *d. leg.* 1. *p* 4. *num.*20. *verſic.* Porrò, & Gratianus *diſcept. foren. tom.*2. *cap.*2. 14. *numero* 15. ſuppoſito vero, quod iure actionis, & conditione ex lege pater filiam teneatur dotare, habebitur dos vti verum debitum patris, & iure naturali inſpecto, certum eſt patrem teneri ex vera obligatione ad dotandum filias, vt *ſuprà num.*2. probatum eſt, & ſic dotem eſſe verum debitum patris iuxta idem ius naturale. 18

Licet autem pater iure naturali, & ciuili teneatur dotare filias, & ad id etiam cogi poſſit iudicis officio, imo iure actionis conditione ex lege, & ſic dos ſit debitum vel ſaltem quaſi debitum patris iuxta tradita nihilominus antequam dos per patrem ſit pro filia promiſſa marito pater non impeditur bona ſua vendere, & in quoſcumque vſus validè diſtrahere, & æs alienũ contrahere, dummodo in fraudem non alienet ad excludendum filiam à dote, & ſic dos filiæ innuptæ ante promiſſionẽ factam marito ſuccumbit creditoribus patris, qui cum eodem patre contraxerunt, ſicut enim pro alimentis, & legitima à patre filiis debitis bona patris non ſubiacent tacitæ hypothecæ vt *in præcedenti parte de alimentorum obligatione, cap.*7. *num.*374. *in fine & num.*484. *&* 486. *verſic. hanc tamen*: probatum eſt, & quoad legitimam poſt alios plures tradit etiam Peregrinus *deciſ.*95. *num.* 6. ita etiam pro dote filiabus debita bona patris ante dotis promiſſionem non ſunt filiæ hypothecata, ſed pater habet illorum liberam adminiſtrationem, vt notauit *ibidem* Peregrinus, & tradunt communiter Doctores, quos refert, ac ſequitur Fontanella *de pactis nupt. clauſ.*5. *Gloſſa* 8. *p.*3. *num.*51. cum in iure non reperiatur talis hypotheca, & quod licet pater obligatione legali tenetur dotare filiam, ex hoc tamen patris bona non ſint obligata, & hypothecata pro dote filiæ tradunt idem Peregrinus *dicta deciſ. art.*36. *n.*149. Afflictus *dec.*162. *n.*6 *& ibidem*: Vt ſillus ſed ſolum poſt dotis promiſſionem à patre marito factam à iure inducta eſt tacita hypotheca, vt *ſuprà capite* 2. *n.* 108. oſtenſum eſt. Dixi *dummodo in fraudem, &c.* quia ſi pater alienet bona fidè, & in fraudem ad excludendam filiam à dote, vt ſi fingat, vendere, & confiteatur recepiſſe 19

pretium, eo caſu venditio ſeu alienatio non præiudicabit filiæ quoad dotem, pro qua dabitur actio contra emptorem per tradita in *præcedenti parte de alimentorum obligatione, c.8. num.*387. in caſu quo pater in fraudem ad excludendos filios à legitima, vel ab alimentis, bona alienaret, ſi etiam male vteretur bonis ſuis illa prodige diſſipando, vel male adminiſtrando cum periculo ne ad inopiam redactus filiabus dotem dare nequiret, poterit per iudicem ſeparari portio bonorum paternorum pro obſeruatione dotis, ſicut & pro obſeruatione alimentorum, & legitimæ, vt *d. præcedenti parte de alimentorum obligatione, c.* 10. *n.* 647. *& cap.*13. latè probatum eſt.

Inter filiam, & patrem poteſt eſſe, lis ſeu iudicium pro dote.

20 Ex traditis etiam *n.* 15. & tribus ſequentibus infertur licet inter patrem & filiamfamilias nulla lis admittatur, *l. lis nulla, ff. de iudiciis*, nihilominus filiam non ſolum emancipatam, ſed & in poteſtate exiſtentem pro dote in iudicio ſine patris conſenſu agere poſſe aduerſus patrem: vel iure actionis conditione ex lege, vel ſaltem implorando iudicis officium: id quod etiam expreſſe tradunt Doctores præſertim Baldus Nouellus *de dote, p. 6. priuil.*16. *n.*1. *& p.*11. *priuil.*8.*n.*1. & poſt alios P. Barboſa, *d.l.*1.*p.*4.*n.*3. ſicut etiam filiusfamilias pro alimentis ſine conſenſu patris poteſt in iudicio agere contra patrem, vt in *d. præcedenti parte, de alimentorum obligatione, cap.*14. *num.*854. notaui. Et tradunt Corduba, & Surdus *locis ibidem relatis*, ob reuerentiam tamen à filia potiùs peti, & obtineri à iudice copia agendi debet, vt *ibidem* pariter notatum eſt, & habetur, *l. penultima, Cod. de in ius vocando*, & *l. litis, §. fin. ff. de negotiis geſtis*, & notat etiam Nouellus *d. priuil.* 16. aduertens præfatam veniam petendam quando imploratur iudicis officium.

Pater tenetur, & cogi per iudicem poteſt ad collocandas filias in matrimonio, & ad eas dotandas inſtantibus apud iudicem, vel filia ipſa, vel eius conſanguineis, & cognatis, vel ex ſolo non requiſiti officio.

21 Denique ex traditis *ſuprà num.*8.*& ſeqq.* conſtat Patrem erga filias teneri ad duo, ſcilicet ad collocandas eas in matrimonio, & ad congruam dotem qua honeſte nubere poſſint dandam: patet *d. l. qui liberos, & d. l. fin. Cod. de dotis promiſſione, d. num.*8. relatis, & tradunt Doctores omnes *d. n.*8. allegati, & alij mox allegandi quare ſi filia ſit nobilis, & pater negligat ei quærere Dominum, vel dare congruam dotem pro matrimonio ineundo poterit per iudicem inſtante filia cogi eam collocare in matrimonio, & dotem conſtituere, ita Baldus Nouellus *de dote p.6. priuil.*17. *n.*6. Boërius *deciſ.* 330. P. Barboſa *ad d. l. primam p.*4. *n.*3. Fontanella *d. clauſ.* 5. *gloſ.*1 *p.*1. *n.*31. 37. *&* 38. Rebell. *de oblig. iuſt. p.*2.*l.*5.*q.*4.*n.*4. & Palaus *de iuſt. & iure diſp.*9. *p.*4.*n.*4. Quod ſi ipſa præ rubore non audeat iudicem adire, & petere maritari, vel ſibi dotem conſtitui à patre, tunc conſanguineos, vel cognatos poſſe inſtare apud iudicem, vt compellat patrem filiam nuptui tradere cum conſtitutione congruæ dotis, vel dotem ipſam conſtituere, tradunt Nouellus *d. priuil.*7. *num.*7. P. Barboſa *d. n.*3. Fontanella *d.n.*31. & alij apud Barboſam: Si vero neque filia audeat adire iudicem pro compellendo patrem ad quærendum ſibi matrimonium, vel dotem ſibi pro matrimonio conſtituendam iudex ipſe ſciens filiæ voluntatem, vel neceſſitatem matrimonij, vel dotis à nullo requiſitus ex proprio ſuo officio poteſt compellere talem patrem negligentem ad collocandam filiam in matrimonio cum aſſignatione dotis, vel ad dotē congruam conſtituendam ita Baldus Nouellus *d. p.* 6. *priuil.*18. [qui etiam *priuil.*19. addit, quod licet alia circa bona abſentis ſoleat dari curator *tot. tit. ff. de curat. bon. dan.* tamen fauore dotis, & ad euitandum talem circuitum ipſe iudex ſine tali curatore hoc ipſum explicabit ex ſuo officio conſtituendo dotem in bonis patris abſentis congruam pro modo facultatum *l.*3. *ff. de iur. dotium*] Boërius *loco citato* P. Barboſa *d. n.*3. *verſ.* item quod Fontanella *d. p.*1. *n.*32. Rebellus & Palaus *locis citatis*, & alij à Barboſa relati, vnde regula *lib.*4. *§. hoc autem iudicium, ff. de damno infecto*, quod iudex non poteſt interponere ſuum officium, niſi requiſitus, fallit fauore dotis, & vtrumque verſatur fauor publicus, vt poſt alios *locis citatis*, Nouellus, & P. Barboſa qui addit colligi etiam *ex l. ſi quis à liberis in princ. ff. de agnoſcendis liberis*, dato etiam quod ibi lex loquatur quando pater erat abſens, vel captus ab hoſtibus, vt tenuit *ibidem* Barthol. *n.*16. nam à fortiori proceder, quando pater fuerit præſens, & per contumaciam nolit iudici obedire *arg. l. conſentaneum, Cod. quomodo, & quando iudex.* Potuit vero iudex compellere ad prædicta patrem negligentem, & contumacem, vel indicta mulcta, vel captis pignoribus, vel etiam per perſonæ capturam, vt per eam afflictionem ſatisfaciat obligationi legis, vt *locis citatis* notarunt P. Barboſa, Fontanella, Rebellus, & Palaus, & prius notauerat Baldus Nouellus *d. priuil.*17. *num.*6. provt iiſdem modis poteſt iudex patrem contumacem ad præſtanda filiis alimenta illis debita, vt expreſsè habet, *§. ſi quis ex his. l. ſi quis à liberis, ff. de liber. agnoſc.* Quod ſi adhuc pater contemnat iudicis præcepto parere, poterit iudex eo inuito filiabus dotes congruas conſtituere ex bonis paternis, vt poſt Baldum *in d. l. fin. in fin. Cod. de dotis promiſſione*, aduertit P. Barboſa *d. n.* 3. *verſic. ſed circa*, & tradit etiam Fontanella *d p.*1. *n.*36. An vero huiuſmodi compulſio patris ad prædicta fieri poſſit non ſolum per iudicem laicum, ſed etiam per iudicem Eccleſiaſticum, quamvis pater negligens dotare filiam ſit laicus, affirmant Andreas Siculus *in c. ex literis n.* 4. *de pignor.* & poſt eum P. Barboſ. *d. n.* 3. *fin.* & Rebellus *d. n.*4. & Barboſa ait colligi etiam ex doctrina Bartholi *in l. ſolent n.*13. *ff. de alim. & cibar. leg.* At Fontanella *d.p.*1.*n.*34. dicit, quod in Regno Cathaloniæ, non permitti cauſam dotis principaliter tractare apud iudicem Eccleſiaſticum neque etiam prætextu miſerabilitatis, paupertatis, viduitatis, aut pietatis, eo quod ibi ad id habeatur erecta Regia audientia, vt ibi cauſæ dotales decidantur: At certum videtur, iudicem Eccleſiaſticum in cauſa dotis eſſe competentem etiam contra laicum, vbi dos debetur pauperi, & perſonæ miſerabili, vel iudex laicus eſt negligens iuxta tradita à iure *in præcedenti parte de alimentorum, obligatione c.*21. *n.*1181. *&* 1182. vbi probaui iudicem Eccleſiaſticum contra laicum cognoſcere poſſe principaliter de cauſa alimentorum pauperi, vel miſerabili perſonæ debitorum, & in caſu negligentiæ iudicis laici.

Porrò prædicta de compulſione patris quoad tradendam filiam nuptui & illam congruenter dotandi, quoad hoc ſecundum ſcilicet, quoad dotem conſtituendam ſecundum præfatos Doctores, & omnes procedit tam reſpectu filiæ emancipatæ, quam reſpectu filiæ exiſtentis in patris poteſtate, quo vero ad primum ſcilicet ad compulſionem patris, ad filiam nobilem collocandam in matrimonio P. Barboſa *d. n.*3. *initio*, & Fontanella *d. part.*1. *num.*38. aduertunt eſſe intelligenda & procedere ſolum in filia in poteſtate patris conſtituta, non in filia emancipata, & differentiæ rationem dicunt eſſe, 22

quia

quia cum filiafamil. iuxta leges ciuiles matrimonium ſine patris conſenſu nequeat contrahere, *l.2. de ritu nuptiarum l.ſi vt proponis, Cod.de nuptiis*, neceſſe fuit quod eadem lex ciuilis vltra obligationem dotandi, etiam obligationem quærendi matrimonium filiæ nubili patri injungeret, alias viſa fuiſſet nuptias filiabusfamilias prohibere quod foret abſurdum, & contra bonum publicum, & legiſlatorum intentum, id quod indicatur, *d.l.qui liberos*, dum *ibidem* dicitur patrem videri prohibere filiosfam. contrahere matrimonium, ſi eis non quærat conditionem, hoc eſt ſponſalia, & matrimonium iuxta, *l.1.Cod.de ſponſ.& l.2.ff.diuortiis*. Hoc autem non fuit neceſſe in filiabus emancipatis, cum filij emancipati iuxta leges eaſdem ciuiles poſſint ſine patris conſenſu nubere, ac proinde reſpectu filiarum emancipatarum ſat fuit parentibus iniungi obligationem eiſdem nubentibus dotem congruam conſtituere, & dare; & hoc verum attento iure ciuili at vero inſpecto iure naturali, quo pater obligatur abſolutè habere curam filiorum iuxta tradita *ſuprà num.2.* vbi matrimonium filiæ emancipatæ ad pudicitiæ, & honeſtatis periculum cauendum pater agnoſceret filias non curante copulari matrimonio, vel ex ſe non idonea ad quærendum virum idoneum, pater ipſe teneretur curare, vt nuptui traderetur. Imo Marta *de ſucceſſor. part.4. quæſt.18. artic.6. n.43.& quæſt.21.art.10. n.17.* allegans *l.cum multa, Cod. de donat. ante nuptias*, tradit vniuerſaliter, quod qui tenet dotare, tenetur, & maritare, & ſic debet laborare in inueniendo virum, & loquitur in matre, & fratre, quando tenentur dotare filiam vel ſororem.

23 Occaſione eorum, quæ in præcedentibus tradita ſunt de obligatione patris circa collocationem, & dotationem filiarum, hic aduertendum cenſui tutores quoque, & Curatores pariter teneri collocare in matrimonium pupillam ſub ſua cura conſtitutam, eiſque dotem competentem conſtituere, & aſſignare, vt tradunt Palatius *in cap. per veſtras §.3. num.22. de donat. inter virum, & vxorem*, Ant.Theſaurus *deciſ.192. numero* 8. Caualcantus *de Tutore & Curatore numero* 275. & alios allegans Fontanella *de pact. nupt. clauſ. 15. Gloſſ.7. num. 1.* & vti ſuſpectos poſſe curatores remouere à cura, ſi de hoc ſicut de bene educandis, & erudiendis pupillis non curauerint, aſſerunt iidem Caualcantus, & Fontanella poſt Crauetam *conſ.190. lib.1.* cum enim loco parentum pupillis Tutores, & curatores ſint, huiuſmodi obligationibus citra dubium adſtringuntur, quibus tenerentur parentes, ſi viuerent; præſertim cum nihil habeant ad id expendere de ſuo; nihil etiam poſſe tutores, & curatores hac de cauſa accipere, quod ſuam pupillam alicui in matrimonio collocauerint, cum id debeant gratis facere, latè tradit præfatus Fontanella, *d.Gloſſ.7.n.4.& pluribus ſeqq. vbi etiam ad num.* 24. agit, an ſi acceperit, cogi poſſit reſtituere, & cui ſit facienda reſtitutio.

§. V.

An pater diues teneatur dare congruam dotem filiæ diuiti, quæ habet bona adhærentia propria, quibus ſibi dotem congruam poſſit conſtituere.

Difficultas procedit de iure ciuili, nam iure naturali attento pater non tenetur dotare filiam diuitem aliunde habentem bona, ex quibus poteſt ſibi dotem conſtituere, ſicut nec eodem iure naturali pater tenetur alere filiam aliunde habentem, vnde ſe alere poſſit, vt in *præcedenti parte de alimentorum obligatione cap.1.* latè probatum eſt, & quando filia eſt diues, non procedit ratio tradita *ſuper hoc capit.n.1.*

Prima opinio tenet etiam iure ciuili Inſpecto patrem licet diuitem non teneri dotare filiam diuitem habentem bona propria materna, ita Bartholus poſt Iacobum de Arena *in d. l. mulier §. cum proponeretur num.3. ff. ad Trebell. & in auth. res quæ comm. de legat.* Iaſon, Bulgarinus, Alciatus, Coraſius, Duarenus, & nonnulli alij Iuriſperiti à Ceuallos *comm. contra com. q. 5. ante num.1.* Spino *loco infra citando*, & Petr.Barboſ. *ad l.primam parte 4. num.17. & à me in tract. contract. matr. cap.11.num.176.* relati Ioannes Boſcheius *de legitim. nupt. lib.5.num.26. in fine*, Vaſquius *de ſucceſſ. progreſſu lib.1.§.4.num.53.* Ceuallos *loco citato*, Palacius *in cap.1. per verſus §.14. num.5. verſic. ad primum* Fachineus *controuerſ. iuris lib.10. cap. 38.* Gamma *deciſ.376. num. 1.* ex Theologis opinionem hanc eſſe probabilem dicit Caſtrus Palaus *de Iuſtit. & iure diſp. 9. puncto 4. §. 1. num. 5.* & in defenſionem huiuſmet ſententiæ contrariis reſpondens multa tradit *loco citato*, P.Barboſa. Probatur primò, quia pater non tenetur alere filiam diuitem aliunde habentem, vnde ſe poſſit alere, *l. ſi quis à liberis, ff. de lib. agnoſc.* & latè probaui in antecedenti parte de effectibus contractus matrimonij, *capit.1. ergo nec dotare*, cum videatur eſſe eadem æquitatis ratio, & dos etiam ſuccedat loco alimentorum. 24

Secundò probat Barthol. *ex d.l.mulier citato §. cum proponeretur, ff. ad Trebell.* creditor enim hæres inſtitutus fideicommiſſo fructus rerum fideicommiſſo obnoxiarum non imputat in creditum ſuum, *l.ſi debitor, ff. ad l. leg. Falcid.* & tamen filia hæres, quæ ex fideicommiſſo ſibi ſimpliciter injuncto poteſt deducere dotem, ſi ſit diues, ex reſponſo *in d. §. cum proponeret*, dato tenetur fructus perceptos imputare in dotem; quæ tamen imputatio in debitum non fit, niſi quando teſtator expreſſè cauit vt illa fieret, *d.l.ſi debitor*: ergo ex præfato reſponſo colligitur patrem non eſſe obligatum ſeu non teneri dotare filiam diuitem; alioqui ſi pater eſſet debitor dotis filiæ diuiti, fructus non imputarentur in eius dotem, niſi pater expreſſè cauiſſet fructus ex fideicommiſſi bonis perceptos fore in eius dotem imputandos iuxta, *d.l.ſi creditor.*

Tertiò quia in filia diuite ceſſat æquitas, propter quam lex voluit patrem cogi officio iudicis ad conſtituendam dotem filiæ ſcilicet vt filia poſſit nubere.

Quartò quia dum pater viuit, filij iuxta iuris communis regulam nullum ius habent in bonis paternis, vnde legitima tantum poſt mortem patris filiis debetur; ergo cum filia eſt diues, & poteſt ſe dotare, aſſerendum leges noluiſſe patrem eſſe obligatum ad dandam illi dotem de bonis ſuis vt intelligatur, quam minimum ius commune lædi per leges iniungentes patri onus dotandi filias iuxta, *cap.cum dilectus de conſtruct.& l.ſi quando in princip. Cod.de inoff.teſtam.* quarto quia *d.l.fin. Cod.de dotis promiſſ. dicitur* eſſe officium paternum dotare filias, quod indicat eſſe voluntatis & liberalitatis, non neceſſitatis, & confirmando ex textu *ibid.* dum donatio dotis appelletur liberalitas, quod non eſſet verum, ſi pater in caſu de quo ibi (vbi agitur de dote data filiæ diuiti) patet ad illud præſtare inuitus debuiſſet *l.rem legatam, ff.de adim.legatis.* Vltimo *in d.l.final.* dubitabatur, an dos à patre fuiſſet data in compenſationem debiti ſui, an ex liberalitate, & dubitandi nullus fuiſſet locus, ſi pater inuitus tenebatur eius filiam diuitem dotare, igitur iuxta hanc opinionem filiam diuitem in ſua poteſtate conſtitutam nubilem pater teneretur in matrimonium collocare iuxta tradita *ſuprà num.21.* non autem dotare & hanc

eandem opinionem approbauit Covarruuias *de ſponſ. p.2.c.3.§. 8.num.*8. iure communi inſpecto.

25 Altera opinio communis, & recepta in praxi affirmat patrem diuitem (qui id commodè poteſt præſtare) teneri, & cogi poſſe dotare filiam tametſi diuitem habentem bona materna, vel alia aduentitia, ex quibus ſe poſſet congruenter dotare; ita *Gloſſ. in d. l. fin. Cod. de dotis promiſſio. ſcribentes in lege.* 1. *ff. ſoluto matrimonio*, Vincentius Herculanus *num.*31. Ripa *n.*57. Crotus *num.*73. Socin. iunior. *num.*162. Bologneius *n.*49. Pontanus *n.*46. Padilla *in auth. res quæ nu.*77. Brunonus à Sole *in quæſtionibus legal. quæſt.*43.*n.*16. Baldus Nouellus *de dote p.*6. *priuil.*3.4. *&* 19. *in fine*, Campegius *de dote p.*1. *q.*16. *n.*4. Antonius Gubertus Coſtanus *de dote cap.*3. *n.*13. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. libr.*12.*tit.*16.*n.*15. Spino *in ſpec. Teſtam. Gloſſ.*11. *n.*12. Paleotus *de nothis cap.*49. *num.*1. Tuſchus *lit. D. concluſ.*780.*n.*7. P. Barboſa *in d. l.* 1. *p.*4. *ff. ſol. mat. n.*10. 16. *&* 18. *verſic. Sed quamuis.* Peregrinus *deciſ.*13. *nu.* 25. Fontanella *de pactis nupt. d. clauſ.*1. *Gloſſa.*1. *p.*1. *n.*110. Gratianus *diſcept. forenſ. tom.*2.*cap.*269.*n.*5. Molfeſius *ad conſuet. Neap. p.*6. *q.*4.*num.*3. Borellus *in ſum. deciſ. p.*3.*tit.*4.*num.*3.4. 10. Martius Venturinus *conſ.*12. *n.*23. Baptiſta de Barbobus *de filiisfam. q.* 32. *num.*21. Monterus *deciſ.*16.*n.*22. Giurba *deciſ.*45.*num.*27. Menoch. *de præſ. li.*4. *præſ.*189. *n.*68. *conſ.*8.*n.*19. Gutierrez *de matr. c.*80. *num.*9. Merlinus *de legitima lib.*3.*tit.* 1.*quæſt.*22.*n.*8.*& ſeqq.* quamplurimi alij conſulentes, à Menochio, & P. Barboſa relati, & alij plures Iuriſperiti à Giurba, Fontanella, & Borello relati, & ex Theologis Lud. Molina, Sanchez, Rebellus, Villalobus, Layman, Fragoſus, Bonacina *locis ſuprà n.*8. allegati & ego *de contract. mat. c.*1.*n.*175.*&* 176. Probatur hæc ſententia primo ex generalitate *d. l. qui liberos, ff. de ritu nupt.* dicitur enim ibi abſolutè, & abſque vlla differentia patrem eſſe cogendum dotare filiam, quam habet in poteſtate, ſecundo & expreſsè hanc ſententiam probat textus *in d. l. fin. Cod. de dotis promiſſ.* vbi Imperator loquens de filia, quæ habebat bona propria, vnde dotari potuiſſet, & nihil dicit omninò paternum officium eſſe dotare filias, ergo voluit dotandas eſſe à patre etiam filias diuites; neque officium ibi importet voluntatem, & liberalitatem, ſed neceſſitatem, præciſam, *vt ſuprà n.*14. latè probatum eſt, propter particulam aliam *omnino*, & aliam rationem *ibidem* adductam, & cum illud pronunciatum imperatoris ſcilicet, quod officium paternum ſit dotare filias neceſſitatem induit reſpectu filiæ diuitis, nam oratio plura reſpiciens omnia debet æquè determinare, *l. iam hoc. ff. de vulg. & pupill. ſubſtitut. & l. quamvis, Cod. de impub. & aliis ſubſtit.* & licet pater dotans filiam dicatur donare, *vt ſupra cap.*1.*num.*109. *&* 112. *& cap.*2.*n.*117. *& in d. textu eiuſdem leg. fin.* dicatur liberalitas paterna, & ſic reſpectu filiæ dicatur cauſa lucratiua, *vt d. cap.*1. *citatis n.*109. *&* 112. dictum eſt, nihilominus reſpectu patris dotantis dicitur cauſa onerosa (*vt d. cap.*1.*n.*107. notatum eſt) cum iure naturæ, & legibus obligatur, & per iudicem cogi poſſit ad dotandam filiam nubilem, propter quod etiam Boërius, & P. Barboſa *locis d. cap.*1.*n.*111. *relatis* dixerunt, dum donatio dotis per patrem facta filiæ appellatur liberalitas, *d. l. fin.* intelligendam non eſſe propriam liberalitatem, neque propriam donationem, & ſic quoque reſpectu mulieris dotem à patre datam non eſſe titulum mere lucratiuum, ſed quid medium inter liberalitatem, & neceſſitatem præter quam quod pater, qui dotat filiam *d. l. fin.* dicitur vti liberalitate, quia in tam neceſſariis, & ſibi coniunctis perſonis (quales ſunt pater, auus, proavia filius, nepos, pronepos, filia neptis, proneptis) ſub liberalitatis appellatione debitum naturale (vt eſt dos à patre debita) perſoluitur, vt expreſsè dicitur, *l. vnica, Cod. de imponenda lucratiua deſcriptione*, & notatum eſt *d. c.*1.*n.*112. *& ita d. l. fin.* intelligit Mantic. *d. tit.*19. *n.*7. *in fine*, dum appellat dotem à patre datam liberalitatem paternam; Non verò inanis, & fruſtratoria fuit dubitatio *in d. l. fin.* an pater filiam, cuius bona adminiſtrabat de ſuo dotaſſe cenſeri deberet, quia regulariter adminiſtrator, non donare, & de ſuis bonis, ſed de bonis illius, cuius negotium gerit dare cenſetur, *leg. Neſennius, ff. de negot. geſt.* & conſtat *ex traditis cap.*3.*n.*108. & ex prædictis manet ſatisfactum expreſsè quinto, & vltimo argumento ex adductis pro prima opinione.

Ad primum argumentum reſpondetur, quod licet ſit maxima affinitas & ſimilitudo inter alimenta, & dotem; non tamen ſemper valet argumentum de alimentis ad dotem, neque contra exceptis caſibus in iure expreſſis, vt poſt alios notaui *in tract. de contract. matr. cap.*11. *n.*178. *& ſæpius in præcedenti parte de alimentorum obligatione*, & poſt alios tradunt P. Barboſa *d. p.*4. *num.*22. *verſic. non obſtat ſecundum.* Ioan. Baptiſta de Barbobus, & Monterus *num. præcedenti* relati; major igitur eſt fauor dotis, quam alimentorum, quæ à dote exceduntur in hoc, quod dos à legiſlatoribus inſtituta eſt & datur (vt ex traditis *capit. primo*, & in his terminis notat Monterus *d. deciſ.*16.*num.*23.) vt mulier quæ nubit, & liberi ex eadem ſuſcepti æqualiter alantur; & hac de cauſa leges voluiſſe cenſendum eſt, quod filia aliunde habens à patre dotari deberet; infelix enim eſt (inquit Monterus poſt Baldum *in l. cum quidam n.*2. *in fine, Cod. de iure dotium*) mulier quæ invenit ſe ſine dote, & reſpectu ſui, quia ſpernitur à viro, vt *ſuprà* notatum eſt, & reſpectu filiorum, quos alere non poteſt, non ſic autem in alimentis, quæ ſoli indigenti exhibentur. Hinc ergo patet ab alimentis ad dotem argumentum non procedere, & ſic licet alimenta non debeantur filiis diuitibus à patre non poteſt argui iuxta leges, quibus patri injunctum eſt paternum officium dotandi filias, non teneri patrem dotare filiam diuitem. Præter quàm quod hodie dos ſuccedit loco legitimæ, quæ etiam filiis dilectiſſimis debetur, licet debeantur alimenta. 26

27 Ad tertium argumentum reſpondetur ex traditis duobus præcedentib. numeris in filia diuite non ceſſare æquitatem, & cauſam dationis dotis, ſed adeſſe tum ob rationem *num. præcedenti* aſſignatam, quod dos detur, vt eius fructibus onera matrimonij ſuſtineantur & ſi pater vltra bona filiæ propria det dotem, melius tractabitur à maritò, *l. ſi. Cod. ad Velleianum*, & inveniet etiam maritum nobiliorem, & ditiorem, *auth. de æqualit. dotis* §. *quia vero*, tum quia *d. l. fin. Cod. de dotis promiſſ.* habetur abſolutè officium eſſe paternum iuxta leges dotare filias, à quo non debet eximi ob adventitium peculium filiæ, quod non eſt inſpiciendum, ſed debitum officium patris, ne aduentitium lucrum ad fauorem filiæ pertinens in eius damnum retorqueatur, iuxta regulam quod fauore, *Cod. de legibus.*

28 Ad quartum reſpōdetur in dubio leges intelligendas vt quam minimum lædant ius commune, at in præſenti manifeſtum eſt, dotis conſtitutionem, & præſtationem non eſſe contra juris communis regulas, cum æquè in vita patris dos filiabus debeatur, atque legitima filiis poſt mortem, *d. l. qui liberos, & d. l. fin. Cod. de dotis promiſſ.* & tradit ex *d. l. qui liberos* tanquam ſpecialem fauorem dotis Baldus Nouellus *de dote parte* 6. *priuil.*15. vbi etiam, quibus etiam aſſignat differentiam inter dotem, & alimenta ꝑ quod hæc pater non cogitur dare niſi ſucceſſiuis temporibus, vt latè explicaui *in præcedenti parte de alimentorum obligatione* dotem autem tenetur obligare totam ſimul, & non in vſufructu fundi; ſed in plena proprietate de quo *infrà.*

Ad

Ad ſecundum argumentum primo reſpondetur, fructus hæreditatis fideicommiſſo obnoxiæ ab hærede inſtituto iudicio teſtatoris imputandos eſſe non ſolum in quaſi debitum, ſed & in verum debitum teſtatoris fideicommiſſi inſtitutionis, id quod præter Gubertum *d. cap.3. n.15.* tradidere Paulus de Caſtro *in d. §. cum proponeretur*, Menoch. *conſ.88. num.33.* & plures alij Iuriſperitis P. Barboſa *d.p.4. num.2. verſ. quinimo illos mem.21.* ſequente relati per textum *in l. quod de bonis 15. §. quod auus, ff. ad l. Falc.* vbi habetur fructus hæreditatis fideicommiſſariæ eſſe imputandos nepoti hæredi grauatos imputandos in creditum ſuum, ſeu in verum debitum quod ei debebatur ratione tutelæ, *dicta autem l. ſi debitor, ff. eodem* Gubertus ait non negari fructus imputari in creditum, ſeu verum debitum Teſtatoris, ſeu in illud, quod teſtator defunctus hæredi grauato debebat, quod latius diſtinguendo duos caſus dictæ legis ſi debitor declarat P. Barboſa, *d. n. p.4. n.1. & 2.* falſum etiam eſſe ait Gubertus, quod *in d. §. cum proponeretur*, quod filia hæreditatis fructus in dotem imputare deberet, quia eſſet diues, & ob id dos ei non deberetur, eo quod ille, §. *de filia* aduentitio peculio diuite non loquetur, ſed ſtatuet filia hærede inſtituta ita, & hæreditatem reſtituat, dotem ex facultatibus paternis deducere; quod ſi tantos fructus ex hæreditate mulier perceperit, vt inde poſſit doti ſatisfieri, potius fructibus dotis ſatisfactum eſſe debere, quod in omnibus filiabus æquè eſt obſeruandum. Secundo ſuppoſito, quod fructus hæreditatis fideicommiſſariæ ab hærede grauato reſtituere non ſint imputandi in debitum verum teſtatoris, niſi teſtator id expreſſit (vt tenent Ruinus *conſ.12. & conſ.15. lib.2.* Roland. *conſ. 65. num.24. lib.2.* Menoch. *conſ.183. à num.42.* Rota *deciſ.680. p.1. diuerſorum*, & alij à P. Barboſa *d.p.4. n.2.* relati. Reſpondet idem P. Barboſa *in d. §. cum proponeretur*, non ideo fructus imputari in dotem, quia pater non teneatur dotare filiam diuitem, vt Bartholus & alij eius ſequaces præſupponunt; ſed ex eo potiùs quod dos debeatur officio Iudicis, & ſic ſit tantum quaſi debita, fructus autem hæreditatis fideicommiſſariæ imputantur in quaſi debitum, quamvis in debitum verum non imputentur, niſi teſtator id expreſſerit; vt tradunt Alexander *in d. §. cum proponeretur*, à P. Barboſa *ibidem* relatus, & poſt alios Menoch. 852. *num. 8. & 9.* & Gratianus *diſcept. for. tom.2. cap.2. 4. num.15.*

30 Ex traditis conſtat, quod licet Imperator *in d. l. fin.* dicat, quod ſi pater promittens dotem pro filia habente bona propria declarauerit ſe dotare de bonis filiæ, non inde tamen infertur iuxta eandem legem patrem non teneri dotare, filiam diuitem: nam Imperator ibi probat textum, quod facta prædicta declaratione pater conueniri non poſſet ratione ſuæ promiſſionis vt ex propriis bonis dotem conſtituat. Non tamen negat, quod filia nihilominus iure actionis, & implorato iudicis officio poſſit cogere patrem, vt ex bonis propriis de nouo ſibi dotem conſtituat, vt poſt vtrumque Socinum, Ripam, Alciatum, Bolognetum, & Bulgarinum *in l.1. ff. ſoluto matrimonio*, notauit P. Barboſa *d.p.4. n.24. in fine*, addens confirmationem, quod ſi filia, quæ non fuit à principio dotata congruè, poteſt agere ad dotis congruæ ſupplementum, vt Doctores communiter, à fortiori poterit agere, quando pater nullam dotem dedit ex propriis bonis, ſi filia igitur quæ præfatæ declarationi non conſenſerit expreſsè, poterit cogere patrem, vt dotem ex propriis bonis ſibi conſtituat, vt latè probat P. Barboſa *num.25. de quo §. ſequenti.*

31 Ex hac opinione communiter recepta, & traditis ad eius confirmationem, manifeſtè infertur, quod ſi filiam extraneus, aut maritus dotauit etiam animo donandi pater adhuc teneatur de ſuo (ſi ſit diues) dotem eidem filiæ cōgruam aſſignare, id quod etiam in terminis tradunt Baldus Nouellus *de dote parte 6. priuil.16. num.8.* & Palacius *d. §.14. num.10.* quod latius confirmatur ex traditis *infrà* de neceſſitate patris dotandi filiam jam nuptam præſertim *num.100.* vbi alij Doctores huius ſententiæ referuntur.

Dictum eſt autem in præcedentibus patrem diuitem teneri dotare filiam diuitem, nam ſi eſſet inops, eximeretur ab onere illam dotandi de ſuo, & poſſet dotare ex bonis filiæ, ſi eſſet adminiſtrator bonorum illius, & ſi non eſſet adminiſtrator, quia filia eſſet emancipata, ipſa ſe deberet dotare, iuxta Doctores vtriuſque ſententiæ; & qua ratione inopia patris illam eximat ab onere dotandi; habetur *infrà num. 49. 55. 83. ad 86. & num.222. & ſeqq.* 32

§. VI.

An pater diues habens penes ſe bona materna, vel alia aduentitia filiæ in poteſtate exiſtentis vel emancipatæ dotem pro filia promittens in dubio præſumatur promiſiſſe de propriis bonis vel de bonis filiæ.

Occaſione eorum quæ *in d. l. fi. Cod. de dotis promiſſ.* tradit Imperator, ſcilicet, quod pater habens penes ſe bona materna filiæ, ſiue in poteſtate exiſtentis, ſiue emancipatæ, qui pro ea promiſit, ſeu dotem conſtituit, intelligitur ex propriis bonis nō ex bonis filiæ dotaſſe, quia eſt officium paternum filias dotare, tractant Iuriſperiti an, & quando pater diues debitor filiæ, ſeu habens penes ſe bona materna, vel alia aduentitia filiæ, qui pro illa dotem promiſit, ſeu conſtituit, præſumatur in dubio de propriis, vel de filiæ bonis dotem promiſiſſe, & conſtituiſſe; qua de re præter ſcribentes *in l.1. ff. ſoluto matr.* agunt præſertim Io. Boſcheius *de leg. nupt. lib.5. num.25. & 27.* Baldus Nouellus *de dote p. 6. priuil.3. & 6.* Campegius *de dote p.1. quæſt.16.* Palacius *repet. in cap. per veſtras §.14. de donat. inter vir. & vxor.* Mantic. *de tacit. & ambig. conu. lib.12. titul.19.* Menoch. *de præſumpt. lib.3. præſ.15.* Maſcard. *de probat. concluſ.1155.* Gomez *ad l.50. Tauri num.22. 23. & 24.* Ioſeph. Ludouicus *deciſ. Peruſ.21.* P. Barboſa *in d. l. 1. ff. ſol. matr. p.4. num.25. & 26. & à num.143.* Paſchalis *de iuribus patriæ poteſtatis parte 2. cap. 6.* Auguſt. Barboſa *collect. ad d. l. fin. Cod. de dotis promiſſ.* Fontanella *de patris nupt. clauſ.5. Gloſſa 1. p.3.* Et ex Theologis Ludouic. Molina *de Iuſt. & iure tom.2. diſp.424. à n.3.* & Fragoſus *de Regim. Chriſt. Reip. p.3. diſp.5. §.1.* 33

Ergo hac (contempta temeritate Hotomani *de dotibus pag.6. verſiculo hoc autem loco*, vbi acriter damnat diuiſionem illam dictæ, *l. fi.* quod pater ſiue ſimpliciter promiſerit dotem pro filia, ſiue promiſerit tam de ſuis, quam de filiæ bonis intelligitur de ſuis bonis tantum promiſiſſe, & dotaſſe dicens nihil hac diuiſione abſurdius, aut Boëtico ingenio cōuenientius fingi potuiſſe & nihilominus alios Doctores in illo luteo invento acumen quæritare, cum commodè lex illa potuerit ſic concipi, nempe vt pater dotem filiæ nō aliunde, quam ex propriis ſuis bonis conſtitueret, & aduentitia filiæ bona integra relinqueret) contempta inquam tanta huius viri alioqui eximij Iuriſperiti, qua potero majori breuitate notata à præfatis Doctoribus, & aliis, ab iiſdem relatis tradita conſiderando, primo quando pater ſimpliciter dotem pro filia habente bona aduentitia dotem promittit, poſtea quando dotem promittit de bonis propriis, & filiæ vel nomine filiæ ſeu promittit ſolum de bonis filiæ. 34

PRIMA

PRIMA CONCLVSIO COMMVNIS.

35 Igitur prima concluſio communis eſt, quod pater qui ſimpliciter dedit, vel promiſit dotem pro filia habente bona aduentitia penes eundem patrem exiſtentia, intelligitur dotem conſtituiſſe, vel promiſiſſe de bonis propriis, non de bonis filiæ ita communiter Doctores *ſuprà n.23.* præallegati, & alij apud eoſdem, & conſtat *euidenter ex d. l. fin. Cod. de dotis promiſſ.* & huius concluſionis, & deciſionis legalis potiſſima ratio eſt, quia ſecundum leges paternum eſt officium dotare filias ex propriis bonis, vt dicitur *in d. l. fin. & ſuprà* probatum eſt; ac proinde ſimpliciter dotando, ſeu promittendo dotem cenſetur ex propriis bonis ſecundum officium ſuum dotaſſe, & promiſiſſe, & hanc rationem in eadem *l. fi* traditam adducunt, & approbant Doctores communiter, quare.

36 Extenditur primò concluſio etiam ſi filia ſit diues, & ex bonis propriis poſſet ſufficienter dotari, vt clarè conſtat *ex d. l. fin.* & tradunt præallegati Doctores præſertim Mantica *num.6. & 41.* Maſcardus *n.11.* Ioſeph. Lud. *d. concl.21. n.25.* P. Barboſa *num.146. verſic. Amplia ſecundo* alij allegati *ſuprà n. 35.* præter alios & à Barboſa & Maſcardo allegatos officium enim paternum eſt, dotare etiam filiam diuitem legitimam, & naturalem, ad id cogi pater poſſet iuxta tradita *ſupr. n.25. & ſeqq.* quare non obſtante, quod filia habeat aliquid ab auo legatum, vel bona materna vel aliunde, pater illam ſimpliciter dotans præſumitur filiam ex bonis ipſius patris dotaſſe.

37 Extenditur Secundò concluſio, vt procedat ſiue filia in poteſtate, ſiue emancipata Maſcardus *num.8.* Menoch. *d. præſump.15. num.11.* P. Barboſa *d. num.144. verſic. amplia 3.* Aug. Barboſa *n.20.* & conſtat *ex d. l. fin. cod. dotis promiſſ.* Pater enim non minus tenetur dotare filiam emancipatam, quod in ſua poteſtate exiſtentem *vt ſupr. n.10.* probatum eſt.

38 Extenditur tertio eadem concluſio ad filiam viduam item dotatam à patre, præſumitur enim dotata ex bonis ipſius patris, & non animo compenſandi, vt tradunt Menochius poſt alios *d. præſumpt.15. num.13. & præſ.6. n....* Aug. Barboſa *d. n.29.* & prius Alexander *in l. huiuſmodi, §. cum pater de leg. 1.* ſi dos data præſertim marito ab eius hæredibus non fuerit exacta, quod idem aſſerit Campegius *de dote, p.1. quæſt.38* & alij à Boërio, & Paſchal. locis mox citandis. At vero contrarium, & patrem qui dotem ſimpliciter pro filia vidua præſumi promiſiſſe animo compenſandi cum dote data priori marito ſiue ab eius hæredibus fuerit exacta, ſiue nondum exacta poſt Cynum *in auth. ſed quamuis, Cod. de rei vxor. actione* tradunt Guido Papa *quæſt.975. num.3.* Boërius alios allegans *deciſ.137.* & Paſchalis *d. cap.6. num.25.* per textum *in l. dotem 1. ff. de iure dotium*, vt dos ſecundo viro ſimpliciter data cenſeatur eadem prima cum data primo viro, niſi aliud expreſsè fuerit conuentum, & non diſtinguitur, an prima fuerit exacta, vel non, & procedit deciſio textus ſiue dos fuerit promiſſa ab ipſa muliere ſiue à patre, vt tradunt iidem Doctores *ibid. Gloſſa verbo dotem* videatur Boërius & Guido latè agentes de hac re, quidem quando pater exegit dotem ab hæredibus mariti, certum eſt patrem legitimè promittentem dotem ſimpliciter pro filia vidua ſecundo nubenti cenſeri in promiſſione includere dotem primo marito datam *d. l. dotem 1. ff. de iure dotium* & præter allegatorum Doctores P. Barboſa alios allegans *ad d. l. primam d. p.4. num.53. & 54.* cuius rei ratio, & quia ex iuris neceſſitate pater dotem primo marito datam tenetur dare ſecundo marito abſque diminutione, vt *capite præced.* oſtenſum eſt ac proinde cum videatur eſſe debitor neceſſarius, ſemper debet videri promiſiſſe animo compenſandi cum illo debito neceſſario *lege cum dotem, §. ſi pater, ff. ſoluto matrimonio*, At vero ſi dote filiæ viduæ in ſua poteſtate exiſtentis nondum exacta ab hæredibus mariti defuncti pater ſimpliciter dotem promittat pro filia vidua, patrem ex propriis bonis iuxta *d. l. fin. Cod. de dotis promiſſ.* cenſui dotem promittere ſenſere Alexander *in l. huiuſmodi, §. cum pater, n.7. ff. de legat. 1.* Socin. ſen. *conſ.100. n.7 lib.3.* Socin. iun. *conſ.79. n.85. lib.3.* & Petrus Barboſa *d. n.54.* & ſic iuxta hos Doctores filia vltra dotem à patre promiſſam poterit exigere priorem dotem ab hæredib. primi mariti: fundantur iidem Doctores, quia cum hoc caſu pater dotem non exactam non cogatur filiæ ſecundo nubenti reſtituere, ſimpliciter promittendo, videtur tanquam voluntarius debitor promittere, qui animo compenſandi promittere non videtur, *l. creditorem, ff. de legat.2.* verum *d. l. dotem*, videtur loqui indiſtinctè, quare idem P. Barboſa *in l. poſt dotem 30. n.34. ff. ſolut. matr.* abſolutè indiſtinctè ait quod ſi pater qui filiam ſuam viduam ſecundo nuptui tradidit, pro ea promittat dotem ſimpliciter, non videtur intellexiſſe de noua dote, ſed de antiqua, quam in primo matrimonio dedit iuxta *d. l. dotem* & ſi forte maiorem dotem promittat quam dederit in primo matrimonio, tamen antiqua dos videtur includi in promiſſione, & id, quod deeſt, ex ſuo præſtabit; & idem dicit Auguſt. Barboſa *collect. ad auth. ſed quamuis n.9. Cod. de rei vxor. act.*

Extenditur Quartò vt poſtquam pater ſimpliciter dotem dedit, vel promiſit pro filia, non poſſit poſtea tempore ſolutionis, vel poſt dotis traditionem proteſtari, vel declarare, ſe ſoluiſſe, vel promiſiſſe ex bonis filiæ, cui declarationi, ſeu proteſtationi, non foret ſtandum, ita Menochius *d. n.19.* Maſcard. *n.10.* P. Barboſ. *d. n.44. verſ. amplia quarto, & n.5.* & alij *apud eoſdem.* Proteſtatio enim debet fieri ante actum vel in ipſo actu, alioqui non poteſt proteſtans in alterius præiudicium *l. pro hæred. §. Papinianus ff. de acquirend. hæredib.* Menoch. & Maſcard. poſt alios *locis citatis* & alios allegans Barboſa *dict. numero 25.* 39

Extendit Quintò eadem concluſio etiamſi pater eſſet legitimus adminiſtrator bonorum filiæ non adhuc ſimpliciter dotans, vel promittens pro ea dotem præſumitur dotaſſe vel promiſiſſe ex propriis bonis, & non filiæ ita Doctores, *n.33.* relati Mantica *n.13. & 14.* Menoch. *n.14.* Gomez *n.22. verſic.* Sed aduertendum Maſcard. *n.28. & 29.* & alij communiter apud eoſdem conſtat *ex d. l. fin. Cod. de dotis promiſſ* quæ loquitur in filia, quæ habebat bona materna, in quibus pater habet vſumfructum, & certum eſt, quod eſt illorum legitimus adminiſtrator *l. 1. Cod. de bonis maternis*, & tamen ibi diſponitur, quod intelligatur de ſuo patrimonio dotaſſe conſtat etiam ex *l. profectitia §. fin. ff. de iure dotium* vbi [*vt cap. 3. n.17.* notatum eſt] habetur, quod ſi pater ſit curator filiæ emancipatæ & promittit ſimpliciter dotem pro ea, videtur promittere vt pater, non vt curator; & id probat ratio *ſuprà n.35.* adducta ad probandum eandem concluſionem, ſcilicet quia paternum eſt officium dotare filias, & ad id cogi pater poteſt, ac proinde licet ſit bonorum filiæ adminiſtrator, ſi ſimpliciter dotet vel promittat dotem cenſetur agere de ſuo patrimonio: ſecus vero in matre, auia, vel alio aſcendente per lineam fœmininam adminiſtrare bona filiæ illam dotante, ſeu pro ea dotem promittente; in dubio enim præſumitur egiſſe de bonis mulieris *vt ſuprà cap 3. n.108. & ſeqq.* probatum eſt, quia non eſt officium matris, vel auiæ dotare, vel alere deſcendentes, & ad id tenentur in ſubſidium *l. neque mater, Cod. de iure dotium*, de quo *infrà.* Quare 40

Bartholus

Bartholns *in l. Neſennius n.*25. Angelus *ibid. ff. de negot. geſtis*, & communis *conſ.*87. non rectè contrarium & Patrem adminiſtratorem bonorum filiæ iliam dotantem cenſeri ex bonis filiæ dotare ſenſerunt per textum *in dicta l. Neſennius* dicentem matrem, vel auiam adminiſtrantem bona filij & neptis exhibentem illis alimenta, præſumi illa præſtare ex bonis filij, & neptis; cum diuerſa ſit ratio matris, & auiæ, quæ ex proprio officio non tenetur alere deſcendentes, niſi in ſubſidium, paternum vero ſit officium filias alere, & dotare vt dictum eſt. Hinc,

41 Similiter ſi pater ſit tutor, vel curatur filiæ emancipatæ, & ſimpliciter dotem dederit, vel promiſerit pro filia, ex bonis propriis non filiæ intelligitur dotaſſe: vt conſtat ex *d. l. profectitia* §. *vltimo*, & probat eadem ratio, & tradunt Gomez *loco citato*, & P. Barboſa *n.*146. *verſic. neque etiam & n.*48. *verſic. ſimiliter* & Campegius *allegata quæſt.*16. *n.*4.

Et pariter ſi pater ſit debitor filiæ, ſimpliciter dotando, vel promittendo dotem cenſetur de ſuo patrimonio, & non animo compenſandi dediſſe aut promiſiſſe, ita Gomez *d. num.*21. P. Barboſa *n.*146. *verſic. niſi pater & n.*149. *initio*, & plures alij ab eodem Barboſa relati, & colligitur *ex d. l. fin. Cod. de dotis promiſſ.* ac probat eadem ratio officij paterni.

42 An vero procedat concluſio etiam ſi pater bonorum filiæ adminiſtrator promiſiſſet dotem exceſſiuam vires proprij patrimonij excedentem, vel dotem tantum, vt pro aliis filiabus, quas haberet, dotandis non remanerent bona ſufficientia, vt etiam in his caſibus præſumatur de proprio bonis promiſiſſe, & non de bonis filiæ ſaltem, quod exceſſum, explicetur *infrà n.*53. *& ſeqq.*

43 Extenditur ſextò eadem concluſio, vt impenſas, quæ pater fecit tempore nuptiarum filiæ ex bonis propriis cenſeatur illas feciſſe, *arg. cap. acceſſorium de reg. iuris in* 6. Ita Fontanella *d. clauſ.*5. *Gloſſ.*1. *parte* 3. *num.*11. P. Barboſa *ad d. l.*1. *p.*4. *num.*144. *verſic. Amplia* 5. & Paſchalis *d. cap.*6. *num.*16. poſt Paulum de Caſtr. *conſ.* 304. *num.*3. *lib.*2. contra Bald. & Angelum *in l. fin. ff. de petit. hæred.* Iaſonem & Baëzam contrarium ſentientes per textum *d. l. fin.* qui tamen loquitur in impenſis factis pro honore & dignitate filij, non vero in impenſis factis cauſa matrimonij filiæ, quæ debent ſequi naturam ipſius matrimonij, *arg. Clem. diſpendioſam de iud.* & eorum, quæ Ancharanus tradit *conſ.*7. *num.*3. vide *infra n.*154.

44 Extenditur ſeptimò ad donationem propter nuptias [ſi ſit conſuetudo patriæ quod ſponſus donet aliquid propter nuptias ſponſæ] quam pater habeos penes ſe bona aduentitia filiæ, vel illa adminiſtrans facit pro eadem filia, præſumitur enim feciſſe de bonis propriis, non de bonis filiæ: ita *habetur d. l. fin. Cod. de dot. promiſſ.* & tradunt ibi ſcribentes, & Doctores *ſupra n.*33. relati, præſertim Gomez *n.*21. Menochius alios allegans *n.*9. & Maſcard. *d. conc.*155. *num.*7. & Molina *loco eodem n.*33. *relato.*

45 Extenditur octauò ad hæredes patris bona filiæ penes ſe habentes, vel adminiſtrantes dotem pro filia ſimpliciter promittentes, intelligunt enim in dubio de propriis bonis hæreditatis paternæ, non de bonis filiæ promiſiſſe iuxta *reg.* 2. §. *ex his*, *ff. de verborum obligationibus*, ita ex doctoribus *n.*33. relatis Petr. Barboſa *dict. p.*4. *n.*144. *verſic. Quod etiam*, *& n.*150. *verſicul. niſi eos*, poſt Ruinum *conſ.*200. *num.*4. *&* 7. *l.* 1. & Mantic. *d. tit.*19. *num.*41. quod procedere etiam ſi hæres conſtituiſſet filiæ dotem expreſsè de bonis hæreditatis patris, & de bonis maternis, vt etiam hoc caſu intelligatur conſtituiſſe totam dotem de bonis hæreditatis patris tradit Mantica *ibidem* poſt Ruinum *d. n.*4. quia etiam pater filiæ conſtituens dotem de bonis paternis, & maternis, de bonis ſuis conſtituiſſe intelligitur, vt dicitur *d. l. fin. Cod. de dotis promiſſ.* & explicaſut *infrà.* Quare licet frater adminiſtrator bonorum ſororis ſimpliciter dotans ſororem præſumatur dotaſſe de bonis eiuſdem ſororis, non de ſuis propriis *vt ſuprà capite* 3. *num.*108. probatum eſt nihilominus ſi ſit hæres patris & tanquam hæres patris dotem promittat, de bonis hæreditatis paternæ intelligitur promittere, vt notarunt P. Barboſa *d. n.*150. & Mantica *d. num.*51. poſt Ruinum *d. conſ.*207. *numero* 7. Verum quidem eſt, quod hæres patris dotem ſimpliciter promittens in dubio cenſetur promittere animo ſatisfaciendi obligationi legali, non vero de nouo donare dotem, vt idem P. Barboſ. *n.*144. *verſic. quamvis illud* poſt Ancharanum *conſ.*7. *n.*10. & probat textus *in l. ſi cum dotem* §. *ſi pater*, *ff. ſolut. matr.*

Extenditur nonò ad auum paternũ dotem ſoluentem 46
vel promittentem pro nepte filio eiuſdem neptis patre jam defuncto, cum enim auus paternus ſuperſtes filiorum defuncto teneatur dotare neptem ex filio, *vt ſuprà n.*12. *in fine*, notatum eſt, ſimpliciter promittendo ſeu conſtituendo dotem pro eadem nepte ex filio, licet neptis ſit diues, in dubio intelligitur promiſiſſe, & conſtituiſſe dotem de bonis ſuis, non autem ipſius neptis, ita ex Doctoribus, *ſuprà n.*33. relatis Mantica *d. tit.*19. *n.*35. poſt Socin. ſen. *in l.*1. *n.*47. *ff. ſolut. matr.* & Socin. jun. *conſ.*79. *num.*35. *lib.*3. qui teſtantur eſſe communem ſententiam; & conſtat *ex d. l. fin. Cod. de dotis promiſſ.* cum loquitur de officio paterno dotem conſtituendi pro eius progenie, verbum autem *progenies*, non ſolum de filia, ſed etiam de nepte proprie intelligitur *vt ſuprà n.*11. *&* 12. dictum eſt, & conſtat ex *l. vltima*, *ff. de nat. lib.* ſi autem pater neptis ſuperſit, & filiam poſſit dotare, auus non præſumitur dotem ei conſtituiſſe de bonis ſuis, quia tunc iſti non incumbit onus dotandi, ſed patri *vt ſuprà n.*12. probatum eſt ita etiam Mantica *d. n.*35. *verſic.* cæterum.

Sicut autem pater, vel auus paternus patre defuncto ſimpliciter filiæ vel nepti conſtituens dotem in dubio præſumitur promiſiſſe, vel ſoluiſſe dotem ex bonis propriis, & non ipſius filiæ vel neptis licet diuitis ita etiam certum eſt filiam à patre vel auo paterno ſimpliciter dotatam iure ciuili inſpecto non intelligi dotatam ex bonis matris, vt notat Mantica, *d. tit.*19. *numero* 36. cum id fieri nequeat, *l. neque mater*, *Cod. de iur. dot.* non enim præſumitur factum, quod de iure fieri prohibetur, *arg. l. qui ad certum*, *ff. locat.* quid vero iuxta leges Hiſpaniæ, agunt ex Doctoribus, *ſuprà num.*33. relatis P. Barboſa, *d. parte* 4. *ad num.*147. Gomez *ad d. l.*50. *Tauri num.*24. & Ludou. Molin. *d. diſp.*424. *de quo forte infrà.*

Limitationes præfatæ concluſionis primæ.

Limitatur primò dicta prima concluſio, ſi pater ſit 47
penitus inops non habeos bona, vel non ſufficientia ad dotem promiſſam tunc enim præſumitur dotem promiſiſſe totaliter de bonis filiæ, ſi pater careat omnino bonis, vel de bonis filiæ quatenus propria bona non ſufficiunt ad totam dotem, promiſſam ſoluendam, conſtat *ex d. l. fin. Cod. de dotis promiſſ.* & tradunt Doctores *ſupr. n.*33. relati, & alij communiter: nec filia in hoc caſo poterit contradicere, cum pater vtiliter eius negotiũ geſſerit iuxta præfatos Doctores, *d. n.*33. relatos & præſertim latiùs P. Barboſa, *d. p.*4. *n.*164. *verſic. ſed non placet.* An vero ſi patris ſubſtãtia ſufficiat quidem ad dotẽ datam promiſſam ſoluendã, ſed dote ſoluta non ſuperſint neceſſaria eius alimenta, vel neceſſaria pro aliis filiabus dotandis vel pro legitima filiorum, quos habet; adhuc intelligendus ſit ſolùm de bonis propriis dotem promiſiſſe explicatur *infra.*

Limitatur 5. quando filia prius promiſit dotem de ſuis bonis, & poſtea pater ſimpliciter dotem ſoluiſſet; tunc enim patrem in dubio præſumendum, & intelligendum dotem dediſſe ex bonis filiæ dixerunt Socin. ſen. *in l.1.n.4.verſ.ſecunda reſponſio.,ff.ſol. matrim.ibid.* Thomas Palpalia *n.16.verſ.quarta,* & eos allegans Maſcard. *d.concluſ.*1155.*num.*26. ex eo quod ſolutio patris præſumitur facta ex præcedenti cauſa obligatoria, *arg. textus in l. quadam mulier. Cod. de rei vindicat. & l.2. Cod.de acquir.poſſeſſ.* Hanc tamen limitationem reprobat; Mantic. *d.tit.*19.*n.*30.*verſic.ſed aduertendum,* poſt Socin.jun. *conſ.*79.*n.*50.*lib.*3. ſi pater nulla facta commemoratione promiſſionis ſeu obligationis filiæ dotem ſimpliciter dederit aſſerens potius intelligi patrem dotem dediſſe de bonis ſuis quam filiæ, eo quod probabiliter poteſt dubitari, an nomine proprio, de bonis ſuis vel nomine filiæ, & de bonis eius dederit, & hoc ſufficiat, vt in dubio præſumatur voluiſſe paterno officio ſatisfacere, *iuxta d.l.fin.Cod.de dotis promiſſ.* ex quo etiam in dubio quis præſumatur actum facere nomine proprio argumento, *l.& magis, ff.ſolut.matrim.* illud vero, quod ſolutio præſumatur facta ex cauſa præcedenti aiunt Socinus jun. & Mantica procedere, quando idem, qui promiſit, ſoluit non ſi alius ſoluit, qui nomine proprio ſit etiam obligatus, vt eſt pater reſpectu filiæ naturalis & legitimæ pro illius dote, *d.l.fin. Cod. de dotis promiſſ.* item aiunt non procedere, quando alia eſt legis præſumptio, quæ major eſt, & minorem excludit: in præſenti autem pater magis præſumitur voluiſſe ſuo officio ſatisfacere, *d.l.fin.* Quod ſi pater ſoluendo dotem obligationis filiæ mentionem fecerit, admittunt limitationem cum tunc tollatur dubitatio vt *d.l.fin.* verum admiſſa limitatione filia adhuc poteſt petere dotem ſibi dari à patre, & ad id illum cogere iuxta tradita, *ſupr.n.*30.*&* 31. ſi data à patre non adæquaret dotem filiæ congruam.

51 Limitatur 3. eadem prima concluſio, ſi pater prius dotauerit aliam filiam partim de bonis propriis, & partim de bonis filiæ: nam poſtea ſi ſimpliciter dotat aliã filiam vel pro ea dotem promittat, tunc in dubio intelligi poteſt ſecundæ filiæ dediſſe vel promiſiſſe dotem eodem modo, ſcilicet non tantum de bonis propriis, ſed de propriis & de bonis filiæ ad ſeruandam æqualitatem inter filias vt poſt Socin. ſen. *in l.1.n.39.ff.ſolut. matrim.* & nonnullos alios tradunt Palacius *in cap. per veſtras §.14.n.7.de donat. inter vir. & vxor.* Gomez *ad d.l.50.Tauri n.19.in fine,* & Maſcard. *d.concl.*1155.*n.*16. nam licet pro ſecunda pater ſimpliciter dotem dederit vel promiſerit, tamen eum intelligi eodem modo, quo pro prima, dediſſe & promiſiſſe perſuadet (inquit) ratio æqualitatis, quæ inter filios ſeruanda eſt, *l.vlt.Cod. comm. vtriuſque iud.l.illud, Cod.de collat.l.cum pater §. euictis, ff. de leg.2.* Præſumptio autem, *d.l.fin. Cod. de dotis promiſſ.* ex conjecturis, etiam poteſt excludi, vt notat ex Doctorib. *ſuprà n.*33. relatis, Mantica *dicto titulo.*19.*num.*23. *&* 24. *immediatè ante verſiculum ſed aduertendum.*

52 Verum ex Doctoribus *dicto num.*33. relatis Menochius, *d.præſ.*15.*n.*22. Mantica *d.tit.*19.*cit.n.*25. Petrus Barboſa *dicta p.4.num.*152. *initio, & num.*160. & Paſchalis *dicto capit.num.*19. *&* 20. poſt Socinum jun. *in dicta l.1.num.325.ff.ſolut.matr.ibidem,* Ripam *num.*93. & Bolognetum *n.*110.diſtinguunt. Nam vel pater dotando filiam ſecundam dixit ſe dare de bonis propriis, & de bonis filiæ, & hoc caſu licet regulariter non obſtante illa proteſtatione, quod doter de bonis ſuis & filiæ cenſeretur filia dotata tantum de bonis paternis iuxta, *dictam legem fin. Codice de dotis promiſſione*; *vt infrà* probatur, nihilominus, aiunt iidem Doctores, quod cenſeretur dotaſſe de propriis bonis, & de bonis filiæ ratione æqualitatis ſeruandæ cum alia filia priùs nupta; & ſic admittendam eſſe dicunt limitationem; & licet Alciatus *in dicta lege* 1. *numero* 74. *ff.ſolut.matr.* dicat propter hanc tam leuem conjecturam non eſſe recedendum à præſumptione, *d.l.fin.* tamen Petr. Barboſa *d. num.* 160. reſpondet conjecturam, quod pater voluerit ſeruare æqualitatem inter filios non eſſe leuem, *l. vt liberis, Cod. de collat.* vel pater ſimpliciter pro ſecunda filia dotem dedit, vel promittit, & hoc caſu aiunt non admittendam limitationem, ſed præſumi patrem dediſſe, vel promiſiſſe dotem tantum de propriis bonis iuxta diſpoſitionem generalem, *d.l.fin. Cod. de dotis promiſſ.* à qua præſumptione generali à lege inducta, vt recedatur, aiunt nõ ſufficere ſolam rationem ſeruandæ æqualitatis (cum dubium non ſit, quin pater majorem dotem pro vna filia, quam pro alia poſſit conſtituere, vt notat Mantica, *numer.26.ex l.Theopomp. ff.de dote præleg.* quando debeat conſtitui non ſolum pro modo facultatum, ſed, & pro dignitate viri, & pro diuerſitate locorum) niſi accedat alia conjectura contrarium perſuadens, ſicut quando pater pro ſecunda proteſtatur dotem dare, vel promittere de bonis propriis, & de bonis ipſius filiæ. Addunt Menochius, & Paſchalis aliam conjecturam, ſcilicet ſi quantitas dotis ſecundæ eſſet eadem cum illa, quæ fuerat primæ filiæ conſtituta ſicut debens centum (inquit Menochius) ſimpliciter legans centum ipſi ſuo creditori præſumitur animo compenſandi legaſſe ob quantitatis paritatem iuxta Doctores, quos idem Menochius *conſ.*320.*num.*24. refert.

Limitatur 4. eadem concluſio, vt pater ſimpliciter filiam dotans, ſeu dotem promittens pro filia præſumatur de ſolis bonis propriis dotare, & promittere, vt non procedat, quando ea præſumptione admiſſa præiudicaretur legitimæ aliorum vtriuſque ſexus filiorum; tunc enim præſumi debere patrem de bonis ſuis, & filiæ promiſiſſe, cum pater dotando vnam filiam non poſſit legitimæ aliorum filiorum præiudicare, tradunt Maſcardus *d.concluſ.*1155.*num.*14. Baeza, *tract.de non melioran.filiabus, cap.*11.*num.*159. Borrell. *in ſum. deciſ. p.3. tit.4.n.*37. & Paſchalis *d.p.2.citato, cap.6. num.*8. confirmat Maſcard. quia dos inofficioſa præjudicans legitimæ aliorum filiorum, data marito eo mortuo, poteſt reuocari, quatenus præjudicat legitimæ aliorum filiorum. Secundum omnes, vt latè tradunt Afflictus, *deciſ.86. ibidem* Vrſillus, & Vincent. de Franchis, *deciſ.*140. immò etiam mortuo patre dotatore, poſſe reuocari conſtante matrimonio, ſi non ſit data in pecunia, quæ fuerit à marito conſumpta ſed in re immobili latè probant Vrſillus *ad d.deciſ.* 86. Afflict. & Vincentius de Franchis, *d.deciſ.* 104. de quo tamen latè *infra cap.*14. §. 3. Igitur ſi ex poſtfacto (inquit Maſcardus) poteſt dos inofficioſa reuocari, multò magis à principio, *arg.l.patre furioſo, ff. de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris.* 53

54 Verum hanc limitationem reprobat Petr. Barboſa, [quem alios referens ſequitur Fontanella, *de pactis nupt. clauſ.5. Gloſſa 3. p.3. n.*17.] *d.p.4.n.*151.*initio, & num.*162. *verſic. item dicitur,* dicens per talem limitationem nimis reſtringi generalitatem, *d.l.fin. Cod.de dotis promiſſ.* nec obſtare rationem in contrarium adductam, eo quod veriùs ſit promiſſionem patris valere ipſo iure, licet per eam præiudicaretur, legitimæ filiorũ. Quamvis mortuo patre dotatore filij poſſint reuocare eam dotem, quatenus per eam fuit præiudicatum eorum legitimis, *l.vnica, Cod.de inofficioſis dotibus,* & etiam conſtante matrimonio, vt tenent Paulus de Caſtro, *in d.l.vnica n.*5. Ioſeph. Ludou. *d.deciſ.*21. *n.*26. & alios latè referentes Vrſillus *in addit. ad d. deciſ.*86. Afflicti, & Vinc. de Franchis, *d.deciſ.*108. *de quo d.cap.*14. Interim tamen valebit dotis datio, neque

neque in iure inuenitur, quod pater viuens prohibeatur dare vni filiæ dotem exceſſiuam, licet non remaneant bona ſufficientia pro legitimis aliorum filiorum, ſed tantum mortuo patre conceditur reuocatio, quatenus per eam dotem exceſſiuam præjudicatur aliorum filiorum legitimis, & hæc ſententia verior videtur iuxta diſpoſitionem, & interpretationem, *d. l. fin. Cod. de dotis promiſſ.* vbi text. dicit, *ſi pater penitus inopia tentus ſit*, tunc præſumi eum dotem, & donationem promiſiſſe de bonis filiæ vel filij, penitus autem eſt, quando pater vel nihil habet, vel non habet quantum ſufficit ad dotem totam promiſſam ſoluendam ſecus ſi habet facultatem ſufficientem ad dotem promiſſam ſolvendam: Vnde Imperator ibi conſiderauit inopiam reſpectu quantitatis dotis promiſiſſe, non vero conſiderauit quod dote ſoluta ſuperſit quantum exigit legitima aliorum filiorum; ſi ergo pater ex ſubſtantia ſua poteſt ſoluere dotem promiſſam, licet non ſuperſint alia bona ſufficientia pro legitima aliorum filiorum, pater, qui ſimpliciter dotem pro filia promittit, vel etiam promiſit, de bonis ſuis, & filiæ, iuxta diſpoſitionem dictæ, *l. fin. Cod. de dot. promiſſ.* intelligitur de propriis bonis tantum promiſiſſe, quod confirmatur ex ſequenti doctrina communi.

27 Hæc autem communis doctrina eſt iuxta Interpretationem, ſeu diſpoſitionem, *d. l. fin. Cod. de dotis promiſſione*, quod pater dotē pro filia promittens, vel ſimpliciter vel de bonis ſuis propriis, & de bonis filiæ ſeu maternis præſumatur, & intelligatur ſolum de propriis bonis, promiſiſſe, licet promiſiſſet dotem exceſſiuam dummodo tot habet in bonis, & poſſit illam ſoluere, quamvis dote illa promiſſa ſoluta eidem patri non remanerent alia bona, vel ſufficientia ad dotandas alias filias non obſtante quod alias, & regulariter pater teneatur dotem conſtituere attento numero filiorum, *l. ſi filiæ, ff. de legat. 3.* & poſt alios Petr. Barboſa *d. p. 4. num. 162. verſic. item dicitur.* Hanc Doctrinam, & intelligentiam *dictæ legis fin.* tradunt Pariſius *in l. 1. num. 114. ff. ſoluto matrim. & conſ. 80. num. 2. vol. 3.* Hieron. Gabr. *conſ. 156. n. 21. volum. 2.* Afflictus *deciſ. 179. ibidem* Vrſillus ex Doctoribus *ſuprà numero 33.* relatis Baldus Nouellus *d. p. 6. priuileg. 6.* Menochius *d. præſumpt. 15. num. 17. & 18.* Maſcard. *d. concluſ. 1155. num. 12.* Ioſeph Lud. *dicta deciſ. 21. n. 25. & 26.* P. Barboſa *d. p. 4. num. 162.* Paſchalis alios allegans *d. cap. 6. n. 6. & 7.* Aug. Barboſa *collect. ad d. l. fin. n. 20. Cod. de dot. promiſſ.* & Fontanella *de pact. nupt. clauſ. 5. Gloſſ. 1. p. 3. num. 15.* fundantur *in d. textu illius legis fin. ibi illis verbis num. præcedenti adductis ſi quidem pater penitus inopia tentus eſt*, vbi inquit Afflictus & poſt eum alij, non conſideratur abſolutè inopia ſed reſpectu illius certi effectus ſoluendi dotem promiſſam pro filia nec habetur reſpectus, ſeu conſideratio aliorum filiorum licet autem quando lex loquitur de paupere, ſeu de paupertate abſolutè & ſimpliciter, quis dicatur pauper iuxta communem opinionem relinquatur judicis arbitrio attenta perſonarum, & circumſtantiarum qualitate, vt Afflictus *d. deciſ. 86.* & Doctores, quos allegaui *in præcedenti p. de alimentorū obligat. cap. 17. n. 1033.* tamen quando lex facit mentionem de inopia, ſeu paupertate reſpectu certi effectus, putà reſpectu certi debiti ſoluendi, inops, & pauper dicitur, qui non habet facultates ſufficientes ad ſoluendū illud debitum, *arg. auth. de fidejuſſoribus §. ſed neque* Afflictus *d. dec. 86.* & alios allegantes Menochius, Maſcardus, & P. Barboſa *locis citatis*, & alij quos latè refero, *d. n. 1033.* vbi cum Doctoribus communiter trado, quod quando paupertas eſt probanda reſpectu certi effectus nempe certi debiti ſoluendi, eſt probanda in ſpecie reſpectu illius effectus, ſcilicet quod debitoris facultates pro ſolutione illius debiti non ſufficiunt: cum ergo *in d. l.* conſideratur paupertas patris reſpectu certi illius effectus, ſcilicet dotis promiſſæ, vt pater teneatur ad ſoluendam ex ſuis bonis dotem ſimpliciter promiſſam vel de bonis ſuis, & filiæ ſufficit & ſat eſt, quod habeat bona ſufficientia ad illam ſoluendam, tametſi eius facultates non ſufficiant ad æqualiter dotandas, vel ad dotandas alias filias ſuas, & ſi mortuo patre aliæ filiæ, & filij poterunt reuocare dotem, quatenus præjudicat eorum legitimis, vt *numero præcedenti* notatum eſt: ſed interim valebit (vt dictum eſt) dotis datio, neque inuenitur prohibitum, quod pater non poſſit dare majorem dotem vni filiæ, quam alteri *vt ſuprà num. 52.* notatum eſt, & cum aliis tradunt P. Barboſa *d. n. 162.* & Fontanella *d. p. 3. n. 17.* circa tradita, tamen hoc, & *præcedenti numer.* aduertendum non intelligi patrem promiſiſſe ſoluere dotem de ſuis bonis nec teneri ſoluere, niſi remanentibus ſibi bonis neceſſariis ad alendum, ſe, & familiam attenta dignitate, & deducto ære alieno, vt probatur *infra n. 84.*

Limitatur 5. eadem communis concluſio, *& diſpoſitio d. l. fin. Cod. de dotis promiſſ.* quod dos ſimpliciter promiſſa à patre, cenſeatur promiſſa de ſolis bonis patris, non de bonis maternis, limitatur, inquam, vt non procedat in regno Caſtellæ ſi conſtante matrimonio bona noua ſint ſuperlucrata, quæ in eo regno ſunt communia viro, & vxori & ea pater ex cauſa neceſſaria poteſt alienare, dum non faciat in fraudem vxoris, vt habetur *in l. fin. tit. 4. lib. 5. ordinamenti*, & notant Gomez *ad l. 50. Tauri num. 24. verſic. item etiam*, P. Barboſa *ad l. 1. p. 4. ff. ſolut. matrimonio num. 90. ad 97. & num. 147.* Lud. Molina *de iuſt. tom. 2. dicta diſp. 424. num. 8.* & Fragoſus *de Regim. Chriſt. Reip. p. 3. diſ. 5. §. 3.* & ex quibus bonis ſuperlucratis conſtante matrimonio, & communibus viro, & vxori pater ſolus poteſt conſtituere dotem filiabus communibus & habetur, *l. 53. Tauri* quæ eſt *l. 8. tit. 9. lib. 5.* ordinamenti ſi, ergo pater ibi dotem ſimpliciter promiſerit conſtante matrimonio, cenſetur promiſiſſe de bonis præfatis ſuperlucratis ſibi, & vxori communibus & tenetur ſupplere de ſuis propriis, ſi acquiſita non ſufficiunt, ita habetur *d. l. 53.* & tradunt P. Barboſ. *d. q. 90. & d. num. 148.* Gomez, & Molin. *locis citatis.* Couar. *variarum l. 3. c. 19. n. 3.* & alij à P. Barb. relati *locis citatis*, & conueniunt in hoc caſu omnes Doctor. Hiſpani. 28

Difficultas inter eos eſt, an ſi pater poſt ſolutum matrimonium ob mortem vxoris promittat ſimpliciter dotem pro filia, præſumatur promiſiſſe ex bonis præfatis lucratis conſtante matrimonio, ſi tempore mortis vxoris ſuperfuerint, an vero de ſolis bonis propriis: cuius difficultatis reſolutio pendet, ex altera, an maritus etiam poſt ſolutum matrimonium morte vxoris de bonis acquiſitis conſtante matrimonio tunc viro, & vxori communibus dotare poſſit filias communes, & in qua difficultate pactum affirmante ſuſtinent Couarruuias *dicto numer. 3.* & plures alij Doctores Hiſpani, quos refert, & ſequitur P. Barboſ. *d. p. 4. num. 96. fin. & num. 97. & d. num. 147.* eo quod onus, ſeu debitum dotandi filias ſit contractum conſtante matrimonio, & ſic ea bona morte vxoris videntur in filias tranſiſſe, ac proinde etiam poſt ſolutum matrimonium, diſſolutámque ſocietatem inter virum & vxorem debitum, illud ex præfatis bonis communibus eſt ſoluendum iuxta regulam, *l. omne 55. ff. pro ſocio.* quapropter ſimpliciter dotem pro filia promittens præſumi debet promiſiſſe de illis bonis, & de ſuis ſolum quatenus illa non ſufficiant ad totam dotem ſoluendam, & ita expreſſe tenent Couarruuias *loco citato*, & P. Barboſa *d. num. 14.* poſt Gregorium Lopez & Baptiſtam, Patrem vero negatiuam, & Patrem diſſoluto matrimonio de præfatis bonis communibus ſuperlucratis ad filias ſpectantibus non poſſe illis dotem 29

conſtituere; & ſi ſimpliciter dotet filiam vel pro ea promittat non exprimendo de quibus bonis id faciat, non cenſeri id facere de prædictis bonis communibus conſtante matrimonio, acquiſitis; ſed de ſuis propriis tantum dare, poſt Didacum Caſtillo *in d.l.*53. docet & Gomez *d. numero* 54. *verſic. Secunda ratio*, & probabilem exiſtimat Lud. Molina *d. diſput.* 424. *n.*9. Tum quia dicta lex 53. *Tauri*, loquitur conſtante matrimonio, quo tempore maritus habet plenam poteſtatem alienandi ea bona, communia ex iuſta cauſa (vt *ſuprà* notatum eſt) ac proinde non eſt extendenda ad dotem, quæ poſt matrimonium diſſolutum conſtituitur. Tum quia ſoluto matrimonio jam non ſunt communia ſed materna, & effecta propria filiorum: Alias rationes adducit Molina, quæ apud ipſum videri poterunt: ſuppoſita verò priori opinione, quam communem ait eſſe receptiorem, ſi non ſint bona lucrata conſtante matrimonio, in eodem Regno Caſtellæ ſeruandum eſt ius commune, *d. l. fin. Cod. de dotis promiſſione*, nec procedet præfata limitatio, vt notat P. Barboſa *d.p.*4.*n.*90. & *d.n.*147.*in fine*.

58 Quid autem in Regno Portugaliæ, videatur Petr. Barboſa *d.p.*4.*n.*90.& 147.*in fine*; vtrobique enim dicit, quod ſi in eo Regno matrimonium contrahatur ſecundum Regni conſuetudinem; cum tunc omnia bona communicentur inter virum, & vxorem vniverſaliſque ſocietas contrahetur (vt idem ait idem P. Barboſa) ſemper ex bonis communibus dotes ſolui debent, & ſic pater ſimpliciter dotem pro filia conſtituens, cenſeretur conſtituiſſe, ex dictis bonis communibus videri etiam poteſt Fragoſus *citato* §.3.

Secunda concluſio.

Et prædicta quando pater ſimpliciter dotat, ſeu dotem pro filia promittit non exprimendo, an de ſuis, vel filiæ bonis promittat: quid vero ſi promittat de ſuis, & de filiæ bonis, ſeu maternis, vel tantum de bonis filiæ ſit.

59 Concluſio ſecunda & communis; etiamſi pater dotem pro filia dans, vel promittens expreſsè generaliter tamen, & effuſo ſermone dixerit, ſe dotare & promittere dotem de bonis propriis, & de bonis ipſius filiæ, vel maternis non exprimens certam ſummam de ſuis, & certam ſummam de bonis filiæ; adhuc ex iuris intellectu bona patris priùs, & principaliter cenſentur promiſſa, & bona filiæ, vel materna ſolum in ſubſidium, ſi bona patris non ſufficerent. Ita contra Marianum Socinum *in cap. ſua de ſponſ.* referentem ſe conſuluiſſe, quòd filia ſic dotata non poteſt conſequi bona materna, Doctores communiter; Antonius Sola *in conſtitut. Sabaud. tit. de alienat. bonor. minorum, & mulier. gloſſ.*2.*num.*14. Anton. Faber *lib.*5. *ſui Codicis, titulo* 6.*definit.*7. Fontanella, *de pact. nupt. tom.*2.*d. clauſ.* 5.*gloſſ.*1.*p.*3.*num.*12.& *Gloſſa* 3.*p.*5. *num.*15.& 16.& *clauſ.*9.*gloſſ. vnica, p.*1.*num.*9.& 10.& *ex relatis ſuprà num.*33. (apud quos alij) Ioannes Boſcheius, *n.*26. Ioſeph. Lud. *dict. deciſ.*21.*n.*16.*ad* 25. Baldus Nouellus *d. priu.*6. Campegius *d.q.*16. Mantica *d. tit.*19.*n.*8. Menoch. *d. præſumpt.*15.*num.*22.& 23. Gomez *ad d.l.*50. *Tauri n.*21. Maſcard. *dict. conc.*1155.*n.*5.& 6. P. Barboſa *d.p.*4.*n.*153.& 154. Paſchalis *d. cap.*6.*n.*3. *ibidem* Franciſcus Maria Pratus *in annotat. verſicul.* Benè inquit, & *verſic. præmittendum*, Molina *diſput.*424.*n.*4. & Fragoſus *d.*§.1.*n.*17.& *expreſsè habetur d.l. fin. Cod. de dotis promiſſ.* Rationem Doctor. magis communiter adducunt quod & ſi de natura copulatiuæ ſit diuidere obligationem actiuam, & paſſiuam viriliter, & æqualiter inter plures debitores, creditores, *l. reos* §. *cum in duob. tabu. ff. de duobus reis*, tamen quando ponitur inter perſonas, in quibus datur, & conſideratur affectio, & ordo charitatis, & ex parte vnius cadit major affectio, & charitas (vt in propoſito, & ſpecie *d. lege fin. Cod. de dotis promiſſione*, cum ex parte patris dotantis cadat major affectio & charitas erga filiam propter quam leges voluerunt paternum eſſe officium dotare filias vt *d.l. fin.*) non copulat, & diuidit æqualiter, ſed potius regulatur ſecundum ordinem affectionis, & charitatis, ſeu ordinem deſignat, vt quod primo loco ponitur prius, & principaliter veniat, & quod in ſecundo veniat in ſubſidium, vt Gloſſa, & Bartholus *in leg. Gallus* §.1. *ff. de lib. & poſth.* & ſic Pater dotem promittens de propriis bonis, & de bonis ipſius filiæ intelligitur prius promiſiſſe de ſuis, & vbi eius bona nõ ſufficiant, intelligitur promiſiſſe de bonis filiæ: quã tamen rationem cum Alciato reprobat P. Barboſa *d.n.* 154. quia ſequeretur quod ſi promiſiſſet dotem de bonis filiæ, & de ſuis non procederet, textus *in dicta leg. final.* quia iuxta ordinem literæ bona filiæ prius fuiſſent poſita ſeu nominata, cum tamen etiam in hoc caſu procedat, textus ille, & concluſio ſtabilita, vt *infrà* probatur, vbi tamen affertur ratio per quam ſuſtinetur etiam ratio præcedens ratio alia magis euidens quod copula, & *in præſenti*, & *iuxta d.l. fin.* non diuidat æqualiter, eſt neceſſitas impoſita à lege ipſi patri dotandi filias de ſuis bonis, quia iuxta legis officium eſt paternum dotare filias de ſuo, ac proinde ratione dicti officij paterni totus actus, & effectus promiſſionis attribuitur: quia ſecundum illud verba promiſſionis debent accipi ſiue promiſſio ſit de bonis propriis, & filiæ, ſiue de bonis filiæ, & de propriis, ita quod ordo promiſſionis, ſeu ſcripturæ non immutat obligationem paternam, ex quibus apparet Corneum *conſ.*16.*n.*4.*l.*3. non rectè dixiſſe deciſionem, ſeu præſumptionem *d.l. fin.* exorbitare à regulis iuris, & ideo non extendendam ad alios caſus, nam vere nititur optimè juris ratione, vt ex notatis conſtat & id notat, etiam Barboſa *d.n.*154.*verſic.* & *ex ea infertur.*

Ampliatur igitur concluſio prædicta, & deciſio, 60
d. leg. fin. Cod. de dotis promiſſione, vt pater dotans in dubio intelligatur de bonis ſuis prius, & principaliter dotaſſe, ſeu dotem promiſiſſe, & tantum in ſubſidium de bonis filiæ, etiamſi dixerit, ſe dotare filiam de bonis ipſius filiæ & ſuis, ita Baldus *in d. l. fin. num.*1. *ad finem*, Socin. jun. *in l.*1. *num.*177. *ad finem*, *ff. ſoluto matrimonio*, P. Barboſa ad eandem *l.* 1. *dicta parte* 4. *alleg. num.*154. & Mantica *dict. tit.*19. *num.*27. *verſic.* & *quamvis*, enim illa *de bonis filiæ*, & *ſuis* accipiuntur [inquit Mantica, & idem ſentiunt alij præallegati,] ac ſi pater dixiſſet *de bonis ſuis*, & *filiæ*, quia ratione officij paterni illum adſtringentis ad dotandum filiam de bonis ſuis, & filiæ ſic in dubio præſumitur voluiſſe dicere ita, vt ordo intellectus magis inſpici debeat, quam ſcripturæ, vt Socinus Mantica, & Barboſa *locis citatis*; & eandem concluſionem non ſic ampliatam procedere etiam ſi pater diceret, quod ſi ſciuiſſet dictam promiſſionem non includere bona filiæ, non ita dictam dotem promiſiſſet, notat poſt Bulgarium Ioſeph Ludouic. *dicta deciſio.*21.*num.*26.

Ampliatur 2. eadem concluſio, etiam ſi filia ſit di- 61
ves iuxta Doctores *ſuprà num.*36. allegatos, & *ibidem* tradita.

Ampliatur 3. etiã ſi dos promiſſa fuerit exceſſiua dũ- 62
modo facultates patris ſufficiant ad ſummam per eum promiſſam, & dos eſſet inofficioſa, & non ſupereſſent bona pro legitima aliorum filiorum, & dotibus aliorum filiorũ, licet mortuo patre per alios filios, & filias poſſet reuocari quatenus præjudicaret legitimè eorum: ita Doctores relati *ſuprà n.*54.& 55. Et hæc quantum ad forum exterius, ſi autem re vera pater animo intendiſſet promittere partẽ ſummæ de bonis filiæ, tunc in foro conſcientiæ, Molina *dicta diſp.*424.*n.*5. aſſerit eum non teneri

teneri ſoluere totam ſummam de ſuis bonis propriis, ſed ſolum vſque ad portionem legitimam debitam filiæ; aut ſi quid vltra de propriis bonis intendiſſet promittere, niſi forte ex modo, quo promiſit ſua culpa decepiſſet generum, qui cenſuerit intendiſſe promittere totum de ſuis propriis bonis: & ratio, inquit Molina, eſt quia *d. lex fin.* fundatur in præſumptione, vt pater diſtinctè loqueretur promittens dotem pro filia, vel donationem propter nuptias, pro filio matrimonium contrahente ne deciperet generum, vel nurum cum filia vel filio matrimonium contrahentem; at in foro conſcientiæ veritati ſtatur, non præſumptioni; & hæc Molinæ obſeruatio eſt vera; dummodo pater filiæ etiam diuiti congruam dotem det omnibus circunſtantiis inſpectis, ad quam pro filia ſoluendam ex ſuo officio paterno tenetur.

63 Ampliatur 4. vt procedat eadem concluſio, & præſumptio *d. l. fin.* etiamſi dotis promiſſio à Patre fuerit facta filiæ non genero. Ita P.Barboſa *d. num.* 154. contra Gabrielem, (quem ſequutus eſt, Menochius, *d. præſumpt.* 15. *num.* 32.) *conſ.* 156. *num.* 25. *in hoc caſu*, ſecus ſentientem ob eam rationem, quod *deciſ. d. l. fin.* ſit exorbitans à iuris rationibus, quòd tamen non eſt verum, vt *ſupra num.* 59. notatum eſt, & *ibidem* tradita probant indiſtinctè promiſſionem patris, ſub illis verbis conceptam de bonis ſuis, & filiæ intelligi de ſuis bonis.

64 Ampliatur 5. vt procedat, *deciſ. d. l. fin.* iuxta hanc concluſionem ſecundam, etiamſi promiſſioni patris de bonis ſuis, & filiæ vel matris filia expreſsè conſenſerit: non obſtante enim, eo conſenſu adhuc bona patris venire principaliter ſub obligatione, & bona filiæ tantum in ſubſidium, aſſerit Ioan. Boſcheius, *de legit. nupt. lib.* 5. *n.* 25. & poſt Alciatum, & Socinum *in d. l.* 1. *ff. ſolut. matrim. num.* 72. *hic*, *num.* 36. & Gabrielem, *conſ.* 156. *num.* 21. tradit P.Barboſa *num.* 155. & poſt eum alios allegans Paſchalis *de patr. poteſt. p.* 2. *d. cap.* 6. *num.* 4. contra Alexandrum, Gullielmum, Fontanellam, & Parpalionum, *in d. l.* 1. Crauetam *conſ.* 84. *num.* 6. Campegium *d. qu.* 16. volentes ob præfatum conſenſum bona filiæ, etiam venire principaliter in dicta promiſſione, nec audiendam filiam, ſi contra conſenſum ſuum, voluerit venire, *l. generaliter, C. de non num. pecunia.* Probatur ampliatio, & quod conſenſus ille nullum filiæ afferat præjudicium: nam idem filiæ conſenſus intelligitur ſeu cenſeri debet præſtitus eo modo, quo principalis promiſſio facta per patrem à iure interpretationem recipit, *arg. l. cum principalis, ff. de reg. iur.* vnde non vrget ratio in contrarium adducta, quia filia non conſenſit ſimpliciter, vt bona, ſua, ſeu materna continerentur in dote, ſed eo modo, quo promiſſio patris ſecundum jus intelligitur. Procedere concluſionem, & *deciſ. d. l. fin.* etiam ſi filia patri promittenti dotem de paternis, & maternis bonis conſentiat, aſſerit Ant. Faber, *l.* 5. *ſui Cod. tit.* 6. *de dotis promiſ. definit.* 7. *num.* 24. id probans, alia ratione, ſcilicet, quod talis conſenſus in filia ſicut, & in vxore probabiliter non præſumitur liber, eo quod eas pudor, & paterna, aut maritalis verecundia impediat, ne reſiſtere, & contradicere poſſint, *arg. l.* 1. §. *quæ onerandæ, ff. quarum rer. act. non det.* & *l. penult. ff. de ſent.*

65 Ampliatur 6. concluſio, & *deciſ. d. l. fin.* vt ſtante prædicta promiſſione patris de bonis ſuis, & filiæ, ſeu maternis, bona patris tantum veniant principaliter, & bona filiæ cenſeantur venire in ſubſidium, quamvis filia tali promiſſioni conſentiens ſpecificè renunciaſſet bonis maternis. Ita Afflictus *deciſ.* 178. *num.* 13. & Pariſ. *conſ.* 8. *n.* 4. *&* 8. *lib.* 3. Quæ ampliatio vera eſt, ſi filia per ignorantiã, & errorem putans in ea promiſſione venire bona materna æquè principaliter iuxta ſorũ verborũ: huiuſmodi enim renunciationem filiæ erranti

non præjudicare per textũm *in l. mater decedens, ff. de inoffic. teſtam.* & *in l. ſi ſuperſtite, Cod. de dolo,* poſt Gabrielem *conſ.* 156. *n.* 21. tradit P.Barboſa *d. p.* 4. *n.* 155. *initio:* Si vero filia renuncians erat certa, quod ſecundũ juris interpretationem in ea paterna promiſſione bona materna non veniebant niſi in ſubſidium; ampliatio non procedit, ſed renunciatio præjudicat filiæ; ob quam cenſetur dotata etiam de bonis maternis, & ad eadem bona materna non poteſt habere amplius regreſſum iuxta regulam, *in cap. quamvis de pactis in* 6. *& c. quod ſemel de reg. iur. in* 6. ita ex Doctoribus, *præallegatis n.* 33. poſt Crauetam *conſ.* 84. *n.* 4. Vrſillum *ad d. deciſ.* 178. Afflict. *n.* 13. *& in annot. ad deciſ.* 179. *n.* 3. & alios tradunt Ioſeph. Ludou. *d. deciſ.* 21. *n.* 3. P.Barb. *d. p.* 4. *n.* 154. *in fine*, & Paſchalis *d. c.* 6. *n.* 5. & ita ſentit etiam poſt Antonium à Petrut. *in l.* 1. *n.* 113. Maſcard. *d. concluſ.* 115. *n.* 20. addens ex eodem Antonio, quòd ſi filia renuncians fuiſſet enormiter læſa, etſi inſit dolus obtenta ab Epiſcopo diſpenſatione ſuper juramento poterit deinde petere remiſſionem renunciationis.

Verum ampliationem abſolutè approbant, & non 66
obſtante filiæ renunciatione de bonis maternis jurata accedente dictæ promiſſioni paternæ dotis de bonis paternis, & maternis, adhuc promiſſionem intelligi de bonis paternis non de maternis, tradunt Ant. Sola *in conſtit. Sabaud. tit. de alienationibus minorum, & mulierum, Gloſſ.* 2. *numer.* 15. Ant. Faber *d. lib.* 5. *ſui Codicis tit.* 6. *de dotis promiſſ. allegata definit.* 7. *num.* 13. *&* 19. Fontanella *de pactis, nupt. tom.* 2. *clauſul.* 9. *Gloſſ. vnica part.* 1. *num.* 9. *&* 10. Franciſcus Maria Pratus, *in additionibus ad d. cap.* 6. Paſchalis *verſ. excitatur tamen.* Nam, cum dotationes filiarum fieri debeant de bonis paternis, non de maternis, *d. l. fin. Cod. de dotis promiſſione*; patri non prodeſt aut filiæ non officit renunciatio, ſi dos promiſſa, & data filiæ non ſit major, quam fert paterna facultas, & ſubſtantia, miniméque excedat legitimam, ſeu quantitatem bonorum paternorum, eiuſdem filiæ debitorum, in hoc enim caſu nihil de bonis maternis habuiſſe cenſeretur filia; At quando filia nihil ex bonis maternis conſequitur, & illis renunciat, renunciationem vti continentem læſionem enormiſſimam, & factam ſine cauſa & nullo æquitatis colore ſubnixam, & ſi factam cum iuramento non revocandi eſſe iure nullam, ac nihil operari, & ſic poſſe filiam bona materna petere, ac ſi non renunciaſſet, tradunt, iidem Sola *d. num.* 15. Faber *d. definit.* 7. *n.* 14. *&* 15. Fontanella *d. p. num.* 5. & *quatuor ſequentibus*, Franciſcus Maria Pratus *in d. auth. ad d. cap.* 6. *verſic. ſed regulam deductam*, præter quos etiam Vrſillus *ad deciſ.* 179. Afflicti *num.* 4. Vincentius de Franchis *deciſ.* 247. *num.* 1. Magonus *deciſ. Flor.* 18. & Franciſcus Molinus, *de ritu nupt. lib.* 3. *quæſt.* 62. *num.* 35. & plures alij relati, ab Vrſillo, Fontanella, & Prato *locis citatis*, & ita fuiſſe determinatum per Senatum ſuum teſtatur Faber, *d. definit.* 7. *in fine*, & per ſummũ conſiliũ Neapolit. refert *loco citato*, Pratus ex Amato: Neque in hoc caſu, in quo ſupponitur filiæ renuncianti nihil ex bonis maternis fuiſſe erogatum habere locum diſpoſitionem *dicti capitis quamvis*, notat Faber *n.* 16. argumento ſumpto ex illis verbis, *dicti capitis contenta ſeu accepta dote* à contrario ſenſu, vt *ibidem* Ancharanus *not.* 2. *& conſ.* 19. *principio* Salycetus *in l. pactum dotale* 3. *Cod. de collat.* & *ibidem* Decius *n.* 7. in huiuſmodi enim caſu filia non habuiſſet ex ſubſtantia patris dotem, ſed ex propria ſubſtantia ipſius filiæ; Cùm verò aliquid de bonis maternis filiæ datum eſt, vt renunciet bonis paternis & maternis, ſi læſio etiam non enormiſſima, ſed ſolum enormis interceſſerit, certum eſſe aſſerit Faber, *d. definit.* 7. *num.* 17. poſſe illam obtenta abſolutione à iuramento reſtitui in integrum,

tegrum, ſiue ſit minor ſiue major; ne juramentum iniquitati tuendæ deſeruiat, vt poſt Decium *conſilio* 151. *numero ſecundo*, & plures alios notauit Couarruuias *ad dict. caput quamvis pactum*: Prædictis addi poteſt in præfatis renunciationibus, quas parentibus dotantibus faciunt filiæ vt plurimum interuenire metum, ac defectum libertatis, quia vel pro pudore, vel paterna verecundia parentibus requirentibus huiuſmodi renunciationem renuunt, & renunciant, vel ab iiſdem parentibus doloſe, & fraudulenter ſeductæ ad eaſdem renunciationes inducentur, quod tangit etiam Faber, *d. definit.* 7. *n.* 24.

Si pater pro filia dotem dans vel promittens expreſsè declaret ſe dotem conſtituere de bonis filiæ, dos intelligitur conſtituta de bonis filiæ iuxta promiſſionem patris.

67 Dixi in propoſitione præfatæ ſecundæ concluſionis, *etiam ſi pater dotans, ſeu promittens dotem*: pro filia expreſſe, ſed generaliter, & effuſo ſermone dixerit ſe dotare, ſeu dotem promittere de bonis propriis, & de bonis ipſius filiæ, vel maternis &c. Nam ſi pater dando vel promittendo dotem claris verbis declarauit, quod ex bonis filiæ dabat vel promittebat vel aliis verbis claris declarauerit voluntatem ſuam eſſe dotem dare, vel promittere etiam de bonis ipſius filiæ maternis, vel aliis aduentitiis, locum non habebit, *dicta concluſio*, *nec præſumptio dict. leg. fin. Codic. de dotis promiſſ.* quod pater de ſolis bonis propriis dotem dederit, vel promiſerit, vt tradunt Doctores, qui *infra* citantur, & alij communiter apud eoſdem.

68 Primò igitur, ſi pater promittat expreſſe dotem de bonis filiæ nulla facta mentione bonorum propriorum non procedit, *dicta concluſio, & præſumpt. dict. leg. fin. deciſio enim dict. leg. finalis*: fundatur in mera præſumptione voluntatis patris, cui non eſt locus, vbi clarè conſtat de mente patris dotantis (vt in huiuſmodi promiſſione,) tunc enim nulla opus eſt interpretatione, ideoque dos conſtituta intelligitur de bonis filiæ maternis vel aliis aduentitiis iuxta patris promiſſionem: non enim in claris opus eſt coniecturis, *leg. continuus §. cum ſit, ff. de verborum obligatio. & leg. ille, & illa §. cum in verbis, ff. de leg.* 3. in caſu enim dubio *dict. lex fin.* decidit patrem præſumi dotem pro filia dediſſe, vel promiſiſſe de bonis ſuis, provt ſpectat ad paternum officium, ac proinde non habet locum, vbi ceſſet ambiguitas, & pater animum ſuum expreſſe, & clare declarauit, ita ex Doctoribus *ſupra numero* 33. relatis Ioan. Boſcheius *numero 26. in fine*, Mantica *d. tit.* 19. *num.* 22. Menochius *dict. præſumpt.* 15. *numer.* 24. Gomez *ad d. l. Tauri num.* 21. *in fine*, P. Barboſa *d. parte* 4. *num.* 25. & 46. *verſic. eadem ratione*, & Paſchalis *de viribus patriæ poteſtatis d. cap.* 6. *num.* 9. & alij à P. Barboſa relati: contrarium, tenuerunt nonnulli relati à Gomez, *d. num.* 21. *§. ſecundo*: etiam aſſerentes) in hoc caſu promiſſionis dotis de bonis ſolius filiæ patrem teneri dotem ſoluere de ſuo patrimonio, & ſubſtantia, non autem de bonis filiæ, *arg. rationis dictæ l. fin.* quod officium paternum eſt de neceſſitate filiam dotare, verum hæc ratio non probat bona patris eſſe ex vi præfatæ promiſſionis obligata, & hypothecata pro dote, ipſumque patrem ex vi eiuſdem promiſſionis poſſe conueniri ad ſoluendam dotem ex propriis bonis vt contingeret, ſi ſimpliciter dotem promiſiſſet, ſed probat ſolùm poſſe patrem adhuc cogi inſtante filia, vt ex bonis propriis denuò eidem filiæ licet diuiti dotem conſtituat, vt notatum eſt, *ſuprà num.* 30. & præter Doctores *ibidem* citatos tradit etiam Paſchalis *dict. num.* 9.

Similiter ſi pater dederit vel promiſerit dotem pro filia non nomine proprio, ſed nomine tantùm filiæ, ita vt voluerit eius negotium gerere, præſumi potiùs patrem dotem dediſſe, vel promiſiſſe de bonis ipſius filiæ, tradit poſt Socinum ſen. *in l.* 1. *numer.* 41. *ff. ſoluto matrimonio*, & Socinum jun. *ibid. n.* 163. Mantic. *d. tit.* 19. *numer.* 25. & 30. & idem dixerunt Fortunius *de vltimo fine juris num.* 144. & Antonius Rubeus *conſ.* 71. *n.* 3. relati à P. Barboſa *ad d. l.* 1. *n.* 52. *ff. ſoluto matr.* qui tamen poſt Cumanum *in l. vxorem §. Pater neutralis, ff. de leg.* 3. ſentit contrarium, & generalitatem *d. l. finalis* (quod pater præſumatur dotaſſe de bonis propriis procedere etiam ſi dixerit ſe dotare nomine filiæ, quia cum *d. l. fin.* decidatur patrem dicentem ſe dotare ex bonis ſuis, & filiæ adhuc præſumi dotaſſe de propriis bonis (vt *infra* probatur) à fortiori idem erit, quando nulla facta mentione bonorum filiæ dixerit ſimpliciter ſe dotare nomine filiæ, præſertim quia pater dotando ſemper debet dicere ſe dotem dare pro filia, vel nomine filiæ, & nihilominus, *dict. lex finalis* decidit ſemper patrem videri dotaſſe de ſuo, & licet illa verba *dicto nomine filiæ* poſſint admittere duplicem ſenſum iuxta Socin. jun. *d. n.* 183. primum, quod in eius vtilitatem, & vt eius ſit dos, quo caſu certum eſt, procedere generalitatem *d. l. fin.* alterum vt ipſa filia videatur promittere, in quo caſu non procederet, *d. l. fin.* nihilominus cum prædicta verba ſint dubia, & ſic verſamur in dubio, debet fieri interpretatio contra patrem promittentem iuxta *d. l. fin.* 69

Aduertendum tamen admiſſa ſententia vtriuſque Socini, & Manticæ, quod tam in eo caſu, quam in præcedenti, & in ſequenti patris promiſſio, vel datio dotis de bonis filiæ ſi filia expreſſe non conſenſerit eidem patris promiſſioni, & dationi dotis, non præjudicabit filiæ, effectumque ſortiri non poſſit, vt tradunt P. Barboſa alios allegans *d. n.* 25. *verſic. & ſecundum prædicta* Socin. junior. & Mantica *locis citatis*, niſi forte pater in promiſſione, ſeu datione dotis de bonis filiæ, adeo viriliter filiæ negotium geſſiſſet, vt eam ratam omnino habere debeat *per l. Pomponius, ff. de negot. geſt.* quid vero ſi filia expreſsè conſenſerit patris promiſſioni, & proteſtationi, quod de bonis filiæ pro ea dotem promittebat, *infra*. 70

Si etiam pater nihil promittat, ſed det res maternas filiæ pro eius dote, illas venire in dote principaliter, eo quod ſaltem facto conſtat de voluntate patris poſt Alexandrum *conſ.* 149. *num.* 9. *l.* 7. & Baldum *in d. l. fin. n.* 23. & Gloſſam *ibid. verbo dederit*, *Cod. de dotis promiſſ.* tradit P. Barboſa *d. p.* 4. *n.* 158. 71

Si pater in promiſſione dotis de ſuis, & filiæ bonis exprimat certam quantitatem de ſuis, & certam quantitatem de bonis filiæ in promiſſione contineantur æquè principaliter bona vtriuſque.

Secundo ſi pater tempore dotationis, & promiſſionis dotis expreſſit determinatam quantitatem de propriis bonis; & quantitatē determinatam de bonis maternis ſeu aliis aduētitiis filiæ puta, dixerit *do, vel promitto pro dote filiæ mille de bonis meis, & alia mille vel quingenta de bonis eiuſdem filiæ*: non erit ab expreſſis verbis recedendū, ſed tā mille ex bonis filiæ quàm mille, ex bonis patris veniēt in promiſſione, nō verò pro integra dote ſoluēda ſola patris bona in promiſſione cōtinebuntur, quia hic ceſſat dubietas, & verſamur in claris, & ſic nō eſt opus cōjecturis, iuxta notata *n.* 67. & ita expreſſe cauetur, *d. l. fin. Cod. de dotis promiſſ.* ibi, *vt re vera appareat, quid ipſe velit dare, & quid de ſubſtantia filiorum proficiſcatur*, & ita *d. l. fin.* intelligunt communiter 72

Doctores

Doctores ſcribentes *in lib.1. ſolut. matrim.* Socin. iun. 178. Herculanus *n.18.* & alij quos latè refert Ioſeph. Ludouic. *3. dec. Flor.21. n.30.* idem aſſerens, & ita etiam alij Doctores relati *ſuprà num.33.* Menochius *d. preſ.15. num.24.* Maſcardus *d. concluſ.1155.* Mantica *dict. tit.19.* Gomez. *ad d.l.50. Tauri num.21.* Palacius *in d. § 14. n.3.* P. Barboſa *numeris citatis*, & qui *infrà* citantur Paſchalis *d. cap.6. n.9.* & Lud. Molina *d. diſput. 424. num.4.*

73 Similiter ſi pater promittat mille exprimendo, quod dimidiam illorum partem promittit ex bonis propriis, & alteram dimidiam ex bonis filiæ, bona filiæ pro dimidietate in promiſſione continentur æquè principaliter, ac bona patris pro alia dimidietate. Nam & hic clarè ex verbis promiſſionis conſtat de voluntate patris, quantum de ſuis, & quantum de bonis filiæ voluerit promittere: ita Socin. iun. Herculanus *locis citatis* Socin. Sen. & Ruinus *in d. l.1. n.143.* & Menochius *d. n.24.* contra Bolognetum *in d. l.1. n.143. verſic. non infertur*, & P. Barboſa *d. p.4. n.159. verſic. & eadem ma-gis*, & prius Io. Boſcheius *de leg. nupt. 15. n.26.*

74 Item, ſi pater dotans filiam, ſeu pro ea dotem ſcutorum mille promittens de bonis propriis, & de bonis filiæ maternis expreſsè declararet, quod bona filiæ materna æquè principaliter venirent in promiſſione, non eſſe locum *deciſioni d. l. fin. Cod. de dotis promiſſ.* vt de ſolis bonis paternis tota dos intelligi deberet promiſſa (quia etiam in hoc caſu pater non vtitur effuſo ſermone, ſed clarè mentem ſuam declarat, ſicut quando promittit mille de propriis bonis, & mille de bonis filiæ, vel exprimens quod patrem dimidiam promittit de ſuis, & alteram partem de bonis filiæ) tradit P. Barboſa *d. p.4. n.156. verſic. ad ſecundum reſpondeo, & verſic. vera igitur.*

75 Porrò licet pater dotans filiam qui expreſsè declarauit quantum de propriis bonis volebat dare, & quantum de bonis filiæ, ſeu ſpecificè promiſit pro dote mille de ſuis, & mille de bonis filiæ, ſeu de bonis ſuis, & maternis filiæ exprimendo, quod æquè principaliter bona filiæ materna venirent in promiſſione ratione ſuæ promiſſionis conueniri non poteſt ad integram dotem ſoluendam de bonis propriis, prout teneretur non facta præfata declaratione ſeu proteſtatione, non tamen remanet omnino liberatus, nam ſi filiam congruè non dotaſſet ex bonis ſuis propriis, ſi non, vi actionis ſaltem implorato iudicis officio poteſt filia cogere patrem ad congruam dotem ſibi conſignandam etiam ex bonis propriis, vt notatum eſt *ſuprà num.30. & num.67. in fine* & tradunt Doctores *iiſdem numeris* allegati. Nam proteſtatio facta tendens in præiudicium alterius, non præiudicat, etiam præſenti, niſi expreſsè conſentiat, vt conſtat ex iuribus & Doctoribus *ſuprà n.37.* relatis, & etiam *ex l. fin. §. item ſi prædixerit ff. Nautæ, Caupones*, & ex Bartholo, & aliis tradunt P. Barboſa *d. p.4. n.25. verſic. ſecundum, & num.165.* & Maſcardus *d. concluſ.1155. num.23.* Aduertit tum Barboſa *d. n.165.* quod licet filia implorato iudicis officio cogere poſſit patrem vt ex propriis bonis dotem congruam ſibi conſtituat, non poteſt tamen patrem conuenire ex promiſſione per eum facta, quæ tantum bona filiæ continet.

76 Et etiam ſi filia in præfatis caſibus promiſſioni patris non conſenſerit eamve ratam habuerit, promiſſio non poſſet ſortiri effectum, quoad bona ipſius filiæ, quæ ſine eius conſenſu non deberetur, licet bona patris ex vi talis promiſſionis non eſſent obligata, vltra quantitatem, quam ille de ſuis bonis promiſit ex regula, *l. non omnis in princip. ff. ſi certum petatur*, ita Socin. iunior, Mantica, & Petr. Barboſa *locis num 69. relatis*, idem Socinus *n.178.* & idem Mantica *n.28. dicto num.33.* vbi etiam probat ex eo quod pater ſit debitor totius dotis congruentis, & non poteſt de bonis filiæ ei inuitæ dotem conſtituere, vt colligitur *ex l. vxorem, §. pater naturalis, ff. de legat.3.* nec ſit in facultate debitoris ſe eximere ab obligatione *l. contra iuris ciuilis, § ſi filius ff. de pactis*, teneretur tamen filia ratam habere eam patris promiſſionem, ſi eius negotium vtiliter geſtum ſit *d. l. Pomponius, ff. de negot. geſt.* & notarunt Socinus, & Mantica; ac P. Barboſa *locis n.69 relatis*, & idem Socinus *num.178.* & Mantica *num.28.*

Quod ſi filia promiſſioni patris cum declaratione, ſeu proteſtatione quod ſolum de bonis eiuſdem filiæ dotem ei conſtituebat, vel pro dote aſſignabat mille de propriis bonis, & mille de bonis eiuſdem filiæ maternis, vel medietatem dotis promiſſæ de propriis bonis, alteram medietatem de bonis filiæ eſſe ſoluendam, vel in promiſſione dotis ex bonis propriis, & maternis filiæ, qua principaliter venirent bona filiæ materna, filia ſuum conſenſum expreſsè præſtiterit, tum iuxta promiſſionem & patris declarationem bona filiæ pro dote, vel parte dotis ſoluenda remanere obligata, & conſenſum illum operari, & efficere, quod dos de bonis filiæ promiſſa intelligatur, tradunt Socin. iun. & Mantica *locis numer. præcedenti relatis*, & idem Mantica *dict. lib.12. tit.9. numero 11.* Crauetta *conſ.84. num.6.* Hieronymus Gabriel *conſ.156. num.21.* Ripa *reſponſ.17. n.1. verſic. fortius dict. de ſeruand. nupt. vol.2.* ex aliis Doctoribus *ſuprà n.33.* relatis Ioſeph Lud. *d. deciſ.21. n.32. & 33.* Io. Boſcheius *d. n.26.* Maſcard. *d. concluſ.1155. n.23.* P. Barboſa *d. p.4. n.25. verſic. item reſpondere poteſt, & n.156. verſic. vera ratio eſt*, & plures alij à P. Barboſa, & à Maſcardo relati, quare videtur communis ſententia, ſecundum quam prædictus filiæ conſenſus expreſſus illi præiudicaret: Probat Barboſa *per Textum in leg. profectitia, ff. de iure dotium §. penultimo, fine*, vbi dicitur, quod ſi pater debitor filiæ de illius conſenſu illud, quod debebat eidem filiæ in dotem eius dedit, dos aduentitia eſt, vt *cap.3. numero 19.* notatum eſt: *cæterum (inquit tex) ſi cum deberet filiæ voluntate eius dedit, aduentitia eſt, quaſi procedens ex bonis filiæ, & non patris*, ex quo Textu colligit Petr. Barboſa *dict. numero 25.* quod ſi bona propria filiæ à patre dentur in dotem ea conſentiente filia cenſetur dotata, & conſequenter non poteſt cogere patrem, vt nouam dotem ſibi conſtituat, ſicut poſſet, ſi non conſenſiſſet iuxta tradita *ſuprà num.30. 69. in fine & 85.* Verum præfatam traditionem communem, quod *deciſioni dict. l. fin. Cod. de dotis promiſſione*, non ſit locus, & filiæ bona pro ſolutione dotis ſint obligata, ſi filia promiſſioni patris cum declaratione, quod de eiuſdem filiæ bonis conſtituebat, conſentiat, non admittit Faber *loco relato n.64. in fine*, dicens, talem conſenſum operari quidem poſſe in eius præiudicium in extraneo, qui liberè poteſt contradicere vnde ſibi debet imputare, quod non contradixerit, cum poſſet *arg. l. qui patitur 18 ff. mandati*: id vero non debere admitti in perſona vxoris, & filiæ quas pudor, & paterna, ac maritalis verecundia impedit, ne reſiſtere, & contradicere poſſint *arg. l.1. § qua onerandæ ff. quarum rerum actio non datur, & leg. penult. ff. de furtis.* Admiſſa tamen præfata traditione communi, licet Ripa *loco citato*, & Mantic. *d. tit.9. n.11* videantur ſentire, quod ſufficiat filiæ tacitus conſenſus vt, ſi patris declarationi, ſeu proteſtationi non contradicat, nihilominus alij Doctores videntur requirere expreſſum conſenſum, & quod ſi filia expreſſe non conſenſerit, tum poſſit cogere patrem, & in prædictis caſibus dotem integram ex ſuis propriis bonis ſibi conſtituat, ſcribit P. Barboſa *d. n.25.* & probat ratio *ſuprà n.75. in fine* tradita, ſcilicet, quod proteſtatio tendens in præiudicium alterius, non præiudicat etiam 77

præſenti niſi expreſsè conſentiat, vt tradunt Doctores *ibidem* relati poſt alios.

Pater dans, vel promittens certam dotem pro filia dicens, quod dat, vel promittit computato omni, & toto eo, quod filia debet ex bonis maternis, vel aliunde, an intelligatur conſtituiſſe dotem de bonis filiæ, & de ſuis ſolum in ſubſidium.

78 Quid verò ſi pater in promiſſione dotis pro filia dixerit *promitto mille, computato omni eo, quod ipſi filia debetur de bonis maternis, vel aliunde* an tunc procedat *deciſio dict. leg. fin. Codic. de dotis promiſſione*, & adhuc dos cenſeatur principaliter promiſſa de bonis patris, & ſolum in ſubſidium de bonis maternis, quatenus bona patris ad ſoluendum mille non ſufficerent, an vero cenſeatur promiſſa æquè principaliter de bonis filiæ maternis, ita vt eadem bona materna ex proprietate verborum promiſſionis ſint computanda in dote, & id quod deſit dandum ſit ex bonis paternis. Plures tenuerunt non obſtante illa adiectione: *computato omni eo, &c.* idem eſſe, ac ſi dixiſſet: *promitto mille de bonis meis, & de bonis filia maternis, habereque locum deciſionem dict. leg. fin.* & patrem intelligi promiſiſſe dotem de propriis bonis, non de bonis filiæ, & ſic poſſe filiam vltra dotem petere ſua bona materna, vel alias ſibi debita probando tot bona ſufficientia ad dotem promiſſam eſſe in facultatibus patris: ita Baldus Nouellus *in leg. 1. numero 90 ff. ſoluto matrimonio*, & *de dote, parte 6. priuil. 6.* cum Ioanne de Monte Sperello in fauorem Comitis cuiuſdam Tudertini, Gomez *ad d. l. Tauri 50. numero 21. immediatè ante verſicul. ſecundum*, etiam Doctores Peruſini, Pariſius, Afflictus, & alij relati à Gomez *d. n. 21.* Menochio *d. præſumptione 15. n. 24.* Maſcard. *d. concl. 1155. n. 19.* Mantica *d. tit. 19. n. 27. verſic. & quamuis*, P. Barboſa *d. p. 4. n. 158. verſic. contra ium tamen*, & Paſchal. *d. cap. 6. n. 10* fundator quia *d. l. fin.* vult, quod pater cenſeatur promittere dotem, & ſoluere de propriis bonis, quoties clarè non expreſſerit, quantum de propria ſubſtantia, & quantum de bonis filiæ promiſerit, non obſtante vero *dicta declaratione computato omni eo, &c.* adhuc manet incertum, quantum promiſerit, vel ſoluerit ex bonis patris, & quantum ex bonis filiæ, nec ſufficit id exprimi tacitè, & per coniecturas, inquit Gomez, quia Textus in *d. l. fin.* dicit, & *reuera appareat, quid ipſe ſcilicet pater vult dare de proprio patrimonio, & quid de ſubſtantia filiorum proficiſcitur, alioquin intelligatur de ſuo patrimonio dediſſe vel promiſiſſe.*

Alij magis communiter ſentiunt in ea promiſſione venire bona filiæ æque principaliter, & patrem intelligi id tantum de bonis ſuis promiſiſſe, quod facti computatione deficit ad quantitatem mille expreſſam, quamvis ad dictam quantitatem bona patris poſſent commode ſufficere: ita Baldus *in d. leg. fin. num. 1. & 58.* Socin. ſenior *in cap. ina de ſponſ.* Socinus iun. *in lib. 1. num. 4. ff. ſoluto matrimonio, ibidem* Iaſon *num. 24.* Ripa *num. 92.* Bolognetus *numero 111.* ex Doctoribus *ſuprà numero 33.* relatis plures alios referentibus Ioan. Boſcheius *d. num. 26.* Mantic. *dict. tit. 19. citato num. 27. per totum* Menoch. *dict. num. 24.* Maſcard. *d. concl. 1155. numero 19. & tribus ſequentibus* Palacius *in d. cap. per veſtras, §. 18. de donat. inter virum & uxor.* P. Barboſa *d. p. 4. citato n. 158. & n. 159.* & Paſchalis *loco citato.* Ratio eſt, quia per illa verba *computato omni eo, &c.* ſatis clarè pater videtur expreſſiſſe ſe velle prò dote obligare bona filiæ, & ea contineri æquè principaliter in dote promiſſa. Nam, & ſi ante factam computationem non intelligatur quantum fuerit a patre promiſſum de propriis bonis, quantum de bonis filiæ, poteſt tamen clarè conſtare [quod ſufficit ad intentum *dict. leg. fin.*] poſt factam computationem, ad quam pater promittendo habuit relationem, nam clarum, & certum id etiam dici poteſt, quod per relationem apparet quid, quale, quantumque ſit *l. an Prætor §. 1. ff. de re iud. l. hac venditio §. 1. ff. de contrah. empt. iuncto §. pretium uſtitut. de empt. & vendit.* facta autem computatione, poteſt manifeſte conſtare, quid, & quantum de bonis ſuis, & quid, & quantum de bonis filiæ pater dare voluerit, & ſic ſatisfactum eſt *d. l. fin.*

Aduertendum tamen, quod licet bona patris vigore præfatæ promiſſionis, non ſint pro dote obligata vltra eius intentionem, ſeu quantitatem, quam ipſe verbis illius promiſſionis declarauit, ſe velle obligare ex allegata regula *leg. non omnis in princip. ff. ſi certum petatur* & tradunt Socinus iun. *in dict. leg. 1. allegato num. 178. ad finem verſic. non negauero*, Mantica *d. tit. 19. num. 28.* Menochius *d. præſumpt. 15. num. 31.* Petr. Barboſa *d. n. 159. verſic ſed non placet*, & Paſchalis *d. cap. 6. n. 12.* nihilominus bona filiæ non remanent obligata, nec pro ea dote ſoluenda erunt, niſi ipſa expreſsè conſenſerit, ratamque habuerit promiſſionem patris (quam ratam habere debet, ſi eius negotium vtiliter geſtum ſit iuxta, *ſuperius n. 76.* notata, & eoſdem Socinum, & Manticam *locis citatis*) cum proteſtatio tendens in alterius præiudicium non præiudicet etiam præſenti, niſi expreſsè conſentiat, vt notatum eſt *ſuprà n. 75.* ita expreſsè iidem Socinus, & Mantica *locis citatis*, & ita filia non obſtante illa patris declaratione, quod dotem promittebat vel dabat dotem: *computato omni eo, &c.* quando non conſentit expreſsè, poſt mortem patris poterit petere bona materna vltra dictam dotem, probando tot bona ſufficientia ad dotem promiſſam eſſe in bonis patris, & vt Baldus Nouellus, & alij Doctores *n. 78. citati*, & quoad id tantum videntur intelligendi Maſcardus *dict. concl. 1151. numero 23.* Pariſius, & plures alij à Maſcardo Menochio, P. Barboſa, & Paſchali *locis citatis* relati, dicentes opinionem Baldi Nouelli procedere, ſi filia non conſenſit patris proteſtationi, procedere vero opinionem communem Baldi, & aliorum quando filia conſenſit: non enim cenſendum eſt eos, filia non conſentiente, voluiſſe bona patris ex vi illius promiſſionis eſſe obligata pro dote vltra illius intentionem declaratam, ſed tantum vigore eiuſdem promiſſionis bona filiæ non cenſeri nec remanere obligata.

Pater dotem ſimpliciter promittens, vel de bonis ſuis, & filia non explicata certa quantitate, ſi ſit penitus inops, vel facultates ſufficientes ad dotem promiſſam non habeat, cenſetur promittere de bonis filiæ, vel totaliter, vel pro parte.

Supereſt explicandum, quando pater (qui ſimpliciter 80
dotem promiſit pro filia vel promiſit de bonis propriis, quibus in caſibus præſumitur de propriis tantum dotem promiſiſſe iuxta *d. l. fin. Cod. de dotis promiſſione*, & tradita in præcedentibus, tam in prima, quam in ſecunda concluſione ſupra poſitis, & explicatis eſt inops, & non habet ſubſtantiam propriam idoneam ad ſoluendam dotem, vel ad ſoluendam illam integrè, & totaliter, an dos cenſeri deberet conſtituta, & ſoluenda, quatenus deficiunt patris facultates ad ſoluendam dotem promiſſam in totum vel pro parte: an vero pater debeat ſoluere de propriis bonis, etiam ſi non ſuperſint alimenta, vel iuxta dignitatem, & conditionem ſuam.

Si

81 Si pater qui promiſit ſimpliciter dotem, vel de bonis ſuis & filiæ eſt penitus inopa carens omninò facultatibus quibus poſſit dotem promiſſam ſoluere, vel ex ſuis facultatibus illam non poteſt integrè, & totam ſoluere, eum præſumi promiſiſſe, & conſtituiſſe dotem de bonis filiæ, quatenus ipſe de ſuis non eſt ſoluendo, tradunt communiter Doctorea Socinus ſenior *in l. 1. num. 30. & 38. ibidem* Parpalionna *n. 16.* Alciatus *num. 156.* & ex allegatia *ſupra num. 33.* Maſcardus *d. concl. 1555. num. 17.* Mantica *d. tit. 19. n. 19. n. 15. 16. & ſeqq.* P. Barboſa *d. l. 1. p. 4. n. 160. & n. 164. verſic. contrarium*, & *in l. Maritum n. 70. verſic. denique* & Aug. Barboſa *ad d. l. fin. num. 23. Cod. de dotis promiſſ.* & conſtat ex *d. l. fin. Cod. de dotis promiſſione*, vbi diſponitur, quod quando dotis promiſſor eſt penitus inops, qui nihil poteſt ſoluere tota dos ſoluetur ex bonis filiæ, & ſi non ſit ita inops ſed ex ſua ſubſtantia partem dotis poſſit ſoluere, tunc pro ea parte, qua poteſt, ſoluat de ſuo, aliam partem de bonia filiæ argumento *l. qua de tota ff. de rei vendic.* confirmatur quia ratio *d. l. fin.* & in præcedentibus adducta ob quam pater dotis promiſſor ſimpliciter vel de bonia ſuia, & filiæ præſumitur de ſuis bonis promiſiſſe ſumitur ex officio paterno, & neceſſitate dotandi filias ex propriis bonia & proinde debet ſumere declarationem ab ipſo paterno officio, nec magis extendi, quem officium paternum, & neceſſitas ipſa eum adſtringit, *cap. quod pro neceſſitate 1. q. 1. l. vltima poſt princip.* ibi: *quare ſi in ea cauſa, ff. de exercitoria actione, & arg. l. cancellauerit, ff. de his quæ in teſtamento delentur* cum aliis adductia per Manticam *d. n. 15. verſic. Sed Socinus ſenior.* at officium paternum dotandi filias non extenditur ad dotandum vltra vires, ſed obligat ſolum iuxta virea ſui patrimonij *l. ſi filia, ff. de legat. 3. & l. cum poſt 70. §. gener, ff. de iure dotium*: ergo in illa promiſſione pater intelligi debet promiſiſſe ſolum quantum poteſt ſoluere iuxta virea ſui patrimonij, & ſic totam dotem de bonis filiæ, ſi ipſe nihil habet, vel ſi aliquid habet non ſufficiens, reliquum vſque ad complementum dotis de bonis filiæ ſoluendum eſt. Confirmat P. Barboſa ad *d. l. maritum loco citato*, quia ſi pater inops tempore promiſſionis cenſeretur de ſuo promiſſe, eſſet in carcerem mittendus iuxta *l. fin. §. ſi. ff. quæ in fraudem creditor*, Neque in huiuſmodi caſu vt pater inops poſſit dotem promiſſam ſoluere ex bonis filiæ, requiritur conſenſua eiuſdem filiæ, vt opinatua eſt Pariſius *ad d. l. 1. num. 114. ff. ſol. matr.* Nam vbi pater eſt inops, poteſt promittere, & tradere bona materna nomine dotis filiæ, etiam ſi illa non conſentiat, quia cum vtiliter pater geſſerit filiæ negotium, debet filia patris promiſſionem habere ratam ea allegata regula *lege Pomponius*, & tradunt, Mantica, P. Barboſa *locis ſuprà num. 69 & 76.* relatis Socinus Sen. *in d. l. 1. num. 38.* & idem P. Barboſa alios allegans *d. n. 164.* addens non obſtare *d. l. fin. Cod. de dotis promiſſione*, quia loquitur, quando pater habet idoneam ſubſtantiam ad ſoluendam totam dotem promiſſam; tunc enim ſi pater vult dotem conſtituere, & dare de bonis filiæ, requiritur eius conſenſus iuxta tradita *ſuprà, num. 77. & 80.* & Doctorea *ibidem* relatos, & alios à P. Barboſa *d. n. 164.* relatos ſi vero pater ſit inops, tunc etiam filia non conſentiente poteſt totam dotem dare ex bonis filiæ iuxta eamdem *l. ſi.* Aduertendum etiam, quod ſi pater, qui tempore promiſſionis, & ſolutionis dotis erat inops, poſtea ad meliorem fortunam deuenerit, non tenebitur dotem de ſuo ſoluere, vt tradit P. Barboſa *ad d. l. 1. p. 4. numero 163. verſic. item malè ff. ſoluto matr.* ratione ex traditis deſumpta, ſcilicet, quia cum ex interpretatione legia non cenſeatur de ſuo dotem promiſiſſe; & ſi poſtea fiat diues, tamen non eſt cogendus ſoluere id, ad quod non ſe obligauit iuxta *Gloſſam in d. l. fin. verbo pertinent*, & Conanum *lib. 8. comment cap 8. n. 7.* licet cum eſſet diues tempore promiſſionis idoneas facultates habens ad ſoluendam dotem, ſi poſtea redigatur ad inopiam antequam illam genero ſoluerit, non tenetur quidem ſoluere vltra quam poſſit facere, reditus tamen ad pinguiorem fortunam teneatur dotem illam totam ſoluere *l. vnicam, §. cum autem Cod. de rei vxor. actione, & l. cum poſt. 44. in fine, ff. de adminiſtrat. tutorum* & P. Barboſa *d. verſic. item malè* de quo *infrà ſuo loco.*

Pater, qui promiſit dotem ſimpliciter, vel de bonis ſuis, & filia, ſi habeat facultates ſufficientes ad ſoluendam integram dotem, tametſi ea ſoluta non ſuperſint alia bona quibus ſe, & familiam ſuſtentare valeat, an cenſeatur de ſuo promiſiſſe, & teneatur totam dotem ſoluere, vel cenſeantur promiſſa bona filia, quatenus ipſe non debeat agere.

Si vero pater, qui dotem promiſit, vel ſimpliciter, vel de bonis propriis, & de bonia filiæ maternis, habeat quidem facultates ſufficientes ad ſoluendam totam dotem, ea tamen ſoluta non remanebunt bona, ex quibus iuxta ſuam dignitatem, ſe alere, & ſuſtentare poſſit, hoc caſu maximè inter iuriſperitos controuertitur, an adhuc pater intelligatur totam dotem promiſiſſe de ſuis bonis, illamque ſoluere debeat, etiamſi ſibi non ſuperſint neceſſaria ad vitam ſuſtentandam, & affirmarunt plures, id deducentes *ex dicta lege fin. Cod. de dotis promiſſione verſic. poterat enim*, vbi præſupponit, *quod ſi pater expreſsè non declarauit, pro qua quantitate dotis bona filia venirent in dote ſed effuſo ſermone vſus eſt, in promptum incedit periculum*, ne (ait textus) dum effuſo ſermone ſe iactet, *in promptum incedat ſui periculum*, ſcilicet quia ex ſuis bonis [interpretantur iidem Doctorea] tenebitur totam dotem ſoluere, quamvis facultates ſufficientes non habeat pro tota dote ſoluenda, & prouidendo ſibi de alimentis neceſſariis ita Baldus Nouellus *de dote, p. 6. priml. 6. num. 2. & in l. 1. n. 78. ff. ſolut. matr. ibidem* Socin. iun. *n. 570.* Bulgarinus *n. 31.* Pontanus *num 43. ad finem*, & nonnulli alij iuriſperiti à P. Barboſa *in dicta lege 1. p. 4. num. 161. in fine* relati ex Theologis Fragoſus *de regim. Chriſt. Reip. p. 3. diſp. 5. allegato §. 1. n. 25. verſic. quare*, qui proinde aiunt, patrem ſibi debere imputare quod effuſa ſua promiſſione ſe ea poſuerit tali periculo ſoluendi totam dotem; quamvis ei deducto vnde egere non poſſit, non ſuppetant: confirmatur hæc ſententia quia *in d. l. fin.* dicitur, patrem de ſuo non teneri ſoluere dotem promiſſam, quando eſt penitus inops, teneri vero, quando poterat ſecundum vires ſui patrimonij, ſcilicet, quia habebat ſubſtantiam ſufficientem ad dotem ſoluendam, quibus verbis clarè oſtendi videtur teneri de ſuo patrem ſoluere dotem, ſi eius facultates ſufficiunt ad illam ſoluendam, & ſi illa ſoluta habeat incommodum, & ſibi non ſuperſint neceſſaria ad vitam ſuſtentandam, ac proinde iuxta diſpoſitionem dictæ *legis fin.* quoties ſubſtantia patris eſt idonea ad dotem ſoluendam non intelligitur promiſiſſe de bonia filiæ, licet pater ſoluendo egeat, & in paupertatem incidat, & cum lex ita ſcripta ſit, etiamſi dura videatur eſt obſeruanda *l. proſpexit, ff. qui & à quibus.* Confirmat etiam Socin. iun quia cum pater fauori *l. ex diuerſo, ff. ſolut matr.* ne plus teneatur quàm facere poſſit, renunciare poſſit *l. ſi quis in conſcribendo, Cod. de pactis* dum promittat prò dote tantam quantitatem, quæ

eam excedit, ad quam poteſat compelli, intelligitur renunciare præfato fauori, & hanc eandem ſententiam tenet Aretinus *conſ.17. n.18.* Si pater ſciens ſe non habere facultates ſufficientes pro dote, & alimentis ſuis, promiſit prædictis modis dotem, tenetur enim totam ſoluere, tametſi non ſuperſint illa alimenta (inquit) quaſi generum deceperit *l. penult. ff. de iure dot.* ſi vero pater erat ignorans, hoc caſu, ait idem Aretinus, non tenebitur in ſolidum, nec poterit conueniri à genero niſi in quantum facere poſſit, ſeu deducto vnde ne egeat, ſed viuere poſſit iuxta ſui dignitatem, *d. l. ex diuerſo, ff. de iure dotium.*

84 Prædictis tamen non obſtantibus longè verius eſt, patrem, qui eo modo dotem promiſit effuſo ſermone, promittendo ſimpliciter certam dotem vel de ſuis propriis bonis filiæ in genere, ſi non habeat facultates deducto vnde non egeat, & etiam ære alieno, non cenſeri promiſiſſe de ſuis bonis, niſi quatenus facultates ſuæ remanentibus ſibi bonis neceſſariis ad alendum ſe & familiam ſecundum dignitatem, & id quod deeſt ad complementum dotis promiſſæ cenſeri promiſſam, & debere ſolui de bonis filiæ. Ita Gloſſa *in d. l. fin. Cod. de dotis promiſſione verbo idoneam*, Socin. ſenior *in d. l. 1. num. 38. ff. ſolut. matrim.* & Syluanus *conſ. 2. n.17.* & ex Doctoribus *ſuprà num 33.* relatis Maſcard. *d. concluſ. 1155. allegato n.17.* Mantica *d. tit. 19.* id latè probans *à num.17. ad 22* P. Barboſa *ad l.1 p.4 n.161. & iritus ſeqq.* & Aug. Barboſa *collect. ad d. l. fin. n.52. Cod. de dotis promiſſione.* Probatur, quia pater promiſſor dotis tentus inopia non cenſetur promittere de bonis ſuis, ſed de bonis filiæ, quatenus bona illius non ſuppetunt, at cum ſibi pauperias conſideretur reſpectu illius effectus ſoluendi dotem promiſſam, vt *ſuprà n.55.* probatum eſt, cenſetur pauper, qui non habet facultates idoneas ad dotem ſoluendam, huiuſmodi vero facultates idoneas non intelligitur habere pater, niſi ſoluta dote ſuperſint ſibi bona ſufficientia pro alimentis ſuis, & familiæ, vt etiam à contrario ſenſu indicatur *in d. l. fin.* dum dicit quod *ſi pater ſubſtantiam idoneam*, ſcilicet ad ſoluendam dotem promiſſam *poſſideat, de ſuo patrimonio dotem vel donationes propter nuptias dediſſe intelligitur*, & ita Gloſſa *ibi loco citato* explicat illud verbum *idoneam* dicens, quod ille dicitur habere idoneam ſubſtantiam, qui habet talem, & tantam vt poſſit filiæ dotem ſoluere remanentibus penes eum bonis neceſſariis ad ſe alendum, & familiam attenta dignitate. Præterea probatur ea ratione *n. 82.* adducta, ſcilicet, quia lex ratione filij paterni, & neceſſitatis patris dotando filias, quando pater habet idoneas facultates ad ſoluendam dotem promiſſam, interpretatur patrem dotem ſimpliciter promittentem vel in genere de bonis ſuis, & bonis filiæ promiſiſſe tantum ex bonis ſuis, paternum autem officium, & neceſſitas à lege impoſita patri dotandi filias non obligat ad dotandũ vltra vires ſui patrimonij, ita vt poſtea debeat egere, nec habere vnde ſe, & familiam poſſit alere *d. l. ex diuerſo, ff. ſoluto matrimonio* ergo patris promiſſio intelligi debet & reſtringi iuxta obligationem eiuſdem officij paterni per iura *dicto numero 82.* allegata, & ſic de bonis ſuis intelligitur promiſiſſe, & tenetur ſoluere dotem ſi habeat idoneas facultates ad ſoluendam totam dotem, vel partem remanentibus ſibi bonis neceſſariis ad ſe alendum, & familiam ſuam, ſi vero ſoluta dote promiſſa, vel eius parte non ſuperſint bona neceſſaria ad vitam ſuſtentandam, intelligitur promiſiſſe de bonis filiæ, & de illis poterat ſoluere pro ea quantitate, quam de ſuis bonis ſaluis neceſſariis ad ſui ſuſtentationem ſoluere non poteſt; Nec filia poterit contradicere, iuxta tradita *num. 82. verſic. neque in huiuſmodi*, & Doctores *ibidem* relatos dixi vero, *ſi non habeat facultates etiam deducto ære alieno*, quia patrimonium, ſeu ſubſtantia patris promittentis intelligitur ære alieno deducto, *l. ſubſignatum §. 6. ff. de verb. ſign.* Neque in fraudem creditorum dos promitti, vel conſtitui poteſt *l. fin. § 1. ff. quæ in fraud. Cred.* vnde patris promiſſio intelligitur deducto ære alieno, ac ſi id fuiſſet expreſſum, ita Baldus *in d. l. fin. n. 10. Cod. de dotis promiſſione*, P. Barboſa alios allegans *d. n. 563. in fi.* & Mantica *dict. tit. 19. n.18. verſic. Præterea conſidero* Qui pluribus aliis confirmant præfatam ſententiam Socini ſenioris, contra Socinum iuniorem: & licet Gloſſa *d. verbo idoneam* ſi tutans putet præfatam ſententiam procedere, quando pater promiſit dotem de bonis ſuis, & filiæ non vero, quando ſimpliciter promiſit dotem, quaſi dicta lex finalis faciat differentiam inter illum, & hunc caſum, & etiam Socinus iunior præcipuè in hoc ſecundo caſu loquatur, & idem dixerint Baptiſta à S. Blaſio *de priuileg. dotis cent. 3. n.49.* & Ruinus *in d. l. 1. n.138. in fine ff. ſoluto matrim.* nihilominus rationes etiam, quando pater dotem ſimpliciter promiſit, probant, quod ſolum iuxta vires ſuarum facultatum remanentibus bonis ad ſe ſuſtentandum neceſſariis, teneatur ſoluere, & reliquum vſque ad integram dotem de bonis filiæ intelligitur promiſſum vt ſentiens reliqui Doctores *ſuprà* pro hac ſententia relati, & Gloſſa pariter probabile putat, prædictæ rationes idem probant, etiamſi pater ſciens ſe non habere bona ſufficientia ad dotem ſoluendam remanentibus ſibi bonis neceſſariis ad vitam ſuſtentandam. 85

Porrò vt fundamentis Baldi Nouelli & Socini iun. reſpondeatur prædicto intellectu *d. l. fin.* iuxta ſententiam *num. præcedenti* approbatam non obſtante, pater *d. l. fin.* dicitur incidere in periculum, quando effuſo ſermone in promiſſione dotis vſus eſt, tum quia ex bonis ſuis eatenus ſoluat dotem quatenus ei ſupereſſe debeant neceſſaria ad ſe alendum; tamen facile ad inopiam redigi poteſt, tum etiam quia debet ſoluere integram dotem ex bonis ſuis non habito reſpectu ad numerum liberorum, & quod non ſuperſint facultates pro dotibus aliarum filiarum, & legitimæ aliorum filiorum *vt ſuprà numero 54. & 55.* probatum eſt. 86

Neque etiam pater ſciens defectum ſui patrimonij quando dotem promiſit, dici poteſt decepiſſe generum cum ea bonis filiæ vxoris, quæ pater cenſetur promiſiſſe (vt probatum eſt) ei poſſit ſatisfieri, vt notauit P. Barboſa *d. n.563.* vbi etiam obſeruat, *l. ex diuerſo. ff. ſol. matr.* ab Aretino *loco ſuprà n.81. in fine*, adductam ad probandum, ſi pater dotis promiſſor ignorabat defectum ſuarum facultatum, non teneri in ſolidum, nec poſſe conueniri à genero, niſi in quantum facere poſſit, quia in terminis fauoris illius legis ſocer poſtea ad pinguiorem fortunam deueniens tenetur dotem in ſolidum ſoluere, *l. vnica §. cum autem ſuprà d. n.82. in fine*, adducta cum tamen in terminis noſtris *& d. l. fin. Cod. de dotis promiſſione* pater tempore promiſſionis inops, ſeu non habens facultates, aut idoneas ad integram dotem ſoluendam, ſi deueniat ad pinguiorem fortunam, non teneatur de ſuo dotem ſoluere, vt *d. n.82. in fine*, notatum eſt ob rationem *ibidem* adductam. Quod ſi pater ſciens, ſe non habere ſubſtantiam idoneam ad illam ſoluendam promiſiſſet certam dotem pro filia non habente bona materna, nec alia aduentitia, tunc quaſi generum deceperit, teneatur ſoluere dotem etiam vltra quam facere poſſet ſcilicet tametſi non ſupereſſent neceſſaria ad vitam ſuſtentandam, & ſi non eſſet ſoluendo, eſſet in carcerem mittendus, iuxta *l. fin. §. fin. ff. quæ in fraudem credit.* vt notat P. Barboſa *ad l. maritum 13. num. 71. verſ. denique ff. ſoluto matrim.* & prius dixit Baldus Nouellus *de dote, parte 6. priuileg. 43. num. 3. verſic.* tamen ſi ſocer, eo quod ſocer committens fraudem & dolum, etiam tempore promiſ-

ſionis

ſionis dotis promittens dotem quam ſciebat non poſſe ſoluere, excludatur à priuilegio *l. ſed hoc ita, ff. de re iudicat.* vt conſtante matrimonio à genero non poſſit conueniri vltra quam facere poteſt, vt poſt plures contra nonnullos alios tradit idem Barboſa *d. l. maritum num. 70. verſic. contrarium nihilominus*, & colligitur *ex d. l. ſed hoc in fine*, ibi *aut ex dotis clauſula*, de qua re *infrà cap. 11. n. 16. & 17* & ſimiliter ſi vera eſſet ſententia Baldi Nouelli & aliorum *n. 84* relatorum, quod pater, penes quem ſunt bona filiæ aduentitia pro ea promittens dotem excedentem quantitatem bonorum eiuſdem pater de ſuo cenſeatur promittere, ſi ſciens ſe non eſſe ſoluendo promiſerit, tunc quaſi generum deceperit carebit dicto priuilegio, vt conſtante matrimonio à genero non conueniatur pluſquam facere poteſt, vt pariter notat Petr. Barboſa *ad d. l. maritum. num. 71. verſiculo ſecundo, dum dicit quamuis Gloſſa in d. l. in fine, Cod. de dotis promiſſione verbo pertineant initio* videatur ſentire contrarium, & non poſſe conueniri, vltra quam facere poteſt, ſed tamen teneri dotem ſoluere, ſi ad pinguiorem fortunam deuenerit, de quo *infra d. cap. 11 n. 16. & 17.*

Si pater, & mater, ſimul pro filia promitterent dotem non excedentem quantitatem, quam pater de ſuo poteſt ſoluere, dos cenſetur principaliter promiſſa ex bonis patris.

87 Occaſione eorum quæ in præcedentibus tradita ſunt, hic addo, quod ſi pater, & mater ſimul pro filia promittunt dotem non excedentem eam quantitatem quam pater iuxta vires ſui patrimonij poteſt ſoluere, dos ex ſolis bonis patris intelligitur promiſſa (cum ipſe pater ex officio paterno & non mater teneatur filias dotare, vt in præcedentibus late probatum eſt) & ſic pater tanquam principalis tenetur ad dotem ſoluendam, mater vero animo intercedenti, & tanquam fideiuſſor cenſetur promittere ita Surd. *de alimentis tit. 6. quæſt. 17. n. 15.* Oſaſcus *deciſ. 44. n. 5.* Ant. Faber. *lib. 5. Codicis tit. 6 defin. 7. & 8.* & alios latè allegans Paſchalis de patria poteſtate, *p. 2. cap. 6. n. 21.* de qua re latius *infrà cap. 9. n. 109. & 110.*

88 Si verò patre defuncto mater, & frater ſimul pro eadem filia & ſorore dotem promiſerint, ex maternis & fraternis bonis in partes dos pro promiſſa conſtituta cenſeretur, *arg. l. reos, §. cum tabulis, ff. de duobus reis.* & Faber *lib. 6. Cod. tit. 1. defin. 1.* diuerſa enim eſt ratio huius & precedentis caſus promiſſionis, patris & matris nam in præcedenti intelligitur dos promiſſa, ex ſolis bonis *d. l. fin. Cod. de dotis promiſſione*, quia officium paternum eſt dotare filiam ſi facultates paternæ ſufficiunt, defuncto autem patre, ceſſat omnis ratio paterni officij, & dotanda eſt filia ex propriis bonis a patre habitis, ac proinde nihil cauſæ eſt, cur non vtiliter obligata intelligatur, quæ dotem ſponte promiſit, & pro ea bona ſua promiſit, vt propterea ex hac dotis promiſſæ cauſa non poſſit ſe iuuare Velleiano *l. ſi dotare, & l. vlt. Cod. ad S.C. Velle.* & late probatur *infrà cap. 8. & 9.* & patris officium non tranſit in fratrem, qui licet patris hæres non cogitur dotare ſororem, niſi in ſubſidium, ſi aliter nubere honeſtè non poſſit *l. cum plures, §. ad tutor. ff. de adminiſtr. tutor.* & latè *cap. ſequent.* ſed ſolum tenetur eam hæreditatis paternæ, vel bonorum partem ſorori præſtare, quam ex paternis facultatibus ille habere debeat ſcilicet pro legitima portione, quæ filiæ debetur *l. parentibus, Cod. de inoff. teſtam.*

Pater ſimpliciter ſoluens, vel promittens dotem pro filia naturali diuite an præſumatur ſoluiſſe, vel promiſiſſe de ſuo, an verò de bonis filiæ.

89 Num verò etiam pater, penes quem ſunt bona filiæ naturalis & illegitimæ, ſeu illorum adminiſtratio, ex quibus filia congruè ſe poſſet dotare, dotem ſimpliciter pro ea promittens vel dans cenſeatur de bonis propriis promittere, & dare & non de bonis filiæ naturalis, ſeu animo non donandi, ſed compenſandi, an vero potius de bonis ipſius filiæ, ſeu animo compenſandi, ex Doctoribus *ſuprà n. 33.* relatis Menochius *d. præſumpt. 85. n. 33.* ait quod, cum pater teneatur filiæ naturali dotem dare ſicut & alimenta, dotando filiam præſumitur ex propriis bonis dotaſſe, Mantica *d. tit. 19. num. 32 verſic. quod autem*, aſſerit ſuppoſito quod pater teneatur ad dotandam filiam naturalem, patrem illam ſimpliciter dotantem magis præſumi voluiſſe, eam dotare de bonis ſuis, quam ipſius filiæ, vt paterno officio ſatisfaciat, eo quod (inquit) eadem ſubſit ratio, quæ habet locum in filia naturali, & legitima *d. l. fin. Cod. de dotis promiſſione*: Neque obſtare ſubdit Mantica textum *in l. vxorem §. Pater naturalis, ff. de legat. 3.* vbi ex reſponſo Scæuolæ, dos pro filia naturali data genero Patre debitore filiæ ex cauſa fideicommiſſi eidem filiæ reſtituendi præſumitur data non ex propriis bonis, ſed animo compenſandi cum fideicommiſſo, quia inquit idem Mantica ad præfatum textum, reſpondetur pluribus modis à Doctoribus præſertim à Socino ſeniore *in l. 1. n. 41. & ſeqq.* & Socin iun. *ibidem num. 180. & ſeqq. ff. ſoluto matrimonio* quas reſponſiones refert P. Barboſa *ad d. l. 1. p. 4 n. 49. cum pluribus ſequentibus etiam* reprobat.

90 Communis ergo, & vera ſententia eſt, quod pater ſimpliciter dotem conſtituens filiæ vel pro filia naturali dicit, cuius bona ad eius dotem ſufficientia habet penes ſe, & adminiſtrat, non præſumitur eam dotaſſe ex propriis bonis, ſed ex bonis ipſius filiæ, ſeu compenſandi cum bonis filiæ ita per textum *in d. §. pater naturalis* Bartholus *in dicta leg. 1. num. 12. ff. ſoluto matrimonio* Alexander ibi *d. num. 17. verſic. ſubdit ſic* Barbobus, Baldus *in l. Manius, §. cum duobus l. 1. ff. de leg. 2.* Campegius *de dote, p. 1. quæſt. 16. num. 5.* Maſcard. *d. concluſ. 1155. num 32.* Couarruuias, Paleotus *locis infrà citatis* P. Barboſa *d. l. 1. p. 4. num. 55. & ſeqq. & præſertim 58. ff. ſolut. mat.* & alij apud eundem. Ratio eſt, quia licet pater ex præcepto iuris ciuilis indiſtinctè ratione officij paterni teneatur dotare filias naturales & legitimas; & ſic etiam diuites, & habentes bona propria, ex quibus poſſent ſe donare, vt probatum eſt hoc *capite ſuprà num. 25.* & conſtat ex *l. qui liberos, ff. de ritu nupt. & ex d. l. fin. Cod. de dotis promiſ.* vt eodem *n. 25.* oſtenditur, cum tamen tam iure naturali, quàm ciuili non teneatur de ſuo alere filiam diuitem, ſeu habentem aliunde; vnde honeſtè viuere poſſit, vt probatum *in parte de alimentorum obligatione cap. 1.* nihilominus in iure ciuili non reperitur, cautum, quod pater teneatur dotare filiam naturalem diuitem habentem de proprio, ex quo honeſtam dotem ſibi poteſt conſtituere: Atque adeo ſicut pater tam iure naturali quam ciuili non tenetur filiæ naturali exhibere alimenta, ſi poteſt aliunde ex propriis bonis habere, vt *in d. præcedenti parte de alimentorum obligatione cap. 1. num. 27. & ſeqq. & cap. 6. num. 164.* probatur: ita iiſdem iuribus inſpectis non tenetur dotare filiam naturalem diuitem habentem propria bona & ad eam dotandam ſufficientia, vt *ſuprà* probatur & tradunt Couarruuias *de ſponſ. p. 2. cap. 8. §. 6. num 31.*

Paleotus

Paleotus *de nothis, cap. 49. num. 5.* Rolandus à Valle *conſ. 54. à num. 52. lib. 2.* Petr. Barboſa, *d. n. 55.* &'alij *ab eodem immediatè ante dictum num. 35.* relati, quia in filiabus naturalibus dos ſuccedit loco alimentorum, & ad eorundem alimentorum quantitatem à patre debitam menſuratur, licet aliquando maior ſit danda, ſi alias filia non poſſet honeſtè nubere, vt *in prædicta præcedenti parte de alimentorum obligatione*, explicatum eſt. Confirmatur *infrà.* Ex hac igitur differentia inter dotem debitam filiæ naturali, & legitimæ, & filiæ naturali tantum, quoad obligationem patris reſultat etiam differentia inter conſtitutionem dotis à patre ſimpliciter factam pro filia naturali & legitimè diuite, cuius bona pater habet penes ſe, & adminiſtrat, & inter conſtitutionem dotis ſimpliciter factam pro filia naturali pariter diuite, cuius bona pariter penes ſe habet, & eſt eorum adminiſtrator: Nam in primo caſu præſumitur dotaſſe de propriis bonis, vt ſatisfaciat ſuæ obligationi legali, vt deciditur *d. l. fin. Cod. de dotis promiſſ.* in altero caſu præſumitur dotaſſe de bonis filiæ, & animo compenſandi vt habetur *d. §. Pater naturalis*, iuxta communem intellectum: quia, cum pater non habeat obligationem neque iuris naturalis, neque iuris ciuilis dotandi filiam diuitem, dum eam dotat, ſe habet tanquam extraneus, qui ſi ſit mulieris, quam dotat, bonorum adminiſtrator, vel debitor, non cenſetur dotem donare, ſed dare animo compenſandi, vt *cap. 3. num. 107. & 108.* probatum eſt, & tradit Barboſa *d. n. 58.*

90 Quare licet pater non adminiſtraret bona filiæ naturalis, ſi tamen eſſet debitor filiæ naturalis, promittendo vel ſoluendo dotem pro ea in dubio cenſeretur, dotaſſe animo compenſandi eum debito, & ab eo ſe liberandi, vt conſtat ex eo reſponſo Sceuolæ *in d. §.]Pater naturalis*, & alios allegans tradit P. Barboſa, *dist. 58.*

91 Si obüciatur quòd debitor, qui legat ſimpliciter aliquid creditori, non videtur legaſſe animo compenſandi, vt probatur *l. creditorem, ff. de legat. 2.* & *l. vnica, § ſciendum, Cod. de rei vxor. actio.* ergo, & debitor ſimpliciter dotans mulierem creditricem debet præſumi dotaſſe non animo compenſandi. Reſpondetur cum P. Barboſa *d. num. 58. verſic. colligitur*, & Auguſtino Barboſa, *Collect. ad l. vnicam, num. 18.* eſſe differentiam inter debitorem ſimpliciter legantem creditori, & debitorem dotantem mulierem ſuam creditricem, in primo caſu non præſumitur animus compenſandi; quia titulus legati ex ſe eſt donatio, *§. Legatum, inſtit. de legat.* & titulus donationis excludit animum præſumptum compenſandi, quia aliàs propriè non dicetur donatio, quæ ratio ceſſat titulo dotis, quia dos propriè dicetur, & ſi dicemus debitorem animo compenſandi dotem promiſiſſe pro creditore, *l. debitor mulieris*, & *l. promittendo, §. 1. ff. de iure dotium*: Verum an, & quando relictum à debitore præſumatur relictum animo compenſandi tractant latè Mantica *de coniect. vltim. volunt. lib. 20. tit. 2.* Menochius *lib. 4. præſumpt. 109. & ſeq. conſ. 17. 18. 51. & 62.* Maſcard. *concluſ. 96. & 33.* & plures alij, ab Auguſtino Barboſa *d. collect. ad l. vnicam n. 17. Cod. de rei vxor. act.* relati.

Quod ſi pater, qui non babeat penes ſe bona filiæ naturalis, nec ſit illorum adminiſtrator, dotem ſimpliciter promiſerit, vel dederit pro ea, tunc præſumitur in eo animus donandi iuxta *d. l. vnicam §. accedit, Cod. de rei vxor. act.* vbi extraneus ſimpliciter dotans mulierem (ſcilicet quæ non eſt eius creditrix, nec penes eum habet bona propria, &c.) præſumitur animo donandi dotaſſe. Ita etiam P. Barboſa *ad d. l. 1. part. 4. n. 57. verſic. Vlterius & d. n. 58. verſic. ex quo intelligitur*, & ante eum Bald. Nouellus *de dote, p. 6. priuil. 16. num. 5. verſic. nam ſi hoc*, & conſtat ex traditis *cap. 3. numero 99. 100. & 101.* vide etiam *infrà numerum 183.*

92 Vtrum verò ſi pater naturalis nomine filiæ naturalis, vel quilibet extraneus, vel alius coniunctus (qui non ſit pater legitimus vel patris legitimi locum teneat) nomine mulieris diuitis, cuius bona, ab eo non adminiſtrentur, neque ſit illius debitor, dotem promiſerit adhuc habeat locum diſpoſitio ſeu præſumptio, *d. §. accedit*, & dos promiſſa cenſeatur. Non habere in hoc caſu locum *dictum §. accedit*, quaſi appareat, quod animo gerendi negotium mulieris, & ſic animo repetendi promiſſio facta ſit, tradidit Bartholus *in d. l. vxorem dict. §. Pater naturalis*, Alciatus *in d. l. 1. num 84. ff. ſoluto matrimonio, ibidem* Socin. iun. *num. 188. ad finem* Corneus *conſ. 171. n. 4. lib. 4.* & nonnulli alij à Petr. Barboſa *ad d. l. 1. num. 57. §. cui difficultati* relati, ſed longe verius eſt etiam in hac promiſſione dotis nomine filiæ naturalis, vel mulieris facta habere locum, *d. §. accedit*, & dotem præſumi donatam, vt poſt alios tenet P. Barboſa *d. num. 57.* Nam in terminis *dicti § accedit*, extraneus debet dicere ſe promittere dotem pro tali muliere, quod idem ſignificat ac ſi diceretur *Do dotem nomine mulieris*, *vt ſuprà hoc capite numero 68.* notatum eſt, & tradit Baldus Nouellus *de dote p. 6. priuil. 46. numero 3. in fine*, ac proinde *d. §. accedit*. procedit, etſi ſit dictum, quod nomine mulieris dos promittitur, vel datur: præterea & verba nomine mulieris poſſunt intelligi ideſt ad vtilitatem mulieris, vt *ſuprà dicto num. 68.* pariter notatum eſt, ex quo intellectu apertè colligitur donandi animus, vt Nouellus, & P. Barboſa *locis citatis.*

93 Vtrum etiamſi filia naturalis vel mulier iam promiſiſſet dotem pro ſe pater naturalis, vel extraneus poſtea promittendo ſimpliciter dotem pro eadem filia naturali ſeu muliere, quæ iam ſponſo, ſeu marito erat obligata ad dotem, cenſeatur dotem, promiſiſſe animo liberandi eam ab obligatione dotis, qua iam tenebatur, & ſic animo gerendi eius negotium, & conſequenter excludatur præſumptio animi donandi, ſicque in hoc caſu non habeat locum dictus *§. accedit*, non videri promiſſionem factam animo dandi, ſed animo liberandi filiam, vel mulierem ab obligatione contracta, ſcripſerunt Socinus iun. *in dict. l. 1. numero 184. ff. ſoluto matrimonio ibidem* Alciatus *d. numero 84.* Corneus *loco numero præcedenti relato*, & Antonius Rubeus *conſ. 71. n. 2.*

94 At etiam in hoc caſu patrem naturalem, vel extraneum fauore dotis videri promiſiſſe, aut ſoluiſſe dotem pro filia, vel muliere iam obligata animo donandi, ſi ſimpliciter promiſit, vel ſoluit per eundem Textum *d. §. accedit*, indiſtinctè loquentem ſentiunt Baldus Nouellus *dicto priuilegio 46. numero 2. in fine, & in leg. 1. numero 358. ff. ſoluto matrimonio*, & Petr. Barboſa *ad d. l. 1. parte 4. numero 58.* Dixi, *ſi ſimpliciter &c.* quia ſi conſtaret, quod pater naturalis, vel extraneus pro muliere iam obligata promiſiſſet vel ſoluiſſet tanquam mulieris fideiuſſor, tunc præſumi interceſſiſſe, & ſoluiſſe animo repetendi tradunt iidem Nouellus *dicto numero ſecundo verſicul. quod autem in fine*, & Petrus Barboſa *dict. numero 58.* & etiam Menochius *de arbitr. caſu 88. num. 42.*

Frater

Frater, & ſoror, ſi habeant bona communia, & frater pro ſorore dotem ex illis bonis communibus ſimpliciter promittat, an videatur ſuam partem donaſſe, & quid etiamſi mater ex bonis communibus, cum filia illam dotet?

Prædicta de patre habente penes ſe bona filiæ, & illorum adminiſtrationem ſimpliciter promittente vel dante pro eadem filia dotem, vel de ſuis, & filiæ bonis, & aliis modis iuxta *d. l. fin. Cod. de dote promiſſ. pro intellectu pleno eiuſdem l. fin.*

95 Quid vero ſentiendum ſit de extraneo, matre, aſcendente per lineam maternam fratre paterno adminiſtrantibus bona puellæ illam ſimpliciter dotantibus ſeu illā dotē ſimpliciter promittentibus, an de bonis puellæ, & non de ſuo intelligantur feciſſe, latè explicatum eſt, *cap. 3. præcedenti, num.* 107. *& ſequentibus*, vbi fuit reſolutum, cum non teneantur ex officio, ſicut patet, dotare extraneas nullo modo, & mater, & alij coniūcti, & enumerati, niſi in ſubſidium, eos præſumi dotaſſe ea bonis ipſius puellæ, & ſi dotem dederint feciſſe animo compenſandi ex bonis eiuſdem puellæ.

96 Hic pro complemento eorum, quæ *ibidem* tradita ſunt, vna tantum difficultas eſt enodanda, ſcilicet an ſi frater habens bona communia cum ſorore illaque adminiſtrans ex illiſque promiſerit dotem pro eadem ſorore, videatur ſeu præſumatur partem ſibi contingentem donaſſe, non præſumi ſuam partem donaſſe, ſed habuiſſe animum compenſandi cum aliis bonis filiæ, vel repetendi ſcripſerunt Io. Faber *in leg. ſin.numero* 1. *Cod. de dote promiſſo* Paulus de Caſtro *conſ.* 311. *num.* 1. *lib.* 1. *argum. l. fin. ff. de petitione hæreditatis* (vbi pater à filio, cui hæreditatem maternam poſt emancipationem reſtituere debebat, repetit impenſas factas in obtinenda eidem filio dignitate, &c.) quos ſequuti ſunt Conſtantius Rogerius *de dote quæſt.* 2. *n.* 9. *&* 10. Campegius *de dote p.* 1. *quæſt.* 24. & alios allegans Mantica *de tacit. & ambig. conu. lib.* 13. *tit* 13. *num.* 21. fundati in eo, quod extraneus (cuius nomine venit etiam frater), mulieris negotiorum geſtor illam dotans non intelligitur donare, vt *cap* 3 *num.* 108. probatum eſt, quare fratres (inquit) qui dotans ſorores in eadem familia exiſtentes, cum gerant negotia ſororum cura, & ſollicitudine, intelliguntur dotare animo repetendi, ſeu de patrimonio mulieris conſiderato exitu: contrarium, & fratrem, qui ea bonis communibus ſibi cum ſorore dotem pro ea ſimpliciter promiſit cenſeri partem donaſſe, tradiderit Baldus *in d. l. fin. num.* 12. *Codic. de dote promiſſione ibidem.* Salicetus referens Cynum, & Martinum de Sano, Ripa *in l.* 1. *n.* 141. *ff. ſoluto matrimonio*, Ruinus *conſ.* 171. *num.* 1. *lib.* 1. *&* 141. *num.* 9. *lib.* 4. plures alij à Mantica *dict. tit.* 13. *n.* 10. relati, & alij quos refert, & ſequitur P. Barboſa *ad d. l.* 1. *parte* 4. *n.* 150. *verſic. vnde infertur, idque arg. l. vnica, § accedit, Cod. de rei vxor. act.* vbi extraneus dotem ſimpliciter promittens pro muliere præſumitur donare, niſi agat vt negotiorum geſtorum: frater autem dotans ſororem, ex bonis communibus cum ſorore, v.g. ſimpliciter promittens, vel dans pro dote fundum communem cum ſorore non videatur promittere, vel dare, vt adminiſtrator, & curam gerens bonorum ſororis, ſed ſimpliciter, & abſolutè, & animo donandi ſuam partem, quod ſecus eſſet, ſi promiſiſſet quidem vel dediſſet dotem pro ſorore non aſſignando fundum communem vel partem eiuſdem ſed conſtituendo dotem in quantitate, tunc enim adminiſtrans bona ſororis cenſeretur promiſiſſe, vel dediſſe ex bonis eiuſdem ſororis, ſeu animo compenſandi, *dictam autem leg. finalem, ff. de petit. hæredit.* Petr. Barboſa poſt Ripam ait limitandam eſſe non procedere fauore dotis ſaltem in his terminis, quare quando etiam mater, & filia habent bona communia, nempe fundum, ſeu fundos communem, ſeu communes, quæ mater adminiſtrat, & mater ex illis bonis dotem ſimpliciter pro filia conſtituit, videri matrem donare ſuam partem argumento eiuſdem *l. vnica d. §. accedit, Cod. de rei vxor. act.* tradunt idem Baldus *in d. l. fin. n.* 13. P. Barboſa *d. p.* 4. *n.* 149. *verſic. unde quod ſuprà*, & etiam Baldus Nouellus *de dote p* 6. *priuil.* 3. *n.* 6. & Paleotus *repet. in rubr.* §. 6*x*. *n.* 31. & §. 66. *n.* 18. *de donat. inter vir. & vxor.* Prior tamen opinio non leue fundamentum habet in traditis *ſuprà cap.* 3. *à n.* 108. & ideo eam eſt amplexus collector communium opinionum vtriuſque iuris *tit. de iure dotium, cap.* 10. *loco tertio*, cum enim frater adminiſtrans bona communia ſibi, & ſorori ſit adminiſtrator bonorum ſororis, magis intelligitur geſſiſſe ſororis negotium, quam donandi animum habuiſſe iuxta tradita *dict. n.* 108. *& arg. l. Neſennius, ff. de negot. geſt.*

Vtrum vero ſi vnus ex fratribus bona communia poſſidentibus dotem dederit filiæ ſuæ de bonis communibus altero fratre ſciente, & non contradicente cenſeri debeat animo donandi, an compenſandi dotaſſe, vide *infrà cap.* 6. *n.* 128.

§. VII.

An Pater teneatur dare congruam dotem filiæ ſine dotis promiſſione nuptæ ipſo patre ſciente & conſentiente, vel ſi poſtea ratum habuit matrimonium, licet viro diuiti nupſerit.

De hac latè egi in tractatu de contractu matrimonij *cap.* 11. *num.* 179. *cum pluribus ſeqq.* quia tamen plures, ad quorum manus hic tractatus peruenient, carebunt illo tractatu, cenſui eadem de re hoc quoque loco agere ad huius tractatus complementum in gratiam ſtudioſorum, qui prioris tractatus exordium non habebunt.

Igitur vna opinio tenet abſolutè patrem non teneri 97 dotare filiam iam nuptam ſine dote, & dotis promiſſione tametſi nupſerit de patris conſenſu ita Bartolus *in d. l. obligamur ad fin. ff. de oblig. & act. & in authentica res qua num.* 6. *comm. de legat. & in l. mulier, §. cum proponeretur, ff. ad Trebell.* Palatius *repet. in cap. per veſtras §.* 6. *initio*, & ita ſenſiſſe Baldum, Salicetum, Coraſium, Gulielmum Benedictum, Panormitanum, Matthefilanum, Paulum de Monte Pico, Aretinum, Iaſonem, Alexandrum, & nonnullos alios referunt Corduba à Lara *in l. ſi quis à liberis, §. ſed ſi filius n.* 3. *ff. de lib. agnoſc.* Spino *in ſpec. teſtam. Gloſſ.* 11. *n.* 18 Ceuallos, *comm. contra q.* 5. *n.* 18. *collect. comm. vtriuſque iuris opinionum tit. de iure dotium c.* 1. *verſic. filia nupta*, & P. Barboſa *in l.* 1. *p.* 4. *n.* 27. *ff. ſol. matrim.* referunt quos ſequitur Merenda *controu. iur. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 11. *n.* 3. *& ſeqq.* fundantur primò, quia pater ideo cogitur dotare filias, vt maritum inueniant, quæ ratio ceſſat, quando filia eſt iam nupta, quare ſicut pater non tenetur alere filiam, qui quoad alimenta ſibi ſufficiat, ita nec tenetur dotare filiam iam nuptam, cum iam filia ſit nupta, & maxime quia dos ſuccedit loco alimentorum, quæ pater non tenetur exhibere filiæ aliunde habenti, vt mox dictum eſt, & filia nupta viro diuiti iam habet alimenta aliunde, cum vir, qui illam duxit ſine dote, teneatur eam alere, quia ſibi imputare debet, quod ſciens indotatā duxerit ſecundo, quia pater non tenetur dotare filiam iure obligationis, ſed officio iudicis quod fundatur in æquitate, quæ ceſſat cum filia iam eſt nupta, & viro diuiti

diuiti, qui poteſt eam alere. Tertio quia iuxta textum in §. ſic itaque verſic. ſi quis ſub poteſtate auth. de nuptiis, non licet marito, qui accepit vxorem ſine dote, ipſam expellere à domo, ex quo infertur patrem non teneri eam dotare, quod ſi filia, antequam nuberet, promiſerit dotem marito, tunc teneri patrem eam promiſſionem ratam habere, & dotem ſoluere, cum hoc caſu & ſuam, ac patris de iure ad eam dandam obligati rem vtiliter geſſerit l. & ideo §. fin. ff. de in rem verſo. & l. profectitia §. ſi filius, ff. de iure dotium, aſſerunt idem Bartholus in d. l. obligamur in fine, Matheſilienſis ſing. 306. num. 3. in fine, Panormitanus in cap. 1. n. 6. de adulteriis, & in cap. 1. cum cauſa n. 5. de raptoribus, Ioannes Boſcheius de legit. nuptiis, l. 2. n. 16. in fine, & etiam Ripa in l. 1. n. 57. ff. ſol. matr.

98 Altera oppoſita ſententia communis, & recepta aſſerit patrem filiam, quæ de eius conſenſu, vel poſtea accedente eius ratihabitatione nupſit etiam ſine dotis promiſſione teneri congruè dotare, ad idque cogi poſſe ita Gloſſa in d. l. obligamur, §. 1. ff. de obligat. & actio. Palarius Rub. in cap. per veſtras 3. notab §. 22. num. 4. Peregrinus de fideicommiſſ. art. 42. num. 39. Vrſillus ad deciſ. Afflict. 170. num. 2. Gama deciſ. 376. num. 1. Ceuallos d. q. 5. num. 5. Menochius de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 189. num. 6. & conſ. 8. num. 18. Gutierrez de matr. c. 80. num. 7. Fontanella de pactis nupt. clauſ. 5. Gloſſa 1. part. 1. n. 78. ad 81. Spino d. Gloſſa 11. n 17. & 18 Botellus in ſumm. deciſio tom. 3. tit. 4. n. 28. & ſeq. Ang. Barboſa collect. ad l. fin. n. 13. & 14. Cod. de dotis promiſ. Io. Baptiſta de Barbobus de filiiſfam. quæſt. 42. Sanchez lib. 4. de matr. diſp. 26. n. 4. quos omnes allegaui in prææallegato tractatu de contr. matr. cap. 15. à n. 179. vltra quos: ita etiam Couarruuias de ſponſ. p. 2. c. 3. §. 8. num. 7. Ioannes Boſcheius d. num. 16. Campegius de dote p 1. q 13. n. 2. Baldus Nouellus de dote p. 6. priuileg 16 n. 6. in fine, Conſtantius Rogerius de dote q. 2. n. 21. Paleotus de doto n. 29. Mantica de tacit. & ambig. conu. lib. 12. tit 16. n. 5. Gayllus practic. obſeru. lib. 2. obſeruat. 95. Merlinus de legitima lib. 3. tit. 1. q. 22. n. 9. Corduba à Lara d. §. ſed ſi quis, n. 4. Gomez ad l. 40. Tauri n. 87. & ad l. 80. n. 12. Padilla in auth. res quæ num. 72. Cod. comm. de legat. Lud. Molina de primog. l. 2. cap. 16. n. 7. Surdus de alimentis tit. 1. quæſt. 32. num. 15 collector. comm. opin. vtriuſque iuris tit. de iure dotiũ. c. 8. verſic. filia nupta, P. Barboſa d. p 4. in allegato n. 27. Paſchalis de iuribus patr. poteſtatis par. 2. c. 6. n. 53. Cauagnolus addit ad conſ. 81. Menoch. n. 2. & 3. Molfeſius ad conſuet. Neap. p. 6. q. 4. n. 3. & innumeri alij à Spino, Corduba, Mãtica, P. Barboſa, Gayllo, & Sanchez relati. Probatur quia ex vna parte in hoc caſu filia nullam patri intulit iniuriam, quia ipſo ſciente, & volente, vel approbante nupſit, & ex alia parte pater erga filias ad duo tenetur, & illas collocare in matrimonio & congruè dotare, vt conſtat ex l. qui liberos de ritu nupt. & latè oſtenſum eſt ſuprà n. 21. ergo non ſufficit, quod eas collocet in matrimonio, ſed vt ſuo ſatisfaciat oneri, etiam eis nuptis dotem congruam dare debet. Præterea dos mulieri non datur ad hoc tantum, vt virum inueniat, & nubere poſſit, aut alimenta pro ſe habeat, ſed etiam ad ſuſtinenda matrimonij onera, & vt per huiuſmodi dotem vir commodiùs vxori, & filiis ac toti familiæ ſubueniat l. pro oneribus, Cod. de iure dotium, & latè explicatum ſuprà cap. 1. & 5. item datur, vt à viro non ſpernatur, ſed vxorem honeſtè tractet l. fin. Cod. ad Vell. auth. de nuptiis, §. ſi quis ita verſic. ſi quis enim, & etiam intereſt Reipublicæ mulieres à parentibus habere dotes, vt ſobolem procreare poſſint, l. 1. ff. ſol. matrim. & in præcedentibus capitibus oſtenſum eſt. Quæ omnes rationes militant etiam in filia nupta ſine dote, præſertim de patris conſenſu, ob quas proinde ſemper æquitas ſuadet debere à patre dotem habere. Neque obſtat primũ contrariæ opinionis argumẽtum, nam licet ceſſet prima ratio debiti collocandi filiam in matrimonio, non ceſſat altera illi dotem congruam dandi, nec altera earum ſufficit ad extinguendam patris obligationem §. affirmatis, in auth. de nuptiis, vnde filia, quæ ingreſſa eſt in monaſterium, poteſt cogere patrem, vt ei dotem conſtituat, vt probatur infrà, diuerſa vero ratio eſt alimentorum, & dotis, tum quia alimenta non debentur filio diuiti, at pater tenetur dotare etiam filiam diuitem vt ſuprà n. 23. probatum eſt, tum quia dos datur ad prolis educationem, & cætera matrimonij onera ſuſtinenda, & ne vxor à viro ſpernatur, quæ rationes non ceſſant in filia iam nupta. Non obſtat ſecundum argumentum, tum quia patrem, teneri dotare filias iure obligationis tanquam verius ſuprà n. 16. probatum eſt, tum quia æquitas non ceſſat, ſed adhuc ſuadet filiam nuptam à patre dotari debere ob rationes ſuprà allatas ſuſtentandi onera matrimonij, & vt honeſtè à viro tractetur, minimèque ſpernatur, denique non obſtat tertium argumentum, nam textus in d. §. ſic itaque, loquitur de marito, qui accepit vxorem ſine dotis promiſſione, & indotatam, is enim non poteſt expellere vxorem à domo ob dotis defectum, neque cogere ipſam vxorem aut ſocerum, vt dos ſibi conſtituatur ſed ſibi imputare debet, quod ſine dote acceperit, l. fin. Cod. de donat. ante nupt. At vero ipſa filia nupta (in qua præſumi poteſt veriſimiliter adeſſe ignorantia circa conſtitutionem dotis) poterit vel iure actionis, vel ſaltem implorato iudicis officio cogere patrem dotem congruam ſibi conſtituere, vt Doctores num. ſequenti, citati, cum etiam dos ſuccedat loco legitimæ, filia ita ſimpliciter nubendo, abſque dotis promiſſione non ideo videtur renunciaſſe eius legitimæ arg. l. ſi quando, § & generaliter, Cod. de inoffic. teſtam. vbi non valet renunciatio legitimæ niſi facta ſpecificè, & expreſſe. Quin etiam filiam non poſſe renunciare iuri dotandi, tradunt Doctores ſuprà hoc cap. num. 7. verſic. denique relati.

Ampliatur igitur primo præfata communis ſententia, vt quamvis maritus, qui duxit filiam indotatam, non petat dotem, aut cogere poſſit ſocerum ad dotem dandam, ipſa tamen filia poterit implorare officium iudicis, vt cogat patrem dotem congruam ſibi conſtituere: ita Iaſon in auth. præterea numero 8. Codic. vnde vir. & vxor. Paulus de Caſtro in l. ſi ſocer in princ. numero 4. ff. ſoluto matrimonio, Alexander conſ. 7. numero 11. lib. 2. & conſ. 169. numero 3. lib. 7. collector comm. opinion. vtriuſque iuris loco citato Gama dict. deciſione 376. Petr. Barboſa dict. part. 4. numero 29. initio Ioan. Baptiſta de Barbobus dict. quæſt. 42. numero 33. & plures alij à Petr. Barboſa relati, quare quod Socinus iun. in l. 1. num. 229. ff. ſolut. matr. dixit, ſcilicet, ſi inter Socerum, & generum expreſsè conuenit, quod nulla daretur dos, tunc filiam iam nuptam non poſſe cogere patrem ad ſibi dotem conſtituendam, vt verum ſit, intelligi debet, ſi ipſa filia maior viginti quinque annis tali pacto conſenſerit, nam alioqui pactum mariti non poteſt præiudicare vxori in eo iure, quod habet ex propria perſona, leg. ſi vnus, §. ante omnia ff. de pactis, ita expreſsè Petr. Barboſa dict. num. 29. 99

Filia nupta congruenter dotata ab extraneo poteſt cogere patrem, vt ſibi dotem ex propriis bonis conſtituat?

Ampliatur ſecundo eadem communis ſententia, vt procedat, etiam ſi filia à perſona extranea dotem recepiſſet iuxta §. accedit, l. vnica, Cod. de rei vxoria act. 100

ult. Nam nihilominus etiam in hoc caſu poſſe filiam cogere patrem, vt ex propriis ſibi dotem conſtituat, tradidere præter Baldum Nouellum *de dote p.6.priuil.* 16.*n.*8. & Palatium *in repet. in c.per veſtras,* §.14.*n.*10. *ſupra hoc cap. num.*31. relatos Cæphalus *conſ.*95. *num.* 24. *& ſequent.volum.*1. Gabriël *conſ.*153. *num.*3. Ruinus *in leg.*1.*num.*131.*ff. ſoluto matrimonio,& conſ.*74. *num.*18. *& ſeqq.lib.*2. Guillielmus *in cap. Raynutius verbo dotem,num.*23.*de teſtam.* Menochius *conſ.*8.*num.* 19.*& conſ.*873.*n.*17. P. Barboſa *allegata p.*4.*num.*30. & Io. Baptiſta de Barbobus *de filiusfamilias q.*42. *n.*35. Quæ ampliatio probatur, tum quia licet filia ſit ab extraneo dotata, pater tamen non ſatisfecit officio paterno illum obligante ad dotandam etiam filiam diuitem vt eſt probatum *ſuprà num.*24. *cum pluribus ſeqq.* tum etiam quia *vt ſupra hoc cap.num.*30.*& num.*75. probatum eſt, ſi pater dotans dicat ſe dotare filiam ex bonis ipſius tantum adhuc filia poteſt cogere patrem, vt dotem ſibi conſtituat ex bonis propriis, & conſequenter, & ſi filia aliunde habeat dotem, poteſt nihilominus cogere patrem vt officio ſuo ſatisfaciat. Confirmat P.Barboſa, quia dos loco legitimæ ſuccedit, *l.quoniam Nouella, Cod. de inoff. teſtam.* Barboſa *in l. Titio centum* §. *Titio genero n.*6. *ff. de condit. & demonſtr.* & alios latè referens Menochius *conſ.*8.*num.*8. *valet argumentum de dote ad legitimam*, vbi ratio non eſt diuerſa, vt poſt Cordubam à Lara *in l. ſi quis à liberis* §. *idem iudex num.*22. *ff. de liber agnoſc.* idem P. Barboſa *d.num.*3.*verſic.item dos.* At certum eſt, filiam dotatam per alium poſſe nihilominus petere legitimam in bonis patris, ergo & dotem ſecundum quantitatem legitimæ, iuxta quam regulatur dos maritatæ ex Afflicto *deciſ.*160. Contrarium, & filiam jam nuptam, quæ ab extraneo fuit congruenter dotata, non poſſe cogere patrem ad dandam de ſuo nouam dotem tenuerunt Baldus Nouell. ſibi in hoc contrarius *d.* 6.*p.priuileg.*48.*in fine,& in l.*1.*num.*343.*ff.ſoluto matrimonio ibidem,* Socin. jun. *num.*175.*& num.*227. & nonnulli alij à P.Barboſa relati nituntur primo, *quod ex quo filia, eſt jam congruenter dotata, ceſſat ratio, de qua in l. qui liberos, ff. de ritu nupt.* Secundo quia non reperitur Iure cautum, quod mulier duas habeat dotes, ſi vero fuiſſet incongruenter dotata, tunc ſubdit Nouellus *d. priuil.* 48. poſſet petere ſupplementum vſque ad congruam dotem; verum prædictæ rationes non vrgent, non prima, quia cum pater non ſatisfecerit ſuo officio, vt dictum eſt, non remanet liberatus propter dotem ab alio datam, & conſequenter adhuc cogi poteſt, non ſecunda, quia licet filia iure obligationis legalis non poſſit duas dotes prætendere vt poſt Bald. P.Barboſ. *d.n.*30.*in fine*, ſi tamen vnus dotet liberaliter, & non ratione obligationis legalis, non impedit quin pater compelli poſſit ad conſtituendam filiæ dotem ex propriis bonis, vt Ruinus *in d.l.num.*131.*ff.ſol. matrim.* Socin. jun. *conſ.*79.*num.*113.*l.*2. P.Barboſ. *loco citato.* Opinio autem Nouelli vera eſſet, ſi conſtaret extraneum contemplatione patris dotaſſe congruenter filiam, *iuxta l. profectitia in princ. de iure dotium*, & tradita *ſuprà cap.*3. Si vltra prædictas duas objectiones adhuc objicitur, *l.pater filiæ* 71. *ff.de euictione*; vbi euicta à genero re dotali, quàm pater ab alio emptam pro filia in dotem genero dederat, non cogitur pater nouam dotem dare genero, ſed tantum permittitur etiam conſtante matrimonio agere de euictione aduerſus illum, à quo rem acceperat. Reſpondetur non cogi nouam dotem dare, quia cum dotem ſemel dediſſet, jam ſuo officio ſatisfaceret, ita Ruinus *conſ.*121. *num.*8. *lib.*5. Menochius *de præſumptionibus*, & P.Barboſa *videndus d.p.*4.*n.*29. *vide de intellectu d.l. pater num.*26. *filia infrà n.*212.

Filia nupta, quæ nupſit cum modica, & incompetenti dote poteſt cogere patrem ad dandum ſibi augmentum vſque ad congruam dotem?

Ampliatur tertio eadem communis ſententia, vt 101
ſi filia nupſerit cum dote quidem, ſed modica, & non congruenti, poſſit augmentum vſque ad congruam dotem petere, & conſequi, colligitur ex Baldo Nouello *dicto priuileg.*48. *in fine*, & tradunt expreſsè Baldus in *authen. res quæ numero* 10. *Codic. comm. de legatis*, Paulus de Caſtro *ibidem numer.*7. Baëza *de non meliorandis filiabus cauſa dotis capite* 5. *numero* 6. Sanchez *dicta diſp.* 26. *numero* 4. & Ioannes Baptiſta de Barbobus *d. quæſt.* 42. *numero* 36. ſed Gutierrez *d. capite* 80. *numero* 8. non approbat hanc ampliationem dicens difficile eſſe obtineri in praxi iuxta hanc ampliationem, eo quod dos fuit moderata ex conuentione vtriuſque partis, vnde addit, ſe nunquam vidiſſe ſimile augmentum peti in actu practico, & pro hac opinione facere videtur, quod ex bonis fideicommiſſo ſubjectis prohibetur nupta conſequi dotis augmentum, §. *ſancimus verſic. hæc omnia auth. de reſtit. & ea quæ parit in vndecimo menſe*, de quo numero ſequenti, verum puto non eſſe recedendum ab ampliatione, nam ſi filia jam nupta ſine dote poteſt dotem à patre petere, non apparet quin & etiam ſupplementum ad congruam dotem, cum pater qui dotem incongruam dedit, nondum plene ſuo officio ſatisfecit, neque conſenſus mariti in dotem incongruam poteſt filiæ nocere, niſi, & eius conſenſus acceſſerit, quo ſi fuiſſet notabiliter læſa poſſet reſtitui in integrum, *dicto vero* §. *ſancimus*, ob ſpecialem rationem ibi expreſſam prohibitum eſt nuptam cum dote tenui poſſe ex bonis fideicommiſſo ſubjectis augmentum dotis detrahere, quæ ratio non adeſt, quando filia à patre petit dotis augmentum.

Ad conſtituendam dotem filiæ nuptæ ſine dote pater tenetur, & cogi poteſt alienare bona fideicommiſſo ſubjecta, filia verò jam nupta à patre cum dote commoda, vel etiam tenui, viro conſentiente mortuo patre non poteſt alienare bona fideicommiſſi ſibi à patre relicti, vt ſibi augeat dotem.

Ampliatur quarto eadem communis ſententia, vt 102
eadem filia nupta ſine dote poſſit illam conſequi ex bonis reſtitutioni ſubjectis ſeu fideicommiſſo ſuppoſitis, ita vt pater poſſit, teneatur, & cogi poſſit alienare bona fideicommiſſi, vt eidem filiæ congruam dotem conſtituat, ita contra Bartholum *locis ſuprà num.* 97. *allegatis*, Fulgoſium *in auth. res quæ numer.*5. *Cod. comm.de legatis.* Salicetum *ibid.num.*3. Mattheſilienſem *ſingulari* 106. & nonnullos alios à Padilla in *d.auth.res quæ n.*72. & Menochio *d.præſ.*189. *n.*61. relatos (quos ſequitur Peguera *dec.*116.*n.*8. & etiam Merenda *contr. iur.to.*1.*l.*4.*c.*30.*n.*10.*& ſeqq.*) ita inquã Bald. *in d.auth. res quæ n.*10. *ibid.* Caſtrenſis *n.*10. Curtius jun. *nu.*25. Padilla *d.n.*72.*& n.*76. Gomez *ad l.*40. *Tauri n.*87. *verſic. ſexto limita*, Menochius *d. præſ.*189.*num.*52. *cum plurib.ſeqq.* Peregrin. *d.art.*42.*num.*39. Marta *de ſucceſſ. p.*4.*q.*21.*art.*10.*n.*31. Oddus *de fideicom. q.*4. *art.*9.*n.*99. Ioan. Baptiſta de Barbobus, *d.quæſt.*42. *num.*37. & alij relati à Padilla, Peregr. & Menochio, qui *num.*71. ad fundamentum Bartholi ſumptum ex Textu in §. *ſancimus verſiculo hæc omnia auth. de reſtitutionibus, & ea quæ parit in vndecimo menſe*, vbi decreuit Iuſti-

nianus, quod pro dotis tenuis augmento non poſſint alienari bona ſuppoſita fideicommiſſo, & ſic prohibetur nupta conſequi augmentum dotis ex bonis reſtitutioni ſubiectis,& conſequenter multo magis prohibita videtur iam nupta ſine dote ex iiſdem bonis conſequi dotem, reſpondet cum Curtio maiorem eſſe rationem, vt filia iam nupta omninò indotata dotem conſequatur ex bonis fideicommiſſi,quam dotata tenui dote ex eiſdem bonis dotis augmentum conſequatur, quia quæ tenuem dotem viro dedit, viri conſenſu dediſſe præſumitur,& diuerſum eſt (inquit) cum nullam dedit dotem, quia potuit maritus credere probabiliter, quod à patre dotaretur iuxta Gloſſam *in l. obligamur §. 1. verbo lege, ff. de obligat. & act.* & tradita *ſuprà n.* 98. ad probandam eandem communem concluſionem.

103 Hinc idem Menochius *eadem præſumpt.* 189. *n.* 160. notat quod ſicut quando pater dotem congruam filiæ reliquit, qua commodè nubere poteſt illa nequit alienare bona fideicommiſſi in quo à patre inſtituta eſt, vt ſibi dotem augeat,quia tunc videtur fieri alienatio in fraudem, & euerſionem fideicommiſſi, vt ipſe tradit *n.* 150. per textum in *d. §. ſancimus verſic. hac igitur omnia*,& Doctores quos *ibid.* refert ita etiam quando pater viuens tradidit nuptui filiam,& dotem tamen viro ita conſentiente conſtituit, non poteſt filia mortuo patre alienare bona fideicommiſſi, vt ſibi dotem augeat, nam & ſic ceſſat iuſta cauſa alienationis, & alienatio fieri diceretur in fideicommiſſi euerſionem iuxta *d. verſic. hac igitur.*

Filia nupta indotata ad ſuos hæredes tranſmittit ius petendi dotem.

104 Denique eandem communem ſententiam procedere non ſolum in perſona ipſius filiæ etiam diuiti nuptæ ſine dote, vt ipſa poſſit dotem à patre, vel eius hæredibus obtinere,ſed etiam hoc ius eandem dotem conſequendi tranſire ad eiuſdem filij hæredes,tradunt Bald. *d. auth. res quæ n.* 11. Socin. *concl.* 57. *n.* 4. *l.* 4. Merlinus *de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 22. *num.* 13. & Ioan. Bapt. de Barbobus *de filiisfam. quæſt.* 42. *num.* 38. eo quod ſicut ius petendi legitimam tranſmittatur ad hæredes, vt Salicetus *in l. ſcimus in princip. Cod. de inoff. teſtam.* Decius *conſ.* 104 *num.* 1. Alexander *conſ.* 105. *lib* 1. ita ius petendi dotem, quæ (vt *ſuprà* notatum eſt) ſuccedit loco legitimæ, vt Caſtrenſis in *d. auth. res quæ n.* 8. *& in lege Titia centum §. Titio genero n.* 8. *ff. de condit. & demonſtr.* & Baldus *in l. quoniam Nouella n.* 6. *Cod. de inoff. teſtam.* & licet P. Barboſa *in l.* 1. *p.* 4. *num.* 13. *verſic. item ſecundo*, dicat hoc ius filiæ tranſmitti ad eius hæredes ſolum, quando filia à marito ducta ſine dote promiſit dotem tempore contracti matrimonij etiam inſcio,& inuito patre, eo quod (inquit) tunc nihilominus pater vel eius hæres tenetur eam promiſſionem ratam habere, vt *ſup. à n.* 97. *in fine*, & ſic ex promiſſione dos videatur debita, & induatur propterea regula *l. unica Codic. vt actiones ab hæredibus*, quod actiones actiuæ, & paſſiuæ defuncti tranſeunt ad eius hæredem, negat vero tale ius filiæ ad eius hæredes tranſmitti, ſi filia dotem non promiſerit, quia facultas illa conceſſa filiæ petendi dotem à patre ſit priuilegium perſonale, & ea mortua ceſſet, iuxta regulam *l. quia tale, ff. ſolut. matr.* Nihilominus præallegati Doctores indiſtinctè, & etiam dote à filia non promiſſa nolunt illud ius petendi dotem à patre tranſire ad filiæ hæredes, quia ſiue fuerit promiſſa, ſiue non eſt debita, & ius illam petendi ſuccedit loco legitimæ.

105 Porrò dos filiæ iam nuptæ, & poſt matrimonium contractum conſtitutæ habet dotis priuilegia, quia licet ceſſet cauſa fauorabilis matrimonij contrahendi, non tamen ceſſat cauſa matrimonij conſormandi cum bona pace, & ſecuritate animi, vt Baldus Nouellus *d. p.* 6. *pri. ii.* 16. *n.* 7. *initio.*

§. VIII.

An filiafamilias annum vigeſimum quintum excedens, quæ inſcio vel inuito patre nupſit viro diuiti ſine dote, ſit à patre congruè dotanda, ad idque poſſit cogi pater?

106 Bartholus *locis ſuprà num.* 97. *relatis*, præſertim in *d. l. obligamur n.* 1. *ff. de obligat. & act. negat.* vbi per filiam dos non fuit viro promiſſa, quem nonnulli alij *dict. numero* 97. relati ſunt ſequuti ob rationem *ibidem* adductas, & etiam Couarruuias *de ſponſ. part.* 2. *num.* 8. *in fine*, ait etiamſi filia digniſſimo nupſiſſet abſque conſenſu patris, ſi diues eſt, & habet vnde promiſſam vel non promiſſam dotem viro conſtituat, minimè conuenire patrem cogi dotem ei conſtituere, quamvis intelligi poſſit loqui de filia minore 25. annis inuito patre nubente etiam digno.

107 Communis Doctorum ſententia eſt, patrem teneri & cogi poſſe dotem congruam conſtituere filiæ, quæ poſt vigeſimum quintum annum etiam ſine dotis promiſſione nupſit digno viro licet diuiti, ita præter alios ab eiſdem allegatos ex Doctoribus *ſuprà num.* 98. relatis Bald. Nouell. *d. priuil.* 16. Ioan. Boſcheius *d. num.* 16. Campegius *d. quæſt.* 13. Conſtantius Rogerius *d. q.* 2. *num.* 13. Gaillus *d. obſ.* 95. *collector comm. op. loco eod. n.* 98. *citato*, Mantica *d. tit.* 16. *n.* 17. Menochius *d. præſumptione* 189. *n.* 59. Gutierez *d. c.* 80. *n.* 11. Fontanella *d. p.* 1. *n.* 80. P. Barboſa *d. p.* 4. *num.* 31. Merlinus *de legit. lib.* 3. *tit.* 51. *d. q.* 22. *num.* 9. *& ſeqq. & l.* 4. *tit.* 1. *q.* 6. *n.* 11. Padilla, Ludouic. Molina, Molfeſius, Spino, Surdus, Paſchalis, Cauagnolus *locis ſuprà d. num.* 98. relatis Gomez *ad d. l.* 80. *Tauri d. num.* 12. Borellus, Ioan. Baptiſta de Barbobus *locis d. num.* 98. allegatis, Sanchez *d. diſp.* 16 *n.* 12. Rebellus *de oblig. iuſt. p.* 2. *lib.* 4. *quæſt.* 14 *sect.* 14 *num.* 2. & Fragoſus *de reg. im. Chr. Reipub. part.* 1. *lib.* 2. *diſp.* 4. *num.* 297. Probatur in traditis *dict. num.* 98. in præcedentibus ſcilicet, quia pater tenetur dotare filiam etiam diuitem, & nuptam, idque ad ſuſtentanda matrimonij onera, & ne à viro contemnatur, quæ rationes militant etiam in hoc caſu matrimonij à filia contracti in ſuo, & inuito patre, neque filia ſic nubendo viro digno vllam intulit patri injuriam, ſed patri imputatur, quod fuerit in mora nubendi, tandemque diſtulerit filiæ matrimonium in tantam ætatem, vt probatur *auth. ſed ſi poſt viginti quinque*, & ibi Doctores, *Codice de inoff. teſtam.* vbi decernitur filiam poſt annum 25. nubentem viro libero: ſine patris conſenſu non poſſe à patre exhæredari, & ſic nec dote priuari, de qua re egi *in tractatu de contractu matrim. c.* 11. *n.* 123. *& ſeqq.* quare in huiuſmodi filia majori 25. annis nubente viro digno inuito patre procedunt ampliationes, *n.* 99. *&* 100 *poſita.*

108 Sed quid ſi filia poſt annum vigeſimum quintum inſcio,& inuito patre nupſerit viro vili & ignominioſo, & indigno, libero tamen: patrem non debere cogi eam dotare, ſi ipſa ſit diues,& poſſit ſibi dotem conſtituere exiſtimat Couarruuias *d. num.* 8. verum Doctores communiter ſentiunt patrem teneri, & cogi poſſe dotare filiam annum 25. excedentē eo inuito nubentem etiam viro vili,& indigno libero, ita *locis citatis*, Bald. Nouell. Campegius, Ioan. Boſcheius, Menoch. Mantica, Merlinus, Petr. Barboſa, Fontanella, Gutierrez, Sanchez, Rebellus,& Fragoſus,& alij apud eoſdem: Militant enim etiam in hoc caſu rationes, quæ *in proced.*

Nec

Nec filiæ imputari poteſt, quod virum indignum duxerit invito patre, ſed imo argui potius debet culpa, ſeu negligentia patris, qui tandiu diſtulit eam matrimonio collocare, præter id quod requirit paternum officium, *dict. auth. ſi poſt viginti quinque annos, Codic. de inoff. teſtam.* vbi abſolutè, & ſine diſtinctione num digno vel vili, & indigno ſe innxerit ſtatuitur, quod exhæredari à patre non poſſit filia poſt 25. annum ſine patris conſenſu nubens viro libero, immo *ibidem,* & §. *cauſas verſic. ſi vero vſque ad vigeſimum quintum auth. vt cum de appellat. cognoſc.* habetur quod ſi filia poſt annum vigeſimum quintum peccauerit in corpus ſuum, vel etiam ſi turpem vitam elegerit non poteſt propter hoc à patre exhæredari [vt tradidi latè in *tractatu de contractu matrimony dict. capite* 11. *numer.* 123. *cum pluribus ſequentibus*, & tradunt etiam poſt alios Petr. Barboſa *dict. part.* 2. *num.* 31. *in fine*, & Fontanella *dict. part.* 1 *num.* 84.) & conſequenter à fortiori filia dote priuari non poterit, ſi poſt 25. annum invito patre indigno nupſerit, & iuxta hæc filiæ majori 25. annorum, quæ receſſerat à domo parentum, & nupſerat abſque eorum conſenſu, petebatque dotem à patre, fuiſſe à ſenatu Cataloniæ declaratum dotem dandam fore refert Fontanella *d. n.* 84. Bene tamen verum, eſt quod in hoc caſu poterit à patre dari minor dos, iuxta indignitatem, ſeu qualitatem viri, & diminutam eius conditionem, quam debuiſſet dari, ſi viro digno æquè nobili, & paris conditionis filia nupſiſſet, vt Campegius *d. q.* 13. *n.* 2. Molinus *d. tit.* 1 *num.* 12. Lud. Molina *de primog. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 8. Gaſpar Anton. Theſaur. *quaſt. for. lib.* 1. *q.* 70. *num.* 10. *in fine*, Stephanus Gratianus *diſcept. for. tom.* 2. *cap.* 213. *n.* 43. & alij à Molina, & Theſauro relati.

109 Vtrum vero ſi filia ante vigeſimum quintum annum quidem nupſerit ſine patris conſenſu etiam viro vili, & indigno expectauerit tamen tempus *infrà* 25. annum à lege municipali, vel iuxta conſuetudinem, & morem patriæ parentibus præſcriptum ad tradendas filias nuptui, idem dicendũ ſit, ac ſi poſt 25. annũ iuxta jus commune nupſiſſet, miniméque poſſit à patre dote priuari, ſed dotanda ſit, affirmarunt Guilielm. *in cap. Raynutius verbo dotem num.* 34. *de teſtam.* Baldus Novellus *d. priuil.* 16. *num.* 5. *verſic. vnde ex quo* Fontanella *d. part.* 1. *numer.* 8. *&* 85. Franciſcus Molinus *lib.* 2. *de ritu nupt. diſſ.* 7. *numer.* 59. & prius Abbas *in cap.* 1. *de diſpenſat. impuberum.* Negant autem Surd. *de aliment. tit.* 1. *qu.* 6. *num.* 25. Gaſpar Ant. Theſaurus *d. quaſt.* 70. *num.* 8. *teſtans in caſu contingenti ita cenſuiſſe ſenatum Pedemontanum*, Baeza *de non melior. filiab. cap.* 18. *numero* 11. & P. Barboſa *d. part.* 4. *n.* 32. *eo quod d. auth. ſed ſi poſt* 25. *annos*, ad conuincendum patris negligentem exigat, quod filia expectat vſque ad 25 annum, quam jus municipale vel conſuetudo minime corrigit, inquit P. Barboſa verum, & ſi ex rigore iuris ciuilis iuxta, *d. auth. ſi poſt & dictum* §. *cauſas*, ita eſſet dicendum, nihilominus in *d. tractatu de contract. matrim. cap.* 11. *num.* 199. cenſui & nunc etiam: exiſtimo admittendam ſententiam affirmatiuam, primo quia tempus illud 25. annorum à lege ciuili præfixum potuit, ſeu poteſt ius municipale, vel conſuetudo ad breuius tempus redigere: Præterea quia antiquis illis temporibus ætates hominum erant longiores, hodie vero breuiores, ſi vero ante annum 25. & poſt tempus municipale, ſeu conſuetudinarium filia elegiſſet vitam inhoneſtam, eam hoc caſu poſſe à patre exhæredari tradunt Nouellus *d. num.* 5. *verſic. & ita reperio*, & Gregorius Lopez à P. Barboſa *d. numero* 32. relatus ſed videtur neque in hoc caſu poſſe exhæredari, cum videatur imputandum patri ipſi, quod neglexerit tradere nuptui filiam vltra tempus municipale vel conſuetudinarium, & ita etiam Molfeſius *ad conſuet. Neap. part.* 4. *quaſt.* 5 *numero* 2. vbi ait, quod vbi tempus 25. annorum ad tradendam filiam nuptui eſt à conſuetudine abbreuiatum, puta ad annum 16. ſi poſt illud tempus filia committat ſtuprum, vel nubat indigno, non poteſt priuari dote, nec exhæredari, ita ſentit etiam Petr. Barboſa ſuppoſito, quod filia ſine conſenſu patris, nubens viro indigno, poſt expectatum tempus congruum iuxta morem patriæ dote priuari non poſſit.

Dixi vero initio *numer.* 108. *ſi filia nupſerit viro in-* 110
digno libero tamen, quia ſi filia major 25. annorum invitis parentibus nupſerit mancipio, ſeu ſeruo, poterit ob ſpecialem injuriam, qua pater, & tota cognatio inde afficitur, dote priuari, cum poſſit exhæredari, vt à contrario ſenſu colligitur ex dictis Textibus in §. *cauſas, & in auth. ſi poſt* 25. ibi, *libero tamen*, quod perinde eſt, *ſecus ſi ſeruo*, vt notaui in *d. tract. de contract. matr. allegato cap.* 11. *num.* 126. & tradunt Gloſſa in *d. auth. ſi poſt, verbo libero, ibidem* Faber *numero* 4. Iaſon *num.* 5. Petr. Barboſa *d. num.* 32. Molina *de iuſtit. tract.* 2. *diſput.* 126. Sanchez *de matrim. lib.* 4. *diſp.* 24. *nu.* 10. Rebellus *de obligat. iuſt. part.* 2. *lib.* 4. *dicta q.* 14. *num.* 14. & Fragoſus *d. num.* 297. aduerſus Palatium *in repet. in cap. per veſtras* 3. *notabili* §. 16. *num.* 2. contrarium aſſerentem ea ratione, quia hodie matrimonium cum ſeruo contractum validum eſt, vt allegato *cap.* 11. *num.* 107. latè probaui, & conſtat *ex cap. propoſuit, & cap. fin. de conjugio ſeruorum*, hæc tamen ratio non vrget, nam licet valeat matrimonium, tamen pater, & tota cognatio afficiuntur iniuria ex tali conjugio, *l. vnica, Codic. de mulieribus, quæ ſe ſeruis proprijs*, & ideo merito filia exhæredari poterit. Quapropter à fortiori (vt *d. cap.* 11. *num.* 127. notaui, & *locis citatis*, Molina, & Sanchez rectè arguunt) iuxta prædicta iura poterit exhæredari filia minor 25. annorum completorum ſeruo nubens. Et hic eſt ſpecialis caſus, in quo filiafamilias major 25. annorum nubens ſine conſenſu parentum poteſt exhæredari iuxta legem ciuilem.

Si tamen tam filia, quam maritus ſeruus eſſent pauperes carentes omnino bonis, & neque ex propria induſtria honeſtè poſſent ſe alere, & ſuſtentare, hoc caſu pater teneretur ad ſubminiſtranda filiæ alimenta ſaltem præcisè neceſſaria ad vitæ ſuſtentationem, quæ à patre non poſſent negari, niſi quando cauſa exhæredationis eſt talis, vt filia ad mortem condemnari poſſit, in *dicto tractatu de contract. matrim. dict. capite* 11. *numer.* 141. *&* 142. tradidi, & latiùs *in præcedenti parte de alimentorum obligatione cap.* 10. *numer.* 650. contra nonnullos *ibidem, num.* 649. allegatos, qui videntur tenere filiis, qui ex iuſta cauſa poſſunt exhæredari, iuſtè à patre poſſe denegari alimenta etiam ſimpliciter, neceſſaria vitæ ſuſtentationi, quod ſenſit, & Petr. Barboſa *ad d. lib.* 1. *d. p.* 4. *num.* 41. *verſic. cæterum quamvis, & numer.* 45. *verſic. quinimo, ff. ſoluto matrimonio*, qui proinde *d. num.* 41. ait patrem filio ingrato (quem pater iuſtè poteſt exhæredare) indigenti alimentis nihil tanquam filio teneri præſtare, ſed ſolum tanquam proximo indigenti. Quid autem ſi dum pater tractabat filiam collocare in matrimonium, interim elabatur tempus 25. annorum, & ſtatim eo elapſo filia ſine patris conſenſu nupſerit, vel peccauerit in corpus ſuum, vide *infrà num.* 150. *&* 151.

An etiam pater teneatur, & cogi poſſit filiæ nubili excedenti ætatem 25. annorum nondum nuptæ aſſignare dotem, vide *infrà num.* 152.

An filiaſamilias non excedens 25. annum ſine patris volentis eam marito digno cum competente dote copulare conſenſu nubens ſit à patre dotanda, an vero ex hoc ſolum, quod ſine conſenſu patris, & eo inuito nubat, poſſit ei à patre denegari Dos.

111 Reſolutio hujus controuerſiæ iure cæſareo inſpecto pendet ex reſolutione alterius controuerſiæ, an filiaſamilias ante 25. annum nubens inſcio & inuito patre, ſeu ſine eius conſenſu poſſit iuxta leges ciuiles à patre exhæredari, ſeu priuari legitima, eo enim ipſo quod poſſit exhæredari, poterit iuxta idem ius ciuile, & dote priuari iuxta omnes Doctores, vt tradidi *in tractatu de matr. contractu cap. 11. n. 139.* & præter Doctores *ibidem* relatos alij plures relati à P. Barboſa *ad d.l.1. p.4. n.32. verſic. vnde pariter, ff. ſol. matr.* & Baldus Nouellus *de dote p.6. priuil. 16. n.5. verſic. quidem tamen*: Et ſuppoſito, quod iuxta leges ciuiles poſſit exhæredari, & dote priuari, an ſecus dicendum ſit, attento iure Canonico, quod noluit matrimonia eſſe libera, & poſſe valide contrahi à filiisfamilias abſque parentum conſenſu, & voluntate, & de vtraque controuerſia latiſſimè egi in *dicto tractatu de contractu matrimonij dicto capite à n. 123. ad 226.* quare ſummariè hic annotabo ibi tradita quoad vtramque controuerſiam.

Filiaſamilias nubens ſine patris conſenſu ex quibus caſibus à patre certo exhæredari poſſit iure ciuili.

112 Quoad primum de exhæredatione quantum ad ius ciuile cæſareum *d.c.11.n.123.* notaui in aliquibus caſibus certum eſſe filiamfam. neglectis parentibus nubentem poſſe exhæredari, & priuari dote, vt traditur *in §. cauſas auth. vt dum de appel. cognoſc.* vbi inter cauſas ingratitudinis ob quas patri permittitur exhæredare filias deſcribitur hæc *ſi alicui ex parentibus volenti filiæ ſuæ, vel nepti maritum dare, & dotem ſecundum vires ſubſtantiæ ſuæ pro ea præſtare, illa non conſenſerit, ſed luxurioſam degere vitam elegerit ſi verò* (additur) *vſque ad 25. annorum ætatem peruenerit filia, & parentes diſtulerint eam matrimonio copulare. & forſitan ex hoc contigerit in ſuum corpus peccare, aut ſine conſenſu parentum marito ſe libero tamen coniungere, hoc ad ingratitudinem filiæ nolumus imputari, quia non ſua culpa, ſed parentum, id commiſiſſe cognoſcitur*, & quoad filiam excedentem 25. annum ſimilis diſpoſitio habetur in præallegata *auth. ſed ſi poſt C. de inofficioſo teſtamento*, vbi ſic habetur, *ſed ſi poſt 25. annos te differente filiam marito copulare ea in corpus ſuum peccauerit, vel ſine conſenſu tuo marito ſe libero tamen copulauerit, eam exhæredare non potes*, quem Textum *d.c.11. n.124.* dixi, loqui de filia habente iam vigeſimum quintum annum completum & de minori, quæ ſcilicet, non compleuerit annum 25. & præter Doctores *ibid.* à me relatos, Couarruuiam, Molinam, Sanchez, Rebellum, & alios tradit poſt alios Fragoſus *d. p.1. de reg. Chr. Reip. l.2. diſp.4. n.288.* & indicat illa particula, *Poſt*, quæ complementum denotat, & exigit ex Aretin. *in l. ſi cui legatur in princip. n.1. ff. de leg. 1. & notaui in moralium variorum to.2. tit.2. n.29. verſic. item ſi*, vbi alios Doctores refero, quare vt præfata pœna à filia peccante vel nubente ſine conſenſu non incurratur exhæredarique minime poſſit, exigitur, vt habeat 25. annum completum, nec ſufficiat habere inceptum, adeo quod ſi deſinit dies vnus incurritur dicta pœna, ſi peccauerit in corpus ſuũ, vel nupſerit, vt præfati Doctores notarũt, & conſtat ex his quæ latè ſcripſi *d. to.2. tit.2. de computatione temporum*: ex præfatis textibus igitur conſtat poſſe exhæredari filiamfamilias, ſi nondum exacto anno vigeſimo quinto peccauerit in corpus ſuũ, & poſt electam vitam luxurioſam ſine patris conſenſu nupſerit, vel nupſerit ſeruo, vt *ſuprà hoc c. n.110.* oſtenſum eſt.

Filiaſamilias ante vigeſimum quintum annum completum nubens abſque parentum conſenſu, an ex hoc ſolum iure ciuili inſpecto poſſit à patre exhæredari, ſeu legitima priuari.

Difficultas eſt inter Doctores, an filiaſam. ex eo ſolum, quod nondum exacto anno 25. ſine patris conſenſu nubat licet viro libero, nec in corpus ſuum peccauerit, attenta diſpoſitione iuris ciuilis in præfatis Textib. vel alibi poſſit à patre exhæredari, ſeu legitima priuari circa quam difficultatẽ fuerunt diuerſæ ſententiæ à me *d.c.11. à n.157. ad 169.* relatæ & exactè examinatæ. 113

Prima ſentẽtia (quam habeo *n.157. dict. c.11.*) loquens tã de filio, quã de filia ſine patris conſenſu nubente negat iure cæſareo poſſe à patre exhæredari ſiue marito digno ſiue vili, & indigno nupſerit: quia *d. §. cauſas auth. vt cum de appell. cognoſcitur*, vbi enumerantur omnes cauſæ ingratitudinis, ob quas parentes poſſunt exhæredare filios & hæc non continetur, quapropter *l.3. §. ſi emancipatus 1. ff. de bonor. poſſeſſ. contra tabulas*, quæ permittit exhæredari filiam ſine parentum conſenſu ducẽtem mulierem ignominioſam, & ſi quæ aliæ ſimiles leges, vel diſpoſitiones iuris ciuilis permittentes exhæredationem filiorum vel filiarum dignis, vel indignis perſonis contra voluntatem parentum nubentium correctæ ſunt *in d. §. cauſas* vt tradunt ſcribentes *in d. §. ſi emancipatus, verbo exhæredare*, & plures alij Doctores relati à me *d. n.157.* & quod filius ducens vxorem indignam hodie exhæredari non poſſit, cũ hæc cauſa non inueniatur expreſſa *in d. §. cauſas*, tradunt etiam P. Barboſ. *in d.l.1. p.4. n.33. verſic. neque obſtat, ff. ſol. matr.* & Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. l.12. tit.16. n.9.* quidquid ſecus ſenſerint Caſtrenſ. *in c. de raptorib. 36. q.1.* Bald. *in l. nec filium C. de nuptiis*, & Vaſq. *de ſucceſſ. creat. l.1. §.10. repet. l. quoniam in priorib. n.634.* Hanc ſententiam tenent Abbas, Iaſon, Clarus, Rodericus Suarez, Couarruuias Gratianus, Molina alios referentes, quos allego *d. n.157.* eandem tenent Surdus *de alimentis tit.7. q.1. n.10. & 11.* Campegius *de dote p.1. q.13. n.2.* Mantica *de tacitis & ambig. conu. lib.12. tit.16. n.9.* Spino *in ſpeculo Gloſſa 11. n.34.* Cuiacius Alciato, & Palacius, quos refert P. Barboſa *d.l.1. cit. p.4. n.33. ff. ſolut. matr.* qui omnes aſſerunt, hodie iure Cæſareo filiam minorem nubentem inuitis parentibus ex hoc ſolum non poſſe exhæredari, niſi etiam turpiter, & obſcœne viuat, & *d. c.11. citato n.157.* diluuntur obiecta à tenentibus ſequentem ſententiã, quæ tranſcribenda hic non duco. 114

Secunda ſententia (quam *d.c.11. n.152.* explicaui) affirmat filiam minorem ſiue nubat indigno ſiue digno, & honeſto viro, ſi id facit ſine conſenſu patris, ſeu parentum, poſſe iure Cæſareo attento exhæredari. Ita alia Gloſſa *in l. ſi filiam, Cod. de inoffic. teſtam.* Ferdinandus Vaſquius, Franciſcus Molinus, Ioannes Valerius, & plures alij à me *d. n.158* relati, præter quos ita etiam Menochius *lib.4. dicta præſumpt.189. n.54. & num.80. & ſeqq. iuncto n.6.* Ludou. Molina *de primogenit. lib.2. c.16. n.6. initio*, Gubertus *de dote cap.3. n.20.* Siluanus *conſ. 2. n.42.* Baeza *de non melior. filiab. c. 18. n..* à P. Barb. vbi *ſup. n.13* relati aſſerentes eſſe rem indubitatam, & alij ab eodem P. Barboſ. relati: quorum fundamentum poſui *dicto n. 158.* ſcilicet ſumptum à contrario ſenſu per textus *in dicto §. cauſas*, & *in auth. ſi poſt* & quia nubens inuito patre etiam viro digno grauem ei iniuriam inferat, vnde eius amittit amicitiam; Hanc ſententiam ex Theologis tractat Fragoſus *d. diſp.4. n.286. verſic. quando.* 115

Tertia ſententia à me *d. cap.11. num.159. & ſequent.*

examinata media via incedit, & aſſerit poſſe iure ciuili inſpecto exhæredari filiam minorem 25. annis inuitis parentibus nubentem viro indigno, non verò ſi nubat viro digno: ita expreſſe Petr. Barboſa *d.p.4.n.33. verſic. vt igitur*, Merlinus *de legitim. lib.4. d.tit.1.n.12. verſic. tertius eſt caſus, & n.15.* & Rebellus *de obligatione iuſt.p.2.l.2.q.14.n.19.* eandem ſententiam tenent Bald. *in d. l. nec filiam*, Corraſius, Bald. Nouell. Couarruuias ſibi contrarius, Surdus, Gaſpar Ant. Theſaurus Sanchez *locis à me d.n.159. relatis*, qui dum aiunt filiamfam. minorem 25. annis ſine parentum conſenſu nubentem poſſe exhæredari, priuari dote, & alimentis, limitant, ſi indigno nupſerit, quod idem aſſerunt plures alij à Surdo, P. Barboſa, Theſauro, & Sanchez relati, & etiam Gayllus *obſer.pract.l.2.obſer.95.nu.17.* quod filiam nubentem viro indigno, & ignominioſo, hæc ſententia probatur pluribus rationibus à me *d.c.11.n.160.* adductis, & præſertim quia nubens indigno, & vili contra honeſtatem familiæ, & progeniei, aut ſtemmatis non minorem iniuriam patri infert, quam eligens vitam turpem, & conſequenter quantum ad eiuſdem patris iniuriam idem eſſe videtur eligere vitam turpem, & nubere indigno, ideoque in vtroque caſu permiſſa intelligitur exhæredatio iuxta *d. §. cauſas*, quo vero ad filiam nubentem viro honeſto, & digno probatur eadem ſententia rationibus à me *d. c.11.n.161.* relatis, quia in hoc caſu non infertur patri ea grauis iniuria quæ *in præcedenti*, & tale matrimonium dignum nihil nocet parentibus, & familiæ, & ſic non interuenit grauis iniuria ſeu grauis ingratitudinis cauſa, ob quam filia mereatur exhæredari, vel dote, aut alimentis priuari.

116 Ego *d.c.11.n.162.* dixi primam, & tertiam ſententiam quatenus conueniunt, non poſſe exhæredari filiam viro digno nubentem eſſe probabiliores, dixi etiam eſſe probabiliſſimam primam ſententiam quoad filiam nubentem viro indigno, *nu.tamen* 162 addo non minus probabile videri ſecundam, & tertiam ſententiam, quatenus vtraque affirmat eodem iure cæſareo inſpecto filiam abſque cauſa legitima ſine patris conſenſu nubentem viro indigno, & vili poſſe exhæredari, & priuari dote *& num.164.* Subdo rationes à lectore ibi videndas.

117 Ad dignoſcendum verò, an filia nupſerit digno vel indigno eodem *cap.11. n.167. & duobus ſequentibus*, dixi ſpectanda eſſe vtriuſque coniugis progenies, ſeu nobilitas, animi bona (nempe ſcientia, mores) diuitiæ, legitima natalia, & alia & ſecundum ea prudentem iudicem attentis moribus ciuitatis, debere iudicare an indigno nupſerit. Dixi etiam matrimonium fore dignum, ſi magna Comitiſſa nubat Doctori, & indignum iudicari virum, cum quo ob impedimentum dirimens non diſpenſatum nuptiæ eſſe non poſſunt de iure, & de facto, refero etiam plures Doctores explicantes latè, quiſnam dicendus ſit vir dignus, vel indignus, quibus addo Fragoſum *de regim. Chriſt. Reip. p.1. lib.2. diſt. diſp.4.n.290* vbi notat dici virum indignum mechanicum reſpectu vxoris nobilis, & ſi nobilis contrahat cum famulo vel eius filio. Prædicta quod caſus, in quibus filiafamilias ſine conſenſu parentum nubens poteſt, vel non poteſt ab iiſdem parentibus exhæredari.

Filiafamilias ante 25. annum ſine parentum conſenſu nubens an iure ciuili attento poſſit dote priuari.

118 Ex quibus reſolui poteſt facile quandonam filiæfamilias abſque iuſta cauſa ſine parentum conſenſu nubenti ex hoc ſolum poſſit iure ciuili attento ab eiſdem parentibus dos denegari, quod ad maiorem rei claritatem relatis, hinc inde opinionibus doctorum latè explicaui *in præallegato tractatu de matr. contractu citato cap.11.à num.191. ad 200.* & ibi tradita hic breuiter colligo addens aliquos Doctores ibi minimè allegatos. Igitur

Prima ſententia eſt filiæfamilias ante 25. annum nubenti ſine patris conſenſu, ſiue viro indigno, ſiue digno, patrem non teneri, nec cogi poſſe dotem conſtituere: ita expreſsè Gubertus *loco ſuprà num.114. relato*, ob illam rationem quod iure ciuili inſpecto talis filia poſſit à patre exhæredari, & conſequenter etiam dote priuari.

Secunda ſententia aſſerit filiamfamilias minorem 25. annis nubentem digno viro ſine patris conſenſu patrem iure ciuili attento teneri congruenter dotare, & ad id ſaltem officio iudicis poſſe cogi: ita Ripa *in l. 1. numero 57. ff. ſol. matr.* Gayllus *pract. obſeruat. 95. num.17.* Baldus Nouellus *de dote p.6. priuil.16. numero 5.* Campegius *de dote p. 1. quæſt. 13. numero 2.* Mantic. *de tacit. conu. lib. 12. tit.16. numero 7.* Couarruuias *de ſponſ. part. 2. cap.3. §. 8. numero 7.* Spino *in ſpecul. teſtam. Gloſſ. 11. numero 34.* Cæuallos *comm. contr. quæſt. 5.* Carpanus *ad ſtatutum 455. numero 45.* Menochius *lib.4.d. præſumpt. 189. numero 60.* Petr. Barboſa *d. l.1. p.4. n. 34. & numero 38. initio*, Merlinus *de legitim. lib. 4. tit.1. num. 12. & 13.* Surdus *de aliment. tit. 1. quæſt.6. numero 17.* Fontanella *de pactis nupt. tom. 1. clauſ. 4. Gloſſa 2. numero 28. & tom. 2. clauſ.5. Gloſſa 1. parte 1. n.85.* Gutierrez *de matr. c.80. numero 13. verſic. 2. concluſio*, Cauagnolus *in addit. ad conſ. 81. Menochij num. 3.* Sanchez *de matr. lib. 4. diſp.26. numero 16. & 17.* Montanus, Angelus Silueſter, Roſella, Tabiena, Armilla *locis, qui infrà citantur*, omnes Doctores tenentes filiamfamilias nubentem ſine patris conſenſu licet minorem 25. annis ſi nubat digno, non poſſe exhæredari, & plures alij Iuriſperiti à præallegatis Doctorib. præſertim à Fontanella *locis citatis* relati, quare hæc ſententia videtur communis, & talem dicit Ripa, fundamentum eſt primò, quia pater etiam iure cæſareo inſpecto non poteſt talem filiam exhæredare iuxta tradita *ſuprà num.15.* & conſequenter, nec dotem ei denegare iuxta notata *ſuprà num.113.* ac proinde poteſt cogi eam dotare. Præterea filia nubendo viro digno, & honeſto, quod pater facere tenebatur, ipſa vtiliter fecit iuxta *l. vltimam, ff. de in rem verſo* atque adeo non eſt, quod ei quicquam imputetur. Denique in hoc caſu militant omnes rationes *ſuprà n.98.* traditæ, & procedit hæc communis ſententia, etiamſi pater voluiſſet filiam tradere viro digno, & illa voluit conſentire, ſed nupſit alteri etiam digno, cum nec in hoc caſu poſſit à patre iuxta ius ciuile exhæredari, vt poſt Gloſſam *l. ſed ea de ſponſal.* & Fulgoſium ibi *n.1.* notauit P. Barboſa *d.p.4.num.34. initio*, & tradit etiam Couarruuias.

Procedit etiam ſi ſine vlla dotis promiſſione à ſe facta filia digno viro inuito patre nupſerit: ita expreſſe Ripa, Baldus Nouellus, Menochius, Couarruuias Gayllus, Lud. Molin. Merlinus, Gutierrez, Sanchez *locis allegatis*, Fontanella *dict. part.1. n.86.* alij *ſuprà* relati, dum abſque limitatione aiunt filiam ſine conſenſu patris digno nubentem eſſe à patre congruè dotandam, & alij à Merlino *loco ſuprà allegato* relati, quod probant tradita *numero præcedenti iunctis traditis ſuprà hoc cap.n.98. à n.107.* vnde filiam præfatam non eſſe à patre dotandam ſi eo inuito ſine dotis promiſſione facta viro nupſerit, non rectè ſenſerunt Montaluus *in l.10. tit.1. p.4* & ex Summiſtis Angelus *V. Dos num.4.* Sylueſter *n. 1.* Tabiena *q.3. n. 5.* Armilla *num.6.* & Roſella *verbo hæreditas n.10.* 120

Limitatur autem præfata ſententia à multis ex præallegatis Doctorib. nō procedere ſi filia diues ſit, poſſitque dotē à ſe promiſſam, vel non promiſsā ſoluere, tūc enim 121

enim licet digniſſimo nupſerit abſque patris conſenſu, aiunt non teneri patrem eam de ſuo dotare: ita Couarruuias, Gutierrez *locis citatis*, Fontanell. *d. p.* 1. *n.*87. Sanchez *d. diſp.*26.*n.*18. & Lud. Lopez 1. *p. instruct. in noua edit. cap.*294.*verſic. ſequitur alia quæſtio*, ea moti ratione, quod rationi naturali non videatur conſentaneum, vt pater filiam diuitem, quæ ipſo ſpreto nupſit dotare teneatur: quare *l.*8.*tit.*11.*partita* 4 decidentem patrem teneri dotare filiam diuitem Gutierrez, & Sanchez, aiunt intelligendam; quando de patris conſenſu nupſit. Adduntque hanc eſſe differentiam quando ſine conſenſu patris nupſit digno, & quando nupſit indigno quod quando nupſit digno pater teneretur, plenè dotare, ſi ipſa ſit pauper, quando vero nupſit indigno, & eſt pauper, non tenetur plenè dotare, ſed tantum iuxta quantitatem alimentorum, quæ ad vitam tuendam ſunt neceſſaria iuxta ea, quæ *infrà* notantur.

123 Verum iure ciuili inſpecto hanc limitationem reieci *in d. tract. de contractu matrimonij, d. cap.*11. *n.*193. Quia ſuppoſito, quod iure ciuili inſpecto filiafam. ſine conſenſu patris nubens viro digno non poſſit ex hoc ſolum à patre exhæredari iuxta eoſdem Doctores, & alios magis communiter *vt ſup. à num.*115. notatum eſt, neque etiam iure ciuili inſpecto (nam iure Canonico ſolum attento *infrà*) poteſt pater dotem congruam iuxta leges ciuiles filiabus debitam denegare, quare in hoc caſu militant omnes rationes *ſup. à numero*24. *& ſeqq. num.* 98. *& ſeqq. & num.* 7. adductæ ad probandum patrem teneri de ſuo dotare filiam diuitem, & etiam nuptam viro diuiti de patris conſenſu, & ita puto ſentire Gayllum, Nouellum, Campegium, Merlinum, Mantieam, P. Barboſam, Spinum, Surdum *locis ſuprà n.*119. *allegatis*, dum abſolutè, & ſine vlla limitatione aſſerunt patrem teneri dotare filiamfam. ſine eius conſenſu nubentem viro digno. Quare in hoc caſu filiæ minoris nubentis viro digno procedere debent ampliationes de quibus: *ſuprà hoc capite numero* 99. *&* 100.

124 Tertia ſententia, quæ pariter eſt ſatis communis, affirmat patrem eodem iure Cæſareo attento non teneri dotare filiamfamilias minorem 25. annis ſine conſenſu patris, & eo inſcio, & inuito nubentem indigno, ita ex Doctoribus *ſuprà n.* 119. relatis Gayllus *d. obſeruat.* 95. *n.*13. Nouellus *d. priuileg.* 16. *n.*5. *verſic. imo forte*, Merlinus *d. tit.* 1. *num.*15. Cæuallos *d. q.* 5. *num.*1. *verſic. ſed hac obligat.* Carpanus *d. n.*45. Surdus *d. quæſt.*6. *n.*17. *verſic. ſed ſi verum dicere*, Fontanella *d. clauſ.*5. *Gloſſ.*1. *parte* 1. *num.*88. P. Barboſa *d. p.*1. *n.*40. *verſic. ſed his non obſtantibus*, Menochius *d. præſumpt.* 189. *numero* 76. *iuncto n.*80. *verſic. verum*. Cauagnolus *loco citato*, & præter hos Ioannes Boſcheins *de legit. nupt. lib.* 2. *num.* 16. Vaſquius *de ſucceſſ. creatio. lib.*1. §.10. *in l. quoniam in prioribus num.*630. Maſtrillus *deciſ. Siciliæ* 163. Fragoſus *p.*1. *diſp.*4. *numero* 287. & plures alij à Couarruuia *d.* § 8. *num* 7. *verſic. hæc vero omnia*, à Gayllo, Cæuallo, Menochio, Merlino, & P. Barboſa *locis citatis* relati, ex quibus etiam plures loquuntur etiam attento iure Canonico. Probant Merlinus quia, & ſi legitima debeatur nec hæc ſit iuſta cauſa, exhæredationis, tamen quia legitima non debetur niſi mortuo patre, & iura cogentia patrem viuentem ad dotandum loquuntur, cum intra debitum tempus nubit filia, ideſt poſt 25. annum concurrenteque conſenſu patris, ideo non videtur (inquit Merlinus) eſſe locus dotis inter viuos, quæ tamen ratio, ſi concluderet? probaret etiam non eſſe locum doti, quando filia nubit digno: Probat verò Petr. Barboſa, quod licet textus ille *l.*3. §. *emancipatus* 1. *ff. de bonorum poſſeſſ. contra tabulas*, vbi permittitur patri exhæredare filium, qui ſine eius conſenſu contraxit ignominioſas nuptias ducendo vxorem vilem, & indignam, quoad filium ſit correcta in *d.* §. *cauſas auth. vt cum de appellatione cognoſcitur*. tamen, quoad filiam ſit correcta in *d.* §. *cauſas auth. vt cum de appellat.* cognoſcitur tamen quoad filiam, manet in viridi obſeruantia, cum propter ignominioſas nuptias filiæ pater maiori afficiatur iniuria, inquit idem P. Barboſa poſt Vaſquium *loco citato* Claudium *in l.*1. *num.*19. *ff. ſolut. matr.* Corraſium *in l. qui liberos num.*100. *ff. de ritu nupt.* Pariſium *conſ.* 29. *à num* 40. *lib.* 3. & Siluanum *conſ.* 2. *numero* 42. *&* 44.

Et tam ſeuerè P. Barboſa tenet filiamfam. minorem 125 nubentem inuito patre indigno, & ignominioſo viro, vt *n.* 41. negat etiam patrem teneri ei præſtare alimenta, ſeu dotem vſque ad quantitatem alimentorum vitæ ſuſtentationi neceſſariorum, licet neque ipſa, neque maritus habeant, vnde viuere queant, neque mariti pater illis poſſit alimenta præſtare, ad quod aſſerendum mouetur ex eo quod pater filio ingrato, quem poteſt exhæredare, non teneatur vlla omnino alimenta præſtare id probans duplici ratione, prima, quia pater filio non ingrato non teneatur pater præſtare alimenta, niſi quando ille non habet, vnde ſe aleret *l. ſi quis à liberis*, §. *ſed ſi filius, ff. de liber. agnoſc.* ergo ingrato neque hæc tenebitur præſtare. Secūda, quod filius ingratus amittat nomen filij, Bartholus *in l. diuus, ff. de parricid.* ergo pater tanquam filio nihil tenebitur præſtare niſi tanquam proximo indigenti: ita *loco citato* P. Barboſa. Verum hanc ſententiam, quod pater filio ingrato reo pœna exhæredationis ex cauſa ingratitudinis, ob quam non mereatur mortis pœnam, aliunde illa nō habenti non teneatur præſtare alimenta vitæ ſuſtentationi ſimpliciter neceſſaria latè reprobaui in *præcedenti parte de alimentorum oblig. c.*10. *n.*650. *& in tractatu de contractu matrimonij, c.*11. *n*. 141. *&* 142. cum iure naturali pater teneatur præfata alimenta præſtare filiis, ex eo quod pater, quæ proinde lege humana tolli non poſſunt, vbi filius mortem non meretur. Neque obſtat prima ratio Barboſæ, quia probat ſolum patrem non teneri dare filio ingrato alimenta pinguia & iuxta dignitatem, vt alioqui tenetur iuxta eandem *l. ſi quis à liberis* & latè probaui in *dict.*1. *parte de alimentorum obligat.* Non etiam obſtat ſecunda, quia non deſinit filius ingratus eſſe vere filius, quoad naturam, licet amittat priuilegia filij iuxta ius ciuile.

Quare rectius Ripa in *d. l.*1. *n.*59. *ff. ſol. matr. ibid.* 126 Alciatus *n.* 91. Salicetus *in rubricam n.* 1. *Cod. de adulteriis*, Couarruuias *d.* §.8. *n.*7. *allegato verſiculo hæc vero omnia*. Gutierrez *d. cap.*80. *n.*13 *verſic. tertia concluſio.* Sanchez *d. diſp.*26. *n.*19. & alij relati ab iiſdem, & à P. Barboſa *d. p.*4. *n.*40. *verſic. inuenio* (quorum plures loquuntur etiam inſpecto iure Canonico) in hoc caſu filiæfamilias ſine conſenſu patris abſque iuſta cauſa nubentis indigno viro diſtinguunt, ſi enim ipſa filia, vel maritus ſint diuites habentes aliunde, vnde ſe alere valeant aiunt patrem non teneri filiam dotare, nec ei alimenta præſtare, eo quod minimè æquum, iniuſtumque videatur patrem compelli dotare filiam, quæ ſibi, & familiæ per tale matrimonium indignum dedecus attulit, & iniuriam irrogauit, & idem foret dicendum, ſi maritus habens patrem diuitem (vt hac ſententia retenta notat P. Barboſa *loco citato*) ad quem potius debet pertinere onus alendi filium, & eius vxorem pauperes, vt *in præcedenti parte de alimentorum obligatione*, late probaui ſi verò eadem filia, & maritus aliunde nullo modo haberent ſeu habere poſſent alimenta, aiunt idem Doctores, quod pater teneretur, & officio iudicis implorato cogi poſſet prædictam filiam alere ſeu dotare in modica quantitate conuenienti ad alimenta vitæ neceſſaria, idque propter æquitatem naturalem, ne fame pereant, quod eſt conforme traditis à me *numero præcedenti, & in præcedenti parte de alimentorum obligat. c.*10.

allegato

allegato n.650. & huiuſmodi moderatione de dot. modica alimentis neceſſariis filiæ attento aliunde non habenti per patrem illi dandam, temperant præcedentem ſententiam Merlinus *d. tit.1. num.16.* Surdus *d.quaſt.6.n.26.* & Fontanella *d.clauſ.5.Gloſſ.1.p.1.num.89.* addens cum Baëza *de non meliorandis filiabus cap.18.n.3.* ita conuenire Chriſtianæ pietati, cum non debeat, pati vir Chriſtianã impunè fame perire filiã, & cũ Chriſtus tot commiſſis noſtris ignoſcat, oportere iudicem ſeueritatẽ remittere in filiam tantum, vt habeat, vnde ſe alat.

127 Verum difficultas hæc (vt diai in præfato tractatu *de contract. matr. d. cap.11.num.197.*) videtur reſoluenda iuxta tradita *ſupra num.113. & duobus ſeqq.* de exhæredatione; nam ſuppoſita ſententia, de qua *d. n.113.* quod filiafamilias minor nubens invitis parentibus viro indigno libero tamen iuxta ius cæſareum non poſſit exhæredari, neque etiam eodem iure poterit dote priuari, & licet P. Barboſa *d. ℣.4. num.37. verſic. qua opinione retenta*, (quem ſequitur, & approbat Rebellus *de obligat.iuſt.p.2.lib.2. quaſt.14.num.32.*) dicat valere quidem argumentum de exhæredatione, ſeu legitima ad dotem, ſcilicet non debetur legitima quia filia poteſt exhæredari, ergo non debetur dos, vt tradunt Doctores relati *ſupra num.111.* & alij communiter à me, *d.cap.11.num.139.* allegati, non tamen valere argumentum affirmatiuè cõceptum ſcilicet; debetur legitima, ergo debetur dos, quia legitima (ait) fortius debeatur filiis, quam dos, addens huius rei rationem eſſe, quia licet pater non debeat dotem hoc caſu indigni matrimonij filiæ, ſatisfactum tamen ei videtur, ſi mortuo patre ei legitima præſtetur, licet igitur filia non poſſit exhæredari niſi, ob cauſas expreſſas *in d. §. cauſas, auth. vt cum de appellat. cognoſcitur*, tamen eidem poteſt denegari dos propter alias cauſas *d.§.* non expreſſas, quæ iure antiquo ſufficiebant ad exhæredandas filias, quamvis hodie non ſufficiant, & ita ait Petrus Barboſa ſentire Bartbolum *in lege ſi cum dotem §. tranſgrediamur numero 6. ff. ſoluto matrim.* Ruin. *in l.1. num.182. ff. eod. & ibid.* Alciatum *n.90.* & Nonnullos alios vnde vult P. Barboſa cum iis Doctoribus minorem ſufficere cauſam ad negandam dotem, quam ad priuationem legitimæ. At pari paſſu procedere legitimam, & dotem, & vbi non debetur legitima, non deberi dotem, & pariter vbi filia excluditur à dote excludi etiam à legitima, tradunt (vt notaui *d.cap.11.* allegato *num.139.*) Palacius *repet. in cap. per veſtras 3. notab.§.13.ad finem de donat. int. vir. & vxor.* à Barboſa *num.37.* relatus Couarruuias *d.§.8. nu.7.* Baeza *d.cap.18.* & innumeri alij Doctores ab eodem P. Barboſa *d. parte 1. numero 36. initio* relati, & etiam relati à Couarruuia *d.§.8.eodem n.7.* & alij *infra* allegati qui omnes ex eo, quod filia nubens ſine conſenſu patris non poteſt iure Canonico exhæredari vt ipſi tenent inferunt non poſſe etiam ex eadem cauſa priuari dote & Gaſpar Theſaurus *lib.1, quaſt.for.cap.7. num.21. in fine* (vbi dicit filiam excluſam à petitione dotis, ob turpem vitam excludi etiam à legitima, eo quia in hac materia à pari procedunt dos & legitima quod confirmatur ex doctrina tradita in *præcedentibus*, *& d. cap.11.* allegato *num.139.* ex pluribus Doctoribus *ibidem* allegatis ſcilicet dotem ſuccedere, ſeu dari loco legitimæ hinc enim conſequenter poteſt inferri ex qua cauſa denegari poteſt legitima poteſt & dos, & ex qua dos etiam legitima; imò facilius, & ex minori cauſa admitti exhæredationem filiæ quam dotis priuationem ſentiunt Palacius *loco citato*, & Ioannes Andreas *in cap.1. de ſponſ. impub.* vbi admittit filiam ſine conſenſu patris ante 25. annum nubentem exhæredari poſſe, non tamen poſſe patrem illi dotem denegare: quapropter ſuppoſita præfata ſententia, quod filia invito patre nubens indigno non poſſit hodie à patre exhæredari iuxta ius ciuile, patrem teneri, & cogi poſſe eam dotare licet minori dote, iuxta conditionem, & qualitatem mariti, quam ſi digno nuberet, expreſsè aſſerunt præfatam ſententiam poſt tenentes alios Campegius *d.quaſt.3.num.2.* Gaſpar Ant. Theſau. *d.quaſt.70.n.10.in fine*, Mantica *de tacit. & ambig. conn.lib.12. d.tit.16. n.9.verſic. neque obſtat*, & Gratianus *diſcept.foren.tom.2.cap.213.num.46. & 47.* ſuppoſita vero altera ſententia [de qua *n.114. & n.13.* quod ſi filia nubens indigno poſſit à patre exhæredari, poterit etiam à patre illi denegari dos, cum cauſa ſufficiens ad exhæredandum, ſufficiat etiã ad priuationẽ dotis, & valeat illatio, nõ debetur legitima ergo nec dos ex ſupradictis & traditis *ſuprà hoc c.n.111.* iuxta Doctores communiter, & ſi ex æquitate ſaltem per officium iudicis imploratum poterit cogi pater, ſi aliunde habere non poſſit, ad ſubminiſtranda dictæ filiæ alimenta ad vitæ ſuſtentationem neceſſaria, vel, dandam modicam dotem pro eiſdem alimentis, vt oſtenſum eſt, *ſuprà n.124. & in præcedenti parte de alimentorum obligat.cap.10.n.650. ac in præfato tractatu de matrimonij contractu allegato cap.11.num.141.& 142.* & quoad hoc vera, eſt ſententia Ripæ, & aliorum *numero præcedenti* explicata.

An vero prædicta pœna exhæredationis, & priuatio- 128
nis dotis procedat in filiafamilias nubenti indigno poſt expectatum tempus congruũ putà vſque ad 24. vel ad 20. annum vel aliud tempus conueniens lege municipali vel inſpecto patriæ more, reſolutum eſt, *ſup.n.109.*

An etiam procedat in filia vidua minori, & in fi- 129
lia emancipata pariter minori 25. annis nubenti ſine patris conſenſu, vt ſcilicet, poſſit ex hoc ſolum exhæredari, & priuari dote Theſaurus *d.q.70.num.2.in fine*, dicit Senatum Pedemontanum cenſuiſſe priuandam legitima filiam viduam ob turpem & luxurioſam vitam, Surdus quem ſequitur Molinus *de ritu nupt.lib.2.differentia 12.num. 6. de aliment. d.tit.1. citata quaſt.6. num.31.* aſſerit viduæ contra voluntatem patris volenti nubere poſſe [non obſtante *auth. ſed quamvis, Cod. de rei vxor. actione*] dotem minui eo quod prohibeatur ſecundo nubere abſque patris conſenſu, *l. vidua, Cod. de ſecundis nuptiis*, tamen textum ait intelligendum de filia vidua minore 25. annis, vt ex eodem textu conſtat, qui etiam addit, etiamſi ſit emancipata quemadmodum etiam filia virgo intra vigeſimum quintum annum, & ſi emancipata volens nubere debet requirere conſenſum patris, vt habetur *l.in conuentione, Cod. eod. tit.* P. Barboſa *quoque ad l.1. p.4.num.42.in fine, ff. ſolut. matrim.* loquens de lege Munipali Portugalliæ decernente, quod ſi filia nubat ſine conſenſu patris ipſo facto ſit excluſa à legitima ſua, & ſucceſſione paterna ait, eam procedere in filia emancipata eo, quod & has non ſit honeſtum nubere ſine conſenſu parentum vt in *d. l.vidua, & in d.l.* in conuentione, & habetur *can. honorantur 32.q.2.* vbi vult. S. Ambroſius, neque etiam viduam adoleſcentulam debere nubere abſque parentum conſenſu, vt notaui *in dicto tractat. de matr. contr. d. cap.11.num.67.& d.lex* Portugaliæ [inquit] requirat prædictum conſenſum non ratione poteſtatis patriæ, ſed tantum ratione honeſtatis, & id probabile eſt, nec improbaui *in tractat. de matrim. contr. cap.11. num.137. 160. in fine, & 219.* verum cũ conſenſus *in d.l.vidua, & in d.l.* in conjunctione in matrimonio viduæ & emancipatæ ante vigeſimum quintum annum exquiratur ſolum ex honeſtate, vt tradunt poſt Ioannem à Garronibus *in rub.de ſecundis nuptiis n.69.* Couarruuias *præallegato §.8.numer.4.* Marcus Ant. Cucchus *inſtit. major.li.5. tit.12.numer.183.* & Surdus *d.tit.6.num.29.* Nec *ibid.* pœna exhæredationis, vel priuationis dotis prædictæ filiæ viduæ & emancipatæ imponatur, ſi nupſerit

ſine patris conſenſu & lex pœnalis non ſit extendenda extra proprium caſum, iuxta communem ſententiam & diſpoſitio *in d. §. caſus auth. vt cum de appellatione cognoſcitur, & d. auth. ſi poſt, Cod. de inoff. teſtamento* loquantur in filiafamilias Virgine, vt ex tenore verborum diſpoſitionis conſtat, & ſic de primo matrimonio, aut vita luxurioſa ante 25. annum, non de ſecundis nuptiis, nec de vidua in corpus ſuum peccante, pœna *ibidem* impoſita non afficit viduam poſt 25. annum ſine conſenſu patris ſecundo nubentem, vel luxurioſè viuentem in viduitate, pœna enim vt odioſa non incurritur, niſi in caſibus, in quibus à iure expreſsè eſt injuncta *cap. ſi qui, de ſent. exc.* vt aliis relatis Sanchez *lib. 2. ſumma c. 28. num. 4. & 5.* Sayrus *lib. 8.* Clauis *cap. 3. num. 9.* Suarez *de legibus lib. 6. cap. 3. num. 4. & ſeqq.* & Fragoſus *de regim. Chriſt. Reip. p. 1. lib. 2.* allegata *diſp. 4. num. 297.* vbi propterea poſt Rebellum *de obligat. iuſt. p. 2. lib. 2.* allegata *quaſt. 14. num. 30. verſic. tertio notandum*, tenet præfatam legem, ſeu ordinationem Portugalliæ non extendi ad viduas minores 25. annis, ſi ſtuprum committant, vel nubant renuentibus parentibus: nam illa lex loquitur de primis nuptiis, vel de ſtupro ante 25. annum, non de ſecundis nuptiis, nec de ſtupro à vidua commiſſo, & ob eandem rationem eadem pœna exhæredationis, & priuationis dotis non habet locum in filia minore invito patre cum viro indigno contrahente ſponſalia [vt notauit etiam Barboſa *d. p. 4. n. 43.*] quia lex loquitur de nubente, haberet autem locum in nubente etiam non conſummato matrimonio, vt Petrus Barboſa *eodem num. 43.* cum ante conſummationem ſit verum matrimonium, & veræ nuptiæ.

129 Præfatam quoque exhæredationem, & priuationem dotis Franciſcus Molinus *lib. 2. de ritu nupt. differentia 7. num. 60.* aſſerit non procedere vbi filia minor 25. annis ſine patris conſenſu nupſiſſet viro indigno, & turpi, ſi etiam ipſe pater eſſet talis: hoc enim caſu non poſſe filiam à Patre exhæredari, aut dote priuari probat Molinus, quia in tali caſu mutua vitæ turpitudo patri actionem aufert filiam exhæredandi dotem, & alimenta denegandi, eo quod id, inquit, ſolis honeſtis parentibus, ob dedecus illis allatum, & injuriam irrogatam conceditur, non turpibus, & infamibus: & allegat. *cap. cum haberet* perpenſa illius ratione *de eo, qui duxit in matrim.* allegat etiam Surdum *d. q. 6. num. 26.* Couarruuiam *d. §. 8. num. 9.* qui tamen de hoc nihil: Hanc Molin. limitationem, *d. tract. de contract. matrimonij* allegato *cap. 11. n. 199. in fine* admiſi, ſi ex huiuſmodi matrimonio, nulla alia ignominia pater ipſe afficeretur, & nullum aliud dedecus familiæ reſultaret, alias ſecus, idque per ea, quæ in *eod. cap. 11. num. 143.* noto de filia minore 25. annis vitam luxurioſam eligente, ſi & eius pater luxurioſæ vitæ ſit publicè deditus, quem dico poſſe filiam præfatam exhæredare.

130 Si etiam pater priùs tractaſſet tradere filiam in matrimonio viro indigno, & ipſi filiæ non decenti, & ea nubat alteri indigno, non poſſe patrem eo prætextu filiam exhæredare, vel dotem iuxta viri conditionem denegare tradunt Baldus Nouellus *d. p. 6. allegato priuileg. 16. num. 5. verſic. & ita reperio* Guillielm. *in cap. Raynucius verbo Dotem num. 36. de teſtam.* & P. Barboſa *d. l. 1. p. 4. num. 43. ff. ſoluto matrimonio*, ob eam rationem, quod culpa patris præcedens præponderare videtur *argum. l. cum mulier, ff. ſoluto matrim.* declarat tamen Barboſa, id intelligendum, quando filia nupſit alteri digniori, vel ſaltem æquè digno, ita vt poſſit induci regula, *l. viro atque vxore, ff. eod.* nam ſi nupſiſſet turpiori, vel etiam turpem vitam egiſſet, cum major ſit culpa filiæ, inducetur, ait, regula, *l. item ſi obſtetrix, ff. ad l. Aquil.*

Aduertendum etiam ad euitandam præfatam pœnam exhæredationis, & priuationis dotis à iure ciuili, & etiam à legibus Municipalibus ſeu ſtatutis locorum contra filios minores nubentes ſine patris conſenſu, ſufficere tacitum patris conſenſum, vt ſi filia videntibus & conſciis, & non contradicentibus, ſeu tacentibus contraheret, tametſi cum indigno, vel ſi patris conſenſus ex poſtfacto interveniat, vt poſt Surdum, *d. tit. 1. allegata qu. 6. n. 18. & 19.* & plures alios latè probaui *in dict. tract. de contr. matr. allegato cap. 11. n. 116. & 157.* vbi etiam *n. 518. & tribus ſeqq.* latiſſimè explico, quandonam ex poſtfacto dictus patris conſenſus cenſeri debet interueniſſe, vt non ſit locus exhæredationi vel priuationi dotis. Hactenus iuxta ius ciuile. 131

Filiafamilias ſine conſenſu patris nubentem an iure Canonica attenta pater dotare teneatur.

Reſtat modò videndum, ſuppoſito quod filiæfamilias ſine conſenſu patris abſque iuſta cauſa nubenti pater ex iure ciuili non teneretur dotem dare, quid ſentiendum ſit iure Canonico attento, per quod omnes leges ciuiles, in quibus videtur ſancitum filiosfamilias vtriuſque ſexus ſine parentum voluntate, & aſſenſu non poſſe iuſtas & validas nuptias contrahere, vtpote libertati matrimonij aduerſantes, fuerunt correctæ, & abrogatæ, vt *in allegato tractatu de contractu matrimonij d. cap. 11. n. 67.* latè tradidi. 132

Et quidem Antonius Gubertus *de dote cap. 3. num. 19.* negat indiſtinctè patrem teneri dare dotem filiæfam. quæ minor 25. annis ſine eiuſdem patris conſenſu non obſtante iuris Canonici diſpoſitione, quod filij abſque patris conſenſu poſſint contrahere, & contrahunt validum matrimonium fundamentum eſſe poteſt, quia licet ius Canonicum matrimonium filiorumfam. minorum contractum ſine patris conſenſu approbet quoad ſubſtantiam, & valorem; non tamen approbat quoad modum contrahendi ſine parentum conſenſu, immo reprobat *cap. honorantur 32. quaſt. 2. cap. noſtrates 30. quaſt. 1. cap. 1. de ſponſat. impuberum*, quia vſurpat officium paternum filia ſic contrahens, cum ſecundum honeſtatem virginalis pudoris non ſit maritum eligere, ſed parentum iudicium expectare, vt dicitur dicto *cap. honorantur.* Vnde plures Doctores, quos dicto *capit. 11. num. 79.* refero, putarunt filiamfam. minorem abſque iuſta cauſa nubentem ſine conſenſu parentum ipſiſque invitis peccare mortaliter contra præceptum honorandi parentes, eo quod ſic nubens operetur contra pietatem, & reuerentiam parentibus debitam, & ſi ex nulla rationabili cauſa, ſed ex mera libertate, & vt propriè voluntati tantum ſatiſfaciat, filiafamilias minor contra conſilium, & voluntatem parentum matrimonium contrahit, etiam cum viro digno, vix poſſe eam excuſari ab aliqua veniali *tradidi d. capit. 11. numero 87.* cum id ſit contra debitum honeſtatis, & decentia exigente, vt filij in hac re tam graui voluntati parentum conformentur illorumque conſilium ſequantur, niſi aliqua rationabilis cauſa aliter faciendi ſubſit, vt dicto *cap. 11. numero 83.* dixi cum igitur filiafamilias ſic nubens ſine conſenſu patris, & eo invito peccet, propter huiuſmodi culpam, & modum inordinatum nubendi rectè potuit lex ciuilis filiam punire iure Canonico ſic ſtatuente, nec per hoc impeditur matrimonij libertas, cum non impediatur filia nubere abſolutè, ſed tali modo, vbi nulla eſt iuſta cauſa aliter faciendi. 133

Cæterum ſi filiafam. ſine patris conſenſu, eoque inſcio, & invito nubat viro digno, & honeſto iuxta conditionem iure Canonico attento patrem non poſſe 134

eam

eam priuare dote, ſed teneri dare, & poſſe implorato iudicis officio, & communi Doctorum ſententia ita omnes Doctores, *ſuprà hoc cap.n.*119. relati, qui loquuntur maximè attento iure Canonico, dum aſſerunt Patrem teneri congruenter dotare filiam minorem ſine eius conſenſu nubentem, præter quos Gloſſa *in cap. de raptoribus, verbo excuſata*, 36. *quæſt.*1. Panormitanus *in cap.* 1. *num.*5. *de ſponſ. impub.* Boërius *deciſ.* 130. *num.*8. M. Antonius Cucchus *inſtit. major. lib.*5. *tit.*12. *num.*182. Clarus *in pract. crim. quæſt.* 82. *ſtatut.* 2. *verſic. ſed nunquid* Baëza *de non meliorand. filiabus c.*12. *n.*2. *collector. comm. opin. vtriuſque iuris tit. de iure dotium cap.*8. *verſic. quæro ſi filia*, Ant. Faber, *lib.*5. *Codicis tit.*2. *de nuptiis deſinit.*2. Theſaurus *quæſt. for. lib.* 1. *quæſt.*70. *num.*5. Molfeſius *ad conſu. Neap. p.*4. *quæſt.* 5. *num.*3. Riccius *in collect. deciſ. part.*6. *collect.*2246. *verſ. ſed dubitatur*, & Fragoſus *de regim. Chr. Reip. p.*1. *lib.*2. *diſput.*4. *num.* 287. & innumeri alij Iuriſperiti à Boërio, Theſauro *locis citatis*, & à Couarruuia, Spino, Lud. Molina, Mantica *locis ſuprà d. num.*119. allegati, item alij Doctores *infrà citati*, qui tenent patrem iure Canonico attento teneri dotare etiam filiam minorem ſine eius conſenſu nubentem viro indigno, ita etiam Villalobus *in ſum. p.*2. *tract.* 27. *different.* 3. *num.*10. Ratio eſt non ſolum libertas matrimonij iure Canonico data, ſed & quia, vt *d. num.*119. dictum eſt filia ſic nubens viro digno vtiliter fecit, quod pater facere tenebatur, nec etiam grauem injuriam infert patri, vel familiæ, & vel ad ſummum tantum venialiter peccat, immo nullo modo, nec etiam venialiter peccare, ſi prius conſulto patre contra eius voluntatem nubat viro digno, & honeſto, tradidi *in d. tract. de contractu matr. alleg. cap.*11. *n.*83. & 86. Et cum certum ſit (vt aliis relatis *d. cap.*11. *nu.*78. notaui) filiam minorem 25. annis ex iuſta cauſa ſine parentum ſeu patris conſenſu, eoque invito poſſe licitè, & abſque culpa contrahere matrimonium, puta, quia aſperè tractaretur & plus iuſto à parentibus opprimeretur, vel quia favent aliis filiis, vel ex cupiditate, & auaritia filias locare volunt, quibus ipſe volunt, & eas decet, vel quia cogunt, ſeu volunt filias nubere cum eis, quos oderunt, vel ſi pater vellet filiam contrahere matrimonium indignum minoris dotis dandæ gratia, vel quodlibet aliud matrimonium ei non expediens, nec ſuæ conſcientiæ aut quaſi congruens, vt ſi vellet filiam marito deformi, vel claudo vel infirmo, vel valdè iracundo, & impetuoſo, & durioris conditionis, cum quo probabiliter putat, filia fore, vt pacem non habeat: ſi in his, & ſimilibus caſibus filia minor nubat digno, invito, & contradicente patre à fortiori tenebitur, & cogi poterit dotare filiam ſic ſine eius conſenſu nuptam, cum rationabili ex cauſa, & abſque vlla culpa nupſerit.

135 Procedit autem communis ſententia, etiam ſi filia nupſerit non promiſſa dote marito, vt Doctores communiter ita allegati, *ſuprà hoc capite num.*120. & alij *numero præcedenti* pro eadem communi allegati.

136 Non procedere vero, ſi filia ſit diues, & poſſit ſibi conſtituere dotem promiſſam, vel non promiſſam tradunt Doctores *ſuprà num.*121. relati ob rationem ibi adductam at contrarium melius ſentiunt alij, *ſuprà numer.*122. relati, & ita ſentire exiſtimo Gloſſam, & reliquos Doctores *num.* 134. *pro eadem communi* allegatos, qui ſine vlla diſtinctione & limitatione aſſerunt filiam minorem ſine eius conſenſu nuptam viro digno & honeſto teneri patrem congruè dotare; Nam licet ſine conſenſu patris nupſerit, tamen nupſit digno, & ſine patris, & familiæ dedecore, & ſic vtiliter geſſit, quod facere pater debebat, vt iidem Doctores *numer.*121. relati aſſerunt; non apparet, cur non debeat teneri filiam dotare, pro vt alias de iure tenetur, & ſic etiamſi ſit diues & ex bonis propriis poſſet ſe dotare maximè quia alioqui libertas matrimonij à iure Canonico requiſita læderetur: timor enim priuationis dotis paternæ à matrimonio liberè contrahendo filiam retraheret; & hoc à fortiori aſſerendum, ſi filia minor ex aliqua ex iuſtis cauſis, *ſuprà num.*134. enumeratis nupſiſſet invito patre.

Controuerſia eſt, an etiamſi filiafamilias minor 25. annis ſine patris conſenſu, eo inſcio; & marito nupſerit viro indigno attenta dignitate patris, & familiæ, adhuc pater iure Canonico inſpecto teneatur illam dotare.

Et prima ſententia abſolutè negat, ita Gloſſa *in d. cap. de raptoribus d. verbo, excuſata* 36. *part.*1. *ibidem* Archidiaconus, Io. Andreas, Cardinalis, & Butrius *in cap. Accedens de Procuratoribus*, Ioannes Boſcheius *de legit. nupt. lib.*2. *num.*16. Pariſius *conſ.*29. *num.*35. *lib.*3. Palacius *repet. in cap. per veſtr.*3. *notab.* §.5. Vaſquius *de ſucceſſ. creat. li.*1. §.10. *num.*610. *collector. com. opin.* Clarus, & Faber, *locis num.*135. *relatis*, Petrus Barboſa Gyllus, Menochius, Merlinus *locis ſuprà allegatis n.* 123. & plures alij relati à Couaruuia *de ſponſ. pa.*2. *cap.*3. §.8. *n.*7. *verſic. hac vero* à Menochio *d. præſumpt.* 189. *num.* 76. Ludou. Molina *de primogen. lib.* 2. *cap.*16. *num.*8. *verſic. cæterum*, Merlino *loco ſuprà d. num.*123 *allegato*, & à P. Barboſa *in dicta l.*1. *p.*4. *num.* 36. *circa finem*, *ff. ſoluto matrimonio.* Mouetur; quia iniquiſſimum videtur patrem cogi dotare filiam, quæ ex vili, & turpi coniugio patri grauem injuriam intulit, & totum familiæ decus denigrauit, & licet ius Canonicum abrogauerit leges ciuiles, quatenus volunt filiosfamilias minores non contrahere nuptias validas, tamen improbat modum illum contrahendi invitis parentibus, vtpote contra pietatem, & reuerentiam eiſdem parentibus debitam, *d. cap. honorantur*, 32. *quæſt.*1. & *in ſæpius præallegato tractatu de contractu matrimonij d. cap.*11. *num.*87. dixi filiosfam. inſciis, & invitis parentibus contrahentes matrimonia indigna peccare mortaliter, vtpote grauem injuriam eiſdem parentibus inferentes: vnde non eſt mirum ſi etiam iure Canonico attento ob talem modum contrahendi non carentem graui culpa in pœnam filiæfamil. ſic contrahentes poſſint à patre dote priuari. 137

138 Secunda ſententia præcedenti oppoſita affirmat abſolutè patrem iure Canonico attento teneri dotare filiam minorem, quæ ſine eius conſenſu etiam abſque dotis promiſſione nupſerit viro indigno, ita Alexander *in lege* 1. *num.*35. *ff. ſoluto matrim.* Iaſon *in auth. ſi poſt num.*6. *ff. Cod. de inoffic. teſtament.* Decius *in l. nup. ff. de reg. jur. num.*13. Imola *in d. cap. accedens de procurator.* Spino *in ſpeculo teſtam. Gloſſ.*11. *num.*34. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.*12. *tit.*16. *num.*9. *verſic. ſed ego conſidero* Campegius *de dote p.*1. *dicta quæſt.*13. *num.*2. Cæuallos *comm. contra com. quæſt.*5. *num.*2. Theſaurus *d. q.* 70. *n.*10. *in fine*, Rota Bononienſ. (vt refert Barzius *deciſ.*29.) Riccius *d. p.*6. *allegat. coll.*2246. *citato verſic. ſed dubitatur*, Gratianus *diſcept. for. tom.*2. *cap.*213. *num.* 46. & 47. Ioannes Baptiſta de Barbobus *de filiisfam. quæſt.*42. *num.*43. & *ſeqq.* & plures alij relati à Menochio *d. præſumpt.*189. *num.*78. Cæuallo, & Spino *locis citatis*, & à Lud. Molina *d. cap.*16. *allegato numero* 8. *initio*, vbi dicit hanc opinionem, eſſe veram conſiderato iuris rigore fundantur, quia cum ex diſpoſitione Canonica abſque conſenſu patris filia permittatur contrahere matrimonium validum etiam cum viro indigno, conſequens eſt, vt ſi id faciat non mereatur vllam pœnam neque laus ſit exhæredationi, aut dotis vel alimentorum priuationi, *arg. l. Gracchus, ff. ad legem*

legem Iuliam de adulter. Præterea ſi huiuſmodi pœna priuationis dotis haberet locum ex eo, quod filia indigno nupſiſſet, impediretur libertas matrimonij, quam neque directè, neque indirectè impediri prohibet ius Canonicum *cap. Gemma de ſponſ.* vbi expreſſe prohibetur, ne alicuius pœnæ metu libertas matrimonij contrahendi reprimi poſſit, in hoc autem caſu minorem dotẽ ex mariti indignitate, & eius conditione inſpecta patrem poſſe dare tradunt Campegius, Theſaurus, Ludouicus Molina, & Ioan. Baptiſta de Barbobus *d. qu.42. num.*46. & cum hac declaratione minoris dotis hanc opinionem etiam admittit Merlinus *loco citato.*

139 Tertia ſententia: quæ eſt Ripæ, Couarruuiæ, Gutierrez, Surdi, Fontanellæ Baëzæ *locis ſuprà num.*125. *relatis*, & aliorum apud eoſdem Cucchi *loco numer.* 134. *allegato*, Molfeſij *d. qu.5. num.*4. & Villalobos *d. diff.3. num.*11. quam æquitate inſpecta admitti poſſe ait Lud. Molina *d. num.*8. *verſic. cæterum*; aſſerit, ſi filia vel maritus ſint diuites, & habeant, vnde ſibi alimenta queant ſubminiſtrare, pater non teneri nec compelli poſſe filiam dotare, vel alimenta præſtare, cum iniquum videatur, patrem cogi dotem, vel alimenta dare filiæ, quæ tantum dedecus ſibi, & familiæ attulit, & in hoc caſu videntur rectè procedere, & vrgere tradita *num.*137. pro prima ſententia, ſi vero filia, & maritus aliunde non poſſint illa habere, teneri, & cogi poſſe patrem dare dictæ filiæ dotem modicam pro alimentis vitæ ſuſtentationi neceſſariis, vel ſubminiſtrare filiæ eadem alimenta vitæ neceſſaria, ne fame pereat, idque ob rationem *d. n.*125. adductam.

140 Huic ſententiæ adhæreo quatenus filia ſit diues, & ex ſuis bonis poſſit ſibi conſtituere dotem: In hoc enim caſu non videtur deberi dos quatenus ius ciuile vult patrem teneri dotare etiam filiam diuitem: ſi vero filia careret bonis, videtur magis iuri canonico, & æquitati conformis ſecunda ſententia, quod pater abſolutè teneatur dotare eandem filiam minori tamen dote, attenta viri qualitate, quam debuiſſet dare, ſi digno nupſiſſet, non vero teneri ſolum dare vel alimenta ſolum præciſè neceſſaria ad vitæ ſuſtentationem vel dotem paruam iiſdem alimentis ſimpliciter vitæ ſuſtentandæ neceſſariis; & eo magis admittenda foret eadem ſecunda ſententia ſi filiafamilias minor impulſa ex vna ex cauſis iuſte ſine conſenſu patris nubendi *ſuprà num.*134. enumeratis nupſiſſet.

Leges laïcæ, & ſtatuta locorum quibus filiæ minores ſine parentum conſenſu nubentes priuantur legitima dote, & alimentis, an valeant, ſintve iure Canonico abrogata.

141 Vltra in præcedentibus tradita cum ex eo quod valide dubium eſt, an filia minor 25. annis ſine patris conſenſu ex hoc ſolum, ſi non acceſſerit etiam electio vitæ luxurioſæ poſſit iure cæſareo inſpecto à patre exhæredari, & ſucceſſione ac dote priuari; inductæ ſint pluribus in locis leges municipales, ſeu ſtatuta, quibus exhæredationis, & ſucceſſionis pœna decernitur contra filias minores ſine conſenſu patris nubentes, ſic in regno Portugalliæ ordinatio, *lib.4. titul.*71. *in principio* generaliter diſponit, quod ſi filia minor viginti quinque annorum nupſerit ſine conſenſu parentum ipſo iure remaneat exhæredata, vt refert P. Barboſa *in l.* 1. *p.*4. *numero* 35. *ff. ſoluto matrimonio*, vbi etiam ex Guberto *quæſtione iuris cap.*12. *in fine lib.*1. refert idem apud Francos lege conſtitutum fuiſſe: in Regno Cataloniæ (vt teſtatur Iacobus Cancerius *var. reſol. tom.3. cap.*11. *num.* 1. & Fontanella *de pact. nupt. clauſ.4. Gloſſ.2. num.*10.) *in conſtit.*2. *& 3. tit. de ſponſalibus vol.*1. ſtatutum eſt, vt filiæ minores 24. annis ſine conſenſu parentum matrimonium contrahentes incurrant pœnam priuationis legitimæ, & ſucceſſionis hæreditatis paternæ & maternæ. Ad plenam huius materiæ de obligatione patris dotandi filiam minorem ſine parentum conſenſu nubentem iure Canonico inſpecto foret examinandum, an prædictæ leges municipales (& etiam leges ciuiles Cæſareæ ſuppoſito, quod id ſtatuant) de priuandis hæreditate, ſeu legitima, dote, & alimentis filiabus intra 25. annum vel aliud tempus ab ipſis legibus præſcriptum abſque iuſta cauſa ſine parentum [ſcilicet patris, vel aui paterni] conſenſu nubentibus valent, & in praxi licitè poſſint obſeruari à parentibus & iudicibus: ſed quia de hac re valide inter Doctores controuerſa prolixè & exactiſſimè diſſerui *in præfato tractatu de matrimonij contractu dicto cap.* 11. *à num.*201. *ad* 226. non debeo hic eadem de re latè diſcurrere, quod præſtari non poſſet, niſi repetendo *ibidem* tradita exhibeo igitur hic lectori ſolum compendioſam cognitionem eorum quæ *ibidem* latius explicaui.

Igitur vna ſententia, & magis communis (quam 142
ibidem habeo *n.*201.) aſſerit prædictas leges, & conſtitutiones non valere, vtpote à iure Canonico abrogatas vel contra ius idem Canonicum inductas, & proindè iuxta eas filiam minorem inuitis parentibus etiam abſque iuſta cauſa nubentem ex hoc ſolum non poſſe ſaltem licitè, & in foro conſcientiæ exhæredari, vel dote, & alimentis priuari, & huius ſententiæ aſſertores enumero *ibid.* quadraginta tres præter plurimos alios ab iiſdem relatos, ex quibus plures limitant, ſeu declarant procedere, dummodo filia nubat digno ſecus ſi indigno viro, alij reiiciunt hanc limitationem volentes filiæ nubenti indigno iure Canonico, non obſtantibus dictis legibus, aut ſtatutis teneri patrem dare dotem licet minorem, attenta viri qualitate, & illius indignitate, vel ſaltem ad alimenta vitæ neceſſaria congruentem, ſi ipſa filia non ſit diues, nec aliunde poſſit habere alimenta iuxta latè tradita *in præcedentibus.* Aliquis etiam declarat eandem ſententiam, non procedere ſed valere præfata laïcorum ſtatuta, ſi fuerit condita non ſolum a laïcis, ſed à laïcis ſimul, & Eccleſiaſticis perſonis Regni vel Reipublicæ concurrente maximè ſcientia, & tolerantia S. Pontificis, & tale eſſe ſtatutum Cataloniæ refert Franciſcus Molinus *de ritu nupt. lib.2. diſſ.*7.

Altera ſententia (quam explico *d. cap.*11. *num.*28.) 143
ſuſtinet, prædictas leges, & conſtitutiones laïcorum eſſe iuſtas, & validas, neque corrigi per ius Canonicum, ideoque parentes tuto in vtroque foro, filias minores 25. annis vel alia ætate in dictis conſtitutionibus præſcripta iiſdem parentibus ad collocandas filias in matrimonio, ipſis inuitis nubentes exhæredare poſſe illiſque denegare dotem, licet digno nupſerint, & huius ſententiæ ſexdecim Doctores refero præter plures alios ab iiſdem relatos, quibus addo alios plurimos referentes Theſaurum *qq. for. lib.*1. *quæſt.*70. *numero* 7. & Fragoſum *de regim. Chriſtiana Reip. p.*1. *lib.2. diſp.*4. *n.*282. *& pluribus ſeqq.*

Præallegato *cap.* 11. ego primo *num.*213. præfatas 144
leges, ſeu conſtitutiones, quatenus ſub pœna exhæredationis prohibent filias minores ſine conſilio parentum ſeu ipſis inſciis, & inconſultis nubere, ſiue digno, ſiue indigno, eſſe iuſtas, & validas, quia ſic non lædunt vllo modo libertatem matrimonij cum filiæ non teneantur illud ſequi, ſed tantum petere ita præter plures alios à me *citatos dicto num.*213. Fontanella *d. clauſ.* 4. *Gloſſ.2. num.*29. & Ceuallos *quæſt.* 604. *numero* 33. vbi dicunt concilium Tridentinum *cap. primo ſeſſ.*24. *de reform.* non excludere conſilium parentum in filiarum matrimonio, & ſic non corrigere opinionem,

quod

quod filij ſine conſilio parentum contrahentes matrimonium grauiter peccent.

145 Secundo eodem *cap.* 11. *num.* 414. diço mihi videre probabilius, & verius, conſtitutiones non comprehendere filias minores, quæ prius conſultis parentibus contra eorum voluntatem nubunt viris dignis & honeſtis, & ſi comprehenderent, quoad hoc eſſe iniuſtas & invalidas, cum probabilius ſit filios prius conſultis parentibus, ſine eorum licentia, & conſenſu nubentes, perſonis, dignis non peccare ſaltem regulariter, vt latè tradidi, *d. c.* 11. *n.* 83. licet aliquando teneantur parentum voluntatem ſequi, vt eodem *cap.* 11. *n.* 72. explico: vbi autem non eſt peccatum, non eſt locus pœnæ, iuxta vulgare, & licet *ſupra hoc cap. num.* 133. *& d. cap.* 11. *num.* 87. dixerint vix poſſe excuſari ab aliqua culpa veniali; tamen iniuſtum eſſet pro leniſſima culpa iam grauem pœnam, qualis eſt exhæredatio, ſtatuere; Maximè quia filia nubens digno (vt ſuperius notatum eſt) nihil nocet familiæ, aut parentibus ſed rem vtiliter gerit, & conſequenter nulla videtur adeſſe cauſa iuſtificans, & honeſtans prædictam pœnam. Propterea dictas leges, ſeu conſtitutiones municipales ſicut, & legem cæſaream limitandas & intelligendas eſſe, vt non comprehendant filias minores ſine parentum conſenſu nubentes viris dignis, ſed tantum nubentes viris indignis expreſſe præter alios à me *d. cap.* 11. *num.* 214. allegatos ſcripſerunt alios plurimos allegantes Iacobus Cancerius *var. reſolut. tom.* 1. *capite* 24. *num.* 34. *& tom.* 3. *cap.* 11. (dicens mentem præfatorum ſtatutorum nullam aliam eſſe, niſi cauere, ne filiæ copulentur viris indignis) Sannazarius *interpret. in cap.* 1. *de ſponſ. num.* 87. Fontanella *d. clauſ.* 4. *Gloſſ.* 2. *numero* 28. & Theſaurus *qq. for. lib.* 1. *d. q.* 70. *num.* 10. *in princip.* & in facti contingentia ita iudicaſſe Senatum Cathaloniæ refert Cancerius *d. cap.* 11. *num.* 6. alia in confirmationem affero *d. cap.* 11. *num.* 215. *& num.* 216. ad ſecurius euadendam præfatam exhæredationis pœnam à præfatis ſtatutis impoſitam, quæ obſeruare debeat filia minor volens contra voluntatem parentum nubere digno.

146 Petrus Barboſa *ad d. l.* 1. *p.* 4. *num.* 48. *verſic. & expendas, ff. ſolut. matrim.* & Fragoſus *d. diſp.* 4. *num.* 287. aiunt, quod de iure Portugalliæ *ordinat. lib.* 4. *tit.* 72. §. 2. ſi filia minor conſenſu patris nubat viro digniori nobiliori, & honorabiliori, quam pater ei poſſet dare, non afficiunt pœna exhæredationis, ex quo inferunt manere exhæredatam, etiam ſi nupſerit digno ſcilicet, æquali viro, quaſi ex eo, quod nupſerit ſine conſenſu patris æquali, cenſeatur nupſiſſe indigno, ſi pater eam digniori poterat tradere.

Idem P. Barboſa *d. p.* 4. *num.* 43. dicit dictam Portugalliæ ordinationem exhæredantem filiam minorem ſine patris conſenſu nubentem, ſi tractabat tradere filiam in matrimonium viro indigno, non procedere in filia quæ ſine patris conſenſu nupſerit alteri digniori, quam ſit ille, cui eam pater tradere volebat, vel ſaltem æquè digno, per iura, & alia tradita, *ſuprà hoc cap. num.* 130.

147 Tertio *eodem cap.* 11. *numero* 217. dixi probabilius etiam mihi videri præfatas leges, & conſtitutiones eſſe iuſtas, & validas, quatenus priuant ſucceſſione, aut dote filiam minorem nubentem viro indigno, & vili ſine parentum conſenſu, cum ſic nubentes grauiter peccent, deturpent familiam, & ſæpè inimicitias, odia, & rixas cum Reipublicæ perturbatione excitent *vt d. cap.* 11. *n.* 75. notaui & ſi vel omninò non læditur, vel ſaltem modica libertas matrimonij vt latè *nu.* 217. explico.

148 Licet vero filia minor ſine patris conſenſu nubens indigno ſicut iuxta præfatas leges ſeu conſtitutiones poſſet exhæredari, ac legitima priuari à patre ſic & priuari poſſet dote, & alimentis iuxta tradita *d. cap.* 11. *n.* 138. *&* 139. & notata hoc *cap. n.* 111. *& num.* 126. Nihilominus ſi tam filia, quàm maritus aliunde habere non poſſent, ob paupertatem, vel carentiam induſtriæ honeſtæ ad illa ſibi paranda, pater teneretur, & cogi poſſet implorato iudicis officio ad ſubminiſtranda filiæ alimenta ad vitæ ſuſtentationem ſimpliciter neceſſaria, vt tradidi, & probaui, *d. cap.* 11. *numero* 141. 142. 198. *&* 213. *& in præcedenti parte de alimentorum obligatione cap.* 10. *numero* 650. *& hoc cap. numero* 110. *&* 124. & tradit etiam Fragoſus *d. diſput.* 4. *num.* 295. addens non eſſe conueniens obligare parentes niſi ad alimenta præcisè neceſſaria propter æquitatem naturalem, vt præallegatis locis notaui, & tradunt Doctores, quos allegatos, & alias obſeruationes circa dictas leges, ſeu conſtitutiones, & earum praxim videat Lector *in d. cap.* 11. *num.* 113. *ad* 122. *& n.* 216. *ad* 223.

De lege ante Regni Caſtillæ, quæ eſt lex 49. *Tauri*, & hodie eſt *l.* 1. *tit.* 1. *lib.* 5. *ordinamenti*, qua conſtitutum eſt, quod ſi filius vel filia contraxerit matrimonium iuxta Eccleſiæ Sanctiones Clandeſtinum exhæredari, & ſic etiam dote priuati poſſit, quando ſit iuſta, & valeat, & quomodo intelligi debeat, & quando non procedat, latè egi *in dicto tractatu de matrim. contractu d. cap.* 6. *numer.* 16. *ad* 24. *& cap.* 8. *n.* 29. *ad* 39. *& aliis locis*, ad tradita pariter remitto lectorem, ne eadem reſcribam. Addam reſolutionem duorum dubiorum, ad præcedentia magis agnoſcenda facientem. 149

Pater tractat de collocando filiam minorem in matrimonium, & interim labitur tempus 25. *annorum, vel à ſtatuto, vel conſuetudine præfinitum ad filias maritandas, & eo elapſo filia nubit ſine patris conſenſu vel peccat in corpus ſuum, an incurrat pœnas nubentium ſine patris conſenſu.*

Dubium primum eſt, an ſi dum pater tractatum habet de collocando filiam in matrimonium, interim labatur tempus 25. annorum à iure ciuili vel aliud tempus breuius iuxta ſtatuta, vel conſuetudines locorum: & pater admonuerit filiam de tractatu, an inquã, ſi filia ante completum à patre tractatum non culpabiliter dilatum nubat poſt illud tempus elapſum ſine patris conſenſu ſiue digno ſiue indigno, vel peccet in corpus ſuum, ſit habenda, ac ſi nupſiſſet ante 25. annum, ſeu tempus conſuetudinarium, & ſubjaceat pœnis nubentium ſine patris conſenſu, & peccantium in corpus ſuum, an vero à prædictis pœnis excuſetur tanquam nupſerit, vel peccauerit poſt tempus à iure communi vel à lege municipali ſtatutum patri ad collocandas filias in matrimonio. 150

Dubium hoc non vidi ab aliquo authore, propoſitum de ſimili tamen dubio poſt Neapodanum agit Molfeſius *ad conſuet. Neap. p.* 4. *quæſt.* 6. *numero* 1. vbi quærit, an filij maſculi, iuxta conſuetudinem Regni Neapolit. vocati ad ſucceſſionem aſcendentium excluſis fœminis cum obligatione illas maritandi intra annum 16. & ſi in illo tempore præfixo à fœminis interpellari pro matrimonio maritare diſtulerint, eædem filiæ velut maſculi ſuccedant, quærit inquam an ſi maſculi tractatum habeant de collocando fœminas in matrimonium, interim labatur tempus decimi ſexti anni, & præceſſerit interpellatio fœminæ de collatione in matrimonium, fœmina tanquam maſculus debeat ſuccedere, & poſt *Neapodanum* reſpondet negatiuè, quia maſculatio, ſeu ius ſuccedendi in fœminis non ſequatur ſine culpa maſculorum, quæ culpa in huiuſ-

modi

modi caſu (inquit) abeſſe præſumitur addit rationem ſcilicet, quod maſculatio in odium fratris, & ob eius negligentiam introducta eſt, quæ omnia ait ceſſare in huiuſmodi caſu, ſuppoſito quod tractatus protrahatur ex iuſta cauſa, & ſine culpa fratris.

Ad dubium igitur propoſitum videtur reſpondendum filiam ſubjacere pœnis nubentium ſine conſenſu patris vel peccantium in corpus ſuum nondum elapſo tempore præfixo patri ad filias maritandas, quia pater non cenſetur fuiſſe in culpa, & exemptio filiorum à pœnis, ſi poſt tempus præfixum parentibus ad tradendas illis nuptui, ſi ſine eorum conſenſu nubant, vel in corpus ſuum peccent, videtur inducta ratione negligentiæ patris ad collocandas filias tempore debito in matrimonium, vt colligitur *ex traditis ſuprà hoc capite n.107. & 108. & doctoribus ibidem citatis.*

Filia nubili excedenti ætatem nubilem nondum nuptæ pater tenetur aſſignare dotem congruam.

151 Alterum dubium eſt, an ſi non nupſerit filia, ſit autem in ætate nubili excedente tempus à lege ciuili vel municipali præfixum patri ad maritandas filias, pater, qui diſtulit eam nuptui tradere, teneatur ei licet nondum nuptæ conſtituere, & aſſignare dotem iuxta modum facultatum & dignitatem ipſius patris. Affirmant Vincentius de Franchis *deciſ.616.* & Borellus *in ſumma deciſ. p.3. tit.4. n.31.* & fuiſſe ita decretum per Sacrum Concilium Neapolitanum refert idem Vincentius de Franchis, & ita quoque definiuiſſe curiam Siciliæ refert idem Borellus ex Maſtrillo *deciſ. Siciliæ 107.* cum enim pater teneatur collocare in matrimonio filiam in nubili ætate exiſtentem cum aſſignatione dotis congruæ, & ad id per iudicem poſſit cogi, vt conſtat *ex l. qui liberos, ff. de ritu nupt. & latè ſuprà hoc cap. n.20.* probatum eſt: ſi negligit per ſe tradere filiam nuptui, tenetur, & cogi poteſt ei aſſignare dotem congruam, qua ipſa poſſit matrimonium honeſtum inire, & ad id cogi per iudicem poteſt. Confirmatur, quia filia nubili excedenti ætatem dotem congruam petenti pater illam negans, & ſic matrimonium inire illam impediens exponeret periculo impudicitiæ. Dos autem congrua, quam pater filiæ dare tenetur, eſt illa, quæ aſſignatur pro modo facultatum patris, & illius qualitatis, ſeu dignitatis, *l. quæro 61. ff. de iure dotium,* Vincentius de Franchis, & Borellus *locis citatis,* de quo *Infra cap.13.*

§. X.

Filiæ ingredienti Monaſterium, & volenti ſpiritualiter nubere pater tenetur dotem congruam conſtituere, & dare.

152 Concluſio communis & certiſſima eſt, quod pater, ſicut pro matrimonio carnali, ita pro matrimonio ſpirituali tenetur de dote prouidere filiæ & volenti ingredi Monaſterium, & fieri Monachalem debere illam conſtituere, & dare. Ita Baldus *in l. fin. C. de dotis promiſſione,* Bartholus *in l.1. §. ſi parens, ff. ſi quis à parentibus fuer. man. & in auth. res quæ n.7. verſic. quæro an prò filia,* Boſcheius *de legit. nup. lib.3. n.3.* Bald. Nouell. *de dote p.1. n.9. & p.6. priuil.16. n.2.* Palacius *in cap. per veſtras §.11. n.1.* Afflictus *deciſ.348. Ibid.* Vrſillus, Menochius *de præſumpt. lib.4. præſumpt.189. n.91.* Gayllus *obſer. pract. lib.2. obſeruat.94. tractat.17.* Tuſchus *verbo, dos concl.730. per totam* Gutierrez *de matr. c.80. n.10.* Borellus *in ſumm. deciſ. p.3. tit.4. n.102.* Merlinus *de legitima lib.3. tit.1. q.11. n.6. & 15.* P. Barboſa *in l.1. p.4. n.27. in fine ff. ſol. matr.* Iacob Cancerius *var. reſol. p.3. c.11. n.211. & 213.* Fontanella *de pact. nupt. clauſ. 5. Gloſſ.1. p.1. n.57. & tribus ſeqq.* Sanchez *de matr. lib.4. dict. diſp.26. n.7.* apud quos centum alij, præter alios, qui infra allegantur loquentes de quantitate dotis. Pater enim tenetur dotare filias, *d. l. qui liberos, ff. de ritu nupt.* & ſupra loco probatum eſt, ergo & non ſolum volente nubere viro carnali, ſed & monialem cœleſti ſponſo nubentem, quia eſt filia. Præterea dos dari debet à patre nuberi carnaliter propter onera matrimonij, inter quæ præcipuè vt à viro ei poſſint exhiberi neceſſaria, & conuenientia ad commode, & honeſtè viuendũ, ergo tenetur pater dotare congruenter etiam filiam ingredientem monaſterium, vt commode poſſit ſtare, & viuere in ſeruitio Dei, & tanquam Dei ſponſa; & ve monaſterium onus alimentationis ſuſtinere poſſit. Denique non minus fauorabile eſt matrimonium ſpirituale, quàm carnale, ſed imo magis, cum contineat fauorem animæ, *l. ſancimus, C. de ſacroſ. Eccl.* Quare ſicut ad matrimonium carnale contrahendum dotem, qua eget mulier, cogitur pater dare, ſic compelli debet etiã ad eam dandam, quæ eſt neceſſaria pro matrimonio ſpirituali; quæ dos cum non detur pro ingreſſu monaſterij, & admiſſione ad profeſſionem, ſed pro alimentis monialis, & pro ſuffragio vitæ, non continet vitium ſimoniæ, vt latè Fontanella *d. p.1. numero 63.* & Padilla *in auth. res quæ n.57. C. com. de legatis.*

Extenditur concluſio, vt etiam filiæ jam in monaſterium ingreſſæ ſine dote, & dotis promiſſione pater teneatur, & cogi poſſit dotem conſtituere ita expreſsè Palacius, Tuſc. P. Barboſa, Fontanella, Borellus *locis citatis* alios allegantes; cum & filiæ nuptæ carnaliter ſine dotis promiſſione cogatur pater dotem conſtituere, vt *ſuprà* probatum eſt; vnde deterioris conditionis eſſe non debet filia, quæ ſpiritualiter nupſit, & procedit etiamſi ſine conſenſu patris fuerit ingreſſa monaſterium, vt expreſsè Palacius *loco citato,* cum nulla ſit lex diuina, vel humana ſtatuens filiam non poſſe ſine conſenſu patris aſſumere ſtatum religioſum. 153

Extenditur ſecundo, etiamſi filia volens monaſteriũ ingredi, vel ingreſſa eſſet diues, & haberet aliunde, ex quo poſſet ſibi dotem conſtituere, ita poſt alios Baldus Nouellus *d. p.1. citato n.9.* cum & filiæ volenti matrimonium carnale contrahere vel quæ jam contraxit licet diuiti, pater teneatur, & cogi poſſit de ſuo dotem dare vt pariter *ſuprà* probatum eſt.

Extenditur tertio, vt pater filiæ ingredienti Monaſterium præter dotem teneatur dare ſolitum acconcium, quod complectitur veſtes, apparatus, & regalia neceſſaria pro ingreſſu in monaſterium, ita expreſsè Rota Rom. *deciſ.30. n.27. p.7. diuerſorum Rubei,* ſicut & pater præter dotem, tenetur præſtare filiæ nubenti carnaliter acconcium, quod conſiſtit (vt Seraphinus loco mox citando ait) in Cophinis, veſtibus, & apparatibus, quæ dantur mulieri ob cauſam matrimonij, vt ſponſa magis congruè nubat. Ratio vtriuſque eſt, quia huiuſmodi acconcium cenſetur additamentum dotis, ſeu de appendiciis, & acceſſoriis dotis, ac proinde de eo idem iudicandum eſt, ac de dote, vt in terminis eiuſdem acconcij Rota *d. n.27. & deciſ.556. n.2. p.1. diuerſorum, & deciſ.80. n.7.* apud Seraphinum, *ibidem additionator n.11.* Theſaurus *deciſ.195. n.5.* Stephan. Gratian. *diſcept. for. c.498. n.58.* & alij apud eundem Theſaurum, & Rotam *d. n.2.* ſi enim huiuſmodi accõcium in matrimonio carnali, & ſpirituali ſolitum dari, non daretur, dos major eſſet conſtituenda, vt præfati Doctores præſertim Rota *d. deciſ.556.* Theſaurus, & Gratianus alios allegans *d. n.58.* ac proinde cenſetur pars, ſeu additamentum dotis & conſequenter dicitur de expenſis 154

neceſſa

neceſſariis, & acceſſoriis doti, vt iidem Doctores, & alij à Gratiano relati & alij *infrà cap.*15. *num.*110. allegati. Quas proinde expenſas à patre factas in prædicto acconcio ſeu apparatu cauſa nuptiarum *ſuprà hoc cap. num.*44. notatum eſt cenſeri factas propriis bonis patris.

Extenditur quartò, vt bona fideicommiſſo, ſeu reſtitutioni ſubiecta alienari prohibita poſſint diſtrahi pro dote deſcendentis à Teſtatore volentis ingredi monaſterium vel iam ingreſſæ; ſicut pro dote volentis contrahere matrimonium carnale vel iam nuptæ, ita Bartholus *in d.auth. res quæ, n.*7. *citato verſic. quæro an pro filia, Cod.comm.de legat. ibid.* Baldus *num.*13.*verſic.quæro ſi filia ibidem*, Padilla *num.*54. Menochius *d. præſumptione* 189. *num.*89. *ad* 96. Cancerius, & Borellus *locis ſuprà h.*151. *relatis*, Rota *d. deciſ.*30. *num.*14. *p.*7. *diuerſorum*, Merlinus *d.q.*11.18. & communiter Doctores, quos Padilla, Menochius, & Rota cumulant, cum enim matrimonium ſpiritnale ſit dignius, & fauorabilius ipſo matrimonio carnali *vt ſupra nu.*151. dictum eſt, & latius poſt alios tradunt Padilla *loco citato* & Menochius *d. præſumpt.*189. *num.*95. Sicut permiſſum eſt alienare præfata bona cauſa dotis matrimonij carnalis, multò magis cenſeri debet conceſſum ob dotem matrimonij ſpiritualis, & valet argumentum de matrimonio carnali, ad ſpirituale, vt latè Euerardus. *argum.*32. Vincentius de Franchis *deciſ.*42. & alij quos congerit Menochius *præſ.*189. *num.*92. *&* 93. Quare etiam ſicut pro acconcio, ſeu apparatu ſolito dari mulieribus cauſa matrimonij carnalis bona fideicommiſſo ſubiecta poſſunt alienari, vt Rota *d.deciſ.*556. *parte* 1. *diuerſorum* poſt Salicetum *in dicta authentica res quæ, num.*5. & Beroïus *conſ.*116. *n.*23. *& conſ.*134. *num.*10. *lib.*2. tradit (de quo latius *infrà cap.*15. *num.*110. ita etiam poſſint diſtrahi pro acconcio, & apparatu, ac regalibus ſolitis dari cauſa ingreſſus in monaſterium, cum eædem rationes militent.

156 Extenditur quintò, vt etiam vaſſalli, qui tenentur, præſtare Regi, vel Baroni, ſeu Domino feudi adiutorium pro maritanda carnaliter filia vel ſorore, teneantur etiam præſtare pro monachanda, ita poſt alios Vincentius de Franchis *d.deciſ.*42. *n.*1. *&* 2. Molfeſius *ad conſuet.Neap. p.*6.*qu.*4.*num.*13. & Fontanella *d.clauſ.*5. *Gloſſ.*4. *n.*, 4. in iſtis etiam dotationum materiis matrimonia ſpiritualia æquantur carnalibus, valetque argumentum de carnali ad ſpirituale, vt dictum eſt, & ſpirituale, eſt magis fauorabile, quia magis eſt curandum de anima, quàm de corpore, & ſi debetur ſubuentio à Vaſſallo tempore, quo contrahitur matrimonium cum homine multò fortiùs tempore, quo cum Deo; vt Franchis *loco citato*, addit tamen poſt Afflictum, & Caſſaneum Vincentius de Franchis *d.deciſ.*42. *num.*3. Subuentionem, ſeu contributionem hanc non exigendam, & ſoluendam, niſi tempore profeſſionis, ſeu quando monialis facit profeſſionem, nec ante profeſſionem poſſe Vaſſallos ad præfatam ſubuentionem compelli, ſicut ſubuentio pro matrimonio carnali, non eſt ſoluenda, niſi cum filia nubit in ætate nubili, in qua poſſit filios generare: & non contractis tantùm ſponſalibus de futuro: & ratio eſt, quia in vtroque caſu multa poſſunt accidere ob quæ matrimonium carnale poſt ſponſalia de futuro, & ſpirituale poſt ingreſſum in monaſterium non perficiatur, & multum intereſt Vaſſallorum potius non ſoluere, quàm ſolutum repetere, ſi forſan poſtea matrimonium aut profeſſio non ſequeretur, & hoc idem tradit Fontanella *dicto numero* 54. & idem Vincentius, & poſt eum idem Fontanella ait ita fuiſſe deciſum in conſilio Neapolitano, ita etiam & ſolum poſt contractum matrimonium, aut ſequutam profeſſionem huiuſmodi adiutorium non eſſe ſoluendum à Vaſſallis tradit etiam Ioannes Maria Nouarius *de grauaminibus, tomo* 1. *grauamine* 6. id latius probans, & *in fine* addens ex Seſſe in Aragonia iſtud adiutorium ſolui ante nuptias, ſed cum cautione quod intra annum fiet ſolemnizatio matrimonij.

Filiæ ingredienti in Monaſterium an poſſit dari minor dos ea, quæ ei deberetur, ſi nuberet.

An autem moniali, ſeu puellæ ingredienti Monaſterium debeat dari æqualis, & tanta dos, quanta ei deberetur, ſi nuberet carnaliter, an verò poſſit dari minor, & ſatis ſit dare eam dotem, & tantam, quæ dari ſolita eſt ingredientibus Monaſterium, iuxta conditionem, & conſuetudinem illius Monaſterij in quod vult ingredi, ſeu ingreſſa ſit.

Prima opinio eſt, debere, & dandam eſſe tantam, 157
& æqualem dotem, quæ ei deberetur, ſi nuberet ſponſo terreno, ita quod ſi nubenti carnaliter debeatur pro dote portio legitima, vel alia certa quantitas minor legitima iuxta conſuetudinem loci, eadem dos, & non minor præſtanda eſſet ingredienti Monaſterium, & nubenti cœleſti ſponſo. Ita Neapodanus *in locis* (quos referunt Afflictus *dicta deciſione* 348. & Vincentius de Franchis *deciſione* 44. & Borellus *dicto titulo* 4. *numero* 108.) idem Afflictus *dicta deciſione* 348. Boërius *deciſione* 126. *numero* 12. Campegius *deciſione* 204. Petrus de Greg. *in tractatu de dote de paragio. quæſt.* 13. Decianus *conſilio* 5. *volum.*3. Iſernia, Maximus Freccia à Borello *dicto numero* 108. relati qui *numero* 113. dicit opinionem hanc eſſe communiorem, & amplectendam, & pro opinione faciunt, & ſtare fatendum videtur, omnes Doctores aſſerentes puellam, ſeu filiam, cui teſtator ſeu pater legauit mille aureos, ſi nupſerit, & quingentos, ſi religionem ingrediatur, debere conſequi mille, ſi religionem ingrediatur, quos Doctores latè refero *in tractatu de contractu matrimonij, capite* 11. *numero* 700. præter quos plures alios refert Borellus *dicto titulo* 4. *numero* 117. & iuxta hanc opinionem fuiſſe, per Sacrum Concilium Neapolitanum iudicatum, teſtantur Afflictus *dicta deciſione* 248. Vincentius de Franchis *dicta deciſione* 44. Borellus *dicto titulo* 4. *numero* 109. ſcilicet dotem de paragio conſiſtentem in portione legitima debitam filiabus à ſucceſſione aſcendentium excluſis nubentibus viro terreno debitam iuxta conſuetudinem Regni in eadem portione, & æqualiter eſſe dandam illis ingredientibus religionem & nubentibus ſponſo cœleſti. Probatur ex Afflicto, & Neapodano; quia ſponſus cœleſtis debet eſſe vniformis, & non deterioris conditionis, quàm terrenus. Non enim videtur æquum, & Chriſtianæ pietati conſonum, vt illa, quæ per profeſſionem nubit Deo, ſit ob id in dote ſibi conſtituenda, & præſtanda deterioris conditionis, quàm ſi homini nuberet. Præterea bonum eſt argumentum huius opinionis illud, quod ſumitur de carnali matrimonio ad ſpirituale, quod argumentum admittunt Doctores communiter, vt notatum eſt *ſuprà numero* 155. & magis fauorabile eſt matrimonium ſpirituale, cum ſit magis curandum de anima *vt ſuprà, n.*151. 155. *&* 156. notatum eſt.

Secunda opinio eſt, minorem dotem poſſe dari filiæ 158
ingredienti Monaſterium, & nubenti ſponſo cœleſti quàm nubenti terreſtri ſponſo, & ſatis eſſe, ſi detur in ea moderata quantitate, quæ ſolita dare eſt puellis iuxta conditionem & conſuetudinem Monaſterij, in quod ingrediuntur ita Petrus Barboſa, & Auguſti-

nus Barboſa *locis ſuprà capite* 2. *numero* 106. relatis Anania *ſingul.* 11. Riminaldus junior. *conſilio.* 85. *num.*22. *& conſ.*466. *num.*2. quos refert idem ſentiens Rota *dict. deciſ.*130. *num.*26. *parte* 7. *diverſorum Rubei*, & latè Coram Ludouiſio *deciſio.* 63. *deciſio.*480. *parte* 1. *recentiorum*, *& deciſ.*240. *numero* 7. *p.*2. *recent.* & pro hac opinione ſtare videntur Doctores aſſerentes legatum à patre ſactum filiæ mille aureorum, ſi nupſerit, & quingentorum ſi ingreſſa fuerit monaſterium, valere, & ingredienti monaſterium deberi tantum quingenta, quos Doctores cumulaui allegato *capite* 11. *num.*97. & plurimos alios refert Borellus *dicto numero* 108. quorum ſententiam *numero* 121. dicit procedere, & eſſe veram de rigore iuris, & contrariam de æquitate. Ego vero *dicto cap.*11. *n.*700. *& ſequentibus* tenui, & probaui præfatam contrariam eſſe veriorem non ſolum inſpecta æquitate, ſed etiam ex rigore iuris, quamvis altera ex conſuetudine generali obtinuerit obſeruantiam & notaui, *d. cap.*11. *num.*699. Hæc ſententia fundatur; quia multò minus mulieribus ingredientibus Monaſterium poteſt ſufficere, quam ſi nuberent in ſæculo propter onera matrimonij, ac proinde ſatis eſſe ingredienti Monaſterium, quæ dari ſolet iuxta conſuetudinem Monaſterij, in quod ingreditur. Hanc eandem ſententiam, tenet Oliuerius Beltraminus *annotatione ad deciſionem* 63. Ludouiſij.

159 Tertia opinio eſt, quod de iure communi propter rationes pro prima opinione adductas filiabus & puellis cœleſti ſponſo nubentibus per ingreſſum in religionem, & poſſeſſionem debeat dari dos in ea quantitate æqualis, quæ deberetur eis, ſi nuberent ſponſo terreno, & ſic veram eſſe primam opinionem: at vero de conſuetudine vniuerſali, & communi obſeruantia poſſit dari minor dos, & ſufficiat, & dari debeat dos dari ſolita iuxta conditionem, & conſuetudinem Monaſterij, in quod ingrediuntur, vel ſunt ingreſſæ: & hanc generalem conſuetudinem eſſe validam, & iuſtam ita Vrſillus *in additione ad dictam deciſ.*348. Afflicti Vincentius de Franchis *d. deciſ.* 44. Molfeſius *ad conſuetudinem Neap. part.*2. *quæſt.*7. *num.* 6. *&* 50. *& p.*3. *quaſt.*8. *num.*23. *part.*4. *quæſt.*16. *num.*11. *&* 13. *p.*6. *quæſt.*4. *num.*19. Fontanella *d. Gloſſ.*4. *numero* 55. Merlinus *allegata quæſt.*11. *num.*16. Stephanus Gaëta, Bartholomæus Martialis à Borello, *d. tit.*4. *num.*110. relati, & etiam de conſuetudine generali puto loqui Rotam *deciſione numero præcedenti relata*, & alios Doctores ab eadem Rota allegatos, & præſatam conſuetudinem practicari in Regno, & iuxta eam conſilium Neapolitanum hodie iudicare teſtantur Vincentius de Franchis Vrſill. & Molfeſius, quod igitur præfata conſuetudo vt minor dos monialibus nubentibus cœleſti ſponſo, quàm ſi nuberent viro terreno, & majorem ac ſi contraherent matrimonium carnale, non poſſint petere & exigere. Probatur primo, quia moniales tanta dote non indigent ac ſi nuberent in ſæculo, quia in ſæculo, & ſe ipſam, virum, filios, & familiam alere debet ex fructibus dotis, ideoque dos datur, vt maritus onera matrimonij ſuſtinere queat, *vt ſuprà cap.* 1. probatum eſt, in Monaſterio vero agitur de alimentis ipſius mulieris, & de nonnullis aliis expenſis quæ fieri ſolent, & debent pro neceſſitatibus Monaſterij, quarum omnium habita conſideratione dotis qualitatis erit menſuranda, & danda. Secundo, quia ſicut legitima à iure communi taxata poteſt per conſuetudinem minui, licet non in totum tolli, inquit, Vincentius de Franchis, *d. deciſ.*44. ita dos quæ ſubrogatur loco legitimæ, poteſt per conſuetudinem taxari, & detur ſolita dari monialibus iuxta conditionem Monaſterij, in quo profitentur. Tertio quia dos, quæ traditur Monaſterio mortua moniali profeſſa incorporata remanet Monaſterio, vt non poſſit reuerti ad dotantem, quæ vero datur pro matrimonio carnali mortua filia poteſt in certis caſibus redire ad patrem, *vt ſuprà capite tertio* oſtenſum eſt.

Contra huiuſmodi conſuetudinem (licet non audeam damnare illius praxim, quia oporteret condemnare tanquam reos culpæ omnes populos orbis Chriſtiani) tamen eſt, primo, quia videtur repugnare æquitati, & pietati ſuadenti non debere eſſe deterioris conditionis ſponſum cœleſtem, & illi nubentem puellam, quam ſponſus terreſtris, & puella illi nubens. Secundo quia videtur retrahere ab ingreſſu in religionem, de quo latè ego *dicto tractatu de matrim. contr. allegato capite* 11. *num.* 700. *cum pluribus ſeqq.* Tertio quia non vrget illa ratio quod major dos ſeu plures opes requirentur ad nuptias carnales propter onera matrimonij; hæc enim ratio non ſufficit ad excludendum ingredientes à dote, æquali ſolita dari nubentibus carnaliter, quia vt latè *dicto capite* 11. *numero* 676. *oſtendi*, opes & pinguia patrimonia congruunt ingreſſui Religionis, ſine quibus multæ Virgines, quæ, alias in Monaſterio ingrederentur, non fiunt Religioſæ, & opes vel ſunt neceſſariæ, vel ſemper ſunt vtiles monaſteriis, & ingredientibus, ob rationes à me, *dicto capite* 11. *numero* 676. explicatas. Alia contra præfatam conſuetudinem dandi minus filiabus eligentibus ſtatum religioſum, quam nubentibus in ſæculo trado, *dicto capite* 11. *dicto num.* 700. *& ſequentibus.* Quibus, & aliis omiſſis tantum propono conſideranda, quæ aduerſus conſuetudinem faciendi deterioris conditionis filios vtriuſque ſexus religionis ſtatum aſſumentes, habet Ioannes Molanus *in libro de piis teſtamentis capite* 14. *& capite* 15. 160

Capite igitur 14. refert declarationem Saluiani Maſſilienſis Epiſcopi *lib.*3. de pia teſtatione ab eodem Montano deſcripta his verbis. *Cæterum deplorat Saluianus impiiſſimè nullis pignoribus minus à ſuis parentibus relinqui quam quibus ob Dei reuerentiam plus debetur, nullos pietatem minus reſpicere, quam quos præcipuè religio commendat. Denique ſi qui a parentibus filij offerantur Deo, omnibus filiis poſtponi: oblatos indignos iudicaui hæreditate, qui digni fuerunt conſecratione, ac per hoc vna tantum re parentibus viles fieri, quia cœperunt Deo eſſe pretioſi. Sed præcluſam ſui conſilij rationem reddunt dicentes, quid opus eſt, vt filiis jam religioſis cum fratribus ſuis hæreditatis portio relinquatur: Reſpondeo, vt Religionis fungantur officio, vt religioſorum rebus religio ditetur, vt donent, vt largiantur, vt illis habentibus cuncti habeant non habentes, immo ſi tanta eſt eorum fides & perfectio, vt habeant cito non habituri beatus vtique poſtquam habuerint non habentes. Cur eis quæſo neceſſitatem indigniſſimæ paupertatis imponentis; Rectius pauperes à ſe fiunt, liceat eis, vt velint pauperes fieri, eligere inopiam, non ſuſtinere, & ſi ſuſtineant, deuotione eam tolerent, non damnatione patiantur, cur eos velut à natura expellitis, & quaſi è iure ſanguinis abdicatis, & ego eſſe eos pauperes volo, ſed vt habeat præmium ſuum ipſa paupertas, eligant inopiam ex copia vt ex inopia electione copiam conſequantur, quamquam ego quod vos per ipſum ſanctiſſima rationis officium, ad humanitatem, pietatémque trahere contendo, cum quantum in vobis eſt id agitis, vt cito eos cultores faciatis, quibus ſæculares filios anteferatis. Prius itaque ac bonus Dominus eſt, qui ſeruat in eis propoſitum, ac profeſſionem ſuam.* 161

Capite vero 15. refert alteram deplorationem D. Hieronymi Epiſtola 2. ad Demetriadem, quæ eſt de Virginitate ſeruanda, in qua ſic ſcribit S. Doctor, *Solent miſeri parentes, & non plenè fidei Chriſtiani deformes & aliquo membro debiles filias, quia dignas genero non*

non inveniunt Virginitatis tradere tanti, vt dicitur vi-
trum quanti Margaritam, certè qui religioſiores ſibi vi-
dentur paruo ſumptu & qui vix ad alimenta ſufficiat,
Virginibus dare omnem cenſum in vtroque ſexu ſecula-
ribus liberis largiuntur, quod nuper in hac Vrbe diues
quidam fecit presbyter, vt duas filias in propoſito Virgi-
nali inopes relinqueret; & alimentorum ad omnem co-
piam filiorum luxuria, atque deliciis prouideret. Fece-
runt multa, proh dolor, noſtri propoſiti fœmina atque vt
rarum eſſet exemplum, quod quanto crebrius eſt tanto iſta
infeliciores, quæ ne plurimorum quidem exempla ſecuta
ſunt. Fertur, & omnium Chriſtianorum laude celebra-
tur, quidquid fuerat nuptiis preparatum à Sancti Chriſti
Synotide *Virgini traditum, ne ſponſo fieret inimicitia,*
immo vt dotata priſtinis opibus veniret ad ſponſum, &
quod in rebus mundi periturum erat, domeſticorum Dei
ſuſtentaret inopiam, quis hoc credat. Proba illa omnium
dignitatum, & cuncta nobilitatis in orbe Romano illu-
ſtris, cuius ſanctitas, & in vniuerſo effuſa bonitas etiam
apud Barbaros venerabilis fuit quam trium liberorum
Probini, Olybry, & Probi non fatiarunt Ordinary
Conſulatus, & cum incenſis, direptiſque omnibus, in
Vrbe Captiuitas ſit nunc habitas venundare dicitur poſ-
ſeſſiones, & facere ſibi amicos de iniquo mammona, qui
ſe recipiant in æterna tabernacula, vt erubeſcat omnis
Eccleſiaſtici miniſtery gradus, & caſſa nomina Mona-
chorum emere prædicta, tanta nobilitate, vendente. Præ-
dica. D. Hieronymus poſt quæ idem Montanus *Me-*
morabile (ſubdit) *ſane fuit in vna* Synotide (*hoc eſt in*
vno pari exemplum (Synoridem *par ſignificare expli-*
cat, Horatius Graſſus) *quod duæ nobiliſſimæ Matronæ,*
Proba auia, & Iuliana mater dotem, quam Demetriadis
nuptiis præparauerant, ei in Virginitate permanere vo-
lenti tradiderunt ne Sponſo Chriſto fieret iniuria, exim-
plum adeo rarum, concludit Montanus, *vt meritò*
cum Hieronymo *exclamemus quis hoc credat*, libuit
hæc proponere licet vix ſperari poſſit fructus.

Filia ingrediente vel jam ingreſſa in Monaſte-
rium, ſi pater ſuper altari ponat certam pe-
cuniæ quantitatem, ea computatur filia in le-
gitimam & in locum dotis ſuccedit.

62 Cæterum concludendo hanc materiam dotis dandæ
filiæ ingredienti, vel jam ingreſſæ in monaſterium ad
duo, vnum ſi pater filia ingrediente monaſterium vel
poſt eius ingreſſum, poſuerit certam quantitatem pe-
cuniæ ſuper altari, quæ ſit ſimpliciter data, illam com-
putari in legitimam, & dotis loco ſuccedere dixere
Barthol. *in l.1. §. ſi parens num.1. verſic. & ideo dixi,*
ff. ſi à parente quis fuerit manum. Bald. *in l. fin. in 1. le-*
ctura num. 5. Cod. de dotis promiſſ. & alios allegantes
Fontanella *de pact. nupt. dict. clauſ.5. Gloſſ.1. p.1. n.6.*
& Borell. *d. tit.4. num.105. & 106.* Alterum quod ſi-
cut dos temporalis pro matrim. carnali habet tacitam
hypothecam & alia priuilegia (*vt cap.1. & ſecundo*
notatum eſt) ita etiam dotem, quæ datur pro matri-
monio ſpirituali, habere eandem tacitam hypothe-
cam, & alia priuilegia dotis tradit Tuſc. *d. verbo, dos*
concl.730. in fine, & concl. 747. num.44. & implicare
tradit etiam Fontanell *d. clauſ.5. Gloſſ.1. citata p.1.*
n.58. dum ex Natta *conſ.296. n.4.* aſſerit dotem dici,
quod datur pro ingreſſu monaſterij, & dotis retinere
naturam abſque difficultate aliqua.

§. XI.

Pater Iudæus, & infidelis filia ad fidem Catholi-
cam conuerſa an teneatur dare dotem con-
gruam iuxta ſtatum, & vires patrimonij.

HAc de re egi latè *in præcedenti parte de alimento-* 163
rum obligatione cap.5.§.8. n.132. & ſi adſint bona
ex vſuris minimè acquiſita certum eſt, patrem Iudæum
teneri ex illis dotare filiam conuerſam ad fidem, vt
communiter Doctores à me, *d. n.132.* relati, & alios
allegans Mantic. *de tacit. & ambig. l.12. tit.23. num.6.*
quod ſi pater habeat tantum bona, ex vſuris, & illicito
quæſtu acquiſita, plures Doctores à me *ibidem* relati
negant filiam poſſe petere dotem in bonis patris Iu-
dæi. Alij vero pariter à me, *ibid.* allegati affirmant;
ego *ibid.* dico opinionem negatiuam limitandam non
procedere primo, ſi non eſſet certum, ſed dubium bo-
na patria eſſe ex illicito quæſtu: ſecundo ſi non con-
ſtat de certa perſona, cui facienda eſſet reſtitutio, ſed
facienda eſſet incertis perſonis. Tertio ſi dos à patre
ſoluta fuiſſet in pecunia, quam *ibidem* dico, non poſ-
ſe à creditoribus patris vindicari, iuxta communem
praxim, quæ in ſupremis tribunalibus ſeruatur; quæ
omnia *d. n.132.* latè explicantur *ibid.* videnda. Aduer-
tendum autem patrem judæum non poſſe negare do-
tem filiæ conuerſæ ad fidem Catholicam propter in-
gratitudinem commiſſam ante conuerſionem, cum
propter talem ingratitudinem in ſtatu infidelitatis,
non poſſit pater Iudæus filiam jam Catholicam effe-
ctam exhæredare, *can. non liceat 19. q. vltima*, Campe-
gius *de dote part.1. quæſt.47. n.2.*

Quod ſi pater & filia ſint judæi jus commune inter 164
eos ſeruandum eſſe, certum eſt, *l. Iudæi 1. C. de Iudæis*,
Socin. junior. *in l.1. n.198. ff. ſoluto matr.* Gubertus *d.*
c.3. n.18. & P. Barboſa *ad d.l.1. p.4. n.85. in fin. ff. ſol. matr.*

An vero ſi pater ſit fidelis, & Catholicus, mater vero 165
Iudæa, vel hæretica hæc, & non pater, licet ſit diues,
teneatur dotare filiam fidelem, & Catholicã, explicatur
infr. vbi de obligatione matris dotandi filios dixi, *ſi pa-*
ter ſit fidelis & Catholicus. Nam ſi ambo fuerint infi-
deles, vel hæretici, certum eſt patrem potius teneri &
cogi dotem dare filiæ fideli, & Catholicæ iuxta, *l. qui*
liberos, ff. de ritu nupt. adiuncta d.l. Iudæi, & poſt Ripam
in d.l.1. n.77. ff. ſol. matr. notauit P. Barboſa *d.l.1. p.4. d.*
n.85. in fine, addens id etiam colligi ex mente, *l. cogno-*
uimus, Cod. de hæreticis vide cap. ſequenti n.30.

§. XII.

An pater Catholicus teneatur dotare filiam Iu-
dæam vel hæreticam.

DIxi *pater Catholicus*, nam ſi pater etiam eſſet 166
Iudæus, vel hæreticus, certum eſt teneri do-
tare filiam Iudæam vel hæreticam, vt in ſpecie de
patre hæretico Gubertus *dicto capite 3. allegato nu-*
mero 18. & conſtat ex traditis à me, *in dicta præallega-*
ta præcedenti parte de alimentorum obligatione, d. cap.5.
num.125. vbi probaui patrem hæreticum teneri alere
filiam hæreticam etiam non extremè indigentem, quia 167
non poteſt opponere filio, quod ſit hæreticus, & ſic
in præſenti nec pater filiæ, quod ſit hæretica recri-
minatio enim paria delicta tollit, vt notat Gubertus
ex lege hoc edicto §. Sed ſi ſtipulatur, ff. de eo, per
quem fact. erit, & lege ſi duo, ff. de dolo, & lege viro
& vxore, ff. Sol. matrim. Atque cauſa hæreſis con-
ſcius alterum eiuſdem criminis conſcium criminaretur

l. in arenam, Cod. de inoff. teſtam. & cap. intelleximus de adulteriis.

168 Igitur loquendo de patre Catholico, eum non teneri dotare filiam, quæ à fide deceſſit, & eſt hæretica pertinax tradunt poſt plures alios Bald. Nou. *de dot. p. 6. priuil. 16. n. 3.* Ant. Gubert. *d. n. 18.* & P. Barboſ. *in d. l. 1. p. 4. n. 86. in fin. ff. ſol. mat.* dicentes id colligi *ex l. cognouimus, C. de hæreticis*, & confirmant tradita à me *in prælle gata præcedenti part. de aliment. oblig. d. c. 5. n. 121.* vbi ex communi Doctorum notaui, patrem Catholicum non teneri filio hæretico pertinaci exhibere alimenta, cum poſſit illum exhæredare, §. *cauſas verſ. ſi quis autem de prædictis auth. vt cum de appellat. cognoſcitur.* Vbi autem habet locum exhæredatio, habet etiam dotis priuatio, vt in præcedentibus hoc capitulo notatum eſt. Teneretur vero pater Catholicus filiæ hæreticæ, quæ nullo modo aliunde habere poſſet, præſtare alimenta vitæ ſuſtentationi ſimpliciter & præcisè neceſſaria (niſi id illi eſſet occaſio perſeuerandi in pertinacia, licet non pinguiora, & vltra præciſam neceſſitatem, *vt d. cap. 5. n. 123.* oſtendi.

169 Pariter patrem fidelem non teneri dotare filiam judæam, & infidelem tradit P. Barboſa *loco citato*, videtur enim eadem ratio filiæ hæreticæ, & infidelis, & ſine dubio ſi deſciuiſſet à fide Catholica ad infidelitatem: alimenta autem ad vitam ſuſtentandam ſimpliciter neceſſaria, ſi aliunde filia non poſſet habere, teneatur pater filiæ infideli præſtare, ſi ex hoc non eſſet perſeueratiua in infidelitate. Quemadmodum *dicto cap. 5. n. 134.* probaui filiam fidelem patri judæo, & infideli, teneri præſtare eadem alimenta vitæ ſuſtentandæ ſimpliciter neceſſaria.

§. XIII.

Paterne adoptiuus, an pater naturalis teneatur dotare filiam adoptiuam.

170 Diſtinguendum eſt inter patrem adoptiuum conjunctum habentem in ſua poteſtate filiam adoptiuam, & inter patrem adoptiuum extraneum, in cujus poteſtatem non transfertur filia adoptiua, ſed remanet in poteſtate patris naturalis, de quo duplici genere filiorum adoptiuorum ſeu adoptionis, §. *ſed hodie, inſt. de adoptionibus, & l. 1. & l. cum in adoptiuis, C. de adoptionibus*, vbi per adoptionem filius adoptiuus non tranſit in poteſtatem adoptantis, quando filiusfamilias à patre naturali extraneæ perſonæ in adoptionem datur: transfertur vero, quando pater naturalis auo materno filij ſui vel ſi ipſe filius fuerit emancipatus, etiam auo paterno vel proauo ſimili modo paterno vel materno filium in adoptionem dat.

171 Igitur certum eſt, patrem adoptiuum conjunctum habentem in ſua poteſtate filium adoptiuum teneri, & cogi dotare filiam adoptiuam, & non patrem naturalem conſtat, *ex l. qui liberos 19. ff. de ritu nupt.* vbi dicitur eos, qui filias habent in poteſtate cogi eas dotare colligitur etiam *ex l. profectitia 5. §. Julian. ff. de iure dot.* & notauit etiam Hotomanus *in ſuis diſputationibus diſputatione de dotibus pag. 92.*

172 Difficultas eſt de patre adoptiuo, ſeu adoptante extraneo, in cuius poteſtate non tranſlata eſt filia adoptiua, an teneatur illam congrue dotare, cuius difficultatis reſolutio pendet ex reſolutione alterius difficultatis, an pater adoptiuus extraneus teneatur, & cogi poſſit præſtare alimenta congrua filio adoptiuo, an vero pater naturalis teneatur illum alere, de qua difficultate à me latè actum *in præcedenti parte de alimentorum obligatione cap. 5. n. 142. ad 151.* Plurimorum enim doctorum opinio eſt, patrem adoptiuum teneri, & non patrem naturalem, quam opinionem explico, & probo *ibid. num. 142. ad 146.* Aliorum vero pariter plurium ſententia eſt non teneri patrem adoptiuum, ſed patrem naturalem quæ opinio à me explicatur & probatur *ibidem num. 146. ad 150.* ego *numero 151.* vtramque probabilem puto, ſed probabiliorem primam ſuppoſita ibique prima ſententia pater adoptiuus extraneus ſicut ad alimenta præſtanda, ita & ad dotem filiæ adoptiuæ dandam erit obligatus & cogi poterit. Non erit obligatus ſuppoſita ſecunda ſententia, videantur tradita pro vtraque opinione *numeris citatis*, quæ non expedit repetere, ego probabilius eſſe exiſtimo, quod tenetur pater adoptiuus per tradita, *d. c. 5. num. 142. ad 146. & n. 151.*

§. XIV.

An pater iure ciuili teneatur dotare filiam illegitimam purè naturalem.

173 Dixi *iure ciuili*, nam dotare filiam illegitimam naturalem vſque ad quantitatem alimentorum neceſſariorum vitæ ſuſtentandæ patrem iure naturali teneri, ſi ipſa ſit pauper, *ſuprà hoc capite numero 7.* notatum eſt.

174 Conueniunt Doctores, patrem naturalem iure ciuili non teneri dotare filiam illegitimam naturalem, licet non ſpuriam, ſi ipſa ſit diues, & habeat de ſuo, ex quo ſibi dotem poſſit conſtituere, ita Doctores, *ſupr. hoc c. n. 89.* relati Boſcheius *de legit. nupt. legit. 5. n. 31.* Bald. Nouell. *de dot. p. 6. priuil. 16. n. 4. verſic. è contra*, Mantic. *de tacitis, & ambig. lib. 12. tit. 16. n. 19.* Theſaurus *dec. 211. n. 14.* (vbi dicit ita fuiſſe iudicatum in Senatu Pedemontano) Borellus *in ſumma deciſ. p. 3. tit. 4. num. 89.* alij apud eoſdem, & omnes, qui *infra* citantur: & probatum eſt, *ſuprà hoc cap. dicto num. 89. tam ex l. vxorem §. pater naturalis, ff. de legatis 3.* vbi pater debitor filiæ naturalis, qui illam dotauit cenſetur dotaſſe animo compenſandi cum debito. Tum quia ius ciuile ſtatuit quidem patrem teneri & cogi poſſe dotare filias naturales legitimas licet diuites, vt *ſuprà num. 25.* oſtenſum eſt, & habetur *lege qui liberos, ff. de ritu nupt. & lege fin. Codice de dotis promiſſione.* non reperitur tamen iure ciuili caſus, quod pater naturalis debeat dotare filiam naturalem diuitem, quæ aliunde poteſt habere dotem congruam ac proinde ſicut non tenetur iure ciuili eidem filiæ naturali exhibere alimenta, ſi de ſuo poteſt ſe commodè alere, ita nec dare dotem, ſi diues ſit, & eam ex ſuis bonis poſſit ſibi conſtituere vt *dicto num. 89.* notatum eſt.

175 Difficultas ergo eſt, an pater iure ciuili teneatur, & cogi poſſit congrue dotare filiam naturalem pauperem, & quæ aliunde nequeat dotem habere & multorum opinio eſt non teneri, ita Angel. *conſ. 209.* Ant. Gubert. *de dote cap. 3. n. 9.* Padilla *in auth. res quæ n. 63. Cod. com. de legatis*, & præter plures alios allegatos à P. Barboſa *in l. 1. p. 4. num. 49. ff. ſolut. matr.* à Mantic. *d. num. 19.* pro hac opinione allegantur, Barthol. *in d. l. vxorem §. pater naturalis*, & Bald. & Imola *ibid.* & hæc opinio primo & principaliter fundatur *in d. l. vxorem §. pater naturalis, ff. de legat. 3.* vbi dicitur dotem à patre naturali datam filiæ compenſandam cum fideicommiſſo eidem à patre debito. Secundo probatur, quia nō reperitur in iure cautū, quod pater teneatur filiæ naturali aliquid præſtare vltra alimenta, *auth. licet, C. de naturalib. liberis*, neque valet argumentum de alimentis ad dotem, cum alimenta dentur dietim, vel in ſingulos menſes, vel annos, dos vero vnica præſtatione ſoluatur, ſic eſt majus, & grauius onus.

176 Verū prædictis nō obſeruantib. aſſerendū eſt, patrem iure

iure ciuili teneri dotem congruam dare filiæ naturali ita Doctores magis communiter Bald. *in l. neque mater, Cod.de iur.dot.* Alexand.*in d.l.1.n.18.ff.ſol.matr.ib.* Imola *n.*8. Bulgarin. *n.*114.*&* 119. Cordub. à Lara *in l.ſi quis à liberis §.idem reſcript.n.*3. Boſcheius,& Bald. Nouell. *locis ſuprà allegatis*, Hotomannus *in diſputatione de ſpuriis verſic. ſed cum iure nouo*, Campegius *de dote p.*1.*q.*17.*n.*1.*verſic. & hac opinio*, Vaſquius *de ſucceſſ. progreſſ.* §.*n.*56. Fortunius *de vltimo fin. n.* 143. Couarruuias *de ſponſ. part.*2.*c.*8. §... *n.*11. Paleotus *de nothis cap.*49.*n.*5. Roland. *conſ.*54.*à n.*52.*lib.*2. Menochius *de præſumpt.l.*4.*præſumpt.*189.*n.*25. Mantic. *loco ſuprà allegato*, Oddus *de fideicom.q.*40. *num.*67. *&* 68. Marta *de ſucceſſionib.p.*4.*q.*21. *art.*10.*n.*28. P.Barboſ. *d.p.*4.*num.* 56. Fontanella *de pactis nuptiarum clauſ.*5. *Gloſſ.*1.*p.*1.*n.*113. Rota *d.deciſ.*30.*p.*7.*diuerſor.* Borell. *d.tit.*4.*n.*86. Auguſt.Barboſ. *collect.ad l. fin. n.*17. *Cod. de dotis promiſſ.* & plures alij relati à Corduba, Mantica *locis citatis*, & à P.Barboſa *d. p.*4.*n.*49. *verſic. Sed aduertas n.*55. *& d. n.*59. & ita in praxi vbi receptum eſt. Ratio eſt, quia iure ciuili pater filiis illegitimis purè naturalibus pauperibus & aliunde non habentibus tenetur præſtare alimenta, vt conſtat ex *d. auth. licet, Cod.de naturalibus liberis*, ibi *Huiuſmodi enim naturales filios patris boni viri arbitrio neceſſe eſt, &c.* & tradunt Doctores communiter citati & alij, quos *in præcedenti parte de alimentorum obligatione cap.*6. *n.*158. allegaui, vbi latè ego de his alimentis quæ à patre filiis illegitimis pure naturalibus debentur, ergo tenetur pater etiam dotare eandem filiam naturalem; valet enim argumentum hoc de alimentis ad dotem affirmatiuè conceptum ſaltem in his perſonis, quibus legitima non debetur, vt præallegati Doctores, & alij, quos cumulat P. Barboſa *d.n.*55. Confirmat Corduba, quia dos filiabus non debetur ratione patriæ poteſtatis, ſed ex charitate ſanguinis, *vt ſupra hoc capite* notatum eſt, & conſtat *ex lege fin. Codice de dotis promiſſione*, vbi pater tenetur dotare filiam emancipatam, ergo tenetur etiam filiam naturalem dotare, cum ſit filia, & ſicut pater tenetur alere filios ex charitate ſanguinis, *l.ſi quis à liberis, §. & non tantum, ff. de liberis agnoſcendis*, & latè oſtendi *in præcedenti parte de alimentorum obligatione*, quod procedit etiam reſpectu filiorum pure naturalium *dicta authentica licet*; ita filiæ naturali ex eadem charitate ſanguinis debetur dos neque obſtat, *d. §. pater naturalis*, quia Scævola ibi apertè loquitur de filia naturali diuite, cui pater, qui illam dotauerat, debebat fideicommiſſum ac proinde intelligitur dotaſſe ex ipſo debito, & animo compenſandi cum fideicommiſſo, vti idem Scævola ait: præſens autem difficultas procedit, quando filia naturalis eſt pauper, quæ aliunde non poteſt ſibi dotem conſtituere; quare neque etiam Bartholus, & plures alij pro priori ſententia allegati aliter ſentiunt, quam Scævola *in d. §. pater naturalis*, cum ſe referant ad illud factum, *dict. §. pater naturalis*, vt obſeruarunt Paleotus, & Borellus *locis citatis*: quid vero ſi pater neque debitor filiæ naturalis neque adminiſtrator bonorum ſimpliciter dotaſſet illam an præſumeretur de ſuo dotaſſe reſoluitur, *infrà num.*183.

177 Quemadmodum verò filiis illegitimis licet pure naturalibus minora, minuſve lauta alimenta à patre debentur, quàm filiis naturalibus legitimis, vt *in præcedenti parte de alimentorum obligatione dicto capite* 6.*numero* 163. probaui, ita filiæ illegitimæ mere naturali minor debetur dos; vt Doctores omnes præallegati, & præſertim latius Rota *d.deciſ.* & qui *infrà* citatur.

178 Quanta autem debeat eſſe huiuſmodi dos. Cum iiſdem filiis illegitimis pure naturalibus iure ciuili alimenta præſtanda ſint non ſolum ſecundum præciſam neceſſitatem vitæ ſuſtentandæ, ſed ſecundum qualitatem perſonarum, dignitatem paternam, & quantitatem facultatum, & patriæ morem vt *d. capite* 6. *num.*162. probaui: & obligatio patris dotandi filiam legitimam purè naturalem iure ciuili deducatur ex obligatione præſtandi illi alimenta congrua; dotem quoad quantitatem non poterit pater dare minorem, quam ſub vno cumulo valeant alimenta congrua, & condigna annuatim filiæ eidem naturali inſpectis dignitate patris & filiæ, facultatibus patris & more debito patriæ, ita omnes Doctores *num.*176. relati, & alij apud eoſdem & præſertim Rota *d. dec.* 30. *numero* 19. & plurimi alij relati à me *in dict. præcedenti tract. de alimentorum obligatione cap.*6. *n.*202. *&* 203. vbi ago de dote congrua danda filiabus illegitimis ſpuriis, itaque ſicut in menſuranda, & taxanda alimentorum filiæ illegitimæ quantitate debet inſpici & attendi dignitas patris, & filiæ, facultates patris, & patriæ conſuetudo, ita dos eſt taxanda habita ratione dignitatis patris, & patriæ conſiderando, quod ſit illegitima purè naturalis, vel ſpuria, & conſuetudini patriæ circa dotes filiarum illegitimarum ſiue naturalium, & ſpuriarum, vt *dicto capite* 6. *numero* 263. *&* 268. tradidi ex Vincentio de Franchis *deciſ.*283. *numero* 18. & tradunt etiam Rota *dicta deciſione* 20. *num.*20. *part.*7. *diuerſorum*, Iacobus Cancerius *variarum reſolut. parte* 3. *capite* 21. *numero* 221. Fontanella *dicta clauſul.*5. *Gloſſa* 1. *part.*1. *numero* 124. *verſiculo adducit tertio*, & Decius *conſil.*611. à Rota relatus, & probant tradita *dicto cap.*6. *dicto num.*268. *de dote filiæ ſpuriæ.*

Quin etiam, ſi per præfatam dotis quantitatem re- 179
gulatam iuxta prædictas circunſtantias nõ inueniretur maritus idoneus, qui vellet ducere in vxorem filiam naturalem, eo caſu tenebitur pater addere aliquid moderatum, vt filia inueniret maritum, cum pater debeat eſſe ſollicitus de pudicitia filiæ illegitimæ, vt notatum eſt *in præcedenti parte de alimentorum obligatione capite* 6. *numero* 202. *&* 268. *& ſuprà hoc capite num.* 7. & hoc expreſsè tradunt Paleotus *de nothis cap.*50.*num.*1. *&* 2. Petr. Barboſa *dicta p.*4. *numero* 56. *verſicul. quod ſi per*, & alij à me, *d. cap.*6. *numero* 18. relati.

Non ſolum autem pater tenetur prouidere de dote 180
filiæ illegitimæ naturali pro matrimonio carnali, ſed etiam pro matrimonio ſpirituali, ſeu ingreſſu religionis, vt Baldus *in l. pactum quod dotali in* 20. *quæſtione num.* 15. *Codice de collat.* Fontanella *de pactis nupt. dicta clauſul.* 5. *Gloſſa* 1. *part.*1. *n.*120. & Rota *d. deciſ.*30.*part.*7. *diuerſorum*, & ſentiunt alij Doctores relati, *ſuprà hoc capite numero* 152. & probant ibi tradita: & idem eſt de acconcio iuxta Rotam *d. deciſ.*30. *num.*27. & Doctores *ſuprà hoc cap. numero* 154. relatos propter rationem ibi aſſignatam an vero poſſit dari minor dos quam ſi contraheret matrimonium carnale, & ſufficiat dari ſolitam iuxta conditionem monaſterij, in quod ingreditur iuxta Doctores, *ſuprà hoc capite num.*158. *&* 159. relatis, & *ibidem* tradita, & praxim communem reſoluendam.

Pro dote etiam filiæ naturali conſtituenda tam pro 181
matrimonio carnali; quam ſpirituali, ſi pater non habeat alia bona libera poterunt alienari bona ſubjecta fideicommiſſo licet arctiſſimo, & quamvis fideicõmittens aſcendens expreſsè id prohibuiſſet, cum non poſſit juris obligationem bonis ſuis infixam pro bono publico matrimonij contrahendi, & alendi liberos reiicere, & facere vt leges non habeant locum in ſua diſpoſitione, ita præter Doctores à me, *in præcedenti p.cap.*13. *n.*820. relatos & alios apud eoſdem, Baldus *in l. id quod pauperibus num.*46. *Cod. de Epiſc.* & Clar. Paleotus *de noth.cap.*47. *n.*6. Lud.Molin. *de primog.l.*4.*cap.*6.*n.*14.

Menochius *d. præſumpt.* 189. *allegato numer.* 27. Rota *dicta deciſ.* 30. *num.* 15. 16. & al-j à P, Barboſa & Rota relati, & Doctores à me *in præcedenti parte de alimentorum obligatione cap.* 20. *n.* 1135. relati aſſerentes nec filio naturali, nec ſpurio patrem poſſe in ſuo Teſtamento prohibere alimenta præſtari videatur autem *infra cap.* 15. *num.* 185.

182 Quid verò ſi filia naturalis nupſiſſet, ſine conſenſu patris an eo caſu cogeretur pater illam dotare ſi aliunde dotem non poſſet conſtituere. Reſoluendum iuxta ſupradicta de filia naturali legitima nubente ſine patris conſenſu, an nupſerit poſt vel ante a 5. annum, ſi ante an viro digno, vel viro indigno, in primo & ſecundo caſu dos danda erit, in tertio ſaltem dos congrua alimentis ſimpliciter vitæ neceſſariis, ſi nec ipſa, nec maritus ob paupertatem poſſent ſibi prouidere, nec etiam mariti pater eſſet diues idoneus ad præſtanda alimenta filio, & nurui: videantur tradita *hoc cap. præcedentibus* de filia naturali, & legitima.

183 Quid ſi filia naturalis eſſet diues aliundeque haberet vnde poſſet ſibi dotem conſtituere & pater non eſſet bonorum illius adminiſtrator, neque debitor, an ſi pater eandem filiam naturalem ſimpliciter dotaſſet, præſumeretur dotaſſe de ſuo ſicut præſumitur extraneus ſimpliciter dotans mulierem; Reſpondetur præſumi dotaſſe de ſuo & animo dotandi, *vt ſuprà hoc cap. nu.* 91. notatum eſt, & tradunt Doctores *ibidem* relati: nam ſi extraneus ſimpliciter dotans præſumitur dotaſſe *de ſuo l. vnica* §. *accedit, Cod. de rei vxor. act.* & vt late explicatum eſt *ſuprà c.* 3. *q.* 89. 100. *&* 103. multò magis præſumitur pater, cum in eo magis vigeat ratio naturalis, vt videatur fuiſſe liberalis erga filiam, quam extraneus.

184 Vtrum hæredes, & ſucceſſores patris teneantur ſicut ipſe pater dotare filiam naturalem enodatur, *infrà cap.* 6. vbi an onus dotandi filias tranſeat ad patris hæredes, & ſucceſſores vniuerſales, vel etiam ad ſingularem ſucceſſorem.

185 An autem dos à Patre ſimpliciter: & ſine expreſſione, ſeu pacto, quod ea mortua ad ſe vel ſuos filios redeat datæ filiæ naturali nubenti ea mortua debeat redire ad patrem; vel ad hæredes, an vero tranſeat ad eiuſdem filiæ hæredes, & liberos P. Barboſa *d. l. t. p.* 4. *allegato num.* 56. *verſic. quo quidem dos, ff. ſolut. matrim.* dicit hanc dotem filiæ naturali datam in eo retinere naturam alimentorum, vt quemadmodum alimenta morte extinguuntur, *l. cum ſic* §. *modus, ff. de tranſactionibus*, *&* *l.* 3. *ff. de alimentis, & cibariis legatis*, ita etiam, & mortua filia non debet dos tranſire ad eius hæredes, ex ſententia etiam Bulgarini *in d. l.* 1. *num.* 35. *ff. ſoluto matrimonio, & ibidem*, Socin. iun. *num.* 184. *ad finem*.

186 Reſpondetur primo, ſi dos data filiæ naturali non excedat valorem alimentorum totius vitæ illius eam non reuerti ad patrem, vel eius hæredes, ſed tranſire ad quoſcumque eiuſdem filiæ hæredes ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato: huiusenim dotis filia efficitur abſolutè domina, vt probaui *in præcedenti parte de alimentorum obligatione cap.* 6. *num.* 238. & ad ibi tradita remitto Lectorem.

Reſpondetur ſecundo ſi extet ſtatutum, quod maritus præmoriente vxore ſine liberis lucretur dotem, defuncta filia naturali viuente viro hunc acquiritur dos iuxta formam ſtatuti, quia faciens, actum, ſeu contractum cenſetur ſe obligare, & contrahere iuxta ſtatuta, & leges de actu loquentes. Hanc etiam reſponſionem probaui Doctoribus relatis, *dicto capite* 6. *numero* 239.

187 Reſpondetur tertiò defuncta filia naturali extantib. filiis, longe probabilius eſſe, dotem tranſire ad eius filios, vel deſcendentes ex eis, quia dos datur pro oneribus matrimonij, quæ comprehendunt etiam ſuſtentationem, & educationem filiorum, & ſic poſt mortem filiæ alimenta non finiuntur prout latius explico *d. cap.* 6. *num.* 244. vbi probatur dotem datam filiæ ſpuriæ ea defuncta tranſmitti ad eius liberos ſuperſtites vel ex eis deſcendentes. Addo quod ex conſuetudine Martini dus à patre ſimpliciter data filiæ, ea defuncta exiſtentibus eius filiis tranſit ad eoſdem filios, *vt ſuprà cap.* 3. *& num.* 175. *& ſeqq.* probatum eſt, non enim apparet cur etiam in dote filiæ illegitimæ ſaltem purè naturalis non debeat procedere, eſto quod non procederet in dote data filiæ ſpuriæ, quæ iure ciuili eſt magis odioſa, quam pure naturalis, quæ non eſt excluſa à totali ſucceſſione bonorum paternorum vltra alimenta; neque quoque filia naturalis inueniret virũ, ſi dos pro ea data à patre non deberet remanere penes filios ſuperſtites. Non obſtat verò quod ſic nulla foret differẽtia quoad dotes inter filios legitimas, & illegitimas. Non adhuc eſt maxima (inquit Fontanella loco, qui *num ſequenti citatur nu.* 125.) quod minor dos debetur illegitimæ filiæ vt dictum eſt, ac proinde cum jam in hoc filia illegitima remaneat agranata, non debet vlterius addi hanc dotem (quæ eſt vt plurimum parua) habere debere id oneris, vt non tranſeat ad filiæ liberos vel de ea non poſſit filia diſponere, quare,

Reſpondetur quartò valde probabile eſſe, dotem 188
filiæ illegitimæ purè naturalis ea defuncta abſolutè trãſire ad illius hæredes, ſiue ab inteſtato, ſiue ex Teſtamento quod ſentiunt Doctores à me, *dicto cap.* 6. *num.* 242. relati ai aſſerentes de dote filiæ ſpuriæ, & præter rationes ex iiſdem Doctoribus à me *ibidem* adductas, facit quod cum filia putè naturalis vti illegitima, & non nata ex legitimis nuptiis, non ſit in poteſtate patris, & conſequenter de illius dote idem dicendum videtur quod de dote filiæ naturali legitimæ emancipatæ ſimpliciter data, quam ſoluto matrimonio ſiue per ſolam thori ſeparationem, ſiue pro filiæ obitum ad filiã ipſam, vel quoſcumque eius hæredes pertinere, *ſuprà hoc capite n.* 168. probatum eſt, cum efficiatur ſua & eius patrimonium omnino à patrimonio patris ſeparatum, & hanc ſententiam etiam præter allegatos, *d. n.* 242. tenent *ſuprà in cap. per veſtras* §. 24. *poſt num.* 10. Rolandus à Valle *conſ.* 74. *à num.* 53. *lib.* 1. & latè Iacob Cancerius *var. reſolut. p.* 3. *cap.* 21. *a num.* 209. *ad* 221. & Fontanella *de pactis nuptialibus clauſ.* 5. *Gloſſ.* 1. *p.* 1. *ad num.* 123. *ad finem*, & vterque teſtatur hanc ſententiam iudicatam à Senatu Cathaloniæ dotem ſimpliciter datam filiæ illegitimæ ea defuncta ſine liberis debuiſſe remanere penes maritum, quem filia inſtituerat hæredem.

Prædictis filiæ naturali danda addendum, quod vbi 189
ſubditi, ſeu vaſſalli ex ſtatuto, vel capitularionibus, vel conſuetudine tenentur contribuere Regi, ſeu Principi vel Baroni, aut domino feudi pro dotandis ipſorum filiabus, obligatur etiam contribuere pro dotandis filiabus illegitimis, & pure naturalibus, & etiam ſpuriis vt poſt Rolandum *conſ.* 85. *lib.* 3. Caſſaneum *ad conſuet. Burg. rub.* 8. §. 5. *num.* 30. Couarruuiam *de ſponſ. p.* 2. *cap.* 8. §. 6. *num.* 11. *ad finem*, & alios notat Io. Lup. *de illegitimis comm.* 8. §. 1. *num.* 17. licet hoc in dubium reuocet Boërius *dec.* 127. & negent Iacobus de S. Georgio *in tract. de feudis cap. qui quemadmodum inveſtiantur*, Ioan. Maria Nouarius *tract. de elect. & variat. fori. ſect.* 3. *quæſt... num.* 35. *in fine*, & Mieres *in conſtitutione hac noſtra num.* 139. *&* 140. relatus à Fontanella *d. p.* 1. *n.* 125. Sed prior ſententia eſt verior: ſuppoſito enim quod princeps, ſeu Dominus teneatur dotare etiam filias illegitimas, vti tenetur iure naturali, & humano ſaltem Canonico, cum vaſſallorum ſubventio pro dotandis domini filiabus ſit inducta ad Principis ſeu domini auxilium, & ſublevamen, ſequitur quod etiam

pro

pro dotatione filiorum illegitimorum ſubventionem obligantur præſtare. Non tenentur contribuere ante matrimonium vt *ſupra hoc capite numero 156.* notatum eſt.

190 Denique ad completam cognitionem huius materiæ de dote filiorum illegitimorum aduerto cum Fontanella *d.p.1.n.120. verſic.Renoua*, quod omnia, quæ pro filiabus legitimis, & naturalibus contra parentes, vel eorum hæredes circa hoc onus dotandi tradidi in præcedentibus, & in ſequentibus adducuntur excepto illo onere dotandi etiam filios diuites per Doctores, *ſuprà hoc cap.num.*176. relatos, & alios à me *in præallegata præcedenti parte de alimentorum obligat. cap.6. num.*202. allegatos & alios, qui *ſequenti* §. allegantur, in fauorem dotis filiarum ſpuriarum, accommodantur filiabus illegitimis pure naturalibus, & etiam ſpuriis: Nam ex quo Doctores ſiue inſpecto iure ciuili, ſiue attento iure Canonico eas æquales faciunt cum legitimis quoad principale, ſcilicet, quoad obligationem dotandi, non eſt quod reliqui fauores legitimarum, quoad neceſſaria iuxta ius naturale vel humanum illis denegentur.

§. XV.

An pater teneatur dotare filiam illegitimam ſpuriam iure poſitiuo ſaltem ex diſpoſitione iuris Canonici in cap.cum haberet de eo, qui in matrimonium.

191 DE dote filiarum illegitimarum ſpuriarum *in præcedenti parte de alimentorum obligatione c.6. à numero* 182. iure Canonico inſpecto pertractaui occaſione tractationis alimentorum, quæ à parentibus filiis illegitimis ſpuriis debentur à qua alimentorum præſtandorum obligatione deriuatur etiam obligatio dotandi filias ſpurias de qua alimentorum obligatione filiis ſpuriis præſtandorum egi iure ciuili, & Canonico attento, & quidem inſpecta iuris ciuilis diſpoſitione, *in auth.ex complexu, Codic. de injuſtis nuptiis*, & §. *fin. in auth. quibus modis naturales efficiuntur liberi*, vbi nati ex complexu nefario, ſeu damnato, & inceſtis, aut damnatis nuptiis declarantur omnis ſubſtantiæ paternæ beneficio indigni, vt etiam non alantur à Patre, egi eo *capite à numero* 176. *ad* 182. & in dictis textibus, quoad denegationem alimentorum comprehendi ſolum filios ſpurios natos ex coitu iure ciuili damnato, & punibili, non autem ſpurios natos ex coitu iure ciuili permiſſo, & non punibili ex ſententia plurium Iuriſperitorum aſſerui, & probaui *n.*178. qui autem dicantur ſeu ſint ſpurij ex coitu damnato, & punibili iure ciuili, qui ex permiſſo, & non punibili explicatur eodem *cap.6. n.*166. Immò *n.*181. cum pluribus Theologis, & Iuriſperitis tenui, & probaui etiam natis ex coitu non permiſſo, & punibili eodem iure ciuili iiſdem textibus ab Imperatoribus non denegari alimenta (ſi aliunde non haberent) vitæ ſuſtentandæ ſimpliciter, & præciſè neceſſaria, ſine quibus vitam amitterent ſed ſolum alimenta vltra præciſam vitæ neceſſitatem, & lautiora.

192 Quo verò ad diſpoſitionem *dicti cap. cum haberet* (quidquid ius ciuile ſecus ſenſerit quoad filios ſpurios ex coitu iure ciuili damnato, & punibili) ex cõmuni, & recepta ſententia Iuriſperitorum, & Theologorum eodem *c.6.n.*186.*& pluribus ſequentib.* tradidi, & probaui omnibus, & quibuſcumque filiis ſpuriis ex quovis coitu ſiue damnato ſiue permiſſo à iure ciuili natis parentes teneri, & cogi poſſe alimenta exhibere eodem *cap.6.n.*195. trado ex eadem communi Doctorum, dictam iuris Canonici diſpoſitionem, quoad forum exterius eſſe obſeruandam etiam in terris Imperij, & Principum ſæcularium in toto orbe Chriſtiano eodem *cap.6.n.*258.*& ſequentib.* pono, & probo ſententiam communem Doctorum, quod alimenta ſint filiis iiſdem ſpuriis præſtanda non iuxta præciſam vitæ ſuſtentandæ neceſſitatem, ſed iuxta conditionem, & dignitatem patris, & filiæ generiſque ſplendorem, paternáſque facultates minore tamen conſiderato, quod ſunt ſpurij, quam debeantur filiis naturalibus, & legitimis, & etiam purè naturalibus, quæ omnia videantur prædictis locis.

Quoad dotem vero filiarum ſpuriorum [vt ſummariè notem latè tradita *d. cap.6.*] *n.*201. *eiuſdem cap.6.* refertur opinio nonnullorum Iuriſperitorum, & Theologi cujuſdam affirmantium quidem iure Canonico patrem obligari, & cogi poſſe alere filias ſpurias, non vero teneri eas dotare, idque ob tradita *ſup. hoc cap. n.*175. latiùs explicata *d.n.*201. 193

At *n.*202. ponitur, & approbatur, & latè confirmatur communiſſima ſententia & recepta, quod iuxta ius Canonicum in *d. c.cum haberet:* in toto orbe Chriſtiano obſeruandum, ſicut pater tenetur filiam ſpuriam pauperem alere, ita etiam tenetur, & cogi poteſt illam pro modo, & quantitate alimentorum debitorum dotare, quam ſententiam, etiam præter tot, & tantos Doctores eodem *n.*202. relatos, & alios apud eoſdem tenent Ioannes Boſcheius *de leg.nupt.l.*3.*n.*32. Bald.Novellus *de dot.p.6. priuil.*16.*n.*5. Padilla *in auth. res quæ n.*64. *C. comm.de legatis*, Couaruuias *de ſponſalib. p.*2. *c.*8.§.6.*n.*11. Iacobus Cancerius *var.reſol.p.*3. *c.*21.*nu.*206. Antonius Faber *in ſuo*, *C.*5.*tit.*16. *de naturalibus liberis definit.*9. Ludouicus *de illegitimis c.*12. & plurimos alios recentiores allegatos Fontanella, *de pactis nupt.clauſ.*5.*Gloſſ.*1.*p.*113. Borellus *in ſumma deciſ.p.*3. *tit.*4. *à n.*38. *ad* 48. Rota Romana *deciſ.*30.*p.*2. *diuerſorum Rubei*, & Tuſchus *in ſuis concluſionibus verbo dos, concl.*780. *num.*202. 203. 206. 207. vbi alios cumulat, valet enim argumentum de alimẽtis ad dotem affirmatiuè, iuxta Doctores communiter, vt *d.n.*202.*& hoc c.*176. notatum eſt, & præterea eodem *cap.cum haberet*, decernitur filiis ſpuriis non ſolum alimenta, ſed, & omnia neceſſaria ab vtroque parente eſſe ſubminiſtranda pro modo facultatum. Inter neceſſaria autem continetur dos vt *dicto numer.*202. probatur, & major eſt neceſſitas dotis, quam alimentorum propter periculum pudicitiæ, & honoris, quod imminet in nuptis, vt notatum eſt *dicto num.* 202. vbi videantur reliquas quibus hæc communiſſima ſententia comprobatur, & defenditur. 194

Dictum eſt, pro modo, & quantitate alimentorum 195 ſcilicet, totius vitæ ſpuriæ vno cumulo æſtimatorum. Nam ſi relictum, promiſſum, vel datum à patre pro dote filiæ ſpuriæ notabiliter excederet quantitatem, ſeu æſtimationem prædictam alimentorum exceſſum tanquam in fraudem legis ciuilis excludentis filios ſpurios ab omni paterna ſucceſſione non valere, & reuocari, poſſe per hæredes patris tradidere plurimi Doctores, quos refero eodem *c.6.n.*203. quibus addo plures alios allegantem Borellum *d.tit.*4.*nu.*45. *& duobus ſeqq.* per rationem, quam *d.n.*203. adduxi qui omnes volunt dotem filiæ ſpuriæ iuxta alimentorum modum, & quantitatem taxari, & regulari debere, & ſi dos à patre relicta, vel data notabiliter excedat illam quantitatem, non valere exceſſum, quam communem ſententiam *ibid.* dico eſſe veram, quando aliquid dotis nomine filiæ ſpuriæ à patre in Teſtamento relinquitur, vel inter viuos donatur, tunc enim exceſſus vltra alimenta iudicis arbitrio honeſta invalidus eſt, & minime verum eſt, dotem filiæ ſpuriæ debere aut poſſe à patre conſtitui vſque ad legitimam, vt *dicto numero* 203. probatur.

196 Sed difficultas eſt, an dos filiæ ſpuriæ quantitatem alimentorum debitorum excedens notabiliter à patre data vel promiſſa marito in contractu matrimonij poſſit quoad exceſſum reuocari à marito conſtante vel ſoluto matrimonio, vel à filia diſſoluto matrimonio per mortem viri, circa quam difficultatem ſunt quatuor ſententiæ diuerſæ, quas refero, latè explico, & probo eodem *capite 6. à numero* 204. *ad numer*. 220. & ad ibi tradita remittendum lectorem duxi, ne ſemel explicata, & exactè repetantur, & proſequor, quæ ad dotis conſtitutionem ſpectant.

197 Cum itaque non obſtante appoſita ſententia aſſerente, ex vi diſpoſitionis *dicti capitis cum haberet*, parentes teneri ſolum præſtare filiis ſpuriis alimenta iuxta præciſam vitæ neceſſitatem nulla habita ratione diuitiarum, & dignitatis perſonæ patris, aut ipſius ſpurij, quam ſententiam cum ſuis auctoribus, & fundamentis refero *dicto capite 6. numero* 255. *& duobus ſequentibus*, ſit magis communis Doctorum ſententia (quam eodem *capite ſexto numero* 258. *ad* 265. refero, & ampliſſime probo) quod ex diſpoſitione, *dict. capit. cum haberet* filiis, & filiabus ſpuriis à parentibus, & ab aliis, qui ſint loco parentum, eos alere tenentur, debeantur, & ſint præſtanda alimenta attentis diuitiis paternis, & perſonarum patris, & filiorum conditione, generis ſplendore, honore, & dignitate (licet minora, & non ita ampla, vt filiis legitimis eiuſdem dignitatis, ac qualitatis forent exhibenda iuxta notata eodem *capite 6. numero* 264. & Doctores *ibidem* relatos) ac proinde licet taxatio eorumdem alimentorum filiis ſpuriis præſtandorum relinquatur iudicis, ac boni viri arbitrio, vt tradunt communiter Doctores à me *dicto capite 6. numero* 365. *relatis*, & aliis allegatis Rota *dict. deciſio*. 30. *numer*. 23. *&* 24. *part*. 7. *diuerſorum Rubei*, nihilominus Iudex in illis taxandis debet conſiderare diuitias paternas, ſtatum, & dignitatem ſpuriis, & alias circunſtantias, & iuxta illas decernere quantitatem alimentorum decentem, vt tradunt ijdem Doctores *dicto numero* 265. relati, & poſt plures alios Rota *dicta deciſione* 30. *numero* 24.

198 Hinc infertur, cum dos filiæ ſpuriæ in locum alimentorum ſuccedat, minorque alimentis dari non poſſit, vt *numero* 194. dictum eſt, & tradunt Doctores *ibidem* relati, & alij communiter *dict. capit*. 6. *numero* 262. allegati, & Rota *dict. deciſ*. 30. *part*. 5. *dicens* in ea conſtituenda à patre, vel à iudice taxanda, & arbitranda, habendum eſſe reſpectum ad paternas diuitias, & ad patris, & filiæ dignitatem, conditionem, & ſtatum, & ad patriæ conſuetudinem circa dotes filiorum illegitimorum, & non ad alimenta vitæ ſuſtentandæ ſimpliciter neceſſaria, vt dixi *dict. cap*. 6. *numero* 267. & ſentiunt communiter Doctores à me, *dict. capit*. 6. *numero* 258. relati, plures ex relatis eodem *capite numero* 202. *&* 203. & expreſsè, & in terminis etiam Vincentius de Franchis *deciſ*. 283. *numero* 18. *& ſeqq*. Decius *conſ*. 611. Surdus *de alim. tit*. 1. 9. 10. *num*. 20. Peregrinus *de iure fiſci lib*. 3. *titulo* 18. *num*. 78. & Rota *dicta deciſione* 30. *num*. 20. *&* 21.

199 Quinimo admiſſa ſententia aſſerente Patrem obligari dare filiis ſpuriis tantum alimenta ſecundum præciſam neceſſitatem, adhuc filiæ ſpuriæ dotem eſſe conſtituendam à patre vel iudicis arbitrio taxandam habito prædicto reſpectu ad diuitias paternas, dignitatem patris, & filiæ, patriæ conſuetudinem, & etiam ad neceſſaria pro alendis filiis ex eo matrimonio procreandis, quamvis excederent alimenta, quæ pro quotidiano victu filiæ ſpuriæ cœlibi deberentur, tradunt Paleotus *de Nothis cap*. 50. *nu*. 2. (vbi ex Decio *d. conſ*. 611. dicit dotem trium millium, & quingentorum ſcutorum filiæ ſpuriæ chariſſimi, & locupletiſſimi viri conſtitutam fuiſſe viſam congruam, & conuenientem patriæ conſuetudine attenta, cum inde eorum ſit filiæ ex nobiliſſimo, & locupletiſſimo, patre genitæ illud ſibi dotis nomine dari quod cœlibi ſolum ſufficeret ad victum quotidianum) Surdus Peregrinus, Rota *locis num. præcedenti relatis*, & plures alij à me *dict. cap*. 6. *citato num*. 268. relati, vbi confirmo rationibus ibi videndis ad euitandam repetitionem.

Debeatur autem dos filiæ ſpuriæ etiam pro matri- 200
monio ſpirituali, & ingreſſu in Religionem in ea quantitate, quæ ſolet dari ingredientibus tale monaſterium, vt tradunt Doctores, communiter tum relati *hoc capite numero* 152. tum relati *numero* 154. *&* 180. per tradita *dict. numero* 152. *&* 154. debeatur etiam acconcium, de quo *ſupra d. num*. 154. & tradunt Doctores *ibid*. relati: an poſſit dari minor dos, quam ſi nuberet homini explicatum eſt, *ſuprà hoc cap. n*. 158. *&* 159.

At quid ſi ſine conſenſu patris nupſiſſet, idem di- 201
cendum, quod *ſuprà num*. 182. dictum eſt de filia naturali ſine conſenſu patris nubenti.

Poterunt etiam, ſi non exiſtant alia bona paterna 202
libera, pro huiuſmodi dote filiæ ſpuriæ conſtituenda pro matrimonio carnali, & ſpirituali alienare bona fideicommiſſo ſubjecta, etiam cum prohibitione teſtatoris, quod non poſſint alienari pro dote filiarum, & deſcendentium, vt tradunt Doctores à me *in præcedenti parte de alimentorum obligatione cap*. 20. *num*. 1135. *&* 1136. *& hoc cap. num*. 181. allegati, & Menoch. *de præſumpt. lib*. 4. *præſ*. 189. *n*. 25. videatur etiam *infrà cap*. 15. *num*. 187.

Ex fructibus quoque ſeu redditibus Eccleſiaſticis 203
poteſt, & ſi deſint illi alia bona temporalia, tenetur pater clericus dotem conſtituere filiæ ſpuriæ vt *dict. præcedenti parte de alimentorum obligatione dicto cap*. 6. *num*. 193. *&* 202. dixi, & probaui, & præter Doctores *ibid*. relatos, tradit alios allegans Rota *d. deciſ*. 30. *n*. 36. *&* 37. *p*. 7. *diuerſorum Rubei*.

Non enim diſpoſitio *dict. cap. cum haberet de eo*, 204
qui in matrimonium, per conſtitutionem Pij V. 117. in Nouo Bullario, in qua reuocantur omnes facultates teſtandi, & diſponendi de bonis Eccleſiaſticis ad fauorem quorumcumque illegitimorum ſublata eſt, vt tradunt communiter Doctores, quos *d. cap*. 6. *num*. 193. allegaui, quibus addo alios referentem Rotam *dicta deciſ*. 30. *num*. 36. *p*. 7. *diuerſorum*, quare cum pater clericus beneficiatus iure naturali, & canonico in *d. cap. cum haberet*, qua pater teneatur filiæ ſpuriæ pauperi dotem dare, & etiam ex redditibus, ſeu fructibus Eccleſiaſticis vbi illi deſunt alia bona, poſſit dotare eandem filiam ſpuriam, ſicut poſſet aliam mulierem extraneam, tenetur ex obligatione paterna illam dotare, immo etiam ex obligatione generali charitatis filiam ſpuriam egentem præferre mulieri extraneæ pariter indigenti, cum quiſque non ſolum de proprio, ſed etiam de redditibus Eccleſiaſticis, & quibuſcumque bonis alienis, quorum diſtributio libere in vſus pios, & inter pauperes ſit illa conceſſa, tenetur cæteris paribus ſuccurrere magis perſonæ conjunctæ, ſeu conſanguineæ quàm extraneæ, vt tradunt Doctores, qui *infra cap*. 6. *n*. 63. allegantur, & præſertim major loco, *ibidem citato*, cui Doctrinæ quod quis non ſolũ de bonis propriis ſed etiam ex redditibus Eccleſiaſticis, & aliis bonis, ex voluntate alterius in vſus pios erogandi ſuæ liberæ diſtributioni, & diſpoſitioni commiſſis ſtrictius teneatur ſubvenire perſonæ conſanguineæ, quam extraneæ, non obſtat, quod redditus Eccleſiaſtici, & alia bona in vſus pios diſtribuenda alterius liberæ diſpoſitioni cõmiſſa, quoad diſtributionẽ ſint indifferentia cuiuſcumque operi pio, ac proinde non reſpiciant magis propinquitatem

quitatem perſonæ conſanguineæ, quam extraneæ. Nam licet præfata bona ex natura ſua reſpiciant, quodcumque opus pium, ſeu quemlibet vſum pium tamen diſpenſatio eorum bonorum in vſum pium ſubeſt liberæ diſpoſitioni clericorum & executorum, quare idem ius naturale, quod obligat cæteris paribus ex bonis propriis ſuccurrere potius perſonæ conſanguineæ vti propinquiori, efficit, vt ius diſpenſationis, cuius habet, clericus, & executor poteſtatem proximius reſpiciat perſonam conſanguineam, quàm extraneam: In differentia enim eorum bonorum ratione habentis ius diſpenſandi determinatur, eo quod ille charitate ſtrictius tenetur perſonæ conſanguineæ, vt ſic potius debeat conſanguineæ ſubuenire, quam extraneæ: nam vt diſpenſator habet poteſtatem illius iuris, ac proinde illo debet vti, primo circa perſonam, cui per ſe primo obligatur ſicut in rebus propriis hac ratione tenetur, vnde Silueſter, *verbo, clericus* 4. *quæſt*, 15. *ad finem* dixit, & benè reditus, ſeu fructus Eccleſiaſticos ſuperfluos honeſta ſuſtentationi beneficiarij, eſſe pauperum, & inter pauperes cæteris paribus, eorum qui magis coniuncti ſunt,

205 An hæredes, & ſucceſſores patris teneantur ad idem onus dotandi filios ſpurios Teſtatoris *infrà cap. 6.* vbi de obligatione hæredum patris, & aui paterni dotandi filias, & neptes legitimas.

206 Vtrum vaſſalli, & ſubditi obligati contribuere Principi vel Domino feudi pro eius filiabus dotandis teneantur etiam contribuere pro dotandis filiabus ſpuriis affirmatum eſt *ſuprà hoc c. n.* 189. & tradunt Doctores *ibid.* relati.

Dos filiæ ſpuriæ, vel eius marito data ea defuncta ad quos tranſeat.

207 An vero dos ſpuriæ, vel eius marito data in fundo, vel alia re reddente fructus annuos ſufficientes ad congrua alimenta, vel data in pecunia ea mortua debeat reſtitui patri, vel eius hæredibus, an potius tranſmittatur ad ſpuriæ hæredes, quæſtio eſt valde apud viros peritos controuerſa, de qua latè egi *in præcedenti parte de alimentorum oblig. d. cap. 6. à n.* 238. *ad* 245. & ibi tradita ſummariè noto.

Pro certo habent Doctores communiter (vt *d. c. 6. n.* 38. dixi & probaui) ſi fructus, ſeu redditus fundi à patre relicti, vel dati in dotem, vel alterius rei legatæ, vel traditæ, pro dote ſpuriæ, vna cum valore proprietatis, ſeu capitalis non excedunt æſtimationem ſeu valorem omnium alimentorum totius vitæ ſpuriæ iuxta computationem, & formam *l. hæreditatum ff. ad l. falcidiam*, proprietatem, ſeu capitale dotis ſpuriæ pleno iure acquiri, & ea defuncta tranſire ad quoſcumque illius hæredes ab inteſtato, & ex teſtamento.

208 Item, ſi extet ſtatutum, quod vxore ſine liberis decedente maritus dotem lucretur filia ſpuria præmoriente ſine filiis maritum dotem lucrari iuxta formam ſtatuti, etiam ſi ſoli fructus proprietatis, vel capitalis dotalis ſufficerent alimenta ſpuriæ, tradunt Rolandus *de lucro dotis quæſt* 94. communiter Doctores à me *d. c. 6. n.* 239. relati, quib. addo alios allegantes Tuſchus *verbo Dos concl.* 780. *n.* 125. *&* 130. & idem dicendum ſi in conſtitutione dotis à patre facta interuenerit pactum quòd filia ſpuria ſine liberis decedente maritus dotem lucraretur, tradunt alij Doctores à me *dict. numero* 239. *in fine*, relati quibus addo Beroum *conſil.* 265. *numero* 34. *lib.* 2. & Tuſchum *d. concluſ.* 780. *numero* 123.

209 Seclnſo autem ſtatuto, & pacto, attento tantùm iure ciuili communi dotem, cuius fructus ſufficiunt ad alimenta ſpuriæ ea defuncta etiam filiis relictis reuerti ad patrem dotantem, vel ad eius hæredes ſentiunt plurimi Iuriſperiti, quos latè refero *d. cap. 6. n.* 240. & alij relati à Tuſcho *d. concluſ.* 780. *n.* 112. quibus addo Antonium Fabrum *lib.* 5. *ſui Codicis tit.* 16. *de natur. liber definitione* 9. & ex Theologis Rebellum *de obligat. iuſt. p.* 2. *l.* 5. *q.* 8. *n.* 11. & Villalobum *in ſum. p.* 2. *tr.* 27. *d. definitione* 3. *nu.* 7. Qui omnes ſunt moti ea potiſſimum ratione (vt *d. c. 6. citato n.* 240. notaui) quòd dos ſpuriæ, cum ſuccedat loco alimentorum iuxta *ſuprà* tradita, cenſeri debet eodem iure alimentorum, cum ſubrogatũ ſapiat naturam eius, in cuius locum ſubrogatur, *leg. ſi quis §. qui iniuriarum ff. ſi quis cautio*, & aliis iuribus *d. n.* 240. allegatis: alimenta autem cum vita finiuntur vt *d. c. 6. n.* 223. ſcripſi, quare Faber *dict. definitione* 9. docet quod filia ſpuria dotem petens cogenda eſt cauere ſaltem iuratoriè, ſi aliter non poſſit, de dote ſoluto matrimonio patri, vel patris hæredibus reſtituenda licet addat non teneri cautionem fideiuſſoriam cum ſit difficile, vt fideiuſſorem inueniat, qui bona nulla habet *l.* 2. *§. penult. ff. de iudiciis*, & ſtante hac opinione, vt dos filiæ ſpuriæ ea defuncta tranſeat ad eius filios, Bartholus *loco citato cap. 6. nu.* 241. allegato, propoſuit, cautelam, vt pater relinquens, vel conſtituens dotem pro filia apponat clauſulam, quod filia mortua eadem dos ſit liorum, quam cautelam approbant alij à me *d. n.* 241. relati, & Tuſchus *d. concl.* 780. *n.* 129.

Alij vero diſtinguentes tenent defuncta filia ſpuria ſine liberis dotem redire ad patrem vel eius hæredes, ſi autem extent filij, ad hos tranſire, Iuriſperitos huius ſententiæ non paucos refero *d. cap. 6. num.* 244. quibus addo plures alios, allegantes Tuſchum *verbo dos dicta concl.* 780. *n.* 115. 118. 119. *&* 120. & Genuenſem in practicalibus Eccleſiaſticis *q.* 410. cuius ſententiæ quoad ſeruandam partem fundamenta poſui *d. n.* 244. & ſumpta ſunt tum ex obligatione patris ſpuriæ alendi eius filios, tum ex eo, quod dos non datur ſolum pro alimentis filiæ ſpuriæ, ſed pro aliis oneribus matrimonij inter quæ educatio filiorum, tum ex conſuetudine Martini, iuxta quam dos filiæ legitimæ defunctæ relictis liberis ad eos tranſit, quæ obſeruanda eſt etiam in dote ſpuriæ, ſicut, & in ea obſeruatur ſtatutum de lucro dotis, *&* *num.* 208. notatum eſt, tum denique, quia alioqui filia non inueniret maritum, & ſic non eſſet prouiſum neceſſitati ipſius, & menti ſacrorum canonum *in c. cum haberet, de eo, qui duxit.* 210

Alij abſolutè aſſerunt præfatam dotem filiæ ſpuriæ ea mortua tranſire ad quoſcumq; illius hæredes, ſiue ab inteſtato, ſiue ex teſtamento, ſi de illa diſponat, Doctores plures, & graues huius ſententiæ refero *d. c. 6. n.* 242. ita etiã in terminis ſentiunt Lupus, Roland. Cancerius, & Fontanella *locis ſupra hoc capite n.* 188. *relatis*, quibus addo Tuſchum *d. concl.* 780. *n.* 116. *&* 117. & Cancerium *var. reſol. to.* 3. *c.* 21. *nu.* 219. & iuxta hanc ſententiam fuiſſe à ſuo ſenatu Cataloniæ iudicatum referunt *locis d. n.* 188. *citatis* Cancerius, & Fontanella, eo enim ipſo quod dos filiæ ſpuriæ, & ſemel ſeparata à patrimonio, ſeu bonis patris, acquiritur pleno iure eidem filiæ, & efficitur, atque eſt proprium filiæ patrimonium ab ipſa alienabile, & de qua poteſt diſponere, quemadmodum dos data filiæ emancipatæ ei acquiritur, & de ea poteſt diſponere, quæ omnia tradita, & probata ſunt *d. cap. 6. num.* 242. *&* *hoc cap. d. n.* 188. & hanc ſententiam, puto præferendam aliis duabus, & primum cenſeo minus probabilem, & æquitati minimè conſonam, vtpotè impedimentum ponente matrimonio filiarum ſpuriarum, & præbente occaſionem illis meretricandi videantur tradita *locis citatis*, & quæ *d. c.* 6. latè ſcripſi de ſpuriorum capacitate quoad alimenta, & dotes, & ſucceſſionem. Filiæ vero illegitimæ, & ſpuriæ patris Religioſi dotandæ onus ad quem ſpectet, explicatur *cap. ſequenti* ex traditis in præcedentibus infertur de 211

obligatione

obligatione patris dotandi filiam naturalem, vel ſpuriam infertur multo magis teneri patrem dotare filiam naturalem, aut ſpuriã per reſcriptum legitimatam, ſicut ſic legitimæ tenetur alimenta præbere vt *in præcedenti tract. de alimentis, cap. 6. n. 178.* probatum eſt, & tradunt Alciatus *conſ.* 209. & latiſſimè Surdus *de alimen. tit. 1. q. 8.* Nam legitimatio accedens non debet quidquam filiis detrahere, ſed fauorem ſuperaddere, & præterea legitimati nihil differunt à legitimè natis ſed eis in omnibus ſunt æquiparati *§. ſi igitur auth. quib. mod. natur. efficiamur legit. & §. quoniam auth. quib. mod. natur. efficiantur ſui*, & latè Marta *de ſucceſſ. p. 1. q. 18. art. 1.* vnde legitimatus debet inſtitui, & poteſt rumpere, & dicere nullum teſtamentum, vt legitimus, vt aliis relatis Surdus, & Marta *locis allegatis*. Quare etiam pro dotanda filia naturali, ſed ſpuria legitimata poſſunt alienari bona fideicommiſſi paterni, vt poſt Rom. *conſ.* 63. Marta *de ſucceſſ. part. 4. quæſt. 21. art. 10. num 28.* & Hodierna *in annot. ad deciſ. 61. Surdi n. 114. de quo inf. à cap. 15. n. 187.*

§. XVI.

Pater filiam ſemel dotatam, aut an iterum, & ter, & pluries teneatur dotare ſi filia dotem datam omiſerit, vel conſumpſerit?

212 SI dos ſemel à patre pro filia Genero data amiſſa ſit, vel conſumpta à Genero patrem conſtante eodem matrimonio licet etiam dos ſit amiſſa, aut conſumpta ſine filiorum culpa, non teneri nouam dotem eidem filiæ conſtituere tanquam rem indubitatam aſſerunt Ruinus *conſ.* 120. *num.* 8. *lib.* 5. P. Barboſa *in l. 1. p. 4. num. 30. & num. 141. verſ. & aduerte, ff. ſol. matrimon.* Stephanus Gratianus *tom. 3. cap. 466. num. 2. & tom. 4. cap.* 689. *num.* 40. (vbi dicit ita tenere communiter Doctores) & Rebellus *de obligatione iuſt. p. 2. lib. 5. quæſt. 4. n. 21.* Probant per textum *in l. pater filiæ 71. ff. de euictionibus*, quo loci pater, qui emeret fundum dedit illum filiæ in dotem, quod poſtea fuit à genero euictum, & ſi filia remanſit ſine dote, ſeu indotata, ac ſi numquam fundus in dotem datus eſſet, & dubitabatur an pater conſtante matrimonio poſſit agere de euictione contra eum, qui ſibi fundum vendiderat, attento quod patris non intereſſet, niſi in caſu ſoluti matrimonij, & reſpondetur, quod ante ſolutum matrimonium poſſit agere de euictione aduerſus illum, à quo fundum euictum acceperat attenta affectione paterna, ſcilicet, quia affectio paterna hoc ſuaderet, non tamen ibi cogitur pater nouam dotem genero dare, quia, & ſi res in dotem data fuit euicta, tamen cum jam verè ſemel dotem genero dederit, videtur ſuo officio ſatisfeciſſe, & ita gener non poteſt aduerſum eum agere de euictione, *l. 1. cum gloſſ. C. de iure dotium*, ſed ſecurus remanet, vt notarunt Ruinus *loco citato*, Menochius *de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 189. num. 69.* P. Barboſa videndus *d. p. 4. n. 29 verſic. non obſtat, & eitato n. 30.* (de cuius tamen *l. pater filiæ* intellectu *infrà cap. 17. n. 13. verſ. ex quib.*) tametſi ſoluto matrimonio filiæ iterum nubenti teneatur, & cogi poſſet nouam dotem conſtituere, vt *infrà* probatur quare ſi Corduba à Lara, dum *in l. ſi quis à liberis §. idem Iudex num. 12.* dixit Socerum, qui dotem tradit genero, quam ſibi reſtitutam gener exhauſit, non teneri ſecundo filiam dotare, intelligit conſtante matrimonio, dictum illius admittendum, ſecus ſi intelligit non teneri etiam poſt ſolutum matrimonium volente iterum nubere filia, ſi ſine culpa dos fuerit conſumpta à marito, ob inopiam affecto minus idoneo ad eiuſdem dotis reſtitutionem: nam aliud dicendum, ſi marito delapidante, ſeu conſumente bona, & vergente ad inopiam, ipſa eum potuiſſet, & debuiſſet petere dotem, antequam maritus redderetur ob inopiam impotens ad illius reſtitutionem, culpabiliter neglexerit, & in hoc caſu loquuntur Doctores à Corduba *d. n. 12.* relati.

Difficultas ergo eſt, an filiæ, cuius dos ſemel à patre tradita amiſſa eſt, & periit ſiue conſtante priori matrimonio, ſiue poſt illud ſolutum, & eandem dotem ab hæredibus mariti reſtitutam, volenti ſecundo nubere pater teneatur nonam dotem conſtituere, & dare, quæ difficultas poteſt procedere, primo quando dos amiſſa eſt, vel periit ſine culpa putà caſmate vel incendio, vel conſumpta ad ſuccurrendum eidem filiæ in infirmitatibus diuturnis, aut aliis neceſſitatibus, quibus aliter non potuerit ſibi ſubuenire, vel ſi conſumpta eſt priori conſtante matrimonio à marito, qui poſtea ad inopiam fuerit redactus, & factus impotens, non poſſit illi ad culpam imputari, quod eodem marito ad inopiam vergente non præuenerit petendo dotem reſtitui, vel in loco tuto collocari, ſecundo, ſi ex culpa eiuſdem filiæ dos ſiue conſtante priori matrimonio ſiue poſt illud ſolutum, & dotem reſtitutam fuerit amiſſa, aut conſumpta. 213

Et quidem licet dos fuerit amiſſa, aut conſumpta abſque filiæ culpa, patrem non teneri iterum dotare filiam nubentem ſecundo nubere, aſſeruit Socinus *in l. 2 §. quod ſi in patris n. 16. ff. ſoluto matrim. id colligunt ex d. l. pater filiæ, ff. de euictionibus*, vbi fundo à patre nomine dotis tradito genero euicto pater non cogitur nouam dotem filiæ conſtituere.

At communis, & recepta ſententia eſt, quod pater filiæ iterum nubenti teneatur iterum dotem dare, quando, abſque dolo, & culpa filiæ dos ſemel data fuit amiſſa, aut conſumpta: ita Bartholus, Angelus, Imola, Cynus, Caſtrus *in l. 2. §. 1. ff. ſol. mat. ibidem* Ripa *n. 7.* Boërius *deciſ.* 131. *num.* 3. Campegius *de dote parte 1. quæſt. 15. & quæſt. 26.* Tiraquellus *in l. boues §. hoc ſermone, limit. 9. num. 4. ff. de verb. ſignif.* Menochius *de arbitrar. caſu 182. num. 55.* Peregrinus *de fideicommiſſ. art. 42. num. 88.* Lud. Molin. *de primogen. lib. 2. c. 16. numero 23. & 25.* Spino *in ſpeculo Gloſſ. 11. num. 42.* Coſta *de remed. 65. n. 8.* P. Barboſa *in d. l. 1. p. 4. n. 4. n. 11. num. 30. & num. 141.* Giurba *deciſ. 5. num. 39. & ſeqq.* Surdus *de alim. ti. 7. q. 5. n. 5.* Faber *lib. 5. C. tit. 6. definit. 13.* Canecerius *var. reſ. p. 1. c. 3. n. 3.* Oſaſcus *deciſ. 124. n. 5.* Fontanella *de pactis nupt. clauſ. 5. Gloſſ. 1. p. 1. n. 69. & pluribus ſeqq.* Merlinus *de legitima lib. 2. tit. 2. q. 30. n. 6.* Tuſchus *verbo dos, concl.* 781. Stephanus Gratianus *diſcept. forenſ. tom. 3 c. 466. n. 2. & ſeqq. & tom. 4. c. 689. n. 11. & 12.* Mangilius *de imput. q. 164.* alij Iuriſperiti apud eoſdẽ, & ex Theologis Molina *de iuſt. to. 3. diſp. 636. numero 14.* Rebellus *loco ſuprà allegato*, Fagundez *in decalogum lib. 4. c. 16. num. 20.* & Fragoſus *de regim. Chr. Reipu. p. 3. diſp. 5. num. 49. ego ipſe in præcedenti parte de alimentorum obligatione cap. 7. num. 559.* Probatur hæc ſententia primo per textum *in auth. quod locum, Codic. de collationibus*, vbi decernitur, quod ſi dos à patre pro filia data genero ſit amiſſa ſeu deperdita, quia illius vir eſſet effectus inops, & filiæ non poſſit ad culpam imputari, quod marito ad inopiam vergente dotem nõ exegerit, non tenetur eadem filia talem dotem imputare in legitimam poſt mortem patris, ſed ſufficit quod conferat illam actionem, quam habet contra virum etiam inanem, eamque cedet fratribus, & ſic tantum habeat quantum quilibet ex aliis fratribus, ex quo aperte infertur in tali caſu amittet dotem abſque filiæ culpa, ſaltem ſoluto matrimonio per mortem viri filiam iterum à patre eſſe redotandam ex eo enim, quod non debet in legitimam computari, concluditur iterum debere dotari: ſecundò probatur quia pater ex diſpoſitione legali, *l. qui liberos, ff. de ritu nupt. & l. finali, Codic. de* 214

dotis promiſſione (vt *ſuprà hoc cap.* §. *ſecundo* : latè probatur) teneatur filiam dotare propter matrimonium, ſcilicet vt poſſit matrimonium contrahere, quod ſine dote illi impediretur, quod eſt cauſa finalis inductiua talis obligationis legalis, & neceſſitatis dotandi filiam, ergo toties pater tenetur dotare filiam quoties remanet eadem cauſa finalis ipſius obligationis inductiua, & ſic quoties filia nubit, ſeu nubere vult, ſic dote ſemel data filiæ amiſſa vel deperdita abſque eius culpa pater illam volentem nubere tenetur redotare, quia alias non poſſet faciliter nubere, & impediretur matrimonium contra finem diſpoſitionis præfatæ legalis obligantis patrem ad dotandas filias. Neque obſtat quod ex primo actu ſolutionis obligatio ceſſet, *l. prout quiſque* 80. *ff. de ſol.* nam id procedit in obligatione conuentionali, non in legali, quæ eſt contra patrem, illa enim durat quantum, remanet cauſa ſimilis inductiua ipſius obligationis Bald. *in l. qui per ſalutem* 33. *ff. de iure iurand.* Boërius vbi *ſup.* Campegius *d. q.* 26. adducens Textum *in l. ſi is à quo, ff. vt in poſſeſſ. leg. & in l.* 2. *ff. de fideiuſſ.* Merlinus *dict. quæſt.* 30. *n.* 6. Gratianus *d. cap.* 466. *num.* 5. & alij præallegati. Textus vero *in l. pater filiæ loquitur* (vt *num. præcedenti* dictum eſt) quando conſtante matrimonio dos euicta fuit, quo caſu eodem matrimonio conſtante non cogitur ſocer genero nouam dotem dare, vt eodem *num. præcedenti* dictum eſt, ſed bene ſoluto matrimonio filiæ iterum nubenti cogitur nouam dotem conſtituere vt probatum eſt.

215 Procedit autem præfata communis ſententia (vt notauit in ſpecie Gratianus *d. cap.* 466. *n.* 3.) ſiue in totum dos ſit perdita ſiue pro parte tantum diminuta, nam ſemper pater tenetur ad tantumdem, cum officium paternum ſit dotem totam pro filia conſeruare, *auth. ſed quamvis, Cod. de rei vxor. actione* : niſi conditio patris fuiſſet facta deterior, & contigiſſet diminutio ſubſtantiæ illius, nam tunc non tenetur redotare, niſi in quantum eiuſdem ſubſtantiæ virtus eſt, *dict. auth. ſed quamvis.*

216 Procedit etiam non ſolum in filia exiſtente in patris poteſtate, vt voluit Socinus *in d. l.* 2. §. *quod ſi in patris numero* 15. *ſol. matr.* ſed etiam in filia emancipata, vt pater teneatur illam iterum dotare, ſi primam dotem caſu fortuito, & ſine ſua culpa amiſerit, cum quoad eius dotandi à pari procedant filia in poteſtate, & filia emancipata, vt *ſuprà hoc capite* §. *ſecundo* probatum eſt, & ita expreſsè tradunt Boërius *d. deciſ.* 131. *num.* 6. Ripa *in d. l.* 2. *d.* §. *quod ſi patris n.* 15. Lud. Molina *d. cap.* 16. *n.* 25. P. Barboſa *d. p.* 4. *num.* 4. Merlinus *d. q.* 30. *num.* 2. & alij apud eoſdem.

217 Procedit quoque in filiabus illegitimis pure naturalibus, & etiam ſpuriis, quæ pariter quoad onus dotandi iuxta ius, ſiue ciuile, ſiue canonicum, & Doctores communiter filiabus legitimis (excepto quod illis minor dos debetur, & ſolũ quando ſunt pauperes, æquantur, vt ex traditis *in præcedentibus duobus Paragraphis* conſtat, & notatum eſt in terminis, *ſuprà hoc c. n.* 196. prædicta ſi dos ſit deperdita abſque culpa filiæ, procedere etiam, ſi filia vidua nollet tranſire ad ſecundas nuptias, ſed vellet, permanere in viduitate, tradit Gratianus *d. c.* 689. *n.* 40. & 41. aſſerentes etiam in hoc caſu filiam dote ſine eius culpa amiſſa eſſe à patre redotandam: nam licet Caſtrus, & alij plures, & ferè omnes *ex citatis ſuprà n.* 214. aſſerunt patrem non teneri redotare filiã durante priori matrimonio, teneri autem illo ſoluto, ſi conſtringeret ſecundum matrimonium, non tamen ex hoc (inquit Gratianus) ſequitur, quod ſi filia vidua permanſerit in viduitate, vel voluerit effici monialis, non ſit redotanda; eo quod non valeat in hac ſpecie argumentum à contrario ſenſu, per tradita ab Euerardo *arg.* 82. *à contrario ſenſu*, Surdo *conſ.* 85. *n.* 59. *l.* 1. & aliis ab eodem Gratiano relatis.

218 Si vero dos ſit amiſſa, aut conſumpta, & perdita ex dolo, vel culpa filiæ, & ſi Gloſſa *in d. l.* 2. §. 1. *verbo, dos, & in l. ſi cum dotem, verbo ſupereſt, ff. ſolut. matr.* abſolutè, & ſine diſtinctione dicit, patrem teneri iterum dotare filiam, quæ priorem dotem conſumpſit, vel amiſit, & ſic videtur ſentire eſſe à patre redotandam tametſi culpa filiæ ſit dos prima deperdita, nihilominus Doctores communiter aſſerunt non teneri patrem iterum dotare filiam, quando dos ſemel ei data dolo, vel culpa ipſius amiſſa, aut conſumpta eſt, ita Barbobus, Ripa, & alij ſcribentes *in d. l.* 2. §. *quod ſi patris, ff. ſolut. matr. n.* 214. relati, Menochius, Campegius, Cancerius Merlinus, Oſaſcus, Mangilius, *locis eodem n.* 214. allegaris, Lud. Mol. *d. c.* 16. *n.* 23. P. Barboſ. *d. p.* 4. *n.* 30. Giurba *d. deciſ.* 5. *n.* 10. Corduba à Lara *in d. l. ſi quis à liberis d.* §. *idem Iudex citato n.* 23. Fontanella *d. p.* 1. *num.* 72. & innumeri alij Iuriſperiti à Menoch. Ludouico Molina, Giurba, & Corduba, relati, & ex Theologis Molina, Rebellus, Fagundex, & Fragoſus *locis ſuprà n.* 214. *relatis*, & pro hac communi ſententia ſtant etiam omnes Doctores aſſerentes patrem filio, qui legitimam acceptam doloſè, vel culpa ſua conſumpſit, & ad egeſtatem eſt redactus, non teneri præbere alimenta, quos Doctores refero *in præcedenti parte de aliment. obligat. c.* 10. *n.* 666. Hanc ſententiam apertè probat Textus in *d. auth. quod locum, codice de collationibus*, vbi filia computat in legitimam dotem, quam ſua culpa à viro vergente ad inopiam non exegit. Probant etiam tradita *d. c.* 10. *citato n.* 666. ad probandum, patrem qui filio pro alimentis cõſignauit ſuam legitimam ab eo poſtea doloſè, vel illius culpa conſumptam, non teneri eidem filio egenti noua alimenta præſtare & præſertim quod illi imputandum ſit, qui in neceſſitatem ſua culpa cecidit videantur alia *ibidem* tradita, quibus addi poteſt, quod alioqui præberetur occaſio neglıgẽtiæ, & culpæ, & male diſſipandi dotem ſemel acceptam excipitur (vt notat Campegius *d. q.* 15.) caſus in *l. ſi cum dotem* §. 1. *ff. ſol. matr.* ſcilicet, ſi filiæfamilias poſt ſolutum matrimonium citra patris voluntatem exigenti dotem à mariti hæredibus fuerat dos ſoluta, quam ipſa conſumpſerit, & perdiderit, licet enim filia dolo, vel culpabiliter conſumpſerit dotem, tamen pater tenetur ad eam volentem nubere redotandam, eo quia non agitur de præjudicio eiuſdem patris, cum habeat regreſſum contra ipſum maritum vel eius hæredes, vt *eodem* §. *primo* dicitur

219 Vtrum vero ſi filia non ex dolo, aut ex lata culpa, ſed tantum ex leui, vel leuiſſima culpa amiſerit, ſeu conſumpſerit dotem ſemel datam, Baldus *in d. auth. quod locum*, Bartholus *ibidem*, Doctores alij, *n. præcedenti, & n.* 214. relati præter Campegium, Oſaſcum, Giurbam, & Fontanellam, aſſerunt ſimpliciter, patrem non teneri iterum dotare filiam: quando ipſa dolo, vel culpa ſua perdidit dotem, & ſic videntur ſentire patrem non teneri redotare, tametſi ex ſola culpa leui, vel leuiſſima dotem datam amiſerit ſeu perdiderit, Campegius *d. q.* 15. Oſaſcus *d. deciſ.* 124. *n.* 5. Giurba *d. deciſ.* 5. *num.* 39. *initio*, & Fontanella *d. p.* 1. *num.* 7. ſentiunt patrem teneri iterum redotare, ſi ex ſola leuiſſima culpa filia dotem datam amiſerit, vel conſumpſerit, ſecus ſi ex alia culpa etiam tantum leui, Cynus vero in *d. auth. quod locum C. de collationibus*, tenet patrem non teneri redotare filiam, quando dotem conſumpſiſſet dolo, vel lata culpa, ſecus vero ſi conſumpſiſſet ſolum culpa leui, & pro hac Cyni opinione ſtant Doctores à me, *in d. præced. parte de aliment. obligat. d. c.* 10. *n.* 175. relati aſſerentes, ſi filius ex culpa leui tantũ bona ſibi tradita pro ſuis alimentis conſumpſerit, non teneri patrem ei præſtare alimenta ſtatui congrua, nam ob leuem culpam nõ videntur filius, & filia priuandi priuilegio iuris, quod habẽt cõſequendi alimenta vel dotem, ſi aliunde nõ habent.

Quid

220 Quid etiamſi filia dotem amiſerit quidem culpa ſua, ſed tamen culpa non præmeditata neque ordinata ad caſum, puta ſi caſu homicidium commiſerit, & vt à condemnatione, ſeu pœna vel fiſci vexatione ſe redimeret: bona data in dotem diſtraxit, vel pecuniam dotalem conſumpſit, neque aliunde habet, vt ſe dotare queat, an tunc pater teneatur illam iterum dotare, probabile eſt valde teneri eam redotare, eò quia culpa ad caſum non ordinata non ſit conſiderabilis iuxta Gloſſam *in cap. quia diuerſitatem*, verbo, ſuſpenſas, de conceſſione præbendarum, & alios Doctores, quos *d.cap.*11.*n.*683. refero, & ita nporter, ſentiant alij Doctores relati à me, *d.num.*683. tenentes patrem teneri exhibere alimenta filio, qui bona pro alimentis ei tradita conſumpſit ex culpa non ordinata ad caſum videntur *ibidem* tradita, vbi *num.*684. refero contrarium tenentes.

221 Cæterum, ſicut pater filio; qui doloſe, vel ſui culpa etiam lata, puta dando ſcortis, ludendo, aut nimis laute viuendo conſumpſit bona pro alimentis ſibi à patre tradita, & ad egeſtatem redactus eſt, tenetur præbere alimenta ſuſtentationi vitæ, præcisè, & ſimpliciter neceſſaria, ne fame pereat, vt probaui *d.cap.* 10. *nu.*681. & tradunt Doctores *ibidem* citati, & poſt alios Oſaſcus *d.deciſ.*124.*num.*9.10.*&* 14. cum præfata alimenta à patre iure naturali debeantur, & nullo euentu tolli poſſint, niſi vbi filius plecti mereretur vt *dicto num.*681. notatum eſt, & *aliis locis ibidem indicatis* probatum, ita etiam filiæ, quæ ſua culpa etiam læſa amiſit, ſeu perdidit dotem ſibi datam, tenetur pater præſtare alimenta vitæ ſuſtentationi ſimpliciter neceſſaria, ſi aliunde non poſſit honeſtè habere, ob eandem rationem, & expreſsè tradit Oſaſcus, *d.deciſ.* 124.*num.*15. & etiam Paſchalis *de viribus patria poteſt. lib.*3.*c.*5.*n.*17.*verſic. Hinc eſt*, *&* *ibidem* Pratus *in annot. verſic. ſic ad eundem.* Immo etiam eidem nubere volenti tenetur pater nouam dare dotem congruam ad præfata alimenta ſimpliciter vitæ ſuſtentationi neceſſaria. Dos enim & alimenta æquiparantur, quando agitur de alimentis, & dote non congruis iuxta dignitatem, & ſtatum perſonarum, & diuitias paternas, ſed ſolum de alimentis ad vitam ſuſtentandam ſimpliciter neceſſariis, & de dote quoad quantitatem eorumdem alimentorum ſimpliciter neceſſariorum ad vitæ ſuſtentationem, & ſic valet argumentum affirmatiuè, & negatiuè de alimentis ad dotem, & è contra, vt tradit Giurba, *d.deciſ.*5. *nu.*51. poſt Panormitanum *in cap. cum haberet n.*5. *de eo, qui duxit in matr.* Bartholum *in l. fin. ff. de his, quib. vt indign.* Lud. Molina *d. primogeniis l.*2. *cap.*15. *&* 16. *dec.*26.*n.*60. *videantur tradita ſuprà hoc cap. num.*110.125. *&* 137 *ad* 140.

Hucuſque autem tradita de obligatione patris redotandi filiam, quæ amiſit dotem, procedunt etiam in filia illegitima naturali, vel ſpuria, quam ſemel dotatam, ſi ſine culpa dotem amiſerit, patrem eam iterum dotare debere videtur omninò indubitatum, cum ſit officium patris proprium alere, & dotare filias, non ſolum legitimas, ſed, & illegitimas, & naturales, & ſpurios, vt *ſuprà* probatum eſt, & in hac noua dote præſtanda, ſicut in prima conſtituenda militet eadem ratio æquitatis, charitatis, & coniunctionis ſanguinis, & etiam euitandi periculum pudicitiæ, & ſicut quando aliquid à patre loco alimentorum datum eſt, ſi amiſſum fuerit, ſaltem abſque culpa, iterum alimenta à patre ſunt præſtanda, vt *in præcedenti parte de alimentorum obligat. cap.*10.*n.*776. probatum eſt: ita etiam priori dote amiſſa, noua erit conſtituenda cum ſuccedat loco alimentorum, vnde audiendus non eſt Fagundez contrarium ſentiens *in decal. lib.*4.*c.*17.*n.*10.

§. XVII.

Quandonam pater excuſatur à dotandis filiabus, vel poſſit illis dotem denegare.

De pluribus, quæ poſſent hic diſcuti actum eſt ample hoc *capite in præcedentibus hoc paragrapho*: explicabuntur ſolum ea, de quibus nihil, vel non plene actum.

Pater inops excuſatur à dotandis filiabus.

222 Inprimis igitur, ſicut pater inops, & egenus, qui non habet vnde ſe, & filium alere poſſit, non tenetur filium alere, vt tradidi *in præcedenti parte de alimentorum obligat. cap.*10. *num.*643. ita idem pater inops non tenetur ad dotandam filiam, vt conſtat *ex l. fin. §. vbi autem, C. de dotis promiſſione*, & tradunt omnes Doctores *in d. l. fin.* ſcribentes, alij *ſupra hoc cap. nu.*53. 54. 55. *&* 84. *relati*, & cæteri omnes Aſcanus Clemens, *de patr. poteſt. effect.*11.*num.*21. Tuſchus, *verbo dos, concl.*780.*n.*16. Gayllus *obſeru. pract. l.*2. *obſeru.* 95. *num.*2. Mantica *de tacit. & ambig. conu. l.*12.*tit.*16. *num.*16. Fontanella *de pactis nupt. clauſ.*5. *Gloſſ.*1.*p.*3. *num.*38. Borellus *in ſumm. deciſ. part.* 3. *tit.*3. *num.*35. & apud eoſdem alij, & probant tradita à me, *d.cap.*2. *allegato num.*643. charitas enim ordinata incipit à ſe ipſo, & quilibet ſibi magis, quam aliis prouidere tenetur, vt *d.num.*643. oſtenſum eſt.

223 Quemadmodum vero pater intelligitur inops, vt non teneatur alere filium, quando ex redditibus ſui patrimonij non poteſt filium commodè alere, & ſe ipſum honeſtè iuxta exiſtimationem, & conditionem ſui ſtatus, vt tradidi *d.c.*10.*n.*644. ita in præſenti, pater intelligitur inops, ſi dote pro filia ſoluta non remaneant ſibi tot bona, ex quorum fructibus, ſeu redditibus poſſit ſe, & familiam alere attenta dignitate, ſeu conditione ſtatus ſui, id quod conſtat ex traditis, *ſupr. hoc c.n.*84. & tradunt Doctores eodem *num.*84. relati, & etiam relati, *n.*85. & Mantica *d.n.*16. & præter rationes *d.n.* 84. adductas *dicto cap.*10. *allegato numer.*644. adduxi illam rationem, quod illud tantum dicimus poſſe facere, quod facere poſſumus ſalua honeſtate, & exiſtimatione, & dum dicitur debere patri remanere tot bona &c. intelligitur deducto ære alieno ſeu aliis debitis, quibus ſit grauatus vt notatum eſt, *ſuprà d.n.*84. & tradunt Iaſon *in §. fuerat n.*16. *inſtit. de action.* Tuſchus *loco ſuprà allegato*, & P. Barboſa *loco ſuprà d.num.* 84. *relato*, & conſtat *ex leg. nepos Proculo* 125. *ff. de verb. ſignif.*

Dixi *ex fructibus, ſeu redditibus &c.* quia ad cognoſcendum, an pater poſſit ſe, & familiam honeſtè alere, & dotem filiæ dare, attendi debeat redditus bonorum, non quantitas patrimonij, ſicut, & cum agitur an pater poſſit alere ſe, & filium, vt probaui Doctoribus allegatis *d. c.*10. *nu.* 646. ſicut enim alimenta ſunt præſtanda de lucro, non de capitali, *l.*3.*§.*1.*ff. vbi pupill. debeat educari*, & latè tradidi in *d. præcedenti parte de alimentorum obligat. cap.*13.

224 Vtrum autem quoad forum exterius oporteat conſtare patrem habere hos redditus ſufficientes tempore litis conteſtatæ, vel tempore ſententiæ, & non ſufficere, ſi probatur, quod aliquando habebat capitale, ex quo lucrabatur: Affirmandum debere conſtare de tempore litis conteſtatæ, vel tempore ſententiæ, ſeu de tempore dandæ dotis, ſicut quoad neceſſitatem præſtandi alimenta tradidi, *d.cap.*10. *n.*646. & quoad dotationem videtur ſatis conſtare ex *d. l. fin. d. §. vbi autem, C. de dotis promiſſione.*

225 Ad patrem verò ſpectaret onus probandi, quod redditus non ſufficerent ad alendum ſe, & familiam, & ad dotandam filiam, ſicut & ad patrem ſpectat onus probandi redditus ſui patrimonij non ſufficere pro alendo ſe, & filiam, vt excuſetur à præſtandis filio alimentis (vt *d. cap.* 10. *num.* 647.) quia filia habet pro ſe regulam, & certum eſt patrem de iure teneri filiam dotare, & vbi paupertas ab aliquo allegatur, eſt per illum probanda, vt probaui *d. n.* 647. & *in eadem præcedenti parte de aliment. obligat. c.* 17. *n.* 1046.

226 Si autem pater ob paupertatem deductis alimentis pro ſe, & familia non poſſet quidem totam dotem filiæ dare poſſet autem partem eo quod deductis præfatis alimentis aliquid de illius bonis ſeu redditibus ſuperſit, dare teneatur, vt colligitur *ex d. l. fin. d. §. vbi autem ibi poterat enim*, & conſtat ex traditis *ſupra hoc cap. d. n.* 84. & ex Doctoribus *ibid.* allegatis, ab eo enim, quod dare poteſt, nō liberatur, cum dos recipiat diuiſionem, quoad quantitatem; quo pacto *d. c.* 10. *n.* 645. probaui patrem, qui non poteſt integrè alimenta præſtare filio, poteſt autem partem, hanc teneri præſtare.

227 Quid verò ſi pater malè vtatur bonis, illa prodigè diſſipando, vel malè adminiſtrando, vt ſit periculum, ne poſſit filia dotari, an poſſit, per iudicem cogere patrem ſibi aſſignare tantum in eius bonis, quod illi ſufficiat pro dote, & alimentis? Affirmandum per tradita *in præcedenti parte de alimentorum oblig. d. c.* 10. *n.* 6. *d. nu.* 647. *verſ. ſed quid*, ad probandum, quod patrem bonis malè vtentem, & diſſipantem cum periculo, ne poſſint eo ad inopiam redacto alimentari, filij per iudicem poſſunt cogere ſibi aſſignare tantū de eius bonis, quod illi ſufficiat, pro alimentis, ne alias illa diſpoſitione alimentis, & dotibus fraudantur, cum culpa patris priuari non debeant filij iure ſuo, vt ab eo alimententur, & dotentur, ſed illud ius debeat illis conſeruari ſaluū, quando id fieri poteſt, videantur alia tradita *d. verſ. ſed quid.*

228 Sed quid ſi pater inops in proprietate bonorum habuerit vſumfructum in bonis aduentitiis filiæ dotandæ, quæ non reperiat, qui velit eam ducere cum ſola proprietate bonorum cum ex ſola proprietate non poſſint onera matrimonij ſuſtineri, an pater teneatur ex hoc vſufructu filiam dotare: Affirmarunt Fontanella *d. p.* 3. *n.* 40. (dempto eo, quod pater opus habebit pro ſuis alimentis) ſaltem vſque ad quantitatem, quam expenſurus erat pro filiæ alimentis in ſua ipſius domo, & teſtatur ita ſentire Andream de Iſernia *ſuper* 3. *conſtit. Neap. tit. de adiutorio exigendo pro fratre milite, n.* 11. Boëtium *deciſ.* 7. *n.* 6. & Mandellum Album *conſ.* 274. *n.* 6. vbi ex Baldo *in l. fin. C. de dotis promiſſ.* dicit, quod, ſi pater non habet tot de propriis bonis, quæ ſufficerent ſibi pro competenti dote pro ipſa filia, cogeretur de præſenti dare tot de bonis maternis abſolutum, ſcilicet abſque detractione vſusfructus.

Si furioſus contraheret de facto matrimonium, & haberet filiam, an excuſaretur ab illa dotanda.

229 Vtrùm autem ſi furioſus, vel mente captus contraheret de facto matrimonium, quod ex defectu conſenſus eiuſdem furioſi vſu rationis tunc carentis eſſet inualidum, & haberet filiam, ſi poſtea reuerteretur ad ſanos mores, excuſaretur ab illa dotanda tanquam non liberè ſuſcepta: Non excuſari, ſed teneri illam dotare tradidit Baldus *in auth. res quæ in fin. C. comm. de leg.* & poſt eum Campegius *de dot. p.* 1. *q.* 17. *n.* 3. eſt enim eius filia, ac proinde ad ipſum ſpectat onus illam dotandi ſi idoneas ad dotandum facultates habeat: An verò teneatur dotare tanquam legitimam an vt purè naturalem, Campegius *eodem n.* 3. dicit, quod ſi poſtquam reſipuit, perſeuerauerit in eodem matrimonio, talis filia deberet dici legitima, quod eſt verum, ſi legitimè, & liberè conſenſerit in matrimonium perſeuerante priori conſenſu a muliere præſtito, ab initio, ſi verò non perſeueraret, Campegius *ibid.* relinquit cogitandum, an deberet filia dici legitima. Aſſerendum fore legitimam, ſi mulier bona fide credens non eſſe furioſum, neque mente captum, ſed liberè conſentientem, eum ab eo ſeruatis de iure ſeruandis matrimonium contraxerit, quia ad legitimitatem prolis ſufficit bona fides mulieris, ſeu alterius coniugis *cap. ex tenore qui filij ſint legitimi.*

Pater ex quibus cauſis poteſt filios, exhæredare, ſeu priuare legitima, poteſt, & filiabus dotem denegare.

Cæterùm ex quibus cauſis filia poteſt à patre exhæredari, ſeu priuari legitima poteſt etiā pater illi dotem denegare, vt notatum eſt *ſupra hoc cap. n.* 111. & tradunt communiter Doctores, quos citaui tum *d. num.* 111. *tum in præcedenti parte, c.* 10. *n.* 648. *tum in tractatu de contr. matr. cap.* 8. *n.* 35. & *cap.* 11. *n.* 139. quibus addo Manticam *de tacitis & ambig. conu. lib.* 13. *tit.* 16. *num.* 18. & ex Theologis Fragoſum *de regim. Chriſt. Reip. part.* 3. *diſp.* 5. §. 2. *nu.* 26. & idem aſſerunt innumeri alij ab iis Doctoribus allegati, quare certiſſimum èſt, quod ob quas cauſas filij poſſunt exhæredari, ſcilicet legitima, priuari, ob eadem poſſunt filiæ dote priuari, ſeu filiabus tanquam ingratis dos à patre poteſt denegari, ſi etiam ob eaſdem cauſas poſſunt filij alimentis priuari, vt omnibus præallegatis locis probaui, & colligitur, *ex §. idem index, l. ſi quis à liberis, ff. de lib. agnoſc.* vbi dicitur patrem poſſe denegare alimenta filio ingrato, qui eum detuliſſet, ex quo textu (vt notaui *d. c.* 10. *citato n.* 648.) *Gloſſ. ibid.* & alij Doctores *ibid.* & cæteri communiter conſtituere regulam generalem, quod de iure ciuili pater ex illis cauſis poteſt filio alimenta negare, ex quibus poteſt eum exhæredare, & ſic etiā ex iiſdem cauſis poteſt filias dote priuare, cum maior neceſſitas (vbi filia non ſit diues) videatur exhibendi alimenta, quam dotem: Aſſerunt etiā Doctores communiter (vt *d. cap.* 11. *allegato n.* 139.) eam rationem, quod dos ſuccedit locu legitimæ ſeu datur loco legitimæ, & cōſequenter bene infertur, *ex qua cauſa denegari poteſt legitima, poteſt, & dos*, videantur tradita *d. n.* 139. & tradita *hoc cap. n.* 126. Ad Patrem verò, qui denegaret dotem, ſpectat onus probandi, filiam fuiſſe ingratam, & ingratitudinis cauſam, cum id ſit ſuæ Intentionis fundamentum per Doctores à me *d. cap.* 10. *citato num.* 648. allegatos, & licet pater ex iiſdē cauſis ſufficientibus ad exhæredationem poſſit filiis, & filiabus alimenta, & dotes denegare, id tamen (iuxta probabiliorem ſententiam, & Doctores magis communiter à me *d. c.* 10. *n.* 650. relatos, & tradita *ſuprà hoc cap. n.* 110. 125. & 148.) intelligitur de alimentis pinguioribus, & de dote congrua iuxta ſtatum, & conditionem perſonarum, non de alimentis vitæ ſuſtentationi ſimpliciter neceſſariis, nec de dote vſque ad quantitatem eorundem alimentorum ſimpliciter vitæ ſuſtentandæ neceſſariorum, ſi filij, & filiæ ingrati aliunde non habeant, vt ſe alere poſſint, niſi cauſa exhæredationis, & ingratitudinis eius foret qualitatis, vt ex ea filius aut filia ad mortem damnari poſſet, nam eo caſu etiam alimentis vitæ ſuſtentationi ſimplices neceſſariis à patre viuente priuari poſſet, vt *d. cap.* 10. *num.* 651. notaui, & tradunt Doctores *ibid.* allegati. 230

Sicut verò pater filiæ ingratæ, & indignæ, vt exhæredari poſſit, non tenetur dotem dare, ita etiam filiæ à patre viuente iuſtè exhæredatæ, eiuſdem patris hæres etiam extraneus non tenetur dotem dare, niſi vſque ad quantitatem alimentorum & ad vitam ſuſtentandam ſimpliciter neceſſariorum, niſi ex cauſa exhæredationis filia vltimo ſupplicio veniret punienda, cum 235

ad hæredem tranſeat tantum ea obligatio, qua vivens tenebatur, vt notaui *d.cap.*10.*num.*652. & præter alios tradit *ibid.* allegata.

Cauſæ ob quas parentes poſſunt filios, & filias exhæredare.

232 Cauſæ ob quas filius vel filia à parentibus poſſunt exhæredari ſeu legitima privari, quatuordecim enumerantur, *in §. cauſas auth. vt cum de appellatione cognoſcitur*, de quibus Covarruuias *in cap. Raynutius in principio, n.9. & ſeqq.* Gomez *var. tom.*1. *cap.*11. Clarus *in practica, §. Teſtamentum, q.*41. *n.*1. Molina *de iuſt. tom.*1. *tract.*2. *d. diſp.*176. Molfeſius *ad conſ. Neap. tom.*1. *p.*5. *q.*12. *num.*7. & alij à me *in præallegato tract. de contract. matr. d.c.*11. *num.* 164. relati.

233 Vtrum verò ob alias cauſas *in d. §. cauſas*, non expreſſas eiſdem ſimiles, vel graviores (v. g. ſi filius reus exiſtat læſæ majeſtatis, aut proditor ſit patriæ) poſſit filius, vel filia exhæredari, negarunt non pauci à me *d.c.*11. *allegato n.* 164. relati, & affirmant magis communiter Doctores, quos *eodem num.*164. refero quibus addo Fragoſum *de reg. Chr. Reip. d. ſect.* 2. *n.*18. & hanc affirmatiuam pluribus probo *d. num.*164. *& duobus ſeq.* quæ videantur.

Filiæfamilias minori 25. annis peccanti in corpus ſuum, & turpiter viuenti, quando poſſit pater dotem denegare.

234 In præſenti remaneret explicandum, quandonam filiafamilias minor 25. annis, quæ peccaverit in corpus ſuum, luxurioſamque degere vitam elegerit, quæ eſt vna ex cauſis exhæredationis expreſſis *in d. §. cauſas auth. vt cum de appell. cogn.* vt conſtat ex verbis *eiuſdem §. ſuprà hoc cap. num.*112. relatis, & ſunt hæc, *ſi alicui ex parentibus volenti filiæ ſuæ, vel nepti maritum dare, & dotem, ſecundum vires ſubſtantiæ ſuæ pro ea præſtare, illa non conſenſerit, ſed luxurioſam degere vitam elegerit, poſſit exhæredari*, & conſequenter illi à patre poſſit dos denegari, verum de hac difficultate copiosè egi in præallegato *tract. de contract. matrimonij, d.c.*11. *num.*124. *ad* 156. Quapropter ad euitandam repetitionem nihil hic eadem re foret dicendum, ſed quia fortè multi eo tractatu carebunt, in gratiam eorum ſummariè colligam *ibidem* tradita.

235 Igitur circa hanc difficultatem (quæ debet intelligi procedere, vel quando filiafamilias nondum compleuit annum 25. iure communi attento, vt *ſuprà hoc capite, num.*112. notatum eſt, vel quando *infrà* 25. annum, tamen nondum elapſo tempore à conſuetudine, vel ſtatuto inducto ad collocandas filias in matrimonio iuxta tradita *hoc cap. n.*109. ita quod ſi filiafamilias poſt 25. annum completum vel poſt elapſum tempus illud conſuetudine patriæ, vel ſtatuto inductum peccauerit in corpus ſuum, minimè ob id poſſit à patre exhæredari, *dictis numeris* notatum eſt) *d. cap.*11. *n.*128. aduerte, quod licet vt dicta filiafamilias minor 25. annis poſſit à parentibus exhæredari iuxta diſpoſitionem factam *in d. §. cauſas* in recitatis verbis duæ conditiones iuxta Doctores communiter (quos *eodem n.*128. latè refero) requirantur, prima, vt parentes eam velint matrimonio collocare, & dotem iuxta qualitatem ei dare, ſecunda, vt filia illi matrimonio repugnet, & vitam luxurioſam eligat, quæ duæ conditiones clarè in diſpoſitione videntur contineri, nihilominus non deſunt dubia circa earum explicationem, & perfectam huius materiæ intelligentiam.

236 Primum dubium eſt, an prima conditio ſit intelligenda, vt non ſolùm parentes ſint parati filiam minorem 25. annis, marito dare cum competenti dote, ſed etiam debeat procedere monitio parentum, quod eam volunt matrimonio collocare, & nihilominus ipſa eligat vitam luxurioſam, ita quod ſi non præcedet talis monitio, non poſſit filia exhæredari nec alimentis, & dote priuari, licet ſtuprum commiſerit, & turpiter viuat, & *d.c.n.*130. refero plures Doctores, qui aſſerunt non prærequiri talem præmonitionem, ſed ſufficere, quod non elapſo tempore 25. annorum completorum vitam elegerit luxurioſam, ad quam aſſertionem *ibid.* probandam eorundem Doctorum fundamenta adduco, qui etiam idem ſentiunt attenta conſtitutione Caſtellæ *l.*1. *tit.*7. *p.*6. *vbi diſponitur ſicut in d. §. cauſas. Ad dict. autem auth. in d. §. cauſas* illis verbis, *illa non conſenſerit & ad d. l.*5. illis verbis *ſe ella contra voluntad del padre dixeſſe, que non queria caſar*, in quibus verbis authentica, & *d. l.*5. *partitarum*: videntur exigere dictam monitionem, & patrem obtuliſſe ſe ad maritandam, & dotandam filiam antequam 25. annum expleuerit, Sanch. *l.*4. *de mat. diſp.*24. reſpondet vtramque debere ſuppleri, ſcilicet, maximè ſi pater ſe obtuliſſet, non verò intelligi abſolutè, quod velint id exigi ad hoc, vt poſſit filia à patre exhæredari ob vitam luxurioſam electam ante annum 25. completum At ego cum Vaſquio *de ſucceſſ. creat. l.*2. *§.*20. *p.*3. *requiſito* 29. *declar.*3. *n.*152. *& ſeqq.* teneo prærequiri talem monitionem, & oblationem matrimonij, vt filiafamilias ante 25. annum completum committens ſtuprum, & eligens vitam luxurioſam poſſit à patre exhæredari, quia verſamur in materia odioſa, & pœnali, in qua omnia ſtrictè ſunt accipienda *reg. in pœnis, de reg. iur. in* 6. & verba *d. auth. & d. l.*5. clarè ſatis indicant dictam monitionem debere præcedere, & addo quod in dubio fauendum eſt ſucceſſioni filiorum, vt notaui eodem *cap.*11. *num.*121.

Dubium ſecundum verſans circa ſecundam conditionem, eſt an vt illa conditio verificetur, & filiafamilias minor 25. annis poſt ſibi factam à patre matrimonij oblationem peccans in corpus ſuum poſſit à parentibus exhæredari, & dote priuari ſufficiat ſi ſtuprum commiſerit, & ſemel tantùm cum aliquo ſe carnaliter etiam ex ſolo libidinis ardore copulauerit, an verò requiratur, vt plures cum eodem vel pluries id faciat, vel palam quæſtum faciat publicè meretricando, & non requiri multiplicitatem coïtus, neque quod quæſtum palam faciat, ſed ſufficere vnum coïtum, ſentiunt Surdus *de alim. tit.*7. *q.*4. *n.*34. & plures alij Doctores à me *d.c.*11. *n.*132. relati, quibus addo, nonnullos alios allegantes P. Barboſa *in l.* 1. *p.*4. *n.* 44. *verſic. per contrarium autem, ff. ſoluto matr. quia textus in d. §. cauſas, & in auth. ſed ſi poſt, C. de inoff. teſtam.* loquentes de filia excedente 25. annum dicunt, ſi contigerit in in corpus ſuum peccare; & ſic etiã dum textus *in d. §. cauſas* loquitur de filia minori eligente vitam luxurioſam intelligitur de peccante in corpus ſuũ, peccare autẽ in corpus ſuum iuxta proprietatem verbi verificatur etiamſi ſemel tantũ peccauerit, vnde P. Barboſa *loco cit.* & Fragoſus *de regim. Chriſt. Reip. p.*1. *lib.*2. *diſp.*14. *n.*91. *verſ. dicendum*, & alij ab iiſdẽ relati loquentes in terminis ordinationis Luſitanæ inducentis exhæredationem ipſo iure, ſi filia peccauerit in corpus ſuũ, teneor ſufficere vnum coïtum, & ſi ſemel tantum peccauerit quod latius proſequitur Fragoſus afferens multa tanquã certa, quæ tamen ſunt dubia contrarium ſentientibus aliis imo, vt dicatur filia luxurioſè viuere videtur ſufficere vnus actus, cum nominis ſignificantis delictum verificentur in vnico, & primo actu, & etiam per vnicum coïtum, ſeu ſtuprum filiæ graviter offendit patrem, licèt non remaneat infamis, quæ latiùs *d. num.*132. explicentur: Nihilominus requiri coïtus multiplicitatem, & quot pluries, vel pluribus ſe proſtituerit, & turpiter viuat, aſſerunt magis communiter Doctores, quos *dicto cap.*11. *n.*133. refero, & ſequutus ſum, quia *d. §. cauſas*, 237

requiritur

requiritur, quod filia luxurioſam degere vitam elegerit, & *l.ſi filiam, Cod. de inoff. teſtam.* dicitur, ſi filiam tuam, eo quod turpiter, & cum flagitioſa fœditate viuat, &c. vita autem luxurioſa, turpitudo, & fœditas flagitioſa non poteſt dici cauſari per vnum aut alterum coïtum, ſed per plures, & diuerſos cum quadam perſeuerantia, aut habitu libidinosè viuendo, vt latius cum aliis explicatur *dicto capite* 11. *eodem numero* 133. *&* 134.

238 Amplius dicunt Vaſquius, vbi *ſuprà, d. num.*152. *&* 153. & Molina à me *d.cap.*15.*n.*135. relati, ſcilicet non eſſe locum exhæredationi, niſi filia agat vitam luxurioſam in lupanari cauſa quæſtus, vt meretrix publica. Quod tamen dictum cum aliis communiter eodem *num.*135. reiicio aſſerens ſufficere, quod turpiter viuat meretricando, & luxuriosè viuendo, licèt non in lupanari publico quod in dictis textibus non indicatur.

239 Eodem *cap.*11. *n.*136. addo cum Gratiano *tom.*2.*diſcept.for. c.*213. *n.*58. probabile valde videri, quod ad effectum prædictæ exhæredationis, & priuationis dotis ſufficeret vita luxurioſa filiæ, quamuis non fuerit ab aliquo cognita, putà quia erat arcta, tum quia licet ſtuprum non fuerit conſummatum, ſatis videtur fuiſſe deuentum ad actum proximum, & conatum, tum quia ſine corporali commixtione poteſt interuenire vita luxurioſa, inhoneſta, ac ignominioſa, vt de B M. Magdalena, quæ in Euãgelio vocatur peccatrix, vt aliqui ſacri Interpretes ſenſerunt, tum demum, quia talis filia, ſeu mulier, prædictam vitam luxurioſam ſolis impudicis tactibus cum viris abſque carnali commixtione ducens haberetur tanquam meretrix, & propriè poſſet dici elegiſſe vitam turpem, & luxurioſam, vide *d.n.*136. An verò dicta pœna exhæredationis habeat locum non ſolum in filia virgine, ſed etiam in vidua vitam luxurioſam agente, traditum eſt *ſup. hoc cap. n.*128.

240 Dubium tertium eſt, an pater turpiter viuens, & vitæ luxurioſæ deditus poſſit exhæredare minorem turpem, & luxurioſam vitam eligentem, & *d.c.*11. *n.*143. tradidi poſſe, quod aſſerunt Doctores communiter à me *eodem n.*143. relati, quibus addo Fragoſum *d. diſput.*4. *n.*296. *initio.* Quia ſecundùm hominum exiſtimationem impudicitia turpior multò eſt in mulieribus, quàm in viris, in quibus vita luxurioſa, quoad honorem, & damna, inde conſequentia non ita vituperatur, ſicut in fœminis, & filiæ vita inhoneſta irrogatur patri infamia, & grauis iniuria, non è contra.

241 Quod ſi ipſa mater ſimiliter viuat luxuriosè, eam non poſſe filiam luxuriosè viuentem exhæredare, & alimenta, & dotem (vbi aliàs ad eam dotandam teneretur) negare, *dixi citato cap.*11. *n.*144. cum aliis Doctoribus *ibidem* allegatis, quibus addo Fragoſum *dicto nu.*296. *verſic. Secus dicendum*, cum & ipſa mater ſic viuendo fiat infamis, & ipſam filiam offendat, vnde datur compenſatio. Quod iuxta præfatos Doctores non procederet, ſi mater iam eſſet emendata, & ad meliorem frugem reducta, quia iam non eſt in pari turpitudinis cauſa. Quo verò tempore oporteat matrem fuiſſe emendatam, an ante teſtamentum, vel tempore teſtamenti, an ſufficiat tempore mortis, plures Doctores à me *d.cap.*11. *num.*145. relati dixerunt ſufficere, quod tempore mortis mater teſtatrix emendata reperiatur, cum vltima conſuetudo inſpicienda ſit, *arg. l. Mela,* §.1. *in fine, ff. de aliment. legatis.* Alij verò à me eodem *cap.*11. *num.*146. allegati ſentiunt, oportere matrem eſſe emendatam tempore teſtamenti, in quo exhæredat filiam turpiter viuentem, ne ſimilis turpitudo reperiatur in matre exhæredante, ego eodem *cap.*11. *n.*147. *& ſequentibus*, probo ſufficere tempore mortis matrem teſtatricem fuiſſe correctam, tum quia delinquens, poſtquam egit pœnitentiam, perinde habetur, ac ſi non deliquiſſet, & vt tradunt Doctores, quos refero *d. cap.*11. *num.*144. quibus addo Afflictum *deciſ.* 36. vbi ait quod peccator probando, quod pœnituit, non dicitur vlterius peccator, *cap. ſerum, d.*50. & *c. ex te de reſcriptis, & c. teſtimonium de teſtibus*, vnde idem Afflictus *ibid.* & poſt eum Vrſillus *in additione, in fine* addit, quod ſi quis olim fuit malæ famæ, & nunc eſt bonæ, macula præterita nunc non exiſtens non denominat eum maculatum, nihilque ei obeſt, neque ex præterito præſumitur de præſenti malus. Tum quia ad vitæ honeſtatem attenditur ſtatus perſonæ, qui eſt tempore mortis, nõ qui fuit ante, & vltima hominis cõſuetudo ſit attendenda iuxta *d. l. Mela, quod d. c.*11. *n.*148. *& ſequentibus*, declaratur exemplis *ibidem* videndis.

Dubium quartum eſt, an ſi filiæ luxuriosè viuentis exhæredatio, & dotis priuatio facta fuerit calore iracundiæ valeat, Vaſquius *de ſucceſſio. creatione: in repet. l. quoniam in prioribus n.*616. *& Theſ.* 99. *for. l.*2. *q.*70. *n.*12. *à me d. c.*11. *n.*151. relati aſſerunt valere non obſtante *l. ſi filiam, C. de inoff. teſtam. & l. quidquid. in calore* 48. *ff. de reg. iuris*, quia exhæredatio licet cum iracundia, præceſſit, & facta eſt ex cauſa iuſta & legitima, per quam calor, ſeu iracundia exercetur, & pater fecit actum à lege permiſſum, *dictam autem l. ſi filiam, & d. l. quidquid in calore*, in quibus dicitur actum exhæredationis, & quemuis alium actum factum inconſulto vel in calore iracundiæ non valere, niſi poſtea apparente mentis iudicio confirmauerit; ſeu in eo perſeuerauerit, qui calore iracundiæ incitatus fecit, Vaſquius ait procedere, vbi actus fieret ex iracundia ſine iuſta cauſa. At Fragoſus *de regim. Chriſt. Reip. part.*3. *l.*2. *diſput.*5. §.2. *num.*25. dicit non valere exhæredationem (licet ſubſit iuſta cauſa) factam ex iracundia notabili, quæ impediat percipere quod agatur, niſi confirmata fuerit poſt tranſitum iracundiæ pro ea ratione, quod affectus iracundiæ calore præſumatur inconſulto, & ſine intellectu agere, vt per *d. l. quidquid in calore*, tradit Menochius *lib.*1. *præſumpt. quæſt.* 14. *num.*21. allegans ad id Decium *in d. l. quidquid*, Baldum *in cap.*1. §. *ſi quis verò, in fine, de pac. iur. firma.* & Tiraquellum *de pœnis legum cauſa prima.* Verum puto quod prima opinio Vaſquij, & Theſauri in practica obſeruabitur, cum exhæredatio non ſit actus, qui momentaneè, & breuiſſimo tempore fiat, vt antequam perficiatur, calor iræ licet notabilis ab initio, non deferbuerit relinquens patri iuſtè exhæredanti ſanam, & liberam mentem ad actum exhæredationis deliberate, & cum rationis iudicio, perficiendum, & complendum. 242

Dubium quintum, ſi filia, quæ peccauerit in corpus ſuum, & vitam luxurioſam elegit antequam pater ſuo teſtamento exhæredauerit, ſeu exhæredat, redeat ad meliorem frugem & ſeſe corrigat, an per pœnitentiam, & vitæ emendationem notoriam effugeret dictam pœnam, vt pater non poſſet eam exhæredare. Effugere dictam pœnam, nec poſſe poſtea à patre exhæredari, & dote priuari, ſentiunt magis communiter Doctores, quos in *d. tract. de matr. contr. allegato cap.*11. *n.*152. refero, quibus addo Manticam *de tacit. & ambig. conuen. lib.*12. *tit.*16. *num.*13. Gabriel *conſ.*153. *n.*10. Tuſchum, *verbo Dos, concluſ.*780. *n.*157. Fragoſum *de regim. Chriſt. Reip. p.*1. *lib.*2. *diſput.*4. *nu.*294. & plurimos Iuriſperitos quos refert Barboſa *in l.*1. *p.*4. *n.*44. *verſic. Conſonat, ff. ſoluto matrim.* & pro hac eadem ſententia, rectè allegari poſſunt Afflictus, & Vrſillus *locis ſuprà hoc cap. num.*241. *relatis:* fundamenta huius ſententiæ adducta ſunt *ſuprà d. num.*241. *& d. cap.*11. *allegato n.*152. ſcilicet, quòd per pœnitentiam, & emendationem turpitudo, propter quam filia merebatur illam pœnam, purgatur, vt non officiat, *argum. c. teſtimonium de teſtibus*, & quia pœnitentia abſtergit maculam & ad priſtinum ſtatum reſtituit, *cap. ferrum, d. l.*50. & emendatus ſimilis eſt ei qui numquam peccauerit *l. Imperialis*, 243

perialis, Cod. de nupt. Quibus tamen non obſtantibus contrarium, & per talem pœnitentiam, & emendationem filiam non euadere dictam pœnam exhæredationis, & priuationis dotis poſt Felinum *in c. Rodulphus, n.6. de reſcriptis* tenet P. Barboſa *d.p.4. n.45.* tum quia cum filia perfectum delictum ingratitudinis viuendo luxurioſè commiſerit, eam pœnam à lege impoſitam, vt à patre poſſit exhæredari, iam contraxit, tum quia alioqui, ſi reſpectu legitimæ, & exhæredationis admittatur prædicta præcedens opinio, inutilia redderentur iura permittentia filiam exhæredari poſſe, ſi peccanerit in corpus ſuum, quia illa ſemper allegaret, ſe pœnitere. *Ad l. Imperialis,* reſpondet Barboſa: probat tantum filiam emendatam dignam eſſe venia, & gratia, ſed ſi pater nolit, nullo iure probatur, quod cogatur iniuriam ſibi illatam per filiam remittere. *Ad cap. ferrum,* reſpondet idem Barboſa agere de pœnitentia peccati contra Deum commiſſi, nam ob pœnitentiam remittit Deus quidem culpam peccati, ſed non pœnam ex quo non ſequitur, quod pœna delicti videatur remiſſa, eo maximè, quod abſolutio facta in foro conſcientiæ, quoad offenſam in Deum, nihil obſtat accuſationi, & pœnæ imponendæ in foro exteriori, quoad emendationem publicam, & ſatisfactionem Reipublicæ. Verum approbanda eſt prior opinio vtpotè communis, quam præter tradita ad eius probationem confirmat Textus *in d. l. ſi filiam, C. de inoff. teſtam. ibi quod turpiter, & cum flagitioſa fœditate,* vbi non videtur conſiderare, qualis antea fuerit filia, ſed qualis foret eo tempore, quo pater vult eam exhæredare. Accedit quod eadem prior ſententia fauet ſucceſſioni filiorum, ac proinde in dubio eſt retinenda, & obſeruanda, & ſaltem cogendum eſſe patrem bnie filiæ correctæ, & ad melioris vitæ frugem reductæ (quæ habens dotem inueniret virum licet non ſatis æquè dignum conditioni ipſius patris) dotem dare ad effectũ non ſolum, vt nõ impediatur matrimonium, ſed, & vt nubendo retrahatur à meretricio opus maximè commendatum à iure canonico *cap. inter opera charitatis de ſponſalibus,* tradidere Baldus Nouellus *de dote, p.6. priuil.16. num.5. in fine,* & Surdus *de alimentis titulo 7. quæſt.4. num.27.* minorem tamen dotem, quam ſi non peccaſſet in corpus, & luxurioſè vixiſſet, poſſe patrem conſtituere, cum eius conditio ſit diminuta, poſt alios tradit Mantica *d. tit.16. n.15.* & etiam Fragoſus *d. num.294. verſic. De iure noſtro.*

244 Dubium ſextum, an quando poſt exhæredationem in teſtamento à patre factam, vel ſi per ſtatutum exhæredatio ipſo iure lata ſit contra filiam peccantem in corpus ſuum (vt habetur in dicta ordinatione Luſitaniæ, ſeu Portugallıæ) filia egit, ſeu egerit pœnitentiam, & ad melioris vitæ frugem ſit reducta, ſi viuo patre ſecuta eſt talis emendatio, & notoria ſit, etiam tunc non ſit locus exhæredationi, ſeu exhæredatio à patre facta, vel à ſtatuto ipſo iure impoſita tollatur, & reddatur nulla. Negant P. Barboſa *d.p.4. n.48. verſic. Hac enim traditio,* Rebellus *de obligatione iuſt. lib.2. quæſt.14. ſect.2. n.17. & 22.* & Fragoſus *d. n.294. verſic. De iure tamen,* & ita oportet ſentiant Doctores tenentes per reconciliationem patris ſuperuenientem poſt exhæredationem ab eodem patre factam non tolli eandem exhæredationem iam ex iuſta cauſa factam, quos refero Doctores *in d. tract. de contract. matr. allegato cap.11. n.120.* & alios refert, & ſequitur P. Barboſa *d.p.4. n.47.* & approbat etiam Fragoſus *d. verſic. De iure tamen.* Probat Barboſa, quia cum exhæredatio iam eſt à patre in teſtamento, vel ipſo iure per legem facta, non admittitur pœnitentia, nec illa iuuat, ſed opus eſt vel vt exhæredatio per aliud teſtamentum reuocetur, vel ſaltem pater expreſsè, & explicitè remittat iniuriam, & ingratitudinis cauſam, ad idque faciunt rationes à me *d. cap.11. allegato num.20.* adductæ ad probandum reconciliationem patris poſt exhæredationem iam factam illam non tollere, nec annullare, his tamen non obſtantibus contrarium tenuerunt plurimi Iuriſperiti à P. Barboſa *d. p.4. n.44. verſic. Conſonat, & d. cap.11. n.153.* ego pariter exiſtimaui ob illam pœnitentiam poſt exhæredationem viuente patre ſubſequutam non eſſe locum exhæredationi, tum ob tradita *num. præcedenti* tum ob plura alia à me *d. c.11. nu.21.* adducta ad probandum per reconciliationem patris exhæredationi iam factæ ſuperuenientem tolli eandẽ exhæredationem etiam ſine expreſſa, & explicita remiſſione ingratitudinis, & videtur ita ſentire Vaſquez *de teſtam. c.6. §.3. n.70.* vt ſaltem eſſet locus querelæ ad rumpendum teſtamentum, vel ad hoc, vt Iudex cogeret ad dandam eidem filiæ pœnitenti, & emendatæ dotem ſaltem moderatam, ſi conſtaret notoriè de pœnitentia, & emendatione vitæ. Ad quam pœnitentiam dignoſcendam, & probandam vitæ emendationem (licèt non detur certa regula, vt notat Surdus *de aliment. tit.7. q.4. n.29.*) erit tamen ſignum ſufficiens, quando filia ingreditur monaſterium, vel ſi ſæpe oblata fuerit ſimilis peccandi occaſio abſtinuit, vel ſi per triennium iam abſtinuerit à malo, vt *d. c.11. n.154.* notaui, ſed pro euidentiori reſolutione huius dubij reſoluendum eſt dubium circa reconciliationem patris cum filia, ſit igitur.

Dubium ſeptimum, ſi pater poſt exhæredationem filiæ ingratæ à ſe ex iuſta cauſa in teſtamento factam 245
cum eadem filia reconciliaretur, an propter reconciliationem videatur remittere iniuriam ſibi factam per filiam, & exhæredatio tollatur non facta explicita, & expreſſa remiſſione ingratitudinis: ſi enim pater reconciliaretur filiæ ante exhæredationem ab ipſo factã Doctores communiter, quos *in d. tract. de mat. contr. d. c.11. n.119.* refero, & alij apud eoſdem ſentiunt patrem remiſiſſe iniuriam per textum *in l. ipſius, C. famil. erciſcunda, in l. Lucius Titius, §. Lucius, ff. de leg.2. & §. fin. inſtit. de iniurijs*) per præfatam reconciliationem exhæredationi ſuperuenientem ſine expreſſa, & explicita remiſſione iniuriæ, vel expreſſa reuocatione exhæredationis. Non cenſeri ſublatam, ſeu reuocatam exhæredationem ſentiant Couarruuias *in cap. Raynutius, n.17.* P. Barboſa *d.p.4. n.47.* & plures alij à me *d. cap.11. n.120.* relati, alij à Barboſa *d. num.47.* allegati, & Fragoſus *loco ſuprà allegato.* Quorum fundamenta refero *eodem num.120.* & præſertim, quia cum exhæredatio ſit actus ſolemnis, qui fieri poteſt ſolum in teſtamento, *inſtitut. de exhæredatione liber. in princip.* non poteſt etiam tolli ſine teſtamento, cum eadem forma requiratur in diſſoluendo, quæ interuenit in ligando *argum. leg. nihil tam naturale, ff. de reg. iuris,* & idem eſſe dicendum, ſi exhæredatio ſit impoſita ipſo facto per legem ſeu ſtatutum, aſſerunt iidem Doctores.

Contrarium tamen, & per talem patris reconciliationem poſt exhæredationem ſiue à patre factam, ſiue à lege inductam ſine expreſſa remiſſione iniuriæ tolli, & reddi nullam exhæredationem ſcripſêre Bartholus *in l.3. §. fin. in fine, ff. de adimend. legatis,* & plurimi alij relati à me *d. c.11. n.121.* & alij à P. Barboſa *d. p.4. n.44. verſic. Limita tertio* allegati, quos *d. nu.121.* ſum ſequutus, nam pater, dum filio vel filiæ ingratis à ſe inſtè, vel per legem exhæredatis reconciliatur, eoſque ad ſui amicitiam admittit, & conſequenter iniuriam ſibi irrogatam remittit, eo ipſo per talẽ reconciliationem cenſetur ablata, & reuocata, exhæredatio, etenim ſi pater iniuriam remitit, & filiam ſuam vel filium ſuum admittit in gratiam, non eſt, cur non debeat præſumi facere ipſam vel ipſum hæredem. Præterea hæc ſententia fauet ſucceſſioni filiorum, cui in dubio ſemper eſt fauendũ, vt tradit Clarus *§. Teſtamentum, q.41. n.8. in fine,* Addo *ibid.* cum Surdo *de aliment. tit.7. q.1. n.50.* quod ſi per præfatã reconciliationem nõ tollitur exhæredatio, remanet 246

tamen

tamen deſtituta, & ſine cauſa, vt detur querela, ſeu per viam querelæ agatur ad rumpendum teſtamentum contra hæredes allegando nullitatem cauſæ exhæredationis vel allegando nullam eſſe exhæredationem.

147 Porrò reconciliatio (vt *d.n.*121. notaui) inducitur ſeu præſumitur, ſi pater admittat filium vel filiam venientes ad eum viſitandum, vel ſi poſt exhæredationem, vel commiſſam ingratitudinem recepit in domum, eoſque retinuit concedendo ad eandem menſam, & cum eis conuerſando, ita Surdus *d.q.*1. *num.*53. addens induci etiam per ſalutationem, & probaui per coniecturas.

CAPVT V.

Quinam alij à patre teneantur filias dotare.

SVMMARIVM.

Auus paternus diues tenetur dotare neptem legitimam & naturalem ex filio legitimo, & naturali viuente inope, n.1.
Eo etiam defuncto non relictis bonis, n.2.
Secus ſi reliquerit bona, & inſtituerit hæredem alium ab eodem auo paterno, n.3.
Auus paternus diues in defectum filij tenetur dotare neptem diuitem, n.4. & 5.
Tenetur ipſe dotare neptem, & non mater licet ſit diues, num.6. & 7.
Etiam proauus, & cæteri aſcendentes in defectum patris tenentur dotare proneptes, & cæteras fœminas deſcendentes, n.8.
Auus paternus tenetur dotare neptem ſpuriam ex filio legitimo, & legitimam, vel ſpuriam ex filio ſpurio, num. 10.
Mater vltra primum triennium an, & quando teneatur dotare filias legitimas, & naturales, an ſi pater vel auus paternus ſit diues, n.11.12.15.& 16.
An filiam diuitem, vel iam nuptam, vel ab extraneo dotatam, n.13.14. & 19.
An filium habentem fratrem diuitem, n.17. & 18.
Mater quibus in caſibus non teneatur dotare filiam pauperem, n.22. & 23.
Fideicommiſſi materni à filia poſſunt alienari pro dote ſibi conſtituenda, n.23.
Mater diues in ſubſidium tenetur dotare filiam illegitimam etiam ſpuriam, n.24. & 25.
Mater Hæretica vel Iudæa diues tenetur dotare ſolum filiam fidelem vel conuerſam ad fidem ſi pater ſit fidelis, vel conuerſus ad fidem, n. 27. & 28.
Idque etiamſi filia ſit diues, n. 29.
Si pater, & mater ſint hæretici, aut infideles potius pater tenetur, n.30.
Iure Caſtellæ, & Portugalliæ quandonam mater vna cum patre concurrat æquè principaliter ad dotandas filias, num. 31.
Mater dotans filiam diuitem, vel habentem patrem, aut auum paternum diuitem quandonam cenſeatur dotaſſe animo donandi vel repetendi, n.32.
Filius, vel filia naturalis diues tenetur dotare matrem pauperem, n.33.
Et filius ſpurius matrem inopem nubere volentem, ibid.
Filius legitimus an, & quando teneatur dotare matrem pauperem volentem ſecundò nubere, n.35.& 36.
Et an ſi filius, & filia ſint diuites vterque teneatur concurrere pro rata ad dotandam matrem pauperem, n.37.
Tradita de matre procedunt in matris hæredibus, ad quos tranſit matris onus dotandi, num. 37.
Auus maternus, & cæteri aſcendentes per lineam maternam quandonam teneatur dotare neptem legitimam ex filia, & etiam neptem illegitimam naturalem, vel ſpuriam, num.39. ad 42.
Et quantum de dote dare teneatur, n.43.
Aui materni onus dotandi tranſit ad eius hæredes, n.45.
Bona fideicommiſſi aui materni poſſunt alienari pro dote eius nepti conſtituenda, n. 46.
Frater vt hæres patris, vel alterius qui dotare tenebatur, obligatur dotare ſororem, n.47.
An teneatur ſororem dotare, ſi pater, vel alius aſcendens, aut eius hæres poteſt dotare, n.47.
Neque ſi mater ſit diues, aut auus maternus, vel eorum hæres vel ſoror ſit diues, vel iam nupta, n.48.49.50.
Frater vt frater diues in ſubſidium tenetur dotare ſororem pauperem vel vtrinque, vel ex parte patris coniunctam, num.51.
Et quid ſi frater ſit pupillus, aut minor, n.52.
An pro dote ſororis ſine iudicis decreto pro dote ſororis poſſit bona minoris mobilia & immobilia ſine iudicis decreto alienari, & præſertim ſi careat tutore, num.52. & 53.
Mulier minor poteſt ſibi conſtituere dotem in bonis mobilibus, & ſe obligare pro dote ſine iudicis decreto, n.53.
Si ſtatutum prohibeat rem immobilem alienari non obſeruatis quibuſdam ſolemnitatibus non comprehendit alienationem ex cauſa dotis, num.53.
Frater diues vt frater in ſubſidium tenetur dotare ſororem inopem congruè iuxta dignitatem, n.54. & 55.
Et dare additamenta dotis, iocalia, &c. n.55.
Si ſoror inops habeat diuites fratres, vterque pro rata tenetur eam dotare, n.57.
Frater pro dotanda ſorore inope an poſſit alienare bona fideicommiſſi à fratre defuncto conſtituta, ibid. & n.65.
Frater vt hæres matris, vel aui materni tenetur dotare ſororem vterinam pauperem, n.58.
Etiam alienando bona fideicommiſſo ſubiecta à matre, vel auo materno, n.64.
Frater diues, vt frater an teneatur in ſubſidium dotare ſororem vterinam, n.59. ad 63.
Frater pro conſtituenda dote ſorori inopi vtrinque, vel ex parte patris coniuncta aliis bonis carens poteſt alienare bona fideicommiſſo, vel maioratui ſubiecta à patre vel auo paterno, n.64.
Et an etiam pro dotanda ſorore vterina, ibid.
An poſſit etiam alienare bona fideicommiſſi à fratre relicti, n.66.
Ex fructibus fideicommiſſi, aut maioratus à patre, vel auo paterno, vel à fratre conſtituti tenetur frater dotare ſororem vterinam pauperem, n 67.
Frater diues vt frater ex obligatione iuris naturalis tenetur dotare ſororem pauperem, n.68. & 69.
Ex vi iuris ciuilis an etiam in foro conſcientiæ teneatur ſorori pauperi dotem dare, n.70.
Sororem pauperem à patre iuſtè exhæredatam frater diues vt frater an teneatur dotare, n.71.& 72.
Frater diues vt frater an teneatur ſororem inopem ſemel dotatam dote priori amiſſa redotare ſiue conſtante matrimonio, ſiue eo ſoluto per viri mortem, n 74. ad 79.
Qui ex pacto, aut alia diſpoſitione hominis tenetur dotare, non obligatur redotare, n.76.
Socius ex contractu ſocietatis obligatus dotare ſocij filiam non tenetur eam ſemel dotatam redotare ex bonis ſocietatis, n.76.
Frater hæres, & poſſeſſor maioratus à patre conſtituti an teneatur redotare ſororem pauperem, quæ amiſit dotem, n.74. 78. 79.
Frater diues vt frater tenetur in ſubſidium dotare ſororem illegitimam etſi ſpuriam, etſi etiam amiſerit dotem redotare, n. 80.& 81.
Frater ex mera liberalitate dotans de ſuo ſororem poteſt in actu donationis paciſci dotem ad ſe reuerti ea ſine liberis decedente, n.82.

An dotans in ſubſidium ex neceſſitate legis poſſit tale pactum apponere, n. 83. & 84.

Pactum in dotatione à fratre vel extraneo appoſitum de reſtitutione dotis in caſu ſoluti matrimonij intelligitur ſoluto matrimonio per obitum mulieris, n. 84.

Soluto matrimonio per obitum viri ſi Dos fuerit reſtituta fratri extraneo dotanti, mulieri remanet ius ad illam repetendam, nec poteſt apponi pactum, vt Dos mortuo viro reuertatur ad extraneum dotantem abſque onere iterum dotandi mulierem, ibid.

Frater dotans ſororem ex bonis paternis, vel maternis, aut communibus, aut propriis ſororis non poteſt paciſci, vt mortua ſorore ſine filiis Dos ad ipſum reuertatur, n. 85.

Et ſoror poteſt de ea dote teſtari, ibid.

Quid ſi ſoror præfato pacto conſenſerit, an valeat, n. 86.

Vbi Dos ex contractu eſt alij reſtituenda mulier non poteſt de ea teſtari, n 87.

Pactum filia expreſsè conſentiente à patre appoſitum in contractu dotis, vt Dos ſoluto matrimonio per obitum mariti remaneat communibus liberis non valet, n 87.

Pactum à fratre, vel patre in dotatione appoſitum, quod mortua muliere dos reuertatur ad dotantem, vel eius hæredes muliere non præſente, vel ſi non iuſtificauit, ex ſola ſuperuenienti ſcientia pacti an cenſeatur iuſtificatum, & mulier non poſſit de ea dote diſponere, num. 87.

Et an, & quando ſororis hæres poſſit dicere de nullitate pacti à fratre dotem à patre eidem ſorori relictam tradente appoſiti in ſui fauorem.

Frater clericus beneficiarius carens aliis bonis ex redditibus beneficij poteſt, & tenetur etiam tanquam frater dotare ſororem pauperem etiam vterinam, & etiam illegitimam, & ſpuriam, n. 89 91. & 92.

Idem de regulari beneficiario, & equite Hieroſolymitano Commendatario, n. 90.

Patruus vt hæres, & ſucceſſor in fideicommiſſo, aut maioratu, vel ex ſtatuto excludente fœminas tenetur dotare neptem ex fratre excluſam, n. 94.

Vt patruus an teneatur in ſubſidium dotare neptem ex fratre pauperem tam iure ciuili, quàm iure naturali, num. 95. & 96.

Etiam ex fructibus ſui beneficij Eccleſiaſtici, n. 99.

Frater, vel patruus clericus beneficiarius in ſubſidium dotans ſororem, vel ſobrinam pauperem ex redditibus Eccleſiaſticis an poſſit apponere pactum, vt Dos ea ſine filiis mortua ad Eccleſiam reuertatur, n. 101.

Quando inter aliquos eſt contracta ſocietas omnium bonorum an dotes filiarum vnius ex ſociis ſolui debeant de communi ſocietatis, quæſtio difficilis, n. 103.

De ſocietate expreſſa, & tacita, & quando ſit omnium bonorum plura, n. 104. ad 107. & n. 119. ad 124.

In ſocietate omnium bonorum pacto expreſſo fieri poteſt, vt dos filiæ vnius ex ſociis de communi ſocietatis conſtituatur, & qua ratione, & an huius pacti obligatio extinguatur per vnicam dotationem, num. 108. & 125.

Ex natura ſocietatis omnium bonorum tam expreſſæ, quàm tacitæ an dotes filiarum ſociorum ſoluenda ſint ex communi ſocietatis, nec in diuiſione patri imputentur, referuntur quatuor opiniones, & approbatur affirmatiua, n. 109. ad 127.

Filia vnius ſocij omnium bonorum dotata ab eius patre, & hæres relicta in diuiſione rerum ſocietatis facienda cum alio ſocio habet dotem præcipuam, n. 118.

Dos pro filia vnius ſocij omnium bonorum durante ſocietate promiſſa diſſoluto matrimonio debet ſolui de communi ſocietatis, n. 125.

Sed ſi filia acceptilatione a marito fuerit liberata, non poterit agere contra alium ſocium pro conſequenda eadem dote a patre ſuo promiſſa, n. 127.

Vbi duo fratres bona poſſident communia, vnus ex eis promiſit dotem filiæ ſuæ de iiſdem bonis communibus altero fratre ſciente, & non contradicente, an is cenſeatur conſentire animo donandi, vt poſtea in diuiſione non poſſit petere partem ſuam rei datæ in dotem, num. 128.

Filia vnius ſocij an debeat habere maiorem dotem, quàm filiæ aliorum ſociorum, numero 123. & 130. & ſequentibus.

§. I.

An, & quando auus paternus neptem legitimam ex filio legitimo, & naturali natam, & ſimiliter proauus, & cæteri aſcendentes ex linea virili teneantur dotare proneptes, & cæteras deſcendentes.

HIc non procedit inquiſitio, ſeu difficultas, quando pater filiorum viuit, & eſt diues, idoneas facultates pro filiabus dotandis habens, in hoc enim caſu patrem ipſum teneri, & cogi de ſuo dotare filias, non auum paternum, licet habeat filias in poteſtate, probatum eſt *capite præcedenti, numero* 12. ſed inquiſitio eſt de aliis caſibus contentis in ſequentibus quæſitis. Et,

Auus paternus tenetur dotare neptem legitimam, & naturalem ex filio legitimo, & naturali, ſi ipſe pater viuens ſit inops?

Primum quæſitum eſt, an auus paternus diues teneatur dotare neptem legitimam ex filio legitimo viuente, qui ſit inops non habens bona, ex quibus deductis ſuis alimentis congruis, & ære alieno poſſit eandem neptem filiam ſuam dotare. Reſpondetur, ſicut certum eſt, auum paternum diuitem teneri alere neptem legitimam, ex filio legitimo inope, qui non habet, vnde ſe, & filium alere poſſit, vt *in præcedenti parte de alimentorum obligat. c. 6. n.* 287. & latè tradidi, ita etiam certum eſſe, auum paternum diuitem teneri dotare neptem legitimam, & naturalem, ex filio legitimo, & naturali paupere, qui non habet bona, ex quibus poſſit illam dotare, & ſe, ac familiam alere, & æs alienum ſoluere, ita Doctores communiter, Gloſſa *in l. ſi quis à liberis, per textum*, ibi, *ff. de liber. agnoſc. & in l. fin. C. de dotis promiſſione*, Bartholus *in l. 1. nu. 12. ff. ſoluto matrim.* Baldus *in d. l. fin. & in auth. res quæ, n. 12. C. comm. de legatis, ibidem*, Padilla *num.* 58. Baldus Nouellus *de dote, p. 6. priuil. 16. n. 3.* Campegius *de dote, p. 1. q. 18.* Corduba à Lara *in l. ſi quis à liberis* 8. *non tantum n. 69. ff. de liberis agnoſc.* Menochius *de præſumpt. lib. 4. præſump.* 189. *nu. 12. conſ.* 88. *n.* 49. 55. & 56. & *conſ.* 247. *n.* 24. Mantica *de tacitis, & ambig. conu. l. 12. tit. 16. n. 20. verſic. Quod quidem, & n. 2.* Tuſchus *verbo Dos, concluſ.* 780. *n.* 61. Surdus *de alimentis, tit. 1. q. 12. n. 5.* P. Barboſa *in l. 1. p. 4. n. 121. ff. ſoluto mat.* Marta *de ſucceſſ. p. 4. q. 18. n. 29.* Fontanella *de pactis nupt. clauſ. 5. Gloſſa 3. num. 1.* Molfeſius *ad conſuet. nupt. p. 6. q. 4. n. 8.* Lucidorus *de illegitimis clericor. c. 12. nu. 8. & 9.* Stephanus Gratianus *diſcept. for. to. 2. cap. 259. num. 1. & ſeq.* Mangilius *de imput. q. 21, num.* 58. Rota Rom. *deciſ.* 447. *num.* 5. apud Seraphinum, & *dec.* 146. *n.* 4. & 12. *deciſ.* 130. *n. 9. p. 7. diuerſorum*, apud eundem Rubeum, & innumeri alij Iuriſperiti ab iiſdem præſertim à Corduba, Surdo, & Menochio relati, & alij à me *d. cap. 67. n.* 281. & alij relati *ſuprà cap. 3. num. 38. & cap. præcedenti 4. nu.* 12. & ex Theologis ita Rebellus *de obligat. inſt. p. 2. lib. 5. qu. 4. num.*

*num.*23. Fragoſus *de Regim. Chriſt. Reipub. diſp.*5. §. 3. *num.*38. & Villalobus *in ſumma p.*2. *tract.*27. *diff.* 4. *num.*8. Hanc communem, & certam concluſionem probant plures textus tum *in l.& ideo* §.*fin.ff. de in rem verſo & in lege profectitia* §. *ſi filiusfamil. ff. de iure dotium* (in quibus textibus habetur, ſi filiusfamilias mutuauit pecuniam, vt dotem daret filiæ ſuæ, videtur verſum in rem patris, quamvis auus pro nepte damnus erat, dummodo hac mente dederit, vt gereret negotium patris) tum *in l.fin.Cod.de hæreticis* (vbi quod dos data eſt pro filiabus, & neptibus) tum *in l. dotem dedit de collatione bonorum*, de cuius textus intellectu plura tradita ſunt, *ſuprà cap.*3.*num.*35. *& quatuor ſeqq.* vbi enim dicit quod *officium circa neptem dotandam pendet ex officio patris erga filium, & quia pater filia ac proinde auus propter filium nepti dotem dare debet*; quo textu vt tradunt Doctores communiter, & latè *ſuprà capite* 3. *numero* 38. *& capite præcedenti num.* 12. colligitur patrem primo immediatè, & principaliter, & propter ſe ex paterno officio obligari dotare filiã, auum ſecundario acceſſoriè, & in ſubſidium propter filium, quando filius eſt inops, teneri neptem dotare, vt tradunt etiam omnes Doctores, *hoc eodem n... allegato*) tum *in l. qui liberos, ff. de ritu nupt.* vbi ait Iuriſconſultus, eos, qui liberos habent in poteſtate cogi eos in matrimoniu collocare & dotare, liberorum vero nomine veniunt nepotes, & cæteri deſcendentes *l.ſed ſi hac* §.*vltimo, ff. de in ius vocand. & l.liberorum, ff.de verborum ſignifi.*) tum clariſſime *in l.finali, Cod.de dotis promiſſione*, vbi dicitur *iuxta leges officium paternum eſſe dotare progeniem*, progeniei autem appellatione non modo filiis, ſed & nepotes, & pronepotes continentur, *l.vltima, Cod.de emancipat.liberor.* ex prædictis textibus igitur conſtat, quod auus paternus tenetur dotare neptes, cum ergo non teneatur, quando pater eſt diues, & ex ſuis bonis poteſt illas dotare, dotare tenebitur, quando pater eſt inops carens bonis, ex quibus poſſit illas dotare hanc eandem communem concluſionem probant tradita *in præced. parte de aliment. obligatione d. cap.*7. *allegato num.*281. ad probandum, auum paternum, & alios aſcendentes per lineam virilem in defectum patris teneri alere nepotes, & cæteros deſcendentes aliunde non habentes vnde ſe alere poſſint: id quod conſtat *ex d. l.ſi quis à liberis* §.*vtrum autem, ff. de liberis agnoſc.* & colligitur etiam *ex* §. *non tantum alimenta d. l. ſi quis à liberis*, vt *d.num.*281. notaui; in hac enim alimentorum, & dotium obligatione, quæ procedit ex æquitate, & charitate, ac coniunctione ſanguinis, qui tenetur alere, tenetur etiam dotare vt tradunt Doctores communiter, & eodem ordine ſucceſſiuo, quo inſurgit obligatio alendi. Inſurgit etiam obligatio dotandi.

Auus paternus defuncto filio ſuperſtes tenetur dotare neptes legitimas, & naturales ex eodem filio defuncto, quia non reliquit bona & quid ſi reliquerit bona, & hæredes alios ab eodem auo.

2 Quæſitum ſecundum defuncto jam patre, an auus ſuperſtes teneatur dotare neptem legitimam, & naturalem, ex filio legitimo & naturali. Certum eſt, ſi filius pater non reliquit bona propria, ex quibus poſſit filia dotari, auum paternum diuitem teneri neptem dotare, vt tradunt omnes Doctores *num. præcedenti* relati & alij relati, *ſuprà capite* 3. *num.*38. *& cap. præcedenti num.*12. & probant omnes textus relati, *num. præcedenti* præſertim *in dicta l. qui liberos* (quæ clare id conuincit, ſi auus haberet neptem in poteſtate) *& in d. l. fi.C. de dotis promiſſ.* vbi dum dicitur, officium eſſe paternum dotare progeniem, comprehendit tam auum paternum habentem, quam non habentem in poteſtate neptem.

Si vero filius pater neptis habebat bona propria, de quibus poterat diſponere, & reliquerit hæredes alios ab ipſo auo patre ſuo, ſiue ab inteſtato, ſiue ex teſtamento P.Barboſa *in d.l.*1. *part.*4. *num.* 122. diſtinguit 3
inter neptem relictam ex filio, qui erat in poteſtate aui, & ſic etiam reliquit neptem in poteſtate aui, & inter neptem relictam à filio, qui erat emancipatus, aſſerit ergo, quod neptem ex filio in poteſtate relictam & exiſtentem in eiuſdem aui paterni poteſtate auus paternus tenetur dotare non hæredes filij, neptem verò ex filio emancipato, non auus paternus, ſed hæredes filij patris neptis teneantur dotare. Primũ probat ex eo, quod auus habens in poteſtate neptes tenetur illas dotare etiam ſi pater ſit diues ad illas dotandas, *vt cap. præcedenti n.*11. notatum eſt. Secundum probat ratione, quæ *infra* adducitur. Sed tenendũ hæredes filij patris neptis teneri dotare eandem neptem, ſiue relictam ex filio in poteſtate ſiue ex filio emancipato: Quando enim filius eſt diues idoneas facultates habens ad filias ſuas dotandas, ipſe tenetur illas dare, & non auus paternus, ſiue non habeat ſiue habeat illas in poteſtate *vt præcedenti capite n.*12. latè probatum eſt. Ergo eiuſdem filij defuncti hæredes tenentur, & coguntur eius filios dotare, cum ex perſona hæredum non potuerit mutari obligatio eorum. Auctor. *l.*2. §.*ex his igitur, ff. de verb.oblig.lege prætori* 1. §.*incertam, ff. eod. tit. & lege cui fundus, ff. de condit.& demonſtr.* ita teneant, oportet Doctores *præced.cap.n.*12. allegati ſentientes, auum paternum non teneri dotare neptẽ; ſed filius pater neptis, ſi ſit diues ſiue auus habeat neptem in poteſtate, ſiue non, & in terminis ita tradunt Gratianus, *d.cap.*259. *n.*10. & Villalobus *dict. diff.*4. *citato n.*8. Nam quamvis Gratianus expreſsè loquatur in nepte emancipata dicens hæredes patris teneri illam dotare, non auum paternum, tamen cum *eodem capite* 259. *initio*, teneat abſoluiè auum paternum non teneri dotare neptes, quando filius pater eſt diues, idem tacitè ſentit de nepte exiſtente in ſua poteſtate ex filio diuite, & ratio adducta, quam etiam ipſe adducit, vniuerſaliter probat obligationem tranſire ad eius hæredes.

Auus paternus an teneatur dotare neptem diuitem.

Quæſitum tertium: an auus paternus neptem legitimam, & naturalem ex filio legitimo naturali inope dotare teneatur, ſi ipſa neptis inops non ſit, ſed diues habens bona ex quibus poſſit ſibi dotem congruam conſtituere. Negant P.Barboſa *d.nu.*122. *initio*, Baëza *de non meliorandis filiabus cap.*7. *num.* 16. (vbi ad id addunt Lupum *in c.per veſtras in* 3. *notabili* §.27. *n.*1. *de donat. inter virum, & vxorem*, & Baldum Nouell. *de dote p.*6. *dicto priuileg.*16. *n.*3. *in fine*, qui tamen ibi loquitur in auo materno, de quo *infra*] Rebellus *d.n.* 23. & Caſtrus Palaus *de iuſt. & iure diſput.*9. *puncto* 5.§.2.*n.*4. loquuntur autem P. Barboſa de nepte diuite quam Pater non habet in poteſtate, nam ſi illam haberet in poteſtate, ſentiunt auum teneri illam dotare tameſi diuitem, cum teneant obligari illam dotare & poſſe cogi, licet habeat patrem diuitem. Probat Barboſa, qui auus paternus exiſtente filio patre inope non tenetur dotare neptem ex eodẽ filio niſi in ſubſidium, & ſolum, quando etiam ipſa neptis eſt inops, non vero quando eſt diues, & poteſt ſibi dotem conſtituere ſicut non tenetur illam dotare, quando pater eſt diues, vel relinquit hæredes. Præterea probat Baëza; nam ſicut auus paternus, quia tenetur dotare neptem propter filium, ſi filius ſit diues habens bona ſufficien- 4

tia ad dotandã ipſam neptem, liberatur ab obligatione dotandi, ita debet liberari, ſi ipſa neptis ſit diues, & habeat vnde poſſit ſibi dotem conſtituere, cum minus debeat auus paternus nepti, quam filio, ita Baeza, qui in hoc æquiparandum fore aut auum paternum cum materno de quo *infrà*. Hanc ſententiam negatiuam Palaus *d.n.4.in fine*,attribuit Fachineo, *l.10.contr.c.40.* qui tamen *d. c.* probat ſolum auum paternum non teneri dotare neptem,quando filius pater neptis eſt diues & ex propriis bonis poteſt congruenter illam dotare.

5 Contrarium tamen, & auum paternum, vbi filius, pater neptis viuens, & inops vel jã defunctus eſt, licet eſſet emancipatus,teneri ex officio aui paterni dotare neptem tametſi diuitem aſſerendum:ita Doctores relati *ſupr. c. praced.n.47.* ſcilicet Socinus ſenior *in l.1.n.47. ff.ſolut.matr.* Socin.jun.*conſ.79.n.34.& 35.l.3.* Mantic. *de tacitis & ambig.conuent.li.12.tit.19.n.35.* qui dicunt eſſe cõmunem ſententiam, præter quos ita etiam Steph. Gratian.alios allegans,*d.c.259.n.1.4.5.& 6.* & conſtat, *ex d.l.fin.Cod.de dotis promiſſione*, quæ loquitur in filia diuite,quæ habebãt bona propriè aduentitia,vnde dotari potuiſſet,*vt praced.c.n.25.*notatum eſt;& nihilominus dicit omnino *paternum officium eſſe dotem, vel donationem propter nuptias pro ſua dare progenie, & progenies continet nepotes,vti praced.capit.citato num.47.& hoc c.n.1.* notatum eſt:& ſic *d.l.ex finalis*,intelligitur nõ ſolum de filia,ſed etiam de nepte,ac proinde ſicut iuxta *d.l.finalem* pater tenetur dotare filiam, etſi diuitem, ita etiam auus paternus cuius officium dotandi neptem pendet ab officio patris (vt *n.1.* notatum eſt & eodem modo,ſicut pater comprehenditur, *d.l.final.*illis verbis *officium paternum* tenetur dotare neptem ex filio licet ſit diues,ac proinde ſimpliciter ſoluens vel promittens dotem pro nepte filio eiuſdem neptis patre defuncto, præſumitur dotem ex ſuis bonis conſtituiſſe,licet neptis ſit diues, vt probaui *praced.c. d.num.47.* & tradunt Mantic. & vterque Socinus, *locis allegatis* dicentes eſſe cõmunem ſententiam.Quare diuerſa ratio eſt de auo paterno,& auo materno;quia iuxta leges officium aui paterni oriens, ex officio patris eſt dotare neptes ex filio non autem ſecundum leges eſt officium aui materni dotare neptes ex filia, ſed quando tenetur dotare obligatur merè in ſubſidium; vt *infrà* explicatur.

Si auus paternus ſit diues & mater pariter ſit diues, auuſne an mater teneatur dotare neptem, ſeu filiam patre viuente inope vel defuncto non relictis bonis.

6 Quæſitum quartum patre viuente ob inopiã inſufficiente ad dotandam filiã vel defuncto non relictis bonis, ex quibus filia poſſit,ſi ſit,ſeu adſit mater eiuſdem filiæ diues habẽs bona propria,ex quibus poſſit eandẽ filiã dotare teneaturne auus paternus diues etiã in hoc caſu neptẽ ex dicto filio,an potius mater diues eam dotare. Teneri matrem, & non auum paternum cenſuit Caſtrus Palaus *de iuſtitia diſp.9.punct.5.§.2.n.4.*Monetur,quia matri incumbit onus dotandi filiam,cum cauſa rationabilis vrget, *l.neque mater, C.de iur.dot.* Cenſetur autem vrgere cauſa rationabilis,ſi pater ſit inops, & filia nulla bona poſſideat, ergo mater primo obligãda. Addit aliam rationem, ſcilicet quod ſtante matre diuite filia habet ius ad legitimam illius, & tanquam diues reputari debet,& nepti diuiti [inquit idẽ Palaus] non tenetur auus paternus dotẽ conſtituere,ergo obligationem dotandi neptem habentem matrem diuitem eidem, & non auo paterno imponenda eſt. Hæc ratio peccat,tum quia auus paternus tenetur dotare neptem diuitem, *vt praced.quæſito* probatum eſt, tum quia ex ſolo iure ad legitimã matris non poteſt filia dici diues cum legitima non debeatur niſi poſt mortem matris, quo tempore, potuit mater jam conſumpſiſſe omnia bona ſua citra fraudem ex aliqua cauſa iuſta. Pro hac tamen ſententia poſſunt allegari Molin. *de iuſt.& iure diſp.168.§.in defectum patris, & diſp.228. §.ſecundum eſt*, & nonnulli alij Theologi, à me *in praced.p.de aliment. oblig.c.7.n.294.* aſſerentes filiis egenis patre eorum defuncto, non auum paternum licet diuitem ſed matrem ſi diues ſit,obligari ad alimenta exhibenda.

At ſicut longè verius eſt filiis egenis defuncto patre iure ciuili auum paternum diuitem, & cæteros aſcendentes per lineã virilem prius teneri alimenta præſtare quam matrem licet diuitem, vt probaui *in d.c.7. n.291.* & tradunt communiter Doctores à me, *ibid.* relati, ita tanquam longè verius aſſerendum eodem iure ciuili auum paternum diuitem cæteroſque aſcendentes per lineam maſculinam, & non matrem licet diuitem teneri in defectum patris inopis viuentis, vel jam defuncti non relictis bonis teneri dotare neptem tametſi eadem neptis non ſit in poteſtate aui ita Gloſſ. *in l.fin. Cod. de dotis promiſſ.* Angel. Barthol. & ſcribentes communiter *in l.1.ff.ſol.matrim.* idem Barthol. *in auth. res quæ n.4. comm. de legat.* Alexand. *conſ.144. num.13.& 14.lib.6.* Cæphalus *conſ.5.num.63.* Mantic. *de tacit. & ambig. conu. lib.12. tit.16. num.28.* Surd. *de alimentis tit.1. quæſt.103. num. 2.* Coſta *de remed.ſub. remed.106. initio num.5.* Fontanell. *de pact. nupt. clauſ. 5. Gloſſ.3. num.9.& 10.* Stephan. Gratian. *d.cap.259. num. 12. & quatuor ſeqq.* Molfeſius *ad conſ. nupt. p.6. d. qu.4. num.9.* & communiter Iuriſperiti, & pro hac ſententia etiam ſtant Theologi, & Iuriſperiti allegati *in d.praced.part. de aliment. obligat. d.cap.7. citato n, 295.* aſſerentes auum paternum diuitem, & non matrem licet diuitem teneri alere nepotes egenos in defectum patris, cum is qui tenetur alere, teneatur, & dotare,vt conſtat ex traditis, *cap.praced.& d.c.7.n.333.* & Doctor. communiter,quorum plures *d.n.333.* allegantur: hanc eandem ſententiam [*vt d. c.7. num.298.* notaui] tenet P. Barboſ. *in d.l.1.p.4.n.124.ff.ſol.matr.* vbi aſſerit etiam in regnis Hiſpaniæ (vbi *ex diſp.l.47. Tauri*, filius aut filia matrimonio cum Eccleſiaſtica benedictione conjunctus habetur in omnibus rebus in perpetuum emancipatus,patriſ ... poteſtate liberatur, & conſequenter filij ab eo g... iti in aui poteſtate non ſunt,ſed mortuo patre liberi (...) auum paternum diuitem,& non matrem in defectum patris alere nepotem,& dotare neptem,quod aſſerit etiam Rebel. *alleg. q.4.n.24.* quidquid ſecus ſtante, *d.l.47.* ſenſerint Cordub.& Lopez *locis à me, d.c.7.n.297.relatis.* Ratio hujus ſententiæ & euidens eſt, quia cum officium paternum ſit dare dotem pro ſua progenie, *d.l.fin.C.de dot. promiſſ.* & ſic hoc officium comprehendat nepotes, & pronepotes,deinceps quandoquidem latè ſignificat verbum *progenies* vt notatum eſt, *hoc c. num.1.* & conſtat etiam *ex l.ſi.C.de naturalib.* auus paternus in defectum patris tenetur prius dotare neptem ex filio, ſicut & priùs tenetur alere iuxta tradita, *d.cap.7.n.295.& 296.* mater vero tenetur ſolum, quando pater, auus paternus, & ipſa neptis ſunt pauperes, ipſa vero eſt diues, tunc enim vt dicitur, *d. l. neque mater, Cod. de iur.dot. allegat. num. praced.* ex rationabili cauſa cogitur dotare neptem [vt *locis citatis* tradunt Barthol.Alexand.Cæphal. Surd. de quo *infrà*] non verò, quando diues eſt pater, vel auus paternus, vel ipſa neptis. Neque obſtat, quod in ſucceſſione filiæ emancipatæ, ſeu non exiſtentis in poteſtate aui matris cauſa ſit potior, quia obligatio, alendi, & dotandi non oritur ſeu attenditur ex iure ſucceſſionis, neque etiam ex patria poteſtate, ſed ex charitate, & conjunctione ſanguinis, vt probatum eſt, *cap.praced.& d.c.5.n.295.* Addi etiam *d.c.7. cit.n.298.* ex P. Barboſ. *loco ſuprà allegat.* quod quamvis nepotes, & neptes non exiſtentes in poteſtate aui

aui paterni [vt ſunt omnes in Hiſpania iuxta dictam *legem 47.Tauri*] ſunt tamen de familia, & agnatione *lege Iuriſconſultus de grad. cognat.§.1.inſtit.de ſucceſſione agnat.* & aliis iuribus *dicto n.*298. adductis, deſcendentes autem per lineã fœmininam nõ ſunt de familia matris vel aui materni, qua ratione fœminina dicitur principiũ, & finis ſuæ familiæ, & agnationis, *d.l.Iuriſconſultus princ.& l.pronunciatio.§.familiæ, ff.de verbor. ſignif.* Quare ex conſequenti auus paternus tenetur, & erit cogendus prius alere & dotare neptes & neptes ex filio tanquam exiſtentes de eius familia, & agnatione, quam mater aut auus maternus, de quorum familia non ſunt, *l.penult.ff.de liber agnoſc.*

Non ſolum auus paternus neptes, ſed & proauus, & cæteri aſcendentes tenentur dotare proneptes, & deſcendentes.

8 Dixi vero, *Auum paternum, & cæteros aſcendentes, &c.* quia non ſolum auus ſed in defectum patris, aui etiam proauus, & cæteri parentes ſuperiores tenentur fœminas à ſe deſcendentes dotare, vt tradunt Baldus *in auth.res quæ n.*12. *Cod.com. de legat. ibidem*, Curtius junior.*n.*13.Padilla *n.*58.Menoch.*conſ.*747.*n.*24. Lud. Molina *de primog. lib.4.cap.6.n.4.verſic.cæterum*, Stephanus Gratianus, *d.cap.*259.*n.*13. alij relati à Menochio, & Padilla, & communiter Doctores, quos *in præcedenti parte de alimentorum obligatione cap.7. num.* 281. refero aſſerentes auum paternum, proauum, & cæteros aſcendẽtes ex linea virili teneri alere nepotes, pronepotes & cæteros deſcendẽtes legitimos, & naturales egenos quos illorum pater non poteſt, præ inopia alere, & conſtat tum *ex d.l.fin. Cod. de dotis promiſſione* vbi, quod eſt officium paternum dare dotem pro ſua progenie, quæ continet nepotes, pronepotes, & alios deſcendentes, *vt numero præcedenti* dictum eſt; tum *ex l.ſi quis a liberis §. vtrum autem*, vbi Vlpianus dicit priori loco patrem, auum paternum, proauum & cæteros virilis ſexus parentes cogi alere filios, & cæteros deſcendentes, & in horum defectum cogi matrem, cæteroſque parentes per fœmineum ſexum: quod etiam aliis relatis probaui *in dicta præcedenti parte de alimentorum obligatione dicto capite 7.num.*328. 332. 333.& 336. Et hæc ſunt adnotanda, vt procedant in iis, quæ dicuntur de obligatione aui paterni dotandi neptes ſpurias ex filio legitimo, neptem legitimam ſpuriam ex filio ſpurio, quæ enim traduntur de auo paterno intelliguntur etiam in defectum aui, de proauo paterno, & ſucceſſiue de cæteris aſcendẽtibus, vt priori loco auus paternus, proavus, & cæteri aſcendentes per lineam virilem teneantur in defectum, patris ſicut alere, ita, & dotare neptes, & proneptes & alios deſcendentes fœminas, & pauperes ex filio, & ſecundo loco in eorumdem defectum teneantur, auus maternus, & cæteri aſcendentes per lineam fœmineam, vt præter tradita, *d.c.7. prællegatis numeris* expreſsè tradit Coſta *de remed.ſubſid.rem.*106.*initio n.*5.

Auus paternus tenetur dotare neptem ſpurium ex filio legitimo & legitimam, vel ſpuriam ex filio ſpurio.

9 Quæſitum quintum an auus, paternus in defectum patris teneatur dotare neptem ſpuriam pauperem ex filio legitimo *in præcedenti parte de alimentorum obligatione d.cap.7. n.*288. dixi, quod ſicut auus paternus in defectum patris tenetur alere neptem ſpuriam pauperem ex filio legitimo, vt probaui *dicto cap.7.n.*283. & aſſerunt Doctores *ibi* relati, & alij communiter, & innumeros ex Iuriſperitis allegat Lucidorus *de illegitimis clericorum cap.17.num.7.* eo quod eadem, æquitatis ratio, ob quam ius Canonicum *in cap.cum haberet, de eo, qui duxit*, decreuit filios quoſcumque ſpurios alendos eſſe à patre locum etiã habeat in eius auo, proauo & cæteris majoribus, vt *d.n.*283. latius explicaui, ita eadem ratione tenetur auus paternus in defectum patris dotare eandem neptem ſpuriam pauperem, quod expreſsè tradit etiam Surdus *de alimentis tit.1.q.13.n.2.* & implicite omnes Doctores aſſerentes teneri auum paternum eandem neptem ſpuriam pauperem alere, vbi enim dos ſuccedit loco alimentorum (qualis eſt dos debita filiabus ſpuriis) à pari procedunt alimenta, & dos *vt in d.præced. parte de aliment. obligatione cap.6. num.202.& præcedenti cap.num.*194. notatum eſt, vbi probatum eſt, patrem, ex eo quod tenetur alere filiam ſpuriam, tenetur etiam dotare eandem filiam ſpuriam; ita ergo & auus paternus obligatur dotare neptem ſpuriam, quam alere in defectum patris tenetur.

Et idem dicendũ eſt de nepte legitima, vel ſpuria ex 10
filio ſpurio, quam in defectum patris auus paternus tenetur alere, vt probaui *citato cap.7.n.*286. & tradunt Doctores communiter *d. n.*286. relati, cum ſit minus odioſa, quàm neptis ſpuria ex filio legitimo, & *in d. cap.cum haberet*, dicatur patrem teneri liberis ſuis alimenta miniſtrare, liberorumque appellatione veniunt filij & neptes *vt ſuprà hoc capite num.* 1. notatum eſt, ex conſequenti eandem neptem legitimam ex filio ſpurio pauperem in defectum patris tenetur auus paternus dotare; Accedit, quod pater tenetur ſuſtinere onera filiorum, *l.ſi quis à liberis §. non tantum, ff. de liber.agnoſc.* ſub quibus oneribus ſicut continentur alimenta, ita, & dos & hoc idem expreſsè tradit Surd.*loco num. præcedenti allegato*, Dixi *neptem ſpuriam pauperem*, &c. quia ſi eſſet diues, & haberet, vnde ſe poſſet dotare, auus paternus non obligaretur illam dotare, ſicut nec obligatur pater ipſe vt *capite præcedenti* probatum eſt: ius enim ciuile *in l.fin.Cod.de dotis promiſſ.* ſtatuens etiam filiam & neptem diuitem eſſe dotandam à patre, & auo paterno loquitur de filia legitima & quoad auum intelligitur de nepte legitima ex filio legitimo.

§. II.

An & quando mater teneatur dotare filiam legitimam & naturalem nonnulli caſus, in quibus mater non obligatur dotare filiam explicantur.

CErtum eſt primò, quod ſicut mater vltra pri- 11
mum triennium regulariter non tenetur à lege filios ſed ſolum quando nec pater ob inopiam, nec auus paternus aut alius aſcendens ex linea paterna non poſſit eis alimenta præſtare, mater, ſi filij ſint egeni, in ſubſidium obligatur eos alere, ſi ipſa ſit diues, & poſſit, vt latè cum Doctoribus communiter probaui *in præcedenti parte de alimentorum obligatione cap.* 7. *n.*328.& 332. ita regulariter dotare filiam, *l.neque mater, Cod. de iure dotium*, cum officium paternum ſit, non maternum filias dotare, *l.fin.Cod.de dotis promiſſione, vt ſuprà num.*7. dictum eſt, & tradunt ſcribentes *dicta l.neque mater*, alij relati *d.n.*7. & omnes Doctores qui *infrà* citantur. Quare.

Secundo certum eſt, ſi pater ſit diues, vel ſit de- 12
functus, reliquit diuitias, ſeu bona ex quibus, ſeu ex legitima patris poſſit congrue filia dotari, vel in defectum patris auus paternus aut alius aſcendens per lineam paternam ſeu maſculinam, eorumve hæres ſit idoneus ad filiam, vel neptem, aut proneptem dotandam,

datu, mater non tenetur dotare filiam *vt ſuprà hoc cap. n.*8. notatum eſt, & præter Doctores *ibidem* relatos tradunt omnes, qui *infrà* citantur aſſerentes matrem in ſubſidium patre inope, & aliis ſuperioribus ex parte patris deficientibus, vel inhabilibus ad dotem filiæ vel nepti conſtituendam, teneri filiam dotare.

13 Tertio certum eſt, matrem licet diuitem non teneri dotare filiam diuitem habentem bona propria, ex quibus poſſit ſe congrue dotare, Gloſſa *in d.l.neq.mater ibidem ſcribentes*, Ripa *in l.* 1. *num.*80.*ff.ſoluto matrimonio*, Gamma *deciſ.*376. *n.*2. Surdus *de alim. tit.*1. *q.*14.*num.*16. & Doctores omnes, qui *infrà* citantur. Nam pater cogitur dotare filiam diuitem, *d.l.fin.C.de dotis promiſſione*, & probatum eſt *capite præcedenti n.* 25. quod ceſſat in matre, vt Gloſſa *in d.l.fin.verbo paternum*, *& num.*11. notatum eſt ea communi Doctorum, quare quod Iuſtinianus, *l.vltim.Cod.de dotis promiſſione* conſtituit [ſcilicet, vt pater, qui dotem filiæ dedit, ſiue ſimpliciter dare ſe dixerit, ſiue pro bonis paternis & maternis de bonis ſuis dotaſſe cenſeatur, ſi eius facultates ſint idoneæ] non habet locum in matre dante vel promittente dotem pro filia diuite, cum ratio dictæ *l.vltima* quod paternum ſit officium filiam dotare non militat in matre; vt probant iura adducta *ſuprà n.*11. quapropter ſi ſola mater filiæ nubenti dotem promiſerit, aut dederit pro iuribus omnibus, quæ filia ſuper bonis paternis, & maternis habere poterat, non ideo tamen de ſolis maternis cenſetur dos conſtituta, ſicuti de ſolis paternis conſtituta videretur, talis permiſſio ſeu conſtitutio à patre facta eſſet, *d.l.vlt. Cod. de dotis promiſſione*, & latè probatum eſt *cap. præcedenti* præſertim *num.*59. & ſic non cenſetur conſtituta ex ſolis paternis bonis, ſed ex maternis, & paternis, *arg.l.reos §.cum tabulis, ff.de duobus reis, & l.ſed & §.adeo autem verſic. tertia vtique, ff. de petitione hereditatis*, ita etiam Faber, *lib.*6.*Cod.tit.*6.*defin.*10. Addeni, quod, & ſi in tali caſu dos à matre conſtituta ſit de bonis maternis & paternis ſimul; tamen ſupereſt filiæ actio ad ſupplementum legitimæ, ſi plus ex maternis bonis eidem filiæ debeatur.

14 Quarto certum etiam eſt, ſi filia jam ſit nupta, quamvis pater eo caſu cogeretur filiæ jam nuptæ dotem conſtituere, *vt capite præcedenti numero* 98. *cum pluribus ſequentibus*, probatum eſt, id tamen in matre non procederet, quia dotare filiam jam nuptam cogitur pater quia eſt officium paternum dotare filias non vero eſt maternum officium, ſed mater cogitur dotare ſolùm in ſubſidium, & non niſi magna cauſa, & probabilis & neceſſaria ſuadeat, vt dicitur *d.l.neque mater, Cod. de iure dotium*, quæ cauſa probabilis, & neceſſaria contingit, quoties filia non inueniret maritum, niſi mater [aliis deficientibus ad quos onus dotandi ex officio ſpectaret] eidem filiæ dotem dare, quæ cauſa ceſſat in filia jam nupta: ita expreſsè, *Gloſſa in d.l.fin.verbo paternum, Cod.de dotis promiſſione*, Ripa *in d.l.*1.*n.*8.*ff.ſoluto matrim. ibidem*, P.Barboſa *d.p.*4. *n.* 82. *verſic. & pariter*, Gamma *d.deciſ.*376.*num.*3. *verſic.* Vnde non obſtat Auguſt. Barboſa, *collect. ad d.l.neque mater num.*4. *Cod. de iure dotium*, & eſſe communem teſtatur, Ripa *num.*8. & poſt eum P.Barboſa; idem dicendum ſi filia fuiſſet jam ab extraneo congruenter dotata, quo caſu licet Martius Venturinus *conſ.*12. *n.* 188.ex Carolo Bardellono *conſ.*164.*lib.*2. dicat maternum in defectu ſubſtantiæ paternæ teneri eidem filiæ ſic ab extraneo dotatæ congruam dotem de ſuo dare, nihilominus tanquam certum videtur non teneri, quia & ſi pater filiæ ab extraneo dotatę tenetur dotem congruam de ſuo conſtituere, *vt capite præced.n.*100. probaui; ideo tenetur, quia officium paternum eſt filias dotare, mater vero non ex officio, ſed ſolum tenetur filiam dotare; vt dictum eſt.

In defectum patris inopis & aſcendentium ex linea paterna Mater diues, an teneatur dotare filiam legitimam & naturalem pauperem.

Difficultas ergo eſt, quando pater inops eſt, vel mortuo patre filia remanet inops, neque ex legitima patris poteſt ſe congrue dotare, neque alius ex linea paterna eiuſve hæres, ad quem alias de iure ſpectat, exiſtat, vel ſit idoneus, ſeu poſſit dotem conſtituere, an mater ipſa, quæ ſit diues habens idoneas facultates, in ſubſidium obligetur, & cogenda ſit filiam dotare, & negarunt Angelus *in lege filiam numer.*4.*ff. ad Trebell.* Romanus *in dicta l.*1. *numer.*10.*ff.ſoluto matr. ibidem* Alexand. *num.*21. & Iaſon *in auth. res quæ n.*15. *comm. de legatis*, moti tùm ex regula generali, *d. l. neque mater, Cod. de iure dotium*; tum quia licet mater diues deficientibus patre, & aliis aſcendentibus ex linea paterna teneatur alere filias inopes, non ſequitur, quod teneatur dotare, eo quod non valeat argumentum de alimentis ad dotem, cum plus vrgeat cauſa alimentorum quam dotis. 15

At communiter affirmant Iuriſperiti, & Theologi ita Bartholus *in auth.res quæ num.*4.*Cod.com.de leg.ibidem*, Baldus, Fulgoſius, & Padilla *num.*58. *&* 59. Pontanus *de alimentis capite* 8.*numer.*4. Baldus Nouellus *de dote part.*6.*priuileg.*3. *numer.*3. *& priuileg.*16. *numero* 3. Campegius *de dote p.*1. *quæſt.*22. Antonius Gubertus *de dote cap.*3. *num.*4. Cordoba à Lara *in lege ſi quis à liberis §.ſi mater, ff. de lib.agnoſc.* Manrica *de tacit. & ambig. lib.*12.*tit.*16.*numero* 28. Tuſchus *verbo dos concluſ.*780. Menochius *de arbitr. caſu* 460. *numero* 3.*&* 4.*& de præſumpt. libro* 4.*præſumpt.*189. *num.*30. *&* 31. P.Barboſa *d. p.* 4. *numero* 82. Spino *in ſpeculo Gloſſa* 11.*numero* 36.Gamma *dicta deciſione* 376. Marta *de ſucceſſ.part.*4.*quæſt.*21.*art.*10.*num.*34.*& tribus ſeqq.* Faber *in ſuo Cod. lib.*3. *titul.*19. *defin.*31. Fontanella *de pactis nupt.clauſ.*5. *Gloſſ.*3. *num.*10. Surdus *de alimentis tit.*1.*quæſt.*14.*num.*13. Coſta *de remed.ſubſid.remed.* 65.*numero* 6. Gratianus *diſcept. for. tom.*1.*cap.*50.*n.*12. *tom.*2.*cap.*259. *numero* 16. *& tom.*4.*cap.*690.*numero* 14. *Collector.comm.opini.v.*1.*tit. de iure dotium cap.*10. Auguſt. Barboſa *collect.ad d.l.neque mater.numer.*4. Molfeſius *ad conſuet. Neap.p.*6.*quæſt.*4. *numero* 9. Martius Venturinus *d.conſ.*12. *num.*183. Rota Romana *deciſ.* 229.*numero* 15.*&* 18.*& deciſ.*77. apud Coccinum. & plurimi alij Iuriſperiti apud præallegatos præſertim Surdum ex Theologis ita Molina *de iuſt. tract.*1. *diſp.* 424. *num.* 3. Rebellus *de obligat. iuſt.p.*2. *lib.*5. *quæſt.* 4. *num.* 2. Fragoſus *de Regim. Chriſt. Reip. p.*3. *diſput.*5.*§.*3.*num.*38. Caſtrus Palaus *de iuſt. diſp.*9. *puncto* 5.*§.*2. *num.*41. & Villalobus *in ſum. p.*2. *tract.*26. *diffinitione* 4. *num.*1. Probatur hæc communis ſententia primo, quia *d.l.neque mater, Cod.de iure dotium*, dicitur matrem cogi dotare filiam non niſi ex magna, & probabili cauſa: cauſa autem probabilis [vt præfati Doctores tradunt & per ſe patet] eſt, quando filia eſt inops, neque pater, aut alius ſuperior ex linea paterna, vel eorum hæres eſt idoneus facultatibus ad dotem ſoluendam. Præterea alimenta, & Dos à pari procedunt ita quod, qui tenetur alere tenetur, & dotare, *vt præcedenti paragrapho*, ſæpius repetitum eſt, & de alimentis ad dotem valet argumentum, quando non militat diuerſitatis ratio, vt rectè poſt alios Menochius *locis citatis vtrobique*, & Surdus *d. q.*14. Addit P.Barboſa *d.num.*82.*verſic.quinimo*, quod ſi fuerit alia cauſa probabilis, & neceſſaria ſimilis, *ſuprà* narratis, etiam cogatur mater filiam dotare, quia *cum dicta lege neque mater*, nullam cauſam exprimat, id 16

relinquen

relinquendum eſt iudicis arbitrio *l.* 1. *ff. de iure dotium:* Socinus iunior *in d. l.* 1. *num.* 197. *ff. ſoluto matrim. & ibidem,* Alexander *num.* 21.

Si filia pauper habeat matrem diuitem, & fratrem diuitem, an potius mater, quàm frater teneatur in ſubſidium illam dotare.

17 An verò præfata communis ſententia, vt deficiente patre, auo paterno, & aliis aſcendentibus ex linea paterna mater diues cogatur dotare filiám pauperem procedat, etiam ſi eadem filia pauper haberet fratrem diuitem, qui poſſet eam dotare Socinus iunior *in l.* 1. *n.* 200. *verſ. ſed vltra alias moueo pulchram quæſtionem, ff. ſoluto matrim.* exiſtente ſorore paupere habente matrem, & fratrem diuites refert tres opiniones, vnam quod teneatur mater; ſecundam, quod ſit in optione petentis; tertiam, quod vterque teneatur pro dimidia, & hanc tertiam firmat, & approbat, & Socinum ſequi videtur Tuſchus *dicto verbo, Dos allegata, concluſio* 780. *num.* 96.

18 At aſſerendum etiam in hoc caſu procedere præfatam concluſionem, & ſolùm matrem teneri in ſolidum dotare filiam: ita expreſsè, & in terminis P. Barboſa *in l.* 1. *p.* 4. *num.* 137. *initio, ff. ſoluto matrimonio,* Coſta *de remed. ſubſ. remed.* 69. *num.* 6. Marta *de ſucceſſionibus, p.* 4. *quæſt.* 18. *art.* 6. *num.* 42. *&* 43. *& qu.* 21. *artic.* 10. *num.* 16. *&* 17. & Rota Romana *dicta deciſ.* 77. apud Coccinum colligitur manifeſtè ex omnibus Doctoribus allegatis pro eadem communitate, & ita ſentiunt omnes Iuriſperiti, & Theologi à me *in præcedenti parte de alimentorum obligatione, cap.* 7. *num.* 536. relati aſſerentes fratrem diuitem, vt fratrem teneri dotare ſororem vtrinque coniunctam pauperem, quæ aliunde dotem habere non poteſt, ſcilicet neque à patre neque à matre neque ab eorum aſcendentibus, nec ab eorum hæredibus, probatur primò quia *l. ſi quis à liberis, ff. de liberis agnoſcend.* priori loco pater auus, & cæteri aſcēdentes per lineam virilem obligantur alere filios pauperes, & ſecundo loco ipſis deficientibus obligantur mater, & aſcendentes per lineam fœmininam, par autem ratio eſt obligationis alimentorum, & dotis. Præterea probat Marta, tum quia iudicium matris in maritando filiam præfertur iudicio fratris, tum quia debitum dotandi dependet à proximitate ſanguinis (*vt in præcedentibus* pluries notatum eſt) mater autem eſt proximior: tum demum quia, qui tenetur dotare tenetur etiam maritare *l. cum multa, Cod. de donat. ante nupt.* & notatum eſt *capite præcedenti,* & ſic debet laborare in inueniendo virum, vt pariter *cap. præcedenti* dictum eſt, frater verò non poteſt maritare niſi cum conſenſu matris & conſanguineorum, ad hoc vt ceſſet omnis præſumptio doli & culpæ Baldus *in l. Polla in* 3. *oppoſit. Cod. de his quibus vt indignis,* & Afflictus *in Conſtitutione Regni incipiente fratribus, num.* 4. ergo totum onus eſt debitum matris, vbi à patre aut aſcendentibus ex linea paterna, & eorum hæredibus minimè poteſt dotari filia, quæ ſit pauper: vtrum verò ſi mater & frater ſimul dotem pro filia, eademque ſorore dotem promiſerint, dos intelligatur conſtituta ex bonis maternis, & fraternis in partes explicatum eſt *cap. præcedenti, num.* 87. *verſic. Si vero.*

Si filia habeat aliqua bona, ſed non ſufficientia ad congruam dotem mater ſupplere debet in ſubſidium pro rata.

Quod ſi filia haberet aliqua bona, ſed non tot & 19
talia, ex quibus poſſet congruè dotari, tunc mater diues non obligaretur dare integram dotem, ſed tantum ſupplebit in ſubſidium pro rata, ſicut *cap. præcedenti, num.* 84. *&* 226. dictum eſt de patre, qui non poteſt totam dotem dare filiæ, poteſt autem partem, ita colligitur *d. l. fin. Cod. de dotis promiſſione,* & in his terminis quod mater diues teneatur ſupplere in ſubſidium pro rata, ſeu ea parte congruæ dotis, qua caret filia, tradit Coſta *d. remed.* 65. *num.* 6.

Vſque ad quam quantitatem mater diues obligata in ſubſidium dotare filiam pauperem debeat illi dotem conſtituere.

Quænam verò in præſenti ſpecie ſit dicenda con- 20
grua dos ſeu vſque ad quam quantitatem teneatur mater diues conſtituere dotem filiæ pauperi, quam obligatur in ſubſidium dotare Alexander & alij Doctores relati *ſuprà num.* 15. aſſerunt, matrem obligari tantum dare filiæ tantam dotem, quæ reſpondeat quantitati alimentorum, & non debere dare minorem ſequitur Coſta *d. remedio* 65. *num.* 6. *in fine* dicens in hac ſpecie dotem congruam à matre dandam intelligi congruam abſolutè arbitrio boni viri iuxta tradita à Menochio *de arbitr. caſu* 149. *num.* 34. *& ſequentibus.* Maſcardo *concluſ.* 571. *num.* 12. *&* 13. ſed ſolum vſque ad alimenta, addens non poſſe filiam in minore ſumma dotatam quàm alia, prætendere ſuæ dotis adæquationem cum pinguiore dote iam data ſorori, niſi magna valde eſſet æqualitas, etiamſi eſſet à patre dotata, multò minus indotata, à matre in ſubſidium, vt Baldus *conſ.* 386. *vol.* 4. Decius *conſ.* 110. *num.* 6. & Cæphalus *conſ.* 59. *num.* 39. *& ſeqq.*

At longè verius eſt matrem diuitem obligatam do- 21
tare filiam legitimam, & naturalem in ſubſidium teneri, & cogi dare dotem etiam vltra alimentorum, quantitatem ſcilicet congruam iuxta facultates, ſeu patrimonium matris dignitatem filiæ, & mariti, & loci conſuetudinem arbitrio boni viri, ſeu iudicis taxandam ex quibus circumſtantiis adiuncto numero filiorum dignoſcitur, & iudicari debet, quæ ſit dos congrua, quam pater filiæ legitimæ, & naturali conſtituere tenetur *l. quæro* 60. *ff. de iure dotium, & l. ſi filia pater* 43. *ff. de legatis* 3. & poſt alios Menochius & Maſcardus *locis num. præcedenti relatis,* ita in hac ſpecie obligationis matris dotandi filiam in ſubſidium Ripa *in l.* 1. *num.* 79. *ff. ſoluto matr.* Surdus *d. quæſt.* 14. *num.* 16. Gama *d. deciſ.* 376. *num.* 3. & P. Barboſa *in d. l.* 1. *p.* 4. *d. n.* 82. *verſic. cæterum,* & ita oportet, ſentiant Doctores aſſerentes, quod quando frater vt frater tenetur ſorori inopi aliunde nō habenti dotem dare, debet ei præſtare dotem pro dignitate generi ac ſtatui ſuo congruam, quos Doctores refero, & ſequor *in præcedenti parte de alimentorum obligatione, d. cap.* 8. *num.* 537. & ex eis plures refert, & ſequitur Fontanella *de pactis nupt. clauſ.* 5. *Gloſſa* 3. *num.* 11. *in fine.* Ex quo enim mater diues obligatur in ſubſidium dotare filiam in defectum patris, & eius aſcendentium eo modo tenetur dotare, quo pater, vel alius aſcendens per lineam paternam cogeretur Præterea ſicut alimenta à matre diuite debita in ſubſidium filiæ intelliguntur de congruis ſtatui, vt probaui *in d. præcedenti parte de alimentorum obligatione, cap.* 3. *num.* 71. *cum pluribus ſeqq.* ita etiam dos, quæ non minus fauorabilis eſt, quàm alimenta *vt in præcedent.*

ſuprà

ſuprà doctum eſt; denique quia vt notauit Ant. Theſauros *deciſ.* 192. *num.* 8. filiæ ſeu fœminæ dicuntur non poſſe nubere, ſi ex dote conſtituta congruè & ex dignitate nubere non poſſunt *l. nepos Proc. in fine, ff. de verbor. ſignific.* Addendum, matrem in ſubſidium obligatam dotare filiam pauperem teneri etiam ad dandum ei additamenta dotis, & apparatum nuptialem ſcilicet vocalia, & veſtes, quæ ſponſis datur, cum enim huiuſmodi additamenta, ſeu apparatum nuptialem frater vt frater obligatus in ſubſidium dotare ſororem pauperem, tenetur præſtare, vt dixi *in dicta præcedenti parte de alimentorum obligatione, d. cap.* 8. *num* 539. & tradunt Coſta *de remed. ſubſid. remed* 66. Ant. Theſaurus *d. deciſ.* 191. *num.* 9. *&* 10. & Fontanella *dicta Gloſſa* 3. *num.* 12. multò magis tenebitur mater magis coniuncta filiæ.

An mater quando deobligatur dotare in ſubſidium filiam pauperem.

22 Dixi ſemper *in præcedentibus; ſi mater ſit diues,* nam ſi etiam mater ipſa ſit pauper vt non poſſit ſe alere iuxta dignitatem dote filiæ data non obligatur filiam dotare, vt colligitur ex omnibus Doctoribus *num.* 16. relatis, qui omnes loquuntur in matre diuite, & expreſsè tradunt Corneus *conſ.* 282. *à n.* 53. *lib.* 1. P. Barboſa *d. n.* 82. *verſic. Præterea,* & Aug. Barboſa *d. collectaneo ad d. l. neque mater, n.* 4. *Cod. de iure dotiu,* ſi enim pater ipſe inops non cogitur dotare filiam, *vt cap. præcedenti* dictum eſt, nec etiam mater inops tenetur charitas, enim bene ordinata incipit à ſeipſo *l. Præſes, C. de ſeruit.* & tunc ceſſat probabilis cauſa, ob quam mater iuxta *d. l. neque mater* cogatur filiam dotare.

23 Excuſabitur quoque mater licet diues à dote filiæ pauperi conſtituenda, ſeu danda in ſequentibus caſibus, ſcilicet ſi filia ſit adhuc nimis iuuenis, neque apta matrimonio, vel iam ætatis prouectæ vel turpis vitæ, vt notauit P. Barboſa *dicta numero* 82. *verſic. & per contrarium* poſt Angelum *in auth. res quæ, num.* 3. *Cod. comm. de legat.* Vincentius *in l.* 36. *ff. ſoluta matr.* Socinus iunior *ibidem n.* 197. & Conanum *lib* 8. *commentario. cap.* 8. *num.* 7. & notat etiam Auguſtinus Barboſa *citato num.* 4.

In caſibus verò, in quibus mater tenetur in ſubſidium dotare filiam, bona matris, ab ea relicta filiæ, & ſuppoſita fideicommiſſo ab eadem filia non habente, vnde ſe dotare queat, poterunt alienari, vt dotem ſibi conſtituat, vt poſt alios tradit Menochius *d. præſumpt.* 139. *num.* 26. *&* 27. vide *infrà cap.* 13. *num.* 214. *& ſeqq.*

Mater diues in ſubſidium obligatur dotare filiam illegitimam & ſpuriam pauperem.

24 Cæterùm quemadmodum mater diues in ſubſidium, & defectum patris, & aſcendentium ex linea paterna cogitur dotare filiam legitimam, & naturalem, ita etiam in ſubſidium patre, & eius aſcendentibus eorumque hæredibus deficientibus tenetur dotare filiam illegitimam, naturalem, ita Angelus *in d. auth. res quæ,* Baldus Nouellus *de dote, p.* 6. *dicta priuil.* 16. *num.* 5. *verſic. nec excuſaret.* P Barboſa *in d. l.* 1. *part.* 4. *d. n.* 82. *verſic. illud vtique, ff. ſoluta matrim.* Berous *quæſt.* 90 *num* 11. ab eodem Barboſa relatus, & communiter Doctores Theologi, & Iuriſperiti à me *in præcedenti parte de alimentorum obligatione num.* 334. relati aſſerentes matrem diuitem in defectum patris ſicut filiam legitimam naturalem, ita illegitimam naturalem pauperes alere tenetur. Probatur igitur primò, quia mater diues in ſubſidium tenetur in defectum patris, & aſcendentium ex linea paterna alere filiam illegitimam naturalem, vt latè probaui *d. numero* 334 & tradunt communiter Doctores *ibid.* relati, ergo tenetur etiam dotare; cum à pari alimenta, & dos procedant, nec minus fauorabilis ſit dos quàm alimenta, vt ſæpius dictum eſt. Præterea mater filiæ naturali debet legitimam, cum filius naturalis ſuccedat matri cum filiis legitimis & naturalibus, *l. ſi qua illuſtris, Cod. ad Orfit. Gloſſa in §. nouiſſimè inſtitut. ad Orficia.* Couarruuias *de ſponſ. p.* 2. *c.* 8. *§.* 4. *n.* 15. Surdus *de alimentis, tit.* 1. *quæſt.* 11. *num* 5 & apud eumdem alij; ergo tenetur etiam dotem dare, valet enim argumentum de legitima ad dotem affirmatiuè, vt conſtat ex traditis *cap. præcedenti, num.* 126. Denique ſi pater tenetur dotare filiam illegitimam naturalem *vt cap. præcedenti* probatum eſt, multò magis in patris defectum tenetur mater propter rationem *l. quia ſemper, ff. de in ius vocando,* ſcilicet quia ſe eſſe matrem eſt certa ſemper, etiamſi vulgò conceperit, vt eadem *l. quia ſemper* dicitur.

Filiam quoque ſpuriam etiam ex damnato coitu 25 pauperem defectu patris & aliorum ex linea paterna, ad quos dotandi onus alioqui ſpectaret, tenatur mater diues in ſubſidium dotare; cum enim teneatur in tali caſu eam alere [vt conſtat *ex cap. cum haberet de eo, qui duxit,* & latè probaui *in dicta præcedenti parte de alimentorum obligatione, cap.* 7. *n.* 335. & tradunt Doctores *ibidem* relati Lucidotus *de illegit. cleric. cap.* 17. *n.* 1. *&* 2. & alij communiter, quod procedere etiamſi mater ſit illuſtris, notaui *eadem nu.* 335.] etiam dotare obligatur per tradita *cap. præcedenti, num* 194. ad probandum patrem obligari dotare filiam ſpuriam quamcunque pauperem, & tradita *num. præcedenti* ratione prima, & vltima.

Mater hæretica vel Iudæa aut ſaracena diues, an quandò teneatur dotare filiam Orthodoxam.

Hucuſque explicatum eſt, matrem diuitem regula- 26 riter non obligari dotare filiam, ſed ſolum in ſubſidium ob inopiam patris, remanet explicandum, an aliquando mater ſit obligata dotare filiam, licet pater ſit diues idoneus ad filiam congruè dotandam neque & quidem *d. l. mater, Cod. de iure dotium,* ab illa regula generali, quod mater non teneatur dotare filiam, excipitur duplex caſus vnus niſi magna & probabilis cauſa contrarium ſuadeat, de quo *in præcedentibus* actum eſt: alter eſt, matrem cogi dotare filiam, quando lege ſpecialiter fuerit expreſſum matrem debere dotare filiam.

Huius igitur ſecundi caſus occaſione, & explicandi cauſa, Doctores communiter aiunt illam procedere, quando mater diues eſt hæretica, & filia Orthodoxa, & pariter pater eſt Catholicus, tunc enim aſſerunt matrem hæreticam diuitem obligari, & cogi dotare filiam Catholicam, licet pater ſit dives, idque lege cautum ſpecialiter fauore fidei, ita Gloſſa *in dicta lege neque mater, & in l. fin. verbo Paternum, C. de dotis promiſſione,* Cynus, Baldus, Salicetus, & reliqui ſcribentes *in l. cognouimus, C. de hæreticis.* Palacius *in repet. rub. de donat. inter vir. & vxor* §. 21. *num.* 5. Padilla *in auth. res quæ, num.* 61. *Cod. comm. de legat.* Corduba à Lara *in l. ſi quis à liber. §. ſi mater, n.* 15. *ff. de liber. agnoſ.* Campegius *de dote, p.* 1. *quæſt.* 47. Baptiſta à S. Blaſio *de priuileg. dotis. cent.* 2. *num* 5. Surdus *de alimentis, tit.* 1. *qu.* 4. *num.* 4. *&* *q.* 14. *num.* 17. *& ſeqq.* Ripa *in l.* 1. *num.* 77. *ff ſoluto matrim.* Corraſius *in l. qui liberos, num.* 112. *ff. de ritu nupt.* Menochius *de arbitr. caſu* 460. *num.* 6. *& de præſumpt. lib.* 4. *n* 33. Tuſchus *verbo Dos, concluſ.* 780. *n.* 92. Auguſt. Barboſa *collect. ad d. l. cognouimus, num.* 4. *C. de hæreticis, & collect. ad d. l. neque mater, num.* 7.

Cod.

Cod. de iure dotium, & plutimi alij relati ab iiſdem, & à P. Barboſa *in lege* 1. *p*.4. *num*. 82. *verſic. Eſt igitur, & num*.83. *ff. ſoluto matrimonio*, quamuis de hac communi aſſertione dubitet Baldus Nouellus *de dote, p*. 6. *priuileg*.16. *n*.4. *initio*, ex quo, inquit, non requiratur hoc iure cautum, & regula eſt in contrarium, quod mater non teneatur dotare filiam, cum pater eſt diues verum ſupradicta Gloſſa, & cæteri Doctores allegati, & alij apud eoſdem aiunt, id cautum eſſe *in d.l.cognouimus*, §. *ſed ne videamur, Cod. de hæreticis*, ex qua lege præfatam conſtituere concluſionem, cuius verba *in d.* §. *ne videamur ſunt, ne videamur, &c.* neceſſitatem imponimus talibus genitoribus (ſcilicet infidelibus & hæreticis) *orthodoxos liberos ſecundùm vires matrimonij alere, & omnia eis præſtare, quæ ad quotidianæ vitæ conuerſationem ſufficiant, ſed & dotes pro filiabus & nepotibus dare & ante nuptias donationes pro filiis, vel nepotibus praſcribere in omni caſu ſecundùm vires patrimonij huiuſmodi liberalitatibus æſtimandis*. ita *ibidem* Anaſtaſius Imperator, qui ſtatim addit rationem ſcilicet ne propter *diuini amoris electionem paterna vel materna ſint liberi prouiſione defraudati, in quibus verbis poſtremis* Anaſtaſius matrem comprehendit, & indicat quod ante dixerat de ſolo patre, intelligi de ipſa matre.

Et licèt iure canonico (quidquid ſit de iure ciuili
27 *in auth. Gazaros, C. de hæreticis* per Federicum fuerit correcta diſpoſitio *de lege cognouimus*, de qua re egi *in præced. parte de aliment. oblig. cap*.7. *n*.461. *& tribus ſeqq. per cap. vergentis de hæreticis* filij Orthodoxi ob parentum hæreſim ſint ipſo iure priuati hæreditate, & ſucceſſione parentum hæreticorum *vt d. cap. n*.465. notaui, & hæreticorum bona ſint ipſo iure applicata fiſco, & ſic mater hæretica non poſſit habere bona, non ob id tamen fruſtra quæritur, verum mater hæretica diues tenetur dotare filiam, vt contendunt Antonius Gubertus *de dote, cap*.3. *nu*.6. & P. Barboſa *vbi ſuprà n*.82. *in fine*, tum quia probabile valdè eſt non ſolum de iure ciuili, non obſtante *dicta authentica Garzaros*, filios parentum hæreticorum Orthodoxos non priuari legitima alimentis, & dote (vt notaui *d. cap*.7. *n*.464.) ſed nec de iure Canonico filios hæreticorum Catholicos priuari alimentis & dote ſed in bonorum confiſcatione ob parentum hæreſim reſeruari illis alimenta & dotes, à fiſco præſtanda, vt pariter notaui *cap*.7. *n*.471. & 475. Tum demum quia communis aſſertio fundata *in v. leg.* Cognouimus procedet in illis prouinciis, ſeu regionibus, in quibus hæretici ſuis bonis non priuentur, nec propter hæreſim eorum bona confiſcata (vt hodie obſeruatur in Gallia, & Germania) in his enim regionibus (vt notauit Corduba *in dicto* §. *ſi mater, n*.22. & poſt eum P. Barboſa *d. p*.4. *num*.85. *verſic. Tertio igitur*) mater hæretica cogetur dotare filiam Orthodoxam.

An verò iuxta eandem *l. cognouimus*, quod de matre
28 hæretica, idem dicendum ſit de matre Iudæa, ſeu Saracena diuite ſcilicet, ſi maritus eius ſit conuerſus ad fidem teneatur dotare filiam Orthodoxam, tametſi maritus ſit diues. Corduba *d*. §. *ſi mater, n*.23. refert Ioannem Lecirier *in tractatu de iure primogeniorum, lib*.1. *qu*.17. exiſtimaſſe *d. l. cognouimus*, agente de hæreticis non trahi ad Iudæos, eâ motum ratione, quod hæretici grauiùs peccant quàm Iudæi, aut Mahometani, cùm melius ſit viam Domini non cognoſcere, quàm cognoſcere, & ab ea recedere *c. quidem de Apoſtatis*, grauius enim peccat, qui promiſſa non obſeruat, quàm qui non obſeruat, quod non promiſit: & etiam Ripam *in lege* 1. *num*.77. *ff. ſoluto matrim.* & Socinum iun. *ibidem num*.197. ſentire matrem Iudæam ſolum in ſubſidium, quando pater eſt inops teneri dotare filiam Catholicam refert Menochius *de præſumptione* 189. *n*.33. *in fine, & de arbitr. d. ctu* 460. *num*.2. verum etiam matrem Iudæam, ſiue Saracenam diuitem cuius maritus effectus eſt fidelis ex diſpoſitione *d. l. cognouimus* cogi dotare filiam orthodoxam, ſentiunt Doctores communiter, ita Baldus *in d. l. neque mater, Cod. de iure dotium*, Boerius *conſ*.17. *num*.12. Surdus *d. quæſt*.14. *n*.18. Menochius, Tuſchus *locis ſuprà n*.26. *allegatis*, P. Barboſa *d. p*.4. *num*.86. Auguſt. Barboſa *collect. ad d. l. neque mater, num*.7. *Cod. de iure dotium*, & plures alij à Surdo, Menochio, & P. Barboſa relati; Nam quamuis grauius cæteris paribus ſit peccatum hæretici, quàm Iudæi, vel pagani, & quamuis Iudæi, & Sarraceni neque etiam largo modo dicantur hæretici, & ideo bona eorum non confiſcantur: tamen fauore fidei admittitur, ſeu admitti debet extenſio *d. l. cognouimus*, etiam ad matrem Iudæam *arg*. 4. *cap*.1. cum ibi notatis *de præſumptionibus*, & hæc ſententia in Hiſpania comprobata eſt in ſpecie *l*.9. *tit*.11. *partit*.4. vt referunt Corduba *dicto num*.23. *in fine*, & P. Barboſa *d. n*.86.

Porrò mater hæretica, & Iudæa diues cuius maritus 29
ſit fidelis obligatur dotare filiam orthodoxam etiam diuitem, vt *d. n*.86. aduertit P. Barboſa poſt Vincentium *in l. n*.36. *ff. ſoluto matr.* & Baëzam *de non meliorandis filiabus, p*.11. *n*.6. quia cum in hoc caſu mater hæretica vel Iudæa aut Saracena habeat vicem patris, cui etiam ad fidem conuerſo cenſendum legem voluiſſe ſpecialem fauorem exhibere, habet eandem obligationem, quam haberet pater, qui tenetur dotare etiam filiam diuitem, vt *præcedenti capite* probatum eſt.

Quod ſi vterque parens, ſcilicet, & mater eſſent in- 30
fideles, & hæretici, tunc pater diues potius cogitur dotem dare filiæ fideli, & orthodoxæ iuxta *l. qui libero, ff. de ritu nupt. & l. fin. C. de dotis promiſſione, vt c. præcedenti, n*.166. notatum eſt, & tradunt Doctores *ibid.* allegati licet Surdus *d. quæſt*.14. *nu*.10. hanc rationem non admittat dicens, quod hoc modo intelligendo *d. l. cognouimus* nihil eſſe ſpeciale fauore religionis, vel ſaltem minus ſpecialitatis, quod Doctores *num*.26. relati indiſtinctè loquuntur (excepto Ripa) & volunt, quod eo caſu patris, & matris obligatio concurrat, tamen certa videtur dicta reſtitutio, quia cum etiam pater, eſt infidelis, & hæreticus non debuit à lege ei ſpecialiter faueri, vt eximeretur, ab onere iuris communis primo loco dotandi filiam, ſecus quando ad fidem conuerſus & orthodoxus; & maior ſpecialitas *dictæ legis cognouimus* fauore fidei, & religionis eſt, ſi pater licèt diues eximatur ab onere dotandi filiam orthodoxam, quando & ipſe orthodoxus eſt, & ſola mater infidelis, & hæretica, & cæteri Doctores & ſi non exprimant matrem hæreticam, vel infidelem obligari dotare filiam orthodoxam ſolum quando pariter pater eſt conuerſus ad fidem, eſt Catholicus, non tamen negant, neque contrarium, ſeu legem illam procedere quoad matrem hæreticam etiamſi, & pater ſit hæreticus, aſſerunt.

Iure ſpeciali Regni Caſtellæ, & Regni Portugalliæ quandonam mater principaliter cum patre concurrat ad dotandas filias.

Et prædicta de obligatione matris dotandi filiam le- 31
gitimam, & naturalem iure ciuili inſpecto, nam iure particulari alicuius Regni, aut Prouinciæ, poteſt eſſe aliter conſtitutũ, ſcilicet vt & mater vna cum patre cõcurrat ad dotem filiabus cõmunibus legitimis, & naturalibus conſtituendam, vt in Regno Caſtellæ, & in Regno Portugalliæ; in quibus non obſeruatur *l. neque mater, C. de iure dotium, neque l. fin. C. de dotis promiſſione*, ſed iure ſpeciali, ex bonis cõmunibus lucratis conſtante matrimonio dotes filiarũ cõſtituendæ & ſoluendæ ſunt, & dos à patre ſimpliciter promiſſa, vel ſoluta intelligitur de præfatis bonis cõmunibus ſi ſuperſint de quibus nõnulla tradita sũt *cap. præced. n*.56. *& duobus*

ſequentibus, & latè P. Barboſa Molina, & Fragoſus *d. n.56. relatis.*

Quandonam mater dotans filiam diuitem, vel habentem patrem diuitem cenſeatur dotare animo donandi vel repetendi, aut compenſandi.

32 Quandonam verò mater dotans filiam diuitem, vel habentem patrem vel alium, ad quem ſpectabat onus dotandi, & poterat dotare, cenſeatur dotaſſe animo donandi vel repetendi, actum eſt *ſup. c.2. à n.103. ad 126.*

Filius vel filia diues, an & quando teneatur dotare matrem pauperem, cui aliunde non ſuppetat dos.

33 Vtrum vero ſicut mater diues tenetur in ſubſidium dotare filiam pauperem, quæ aliunde non poſſit dotem habere, ita filius, & filia diuites teneantur dotem dare matri nubere volentem pauperi, quæ aliunde dotem habere nequeat.

Primo conueniunt Doctores filium, vel filiam naturalem diuitem teneri dotare matrem inopem, ita Boſcheius *de leg. nupt. lib. 5. n.34.* Baldus Nouellus *in l. 8. n.39. in fine & n.134. ff. ſolut. matr. & de dote p.6. priuil. 86. n.5. verſic. Hinc excuſarit*, Surdus *de aliment. tit. 1. quæſt.22. n.21.* & alios allegans Corduba à Lara *in l. ſi quis à liberis, §. vtrum n.90. & 91.* quia in filio naturali ceſſat ratio iniuriæ quæ viget in matre legitima vidua ad ſecundas nuptias tranſeunte (de quo *infrà*) & ratio contriſtandi paternam animam, quæ pariter conſideratur in matre legitima vidua ſecundo nubente, ex quo mater non habuit in maritum eum qui fuit pater naturalis, & idem ob eaſdem rationes, & ex æquitate canonica dicendum de filio, & filia ſpuriis diuitibus, cogetur enim filius ſpurius diues matri nubenti pauperi dotem conſtituere, vt iidem Doctores tradunt, & alij à Corduba, & Surdo relati, quæ multò magis procedent, ſi mater eſſet iuuenis, & cuperet reduci ad frugem melioris vitæ, & ob eius paupertatem daretur ſibi occaſio meretricandi, vt Surdus obſeruat.

34 Præterea conueniunt Doctores filium legitimum, & naturalem diuitem teneri dotem dare matri pauperi, quæ conſenſu, & approbatione eiuſdem filij tranſierit ad ſecunda vota ſeu ſecundo nupſerit: ita Ioannes Crotus *in l. 1. n.90. ff. ſol matr.* Surd. *d. q 22. n.11.* & Corduba *d. §. vtrum n.92.* Nam etiam in hoc caſu per tranſitum matris viduæ ad ſecunda vota ceſſat iniuria, quæ alioqui filio irrogaretur, cum volenti, & conſentienti non fiat iniuria *l.1. §. vſque adeo, ff. de iniuriis, & l. cum donationis, Cod. de tranſact.*

35 Tertio conueniunt Doctores, quod etſi filius, vel filia diues tenetur alere matrem legitimam pauperem ſecũdo nubentem, ſi ea aliunde habere nequeat (vt conſtat *ex l. ſi quis à liberis, §. ſi vel parens, & §. Parens, ff. de libe is agnoſc.* & ex traditis à me *in præcedenti parte de alimentorum obligatione, c.7. n.342. & 352. & c.24. n.1341.* cum inter parentes, & filios quoad alimentorum præſtandorum obligationem non ſit imparitas, ſed æqualis ſit obligatio parentum alendi filios, & filiorum alendi parentes, vt *d. numero 342. & 352.* notaui, & apparet manifeſtè *ex d. l. ſi quis à liberis initio*, vbi Vlpianus de vtraque obligatione coniunctim tractat, & pari iure determinat obligationem alendi filios, & parentes, & in terminis, quod filius diues teneatur alere matrem legitimam pauperem ſecundò nubentem, ſeu quæ ad ſecunda vota tranſiuit aliunde non habentem, quia ſecundus vir ſit impotens illam alere, vel quia ſecundo viro defuncto ipſa remanſerit egena, tradunt Corduba *in d. l. ſi quis à liberis, §. vtrum n.86.* Surd. *de alim. tit.1. q.22. n.6.* Sanchez *de mat. lib.7. diſp.88. n.31.* & alij qui *infrà* allegantur nihilominus regulariter, & abſolutè loquendo filius licet diues non obligatur dotare eandem matrem legitimam volentem ſecundo nubere, vel iam ſecundo viro nuptam eo non conſentiente: ita Bald. *in l. qui liberos in fin. ff. de ritu nupt. & in l. ſi vinea 3. C. de præſump. long. temporis*, Angelus *in l. 1. num. 3.* Ludouicus Romanus *n. 13.* Alexander *nu. 2.* Crottus *n. 89.* Ripa *n.82. ff. ſol. mat.* Corraſius *in d. l. qui liberos n.115.* Bald. Nouel. *de dote p.6. priuil.16. n.5.* Campegius *de dot. p.1. q.21.* Ant. Gubertus *de dot. t.3. n.16.* Tiraquel. *de iure primog. q.69 n.5 ad l.2. connub n.9.* Padilla *in auth. res quæ n.61. & 67. C. comm. legat.* Corduba à Lara *in d. l. ſi quis à liberis §. vtrum n.82. & ſeqq.* Mantica *de tacitis, & ambig. conu. lib.13. tit.16. numero.24.* Menochius *conſ. 1078. n.9.* Baëza *de non melior. filiab. c.12. n.46.* Maſcard. *de probat. concl 60. n.4.* P. Barb. *in d. l.1. p.4 n. 136. in fine* Surdus *d. quæſt. 22. num. 7. & ſeqq.* Rendina *in ſuo promptuario tit. 23. de dotibus, & iuribus dotalibus num.4.* Aug. Barboſa *collect. ad l. neque mater n.5. Cod. de iure dotium*, & alij Iuriſperiti communiter apud eoſdem præſertim Menochium, & ex Theologis, Sanchez *loco ſuprà allegato*, & Megala *p. 2. inſtit. confeſſ. lib.2. cap.1. q. 5. numero 25.* Ad id probandum plena iura à Corduba, à Petr. Barboſa, & nonnullis aliis ex præcitatis Doctoribus afferuntur *d. l. ſi vinea, & l. 1. §. de ſeruis verſic. præterea ff. de tutelis, & ration. diſtrah. l. tutor ſecundum dignitatem §. fin. ff. de adminiſt. tutor. & §. ſoluto auth. de nuptiis collat. 4. ex quibus tamen iuribus*, non probari ſentiunt Imola *in d. l. 1. num.11. ff. ſol. matrim.* & Campegius *dicta quæſt. 21.* Ratio igitur præcipua ſumitur *ex §. proſpeximus auth. de non eligendo ſecundo nubente*, vbi dicitur, quod per ſecundas nuptias maxima fit iniuria filiis primi matrimonij, nemo autem tenetur conferre ad ſuam iniuriam, per ſecundas nuptias fieri iniuriam etiam primo viro, non quia inde anima eius contriſtetur, vt dixit Corraſius, ſed quia quaſi violatur eius fides, dixerunt Paulus de Caſtro *in d. l. decreto fin. Cod. quibus cauſis infam. irrogatur*, & alij Iuriſperiti à me allegati *tractatu de contract. matr. cap. 11. num.267.* non ſunt autem cogendi filij ad id per quod patri fit iniuria Ad hoc idem probandum faciunt alia à me *d. c. 11. n.182.* notata, quare in hoc caſu non valet argumentum de alimentis ad dotem ob diuerſitatis rationem.

Quod controuertitur, eſt, an, ſi mater vidua legitima 36
ſit iuuenis, pulchra, & pauper, ex quo manens vidua remaneat expoſita periculo impudicitiæ, & meretricandi, filius diues teneatur eam dotare ad impudicitiæ periculum excitandum, & etiam in hoc caſu, & ſuppoſitis prædictis tribus conditionibus iuuentutis, pulchritudinis, & paupertatis filium teneri dotare matrem legitimam viduam volentem nubere, negant Corraſius, Ludouicus Romanus, Corduba, Mantica *locis citatis* dicentes, quia quantumuis mater ſit iuuenis, pulchra, & ſuſpecta impudicitiæ, ſemper tranſeundo ad ſecundas nuptias infert iniuriam filio, & etiam patri defuncto, iniquum autem eſt cogi filium conferre ad ſui, & patria iniuriam: At in hoc caſu, & ſtantibus præfatis conditionibus ad euitandum periculum illius impudicitiæ, & meretricij teneri, & cogi filiam dotare matrem volentem ſecundo nubere aſſerendum eſt, prout rectè aſſerunt, Ripa. Bald. Nouell. Baëtius Maſcardus, Redina, Aug. Barboſa, Sanchez, Megala, *locis num. præcedenti citatis* Tiraquellus *in d. l.2. connub. d. n.9.* Surdus *d. q.22. n. 12.13. & 14.* Menoch. *d. conſ. 1088 n. 10. & quatuor ſequentib.* Coſta *de remed. ſubſ. remedio 65. n.9.* & plures alij à Corduba, & Menochio relati, & huius aſſertionis plures ſunt rationes, primo enim mater in hoc caſu nubendo conſulit honori proprio patris, & filij, qui maiori iniuria afficitur, ex vita luxurioſa matris, quam ex ſecundis nuptiis, & ex duob. malis minus eſt eligendũ:

can.

can. nerui teſticalorum verſ. 13. Secundò quia ceſſat in hoc caſu ratio, pro negatiua adducta, cum ſit iuſta cauſa ſecundo nubendi, melius enim eſt nubere, quam vri, vnde mater prudenter aget, quæ cum dubitet de cuſtodia primi tori, ſecundas affectat nuptias, & ſic ceſſat minoris ratione grauioris mali vitandi. Tertio ſicut mater prouidere tenetur filiis, quando extat iuſta, & probabilis cauſa *l. neque mater, Cod. de iure dotium*, & in præcedentibus eſt explicatum, ita filius exiſtente iuſta cauſa debet prouidere matri, cui plus debet, & eadem eſſe debet filij pietas erga matrem, quæ eſt matris erga filium iuxta reſponſum Vlpiani *in l. furioſæ matris, ff. de curator. furioſ.* ac proinde filius, cum agnoſcit matri pauperi, & iuueni, ac pulchræ imminere periculum pudicitiæ, niſi nubat, eidem, vt nubat dotem debet conſtituere, demum qui tenetur ſuccurrere vitæ, tenetur & famæ opem ferre, quæ vitæ æquiparatur *leg. iuſta, ff. de manumiſſ. vindic.* vnde ſicut vitæ matris ſubſidium filius præſtare tenetur, cum illa pauperem alere teneatur, vt *numero præcedenti* dictum eſt, ita tenetur etiam dotare ad præcauendum in illa periculum meretricandi, & infamiæ ex vita illius impudicæ, quæ rationes cum deſumantur ex imminenti, ſeu probabili periculo pudicitiæ, & vitæ incontinentis conuincunt filium diuitem teneri dotare matrem legitimam viduam pauperem, quæ non eſſet adoleſcentula, nec pulchra, dummodo ei non nubenti immineret periculum incontinentiæ, & vitæ luxurioſæ filio notum, id quod expreſsè tradunt *locis numero præcedenti citatis*, Maſcardus, Baëza, Sanchez, & Megala, & eſt de mente aliorum qui pro eadem aſſertione ſunt allegati, cum aſſertionem fundent in periculo probabili incontinentiæ, quod matri pauperi iuueni, & pulchræ immineret, ſi non nuberet.

37 Quæ autem tradita ſunt de filio diuite, procedunt etiam in filia diuite, quæ æque, ac filius obligatur matris vitæ, & honori ſuccurrere, an vero ſi, & filius eſſet diues, & filia pariter vterque pro rata deberet concurrere ad dotem matri conſtituendam vel alter tantum, & præcipue filius ſolus teneretur totam dotem dare, non recipi in terminis à Doctoribus prælegatis diſcuſſum. Reſpondeo tamen vtrumque pro rata debere concurrere, ſi tam filia, quam filius eſſet capax ſucceſſionis maternæ iuxta ius commune, nam ſicut in maternis bonis æquè poſſunt ſuccedere, ita onus dotandi matrem inopem debet eſſe commune. Quod confirmo exemplo fratrum: nam ſi ſit ſoror inops, quæ aliunde non poſſit habere dotem, & exiſtant duo fratres diuites, onus dotandi ſororem inopem eſt commune horum duorum fratrum, vt tradit Menochius *de præſumpt. l. 4. præſumpt.* 189. *num.* 42. *verſ. quem ſane*, ſi vero extaret ſtatutum, quod ſtantibus maſculis, fœminæ non ſuccederent, neque in paternis, neque in maternis bonis, eo caſu dicendum eſt onus dotandi, matrem pauperem incumbere ſoli filio, vt qui per ſtatutum ſolus poteſt habere commodum ſucceſſionis, ſentiat, & incommodum dotationis, in quibus autem caſibus mater obligatur dotare filiam, eius obligatio, cui tam non ſatisfecit viuens, tranſit ad eius hæredes, ſiue ab inteſtato, ſiue ex teſtamento ſuccedant, vt notant Maſcardus *var. libro* 2. *cap.* 83. *numero* 38. & Molfeſius *ad conſ. Neap. parte* 6. *quæſtio.* 4. *num.* 16. *de quo cap. ſequenti.*

§. III.

Auus paternus, & auia materna, an, & quando teneatur dotare neptes legitimas, & naturales ex filia?

Certum eſt, auum maternum, & auiam maternam, tametſi diuites non teneri dotare neptem legitimã & naturalem in omnibus caſibus, in quibus matrem ipſam non teneri probatum eſt §. *præcedenti* ita Menoch. Mantica, Redina *locis n. ſequenti citatis*, & alij communiter *infrà citatis*: nam ſi mater non tenetur, multo minus auus maternus, & auia non tenentur, quia quando obligatur, ideo obligatur, quia matris pater, & mater ſunt. 38

Quare auus maternus vel auia materna cæterique aſcendentes per lineam maternam non obligantur dotare neptem, vel proneptem legitimam ex filia, quando pater, vel auus paternus cæterique per lineam virilem aſcendentes diuites ſunt, & poſſunt neptibus dotem conſtituere, vel reliquerunt hæredes, qui ex bonis hæreditariis poſſint dotare: ita Doctores communiter, Gloſſa *in l. fin. verbo intellige, & verbo paternum, C. de dotis promiſſ. in codicibus hodiernis*, ibidem Bartholus, & alij ſcribentes, idem Bartholus *in l. dotem dedit, n.* 3. *ff. de collationibus, & in l.* 1. *n.* 12. *ff. ſolut. matr.* ibidem cæteri ſcribentes Baldus Nouellus *de dote p.* 6. *priuil.* 6. *num.* 3. Campegius *de dote p.* 1. *q.* 18. Cordoba à Lara *in l. ſi quis à liberis* §. *non autem n.* 69. Mareſcottus *var. lib.* 2. *cap* 83. *n.* 37. Baeza *de non meliorand. filiabus cap.* 7. *n.* 36. Surdus *de alim. tit.* 1. *q.* 16. *n.* 2. *&* 3. Menochius *de præſ. lib.* 4. *præſumpt.* 189. *n.* 36. *&* 37 Mantica *de tacitis, & ambiguis lib.* 13. *tit.* 16. *n.* 17. Coſta *de remed. ſubſ. remed.* 65. Pontanus *de alimentis cap.* 11. *num.* 12. Redina *in prœmio tit.* 23. *de dotibus n* 5. & alij à Surdo, & Redina relati. Probatur iiſdem rationibus, quibus *ſup. n.* 11. *&* 12 probatum eſt, matrem in hac ſpecie non teneri ſcilicet, quia onus dotandi eſt paternum, non maternum officium *d. l. dotem dedit & d. l. fin. C. de dotis promiſſ.* vbi in ſpecie dicitur officiũ paternum eſſe dotare ſuam progeniem, neptis autem ex filia non venit appellatione progeniei *l. fin. C. de emancipat. lib.* Surd. *d. n.* 3. Præterea auus maternus vel auia paterna, & cæteri aſcendentes per lineam maternam non tenentur alere neptes ex filia quando pater, vel auus paternus, & alij aſcendentes per lineam virilem idonei ſunt illas alere, vt latè probaui *in praced. parte de aliment. oblig. c.* 7. *n.* 337 & tradũt Doctores communiter *ibid.* citati per textus claros *in l. ſi quis à liberis* §. *virum autem, & in l. non quemadmodum ff. de liber. agnoſc.* ergo neque dotare tenẽtur, quia ſicut onus alendi eſt paternum, ita, & dotandi, idem dicendũ ſi neptis ſit diues vel iam nupta, tunc enim etiam auus maternus, vel auia materna non tenetur neptem dotare ſicut nec materna iuxta tradita §. *præcedenti numero* 13. *&* 14.

At ſi pater neptis ſit pauper, vel mortuus non relictis bonis, & hæredibus, nec alius ex linea virili aſcendens dotare poſſit, & neptis ſit nubilis, & pauper, & etiam ipſa mater ſit inhabilis ad dotandum, tunc auus maternus, vel auia materna diues tenetur in ſubſidium dotare neptem eandem legitimam ex filia: ita expreſſe Bald. *in l. neque mater in princip. Cod. de iure dotium*, Ripa *in d. l.* 1. *num.* 81. *ff. ſol. matr.* Baldus Nouellus, Surdus, Menoch. Mantica Coſta, Redina, Mareſcottus *locis citatis*, & etiam alij *n. præcedenti relati*, & alij relati à me *in d. præcedenti parte de aliment. oblig. d. c.* 7. *num.* 338. *&* Molfeſius *ad conſ. Neap. p.* 6. *q.* 4. *n.* 12 & prællegatus Menochius etiam *de arbit. caſu* 560. *n.* 10. Quemadmodum enim in huiuſmodi caſu mater diues tenetur in ſubſidium alere, & dotare filiam pauperem, vt 39

præcedẽnti paragrapho n. 16. & allegato c. 7. num. 332. & 333. probatum ita etiam auus maternus, vel auia materna diues eandem neptem dotare in ſubſidium obligatur, cum in locum matris ſuccedant, & ſicut patris appellatione veniunt pater, & omnes aſcendentes per lineam paternam, vt dixi d. c. 7. n. 281. fine, & poſt alios tradit Surdus d. q. 16. n. 6. ita matris nomine comprehendantur auus maternus, auia materna, & cæteri per matrem aſcendentes, vt per textum in §. illud quoque auth. vt liceat matri, & auiæ notaui d. c. 7. n. 238. & tradunt Surdus d. q. 16. n. 7. & alij Doctores à me relati eodem n. 338. ubi videatur alia ratio.

40 Quapropter etiam neptem illegitimam tenetur auus maternus, vel auia materna diues in ſubſidium dotare, cum & hanc teneatur mater in ſubſidium dotare, vt præcedenti § n. 24. probatum eſt, & auus maternus, vel auia materna nepotes illegitimos naturales in ſubſidiũ alere cogitur, vt probaui in d. præcedenti parte de alimentorum obligat. allegato c. 7. n. 339. & tradunt Doctores communiter ibid. allegati, vbi etiam addidi illam rationem, quod filij illegitimi naturales etiam vulgò quæſiti ex non punibili coitu nati etiam iure ciuili ab inteſtato ſuccedunt non ſolum matri (vt ſuprà d. n. 24. notatum eſt) ſed etiam auo materno, & auiæ maternæ l. Modeſtinus ff. vnde cognati, & poſt alios tradunt Surdus d. q. 16. n. 10. & Molfeſius ad conſ. Neap. p. 5. q. 11. nu. 15. limitat tamen Surdus ſi mater ſit illuſtris, quo caſu non ſuccedere cum aliis tradit idem Surdus eod. n. 10.

41 Etiam neptem ſpuriam ex punibili coitu natam pauperem auus maternus, vel auia materna in ſubſidium, patre, & aſcendentibus paternis, & matre deficientibus dotare tenetur, ſicut, & tenetur alere nepotes ſpurios, & in d. præcedenti parte de alimentorum obligat. d. c. 7. n. 310. probaui, & tradunt Doctores communiter ibid. relati, attentis enim iure naturali, & iure Canonico in capite cum haberet de eo, qui duxit (de quo ſuprà nu. 25.) eadem æquitas, & ratio naturalis, quæ in matre, etiam in auo materno militat, quare ſicut auus maternus ex identitate rationis tenetur alere, & dotare eos liberos, quibus iure ciuili mater tenetur alimenta, & dotes præſtare vt conſtat ex l. ſi quis à liberis §. item D. Pius ff. de liberis agnoſcen. ita auus maternus tenetur eos liberos alere, & dotare, quos ius naturale dictat, & canonicum præcipit à matre debere ali, & dotari quod latius confirmo d. c. 7. allegato num. 340.

42 Quæ autem tradita ſunt de auo, & auia maternis, procedunt in proauo, & aliis per lineam maternam aſcendentibus per identitatem rationis ſicut etiam ſup. hoc c. Paragrapho primo, dictum eſt de proauo, & cæteris per lineam virilem aſcendentibus, & conſtat ex d. l. ſi quis à liberis §. vtrum autem ff. de liberis agnoſcen. & expreſsè tradunt Surdus d. q. 16. n. 11. fine, & alij Doctores à me d. c. 7. allegati n. 340. verſic. cæterum relati, neque tradita à num. 39. reſtringuntur ſolum ad forum conſcientiæ, vt voluerunt, Sà verbo alimenta, & Ioannes Valecus de differentiis in vtrumque forum verbo alimenta differentia 6. negantes eſſe in vſu in foro exteriori, ſed etiam hodie procedunt in eodem foro exteriori, iuxta quod loquuntur omnes Iuriſperiti ſuprà n. 38. 39. & ſeqq. relati, inter quos ſunt plures non antiqui, ſed iuniores, & hic ſupponunt eſſe in vſu quoad forum exterius, in eoque nepte paupere in iudicio petente dotem auum maternum cogi illam conſtituere.

43 Quantam autem dotem teneatur dare auus maternus vel auia materna obligati in ſubſidium dotare neptem ex filia reſoluendum ex traditis de congrua dote danda, à matre ſuprà hoc c. 20. & 21. cum eandem obligationem habeat auus vel auia quem habet mater, in cuius defectum tenentur dotare.

44 Deobligabitur vero dotare neptem auus, & auia materni in caſibus ſup. hoc cap. numero 22. & 23. enumeratis in quibus mater ipſa non tenetur.

Porrò quando auus maternus viuens obligatus eſt 45 neptem in ſubſidium dotare, & non ſatisfecit, dotandi onus tranſit ad eius hæredes, qui dotare tenebuntur ſicut ſup. n. 37. dictum eſt de hæredibus matris ita Abbas conſ. 115. princip. l. 2. Mareſcottus d. c. 83. n. 38. & Molfeſius d. q. 4. n. 16. de quo c. ſequenti.

Et etiam bona ab auo materno relicta filiæ, & nepti 46 ſubiecta fideicommiſſo poſſunt alienari à matre pro dotanda filia, & ab ipſa nepte, vt ſibi dotem conſtituat, ſi aliunde filia ſiue neptis dotem habere non poſſit, cum ſi auus viueret in huiuſmodi caſu ex illis bonis neptem dotare deberet, vt tradunt Ripa in d. l. 1. num. 81. ff. ſoluto mat. Bald. Nouell. de dot. p. 6. de priuil. 16. & alios allegantes Padilla in auth. res quæ allegato num. 61. dicens eſſe communem, & Menochius d. præſumpt. 189. n. 30. & 31. & 37. & d. caſu 460. n. 10. & 11. dicens in hoc caſu quando neptis aliunde nihil habet, aut habere poteſt, vnde dotari poſſit, militare rationem l. mulier §. cum proponeretur ff. ad Trebell. quæ loquitur in dote, quam ſibi conſtitueret filia ex fideicommiſſo à patre conſtituto, in quo ipſam filiam inſtitueret, ſcilicet quod præſumptio ſit patrem, auumque noluiſſe bona prius alteri reſtitui, quum ſua proles, cui dotem quam conſtituere tenetur, ex bonis ſuis cõſequatur, vide infrà c. 15. n. 278.

§. IV.

An frater diues vt frater teneatur ſororem dotare.

DIxi *vt frater, & non vt hæres*, quia quando frater eſt hæres patris, an teneatur dotare ſororem, explicatur cap. ſequenti, hic ergo inquiſitio eſt de fratre etiam ſi non ſit hæres alicuius, qui tenebatur dotare, ſed tantum quatenus frater, de qua re latiſſimè egi in præcedenti parte de alimentorum obligat. c. 8. à n. 536. ad 577. quare hic annotabo aliqua, quæ ibi non ſint explicata, & ſummariè colligã quæ ibi latè ſunt diſcuſſa.

Certum eſt primo, fratrem diuitem vt fratrem non 47 teneri dotare ſororem, quando pater eſt diues, vel mortuus reliquit bona, vel auus paternus, aut alius aſcendens per lineam virilem eſt idoneus ad dotandam, cum nec mater hoc caſu teneatur dotare filiam, vt ſuprà hoc c. num. 12. notatum eſt.

Certum etiam eſt, fratrem non teneri dotare ſororẽ, 48 ſi mater ſit diues, vt ſup. hoc. c. n. 18. probaui, ſi auus maternus, aut alius aſcendens per lineam maternam vel alius hæres habilis eſt ad illam dotandam, vt conſtat ex traditis hoc c. nu. 39. ſuccedunt enim in locum matris, ita vt poſt eam, cum nec pater, nec aſcendentes per lineam paternam, nec eadem mater poſſint dotare, ipſi dotare tenẽtur neptem ex filia l. ſi quis à liberis, §. vtrum autem ff. de liber. agnoſc. & ijdem veniunt nomine matris, vt d. n. 39 notatum eſt, & latius tradidi in d. præcedenti parte de alimentor. oblig. cap. 7. num. 332. & 333.

Certum quoque eſt fratrem vt fratrem non teneri 49 dotare ſororem diuitem, quæ ex ſua legitima vel ex alis bonis propriis ſibi poteſt congruam dotem conſtituere, cum in hoc caſu etiam mater non teneatur dotare filiam, vt notatum eſt ſup. hoc 13.

Denique certum eſt fratrem, vt fratrem non teneri 50 dotare ſororem iam nuptam, vt expreſsè notat Coſta de remed. ſubſ. remed. 66. n. 7. poſt Socinum conſ. 17. nu. 10. vol. 1. & conſtat ex eo, quod nec mater teneatur filiam iam nuptam dotare, vt ſuprà hoc c. n. 14. notatum eſt.

Frater diues vt frater in ſubſidium, & defectum patris, & matris, & aliorum aſcendentium an teneatur iure humano dotare ſororem inopem, quæ aliunde non habeat, ſi ſit vtrinque vel ex parte patris conjuncta.

51 Inquiſitio igitur eſt, an frater vt frater, & diues de iure ciuili in defectum patris & aſcendentium per lineã paternam, & in defectum matris, & aſcendentium per lineam maternam in ſubſidium teneatur, & cogi poſſit dotare ſororem nobilem pauperem, quæ aliunde dotem habere non poteſt.

Et extra controuerſiã eſt, teneri ſi ſoror ſit vtrinque coniuncta, ſcilicet ex parte patris, & ex parte matris, vel ſaltem ex parte patris: ita communiter Iuriſperiti, quos alleg. *d.c.*8.*n.*536. quib. addo *Collect.comm.opinionum vtriuſque iuris tit. de iure dotium c.*10. *verſic. quaro, an frater* Coſtam *de remed.ſubſid.remed.*66.*num.*1. & 2. Bald. Nouell. *de dot.p.*6.*priuil.*16.*n.*5. *verſic. in fratre*, Campegium *de dot.p.*1.*q.*23. Menoch. *loco infr.n.*57. *allegato* Fuſarium *de ſubſtit.q.*531.*n.*98. & 100. & Gratianus *diſcept.for.to.*1.*c.*65.*n.*2. & Rot. Rom. *dec.*77.*n.*4. & 11. apud Coccinum: ita etiam Theologi, & Summiſtæ, fundamentũ adductum eſt, *d.c.*8.*eod.n.*536. *primo ex l.cum plures §.fin.ff.de adminiſtr.tut. illis verbis ſed non dabit* (ſcilicet Tutor) *dotem ſorori ex alio patre natæ.* Nam dum dicitur, quod ſororem vterinam, & non ex eodem patre natam frater [ſeu loco fratris pupilli tutor] non tenetur dotare, à contrario ſenſu ſignificatur, quod ſororem conſanguineam, & ex eodem fratre natam, & multò magis vtrinque coniunctam ex neceſſitate dotare debet, vt *ibid.* contra Ioannem Lupum latè explicatur, ſecundo ex aliis Textibus à me, *eod.c.*8. *n.*490. & 492. *adductis*, quibus probatur fratrem diuitem, vt fratrem in defectum parentum, & aſcendentium, & eorum hæredum teneri alere ſororem inopem, quod tradunt communiter Doctores *d. n.*492. relati, vnde etiam probatur teneri dotare ſororem inopem, cum dos ſit æquè ac alimenta imo magis fauorabilis ob cauſam procreandæ prolis, & tuendæ pudicitiæ, videantur tradita *prædictis numeris*.

52 Procedit hæc communis, vt quamvis ſit minor, aut pupillus adhuc teneatur, & frater in ſubſidium dotare ſororem vtrinque aut ex parte patris coniunctam, ita quod Curatores, aut tutores cogi poſſunt ad congruam dotem ſorori pupilli, vel minoris conſtituendam, nec ad alienationem bonorum mobilium pupilli, aut minoris pro tali dote requiratur iudicis decretum, ſed tantum requiritur, pro alienatione immobilium, quæ omnia probaui, *eod.c.*8.*d.n.*536.

53 Item in hoc caſu, in quo frater diues, vt frater iure tenetur in ſubſidium dotare ſororem inopem, eundem etiam, ſi minor ſit, & careat curatore, poſſe ſine iudicis decreto promittere pecuniã, & ſe obligare cauſa dotis poſt alios præſertim Gabrielem *conſ.*20.*n.*43.57.& 59. *l.*2. Bartholum, & alios ſcribentes *in l.*1. *C.ſi aduerſus dotem*, tradit Menoch. *conſ.*242.*num.*1. *& ſeqq.* & *conſ.* 814.*n.*1.*& ſeqq.* id probans ex illo textu *in d.l.*1. in quo habetur, mulierem ætate minorem poſſe conſtituere dotem in bonis mobilibus ſine decreto iudicis, ex qua diſpoſitione legis debet conſtituere dotem marito, vt poſſit ſuſtinere onera matrimonij, quod Simoncellus *in tr.de decreto* 3.*p.tit.*8. *inſpect.*13.*n.*88. & plures alij Menoch.*d.concl.*814.*n.*3. relati aſſerunt, & rationẽ tam quoad mulierem minorem ſe dotantem, quam quoad fratrem dotantem ſororem pauperem in ſubſidiũ Menoch.*d.n.*3. ait eſſe, quia obligatio non prouenit ab eis, ſed à lege ipſa, quæ eos jam obligauit. In rebus etiam immobilibus à minore vel pupillo, vel eorũ adminiſtratoribus dotem conſtitui poſſe cum decreto ex ſpeciali dotis priuilegio tradit Laderchius *conſ.*66.*n.*6. ex Baldo *conſ.*108.*l.*1. *per textum in l.ſiue generalis, & in ſeq.ff. de iure dotium in l.*1. *C.ſi aduerſus donat.* & *in d.l.lex quæ, C.de adminiſt.tut.* & idem ait dixiſſe Salicetum, & Caſtrenſem *in d.l.*1. & Bartholum, ac alios *in d.l.lex quæ.* Ex quo idem Laderchius infert, quod cum dos ſtatuto, non contineatur, quando in re, de qua agitur habet priuilegium [vt idem Laderchius cum Decio *locis ibid.* ab eodem Laderchio relatis] ſi ſtatutum prohibeat; ne poſſit alienari etiam cum decreto à minore res immobilis non obſeruatis quibuſdam aliis ſolemnitatibus, debeat ſtatutum intelligi præter quam ſi ex cauſa dotis alienet, de quo *infrà cap.*8.

Præterea procedit eadem communis, vt frater diues, 54
quatenus frater teneatur ſorori inopi aliundè non habenti præſtare dotem pro dignitate, & generi, ac ſtatui ſuo congruam iuxta facultates eiuſdem fratris, id quod tradunt Iuriſperiti Giurba, Lud. Molina, Fontanella, & Theologi, Azorius, & Fagundez *locis à me dicto cap.*8.*num.*530.& 538.*citatis* relati. Nam quemadmodum alimenta à fratre diuite, vt fratre in ſubſidium ſorori pauperi debita intelliguntur de congruis ſtatui, vt latè probaui, *d.c.n.*493. ita etiam dos, quæ non eſt minus fauorabilis, quãm alimenta, vt dictum eſt, videantur tradita allegato, *c.*8. *dictis numeris* 493. & 537. & tradita hoc *c.n.*21.& 22.

Quapropter ſi ſoror habeat aliqua bona, quæ tamen ad eius congruam dotem non ſufficiant iuxta 55
eius dignitatem, & qualitatem, frater tenetur illi præbere ſupplementum vſque ad congruam dotem, vt tradunt Theſaurus, Papon, Giurba, Fontanella, & Martius Venturinus *d.cap.*8.*n.*38. relati.

Quinimo Coſta *dict. remedio* 66. Theſaurus *deciſ.* 56
192. *numero* 9. & 10. & Fontanella *dict. clauſ.*5. *Gloſſa* 3. *numero* 12. (quos ad id præter Coſtam allegaui *dict. capite* 8. *numero* 539. aiunt fratrem diuitem, vt fratrem obligari etiam ad additamenta dotis, & apparatus nuptialis ſcilicet jocalia, & veſtes, quæ ſponſis, iuxta morem loci dantur, & multò magis eiuſdem fratrem hæredem patris vel aui vltra dotem à patre, vel auo relictam filiæ debere eidem filiæ tradere prædicta additamenta jocalia, & veſtes ſponſis dari ſolita, tametſi in teſtamentis patris vel aui non fuerit relicta videantur tradita *d.n.*539.

Vtrum vero ſi ſoror inops non potens aliunde habe- 57
re dotem habeat viuentes duos fratres diuites, onus dotandi illam ſit commune vtrique fratri, & vterque debeat concurrere pro rata ad dictam dotem conſtituendam, reſpondetur affirmatiuè, ita expreſsè Menochius *de præſumpt. lib.*4. *d. præſumpt.*189. *n.*42. *verſic. quam ſane*, & Fuſarius *d.quæſt.*531.*num.*101. *cum non appareat ratio, cur vnus potius*, quam alius frater, ſi ambo ſunt diuites, debeat integram dotem dare, ac proinde onus dotandi debet eſſe vtrique commune, ex quo idem Menochius *dict. præſumpt.*189. *dicto numero* 42. & Fuſarius *dicto num.*101. affirmauerunt fratrem à fratre defuncto inſtitutum hæredem, qui tamen bona fideicommiſſo ſubiecerit poſſe alienare bona præfata fideicommiſſo ſubiecta, vt ſorori vtriuſque ex parte patris, & matris, vel ſaltem ex parte patris coniunctæ dotem conſtituat, non ſolum in caſu, in quo nulla alia bona propria haberet, ſed etiamſi haberet bona propria, poſſe adhuc alienare ad eundem effectum dotandi ſororem pro portione fratris defuncti aliquam partem bonorum illius fideicommiſſi ſibi à fratre relicti, & quod onus dotandi ſororem cõmunem vtrinque vel ex parte patris coniunctam ſit commune vtrique fratri, & ita frater defunctus non præſumitur, nec poterit

voluiſſe bona ita eſſe fideicommiſſo ſubiecta, vt non poſſint alienari cauſa conſtituendæ dotis ſorori pro ſua portione, quæ ſi viueret teneretur præſtare id quod notaui etiam *citato cap. 8. præcedentis partis de alimentorum obligat. num. 549.*

Frater diues vt frater an iure ciuili teneatur dotare etiam ſororem vterinam tantum quæ aliunde non habet, vnde dotari poſſit?

58 Prædicta quoad obligationem fratris diuitis dotandi in ſubſidium ſororem inopem vtrinque vel ex parte patris coniunctam. Verùm non exigua difficultas eſt, an frater diues vt frater in ſubſidium de iure ciuili teneatur in ſubſidium dotare etiam ſororem inopem vterinam ſcilicet ex eadem matre, ſed ex alio patre genitam, de qua difficultate exactiſſimè egi *in præcedenti parte de alimentorum obligat. allegato c. 8. n. 540. ad 551.* & ſecernendo certa à dubiis Dixi *vt frater*: Quia vt hæres matris, vel aui materni tenetur dotare ſororem inopem vterinam tantum, vt *d. cap. n. 540.* notaui, & tradunt P. Barboſa, Fontanella, & alij à me *ibidem* relati, *& capite ſequenti*: probatur, onera enim matris defunctæ, & aui materni defuncti tranſeunt in illorum hæredem vniuerſalem, mater autem in defectum patris, & auus maternus in defectum matris proxime tenetur dotare filiam aut neptem, vt *ſuprà hoc capite* probaui.

59 Controuerſia ergo eſt, an frater diues, vt frater teneatur iure humano in ſubſidium dotare ſororem tantum vterinam pauperem, quæ aliunde non poſſit habere dotem, & licet attenta diſpoſitione præallegatæ *l. cum plures in d. §. finali ff. de adminiſt. tut. tibi non dabis dotem* (loquitur de Tutore) *ſororis pupilli alio patre nata, etiamſi aliter ea nubere non poſſit*; videatur conſtare fratrem diuitem vt fratrem non teneri cogive dotare ſororem vterinam, & non ex eodem patre genitam, licet honeſtum, & pium ſit illam pauperem dotare, & ſi tutor dotauerit ex honeſtate pupillus debeat approbare, vt in *eodem §. finali* dicitur. Nihilominus circa hanc materiam diuerſæ ſunt Doctorum ſententiæ, quas refero, & ex animo *d. capit. 8. ad numer. 540. ad 55*

60 Prima igitur ſententia (quam *d. cap 8. nu. 541.* refero cum ſuis fundamentis) aſſerit Textum *in d. §. finali* loqui de dote iuxta dignitatem, & ſtatum atque iuxta facultates fratris, non autem excludere dotem vſque ad quantitatem alimentorum iuxta alias leges etiam ſorori vterinæ tantum debitorum prout deberi probaui *d. cap 8. n. 498.* atque adeo fratrem diuitem non teneri quidem ſorori vterinæ inopi dare dotem pro dignitate, & ratione ſui patrimonij, teneri vero vſque ad quantitatem alimentorum cum propter æquiparationem valeat argumentum affirmatiuè de alimentis ad dotem ſaltem vſque ad quantitatem alimentorum neceſſariorum, vt ſæpius in præcedentibus in hoc, & antecedenti capite dictum eſt, & *d. c. 8. n. 506. & 536. in fine* notatum eſt, & cum aliis tradit Giurba *deciſ. 5. n. 41.* & dos ad bonum conſeruandæ pudicitiæ, & prolis ſuſcipiendæ, videtur magis neceſſaria. Hane ſententiam *d. n. 541.* refero tenere Lud. Molinam, Baezam, Gregorium, Lopez, Manticam, Fontanellam, & etiam Ruinum *conſ. 104. col. 6. verſic. non obſtat*, vbi (vt refert Mantica) aſſerit fratrem diuitem teneri dotare ſororem vterinam, quæ non habet vnde ſe dotare, neque vnde alere poſſit, dicens in hoc conſiſtere differentiam inter ſororem conſanguineam ex eodem patre genitam, & ſororem vterinam, quod frater diues tenetur dotare ſororem conſanguineam, etiamſi habeat vnde ſe alere poſſit, dummodo non habeat vnde ſe poſſit dotare videantur tradita *d. n. 541.*

Secunda ſententia (quam pariter cum ſuis fundamentis refero *d. c. 8. n. 542.*) abſolutè, & indiſtinctè aſſerit fratrem diuitem, vt fratrem non teneri iure ciuili dotare ſororem vterinam tantum: Ita Iaſon, Ripa, Bolognetus, Fuſarius *locis à me d. n. 542. relatis*: ita etiam, Corduba à Lara, Menochius, Padilla, Martius Venturinus *locis ſuprà hoc capit. numer. 51. allegatis*, & plurimi alij Iuriſperiti ab iiſdem, & à Tiraquello *de primog. q. 61. n. 1 & 3.* relati: ita etiam Cancerius, Petrus Barboſa, Auguſtinus Barboſa *locis d. n. 542.* relati, *collector opinionum comm.* Baldus Nouellus *locis hoc capit. ſuprà numero 56. allegatis*, & Anton. Faber. *libro ſexto Codic. tit. 6. definit. 1. num. 7* & ex Theologis Molina, Rebellus Fagundez, & Villalobos *eod. n. 542.* relati, quibus addo Fragoſum *de regim. Chriſt. Reip. p. 1. diſp. 5. § 3. n. 46. verſic. Barboſa tamen*, & Caſtrum Palaum *de iuſt. diſp. 9. punct. 5. § 3. n. 1.* & eſſe communem opinionem Iuriſperitorum teſtatur Tiraquellus *d. q. 61. n. 14.* fundatur hæc ſententia *in d. §. finali leg. cum plures*, ex eo quod ibi expreſsè habeatur fratrem vt fratrem, non teneri alere ſororem vterinam. Huius differentiæ legalis inter ſororem vtrinque coniunctam, & conſanguineam, & inter ſororem vterinam tantum, rationes variæ afferuntur, quæ *d. c. 8. citato n. 542.* examinantur, ibi videndæ ad euitandã hic repetitionem. Hanc eandem ſententiam Corduba à Lara (vt *d. c 8. n. 543.* notaui) contra Gregorium Lopez ait procedere etiam iuxta legem *Regiam Hiſpan. 18. tit. 6. p. 6.* abſolutè, indefinitè, & generaliter iubentem fratrem teneri dotare ſororem; dicens huiuſmodi legem ſumere interpretationẽ a iure cõmuni, & ſic loqui, ſeu intelligendũ de ſorore vtrinq; coniuncta, & cõſanguinea, vt latius explicaui *d. n. 545.* 61

Tertia ſententia (quam *eod. c. 8. num. 544.* refero) indiſtinctè affirmat fratrem diuitem teneri dotare ſororem vterinam inopem, quæ neque à patre, nec à matre, nec aliunde poteſt habere dotem, ita Tiraquellus, Boetius, Campeg, Surd. Giurba, Molfeſius, Megala, & alij quos *d. nu. 544. allegato*, præter alios à ſupradictis relatos quib. addo Gratianum *diſcept. for. to. 1. cap. 65. n. 4 6* . & Lucidorum *de ſtileg. nom. cler. c. 18. n. 7.* Huius ſententiæ, plures rationes adduxi *d. n. 544.* tum quod in præſenti caſu & ſimilibus valeat argumentum, ab alimentis ad dotem, & potiori iure deberi dotẽ, quam alimenta propter bonum prolis procreandæ, & euitandi in fœmina periculum pudicitiæ, vnde ſicut alimenta ita, & dotem tenetur frater diues ſorori vterinæ inopi dare, tũ quod iura obligantia fratrem diuitem ad alendam, vel dotandam ſororem pauperem fundantur in affectione naturali, charitate, & cõiunctione ſanguinis, quæ cadit erga vterinam ſicut erga conſanguineam ſororẽ; tum, quod hodie detur mutua ſucceſſio ab inteſtato inter fratres, & ſorores conſanguineos, & vterinos, & ſic quoad huiuſmodi ſucceſſionem ſublata eſt differentia cognationis, & agnationis, valet autem argumentum ex iure ſucceſſionis ad dotem, differentia ergo inter ſororem conſanguineam, & vterinam quoad dotem, de qua *in d. § finali l. cum plures*, non obſtat huic ſententiæ, cum procedat de iure digeſtorum quo cognati non ſuccedebant, ab inteſtato cum agnatis. Quæ omnia latè explicantur *d. num. 544.* & hanc opinionem *ibid.* approbo, quam tamen intelligendam eſſe, quando non extarent etiam fratres aut ſorores vtrinque coniuncti, vel ſi extarent ob paupertatem eſſent inhabiles ad dotem conſtituendam, aduertunt Surdus *de alimentis tit. 1. q. 25. n. 14* Gratian. *d. c. 65. n 7.* & notaui *d. n 544. in fine.* Nam ſi extarent diuites, & habiles ad dotem, ipſi frater, & ſoror vtrinque coniuncti ſororem pauperem tenerentur dotare, ob rationem actionis, ſeu maioris coniunctionis: ita Surdus, & Gratianus *locis citatis*, vbi

teſtantur

teſtantur hanc tertiam opinionem eſſe magis communem.

63 Quamuis autem Ludouicus Molina & alij ex relatis *ſupra hoc cap. n.* 64. & nonnulli alij à me relati *d. cap.* 8. *n.* 545. ſentiant fratrem diuitem iure ciuili non teneri dotare ſororem vterinam egenam pro eius dignitate & ſecundum facultates, ſed ſolum vſque ad quantitatem alimentorum quæ eidem innuptæ præbere obligatur, nihilominus eodem *cap.* 8. *n.* 546. reſpondi quod ſicut frater diues vt frater ſorori vterinæ pauperi aliũde non habenti, tenetur habita ratione ſuarum facultatum præbere alimenta non ſolum ſimpliciter neceſſaria, ſed etiam tanta quibus poſſit honeſtam vitam ducere habita ratione ſui generis, vt probaui *d. cap.* 8. *n.* 493. *&* 498. ita etiam tenetur dare dotẽ congruam, qua poſſit honeſtè iuxta genus ſuum nubere, vt exiſtimant Tiraquellus *d. p.* 62. *num.* 16. *iunctis iis quæ tradit q.* 4. *num* 33. Giurba, Surdus, Molfeſius, Megala & alij à me *d. n.* 546. relati vbi etiam pluribus rationibus hanc reſponſionẽ probo; & quia hodie iure authenticorum attento frater diues tenetur dotare ſororem vterinam æque, ac conſanguineam vel vtrinque coniunctam, cui inopi debet frater dare dotem congruam, vt poſſit nubere iuxta genus ſuum *vt ſuprà hoc c.* probatum eſt, & quia ſit communis & certa regula, dotem, cum iure ciuili iubetur dari, conſtitui oportere modo conuenienti honeſtati eius, quæ nubit, quæ latius tradita cum aliis videntur *d. n.* 546.

Frater an poſſit alienare bona fideicommiſſi maioratus, & primogenij vt dotem conſtituat ſorori inopi vtrinque, vel ex altero parente tantum coniunctæ.

64 Vtrum vero frater non habens alia bona libera poſſit alienare bona fideicommiſſo, maioratui, vel primogenio ſubiecta pro conſtituenda dote ſorori inopi, quæ aliunde illam non poteſt habere. Quid in hac controuerſia ſentiant Doctores latè explicaui *d. cap.* 8. *præcedentis partis de alimentorum obligatione num.* 547. *ad* 551. & hic ſummariè noto.

Primo igitur fratrem pro huiuſmodi dote conſtituẽda poſſe alienare bona fideicommiſſo, vel primogenituræ ſubiecta à patre vel auo paterno, ſi ſoror ſit vtrinque vel ex eodem patre coniuncta citra omne dubium eſſe tradunt Menochius, Padillus, Tiraquellus Surdus, Lud. Molina, Fuſarius *locis à me d. cap.* 8. *num.* 547. *citatis*, qui tamen negant poſſe eadem bona alienari pro dotanda ſorore vterina tantum, cum ſentiant fratrem non teneri iure ciuili illam dotare *vt ſuprà* notatum eſt: ſuppoſita autem altera ſententia, quòd frater, vt frater tenetur dotare ſororem vterinam pauperem, poſſent (*vt d. n.* 547. notaui) à fratre alienari præfata bona fideicommiſſo ſubiecta, quia tunc adeſſet neceſſitas legis, quæ facit, vt alienari poſſint bona alioqui alienari prohibita: Quod ſi fideicommiſſum eſſet conſtitutum à communi matre, vel auo materno, tunc extra controuerſiam frater non habens alia bona poſſet & deberet pro ſorore vterina inope dotanda alienare bona fideicommiſſi, vt dixi *d. n.* 547. quia & mater, & auus tenerentur, ſi viuerent illam dotare.

65 Secundo bona ſubiecta fideicommiſſo ab alio fratre pro ſorore inope dotanda, etiamſi non habeat alia bona libera non poſſe alienare aſſeruiſſe Bartholum *in auth. res quæ num.* 4. *Cod comm. de legat.* refert Menoch. *lib.* 4 *præſ.* 189. *num.* 39 & Bartholi verba refero *d. cap.* 8. *nu.* 548. idem Menochius *num.* 41. & alij quos allego *d. capite num* 549. affirmant poſſe ea alienare pro dotanda ſorore inope vtrinque coniuncta, vel ex eodem patre genita, cum teneatur ex neceſſitate legis illam dotare *vt ſuprà* probatum eſt. Addit Menochius *num.* 42. *verſ. quam ſanè* etiamſi frater haberet bona libera adhuc poſſet alienare partem bonorum præfati fideicommiſſi fraterni pro dotanda ſorore communi *vt ſuprà hoc capite num.* 57. notatum eſt ob rationem ibidem adductam. De quo etiam *infrà cap.* 15. *num.* 205.

Tertio pro ſorore vterina inope dotanda fratrem 66 grauatum non poſſe alienare bona fideicommiſſi à fratre conſtitui tradunt idem Menochius *d. præſumpt.* 189. *num.* 41. Fuſarius *d. q.* 531. *num.* 102. Iaſon, Padilla *in d. auth. res quæ* à me *d. cap.* 8. *num.* 550. relati & plurimi alij à Menochio, *&* Fuſario relati; fundati in eo, quod frater diues, vt frater iure ciuili non teneatur dotare ſororem vterinam inopem iuxta tradita *ſuprà hoc cap. num.* 61. ex quo fit iuxta ſententiam *ſuprà hoc eodem capite numero* 62. poſitam & approbatam, quod illam teneatur dotare, poſſit etiam pro dote eidem conſtituenda alienare bona fideicommiſſi à fratre conſtituti.

Quarto *eodem capite numero* 551. notaui ex fratri- 67 bus maioratus, aut fideicommiſſi à patre, vel ab auo paterno, vel à fratre conſtituti fratrem diuitem vti fratrem, & diuitem teneri dotare ſororem pauperem ſaltem vtrinque, vel ex parte patris coniunctam, quod etiam tradunt Rodericus, Suarez, Molina, P. Barboſa, & Fagundez *locis ibidem allegatis.*

Frater diues, vt frater an ex obligatione Iuris naturalis teneatur dotare ſororem inopem aliunde non habentem.

An vero frater diues, vt frater etiam iure naturali 68 in conſcientia, & coram Deo obligante teneatur dotare ſororem pauperem, quæ aliunde, nec alimenta, nec dotem poteſt habere, negant Doctores ſentientes. nec alimenta teneri fratrem vt fratrem ex obligatione iuris naturalis propriè & ſtrictè præbere ſorori pauperi, quos Doctores refero *in prææallegata præcedenti parte de alimentorum obligatione d. cap.* 8. *num.* 504. qui ſunt ex iuriſperitis Corduba à Lara, *ex Theologis* Io. Valerius, P. Nauarrus, Sanchez, Corduba, Villalobus, Suarez, Caſtrus Palaus & Trullench. *locis d. num.* 504. *allegatis* fundati in eo, quod alere, & dotare filios ſit officium paternum ob ſtrictiſſimam charitatis, ac ſanguinis coniunctionem, quæ in fratribus ceſſat, de quo latius *d. num* 504. & eodem *cap.* 8. *num.* 552.

At longè probabilius alij, quos refero, & approbo 69 *dicto capite* 8. *numero* 552. affirmarunt fratrem diuitem vt fratrem ex obligatione iuris naturalis vera, & propria teneri ſorori pauperi aliunde non habenti dare, dotem, ſaltem iuxta alimentorum quantitatem, ij ſunt Molfeſius, Azorius, Rebellus *locis* à me *d. capite* 8. *numero* 505. *allegatis.* Ratio eſt quia frater, vt frater, ſi diues eſt ex propria, & ſtricta obligatione naturali tenetur alere fratrem, & ſororem pauperes aliunde habere nequeuntes alimenta, vt præfati Doctores & alij etiam iuriſperiti a me eodem *num.* 505. relati aſſerunt, idque ob ſpecialem ſanguinis charitatem, & coniunctionem reſpectu eiuſdem principij, quæ poſt parentes & filios intercedit inter fratres, & ſorores, ratione cuius inter eoſdem pietas videtur naturaliter debita vt latiſſimè explicaui *dicto numero* 505. eadem vero naturalis æquitas, charitas, & coniunctio ſanguinis, quæ dictat fratrem diuitem debere ſubminiſtrare alimenta neceſſaria ſorori pauperi dicta, etiam debere ſubminiſtrare dotem, quæ loco alimentorum eſt, & magis neceſſaria ob vitandum pudicitiæ periculum, vt *dicto capite* 8. *numero* 552. notatum eſt: verum verò huiuſmodi dos ſit menſuranda ſecundum ſolam quan-

titatem alimentorum neceſſariorum, ſine quibus ſoror viuere non poſſet, an vero iuxta quantitatem alimentorum quibus commodè, & decenter, aut iuxta ſtatum viuere poſſit, reſoluendum ex traditis à me *in præcedenti parte de alimentorum obligatione cap. 1. n. 14. & 15.*

Frater diues vt frater an ſorori inopi ex vi iuris humani non ſolum in foro iudiciali, ſed etiam in foro conſcientiæ teneatur dotem dare.

70 Verum ſuppoſito, quod iure naturali non teneatur an ſtante diſpoſitione iuris humani & ciuilis iubentis fratrem debere in ſubſidium dotare ſororem inopem ſaltem vtrinque coniunctam, aut ex eodem patre genitam; adhuc etiam in foro conſcientiæ teneatur eandem ſororem inopem dotare congruenter, vt poſſit honeſtè iuxta genus ſuum nubere Ioannes Valerius, & Emanuel Sa à me *d. cap.* 8 *n.* 554. relati negant aientes quod præallegata iura ciuilia, & communis iuriſperitorum de huiuſmodi dote per patrem præſtanda non practicentur in foro iudiciali, & ab aula receſſerint. At *d. cap.* 8. *num.* 555. dixi affirmandum eſſe, teneri in foro conſcientiæ, & refero ita ſentire Syluestrum, Angelum, Molinam, Azorium, Layman, & Fagundez Prædictæ enim leges ciuiles ſtatuentes fratrem diuitem debere in ſubſidium dotare ſororem inopem ſunt diſpoſitiuæ non pœnales atque adeo obligant in conſcientia, nec abierunt in deſuetudinem, ſed practicantur adhuc in foro iudiciali vt *d. numero* 555. notaui, videatur ibi.

Frater diues vt frater an ſorori pauperi iuſtè à patre exhæredata teneatur dotem dare.

71 Sed quid ſi ſoror pauper fuerit à patre ex cauſa iuſta exhæredata, an tunc etiam frater diues vt frater teneatur eam dotare: circa hanc difficultatem *in præallegata præcedenti parte de alimentorum obligatione d. capite* 8. *n.* 556. refero primo ſententiam negatiuam P. Barboſæ *ad l.* 1. *p.* 4. *num.* 135. *ff. ſoluto matrim.* & Fagundez *in Decalog. lib.* 4. *cap.* 16. *num.* 16. qui moti ſunt ea ratione, quod ſicut pater propter iniuriam ſibi irrogatam non tenetur dotare filiam, ita eadem ratione, non tenetur frater: eo quod iniuria patri facta, filiis & toti familiæ videatur irrogata *l. Cornelia ff. de ſicariis* & obiectis reſpondet Barboſa prout *dicto num.* 556. notatum eſt.

72 At *eodem cap.* 8. *n.* 557. approbaui tanquam veriorem affirmatiuam ſententiam, quam tenent Baldus Nouellus, Io. Lupus, Gulielmus, & Rebellus à me *eodem num.* 557. relati & Mantica *de tacit. & ambig. conuent. l.* 11. *cap.* 19 *num.* 5. eam probantes ex generalitate præallegata *l. cum plures §. finali ff. de adminiſtr. tut.* & quia huiuſmodi obligatio dotandi ſororem pauperem ſicut & eam alendi non oritur ex iure hæreditario, ſed à iure, ſeu charitate, & coniunctione ſanguinis (*vt dicto cap.* 8. *num.* 519. notaui) ratione cuius ius ciuile conſtituit fratrem diuitem debere dotare ſororem pauperem aliunde non habentem ſicut, & alere, videantur tradita à me *d. capite* 8. *allegato numero* 519. *& numero* 520. *& duobus ſequentibus.*

Frater, qui ſorori inopi ſemel dotem dedit, an iterum illam dotare teneatur, ſi dotem ſine ſua culpa amiſerit.

Cæterum non leuis eſt controuerſia, an frater, qui 73
ſorori inopi ſemel dotem dedit, iterum illam dotare teneatur, ſi dotem caſu, & fortuito abſque dolo, & ſine culpa ſua amiſerit, quam controuerſiam latè diſcuſſi *in præfata præcedenti parte de alimentorum obligatione dicto cap.* 8. *num.* 558. *& tribus ſequentibus* vbi initio noto controuerſiam non procedere cõſtante, ſeu durante priori matrimonio, cum eo durante nec pater filiæ, quæ dotem amiſerit ſine ſua culpa teneatur nouam dotem conſtituere *vt ſuprà præcedenti cap. numero* 212. probatum eſt, ſed procedere ſoluto priori matrimonio per mortem viri, ſi filia vidua, cuius dos ſemel à fratre data, abſque ſua culpa amiſſa, ſeu perdita eſt, an frater ſi diues ſit, teneatur illi nouam dotem dare.

Et ſententiam negatiuam (quam *d. cap.* 8. *num.* 560. 74
refero cum ſuis fundamentis) tenent non pauci à me *d. n.* 56. relati ſcilicet ex iuriſperitis Io Lupus *in cap. per veſtras not.* 3. §. 24. *numero* 5. *de donat. int. vir. & uxor.* Ripa *in l.* 1. *num.* 84 *ff. ſoluto matrim.* Boerius *deciſione* 131. *numero* 8. P. Barboſa *in dicta lege* 1. *p.* 4. *num.* 140. *&* 141. quibus addo Coſtam *de remed. ſubſid. remed.* 65. *numero* 8. & Spinum *in ſpeculo teſtam. Gloſſ* 11. *num.* 42. vbi pro hac ſententia allegat Alexandrum *in l. ſi cum dotem §.* 1. *ff. ſolut. matrim.* Baezam *de dotibus capite* 12. *numero* 39 Lud. Molina *de primogen. lib.* 2. *cap.* 16. *numero* 26. pro hac eadem ſententia allegatur Baldus *in l. fin. num.* 8. *Cod. de dotis promiſſione* Romanus *in auth. quod locum numero* 10. *Cod. de collat.* Coſta *in memorabil. verbo executores teſtamenti verſic. & poteſt confirmari* Socinus *conſ.* 5. *num.* 7. *&* 8. *lib.* 4. & Tiraquellus *in l. Boues §. hoc ſermone limitatione* 9. *num.* 14. qui tamen *in fine* refert ſe ad tradita Alexandrum *in d. l. ſi cum dotem d. §.* 1. vbi contrarium ſentit ex Theologis huius ſententiæ ſunt Rebellus *de obligatione p.* 2. *lib.* 5. *q.* 4. *num.* 19. *&* 20. Fagundez *in decalog. lib.* 4. *cap.* 16. *num.* 20. vbi loquitur in vtroque foro quos *d. cap.* 8. *allegato n.* 560. refero: plures ex præfatis Doctorib. probant hanc ſententiam argumento *textus in l. ſi ſocius pro filia verſic. cæterum pro ſocio*, vbi ponitur differentia inter patrem, & ſocium dotantes filiam, & quamuis pater teneatur redotare filiam, quæ dotem amiſerit, ſocius autem poſt ſemel datam dotem non teneatur item dotare, alia ejuſdem ſententiæ fundamenta continentia differentia inter patrem, & fratrem vt fratrem, licet pater non tamen frater teneatur item dotare ſororem ſemel in ſubſidium à ſe dotatam ſi illam amiſit pono & explico *d. num.* 560. & præſertim, quod licet regula illa dictæ *l. boues §. hoc ſermone* ſcilicet quod ſermo ſimpliciter prolatus de primo intelligitur, procedat in diſpoſitione hominis, non in diſpoſitione legis iuxta Doctores communiter, intelligi de diſpoſitione legis communis ordinaria, & generalis non tamen in diſpoſitione legis ſpecialis, & extraordinariæ continentis ſpeciale beneficium, & innixæ in ſola æquitate, hoc enim caſu etiam diſpoſitio legis intelligi debet, (inquit Tiraquellus *d. limit.* 9 *citato num.* 14 & P. Barboſa *dicto numero* 141.) de prima vice vt concurſus ſpecialium euitetur *lege* 1. *C. de dotis promiſſione*, quare pater, qui iure communi generali. ordinario, *& l. qui liberos ff. de ritu nupt. & l fin. Cod. de dotis promiſſione* tenetur dotare filiam obligatur illam redotare priori dote, ſine eius culpa amiſſa, at frater, qui tenetur ſolum in ſubſidium dotare ſororẽ pauperẽ ex ſpeciali legis beneficio ſorori conceſſo *in d. l. cum plures §. fin. ff. de adminiſt. tutor.* ſi ſemel eam dotanerit

uerit, non amplius tenetur eam dotare, tametſi ſine culpa dotem amiſerit. Alia videantur *dicto numero* 560. vbi in fine iuxta Ripam, Barboſam, & Fagundez extenditur hæc ſententia, vt etiam ſi frater vt hæres patris, & poſſeſſor maioratus vel fideicommiſſi à patre conſtituit, vel ex bonis communibus ſororem dotauerit eidem non teneatur nouam dotem dare, quamuis
75 caſu amiſerit, licet pater, ſi viueret, teneretur.

At ſententiam affirmatiuam [quam *dicto capite* 8. *numero* 559. refero, *&* *numero* 561. vti æquiorem, & benigniorem præcedenti negatiuæ præferendum eſſe dixi, cum verſemur in materia fauorabili] Docuerunt Alexander *in dicta lege ſi cum dotem* §. 1. *numero* 7. *&* 8. *ff. ſoluto matrimonio* relatis à Tiraquello *in dicta lege bones* §. *hoc ſermone numero* 12. *& limit.* 9. *numero* 4. *&* 14. Lud. Molina *dicto capite* 16. *numero* 26. *verſic. Sed contrarium* P. Barboſa *dicto numero* 140. *&* Stephanus Gratianus *locus mox citandus*, Iaſon *in* §. *fuerat numero* 136. *inſtitut. de actionibus* §. *ſi ei, qui num.* 15. *ff. de iure iur. & in lege diuortio* §. *quod in anno num.* 25. *in fine ff. ſoluto matrimonio* Cæpolla *in dicta lege bonos dicto* §. *hoc ſermone numero* 5. *ff. de verbor. ſignif.* quos allegaui *dicto numero* 559. vbi etiam dixi in hanc ſententiam inclinare Tiraquellum non ſolum *dicto numero* 12. *& d. limit.* 9. *numero* 4. ſed etiam eandem limitationem *numero* 24. cum poſt relatam ſententiam præcedentem negatiuam *in fine* referat ad Alexandrum *loco citato*, & huius ſententiæ eſſe etiam Lud. Molinæ *dicto capite* 16. *num.* 26. refert P. Barboſa *dicto numero* 140. Sed *d. num.* 559. oſtendo contrarium. Hanc eandem ſententiam videtur tenere Fontanella *de pactis nupt. clauſ.* 5. *Gloſſa* 1. *parte* 1. *numero* 73. dum iuxta tradita à Tiraquello *d. limit.* 9. *num.* 4. diſtinguit inter obligatum dotare ex pacto, & inter eum qui ex diſpoſitione legis, dicens illum non teneri iterum dotare, hunc autem teneri, ſi dos ſemel data amiſſa ſit abſque culpa. Hanc eandem ſententiam alios allegans, & latiſſimè eam probans tenet Gratianus *tomo* 1. *cap.* 65. *numero* 18. *& ſeqq. to.* 3. *diſcept. for. capite* 466. *numero* 9. *& tom.* 4. *cap.* 689. *numero* 23. *ad* 44. *& capite* 792. *num.* 15. *ad* 20. qui etiam *c.* 689. *n.* 26. *ad* 32. *& d. c.* 792. *num.* 15. *ad* 20. notat alios Doctores *num. præced.* (præter Petrum Barboſam, & Boërium) allegatos, & nonnullos alios, qui pro priori ſententia allegantur non contradicere huic ſententiæ, quod frater obligatus ex diſpoſitione legis dotare in ſubſidium ſororem pauperem non teneatur illam redotare, ſi ſine culpa dotem ſemel à ſe dotatam abſque ſua culpa amiſerit, quia (inquit) vel tandem ſe referunt ad Alexandrum *loco citato*, vel concludentes ad fauorem fratris mouentur ſolum ex diſpoſitione illius textus *in dicta l. ſi ſocius* pro filia *verſic. cæterum ff. pro ſocio*, qui nihil facit, cum loquatur de dote debita ex pacto, & diſpoſitione hominis, nempe per ſocios ex ordinatione contrahentiũ, non ex diſpoſitione legis, & naturæ prout eſt dos debita à patre, & à fratre in ſubſidium ſorori pauperi, quare idem Gratianus *d. cap.* 689. *n.* 25. aſſerit hanc ſententiam eſſe magis veram, & receptam, quàm latè probaui *d. cap.* 8. *allegatis numeris* 559. *&* 561. & ſummariè probatio conſiſtit in hoc, quod eadem ratio militet in patre, & in fratre; nam quamuis pater teneatur dotare filiam potiori ratione, quàm frater; tamen vterque eſt obligatus dotare ex diſpoſitione legis ſeu Iuris communis *l. qui liberos ff. de ritu nupt.* quoad patrem, *& d. l. cum plures ff. de adminiſtratione tutor.* quod frater, ac proinde ſicut pater tenetur redotare filiam, quæ abſque culpa amiſit dotem ei ſemel datam quia ex iuris communis diſpoſitione dotare tenetur, *vt ſuprà cap. præcedenti num.* 214. probatum eſt, & tradunt Doctores *ibidem* relati, ita etiam frater: cum ex iuris, & legis communis diſpoſitione tenetur in ſubſidium dotare ſororem pauperem, obligatur, eam redotare, ſi amiſerit dotem ab eo illi datam citra omnem ſororis culpam cum igitur ex iuris diſpoſitione, in fratrem transfundatur illud onus dotandi, quod erat in patre in caſibus, in quibus debet ſoror per fratrem dotari, nulla eſt conſtituenda inter eos; ſed tam ab vno, quam ab alio debet redotari filia, ſeu ſoror, quæ ſine ſua culpa dotem amiſit, quod confirmatur, quia illa legis, & iuris communis diſpoſitio in vtroque caſu fundatur in eadem ratione, ſcilicet æquitate, & charitate ac vinculo ſanguinis, & ſi huiuſmodi æquitas, & charitas ſanguinis potentior ſit in patre, quam in fratre illumque primario, hunc vero ſecundario, & in defectum patris ſolum ergo quando quis tenetur dotare ex pacto, aut alia hominis diſpoſitione, non obligatur iterum dotare, etiamſi dos ſemel data caſu vel fortuito amiſſa ſit, vt Tiraquellus *d. limit.* 9. *numero* 4. & alij iuriſperiti communiter ab eodem *ibidem* relati, & Gratianus *d. capite* 65. *numero* 20. eo quod obligatio conuentionalis tollatur & perimatur ex primo actu ſolutionis *l. prout quidque* 80. *ff. de ſolutionibus ibi cum ſoluit, quod promiſit*, videantur alia tradita *d. cap.* 8. *citatis num.* 559. *&* 561. ex quibus omnibus apparet hanc ſententiam eſſe longè veriorem, quam contraria, quam nulla lege, & ratione poſſe ſuſtineri Alexander *loco ſuprà allegato* & poſt eum Gratianus *dicto capite* 689. *numero* 25. qui etiam *dicto capite* 792. *numero* 18. 19. *&* 20. aliis rationibus confirmat hanc eandem ſententiam.

Neque obſtat textus *in lege ſocius*, quia (vt tradunt 76
Lud. Molina *dicto capite* 16. *numero* 27. P. Barboſa *d. numero* 140. & Stephanus Gratianus *dicto capite* 689. *num.* 30. & ante eos Tiraquellus *dicta lege bonos* §. *hoc ſermone numero* 11. *& limit.* 9. *numero* 4.) non loquitur in eo, qui tenetur dotare, ex obligatione, ſed in eo, qui tenetur dotare ex diſpoſitione, ſeu pacto, & conuentione hominis, ſcilicet inter ſocios facta, ſocius enim de quo loquitur ille textus, non tenetur dotare ex obligatione legali, ſicut pater, & frater, vt frater in ſubſidium, ſed ex obligatione hominis & conuentione contrahentium orta [quæ intelligitur, & verificatur de primo actu *dicta lege bonos*, §. *hoc ſermone* iuxta Doctores communiter à Tiraquello *d. limit.* 9. *numero* 4. allegatos] quia attenta cauſa originaria ipſius ſocietatis initæ dicitur contracta obligatio ex diſpoſitione hominis, quamvis poſtea ſuccedat diſpoſitio legis mandans, quod de communi filia dotetur à ſociis, quæ cauſa originaria potius debet attendi, vt Gratianus *dicto numero* 3. ex Socino *d. conſ.* 5. *n.* 7. *&* 8. *n.* 8. *lib.* 4.

Multo autem magis ſi frater ſit hæres, & poſſeſ- 77
ſor maioratus à patre conſtituti tenebitur item dotem ſorori dare cum prima fuit ſine culpa amiſſa, vt tradit etiam Lud. Molina *dicto capite* 16. *num.* 26. *verſus finem*, idque ob rationem ab eodem Molina adductam ſcilicet, quia in ipſum fratrem hæredem, & maioratus poſſeſſorem transfunditur obligatio dotandi: quæ erat penes patrem, & ita nulla differentia poteſt aſſignari inter patrem, & ipſum fratrem.

Quamvis etiam Doctores *numero* 74. pro eadem 78
ſententia affirmatiua expreſsè ſolum dicant fratrem diuitem vt fratrem in ſubſidium teneri redotare ſororem pauperem viduam, quæ dotem priorem ſine culpa amiſit volentem tranſire ad ſecundas nuptias, non tamen excludunt teneri fratrem illam redotare, ſi vellet permanere in viduitate, aut ingredi in monaſterium iuxta tradita *capite præcedenti numero* 217. *verſiculo præcedere etiam* cum in his non valeat argumentum à contrario ſenſu.

An vero frater diues teneatur redotare ſororem, ſi 79
ſine dolo aut lata culpa, ſed tantum, ex leui, vel

leuiſſima

leuiſſimam dotem amiſerit, vel ex culpa non præmeditata ad caſum, reſoluendum ex traditis *capite præcedenti num.* 219. *&* 220.

Frater diues, vt frater, an teneatur dotare ſororem illegitimam tam naturalem quàm ſpuriam egenam, quæ aliunde non poteſt dotem habere, & redotare ſi dotem datam amiſerit.

79 Porro frater diues, vt frater tenetur in ſubſidium non ſolum ſororem legitimam, vt ſuperius probatum eſt] ſed etiam illegitimam naturalem, & etiam ſpuriam egenam, quæ aliunde non poteſt habere dotem pro modo ſeu quantitate alimentorum quæ idem frater diues eidem ſorori naturali & ſpuriæ egenis, & aliunde & habere nequeuntibus (quidquid ſecus ſentire videatur M Ant. Genuenſis *in practicabilibus Eccl. q.* 410. *in fine*) præſtare (*vt in præcedenti parte de alimentorum obligatione dicto cap.* 8. *à num.* 512. *ad* 517. late probaui) tenetur, ita contra Fagundez cum aliis tradidi *eodem capite* 8. *numero* 564. valet enim argumentum affirmatiuè de alimentis ad dotem vſque ad alimentorum quantitatem, vt ſæpius dictum eſt; dos enim loco alimentorum ſuccedens non minus neceſſaria eſt quam alimenta, nè alioqui ſoror carens dote, & non valens nubere facile periculo turpiter viuendi exponatur; quare illud onus maius fratris, matris, ac patris in conſtituenda dote, quæ vno cumulo, & non paulatim, & menſtruatim vt alimenta dentur, poteſt, & debet tolerari, vt conſeruetur pudicitia ſororis, aut filiæ, videantur tradita *d. n.* 564.

80 Quinimo fratrem diuitem ſororem naturalem aut ſpuriam ſemel a ſe dotatam, quæ abſque ſua culpa dotem amiſerit, teneri in ſubſidium, & in defectum parentum redotare dixi *eodem capite num.* 565. contra eundem Fagundez, quia in hac noua dote præſtanda ſicut in prima conſtituenda militat, eadem ratio æquitatis, & charitatis abſque coniunctione ſanguinis, & etiam vitandi periculum pudicitiæ, quod ſemper magnifaciendum eſt, & ſicut, quando aliquid alimentorum datum ſuit, ſi amiſſum fuerit, ſaltem abſque culpa iterum alimenta præſtanda ſunt [*vt d. cap.* 8. *num.* 524. *& ſeqq.* traditum eſt] ita etiam priori dote abſque culpa amiſſa, erit noua dos conſtituenda, cum ſuccedat loco alimentorum.

Frater diues vt frater in eo caſu, in quo tenetur ex diſpoſitione iuris in ſubſidium dotare ſororem inopem ex propriis bonis, an in contractu dotis poſſit apponere pactum, quod dos ad ipſum reuertatur ea abſque liberis defuncta.

81 Nunc vero frater diues, vt frater ex neceſſitate legis iuxta ſuperius tradita de propriis bonis dotans ſororem pauperem, quæ aliunde nec à patre, auove paterno, aut materno, auove materno, aut eorum hærede dotem habere poteſt, in actu dotationis ſeu conſtitutionis dotis poſſit ſtipulari ſeu apponere pactum vt ipſa decedente ſine liberis dos ad eundem fratrem, & eiuſdem fratris hæredes reuertatur, non eſt leuis controuerſia, quam tetigi *ſupra capite* 3. *num.* 126. & de qua etiam egi *in præcedenti parte de alimentorum obligatione allegato cap.* 8. *numero* 566. *& duobus ſeqq.* & vtrobique pleniorem tractationem reſeruaui habendam hoc loco dixi *de propriis bonis dotans*, nam quid dicendum, quando dotat ſororem de bonis non propriis, ſed patris, vel matris, vel ipſius ſororis explicatur poſt enodatam propoſitam controuerſiam. Dixi *neceſſitate legis, &c.* Nam ſi frater nullo modo obligatus ſororem dotare illam ſupponitè & liberaliter dotat, certum & indubitatum eſt, poſſe in actu ipſius dotationis ſtipulari, & apponere illud pactum, quod ſorore defuncta ſine liberis, ſibi vel ſuis hæredibus reſtituatur: cum enim certum ſit extraneum, ſponte dotantem mulierem poſſe ſtipulari, & apponere præfatum pactum, vt conſtat *ex l. ſi extraneus, ff. de conditione cauſa data, & ex l. vnica. §. accedit, Cod. de rei vxoriæ actione, de quo actum eſt ſuprà cap.* 2. *num.* 135. *& duobus ſeqq. & cap.* 3. *n.* 92 *&* 99. *cum pluribus ſeqq.* & tradunt communiter Doctores *locis citatis* allegati; & cum frater reſpectu ſororis extraneus dicatur [etenim extraneus dicitur in hac materia quicumque non eſt aſcendens, per virilem ſexum, & qui non habet perſonam dotatam in poteſtate, vt eſt mater, frater, paternus, coniunctus, aut ſimilis *vt ſupra cap.* 3. *n.* 18. notatum eſt, & tradunt Doctores *ibidem* allegati, & Salycetus, & alij ſcribentes *in dicta lege vnica dicto §. accedit*, vbi id expreſsè habetur, & alij allegati *cap.* 3. *num.* 103. vbi hoc idem eſt notatum, in hac materia nomine extranei venire matrem, auum maternum, auia materna, fratrem, paternum] certum eſt, quod etiam ipſi fratri, quando ſpontè de propriis bonis ſororem, dotat, licet ſicut cuilibet alteri extraneo pactum illud in actu dotationis valide apponere, quod ſorore defuncta ſine liberis ſibi, vel ſuis hæredibus reſtituatur & quodlibet aliud pactum promiſſum extraneo dotanti, vt tradunt iuriſperiti communiter non allegati *ſuprà capit.* 3 *d. num.* 99. *& numero* 112. *&* 123. *tam qui ſequenti numero, & poſt ſequentem allegantur* Hodierna alios allegans *lib.* 1. *contr. cap.* 34. *num.* 4. & Gratianus *tom.* 4. *cap.* 769. *numero* 34. *&* 35. & proinde facta à fratre dotatione cum tali pacto mulier non poterit de tali dote diſponere, vt etiam aliis allegatis Gratianus *d. n.* 35.

Difficultas ergo in præſenti procedit de fratre diuite, 82
qui ex neceſſitate legis tenetur in ſubſidium dotare ſororem pauperem aliunde non habentem, an dum illam ex propriis bonis dotat, in actu dotationis poſſit valide apponere pactum, vt ſorore decedente ſine liberis ad eundem fratrem, vel eius hæredes reuertatur, & quidem P. Barboſa [quem ex Theologis ſequitur Facundez *in Decalogum lib.* 4. *cap.* 16. *num.* 15.] *ad l.* 1. *p.* 4. *n.* 135. *&* 136. *ff. ſoluto matr.* conſtituit generalem concluſionem, ſcilicet quod in omni caſu, in quo frater tenetur dotare ſororem ſiue tanquam patris hæres, aut ex legato patris aut ex ſtatuto excludente filiam ab vniuerſali patria ſucceſſione, aut etiam vt coniunctus [prout frater diues, vt frater ex iure communi *in d. lege cum plures §. fin. de adminiſtratione tut.* obligatur dotare ſororem inopem vtrinque, vel ex parte patria coniunctam] non in actu dotationis ſtipulari, & apponere pactum, quod mortua ipſa ſorore ad eundem fratrem reuertatur, ita quod ſtante tali pacto eadem ſoror non poſſit de eadem dote diſponere, quam concluſionem etiam tradidere [comprehendentes etiam fratrem diuitem de bonis propriis dotantem ſororem inopem non habentem aliunde] Ripa *in dicta l.* 1. *num.* 84. *ff. ſoluto matrimonio* Ancharanus *conſ.* 434. & Peregrinus *de fideicommiſſ. art.* 42. *num* 50. quos ſequi videtur Gratianus *tom.* 3. *cap.* 556 *n.* 4. Probat quia in prædictis caſibus etiam quando dotat de propriis bonis ſororem inopem aliunde non habentem, frater eſt debitor dotis & dotando ſoluit, vel debitum naturale, vel debitum ex lege: ergo non poteſt illud onus doti imponere; confirmat Petrus Barboſa, quia cum frater, ex neceſſitate, & obligatione legis dotet, ſuccedit regula *l. ſi adrogator ff. de adoptionibus* ibi *cæterum ſi fidei eius committat, vt quandoque reſtituat, non oportet admitti fideicommiſſum*,

fideicommiſſum; quia hoc non iudicio eius ad ipſum peruenit, ſed principali prouidentia, ſcilicet (ſubdit ibi Gloſſa) conſtitutione, ſtatuto Imperatoris; neque obſtare, aiunt Ripa, & Barboſa, quod pater, qui magis tenetur dotare filiam, quam frater ſororem, poſſit apponere tale pactum, vt ad ſe dos redeat filia ſine liberis decedente *l. quoties 30. ff. ſoluto matrim.* & conſtat ex traditis *ſuprà capite 3.* nam in patre dotante, inquiunt, agitur de parno præiudicio, quia pater tenetur illi dotem reſeruare, & etiam nouam reſtituere, *vt ſuprà eodem capite 3.* probatum eſt: quæ ratio ceſſat in fratre, qui non tenetur iterum dotare iuxta eadem & tradita *ſupra hoc cap. n. 74.*

84 At affirmandum, longè verius eſſe fratrem, quoties de propriis bonis dotat ſororē etiam inopem, & aliunde non habentem, poſſe validè in dotis conſtitutione apponere pactum, vt ea ſine liberis defuncta dotis ſibi, vel ſuis hæredibus reſtituatur; ita Vincentius de Franchis *deciſ. 196. numero 6.* Menochius *de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 10. numero 24. verſic quo vero ad bona*, Fontanella *d. Gloſſa 10. d. p. 1. num. 8.* & alios allegans Hodierna *d. cap. 34. n. 4.* Qui abſolutè tradunt fratrem, quoties de propriis bonis dotat ſororem, validè poſſe apponere pactum, vt defuncta ſorore ſine liberis ſibi, vel ſuis hæredibus dos reddatur *d. l. vnica §. accedit Cod. de rei vxoriæ actione* & ratio eſt, quia ex vna parte conſtat, fratrem de propriis bonis dotantē ſororem poſſe in actu dotationis, ſeu dotis conſtitutione ſtipulari, & paciſci, vt dos defuncta ſorore ſine liberis ſibi reddatur *d. l. vnica §. accedit* & allegata *l. ſi extraneus ff. de conditione, cauſa data*, & tradunt DD. communiter *vt ſuprà num. 81.* eſt notatum, & ea altera parte nulla reperitur lex, quæ prohibeat eundem fratrem tale pactum apponere, quando de propriis bonis in ſubſidium debet dotare, & dotat ſororē inopem. Nam & ſi lex tunc obligat fratrem diuitem de propriis bonis dotare ſororem inopem, non tamen prohibet, vel reſiſtit præfatū pactum à fratre dotante apponi in actu dotationis, neq; illud reddit nullum ſicut non reddit nullum ſimile pactum à patre ſtrictiori legis obligatione dotare filiam adſtricto appoſitum, præſertim cum etiam frater teneatur ſorori inopi nouam dotem dare amiſſa priori ſine culpa *vt ſup. n. 75. & 76.* probatū eſt: Quàmuis etiā non obſtaret huic affirmatiuè ſententiæ, quod frater non teneretur redotare iuxta tradita *n. 81.* Nam affirmatiua hæc procedit de pacto reuerſionis dotis ad fratrem dotata defuncta ſorore, quo caſu alia dote non eſt opus, & ſimilia pacta de reſtitutione dotis ea mente contrahentium etiam extraneo dotante intelliguntur, & interpretari debemus in caſu ſoluti matrimonij per obitum mulieris, ſeu vxoris ob fauorem publicum, vt ciuitates liberis repleantur, & conſequenter, vt mulier non remaneat indotata *vt ſupra c. 3. num. 113.* notatum eſt, & tradit aliis allegatis Gratianus *dicto capite 769. numero 16. & 17.* vbi propterea etiam poſt Garciam Maſtrillum *deciſio. 74. p. 1.* rectè aduertit, quod quamuis ſoluto matrimonio per obitum mariti dos fuiſſet reſtituta fratri, vel alteri extraneo dotanti; adhuc ſorori, ſeu mulieri remanet ius ad illam repetendam, quaſi eadē dos ſit deſtinata pro alio matrimonio, ſicut *ſuprà capite 2. & 3. numero 160.* dictum eſt de dote data filiæ in poteſtate ſoluto matrimonio per mortem viri reuerſa ad patrem dotantem iuxta *auth. Sed quamuis Codice de rei vxoria actio.* idque confirmatur ex traditis *ſupra cap. 3. num. 113. in fine* vbi probatum eſt, extraneum dotantē mulierem non poſſe paciſci, vt dos ab eo data ſoluto matrimonio per viri obitum ad eundem reuertatur abſque onere iterum eam dotandi, & eo magis procederet hæc affirmatiua, ſi tale pactum à fratre in ſubſidium de propriis bonis dotante in actu dotationis fuerit appoſitum ipſa ſorore præſente conſentiente, ſeu expreſſè vel tacitè, per ea, quæ paulo *infrà* traduntur de tali pacto a fratre dotante ſororem de bonis paternis, vel maternis, vel de legitima ſororis aliiſue bonis ſororis propriis appoſito ipſa ſorore præſente conſentiente, & expreſſè vel tacitè acceptante quo caſu nil prorſus certè obſtaret *dicta lege ſi adrogator*, vtpotè intelligenda, quando is cui à lege aliquid conceditur, & ex legis diſpoſitione debetur conſenſum non præſtat pacto, vel conditioni oneroſæ.

Frater dotans ſororem ex bonis paternis, vel maternis, aut communibus, vel propriis ſorori non poteſt in actu dotationis ſtipulari dotem ea defuncta ſine liberis ad ſe reddi ipſa non conſentiente.

Prædicta quando frater dotat ſororem ex bonis eiuſdem fratris propriis: at quotieſcumque ſoror dotatur à fratre non ex bonis propriis, ſed de bonis (vt quando certa pecuniæ quantitas eſt per patrem relicta filiæ pro dote, vel frater dotat non vt frater ſed vt hæres patris) vel de bonis maternis, vel ex bonis communibus, vel ex legitima filiæ, ſeu ſorori in bonis patris, vel matris debita, vel dotatur à fratre vigore ſtatuti excludentis filiam à ſucceſſione vniuerſali in bonis paternis cum qualitate dotationis, quo caſu dos ſuccedit loco legitimæ vt ſuo loco *infrà cap. 7.* explicatur frater dotans non poteſt ſaltem ſorore dotata non conſentiente ſtipulari, & apponere in contracto dotis, vt ſorore defuncta ſine liberis dos ad eundem fratrem reuertatur, & ſi tale pactum fieret cum ſororis viro in eodem contractu dotis, nullius valoris, & momenti eſſet tale pactum, & ſoror decedens ſine liberis poſſet de dicta dote diſponere tranſiretque eadem dos ad eiuſdem ſororis hæredes ab inteſtato, vel ex teſtamento. Ita præter Doctores *ſup. n. 83.* relatos Baldus *in lege auxa n. 19. Codice de iure dot.* Vincentius de Franchis *dicta deciſ. 196.* Lucas de Penna *in leg. vnicam numero 47. cum ſeqq. Cod. de imponen. lucra deſcript. lib. 10.* Neapodanus *in conſuet. ſi quis vel ſi qua in Gloſſa in verbo præterquam numero 223.* Menochius *d. præſumpt. 10. allegato n. 24.* Paſchalis *de patria poteſtate, parte 2. cap. 7. n. 22.* Vrſillus *ad Afflictum, deciſ 160. num. 9.* Franciſcus Molinus *de ritu nupt. lib. 3. quæſt. 31.* Milanenſis *deciſ. 10. n. 24. lib. 1.* Cancerius *var. part. 3. cap. 2. de iuramento numero 200.* Faber. *lib. 2. Codic. tit. 36. defin 1.* Fontanella *dicta Gloſſa 10. citata parte 1. numero 11.* Sanfelicius *deciſ. 128.* & alios cumulans Hodierna *allegato capite 34. num. 3.* etſi enim in bonis propriis dotantis pactum à dotante apponi rectè permittatur, in bonis tamen propriis dotare (vt in ſupradictis caſibus) iniquum, & non permittitur pactum, aut onus imponi *l. fin. Cod. de pactis in fine, vbi cum in alienis rebus contra domini voluntatem aliquid fieri, vel paciſci ſecta temporum noſtrorum non patiatur*, quod idem habetur *lege hæreditas, Cod. de pactis conceſſis*, & certum eſt, eum non poſſe ab aliquo honorari, quem non honorat *lege ab eo Cod. de fideicommiſſis*, & quando dos ſuccedit loco legitimæ, clarum etiam eſt in ea nullum onus poſſe opponi, & reiicit omnem conuentionem & ſtipulationem, quod reuertatur ad dotantem, vt aliis allegatis Gratianus *dicto cap. 556. n. 6.* & Hodierna *dicto cap. 34 num. 37.* & tandem quod in dote de bonis non propriis fratris omnia pacta oppoſita per fratrem contra mulierem reiiciantur, tradunt Bald. *in d. l. auxa n. 10.* Vinc. de Franchis *d. deciſ. 196. n. 1.* Menochius *d. n. 24.* alij *ſupr.* allegati, & Stephanus Gratianus *tom. 1. cap. 49. num 25.* ſolum igitur quando frater in conſtituenda ſorori dote etiam aliquid ex propriis bonis pro dote dediſſet vltra bona ad ſororem ſpectantia, & eius propria (quia paterna, materna vel eius legitima) & appoſuiſſet in 85

conſtitutione

conſtitutione dotis illud pactum, vigore talis pacti tantum illud plus ex propriis bonis datum eſſet poſt mortem ſororis illi conſtituendum, non autem tota dos, vt notarunt Vincentius de Franehis *d. deciſ.* 196. *num.* 6. Hodierna *d. cap.* 34. *num.* 31. & Marſilla *ad conſuetudinem Dos à patre num.* 49. *ab eodem Hodierna* relatis, in dubio autem, & vbi non conſtaret fratrem, dotaſſe ſororem de bonis ipſius ſororis præſumi dotem conſtitutam à fratre ex bonis propriis tradit Gratianus *d. cap.* 556. *num.* 27. ex Socino *conſ.* 29. 1. *num.* 10. *in fine lib.* 2. Verum quando nam frater præſumatur dotare ſororem diuitem ex bonis ipſius ſororis, latè explicatum eſt *ſuprà capite* 3. vt quando eſt bonorum illius adminiſtrator, vel illius debitor eſt.

Si præfato pacto à fratre appoſito ſoror conſenſerit an pactum valeat, & ſoror non poſſit de dicta dote diſponere.

86 Sed quid, ſi in præfatis caſibus, in quibus frater dotat ſororem non de bonis propriis, ſed ex paternis, vel maternis, vel ex legitima ſorore debita, aliiſve bonis propriis eiuſdem ſororis, in contractu, ſeu Inſtrumento dotali pactum, vt ea defuncta ſine liberis dos ad eundem fratrem dotantem, vel ad eius hæredes reuertatur apponatur præſente, & conſentiente, vel non contradicente, ſeu expreſſe vel tacite illud pactum acceptante, an pactum teneat, nec ſoror poſſit pacto contrauenire, aut diſponere de dote, nec dos ad eiuſdem ſororis hæredes ſiue ab inteſtato, ſiue ex Teſtamento tranſire, ſed ea ſine liberis defuncta eadem dos fratri dotanti, vel eius hæredibus reſtitui debeat; & quidem Lucas de Penna *loco numero præcedenti allegato* primò dicit, quod quando ſoror à fratre dotatur de bonis communibus patris etiam ſi ſoror permiſerit fratrem ſtipulari, quod dos ad ipſum fratrem reuerteretur tacuerit & non contradixerit illi pacto, poteſt ſoror ſuo teſtamento de ea dote ad libitum diſponere, eo quod non licuerit fratri adiicere illud onus reſtitutionis, & ſic non valeat illud pactum; ſecundo idem Lucas de Penna diſtinguit dicens, quod vel ſoror eſt diues, & frater pauper, & familia oneratus: tunc ſoror præſumitur donaſſe fratri, & ſic non poſſet diſponere de ea dote, vel ipſa ſoror eſt nulla bona habens, & frater diues; & tunc non præſumitur donatio; ſubdit tamen primam opinionem eſſe tutiorem & hanc Lucæ de Pēna opinionem approbauit Sacrum Concilium Neapolitanum vt teſtatur Vincentius de Franch. *d. dec.* 196. & eandem ſequitur, & valde laudat Menochius *loco numero præcedenti allegato*, laudat etiam Viuius *dec* 9. *r.* 2. *p.* 1. Neapodanus *loco num. præcedenti allegato*, loquens in caſu, in quo ſoror adhibuit ipſum fratrem, vel alium ſtipulatorem ad ſtipulandum dotem ea defuncta ſine liberis reſtituendam fratri dotanti; concludit, quod aut mulier permiſit ſtipulari animo donandi inter viuos, aut animo donandi cauſa mortis, aut ſumus in dubio: primo caſu, quod ſoror non poterit, teſtari ſecundo, & tertio ſic ex traditis à Luca, & Neapodano Vincentius de Franchis *d. deciſ.* 196. *in ſuo caſu de fratre* qui dotauerat ſororem de bonis maternis, & in contractu dotis illa renunciauerat bonis paternis, quia illa non erat diues, & facta erat in dotatione mentio mortis reſoluit, quod potuit ſoror de dote diſponere, & inſtituere maritum hæredem & hoc idem Vincentius de Franchis *deciſ.* 491. vbi tamen in caſu de quo ibi, in quo fratres dotantes ſororem de bonis, paternis, & maternis appoſito pacto, quod ea decedente ſine liberis, vel cum liberis, & eis decedentibus in pupillari ætate dos rediret ad dotantes, & ſoror defuncta erat ab inteſtato cum liberis poſtea in pupillari ætate mortuis teſtatur Sacrum Concilium contra patrem liberorum prætendentem ſucceſſionem in illa dote reſoluiſſe ad fauorem fratrum dotantium, tanquam pactum fuerit approbatum à ſorore, dum voluit inteſtata decedere, ſecus ſi teſtata eſſet in fauorem mariti, nam tunc non obſtante illo pacto frater remaneret excluſus à dote, inquit *ibidem* Vincentius *ex deciſione* 5. *Conſilij Neapol.*

At ex quo pactum de reuerſione dotis ad fratrem 87
dotantem in inſtrumento dotali appoſitum eſt ipſa ſorore petente, & conſentiente illudque expreſſe, vel tacitè ratam habente, & acceptante, illud valere, nec illi poſſe ſororem contrauenire, aut de ea dote aliter diſponere, ſed ea ſine liberis defuncta ad fratrem dotantem eandem dotem debere redire ſentiunt, Franciſcus Molinus *d. q.* 31. *n.* 5. *& ſeqq.* & Fontanella *d. Gloſſa* 10. *allegata p.* 1. *num.* 15. *& ſeqq.* Probant idem Molinus, & Fontanella, quia nullo iure reperitur prohibitum ſororem tali pacto conſentiente, & eo modo in Inſtrumento dotali cum fratre paciſci, cum id fiat in re propria ipſius ſororis, cuius dos eſt proprium eius patrimonium, ac proinde poteſt in ea legem, quam velit apponere, vt expreſsè Menochius *d. præſumpt.* 10. *numero* 20. nil enim prohibet, quin quilibet in re ſua ponat legem, quam velit *l. traditionibus ff. de pactis* Surdus *conſ.* 113. *num.* 3. & in re ſua quilibet eſt moderator, & arbiter *arg. legis in re mandata, Cód. mandati.* Quare cum pactum expreſsè conuentum ſit ſeruandum *lege* 1. *& l. iuris gentium* §. *Prætor ait ff. de pactis* idque quamuis in contractu dotis ſit appoſitum, niſi reperiatur expreſsè prohibitum *l. vnica* §. *illud Cod. de rei vxoriæ actione* Surdus *dicto conſ.* 113. *numero* 1. & Molinus *d. l.* 3. *quæſt.* 1. *n.* 2. & non reperiatur pactum illud, quod dos ad fratrem dotantem reuertatur ſorore abſque liberis defuncta, ſi ipſa, quæ eodem pacto conſenſerit, erit pactum omnino ſeruandum, neque ſoror poterit de ea dote teſtari, cum vbi dos ex contractu eſt alij applicanda, ſeu reſtituenda, tum mulier non poſſit de ea teſtari, vt Lucas de Penna, Neapodanus Vincentius de Franehis, Menochius *locis ſupra allegatis*, & latè Surdus *d. conſ.* 113. *n.* 5. & Cacheranus *deciſ.* 20. *num.* 6. confirmatur præfatum pactum accedente conſenſu ſororis eſſe licitum, & validum, quia nec doti, nec ſorori ipſi præiudicium, cum vlterius non poſſit nubere, affert, quo caſu pacta doti apponi validè poſſe, dum dolus, aut deceptio abſit, latè tradit Molinus *dicta quæſt.* 1. *vnde filia poteſt conſentire patri, vt ſibi appropriet actionem dotis l. quoties lege poſt dotem l. penul.* §. *ſi veſtra ff. ſoluto matrimonio*, Menochius *d. cap.* 10. *n.* 20. Item ſi pater in contractu conſtitutionis dotis paciſcatur, vt dos filiæ data diſſoluto matrimonio per obitum eiuſdem filiæ abſque liberis reſtituatur hæredibus patris, ita vt ipſa non poſſit diſponere, vel niſi de certa ſumma, ſi adſit conſenſus eiuſdem filiæ acceptantis, & renunciantis pactum tenere in filiæ præiudicium, & ſuorum hæredum poſt Cynum, Aretinum, Baldum, & Salycetum *in l. auia Cod. de iure dotium* & Boëtium *conſ.* 50. alios allegantem tradit Milanenſis *d. deciſ.* 10. *num.* 26. *lib.* 1. & id tenet Viuius *d. deciſ.* 9. *num.* 3. *verſic. nec habeat obſtare in fine*, dummodo filia præſens non ſolum tacuerit, & non contradixerit, ſed expreſsè conſenſerit, & conſenſus non fuerit præſtitus ob metum reuerentialem. Quibus non obſtant *leg.* 2. *ff. de pactis dotalibus, & lege quamuis Cod. de pactis conuentis*, vbi dicitur non valere pactum filia conſentiente à patre appoſitum in contractu dotis, quod diſſoluto matrimonio per mortem viri dos, aut dotis pars remaneret liberis cōmunibus ſuperſtitibus, quia dictæ duæ leges procedunt in ſua diſpoſitione tā-tum, ne mulier maneat indotata, vt poſt Iaſon *in l. quæ dotis num.* 2. Claudium Seyſſillium *ibid. n.* 2. *ff. ſolut. matrim.*

matr. & Imolam *in l. penul. ff. ſolut. matr.* notant Menochius *d. n.* 20. & Molinus *d. quæſt.* 31. *num.* 6. Denique Fontanella *d. p.* 1. *n.* 15. & Molinus *d. quæſt.* 31. *num.* 8. ad confirmationem huius adducunt textum (qui videtur in hac ſpecie expreſſus) *in l. cum maritus* §. *fin. ff. de pactis dotalibus*; vbi ſoror de dote, quam dedit, cum eius fratre ſtipulata eſt, eam fratri reddi, ſi ea in matrimonio deceſſiſſet; ſoror decedens quaſdam res dotales marito legauit, & ex dotalibus ſeruis, quoſdam manumiſit: quæſitum fuit, an maritus rerum legatarum nomine fratri teneatur, & reſpondet Scæuola, maritum teneri, ex quo textu Baldus *in l. pro hereditariis, Cod. de hered.* att, & alij Iuriſperiti communiter, quos refert, Surdus, Cacheranus *locis citatis*, dixerunt, quòd mulier non poteſt de dote teſtari, quando eſt ad alium applicata vigore contractus. Etenim, acquiſitum alteri ſtipulatione non poteſt alienari; ſic ergo in præſenti ſpecie poſt ius ſtipulatione fratri acquiſitū conſentiente, & volente ſorore non poteſt ſoror de dote teſtari, & in ea inſtituere alium hæredem: & hanc ſententiam
86 procul dubio tenet Cacheranus *d. deciſ.* 20. *n.* 5. vbi pōderat ad id *d. textum in d. l. cum maritus*: ita etiam ſentiunt. Hodierna alios allegans, *d. cap.* 34. *n.* 37. *verſic. excepto tamen* (vbi admittit valere, & obſeruandum pactum in capitulis nuptialibus, ſeu dotalibus à fratre dotante ſororem de communis parentis bonis adjectum, vt dos ad eundem fratrem eiuſque hæredes ſorore defuncta, ſi pactum eſſet factum ipſa ſorore præſente, & conſentiente, & Sanfelicius *d. c.* 128. *n.* 4. & in ſuo caſu tenet pactum à fratribus in capitulis matrimonialibus, quod ſoluto matrimonio ob ſororis obitum abſque liberis dos de bonis parentis communis pro ſorore data ad eoſdem fratres reuerteretur non valuiſſe, & ſororem de dote potuiſſe teſtari, & ad libitum diſponere, quia ſoror non interuenerat præfatis capitulis, nec conſtabat poſtea conſenſiſſe, ſeu ratificaſſe illud pactum in inſtrumento dotali; quia inſtrumentum dotale, in quo illud pactum aderat, non fuerat eidem ſorori lectum, & eius tenor declaratus, quod ad actus ratificationem non ſufficiente illius ſimplici ſcientia iuxta ea, quæ *ibid. n.* 5. tradit, requirebatur. Denique hanc eandem ſententiam approbant Iacobus Cancerius *loco ſupra n.* 85. *allegato*. Vbi loquens in caſo, in quo frater dederat ſorori dotem eidem à patre relictam appoſito ipſa præſente, & ſciente pacto ſeu vinculo, quòd ipſa ſine liberis decedente tantum de illius dotis certa parte poſſet diſponere, altera vero pars reuerteretur ad ipſum fratrem, ex eo, quod eadem ſoror viuens de dicto pacto, ſeu vinculo nunquam fuerit conqueſta, & hic viſa eſt pactum illud acceptaſſe, approbat deciſionem ſacri Concilij Neapolitani, ſororem (quæ abſque liberis deceſſerit) non potuiſſe inſtituere maritum (vt fecerat) hæredem in illa dotis parte, quæ ex pacto ad fratrem reuerti debebat. Quod & *d. cap.* 2. *n.* 102. confirmat ex eo, quod licet ex ſola taciturnitate non inducatur conſenſus, nec approbatio in præjudicialibus tamen ſi vltra taciturnitatem deuentum eſt ad aliquem actum poſitiuum tendentem ad approbandum actum; tunc inducitur ratificatio, *l. ſi filiusfam.* vbi Bartholus, *ff. ad Maced.* Decius *conſ.* 19. *n.* 9. & alij allegati ab eodem Cancerio addente Cæſarem Barzium *deciſ.* 2. *n.* 19. dicere ſuperuenientiam poſt actum geſtum facere, vt quis illum actum ratificare videatur, ſi ei nunquam in vita contradixerit. Ac proinde licet legitima nullum admittat onus; & vbi appoſitum ſit, habeatur pro non ſcripto (de quo idem Cancerius, *d. p.* 1. *c.* 3. *n.* 3. *& ſeqq.* Si tamen filius patiatur tale onus ſibi apponi, & interuenerit aliquis actus poſitiuus approbationis, & in vita ſua de dicto onere conqueſtus non fuerit, hæredem eius de eo conqueri non poſſe, tradunt Molina, *de primog. lib.* 2. *c.* 3. *n.* 36. Corduba à Lara *in l. ſi quis à liberis* §. *item reſcriptum n.* 62. *ff. de lib. agnoſc.* & alios allegans idem Cancerius, *d. c.* 7. *n.* 203. *& d. c.* 3. *att. n.* 23.

Frater Clericus beneficiarius an ex redditibus Eccleſiaſticis poſſit, & teneatur dotare ſororem pauperem, quæ eam aliunde non poteſt habere, & etiam ipſe alia bona patrimonialia non habeat.

Supradictis expeditis, pro complemento huius paragraphi reſtat inſpiciendum, an frater Clericus beneficiatus non habens bona patrimonialia ex fructibus beneficij teneatur dotare ſororem pauperem aliunde non habentem, vti ſororem, ſeu vt frater. Hanc difficultatem latè examinaui, & diſcuſſi *in præcedenti parte de alimentorum obligatione præallegato cap.* 8. *a num.* 569. *ad* 576. vt nihil hic foret ſcribendum eadem de re, ſi hæc tractatio de dote prodiiſſet vnita cum illa tractatione de alimentis; cum prodeat ſejuncta in gratiam eorum, qui fortè præcedenti parte de alimentorum obligatione carebūt, ſummariè adnoto ibi tradita. Certum igitur eſt, fratrem Clericum beneficiarium nō habentē alia bona propria poſſe, ſicut alere ita, & dotare ſororem pauperem ex redditibus beneficij Eccleſiaſtici. Ita communiter Iuriſperiti & Theologi, quos allego *d. c.* 8. *n.* 569. vbi id pluribus confirmo, ad quæ recurrat Lector. Addo *ibid. n.* 570. Doctores cōmuniter aſſerere Clericum beneficiarium carentem aliis bonis propriis teneri alimenta præbere fratribus, & ſororibus pauperibus non ſolū, vt pauperibus, & titulo Eleemoſynæ, ſed etiam vt fratribus, & ſororibus, & ſanguinis vinculo cōjunctis. Quia frater diues vt frater tenetur, & cogi poteſt alere fratres, & ſorores pauperes aliunde non habentes ratione vinculi ſanguinis, vt latè probaui eodem *c.* 8. *n.* 490. *&* 491. quæ ratio habet locum tam in perſonis Clericorum; quam laïcorum: Vnde ex conſequenti frater Clericus beneficiatus, vt frater ex fructibus beneficij tenetur, & cogi poteſt in ſubſidium alere fratres, & ſorores pauperes, quando non habet propria bona patrimonialia, quibus poſſit illis ſubuenire, videantur alia *d. n.* 570. tradita.

At quod præcipuè inter Doctores controuertitur 88
eſt, an Clericus beneficiarius aliis bonis carens vt frater, & ſpeciali ſanguinis vinculo cōiunctus teneatur in ſubſidiū ex fructibus beneficij Eccleſiaſtici dotare ſororem pauperem aliunde non habentem. Et negant Panormitanus *in c. peruenit n.* 1. *de arbitris*, & Facundez, *in Decalogum lib.* 4. *c.* 17. *n.* 2. *& ſeqq.* à me, *d. c.* 8. *n.* 573. relati, quorum fundamenta eodem *n.* 573. adducta non ſunt repetenda; Quibus nil obſtantibus cōmunis ſententia affirmat fratrem Clericum beneficiariū non habentem alia bona propria deficientibus dotandæ parētibus, & eorū hæredibus teneri ex fructibus beneficij Eccleſiaſtici in ſubſidium dotare ſororē pauperem, vt ſororem ita ſentiunt ſcribentes *in d. c. peruenit per textum* ibi *de arbitris*, & alij ex Theologis, Sūmiſtis & Iuriſperitis, quos *d. c.* 8. *n.* 574. cumulo quib. addo Coſtam *de remed. ſubſ. d. remed.* 66. Rota Rom. *deciſ.* 30. *p.* 7. *diuerſorum Rubei*, Spinum *in ſpeculo teſtam. Gloſ.* 11. *n.* 1. Steph Gratian. *diſcept. for. to.* 1. *c.* 65. *n.* 14. & Lucidorū *de illegitimis Clericorum c.* 18. *n.* 19. nititur primo hæc ſententia *cap. peruenit*, quia ibi non exprimitur, quod frater Clericus ſponte dotauerit ſororem, & ſic poteſt intelligi etiam, quando inuitus id fecit. Secundo, quia diſpoſitio *legis cum plures* §. *fin. ff. de adminiſt. tutor.* quod frater diues, vt frater teneatur dotare ſororem 89
pauperem, eſt generalis fundata in iure & vinculo ſanguinis, & ita comprehendit etiam clericos, in quos idem ius ſanguinis locum habet, ac proinde eum onere dotandi ſororem pauperem ſit adſtrictus clericus beneficiarius, ſi bona patrimonialia & propria non

habet; tenetur de reditibus Eccleſiaſticis ſui beneficij obligationi ſatisfacere. Neque obſtat quod ius ciuile abſque Papæ facultate de bonis Eccleſiaſticis, vt ſunt fructus beneficij poſſit diſponere, nec clericos comprehendere, nam id non procedit vbi lex ciuilis fundatur in æquitate, & iure naturali. Præter quam quod, cum clericus beneficiarius habeat adminiſtrationem fructuum beneficij in vita, eo ipſo quòd vt frater tenetur dotare ſororem pauperem clericatus non poteſt illum eximere ab obligatione, ſi bona habeat, de quibus poſſit in vita diſponere, eſto bona ex beneficio Eccleſiaſtico ſint acquiſita, denique beneficiarius tenetur ſoluere ſua debita *capite peruenit de fidejuſſoribus* Nauarrus, & Rota *locis à me d. cap.* 8. *citatis numero* 574. relatis, atque adeo, cum dos ſorori inopi à fratre vt fratre iure ciuili, & naturali in ſubſidium ſit debita, illam ſoluere, & conſtituere tenetur ex redditibus Eccleſiaſtici beneficij attenta conditione, & qualitate eiuſdem ſororis, & quantitate fructuum ſui beneficij, ſi propria ſeu patrimonialia bona non habeat.

90 Procedit eadem communis in regulari beneficiario, vt teneatur dotare pauperem, vt probant tradita, *num. præcedenti*, & tradita *in præcedenti parte de alimentorum obligat. c.*23. *nu.*1321. *ad* 1331. & notat ex Ludouiſio Ludouicus *c.*18. *n.*11. vbi ait multò magis teneri dotare ſororem pauperem. Equitem Hieroſolymitanum non ſolum ex redditibus bonorum patrimonialium, ſed etiam ex redditibus commendarum vel Prioratuum, quorum ſunt Domini, & in quibus non ita rigide practicatur paupertas vt in clauſtrali.

91 Procedit etiam (quidquid ſecus ſentiat Barboſa *collect. ad d. cap. peruenit de arbitris num.*3.) quoad ſororem vterinam tantum, eum & hanc pauperem frater diues, vt pater dotare teneatur iuxta tradita, *ſuprà n.*62.

92 Procedit inſuper quoad ſororem illegitimam etiam ſpuriam pauperem, quam fratrem clericum beneficiarium alia bona propria non habentem teneri in ſubſidium dotare ex beneficij Eccleſiaſtici fructibus tradunt Corduba à Lara *in l. ſi quis à liberis* §. *idem reſcripſit num.*97. *ff. de lib. agnoſc.* P. Barboſa *d. l.*1. *p.*4. *num.*133. *ff. ſol. matrim.* Nouarius *de ſpol. cleri* §. *vlt. num.*11. Auguſt. Barboſa *collect. ad d. cap. peruenit, n.*4. *de arbitris* (quos, & alios allegaui, *d. cap.*8. *num.*577.) & Lucidorus *d. cap.*18. *num.*10. *& duobus ſeqq.* Tenetur enim frater clericus beneficiarius alere ſororem illegitimam etiam ſpuriam inopem ex redditibus beneficij, iuxta Doctores communiter, vt probaui allegato, *c.*8. *num.*572. ergo, cum dos loco alimentorum ſuccedat, & fauorabilior ſit quam alimenta propter bonum, procreandæ prolis, & conſeruandæ pudicitiæ, ob quod frater tenetur illud majus onus, quod eſt in dote conſtituenda, ſuſtinere, vt in præcedentibus ſæpè dictum eſt, præterea pater clericus beneficiarius alia bona propria non habens tenetur ex fructibus beneficij dotare filiam ſpuriam aliunde non habentem, vnde poſſit dotari, vt notatum eſt, *capite præcedenti num.*203. ergo etiam frater clericus beneficiarius, quando tenetur in ſubſidium, & defectum patris dotare ſororem ſpuriam pauperem, obligatur dotare etiam ex redditibus beneficij Eccleſiaſtici alia bona non habens, cum onus patris in ipſum transferatur. Non obſtare autem conſtitutionem Pij V. dictum eſt, *præcedenti c. n.*204.

93 Vtrum autem frater clericus beneficiarius non habens alia bona propria dotans in ſubſidium ſororem pauperem ex redditibus beneficij Eccleſiaſtici teneatur, vel poſſit in dotationis actu apponere pactum, vt ſoluto matrimonio per ſororis obitum nullis relictis filiis dos ad Eccleſiam reuertatur, explicatur *ſequenti Paragrapho n.*100.

§. V.

An Patruus, vel auunculus diues vt Patruus, & auunculus iure ciuili teneatur, & cogi poſſit in ſubſidium dotare neptem ex fratre, aut ex ſorore pauperem, quæ aliunde dotem habere nequeat.

CIrca hanc difficultatem pauca erunt à me hic ſcribenda, cum in *præcedenti parte de aliment. oblig. c.*8. *à n.*577. *ad* 588. exactè diſcuſſerim controuerſiam, 94
an patruus diues, vt patruus iure ciuili teneatur, & cogi poſſit alere, & dotare nepotes, & neptes ex fratre paupere aliunde habere nequeuntes, nec ſemel tradita debeant repeti ſolum propter eos, qui non habebunt præfatam præcedentem partem de alimentorum obligatione breuiter noto ſequentia in propoſitione difficultatis, dixi patruus, vt patruus, & auunculus vt auunculus. Quia patruus vt hæres, & ſucceſſor in fideicommiſſo, vel majoratu, aut primogenitura vel ex forma, ſeu vigore ſtatuti ſuccedens, ab inteſtato excluſa filia vel nepte, de cuius ſucceſſione agitur, & ad quam ſucceſſionem alioqui neptis ex fratre admittatur, eandem neptem ex fratre dotare teneretur, tunc enim ſicut ad onera alendi patruus remanet adſtrictus, vt tradidi in *dicta præcedenti parte de alimentorum obligatione capite* 7. *num.*378. *& ſequentibus*, & notat etiam poſt alios Mantica *de tacitis, & ambig. conu. lib.*12. *tit.* 16. *num.* 16. ita etiam adſtringitur ad onera dotandi, vt *cap. ſequenti*, explicatur, & tradunt, *d. num.*16. Mantica, & alios allegans Tuſchus *verbo dos concl.*780. *num.*162. difficultas ergo procedit de patruo vt patruus eſt, & vinculo, & charitate ſanguinis conjunctus.

At prima ſententia negat patruum, vt patruum iure ciuili teneri, aut cogi poſſe dotare in ſubſidium ſobrinam, ſeu neptem ex fratre pauperem, aut auunculum neptem ex ſorore: ita omnes Doctores Iuriſperiti, & Theologi aſſerentes eoſdem patruum, & auunculum vt tales, & vinculo ſanguinis conjunctos non teneri vllo iure alere nepotes, vel neptes ex fratre vel ſorore pauperes, quorum plures refero in *d. parte* 2. *de alim. oblig. allegato cap.*8. *num.*578. & ſunt ex Iuriſperitis Odofredus *in l.*2. *Cod. de alend. liber.* Coſta *ſelect. lib.*2. *cap.*20. Corduba à Lara *in l. ſi quis à liberis* §. *idem reſcripſit num.*109. *& num.*127. *&* §. *ſi mater num.*53. Syluanus *conſ.*33. *num.*14. Lud. Molina *de primog. lib.*2. *cap.*15. *num.*64. *ibidem* Additionator *numero* 67. *&* 68. P. Barboſa *ad d. l.*1. *p.* 4. *num.* 142. *ff. ſoluto matrimonio*, Garzias *de expenſis cap.*3. *num.*35. Gaſpar Ant. Theſaurus *qq. for. lib.*2. *quæſt.*67. *num.*13. *in fine*, & Rota Rom. *dec.*408. *numero* 17. *p.*5. *diuerſor. Rub.* apud quos alij ex Theologis Molina *de iuſtitia, & iure tom.*3. *diſp.* 616. *num.*14. *in fine.* Rebellus *de obligatione iuſtit. p.*2. *lib.*5. *quæſt.*4. *num.*26. Villalobus *p.*2. *ſum. tract.*27. *difficultate* 4. *n.*9. Fagundez *in decalogum lib.*4. *cap.*16. *num.*21. Fragoſus *de regim. Chriſt. Reip. p.*3. *lib.*2. *diſp.*5. *num.*4. & Palacius *de iuſt. & iure diſp.*9. *puncto* 5. §.2. *num.*5. Præter quos omnes ita ſentiunt etiam alij à me, *d. cap.*8. *numero* 584. relati nempe Angelus *in l.*1. *num.*4. *ff. ſolut. matrim. ibidem* Imola *num.*8. Alexander *numero* 20. Ripa *numero* 86. & Baldus Nouellus *num.* 147. idem tradens etiam *de dote p.*6. *priuileg.*16. *numero* 8. Corraſius *in l. qui liberos num.*122. *ff. de ritu nupt.* Campegius *de dote part.*1. *quæſt.*19. Riminaldus junior *conſ.*777. *num.*6. Mantica *d. tit.*16. *nu.*15. & Menochius *de præſumpr. lib.*4. *præſ.* 189. *num.*43. *in fine.* Quibus ſic addo Tuſchum alios allegantem, *d. concluſ.*780. *d. n.*162. *& nu.*163. *&* 164. Coſtam

Coſtam *de remed. ſubſ. remed.*65. *num.*4. *verſus finem*, & Fontanella *de pact. nupt. clauſ.*5. *Gloſſa* 3. *num.*38. Fundantur præcipuè in eo, quod expreſsè lege cautum non habetur patruum, vt patruum cogi nepotes, & neptes pauperes aliunde non habentes in ſubſidium alere vel dotare, nec diſpoſitio legis loquens in fratre reſpectu ſororis ex proprio capite debeant extendi ad patruum, cum non ſit noſtrum, inquiunt Coſta, & Fontanella, diſpoſitionem legis circa repræſentationem perſonæ extendere, quia eſſet fingere, quod eſt ſolius legis, & idem dicendum de auunculo reſpectu neptis ex ſorore, & conſobrino reſpectu conſobrinæ iuxta eoſdem authores ob eandem rationem, quod iure ciuili nullibi reperiatur, quare iuxta eoſdem Doctores onus alendi, & dotandi in ſubſidium inter collaterales iure communi inſpecto vltra primum gradum non porrigitur & hanc eandem ſententiam quoad onus dotandi tenere videtur, Fachineus *controu. iuris lib.*12.*cap.*61. licet ſecus ſentiat quoad obligationem alendi, vt notaui *dicto capite* 8. *numero* 580. Alia pro confirmatione huius ſententiæ adducta à me ſunt, *d.cap.*8.*n.*578.*&* *n.*584. quibus tamen non obſtantibus.

96 Alteram ſententiam appoſitam affirmantem Patruum, & auunculum teneri dotare ſobrinam ſeu neptem ex fratre vel ſorore pauperem aliunde non habentem, approbaui *dict. cap.*8. *numero* 585. quam tenent Baldus *in lege* 1. *numero* 4. *ff. ſoluto matrimonio*, *ibidem* Bolognetus *numero* 134. *in fine*, Afflictus *deciſ.* 371. *numero* 3. Surd. *de alimentis titulo* 1. *quæſt.* 28. *numero* 9. Rota Romana, *deciſ.*30. *numero* 6. 7. *&* 8. *parte* 7. *diuerſorum Rubei*, *& deciſ.* 194. *numero* 53. *eadem parte* 7. *diuerſorum*, *& in Romana alimentorum* 3. *Iunij* 1613. coram Manzanedo (vt aſſeritur *d.deciſ.* 30.*num.*8.) & Lucidorus *de illegit. Cleric. cap.*18.*n.*14. *& duobus ſeqq.* Huius autem ſententiæ veritas pendet ex veritate, vel majori probabilitate alterius ſententiæ, quod patruus vt patruus diues teneatur in ſubſidium alere ſobrinos, & ſobrinas, ſeu nepotes & neptes ex fratre pauperes, & è contra quam ſententiam approbaui,& probaui *dicto capite* 8. *numero* 580. *& tribus ſequentibus*, & præter plurimos Doctores, *d.num.*589. à me relatos Crotum, Ripam, Loaz, Pontanum, Surdum, Giurbam, Fachineum, Monterum, Rot. Rom. *dict. deciſ.* 30. *part.* 7. *diuerſ. Rub. & dict. deciſ.* coram Manzanedo, & Azorium, eandem ſententiam amplexi ſunt Coſta *d. remed.* 61. *dict. num.*4. *in fine*, & plures alij Iuriſperiti, quos refert, & ſequitur Rota *dict. deciſ.* 194. *numero* 4. *& ſequentibus parte* 7. *diuerſorum*, dicens eſſe ſententiam veriorem, æquiorem, & magis receptam, ſecundum quam fuiſſe iudicatum ſæpè in ſupremis tribunalibus notaui, *d. cap.*8. *citato num.*856. ex Lud. Molin. Giurba, Montero, & Theſauro, & notat etiam Rota *dict. deciſ.* 194. *num.*8. 9. 10. 11. 12. *&* 13. *quæ numeris ſequentibus*, latè eam probat ex iure ciuili, canonico, & ratione naturali quas omnes probationes, *dicta deciſione* à me non viſa adduxi *dict. numero* 580. *& tribus ſequentibus*, igitur probatur hæc ſententia primò ex iure canonico tùm per textum *in capite* 1. *de cohabitatione clericorum*, vbi ſobrinus clericus beneficiarius iubetur amitæ inopi præſtare alimenta non ea ratione tantum, quia ex redditibus Eccleſiaſticis pauperibus ſit ſubueniendum, ſed præcipuè ratione propinquitatis, & conjunctionis ſanguinis, vt gloſſa ibi: tum per textum in *capite cum quidem* §.*fin. de iureiur.* vbi ſancitum eſt, vt quilibet cognatus ſubſidia vitæ (ſcilicet alimenta vt ſcribentes ibi) cognato ſuo miniſtrare teneatur, tum per textum *in can. quæritur* 22. *quæſt.*2. *ibi ſoror dicitur* (ſcilicet ſocia vxor Abraham) quia filia fratris erat, ex quo probatur fratrem appellari filium fratris, & ita Loth appellatur frater Abraham, qui erat filius fratris Abrahæ, *Gen. capite* 13. *verſiculo* 8.*& capite* 12. & pariter *Gen.cap.*29.*verſic.*15. Laban patruus Iacob, appellat eum fratrem ſuum, quapropter lex ciuilis, quæ diſponit fratrem diuitem vt fratrem teneri alere fratrem pauperem, rectè intelligitur etiam de patruo reſpectu nepotis ex fratre, qui frater etiam nuncupatur ſecundo ex iure ciuili probatur eadem ſententia, tum quia iure ciuili in ſucceſſione ab inteſtato filius fratris repræſentat perſonam patris ſui, & cenſetur vna, & eadem perſona, §.*ſi igitur. auth. de hæred. ab inteſt. venien. & auth. ceſſante, Cod. de leg. hæred.* ac proinde cum ex eodem iure ciuili cautum ſit fratrem teneri alere fratrem pauperem in ſubſidium, etiam nepos ex fratre inops alendus erit à patruo diuite. Tum quia eadem ratio ob quam ius ciuile noluit parentes cogi alere filios, & fratrem cogi alere fratrem inopem, militat etiam in nepote paupere ex fratre, prædicta enim ratio fundatur in æquitate naturali, & intima ſanguinis conjunctione, ex qua deſcendit obligatio alendi, *l.ſi quis à liberis* §.*vtrum autem*, *ff. de liberis agnoſcend.* huiuſmodi autem æquitas, & ratio naturalis, & vinculi ſanguinis militat in nepote ex fratre ob maximam, licet non ita proximam, & ſtrictam ſanguinis conjunctionem reſpectu eiuſdem principij, à quo deſcendunt, quæ, & ſi non ſit æqualis, ſed minor reſpectu nepotis ex fratre, quam reſpectu fratris, tamen cum parum diſtet, non impedit, vt jus naturale, ſeu natura ipſa diſtet, fratrem etiam fratris filium pauperem aliunde non habentem debere alere, & ſic patruus diues iuxta, *dict. legem ſi quis à liberis & legẽ cum plures* §.*finali*,*ff. de adminiſtr. tuto.* tenetur alere nepotem ex fratre pauperem, earumdemque legum diſpoſitione comprehenditur, vt notaui *dict. cap.*8. *n.*58. *& num.*581. vnde dici poteſt potius comprehenſio quam intentio legis, quamvis, & comprehenſio, & extenſio legis admittatur, quando ratio generalior eſt dicto, quia, tum illud extendit, & ampliat vt *in præcedentibus capite ſecundo*, pluries notandum eſt etiam in odioſis, & exorbitantibus, vt *eodem capite* pariter eſt notatum, & poſt alios tradunt Monterus *deciſione* 16. *numero* 14. Rota *dict. deciſione* 194. *numero* 26. *&* 27. Atque adeo multo magis in hac materia alimentorum, quæ fauorabilis eſt procedere debet,vt quoque eodem *capite ſecundo* dictum eſt, & habetur *dicta deciſ.* 194. *numero* 28. poſt Decium *conſil.*48. *num.* 22. *libro quinto*, & Peregrinum *de fideicomm. artic.* 42. *numero* 87. Quinimo hæc ſententia, quod patruus, auunculus diues vt patruus, & auunculus teneatur, & cogi debeat alere nepotem ex fratre pauperem, videtur expreſsè contineri in *dict. lege ſi quis à liberis dicto* §. *vtrum autem*, *tum ibi cæteroſque virilis ſexus parentes*, & ibi, *an vero etiam matrem*, *cæteroſque parentes*, *& per illum ſexum contingentes cogatur alere, vt dicto cap.*8. *nu.*580. ex Merenda notaui, & ponderat etiam Rota *dicta deciſione* 194. *numero* 14. *ad* 20. in verbis enim prioribus non poteſt eſſe ſermo de parentibus aſcendentibus virilis ſexus, quos jam in antecedentibus verbis nominauerat, nec in verbis poſterioribus eſt ſermo de aſcendentibus per lineam maternam, de quibus pariter in antecedentibus, erit ergo ſermo de diuerſis, ſeu de collateribus ex parte patris, & ex parte matris, vt *d. numero* 580. dixi ex Merenda, & latius Rota *de dec.*194. *tum ibi*, *& cum ex æquitate hæc res deſcendat*, *charitatéque ſanguinis ſingulorum deſideria iudicem perpendere oportet*, cum enim iudex in decernendis alimentis inter ſanguine conjunctos debeat attendere, & conſiderare æquitatem, & eam charitatem, qua ſe invicem complecti debent ſanguinis vinculo conjuncti, & in patruo, auunculo reſpectu ſolum

ſolum hæc ratio æqnitatis, & charitatis fundata in ſanguinis cuniunctione reperiatur ob intimam ſanguinis coniunctionem reſpectu eiuſdem principij, à quo deſcendunt vtique iuxta deciſionem eiuſdem legis patruus diues erit cogendus alere ſobrinum pauperem, vt ex Merenda notani *d. numero* 580. & notat Rota *dict. deciſ.* 194. *numero* 22. Ex quibus tertio eadem ſententia probatur ex iure, & ratione naturali ſcilicet ex ratione æqnitatis, & charitatis, & coniunctionis ſanguinis (quæ vt notani *dict. capite* 8. *numero* 581. ſufficere debet pro lege, & iudicem non minus mouere debet, quam lex ipſa ſcripta *lege cum ratio, ff. de bon. damn.* ibi *cum ratio naturalis, quaſi lex quædam)* cum ergo ratio naturalis, quæ omnibus animantibus communis eſt, ſuadeat nos propter ſanguinis charitatem, & conjunctionem alere conjunctos, ratione eiuſdem cognationis, & charitatis ſanguinis patruus nepotem, & ſobrinum, & è contra nepos patruum, auunculum, & amitam pauperes alere tenetur: Per quæ, & alia *dicto capite* 8. *citato numero* 580. *&* 581. Satis enidenter, probatur etiam ſecluſa omni obligatione iuris humani collaterales in ſecundo gradu ſibi inuicem egentibus iure naturali, & in foro conſcientiæ teneri præbere alimenta neceſſaria, cum hæc obligatio oriatur ex ſanguinis vinculo, id quod innuitur *in d. l. ſi quis à liberis*, & indicant Doctores *ſupra allegati* præſertim Monterns *d. deciſ.* 16. *num.* 15. & expreſsè Alverardus *de conject. mente defunct. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 2.

97 Prædictis igitur ſuppoſitis, quoad obligationem alimentorum patruum, & auunculum diuites vt patruum, & auunculum teneri dotare ſobrinam inopem in ſubſidium, probatur ex traditis *numero præcedenti* in ſecundo argumento ex iure ciuili ſumpto, & in tertio argumento ſumpto ex ratione naturali, ibi enim tradita procedunt non ſolum quoad alimenta, ſed etiam, quoad dotem ſaltem vſque ad quantitatem alimentorum debitorum, in quorum locum dos ſuccedit, & dos ac alimenta æquiparantur ſaltem quoad quantitatem alimentorum præſertim neceſſariorum, vt in hoc opere in præcedentibus ſæpius dictum eſt, & notat etiam Rota *dict. deciſ.* 30. *numero ſexto parte ſeptima diuerſorum.* Præterea valet argumentum affirmatiuè de alimentis ad dotem, præſertim vbi militat eadem ratio, vt hic, vt pariter in præcedentibus ſæpius dictum eſt. Quare ſi patruus in ſubſidium tenetur alere neptem ex fratre, tenetur etiam dotare, & hoc argumento de alimentis ad dotem vtitur Rota *dict. deciſ.* 30. *numero* 8. *& dict. deciſ.* coram Manzanedo, & approbatur *in dict. deciſ.* 194. *num.* 53. Dos enim (vt hoc, & præcedentibus pluries repetitum eſt,) magis fauorabilis eſt, & videtur magis neceſſaria quam alimenta, ob bonum prolis ſuſcipiendæ, & pudicitiæ conſeruandæ.

98 Quanta autem debeat eſſe huiuſmodi dos, reſoluendum ex traditis, *ſupra hoc cap. numero* 54. *& duobus ſequentibus.*

99 Poterit verò patruus clericus beneficiarius filios, & filias fratris pauperis alere, & dotare ex reditibus beneficij Eccleſiaſtici, imo, & tenebitur, vbi non habeat propria bona patrimonialia, ſicut *ſuprà hoc cap. num.* 88. *& ſequentibus*, probatum de fratre clerico beneficiario erga fratres. Rationes enim ibi adductæ idem probant in patruo, de quo etiam expreſsè Rota *dict. deciſ.* 30. *parte* 7. *diuerſorum ſuprà num.* 89. allegata, & in patruo pariter procedunt cætera, *ſuprà hoc eodem capite* tradita *num.* 90. 91. *&* 92.

Frater, vel patruus clericus beneficiarius in ſubſidium dotans ſororem, vel ſobrinam pauperem; an in dote teneatur vel poſſit apponere pactum, vt dos ea defuncta ſine liberis reuertatur ad Eccleſiam.

Vtrum vero, dum frater, aut patruus clericus beneficiarius, qui non habet alia bona propria patrimonialia dotat ex redditibus Eccleſiaſticis ſororem aut ſobrinam pauperem in ſubſidium, teneatur, vel poſſit in dote ſeu in ipſo dotis contractu apponere pactum, vt ſoluto matrimonio per obitum mulieris nullis relictis filiis dos reuertatur ad Eccleſiam. 100

Ex Doctoribus *ſuprà hoc capite numero* 89. *& in præcedenti parte de alimentorum obligatione capite* 8. *numero* 573. relatis, Fagundez *in decalogum libro quarto alleg. capite* 17. *numero* 5. primo dicit non teneri apponere tale pactum, quia prædicta dos in eo caſu ſubſidij (inquit) datur titulo Eleemoſynæ iuxta doctrinam eiuſdem Panormitani, & aliorum Authorum *à me dict. numero* 573. allegatorum. Eleemoſyna autem, cum datur, abſolutè datur, & non ſub conditione reuertendi ad dantem, ſi accipiens emoriatur, vel viuus redeat ad meliorem fortunam. Secundu dicit eum poſſe apponere huiuſmodi pactum, ſi voluerit, nullam affert rationem, ſed ea eſt aſſignanda, quod frater clericus beneficiarius, cum iuxta eiuſdem Fagundez ſententiam traditam, *ſuprà num.* 89. non teneatur ex redditibus Eccleſiaſticis dotare ſororem pauperem, in dote illa danda, & conſtituenda ſe habet, & cenſetur tanquam extraneus, qui ſpontè, & liberaliter fœminam dotat, qui dotando poteſt apponere pactum, vt dos ad ſe, vel ad alium reuertatur muliere à ſe dotata defuncta.

Reſpondetur non teneri tale pactum apponere, quia dotat ex neceſſitate, cum teneatur dotare iuxta tradita *ſuperius d. numero* 89. reſpondetur ſecundo poſſe valide illud pactum apponere ipſa ſorore, vel ſobrina conſentiente expreſsè vel tacitè iuxta tradita, *ſuperius hoc cap. numero* 84. *in fine*, *& num.* 86. Reſpondetur tertio poſſe tale pactum apponere etiam ea neque expreſsè, neque tacitè conſentiente iuxta tradita, *ſuprà numero* 84. Non enim dotat de bonis ipſius ſororis, aut communibus, ſed de bonis Eccleſiaſticis ad ſe ſpectantibus quoad vſum, & quoad adminiſtrationem, & etiam quoad dominium iuxta ſententiam hodie magis communem, licet cum obligatione expendendi in vſus pios, & ſi ſoror ſemel dotata abſque ſua culpa amitteret dotem, iterum frater teneretur illam ex iiſdem redditibus dotare, vnde intrant tradita, *ſuprà n.* 75. 101

An etiam hæredes fratris, aut patrui teneantur ſicut ipſe frater, vel patruus, alere, & dotare fratres, & ſorores, neptes, & ſobrinas fratris, vel patrui, in quorum bona ſuccedunt ab inteſtato vel ex teſtamento, ſi caſus neceſſitatis, ſeu paupertatis eorumdem fratrum ſororum nepotum, & ſobrinorum eueniat poſt mortem fratris, & patrui, negatiuè reſolutum eſt in præfata *præcedenti parte de aliment. obligat. dicto cap.* 8. *n.* 580. *in fine, verſic. quæ tamen* & explicatur etiam *cap. ſequenti.* 102

§. vltimus.

§. vltimus.

An ſocius omnium bonorum filiam alterius ſocij dotare teneatur de bonis communibus, ſeu an vbi inter duos vel plures contracta eſt ſocietas vniuerſalis omnium bonorum præſentium, & futurorum, onus dotandi filiam vnius ex præfatis ſociis omnium bonorum, pertineat ad ſolum patrem, vel ad omnes ſocios, ita vt dos filiæ vnius de communi ſocietatis ſolui debeat, & finita ſocietate in diuiſione portioni patris non debeat imputari.

103 DE hac quæſtione latè agunt Petrus de Vbaldis *r. de duobus fratrib. p.6. n.*10. Mantica *de tacitis, & ambig. l.6. tit.*20. Gabriel *comm. opin. tit. de iure dotium concl.* 2. Tuſchus *in ſuis concluſionibus litera S. verbo ſocietas concluſ.*283. & Hector Felicius *de ſocietate capite* 26. *a numero* 21. *ad finem*, quam Mantica *dicto tit. numero primo*, dicit eſſe perdifficilem, & tam antiquorum, quam recentiorum torſiſſe ingenia, atque in varias, & contrarias abiiſſe ſententias, & pro vtraque parte ſcripſerunt plurimi, & inſignes Iuriſperiti non paucas adducentes rationes, & ad contrarias reſpondentes, quos referunt copioſè præfati Mantica, Felicius, & Petrus de Vbaldis, qui propterea, *dict. num.*10. *in fine concludit*, quod paſſus eſt dubiiſſimus, & quod ſi quis vni vel alteri opinioni adhæreat, non poſſet de mendacio argui.

Quæ ſit ſocietas expreſſa, & tacita, & quæ ſocietas expreſſa ſimplex, quæ expreſſa omnium bonorum, quæ tacita?

104 Præſupponendum duplicem eſſe ſocietatem omnium bonorum, vnam expreſſam, alteram tacitam de qua duplici ſocietate latè Tuſchus *in concl. pract. verbo* 5. *concluſ.* 282. Maſcardus *de probationibus concluſ.* 35. *& concluſ.* 1315. Menoch. *de præſumpt. libro* 3. *præſumpt.* 56. Mantica *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 6. *titulo* 1. 9. *&* 10. & Felicius *de ſocietate capite* 10. Certum enim eſt ſocietatem eſſe ex contractibus qui ſolo conſenſu perficiuntur, §. *primo inſtit. de obligationibus ex conſenſu, & lib: ſecundo de obligationibus, & actionibus*, & aliis iuribus à Mantica *dicto titulo* 9. *numero* 1. *adductis*: conſenſus autem, & voluntas hominum, & verbis (quo caſu dicitur, & eſt expreſſus conſenſus) & factis (& dicitur conſenſus tacitus) declaratur, *leg. nam cum tractatu* §. *duo ſocietatem leg. ſocietatem coire, ff. pro ſocio, & leg. Paulus, ff. rem ratam haberi*, & Doctores communiter apud Manticam *dicto numero* 1. *& numero* 7. & Felicium *dict. cap.*10. *numero* 1. *&* 16. Par enim eſt virtus taciti, & expreſſi, *leg. cum quid, ff. ſi certum pet.* & ſatis euidenter dicitur expreſſum, quod factis declaratur, & coniecturis aſſequi poſſumus, *leg. licet Imperator de legat.* cum nullum ſit maius mentis noſtræ teſtimonium, quam qualitatis factorum quæ ſine verbis per ſolum aſpectum ſuum imprimunt voluntatem, vt poſt Caſſiodorum Baldus *in cap. ſuper literis num.* 11. *de reſcriptis*, & Mantica *dict. tit.*9. *num.*9. addens etiam plus facto, quàm verbis voluntatem declarari, *can. omnis* 1. *quæſt.*5. *can. cauete* 22. *quæſt.*5. *& leg. ſi tamen* §. *ei qui ff. de edict.* Quapropter ad ſocietatem contrahendam ſufficere tacitum conſenſum, qui ex factis, ſeu actibus ſocialibus colligitur, ſeu infertur, tradunt Iuriſperiti communiter, quos præallegati Doctores Tuſchus, Maſcard. Menoch. Mantica, & Felicius referunt, & ſequuntur, & conſtat *ex l. ſocietatem coire, ff. pro ſocio.*

Igitur expreſſa ſocietas eſt, quæ verbis ſtipulatione, 105
vel ſimplici pacto contrahitur, *d. l. ſocietatem coire leg. nam cum tractatu, & l. duo ſocietatem, ff. pro ſocio Gloſſa*, & cæteri ſcribentes *in d. l. ſocietatem coire*, Maſcardus *d. concl.*1315. *n.*5. Mantica *d. lib.*6. *tit.*1. *n.*1. Felicius *d. c.*10. *n.*3. & alij apud eoſdem, & hæc expreſſa ſocietas poteſt dupliciter contrahi, vno modo ſimpliciter ſine expreſſione inter contrahentes facta ſuper qua re, ſeu negotiatione contracta fuerit, & ſine expreſſione de omnibus, & ſic ſimpliciter contracta non intelligitur omnium bonorum ſed intelligitur contracta ſupra omnibus bonis, quæ ex quæſtu ſiue locatione, conductione operum vel alicuius alterius ſiue emptione aut venditione aut permutatione vel alio contractu oneroſo proueniunt, *leg. coiri ſocietatem, ff. pro ſocio Gloſſa ibidem*, Mantica *dict. lib.*6. *tit.*2. *num.*11. *tit.*9. *n.*8. *& tit.*20. *n.*58. *verſic. neque obſtat*, Felicius *d. cap.*10. *num.*13. alij apud eoſdem, & Molina *de iuſt. diſputat.* 422. *num.*6. Altero modo expreſſa ſocietas contrahitur cum expreſſione inter contrahentes, quod ſit omnium bonorum quæ dicitur eſſe ſocietas omnium bonorum ſeu contracta ſuper omnibus bonis, vt præallegati Doctores, & contineri ſufficienter expreſſionem omnium bonorum, cenſeri ue contractam ſocietatem expreſſam omnium bonorum, ſi in contractu dicatur, quod ſocietas ſit generalis vel vniuerſalis omnium bonorum vel omnium fortunarum, vel quod omnia vndecumque quæſita, vel qualitercumque communicentur, vel quod ſint ſocij ad lucrum, & quod expenſæ omnes quomodocumque contingentes de communi erogari debeant, vel quod ſint ſocij omnium, vel totorum bonorum, vel quod omnia communicabunt, quæ acquirent quacumque ex cauſa, tradit Felicius, *d. c.*10. *n.*6. *ex l.*1. *&* 3. *& l. ſed, & ſi adijciatur, & l. ſi fratres* §. *idem Papinianus, &* §. *ſocium, & l. ſi ſocietatem vniuerſorum* §. 1. *vbi Gloſſa, ff. pro ſocio*, & ex Aretino *n.*2. *inſtit. de ſocietate*, Socino, Crotto, Natta, & aliis, quos *ibid.* refert, quare licet, Ferrarius *in practica Papienſi in forma libelli, in actione, pro ſocio, in verbo ſocietatem* dicat, quod cum ſocietas dicitur contrahi ad lucrum, quando fit ſub nomine, & ſigno vniuerſali, vt *omne quodcumque, & ſimilia expreſſi actor* quod ſit generalis ſocietas, & ſapienter facere notarium, ſi in Inſtrumento ſocietatis dicat. *Hoc actio inter partes, quod præſens ſocietas ſit in, & ſuper omnibus præſentibus, & futuris quovis modo, & qualitercumque acquiſitis, & adquirendis tam ex induſtria, quam à fortuna, & tam inter viuos, quam in vltima voluntate.* Hoc admittendum, & in praxi adhibendum ad tollendum omne dubium, per illas replicationes explicatas, implicitè tamen comprehenſas in præcedentibus verbis generalitatem, & vniuerſitatem ſignificantibus, ac proinde illa omnia verba copulatiuè minimè fore neceſſaria ad contrahendam ſocietatem omnium bonorum expreſſam rectè notauit Felicius *d. c.*10. *n.*7. cum ſufficiat ſocius fuiſſe vſos aliquo ex verbis habentibus generale ſignificatum, neque ſit opus exprimere omnia bona quæſita, & acquirenda ex induſtria, & ex fortuna, quia vbi ex alio ſigno vniuerſali conſtat de ſocietate omnium bonorum, comprehenduntur iſta omnia abſque expreſſa mentione natura ſocietatis, vt idem Felicius poſt Ruinum *conſ.* 101. *n.*10. *lib.*1. & Socinum *conſ.*4. *n.*6. *l.*4.

Porrò tacita ſocietas eſt, quæ ſine verbis, & literis 106
rebus ipſis per actus ſociales exercitos contrahitur, *d. l. ſocietatem coire, ff. pro ſocio*, Maſcardus *d. concl.*31. *& dict. concluſ.*1315. Menochius *de præſumpt.* 56. Tuſchus *d. concl.*282. Mantica *dict. lib.*6. *tit.*2. *numer.* 2. Felicius *dict. cap.*10. *numero* 2. & alij Iuriſperiti communiter ab

iiſdem allegati, & quamvis Caſtrenſis *conſ.349.num. 2.lib.1.* Menochius *conſ.12. num.10. & conſ.222. num. 1.* & nonnulli alij relati à Mantica *d. lib.6. tit.9. & 5. in fine*, Tuſcho *d.concluſ.282. n.8. & 9.* & à Felicio *d. cap.10.numero* 15. cenſuerunt ſocietatem omnium bonorum tacitè per ſolos actus ſociales contrahi nó poſſe, quia requiritur, quod ſpecialiter in omnibus bonis contrahatur, *lege 3. §. cum ſpecialiter, ff. pro ſocio, & ibi Gloſſa*, quæ exponit ſpecialiter ideſt expreſsè nihilominus quod ſocietas omnium bonorum tacite actus exercendo ſociales illam inferentes contrahi poſſit, eſt communis ſententia Iuriſperitorum quos referunt, & ſequuntur Maſcardus, *d.concluſ.31. & d.concluſ.1315.* Menochius *dicta præſumpt.56.* Tuſchus *d.concluſ.282. numero 6. & 7.* Mantica *d.lib.6.tit.9.num.6.* & Felicius *d.cap.10.num.16. & ſeqq.* Quæ communis, & recepta ſententia probatur ex allegata, *l. ſocietatem coire iuxta l. ſequent. ff. pro ſocio*, cum in prima dicatur ſocietatem nos coire poſſe re, & verbis ſcilicet tacite, & expreſsè; & in altera ſequenti ſubiiciatur ſocietatem contrahi poſſe ſiue vniuerſorum bonorum ſiue negotiationis alicuius, ſiue vectigalium, ſiue etiam rei vnius, ex quo colligitur, quod ſicut ſocietas alicuius negationis, & vnius rei, & vectigalium tacite contrahi poteſt itá etiam vniuerſorum bonorum; neque reperiatur lex dicens eā tacitè contrahi non poſſe idque etiam conuincunt tradita *ſuprà num.104.* nempè quod eadem ſit virtus taciti, & expreſſi & non minus rebus & factis quam verbis conſenſus, & voluntas declaretur: & ſic nihil obſtat, quo minus per actus ſociales exercitos inferentes omnium bonorum communicationem cenſeri debeat contracta tacitè ſocietas omniũ bonorum, *& ad d.l.3.§.cum ſpecialiter*, poſt alios Mantica *d.lib.6.tit.3.numero 11. & d.tit.9.num.8.* & Felicius *d.numero* 16. reſpondent non loqui de ſocietate tacita, ſed de ſocietate verbis expreſſa, quæ ſi ſimpliciter cõtrahetur, non intelligitur de omnibus bonis contracta, niſi hoc ſpecialiter ſit expreſſum, *vt ſuprà num.105. initio*, notatum & explicatum eſt. Sed ſi ſocietas tacitè contrahatur per actus ſociales, non eſt neceſſe, vt ſpecialiter dicatur eam contrahi in omnibus (alioqui non eſſet ſocietas tacita ſed expreſſa) ſed ſufficient actus ſociales, ex quibus colligitur animus contrahendi ſocietatem omnium bonorum. Nam quod tacitè agitur, habetur pro expreſſo, *l.cum quid, ff. ſi certum petat*. Ad alia objecti reſpondet Mantica *dicto titul.9.*

107 Ad colligendum vero præfatum animum, & vt ſocietas omnium bonorum actibus ſocialibus tacitè contracta præſumatur ſeu præſumi debeat tria copulatiuè requiri. Primum in ſimul habitatio, ſcilicet quod ij, de quibus agitur, cohabitauerunt, ſecundum lucrorum in vnum collatio, ſcilicet quod omnia lucra, & emolumenta vndecumque quæſita communicauerint. Tertium ad invicem non reddita ratio ſcilicet quod ſibi invicem nullam rationem reddiderint, tradunt poſt alios Iuriſperitos communiter Maſcardus *d. concluſ.31. numero 6. & d. concluſ.1315. numero* 23. Menochius *dicta præſumptione 56. num.37. & 44.* Mantica *d.l. 6. tit.10.* & Felicius *d. capite 10. num.17.* quæ tria requiſita qualiter ſint intelligenda, & cenſeri debeant adimpleta ſiue interueniſſe, latè iidem Iuriſperiti locis modo allegatis diſcutiunt, & explicant, & cæteris exactius Felicius *dicto capite 10. à num.21. ad finem* capitis; ad quos recurrat Lector volens majorem intelligentiam, ea enim (maxime cum non poſſit præſtari paucis ob varias difficultates inter eos Doctores controuerſas) examinandi, & declarandi non hic proprius locus. Prædictis igitur præſuppoſitis deueniendo ad reſolutionem quæſtionis in titulo paragraphi propoſitæ.

Reſolutio quæſtionis in titulo paragraphi propoſita.

Certum eſt quod in ſocietate omnium bonorum expreſsè, ſi pacto expreſſo inter ſocios conuenerit quod eorum filiæ doteutur de communibus bonis ſocietatis, etiam ſi vnus habeat filias, alius non, id fieri poteſt, & valet pactum, dummodo pactum ſit commune, filiæque alterius ſocij non excludantur. Conſtat *ex l. ſi ſocius pro filia, ff. pro ſocio*, & tradunt Iuriſperiti communiter, Alexander *conſ.154. n.5. lib.4.* Berous *conſ. 109.num.16. & ſeqq.lib.1.* Tuſchus *lit. S. verbo ſocietas allegata concluſione 283. num. 19.* Mantica *d.l. 6. tit. 20. num.2. & 49. verſic. octauo*, Felicius *d. tractat. de societ. cap. 26. numero 26.* & alij omnes quos latiſſimè refert Mantica *dicto tit.20. numero 20. & 40.* Dixi *dummodo pactum ſit commune.* Nam ſi pactum eſſet quod alterius ſocij tantum filiæ de communi ſocietatis dotarentur, pactum eſſet iniquum, & invalidum, vt habetur *d. l. ſi ſocius pro filia* Alexander, Berous, Tuſchus *locis citatis*, Felic. *dicto cap.26. numero* 41. & alij apud eundem: tale enim pactum contineret maximam inæqualitatem, quam natura ſocietatis abhorret *d.l. ſi ſocius pro filio iuncta l. ſi vnus ex ſociis §. ſi quid vnus, & l. ſi non fuerint in princip. ff. pro ſocio*, probat etiam Felicius, cum Socino, & Decio, quia cum iuris communis diſpoſitione inſpecta filiæ ſociorum exiſtẽte inter eos ſocietate omnium bonorum præſertim expreſſa ſiut de communi dotandæ (vt ipſi tenent, & eſt receptior ſententia vt *infra* probatur) iniquum foret quod tantum filiæ vnius ſocij de communi deberent dotari vtrum autem filia ex vigore talis pacti communis ſemel dotata, & dote ſoluta de communi ſocietatis, ſi maritus decoctus moriatur, & ſic ſoluto matrimonio ſine ſua culpa dotem non poſſit recuperare, vigore eiuſdem pacti iterum de bonis communibus ſocietatis debent dotari, vel reſpectu illius ſemel dotatæ pactum illud ſit extinctum, nec ſocij de communi aliam dotem teneantur, videri poſſet iterum fore de communi ſocietatis dotem dandam, eo quod damnum, quod vni ex ſociis ſine eius culpa contingit ſemper ſocietati importetur, *l.cum duobus §.quidem ſagariam, & l. ſi fratres §. ſocium, ff. pro ſocio.* Sed reſpondendum per vnicam dotationem ſatisfieri tali pacto, quia facta de communi ſocietatis illud remanet extinctum, vt expreſsè dicitur *d. l. ſi ſocius pro filia vbi, nec ſi prior maritus, &c.* & tradunt Socinus ſenior. *conſ.291. num.6. lib.1.* Berous *d.deciſ.109.numero* 15. Tuſchus *d. concluſ.283. numero* 20. Mantica *d. tit.20.num.56.* Felicius *d. cap.26.num. 41. verſic. reſpondetur:* obligatio enim ex diſpoſitione hominis, & ex contractu, qualis eſt obligatio præfata dotandi de communis ſocietatis filia alterius ſocij proueniens ex ſocietate omnium bonorum, vel ex pacto inter ſocios inito, extinguitur, & conſummitur in primo actu, *l.boues §.hoc ſermone, ff. de verborum ſignificat. & l.prout quiſque 80. ff. de ſolut.* Tiraquellus *in d. lege boues allegato, ff. §. hoc ſermone limit.9. num. 4.* alij Iuriſperiti à Tiraquello, *d. num.4. à me ſuprà cap.4. num.214. & hoc capite 5. num.76.* relati, & alios allegans Mantica *dict. tit.20. allegato numero 56.* Quare Tiraquellus poſt alios *ibidem*, & Doctores *ſupra dicto cap.4. allegato numoro* 214. relati Mantica, & alij ab eo relati ponunt differentiam inter eum qui tenetur dotare ex pacto, vel alia hominis diſpoſitione, & inter eum qui dotare tenetur ex diſpoſitione legis, qualis eſt obligatio patris dotandi filias vt qui tenetur ex pacto, & conuentione, ſemel tantum teneatur dotare propter iura allegata, qui vero ex diſpoſitione legis dotare tenetur, vt pater iterum dotare tenetur, ſi dos abſque

culpa

culpa mulieris fuit amiſſa, vt probaui *dicto num.*214. diſpoſitio enim legis non conſumitur in primo actu, quia eſt in viridi obſeruatione, & ſemper loquitur *l. Ariani, ff. de hæreticis*, & eius obligatio durat, quantum remanet cauſa finalis inductiua ipſius obligationis vt *dicto numero* 214. notaui.

Quid ſi in ſocietate omnium bonorum pacto expreſſo non fuerit conuentum dotes filiarum ſoluendas de communi ſecluſo præfato pacto expreſſo, vt de communi ſocietatis filiæ ſociorum ſint dotandæ.

109 Prima ſententia multorum eſt, quod ex natura ſocietatis omnium bonorum expreſsè & tacitè dos filiæ vnius ex ſociis non debeat ſolui de communi ſocietatis, ſed onus dotandi ad ſocium patrem tantùm ſpectet, & ſic quod dos de parte ſolius patris ſit ſoluenda & ſoluta de communi debeat imputari in eiuſdem ſocij patris partem, ita ſpecialiter *in tit. de iudice, §. quid ſi vnus*, Romanus *conſ.*154. & plurimi alij Iuriſperiti, quos cumulant Tuſchus *dicto verbo Societas, allegat. concl.*283. *numero* 19. Ant. Gabriel *de iure dotium, d. concl.*2. *num.* 2. & Mantica *d. tit.*20. *num.* 20. Plura ad huius ſententiæ probationem adducuntur. Primò textus *d. l. ſi ſocius pro filia, ff. pro ſocio* (quæ lex iuxta Gloſſam ibi loquitur in ſocietate omnium bonorum) *ibi quæſitum eſt, an ſi pro ſocio ageret dotis quantitatem, percipere deberet, ſi fortè conueniſſet inter ſocios vt de communi dos conſtitueretur:* dicit ergo ibi Paulus ex pacto expreſſo inter ſocios dotem de communi ſocietatis ſoluendam, ergo ſecluſo pacto à contrario ſenſu non deberet dos ſolui de communi, ſed ſolum de portione patris alias illud pactum nil operaretur. Quod confirmatur; nam omne æs alienum, quod per vnum ex ſociis ſocietate durante contractum eſt, de communi debet ſolui etiam ſocietate finita *l. omne æs alienum, l. ſi ſocij ſumus, & l. ſi vnus in princ. ff. pro ſocio*, & tamen *d. l. ſi ſocius pro ſocio* dicitur, quod dos tantum promiſſa manente ſocietate, ea finita non debet ſolui de communi, ex quo infertur, & probatur ibi decidi dotem ſoluendam de communi non virtute, & ex natura ſocietatis, ſed vigore pacti expreſſi, quod ſtrictè intelligi debet *l. quidquid adſtringendæ, ff. de rebus oblig.* confirmatur præterea *ex l. ſi duo ſocietatem vniuerſarum fortunarum, §. 1. ff. pro ſocio*, vbi dicitur, quod ſi ſocietatem vniuerſarum fortunarum ita coïerint, *vt quidquid erogaretur, vel quæreretur communis lucri atque impendij eſſet, ea quoque quæ in honorem alterius liberorum erogata ſunt vtriſque imputanda*, ergo dos, quæ in honorem filiæ certè erogatur, non eſt imputanda ſocietati, ſi hoc non fuerit expreſſum.

110 Secundò, quia ſolutio dotis nullum commodum affert ſocietati, nec illam reſpicit, ſola autem illa impenſa ſocietati imputatur, quæ ſocietatem reſpicit *l. cum duobus, §. ſi quis ex ſociis, ff. pro ſocio*, & ſolum æs alienum occaſione ſocietatis contractum de communi ſolui debet *d. l. omne æs alienum, ff. eodem.*

111 Tertiò quia impenſæ, quæ voluntate vnius ſocij, vel neceſſitate habente originem à voluntate fiunt, & non proſunt ſocietati, eiuſve vtilitatem non reſpiciunt (huiuſmodi eſt dotis impenſa, quæ trahit originem ex voluntate patris qui ſua ſponte matrimonium contraxit, & reſpicit vtilitatem tantum ipſius filiæ) imputantur facienti, non verò ſocietati *l. cum duobus, §. per contrarium, ff. pro ſocio*, ergo, &c. confirmatur quia onus dotandi filias eſt officium proprium patris illius perſonæ cohærens *l. obligamur, § lege, ff. de act. & obligat. l. qui liberos, ff. de ritu nupt. & l. fin. Cod. de dotis promiſſione*, quæ autem cohærent perſonæ, ad aliam non tranſeunt *capite vltimo, de officio deleg, & l. vni, §. ne autem, ff. de Cad. toll.*

112 Quartò, quia nemo ex ſociis etiam bonorum omnium plus ſua parte poteſt alienare *l. nemo ex ſociis, ff. pro ſocio*, ergo dos filiæ vnius ex ſociis debet ab eo dari de ſua portione.

113 Quintò, quia ſi dos filiorum vnius ſocij etiam omnium bonorum eſſet ſoluenda de communi, reſultare poſſet magna inæqualitas inter ſocios, vt ſi vnus haberet filiam, alius non, vnus vnam, alius plures filias; quapropter etiam alter ſocius nullam habens filiam, vel vnam tantum etiam de communi manente ſocietate dotatam videns conſocium habere plures filios, facilè poſſet recedere à ſocietate, & deuenire ad diuiſionem, vt onus dotandi effugeret, quod eſſet abſurdum, & iniquum.

114 Sextò & vltimò, quia ſi dos filiæ vnius ſocij ex pacto expreſſo, eſt ſoluenda de communi ſocietatis, ſufficit quod ſoluatur vna vice tantum, etiam ſi poſtea dos ſoluta ſine culpa filiæ ſit amiſſa iuxta *d. l. ſi ſocius pro filia, & tradita ſuprà num* 108. at verò ſi de communi eſſet ſoluenda ex natura, & vigore ſocietatis ſemper eſſet ſoluenda, vbi ea opus eſſet, ſi abſque culpa eſſet perdita: quia damnum, quod vni ex ſociis ſine eius culpa contigit, ſemper ſocietati imputatur, *l. cum duobus, §. quidam ſagariam, & l. ſi fratres, §. ſocium, ff. pro ſocio.*

115 Secunda ſententia eſt, quod dos in ſocietate bonorum omnium de communi ſit ſoluenda, ea tamen finita portioni patris debeat imputari, propter rationes *ſuprà* adductas ita Corneus *conſ.*285. *num.*24. *lib.*1. *conſ.* 52. *per totum lib.* 1. *& conſ.*58. *num.* 10. *lib.* 4. & Additionator ad Alexandrum *conſ.*154. *lib.*2.

116 Tertia ſententia admittit in ſocietate bonorum omnium expreſſa dotes filiarum ſociorum ſoluendas de communi ſocietatis, neque poſſe imputari in portionem patris, non verò in ſocietate bonorum omnium, quæ tacitè intelligitur, contracta, eo quod actus dotandi non ſit quæſtuarius & in tacita ſocietate bonorum, omnium comprehendantur ſolum ea, quæ ex quæſtu acquiruntur *l. coïri cum ſeqq. ff. pro ſocio.* Dos autem quæ datur pro filia ſocij non reſpicit quæſtum, ita Alexander *dicto conſ.*154. *num.*4. *in fine, & num.*5. & alij à Tuſcho *d. concl.* 283. *num.* 25. *& duobus ſeqq.* relati.

117 Quarta, & communior ſententia Iuriperitorum eſt, onus dotandi congruè filiam vel filias vnius ex ſociis omnium bonorum ſiue ſocietas omnium bonorum fuerit expreſſa ſiue tacita, ex natura ſocietatis non ſpectare ad ſolum patrem, ſed ad ſocietatem ſeu ad omnes ſocios, dotemque ſoluendam de communi ſocietatis, & ſolutam in diuiſione non debere imputari in portionem patris ita latiſſimè Ruinus *conſ.*104. *num.*2. alij quamplurimi Iuriſperiti relati à Tuſcho *verbo Societas, d. concl.*283. *num.*15. *& quatuor ſeqq.* Gabriele *d. concl.*2. *num.*2. & Mantica *d. tit.*20. *num.*40. præter quos idem Mantica *ibidem & numeris ſeqq. vſque ad finem, & lib.*12. *tit.*25. Couarruuias *variarum lib.*3. *c.*2. *num.*3. *verſic. Quinto infertur in fine*, Menochius *de Arbitrariis, caſu* 127. *num.*3. *& conſ.*375. *num.*11. Surdus *de aliment. tit.*1. *quæſt.*85. *num.*7. Viuius *deciſ.*431. *num.*7. *lib.*3. Fachineus *controu. iur. lib.*8. *cap.*4. Hector Felicius *dicto cap.*26. *à num.*21. *ad finem*, & nonnulli alij ab eodem allegati, Quæ ſententia probatur primò *ex l. ſi ſocietatem vniuerſarum fortunarum, §. 1 ff. pro ſocio*, cuius verba relata ſunt *ſuprà num.*109. in confirmatione ſecunda, vbi Vlpianus reſpondet in ſocietate vniuerſali omnium bonorum ea, quæ in honorem alterius liberorum erogata ſunt vtriuſque ſociis imputari, ergo dos (quæ certè in honorem filiæ eroga-

tur, cum interſit, vt ſit dotata *l. Titio centum*, §. *Titio genere, ff. de condition. & demonſtr.* & conſtat ex traditis *ſupra capite* 3. & 4.) filiæ vnius ſocij omnium bonorum de communi ſoluenda eſt, & ſoluta toti ſocietati imputatur, quare *dicta lege* non obſtat huic ſententiæ, ſed illam confirmat, quia vel ibi ſupponitur fuiſſe contractam omnium bonorum ſine expreſſione vniuerſorum, ſed expreſſo tantum, vt quidquid erogaretur, vel quæreretur communis lucri, & impendij eſſet; quam Vlpianus ab effectu appellauerit ſocietatem vniuerſarum fortunarum, & ſic intelligendo quod illa ſint verba Vlpiani non contrahentium, probat lex illa, quod natura ſocietatis omnium bonorum eſt, vt quidquid erogaretur, vel quæreretur, ſit communis lucri impendij, atque adeo dos data filiæ ab vno ex ſociis ſpectet ad commune impendium ſocietatis, vel ſupponitur quod ſocietas vniuerſarum fortunarum fuerit contracta hoc pacto expreſſo, vt quidquid erogaretur communis lucri atque impendij eſſet, & ſic non rectè colligitur à contrario ſenſu tali pacto expreſſo ceſſante erogatum in honorem filiæ non eſſe imputandum ſocietati quia repugnaret naturæ ſocietatis, in qua expenſæ omnes imputantur ſocietati, niſi cum culpa & ob delictum fiant *leg. ſi fratres*, & *l. ſocium vniuerſa* & *leg. quod autem cum ſequent. ff. pro ſocio*, quod *infrà* magis explicatur. Quare cum, id quod erogatum in honorem filiæ ſit imputandum ſocietati, tacitè poſſit intelligi ex natura contractus ſocietatis omnium bonorum, ſi fuerit expreſſum, nihil operaretur *leg. non rectè, C. de fideiuſſor. & lege* 1. *ff. de legatis* 1. ita Mantica poſt Socinum *d. tit.* 20. *num.* 46. & Fachineus *vbi ſuprà*, quid *ibidem*, & Mantica *dicto tit.* 20. *num.* 23. rectè aiunt hanc eandem ſententiam probari *in lege ex parte*, §. *filius*, *ff. famil. erciſcund. vbi dicitur quod filius Reipublicæ, debita quæ poſt mortem patris contraxit, fratri ſuo pro parte hæreditaria reputare non poteſt, ſi non in omnibus ſocij eſſent, licet hæreditatem communem haberent.*

118 Secundò probatur *ex d. l. ſi ſocius pro filia, ff. pro ſocio*, vbi filia vnius ſocij dotata ab eius patre, & hæres relicta in diuiſione rerum ſocietatis facienda cum alio ſocio habet dotem præcipuam, nec tenetur eam referre ſocietati, non autem haberet præcipuam, ſi de portione ſui patris dumtaxat dos foret extrahenda, & præfatum textum pro prima opinione allegatum probare hanc quartam ſententiam illi contrariam poſt alios notarunt Mantica *d. tit.* 20. 27. & Felicius *dicto cap.* 26. *num.* 30.

119 Tertiò probatur eadem ſententia enumeratione eorum quæ ſunt, & intrinſeca ſocietati omnium bonorum primò enim in ſocietate omnium bonorum communicantur, & fiunt communia omnia vndecumque, & qualitercumque quæſita, & finita ſocietate æqualiter ſunt diuidenda *l.* 1. *l.* 3. *l. qui ſocietatem vniuerſam, ff. pro ſocio*, & poſt alios Menochius, Couarruuias, Surdus *locis citatis*, Tuſchus *d. concluſ.* 283. *num.* 1. & *quinque ſeqq.* Mantica *dicto tit.* 20. *num.* 33. & Felicius *d. cap.* 26. *num.* 28. Quare communicentur omnia bona præſentia, & futura tam lucra perſonalia, quàm realia nihil reſeruato, & à patre ex perſona filij iure licitè etiam propter iniuriam eidem filio illatam acquiſita *l. cum duobus*, §. *ſocio*, Surdus *d. q.* 85. *num.* 6. & Mantica *d. tit.* 20. *num.* 29. & quidquid acquiritur, per familiam, ſocietati quæritur *d. l. ſi ſocietatem vniuerſam*, & *l. ſicut, ff. de aper. lib.* Surdus *d. quæſt.* 85. *num.* 9. item hæreditas legatum, & quod donatum eſt, & ſtipendium, & ſalarium publicum *d. l.* 3. §. *cum ſpecialiter*, Mantica *d. tit.* 20. *num.* 33. & 34. Item lucrum dotis ob mortem vxoris vnius ſocij quod pariter acquiritur ſocietati, *l. quod ſi eo tempore, ff. pro ſocio*, Tuſchus *d. concluſ.* 283. *num.* 8. Mantica *d. tit.* 20. *num.* 31. Fructuſque dotis communicentur excepta, & rata, quæ pro alimentis vxoris, & filiorum eſt neceſſaria *l. actione*, §. *fin. ff. pro ſocio*, Surdus *d. q.* 8. *num.* 4. Felicius *dicta quæſt.* 26. *num.* 28. & Tuſchus *d. concluſ.* 283. *num.* 5. poſt Butrium addens *num.* 6. communicari omne lucrum dotale, etiamſi ſocij non ſuſtinuerunt onera matrimonij ex Romano *conſ.* 405. *n.* 2.

120 Quemadmodum autem natura ſocietatis omnium bonorum omnia bona præſentia, & futura, & quæcunque acquiſita ex proſpera fortuna communia ſunt omnibus ſociis, ſeu ſocietati, & æqualiter inter ſocios diuidenda vt dictum eſt, nec habetur ratio, quod vnus plus potuerit, vel actu plus lucretur quàm alius, cum ob id non poſſit dici quod ſocietas ob inæqualitatem ſit iniuſta, nam iuſtam efficiunt incertitudo, ſeu ſpes illa, quod ſi ſocio pauperiori, qui minus ponit, & minus lucratur ingens patrimonium obuenerit (vt poteſt contingere) quod adæquet, vel etiam excedat quantitatem poſitam ab altero, id commune erit ita Caſtrenſis *conſilio* 304. *num.* 5. *libro* 2. Couarruuias *dicto cap.* 2. *n.* 7. Tuſchus *dicta concluſ.* 283. *n.* 13. Felicius *d. c.* 26. *num.* 28. & alij ab iiſdem relati. Ita omnes expenſæ, debita contracta, & damna, omniſque fortuna aduerſa ex natura eiuſdem ſocietatis bonorum communiter ad omnes ſocios, ſeu ad ipſam ſocietatem ſpectant, & inter ipſos æqualiter diuidi debent, dummodo non proueniant à delicto, ex dolo; & culpa ſocij *dicta lege* 3. §. *ſpecialiter, d. lege ſi fratres*, §. *ſocium lege cum duobus* §. *damna* & §. *quidam ſagariam*, & *lege adeo*, §. *quod in alia, ff. pro ſocio*, Petrus de Vbaldis *d. tractatu de duobus fratribus, parte* 6. *num.* 1. & *parte* 8. *num.* 1. Menochius *d. caſu* 127. *num.* 3. Tuſchus *d. concluſ.* 283. *nu.* 7. Mantica *d. titulo* 20. *num.* 38. & *titulo* 19. & 21. Surdus *de aliment. d. titulo* 1. *allegat. quæſt.* 85. Felicius *d. capite* 26. *num.* 1. & alij Iuriſperiti apud eoſdem neque quod inæquales expenſæ fuerint ſcilicet maiores, ab vno, vel pro vno ex ſociis, quàm ab alio, ſeu pro alio habetur in conſideratione Menochius *d. num.* 3. *dicens id probare, lege ſi ſocius pro filio, ff. pro ſocio*, Mantica *d. tit.* 20. *num.* 50. Surdus *d. quæſt.* 85. *num.* 3. & Felicius *d. capite* 26. *num.* 38. quia tali inæqualitate, de facto exiſtente iuſtificatur ſocietas ex eo, quod omnes ita poſſint commodum ſentire, ſicut, & damnum: & ſicut participant maius bonum ab vno prouentum, ita etiam participare damnum maius ab vno proventum ſine delicto, dolo, & culpa; non enim ſocietas omnium bonorum iuſtificatur ſolum ex eo, quod eſt, ſed etiam ex eo, quod euenire poteſt, & ratione dubij euentus dicitur æqua etiamſi cum effectu euenerit, quod vnus plus expenderit, & minus lucratus fuerit. Extenditur ſupradicta iuris traditio Iuriſperitorum communis, vt impenſa facta, ab vno ex ſociis omnium bonorum ſit ſocietati imputanda ſiue ſit neceſſaria, ſiue voluntaria, & ſiue poſſit afferre commodum, ſeu vtilitatem ſocietati ſiue non; dummodo non oriatur ex delicto, de quo ſocius ſit iuſtè condemnatus ita contra Romanum Mantica *d. tit.* 19. *num.* 2. & *n.* 17. & conſtat *ex d. lege cum duobus*, §. *vltimo*, *ff. pro ſocio*, vbi ſi vnus ex ſociis per iniuriam iudicis fuerit ad aliquid ſoluendum condemnatus, id ſocietati imputatur, & tamen huiuſmodi impenſa nullum commodum ſocietati afferre poterit, ſicut etiam impenſa, ab vno ex ſociis bonorum omnium facta in ducenda vxore, quamuis trahat originem ex eius voluntate nec emolumentum afferat ſocietati, eidem ſocietati imputari debet, vt poſt Baldum Mantica *d. tit.* 19. *allegato nu.* 17. & Surdus *d. quæſt.* 85. *num.* 3. & conſtat etiam ex notatis *num. ſequenti.*

121 Itaque in ſocietate omnium bonorum expreſsè pro alendis vxore, & filiis alterius ſocij, debent fieri de communi ſocietatis, quamvis alter ſocius, nec vxorem

nec

nec filios habeat, Surdus *d.quaſt.*85.*numero* 3. 4. *&* 5. Mantica *d.tit.*19. *numero* 29. Felicius *d.cap.*26.*num.*8. & alij ab ijſdem relati limitat Felicius in filiis natis ex damnato coitu, quos licet à patre alendos tamen dicit de communi à ſocio ali non debere per textum *in lege adeo* §. *quod in alea, ff. pro ſocio dicitur enim ibi quod in alea, aut adulterio perdiderit ſocius ex medio non eſt laturus.* Verum cum iure naturali, & Canonico Pater teneatur alere etiam filios natos ex damnato coitu, ſicut & legitimos crediderim alendos de communi, nec textum illum debere extendi vltra ſuum caſum. Item expenſæ pro curanda infirmitate alterius ſocij de communi ſolui debent. Petrus de Vbaldis *p.*6.*num.*12. & alios allegans Felicius, *d.capite* 26.*num.*5. Qui *num.*6. limitat in expenſis pro curanda infirmitate morbi gallici ex mala conuerſatione cum meretricibus, qui morbus propterea dicitur prouenire à dolo, & culpa ſocij dando operam rei illicitæ, item ſocietati adſcribuntur erogata in honorem vnius filij ex ſociis omnium bonorum à ſocio patre, puta pro militia, vel doctoratu, pro feſtiuitate nuptiarum filij, & pro iocalibus filiæ, vt poſt alios Mantica *d. tit.*19. *num.*5.*&* 8. & Felicius *d. cap.*26.*num.*10.*&* 11. qui cum Riminaldo *conſ.*366. *lib.*4. intelligit, niſi expenſæ ſint exceſſiuæ. Aliæ impenſæ, & damna toti ſocietati imputanda (cum non ſit ſui locus proprius de illis agendi) videantur apud Manticam *d.lib.*6. *de tacit. & ambig. conuent. tit.*19.*&* 20.*& apud* Felicium *d. cap.*26.

123 Suppoſito igitur quod in prænumeratis caſibus impenſæ ab vno ex ſociis bonorum omnium factæ de communi ſolui debent, probatur etiam, quod dos filiæ ſocij bonorum omnium de communi ſocietatis ſit ſoluenda, nam ſi ſolutum à ſocio omnium bonorum actione iniuriarum ſine ſua culpa damnato imputantur ſocietati, & ea communi illud ſocius conſequi debet; ergo multo magis dos à patre data filiæ debet ſpectare ad ſocietatem, quia in priore caſu per iniuriam iudicis illud præſtare cogitur, vnde tale damnum ei duntaxat nocere debuit *lege per imprudentiam in princip. ff. de euict.* in poſteriore autem caſu ex iure naturæ, & diſpoſitione legis dotem filiæ dare compellitur nec refert, quod occaſione ſocietatis non contingat dotem dari; nam & illud damnum non contingit occaſione ſocietatis, quod enim tales expenſæ debeant ſocietati imputari, oritur, ex natura ſocietatis omnium bonorum, in qua ſicut lucra ita & expenſæ, & damna, ſi non proueniat ex delicto, & culpa ſocij ſocietati imputantur; Quare confirmat eadem ſententia, quia ſicut lucrum dotis ob mortem vxoris vnius ſocij, hæreditas vnius ex ſociis omnium bonorum ſiue ex teſtamento ſiue ab inteſtato diſpoſitione legis acquiſita in communem vtilitatem conferuntur iuxta notata *num.*119. ita etiam onus dotandi filiam, quod à lege vni ex ſociis iniungitur, debet eſſe commune per regulam, qui *ſentit commodum, & lucrum debet, & incommodum, ac damnum*, cum lucri, & damni eadem ſit ratio, & ſi ex perſona vnius ſocij, vel filiorum eius acquiſita ſociis omnibus ſunt æqualiter communia, etiam id, quod ex cauſa filiorum maximè lege naturali, & humana patrem obligante, expenditur, debet ſocietati imputari, & de communi ſolui: cum iniquiſſimum ſit genus ſocietatis, ex qua quis lucrum, & non damnum expectat, *lege ſi non fuerint* §. *Arbitrio, ff. pro ſocio*, & ſi alimenta filiorum vnius ſocij bonorum etiam ſi alius non habeat, vel non tot quot alius, ſoluuntur de communi ſocietatis iuxta notata *nu.*122. ita etiam dotes filiorum vnius ſocij de communi ſocietatis ſunt conſtituendæ, tum quia dos ſuccedit loco alimentorum, tum quia qui debet alere, debet & dotare, vt ſæpius dictum eſt.

124 At prædicta omnia tradita ad confirmationem huius ſententiæ quartæ probant etiam ſi ſocietas omnium bonorum tacitè tantum fuerit contracta: nam inter expreſſam, & tacitam ſocietatem omnium bonorum nulla poteſt, nec debet conſtitui differentia quoad communicationem bonorum, lucrorum, expenſarum, & damnorum ſi ex delicto, & culpa ſocij non proueniant, vel originem non trahant iuxta Doctores communiter allegatos *ſup.n.*106. *&* 117. & alios allegatos à Mantica *dicto l.*6.*citato tit.*20. *num.*58. cum par ſit virtus taciti, & expreſſi, *l. cum apud, ff. ſi certum pet.* nec poſſit eſſe, & dici ſocietas omnium bonorum, niſi omnia lucra, expenſæ, & damna omnibus ſociis ſint communia, & inter eos æqualiter diuidentur, nec verum ſit, quod *ſupra numero* 116. adductum eſt, ſcilicet in ſocietate omnium bonorum tacita venire ſolum acquiſita ex quæſtu, id enim procedit non in ſocietate omnium bonorum tacite contracta, ſed in ſocietate expreſſa ſimpliciter, ſeu ſimpliciter contracta *vt ſuprà n.*105. notatum eſt.

125 Ex traditis etiam probatur, dotem pro filia vnius ſocij durante ſocietate promiſſa, ſi fuit congrua inſpectis bonis ſocietatis, & conditione perſonarum; eadem ſocietate finita debere ſolui de communi ſocietatis, ita vt ſocius promiſſor conſeruetur indemnis, cum ſit debitũ contractum manente ſocietate, conſtat *ex l. omne æs alienum, ff. pro ſocio, ita & expreſſa*, Ruinus *conſil.*104. *lib.*1. Socinus *conſil.*291.*n.*6. Mantica *d. titul.*20. *n.*49. *in fine*, Felicius *d.cap.*26.*n.*41. *&* 42.& alij apud Manticam *ibidem neque contradicit d. l. ſi ſocius pro filia in fauorem primæ ſententiæ adducta ſupra num.*109. *verſic. quod confirmatur*, nam potius à tenentibus quartam ſententiam retorquetur, tanquam ibi expreſſe dicatur contrarium, & filij vnius ſocij de communi dotari debeat, & dos ſoluta non imputetur portioni ipſius patris, ita poſt Socinum, & Ruinum locis allegatis, & Buttium *conſ.*7. *num.*2. Mantica *d.num.* 49. & Felicius *d. num.*41. ſi autem filia, pro qua pater ſocius dotem promiſit acceptilatione ab eius marito erit liberata, & velit vti ſui patris hæres agere pro conſeruatione indemnitatis contra alium, qui ſocius erat, hoc facere non poterat, *d. lege ſi ſocius in fine* dicitur, quia cum dos non fuerit à patre ſoluta, & nihil & patri, & filiæ vti hæredi patris abſit ſeu deperierit, indemnitatẽ petere nõ poteſt, vt ait *dict. lege ſi ſocius in fine*, Ruinus Mantica, & Felicius *locis citatis dixi dotem promiſſam ſoluta ſocietate de bonis communibus ſocietatis ſoluendam ſi fuit congrua*: nam ſi notabiliter excederet menſuram congruentis, exceſſus ille non eſſet ſoluendus ex bonis communibus ſocietatis, ſed ex portione patris, vt Ruinus *dicto conſ.*104.*num.*4.*verſicul. non obſtat*, & alij Doctores *infrà num.*126. relati.

126 Ex traditis quoque huſque pro cõfirmatione huius quartæ ſententiæ facile argumentis pro prima ſententia adductis ſatis ſit. Ad primum enim *numero* 109. adductum *ex dicta lege ſi ſocius pro filia*, primo negari poteſt loqui dictam legem in ſocietate omnium bonorum. Secundo reſpondetur *ibidem* probari hanc quartam ſententiam *vt ſuprà num.*112. *&* 118. notatum eſt: neque rectè colligi, quia dos filiæ vnius ſocij omnium bonorum ex communi deducitur ſtante pacto expreſſo, non eſſe deducendum ceſſante pacto cum id repugnaret naturæ ſocietatis omnium bonorum, *vt ſuprà dicto num.*118. dictum eſt primæ confirmationi *eodem numero* 109. adductæ ſatisfactum eſt, *num. præcedenti*, Textum vero *in dicta lege ſi ſocietatem vniuerſarum fortunarum*, in ſecunda confirmatione adductum probare hanc quartam ſententiam ex traditis *ſuprà num.*110. Ad ſecundum argumentum *num.*110. reſpondetur ex traditis *numero* 121. in ſocietate omnium bonorum imputari ſocietati etiam expenſas non afferentes ſocietati vtilitatem, in eaque non attendi; an

aliquid

aliquid ſit factum nomine, vel occaſione ſocietatis, ſed ſolum an ſine dolo, & culpa. Ad tertium argumentum adductum *numero* 11. patet pariter reſponſio, ex traditis *eadem numero* 120. vbi probatum eſt, etiam expenſas voluntarias vnius ſocij imputari communitati, dummodo non prouenit, ex delicto, dolo, aut culpa, præterquam quod dotare filios eſt actus neceſſarius, reſpectu patris; neque quod ex matrimonio naſcatur potius fœmina, quàm maſculus dependet à patris voluntate. Ad confirmationem reſpondetur onus dotandi filias eſſe perſonale, & proprium patris ex ſui natura, virtute tamen alterius contractus fieri poſſe commune cum alio, & huius virtutis, eſt ſocietas omnium bonorum quæ operatur, vt cohærentia perſonæ vnius ex ſociis, vt alere vxorem, filios, & dotare filias, cum altero communicentur, vt ex *ſuprà* traditis conſtat, & poſt alios notarunt etiam Mantica *dicto tit.*20. *num.*42. & Felicius *d. cap.* 36. *num.* 34. Ad quartum aſſumptum, intelligitur, ſi culpæ ſocij poſſit imputari vt Mantica *d. tit.*20. *num.* 43. Ad quintum facilis eſt reſponſio ex traditis *ſupra num.*120.121. vt enim ibi notatum eſt, in ſocietate omnium bonorum non habetur ratio, quod ex ſociis vnus minus poſuerit, vel lucretur, quàm alius, vel quod à ſociis inæquales expenſæ fiant, quia iuſtificatur ex incertitudine, & qui plus potuit, & qui minus, de facto expendit, & qui non habet filias, vel vnicam tantum, poteſt ita damnum ſicut commodum, & commodum ſicut damnum ſentire, & poteſt, vel potuit euenire, vt qui de facto nullam, vel tantum vnam habet filiam, haberet plures filias, quàm alius, & ſic ratione dubij euentus tollitur inæqualitas & æqua redditur ſocietas, vnde etiam ſocius filiabus carens, vel habens vnicam filiam, non poteſt diſſoluere ſocietatem, ne onus dotandi filias alterius ſocij vel aliorum ſociorum ſubiret, quia ſi conſtante tacitè, vel expreſſè poſſet, diſſoluta etiam ſocietate dotare tenerentur *lege actione*, §. *diximus*, & §. *habeo*, *ff. pro ſocio*, & poſt Ruinum, & Coſtam, & Rolandum Mantica *dicto tit.*20. *num.*53. & Felicius *dicta cap.*26. *num.*39. Ad ſextum patet reſponſio ex traditis *ſupra num.*76. & ex notatis *num.*108. vbi dictum eſt, eum, qui dotare obligatur ex contractu aut alia hominis diſpoſitione, teneri ſemel tantum dotare, ſocij autem obligantur ad onus dotandi filias alterius ex ipſo contractu ſocietatis tantùm.

126 Hanc ſen entiam vt magis communem, & magis æquitati co ... taneam, & doti fauorabiliorem, pro qua in dnʰ ... ouenıendum; & etiam in foro magis, receptam. v. ..antica Felicius, & alij apud eoſdem teſtantur, approbo, nec ab ea in praxi recedendum puto; debet tamen intelligi de dote congrua, & non immoderata, vt rectè poſt Riminaldum ſen. *conſ.*154. *in fine lib.*1. notauit Felicius *d. cap.*26. *num.*4.5. Vtrum verò eo caſu, quo vnus ex ſociis habet vnicam filiam, eius dos debeat ex ſocietate conſtitui maior, quam dos filiarum alterius ſocij deciditur poſt *numerum* 129.

127 Et eandem ſententiam quartam multò magis procedere, ſi ſocius dotaſſet, vel dotet filiam ſuam ex bonis communibus ſcientibus, & non contradicentibus, ſed patientibus aliis ſociis, & in hoc caſu primam ſententiam limitari, & dotem debere ſocietati imputari, tradunt poſt plurimos alios Ant. Gabriel *d. tit. de iure dotium, concluſ.*2. *num.*5. Mantica *d. tit.*20. *num.*59. & Felicius *dicto cap.*26. *num.*59. reiectis Natta, & Ferrario contrarium ſentientibus; idque contra Iaſonem *in auth. quod locum, Cod. de collat.* Felicius *num.*47. ait procedere non ſolum, quoad filiam illam dotatam, & maritatam, ſed etiam quoad alias maritandas, quia ex quo ſocius ſemel conſentit, videtur declaraſſe ſocietatem eſſe eius naturæ, vt operetur dotem de communi extrahi debere, & ſic etiam alias filias fore de communi dotandas cum factis ſicut verbis, qualis ſit ſocietatis natura, declarari poſſit *l. Paulus, ff. rem ratam habere*, & *ſupra* probatum eſt.

Si frater, qui cum alio fratre, vel aliis fratribus bona poſſidet communia, dotem dedit, vel promiſit filia ſua de bonis communibus iiſdem fratribus ſcientibus, & non contradicentibus, hi an præſumantur conſenſiſſe animo donandi.

Vtrum verò ſi ſint duo, vel plures fratres, qui bona poſſideant communia, & non conſtet de expreſſa, vel tacita ſocietate omnium bonorum, & vnus ex eiſdem fratribus dotet filiam ſuam de bonis communibus ſciente, & non contradicente alio fratre, ſeu ſcientibus, & non contradicentibus aliis fratribus ſuis, qui non contradixerunt, præſumatur habuiſſe animum donandi, ſeu conſenſiſſe animo donandi, ita vt in diuiſione non poſſint poſtea petere partes ſuas illius rei, quæ pro dote fuit data: Fratrem, ſeu fratres magis præſumi animum donandi, quam repetendi habuiſſe affirmarunt Io. Faber *in l. fin. Cod. de dotis promiſſione*, Socinus ſenior *conſ.*191. *num.*11. & *ſequentibus*, *lib.*2. Paulus de Caſtro *conſ.* 211. *num.*2. & nonnulli alij à Mantica *de tacit. & ambig. conu. lib.*13. *titulo* 13. *num.*23. relati, & inclinat magis Conſtantius Rogerius *de dote*, *quæſt.* 2. *num.* 12. & 13. idque per Textum *in leg. ſeruus communis*, *ff. de donat. inter virum*, & *vxorem*, & *in l. cum is*, §. *mulier*, *ff. de condit. indeb.* & *l. vnica*, §. *accedit*, *Cod. de rei vxoria action.* At negarunt Ruinus *conſ.*171. *lib.*1. Natta *conſ.* 100. *num.* 7. idem Paulus de Caſtro *conſ.* 96. *num.*2. *l.*2. Petrus de Vbaldis *tract. de duobus fratribus*, *p.*6. *num.*11. (vbi ad quæſtionem, quando ſunt duo fratres bona communia poſſidentes vnus ſoluit dotes filiorum fratris, vel ambo, an in diuiſione debeat habere, quod ſoluit de portione ſua, reſpondet affirmatiuè, quia negotium fratris, cuius onus erat dotare filiam vtiliter geſſerit, & ſciente, & patiente, & quia ille, ad quem negotium partim pertinet, mandare videtur *l. qui pariter*, *ff. mand.* & ille habetur tanquam principalis, ad quem pertinet reipſa,) & Mantica *d. tit.* 13. *citato num.* 23. *verſic. Sed idem Paulus*, & *lib.*12. *titulo* 19. *num.*42. Ratio verò eſt iam indicata ex Petro de Vbaldis, ſcilicet, quia licet vterque frater, vel omnes fratres contractui dotationis interuenerint, & dotis ſolutioni nullus contradixerit, actus tamen intelligitur eius nomine geſtus, ad quem principaliter pertinet *l. vir vxori*, §. *vltimo*, *ff. ad Vellejanum*, & donatio, quoque non præſumitur, niſi ſit vrgens præſumptio, & quando poteſt ſumi, alia coniectura quam donationis vt *ſuprà cap.*3. *num.*108. notatum eſt: neque obſtat §. *accedit l. vnic. C. de rei vxor. act.* quia loquitur de extraneo, qui dat, vel promittit expreſſè dotem de rebus ſuis, non in caſu quo dos conſtituitur vel promittitur de rebus communibus cum eo, ad quem ſolum dotandi onus ſpectat, & præſertim ſi ſolum non contradictio interuenerit. 128

Quod ſi frater dotem pro filia ſimpliciter promiſerit, & intra fines promiſſionis, permanſerit, tunc videri de ſuis bonis promiſiſſe tradunt vti certam rem Ioannes Faber & Conſtantius Rogerius *locis ſuprà allegatis*, & Mantica *dicta tit.*19. *allegata num.*42. 129

Si vnus ex ſociis omnium bonorum vnicam habeat filiam, an eius dos maior eſſe debeat, quàm dos filiarum aliorum conſociorum.

130 Sed reſoluamus difficultatem propoſitam *num.* 126. [de qua Ruinus *dicto conſil.* 104. *libro* 1. & Mantica *de tacitis & ambiguis conuent. lib.* 12. *titulo* 25.] ſcilicet, an ſi vnus, ex ſociis omnium bonorum, habeat vnicam filiam, & alter conſocius habeat plures, & ſi ſint plures ſocij, quàm duo, ſinguli eorum genuerint, & habeant plures filios, dos filiæ vnicæ conſocij debeat ex bonis communibus ſocietatis conſtitui maior (maximè ſi non eſſet maior, non eſſet, nec dici poſſet congrua conſideratis facultatibus, & dignitate perſonarum ipſorum coniugum) in qua dos filiarum aliorum conſociorum plures filios habentium, an verò ſolum tanta dos, quanta datur, ſeu debet ex iiſdem bonis ſocietatis dari filiabus aliorum ſociorum Ruinus *dicto conſil.* 104. *num.* 3. dicit videri aſſerendum, huic filiæ vnicæ à patre poſſe, & à conſociis debere ex bonis ſocietatis communibus dari maiorem dotem, quam filiabus aliorum conſociorum plures habentium. Quia pater tenetur congruè dotare filiam, vt *capite præcedenti* probatum eſt, congrua autem dos dicitur habito reſpectu ad quantitatem patrimonij numerum filiorum, & dignitatem coniugum, vt pariter oſtenſum eſt tum hoc *capite præcedenti*, & conſtat *ex lege ſi filia, ff. de leg.* 3. *lege cum poſt, ff. gener & lege quarta, ff. de iure dotium*, de qua re etiam latè *infra capite* 13. quando ergo vnus ex conſociis omnium bonorum habet vnicam filiam, alij verò plures, ſequitur quod iſte habens vnicam filiam plus in dotem teneatur dare ſuæ vnicæ filiæ, quàm conſocij plures filias habentes eiſdem ſuis filiabus cum in facultatibus etiam ſint æquales, at omne onus, ad quod nomine dotis pro filia ſua dotanda vnus ex ſociis omnium bonorum tenetur, debet communiter per ſocios ſuſtineri, & de communibus bonis extrahi, vt conſtat ex traditis *à num.* 117. *ad* 126. ergo ex bonis communibus maior dos conſtitui debet vnicæ filiæ vnius ex conſociis, quàm filiabus aliorum conſociorum plures habentium, quorum numerus diminuit dotis quantitatem, ſeu facit vt minor dos cenſeatur congrua.

131 Nihilominus idem Ruinus *num.* 4. negat maiorem dotem poſſe, ſeu debere ex bonis communibus ſeu ex tota ſocietate conſtitui eidem filiæ vnicæ, quàm filiabus aliorum conſociorum habentium plures: & ante probationem huius negatiuæ diſtinguit, quod ſocij poſſunt primò conſiderari ſeparatim tanquam ſinguli. Secundò coniunctim, vt vnum corpus, & tanquam ſocietas *l. actione*, §. *Labeo, verſic. Proculus ait*, ibi, *non ad id, quod priuatim intereſt vnius ex ſociis ſeruari (ſcilicet ſolet) ſed quod expedit ſocietati, &c. ff. pro ſocio.* Igitur vel dici poteſt, ſeu ſupponitur, quod ſocietas ipſa ſit obligata ad dotandum, vel quod pater ipſi filiæ vnicè ſit obligatus; & quod actione pro ſocio conſequi poſſit, vt de communi dos conſtituatur, ſi dicatur, ſeu ſupponatur primùm reſpondet Ruinus, quod ſocietas non eſt adſtricta maiorem dare vnicæ filiæ vnius ex ſociis, quam dederit filiabus aliorum etiam numero pluribus, quæ congruam dotem habuerint, quia hoc caſu non oportet conſiderare priuatim, & ſeparatim facultates, & dignitatem, & numerum filiorum cuiuſlibet ſocij pro conſtituenda congrua dote, ſed debent conſiderari iſtæ qualitates coniunctim in ipſa ſocietate ſeu in ipſo corpore, cuius totius ſocietatis ſunt onera. Quare ſi propter magnam familiam, & plures filias vnius ex ſociis plurimum oneratur ſocietas hoc onus, ſeu grauamen in dote cuiuſlibet conſtituenda debet conſiderari, & obſeruari, perinde, ac ſi eſſet vnus pater familias, qui huiuſmodi onera ſuſtineret, Quapropter habito reſpectu ad ipſam ſocietatem æqualiter omnes filiæ ſunt dotandæ dote congrua, ſiue omnes ſint ex vno patre, ſiue vna ex vno, & aliæ plures ex alio, quia ſocietas ipſa tanquam vnum corpus repræſentat vnam perſonam, cuius, ſunt onera, & ideo ſingulis filiabus congrua dos einſdem quantitatis eſſe debet, vt ſi filiæ habentis plures filias centum fuerunt, vel ſunt congrua dos reſpectu ad ipſam ſocietatem, etiam filiæ alterius vnicæ dos congrua erunt ſolum centum, ſi dicatur ſecundò nempe quod ipſe pater filiæ vnicæ ſit obligatus ad dotandam. Reſpondet idem Ruinus *dicto num.* 4. *verſic. Secundo vero*, ſcilicet, ex bonis ſocietatis non deberi maiorem dotem dictæ filiæ vnicæ, quia in congrua dote conſtituenda non ſolum debet conſiderari, quod pater ipſe habeat vnicam filiam, ſed etiam quod eſt ſocius, & tanquam ſocius vniuerſorum bonorum coniunctim tenetur ad onus dotandi filias aliorum ſociorum, & ad faciendos plures alios ſumptus occaſione maioris familiæ aliorum ſociorum, & ſubire alia onera ſocietatis (*vt ſuprà num.* 121. *& ſeqq.* probatum eſt) quibus ipſe niſi eſſet ſocius omnium bonorum non eſſet obſtrictus, & propterea dos filiæ eius vnicæ debet eſſe multò minor, quàm ſi ipſe pater non eſſet ſocius aliorum habentium plures filias: ideoque etiam eadem filia vnica de communi ſocietatis non debet habere maiorem dotem, quam ſit dos congrua filiarum aliorum conſociorum cum ratione ſocietatis tantum ſit grauatus ille, qui habet vnicam filiam, & tantum onus ſuſtineat, quantum ille qui habet plures, & ſic ſi dos congrua filiorum aliorum ſociorum ſit centum, pariter centum erunt dos congrua filiæ vnicæ, nec eius pater officio iudicis in plus compelli poterit, & conſequenter ratione obligationis legalis, qua adſtringitur pater dotare filiam iuxta *legem qui liberis, ff. de ritu nupt. cum ſimilibus ſuprà capite* 4. *allegatis* alij conſocij non poterunt compelli, ad dandam maiorem dotem pro filia vnica ſocij, quam pro ſuis filiabus dederint, ex quibus manet ſolutum argumentum *numero præcedenti* adductum. Addit Ruinus ex hoc conditionem huius ſocij non dici fieri deteriorem, quia etiamſi nullam haberet filiam tanquam ſocius omnium bonorum pro hac portione teneretur dotare filias aliorum conſociorum, vt probatum eſt *in præcedentibus à numero* 117. & præſertim *numero* 125. *verſic. Ad quintum.* Neque etiam (ſubdit idem Ruinus) ipſe ſocius habens vnicam filiam intelligitur magis oneratus ex eo, quod alij ſocij plures habeant filias cum ipſa ſocietas apta ſit afferre commodum, ſicut incommodum, ſeu damnum. Nam ſi plures ſuſcepiſſet filias, maioremque filiam habuiſſet, quàm alij ſocij, vtique ex ſocietate maius commodum ſenſiſſet (quæ omnia *ſuprà dicto numero* 126. *verſiculo Ad quintum* explicata ſunt, & *in præcedentibus numeris* probata) atque adeo damnum pati non intelligitur, cum commodum potuerit conſequi iuxta tradita *ſuprà numero* 120. *& numero* 121. Demum idem Ruinus *dicto numero* 4 *verſiculo Non obſtat*, ex traditis concludit, quod ſi ſocius habens vnicam filiam durante ſocietate promiſit in eius dote pluſquam ſit dos congrua data filiabus aliorum ex communi ſocietatis illud plus neque diſſoluta ſocietate non eſſe ſoluendum de communi ſocietatis, ſed de portione patris, & *ad legem omne æs alienum, ff. pro ſocio* (vbi dicitur omne æs alienum manente ſocietate ab vno ex conſociis contractum eſſe de communi ſoluendum) reſpondet Ruinus intelligi, ſi ſocius ille bonam fidem agnouerit, & in culpa non fuerit *lege Nemo ex ſociis in fine, & lege cum duobus*, §. *quidam ſagittariam in fin. ff. pro ſocio*, qui verò promiſit

maiorem

maiorem dotem, quam ſit congrua conſideratis omnibus filiabus ſociorum volens eſſe in totum de communi ſoluendam, non proceſſiſſet bona fide reſpectu ſociorum neque excuſaretur ex eo, quod filiam vnicam collocauerit viro digno tanta dote, nam ſi bonam fidem agnouiſſet (inquit Ruinus) collocaſſet filiam viro, cui eſſet condigna, & congrua dos, quæ eſt congrua filiabus omnium conſociorum.

132 At Mantica *dicto tit.25. numero 6.* imprimis licet detur, ſocietatem (propter illam rationem quod vnam tantum portionem repræſentet & eſt quaſi pater omnium filiorum) non teneri de communi dare maiorem dotem filiæ vnicæ vnius ſocij, nihilominus negat dotem congruam huius filiæ vnicæ non debere eſſe maiorem, quam filiarum aliorum conſociorum quæ ſunt plures, & aſſerit, quod pater de ſuo tenetur ſupplere vſque ad congruitatem iuxta facultatem patrimonij paterni, nam *vt ſuprà numero 30. & in præcedentibus capitibus* notatum eſt, ſæpè & habetur in textibus *eodem numero* 130. allegatis dos congrua intelligitur non ſolum ex facultatibus, & dignitate naturalium viri & vxoris, ſed etiam ex numero liberorum, & conſequenter filia vnica data in cæteris paritate pinguius eſt dotanda, vt probat idem Mantica *d.lib.12. tit.21. num.31.* & eſſe certum confirmat Mantica, quia alioqui, ſi extaret ſtatutum excludens fœminas dotatas extantibus maſculis, & ſocij (puta quia eſſent fratres, vt in caſu Ruini *dicto conſil.104.*) excluderent filiam vnicam ſequeretur, quod eadem filia vnica non poſſet etiam poſt mortem patris petere ſupplementum congruæ dotis, quia tempore nuptiarum habuiſſet congruam dotem per tradita (quæ an ſint vera examinetur *infrà cap.13.*) ab eodem Mantica *d.lib.12. tit.24.num.8.* quod videretur iniquum, cum portio bonorum ſpectans ad patrem, eiuſdem vnicæ filiæ maiorem dotem poſſit ſuſtinere, quàm portio aliorum ſociorum plures habentium filias, ſi quantitas legitimæ etiam temporis nuptiarum conſideretur, ad cuius legitimæ quantitatem dos congrua iuxta eundem Manticam in dubio debet regulari & metiri, & certum eſt quantitatem legitimæ debitæ vnicæ filiæ eſſe maiorem quantitate legitimæ debitæ pluribus filiorum aliorum ſociorum. Poterit igitur eadem filia vxor poſt obitum patris conſequi ſupplementum congruæ dotis, quæ ex ſocietate contracta non debet minui portioni tamen patri in ſocietate imputandum, & hanc primam Manticæ reſponſionem valde rationabilem exiſtimo, quia filia vnica non debet priuari ea dotis quantitate, quæ alioqui à patre deberetur, ſi viueret, de per ſe ex eo quod ſit vnica, & ſecluſo ſtatuto eam à legitima excludente ſtantibus maſculis poſt mortem patris ſi dos fuiſſet minor deberetur ei ſupplementum à fratribus vſque ad legitimæ quantitatem. An verò dos quoad quantitatem debeat regulari ad quantitatem legitimæ dicam *infrà dicto capite 13.*

133 Secundò idem Mantica *eodem titulo 25. numero 7.* Contra eundem Ruinum aſſerit, quod ſi idem ſocius habens vnicam filiam manente ſocietate promiſit in eius dotem pluſquam alij de communi filiabus ſuis dederunt, ea dos ſi eſſet exceſſiua habito reſpectu facultatum & dignitatis perſonarum, eſſet portioni patris imputanda, ſi verò non excedat modum facultatum ex dignitate perſonarum congruum, æs alienum eo nomine contractum de communi ſocietatis eſt ſoluendum iuxta *dictam legem omne æs alienum* cum & filiabus eiuſdem patris (quem ſocietas ipſa repræſentat iuxta tradita ab eodem Ruino) inæquales dotes ex diuerſis rationibus poſſint, & debeant conſtitui, vt tradit idem Mantica *dicto libro 12. tit.21. num.8. & 35. & in fine capitis 13.* explicabitur, ideoque non poſſit dici ſocietatem ex rationabili cauſa non teneri maiorem etiam dotem filiæ vnicæ vnius ex ſociis conſtituere, quæ conſtitutio arbitrio iudicis ſeu boni viri erit, quoad illam quantitatem maiorem definienda, quæ ratio militat in qualibet filia aliorum ſociorum, vt notat idem Mantica, cui pariter in hoc adhæreo: Nam ſicut vni ex filiis ſociis forent præſtanda lautiora alimenta, quàm aliis filiis aliorum, ſi qualitas, & conditio eiuſdem filij maiorem illam quantitatem alimentorum poſtularet, vt honeſtè viueret, cum alimenta, ab eo qui illa præſtare debet, ſint præſtanda iuxta conditionem alendi, vt in tractatione de alimentorum obligatione oſtenſum eſt, ita idem de dote dicendum omnino videtur.

CAPVT VI.

De dotandi obligatione hæredum, & aliorum, qui ſuccedunt in bona eorum, qui dotare tenebantur, vel tenentur.

SVMMRIVM.

Hæres patris, vel aui paterni etiam extraneus tenetur in vtroque foro filiam vel neptem egenam in ſubſidium dotare etiam illegitimam, & ſpuriam, num. 1.

Ad idem tenetur hæres matris, vel aui materni, numero 2.

Patris, vel aui paterni hæres abſolutè tenetur dotare filiam, vel neptem, ſi pater, vel auus viuens non aſſignauerit, num. 3. & 4.

Onus dotandi filias, aut neptes ex filio tranſit in quoſcumque hæredes, & ſucceſſores, ad quos patris, vel aui paterni defuncti bona deuoluuntur, numero 4. & ſequentibus.

Ius mulieri quæſitum in bonis patris etiam matrimonio non ſequuto in vita patris tranſit contra hæredem, qui eandem dotis quantitatem tenetur aſſignare, numero 7.

Onus patris, & aui paterni dotandi filias, vel neptes non eſt merè perſonale, ſed eſt etiam in rem, & cenſetur reale, & inhærens bonis, ad quoſcumque vadant, numero 8. & 9.

Dos cenſetur æs alienum reſpectu patris, n. 11.

Dos non ſemper, metitur a legitima, n. 14.

Quæ ſi non eſt ſufficiens ad conſtituendam filiæ congruam dotem tenetur pater illam dotare vltra legitimam, ibidem.

Hæres patris filiam inſtitutam tantum in legitima tenetur dotare vltra legitimam cum ea non ſufficit ad congruam dotem, n. 14. & 16.

Si dos pro filia ſit promiſſa in maiori quantitate, quam ſit legitima, in qua fuit inſtituta, poteſt filia petere quantitatem dotis, n. 14.

Filia à patre præterita poteſt non dicere de nullitate teſtamenti, ſed ab hæredibus patris ſimpliciter dotem petere, n. 15.

Hæres patris tenetur dotare filiam legitimam, & naturalem diuitem, n. 16.

Si legitima à patre filiæ relicta non ſufficiat ad illius congruam dotem, & filia ſit diues an patris hæres teneatur ſupplere vltra legitimam etiam alienando bona à patre relicta ſubiecta fideicommiſſo, n. 16. & 17.

Hæres patris, & aui paterni tenetur dotare filiam, & neptem nuptam abſque dote conſtituta, vel ab extraneo dotatam, n. 18.

Tenetur etiam redotare filiam, & neptem, quæ amiſit dotem, n. 18.

Tenetur dotare etiam filiam, & neptem illegitimam, etiam

etiam ſpurium, numero 20. & 21.

Tenetur etiam dotare attentis qualitate, & dignitate perſonarum, & facultatibus hereditariis, num 22.

Ad prædicta tenetur hæres patris, vel aui licet pupillus, & qua ratione tutores vel curatores, vel ipſe minor poſſit pro tali dote obligare & alienare bona, numero 23.

Tenetur licet extent mater, vel auus maternus, vel frater diuites, n.24.

Onus dotandi filiam vel neptem incumbens matri, vel auo materno tranſit in eorum hæredes, n.25. & 26.

Qui tenentur dotare vltra legitimam, quæ non ſufficiat ad dotem congruam, nec filia, aut neptis habeat alia bona, n.27.

Hæres fratris, aut patrui tenetur dotare ſororem, & neptem, quam frater, aut patruus dotare tenebatur, n.28. 29. & 30.

Et quid ſi egeſtas poſt obitum fratris, aut patrui ſuperuenerit ſorori, vel nepti, n.31. & 32.

Filiam à ſtatuto excluſam a ſucceſſione patris maſculis extantibus frater, vel patruus hæres, vel ſucceſſor vniuerſalis in bonis patris tenetur congruè dotare, etiamſi illa ſit diues, vel habeat matrem, aut auum maternum diuitem, vel ei maritus dotem conſtituiſſet, n.35. ad 40.

Primogenitus ſucceſſor in omnibus maioratibus an, & quando, & qua ratione teneatur filiabus inſtitutoris, ſeu ſororibus legitimis, & illegitimis congruam dotem dare alimenta, & legitimam latè, numero 40. ad 51.

Vbi quid ſi primogeniti ſorores ſint diuites, vel habeant matrem, vel auum maternum diuites, vel ſi primus maioratus, ſiue fideicommiſſi inſtitutor cæteris liberis, præſtitit congruas dotes, & an omnis poſſeſſor maioratus pro tempore in infinitum teneatur alere, & dotare fratres & ſorores, & alios ex primo inſtitutore deſcendentes pauperes etiam habentes matrem, vel auum maternum diuites.

Omnes maioratus poſſeſſores in Regno Hiſpaniarum obligari alere, & dotare fratres, & ſorores ex vi, & natura maioratus, & non ſolum ratione coniunctionis qui ſentiant, & qui negent, n 51.

Omnis poſſeſſor maioratus vt diues tenetur alere, & dotare fratres & ſorores pauperes deficientibus matre, & auo materno, n.54.

Et etiam patruos, amitam, ſobrinos, & ſobrinam pauperes, ibid.

Monaſterium in bonis patris profeſſi tenetur dotare illius filias legitimas, & illegitimas natas, vel conceptas ante poſſeſſionem, num.55.

Et an iam à patre dotatas ad egeſtatem deductas teneatur redotare, n.56. & 57.

Si Monaſterium nollet, aut non poſſet dotare, nec filiæ aliunde poſſent habere dotes vel alimenta, quid poſſet, & teneretur facere pater profeſſus, num.58.

Monaſterium ex bonis poſt profeſſionem patris eius perſona tenetur ſatisfacere debitis quibus ante profeſſionem erat adſtrictus, & ſic dotare eius filias, quas ipſe tenebatur dotare, n.59.

Monaſterium monialium, quod ſucceſſit in omnibus bonis monialis profeſſæ, quando teneatur alere, & dotare filias legitimas, & illegitimas ex eadem moniali ante profeſſionem natas, n. 60.

Filias ſpurias religioſi poſt illius profeſſionem ſuſceptas an monaſterium, vel religioſus pater teneatur dotare, etſi pater profeſſus qua ratione id poſſit, & teneatur facere latè, n.61. ad 64.

Equites Hieroſolymitani ex quibus bonis poſſint, & teneantur dotare prolem ſpuriam poſt profeſſionem ſuſceptam, n.65.

Fiſcus ex bonis patris ob crimen læſæ maieſtatis confiſcatis tenetur dare dotes filiabus condemnati legitimas, & illegitimas etiam ſpurias, & quanta debeat eſſe dos, n. 67. 69. & 70.

Suſtinentur dotes filiabus datæ poſt delictum læſæ maieſtatis ſecluſa fraude, n.68.

Filias legitimas, & illegitimas condemnati ex eius bonis ob hæreſim confiſcatis tenetur fiſcus dotare, n.73.

Nec dotes à patre hæretico occulto poſt crimen hæreſis commiſſum eiſdem filiabus conſtitutæ poſſunt a fiſco reuocari, n.74. & 75.

Camera Apoſtolica ex redditibus, fructibus, & bonis Eccleſiaſticis ex beneficio per clericum beneficiarium ex ſpolio ad eam peruentis, quando teneatur filiis, & filiabus beneficiarij etiam ſpuriis prouidere de dotibus, & alimentis, n.77.

Eccleſia, vel religio capiens bona ex Eccleſiaſtico beneficiario à clerico, vel religioſo beneficiario acquiſita ex eiſdem bonis tenetur alere, & dotare filios, & filias eiuſdem clerici, vel religioſi, n.79.

Et iuxta eorum ſtatum, & dignitatem, n.80.

Beneficiarius ex prouentibus beneficij poteſt conſanguineis pauperibus dare alimenta, & dotes iuxta decentiam ſtatus, n.81.

Et ſecundum ſtatum, quem acquiſiuit ex eius promotione ad Eccleſiaſticam dignitatem, ibid.

Donatarius omnium bonorum paternorum tenetur dotare filias legitimas etiam diuites, & etiam illegitimas, & ſpurias, n.83.

An ad idem teneatur ſingularis ſucceſſor bonorum paternorum titulo oneroſo ſiue vniuerſalis ſiue ſingularis, num. 85

Alimenta, & dotes filiorum, & filiarum patris ære alieno grauati non deducuntur antequam ſatisfiat debitoribus patris, ibidem.

Si pater bona omnia alienauerit minori pretio filiis, & filiabus competit ius habendi dotem, & legitimam in eo, quod plus valerent bona, n.85.

Et quid ſi alienauerit ad fraudandum filias dotibus, alimentis, vel legitima, n.86 & 87.

Pro conſequenda dote legata in bonis legantis contra tertios poſſeſſores competit actio in rem, & hypotheca.

Obligatio ſeu actio paſſiua perſonalis defuncti qua ratione tranſeat in hæredes quando ſunt plures cohæredes, an in omnes in ſolidum, vel pro portionibus hæreditariis, & quid ſi vnus efficiatur non ſoluendo, &c. latè, n.92.

Si dos conſiſtat in certo corpore, vel ſi in quantitate à defuncto debitore dotis pro ea bona ſub hypotheca ſunt obligata, vel datum pignus, pro dote agi poteſt in ſolidum contra quemlibet ex cohæredibus poſſidentem bona pignore, vel hypotheca obligata, n.95.

Pro conſequenda dote debita ex perſona defuncti conſiſtente in quantitate ſine hypotheca, vel debita ex legato defuncto an ad electionem mulieris agi poſſit in ſolidum contra quemlibet ex cohæredibus, n.95. 96. 98.

Ius habendi, & petendi dotem, quod competit filiæ ea defuncta an tranſeat ad eius hæredes, n.99. & 110. & ſeqq.

Non tranſit, ſi filia in poteſtate, vel emancipata nondum ſibi à patre dote promiſſa, neque matrimonio contracto decedat, n.100.

Tranſit ſi in ſola filia ante eius obitum actio dotis profecticia fuerit conſolidata, n. 101. & 102.

Filia in cuius perſona actio dotis non fuit conſolidata decedente poſt contractum matrimonij ius petendi dotem promiſſam conſtante matrimonio non ſolutam tranſit ad eiuſdem filios relictos, n. 102.

Ius diminuendi fideicommiſſum propter dotem conſtituendam quod filiæ competebat tranſmittitur ad filiæ hæredes, ibid.

Si filia decedat ante matrimonium an, & quâ ratione illud ius tranſmittatur ad eiuſdem filiæ hæredes, n. 107.

Idem priuilegium diminuendi fideicommiſſum propter dotem conſtituendam, vel reſtituendam an poſſit cedi creditoribus, ibid.

Differentia inter ius alimentorum, & ius dotis quoad tranſmiſſionem ad hæredes alimentarij, & dotandæ, num.104.

Ius petendi dotem à patre, quod competit filiæ patre conſentiente, vel marito nuptæ ſine dote ſibi conſtituta, & dotis promiſſione per ipſam ſponſo facta ea defuncta tranſit ad eius hæredes, n.104.

Decedente ante matrimonium contractum filiafamilias, pro qua pater dotem promiſerat, ius dotis non tranſit ad eius hæredes, n.105.

Idem etiamſi pater per Iudicis ſententiam iuſſus ſit conſtituere dotem eidem filiæ volenti nubere, n.106.

Filiafamilias nupta decedente ſine filiis dos non tranſit ad illius hæredes ſed ad patrem reuertitur, n.108.

Stante ſtatuto excludente à ſucceſsione paterna fœminas propter maſculos, ſi viuente patre ante contractum matrimonium, dos data filiæ non tranſmittitur ad illius hæredes ſed reuertitur ad patrem, n.110.

Idem ſi deceſſerit viuente patre poſt contractum matrimonium non relictis filiis, n.111.

Item ſoluto matrimonio per mortem viri etiam relictis filiis dos ad patrem reuertitur; ſecus ſoluto matrimonio per obitum filiæ, quia tunc remanet dos penes filios.

IN *præcedenti parte de alimentorum obligatione cap.7. per totum*, latiſſimè peregi; An & quando hæredes, & ſucceſſores patris, aui, & aliorum quibus onus alendi, & dotandi incumbit, alere, & dotare loco eorum obligentur. Quapropter, ad euitandam inutilem repetitionem quoad ea, quæ concernunt alendi obligationem hæredum, tantum quæ æquè probant hæredum obligationem alendi, & dotandi, & ſpectantia ad eorundem hæredum, & ſucceſſorum obligationem dotandi magis ſtrictè explicare conabor.

§. I.

An onus dotandi filias, & neptes, legitimas, & naturales tranſeat non ſolùm in ſubſidium, ſed abſolutè, & indiſtinctè in hæredes patris, & aui paterni, ita vt teneantur illas dotare, ſicut tenebatur pater, vel auus, ſi viueret.

1 DIxi, *non in ſubſidium, ſed abſolutè, & indiſtinctè*, &c. Nam ſicut iuxta communem ſententiam & conſenſum Doctorum (vt notaui *d. cap.7. n.341.*) hæres patris, vel aui paterni etiam extraneus tenetur in vtroque foro filiam, vel neptem egenam in ſubſidium (ſcilicet ſi filia egena neminem coniunctum vbi hæres eſt extraneus) vel alium proximiorem (ſi hæres ſit conſanguineus, v. g. frater, vel patruus) haberet; quod *eodem num.*341. probatum eſt, ita in eodem caſu hæredes patris, & aui paterni tenentur eandem filiam, vel neptem egenam, aliunde dotem habere nequeuntem dotare. Et ſicut extendit idem communis Doctorum conſenſus, vt etiam hæres patris, vel aui paterni in ſubſidium deficientibus coniunctis, vel proximioribus teneatur alere filiam, vel neptem naturalem, vt notaui, & probaui *eodem cap.7. num.341. verſ. Extenditur*, ita etiam citra controuerſiam iidem patris, & aui paterni hæredes obligantur in eodem caſu dotare eandem filiam, vel neptem naturalem. Item ſicut conueniunt communiter Doctores iure Canonico *in cap. cum haberet, de eo, qui duxit*, &c. etiam filiæ ſpuriæ ex damnato coïtu procreatæ ab hæredibus patris, vel aui paterni in ſubſidium non extantibus coniunctis, vel proximioribus deberi alimenta, vt *eod. c.7. n.341. verſ. Item conueniunt*, iiſdem Doctoribus relatis notaui, & probaui; ita etiam eidem filiæ ſpuriæ in tali caſu ab iiſdem hæredibus debetur dos.

Et quemadmodum prædicta de hærede patris, aut 2
aui paterni quoad eius obligationem alendi in ſubſidium, *&c.* procedunt etiam in hærede matris, & aui materni; vt & ipſi, ſaltem in ſubſidium deficientibus ſanguine coniunctis, vel proximioribus teneantur filias, & neptes paſcere, & dotare; vt *eod. cap.7. eod. n.341. verſ. Porrò*, pariter notatum, & oſtenſum eſt, & Doctoribus ita ſentientibus relatis; ſic etiam eas dotare tenentur.

Quod ergo controuertitur ab aliquibus eſt, An 3
onus dotandi filias, & neptes abſolutè, & indiſtinctè in hæredes patris, & aui materni tranſeat; ita quòd idem ius dotis, quod filiæ, vel nepti aduersùs patrem, vel auum viuentes competebat, habeat filia, vel neptis contra hæredes patris, vel aui paterni, ſiue ſanguine coniunctos, ſiue extraneos; hique eidem filiæ, vel nepti dotem dare teneantur, & cogantur, licèt adſint ſanguine coniuncti aſcendentes ex parte patris, vel matris, aut aſcendentes ex parte matris, vel deſcendentes, vel fratres, vel ſanguine proximiores (ſi hæredes ſint ſanguine coniuncti) à quibus alioquin in defectum patris, vel aui paterni eſſet filia, vel neptis dotanda iuxta tradita, *in præcedenti capite.*

Et quidem Baldus, & Alexander *in l. ſi Socer. in* 4
princ. ff. ſoluto matr. opinati ſunt onus dotandi filias, vel neptes, non tranſire in eiuſdem patris, aut aui paterni defuncti hæredes, hoſque minimè cogi illas dotare: Nituntur illo fundamento, quòd non iure actionis, ſed ſolo iudicis officio pater compelli poſſit dotare filias iuxta tradita *ſuprà cap.4. n.15.* & Doctores *ibidem* relatos; officium autem Iudicis nullam ſupponit obligationem (nam vbi adeſt obligatio; datur actio; & vbi deficit obligatio, deficit actio; cuius ipſa obligatio eſt mater *l. licèt §.11. ff. de procuratoribus*, & Surdus *de alim. tit.3. q.1. nu. 12.*) & ſic nulla eſt obligatio, quæ in hæredem tranſeat; ac proinde hæres patris non cogitur dotare filias defuncti.

Ac verior, & communis, ac recepta ſententia eſt, 5
quod ſicut pater lege naturali, & ciuili tenetur dotare filias, & auus paternus in filij defectum neptes ex filio (vt *in præcedentibus capitibus probatum eſt*) vt nubere poſſint, & ne etiam cogantur meretricari; ita ſi pater viuens non aſſignauerit eis dotem, onus filias, aut neptes ex filio dotandi tranſit in quoſcunque hæredes, & ſucceſſores, ad quos patris, aut aui paterni defuncti bona deuoluuntur. Ita Bartholus *in l. ſicut, §. penult. ff. Quibus modis pignus, vel hypoth. ſoluit, & in l. ſi marito, §. ſi voluntate, n.9.* & *ibi* Paulus *num.4. ff. ſoluto matr.* idem Bartholus *in l. poſt dotem, n.23. ff. eodem, ibidem* Alexander *num.22.* Curtius Senior *in l.1. num.68. Cod. de edend. ibi* Ripa *num.21.* Craueta *in l.1. nu.201. ff. de legat.3.* Menochius *de præſumpt. lib.4. præſumpt. 109. & conſ.81. n.1.* Corduba à Lara *in l. ſi quis à liberis, §. non tantum, n.56. ff. de liber. agnoſc.* Campegius *de dote, p.1. quæſt.27.* Mantica *de tacit. & ambig. conu. lib.12. tit.18. num.7. & ſeqq.* Coſta *de remed. ſubſid. remed.67.* P. Barboſa *ad l.1. p.4. num.6. ff. ſoluto matr.* Baëza *de non melior. filiab. cap.11. num.109. & cap.15. num.26.* Ioannes Lupe. *de illegit. comm.1. §.2. n.27.* Stephanus Gratianus *diſcept. for. tom.3. cap.504. num.11. tom.5. cap.926. num.20. deciſ. Prouinciæ Marchiæ, & deciſ.95. n.12.* Fontanella *de pactis nupt. clauſ.5. Gloſſa 1. p.1. n.48. & 118.* Lucidorus *de illegitimis Cleric. cap.20.* Molfeſius *ad conſuet. Neapol. p.6. q.4. n.16. & quæſt.9. num.10.* Rota Romana apud Seraphinum *deciſ.41. & deciſ.58. deciſ.145. n.1. p.6. diuerſorum, deciſ.312. n.23. eadem p.6. deciſ.329. n.45. eadem p.6. & deciſ.30. nu.11. & 12.*

& 12. *p.* 7. *diuerſorum & deciſ.* 77. *num.* 9. & 10. apud Coccinum,& plurimi alij Iuriſperiti, à Lara,Mantica, P.Barboſa, Fontanella & Gratiano relati ex Theologis, ita Rebellus *de oblig. iuſt. p.*2. *lib.*5.*q.*4. *num.*7. & Fragoſus *de regim.Chriſt. Reipublicæ* , *parte* 3. *diſp.*5. §.3. *num.*45.*verſ.Verius*, & Caſtrus Palaus *de iuſt. diſput.*9. *puncto* 5.§.4. Huius etiam ſententiæ abſque dubio ſunt omnes Doctores,Iuriſperiti & Theologi aſſerentes onus alendi filias , & neptes abſolutè, & indiſtinctè tranſire ad hæredes patris , vel aui , quos Doctores latè refero præallegato *cap.*7.*num.*351. & 354. quibus addo Marium *deciſ.* 323. *num.*4. *part.*1. Vincentium de Franchis *deciſ.* 87. *num.*14. & *deciſ.*178. *num.*9. Rota Romana *deciſ.*457. *num.*2.& 889. *num.*7. *part.*4. *diuerſorum*,& apud Durandum *deciſ.*26. *num.*9. Igitur ,

6 Primò probatur hæc ſententia,quia onus alendi filios, & filias, quod incumbebat patri, vel auo paterno, abſolutè , & indiſtinctè tranſit in hæredes patris,vel aui,vt latiſſimè probaui *dicto cap.*7. *num.*351. & *pluribus ſequentibus* , ergo & onus dotandi iuxta regulam *in præcedentibus* ſæpè repetitam , quod qui tenetur alere, tenetur etiam dotare ; ſaltem pro quantitate alimentorum.

7 Secundò, quia iuxta tradita *ſuprà cap.*4.*num.*16. & Doctores *ibidē* relatos dos filiabus debetur iure actionis & conditione ex lege , quod ius tranſit ad hæredes , quia conditio ex lege,vel ex ſtatuto,vel ex conſuetudine eſt quidem actio perſonalis , ſed tamen in rem ſcripta,vt tradit Coſta *de remed.ſubſid. remed.*67. *num.*3. & ſic tranſit contra hæredes defuncti , ex lege obligati, imo & afficit etiam tertios bonorum poſſeſſores in ſubſidium tamen deficientibus aliis bonis. Vt Coſta poſt alios *d. num.* 3. & quod quando quis per legem tenetur alere, illa obligatio paſſiua tranſeat ad hæredes, ſicut & quando alimenta debentur ex diſpoſitione hominis per contractum , vel vltimam voluntatem,tradunt communiter Doctores, quos ad id allegaui *d. cap.*7. *n.*353. ſic ergo obligatio paſſiua ex lege oriens ad hæredes obligati tranſibit.

8 Tertiò , quia etſi ſicut ius alimentorum ex parte eius cui debentur , ſeu petentis eſt merè perſonale, quod cum perſona extinguitur , vt *in præcedenti parte de aliment.obligatione*, *cap.*6. *num.*223. notaui,& etiam *d.cap.*7. *n.*354. ita etiam ius dotis ex parte filiæ , vel neptis,cui debetur perſonale dici poſſit , vt poſt alios notat P. Barboſa *d.p.*4.*num.*11. *circa finem*, & *num.*12. Hoc tamen non obſtat, quo minus ius paſſiuum præſtandi alimenta , & dotem , ſe tenens ex parte patris obligati alere , & dotare tranſeat ad eius hæredes ; Quod duplici fundamento probatur. Primum eſt attenta ſententia, quod onus alendi,& dotandi ex parte patris, qui debet alere, & dotare , ſit merè perſonale (quam ſententiam tenent P. Barboſa *d. part.* 4. *nu.* 73. Giurba *deciſ.*5. *n.*46.) quia ſicut pater erat perſonaliter obligatus ad præſtanda alimenta, & dandam dotem filiabus,ita etiam eius hæres (vt *d.cap.*7.*citato n.*354. ex iiſdem P.Barboſa , & Giurba, & etiam ex Panormitano,Gomezio, & Gama *locis ibidem relatis*) ſiue ſit ex collateralibus, ſiue ex extraneis, conueniri poteſt , ex patris perſona *l.*1. *Cod. ſi certum petatur* (vbi habetur hæredes pro portionibus hæreditariis teneri ad ſolutionem debitorum defuncti) *l.*2. §.*ex his* , vbi dicitur quod ex perſona hæredum conditio obligationis non immutatur : & ſic per eum textum , quod ex perſona hæredis,& ſucceſſoris nō mutetur obligatio defuncti, ſed hæres , ſeu ſucceſſor in idem ius paſſiuum, ſeu in eandem obligationem ſuccedat,tradunt expreſsè Molfeſius, P.Barboſa *locis citatis*, Mantica *d.tit.*18. *nu.*11. Hondedeus *conſ.*50. *nu.*17.*lib.*2. & alios allegans Rota *d.deciſ.*3.*num.*12. *parte* 2.*diuerſorum*, & quia hæres recuſare non poteſt onus , quod defuncto incumbebat *leg. poſtulante, in princ. ff. ad Trebell.* & poſt alios Mantica *d.n.*11.& P.Barboſa *d.p.*4.*n.*6. Quæ omnia præcipuè in dote ob eius fauorem procedunt , vt expreſsè *l.ſi ego*, §.1. vbi, ſed benignius eſt, & notant Mantica *d.n.*11.& Molfeſius *d.q.*4. *citato n.*16. Quare Vlpianus *d.*§.1. (vt notauit etiam Paſchalis *de patr. poteſt. p.* 2. *cap.*4. *n.*101.) ait,quod ius mulieri quæſitum in bonis patris etiam matrimonio non ſequuto in vita eiuſdem patris, tranſit contra hæredem , adeo quod licet hæres ſit nouus Dominus,tenetur tamē fauore dotis eandem quantitatem aſſignare. Confirmantur prædicta ex eo, quod hæres repræſentat perſonam defuncti,eademque reputatur perſona *auth.de iureiurando à morien.peten. in princ.* Decius *in l.hæredem*, *n.*2. *verſ.Prædicta*, ibi Cagnolus *n.*4.*ff.de reg. iuris*, & Hondedeus *d.n.*17. Quare cum patris hæres in eius locum ſuccedat, & eius perſonam repræſentet, eademque reputetur, debet etiam illius onera ſuſtinere , & quilibet hæres ex eo quod defuncti perſonam repræſentat,tenetur ad omnia onera,ad quæ idem defunctus tenebatur *l. hæred. ff. mand. l.quoties,ff.de hæred.inſt.* Nec debet hæres eſſe melioris conditionis,quàm defunctus *l.in his*, §.*non debet*, *ff.de reg. iur.* Et denique cùm hæres patris ex bonis ab eo prouenientibus commodum habeat , æquum eſt , vt ſentiat onus alendi , & dotandi filios, & filias , quo idem pater viuens tenebatur , hoc enim exigit æquitas *l.ſecundùm naturam, ff.de reg. iur.*

Alterum fundamentum eſt, quòd ius paſſiuum alimentorum, & dotis, ſcilicet ex parte patris, qui tenetur alere, & dotare filios, & filias , non eſt merè perſonale (quod proinde debeat defuncta perſona ſtatim extingui) ſed cenſetur eſſe etiam in rem, & onus reale, ex eo enim , quod pater iure naturali , & poſitiuo obligatur alere , & dotare filios,& filias, ſic etiam , vt tali obligationi,ſeu oneri eiuſdem patris bona iure naturali , & poſitiuo ſint obnoxia, & conſequenter onus alendi , & dotandi ſit reale , & huius ratio eſt , quia illa obligatio iuris naturalis, & poſitiui ciuilis alendi, & dotandi filios , & filias perſonæ inhærens non poteſt impleri niſi per vſum bonorum , niſi enim pater vtatur bonis,& impendendo in neceſſaria pro alimentis, & dotibus liberorum , tali obligationi non poteſt ſatisfacere, ergo ea obligatio ligat perſonam,& dominium bonorum , reſpicitque bona ipſa , & illa afficit, dum pater , qui tenetur alere , & dotare , viuit , & ſic eſt onus reale ; ergo etiam patre defuncto eadem obligatio,ſeu idem onus, quatenus bona afficit,& eſt reale, cum ipſis rebus , ſeu bonis ad quemcumque hæredem tranſit,Per hæreditatem enim bona defuncti perueniunt ad hæredem, ea conditione affecta , & qualia erant apud defunctum , cuius perſonam hæres ipſe ſuſtineat ; & regula generalis eſt , quod res tranſit cum onere ſuo,vt Doctores *in lege Placet,C.de Sacroſ.Eccl.* 8

Quare quod obligatio, ſeu onus patris alendi filios ſit obligatio realis, ſeu onus reale bonis paternis inhærens, tranſiens ad hæredem , & quemcumque ſucceſſorum ad quem vadant bona,tradunt plurimi Theologi,& Iuriſperiti,quos *in dicta præcedenti parte de alimentorum obligatione*,*d.cap.*7. *allegato num.*354. Præter quos, in ſpecie quod onus, & obligatio patris dotandi filias ſit reale onus inhærens illius bonis, vt obnoxiis eidem obligationi , quod cum illis tranſeat ad hæredem , & quemcumque ſucceſſorem , atque ad quemcumque vadant eadem bona,ac ſi ab eodem patre fuiſſent eadem bona obligata pro congruâ dote , & ſic non ſolum hæredem ad congruam dotem filiæ dandam teneri, ſed etiam quemcumque ad quem eadem bona patris deuenirent,tradunt Caſtrenſis *conſ.*[illegible] *n.*1.*vol.* 1. Decius *conſ.*376. *num.*2. Curtius *conſ.* [illegible] Rolandus à Vallis *conſ.*85. *num.*36. *lib.* 1. Fontanella *d. clauſ.* 5. *dicta* 9

dicta Gloſſa 1. *qu.*1. *n.*50. *&* 51. Stephanus Gratianus *d.deciſ.* Marchiæ *d. num.*7. *& d.deciſ.*95. *num.*12. Rota Rom. *deciſ.*457. *n.*2.*verſ.Non obſtat quod & deciſ.*889. *n.*7.*p.*4.*diuerſorum, allegata deciſ.*312. *n.* 23. *& allegata deciſ.*329. *n.*44. *&* 45. & alios cumulans Lucidorus *de illegitim.Cler. cap.*19. *n.*14. Qui loquuntur, & intelliguntur quando bona patris tranſeunt ad hæredem patris, & ſucceſſorem vniuerſalem, & ab eo ad alium perueniunt; non autem quando bona à patre titulo oneroſo tranſeunt in ſingularem ſucceſſorem, & emptorem, & ab eo in alium.

10 Quare aduertendum, diuerſam eſſe rationem in ſingulari ſucceſſore & emptore, ac in perſona hæredis (vt *d.cap.*7.*allegato n.*355. notaui) ad quem ſolo titulo honorario, & vt defuncti perſonam repræſentantem, ac ſuſtinentem bona patris deueniunt: Hinc enim æquum, & rationi naturali conſentaneum eſt, vt ſicut defuncti perſonam referens commodum ex illius bonis habet, ita ſentiat onus alimentorum, & dotium, quo dum penes defunctum exiſtebant, affecta erant, cuique obnoxia ad ipſum vti hæredem peruenerunt, nec per mortem patris ſolam potuerunt eadem bona eximi ab illo onere, ad quod iure naturali, & poſitiuo erant obnoxia, vt præter Doctores *num. praced.* relatos notat etiam P.Barboſa *d.p.*4.*num.*9. *initio.* At cum in ſingularem ſucceſſorem, & emptorem bona deueniant titulo merè oneroſo; nec ipſi vt perſonam patris referentis acquirantur, non eſt mirum, ſi ad ipſum perueniant ab illo onere alimentorum, & dotis exempta tam iure poſitiuo, quàm iure naturali inſpectis; & quia licèt pater filios, & filias alere, & dotare iure naturæ, & poſitiuo teneatur quando aliunde non habent, imò etiam iure poſitiuo ciuili teneatur dotare etiam filiam diuitem legitimam, & naturalem (vt *cap.*4. probatum eſt) nihilominus vtroque iure inſpecto bonorum ſuorum liberam adminiſtrationem habet, poteſtque vendere, & in quoſcunque vſus validè prodigere; dummodo in fraudem legis non prodigat *l.Imperator, ff.ad Trebellianum*, & notatum eſt *ſupra cap.*4. *num.* 19. *& in præcedenti parte de alimentorum obligat. d.cap.*7. *num.*484. & præter Doctores locis prædictis allegatos notauit etiam Corduba à Lara *in l.ſi quis à liberis, ff. idem reſcripſit: num.*81. *ff.de liber.agnoſc.*

11 Quartò, & vltimò probatur eadem ſententia communis, quòd onus dotandi filias, & neptes, quod patri, & auo paterno incumbebat tranſeat ad patris, & aui hæredem, & ſucceſſorem in eius bonis vniuerſalem; quia pater obligatur iure naturali, & poſitiuo dotare filias, & hæc obligatio non eſt merè perſonalis, ſed cum reſpectu ad bona, ſine quorum vſu obligationi illi non poteſt ſatisfieri, vt probatum eſt *ſuprà*: Ergo ad hæredem patris tranſit, ſicut aliæ obligationes paſſiuæ perſonales contractæ habito reſpectu ad rem, quibus defunctus, dum viueret, erat adſtrictus ad illius hæredem iure naturæ, & poſitiuo tranſeunt; vt patet in obligatione voti realis, v.g. faciendi eleemoſynam; quæ quia non eſt omnino perſonalis, ſed reſpectu ad rem, & bona, non extinguitur cum vouente, ſed tranſit in hæredem iuxta Theologos, vt latiùs explicaui *d.cap.*17. *num.*355. Igitur ſicut cætera patris debita in eiuſdem defuncti hæredem tranſeunt; ita dos filiæ, cùm ſit verum debitum à patre ſoluendum, in eiuſdem defuncti patris hæredem, & ſucceſſorem vniuerſalem tranſire debet.

12 Ex prædictis præſertim traditis *num.* 8. *&* 9. concludunt Doctores dotem cenſeri æs alienum reſpectu patris, ita vt nunquam videatur eſſe, ſeu comprehendi in fideicommiſſo, quod pro dote filiæ fuerit neceſſarium, ita Bartholus *in l.à filia* 62. *num.*3. *ff. ad Trebellianum*, Tiraquellus *in l.ſi vnquam verbo. ſuſcepit liberos, n.*114. *Cod.de reuoc. donat.* Menochius *de præſ. l.*4. *præſumpt.*189. *num.*99. Gratianus *allegata deciſ.*19. *n.*8. Fontanella *d.p.*1. *n.*51. Rota Rom. *in deciſ. ſuprà n.*9. *relatis*, plurimi alij à Tiraquello relati, & conſtat *ex d.l.à filio, in principio*, & colligit etiam ex Doctoribus alijs relatis *tum ſuprà d.n.*9. *tum cap.*4.*n.*181.

Prædictæ ante communi ſententiæ non obſtat illud fundamentum oppoſitæ ſententiæ *ſuprà n.* 3. adductum, quod dos debeatur ex officio iudicis, quod nullã ſupponat obligationem: dato enim quod dos ex ſolo iudicis officio debeatur, officium tamen iudicis licèt nullam ſupponat obligationem propriam, præſupponit tamen quaſi obligationem, *vt ſuprà nu.*18. notatum eſt, & tradunt Doctores *ibid.* relati, ita vt quod ſolo iudicis officio debetur quaſi æs alienum reputetur ex Alexandro *in d.l.à filia,n.*12.*ff.ad Trebell.* atque adeo hæc quaſi obligatio tranſibit in hæredem, *l. quod ſi minora,* §.*fin.ff.de minoribus, adiuncta l. non ſolum, ff. de in integr.reſtitu.* & tradunt Paulus *in l.ſi ſocer. in princ. n.*4. *ff.ſoluto matr.* Alexander *conſ.*169.*n.*5. *lib.* & alios allegantes P.Barboſa *d. p.*4. *n.*6.*verſ.& retenta,* Fontanella *d.p.*1. *n.*53. & Mantica *d.tit.*18. *n.*8. 13

Porrò etiamſi dos à patre viuente deberetur filiæ ſolum officio iudicis, & mortuo eodem patre oriatur filiæ actio ad petendam ab eius hæredibus, & ſucceſſoribus legitimam ſibi iure naturæ in illis bonis debitam, cuius actionis remedium pro filia magis expeditum videtur ad conſequendum ex bonis patris, vnde poſſit ſe dotare, quàm remedium officij iudicis; non ideo tamen (vt notat Fontanella *d.p.*1.*num.*53. & ſatis innuunt Campegius *d.quaſt.*27.*in fine*, & P.Barboſa *d. p.*4. *num.*10. *verſ. Hæc autem*) fruſtra, & inutiliter ſunt præmiſſa prædicta de dote per filiam conſequenda ab hærede patris officio iudicis, ſicut eodem officio iudicis cogi poterat pater viuens eamdem filiam dotare. Nam primò iuxta tradita filia illegitima tam naturalis, quàm ſpuria, cui non debetur legitima, poterit ab hæredibus patris defuncti petere, & conſequi dotem, vt *infrà* explicatur, & tradunt Doctores communiter. Secundò, dos non ſemper regulatur, & metitur à legitima, ſed cum pater teneatur dotare filiam congruè attentis temporis, & perſonarum qualitate, ac dignitate, & facultatibus, ac filiorum numero *l.ſi filia* 43. *ff. de legat.*3. & etiam patriæ, ſeu locorum conſuetudine, vt ſuperius *cap.*4.*n.*52. & poſt alios tradit Mantica *loco d. n.*52. *allegato*, ſi legitima non ſit ſufficiens ad conſtituendam congruam dotem, ſine qua filia non poſſet nubere dignè, teneri patrem dotare vltra legitimam tradunt Menochius *de præſ. lib.*4. *præſumpt.*189. *n.*104. Mantica *de tacit. & ambig. conu. lib.*12. *tit.*22. *n.*24. P.Barboſa *d.p.*4. *citato n.*10.*in fine*, & Fontanella *d.clauſ.*5.*Gloſſa* 1. *p.*1. *n.*53.*&* 12. de qua re *infrà, c.*13. Quare ſi pater viuens non conſtituit filiæ dotem congruam, & eadem filia inſtituta in ſola legitima deceſſerit, ſicut pater pro conſtituenda congrua dote filiæ tenebatur vltra legitimam filiam dotare, ita etiam eius hæredem ad hoc teneri, & in eius obligatione iuxta tradita ad præfatam communem opinionem probandam aſſerit Petrus Barboſa *ad d. legem* 1. *parte* 4.*citato num.*10. *in fine, libro* 1. Fontanella *d.parte* 1. *num.*112. ſi filia præter legitimam nulla alia bona propria habet, ſecus ſentiens, ſi filia haberet alia bona propria, quibus vnà cum legitima poſſet ſibi dotem congruam conſtituere, (de qua limitatione mox) & Campegius *dicta quaſt.*27.*in fine* (vbi dicit, quod ſi dos pro filia fuit promiſſa in maiori quantitate, quàm ſit portio, in qua fuit à patre inſtituta, nec filia velit ſuccedere, ſed petat ſe dotari ab hæredibus ſecundùm quantitatem promiſſam, id omnino poteſt) & colligitur *ex auth.res quæ, Cod.comm. de legat.* Menochio & Mantica *locis relatis.* 13

Si etiam filia à patre (ſiue inſtituerit extraneum, ſiue coniunctum 14

coniunctum) fuit præterita, & ipſa nolit venire contra eius teſtamentum, illudque dicere nullum *iuxta l. filio præterito, ff. de iniuſt. rupt.* poteſt iuxta prædicta ab hærede patris ſimpliciter dotem petere, id quod etiam expreſsè tradunt Baldus *in l. fin. n.8. Cod. de dotis promiſſ.* Mantica *d. tit. 19. nu. 12.* & P. Barboſa *d. p. 4. n. 10. verſic. Hac autem.*

Hæredes patris an teneantur dotare filiam diuitem etiam vltra legitimam, ſi legitima ei à patre relicta non ſufficiat ad congruam dotem illi conſtituendum.

16 Cæterum præfata communis ſententia, quod onus dotandi filias tranſeat ad hæredem patris extenditur primò, vt ſicut pater tenetur dotare filiam legitimam, & naturalem diuitem vt *ſuprà cap. 4. nu. 25.* probatum eſt ita etiam eius hæres teneatur, cùm in eadem obligatione patris ſuccedat iuxta ſuperius tradita ad confirmandam præfatam communem ſententiam, ita expreſsè Ruinus *conſ. 200. n. 4. lib. 1.* Mantica *de tacit. & ambig. conu. lib. 12. d. tit. & num. 16.* & P. Barboſa *d. p. 4. n. 11. initio.* Hanc extenſionem non admittunt Peregrinus *de fideicom. tit. 42. n. 66. & 68.* Fontanella *d. clauſ. 5. eadem Gloſſa 1. & p. 1. n. 112.* alios allegans Rota apud Seraphinum *deciſ. 1483. n. 5. & tribus ſeqq.* aſſerentes quidem patrem, dum viuit, teneri dotare filiam legitimam, & naturalem, etiamſi ipſa ſit diues, & habeat de proprio, vnde poſſit dotari, id tamen non procedere poſt obitum patris reſpectu hæredis eiuſdem patris, qui ſit à patre inſtitutus relicta filiæ tantum legitima; Hunc enim aiunt teneri quidem ex bonis patris etiam fideicommiſſo ſubiectis ea alienando dotare filiam vltra legitimam, ſi ea non ſit ſufficiens ad congruam dotem illi conſtituendam, & ipſa filia non habeat bona propria, ex quibus vna cum legitima dos congrua conſtitui poſſit, ſecus verò, & non teneri vltra legitimam, nec poſſe hæredem patris fideicommiſſarium bona fideicommiſſo ſubiecta alienare nec tangere fideicommiſſum, ſi filia habeat aliunde, ſeu bona propria, quæ adiuncta, legitimæ conſtituant congruam dotem, vnde diſpoſitionem *auth. res quæ com. de legat. & lege mulier, ff. cum proponeretur, ff. ad Trebellianum*, quod quando legitima non ſufficit pro dote poſſunt alienari bona ſubiecta fideicommiſſo Rota *d. deciſione 1483. num. 5.* alios referens ait non procedere, quando filia teſtatoris habet de proprio, vnde ſe poteſt dotare. Rationem autem differentiæ inter patrem viuentem, & poſt obitum ſeu hæredem patris dicunt eſſe, quod pater, relicta filiæ legitima, de bonis ſuis poteſt diſponere ad libitum *l. parentibus*, vbi Bartholus *C. de inoffic. teſtam.* & Surdus alios allegans *deciſ. 21. num. 14.* ac proinde relinquendo filiæ legitimam ſatisfacit officio ſuo, ita Peregrinus *d. nu. 68.* Fontanella *d. num. 112.* & Rota alios allegans *d. deciſ. 1483. n. 7.* Qui addunt non obſtare illud, quod bona patris tranſeant ad hæredes cum ſua cauſa, ſcilicet cum onere dotandi, nam hæres (inquit) tenetur vſque ad legitimam, quæ ſi non ſufficit, tenetur quoque vltra, ſi filia non habet aliunde, ſecus autem ſi habet, vt declarat [addit Rota *num. 8.* & Fontanella *d. num. 112.*] Abbas *conſ. 12. num. 4. verſ. Ad vltimum contrarium*, & *nu. 5. verſ. Tenetur ergo dictus Bernardus.* Verum hæc declaratio, ſiue hic intellectus non videtur conſiſtere cum illa opinione communi, quod onus dotandi, incumbebat patri viuenti, inhæreat rebus, & tranſeat ad hæredem, ad quem deueniunt patris bona, & quod per ſolam mortem patris poſſint illa bona eximi ab illo onere dotandi, cui viuente patre erant obnoxia [*vt ſuprà num. 9. & duobus ſeqq.* probatum eſt] ea etiam ſententia ſuppoſita [vt ſupponitur vera] ſequitur quod cùm pater viuens teneatur filiæ diuiti legitimæ & naturali dare dotem etiã vltra legitimam, ſi hæc non ſit ſufficiens ad congruam dotem [vt etiam admittunt Peregrinus, Fontanella, & Rota *locis citatis*, & alij à Rota allegati] hoc onus tranſeat in hæredes patris, idque videntur conuincere omnia tradita ad confirmandam præfatam communem ſententiam, & illa generalis regula, quod hæres vti repræſentans perſonam teſtatoris ſuccedit in obligationibus, quibus teſtator tenebatur, igitur licet pater viuens poſſit diſponere liberè de ſuis bonis, dummodo non in fraudem legis, & non cogatur decedens relinquere filiæ, vel filio vltra legitimam, & ea relicta poſſit cuilibet relinquere quod ſupereſt [vt latè Surdus *loco citato*] tamen non ſequitur ex hoc, quod bona illa, quæ erant obnoxia obligationi, ſeu oneri dotandi cõgruè filiam, ab illo onere remaneant exempta, & quod illius hæres, qui vna & eadem perſona cum ipſo reputatur, non ſuccedat in patris obligatione, ſicut in bonis ſuccedit; Nec etiam patrem potuiſſe illum expreſsè eximere à tali obligatione, cùm pater non poſſit priuare filiam, ſeu ei tollere ius ſuum, quod habet ad congruam dotem nulla exiſtente filiæ ingratitudine, & iuſta cauſa illam excludendi: Filiæ ergo legitimæ, & naturali, licèt diuiti, cui pater ſolam legitimam reliquit, hæres patris, ſi legitima non ſit ſufficiens ad conſtituendam ei dotem congruam tenetur dare ſupplementum vſque ad congruam dotem ex bonis hæreditatis paternæ, etiamſi ob id oporteat alienare bona à patre fideicommiſſo ſubiecta; cum dos à patre debita filiæ, ſit velut æs alienum reſpectu eiuſdem patris, vt nunquam cenſeatur comprehenſum in fideicommiſſo, quod pro congrua dote filiæ fuerit neceſſarium, *vt ſuprà num. 12.* notatum eſt. Et pro hac extenſione videntur ſtare Rota Romana *locis ſuprà numero 9.* relatis, & reliqui Doctores *ſuprà numero 9. & d. numero 12.* allegati, & etiam *d. auth. res quæ*, dum abſolutè diſponit bona fideicommiſſo ſubiecta poſſe alienari ad conſtituendam congruam dotem filiæ, quando legitima ei relicta, ſeu debita non ſufficit ad dotem congruam.

Ex quibus infertur traditionem Ruini *conſ. 200. n. 7. lib. 1.* Vincentij *in l. poſt dotem, n. 28. ff. ſoluto matr.* & Fabri *lib. 5. cod. tit. 6. definit. 1. in fine*, ſcilicet quod ſi filia à patre fuerit inſtituta ſimul cum aliis filiis, tunc ipſa ex ſua portione teneatur ſe dotare, nec poſſe cogere ſuos cohæredes, vt ſibi ex ſuis portionibus dotem conſtituant *l. 1. §. ſi filiam, ff. de collationibus*, & quia filia habens portionem ſuam nempe legitimam non poſſit vlterius petere, ſed ſua legitima debeat eſſe contenta, infertur inquam præfatam traditionem admittendam, ſi portio relicta filiæ ſufficiens ſit ad congruam dotem conſtituendam, ſecus ſi non fuerit ſufficiens; vt tradita probant, & expreſsè etiam tradit P. Barboſa *d. p. 4. n. 11. verſ. Tantum.* 17

Hæres patris tenetur dotare filiam nulla dote conſtituta nuptam, etiam ab extraneo dotatam & redotare, ſi abſque culpa amiſerit dotem.

Extenditur ſecundò eadem communis ſententia, vt 18 prout pater tenetur dotare filiam legitimam, & naturalem nullà dote ſibi conſtituta nuptam, *vt ſupra c. 4. n. 98. & 99.* probatum eſt; ita etiam patris hæres ſuccedens in eius obligatione, eandem filiam ſine dote conſtituta vel promiſſam nuptam teneatur dotare, ita expreſsè Mantica *de tacit. & ambiguis conu. lib. 12. d. titul. 18. n. 13.* & probant tradita ſuperius *num. 7. & ſeq.* pro eiuſdem communis ſententiæ confirmatione. Et

quemadmodum tenetur dotare filiam nuptam congruenter dotatam ab extraneo, ita hoc patris onus tranſit in eius hæredem: hoc enim probant tradita *d. n. 6. & ſeqq.*

Extendit tertiò eadem communis ſententia, vt habeat locum etiam in filia, quàm amiſſa dote data pater, aſtringebatur redotare iuxta tradita *cap. 4. & numero* 214. *& ſeqq.* ad hoc enim etiam patris hæres tenebitur, ita expreſsè Paulus de Caſtro *conſ.* 80. *num.* 3. *lib.* 1. & P. Barboſa *d. p.* 4. *n.* 11. & id pariter probant tradita *d. n.* 7. *& ſeqq.*

Hæres patris, & aui paterni tenetur dotare filiam vel neptem illegitimam naturalem & ſpuriam, & legitimatam pauperem, ſicut tenebatur pater, & auus.

20 Extenditur quartò, vt ſicut pater tenetur dotare filiam illegitimam, naturalem, & ſpuriam, etſi ex damnato coïtu procreatam, pauperem, quæ aliunde non poteſt habere dotem, *vt ſupra cap.* 4. *nu.* 176. *&* 194. & etiam auus paternus tenetur in defectum filij dotare neptem illegitimam naturalem, & ſpuriam pauperem; *vt cap.* 5. *num.* 9. ita etiam patris, & aui hæredes in eodem onere ſuccedunt, tenenturque dotare filiam, vel neptem illegitimam & pauperem, tam naturalem, quàm ſpuriam patris, aut aui, in cuius bona ſuccedunt, tametſi adeſſet alia perſona (puta mater, vel frater diuites) quæ alioqui in ſubſidium dotare teneretur, Ita præter Panormitanum, Paleotum vtrumque Molinam, Couarruuiam, Rolandum, Vincentium de Franchis, Cordubam, & alios à me relatos *in præcedenti parte de alimentorum obligatione, d. cap.* 7. *num.* 351. *&* 356. ita inquam expreſsè Mantica *d. tit.* 18. *num.* 24. Rota Romana apud Seraphinum *allegata deciſ.* 30. *num.* 12. *p.* 7. *diuerſorum*, Ioannes Lupi *de illegitim. comm.* 1. §. 2. *n.* 29. *&* 30. Fontanella *de pact. nupt. clauſ.* 5. *Gloſſa* 1. *d. p.* 1. *num.* 118. & Lucidorus *de illegitim. cler. cap.* 20. *per tot.* & præſertim *num.* 9. idque probant tradita *num.* 7. *& ſeqq.* ad probandam eandem communem ſententiam. Bona enim patris, & aui tranſeunt in hæredem, & ſucceſſorem eo onere affecta, nec obligationis vinculum ex hæredis, ſeu ſucceſſoris perſona immutatur, *vt ſuprà d. num.* 7. notatum eſt, & cum iure naturæ, & ciuili, quoad filiam illegitimam naturalem, & etiam Canonico tam quoad filiam naturalem & ſpuriam vbique in orbe terrarum recepto (*vt ſuprà cap.* 4. *d. num.* 194. notatum eſt) quoad alimenta & dotem nulla ſit differentia inter filias legitimas, & quaſcuoque illegitimas pauperes aliunde non habentes, par etiam debet eſſe ius alimenta, & dotes conſequendi tam à patre quàm ab hæredibus patris in eius bonis ſuccedentibus, illiuſque perſonam quoad obligationes reales, ſeu quæ patrem afficiebant cum reſpectu ad bona, ſeu quatenus erat bonorum Dominus, illorumque adminiſtrator. Tanta verò dos ab hærede erit danda, quanta tenetur pater iuxta tradita *ſuprà eodem cap.* 4. *num.* 177. 178. *ad* 184. & 196. *ad* 200. & notata poſt numerum ſequentem.

21 Extenditur quintò eadem ſententia communis multò magis filia legitimata, cui pariter patris hæres ſicut alimenta, ita & dotem dare tenetur, vt aliis relatis probaui in præallegata *præced. parte de aliment. obligat. d. c.* 7. *n.* 357. ſi enim hæres tenetur dotare filias illegitimas non legitimatas potiori iure obligatur dotare legitimas, quæ non differunt à legitimis, ſed in omnibus ſunt tractandæ ſicut legitimæ, vt notaui *d. cap.* 7. *n.* 278. & latè tradit Surdus *de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 8.

Hæres patris, vel aui paterni tenetur dotare filiam, vel neptem attentis qualitate, & dignitate perſonarum, & facultatibus hæreditatis.

Extenditur ſextò eadem communis; vt filiæ, & nepti, tam legitimæ & naturali, quàm illegitimæ etiam ſpuriæ ab hærede patris, & aui danda ſit dos pro modo facultatum hæreditatis, & habita ratione dignitatis, ſeu qualitatis, perſonarum, & conſuetudinis, ſeu moris patriæ, cùm enim eandem obligationem, qua pater viuens tenebatur, contrahat eius hæres ſicut pater pro modo facultatum, & habitâ ratione qualitatis, & dignitatis cogitur dotare filiam, *vt ſupra hoc cap. num.* 14. *& cap.* 4. *num.* 52. notatum eſt, & latius probatur *infra*, vbi de quantitate, ſeu congruitate dotis ita etiam, iuxta tradita ad confirmandam eamdem communem ſententiam cogitur eius hæres, cùm in eiuſdem obligatione ſuccedat. 22

Hæres patris, vel aui materni ſuccedit in obligatione dotandi filiam, & neptem, qua pater, vel auus erat obſtrictus, licet ſit pupillus, aut minor 25. *annis.*

Extenditur ſeptimò eadem communis, vt hæres patris, & aui, teneatur dotare filiam, vel neptem, & iuxta præfatas omnes extenſiones, ſeu ampliationes, quàm pater, vel auus paternus dotare obligatus erat, etiamſi ſit pupillus aut minor 25. annis, ita expreſsè Ruinus *d. conſ.* 200. *n.* 4. *lib.* 1. & Mantica *d. tit.* 18. *num.* 15. & probatur à fortiori ex traditis *ſuprà capite præcedenti*, *num.* 52. *&* 53. Addit Mantica rationem, ſcilicet, quod non dicitur minor dotare; quia id non facit ex perſona ſua, ſed tanquam hæres ex perſona defuncti obſtrictus; & in neceſſitate nemo ſit liberalis *leg. rem legatam, ff. de adim. legat.* in hoc ergo caſu curatores, & tutores pupilli, aut minoris hæredis coguntur dotare filiam patris aut neptem aui, in cuius bonis ſucceſſit pupillus, aut minor, & cogetur etiam ipſe minor, ſi careat curatore, & poterit ſine iudicis decreto promittere dotem, & ſe dotis cauſa obligare, & bona mobilia, vel immobilia, ab ipſo, & à tutore pro dote conſtituenda poterunt alienari etiam, vel ſine iudicis decreto iuxta *d. num.* 52. *&* 53. notatis, & latè explicatur *cap.* 8. 23

Hæres patris, vel aui paterni tenetur dotare filiam, vel neptem, quam pater vel auus paternus dotare obligabatur, licèt extent mater, vel auus maternus, aut frater diuites.

Extenditur, ſeu declaratur octauò eadem communis ſententia, vt hæres patris, vel aui paterni in eius bona ſuccedens ſuccedat in obligatione dotandi filiam, & neptem, qua tenebatur pater, vel auus paternus, etiamſi filia, vel neptis habeat matrem, vel auum maternum vel fratrem diuites, à quibus, ſeu eorum quolibet poſſit dotari, ita expreſsè, vel tacitè omnes Doctores *ſuprà hoc capite, num.* 4. *&* 20. *allegati*, & Doctores à me *in præcedenti parte de alimentorum obligatione, cap.* 7. *num.* 370. relati aſſerentes hæredes patris ſuccedere in onere alendi filios, quo tenebatur pater, etiamſi extaret mater, vel auus maternus diuites, vtrumque probant tradita *num.* 7. *& ſeqq.* ad probandam eandem communem ſententiam. Bona enim cum ſua cauſa, ſcilicet cum onere dotandi tranſeunt ad hæredem vt *numero* 8. *& ſeqq.* probatum eſt; & cum hæres repræſentet patrem defunctum, nec ſit melioris conditio- 24

nis

nis quam ipſe pater, obligatus eſt ad præſtanda alimenta, & dotes, ſicut tenebatur pater viuens, vt *n.7. & 10.* probatum, non vero mater, vel auus maternus, aut frater licet diuites, qui ſolum in ſubſidium (vt *cap. præcedenti,* probatum eſt) dotare tenentur filiam, vel neptem ex filio, aut ſororem, ſcilicet quando nullus alius extat potens, vel obligatus dotare, in hoc autem caſu extat patris hæres, bonorum paternorum Dominus, & patris perſonam repræſentans, & ſic obligatus ſoluere hoc dotis debitum, ſicut tenetur alia debita relicta eiuſdem patris defuncti, vnde ſi filia, vel neptis in hoc caſu peteret dotem à matre, vel auo materno, vel à fratre, ab illis optimo iure repelli poterit; cum petitio prius à repræſentante patrem defunctum debeat incipere, qui primo loco tenetur, *argum.l.penult.ff.de agnoſc.liberis.*

Onus alendi filiam, vel neptem incumbens matri, vel auo materno, tranſit in hæredem matris, & aui.

25 Num vero quæ tradita ſunt de hærede patris, & aui paterni habeant locum etiam in hærede matris, & aui materni, vt in eundem hæredem tranſeat onus dotandi filiam, & neptem, vbi mater, vel auus maternus ob defectum patris, vel aui, aut proaui paterni vel hæredum eorumdem, & filiæ aut neptis paupertate tenebatur eandem filiam aut neptem dotare iuxta tradita *cap.5.* licet adſint alij coniuncti (puta ſi hæres ſit extraneus) vel proximiores (puta ſi hæres ſit patruus, vel auunculus, & adſint fratres) à quibus alioqui in defectum matris, vel aui materni dotari debuiſſet, iuxta tradita *eodem cap.5.* Non ad hæredem matris, vel aui materni tranſire ſeu ſpectare onus dotandi, ſed ad coniunctos, vel proximiores extantes, puta fratres, ſi ſint diuites, videri poſſet, ex eo quia mater, & auus maternus dotare filiam, & neptem non teneantur abſolutè, ſed in ſubſidium (vt *cap.5.* traditum eſt) ſcilicet quando deficiunt pater, & auus paternus, vel eorum hæres, & patris, & eius aſcendentium eſt proprium officium dotandi filias, iuxta *leg.fin. Cod. de dotis promiſſ.* & tradita *ſupra cap.4. & 5.* ſicut, & alendi filios, non vero matris aut aui materni, & ita ſentire videntur tum Surdus, & alij Doctores à me *in præcedenti parte de alimentorum obligatione* allegati, aſſerentes onus alendi filios non tranſire in hæredem patris, vel aui materni, quando extant coniuncti, vel proximiores coniuncti, qui in defectum patris, vel aui paterni tenentur ad alendum, tum Hieronymus Gabriel *conſ. 25.n.19.* Peregrinus *de iure fiſc.tit.18. n.68.* & Giurba *deciſ.5.n.45. à me dict.capite 7. n.364. relati,* quatenus expreſsè dicunt onus alendi filios ſolum in hæredes patris, vel aui paterni tranſire, licet extent mater, vel auus maternus, aut frater diuites.

26 At omnino aſſerendum eſt, onus dotandi filiam, vel neptem, quo mater, & auus maternus viuentes tenebantur iuxta tradita *ſuprà cap.5. n.16. & ſequentibus, & n.39. & ſequentibus,* tranſire in hæredem eiuſdem matris, vel aui: tuncque ſicut in bonis matris, & aui materni ſuccedit, ſic & in ea obligatione filiam, & neptem dotandi: ita expreſsè præter Mareſcottum, & Molfeſium *locis cap. præced. n.37.in fine relatis,* P. Barboſa *in l.1.dict. part.4.num.127. initio,* & Rota Romana apud Seraphinum allegatis *deciſ.41. & 58.* & Doctores *à me in præcedenti parte de alimentorum obligatione d.c.7.n.565.* allegati, abſolutè, & indiſtinctè aſſerentes onus alendi filios, & nepotes ſpectare ad hæredes matris, & aui materni, vbi pater, vel auus paternus vel eorum hæres alimenta exhibere non poſſunt, quia poſt patrē, & per lineam virilem aſcendentes onus dotandi filias incumbit matri, & aſcendentibus per lineam maternam, vt *ſuprà cap.præcedenti num.16. & 18.* notatum eſt. Hanc aſſertionem probant tradita *ſuprà n.6. & ſequentibus,* ad probandam communem concluſionem, non enim obligatio defuncti immutatur ex perſona hæredis, vt *ex l.2.§.ex his, ff. de verb. obligat.* & aliis *ſuprà num.7.* adductis probatum eſt, & cum hæres repreſentet perſonam matris, & aui paterni, in eum tranſit onus dotandi, ſicut & ſolvendi alia debita realia, quo mater, & auus afficiebantur.

Quare frater hæres matris, vel aui materni, quatenus hæreditatis onera patiuntur, tenetur dotare ſororem, quam mater vel auus obligatus erat dotare; vt præter P.Barboſam, & alios *numero præcedenti* allegatos tradunt etiam Fontanella *de pact. nupt. clauſ.5. Gloſſa 3. num.17.18. & 19.* & ex Theologis Rebellus *de oblig. iuſt.part.2. lib.5.quæſt.4.numero 11.* Fagundez *in decalog.lib.4. capite 16.numero 5.* & Villalobos *p.2. ſumm. tr.17. diffic.4.n.3.* & tenetur frater, vt hæres matris, vel aui materni dotare ſororem non ſolum vſque ad quantitatem legitimæ eidem ſorori in bonis maternis, vel aui materni debitæ, ſed etiam vltra legitimā, ſi hæc non ſufficiat ad conſtituendam congruā dotem, & ſoror aliunde non haberet, cum eſt mater, vel auus maternus (ſicut, & pater, in cuius locum ſuccedunt) congrue dotare teneantur filiam, vel neptem pauperem aliunde non habentem, & ſic etiam vltra legitimam, quando, legitima non ſufficeret pro congrua dote, & ipſa non haberet aliquid de proprio, ex quo cū legitima conſtitueretur dos congrua: ita expreſsè Fontanella *loco citato,* & colligitur etiam ex traditis *ſuprà num.16.* Dixi, *& ipſa non haberet aliquid de proprio &c.* Quia cum mater, & auus maternus non teneantur dotare filiam, & neptem diuitem, vt *cap.præcedenti* probatum eſt (in quo differunt à patre, & auo paterno, qui etiam filiam legitimam, & naturalem diuitem dotare coguntur vt *cap.4.* oſtenſum eſt) ſi ſoror vltra legitimam habet vnde poſſit ſibi dotem congruam conſtituere, hæres matris, vel aui materni non obligatur illam dotare vltra legitimam, ſed ſufficit ſi det legitimam ei in bonis matris, vel aui debitam. 17

Onus dotandi in ſubſidium ſororem, vel ſobrinam, quod incumbebat fratri, vel patruo viuenti tranſit in eorum hæredem.

Quod de hæredibus matris, & aui materni traditum eſt, idem aſſerendum de hærede fratris, ſiue ab inteſtato, ſiue ex teſtamento, ſcilicet in eundem fratris hæredem tranſire onus dotandi ſororem pauperem in ſubſidium, quod ad eundem fratrem viuentem iuxta tradita *cap.præcedenti numero 51. & num. 96. cum pluribus ſequentibus* ſpectabat, idque ex eo, quod ex perſona hæredis non mutatur obligatio defuncti, *d.l.2.§.ex his ff.de verb.oblig.* Et quod hæres cenſetur cum defuncto vna perſona, ac proinde ſuccedit in obligationibus, & oneribus quibus defunctus viuēs afficiebatur, & quia actio, ſeu condictio ex lege tranſit contra hæredem, vt *ſuprà hoc capite numero 6.* & ob alias rationes *ſuprà numero 7. & ſequentibus* adductas ad probandam præfatam communem ſententiam, quod onus patris, vel aui paterni tranſeat ad hæredes, & ita expreſsè tradunt Molfeſius *ad conſuet. Neapol.part.6.quæſt.4. numero 16.* & Menochius, ac Fuſarius *locis cap.præcedenti num.57. relatis,* dum aſſerunt fratrem pro dotanda ſorore in ſubſidium poſſe, & debere (ſi alia bona non extent) alienare bona ſubjecta fideicommiſſo à fratre defuncto inſtituto, & ſibi relicto, eo quod frater teneatur in ſubſidium ſororem inopē dotare, & quod pro portione dotis, quam idem frater defunctus viuens tenebatur dare 18

eidem ſorori inopi, poteſt alienare bona aliqua eiuſdem fideicommiſſi fraterni, licet habeiet bona propria, vt *d.n.57.* explicatum eſt.

29 Suppoſita etiam ſententia *cap. praeced. num. 96. & 97.* approbata, quod patruus, & auunculus diues teneatur in ſubſidium dotare neptem ex fratre, aut ſorore pauperem, aliunde non habentem, dicendum eſt, quando hoc onus incumbebat patruo, vel auunculo viuenti iuxta tradita *dictis numeris 96. & 97.* tranſire pariter in hæredem patrui, & auunculi ob eaſdem rationes traditas, *numero praecedenti, & hoc cap. num. 7. & ſequentibus*, & expreſsè tradit Molfeſius *loco numero praecedenti relato*, dato enim vno, nempe quod patruus, vel auunculus viuens lege naturali, & ciuili iuxta præfatis numeris notata, teneretur dotare in ſubſidium neptem ex fratre, vel ſorore, ex neceſſitate hoc onus, ſeu hæc obligatio paſſiuè tranſit ad eorum hæredem, vt conuincunt præfatæ rationes, tum *num. praecedenti, tum ſuperius num. 7. & ſequentibus*, adductæ.

30 Contrarium tam quoad hæredem fratris, quam quoad hæredem patrui aſſerit Vincentius de Franchis *deciſ. 178. n. 10. & 11.* vbi loquitur de alimentis ab vno collaterali præſtitis, ſeu præſtitis alteri collaterali egeno, ponit differentiam inter aſcendentes, & deſcendentes, & inter collaterales quoad alimentorum præſtandorum onus, & dicit, quod præſtatio alimentorum ab aſcendentibus, deſcendentibus, & è contra eſt debita non mero iure ſanguinis, ſed etiam ratione bonorum, & ſic mortuo aſcendente, vel deſcendente, quia alimenta præſtare tenebatur, obligatio vti realis non extinguitur, at vero præſtatio alimentorum ſubſidiaria ab vno collaterali ditiite alteri collaterali pauperi debita eſt ſolo mero iure ſanguinis, & ita vt non realis extinguitur mortuo collaterali, qui tenebatur præſtare. Verum hæc ſententia Vincentij de Franchis manet jam refutata ex traditis in præcedentibus, ſcilicet quod obligatio fratris, & patrui alendi, & dotandi in ſubſidium ſororem, vel neptem inopem eſt ex lege, & ſic tranſit contra hæredem, vt notatum eſt *numero 6.* præterea quod obligatio perſonalis paſſiue tranſeat in hæredem, vti repræſentantem perſonam defuncti, ſicut aliæ obligationes paſſiuè, oſtenſum eſt *ſuprà num. 7. & 10.* cum ex perſona hæredis non mutetur obligatio, & eadem obligatio, cum reſpiciat bona, ſine quibus illa non poteſt ſatisfieri, cenſetur etiam realis, & non merè perſonalis, & ſic deſcendit ad hæredem iuxta tradita, *ſuprà n. 8.*

*S*i *poſt obitum fratris, vel patrui egeſtas ſeu neceſſitas ſuperueniat ſorori, vel nepti, ita quod ſi viueret alter eorum teneretur in ſubſidium illam dotare; An eorum hæres dotare teneatur.*

31 Sed numquid ſi ſoror, vel neptis ex fratre vel ſorore; viuente fratre, & aut patruo, auo, auunculo habebat, vnde poſſet ſe alere, vel dotare, ſed poſt eorum obitum ſuperuenit illi inopia, & neceſſitas alimentorum, vel dotis: An tunc eiuſdem fratris, vel patrui, ſeu auunculi hæres, vt hæres teneatur eandem ſororem, vel neptem alere, & dotare, ſicut teneretur, ſi ante obitum fratris, vel patrui fuiſſet inops aliunde non habens, ob quam inopiam frater, vel patruus diues viuens obligatur alere & dotare, de hac re nonnulla dixi *in praecedenti parte de alimentorum obligatione dict. cap. 7. n. 580. in fine*, vbi refero Rotam *deciſ. 408. num. 16. p. 5. diuerſorum* abſolutè aſſerentem pro neceſſitatibus ſororum, & nepotum, aut neptum ex fratre vel ſorore ſuperuenientibus poſt mortem patris, vel patrui, vel auunculi, vel amitæ eorum hæredes non teneri vti hæredes, & ex bonis per hæreditatem ad eos peruentis ſubuenire præfatis neceſſitatibus, & pro eiſdem neceſſitatibus alimentorum, vel dotis non poſſe bona hæreditatis à fratre, vel patruo, vel auunculo, vel amita fideicommiſſo ſubjecta ab hærede vendi: Ponit enim differentiam inter fideicommiſſum, inſtitutum, & relictum ab aſcendentibus, & inter fideicommiſſum inſtitutum, & relictum ab vno collaterali alteri collaterali, vel extraneo, quod bona fideicommiſſi aſcendentium, ſi inſtitutus non habet alia bona libera, poſſunt alienari pro neceſſitatibus alimentorum, vel dotis ſuperuenientibus poſt obitum eorumdem aſcendentium *auth. res quæ comm. de legatis*, non autem bona fideicommiſſi à collaterali conſtituti, & relicti ſiue alteri ſiue perſonæ penitus extraneæ. Et quod coniuncto (dicit Rota) *d. auth. res quæ*, diſponens bona fideicommiſſo ſubjecta poſſe alienari pro alimentis neceſſariis, & pro dote procedat in deſcendentibus teſtatoris, non autem in extraneis, & collateralibus, iuxta Doctores in eadem *auth.* & etiam Rotam *dec. 925. n. 2.* apud Seraphinum.

Reſpondetur, ſi tempore mortis fratris, vel patrui ipſi nullam jam contraxerant obligationem alendi, vel dotandi in ſubſidium ſororem, vel neptem ob eius egeſtatem, ſed neceſſitas ſuperueniat poſt eorum obitum, & eorum hæres ſit perſona penitus extranea, & adſit perſona coniuncta, puta ſoror, amita, matertera, aut auuncula diues, hæres fratris, vel paterni defuncti abſolutè inſtituti non tenetur alere, aut dotare ſororē vel neptem fratris, aut patrui teſtatoris defuncti, quibus cum tempore mortis non incumberet onus alendi, vel dotandi ſororem, vel neptem, ceſſant omnes rationes, quibus probatur bona defuncti cum ſua cauſa transferri in hæredem, huncque vti defuncti perſonam repræſentantem ſuccedere in omnibus obligationibus paſſiuis, quibus defunctus tenebatur. Quare cum bona defuncti ſine onere tranſlata ſint in eumdem hæredem extraneum, & illius propria effecta ſint, ſuperueniente poſtea ſororis, vel neptis defuncti neceſſitate alimentorum vel dotis, ad nihil tenetur idem hæres; non vt hæres, quia bona hæreditatis libera ab illo onere in ipſum perueneruut, non iure ſanguinis, quia penitus extraneus, & conſequenter onus alendi, aut dotandi in ſubſidium ſpectabit ad coniunctos præfatos, diuites extantes. 32

Si vero fratris, vel patrui defuncti hæres, abſolutè inſtitutus ſit perſona coniuncta, & extet alia perſona proximior ſorori, vel nepti, cui poſt obitum fratris, vel patrui defuncti ſuperuenerit neceſſitas, idem dicendum, quod dè extraneo, non enim tenetur alere, vel dotare vt hæres, cum defunctus tali onere non eſſet obſtrictus, ſed neque vt coniunctus, cum extent alij proximiores, ad quos prius ſpectat tale onus in ſubſidium alendi, vel dotandi: Quod ſi præter hæredem coniunctum nullus extet proximior, vel ſi extet ſit pauper hæres ipſe tenebitur non vt hæres, ſed vt coniunctus, puta vt frater, ſoror, patruus, vel amita. 33

Vtrum vero ſi frater, vel patruus defunctus fecerit hæredem coniunctum collateralem, pro neceſſitatibus alimentorum vel dotis ſorori, vel nepti poſt eorū obitum, ſuperuenientibus ex defuncti teſtatoris præſumpta volūtate bona fideicommiſſi poſſint alienari diſcutitur, *infrà in capite 15. numero 199. & ſequentibus*, vbi an bona fideicommiſſi à transverſali, ſeu collaterali conſtitui poſſint & ſint alienanda pro dote conſtituenda ſorori, vel ſobrinæ inſtitutoris fideicommiſſi, de qua re præſertim Fuſarius *de ſubſtitutionibus qu. 531. à num. 95.* & Rota *dicta deciſ. 408. num. 13. cum pluribus ſequentibus*, vbi negat pro neceſſitatibus alimentorum, & dotis fratrum, ſororū, nepotum, & neptum ſuperuenientibus poſt obitum fratris, aut patrui, qui inſtituit fratrem, vel ſobrinum, aut alium coniunctum trāſverſalem 34

ſalem hæredem ſubiectis fideicommiſſo bonis hæreditatis, poſſe vendi bona eiuſdem hæreditatis, ſeu fideicommiſſi, quod *num.16.* confirmat, quia alioqui (inquit) ſequeretur quod ſi idem frater, ſeu patruus inſtituiſſet penitus extraneum hæredem, & poſt mortem eiuſdem fratris, vel patrui inſtitutoris ſuperueniret neceſſitas ſororis, vel neptis, iſte penitus extraneus pariter teneretur pari venditionem bonorum hæreditatis, & fideicommiſſi, quod nullo modo (ſubdit Rota) eſt firmandum, verum rectè negari poteſt hæc ſequela, nam quando à tranſuerſali inſtituitur in fideicommiſſo perſona penitus extranea relictis omnibus aliis coniunctis collateralibus, præſumitur, ſeu cenſetur voluiſſe omnes, & quoſcunque ſuos coniunctos collaterales quocumque tempore, & quouis modo excludere à participatione ſuorum bonorum. Quæ voluntas non poteſt ſaltem ita certo præſumi, quando inſtituit perſonam coniunctam, puta fratrem, vel patruum, vel ſobrinum, ſed eo ipſo quod perſonam coniunctam inſtituit præſumi poteſt habuiſſe rationem coniunctorum, & ſic ex ſuis bonis fore illis ſubueniendum in neceſſitatibus ſuperuenientibus, in quibus ſi ipſe conſtitutor eſſet viuens ſubuenire teneretur, ſed de hac re ſatis pro nunc. Ad pleniorem ſupradictorum intelligentiam nonnulla (licèt eorum reſolutio ex traditis in præcedentibus præſertim ad probandam communem ſententiam facilè inferri queat) ſingillatim, & expreſsè, ac in terminis explicemus, ſit ergo,

§. II.

Vbi extat conſuetudo, vel ſtatutum excludens filias à ſucceſſione paterna extantibus filiis maſculis ad quos tota hæreditas deuoluitur; An maſculus hæres, ſeu ſucceſſor vniuerſalis in bonis patris teneatur filiam excluſam dotare iuxta illius ſtatum, & qualitatem, & quantitatem hæreditatis.

35 HViuſmodi ſtatutum ratione conſeruandæ agnationis per vniuerſam ferè Italiam obſeruatur.

Si conſuetudo, vel ſtatutum excludat filias dotatas, ſeu cum onere dotandi filias, certum eſt, & tradunt, Doctores communiter, hæredes patris teneri filiam excluſam congruè dotare, ſicut & tenetur (vt *in præcedenti parte de alimentorum obligatione, cap.7. num.376. & 377.* probaui) alere, quia bona tranſeunt cum ſuo onere, & præfata obligatione dotandi, & alendi, qua pater erat aſtrictus, neque ex perſona hæredis mutatur defuncti obligatio ſæpius allegata *l. 2. §. ex his, ff. de verb. obligatione*, & præterea accedit obligatio ex ſtatuto, quod filias dotatas ſeu cum obligatione illas dotandi excludit: ita expreſsè præter Doctores *numero ſequenti* relatos plurimi alij à me *d. cap.7. citato num.376.* allegati.

36 Si etiamſi conſuetudo, ſeu ſtatutum excludat filias extantibus maſculis filiis à ſucceſſione parentum nihil de dote, nec etiam de alimentis diſponens, adhuc Doctores communiter concludunt filias à maſculis hæredibus patris eſſe dotandas, & alendas iuxta earum qualitatem, & facultates hæreditatis; ita quod conſuetudo, vel ſtatutum debeat intelligi & non aliter habere locum poſſit, quàm ſi filiabus dotes, & alimenta præſtentur. Ita præter Ioan. Andream, Hoſtienſem, Panormitanum, Couarruuiam, Guidonem Papam, Rodericum Suarez, Bartholum, Baldum, Cynum, Caſtrenſem, Baldum Nouellum, Romanum, Ruinum, & plures alios à me *in d. præcedenti parte de alimentorum obligatione, d. cap.2. num.378. & num.385.* relatos, Laderchius alios allegans *conſ.25. num.14.* Mantiea *de tacitis, & ambig. conu. lib.12. tit.16. num.36. & tit.18. num.7.9. & 16.* P. Barboſa *in l.1. parte 4. num.11. ff. ſoluto matrim.* & Mangilius *de improbat. quæſt.76. num.8.* ſtatuta enim in dubio ſunt intelligenda ſe conformare iuri communi, & nunquam diſcordare ab æquitate naturali iuxta Doctores *in capite fin. de conſuetudine.* Quare eum iure communi pater teneatur dotare filias, vt *cap.4.* latius probatum eſt, & onus dotandi, quo pater tenetur, tranſeat ad eius hæredes *d. leg.2. §. ex his, ff. de verb. obligatione*, & latiſſimè probatum eſt præcedenti Paragrapho in confirmanda communi ſententia.

Hinc dato quod patruus, vt patruus, & coniunctus 37
non teneatur dotare in ſubſidium ſobrinam, ſeu neptem pauperem ex fratre aliunde non habentem iuxta ſententiam *capite præcedenti, num.5.* traditam, nihilominus ſi ſtatuti decreto vocetur ad ſucceſſionem ab inteſtato excluſa filia, vel nepte, certum eſt in hoc caſu eum teneri illam dotare, ſicut & alere, vt ex traditis in omnibus præcedentibus conſtat, & in terminis poſt Baldum Nouellum *in l.1. n.112. ff. ſoluto matrim.* tradunt Corduba *in leg. ſi quis à liberis, §. idem reſcripſit, num.109. ff. de liberis agnoſc.* & Mantiea *dicto tit.16. citato num.36.*

Et licèt Surdus *de alim. tit.1. quæſt.26. num.6.* dicat 38
filiam ſtatuto excluſam non eſſe dotandam ab hæredibus patris, quando habet matrem diuitem, eo quòd ſentit onus dotandi non tranſire ad hæredes patris, quando extant mater, vel auus maternus, vel aliquis alius ſanguine coniunctus, vel proximior hærede, à quo dotem habere, & exigere poſſit, hoc tamen dictum reiectum manet ex traditis *in præcedenti Paragrapho*, quibus latè probatum eſt obligationem dotandi ſicut alendi liberos abſolutè tranſire in hæredes patris, & aui paterni. Neque Surdi dictum reperitur apud alios præallegatos.

Quin etiamſi filia, ſeu ſoror à ſtatuto excluſa ſit 39
diues, quæ ex bonis ſibi relictis in teſtamento matris poſſit dotari, adhuc frater hæres patris tenetur eam dotare, vt in terminis tradunt Ruinus *conſ.200. nu.4. lib.1.* Peregrinus alios allegans *de fideicom. artic. 38. n.23. verſ. Quæ tamen*, Oddus *de fideicom. quæſt.38. art.3. n.43.* & Mantiea *d. tit.18. citato nu.16.* Quia tametſi erat diues, debuit à patre dotari, vt *ſuprà cap.4.* probatum eſt, obligatio autem patris defuncti ex perſona hæredis non immutatur, *d. l.2. §. ex his, ff. de verb. obligat. cum aliis paragrapho præcedenti*, adductis ad probandum onus dotandi filiam tranſire ad hæredes patris, & aui paterni. Quare etiamſi maritus ei ſpecialiter addictus dotem conſtituiſſet filiæ, ſeu ſorori, cui per patrem, vel fratrem dos non fuiſſet conſtituta, adhuc eidem de bonis patris debet dos dari, vt expreſsè Vincentius de Franchis *deciſ.119. num. 1. & 2.* & Coſta *de remed. ſubſid. remed.67. n.6. verſ. Ampliatur.* Cùm pater teneatur de propriis dotare filiam legitimam, & naturalem nuptam ab extraneo dotatam, vt *cap.4. n.32.* probatum eſt.

§. III.

An primogenitus ſuccedens in primogenio, vel maioratu teneatur ſuis ſororibus filiabus ipſius inſtitutoris, in cuius bona omnia ſuccedit, dotem congruam conſtituere.

DE hac re pertractaui *in præcedenti parte de alimentorum obligatione, allegato capite 7. numero 380. cum pluribus ſequentibus*, vbi de obligatione eiuſdem primogeniti præſtandi alimenta aliis fratribus, & ſororibus, filiis inſtitutoris, *& numero 385.* 40
dixi

dixi Primogenitum ſuccedentem in omnibus bonis inſtitutoris maioratus,ſeu primogenij teneri dare cōgruam dotē filiabus legitimis, & naturalibus eiuſdem inſtitutoris,& etiam eius filiabus illegitimis,& ſpuriis pro ratione alimentorum, vt nubere honeſtè poſſint, cum par ſit dotis, & alimentorum cauſa, & dos loco alimentorum ſuccedat, vt ſæpiùs *ſuprà cap.5.* notatum eſt. Et his terminis, quod primogenitus teneatur congruè dotare ſorores filias inſtitutoris in omnibus caſibus, in quibus eis congrua alimenta præſtare tenetur tradidere communiter Doctores: ita Xuarez Rodericus *in l. quoniam in prioribus in ſecunda limitatione numero* 10. *Cod. de inoffic. teſtam.* Panormitanus *conſ.* 12. *dub.*7. *vol.*1. Lud. Molina Iuriſperitus *de prim. lib.* 2. *cap.*1. *numero* 10. 11. *& plur. ſeqq. & cap.*15. *num.*2. *&* 24. Molina Theologus *de inſt. tom.*3. *diſputat.*578. Corduba *in l. ſi quis à liberis* §. *ſi mater num.*55. *&* 56. Mangilius *de imputationibus quæſt.*76. Surdus *de alim. tit.*.... *quæſt.*27. *num.*3. Iuriſperiti relati *ſuprà hoc capite num.*36. & alij à me *d. cap.*7. *nu.*377. *&* 378. Quibus addo Alveradum *de conjecturata mente defuncti lib.*2. *cap.*2. §. 1. *num.*108. vbi aſſerit ſucceſſorem in maioratu teneri dotare filiam inſtitutoris, quam ipſe inſtitutor dotare tenetur, & pro tali dote conſtituenda poſſe alienare bona maioratus, tametſi ipſe inſtitutor expreſsè prohibuiſſet ea alienare etiam ex cauſa dotis, cum ſe ipſum inſtitutor ab ipſa obligatione dotandi filios liberare non poſſit.

41 Caſus autem, in quibus primogenitus ſucceſſor in maioratu tenetur aliis fratribus, & ſororibus filiis inſtitutoris alimenta, & conſequenter etiam dotes præſtare enumeraui, & probaui *d. cap.*7. *num.*380. *& quatuor ſeqq. & quidem num.* 380. ſi maioratus ſit inſtitutus in omnibus bonis inſtitutoris propria authoritate, & abſque aliorum liberorum conſenſu, nulla eis relicta legitima, dico inſtitutionem eſſe nullam, vtpotè contra leges volentes ab aſcendentibus debere relinqui deſcendentibus legitimam, & quatenus etiam alij filij legitimæ expreſsè, & cum iuramento renunciaſſent, talis renunciatio non extenditur ad alimenta illis debita, vt tradunt Rodericus Xuarez *in l. quoniam in prioribus, Cod. de inoffic. teſtament. limit.*6. *numero* 8. *cum ſeq.* Tiraquellus *de primog. quæſt.*4. *num.* 12. Lud. Molina *de primog. lib.* 2. *cap.* 1. *numero* 10. *cum ſeqq.* Alveradus *de conjectur. mente defuncti l.*2. *cap.* 2. §. 1. *num.*71. & alij apud eoſdem.

42 *Numero* 381. ſi inſtitutor fecerit inſtitutionem ex facultate Principis ſupremi, iubentis relinqui omnibus filiis alimenta competentia, & inſtitutor non reliquerit, vel non competentia alimenta iuxta conditionem, dico Doctoribus relatis Primogenitum ſucceſſorem in vtroque foro debere, & cogi dare aliis filiis alimenta competentia, & ſic dotes congruas filiabus inſtitutoris.

Numero 382. ſi Princeps conceſſerit facultatem ſimpliciter, & abſolutè inſtituendi primogenituram, ſeu maioratum ex omnibus bonis, non exprimendo, quod aliis filiis à Primogenito competentia alimenta aſſignentur, & de facto maioratus ſuper omnibus bonis fuerit inſtitutus non relictis cæteris filiis inſtitutoris congruis alimentis, dico cum aliis Doctoribus *ibidem relatis*, & Alverado *loco prææallegato*, adhuc Primogenitum ſucceſſorem in vtroque foro, animæ, & externo teneri cæteris filiis, ſuis fratribus dare alimenta competentia iuxta eorum qualitatem & ſtatum, & ſororibus pariter dotem congruam, vt nubere poſſint pro ratione ſui ſtatus, eo quod ita intelligenda ſit facultas, ſeu reſcriptum Principis, quod ſemper debemus interpretari, vt nihil iniquum, & contra rectam rationem, iuſtitiamve fori, & poli contineat, *& ibidem*, addo quantitatem alimentorum iure communi attento non debere eſſe minorem, quam ſit legitima.

Numero 383. etiamſi Princeps conceſſerit inſtitutionem maioratus in omnibus bonis non relinquendo cæteris filiis legitimam, & alimenta, & derogando legibus contrarium diſponentibus, dico quoque aliis allegatis id aſſerentibus, Primogenitum ſucceſſorem non ſolum teneri in foro conſcientiæ,ſed etiam in foro externo, & iudiciali à Principe, vel Magiſtratu cogi debere cæteris filiis præſtare alimenta, non tantum ſimpliciter neceſſaria, ſed, & congrua ſtatui habita ratione quantitatis paterni patrimonij, & ita etiam filiabus congruas dotes: Alimenta enim ſimpliciter neceſſaria iure naturæ debita nullo modo tolli poſſunt lege, vel authoritate Principis, & iuxta ius ciuile debent eſſe congrua ſtatui, vt probaui *in eadem præcedenti parte de alimentorum oblig. locis d. num.*383. *relatis.* 43

Numero 384. cum Doctoribus communiter addo ſucceſſorem in Primogenio, vel Maioratu (vbi pater eis non reliquerit, aut aſſignauerit) etiam filiis illegitimis inſtitutoris, tam naturalibus, quam ſpuriis teneri præſtare congrua alimenta, quando ex bonis propriis, vel ex ſua induſtria non poſſunt illa habere, ſunt enim illis debita iure naturali, & etiam poſitiuo ciuili, vel canonico, vt *ibid.* notatum.

Frater Primogenitus, ex Principis reſcripto, vel ſtatuto ſucceſſor in tota hæreditate, an teneatur dotare ſorores diuites.

Vtrum autem frater Primogenitus ex reſcripto Principis, vel diſpoſitione ſtatuti aut conſuetudinis ſucceſſor in tota hæreditate, aut in omnibus bonis inſtitutoris Primogenij aut Maioratus teneatur fratribus, & ſororibus diuitibus aliunde habentibus præſtare alimenta, ſiue Princeps in reſcripto, aut ſtatutum expreſsè mandet ſecundo genitum, & alios filios debere à Primogenito conſequi alimenta, ſiue id non explicet, *allegato c.*7. *n.*532. *& duobus ſeqq.* cum Tiraquello *de primog. q.*75. *n.*3. *& ſeqq.* & aliis reſpondi teneri, eo quod in his caſibus alimenta ſecundo genito, & aliis fratribus præſtanda debeantur loco legitimæ, quæ illis alioqui deberetur ex hæreditate paterna, legitima autem etiam habentibus vnde ſe alere poſſint debetur. Alias etiam rationes *ibid.* adduxi. 44

Frater Primogenitus ſucceſſor in tota hæreditate patris tenetur dotare ſorores, quibus pater dotes non conſtituit, etiamſi mater, vel auus maternus ſint diuites?

Vtrum etiamſi ſecundo genitus, & alij fratres, & ſorores habeant matrem, vel auum maternum diuites, & pater eorum primogenij ſeu Maioratus inſtitutor nihil reliquerit pro alimentis, vel pro dote, primogenitus ſucceſſor teneatur eoſdem fratres, & ſorores congruenter alere, & dotare, an vero teneatur mater, vel auus maternus, *eod. c.*7. *n.*387. cum Cyno *in l. alimenta, ff. de negot. geſt.* & Xuarez Roderico *in d. l. quoniam in prioribus limit.*2. *num.*1. *verſ. Ex quibus*, & aliis plurimis, reſpondi teneri primogenitum, vt ſucceſſorem in tota hæreditate patris maioratus inſtitutoris, qui tenebatur præfata alimenta, & dotes relinquere, & conſtituere, quod onus patris defuncti tranſit ad illius hæredem, & ſucceſſorem in maioratu iuxta tradita *hoc capite Paragrapho primo*, & immediatè *ſuprà num.*40. *& tribus ſequentibus.* 45

Hinc etiam primogenitus ſucceſſor in omnibus bonis patris inſtitutoris maioratus, qui filiabus dotem 46

non

non reliquit, vel conſtituit eiſdem filiabus ſuis ſororibus, tametſi diuites ſint, & ex bonis maternis dotari poſſint, tenetur congruam dotem dare, ſeu conſtituere, idque probant tradita ſuperius hoc *capite n.34.* & præter Doctores *ibidem* relatos, ita ſentit etiam Aluaradus *allegato §.1. n.99. verſ. quia obligatione dotandi filiam ſuam*, quia obligatio qua obſtrictus erat inſtitutor majoratus, ſeu primogenij tranſit in ſucceſſorem in primogenio, Pater autem cogitur dotare de ſuo etiam filiam diuitem vt *cap.4.* probatum eſt.

Si pater majoratus inſtitutor viuens dedit congruas dotes filiabus, & poſt eius abitum ad paupertatem deuenerunt, frater Primogenitus non tenetur iterum eas dotare ſi habent matrem, vel auum maternum diuites.

47 An vero, ſi pater inſtitutor majoratus viuens filiabus dotes congruentes præſtitiſſet, & poſt eius obitum dotem amiſerint, & ad paupertatem deuenerint, Primogenitus ſucceſſor in majoratu, vt ſucceſſor in bonis patris teneatur illis nouam dotem præſtare, ſi habeant matrem, vel auum maternum diuitem *eodem cap.7. n.* 388. cum Anton Gomez. *ad l.4. Tauri num.75. verſ. ſecundo hæc.* Addition. ad Molinam *de primog. lib.2. cap. 15. num.5.* & Molina *de iuſt. to.3. diſput.*616. *n.*8. Reſpondi Primogenitum vt ſucceſſorem, in majoratu non teneri, ſed matrem diuitem, vel auum maternum diuitem. Quia cum pater majoratus inſtitutor viuens jam ſatisfecerit ſuo oneri dotandi filias, non potuit tale onus, vtpote jam extinctum tranſire ad primogenitum ſucceſſorem, ac proinde ſi eædem filiæ amittant dotes, & ad paupertatem redigantur Primogenitus ſucceſſor ad aliud non tenetur, quam teneretur ſi non ſucceſſiſſet in majoratu, aut jam ipſe ex bonis patris dotes perſoluiſſet, quo caſu non teneretur amplius ſorores poſtea effectas inopes dotare, niſi quatenus frater diues & ſolùm in ſubſidium, ſcilicet deficientibus matre, & auo materno, vel inhabilibus ob egeſtatem iuxta tradita, *ſuprà capite 5. & d. præced. parte de alimentorum obligatione d. cap.7. allegato num.* 388. *& capite* 8. initio, & poſtea *pluribus numeris.*

Omnes majoratus, ſeu fideicommiſſi poſſeſſores an teneantur dotare proprias ſorores, omneſve fœminas deſcendentes ex inſtitutore majoratus in infinitum.

48 Vtrum etiam omnis, & quicumque majoratus, vel fideicommiſſi ex omnibus bonis inſtitutoris conſtituti ſucceſſor teneatur & alere, & dotare proprios fratres, & ſorores, omneſve deſcendentes inſtitutoris inopes, ſi ipſe ex bonis majoratus, aut fideicommiſſi id commodè facere poſſit, licet fratres, & ſorores, alijve deſcendentes ex inſtitutore pauperes habeant matrem, aut auum maternum diuites, qui illis alimenta, & dotes poſſint præſtare. De hac re valde inter Doctores controuerſa egi *in præallegata præcedenti parte de aliment. obligatione cap.7. à numero* 389. *ad* 401. Quare hic ſummarie proponam ſententias *ibidem* relatas, & latè probatas.

49 Prima igitur ſententia à me, *dicto numero* 389. relata eſt; ſi primus inſtitutor, vel eius ſucceſſor ex bonis majoratus, vel fideicommiſſi cæteris filiis eiuſdem inſtitutoris legitimis, & illegitimis, vel conceptis in eius vita, ſufficientia, & congrua alimenta, & dotes tribuens; poſteriores, & pro tempore ſubſequentes poſſeſſores majoratus, ſeu fideicommiſſi non teneri vt ſucceſſores, & poſſeſſores majoratus, ſeu fideicommiſſi præſtare alimenta, & dotes cæteris fratribus, & ſororibus egenis, filiis præcedentis poſſeſſoris, aliiſve deſcendentibus ex primo inſtitutore; ſed tantum in ſubſidium ratione coniunctionis ſanguinis in defectum aliorum qui ſint illo proximiores, ac proinde ſi habeant matrem, aut alios aſcendentes per lineam maternam, vel paternam, qui eis ſufficientia alimenta, & dotes præſtare poſſint; huiuſmodi poſſeſſores maioratus, aut fideicommiſſi non teneri illis ea præſtare, ita Gomez, Molina *num. præcedenti relati*, & plures alij à me, *d. num.389. allegati*, fundati præcipuè in ratione, *num. præcedenti adducta.* Quod cum primus inſtitutor maioratus, vel fideicommiſſi aut eius immediatus ſucceſſor ſatisfecerit obligationi relinquendi, vel dandi alimenta, & dotes reliquis filiis, & filiabus, & ſic talis obligatio fuerit extincta, non poteſt in ſubſequentes poſſeſſores tranſire; qui proinde amplius non tenentur alere, & dotare fratres, & ſorores pauperes vt ſucceſſores, ſed tantum ex propria perſona ratione ſanguinis alere, & dotare fratres, & ſorores in ſubſidium, & ſic non extantibus, matre aut auo, ſeu aſcendentibus, vel iiſdem inhabilibus ad præſtandum alimenta, & dotes. Alia plura in confirmationem huius ſententiæ videantur, *d.n.*389.

Ex traditis à Gomez. & Molina Theologo *locis ſupra n.47. allegatis* ad eius probationem videtur [vt *dicto capite 7. numero* 390. notaui] inferendum, ſi primus inſtitutor maioratus, vel eius ſucceſſor cæteris filiis, & filiabus eiuſdem inſtitutoris natis, vel conceptis ſufficientia alimenta vel dotes non tribueret, poſſeſſorem maioratus cæteris deſcendentibus ex eodem inſtitutore maioratus teneri vt ſucceſſorem præſtare alimenta, & dotes, ſi inopes ſint, cum onus inſtitutoris tranſeat in ſucceſſores: Quod alij eiuſdem ſententiæ limitant ſolùm, quoad præſtanda alimenta & dandam dotem filiis, & filiabus primi inſtitutoris eo viuente natis, vel conceptis, quibus ipſe inſtitutor non reliquerit, vel dederit: & hoc ſolùm forte voluiſſe Gomezium & Molinam *ibidem* aduerto. 50

Secunda ſententia à me, *d. cap.7. numero* 391. relata aſſerit, ſiue primus inſtitutor maioratus, primogenituræ vel fideicommiſſi ex omnibus bonis conſtituti liberis legitimis, & naturalibus, ac illegitimis, dum, ipſe viueret, natis, vel conceptis ſufficientia alimenta, & dotes reliquerit, ſiue non neque etiam à ſucceſſore immediatè fuerint præſtita, primogenitum ſucceſſiuè poſſeſſorē primogenituræ, maioratus, aut fideicōmiſſi non teneri vt ſucceſſorem, & hæredē bonorū eiuſdem primi inſtitutoris, præſtare alimenta, & dotes deſcendentibus eiuſdem inſtitutoris poſt eius mortem conceptis, & ſic nec cæteros fratres, & ſorores inopes alere, & dotare, ſi habeant matrem, vel auum maternum diuites habiles ad alendum, & dotandum, ita Antonius Merenda in terminis, & latè *controuerſ. iur. tom.4. lib.12. cap.36.* per totum fundatus in eo, quod deſcendentes per lineam primi inſtitutoris poſt eius obitum concepti non habent, nec vnquam habuerint ius ad alimenta & ad dotes contra eumdē inſtitutorem defunctum, cui non poſſunt dici fuiſſe illi ſanguine cōiuncti (ex qua coniunctione oritur paterna obligatio alendi, & dotandi liberos) cùm mors ſoluat omnia juris vincula *§. deinceps auth. de nuptiis*, & ſic nec poſt eiuſdē primi inſtitutoris obitum non habent contra illius hæredes: Quod Merendæ fundamentum latius explicatur *d.n.*292. *& quatuor ſequentibus*, & ibi videat Lector, quia non conuenit repetere *ibid.* explicata ſufficienter. 51

Tertia ſententia à me *dicto capite num.*395. relata affirmat quemcumque antiquiſſimi maioratus, vel fideicommiſſi poſſeſſorem vti primogenitū, & ſucceſſorem in bonis maioratus, & fideicommiſſi teneri proprios fratres, & ſorores inopes ex primo inſtitutore deſcendentes 52

cendentes alere, & dotare, ita Rodericus Xuarez *in dict. lege quoniam in prioribus limit. 2. numero* 10. *Cod. de inoffic. testamento*, dicens ita fuiſſe multoties iudicatum. Surdus *de alim. tit. 1. quaſt. 27. num.* 3. 4. *&* 5. & plures alij, quos refero *d. n.* 395. *& ſequenti*, & etiam Lud. Molina *pluribus in locis* à me *d. num.* 395. relatis, ſed præcipue & magis apertè loquendo in ſpecie in majoratibus Hiſpaniæ in annotationibus, quas idem Molina habet in calce, *lib. de primogenijs n.* 14. vbi aſſerit, quod omnis etiam antiquiſſimus poſſeſſor majoratus tenetur alere fratres, & dotare ſorores pauperes non conjunctione ſanguinis tantum, ſed etiam ob rationem, quod majoratus inſtitutio ex Hiſpaniæ regnorum conſuetudine & lege facta fuiſſe videatur, vt filius primogenitus familiæ caput, atque robur ſit, fratreſque, & ſorores egentes teneatur alere, & dotare; quam obligationem addit Molina in omnes primogenitos in infinitum transferendi atque in ipſorum propriam naturam conuerti. Quod idem approbat Additionator ad eundem Molinam *de primogen. lib.* 2. *capite* 15. *numero* 56. *in fine*; licet non admittat Salgado *in Labyrintho creditorum parte iii capite* 24. *numero* 200. Qui tamen *eodem capite* 24. *numero* 196. fatetur institutorem majoratus, dum omnia ſua bona in vnum vult transferri, & deuenire, id ea præſertim intentione facere, vt majoratus poſſeſſor ſic effectus diues, cæteris conſanguineis egentibus ad eum tanquam ad caput familiæ recurrentibus poſſit ſubuenire, & habeat vnde poſſit ſuccurrere, ſi (inquit Salgado) velit ſuccurrere, non tamen (ſubdit idem Salgado) vt ad id teneatur, ſeu institutor velit teneri præter iuris communis obligationem, cui ſe in dubio cenſetur conformare.

52 Verum ad hanc ſententiam probandam, etiam iure communi attento, plures rationes adduxi, *citato capite* 7. *numero* 397. *& tribus ſequentibus*, tum ex *auth. res quæ, Codice commun. de legat.* tum ex æquitate ita exigente, tum ex charitate & affectione naturali institutoris, quæ videtur ſe extendere non ſolùm ad filios exiſtentes, & conceptos eo viuente; ſed etiam ad nepotes, & pronepotes, & cæteros deſcendentes, qui ſupponuntur naſcituri, cum in his omnibus repræſentetur primus genitor, & agnatio conſeruetur, & perpetuitatem conſequatur, videantur *ibidem* tradita, vbi etiam *numero* 399. ſatisfit objectis à Merenda contra hanc ſententiam. Quæ quoad majoratus iuxta Rodericum Xuarez, & Surdum *locis citatis*, & alios *dicto capite* 7. *numero* 396. allegatos intelligitur, vt Primogenitus poſſeſſor majoratus, & primogenituræ teneatur fratribus, & ſororibus, & alimenta, & dotes, quibus poſſint commode ſuſtentari, & nubere, præſtare, habita tamen ſemper ratione quod idem primogenitus habeat tantum, vt poſſit honorifice viuere, & propriam dignitatem ſuſtinere.

53 Et hanc tertiam ita intellectam *eodem capite* 7. *numero* 400. dixi quod non videtur poſſe negari habere modicam probabilitatem vt fundatam in æquitate naturali, maximè quoad fratres & ſorores ipſius poſſeſſoris majoratus, ſeu fideicommiſſi filios vltimi, ſeu proximè præcedentis poſſeſſoris majoratus, ſeu fideicommiſſi, præſertim quando ex fratribus bonorum majoratus, vel fideicommiſſi fratres, & ſorores inopes frater ipſe primogenitus poſſeſſor poteſt commode alere, & dotare. Quod etiam videtur ſatis ſuadere præſumpta voluntas institutoris majoratus, vel fideicommiſſi; Nec enim videtur ambigendum, institutorem, qui ſplendorem familiæ per majoratum, vel fideicommiſſum conſeruare voluit, vnquam paſſurum fuiſſe liberos ſuos, ſuoſque nepotes, & pronepotes, & cæteros deſcendentes fame perire vel cum dedecore victum ſibi quærere viliſſimas artes exercendo, vel alia ratione, parùm decenti: & hanc rationem deductam ex veriſimili, & præſumpta voluntate institutoris ponderat poſt alios Ludouic. Molina *de primogenit. libro* 4. *capite* 6. *numero* 5. Demum quod aliis bonis liberis deficientibus bona fideicommiſſo, & reſtitutioni ſubiecta pro dotibus filiarum, quæ deſcendunt à fideicommittente in infinitum poſſint alienari præter alios Iuriſperitos, *dicto capite* 7. §. 25. *numero* 398. *&* 399. *& ſuprà numero* 51. relatos ſentiunt Fuſarius *de ſubſtitutio. quæſtio* 531. *numero* 9. Sfortia Oddus *de fideicommiſſis quæſtio.* 40. *articul.* 1. *numero* 10. Mareſcotus *variar. libro* 2. *capite* 69. *numero* 23. Fontanella *de pactis nuptial. clauſ. quinta parte* 2. *numero* 77. Ferentillus *ad deciſionem* 641. Buratti *numero* 27. Hodierna *ad deciſio.* 62. Surdi *numero* 23. & Peregrinus *deciſio* 62. *numero* 3. vbi *in fine* dicit ſecundum ſententiam, quam ait eſſe communem, & in practica obſeruari, fuiſſe iudicatum. Qui idem in *tractatu de fideicommiſſis articulo* 42. *numero* 7. *in fine*, licet putet contrariam opinionem veriorem, addit tamen in practica ſe vidiſſe in ſuo foro Patauino hanc ſententiam dotibus fauentem fuiſſe ſeruatam. Oddus *dicto numero* 10. dicit hanc ſententiam eſſe communem, & adeo veram, vt ſcrupulum non habeat Fuſarius *dicto numero* 9. *in fine* dicit, ſe nunquam vidiſſe contrarium attentari, ſed bene hanc opinionem ſeruari, & eandem ſententiam ſæpè tenuit, & ſecuta eſt Rota Romana, *vt locis citatis* referunt Mareſcotus, & Ferentillus, & iuxta eandem ſententiam in fauorem Illuſtriſſimæ Dominæ Helenæ vxoris Illuſtr. D. Franciſci Badueri, fratris Illuſt. ac Reuer. D. Albert. Badueri Epiſcopi Cremenſis erudite conſuluit amiciſſimus meus, & peritiſſimus Iuriſconſultus Perill. &, M. R. Franciſcus Antonius Tranchedinus.

54 Cæterum præcedenti ſententia tertia non admiſſa, recolendum iuxta tradita, *ſuprà capite præcedenti*, omnem poſſeſſorem majoratus, vel primogenituræ, aut fideicommiſſi, ſi non vt primogenitum, & poſſeſſorem, ſeu ſucceſſorem in bonis majoratus, tamen vt diuitem ratione coniunctionis ſanguinis teneri alere fratres, & dotare ſorores in ſubſidium, nempe quando nec mater, nec auus maternus poteſt; vt tradunt etiam præallegati Doctores omnes, & Salgado *dicto capite* 24. *n.* 132. 141. 142. 145. *&* 146. & etiam iuxta tradita *eodem capite quinto* ex communiori ſententia teneri ſaltem in ſubſidium alere paternum ſobrinum, & alios tranſverſales in ſecundo gradu conjunctos amitam, & dotare ſobrinam.

§. IV.

Monaſterium, ad quod ob patris profeſſionem deuenerunt bona paterna, an teneatur filiabus dotes competentes dare.

55 SI filiæ ſint natæ vel conceptæ ante patris profeſſionem, ſiue ſint legitimæ, & naturales, ſiue illegitimæ tam naturales, quàm ſpuriæ, communis Doctorum ſententia eſt, quod monaſterium in omnibus bonis patris profeſſi, qui illis dotes congruas dedit vel reliquit, ſuccedens tenetur eas congruenter dotare, id quod etiam tradidi *in præcedenti parte de alimentorum obligatione capite* 7. *numero* 402. *&* 403. agens de obligatione monaſteriorum alendi filios patris profeſſi inopes, & tradunt expreſsè, Bartholus, Dynus, Couarruuias, Cordubа à Lara, Surdus, Paſchalis, Sanchez, Lucidorus *locis dicto numero* 402. à me *relatis*, alij ab iiſdē & à me allegati, vt conuincunt

tradita

tradita *ſuprà hoc capite*, §.1. ad probandum, quod onus
dotandi filias abſolutè tranſit in quoſcumque hære-
des, & vniuerſales, & in ſpecie quod monaſterium
teneatur ad omnia onera ingreſſi, in cuius bonis om-
nibus ſucceſſit: tradunt Bartholus *in leg. fin. ff. de
adopt.* Felinus *in cap. ex præſentia, num. 3. de præb.* Sur-
dus *de alim. tit. 1. quæſt. 29. num. 2.* Fontanella *deciſ. 226.
num. 19.* & alij à me *d. num. 401.* allegati. Dixi *vel con-
cepta*, quia pater tenetur prouidere de neceſſariis non
ſolùm proli natæ ſed & conceptæ nondum ipſo viuen-
te natæ vt tradidi *in d. præcedenti parte de alimentorum
obligatione, cap. 5. num. 141.* & ſic prouidere de dote te-
netur etiam filiabus ipſo viuente conceptis, tametſi
natis poſt eius obitum; vt conſtat ex traditis *capite 4.*
& eſt communis ſententia Doctorum, & expreſsè tra-
dunt Doctores relati *ſuprà hoc capite, num. 48. 50. & 51.*
& alij à me *in dicta præcedenti parte de alimentorum
obligatione cap. 7. num. 389. 391. & 395.* Quare licèt
filia ſiue legitima, ſiue illegitima ſolùm tempore no-
uitiatus ante profeſſionem tamen, eſſet concepta mo-
naſterium in bonis patris per illius profeſſionem ſuc-
cedens tenetur, onere paterno prouidendi de alimen-
tis & dote eidem filiæ ante profeſſionem conceptæ,
vt ſcripſit etiam Lucidorus *de illegitim. Clericis, cap. 16.
num. 4.*

56 Quòd ſi pater ante profeſſionem filiabus tam le-
gitimis, quàm illegitimis conuenientes dotes præſti-
terit, aut legitimam portionem aſſignauerit, quâ ho-
neſtè iuxta ſtatutum ſe dotare poſſint, tranſlatis, in
monaſterium reliquis bonis, monaſterium, ſicut &
cæteri hæredes, & ſucceſſores vniuerſales bonorum
iuxta tradita ſuperiùs *hoc capite, numero 47.* non te-
nebitur vltra dotes præſtare ob rationem *eodem nu-
mero 47.* adductam, ſcilicet, quia iam pater ſatisfe-
cit obligationi ſuæ, & nulla obligatio tranſit in mo-
naſterium vti ſucceſſorem, nullumque ius ſupereſt
filiabus aduersùs bona paterna in monaſterium per
profeſſionem translata, vt etiam expreſsè tradit Me-
renda *controuerſ. iuris, tomo 3. libro 13. capite 3. nume-
ro 25.* & colligitur *ex auth. quo mulier, Cod. de Sacroſ.
Eccleſia*, ſicut nec ipſe pater poſt profeſſionem cum
iam ſit in monaſterium quoad dominium tranſlata,
vllum ius habet in eadem bona, nec de illis poteſt
vllo modo diſponere, cum non ſit amplius eorum
Dominus, vt tradunt Sanchez *in ſumm. parte 2. li-
bro 7. capite 8. numero 56.* & latiſſimè *capite 31. nume-
ro 9. cum ſequentibus*, Fontanella *deciſ. 226. numero 6.
& 7. & deciſ. 227. num. 1.* & Doctores communiter,
quos Fontanella *dicto numero 6.* & Sanchez *dicto ca-
pite 31. citato numero 9. & ſequentibus* referunt. Qua-
propter ſi poſt profeſſionem filiæ iam à patre dota-
tæ conſumpſerint dotes, & inopes ſint effectæ, ſi
habuerint matrem, vel auum paternum diuites, ij
tenebuntur nouam dotem dare, & non monaſterium
iuxta tradita *ſuprà dicto numero 47.* ſicut nec tene-
tur hæres extraneus ad quem ex patris teſtamento
deueniſſent eius bona iuxta tradita *ſuprà hoc nume-
ro 32. & 33.*

57 At ſi nullus extet ſanguine coniunctus, qui de
iure iuxta tradita *ſuprà capite præcedenti*, vel non
poſſit ob inopiam alimenta, & dotes præſtare eiſdem
filiabus ad paupertatem redactis, tunc videri omni-
nò teneri monaſterium ex bonis paternis ad ipſum
prouentis ſubuenire, & prouidere de dote eiſdem fi-
liabus tanquam filiabus benefactoris dixi in præalle-
gata *præcedenti parte de alimentorum obligatione, cap. 7.
num. 405.* & quia cenſendum eſt talem fuiſſe inten-
tionem patris in tranſlatione ſuorum bonorum in
monaſterium cùm non ſit credendum, nec præſumen-
dum patrem voluiſſe filios, & filias ſuas fame perire,
aut ob dotis carentiam pudicitiæ periculo exponi, vel
vіliſſima opera exercere pro ſufficienti victu, & dote
quærendis: & ad id faciunt tradita à Surdo *de alim.
tit. 1. quæſt. 29. num. 5. & quæſt. 49.* tradita *ſuprà hoc ca-
pite, num. 53.*

Quòd ſi monaſterium nollet eo caſu, vel iam bo- 58
nis paternis conſumptis non poſſet prouidere de ne-
ceſſariis pro alimentis, & dote filiis & filiabus præfa-
tis egenis non valentibus aliunde ſibi ſubuenire, tunc
pater profeſſus tenetur illis ſubuenire, & vt ſubueni-
ret, facere ea omnia, quæ *in præcedenti parte de ali-
mentorum obligatione, cap. 23. num. 1288. & 1320.* tra-
didi filium profeſſum ad ſubueniendum parentibus
grauiter egentibus, & patrem profeſſum ad ſubue-
niendum filiis graui neceſſitate laborantibus aliunde
nequeuntibus habere ſubſidium teneri, & facere
poſſe abſque peccato; Quæ autem ſint, quæ vterque
in tali caſu facere tenetur & poteſt, videat Lector
dicto num. 1288.

Vtrùm verò, vbi pater ante profeſſionem de ali- 59
mentis, & dote non prouidiſſet filiis, & filiabus tam
legitimis, quàm illegitimis naturalibus: & ſpuriis,
monaſterium teneatur præſtare alimenta, & dotes,
eiſdem filiis, & filiabus legitimis, & illegitimis, non
ſolùm de bonis eiuſdem patris in ipſum monaſterium
tempore profeſſionis tranſlatis, verùm, ſi hæc non
ſufficiant, teneatur etiam de bonis, quæ poſt patris
profeſſionem ex perſona eiuſdem patris profeſſi (hæc
enim bona quoque regulariter acquiri monaſterio iux-
ta regulam quicquid acquiritur Monachus acquirit,
monaſterio acquirit, de qua *in lege Deo nobis, Cod. de
Epiſc. & Cler. & in cap. præſens Clericus 20. quæſt. 3.* &
tradunt Sanchez *loco infrà citato*, Fontanella *d. deciſ.
220. num. 8.* & communiter Doctores, quorum plures
refert idem Fontanella contigerit illi obuenire dona-
tione, legato, vel hæreditate teſtamentaria, vel quæ
idem pater religioſus profeſſus ſua opera, & induſtria
comparauerit. Affirmandum videtur iuxta ſententiam
Sanchez *d. cap. 31. num. 4.* Felini, & aliorum apud eun-
dem Sanchez, quo monaſterium ex bonis quocumque
prædictorum modorum poſt profeſſionem religioſi
acquiſitis teneatur ſatisfacere debitis, quibus religio-
ſus ante profeſſionem erat obſtrictus, eo quod præfata
regula, Quidquid acquirit Monachus, ſeu religioſus
profeſſus, acquirit monaſterio, debeat intelligi, niſi
ille religioſus profeſſus ære alieno ſit ad profeſſionem
admiſſus, tunc enim ait poſt alios Sanchez *d. num. 4.*
non monaſterio, ſed creditoribus acquiri quidquid
arte, labore, induſtria, hæreditate, vel donatione
comparat; quia cùm per profeſſionem iuri credito-
rum non ſit derogatum; ſicut ante profeſſionem te-
nebatur religioſus ille præfatis bonis ſoluere credi-
toribus, ita monaſterium in ea bona ſuccedens te-
nebitur.

Idem porrò; quod dictum eſt de obligatione mo- 60
naſterij virorum alendi, & dotandi filios, & filias le-
gitimos, ſeu illegitimas, & illegitimos, & illegitimas
religioſi profeſſi natos vel conceptos ante profeſſio-
nem, quando in monaſterium tranſlata ſunt bona
patris profeſſi, dicendum eſt de monaſterio Monia-
lium, vt ſcilicet teneatur alere, & dotare prolem le-
gitimam, & illegitimam ex Moniali natam ante eius
profeſſionem, ſi Monialis bona monaſterio per eius
profeſſionem ſint acquiſita, ſi deſint pater, vel alius
aſcendens paternus, aut eius hæres vel ſi extent, ſint
inhabiles ob paupertatem ad alendum, & dotan-
dum; quo caſu filiæ tam legitimæ quàm illegitimæ
naturalis, & ſpuriæ alendæ; & dotandæ onus ſpectat
ad matrem diuitem iuxta tradita *capite præcedenti, & in
præcedenti parte de alimentorum obligatione, cap. 7. nu-
mero 334. & 335.* ac proinde eiuſdem matris onus tran-
ſit in monaſterium, quod in eius bona ſucceſſit, vt

probant tradita ſuperius *hoc capite, num.* 55. & notauit etiam Lucidorus *d. cap.* 16. *n.* 9.

Filiabus, ſpuriis à religioſo profeſſo poſt eius profeſſionem procreatis an teneatur monaſterium, quod in illius bona ſucceſſit prouidere de alimentis, & dote.

61 Sed quid, ſi religioſus poſt profeſſionem ex coïtu ſacrilego ſuſcepit prolem ſpuriam, an ad eam alendam & dotandam (ſi ſit fœmina) teneatur monaſterium, ſi bona profeſſi per profeſſionem ſint in idem monaſterium translata? Reſpondetur ex traditis ſuperiùs *hoc capite, num.* 56. cùm bona religioſi profeſſi iam monaſterio liberè, & ſine vllo onere, quod tunc religioſum afficeret, ſint acquiſita, ex ſuſceptione prolis poſt profeſſionem nullum ius eadem proles poteſt habere aduerſus monaſterium ratione aliorum bonorum ſicut non poſſet habere aduerſum alium hæredem extraneum qui ex teſtamento in eadem bona ſucceſſiſſet, ſi ergo exteut pater religioſi profeſſi patris dictæ prolis ſpuriæ, vel alius aſcendens paternus diuites, onus alendi, & dotandi prolem ſpuriam ad ipſos ſpectabit iuxta tradita *ſuprà capite præcedenti.* Et ſi hi deficiunt, vel ſint pauperes, & mater prolis ſit diues ad eam ſpectabit illud onus, vel in matris defectum ad auum maternum, vel fratres pro iis ſpuriæ diuites iuxta tradita *eodem capite præcedenti*; Quæ omnia etiam approbat Lucidorus *d. cap.* 16. *num.* 10. *& tribus ſequentibus.*

62 Quæ tamen procedunt, quando religioſus profeſſus pater talis prolis ſpuriæ de nullis bonis poſſet ad libitum diſponere, nam ſi ex Summi Pontificis conceſſione, vel ſtatuto, vel conſuetudine religionis vel beneficium Eccleſiaſticum poſſideret, ex quo redditus perciperet, vel ex lucra, eoſve prouentus, quæ publica lectione, aut concionibus, vel exercitio muneris confeſſarij aut alia induſtria ſua acquireret, haberet propria quoad vſum, poſſitque de illis liberè in vſus pios diſponere, vel aliqua bona eidem religioſo profeſſo eſſent relicta ad illius tantum, & non monaſterij vſum, ex redditibus beneficij, & aliis prædictis lucris, & acquiſitis induſtria propria, vel ſibi relictis teneretur proli ſuæ ſpuriæ ex obligatione paterna prouidere de alimentis, & dote; vt conſtare ſatis poteſt ex traditis ſuperiùs *cap.* 4. *& cap.* 5. (cùm enim per ſe loquendo pater iure naturali, & Canonico teneatur alere, & dotare prolem ſpuriam, *vt ſuprà capite* 4. *& in præcedenti parte de alimentorum obligatione* probatum eſt, & pater religioſus profeſſus poſſit id præſtare erga prolem ſuam ex præfatis reditibus, & lucris, ſeu acquiſitis, de quibus in pios vſus ad libitum permittitur diſponere, omnino facere tenetur, vt tradit etiam Lucidorus *d. cap.* 16. *num.* 13. *& quatuor ſequentibus.*

63 Hinc, ſi talis religioſus habens prolem ſuſceptam poſt profeſſionem, qui alia ratione non poſſet prouidere de alimentis, & dote, eſſet electus executor teſtamentarius à defuncto, qui iuſſiſſet bona ſua, vel certa bona ſua diſtribui in vſus pios, ſeu inter pauperes; cum poſſit ſibi, ſi ſit pauper, & filiis, ac cæteris coniunctis pauperibus applicare, & diſtribuere ex illis bonis in vſus pios, & pauperes diſtribuendis, vt poſt alios tradunt Simon de Pretis *de interpret. vltim. vol. lib.* 5. *dubit.* 2. *num.* 87. *& duobus ſeqq.* Menochius *de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 125. *num.* 17. & Sanchez *lib.* 6. *Summæ, cap.* 11. *num.* 51. *verſic. Alij*, & *num.* 54. teneretur ex illis bonis ex voluntate teſtatoris per ipſum inter pauperes diſtribuendis prouidere de alimentis, & dote prædictæ ſuæ proli ſpuriæ, tum ex obligatione peculiari patris ſubminiſtrandi liberis ſuis neceſſaria pro alimentis, & dotibus, quando poteſt, tum ex generali obligatione charitatis ſibi coniunctis potius quam extraneis, & coniunctis proximioribus, quàm remotioribus iuxta latè à me tradita *in præcedenti parte de alimentorum obligatione, capite* 22. *à num.* 1222. *ferè vſque ad finem capitis*, & de qua etiam charitatis obligatione cæteris fratribus ſubueniendi prius coniunctis, quàm extraneis, & coniunctis proximioribus ex Iuriſperitis Corduba *in l. ſi quis a liberis impubes, ff. de liber. agnoſc.* Couarruuias *variar. libro* 3. *cap.* 14. *num.* 6. *verſic. Tertio mihi*, Menochius *dict. præſumpt.* 125. *num.* 16. Surdus *de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 25. *num.* 14. *& quæſt.* 93. *num.* 2. & alij ab eodem Surdo relati, & ex Summiſtis, ac Theologis, Angelus, & alij Summiſtæ, *verbo Eleemoſyna*, S. Thomas 2. 2. *quæſt.* 26. *artic.* 6. *&* 8. *& quæſt.* 32. *art.* 9. & ibi Interpretes Maior *in* 4. *d.* 4. *quæſt.* 19. *concluſ.* 3. Syluester *verbo Clericus* 4. *quæſt.* 15. *ad finem* ſcribentes de charitatis ordine, & de eleemoſyna, & Theologi à me *d. cap.* 22. relati videantur tradita *ſuprà cap.* 4. *num.* 204.

64 Vbi autem religioſus profeſſus prolis ſpuriæ pater prædictis modis non poſſet ſubuenire eidem proli ſpuriæ, & deſint coniuncti, ad quos alioqui ſpectaret onus alendi, & dotandi, nec monaſterium poſſet, aut vellet de neceſſariis pro alimentis & dote prouidere eidem proli, quæ aliunde habere nequeat, idem pater profeſſus poſſet, & teneretur proli ſuæ præfatæ ſubuenire quoad alimenta, & dotem illis omnibus modis, quibus filium religioſum profeſſum patri graui egeſtate laboranti, & patrem religioſum profeſſum filio grauiter egenti teneri ſubuenire tradidi *in dicta præcedenti parte de alimentorum obligatione, allegato capite* 23. *num.* 1288. *&* 1320. & conueniens foret (licèt ſtrictâ obligatione non teneretur) quod monaſterium, quod frueretur bonis per patris prolis ſpuriæ profeſſionem ad ipſum tranſlatis, vel aliis bonis ex perſona eiuſdem patris poſt illius profeſſionem acquiſitis, præfatæ proli in defectum patris, & aliorum coniunctorum ſubueniret, vbi inde non aperiretur via, dareturve occaſio religioſis profeſſis delinquendi, &c.

65 Ex traditis autem *in præcedentibus, & capite* 5. *numero* 90. apparet, quod prolem ſpuriam à ſe poſt profeſſionem ſuſceptam Eques Hieroſolymitanus tenetur ipſe alere, & dotare; quia cùm illis promittatur libera adminiſtratio bonorum ſuorum (licèt quoad proprietatem, & dominium per profeſſionem Religioni acquirantur) & etiam libera diſpoſitio redituum commendarum & beneficiorum Eccleſiaſticorum, quibus contingat illos potiri, ex fructibus eorundem bonorum & commendatarum, ac beneficiorum (ſi ea illis ſuperſint vltra ſuam honeſtam ſuſtentationem) tenetur ſatisfacere obligationi paternæ alendi, & dotandi prolem, licèt ſpuriam, & procreatam poſt profeſſionem; quæ obligatio, cum ſit iuris naturalis, non potuit tali ſtatuto eiuſdem Religionis prohibente Equites profeſſos prolem ſpuriam alere, & dotare ſub pœna priuationis habitus, & dignitatum, ac beneficiorum; Quod ſtatutum præterea debet intelligi de publica educatione, ac ſcandaloſa, & indecenti ſtatui religioſo, non autem de educatione iure naturali debita, cum debitis circumſtantiis ad euitandum ſcandalum & indecentiam facta; de qua re latiùs Lucidorus *de illegit. cleric. d. cap.* 16. *à num.* 22.

§. V.

§. V.

An Fiſcus, ad quem ob delictum patris ex lege communi, vel ſtatuto eiuſdem patris bona per confiſcationem deuoluuntur, teneatur dotare filias rei condemnati ex bonis eidem fiſco acquiſitis.

DE obligatione fiſci dandi legitimam dotes & alimenta filiis rei condemnati, ex eiuſdem rei fiſco ob eius delictum acquiſitis latiſſimè egi *in præcedenti parte de alimentorum obligatione, cap. 7. à num.* 407. *ad* 480. & ſummariè præſtringendo nonnulla ibi latè tradita, & diſcuſſa quoad deductionem dotium filiarum ex bonis patris delinquentis confiſcatis.

Confiſcatis bonis ob crimen non læſæ maieſtatis, fiſcus tenetur dare legitimam, & dotes filiis, & filiabus delinquentis.

66 Vbi ob delictum, quod non ſit læſæ maieſtatis, ſit confiſcatio bonorum delinquentis, ſiue confiſcatio non ſit ipſo iure impoſita, ſiue ſit impoſita ipſo iure vigore ſtatuti aut legis municipalis, fiſcus ex bonis confiſcatis tenetur dare legitimam filiis condemnati ex communi ſententia Doctorum, quos *d. cap. 7. numero* 409. refero vbi ex numeris ſequentibus latè probo, & præſertim tum quod ſtatutum vel lex Principis ſtatuens ſimpliciter confiſcationem non comprehendit legitimam; cùm ita generaliter, & abſolutè recipiat reſtrictionem ad intellectum iuris communis, quod filiis ſtatuit deberi legitimam in bonis patris; tùm, quia licèt fiſcus non ſit propriè hæres delinquentis, attamen in bonis confiſcatis eſt quaſi hæres, hæredisque locum habet, & dicitur atque eſt ſucceſſor vniuerſalis delinquentis condemnati, ac proinde in ipſum tranſeunt omnes condemnati actiones actiuæ, & paſſiuæ, omneſque obligationes ciuiles & naturales *l. 2. Cod. ad l. Iuliam de vi publica*; & Doctores à me *d. cap. 7. num.* 411. relati, vbi latius id explico: quare cum iure naturali, & ciuili obligatione pater teneatur dare legitimam filiis, hæc obligatio legitimæ dandæ filiis tranſit in ipſum fiſcum, qui ideo compellitur eamdem legitimam tanquam æs alienum perſoluere; & ſi à fiſco ad alium bona præfata patris delinquentis tranſeant, eidem oneri ſubiecta manent, vt notaui *d. cap. 7. num.* 414. an etiam reſeruatio legitimæ publicatis bonis habeat locum in filiis adoptiuis, & in nepotibus explicatur *eodem cap. 7. num.* 415. *&* 416. Quanta verò ſit huiuſmodi legitima, debita filiis in caſu confiſcationis bonorum patris deciditur *eodem cap. 7. à num.* 417. *ad* 423. vbi difficultates circa præfatam legitimæ deductionem quoad quantitatem enodantur. Eamdem legitimam deberi ſolùm filiis, & etiam conceptis ante, non verò conceptis poſt patris delinquentis condemnationem, & publicationem bonorum cum aliis tradidi *eodem cap. 7. numero* 426.

67 Sicut autem legitima deducitur de corpore bonorum patris rei publicatorum, ita ex eiſdem bonis ob delictum, quod non ſit læſæ maieſtatis, confiſcatis filiabus delinquentis etiam illegitimis, & ſpuriis à fiſco tanquam hærede, & ſucceſſore conſtitui, & dari dotes debent in omnibus caſibus, in quibus debetur legitima & competentes iuxta ſtatum, id quod pariter tradunt communiter Doctores à me *d. cap. 7. numero* 428. *&* 431. allegati, quibos addo alios allegantem Manſica *de tacit. & ambig. conu. lib.* 52. *tit.* 18. *num.* 17. *&* 18. bona enim (iuxta tradita *numero præcedenti, &* §. 1. *& dicto cap. 7. num.* 415. 428. *&* 431.) ad fiſcum tranſeunt cum ſuo onere *l. in inſulam, in principio, ff. ſoluto matrimonio*, & prædicto onere dotis bona paterna ſemper ſubiecta ſunt nedum penes fiſcum, ſed etiam ſi maneant penes quemcumque à fiſco cauſam habentem; vt notaui *dicto cap. 7. numero* 414. & poſt Rotam *deciſ.* 747. *num.* 6. *&* 7. *parte* 4. *diuerſ.* Merlinum *de legitima, lib. 3. tit. 1. quæſt. 28. numero* 10. & Lucidorum *de illegit. cleric. capite* 19. *numero* 14. 15. *&* 16. Quibus addo Rotam *deciſione* 82. *& deciſione* 91. *poſt* 2. *vol. conſ. crimin.* Farinacij, vbi fiſci ceſſionarium obligauit ad præſtanda alimenta filio ſpurio Clerici criminoſi, cui fiſcus ſucceſſerat.

Multò autem magis contra fiſcum ſuſtineri dotes, 68
& donationes propter nuptias per parentes etiam poſt delictum, ſed ante condemnationem conſtitutas, & factas notaui, *eodem cap. 7. num.* 429. ex Ricciullo alios allegante *de iure perſonarum, lib. 5. cap. 40. num.* 6. & ratio *d. num.* 429. affertur.

Publicatis, & confiſcatis bonis ob crimen læſæ maieſtatis humanæ, an fiſcus teneatur congruè dotare filias delinquentis condemnati.

Quando bona patris confiſcantur ob crimen læſæ 69
maieſtatis humanæ, licèt nonnulli Doctores Iuriſperiti, & Theologi, à me *in prællegata præcedenti parte de alimentorum obligatione, dicto cap. 7. num.* 435. relati filiabus patris rei criminis præfati læſæ maieſtatis deberi congruas dotes ex bonis confiſcatis negent. Nihilominus affirmant magis communiter Doctores à me pariter *dicto cap. 7. num.* 440. fundati in eo, quod *text. in l. quiſquis, §. filij verò. C. ad l. Iuliam maieſtatis* (vbi filij rei criminis læſæ maieſtatis excluduntur ab omni honore, & ab omni ſucceſſione parentum, & proximorum, ac extraneorum; vt ſint in perpetua egeſtate) non comprehendant filias eo quod in odioſis odio irrationabili maſculinum non comprehendat fœmininum *l. ſi quis ad quod, ff. de iuriſdict. omn. iud. ibidem.* Iaſon, & Bartholus, & alij à me *dicto num.* 440. *&* 445. *ſine alleg.* dicta autem lex *quiſquis, dicto §. filij verò*, contineat in ſe odium irrationabile, cum velit vnum pro delicto alterius puniri, quod latiùs explicatur, & probatur *dicto numero* 440. vbi quoque contrariis reſpondetur. Quantum autem aſſignari debeat pro dote? *eodem num.* 440. *in fine.* Dixi conſtituendam ſaltem iuxta ſtatum, & conditionem filiarum, & patris arbitrio iudicis taxandam; quamuis Merlinus *de legit. lib. 3. dicto tit. 1. quæſt. 30. num.* 11. dicat debere eſſe trientem totius hæreditatis nullâ habitâ filiorum conſideratione. Doctores quoque tenentes hanc ſententiam aſſerunt ſuſtineri dotes filiabus datas poſt delictum læſæ maieſtatis, ſi non conſtiterit fuiſſe collatas in fraudem: nam præfata lex, *quiſquis, §. emancipationes*, vbi dotes & donationes poſt delictum læſæ maieſtatis admiſſum factæ nullius reputantur momenti loquitur (vt iidem Doctores aiunt) de dotibus præſtitis in fraudem futuræ condemnationis.

Et quidquid ſit de rigore iuris attenta *d. l. quiſquis,* 70
æquitate ſuadente in praxi receptum eſſe, vt filiabus dotes ex bonis paternis ob crimen læſæ maieſtatis confiſcatis conſeruentur; tradunt Angelus *conſ.* 357. *num.* 2. Afflictus *in cap. 1. in princ. Gloſſa 3. verbo Bona committentium*, Boſſius *in praxi, tit. de crimine læſæ maieſtatis, num.* 134. *& in tit. de bonorum publicat. num.* 8. Ricciullus *dicto lib. 5. allegato cap. 40. num.* 9. & alij allegati à me *dicto capite 7. numero* 439.

*in fin. & etiam num.*448. vbi refero Doctores aſſerentes eamdem legem *quiſquis*, etiam quoad pœnas filiorum de conſuetudine generali orbis Chriſtiani non ſeruati, eſſeque ſublatam, & *num.* 449. refero Doctores ſentientes eandem legem de vigore iuris non procedere niſi in offendente principem non cognoſcentem vllum ſuperiorem, & *num.* 451. refero Doctores tenentes pœnas eiuſdem legis filiis impoſitas habere locum tantùm, cum pater eſt reus criminis læſæ maieſtatis, non verò quando mater tale crimen committit, & *num.*451. dico cum aliis eaſdem pœnas reſpectu filiorum non habere locum, quando pater reus læſæ maieſtatis condemnatur per ſolam ſententiam contumacialem, non verò per legitimas & veras probationes, neque per confeſſionem patris, & *num.*453.454. & 455. dico pœnas eiuſdem legis *quiſquis* quoad filios non habere locum in filiis emancipatis, eorumque legitimam non confiſcare; neque in nepotibus, ſed tantùm in filiis primi gradus; neque in filiis natis, vel conceptis ante commiſſum delictum læſæ maieſtatis, & *num.*456. cum Peregrino, & Farinacio dico eandem legem quoad incapacitatem filiorum ſuccedendi ab inteſtato, vel ex teſtamento non habere locum, ſi pater legitimam inter viuos aſſignaſſet, vel aliqua bona pro ea, vel eius nomine; neque ſi mater inter viuos donauerit, & *num.*457. cum pluribus Doctoribus dico eandem legem *quiſquis* quoad priuationem bonorum, & inhabilitatem ad illos reſpectu filiorum non habere locum in beneficiis Eccleſiaſticis. Denique *num.* 458. & 459. aliis relatis dico prædictas pœnas eiuſdem legis ceſſare in filiis patre delinquente ex gratia Principis reſtituto, nec comprehendere filios adoptiuos. Quæ omnia cum nonnullis aliis à me *d. cap.*7. §.39. latè explicantur; & ad ibidem tradita remitto lectorem.

Confiſcatis bonis ob paternam hæreſim, an filiis, & filiabus rei condemnati debeantur legitima, alimenta, & dotes.

Quando verò bona patris confiſcantur ob crimen læſæ maieſtatis diuinæ, ſcilicet ob patris hæreſim; primò certum eſt de iure Canonico (quidquid ſit de iure Ciuili, quam difficultatem examinaui *in d. præcedenti parte de aliment. oblig. alleg. cap.*7. *num.*461. *& duobus ſeqq.*) filios ob parentum hæreſim priuari hæreditate, & ſucceſſione parentum hæreticorum *cap. vergent. de hæreticis*, & Doctores communiter, quos *d. cap.*7. *num.*465. allego.

72 Secundò, iuxta communem Doctorum ſententiam iidem filij parentum hæreticorum licèt orthodoxi excludunt à legitima, ita ſcribentes *in d. cap. Vergent.* & alij à me *d. cap.*7. *num.*468. relati. Præfatam verò pœnam priuationis hæreditatis, & legitimæ probabile eſt non comprehendere nepotes; neque filios natos, aut conceptos ante commiſſum hæreſis delictum; neque incurri ob matris hæreſim, vt notaui *d. cap.*7. *num.*476. 478. & 479.

73 Tertiò (quidquid ſecus ſenſerint nonnulli Doctores, à me *d. cap.*7. *num.*469. relati) filij orthodoxi ob parentum hæreſim etiam ſecuta ſententia declaratoria hæreſis, & publicatione bonorum non priuantur alimentis: ſed ex bonis confiſcatis ſunt alendi, ſi inopes ſint, & aliunde non habeant vnde viuere poſſint. Ita Rota Romana *deciſ.*747. *num.* 10. *parte* 1. *diuerſ.* Farinacius *de hæreſi, quæſt.*191. §.1. *num.*6. & magis communiter Doctores, quos *d. cap.* 7. 444. & 421. allego.

74 Quartò, etſi P. Barboſa, Surdus, Ricciulius, Simancas, Gabriel, Quemada, Didacus, Carena, Peregrinus, Auguſtinus Barboſa, Sanchez, Rebellus, Corduba, Azorius à me *d. cap.*7. *nu.*473. relati ob fundamentum ibidem adductum tradiderint confiſcatis bonis paternis ob hæreſim patris fiſcum non teneri ex eiſdem bonis dotes eius filiabus dare; imò etiamſi à patre hæretico occulto poſt crimen hæreſis commiſſum dotes eiſdem filiabus fuerint conſtitutæ, ſiue pro matrimonio carnali, ſiue pro ſpirituali, ſiue etiam pro Eccleſia, vel Capella, poſſe huiuſmodi dotes à fiſco de vigore iuris reuocari aſſerunt iidem P. Barboſa, Auguſtinus Barboſa, Simancas, Sanchez, Azorius, Rebellus, & Ricciulius *d. cap.*40. *num.*14. *& duobus ſequentibus*, addens tamen *num.*17. ex æquitate ob bonum publicum, ne mulieres nuptæ, vel ingreſſæ Monaſterium remaneant indotatæ, & mundus repleatur litibus eaſdem dotes datas debere ſuſtineri, & remanere.

Nihilominus contrarium, & filias orthodoxas ob parentum hæreſim non priuari dote, ſed ex bonis paternis debere à fiſco dotari affirmarunt Plotus, Becius, Afflictus, Ioan. de Lignano, Corraſius, Mangilius, Rotas, Lucidorus à me *d. cap.* 7. *num.*475. relati, & alios allegans Farinacius *de hæreſi, d. quæſt.*191. *allegato* §.1. *num.* 8. & ſi agatur de filia alicuius magni Principis hæretici fiſcum debere illam dotare aſſeruit etiam Franciſcus Pegna à Farinacio *d. num.*8 relatus. Hanc ſententiam *d. cap.*7. *citato num.*475. approbaui, & probaui; quia à fiſco filiis orthodoxis debentur alimenta, vt ſuperiùs *num.*73. notaui, & latè à me *d. cap.*7. *num.*444. *& ſeqq.* probatum eſt. Ergo & filiabus hæretici legitimis, & illegitimis ex bonis confiſcatis debetur dos, quæ loco alimentorum eſt, vt in præcedentibus ſæpius dictum eſt, & tradit Bartholus *in l. fin. ff. de his quibus vt indig.* & alimenta, ac dos à pari procedunt, vt pariter in præcedentibus hoc & antecedentibus capitibus traditis notatum eſt. Et multò magis debetur dos, quàm alimenta ad euitandum in fœminis periculum impudicitiæ, quod illis imminere facilè poteſt ſi ob defectum dotis nequeant nubere, quod quoque ſæpius in præcedentibus capitibus repetitum eſt. 75

§. VI.

An Camera Apoſtolica, ad quam ob ſpolium (vbi datur) deueniant redditus, ſeu fructus Eccleſiaſticorum bonorum Beneficiarij defuncti, teneatur ex iiſdem redditibus, ſeu fructibus alere, & dotare filias tam legitimas, quàm illegitimas etiam ſpurias Beneficiarij defuncti, quibus pater beneficiarius viuens de alimentis vel dote non promiſit, ſi non ſuperſint alia bona eiuſdem non ſubiecta ſpolio, & ipſæ filiæ ſint pauperes aliunde non habentes, quo ſe alere, vel dotare poſſint.

SVperiùs *hoc capite, num.* 62. & *cap.* 4. *num.* 203. *& 204. & in præcedenti parte de aliment. obligatione, cap.*6. *num.* 194. probatum eſt, Clericum beneficiarium alia bona non habentem, non ſolum poſſe, ſed & teneri ex officio, ſeu obligatione paterna filiabus ſuis etiam illegitimis, & ſpuriis exhibere alimenta & dotes dare, vt expreſsè tradunt Nauarrus *de ſpoliis Clericorum*, §. *vltimo, num.*10. & 11. Azorius *parte* 2. *lib.*7. *cap.*10. *quæſt.*10. *initio*, & Doctores communiter, quos allegaui *d. cap.* 4. *citato num.*203. & 204. & *allegato cap.* 6. *dicto num.* 194. Hoc igitur vti certo ſuppoſito. 76

Aſſerendum

77 Aſſerendum, Cameram Apoſtolicam ex ſpolio, ſeu ex redditibus, & fructibus beneficij Eccleſiaſtici ad eam ad ſpolium peruenientis defuncto beneficiario, teneri de alimentis, & dotibus prouidere filiabus legitimis, & illegitimis etiam ſpuriis, egenis eiuſdem beneficiarij, qui eiſdem filiabus non prouidit, nec reliquit alia bona temporalia, ex quibus eędem filiæ queant ſibi alimenta exhibere vel dotes conſtituere, ita Sopranus in appendice ad Filiucium *tractatu* 43. *cap.*4. *num.*36. Bonacina *in tractatibus varius, tractat. ſeu diſputatione* 4. *puncto* 5. *num.* 15. Trullench. *in Decalog. parte* 2. *libro* 7. *cap.* 1. *dubio* 6. *num.*10. Tamburinus *de iure Abb. parte* 3. *diſputatione* 21. *num.* 16. Auguſtinus Barboſa *de iure vniuerſ. Eccleſ. parte* 2. *libro* 3. *cap.* 17. Dicit enim Sopranus *dicto num.*36. Et poſt eum ſcripſere alij, modo allegati, quod filius illegitimus poteſt tuta conſcientia accipere ſibi ex patris beneficiarij bonis Eccleſiaſticis neceſſaria ad alimenta; & quod Cameræ Apoſtolica tenetur conſulere, ſeu prouidere de ſpolio ſeu ex bonis patris quæ per ſpolium acquiſiuit, & Sopranus allegat Nauarrum *de ſpoliis, dicto* §. *vltimo*, vbi tamen *numero* 9. 10. *&* 11. tantum dicit, quod Clerici poſſunt, & debent filias ſuas etiam ſpurias alere, & dotare etiam de redditibus Eccleſiaſticis, quia iure naturali eas alere, & dotare tenentur, ſi illæ aliunde non habent, quo ſe poſſint alere, & dotare: Hanc eamdem aſſertionem habet Lucidorus *de illegitim. Clericorum, cap.*19. *numero* 21. Ratio deducitur ex traditis *hoc eodem* §. *primo, & ſequenti*, cum enim pater beneficiarius non habens alia bona temporalia præter redditus, & fructus Eccleſiaſticos, vel bona ex iiſdem redditibus ſeu fructibus comparata, ſeu empta teneretur, & debuiſſet ex eiſdem redditibus, & bonis Eccleſiaſticis filiabus prouidere de alimentis, & dotibus, ac proinde eadem bona eſſent obnoxia præfato oneri, ſeu obligationi alimentorum, & dotium iuxta tradita *ſuprà hoc capite, num.* 7. 8. 9. *&* 10. Hæc eodem onere affecta tranſeunt ad Cameram Apoſtolicam. Præterea ſicut Fiſcus capiens omnia bona rei condemnati tenetur ad præſtandum legitimam, alimenta, & dotes filiis, & filiabus condemnati, quia cenſetur veluti hæres, & ſucceſſor vniuerſalis, vt notatum eſt *ſuprà hoc capite, numero* 66. *&* 67. ita etiam Camera Apoſtolica per ſpolium capiens omnes redditus, & fructus Eccleſiaſticos, & alia bona ex eiſdem fructibus empta, quorum dominium, & liberam diſpoſitionem, ſaltem pro neceſſariis ſibi, & ſuis, & in vſus pios habebat beneficiarius, tenetur de alimentis, & dotibus prouidere filiis, & filiabus egenis eiuſdem beneficiarij defuncti, qui non reliquit alia bona temporalia, cum in hoc caſu non minus quàm Fiſcus cenſeatur Camera Apoſtolica veluti hæres, & ſucceſſor vniuerſalis beneficiarij defuncti. Tertiò Camera Apoſtolica ex bonis beneficiarij Eccleſiaſticis, ſpolio captis, & acquiſitis, quando non ſubſint alia bona temporalia eiuſdem beneficiarij defuncti, tenetur ſoluere alia eiuſdem beneficiarij debita, & ſatisfacere eius creditoribus: Nam cum beneficiarius viuens habeat dominium, vel ſaltem liberam adminiſtrationem, & diſpoſitionem reddit; uum, & prouentuum Eccleſiaſticorum, quos ex beneficio Eccleſiaſtico percipit, vt tradunt communiter Doctores, poteſt eos diſtrahere, & obligare validè, & licitè (excepto ſi de illis diſponit in vſus turpes, vel merè prophanos, quia tunc non poteſt licitè) præfatos redditus, & fructus ex beneficio Eccleſiaſtico, & bona ex iiſdem fructibus à ſe comparata, ac proinde creditores, cum quibus contrahit, acquirunt ius ad illos fructus, illaque bona, & poſſunt cogere beneficiarium, vt ex illis ſibi ſatisfaciat, ſicut ipſe poteſt, & tenetur debita ſua etiam inuitè contracta, ſi alios patrimoniales non habet, ſoluere ex redditibus beneficij ſui, vt tradunt Nauarrus *de redditibus, quæſt.* 1. *monito* 52. *numero* 4. *& quæſt.* 2. *monito* 26. *numero* 4. ergo etiam Camera Apoſtolica ad quam per ſpolium deuoluuntur iidem fructus, & bona illa Eccleſiaſtica beneficiarij debitoris, tenetur illius debita ſoluere, & creditoribus ex iiſdem bonis beneficiarij defuncti debitoris ſpolio ſubiectis ſatisfacere, & aſſerere contrarium continet apertiſſimam iniquitatem, iniuſtitiam, nec reperiretur qui vellet contrahere cum Clerico beneficiario ſubiecto ſpolio, qui non haberet alia bona, quàm Eccleſiaſtica, & repugnaret regulæ receptæ, quòd quicunque ſuccedit in commodo, pariter, & in onere ſuccedere debet, *lege ſecundùm naturam* 10. *ff. de reg. iuris, reg. qui ſentit*, §. *de regul. iuris in ſexto*. Sicut ergo Camera Apoſtolica tenetur ſoluere alia debita beneficiarij defuncti ex ſpolio, quod fecit ex eius bonis, quæ ex beneficio Eccleſiaſtico percepta poſſidebat, ita etiam debet ſatisfacere debito, ſeu oneri præſtandi alimenta, & dotes filiis, & filiabus, quo idem beneficiarius viuens erat obſtrictus, & de iiſdem bonis ex Eccleſiaſtico beneficio ad ſe peruenientis illis tenebitur ſatisfacere, & ad quæ bona iidem filij, & filiæ habent ius vti creditores alimentorum, & dotium.

78 Neque obſtat quod ex iiſdem redditibus, & fructibus Eccleſiaſticis, & bonis ex iiſdem fructibus à beneficiario comparatis per ſpolium ad ſe peruenientis Camera Apoſtolica non teneatur filiis beneficiarij defuncti legitimis ſoluere legitimam portionem. Quia diuerſa ratio eſt legitimæ, & alimentorum, ac dotis: Nam legitima non debetur ei, qui non poteſt ſuccedere ab inteſtato, & portio eorum, quæ quis ab inteſtato habere debet, ſeu erat habiturus, vt poſt alios communiter Merlinus *de leg. lib.* 1. *tit.* 1. *quæſt.* 1. *num.*2. Ludouiſius *deciſ.* 135. *num.* 6. *ibidem*. Oliuerius Beltraminus *litera B.* Item Rota Romana *deciſ.*368. *nu.* 19. *p.* 4. *recent. & eſt deciſ.*62. ex iis quæ habentur poſt tractatum Merlini *de legitima*. (Quæ tamen ponit nonnullas fallentias, quas & notant Beltraminus *d. litera B.* & Merlinus *dicta quæſt.* 1. *numero* 18. non facientes tamen ad rem præſentem) & conſequenter cùm filij beneficiarij ſubiecti ſpolio nequeant ab inteſtato ſuccedere in bonis ex beneficio à patre acquiſitis, neque etiam ex teſtamento, ſecluſo indulto pontificio de illis bonis teſtandi, vel quod in illis poſſint ſuccedere hæredes patris beneficiarij illi ab inteſtato ſucceſſuri, (de cuius indulti intellectu Stephanus Gratianus *diſcept. for. tom.*3. *cap.*558. *numero* 41. *&* 42. Caſtillo *de interpr. & coniect. vlt. volunt. tomo* 2. *cap.* 113. *numero* 34. Bonacina *de contract. diſput.*3. *quæſt. vltima, parte* 5. *numero* 19. An ſcilicet eo ipſo, quod ſummus Pontifex conceſſit Beneficiario facultatem teſtandi, & diſponendi de illis bonis, etiamſi non diſpoſuerit, nec teſtatus ſit, tranſeant ad eius ſucceſſores ab inteſtato) at verò alimenta, & dotes non ſolùm ab inteſtato, ſed etiam inuito & prohibente patre (vt conſtat ex traditis *cap.*4.) debentur ex bonis eius, & ex quibus præfato oneri alimentorum, & dotim poterat, & debebat ſatisfacere.

79 Quod autem dictum eſt de Camera Apoſtolica, idem ob eaſdem rationes dicendum de Eccleſia, vel monaſterio, ſeu religione, quæ ex iuris communis diſpoſitione ſuccederet clerico, vel regulari beneficiario defuncto in præfatis bonis Eccleſiaſticis ex beneficio à clerico, vel regulari acquiſitis, de quibus in vita poterat liberè diſponere, eaq; obligare, tenebitur enim Eccleſia ex illis bonis alere, & dotare filios, & filias eiuſdē clerici, vel regularis pauperes, etiā ſpurios, & ſpurias

quos, quaſque idem Clericus, vel Regulatis alere, & dotare de iiſdem bonis (cum alia bona temporalia non baberet) tenebatur, & debebat.

Camera Apoſtolica, vel Eccleſia, aut religio an iuxta dignitatem, & ſtatum alere, & dotare teneatur filios, & filias beneficiarij ex fructibus, & bonis Eccleſiaſticis, à Beneficiario acquiſitis, & ad ipſam Cameram, &c. peruentis.

80 Vtrùm verò Camera Apoſtollca, Eccleſia, vel religio teneatur filiabus etiam ſpuriis clerici, vel regularis vel beneficiarij, in cuius bonis, quæ ex beneficio Eccleſiaſtico perceperat, & poſſidebat ſucceſſit, alimenta præſtare, & dotem dare, & conſtituete teneatur iuxta conditionem, & qualitatem ſtatus, & dignitatis tum ipſius Beneficiarij defuncti, tum ipſarum filiarum, ſiue legitimarum, ſiue illegitimarom etiam ſpuriarum, an verò teneatur ſolùm ad dandum alimenta ſimpliciter, & præciſè neceſſaria ad vitæ ſuſtentationem, & dotem eiſdem alimentis correſpondentem? Reſpondetur, quod cum pater teneatur filiabus etiam illegitimis, & ſpuriis præſtare alimenta, & dotes iuxta qualitatem præſentis ſtatus, & dignitatis eiuſdem patris, & filiarum, tam naturalium, & ſpuriarum, quàm legitimarum habitâ ratione facultatum perſonarum, & moris ſeu conſuetudinis patriæ, vt conſtat ex traditis *ſuprà cap.* 4. *num.* 178. 179. 197. 198. 199. & onus patris Beneficiarij alendi, & dotandi tranſrar in Cameram Apoſtolicam, & Eccleſiam, vel religionem, tenebitur Camera, vel Eccleſia, aut religio eiſdem filiabus patris beneficiarij, egenis, & aliundè non habentibus præſtare alimenta, & dotes iuxta qualitatem ſtatus, & dignitatis patris, & filiarum, habitâ ratione moris patriæ, & bonorum ſpolij. Addo ſic prouideri earundem filiarum honeſtati, & honori, non alia via.

81 Et ad confirmationem præfatæ reſponſionis facit Doctrina magis communiter recepta apud Theologos, & Canoniſtas: Quod Clericus beneficiarius, ſiue habeat dominium redituum, & fructuum, quos percipit ex Eccleſiaſtico beneficio, ſiue tantum adminiſtrationem, & teneatur fructus beneficij ſuæ honeſtæ ſuſtentationi iuxta illius ſtatum, & dignitatem ſuperfluos erogare in vſus pios, ſeu opera pia, & in pauperes, poteſt conſanguineis pauperibus dare competentia alimenta, & dotes (ſi ſint fœminæ nubiles) non ſolum iuxta indigentiam naturæ, ſed etiam iuxta decentiam ſtatus, & conditionis eorumdem conſanguineorum, ita S. Thomas 2. 2. *quæſt.* 185. *art.* 2. *ad* 2. Alexander de Ales 3. *p. qu.* 36. *membro* 5. *art.* 2. D. Antoninus 3. *p. tit.* 15. *cap.* 1. §. 11. Caietanus 2. 2. *qu.* 43. *art.* 8. *& in ſumma, verbo Beneficium* 2. Maior *in* 4. *d.* 24. *q.* 19. Summiſtæ verbo, Clericus, Nauarrus *de redditibus, q.* 1. *n.* 66. *&* 67. *nunc monito* 27. *n.* 3. *&* 4. & in Apologia *de redditibus, q.* 1. *monito* 77. *nu.* 4. *&* 5. Molina *de Iuſt. tract.* 2. *q.* 146. *verſ. Solum ſupereſt*, & alij communiter: Quia huiuſmodi erogatio redituum Eccleſiaſticorum etiam ad decentem ſtatum eſt opus pium: Nam non ſolum qui eget neceſſariis ad vitam præciſè ſuſtentandam, ſed etiam qui eget ad ſe decenter pro ſua qualitate & dignitate ſuſtentandum dicitur pauper, vt notarunt Caietanus *d. art.* 8. Nauarrus *d. monito* 27. *n.* 4. & Molina *loco citato*, & latius aliis relatis ego ipſe tradidi *tom.* 2. *mor. var. tit.* 12. *nu.* 258. *&* 261. Ac proinde Clerici, & Prælati habentes beneficia Eccleſiaſtica, de redditibus, & fructibus eorum beneficiorum Eccleſiaſticorum etiam propriæ decenti ſuſtentationi ſuperfluis Eleemoſynaliter poſſunt diſtribuere, & erogare ſuis conſanguineis, ſicut, & cæteris pauperibus extraneis, alimenta, & dotes iuxta decentiam, & conuenientiam ſui ſtatus, ſi aliunde non habent, quoad decentiam, & conuenientiam ſtatus ſe ſe poſſint alere, & dotare.

82 Et ſtatus conſanguineorum Clerici, ſeu Prælati beneficiarij non eſt attendendus ille, quem conſanguinei Clerici, & Prælati beneficiarij habebant ante illius promotionem ad gradum, & Prælaturam, ſed quem habent poſt illius promotionem, vt notat, & explicat Nauarrus *de redditibus, d. q.* 1. *citato mon.* 27. *num.* 4. Siquidem dignitas, ad quam promouetur quis aliàs non clari generis, efficit, vt creſcat ſtatus eorum, qui illius cognati ſunt, vt *ibidem* Nauarrus, & ſic ſi promouetur Clericus ad dignitatem Canonicatus, vel Epiſcopatus, qui infimæ ſortis erat, tunc conſanguinei, & conſanguineæ eius, quæ etiam infimæ ſortis erant; ex eo quod eorum, earumve conſanguineus ad eam dignitatem deuenerit, ad altiorem ſtatum extolluntur, & illorum ſtatus aliquatum creſcit, & à prudentibus, & religioſis viris habentur in maiori æſtimatione: Quare Canonicus, vel Epiſcopus conſanguineos ex redditibus beneficij conſanguineos, vel conſanguineas pauperes alere, & dotare poteſt non ſolùm ſecundùm ſtatum, quem habebant antequam ipſe dignitatem obtineret, ſed etiam ſecundùm ſtatum, quem acquiſierunt eo quod ipſe dignitatem conſecutus ſit, vt Nauarrus *d. num.* 4. & ratio eſt, quidquid illis plus exhibetur, ad totum eſt iuxta ſtatutum præſentem; quem ex propinquitate cum adeo magno viro habent, quidquid autem confertur iuxta ſtatum perſonæ, id totum, & pium eſt, & eleemoſynæ opus, vt notatum eſt *num. præcedenti*, & latè tradidi *d. tit.* 12. *allegatis numeris* 258. *&* 261. nam abſolutè indiget, qui iuxta ſui ſtatus decentiam indiget. Addo ſpectare ad decentem ſtatum etiam ipſius Prælati, & Epiſcopi habere conſanguineos, qui deceant Epiſcopum, in quo ſtatu eos poſſit conſeruare.

§. VII.

Donatarius omnium bonorum paternorum an teneatur, & cogi poſſit dotare filias donatoris legitimas, & illegitimas, etiam ſpurias, quas idem pater tenetur aut tenebatur dotare.

83 SI pater titulo lucratiuo alienaſſet omnia bona malitioſè, & in fraudem, ſeu ad fraudandum filias in dotibus, certum eſt donatarium teneri, & cogi poſſe ad dotandum filias Donatoris, vt expreſsè Coſta *de remed. ſubſid. remed.* 67. *n.* 2. *verſ. Vnus*, & Gaſpar Ant. Theſaurus *quæſt. for. l.* 2. *q.* 67. *nu.* 8. cùm etiam ſucceſſor ſingularis bonorum paternorum titulo oneroſo, puta emptor, ſi alienatio ſit facta in fraudem dotium filiarum venditoris, teneatur & cogi poſſit ad illas dotandas, vt probatur *infra* §. *ſequenti*.

Si etiam alienatio bonorum paternorum titulo merè lucratiuo à patre obligato filias dotare, ſit facta: Reſpondetur donatarium teneri, & cogi poſſe ſaltem officio iudicis dotare filias donatoris tam legitimas, quàm illegitimas etiam ſpurias. Pro hac reſponſione ſtat cõmunis ſententia Doctorum, aſſerentium Donatarium omnium bonorum paternorum (licèt aduerſus eum non detur actio perſonalis, nec præciſè cogi poſſit ad alendum filias donatoris) ſi recuſet alere officio iudicis (quod impertitur contra tertium poſſeſſorem *l. quando*, §. *is autem*, *ff. de edendo*, & alios allegans Gaſpar Ant. Theſaurus *d. quæſt.* 67. *n.* 19.) poſſe, & debere cogi alere filios legitimos, & illegitimos donatoris pauperes, quos Doctores latè refero *in præcedenti parte de alimentor.*

*tor. oblig. c.7. n.*487. Quare probatur reſponſio. Nam Donatarius omnium bonorum paternorum tenetur, & cogi poteſt, & debet officio Iudicis, alere filios donatoris pauperes, eo quod alimentorum præſtatio, ex æquitate naturali procedat, in qua æquitate fundatur officium Iudicis, & ratione eiuſdem æquitatis in materia alimentorum eſt latiſſimum (vt *d.n.*482. latè explicatur,) ac proinde contra donatarium omnium bonorum paternorum poſſeſſorem, licet eſto non detur actio perſonalis propria, nec actio ſeu ius in re, debet dari actio officio iudicis pro præſtandis alimentis filiis donatoris pauperibus, & aliunde non habentibus, vt tradunt Doctores à me, *dict.n.*481. allegati, quibus adde Couarruuiam *de ſponſ. 2. p.cap.*8.§.6. *num.*14. Paleotum *de Nothis cap.*31. *num.* 10. Ludou. Molinam *de primog. lib.*2.*cap.*15. *num.*43. & Ioan. Lupi *de illegitim. comm.*1.§.2. *num.*27. *verſ. idem cum pater :* Ergo idem donatarius omnium bonorum paternorum tenetur, & cogi poteſt etiam dotare filias donatoris ; cùm dotis filiabus dandæ obligatio, & præſtatio pariter præcedat, & fundetur in æquitate naturali, vt *ſuprà cap.*4. notatum eſt ; & alimenta, ac dos parificentur, nec minus fauoris inſit doti, quàm alimentis ; imò plus fauoris inſit doti, quæ habet iunctam cauſam alimentorum, & vltra bonum pudicitiæ conſeruandæ, & bonum publicum ob prolis procreationem ; vt pariter *eodem capite* 4. notatum eſt, & tradit Coſta *d. remedio* 67. *num.*6. Præterea probatur eadem reſponſio, quia jus dotis paſſiuum ex parte patris, quo tenetur dotare filias, non eſt mere perſonale, ſed onus reale bona paterna afficiens, ſeu illis inhærens iuxta Doctores magis communiter (vt conſtat ex traditis *ſuprà hoc capite num.*8. *& 9.*) & conſequenter tranſiens ad hæredem, & ſucceſſorem vniuerſalem patris titulo lucratiuo, vt *ſuprà dictis num.*8. *& 9. & in præcedentibus paragraphis* dictum eſt, ergo tranſit in donatarium omnium bonorum, qui titulo lucratiuo ſicut, & hæres, & quilibet alius ſucceſſor vniuerſalis defuncti ſuccedit in omnibus bonis paternis. Et dato etiam quod jus dotis paſſiuum præſtandi dotem ex parte patris ſit perſonale, tamen tranſit ad patris hæredes, & ſucceſſores vniuerſales titulo lucratiuo, vt notatum eſt, *ſuprà hoc capite num.* 7. & conſtat ex traditis de obligatione primogeniti, monaſterij, & fiſci dotandi filias inſtitutoris, Religioſi profeſſi, & Rei condemnati, & ſic etiam ad donatarium omnium bonorum paternorum. Denique confirmatur eadem reſponſio ex Doctrina communi Iuriſperitorum (de qua Merlinus *de legitima lib.*2.*tit.*1.*quæſt.*18.*num.*1. *& ſeq.* cum aliis, quod ex bonis patris donatione, & alio titulo lucratiuo alienatis deducitur legitima & quoad dotem ita docent Curtius jun. *in auth. res quæ, Cod. com. de legat. & l. final. n.*261. *Cod. de pact.* & Oddus *de fideicommiſſis quæſt.*38. *art.*4. *in fine*, dicentes quod quando pater fecit donationem omnium bonorum præſentium, & futurorum, vel fratri, vel agnato ſuo & mortuus eſt, donatarius tenetur dotem congruam aſſignare filiabus donatoris ex æquitate, *d. auth. res quæ* de quo *infrà capite* 15. præſertim *num.*181. Hinc ſicut pater tenetur dotare filiam legitimam licet diuitem, ita etiam donatarius bonorum omnium paternorum tenetur dotare filias legitimas donatoris, quamvis habeant aliunde, quo poſſint ſibi dotem congruam conſtituere, vel ſi extraneus, vel maritus dotauerit ; filias verò illegitimas ſiue naturales, ſiue ſpurias diuites habentes, vnde poſſint dotari non tenetur donatarius dotare, ſicut nec tenetur pater ; vt *cap.*4. probatum eſt.

§. VIII.

Filiabus tam legitimis, quam illegitimis an pro dote competat, ſeu detur tacita hypotheca, in bonis patris tranſeuntibus ad illorum poſſeſſorem titulo oneroſo, ita vt onus dotandi filias tranſeat etiam in ſingularem ſucceſſorem, qui titulo oneroſo nempe ſingularis emptionis, aut alio oneroſo contractu bona patris obtinuit, & poſſidet.

PRo ſententia affirmatiua ſtant Caſtrenſis *conſ.* 8. 84
*vol.*2. Durant. *de arte teſtandi tit.*3. *de liber. inſtituendis caut.*17. *num.*7. & à me *in præcedenti parte de alimentorum obligatione cap.*8. *num.*483. *relati*, aſſerentes onus alendi alios tranſire in ſingularem ſucceſſorem bona patris titulo emptionis, vel alio oneroſo poſſidentem, & Durantes expreſsè ait etiam pro dotibus filiarum bona præfata remanere hypothecata : Pro hac eadem ſententia videri poteſt ſtare Doctores *ſuprà hoc capite num.* 9. allegat. tenentes onus patris dotandi filias eſſe reale onus inhærens illius bonis, vt obnoxiis obligationi eaſdem illas dotandi.

Verum contraria ſententia, quod abſolutè ſeu regu- 85
lariter loquendo filiabus non competat tacita hypotheca in bonis patris, atque onus illas dotandi non tranſeat in ſingularem ſucceſſorem bonorum patris, qui patris bona titulo emptionis, ſimiliſve contractus oneroſi acquiſiuit, & poſſidet, eſt communis Iuriſperitorum, & Theologorum. Ita Neguſantius *de pignoribus in 4. membro 4. partis n.*164. *verſ. vigeſimus tertius caſus*, Couarruuias *in cap. Raynutius* §.10.*n.*8. *de teſtam. & de ſponſ. p.*2. *cap.*8.§.6.*n.*14. Io. Lupi *de illegitim. d. comm.*1.§.2.*n.*29. Surdus *de alim. tit.*8. *priuil.*51. *num.*2. Iacobus Caneerius *var. reſol. p.*3.*cap.*21.*n.*224. Fontanella *de pactis nupt. clauſ.*5.*Gloſſ.*1.*p.*1.*n.*19. Peregrinus *loco citato ſuprà cap.*4. *num.*19. Coſta *de remediis ſubſid.* alios allegans *remed.* 67. *n.*1. & innumeri alij à me *in præfata præcedenti parte de alimentorum obligat. & d.c.*7. *n.*484. relati, negantes filios pro alimentis competere tacitam hypothecam in bonis patris, proinde onus illos alendi non tranſire in ſingularem ſucceſſorem bonorum patris titulo oneroſo. Ratio huius communis ſententiæ adducta eſt *in d. præcedenti parte allegato c.*7. *citato num.*484. & ſuperius *cap.*4. *num.* 10. *&* 19. ſcilicet, quia nulla lege probatur ius hypothecæ filiis, & filiabus competere in bonis patris pro alimentis, & dotibus, nam quamvis pater iure naturali, & poſitiuo ciuili teneatur alere filios pauperes, & dotare filias, nihilominus vtroque iure naturali, & poſitiuo habet bonorum ſuorum liberam adminiſtrationem, & viuens poteſt illa alienare, vendere, & in quoſcumque vſus valide prodigere, dummodo in fraudem legis *(vt infra)* non alienet, & prodigat. *l. Imperator. ff. ad Trebellianum*, & omnes Doctor. præallegati & allegati *d.c.*7. *n.*484. Quare, licet pater ære alieno ingenti detineretur tametſi contracto ex dilapidatione, & male vtendo bonis, ad fauorem filiorum, & filiarum priuſquam ſatisfieret creditoribus non forent deducenda alimenta, & dotes (quid ſecus tenuerint Caſtrenſis, Durantes *locis n. præcedenti allegatis*, Decius, Becius, & Lupus *locis* à me *d. cap.*7.*n.* 483. *relatis*, quos ad id refert Merlinus *de legitima lib. tit.*3.*q.*6. *in fine*, addens ita in facto Forliuij iudicatum fuiſſe] niſi æs alienum à patre doloſe, & in fraudem eſſet contractum iuxta mox tradenda. Et ſic creditores patris hypothecarios præferri filiis, & filiabus pro alimentis, & dote agentibus tradit Salgado *in Labyrintho parte* 1.*cap.*24.*n.*89. vti communem opinionem,

eo quod filij pro alimentis, & etiam filiæ pro dote nondum à patre promiſſa, & conſtituta habeant (inquit) ſolam actionem perſonalem ad conſequendum alimenta, & dotem. Quamvis etiam Surdus *de alimentis tit.*1. *quæſt.*50. *num.*2. dicat ſucceſſorem bonorum patris titulo oneroſo, ſi poſſideat omnia patris bona vel maiorem partem teneri, & cogi poſſe officio iudicis ad alimenta, & ſic etiam ad dotes erga filios inopes, & filias, eo quod contra huiuſmodi ſucceſſorem videatur militare eadem naturalis æquitas, quam *præcedenti paragrapho* probatum eſt habere locum contra Donatarium omnium bonorum patris; Nihilominus hoc Surdi dictum (*vt dicto cap.*7. *num.* 486.) refutat Gaſpar Ant. *Theſ. qq. for. lib.*2. *quæſt.*67. *num.* 10. Quia ſi eſſet verum, etiam pro legitima ad filios competeret actio contra emptores, & alios creditores, quod negant Peregrinus *deciſione* 95. & communiter Doctores, quos referunt, & ſequuntur Merlinus *de legitim. lib.*2. *titul.* 1. *quæſt.* 18. *numero* 5. & Stephan. Gratianus *diſcept. for. tom.*2. *capite* 3. & nunquam fuiſſe obſeruandum ſub prætextu huius æquitatis, ait *loco citato* Theſaurus. An verò debeat admitti dictum Surdi, Si emptores ſeu creditores nouiſſent malum patris vſum, explicatur *infra* Procederet certe dictum Surdi, ſi alienatio bonorum à patre fuiſſet facta minori pretio, tunc filiæ, & filio competeret ius habendi dotem, & reuocandi pro legitima in eo, quod res alienatæ, vel res alienata etiam titulo oneroſo in plus valerent, ſeu valeret, ſi non extent aliena bona patris, vt poſt Cynum, & Alexandrum & plures alios notauit Merlinus *d. q.* 18. *numero* 10. Quia in eo, quod res plus valet, dicitur alienatio lucratiua, & donatio, vnde ſi res eſſet vendita pro centum, & valeret centum quinquaginta eſſet obnoxia oneri dotis, & legitimæ in ſubſidium ſcilicet, ſi alia bona paterna non extent.

Caſus, in quibus filiæ pro dote conſequenda competat actio contra tertium poſſeſſorem bonorum patris titulo oneroſo.

Porro in propoſitione ſupradictæ ſententiæ communis dixi, abſolutè, ſeu regulariter, nam ſunt nonnulli caſus in quibus patris bona filiæ habent tacitè hypothecam, vel in ea actionem pro ſuis dotibus contra eorumdem paternorum bonorum poſſeſſorem etiam titulo oneroſo.

86 Primus caſus eſt, ſi pater alienaſſet bona fictè, vel in fraudem ſeu ad fraudandum filias in dotibus, vt ſi finxiſſet vendere, & confeſſus ſit recepiſſe pretium, quod non recepit (quo caſu alienatio eſt imaginaria, & nulla, nec confirmatur iuramento, vt tradit Suarez de Paz *in praxi tom.* 3. §. 3. *numero* 5. & 6.) vel ſi ad fraudandum filias dote pater bona alienaſſet etiam iuſto pretio nihil penes ſe retinens vel relinquens, quo filiabus dotium creditricibus poſſet ſatisfieri, & emptores forent fraudi participes. Hoc enim caſu alienationem non præiudicare filiabus quoad dotem, ſicut nec filiis quoad alimenta, & legitimam tradunt Surdus *de alimentis tit.* 1. *q.*50. *num.*3. Merlinus *de legitima libro* 5. *titul.* 3. *quæſt.*6. *num.*24. & 25. Ant. Theſaurus *deciſ.*211. *numero* 11. Ioan. Lup. *de illegit. d. com.*1. §.2. *num.*29. *verſ. verum.* Fontanella *dicto part.* 1. *num.*120. Cancerius *loco num. præcedenti allegato*, Coſta *de remed. ſubſid. remed.* 67. *numero* 2. *verſic. ſecundus caſus*, Lucidorus *de illegitim. cleric. cap.*19. *num.*1. & plures alij, à Merlino, & Ioanne Lupo relati. Et hoc caſu alienationis à patre factæ in fraudem, ad conſequendam dotem competere filiabus contra tertios poſſeſſores actionem hypothecariam tradit *loco citato* Theſaurus; Coſta vero Merlinus, Fontanella, & Ioannes Lupi alios allegans aiunt, licet non daretur actio hypothecaria, competeret tamen iiſdem filiabus, & filiis actio reuocatoria, Caluiſiana, vel Fauiana ad reuocandum bona alienata, pro recuperandis dotibus alimentis, & legitima; Quæ duæ actiones competunt filiis, quando bona à patre extant alienata in fraudem filiarum *l.* 1. *C. de inoffic. donationibus, & l.*1. *C. de inoffic. dotibus*; de quibus actionibus reuocatoriis Caluiſiana, & Fauiana, ac etiam Pauliana (quæ datur ad reuocandam alienationem in fraudem creditorum factam §. *item ſi quis in fraudem, inſtitut. de actionibus ibidem* Myſingerus, Suarez *d.* §.3. & alij ab eo allegati. Quia actionem reuocatoriam comprehendentem Paulianam, Caluiſianam, & Fauianam eſſe in rem ſcriptam iuxta communiter ſcribentes tradit Suarez de Paz *d.* §.3. initio, dicitque eam inter reales actiones prætorias Iuſtinianum immiſcuiſſe *d.* §. *item ſi quis in fraudem*, non quod ſit realis, ſed propter ſimilitudinem, quam habet cum actione Publicana reali prætoria, nam ſicut per reſciſſoriam valida reſcinditur, ita per reuocatoriam traditio rei in fraudem alicuius facta quæ valida erat, reuocatur.

An vero etiam in caſu, quo pater ſine intentione 87
fraudis prodigè & luxurioſè ſeu male viuendo, vel alitet male illis vtendo dilapidiſſet, & titulo oneroſo alienaſſet omnia bona, ad fauorem filiorum, & filiarum danda eſſet actio contra tertios poſſeſſores ad conſequendum alimenta, & dotes, & ſimiliter ſi pater ære ingenti granatus eſſet ob talem dilapidationem, filij & filiæ quoad deductionem alimentorum, & dotium præferri debeant creditoribus dilapidatoris, quibus male viuendo bona, & ſe obligaſſet. Affirmarunt Surdus *d. q.*50. *n.*5. & Merlinus *d. q.*6. *n.* 26. vbi teſtatur ita in facto in huiuſmodi caſibus contra creditores Forliuij iudicatum fuiſſe, vt *ſuprà n.*85. dictum eſt. Negat vero Lucidorus *d. cap.*19. *n.*2. dicens ſe nunquam audiſſe opinionem Surdi, & Merlini in iudiciis practicari: At ego *in d. præced. parte de alim. obligatione citato cap.*7. *n.*487. dixi, & nunc confirmo, & Merlini opinionem eſſe maxime conformem æquitati, & ſeruandam in iudicando, ſi emptores, vel creditores, dum à patre dilapidante, & male vtente bonis & pecunia ex bonis venditis vel hypothecatis retracta, emerunt bona, vel contraxerunt, ſeu mutuo dederunt pecuniam, nouiſſent malum patris vſum, vel eum fore male vſurum pecunia, cum euidenti, & vrgenti titulo defectus dotium & alimentorum filiis, & filiabus neceſſariorum & ita videtur ſentire Coſta *citato loco.* Huius autem ratio eſt, quia cùm in his duobus caſibus nec pater, nec emptores, aut pecuniam dantes patri dilapidatori, ſibi ipſis noto, vt tali excuſentur à culpa de his caſibus ſicut de alio caſu alienationis in fraudem legis iudicandum videtur; & conuenit, quod culpa emptorum, & creditorum, ob datam pecuniam illos efficiat deterioris conditionis ad fraudem filiorum, & filiarum non exiſtentibus aliis patris bonis, vel liberis.

Secundus caſus eſt, ſi dos ſit legata; nam pro 88
ea conſequenda competit in bonis legantis actio in rem, hypotheca legalis generaliter pro conſequendis legatis, & fideicommiſſis inducta *lege prima & ſecunda Codice communia de legatis*) vbi legatariis pro conſequendis legatis conceditur hypotheca, & actio in rem, de quo poſt alios Peregrin. *de fideicom. art.* 46. *num.*147. & 149.) ita Coſta *de remed. ſubſid. d. rem.* 67. *num.*1. & Io. Lupi *de illegitim. comm.* 1. *d.* §.2. *n.* 29. *verſ. quod magis.* apud quem Paulus Caſtr. *conſ.*80. *lib.*1. Decius *conſ.*376. *n.*2. Ioannes Lupus *in c. per veſtras* §.23. *num.*16. *de donat. inter vir. & vxor.* & Becius *conſ.*8. *n.*7. & ita filiæ, ſeu mulieri legatariæ

pro

pro dote legata competit actio contra tertios poſſeſſores legantis etiam titulo oneroſo in ſubſidium, ſi hæredes legantis non ſint idonei ad ſoluendum legatum dotis.

89 Tertius caſus eſt, ſi certa bona fuiſſent pro dote aſſignata, tali enim caſu filiæ competeret tacita hypotheca ſpecialis, ſeu talia bona pro dote remanent ſpecialiter tacitæ hypothecæ ſubiecta, obligatioque illa dotis ſequitur quemcumque poſſeſſorem illorum bonorum, ita Doctores communiter, Bartholus *in l. Lucius, ff. de alimem. & cibariis legat.* Romanus *conſ.* 388. Gigas *de penſionibus, q.* 51. Ioan. Lup. *loco ſuprà allegato*, Azo, Guido Papa, Couarruuias, Surdus, Gaſpar Ant. Theſaurus, Giurba, Steph. Gratianus, Salgado *locis allegatis à me in præced. parte de alim. oblig. allegato c.7. n.*483. & allegati ab iis, & à Ioanne Lup. *loco citato*, & colligitur ex *dict. l. Lucius.*

90 Quartus caſus eſt, quando filia eſt nupta cum dotis promiſſione à patre facta, nam tunc bona patris manent tacitè hypothecata, & obligata pro dote, licet in promiſſione nulla facta eſſet hypothecæ mentio, vt *ſuprà c.2. n.* 108. & tradunt Baldus Nouellus *de dote p.6. priuil.7. n.1. & p.12. num.* 8. & Coſta *d. remed.67. num.3. verſic. vnus quando*, ac proinde, & viuente patre effecto non ſoluendo, & eo mortuo, ſi eius hæres pariter non ſit ſoluendo, in ſubſidium agitur contra tertios poſſeſſores, Bald. Nouellus, & Coſta *locis citatis*, ac Vrſillus alios allegans *annotatione ad deciſ.*162. Afflicti *num.*21.

91 Quintus caſus eſt, quando ſtatuto, vel conſuetudine cautum eſſet, aut vigeret conſtitutio, quod ſuper bonis patris filia haberet paragium, aut de bonis patris filia dotaretur, & poſt obitum patris fratres conſumpſiſſent omnia bona, tunc in ſubſidium contra tertios poſſeſſores ſororem agere poſſe ad dotem conſequendam tradunt Afflictus *d. dec.*162. *ibidem* Vrſillus *d. n.*1. Craneta *conſ.*109. *n.*5. Grammaticus *deciſ.*90. Decius *conſ.* 63. (quos *ibid.* refert Vrſillus) Viuius poſt Andream de Iſernia *dec.*185. *n.7. l.*2. Vinc. de Franchis *dec.*374. *n.*5. *in fine p.*2. Coſta *d. remed.67. n.2. verſ. vlt. eſt*, & Roland. à Valle *conſ.*65. *vol.*1. relatus à Coſta. Probat idem Coſta, quia ſorori competit condictio ex lege ſeu ſtatuto condictio autem ex lege, vel ſtatuto, vel ex morib. licet ſit perſonalis, eſt tamen perſonalis in rem ſcripta (vt tradunt Coſta *d. remed.67. n.*3. Bald. *in auth. presbyteros, Cod. de Epiſc. & clericis* Peregrinus *de fideicom. art.*36. *n.* 53. Merlinus *de legitima lib.5. tit.4. q.1. n.*2. & alij communiter à Peregrino, & Merlino *ibidem* relati) ac proinde afficit tertios poſſeſſores, & contra quoſcumque poteſt exerceri in ſubſidium tamen, vt Peregrinus, Coſta, Craneta, & Roland. *locis citatis.* Procedit traditio huius caſus, etiamſi filiæ ſeu ſorori neq; à patre, neq; à fratre dotatæ maritus erga eam ob pulchritudinem, vel nobilitatem valde affectus conſtituiſſet dotem de ſuo, etenim adhuc eidem ſorori à fratre de bonis paternis debet dos dari, vt *ſuprà hoc cap. n.39. in fine* notatum eſt, & tradunt expreſsè Vincentius de Franchis, & Coſta *locis ibid. allegatis.* Etiam pro legitima (pro qua non competere filiis hypothecam, ſeu hypothecariam actionem contra tertios poſſeſſores bonorum patris tradunt *locis allegatis* Afflictus, Vrſillus, Peregrinus, Vincentius de Franchis *d. deciſ.*374. Coſta *d. remed. 67. n.* 4. & Merlinus *de legit. lib.5. tit.4. quæſt.1. & 2.* & magis communiter Doctores) filiis contra tertios poſſeſſores dictam condictionem ex lege competere in ſubſidium, ſcilicet vbi non extent alia bona patris præter alienata titulo oneroſo in eoſdem tertios poſſeſſores, tradunt Peregrinus *dict. num.* 153. Afflictus Vincentius de Franchis, & Coſta *locis citatis*, & Merlinus *dict. tit.4. quæſt.5. & quæſt.6.* vbi ait faciendam prius excuſſionem hæredis patris, poſtea legatarij, apud quos ſi nihil reperiatur patris, agatur poſtea contra tertios poſſeſſores.

§. IX.

Quando ſunt plures hæredes defuncti, qui erat debitor dotis, ſcilicet tenebatur dotem dare, ſeu ſoluere, vel acceptam reſtituere; An contra vnumquemque ex ipſis hæredibus poſſit filia, ſeu mulier creditrix agere in ſolidum pro dote, an verò ſolùm pro partibus, ſeu portionibus hæreditariis.

PRæſupponendam eſſe iuris regulam generalem, quod quamvis obligatio oriatur ab vno defuncto, eius hæredes pro rata pro obligatione tantum tenentur, ita quod obligatio defuncti inſolidum tranſit ad hæredes pro portionibus hæreditatis, ſeu perſonales actiones paſſiuæ defuncti inter hæredes ipſo iure diuiduntur pro portionibus hæreditariis, & ſic nullus in ſolidum tenetur, ſed pro eiſdem portionibus dumtaxat vnuſquiſque hæredum conueniri poteſt, & debet *l.1. C. ſi certum petatur & lib.2. C. de hæreditariis actionibus.* Tiraquellus *de retractu, tit.2. §.1. Gloſſa 6. n.*41. Afflictus *dec.*213. *in fine, ibidem* Vrſillus *n.*10. Gaſpar Gabellinus *tract. de diuiduis & indiuiduis p.2. n.*62. Gomez *variis. 2. c.10. n.3. &* 4. Parladorus *quotid. lib.2. cap. fin. p.* 4. §.1. *n.*11. Cæuallos *comm. contr. com. quæſt.76. à num.*9. Vincentius de Franchis *deciſ.* 581. Coſta *de rata port. quæſtio.* 23. *numero* 3. Baldus Nouellus *de dote parte* 8. *priuil.*33. Surdus *deciſ.9. num. 2. &* 3. *ibidem* Hodierna *num.*3. Stephanus Gratianus *deciſ. prouincia Mantuæ* 146. Leotardus *de vſuris quæſtio.94. num.30. &* 34. Salgado *in Labyrintho creditor. p.2. cap.* 11. *num.* 41. *ad* 47. *& capite* 12. *numero* 61. *&* 62. & Auguſtinus Barboſa *collectaneo ad d. l.1. numero* 7. *& collect. ad dict. leg.2. numero primo, & ſecundo*, apud quos alij: cuius rei, ſeu diſpoſitionis legalis ratio aſſignatur ea, quod hæres non repræſentat defunctum, niſi pro quota, in qua hæres, quoad alias autem partes, ſeu portiones extraneus cenſetur Tiraquellus *de retractu lignag.* §. 33. *gl.* 1. *n.* 50. Pinellus *in l.* 1. *Cod. de bonis mater.* & alios allegans, Surdus *d. dec.90. num.*2. Adeo quod regulariter vnus hæredum non poteſt in ſolidum conueniri, etiamſi teſtator defunctus teſtamento, vel contractu iuſſerit, ſeu cauerit, vt onus æris alieni ille vnus ſolus ſuſtineat, & tametſi inter hæredes ipſos conuenerit, vt vnus æs alienum ſuſtineat, nihilominus creditor aduerſus hæredes omnes experiri debet pro toto credito *l. ſeruo legato* 73. §. *ſi teſtator, ff. de legat.*1. *l. filia* §. *ſi pater, ff. famil. erciſc. l. ſi cognatio, Codic. eod. tit. l. pacto ſucceſſorum, Codic. de pactis* Baldus Nouellus *d. priuil.* 33. Gomez *dict. num.*4. Parladorus *dict.* §.1. *n.*12. Surdus *d. deciſ.* 90. *n.*7. Coſta *d. num.* 4. Salgado *dict. cap.*12. *num.* 62. & Cæuallos *dict. q.* 76. *numero* 13. 92

Quin etiam ſi vnus cohæredum efficiatur non ſoluendo, reſue in diuiſione hæreditatis ipſi adiudicatæ, ſeu ad ipſum peruentæ perierint, hoc non onerat alios cohæredes, vt teneantur ſatisfacere, ſaltem quouſque portiones ſuas exhauriant, nec contra eos creditori dabitur actio, ſeu regreſſus vltra ratam debiti ſibi tangentem iuxta portionem hæreditatis quæ ſibi obvenit, ita quod fallimentum hæredis cedit in damnum eiuſdem creditoris, non cohæredum, ita Aretinus *in l.2. §. earum numero ſeptimo, ff. de verb. obligatione, ex præallegatis* Gomez *dict. numer.* 4. Gabellinus *dict. num.* 63. Coſta *dict. numero* 3. Cæuallos *d. q.76. numero* 14. Parladorus *dict.* §.1. *numero* 13. Salgado *dict. cap.* 11. *num.*

num. 42. *& dict. cap.* 12. *numero* 64. Gratianus *dicta deciſ.*146. *num.*5. Leotardus *d.q.*94.*n.*31. Aug. Barboſa *d. Collectaneo ad d.l.* 1. *n.* 7. *Cod. ſi certum petatur*, *& ad d. l.* 2. *num.* 3. *Codic. de heredit. action.* & alij apud Salgadum, & probatur *l. legatorum petitio* 33. *ff. de legat.*2.*l.*3.*ff. de alim. & cibar. legat. & l. fin. Cod. depoſiti.* Hoc verò, quod vno cohæredum affecto non ſoluendo, alter ſiue reliqui non teneantur in ſolidum vſque ad vires partis; ſeu portionis ſeu ſatisfacere creditori defuncti, ſed tantum pro rata debiti ſibi tangente habito reſpectu ad ſuam portionem hæreditatis, an procedat non ſolùm de iure ciuili, ſed etiam in foro conſcientiæ, an verò ſecus dicendum ſit in foro conſcientiæ, ex præallegatis late tractant Gomez *d.cap.*11. *n.*4. & Gaballinus *d. p.*2. *num.*63. *cum pluribus ſequentibus vſque ad num.* 95. *Qui etſi à num.* 68. *ad* 82. plura adducat ad probandum in foro conſcientiæ cohæredem, ſeu cohæredes teneri iuxta vires ſuæ portionis hæreditariæ creditori defuncti ſoluere pro parte cohæredis, qui decoxit, vel alias ſuam bonorum hæreditatis portionem amiſit, & præſertim ſi adhuc ei remaneret notabile lucrum ex hæreditate, nihilominus *n.*82. *&* 83. concludit, & probat diſpoſitionem legis ciuilis in textibus præallegatis diuidentis obligationem, ſeu actiones paſſiuas perſonales defuncti inter hæredes pro portionibus hæreditariis, ſcilicet vt ſicut in ſucceſſione hæreditatis bona diuiduntur inter cohæredes, ita etiam eius obligationes, ſeu actiones paſſiuæ perſonales, & debita pro rata portionis hæreditariæ diuidantur (eo quod rationi conſentaneum, legiſlatoribus viſum fuerit, vt qui tantummodò ex parte commodum percipit: onus quoque ex parte duntaxat ſentiat) procedere, & ſeruandum tam in foro iudiciali, quam in foro conſcientiæ, & ita nec ciuiliter, nec naturaliter teneri cohæredem ſoluere creditori hæreditario pro parte cohæredis, qui effectus eſt non ſoluendo, & idem reſoluit Gomez *d.n.*4. & ſentiunt communiter Summiſtæ & Theologi controuertentes tantùm ex hæredibus vſurarij propter *cap. tua nos de vſuris*, inter quos tamen ſicut diuiduntur vſurarij bona, ita etiam diuidi obligationes perſonales, & debita defuncti pro rata portionis hæreditarjæ, nec teneri in ſolidum, nec alterum pro altero effecto non ſoluendo, ſed ſingulos tantummodo pro ſua parte iuxta vires ſuæ portionis hæreditariæ ſentiunt P. Nauarr. *de reſtit. lib.*4. *cap.*2. *n.*413. Molina *de iuſt. tom.*2. *diſp.*332. *n.*4. Leſſius *de iuſt. lib.*2. *c.*20. *dub.*20. *n.*175. & alij apud eoſdem, & plures alij à Sala *de vſuris dub.*43. & à Leotardo *dict. q.*94. *n.*31. relati, tametſi alij relati ab iiſdem P. Nauarro, Molina, Sala, Leotardo, Gomez *dict. numero quarto*, & Gaballino *dict. parte* 2. *n.*65. *&* 66. contrarium docuerint, quos ſequuntur Gomez, & idem Leotardus, de qua re non eſt hic locus latius agendi.

93 Dictum eſt autem obligationes perſonales, ſeu actiones paſſiuas reales defuncti diuidi inter eius hæredes pro portionibus hæreditariis, eoſque teneri, nec à creditore hæreditario conueniri poſſe inſolidum, nec alterum pro altero, ſed ſingulos tantummodo pro ſua parte ſeu rata debiti ſibi tangente, iuxta vires ſuæ portionis hæreditariæ attentis præfatis textibus præallegatis: Nã obligationes reales, & hypothecarias, ſcilicet quando creditor pro ſuo credito, ſeu pro eo quod ſibi debetur, habet bona defuncti ſpecialiter obligata, ſeu oppignorata, ſeu hypothecata, tunc licet plures hæredes debeant pro partibus ſuis onera habere, diuidere, & mutuo indemnes ſeruare *l. hæres §. igitur, & per tot. tit. famil. erciſcundæ*; tamen tunc creditor poteſt agere hypothecaria inſolidum contra quemlibet hæredem, habentem, ſeu poſſidentem bona defuncti pignore, vel hypotheca obligata *d. l.*2. *Codic. de hæred. actionibus leg. ſi neceſſario, §. ſi vnus, ff. de pignor. actione, leg. creditores ff. de diſtractione pignorum, leg. ſi fundus, §. in vindicatione, ff. de pignor.* Parladorus *d.§.*1. *n.* 15. Gaballinus *d. parte* 2. *num.* 89. Leotardus *dict. quæſt.* 94. Salgado *d. cap.*12. *num.*65. Stephanus Gratianus *tom.*1. *cap.*16. *num.*11. *cap.*36. *num.* 41. *& cap.*159. *num.* 13. & alios allegans Auguſtinus Barboſa *collect. ad dict. leg.*2. *numero* 4. *Cod. de hæred. actionibus, & leg. fin. Cod. ſi vnus ex pluribus hæredibus creditoris*: Quare ſi res iure pignoris; vel hypothecæ obligatas creditori hæreditario, ſeu defuncti plures hæredes teneant ſeu poſſideant, non aduerſus omnes viritim, ſeu pro rata, ſed contra quemlibet ex eis poteſt creditor agere in ſolidum, ſiue cæteri portiones ſuas conſumpſerint, ſiue ſufficiant ſiue non, quod non attenditur reſpectu creditoris; ita habetur *d.l. finali, Cod. ſi vnus ex pluribus hæred.* vbi affertur ratio, ſcilicet quod pignoris ius non perſonam obligat, ſed rem ſequitur, & poſt Bartholum, vt Xuarez, Parladorus *d. n.*15. & Gaballinus *d. n.*89. Addens id procedere non modo in certo pignore, vel ſpeciali hypotheca ſed etiam in ſimplici, & generali hypotheca omnium bonorum, & videtur colligi ex præfatis textibus, & præallegatis Doctoribus, qui non loquuntur limitatè de bonis ſpeciali hypoteca creditori obligatis, ſed generaliter quando creditor habet bona defuncti debitoris pignore, vel hypotheca obligata. Addit quoque idem Gaballinus non prærequiri cæterorum hæredum pro partibus diſcuſſio.

94 Aduertendum etiam illam regulam iuris præſuppoſito traditam, quod hæredes pro debito defuncti teneantur ſolum pro portionibus hæreditariis, nec in ſolidum quilibet poſſit à creditore conueniri etiamſi quis eorum efficiatur non ſoluendo, procedere, quando debetur quantitas, vel aliquid in genere, quod pondere, numero, vel menſura conſiſtit, non verò procedere, ſi ſpecies, ſeu certa res; vel certum corpus, quod extet, debetur, etiamſi perſonali duntaxat actione debeatur, tunc enim creditorem poſſe agere in ſolidum contra illum ex cohæredibus, qui totam rem detineret, ſeu poſſideret, tradit Gaballinus *dicto tractatu diuidui, & indiuidui, part.*2. *n.*84. id pluribus probans, & præſertim, quia quamvis primitiua actio ſit merè perſonalis, tamen vbi de certo corpore agitur actio, & executio iudicati in rem ſcripta ſit, & fieret etiam in merè extraneum habentem cauſam etiam oneroſam à me condemnatis *l. ſi ſuperatus ff. de pignoribus, & l. ſi ſæpè ff. de re indicata*, idem colligitur ex Gomezio *d. c.*10. *n.*7. quando enim debetur ſpecies certa, & determinata, ſolutio inuito creditore non poteſt in diuerſis rebus fieri, vt Gomez *d. n.*7. *verſic. quarto modo*, ac proinde creditor poteſt agere contra poſſidentem, & ita etiam à fortiori ſentiunt Doctores aſſerentes, quod vbi aliquid debetur, vel relinquitur ſuper certis bonis, ea bona videntur obligata pro tali relicto, vel debito, ita Alexander *conſ.*156. *n.*3. *vol.*6. Afflictus *dec.*172. *n.*2. Craueta *conſ.*20. *n.*10. Natta *conſ.*141. *n.*6. (licet poſt alios contradicat Surd, *de alim. tit.*8. *priuil.*51. *n.*5. *&* 6.) multò enim magis vbi debetur ipſa certa ſpecies, ea cenſeri debet obligata (quod probant tradita *ſup. hoc c. n.*89.) vt creditor ad illam conſequendam poſſit agere contra hæredem illum totam, & integre poſſidentem. Cui cæteri cohæredes debitoris, cum omnes ad illam rem certam ſoluendam, pro rata ſecundum ſuas portiones hæreditarias teneantur, vt notat Gomez *d.n.*7. *verſic. ſimiliter*, debebunt dare id, quod plus ſoluit, quam deberet iuxta ſuam portionem hæreditatis, & ſic habebit regreſſum aduerſus eos pro rata portionum hæreditatis, quas detinent. Quorum ſi quis effectus ſit non ſoluendo, damnum non cedit creditori, ſed ſibi ceſſabit illud lucrum hæreditatis; vt notat *d.n.*84. Gaballinus.

95 Difficultas igitur in titulo Paragraphi propoſita non procedit quando dos conſtituta eſt, ſeu cõſiſtit in certa

ſpecie,

ſpecie, ſeu corpore, quod totum ab vno ex hæredibus defuncti dotis debitoris, poſſidetur neque quando pro dote ſoluenda in quãtitate,puta,pecuniaria, vel alia re conſiſtente in numero,pondere, vel menſura à defuncto dotis debitore bona eius in contractu dotis ſpeciali vel generali hypotheca fuerint obligata , ſed quando defunctus dotis debitor obligatione perſonali tenebatur eam dare,ſoluere,vel conſtituere , ſicut ex legum diſpoſitione pater tenetur dotare filiam,qui nulla ei dote conſtituta,vel ſimplici promiſſione deceſſerit,& inſtituerit plures hæredes,vel quando pater in teſtamento inſtitutis pluribus filiis maſculis filiæ pro dote reliquit v.g. mille aureos, vel maritus in receptione dotis promiſerit reſtitutionem abſque vlla bonorum obligatione tacita,vel expreſſa,& pluribus relictis hæredibus obierit : An his,& ſimilibus caſibus hæredes plures ex perſona , vel legato defuncti obligati pro dote conſtituenda,vel ſoluenda, aut reſtituenda poſſint ſinguli in ſolidum conueniri pro dote, vel filia ſiue mulier dotis creditrix debeat omnes conuenire ad ſoluendam dotem pro rata iuxta portiones ſuas hæreditarias. Et vna ſententia eſt,quod licet regulariter quilibet hæres teneatur ad debita defuncti ſoluenda pro ſua portione hæreditaria, nec vllus à creditore hæreditario poſſit in ſolidum conueniri (vt notatum eſt in præſuppoſito) nihilominus ex ſpeciali fauore dotis à iure communi conceſſo etiam vnus ex hæredibus poteſt conueniri in ſolidum ad electionem filiæ , vxoris, vel alterius mulieris petentis dotem,nec is poteſt excipere,quod actio diuidatur : ſed ſolum poteſt cohæredes conuenire actione familiæ erciſcundæ , vt ſibi reſtituatur quidquid ipſe vltra ratam ſuæ portionis ſoluere coactus eſt:ita Gloſſa *in l. cum ab vno , ff. de leg. in primo intellectu ibid.* Paulus,Imola,Alba,Bartholus , & ſcribentes communiter, item Bartholus *in l. debitorum pactionib. C. de pactis, & in l. continuus , §. finali, ff. de verb. oblig.* Cynus *in d.l. 2. C.de hered.act.ibid.* Craueta,Saluianus,Decius *in l.pacto ſucceſſorum n.1. C. de pactis* , Iaſon *in d. l. ſeruo legato, §. ſi teſtator ff. de legat.1. ibid.* Imola, Baldus Nouellus *de dote p.8. priuil.33.* Afflictus *dec.332. n.2. ibid.* Vrſillus *n.6. & annot.ad dec.213.* Gomez *d.c.10.n.4. in fine.* Cornazanus *dec.35. num.6.* Molfeſius *ad conſuet. Neapol.p.6. q.9. n.10.* Borellus *in ſumma dec. p.3. tit.5. n.490.* Stephanus Gratianus *d.deciſ.146.num.8.& tit.1. diſcept.for.d.c.16.n.15.* Rota Lucenſis *dec.140.* relata à Vincentio de Franchis *dec.581.in fine*, vbi,& eam videtur approbare, licet plura in præcedentibus in contrarium adducat, & plures alij apud eoſdem , & apud Surdum *d. dec. 90. n.1.* vbi teſtatur eſſe communem ſententiam:Præcipuum fundamentum huius ſententiæ eſt textus *in d. l.cum. ab vno, §. in principio ff. de legat.2.* vbi dicitur, quod ſi teſtator in extinctionem,ſeu compenſationem dotis à ſe debitæ relinquat aliquid,& legatum repudietur poteſt mulier legataria actione dotis agere contra illum ſolum hæredem ex pluribus inſtitutis,à quo teſtator dotem legauerat , ſeu quem teſtator grauauerat legatum in compenſationem dotis ſoluere. Paulus enim, Imola , Decius , & alij ex præallegatis aiunt hunc textum eſſe ſingularem,& vnicum ad probandum hunc ſpecialem fauorem dotis à iure communi conceſſum,vt mulier poſſit in ſolidum totam dotem ab vno ex pluribus hæredibus petere , ad euitandos circuitus.

96 Altera ſententia oppoſita negat , hoc ſpeciale doti conceſſum eſſe, & aſſerit etiam in dote,vbi extant plures hæredes defuncti , qui obligatione perſonali pro dote tenebatur,eos non poſſe niſi pro hæreditariis portionibus conueniri,& ſic neminem in ſolidum pro tota dote:ita Baldus *in d.l.1. verſic decimo quinto, C. ſi certum petatur*, Vincentius de Franchis *d.deciſ.581.num.7. vſque ad verſic.* & poſt hæc Spino *in ſpeculo teſtam. gloſſa 11. n.8.* Surdus *deciſ. 90. n.2. & ſeqq. ibid.* Hodierna additionator *n.3. & ſeqq.* Theſaurus *qq. for.l.2. q.67. n.6.* & nonnulli alij apud Spinum, Vincentium, Surdum,& Hodiernam.Fundatur, quia regula generalis iuris eſt , quod omnes actiones tam actiuæ quam paſſiuæ inter hæredes pro hæreditariis portionibus diuiduntur, vt conſtat ex textibus,& Doctoribus in præſuppoſito relatis, non reperitur autem alicubi in iure; doti eſſe conceſſum hoc ſpeciale , ſeu priuilegium vt pro ea poſſit agi contra ſingulos hæredes in ſolidum vt cogantur dotem ſoluere.

Quare ad textum *in dict.leg.cum ab vno*,iuxta Docto- 97
res huius ſententiæ præſertim Surdum reſpondetur ibi non diu generaliter vnum hæredem poſſe indiſtincte in ſolidum pro tota dote conueniri, ſed in certo caſu, nempe ſtante legato facto per teſtatorem , ab vno ex hæredibus animo compenſandi cum debito dotis,poſſe ab eodem hærede , quem teſtator legato grauauerat, in ſolidum exigi dotem pro quantitate legati , quia ex voluntate teſtatoris tenebatur agnoſcere legatum à muliere repudiatum , & ſic ex teſtatoris voluntate ille primum tenebatur , & erat conueniendus vſque ad quantitatem legati,ceſſante autem voluntate teſtatoris non cenſetur ibi,nec alibi in iure immutatum ius commune,ſecundum quod actiones paſſiuæ diuiduntur inter hæredes hique non teneantur pro portione propriæ hæreditatis. Plura alia Surdus , & Hodierna adducunt *ad intelligentiam dicta l. cum ab vno* , & addunt etiam Surdus *n.10.* Hodierna *n.12.* Textum in *d.l.cum ab vno* promittentem mulieri, quæ non agnoſcit iudicium teſtatoris de legato dotis,ſed eo repudiato, contra hæredem grauatum ſoluere legatum non vult agere ex legato, ſed ex ſtipulatu , & in ſolidum contra hæredem grauatum, procedere non ex rigore, ſed æquitate,quia cum mulieri non interſit dotem ab vno hærede conſequi potius quam ab alio, & ſat ſit,ſi ſuum quoquo modo conſequi poſſit,æquitas poſtulat , vt dirigat actionem contra eum hæredem, qui fuit à teſtatore grauatus ſoluere legatum in aliis autem caſibus , in quibus non interueneri ſimile legatum dotis,ab vno ex hæredibus voluntate teſtatoris ſoluendum, de quo *in dicta leg. cum ab vno*, ſeruanda eſt (concludunt Surdus , & Hodierna latius diſcurrentes) regula iuris generalis , quod hæredes pro hæreditariis portionibus conueniri debeant , & ita ſuum ſenatum cenſuiſſe refert idem Surdus *in fine dicta deciſ.90.*

A prima tamen ſententia , vtpote communi , vel 98
ſaltem magis communi , & doti fauorabili in praxi non videtur eſſe recedendum , vt inquit etiam Gratianus *d.c.16.citato n.15. in fine.* Admiſſa vero poſteriori ſententia,ſi mulieri non modicum eſſet incommodum ab omnibus cohæredibus dotem exigere,putarem iudicem poſſe cogere vnum ad totam dotem præſtandam conſtringendo poſtea cæteros hæredes ad eidem ſoluendas ſuas partes , prout in ſimili notaui *in præcedenti parte de alimentorum obligatione capite 21. n.1175.* quando vni alimentario à pluribus hæredibus debentur alimenta.

§. X.

An ſicut ius dotis paſſiuum, afficiens eum,qui debet tranſit in eius hæredem, ita etiam ius actiuum dotis competens filiæ , cui dos debetur, tranſeat ſeu tranſmittatur ad eius hæredem ſeu hæredes.

HAc de re in ſpecie agit P. Barboſa *ad l.1.p.4.n.12.* 99
& duob.ſeqq.ff.ſol.mat. Qui immediate ante *n.112.* ponit

ponit opinionem Ruini *in dicta l.* 1. *n.* 190. *& in conſ.* 131. *num.* 10. *&* 11. *lib.* 4. aſſerentis abbſolutè, quod ſi filia, cui dos debebatur, deceſſit, ius petendi dotem nequaquam ad eius hæredes tranſit. Primò quia mortua muliere ſoluitur matrimonium, & conſequenter ab eo tempore dos conſiderari non poteſt *l.* 3 *ff. de iure dotium*, vnde neque pro eius hærede iam dos peti poteſt. Secundo quia onus, ſeu ius dotandi reſpectu mulieris, cui dos debeatur, cenſetur perſonale, cum pendeat à matrimonio, quod perſonale eſt, *l. vnica, §. ne autem, Cod. de caducu.* & notatum eſt *ſuprà hoc capite num.* 7. *initio*, & ſic extinguitur cum perſona iuxta *l. quia tale ff. ſolut. matrim.* quemadmodum etiam quia ius alimentorum ex parte filij, cui debentur eſt perſonale, morte filij alimentarij extinguetur, nec ad eiuſdem alimentarij hæredes tranſit; vt notatum eſt *in præcedenti p. de alimentorum obligatione cap.* 6. *n.* 523. *& cap.* 7. *n.* 354. & tradunt Doctores, à me *dicto cap.* 6. *allegato num.* 123 relati. Idem quod Ruinus aſſeruit Phanucius *de lucro dotis Gloſſa* 10. *n.* 53. vbi ob præfata Ruini fundamenta tenet, quod ſi filia in caſu ſibi licito nupta ſine dote ſibi à patre conſtituta, poſtquam mariro inſtante curauit patrem condemnari ad dotem ſibi dandam, & obtionit eundem patrem condemnari, ſi moriatur non poteſt maritus ad executionem ſententiæ procedere, eo quòd ſoluto matrimonio non ſit dos & ius filiæ finiatur per eius mortem, nec ad eius hæredes tranſmittatur, ſicut ius alimentorom ceſſat morte alimentarij, nec ad eius hæredes tranſmittitur: ſit reſolutio, igitur,

100 Primo ſi filiafamilias, vel etiam emancipata decedat viuente patre antequam dos illi à patre fuerit conſtituta, vel promiſſa, & ante matrimonium contractum, illud ius, quod habebat vt à patre deberet ei dotem dari, extinguitur, & ceſſat omnino, nec ad eius hæredes ſi haberet, alios à patre ſiue ab inteſtato (vt ſi haberet filios naturales) neque ex teſtamento, vt ſi filia emancipata nondum dote ſibi à patre conſtituta, neque nupta, condito teſtamento inſtituiſſet alium hæredem à patre. Probat id ratio illa, quod ius dotandi ex parte filiæ eſt mere perſonale, quod extinguitur cum perſona, neque ante dotis conſtitutionem à patre factam, vel matrimonium contractum filiæ actio vlla pro dote ſibi potuit acquiri, quam ad alios tranſmitteret, neque pater viuens tenetur dotare filiam niſi in ordine ad matrimonium carnale, vel ſpirituale, ac proinde filia defuncta ante matrimonium carnale, & ſpirituale, & nolla dote ei à patre conſtituta, ceſſat omnino ex parte patris viuentis obligatio, quam habebat dotandi eandem filiam.

101 Secundò, quando in ſola filia actio dotis profectitiæ eſt conſolidata, illique ius plenè quæſitum in dote à patre promiſſa, vel conſtituta fuit ob emancipationem, ſiue ob paternam ſtipulationem, ſeu pactum expreſſum, vel tacitum patris, vt ſoluto matrimonio dos filiæ deberet reddi iuxta tradita *ſuprà cap.* 3. *n.* 141. 142. 143. 150. *& ſeqq.* ius dotis defuncta filia etiam viuente patre tranſit ad eius hæredes ab inteſtato, ſeu filia in dicta dote profectitia in ipſam conſolidata habet ab inteſtato hæredem deſcendentem excluſo patre non obſtante patria poteſtate, conſtat ex traditis *ſup. c.* 3. *n.* 97 *&* 98. *& numero* 147 & tradunt Doctores *ibid.* allegati.

102 Tertiò defuncta filia poſt matrimonium contractum ſi actio dotis promiſſæ vel ſolutæ in ipſam non fuerit conſolidata, dos promiſſa non ſoluta, ſeu ius dotis promiſſæ, conſtante matrimonio non ſolutæ trāſit ad eiuſdem filiæ filios relictos, ita poſt Gabr. *conſ.* 153. *n.* 5. *& ſeqq.* P. Barboſ. *d. p.* 4. *n.* 12. & conſtat ex traditis *ſupr. c.* 1. *n.* 181. vbi probatum eſt conſuetudinem Martini, deferentem ad eius filios dotem à patre conſtitutam per filiamfamilias nupta ea defuncta procedere etiam in dote promiſſa non ſoluta ante mortem filiæ. Probat Barboſ. cum Gabriele *loco citato*, tum quia illa regula, quòd ius perſonale actiuum morte mulieris extinguitur & ad hæredes non tranſit, intelligitur reſpectu hæredum extraneorum, non reſpectu filiorum ex ea ſuſceptorum, nam ad hos etiam priuilegia perſonalia aiunt tranſire *l. etiam initio, ff. ſol. matr. & l. aſſiduis, ff. exceptis, C. qui potior. in pignorib.* tum quia dotes etiam fauorem filiorum reſpiciunt, cum dentur pro oneribus matrimonij, ideoque poſſunt petere eam ſummam, quæ matri eſſet conſtituenda, ſi mortua non eſſet, vt etiam Socin. *conſ.* 9. *n.* 13. *lib.* 1. Addit P. Barboſa contra Ruinum, quòd cùm contracto matrimonio purificata ſit illa quaſi obligatio patris dotandi filias, & ſic pro ea conſtituenda incipiat competere officium iudcis, inducitur regula *l. non ſolùm ff. de in integrum reſtitutionibus*, quòd hæres, & ſucceſſores omnium, qui potuerunt in integrum reſtitui, poſſunt in integrum reſtitui, ex quo patet priuilegium perſonale non ſemper extingui cum perſona, ſed aliquando tranſire ad hæredem; Quod confirmant Gabr. *conſ.* 153. & P. Barboſa ex eo quod ius diminuendi fideicommiſſum propter dotem, quod filiæ competebat iuxta terminos *auth. res quæ, C. comm. de legat.* tranſmittitur ad filiæ hæredes, illiſque competit, vt *ibid.* tenent Bald. *n.* 15 Caſtrenſ. *n.* 8. Iaſon *n.* 32. *in* 8. *limit.* Et Alexand. *conſ.* 169. *n.* 4. *lib.* 4. vnde & idem priuilegium alendi bona cauſa conſtituendi, vel reſtituendi dotem à filia, ſeu muliere, cui competit, poſſe cedi tradidere Iaſon *d. n.* 35. idem Caſtrenſ. *conſ.* 15. & alij quos *lib.* 4 *praſ.* 189. *n.* 141. *initio* refert Menoch. qui *à d. n.* 141. *ad* 155. latè examinat an & quando tale priuilegium perſonale mulieri competens cedi poſſit. 103

Neq; prædictis obſtant Ruini fundamenta *ſupr. n.* 99. adducta: Non primum, quod ſolut. matr. amplius non conſideretur, nam vt dicatur, & ſit dos, ſat eſt quod fuerit matrimonium contractum, vt *ſuprà c.* 2. *n.* 127. *& ſeqq.* & ita vbi fuit contractum matrimoniū, & dos debita non fuit ſoluta conſtante matrimonio, eo ſoluto peti poteſt tanquam dos, *l. ſi marito* 32. §. 1. *ff. ſol. mat.* vt vbi ex pacto, vel ſtatuto maritus ſoluto matr. per mortem vxoris lucratur dotem, vel aliquid dotis, lucretur etiam dotem promiſſam non ſolutam conſtante matrim. vt *ſuprà cap.* 2. *n.* 31. 33. 34. 41. 43. *&* 44. 104

Non obſtat etiā ſecundum ob diuerſā rationē alimētorū, & dotis; nā alimenta debentur filio propter neceſſariā ſuſtentationem, ne fame pereat, quæ ratio ceſſat filio defūcto vnde etiamſi filius pro aliquo tempore aliūde habuerit alimēta abſq; contractione æris alieni, non poteſt alimenta præterita à patre petere, vt *in præced. p. de alim. oblig. c.* 15. *n.* 878. probaui, dos autē datur ratione matrimonij, & propter matrimonij onera, & ſic reſpicit fauorem filiorum, item alimenta præſtantur, annuatim, ideoque pro tempore currente poſt mortem nō debentur *l. cum ſi §. modus, ff. de tranſ.* & Doctor, *d. n.* 878. allegati. Dos vero contracto matrim. ſtatim vno cumulo debetur, & ideo ſi mulier decedat antequā ei ſoluta ſit, illius petitionem tranſmittet ad hæredem, ad quem tranſeunt actiones actiuæ & paſſiuæ defuncti, *l. vnica, C. vt act. ab hæred.* Quare etiam in caſu, quo filia vel patre conſentiente, vel abſq; eo cōſenſu in caſu ſibi licito, & à lege promiſſo iuxta tradita *ſupr. cap.* 4 §. 7. *&* 8. ſit nupta ſine dote etiam dotis promiſſione à ſe facta, cum pater teneatur, & cogi poſſit per ipſam filiam ad conſtituendam & ſoluendam ſibi dotem congruam, vt *eod. c.* 4. *prædictis paragraphis* 7. *&* 8. probatùm eſt, hoc ius filiæ nuptæ cogendi patrem tranſit ad eius hæredes vt notaui *eod. c.* 4. *n.* 104. & tradunt plurimi iuriſperiti, *d. n.* 104. allegati. Et licet P. Barboſa, *dicta p.* 4 *num.* 13. *verſic. item & ſecundo*, teneat hoc procedere ſolùm quando filia tempore contracti matrimonij dotem marito

rito promiſit, ſecus ſi non promiſerit, nihilominus *dicto cap.4. allegato n.* 104. probatum eſt procedere etiam dote à filia non promiſſa.

105 Quarto ſi poſt dotem à patre promiſſam pro matrimonio ante contractum matrimoniũ decedat filiafam. cui actio dotis non ſit plenè, & in ſolidum quæſita, ius dotis non tranſmittitur ad eius hæredes, vt notauit etiã P. Barboſa *in d.l.1.citata p.4.n.13.verſic.primus eſt.* Nam etſi per præfatam promiſſionem filiæ ius acquiratur ad illam dotem etiam pro alio matrimonio: vt *ſ.p.cap.4. num.* 135. probatum eſt, & ſic non ſequuto matrimonio, pro quo fuit promiſſa, à patre non poſſit reuocari vel diminui, vt *d. num.* 136. *&* 137. probaui, nihilominus eadem dos promiſſa habet conditionem tacitam matrimonij carnalis, vel ſpiritualis, vt conſtat ex traditis *eod. cap.* 4. *nu.*130. *& ad d. nu.* 136. *&* 137. ac proinde non ſequuto matrimonio dos illa promiſſa: vel etiam ſponte ſoluta, mortua filia ante contractum matrimonium remanet patri tanquam promiſſa, vel data ob cauſam non ſequutam.

106 Idẽ ob eandem rationem dicendum, ſi filiæ volenti nubere pater per iudicis ſententiã iuſſus ſit dotem conſtituere, & ipſa decedat ante matrimonium contractũ, vt notauit pariter P. Barboſa *d.num.* 13. *verſ. Quinimo.*

107 Item licet filia grauata per fideicommiſſum bona reſtituere poſſit ex illis ſe dotare iuxta *auth. res quæ Cod.comm. de legat.* tamen ſi decedat antequam matrimonium contrahat, eam nihil tranſmittere ad hæredes dicit idem Petr. Barboſa *dict. n.* 13. *verſiculo ſimiliter*: Quod dictum verum eſt quoad illud, quod vltra legitimam filia potuiſſet detrahere ad dotandum, ſi legitima non fuiſſet ſufficiens ad conſtituendam ſibi dotem congruam iuxta tradita *ſuprà numero* 16. ſeu vero quoad id, quod poterat detrahere correſpondens ſuæ legitimæ, cum ius petendi legitimam tranſmittatur ad hæredes, vt *cap.* 4. *n.* 104. notaui, & idem quoad id, quod correſpondet Trebellianicæ, (ſi ipſa diceretur hæres patris grauata) vt etiam tradunt Curtius iun. *in d.auth. res quæ n.*21. Iaſon *conſ.*230.*n.*2.*lib.*2. Petra *de fideicom. quæſt.*8.*n.*448. & Oddus *de fideicom.q.*40.*art.*13. *n.* 137.

108 Quinto, ſi filiafamilias nupta decedat ſine filiis ex matrimonio ſuſceptis (vbi non fuerit dotis actio conſolidata in eius perſona, eique plenè dos acquiſita, quia pater iuſſerit eandem dotem ſoluto matrimonio reddi filiæ, vel quia eam emãcipauerit) ea defuncta dos profectitia non tranſmittitur ad eius hæredes (ſi quos haberet, ſed iure ipſo iuxta ius ciuile reuertitur ad patrem, in cuius perſona dos conſolidatur, vt *ſuprà c.* 3. *nu.*166. explicatum, & probatum eſt, & conſtat *ex l.dos à patre C. ſol. mat.* Quid verò, ſi decedat liberis ex matrimonio ſuſceptis, diſcuſſum, & explicatum eſt latè *d.c.*3.*num.*8. *cum pluribus ſeqq.*

Dos data à patre filiæfamilias ſtante ſtatuto fœminarum excluſiuo propter maſculos à ſucceſſione paterna, ſi viuente patre decedat filia non relictis filiis, vel decedat vir filiis relictis, an ad patrem reuerti debeat.

109 Quid vero ſtante ſtatuto excludente fœminas dotatas à ſucceſſione paterna exiſtentibus maſculis, an tunc dos profectitia conſtituta, vel data filiæfamilias, ſi viuente patre eadem filiafamilias deceſſerit filiis ex matrimonio contracto non ſuſceptis, remaneat patri, an tranſmittatur, vel ſit tranſmiſſibilis ad hæredes filiæ. Quod tranſmittatur ad filiæ hæredes poteſt probari ex generali traditione Alberti Bruni *de ſtatuto ſtantibus maſculis articulo* 10. *numero* 91. *& articulo* 11. *numero* 49. quod ſtante ſtatuto fœminas dotatas propter maſculos excludente dos data filiæ ſit tranſmiſſibilis ad hæredes. Pro reſolutione duos caſus conſidero.

Primus caſus eſt, ſi filiæ à ſtatuto excluſæ à patre fuit dos conſtituta pro matrimonio contrahendo, & ipſa ante contractum matrimonium decedat, nec actio dotis plenè fuerit ei acquiſita, dos non tranſmittitur ad filiæ hæredes, ſed remanet penes patrem viuentem iuxta tradita *ſuprà n.* 105. quod dos habet tacitam conditionem matrimonij. Et hoc idem tradidere Menochius *conſ.* 81.*n.*4.& poſt eum P. Barboſa *d.p.*4.*allegato n.*13. *verſic. vnde concludit.* 110

Alter caſus eſt, ſi filiafamilias excluſa à ſtatuto à patre dotata decedat patre ſuperſtite poſt contractum matrimonium non relictis filiis ex matrimonio, & hoc etiam caſu attento iure communi, & ſecluſis pacto, & ſtatuto, quod maritus lucretur dotem; vel partem dotis decedente in matrimonio vxore ſine filiis, dos non tranſit ad filiæ hæredes, ſed reuertitur ad patrem: id probant in *d. l.dos à patre Cod. ſol. matr.* & tradita *ſuprà cap.*3. *d. n.* 106. & ita prorſus ſentiunt Caſtrenſis *l. qui ſuperſtitis in fine ff de acquir. hæred.* Decius *conſ.* 106. *num.* 1. *& ſeqq.* Capycius *deciſ.* 176. *numero* 11. *verſic. at pro contraria parte*, & Rota Romana *deciſ.* 815. *numero* 5. *& deciſ.* 708. *numero* 3. *part.* 1. *recent.* aſſerentes dotem datam à patre filiæfamilias etiam ſtante ſtatuto fœminatum extantibus maſculis excluſiuo in caſu mortis viri ſuperſtite adhuc patre reuerti ad patrem viuentem, non ad filiam, tametſi ſuperſint filij ex defuncto viro ſuſcepti, quia ratione ſolius ſtatuti, & filiorum dos non conſolidatur in perſona filiæ, ſed actio dotis remanet communis patri, & filiæ (ſi aliunde per patris ſtipulationem, vel emancipationem non fuerit ei quæſita pleno iure) & ſic iure communi attento debet dos reuerti ad patrem, & non reſtitui filiæ, vel remanere penes eius filios iuxta *legem Titia* 35. *ſ. ſoluto matrimonio, & auth. ſed quamuis Codic. de rei vxoriæ actione*, & alia notata *ſuprà capite tertio numero* 159. & alios Doctores *ibidem* relatos, neque obſtat communis traditio, quod dos ad patrem non reuertatur, quando ſoluto matrimonio filij ex filia ſuperſunt: nam hæc traditio (vt conſtat ex traditis *ſuprà dict. capite tertio numero* 174. *& ſequentibus*, & notat etiam Rota *dict. deciſ.* 708. *eodem numero* 4.) intelligitur vbi matrimonium diſſoluitur per obitum filiæ, quo caſu patri ex conſuetudine Mattini repetitio non datur, ſed ad filios hæredes filiæ dos tranſit iuxta tradita *dict. capite tertio numeris* allegatis, & Doctores *ibidem* allegatos, non vero intelligitur diſſoluto matrimonio per mortem viri filia ſuperueniente, nam tunc dos ad patrem reuertitur, vt tum hic tum *d. capite tertio numero* 159. probatum eſt, & tradunt Doctores vtrobique relati. Non obſtare etiam generalem traditionem Bruni *ſupra numero* 109. adductam, quod ſtante ſtatuto fœminas propter maſculos à ſucceſſione paterna excludente dos data filiæ ſit libera, & ad filiæ hæredes tranſmiſſibilis. Nam hæc generalis traditio, vt notarunt Caſtrenſis, Decius, Capycius, & Rota *locis citatis*, procedit vbi dos legitimæ loco ſuccedit, alias ſecus, in præſenti vero caſu diſſoluti matrimonij morte viri ſuperſtite patre, à quo profecta eſt dos, non ſuccedit dos loco legitimæ, cum reſtitutionis tempore pater viuat, patre autem viuente filia nullum in legitima ius habet *lege prima* §. *impuberi*, ibi *præmatura eſt enim ff. de collat. bonorum*, vt præallegati Doctores, alij plures à Rota *d. dec.*708. *num.* 3. allegati, & Doctores communiter. 111

Quare cum Doctores dicunt (vt ſæpiſſimè dicunt) dotem ſuccedere loco legitimæ, non ſunt intelligendi, quod dos ſtatim, quod à patre data eſt, obtineat locum legitimæ, & veluti legitima habenda ſit, nam viuente patre certum eſt dotem naturam propriam dotis retinere, cum patre viuente nulla debeatur legitima, vt dictum 112

dictum eſt, & ſic nulla ratio ſuadet, vt ſuccedat loco legitimæ, ſed intelligendi ſunt mortuo patre, nam tunc dos ſuccedit loco legitimæ, cum primum competit ius legitimæ, quod contingit patre mortuo, poſtque illius obitum, tunc enim iure communi inſpecto (quidquid ſit iuxta diſpoſitionem aliquorum ſtatutorum excludentium filias à ſucceſſione paterna ſtantibus maſculis, & poſtea iubentium eaſdem filias debere dotari, de quibus an tunc dos ſuccedat loco legitimæ Merlinus *de legitima libro tertio titulo primo quæſtio. ſexta & 8.* & Mareſcottus *var. libro primo capite* 28. & latè *capite ſequenti num.7.*) ſiue ad effectum imputationis, ſiue reiectionis oneris, ſiue petitionis ſupplementum, iſta dos ſortitur naturam legitimæ, ita vt de ea, quod de legitima ſit iudicandum, ita expreſsè Seraphinus *deciſio* 815. *numero quarto* Mareſcotus *dict. cap.* 28. *numero tertio*, & Merlinus *d. quæſt. 6. num.* 27. *fine*, & *quæſtio 9. num. quarto* 27. & 39. vnde quando Doctores communiter aiunt doti datæ filiæ à patre non poſſe imponi onus, ſeu grauamen reſtitutionis, vel fideicommiſſi, eo quod dos ſuccedat loco legitimæ, in qua onus reſtitutionis, ſeu fideicommiſſi, aut aliud grauamen per patrem imponi non poteſt iure communi inſpecto *leg. quoniam in prioribus. Codic. de inoff. teſtamento*, & communiter Iuriſperiti, quos referunt Graſſus *§. legitima quæſtio.* 38. Marta *de ſucceſſionibus part. 1. quæſtio 25. art. 10. num.* 1. & Fuſarius *de ſubſtit. quæſtio. 296. numero 4. & ſequentibus*, intelligendi ſunt de grauamine reſtitutionis mortuo patre, cum pater dotans poſſit ſtipulari, vt dos ſoluto matrimonio ſibi reſtituatur, vt *ſupra* dictum eſt, eo autem mortuo remanet liberè filiæ, vel eius hæredibus ab hæredibus patris reſtitui debet, vel in eius compenſationem legitima, vt Rota *dict. deciſ. 815. n. 5.* & Merlinus *d. quæſt. 9. n.* 27. & explicat. *capite ſequenti*, quod occaſione prædictorum circa dotis grauamen duxi hoc loco reponendum.

CAPVT VII.

Dos data, vel relicta filiæ vel nepti an à patre vel auo paterno in defectum filij dotante poſſit grauari onere reſtitutionis, ſeu fideicommiſſi.

SVMMRIVM.

Super dote data, vel promiſſa, vel relicta filiæ iure communi reſtitutionis, ſeu fideicommiſſi onus, aliudve grauamen per patrem non poteſt imponi, n. 1.

Dos à patre data, vel conſtituta mortuo patre iure communi ſuccedit loco legitimæ, & illius naturam ſortitur, reiicitque omne grauamen, ibid.

Nec in ea intelligitur tacita conditio nuptiarum, n. 2.

Si excedat legitimam an quoad exceſſum poſſit grauari fideicommiſſo, n. 3.

Dos in fideicommiſſo vniuerſali à patre relicto filiæ non comprehenditur, n. 4.

Dos data, vel promiſſa excedens quantitatem legitimæ in illo pluri vltra legitimam non includitur in fideicommiſſo vniuerſali, neque etiam dotis augmentum, n. 5. 6. & 8.

Si pater nulla dote filiæ conſtituta illam inſtituit hæredem vniuerſalem eam grauans fideicommiſſo, dos non comprehenditur in tali fideicommiſſo, & poteſt mortuo patre à filia detrahi quatenus importat legitima, & Trebellianica, n. 7.

Quid ſi pater in teſtamento filiæ prælegarit dotem, & poſtea eam inſtituit hæredem in omnibus bonis, vel vna cum fratre ei ſubſtituens fratrem, numero 8.

Dos veniret in fideicommiſſo vniuerſali, ſi dictum fuiſſet, vel colligi poſſet mens teſtatoris, & filia agnouit hæreditatem ſibi relictam cum illo grauamine, numero 14.

Quando pater dotans ſtipulatus eſt dotem ſoluto matrimonio ſibi, vel hæredibus ſuis reddi, mortuo patre ſuperſtite filia dos etiam ſtante ſtatuto excludente remanet filiæ.

Filias dotatas à ſucceſſione patris dos libere ad filiam ſpectat, vel patris hæredes filiæ, vel eius hæredibus debent ſoluere legitimam, n. 9.

Si ſtipulatus eſt dotem reddi filiæ, vel alio modo dos ſit conſolidata in perſona filiæ, & poſtea pater in teſtamento grauet filium onere fideicommiſſi.

In dote reiicitur grauamen etiam vltra legitimam, numero 10. 11. 12.

Ex dicta ſtipulatione acquiritur ius etiam genero, cui pater non poteſt præiudicare, n. 11.

Filia, vbi dote computata habet vltra legitimam ex prælegato, poteſt grauari à patre tantum pro rata, quam habet vltra dotem titulo prælegati, & non pro pluri, n. 12.

Quando pater inter viuos conſtituit dotem filiæ, & in inſtrumento dotali ſtipulatus eſt dotem ſoluto matrimonio ad ſe vel eius hæredes dotem reuerti, an ſi poſtea condens teſtamentum inſtituendo filiam in dote eam ſpecialiter grauans fideicommiſſo, valeat grauamen, n. 16. 17. & 18. *approbatur quod valeat quoad portionem dotis, quæ eſt vltra menſuram legitimæ,* num. 18. *& declaratur,* n. 19. & 20.

Si pater inter viuos dotem dedit, vel promiſit ſimpliciter, & poſtea in teſtamento inſtituit filiam in eadem dote in ea grauans fideicommiſſo, an valeat grauamen reſpectu totius dotis, vel quatenus dos excedit qualitatem legitimæ, n. 22. 23. & 24.

In dote conſtituta pater etiam conſentiente marito non poteſt præiudicare filiæ ſine eius conſenſu, & quomodo intelligatur patrem in dote non poſſe præiudicium filiæ inferre, n. 26.

Pacto per patrem in inſtrumento dotali appoſito, vt vir lucretur tantum certam dotis ſummam, ſuper reſiduo dotis an condens teſtamentum poſſit filiam fideicommiſſo grauare ſaltem quoad exceſſum dotis ſupra legitimam, n. 29. ad 32.

Dos ſua natura onus admittit, donec naturam mutet: numero 33. & 42.

Filiæ aliunde habenti rem legitimam in dote tota poteſt ſubſtitui, ibidem *item in tota dote data, vel relicta filiæ iuſtè exhæredata* ibid. *item in tota dote data, vel relicta filiæ ſpuriæ, & naturali,* ibid.

Dos data, vel relicta à patre, vel auo paterno filiæ, vel nepti ex ſtatuto ſuccedens loco legitimæ non admittit grauamen intra menſuram legitimæ, n. 35.

Quid ſit dotem ſuccedere loco legitimæ, ibid.

Si excedat legitimæ quantitatem an poſſit grauari fideicommiſſo, vel alio onere, n. 36. ad 40.

Dos à ſtatuto aucta vltra legitimam qualitatem iuris communis quoad augmentum non poteſt grauari à patre, 41.

Dos quando ex ſtatuto non ſuccedit loco legitimæ admittit quodcumque onus, n. 42.

Stante ſtatuto excludente fœminas à ſucceſſione ab inteſtato extantibus maſculis an & quando ſuccedat loco legitimæ, vbi de ſtatuto excludente dotatas, & de ſtatuto ſimpliciter excludente, & deinde mandante fœminas dotari, n. 43.

Si ſtatutum excludens iubeat prius dotari, dos non poterit grauari aliquo onere iuxta communem, num. 43. 44. & 45. *Contrarium,* n. 48.

An tali ſtatuto fœmina cenſeatur excluſa à legitima, n. 44.

Stante eodem ſtatuto an ſuper dote valide poſſit imponi reciprocum fideicommiſſum inter filias ad inuicem ſubſtitutas, n.45.

Si ſtatutum prius excludat fœminas, & poſtea mandat eas dotari, dos non ſuccedit loco legitimæ, & poteſt grauari iuxta communem, n.45. & 46.

Contraria ſententia, n.50. *an excludat principaliter propter agnationis conſeruationem*, n.46.

An excludat etiam à legitima, ibid.

Iuxta idem ſtatutum dos reſeruata fœminis excluſis non eſt pura ſed conditionalis relata in tempus nuptiarum, poteſt grauari nec tranſmittitur in heredes filiæ, ibid.

Statuto excludente dotatas an vt ſit locus excluſioni filia debeat eſſe dotata ante patris obitum, n.44. & 48.

Stante ſtatuto excludente dotatas dos reſeruata debet filiæ etiam deuoui, n.49.

Stante ſtatuto excludente ſimpliciter, & poſtea iubente fœminas dotari an dos filiæ à ſtatuto reſeruata poſſit onere reſtitutionis grauari, n.53.

Dato quod poſſit grauari fideicommiſſo ſi filia non inueniret maritum dignum ob illud grauamen, pro non appoſito habendum illud grauamen, n.55.

Statuto expreſſe excludente à legitima dos à ſtatuto reſeruata poteſt fideicommiſſo grauari à patre vtò non ſuccedens loco legitimæ. n.57.

Quandonam ſtatutum excludens ſimpliciter à ſucceſſione paterna, excludat à legitima vel eius ſupplemento latè explicantur plures caſus, numero 58. 60. 61. 61. 63. 65. 66.

An dos à ſtatuto excludente reſeruata filiæ ſuccedat loco legitimæ ſi ſtatutum reſeruat quotam hæreditatis, n.65. & 66.

Vel ſi diſponat quod mater habens filios, & filias non poſſit relinquere extraneis vltra quartam partem hæreditatis, n. 67. *Vel ſi extet aliud ſtatutum reſeruatum reſeruans legitimam*, n.68.

An ſi filia dotetur poſt mortem patris, n.69.

Et quid ſi ſtatutum ſimpliciter excludens filias à ſucceſſione faciat mentionem legitimæ, puta quod non ſit minor legitima quod non poſſit peti ſupplementum legitimæ, n.71. & ſeqq.

Quando ſtatutum ſimpliciter excludens filiam à ſucceſſione mandat, eam congruè, vel legitimè dotari, an dos ſuccedat loco legitimæ, illiuſque habeat priuilegia, n.74. & 75.

Dos de Paragio ex ſtatuto danda filiabus, & ſororibus excluſis an ſuccedat loco legitimæ, illique debeat eſſe æqualis, n.76.

Statuto tantum mandante fœminas à patre dotatas eſſe tacitas, & contentas dotibus datis inter viuos, vel in vltima voluntate relictis, nec quicquam ratione ſupplementi petere, ſuccedit loco legitimæ, & reiicit conditionem, & omne onus, n.77.

Quid ſi ſtatutum excludens diſponat filias, debere eſſe contentas dote à patre data, vel relicta, & quod non poſſit teſtamentum patris impugnari, an dos ſuccedat loco legitimæ, reiiciat onus, & ſit tranſmiſſibilis ad hæredes filiæ ante matrimonium decedentis, 78. 80. 81. & 82.

Stante ſtatuto ſimpliciter dicente filiam debere eſſe contentam dote ſibi à patre relicta nihil de illius excluſione inteſtato, dotis legatum non eſt conditionale ad tempus nuptiarum, ſed purum, & ad filiæ hæredes tranſmittitur, n.79.

Non obſtante ſtatuto ſimpliciter excludente filias à ſucceſſione ab inteſtato pater in teſtamento poteſt eis aſſignare, vel relinquere dotem loco legitimæ, & purè ac ſine conditione, n.83.

Si pater filiam à præfato ſtatuto excluſam agnouit vt ſuam, vel dotem titulo inſtitutionis reliquit, vel certam quotam hæreditatis, vel certam quantitatem pro omni iure & toto, quod poſſit in bonis paternis prætendere, vel aliquam portionem à qua per ſtatutum ſit excluſa, vel reliquit dotes habito reſpectu ad numerum filiorum, vel dotem æqualem legitimæ, an dos ſeu relictum pro dote ſuccedat loco legitimæ, n.84. ad 90.

Legatum à patre factum filiæ impuberi eſt purum, & tranſmiſſibile ad hæredes filiæ & etiam ſi pater ſit vſus verbis præteriti temporis, n.91. & 92.

Legatum ſiue à patre, ſiue ab extraneo factum puellæ cum nupſerit, vel quando nubet, vel pro dote vt nubat, aut vt poſſit nubere, ſtante ſtatuto ſimpliciter excludente fœminas à ſucceſſione, & legitima an ſit conditionale vel purum, & ad filiæ hæredes tranſmittatur, ſi illa deceſſerit ante nuptias, n.94. ad 98.

DE hac quæſtione valde inter Iuriſperitos controuerſa, & diuerſimodè explicata Ferdinandus Vaſquius *de ſucceſſor. creat.* §. 10. *n.* 259. *& pluri. ſeqq.* Simon de Prætis *de interp. vlt. vol. l. 3. interpr. 5. dub. 2. ſol. vlt. fol.* 303. Bal. Nouel. *de dot. p. 6. priuil.* 62. Vincent. Paleotus *de dot. n. 7. & trib. ſeqq.* Mantica *de coniect. vlt. vol. l. 7. tit. 8. n.* 27. Gaſpar. Ant. Theſaur. *q. for. l. 1. q.* 63. Mareſcottus *variarum reſol. l. 1. cap.* 28. Michaël Graſſus *de ſucceſſ. § legitima q.* 41. Mangilius *de imput. q.* 16. Merlinus *de legitima l. 3. tit. 1. q. 9. & tit. 2 q.* 3. Marta *de ſucceſſ. p. 1. q. 13. art.* 3. Vincent. Fuſarius *de ſubſtit. q.* 297. & alij ab iiſdem relati. Quam quæſtionem qua fieri poterit maiori claritate, & breuitate conabor reſoluere imprimis attento iure communi, & poſtea attentis variis locorum ſtatutis.

§. I.

Dos data, relicta filiæ iure communi inſpecto an à patre poſſit grauari onere reſtitutionis, ſeu fideicommiſſi, ita vt mortuo patre filia ſuperſtes non poſſit liberè diſponere de dote ſibi data vel relicta, nec eam tranſmittere ad ſuos hæredes ab inteſtato.

COmmunis concluſio eſt, quod ſicut iure communi onus fideicommiſſi non poteſt imponi ſuper legitima filij, *lege quoniam in prioribus. Codic. de inoff. teſtamento*, vbi ſi legitima ſit relicta cum conditione, aut dilatione, aut aliqua diſpoſitione moram, vel modum, vel aliud grauamen introducente, tale onus, vel grauamen ipſo iure tollitur, & reiicitur, & habetur, ac ſi non eſſet appoſitum, & tradunt Doctores communiter, quos referunt Marta, Fuſarius, Graſſus *locis capite præcedenti allegatis*, Vaſquius *dicta* §. 10. *numero* 160. & 265. Merlinus *dict. libro tertio titulo ſecundo, per totum*, Barboſa *collect. ad d. l. quoniam in prioribus numero 1. & ſeqq.* ita etiam ſuper dote data, vel relicta filiæ reſtitutionis, ſeu fideicommiſſi onus, aliudue grauamen non poteſt ſuperimponi *l. à filia in princ. ff. ad Trebell.* (vbi dicitur dotem datam, vel promiſſam filiæ non contineri in partem hæreditatis, ad cuius reſtitutionem filia ſine liberis decedens fuerit à patre grauata, ſed tanquam æs alienum detrahi ab hæreditate patris, & fideicommiſſi) *l. pater filiam ff. ad l. Falcidiam*, vbi pariter dicitur dotem filiæ grauatæ partē hæreditatis paternæ reſtituere patri cohæredi in hæreditate patris non inueniri, ſed illam præcipuam filiā habere, ita etiam Bald. Nouell. & Paleottus *locis citatis*, Vaſquius *d.* §. 10. *n.* 259. & 265. Theſaurus *d. quæſt.* 63. *num.* 2. & 3. Mantica *loco citato*, Simon de Prætis *d. ſolutione vltima num.* 7. Graſſus *d. q. 41. n. 1. & ſeqq.* Mangilius *d. q.* 16. Merlinus *d. lib. 3. tit. 1. q. 9. num.* 9. & 11. Marta *d. art. 3. num.* 3. & 4. Fuſarius *d. q.* 292. 1

*num.*2. Tiraquellus *in l. ſi vnquam, verbo Suſceperit liberos, num.*157. *Cod. de reuocan. donat.* Lud. Molina *de pignor. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 11. Menochius *conſ.*292. *num.*18. & alij ab iis præſertim à Tiraquello, Vaſquio, Graſſo, & Mangilio relati. [Et præter iura adducta, & alia quæ à Theſauro allegantur, probatur, quia dos à patre data, vel relicta mortuo patre ſuccedit loco legitimæ, illiuſque naturam ſortitur, vt *ſuprà capite præcedenti*, *num.*112. notatum eſt, & tradunt Doctores communiter; quoties autem dos ſuccedit loco le-
3 gitimæ, ſuper ea reſtitutionis, aut fideicommiſſi onus, aliudve grauamen non poſſe imponi, & impoſitum ab ea rejici, & eam liberè ad filiam ſpectare, eſt communis ſententia Iuriſperitorum, quos referunt, & approbant Simon de Prætis, & Marta *locis allegatis*, Mangilius *d. quæſt.*16. Merlinus *d. quæſt.*9. *&* *d. quæſt.*3. & Mareſcotus *d. cap.* 28. *num.* 2. de quo latiùs in ſequenti §. Quare ſicut de legitima omnis conditio, dilatio, & omne grauamen reſtitutionis, aut fideicommiſſi rejicit, *d. l. quoniam in prioribus*, *Cod. de inoffic. teſtam.* ita quoque ſi pater, vel auus paternus obligatus relinquere legitimam filiæ, vel nepti ei reliquerit dotem etiam in ea ſola ipſam hæredem inſtituens cum onere fideicommiſſi poſt eius mortem reſtituendi alij, vel onere alio alicuius conditionis, temporis, vel modi, non valet tale onus, conditio, tempus, vel modus ſaltem quatenus aſcendit menſura, ſeu quantitas legitimæ; vt Vaſquius *dicto num.*265. Simon de Prætis *d. num.* 7. Graſſus *d. quæſt.* 41. *num.*2. *&* 3. & Mareſcottus *d. cap.* 28. *num.* 2. Quapropter licèt regulariter relictum pro dote habeat tacitam conditionem, ſi nuptiæ ſequantur, tamen in relicto dotis à patre facto, qui vltra dotem reliquerit, vel aſſignauerit legitimam, illa conditio tacita rejicitur, cùm dos tunc loco legitimæ ſuccedat; & poteſt filia ſtatim poſt mortem patris dotem petere, & interim decedens tranſmittit ad hæredes; vt poſt alios iidem Vaſquius *d. num.*265. Simon, Graſſus *locis citatis*, & Mangilius *de præſ. lib.* 4. *præſ.* 146. *num.* 31. & latè Merlinus *d. lib.*3. *tit.*1. *quæſt.*8. Dixi verò *quatenus aſcendit menſura, ſeu quantitas legitimæ*; nam ſi relictum dotis à patre factum cum onere fideicommiſſi poſt filiæ mortem alij reſtituendi excedat legitimæ debitæ quantitatem, in eo, quod eſt plus ſeu excedit legitimæ quantitatem, onus & grauamen valere alios allegantes tradunt Mareſcotus *d. num.*2. & Marta *d. art.*3. *num.*4. & Simon de Prætis *d. nu.*7. addens tamen *eodem nu.*7. *in fine*, in illo pluri vltra legitimam legatum dotis non conditionale dici, ſed purum, prout eſt intra legitimam, vt vno & eodem iure vnum ipſum legatum dotis cenſeatur, vt per *l. nam hoc iure*, *ff. de vulgari*, *&* *pupill.* *&* *l. cum qui ædes*, *ff. de vſucap.* Bartholus *in l. Titio centum*, §. *Titio genero*, *num.*4. *ff. de condit. & demonſtr.* Socinus iunior *conſ.*134. *num.*19. *lib.*1. & Ruinus *conſ.*53. *num.*12. *lib.*2. Et hoc quod legatum dotis non ſit conditionale, neque in eo quod eſt ſupra legitimam eo quod vna & eadem res non debet diuerſo iure cenſeri *d. l. nam hoc iure* tradunt etiam Menochius, alios plures allegans *de præſumpt. lib.*4. *præſumpt.*140. *num.* 33. *&* 34. Theſaurus *quæſt. for. lib.* 1. *quæſt.* 43. *num.* 5. *&* 6. & Merlinus *d. quæſt.* 9. *num.* 7. Quamuis quòd exceſſum ſupra legitimam eſſe conditionale ſenſerint Gabriel *conſ.* 116. *num.* 12. & alij apud eum; & Menochius *d. num.*4. relati. Verùm an, & quando dos filiæ relicta, aut promiſſa, vel data excedens legitimæ quantitatem in eo quod ſupereſt vltra legitimam, poſſit à patre grauari, & cenſeatur grauata onere reſtitutionis, & fideicommiſſi explicatur in ſequentibus; ſicut etiam in ſequentibus oſtenditur textum *in l. finali*, §. *filia*, *ff. de legat.*2. vbi videtur probari patrem poſſe grauare filiam fideicommiſſo in dote eidem conſtituta, non aduerſari præfatæ communi concluſioni. Pro cuius maiori declaratione ſunt diſtinguendi, & enodandi plures caſus.

Vbi filia hæres grauata eſt in teſtamento à patre fideicommiſſo generali, & non ſpeciali, & expreſsè in dote; dos data, vel relicta non venit in fideicommiſſo, nec ſubiacet reſtitutioni.

4 Primus caſus eſt: ſi dote iam ſimpliciter data, vel promiſſa filiæ pater poſtea condens teſtamentum inſtituit filiam hæredem in omnibus ſuis bonis, & non grauauit eam expreſsè in dote; ſed tantum fideicommiſſo generali, & vniuerſali eam ſine filiis decedentem onerauit reſtituere fratri, vel fratribus quidquid ex ſuis bonis ad eam peruenerit, ſeu quod idem eſt, eidem decedenti ſine liberis ſubſtituit fratrem ſeu fratres in omnibus bonis ab ipſo patre ad eam peruentis, & hoc caſu certum eſt dotem non ſubiacere reſtitutioni, cum eam filia non habuerit ex teſtamento, & in fideicommiſſo generali, & vniuerſali, de quo eſt grauata filia, dos non includatur: vt conſtat, ex *d. l. pater filiam*, *ff. ad Falcid. d. l. à filia*, *ff. ad Trebellianum*, *&* *l. mulier*, §. *cum proponeretur*, *ff. eodem*, & tradunt poſt alios Mantica *d. art.*8. *num.*27. Simon de Prætis *d. ſolut. vlt. num.*8. *initio*, *& in fine*, Baldus Nouellus *d. priu.*62. Theſaurus *d. quæſt.*63. *num.* 9. *&* 14. Merlinus *d. quæſt.*9. *num.*41. *&* 42. Galleratus *de renunc. tomo* 1. *lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 4. *verſic. Non abſimili*, Menochius *loco ſuprà allegato.* Dos enim data vel promiſſa per patrem in vita cenſetur veluti æs alienum, & ſic detrahi debet de fideicommiſſo generali, licèt relicto à filia, *d. l. à filia*, *&* *d. l. pater filiam*, & dotem in dubio non comprehendi in generali diſpoſitione, ſicut neque in lege generaliter loquente poſt alios tradit Galleratus *loco citato*, vbi aliis allegatis concludit dotem non comprehendi in generali renunciatione per filiam patri facta, per eam rationem quod dos ſuccedit loco legitimæ. Quare ſi præfata dos data, vel promiſſa à patre fuiſſet minor legitima filia poteſt agere ad ſupplementum *l. omnino*, *Cod. de inoff. teſtam.* & Doctores communiter à Mangilio *d. quæſt.*16. *nu.* 5. relati.

Quod ſi dos excederet quantitatem legitimæ filiæ 5
debitæ, illud plus, quod eſt vltra legitimam, in tali fideicommiſſo vniuerſali non includeretur, nec veniret reſtituendum, cum illud plus ſit pars dotis, & dos in tali fideicommiſſo generali non comprehendatur, nec veniat reſtituenda.

Si etiam mortuo patre præfati fideicommiſſi relicti 6
à filia inſtitutore eidem filiæ factum fuiſſet dotis augmentum, hoc augmentum non comprehenderetur, nec veniret in reſtitutione fideicommiſſi, vt poſt alios Menochius *d. conſ.*292. *num.*19. & Fuſarius *d. qu.*297. *num.*5. dotis enim augmentum ſortitur naturam, & priuilegia dotis, & cenſetur pars dotis, vt in præcedentibus capitibus probatum eſt, & tradit Baldus Nouellus *d. priuil.* 62. & etiam ex bonis ipſis fideicommiſſo ſuppoſitis augeri poteſt dos relicta, vel promiſſa, vel data à patre, quando relicta, aut promiſſa, aut data non eſt congrua, vt aliis allegatis Menochius *d. num.*19.

Secundus caſus eſt, quando pater nulla dote filiæ 7
data, neque promiſſa, neque prælegata inſtituit filiam hæredem vniuerſalem, & illam grauat fideicommiſſo reſtituendo fratri, vel alij perſonæ. Et hoc etiam caſu iuxta Doctores *num.*4. allegatos, & Peregrinus *de fideicom. art.*41. *num.*22. non comprehenditur dos, cum ſit fideicommiſſum vniuerſale; quare hoc caſu Theſaurus

ſaurus *d. num.*14. *& num.*17. & Peregrinus *d. num.*22. aiunt, quod ipſa filia nubens poſt mortem patris non obſtante fideicommiſſo poteſt ex bonis hæreditatis paternæ dotem marito conſtituere; quatenus importat legitima, &, Trebellianica, & probat expreſsè textus *in l. mulier, §. cum proponeretur, ff. ad Trebellianum,* decidentem ex tali fideicommiſſo filiæ nuptæ, & grauatæ dotem eſſe detrahendam, licet hæreditatem acceptauerit.

8 Tertius caſus eſt, quando pater in teſtamento filiæ prælegauit dotem, ſeu priùs legauit dotem, & deinde inſtituit illam hæredem in omnibus ſuis bonis, vel inſtituit hæredem vna cum fratre vel ſorore, vel cum alia perſona, & ei decedenti ſine liberis ſubſtituit fratrem, aut ſororem, aut aliam perſonam. Et hoc caſu Baldus Nouellus *d. priuil.* 62. dicit primò, quod tale prælegatum dotis imputatur in ipſa legitima per tradita *in l. quoniam nouella, l. omnimodo, §. imputari, & in l. ſcimus, §. repletione, C. de inoff. teſtamento,* Secundò dicit, quòd ſi dicta dos excederet quantitatem, ſeu menſuram legitimæ, illud plus imputabitur in Trebellianica per tradita *in l. in quartam, ff. ad l. Falcidiam,* Tertiò dicit, quod ſi Trebellianica non poſſet detrahi fortè quia incontinenti debebat fieri reſtitutio, vel erat prohibita cùm iuxta ſententiam magis communẽ tam Trebellianicæ, quàm Falcidiæ detractio poſſit à teſtatore prohiberi, tunc illud plus dotis vltra legitimam non veniret in reſtitutione fideicommiſſi huius vniuerſalis, quod probat quia cùm iuxta *authentic. res quæ, Codice commun. de legatis,* ipſa filia poſſit diminuere fideicommiſſum pro dote ſua per eam data, vel promiſſa, etiamſi excederet legitimam, dummodo ſit dos congrua, ſi legitima non ſufficiat dotem congruam, vt etiam *in præcedentibus capitulis* notatum eſt, eodẽ modo, eademque ratione poteſt filia illam ſibi retinere, quando ſibi à patre eſt relicta, cùm ipſe pater idemque teſtator relinquendo dictam dotem videatur ipſam congruentem, & conuenientem dotem exiſtimaſſe, & ita in caſu contingenti ſe patrocinante idem Baldus Nouellus refert in ciuitate Peruſij fuiſſe iudicatum. Caſus erat, quod pater inſtitutis duabus filiabus ſuis hæredibus vniuerſalibus prælegauit alteri filiæ, quæ minorem dotem habuerat, augendo illi dotem, volens eas eſſe in dote æquales, & poſtea eas inuicem ſubſtituit, ſi decederent ſine liberis prohibendo omnem detractionem Falcidiæ, & Trebellianicæ, & mortua filia cui factum fuerat augmentum dotis ſine filiis inſtituto ab ea viro ſuo hærede vniuerſali, ait Nouellus fuiſſe iudicatum, quod etiam reſpectu illius augmenti dos haberet ſuum priuilegium, vt non veniret in reſtitutione fideicommiſſi, quatenus eſſet vltra legitimam, quia ſicut non venit dos, ita neque dotis augmentum, quod cenſetur venire cum eadem natura & priuilegio *l. ſi conſtante, C. de donatione ante nupt.* Et quòd in hoc caſu cùm fideicommiſſum ſit vniuerſale, nec ſpecificè, & expreſsè onus reſtitutionis ſit ſuper dote, quod dos & augmentum dotis, etiamſi excedat quantitatem legitimæ non veniat in reſtitutione fideicommiſſi quoad illum exceſſum ſatis probari videtur ex doctrina *num. præced.* tradita quod dos non includitur in fideicommiſſo generali, ob quam rationem exiſtimo etiam non fore illud plus dotis vltra legitimam imputandum in Trebellianica, cuius detractio non eſſet prohibita, ſed liberè remanere filiæ vltra Trebellianicæ detractionem: contra prædicta licèt ſentiat Mangilius *d. qu.* 16. *num.* 11. vbi dicit prælegatum relictum à patre filiæ in dotis augmentum venire in fideicommiſſo vniuerſali (cùm in eo non conſideretur debitum paternum iuxta Alexand. *conſ.* 33. *vol.* 4. & Corneum *conſ.* 35. *vol.* 4.) non includi verò dotem ipſi filiæ in eodem teſtamento prælegatam, quia in dote conſideratur debitum & pro munere quo pater erga filiam tenebatur, ſibi videtur dos relicta, niſi ex diſpoſitis in teſtamento appareat teſtatorem aliud voluiſſe, at hæc diſtinctio inter prælegatum augmenti dotis, & prælegatum dotis rejicitur ex illa ratione, quod augmentum dotis ſortitur naturam, & priuilegium dotis, & pars dotis cenſetur. Et prædicta quando conſtat, quòd dos non fuit expreſsè & ſpecificè (quid verò ſi in his tribus caſibus appareret patrem voluiſſe grauare filiam etiam in dote explicatur *infrà numero* 14) à patre grauata onere reſtitutionis neque ex pacto ſeu ſtipulatione, neque in teſtamento in ſequentibus agendum, quando à patre onus reſtitutionis expreſsè, & ſpecificè ſuper ipſa dote ſit impoſitum, ſit igitur,

Quando pater in conſtitutione dotis ſtipulatus eſt dotem ſoluto matrimonio ſibi, vel ſuis hæredibus reddi, eo mortuo, filiæ ſuperſtiti vel eius hæredibus dos vel legitima debetur.

Quartus caſus, quando pater in ipſa dotis conſtitutione pactus eſt, ſeu ſtipulatus dotem ſoluto matrimonio ſibi, vel ſuis hæredibus reddi, & poſtea nullo alio grauamine ſuper eadem dote impoſito defunctus eſt, filia ſuperſtite, & per obitum viri diſſoluitur matrimonium nullis ſuſceptis liberis. Certum eſt, pactum ſeu ſtipulationem valere viuente patre, vt conſtat ex traditis ſuperius *capite* 3. *à num.* 143 *ad* 152. *& num.* 159. *& ſequentibus* idque etiam ſtante ſtatuto, excludente fœminas dotatas à ſucceſſione patris, vt notatum eſt *capite præcedenti, numero* 111. Quare ſi viuente patre ſoluatur matrimonium per obitum viri, dos patri reſtitui debet, etiam ſi extarent filij ex matrimonio ſuſcepti, non obſtante etiam præfato ſtatuto excludente fœminas dotatas, vt conſtat ex traditis *capite* 3. *allegato num.* 159. *& capite præcedenti, dicto num.* 111. & etiam ſi ſolueretur matrimonium per obitum filiæ non relictis filiis dos reuerteretur ad patrem viuentem, & in eius perſona conſolidaretur, eoque mortuo ad eiuſdem patris hæredes tranſiret; vt conſtat ex traditis *d. cap.* 3. *nu.* 165. *& cap. præcedenti, d. nu.* 111. At verò mortuo patre ſuperſtite filia, etiam carente filiis hæredes patris tam iure communi inſpecto, quàm ſtante ſtatuto excludente fœminas non poſſunt prætendere dotem ex vi præfatæ ſtipulationis paternæ ad ſe ſpectare ſine obligatione ſoluendi ei legitimam, ita Gabriel *conſ.* 116. *num.* 11. 15. *&* 16. Rota Romana *deciſ.* 815. *num.* 5. *& deciſ.* 381. *num.* 4. *parte* 2. *recentiorum.* Merlinus *allegata quæſt.* 9. *nu.* 4. 20. 24. 27. *&* 29. Surdus *conſ.* 113. *nu.* 3. *&* 4. *lib.* 1. Milanenſis *deciſ.* 10. Viuius *deciſ.* 9. *nu.* 2. *lib.* 1. Stephanus Gratianus *diſcept. for.* 10. 4. *cap.* 769. *n.* 36. *&* 37. & alios allegans Borellus *in ſumma deciſ.* 10. 3. *tit.* 4. *n.* 188. *& tribus ſeqq.* Ratio eſt, quia mortuo patre viuente filia dos eidem filiæ à patre data, ſeu conſtituta tam inſpecto iure communi, quàm ſtante ſtatuto præfato excludente fœminas dotatas à ſucceſſione paterna ſuccedit loco legitimæ, illiuſque naturam ſortitur, quàm viuente patre non ſortitur (vt *cap. præced. nu.* 112. probatum eſt) ac proinde tunc nullum recipit grauamen, quemadmodum nec legitima & ita patris hæredes non poſſunt vllo in caſu eam dotem petere, ſed ſi volunt eam in legitimam importari, tenentur remittere, aut reſcindere, vel relaxare præfatam ſtipulationem, & conditionem filiæ, & eius hæredibus vt dos penes eam, vel eius hæredes ſit libera; quo caſu poterit de ea dote teſtari, vel ſi iidem hæredes patris volunt vti pacto, & ſtipulatione ſuper dotis reſtitutione, tenentur eiſdem filiæ, vel eius hæredibus ſoluere legitimam, ita expreſsè Gabriel, Rota, Surdus, Milanenſis, Viuius, & Gratianus *locis citatis Dixi legitimam*, quia

in eo quod excederet legitimam, pactum etiam mortuo patre tenet, illudque plus ſine alia eorum obligatione eſt reſtituendum patris hæredibus, vt expreſsè tradit poſt alios Rota *d. deciſ.* 381. *d. num.* 4. & ſentiunt etiam Doctores *qui infrà num.* 18. allegantur per textum *in l. fin.* §. *filiæ, ff. de leg.* 2. & alia *eodem numero* 18. notata.

Si pater in datione, ſeu conſtitutione, vel promiſſione dotis ſtipulatus eſt dotem reddi filiæ, non poteſt poſtea condens teſtamentum iniungere filiæ ſpeciale grauamen, reſtituendi alteri dotem neque reſpectu quantitatis excedentis legitimam.

10 Quintus caſus eſt, quando pater viuens dedit dotem filiæ, & in illius conſtitutione ſtipulatus eſt, vel permiſit filiam ipſam ſtipulari eamdem dotem diſſoluto matrimonio eidem filiæ reddi, quo caſu dos conſolidatur in ipſius filiæ perſona, eique dos, & actio dotis totaliter acquiritur, vt *ſuprà capite* 3. *num.* 143. probatum eſt) & poſtea condens teſtamentum in eo inſtituit eamdem filiam in dicta dote cum grauamine ſpeciali fideicommiſſi, & reſtitutionis fratribus, vel alij perſonæ nihil illi legans vltra dotem. Et hoc caſu conueniunt Iuriſperiti communiter, quod grauamen iuxta legitimæ debitæ quantitatem non valet, ita Vaſquius *d.* §. 10. *num.* 60. Mantica *d. tit.* 8. *nu.* 17. Mangilius *d. quæſt.* 16. *num* 2. 3. 4. 5. 12. 14 *&* 17. *verſiculo Ant dos*, Graſſus *d. quæſt.* 41. *num* 23. Merlinus *d. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 9. *num.* 19. Theſaurus *d. quæſt.* 63. *num.* 18. Simon de Prætis *d. ſol.* 1. *vltima*, *num* 8. *verſic. Si vero*, Paleotus *dicto tractatu de dote*, *num.* 7. Vincentius Fuſarius *dicta quæſt.* 297. *num.* 12. & alij apud eoſdem, idque probat ratio in præcedentibus adducta, quod mortuo patre dos filiæ iure communi ſuccedit loco legitimæ, cui onus reſtitutionis, aut aliud grauamen à patre nequit imponi. Quin etiam non obſtante tali grauamine ſi dos data minor eſſet quantitate legitimæ ei debitæ, mortuo patre poteſt filia agere ad ſupplementum *l. omnino, Cod. de inoffic. teſtam.* & Doctores communiter, quos cumulat Mangilius *d. quæſt.* 16. *num.* 5.

11 Quod in hoc caſu controuertitur eſt, an ſi dos iam ante patris teſtamentum in perſona filiæ conſolidata cum totali actione ad ſe ſpectante, ac proinde ad eam, & non ad patrem ſoluto matrimonio reuerſura excederet quantitatem legitimæ eidem debitæ, an præfatum grauamen reſtitutionis eiuſdem dotis à patre appoſitum ſuſtineatur, & valeat quoad illud plus dotis vltra legitimæ debitæ menſuram: & nonnullorum Iuriſperitorum opinio fuit, valere grauamen pro portione dotis excedente legitimam, ita Paulus de Caſtro *in l. fin.* §. *filiæ. ff. de leg.* 2. *& in l. quoniam nouella, Cod. de inoffic. teſtamen* 0, *& in l. fin.* §. *fideicom. ff. de legat.* 2. *ibidem*, Cumanus, Dynus *conſ.* 36. Graſſus *d. quæſt.* 41. *num* 6. *verſic. Contrarium*, Milanenſis *deciſ.* 10. *num.* 49. & alij à Vaſquio *d.* § 10. *num.* 260. Mangilio *d. qu.* 16. *num.* 15. *initio*, & Fuſario *d. quæſt.* 297. *num.* 13. relati, id probantes per Textum *in dicto* § *filiæ*, vbi à Iureconſulto dicitur valuiſſe fideicommiſſum à patre teſtante impoſitum ſuper dote antea ab eodem patre tradita, & videtur loqui generaliter, & ſaltem quoad exceſſum dotis vltra legitimam, quæ iure communi grauari non poteſt. Addunt Graſſus, & Milanenſis, quòd talis donatio per patrem facta filiæ omnino non exiuit patrimonium patris, ex quo imputanda eſt, & ſic poteſt grauari in eo, quoad legitimam excedit.

12 At communis ſententia eſt, in hoc caſu non valere grauamen neque etiam pro portione excedente legitimæ debitæ quantitatem: Patremque, quoties dos ei data eſt iam conſolidata in perſona filiæ, nec eſt ad ſe reuerſura, non poſſe teſtando eidem doti imponere vllum grauamen reſtitutionis, aut fideicommiſſi, tametſi legitimæ portionem excedat, ita Vaſquius *dicto num.* 260. Paleotus *dicto num* 8. Mantica *dicto num.* 27. *d. quæſt.* 63. *num.* 67. 8. *&* 18. Mangilius *dicta quæſt.* 16. *num.* 14. 15. *&* 17. Merlinus *de legitima, lib.* 3. *tit.* 2. *quæſt.* 3. *num.* 7. Simon de Prætis *loco citato*, Fuſarius *dicta quæſt.* 297. 12. & alij Iuriſperiti communiter, quos Vaſquius, Mangilius, & Fuſarius latè referunt. Ratio eſt, quia facta dotis, & actionis conſolidatione in perſona filiæ (vt contingit quando in conſtitutione dotis, ſeu inſtrumento dotali vel tacitè, vel expreſsè dotem reddi filiæ eſt ſtipulatus) dos tunc exiuit omnino è patrimonio patris, & totaliter filiæ acquiſita eſt, illiuſque filia facta eſt abſolutè domina, vt *ſuprà cap.* 3. probatum eſt, cùm donatio inter patrem, & filiam cauſa dotis valeat *lege Pomponius Philadelphus*, *& ſuprà capite* 2. *num.* 17. pariter probatum eſt, nemo autem poteſt ſuper re aliena grauamen imponere, neque pater talem dotem prætextu quod inter viuos ab eo donata ſit, poteſt grauare magis quàm ſi inter viuos nihil dediſſet, *lege præfata donatio*, *Cod. de donationibus, quæ ſub modo*, cum poſſit in vltima voluntate grauari ſolum is, qui in vltima voluntate honoratus eſt, non is, cui inter viuos datum eſt, vt *in* §. *primo inſtit. de ſingulis rebus pro fideicomm. relict. lege ab eo Codice de fideicom. & leg. apud Iulianum*, §. 1. *ff. de legat.* 1. Additur quod ex præfata ſtipulatione de reddenda dote filiæ actio, & ius non ſolum filiæ, ſed etiam eius marito, ſeu genero acquiritur, quia vtrique facta eſt promiſſio, vt poſt Menochium *conſilio* 92. Surdum *deciſione* 229. & alios Mangilius *dicta quæſt.* 16. *allegato numero* 15. Propter quod ius & filiæ, & genero quæſitum non poteſt præfatam ſtipulationem reuocare, nec in eodem iure eiſdem filiæ, & genero præiudicare, vt Mangilius *dicto numero* 15. *Qui numero* 16. aliis pluribus allegatis ſubdit huic iuri propter lucra nuptialia ex conſtitutione dotis genero acquiſita, neque etiam adhibito ipſius filiæ conſenſu, patrem præiudicare poſſe, pacta enim dotalia ſunt ad vnguem obſeruanda, quorum fauore Theſaurus poſt plures alios ait ſuſtineri etiam pactum, per quod liberè aufertur patri facultas diſponendi de maiori parte bonorum. Solum ergo valeret grauamen, ſi pater in teſtamento tantondem filiæ prælegaſſet, & filia legatum agnouerit, *lege Titia* 34. §. *qui inuicta filia, ff. de leg* 2. *& leg. Lucius*, §. *Maritus*, *ff. ad Trebellianum.* Vt poſt alios notant Paleottus *d. num.* 8. Theſaurus *dicta quæſt.* 63. *num.* 51. & Mangilius *d. num.* 14. 15. *&* 17. Qui etiam *numero* 18. iuxta doctrinam Salyceti *in leg. quoniam nouella*, *num.* 3. *Cod. de inoffic. teſtam.* & plurium aliorum Iuriſconſultorum dicit, quod quando pater vltra dotem filiæ, in qua erat conſolidanda, prælegatum facit in teſtamento, poteſt quidem grauare filiam in eo, quod eſt ſupra legitimam, ſed tamen ſolum pro rata, quàm filia habet vltra dotem titulo legati, & non pro pluri, vt ſi filiæ legitima erat centum, & pater eidem dedit ducenta in dotem, & in teſtamento eam inſtituit in decem, & in ſua dote, quam grauauit ſi morietur ſine liberis, reſtitueret dotem ſuam patri ſuo, non valeret grauamen, neque à patre imponi poteſt in centum, & decem, quæ ſunt vltra legitimam, ſed in decem tantum, quæ ſolum dicitur filia in teſtamento capere, per textum *in dicta l. Lucius, allegato* §. *maritus.* ſecundùm quem textum ait iuxta eoſdem Doctores interpretari debere *dictam legem finalem*, §. *filiæ*, *ff. de legat.* 1.

Quem tamen textum Iuriſperiti communiter aiunt 13 procedere in caſu, quo dos datæ filiæ per ſtipulationem

patris

patris in inſtrumento dotali, quod ſoluto matrimonio ſibi, vel eius hæredibus reddi deberet, ad patrem erat reuerſura; dum enim (vt notat Vaſquius *d. num. 60.*) *textus in d. §. filia* ait, *cautionem renouet*, & dum iterum ſubdit, *antequam renouaretur cautio dotalis*, ſatis innuit textus, quod ibi dos data fuit, vt ad patrem ſoluto matrimonio reuerteretur, & ſic non exiuit omnino è patrimonio patris; ac proinde potuit grauari fideicommiſſo, ſaltem in eo toto, in quo legitimæ quantitatem excedebat; ita Vaſquius *d. num.* 60. Mantica, Paleotus, Simon de Prætis *locis num. præcedenti allegatis*, & Theſaurus *d. q. 63. num.* 8. Merlinus *d. q. 9. num.* 33. Foſarius *d. q.* 297. *num.* 12. *initio*, Graſſus *d. q.* 41. *num.* 5. & alij à Mantica, Graſſo, & Merlino relati. Addit Theſaurus *d. q. 63. num. 9. dictum §. filiæ*, quatenus videtur obſtare textus *in l. à filia ff. ad falcid. & traditis num.* 2. 4 7. 8. & 9. aduerſari, poſſe, intelligi, vt procedat in vniuerſali fideicommiſſo facto de bonis patris, cuius poſtea filia fuit facta hæres, & in quo fideicommiſſo erant alia bona vltra iam conſtituta in dotem; vt ſecus ſit ſi pater poſt dotem conſtitutam, de omnibus bonis vellet fideicommiſſum facere, ita quod de hoc caſu non loquatur Text. *in d. §. filia*; cùm in vniuerſali fideicommiſſo non veniat dos particularis iam filiæ conſtituta, vt expreſsè habetur *d. l. à filia ff. ad Trebell.* & probatum eſt ſupra *num.* 4. 7 & 8. Subdit etiam Theſaurus *num.* 10. & 11. alium intellectum *d. §. filia in fine præcedentis numeri* indicatum, ſcilicet, textum illum procedere quando pater, qui grauat, relinquit in teſtamento tantumdem, quantum eſt ipſa dos conſtituta, vt hoc caſu ſi filia vult totam patris hæreditatem conſequi, ſit neceſſe quod habeat grauamen relictum, quia commodum, & compenſationem conſequitur ex paterna hæreditate, & tenetur conferre dotem, ſi habeat cohæredem, & ita intelligendam, & reſtringendam diſpoſitionem *d. §. filia* idem Theſaurus refert ſentire Baldum *in l. cum virum Cod. de fideicom.* Albericum *in d. §. filia*, Alexandrum *in d. l. à filia*, & vltra plures alios à ſe relatos, Bartholum *in l. vt iuſiurand. §. ſi liber num. 6. ff. de oper. liber. & conſ.* 60. vbi vult patrem non poſſe præiudicare filiæ in dotem, niſi tantumdem relinquat.

14 Huic licet in fideicommiſſo vniuerſali, quo pater filiam, quam poſt dotem inter viuos ſimpliciter datam, vel promiſſam, vel prælegatam inſtituit hæredem vniuerſalem, grauauit reſtituere alteri, ſi moreretur ſine filiis non facta mentione ſpeciali dotis, non cenſeatur comprehenſa dos, vt ſupra caſu 1. 2. & 3. probatum eſt: idque ſit certum, quando nec expreſsè, nec tacitè apparet etiam dotem patrem voluiſſe grauare onere reſtitutionis; tamen ſi appareret patrem filiam inter viuos vel prælegato dotis iam dotatam, & poſtea à ſe inſtitutam hæredem vniuerſalem, vel cohæredem cum fratre, vel ſorore cum onere fideicommiſſi voluiſſe grauare etiam in dote, filia agnoſcens hæreditatem teneretur ſeruare diſpoſitionem, & teneretur onus in ipſa dote, cum habeat compenſationem in grauamine, & vltra legitimam; ob quam recompenſationem ſuſtineri onus in legitima poſt alios tradit Merlinus *libro tertio, titulo ſecundo, quæſtione tertia*, ita idem Merlinus *dicto libro tertio, titulo primo*, allegata *quæſtione nona, numero quadrageſimo-tertio*, poſt Theſ. *dicto numero decimo & vndecimo*, Milanenſem *dicta deciſione decima, numero quadrageſimooctauo* & alios.

Quando pater tradidit dotem filiæ, & in inſtrumento dotali, ſeu conſtitutionis dotis ſtipulatus eſt dotem ſoluto matrimonio ſibi, vel eius hæredibus reddi; an ſi poſtea condens teſtamentum inſtituendo filiam in dote eam ſpecialiter grauet fideicommiſſo, ſeu onere reſtitutionis eiuſdem dotis, valeat grauamen, & quomodo.

Sextus caſus, quando pater tradidit dotem filiæ, & in eius conſtitutione ſtipulatus eſt ſoluto matrimonio dotem ad ſe, vel ad ſuos hæredes reuerti, & poſtea in teſtamento inſtituit eamdem filiam in dote illam ſpecialiter grauans reſtituere dotem fratri, vel alij, ſi ſine liberis deceſſerit; nihilque in compenſationem grauaminis relinquitur, & in hoc dubitatur an grauamen teneat, & potuerit imponi abſolutè reſpectu totius dotis, vel ſolum reſpecto quantitatis, in qua excedat legitimam, & prima opinio, & ſingularis fuit Vaſquij *d. §. 10. n.* 161. aſſerentis grauamen in hoc caſu ſuſtineri, & potuiſſe à patre imponi quoad totam dotem etiam reſpecto portionis legitimæ, ſeu etiam quoad quantitatem non excedentem legitimam, & dicit id probari illo textu *in d. §. filia*, quem ait in terminis huius caſus loqui, & indiſtinctè diſponere grauamen tenere: & huius legalis diſpoſitionis rationem addit, ſcilicet, quia in hoc caſu ſoluto matrimonio morte viri dos ad patrem viuentem reuerti debet, & ſic non exiuit è patris patrimonio, nam quod ad nos reuerſurũ eſt, abſceſſiſſe non videtur; ac proinde illud poſſumus legare, vel per fideicommiſſum relinquere, non ſecus quàm ſi præſentialiter eſſet in bonis noſtris *a. g. l. 1. & l. quod ſponſa, Cod. de donat. ante nupt.* ita Vaſq. addens non obſtare, quod dos in legitimam regulariter imputetur, *l. quoniam Nouella, Cod. de inoff. teſtam.* inquit enim, illud in fauorem patris contra filios ad excludendam querelam inofficioſi teſtamenti inductum fuiſſe, vt ibi, & procedere tantum quando ſoluto matrimonio dos apud filiam vel ex toto, vel ex parte erat manſura, non quando ad patrem erat reuerſura; quo caſu ſubdit Vaſquius perinde eſſe, ac ſi apud filiam nunquam fuiſſet *arg. l. ſcimus in princip. C. de inoffic. teſtam.* Pro hac ſententia quis poſſet allegare Rotam *deciſ. 693. num.* 5. apud Buratum aſſerentem patrem in tota dote per ipſum inter viuos filiæ data poſſe ſubſtituere, & allegat *d. l. fin. in d. §. filia ff. de legat.* 2. dicenti ita tenuiſſe etiam Rotam *in Roman. dotis de Ballis* 26. *Martij*, & 14. *Decembris* 1614. coram Pamphilio. Verùm Rota, vt conſtat ex iis, quæ in numeris præcedentibus, & ſubſequentibus tradit, & ex Doctoribus quos allegat, loquitur in dote data, vel prælegata filiæ, quæ aliunde legitimam habet, vel habere poteſt: filiæ enim quæ legitimam aliunde habet, in tota dote ſubſtitui poſſe, cum tunc legitimæ non præiudicetur, tradunt Gabriel *conſ.* 516. *num.* 28. *lib.* 5. Bartholus *in d. §. filia, & in l. Lucius Titius §. maritus, ff. ad Trebell.* & alij iuriſperiti à Rota *d. num.* 5. allegati: quare ſi pater dat, vel relinquit filiæ dotem, & vltra dotem dat vel legat illi legitimam, poteſt in tota dote ſubſtituere, quia iam prouidit filiæ de legitima.

Secunda opinio eſt Theſauri *d. q. 61. num.* 17, vbi poſt multa tradita circa antinomiam, quam putat eſſe inter *d. §. filia, & l. à filia, ff. ad Trebell.* diſtinguendo concludit, quod ſi ex coniecturata mente, ſeu voluntate patris teſtatoris grauamen fideicommiſſi in dote tradita non conſolidata in perſona filiæ, ſed cum illo pacto, vt rediret ad ipſum patrem, vel ad eius 16

hæredes reſpiciat fauorem filiorum maſculorum; ſeu fratrum, tunc decedente filia ſine liberis grauamen ſuſtineatur, ſecus verò ſi reſpiciat fauorem extraneorum; igitur dicit, quod in *d. § filia*, grauamen fideicommiſſi reſpiciebat fauorem filiorum maſculorum ſubſtitutorum, cum illa filia nullos reliquerit filios: in *d. vers. l. à filia*, cum illa filia habuerit filios, ſpeciali fauore filiorum iudicatum dotem non venire ſub fideicommiſſo, ſed fuiſſe tanquam æs alienum ſeparandam ab illa portione hæreditatis, quæ filiæ contigerat.

17 Tertia opinio videtur ſentire grauamen non ſubſiſtere vllo modo, neque etiam in eo, quod dos data, ſeu conſtituta filiæ excedit legitimam eidem filiæ debitam, filiamque in dote ſemel conſtituta à patre non poſſe poſtea grauari iuriſperiti, qui ita ſentire videntur notantur à Theſauro *d. q. 63. num* 4. & referuntur *infrà num.* 23. vbi etiam adducuntur nonnulla eorum fundamenta.

18 Quarta opinio, quam Vaſquius *d. n.* 261. dicit communem (& verè eſt communis iuriſconſultorum) aſſerit abſolutè neque etiam in terminis huius ſexti caſus, ſcilicet neque in ſpeciali grauamine, ſeu fideicommiſſo iam reſtituendi fratri, vel alteri perſonæ ipſa ſine filiis decedente à patre in teſtamento impoſito filiæ ſuper dote ei data cum illo pacto, vt diſſoluto matrimonio ad eundem patrem vel ad eius hæredes, non venire dotem pro portione legitimæ, ſeu non valere illud grauamen, aut fideicommiſſum licet ſpeciale ſuper dote, ad patrem alioqui ex pacto reuerſura, non valere pro portione dotis æquali portioni legitimæ ipſi filiæ debitæ, idque tam inſpecto iure communi, quam attento ſtatuto non excludente filias à legitima, ſed tale fideicommiſſum, & grauamen valere ſolum pro portione dotis, in qua excederet legitimæ menſuram, ſeu quantitatem, ita Bartholus *in dict. leg. finali allegato, §. filia, ff. de legat. ſecundo, & in dict. leg. Lucius Titius §. maritus, ff. ad Trebell.* Cynus, Faber, & alij *in leg. vnic. §. videamus, ff. de rei vxor. actione*, Paulus de Caſtro *conſ. 59. n. 1. in fine, & conſ. 468. n. 1. vol. 2. & conſ. 16. n. 2. vol. 2.* Rodericus Suarez *in dict. leg. quoniam in prioribus ampliat. 12. num. 2. & ampliat. 15. num. 2.* Ludouic. Molina *de primog. lib. 2. cap. 15. num. 11. & 12.* & præter plurimos alios relatos à Vaſquio *dict. § 10. num. 260.* Merlino *dict. quæſt. 9. num. 11.* Theſauro *dicta q. 63. num. 5.* & Mangilio *d. q. 16. numero 12. & 17.* idem Mangilius *ibidem numero 14. & dict. numero 17.* Simon de Prætis *d. ſolut. vltima numero 8. §. ſi vero*, Paleotus *dict. tract. de Dote, num. 9.* Mantica *d. tit. l. 8. citato num. 27.* Graſſus *d. §. legitima quæſt. 38. n. 23. & d. quæſt. 41. num. 5.* Mareſcottus *d. cap. 28. num. 2.* Merlinus *d. quæſt. 9. num. 11. 20. & ſequentibus* Fuſarius *d. quæſt. 97. num. 10.* Milanenſis *d. quæſt. 10. num. 44. & duobus ſequentibus*, Rota, Sordus, Viuius, & Gratianus *locis ſuprà num. 9.* allegatis, & Doctores alij aſſerentes abſolutè patrem iure communi non poſſe grauare dotem, niſi quatenus excedat legitimam, quod præter Cynum, & Bartholum *locis citatis* tradunt Cagnolus *in l. fin. n. 102. Cod. de pactis*, Phanucius *de lucro dotis Gloſſa 10. num. 59. initio*, & alios allegans Cuchus *de legitima tit. nullum grauamen recipit, n. 91.* & alij quos Mangilius *d. q. 16. num. 15. verſic. contra vero*, refert. Et quod non valeret grauamen, ſeu fideicommiſſum ſuper præſata dote reſpectu quantitatis ipſius legitimæ filiæ debitæ, probatur iuxta eoſdem Doctores hæc communis ſententia, quia mortuo patre, ſuperſtite filia, tam iure communi, quam attento ſtatuto non excludente filias à legitima dos data filiæ ſuccedit loco legitimæ, illiuſque naturam ſortitur, ac proinde ſuper illa non poteſt à patre imponi grauamen fideicommiſſi, ſicut non poteſt imponi ſuper legitima, vt *ſup. n. 2.* notatum eſt, & tradunt Doctores communiter per textum *in dicta lege quoniam in prioribus.* Quod vero teneat grauamen in ea portione dotis, quæ eſt vltra quantitatem legitimæ debitæ probatur iuxta eoſdem Doctores, tum per textum *in d. l. fin. d. §. filia, ff. de legat. 2.* tum quia, cum in hoc caſu ratione ſtipulationis paternæ ad ipſum patrem grauantem viuentem dos eſſet reuerſura matrimonio diſſoluto, non exiuit omnino è patris patrimonio, & ſic potuit illam grauare in eo, quod eſt vltra legitimam, & impedire totalem conſolidationem in filia, tametſi patri ſuperuixerit. Quare huic ſententiæ quoad grauamen reſpectu quantitatis legitimæ non obſtat textus *in d. §. filia*, quia vltra alios intellectus de quib. *ſup. n. 12. in fine, & n. 13.* iuxta præallegatos Doctores intelligitur ſolum quoad portionem dotis excedentem legitimam, ita quod filiæ aut eius hæredibus manet integrum ius legitimæ eidem filiæ debitæ. Non etiam obſtat illa conſideratio Vaſquij, quod lex in fauorem patris ſtatuerit, vt ipſa dos in legitimam imputari debeat *dicta lege quoniam nouella*, etſi id in patris fauorem ſtatuerit, non tamen ſtatuit patrem etiam poſſe filiam eam grauare pro portione legitimæ, ac proinde lex illa vltra terminum ſuum non debet extendi in odium filiæ *capit. odia de reg. iuris in ſexto*, & Mangilius *dict. q. 16. n. 7.*

Ampliatur hæc communis ſententia, quod in hoc caſu onus non ſuſtineatur, niſi in portione vltra legitimam, quamvis à patre ſit grauata tota dos, etiamſi patris iudicium approbaſſet filia, nam cum onus à lege cenſeatur ipſo iure ſubductum filia nullum ſibi infert præiudicium, atque adeo debet reſtituere ſolum id, quod excedit legitimam eueniente caſu reſtitutionis, ita Merlinus *d. quæſt. 9. n. 31.* ex Saliceto *in d. l. quoniam nouella numero tertio*, Caſtro *conſ. 276. numero tertio, libro 2.* & aliis, limitat vero idem Merlinus *num. 32.* eandem communem ſententiam, vt non procedat, quando apparet patrem dotaſſe vltra legitimam cum hoc, vt ipſa omnino teneatur agnoſcere onus, & in illius compenſationem: Nam, inquit Merlinus, cum de hac patris mente liqueat, ſuſtineretur onus propter illius compenſationem, & id ſi datum vltra legitimam ſit notabile, & filia illud agnouerit verè conſcia mentis paternæ confirmant tradita *ſuprà n. 12. verſic. ſolum ergo valeret.* 19

Cæterum hæc communis ſententia quatenus aſſerit dotem etiam in hoc caſu iure communi inſpecto, & attento etiam ſtatuto non excludente fœminas à legitima non poſſe grauari onere fideicommiſſi, & reſtitutionis reſpectu quantitatis legitimæ debitæ, eſt intelligenda, vt non poſſit grauari, ita vt eueniente caſu reſtitutionis debeat filia, vel eius hæres illam reſtituere, & non remaneat filiæ, & eius hæredibus ius integrum legitimæ petendæ, & habendæ in eadem dote, vel in illis bonis patris grauantis, non vero intelligitur, vt non valeat omnino grauamen ſuper dote; etiamſi remaneat integrum ius legitimæ, itaque iuxta tradita *ſuprà num. 9.* in hoc caſu eueniente caſu reſtitutionis ſeu adimplementi conditionis fideicommiſſi ſuper dote filiæ impoſiti, hæredes patris non poſſunt petere, abſolutè dotem, tanquam ad ſe ſpectantem ſine vlla alia obligatione erga filiam, vel eius hæredes, quoad eiuſdem filiæ legitimam, ſed tenentur vel relaxare fideicommiſſum, illique renunciare, ſi volunt dotem in legitimam imputare, vt ſic dos filiæ, vel eius hæredibus libera remaneat, vel ſi volunt vti pacto, & fideicõmiſſo, tenentur in aliis bonis filiæ, aut eius hæredib. ſoluere legitimam, ita expreſsè Milanenſis *d. dec. 10. n. 44. 45. & 46.* Rota Romana, Sordus, Viuius, & Gratianus *ſuprà dict. numero 10.* relatis & etiam Fuſarius *dict. quæſt.* 20

quaſtio 197. *dicto numero* 10. *verſic.* ſed circa hæc.

Et iuxta hæc Bartholus, Cynus, Gabriel, Rota *locis ſuprà relatis num.* 15. *verſic. pro hac ſententia*, Albericus, Baldus, Caſtrenſis *in l. Lucius*, *Titius*, §. *maritus ff. ad Trebell.* Dynus *conſ.* 36. & Natta *de ſtatut. q.* 2. *n.* 102. dicentes iure communi filiæ, quæ aliunde habet legitimam, in tota dote poſſe ſubſtitui, intelligitur, & loquuntur ſcilicet valere grauamen fideicommiſſi in tota dote data, vel prælegata, etiam in quantitate legitimæ, dummodo illa iam vltra dotem habuerit legitimam iuxta tradita *ſuprà eodem n.* 15. *in fine*, eidem filiæ, vel eius hæredibus remaneat integrum ius legitimæ quam eueniente caſu reſtitutionis dotis habeat in aliis bonis, ſeu patris hæredes eidem vel eius hæredibus ſoluant in aliis bonis, ſuppoſito quòd velint vti fideicommiſſo, & bona in dotem data ſibi reſtitui, & intelligi etiam debent in caſu, in quo dos ante patris grauamen non fuerit conſolidata in perſona filiæ, eique totaliter acquiſita iuxta tradita *ſuprà n.* 12.

Quando pater dotem inter viuos dedit, vel promiſit ſimpliciter, & poſtea condens teſtamentum inſtituit filiam in eadem dote, & ei ſine filiis decedenti ſubſtituit fratres, vel alios in eadem dote, An valeat grauamen reſtitutionis, ſeu fideicommiſſi reſpectu totius dotis, vel ſaltem reſpectu quantitatis legitimam excedentis.

22 Septimus caſus eſt, quando pater iam dotem inter viuos totam dedit, vel promiſit ſimpliciter nullo in dotis conſtitutione admixto pacto, vt dos ſibi, vel filiæ redderetur ſoluto matrimonio, condens poſtea teſtamentum inſtituit eam in eadem dote, illi morienti ſine filiis ſubſtituit in eadem dote fratres, vel alios. Et hoc caſu iuxta Doctores communiter onus reſpectu quantitatis legitimæ non valet, ita vt dos ſit reſtituenda fratribus, & hi non tenentur ſoluere filiæ, vel eius hæredibus legitimam, ſed eueniente caſu reſtitutionis, vel fratres patris hæredes debebunt fideicommiſſo renunciare, vel legitimam in aliis bonis ſoluere iuxta tradita *ſuprà n.* 19. & quod onus vſque ad quantitatem legitimæ, cuius loco ſuccedit dos, non teneat, ſentiunt omnes Doctores *relati ſuprà n.* 10. & 17. & magis expreſsè Simon de Prætis *dict. ſolut. vltim. n.* 8. *verſic. ſi verò*, Merlinus *dicta q.* 9. *n.* 11. & alij à Merlin. *ibid.* à Fuſar. *d. q.* 297. & Mangil. *d. q.* 16. *relati*, & alij etiam quos refert, & ſequitur Gabriel *dicto conſil.* 116. *n.* 18. *lib.* 1. qui omnes aſſerunt patrem iure communi inſpecto non poſſe grauare dotem filiæ pro portione legitimæ: & probant tradita *in præcedentibus caſibus*, & idem, quando pater in teſtamento relinquit dotem filiæ, & eidem ſine liberis decedenti ſubſtituit fratrem, ſororem, aut alium, tunc enim etiam, cum dos ſuccedat loco legitimæ, non valet grauamen reſpectu quantitatis legitimæ, vt in ſpecie Theſaurus *d. q.* 63. *n.* 12. & Hieron. Gabriel *conſ.* 116. *n.* 10.

23 An verò ſi dos à patre ſimpliciter data, & conſtituta filiæ excedat menſuram legitimæ pater poſtea condens teſtamentum inſtituendo filiam in dote ei data & conſtituta poſſit illam grauare fideicommiſſo in ea portione, quæ eſt vltra legitimam valeatque grauamen, & in dote iam conſtitutam non poſſe filiam à patre grauari abſolute, & ſic etiam in eo quod eſt *ſuprà* legitima ſcripſerunt Martinus Samilianus *in ſua diſputatione de grauamine dotis*, & Imola *in l. fin. d.* §. *filia, ff. de legat.* 2. & *in dicta lege Lucius Titius*, §. *maritus*, *ff. ad Trebell.* & Baldus *conſ.* 114. *lib.* 2. ad id relati à Theſauro *dicta q.* 63. *n.* 3. & ita ſentit etiam Merlinus *de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *dicta quaſt.* 9. *num.* 39. & Theſaurus *loco citato* dicit pro hac ſententia facere rationes ſeptem adductas à Baldo *conſ.* 301. *lib.* 4. Probatur igitur primo, quia ſemel conſtituta, & data dote filiæ, & confectis dotalibus inſtrumentis, dos illa non eſt amplius in bonis, ſeu in patrimonio patris, ſed filia habet illam præcipuam, vt probatum eſt *ſupra cap.* 2. *n.* 117. & *cap.* 3. *n.* 127. & ibi vnde licet diſſoluto matrimonio per obitum viri ad patrem reuertatur, non poteſt pater illam alienare, vel diminuere vel grauamen aliquod in conſtitutione dotis non appoſitum de nouo imponere, vt pariter probatum eſt, *ſupra dicto capite* 2. *num.* 106. & *cap.* 3. *numero* 127. & *n.* 160. & *n.* 161. Cùm ergo dos iam conſtituta, & data filiæ exiuerit patrimonium patris, & effecta ſit patrimonium eiuſdem, non poteſt poſtea pater ſuper ea tanquam re aliena imponere aliquod onus, ſeu grauamen. Præterea in dote conſtituta per patrem etiam conſentiente filiæ marito non poteſt præiudicari filiæ, eiuſve conditio fieri deterior *l. cum à ſocero, Cod. de iure dotium*, & vniuerſaliter in dote conſtituta nouo pacto poſſe fieri mulieri conditionem meliorem, ſed nunquam deteriorem habetur *l. Atiliſinus ff. de pactis nuptialibus.* Tertiò cum donatio inter patrem, & filiam cauſa dotis valeat, vt *ſuprà hoc capite num.* 12. *cap.* 2. *num.* 117. & dos conſtituta, vel promiſſa à patre cenſeatur à patre donata, vt *dicto num.* 117. probatum eſt; potuit pater conſtituere & donare dotem etiam vltra legitimæ menſuram; nam ſicut ſtatutum poteſt augere legitimam filiorum, & de legitima aucta idem iudicatur, quod de legitima iuris communis, vt ſcilicet filius in ea grauari non poſſit vt poſt Calderinum *conſ.* 32. *de teſtibus*, Paulum de Caſtro *conſ.* 468. *vol.* 2. & alios Gabriel. *allegato conſ.* 116 & *num.* 6. & 11. *lib.* 7. Theſaur. *dicta q.* 63. *n.* 5. & Merlinus *d. q.* 9. *n.* 7. ita & pater poteſt hoc facere conſtituendo, vel relinquendo dotem filiæ excedentem menſuram legitimæ de iure communi debitæ filiæ vt Gabriel, Theſaurus & Merlinus *locis allegatis* Poſtquam ergo pater dotem dedit, conſtituit filiæ in quantitate legitimam excedente, cum dos iam non ſit in ſuo patrimonio, non poteſt illam grauare neque im portione vltra legitimam, Demum quia eadem res non poteſt diuerſo iure cenſeri vt *ſupra hoc cap. num.* 2. *verſic. Dixi* probatum eſt per *l. nam hoc iure ibidem allegatam & l. eum qui ædes, ff. de vſucap.* Propter quam rationem Bartholus, & alij iuriſperiti *ibidem* allegati voluerunt etiam iure communi legatum dotis legitimam excedens eſſe purum, & totum ſtatim, ac ſine dilatione ad tempus contracti matrimonij deberi. Et huiuſmodi rationes non videntur poſſe negari hanc ſententiam habere non parum probabilitatis, maximè quia in dubio iuris articulo pro dotibus reſpondendum videatur, & fauore dotis pro filia præſumendum.

Nihilominus communis, & receptior ſententia iuriſperitorum eſt, in hoc caſu fideicommiſſum ſuper dote ſimpliciter data, & conſtituta filiæ inter viuos à patre ſpecialiter in teſtamento impoſitum filiæ valere, & eueniente caſu reſtitutionis eſſe reſtituendum, quatenus dos legitimam iuris communis exceſſit. Plurimos Doctores ita ſentientes referunt Mangilius *dicta quaſt.* 16. *num.* 12. & Merlinus *dicta quaſt.* 9. *numero* 9. & Theſaurus *dicta quaſt.* 63. *num.* 5. vbi etiam dicit ita tenere omnes, ita ſentiunt iidem Mangilius, Merlinus, & Theſaurus *iiſdem locis*; ita Lud. Molina *de primog. libro* 2. *dicto cap.* 15. *num.* 11. & 12. ita etiam Simon de Prætis, Paleotus, Mantica, Vaſquius, Graſſus Fuſarius *locis in præcedentibus allegatis*, & omnes iuriſperiti, quos modo allegati Doctores referunt, quatenus volunt grauamen dotis vltra quantitatem legitimæ à patre ſpecialiter filiæ impoſitum non valere, & reiiciendum ſolum in caſu fideicommiſſi, ſeu grauaminis impoſiti ſuper dote, quæ iam ex patris ſtipulatione, vel alia ratione 24

erat

erat conſolidata in filia, illique totaliter acquiſita, nec ad patrem diſſoluto matrimonio vllo modo reuerſura eo quod talis dos omnino è patris patrimonio exierit: valere autem quoad exceſſum vltra legitimam quando dos non eſt reuerſura ad patrem viuentem ſoluto matrimonio per obitum viri; Probatur igitur hæc ſententia, quia cum dos ſimpliciter data, vel conſtituta filiæfamilias diſſoluto matrimonio per obitum viri reſtituenda ſit patri viuenti etiamſi filia habeat filios, vt *ſupra capite* 3. *numero* 159. probatum eſt, non exiuit omninò è patris patrimonio, cùm nondum ſit totaliter conſolidata in filiæ perſona, & patri adhuc competat actio dotis, quæ patri, & filiæ eſt communis, poteſt pater poſtea condens teſtamentum eandem dotem in ea portione, quæ excedit legitimam, quæ ex liberalitate paterna proceſſit, grauare fideicommiſſo, & onere reſtitutionis. Quod multò magis procedit in dote, quam pater in teſtamento reliquit filiæ, & in eadem dote ea ſine filiis decedente ſubſtituit fratrem, vel aliam perſonam valere fideicommiſſum, ſeu grauamen reſtitutionis quoad perſonalem dotis, quæ eſt ſupra menſuram legitimæ iure communi debitæ, vt tradit Gabriel *dicto numero* 10. & 13. non videtur dubitandum, cum teſtamenti tempore dos relicta ſit in bonis patris, ac proinde, dum non ex neceſſitate, ſed voluntariè illud plus vltra legitimam à patre relinquatur, poteſt pater grauare filiam in illo pluri, vt decedat ſine liberis fratri, vel alij perſonæ reſtituatur, vt idem Gabriel *dicto conſilio* 116. *eodem numero* 10. & 13. Sicut extraneus dotans, vel relinquens pro dote, poteſt onere reſtitutionis alteri faciendæ grauare dotem datam, ſi mulier deceſſerit ſine liberis, quia voluntariè, & ex mera liberalitate dotat, vel dotem relinquit, & in hoc caſu grauaminis ſuper dote in teſtamento relicta quatenus excedit legitimam iuris communis præter Doctores *ſuprà* allegatos, ita ſentiunt alij communiter, quos cumulant illos ſequentes Gabriel *dicto conſilio* 116. *numero* 11. & Merlinus *dicta quæſt.* 9. *allegato numero* 9. & ita expreſsè etiam Theſaurus *dicta q.* 63. *num.* 12. Mangilius *dicta quæſt.* 16. *n.* 15. *in fine*, & Imola *dicto* §. *maritus*.

25 Huic autem communi, & receptæ ſententiæ non obſtant rationes *numero precedenti* adductæ pro contraria ſententia. Non prima, quia licet dos filiæ ſimpliciter data inter viuos non ſit ampliùs in bonis patris, nec ad eum viuentem reuerſa diſſoluto matrimonio ob viri obitum confundatur in patris patrimonio, tamen quia viuente eodem patre in filiæ perſona non eſt conſolidata, nec ei dotis actio totaliter acquiſita, ſed eius actio remanet communis filiæ & patri, cui ſoluto matrimonio ſuperſtite filia competit ius illam exigendi, & reſtitui debet, non cenſetur omnino exiuiſſe è patris patrimonio cum adhuc patri ius ſuper illam competat, ac proinde non deneganda eſt illi poteſtas eam dotem, ſi filia ſine liberis deceſſerit grauandi onere reſtitutionis, & fideicommiſſi, quatenus excedit legitimam iure communi filiæ debitam.

26 Neque obſtat ſecunda ratio, quia in allegatis teſtibus ſermo eſt de grauamine per pactum inter viuos, & in tota dote, & in præiudicium ipſius filiæ viuentis: cui dum viuit ſine eius conſenſu pater etiam conſentiente viro nouo pacto non poteſt in dote ſemel data præiudicare, vt expreſsè *d. l. cum à ſocero* communis autem ſententia, procedit ſolum de grauamine poſt filiæ mortem executioni mandando in vltima voluntate à patre impoſito, & non ſuper tota dote, ſed ſolum ſuper portione excedente menſuram legitimæ, quam idem pater non cogebatur dare.

27 Non obſtat tertia ratio: conceditur enim patrem poſſe dotare filiam in quantitate vltra legitimam, pro hoc tamen non poteſt inferri ſuper illa dote ipſo viuente non conſolidata in filiæ perſona nequire iure communi inſpecto in ſuo teſtamento grauare filiam fideicommiſſo alteri poſt eius mortem reſtituendo. Quidquid ſit, an legitimam vltra quantitatem debitam iure communi auctam à ſtatuto fœminas propter maſculos à paterna ſucceſſione excludente poſſit pater teſtans grauare fideicommiſſo reſpectu quantitatis excedentis menſuram legitimæ iure communi debitæ, de quo Gabriel *d. conſ.* 116.

Non obſtat vltima ratio; quæ (vt notarunt Gabriel 28
d. conſ. 116. *n.* 12. Mangilius *d. q.* 16. *num.* 48. & alios allegans Fuſarius *d. q.* 297. *n.* 26. non procedit vbi interuenit ratio differentiæ, ſeu diuerſitatis, quæ ſuadet vnam & eandem rem poſſe diuerſo iure cenſeri, vt in præſenti; nam pater iure communi tenetur quidem ad dotem æqualem legitimæ iure communi debitæ dandam, vel relinquendam filiæ, ideoque non poteſt illam grauare, nec grauamen tenet, non tenetur tamen ad dotem excedentem legitimæ menſuram, ideo quoad illum exceſſum valet grauamen.

Stante pacto in conſtitutione dotis, ſeu in inſtrumento dotali per patrem appoſito, quòd filia ſine liberis decedente vir lucretur tantùm certam dotis ſummam, an poſſit pater poſtea ſuper illa dote grauare filiam fideicomiſſo nulla præſuppoſita ſtipulatione expreſſa circa dotis reſtitutionem.

Caſus octauus. Quando pater tradendo dotem in 29
inſtrumento dotali appoſuit pactum, ſeu ſtipulatus eſt, quod filia ſine liberis ex eo matrimonio ſuſceptis decedente vir lucretur tantùm certam ſummam, an poſſit poſtea pater condens teſtamentum in eo diſponere de reſiduo dotis in præiudicium filiæ, vel ſaltem eandem grauare fideicommiſſo, ſi nulla præceſſerit ſtipulatio expreſſa circa dotis reſtitutionem, ſeu de dote patri, vel eius hæredibus ſoluto matrimonio reſtituenda, Gaſpar, Theſaurus *d. q.* 63. *n.* 19. *ad finem* examinat hanc difficultatem, quam appellat arduam, & difficilem; & poſt multa tradita hinc inde, & quod ipſe in partem negatiuam inclinabat, & veriorem exiſtimabat, in fine refert, Senatum Pedemontanum determinaſſe ſtante illo pacto circa quantitatem lucri dotis pro viro patrem potuiſſe grauare filiam fideicommiſſo, grauamenque valuiſſe in præiudicium filiæ, & pro hac parte fuiſſe adducta multa fundamenta, & ſubtilia. Et præſertim ſtante communi, & recepta ſententia, de qua in præcedentibus, quod pater potuerit vltra legitimam grauare filiam in dote conſtituta, nulla præſuppoſita ſtipulatione, per quam dos ſit in filiæ perſona conſolidata valere fideicommiſſum per patrem in ſuo teſtamento iniunctum in caſu purificandæ conditionis, etiam quod filia à patre hærede inſtituta repudiata hæreditate paterna, illo pro mortuo aliter diſpoſuerit, probatum fuit duobus ſequentibus argumentis, ſcilicet. Primum, quia vbi nulla intercedit in fauorem filiæ ſtipulatio in caſu reſtitutionis dotis, actio ipſius dotis per tacitam ſtipulationem dicitur, ſeu remanet acquiſita patri *l. vnica* §. *accedit in fine, Cod. de rei vxor. actione*. Secundum, quia per illud pactum pater cenſetur tacitè voluiſſe prouidere, & retinere ſibi diſpoſitionem ſuper dote, quatenus filia ſine liberis decederet, quo caſu etiam circunſcripto pacto pater potuiſſet in dote grauare filiam ſaltem vltra legitimam iuxta Imolam, & Caſtrenſ. *in l. fin.* §. *filiæ, ff. de leg.* 2. & Doctores *ſupra n.* 21. relatos.

Verum contrarium, & ratione præfati pacti non potuiſſe,

potuiſſe,ſeu non poſſe patrem grauare filiam fideicommiſſo ſuper dote, nec grauamen ſubſiſtere ſentiunt Mangilius *allegata quaſt.* 16. *num.* 25. *verſ. contra vero* Merlinus *lib.* 3. *tit.* 1. *alleg. quaſt.* 9. *num.* 12. *&* 13. idque cenſuit Theſaurus *vbi ſuprà*. Et probant primò, quia pater non poteſt grauare filiam ad reſtitutionem dotis ei ſimpliciter datæ,niſi quatenus dos excedit legitimam, vt probatũ eſt *ſupra n.* 18. & tradunt Doctores *ibidem* relati: & patre mortuo dotis eiuſdem actio conſolidatur in filia, & ad ipſam tantùm ſpectat, etiam nullo hæredum accedente conſenſu; vt *ſupra cap.* 3. *num.* 142. probatum eſt,& notant etiam Mang. *d. verſic. contra verò*, & Theſaurus *d. q.* 63. *nu.* 22. & ita pater pro tempore poſt illius mortem non potuit filiæ in eadem dote præiudicare. Secundò quia (inquit Theſaurus) illud pactum, quod vir lucretur tantum certam ſummam dotis reſeruato reſiduo non eſt ad fauorem patris, vt de illo reſiduo dotis videatur ſibi reſeruaſſe, ſeu reſeruare facultatem diſponendi, ſed ad fauorem ipſius filiæ, cuius cùm dos illa ſimpliciter data effecta fuiſſet proprium illius patrimonium,non illi per paternam diſpoſitionem præiudicium inferri, nec poterat filia impedire, quin poſſet de dote diſponere. Ad primum argumentum contrariæ ſententiæ ſumptum ex dicto §. *accedit* reſpondeat; dum ibi videtur dici ex tacita ſtipulatione actionem eſſe ſolius patris, intelligi viuente patre, non poſt eius mortem, & ita quod etiam poſt eius mortem hoc ſibi competat ad effectum imponendi onus; addunt etiam circunſcripta ſtipulatione expreſſa in conſtitutione dotis, ſeu dotali inſtrumento admixta ſuper reſtitutione dotis patri facienda diſſoluto matrimonio hodie eum ex diſpoſitione Iuſtiniani *in* §. *fuerat inſtitut. de actionib.* fuerit iuxta Doctores ibidem ſcribentes correctus Text. *d.* §. *accedit*, ex eadem Iuſtiniani ſanctione *in eod.* §. *fuerat*, cenſeri ſemper ſtipulatum ad fauorem filiæ,niſi in ipſo inſtrumento dotali expreſſa contraria fiat ſtipulatio, ita vt non ſufficiat tacita, vt ſupra *cap.* 3. *num.* 151. notant, & ex iuribus & Doctoribus ibidem allegatis. Ad ſecundum argumentum reſpondent, per illud pactum non videri patrem voluiſſe,nec potuiſſe prouidere,nec & retinere ſibi diſpoſitionem ſuper dote; quia cum dos,filiæ ſimpliciter data, ſit eius patrimonium, ac illi pleno iure debeatur, non potuit pater noua diſpoſitione præiudicium inferre,& impedire,ne filia eo mortuo poſſit de dote diſponere: ac proinde idem pater ſtipulando ſuper limitata quantitate lucri dotalis videtur potius egiſſe vtile negotium filiæ, quam propriæ vtilitati incubuiſſe.

31 Hæc poſterior ſententia quoad grauamen reſtitutionis dotis reſpectu quantitatis legitimæ, quòd non obſtante illo pacto circa limitatam quantitatem lucri pro viro, quod in teſtamento pater non potuerit iniungere ſuper dote filiæ, nec valeat iniunctum, certum, & indubitatum videtur, & de mente omnium Doctorum qui ſupra *hoc cap. num.* 9. *&* 18. *&* 21. relati ſunt, & multò magis eorum, *qui num.* 22. ſunt relati, cum hic verſemur in caſu, in quo dos inter viuos fuit filiæ ſimpliciter data, ſeu conſtituta nullo in inſtrumento dotali adiecto pacto vt patri dotanti dos ſoluto matrimonio redderetur; & probant tradita iiſdem numeris; quare hæredes patris ſaltem tenentur vel renunciare fideicommiſſo,vel ſoluere legitimam filiæ ſeu eius hæredibus, iuxta tradita *num.* 9. 20. *&* 22.

32 An verò potuerit pater in teſtamento fideicommiſſo, ſeu onere reſtitutionis grauare filiam in illa dote reſpectu portionis excedentis legitimam, & grauamen iniunctum valeat; negatiuam partem probant, vt probabilem reddunt tradita *ſupra hoc cap. num.* 23. Nihilominus cum hoc caſu in conſtitutione dotis,ſeu inſtrumento dotali non interuenerit ſtipulatio, vt filiæ dos redderetur; ſed dos ſit data ſimpliciter, dicendum videtur tanquam probabilius valuiſſe grauamen reſtitutionis, quatenus dos excedebat legitimam iuxta tradita *ſupra numero* 24. & Doctores *ibidem* allegatos.

Ex traditis hucuſque cum conſtet, & omnes præallegati Doctores tradant, doti filiæ à patre non poſſe imponi grauamen fideicommiſſi, ſeu reſtitutionis mortuo patre ipſo ante filiam,ea tantùm ratione quia mortuo patre dotante ſuperſtite filia dos amittit naturam dotis,& ſuccedit loco legitimæ, cui nullum onus conditionis, temporis, modi,aliudue grauamen fideicommiſſi, aut reſtitutionis imponi poteſt *d. l. quoniam in prioribus Cod. de inoffic. teſtam.* nam dos vt dos iuxta naturam dotis non reiicit grauamen reſtitutionis, ſed admittit onus donec naturam non mutat; vt conſtat ex traditis *cap.* 6. *n.* 111. *&* 112. & in præcedentibus huius capitis, & tradunt expreſsè Bartholus, Paulus de Caſtro, & alij *in l. Titio*, §. *Titio, ff. de cond. & demonſtrat.* idem Paulus *conſ.* 66. & Hieronymus Gabriel *d. conſ.* 116. *n.* 29. *&* 30. & manifeſtè probatur ex eo, quòd in dote quæ ab extraneo datur, vel relinquitur cùm non ſuccedat loco legitimæ poteſt imponi omne onus, & quod muliere dotata ſine filiis decedente dos reuertatur,ſeu reſtituatur dotanti, & eius hæredibus vel ei, quem dotans mulieri ſubſtituerit: vt conſtat ex traditis *cap.* 3. infertur primo, quòd ſi pater dat, vel relinquit dotem filiæ, quæ iam aliunde legitimam habuit, ſeu habet à patre aſſignatam; poteſt iure communi eidem filiæ in tota dote ſubſtituere; vt tradunt Bartholus, & alij *in l. fin.* § *filia ff. de legat.* 2. Gabriel *d. conſ.* 116. *n.* 28. & Rota,& alij iuriſperiti *ſupra n.* 15. *verſ. pro hac ſententia, & num.* 21. relati: infertur ſecundo valere fideicommiſſum in tota dote à patre data, vel relicta filiæ iam ab eo iuſtè exhæredatæ; cùm filio exhæredato citra dubium in toto eo, quod ei à patre relinquitur ſubſtitui poſſit *l. coheredi* §. *cum filia in fine ff. de vulg.* ob eam rationem, quod legitima exhæredato legitimè non debetur: & ſic ceſſat ratio,propter quam onus reiicit, & intrat regula,vt is, qui honoratur, quatenus vtilitatem capit, onerari poſſit *d.* §. *cum filia, & cap. ex qua perſona de regul. iur.* quare etiam filiæ exhæredatæ in tota dote ſubſtitui poteſt, quia exhæredata habetur pro extranea, cui non debetur legitima, ita Gabriel *d. conſ.* 116. *n.* 32. & apud eundem alij iuriſperiti: infertur tertio in tota dote relicta,vel à patre ſoluta filiæ ſpuriæ, & naturali iure communi ſuſtineri grauamen fideicommiſſi poſt mortem filiæ ſine liberis reſtituendi: vt in ſpecie notauit etiam Merlinus *de legitima lib.* 1. *tit.* 2. *q.* 5. *& l.* 3. *tit.* 1. *allegata quaſt.* 9. *num.* 54. idque ob eandem rationem,ſcilicet quia filiæ ſpuriæ, & naturali non debetur legitima,& dos,quæ à lege datur,vel etiam à ſtatuto eidem defertur, non defertur propter ſucceſſionem reſeruatam, ſed propter alimenta etiam ſpuriis ſaltem ex æquitate canonica debita, cauſa autem alimentorum non protrahitur vltra vitam, & ita ſuſtinetur onus fideicommiſſi poſt vitam filiæ reſtituendi. 33

Prædicta quoad grauamen dotis iure communi inſpecto.

§. II.

Stante ſtatuto excludente fœminas à ſucceſſionibus maſculis exiſtentibus, an, & quando dos data, vel relicta filiæ poſſit à patre onere fideicommiſſi, vel alio onere grauari.

DE hac quæſtione præter ferè omnes iuriſperitos ſupra hoc capite *num.* 2. relatos, agunt Brunus *de ſtatutis excludentibus fœminas à ſucceſſionibus art.* 11. *quaſt.* 34

q 2. & Hieron. Gabr. *conſ.*116. *vol.*1. apud quos *& numer. ſeq.* relatos alij, & circa hanc quæſtionem duæ ſunt concluſiones iuriſperitorum communes.

Quando ex ſtatuto dos reſeruata ſuccedit loco legitimæ, non admittitur onus, & grauamen vllum intra legitimam, & quid vltra.

35 Prima communis iuriſperitorum concluſio eſt, quod quando dos data, vel relicta à patre filiæ, vel ab auo paterno nepti ex ſtatuto ſuccedit loco legitimæ, ſuper ea reſpectu menſuræ ſeu quantitatis legitimæ non poteſt vllum onus imponi, & ſi imponatur, non valere, filiamque poſſe onus cuiuſcumque ſit conditionis, temporis, modi, aut fideicommiſſi reiicere, & dotem vt proprium patrimonium mortuo patre retinere, vel ab hæredibus patris obtinere, idque ob illam rationem, quod legitima (cuius loco dos ſuccedit, & naturam mortuo patre ſortitur) nullo onere grauari poteſt *d. l. quoniam in prioribus, Cod. de inoff. teſtamento*, ita Brunus *d. q.* 2. Gabriel *d. conſ.*116. *& etiam conſ.*11. *n.*2. *&* 4. Caſtr. *conſ.*323. *n.*1. *conſ.*325. *n.*4. *&* 370. *n.*2. *vol.*1. *& conſ.*16. *n.*2. *&* 3. *lib.*2. Surd. *de alim. tit.*3. *q.*1. *n.*41. Rot. Rom. *deciſ.*215. *n.*10. *ibidem* Ferentillus, *in annot. lit. B. deciſ.* 815. *n.*5. apud Seraph. *deciſ.*381. *n.*4 *p.*1. *recent. & dec.* 540. *n.*1. *p.*1. *diuerſor.* Stephan. Gratian. *diſcept. for. tom.*3. *c.*556. *n.*6. *& to.*4. *cap.*700. *n.*29. ex iuriſperitis *ſuprà n.*1. relati ita Simon de Prætis *dicta ſolut. vltima n.*9. Mareſcotus *d. cap.*28. *n.*2. Theſaurus *d. q.*63. *num.*3. Mangilius *d. q.*16. *num.* 27. *&* 40. Marta *de ſucceſſionibus d. part.*1. *q.*13. *dicto art. n.*3. *&* 4. Merlinus *de legitima, lib.*3. *d. art.*1. *q.*8. *n.*42. *& d. q.*9. *n.*1. Fuſarius *de ſubſtit. d. q.*297. *n.*23. *&* 29. apud quos, & alios præcitatos alij iuriſperiti communiter. Aduertendum autem, quod dos ſuccedat loco legitimæ non eſſe neceſſe, neque ex ea ſubrogatione dotis loco legitimæ ex ſtatuti diſpoſitione ſequi, vt dos congrua iuxta ſtatutum non poſſit eſſe minor legitima, ſed debeat eſſe æqualis legitimæ; nam ſtatutum poteſt legitimam iure communi filiis debitam diminuere in tempore, & quantitate (vt dicitur *infrà n.*56.) & loco illius ſic diminutæ, in eadem quantitate ſubrogare dotem filiarum ita quod congrua ſit etiamſi ſit minor legitima iure communi debita, tamen ſit ſubrogata, & ſuccedat loco legitimæ in dicta minori quantitate, ita vt non poſſit grauari, ſicut legitima iure communi filiis debita nullo oneri ſubiicitur, ita poſt Bartholum *in l. Titio centum, §. Titio Genero, ff. de condit. & demonſtr.* & Socinum *conſ.*288. *n.*16. *verſic. Præterea lib* 2. Mantica *de tacit. & ambig. convent. lib.*12. *tit.*22. *n.*12.

36 Dixi *reſpectu quantitatis legitimæ*; nam reſpectu quantitatis excedentis legitimam controuertitur inter iuriſperitos. An in hoc caſu, in quo dos ex ſtatuto ſuccedit loco legitimæ, dos à patre poſſit grauari fideicommiſſo, vel alio onere in ea portione, quæ legitimæ menſuram excedit. Et ſententiam negatiuam amplexi ſunt Brunus *de ſtat. excluſiuo &c. art.* 11. *n.* 59. Simon de Prætis *d. ſolut. vlt. n.*12. Theſaurus *dicto n.*13. & plures alij ab ipſis, & à Fuſario *d. q.*297. *n.*23. *allegati.* Probatur primo à Theſauro; quia cum à ſtatuto filia priuetur ſucceſſione parentum, actio dotis ei ab initio conſolidatur, & ſic debet habere dotem præcipuam & ab omni onere ſolutam iuxta tradita *ſuprà n.*12. Secundo probatur, quia filia videtur habere dotem à ſtatuto, non à patre, ideoque in ea grauari non debet iuxta, *l. ſi arrogator, §. ſed an impuberi, ff. de adopt.* Tertiò, quia vna, & eadem res non poteſt diuerſo iure cenſeri.

Sententiam verò affirmatiuam tenuerunt Mareſco-
37 tus, Marta, Merlinus *locis citatis*, Gabriel *d. conſ.*116. *n.* 49. *&* 13. Tuſchus alios allegans *v. ſtatutum concl.*662. *n.*7. Mangilius *d. q.*16. *n.*27. *&* 40. & plurimi ab iiſdem & à Fuſario *d. q.*297. *n.*25. relati: qui ſtatuunt concluſionem, quod ſtatutum prouidens de dotibus filiabus, nunquam intelligitur, vt ſupra menſuram legitimæ pater filiam grauare non poſſit; vt expreſsè alios allegans Mangilius *dicto num.*4. & hanc ſententiam videtur ſequi etiam Fuſarius *dicto num.*25. Qui probat primo, quia etſi ſtatutum reſeruat dotem loco legitimæ, non tamen cenſetur voluiſſe augere legitimam, niſi exprimat [cum tunc filia non excludatur à legitima per Doctores *infrà n.*44. relatos] ita nec etiam arctat ad dandam dotem maiorem legitima id non exprimens, ideoque ſi pater det dotem maiorem legitima, dos in exceſſu vltra quantitatem legitimæ non habet priuilegia legitimæ, & cùm ille exceſſus proueniat à libera voluntate, poteſt grauari, ſicut poteſt grauari tota dos data ab extraneo, qui voluntariè dotat. Secundo, quia ſtatutum fuit conditum contra filias, vt dotibus ſint contentæ, nec in earum fauorem intelligi debet, ita vt quæcumque dos quantumcumque magna, & legitimam excedens à patre detur, vel relinquatur, etiam vltra legitimam habeat priuilegia legitimæ, & talis dos dicetur ſtatuti diſpoſitione à patre data, relicta, nam quæ ſtatuta ſunt ad diminutionem non pariunt augmentum *l. legata inutiliter, ff. de adimend. leg.* & actus ad vnum finem ordinatus non parit alium finem, ad quem non eſt ordinatus *l. non omnis, ff. ſi cert. petat.* Et hanc ſententiam vti magis communem, & receptam approbo. Quare,

Ad primum argumentum ſententiæ negatiuæ reſ- 38 pondetur niſi præceſſerit in conſtitutione dotis ſtipulatio vt dos filiæ redderetur ſoluto matrimonio actionem dotis dum viuit pater non conſolidari in filia, ſed tantum eo mortuo, vnde ſoluto matrimonio poſt obitum viri dos non ſolum iure communi inſpecto, ſed etiam ſtante ſtatuto excluſiuo fœminarum reuertitur ad patrem viuentem, vt aliis allegatis probatum eſt *cap. præced. n.*111. ac proinde pater poteſt dotem grauare in eo, quod eſt vltra legitimam.

Ad ſecundum, filiam dotem quoad exceſſum vltra 39 legitimam non habere à ſtatuto (quod non arctat niſi ad dotem, quæ non ſit minor legitima, vt dictum eſt) ſed à liberalitate patris ac proinde in eo exceſſu à patre poteſt imponi onus, quod etiam probant tradita *ſuprà num.*24.

Ad tertium reſpondetur ex traditis *ſupra n.*28. ſcilicet 40 ex rationum diuerſitate idem dotis legatum pro parte eſſe purum, & abſque onere fideicommiſſi quatenus eſt intra menſuram legitimæ quatenus verò eſt ſupra mēſuram legitimæ admittere onus diei, & conditionis, ac fideicommiſſi, vt poſt alios Gabr. *dicto conſilio* 116. *n.*52. Mangilius *num.* 28. & Fuſarius *num.* 28. intelligi tamen debet præfata communis concluſio iuxta tradita *ſuprà num.*9. *&* 20. ſcilicet vt hæredes patris vel renuncient fideicommiſſo ſi velint dotem imputari in legitimam, vel ſoluant in aliis bonis legitimam.

Sed (ſi legitima per ſtatutum fuerit aucta vltra 41 quantitatem legitimæ iuris communis) provt eam augere poſſe ſtatutum tradunt Calderinus, Paulus de Caſtro, Gabriel, Theſaurus, Merlinus *locis ſuprà numero* 23. *verſic: tertio relatis*, & alios allegans Fuſarius *dict. quæſt.*297. *num.* 24. Quamvis non cenſeatur auxiſſe, & ius commune in hoc correxiſſe, ſeu mutaſſe, niſi expreſſe auxerit, vt notarunt poſt alios Gabriel *dict. conſil.* 116. *numero* 7. *&* 11. & Fuſarius *dict. quæſt.* 297. *numero* 27. *verſic. ad ſecundum*, an etiam tunc dos ex eo ſtatuto ſuccedens loco legitimæ poſſit à patre onere fideicommiſſi, vel alio onere grauari, quatenus excedit quantitatem legitimæ iuris communis. Reſpondetur negatiuè. Nam de legitima aucta per ſtatutum idem iudicatur, quod de legitima

iuris

iuris communis, vt *ſuprà dicto numero* 23. *verſiculo*, *Tertio notatum eſt*, & tradunt Calderinus, Caſtro, Gabriel, Theſaurus, & Merlinus *locis ibidem relatis*, quare ſicut à patre nullum onus poteſt imponi ſuper legitima iuris communis *dicta lege Quoniam in prioribus*, ita nec ſuper legitima aucta à ſtatuto, & ſic nec ſuper dote, quæ ex ſtatuto loco legitimæ ſuccedit.

Si ex ſtatuto dos non ſuccedit loco legitimæ, admittit omne onus, & grauamen.

42 Secunda concluſio Iuriſperitorum communis eſt, ſi ex ſtatuto dos non ſuccedit loco legitimæ, eidem doti à patre datæ, vel relictæ onus quodcumque, & quæcumque conditio imponi poteſt, ita Bartholus *in lege finali*, §. *filia*, *numero* 1. *ff. de legat. ſecundo*, *& in lege Lucius*, §. *maritus*, *numero* 2. *verſic. Si verò pater*, *ff. ad Trebellianum*, Caſtrenſis *citato conſilio* 16. *numero* 2. *&* 3. *libro* 2. & aliis locis *numero* 35. relatis, Brunus *dicto artic.* 11. *citata quæſtione* 2. Gabriel *dicto conſilio* 116. *numero* 27. Peregrinus *de fideicom. articulo numero* 21. Simon de Prætis *dicta ſolut. vltima*, *numero* 10. Mangilius *d. quæſt.* 16. Rota *numero* 35. relatis, Mareſcottus *dicto capite* 28. *numero* 1. Merlinus *d. quæſt.* 9. *numero* 37. Surdus, Gratianus, Ferentillus *locis eodem numero* 35. relatis, Marta *allegato articulo* 3. *numero* 5. & plurimi alij apud eoſdem præſertim apud Gabrielem, Peregrinum, & Merlinum. Ratio eſt, quia dos ex ſui natura, & ſie illam non mutet, admittit quodcunque onus, vt *ſuprà numero* 33. notatum eſt, & tradunt Doctores *ibidem* relati, & ſolum rejicit onus, quatenus ſuccedit loco legitimæ, & ſic eius naturam ſortitur. Quapropter in præcedentibus ſæpe iuxta Doctores communiter probatum eſt, etiam quando ſuccedit loco legitimæ, poſſe dotem grauari in eo, quod legitimæ menſuram excedit, dato ergo, quòd ex ſtatuto dos non ſuccedat loco legitimæ, ſuper ea tota poterit onus imponi, ſed quod valde inter Iuriſconſultos controuertitur, eſt, quandonam ex ſtatuto excludente fœminas à ſucceſſionibus ab inteſtato dos ſuccedat loco legitimæ, & quando non ſuccedat, anque ſiue ſtatutum excludat filias dotatas, ſeu prius mandet dotari, & poſtea excludat, ſiue ſimpliciter excludat, & poſt mandet eas dotari, ſemper dos cenſeatur reſeruata loco legitimæ.

Diſtinctio Caſtrenſis ſtatuti excludentis dotatas, & ſtatuti excludentis ſimpliciter, & poſt mandantis filias dotari, vt in primo caſu dos reſeruata ſuccedat loco legitimæ, non in ſecundo caſu, explicatur, & probatur?

43 Et in hac controuerſia Paulus de Caſtro *in lege Titio centum*, §. *Titio genero*, *numero* 8. *ff. de conditione & demonſtr. in l. quoniam in prioribus*, *Cod. de inoffic. teſtamento*, *conſilio* 275. *conſ.* 323. *volum.* 1. *conſ.* 6. *quæſt.* 16. 67. 96. 222. *&* 340. *volum.* 2. diſtinguit duos caſus ſtatuti fœminas à ſucceſſionibus excludentis maſculis extantibus. Primus eſt, quando ſtatutum prius iubet filias dotari, deinde eas excludit, vt ſi ſtatutum decernat, quod filia dotata, extantibus maſculis, non ſuccedatur: ſecundus eſt, quando ſtatutum prius excludit filias extantibus maſculis, & poſtea mandat eas dotari, vt ſi ſtatutum decernat, quod filia non ſuccedat extantibus maſculis, ſed dotetur ſeu debeat dotari. Primo caſu dicit Caſtrenſis, dotem ſuccedere loco legitimæ, ſecundo verò dotem non eſſe, nec ſuccedere loco legitimæ, ſed cenſeri fœminas omnino à legitima excluſas. Et hanc diſtinctionem propter plurimos alios Iuriſperitos, relatos à Peregrino *de fideicommiſſis*, *artic.* 38. *numero* 23. Laderchio *conſil.* 25. *numero* 6. Merlino *de legitima*, *libro* 3. *tit.* 1. *quæſtione* 8. *numero* 9. Surdo, Marta, Gratiano, & Rota *locis*, *qui infrà allegantur*, approbarunt Gabriel *conſilio* 11. *numero* 5. *&* 6. *libro* 1. Craſſus §. *legitima*, *quæſt.* 7. *numero* 4. Brunus *de ſtatu. excluſ. articulo* 11. *numero* 42. Boſſius *in praxi*, *titulo de publicat. Bonorum*, *numero* 2. Menochius *de præſumptione*, *libro* 4. *præſumptione* 146. *numero* 40. *&* 43. *conſilio* 81. *numero* 4. *& conſilio* 251. *numero* 24. Simon de Prætis *de interpretatione vltim. volum. libro* 3. *dubit.* 2. *ſolutione vltima*, *numero* 10. Mantica *de coniect. vltim. volun. libro* 11. *titulo* 22. *numero* 47. Mareſcottus *var. capite* 10. *numero* 10. *& capite* 28. *libro* 1. Rota Romana *deciſione* 538. *numero* 3. *& deciſione* 540. *numero* 1. *parte* 1. *diuerſ. deciſione* 563. *numero* 5. apud Seraphinum *deciſione* 215. *numero* 10. apud Burattum, & alibi (vt notatur *dicta deciſione* 959. & refert Merlinus *dicto numero* 9.) Surdus *de aliment. titulo* 3. *quæſtione* 1. *numero* 39. *&* 45. Merlinus *dicta quæſt.* 8. *dicto numero* 9. 25. 31. *&* 35. *& quæſtione* 9. *numero* 38. *verſiculo ſecundo probatur*, Beltraminus *in annotat. ad dictam deciſionem* 565. Ludouiſius *numero* 11. Stephanus Gratianus *locis ſuprà numero* 35. *relatis*, Mangilius *de impu. quæſt.* 57. *numero* 25. *&* 39. Ferentillus *in annotatione ad dictam deciſionem* 215. *Buratti*, *littera B.* Marta *de ſucceſſionibus ab inteſtato*, *parte* 1. *quæſt.* 13. *artic.* 2. *numero* 18. 36. *& ſequentibus*, *& parte* 4. *quæſt.* 18. *artic.* 3. *numero* 27. *& artic.* 8. *numero* 67. *&* 70. Et eandem diſtinctionem eſſe magis communiter à Iuriſperitis approbatam, & receptam poſt Gabrielem, Boſſium *locis allegatis*, & alios teſtatur Marta *dicto artic.* 2. *numero* 37. & certè apud recentiores apparet magis recepta.

Stante ſtatuto filias dotatas excludente à ſucceſſione, dotem loco legitimæ ſuccedere probatur.

Quod igitur in primo caſu, quando ſtatutum decernit, quod fœmina prius dotetur, poſtea excludatur à ſucceſſione, ſeu decernit, quod filiæ dotatæ non ſuccedant, extantibus maſculis, dos ſuccedat loco legitimæ (quod dicit etiam Tuſchus verbo Statutum *concluſione* 665. *numero* 8. alios allegans) probatur primò, quia, cum ſtatutum excludit dotatam, excluſio fundatur ſuper dote, & propter dotem fit, ac proinde dos ſuccedit loco legitimæ, quam ſtatutum noluit adimere tali filiæ. Secundò, quia fœmina non dicitur eſſe totaliter excluſa à ſucceſſione, vt proinde poſſit etiam dici excluſa à legitima, cum ſtatutum primo det dotem tanquam legitimam, & ex poſt à reliquo excludit: Tertiò, quia iuxta huiuſmodi ſtatutum fœminas dotatas excludens à ſucceſſione, fœmina prius debet dotari, quàm excludatur, cum excluſio fundetur in dotatione, & debet dos per patrem conſtitui, vel relinqui purè, & non ſub conditione, & ſi pater in teſtamento dotem relinquat filiæ, ſtante hoc ſtatuto excludente dotatas legatum intelligitur purum, & non conditionale ſcilicet cum onere nuptiarum, quia actus conditionalis non eſt actus iuxta *l. ſi quis ſub conditione*, *ff. ſi quis omiſſa* 44

cauſa teſtam. & ſi in hoc caſu dos deberetur tempore nuptiarum, cum eſſet ſub conditione, filia non diceretur dotata, & per conſequens nec excluſa, & confirmat Menochius *dicta præſumptione* 146. *numero* 44. ex Pariſio *conſilio* 53. *numero* 76. *finali*, *libro* 3. ſcilicet, quia cum in hoc primo caſu actus dotationis requiratur ante excluſionem, vt dictum eſt is fieri non poteſt niſi à patre, qui dum dotem ipſam conſtituit, dicitur loco legitimæ dare, ac proinde cum legitima purè relinqui debeat *dicta lege quoniam in prioribus*, *Cod. de inoffic. teſtamento.* Ita pariter, & dos purè relicta præſumi debet. Quartò, Marta *dicto artic.* 2. *citato numero* 17. per verba ſtatuti filias dotatas excludentis dotem ſuccedere loco legitimæ probat per textum *in lege quoniam Nouella*, *Codice de inoffic. teſtamento*, *in verſiculo Verum etiam in quartam partem ad excludendam inofficioſi querelam volumus* (nempe dotem pro filia datam) *imputari*: *Nam dicta querela datur quibus nulla legitima relicta eſt*, *libro* 3. *ff. de inoffic. teſtamento*, ſed Dos excludit querelam iuxta *dictam legem quoniam nouella*, ergo ad hunc effectum ſuccedit loco legitimæ, illiuſque naturam ſortitur ad *legem ſi eum*, § *iniuriarum*, *ff. ſi quis cautionibus*, & §. *fuerat inſtitut. de actionibus*, & licet Menochius *de arbitr. caſu* 149. *numero* 10. & *conſilio* 160. *numero* 20. & Peregrinus *conſ.* 711. *num.* 1. *volum.* 1. hanc rationem *ex dicta lege quoniam nouella*, ſumpta impugnent, & contendant non probare dotem ſuccedere loco legitimæ, tum quia ex eo, quod dos in legitimam imputatur, infertur eam eſſe diuerſam à legitima, tum quia multa in legitimam, imputantur *lege omni*, §. *imputari*, *Cod. de inoffic. teſtamento*, quæ tamen legitimæ non ſubrogantur. Reſpondet tamen Marta *dicto articulo* 2. *numero* 19. quod vt dos legitimæ loco ſubrogetur, ſatis eſt, quod inofficioſi querelam impediat: Ad *dictum autem §. imputari*, dicit quod ſibi præſupponitur querelam fuiſſe intentatam, atque adeo ſuper illis non eſſe ſimpliciter diſpoſitum, quod querelam impediant, quapropter ex hoc ſolo, quod dos relicta querelam impedit, concludit dicendum eſſe, quod legitimæ loco ſit ſubrogata, Contra hanc ſententiam tot Doctorum aſſerentium in hoc primo caſu dotem loco legitimæ ſuccedere aliis pluribus rationibus à Peregrino *dicto conſilio* 71. *numero* 1. & 2. & *conſil.* 86. *numero* 13. *volum.* 1. (qui pro contraria opinione conſuluit, eamque tenet *dicto articulo* 38. *numero* 21.) adductis hic cauſa prolixitatis nimiæ euitandæ non reproducendis copioſè reſpondet idem Marta *dicto articulo* 2. *numero* 22. *ad* 32. *Qui eodem articulo* 2. *numero* 21. *in fine* teſtatur ſecundùm hanc opinionem fuiſſe iudicatum in Regia Audientia Apuliæ. Pro hac ſententia etiam, abſque dubio ſtant Doctores omnes abſolutè aſſerentes per ſtatutum ſimpliciter nulla facta legitimæ mentione excludens fœminas ab hæreditate, ſeu ſucceſſione patris propter maſculos dotibus ab eodem ſtatuto reſeruatis eiſdem fœminis non intelliguntur fœminæ excluſæ à legitima, ij ſunt Baldus 273. & *conſil.* 452. *libro primo* 391. *num.* 2. & *ſequentibus*, *lib.* 4. Salicetus *l. ſancimus*, *Cod. de nuptiis* (quos refert Mantica *de tacit. & ambig. conuent. libro* 12. *titulo* 22. *numero* 13. qui idem ſentire videtur) Socinus, Capra, Albanes, Iaſon, & plurimi alij Iuriſperiti antiqui à Craſſo *de ſucceſſ.* §. *legitima*, *quæſtione* 3. *numero* 6. & Merlino *de legitima*, *libro* 3. *titulo* 1. *quæſt.* 2. *numero* 29. relati, & ex modernis Menochius alios pariter allegans *conſilio* 8. *numero* 13. & Gaſpar Antonius Theſaurus *quæſtionibus forenſ. libro* 4. *quæſtione* 4. *numero* 9. & 10. Fuſarius *de ſubſ. quæſt.* 297. *numero* 26. Vaſquius, & Borellus alios pariter cumulantes *locis qui infrà numero* 60. *allegantur*, *idque argumento lege qua ido*, §. *generaliter*, & §. *illud*, *Codice de inoffic. teſtamento*, & per rationes *infrà dicto numero* 60. *adductas.* Quamuis contrarium, & excludi fœminas à legitima tali ſtatuto ſenſerint etiam plurimi, quos referunt, & ſequuntur Graſſus *dicto numero* 6. *verſiculo Contrarium*, & Merlinus *dicta quæſtione* 2. *numero* 42. idque præcipuè per rationem *infrà numero* 58. adductam, de quo *infrà capite.*

Effectus ſequentes ex præfata Doctrina, quod dos filiæ reſeruata à ſtatuto excludente dotatas ſuccedat loco legitimæ.

Ex præfata traditione, & ſententia, quod in hoc 45
caſu primo ſtatuti excludentis filias dotatas à ſucceſſione dos loco legitimæ ſuccedat, iuxta præallegatos Doctores, & alios ab iiſdem relatos inferuntur ſequentia Corollaria. Primum. Quod dos à tali ſtatuto filiæ reſeruata debet eſſe pura, ſeu purè aſſignanda abſque conditione, & onere nuptiarum, & ſic ſtatim debetur mortuo patre abſque dilatione temporis nuptiarum, vt probant tradita *numero præcedenti*, & tradunt Surdus *dicta quæſtione* 1. *numero* 40. Menochius *dicta præſumptione* 146. *numero* 47. Merlinus *dicta quæſt.* 9. *numero* 9. *initio*, & *numero* 35. Marta *dicta quæſtione* 13. *articulo* 2. *numero* 31. & *dicta quæſtione* 18. *articulo* 3. *numero* 27. & *dicto articulo* 8. *numero* 7. & alij apud eoſdem, & ſic etiamſi pater ante dotis conſtitutionem decedat ab inteſtato ſuccedit, ſicut ſuccedit legitimæ ſibi debitæ, vt Marta *dicto articulo* 2. *numero* 32. *verſiculo Quare*, *initio.* Secundum, quod eamdem dotem ab eodem ſtatuto reſeruatam filia, ſiue nubat, ſiue non nubat, tranſmittat ad ſuos hæredes, ſi decedat mortuo iam patre, ſicut mortuo patre tranſmittit legitimam Vincentius de Franchis *deciſione* 618. *numero* 1. Menochius *dicto numero* 47. Surdus *dicta quæſtione* 1. *eodem numero* 4. Merlinus *dicto numero* 9. Marta *dicto articulo* 2. *dicto numero* 32. & alij *locis allegatis*, Borellus *in ſumm. deciſio. tomo* 3. *titulo* 4. *numero* 188. & 189. & Iuriſperiti præallegati. Tertium, quod eadem dos à tali ſtatuto reſeruata nullum recipit aliud onus fideicommiſſi, ſeu grauamen, & reijcit pactum appoſitum quod filia decedente ſine liberis reuertatur ad dotantem, Surdus alios allegans *dicta quæſtione* 1. *numero* 38. Merlinus *dicto numero* 9. & *dicta quæſtione* 9. *numero* 41. Marta *allegata quæſtione* 18. *dicto articulo* 3. *numero* 28. addens id procedere etiamſi frater nuptui tradidiſſet, & cum ſua legitima auxiſſet dotem, prout fuit deciſum *deciſione* 190. apud Franchum. Circa hoc Corollarium aduerto intelligendum, vt pater dotans ſtante hoc non poſſit apponere pactum illud intelligi decedente filia mortuo iam patre tale pactum non valere, ſecus ſi decederet ſine filiis viuente adhuc patre, cum eo ſolum mortuo dos ſuccedat loco legitimæ, quæ viuente patre filiis non debetur iuxta tradita *capite* 6. *numero* 111. limitatur hoc Corollarium, quod ſtante hoc ſtatuto vt dotata non ſuccedat, valeat reciprocum fideicommiſſum inter filias ad inuicem ſubſtitutas impoſitum in dote, ita Simon de Prætis *loco ſuprà numero* 43. *citato numero* 10. *in fine*, & Fuſarius *dicta quæſtione* 297. *numero* 32. qui alios allegant. Sed an limitatio admittenda ſit necne, dependet ex reſolutione quæſtionis, an valeat reciprocum

procum

procum fideicommiſſum inter plures filios ad inuicem ſubſtitutos impoſitum in legitima, de qua quæſtione latè Fuſarius *quæſtione* 29. *à numero* 23. *ad* 28. vbi refert oppoſitas ſententias cum ſuis auctoribus, & fundamentis, *& numero* 25. amplectitur ſententiam negatiuam, & dicit ſe ſemper vidiſſe eam in praxi ſeruari, ac proinde ab ea in conſulendo, & iudicando recedendum non eſſe. Ad eundem Fuſarium pro nunc recurrat Lector plura deſiderans ſcire de eadem quæſtione. Quartum, quòd relictis pluribus filiis à patre decedente filia dotata à ſtatuto excluſa cùm dos ſuccedat loco legitimæ facit partem in computatione legitimæ filiorum eorum fauore, ſeu computatur in numero filiorum ad augendam legitimam maſculorum de triente in ſemiſſam, ita Surdus *dicta quæſtione* 1. *numero* 41. Boſſius *dicto numero* 2. *in fine*, Craſſus §. *legitima*, *allegata quæſtione* 7. *numero* 4. *in fine*, Gabriel *conſil.* 116. *numero* 34. Marta *dicta quæſtione* 13. *articulo* 2. *numero* 33. *& dicta quæſtione* 18. *articulo* 3. *numero* 28. & plurimi alij relati à Surdo *dicto numero* 41. Marta *dicto numero* 33. Graſſo *dicto numero* 4. *verſic. Aut verè ſtatutum*, & à Peregrino *dicto articulo* 38. *numero* 18. Quamuis ipſe *numero* 24. *verſic. At in aliis* aliud ſentiat; de qua tamen re ſatis difficilis & intricata videantur Brunus *de ſtatut. exclud. &c. articulo* 13. *quæſtione* 3. Graſſus *dicta quæſtione* 7. Peregrinus *dicto articulo* 38. *à numero* 17. Theſaurus *deciſione* 159. *in fine*, *&* alij à Surdo, Craſſo, Marta, & Peregrino allegati.

Stante ſtatuto ſimpliciter, & prius excludente filias à ſucceſſione, & poſtea iubente eas dotari, dotem non ſuccedere loco legitimæ probatur.

46 Quod verò in ſecundo caſu diſtinctionis Pauli de Caſtro, ſcilicet quando ſtatutum ſimpliciter excludit filias à ſucceſſione, & poſtea mandat eas dotari, ſeu debere dotari, dos non ſuccedat loco legitimæ (quod & alios allegans tradit Tuſchus *verbo Statutum, concluſione* 661. *numero* 4. addens propterea poſſe per pactum grauari validè, & idem repetit *numero* 55. allegans Decium *conſilio* 179. *numero* 2. dicentem, quod licèt communis opinio ſit, quod dos à tali ſtatuto reſeruata non debeat eſſe minor legitima, tamen cum ſtatutum excludat à ſucceſſione fœminam non poteſt eſſe legitima, neque loco legitimæ, ſed dos congrua.) Probatur quia dum ſtatutum priùs excludit filias, & deinde mandat dotari, dos intelligitur à ſtatuto reſeruata conditionaliter, ſcilicet ſi maritabitur, ſeu nubet (inquiunt Caſtrus *dicto* §. *Titio genero*, Brunus *de ſtatut. excluſ. dicto articulo* 11. *numero* 43. Merlinus *dicta quæſtione* 9. *numero* 11. & Menochius *dicta præſumpt.* 146. *numero* 48.) & ſic collata in diem nuptiarum, ergo non poteſt ſuccedere loco legitimæ, quæ debetur purè in die mortis patris *dicta lege quoniam in prioribus, Cod. de inoffic. teſtamento.* Secundò ex eodem Caſtro *ibidem*, & Menochio *dicta præſumptione* 146. *numero* 40. Probatur, quia in hoc ſecundo caſu etiam ſi pater nihil ipſi filiæ relinqueret pro dote, adhuc non ſuccederet cum maſculo; cùm actus iſte dotationis exerceri (inquiunt) poſſit poſtea ab ipſo maſculo, excludente fœminam. Quare cum dotatio fieri poſſit etiam à maſculo, & ſic ab alio, quàm à patre aliàs debitore legitimæ, apparet dotem illam non eſſe reſeruatam à ſtatuto loco legitimæ; nec legitimæ naturam ſortiri, vt debeat purè, & ſine onere à patre conſtitui, vel relinqui. Tertiò, quia in hoc caſu ſtatutum reſeruat, ſeu vult dotem dari non propter excluſionem à ſucceſſione, cum priùs excludat; ſed propter matrimonium. Ita Brunus *dicto articulo* 11. *numero* 42. Merlinus *dicta quæſtione* 9. *dicto numero* 11. & alij quos refert & ſequitur Gabriel *dicto conſilio* 116. Quartò probatur, quia in hoc caſu ſtatutum excludit filiam non ob dotem, ſed propter maſculos, & agnatos, ſeu ob agnationem conſeruandam: & ſi contra hanc rationem opponatur cum Laderchio *dicto conſ.* 25. *numero* 26. *in fine*, quod etiam, quando ſtatutum decernit, quòd dotatæ non ſuccedant ſtantibus maſculis, & agnatis, non ob dotem, ſed ob agnationem ſunt excluſæ, cum etiam in hoc ſtatuto fauor maſculorum principaliter conſideretur. Reſpondet Merlinus *dicta quæſtione* 9. *numero* 10. fauorem conſeruandæ agnationis, qui ſemper præſumitur in ſtatuto excludente fœminas, recipere augmentum, & diminutionem; ac proinde quando ſtatutum excludit, & poſtea mandat dotari, voluit plenè conſulere agnationi; quando verò priùs mandat fœminas dotari, & poſtea excludit, noluit ita abſolutè fauere agnationi; ſed creditur voluiſſe præcipuam eſſe cauſam legitimæ, & dotis: voluit tamen & in hoc caſu prouidere etiam ipſi agnationi. Quintò, & vltimo (& eſt præcipua ratio Caſtrenſis *in dicta lege Titio centum*, *allegato* §. *Titio genero*, *ff. de conditione & demonſtratione*, & ponderata à Merlino *dicta quæſtione* 9. *numero* 9. *&* 10.) probatur, quia cum in hoc ſecundo caſu fœmina, ſeu filia à principio ſit per ſtatutum excluſa a ſucceſſione, cenſetur etiam excluſa à legitima (iuxta doctrinam, ſeu ſententiam eiuſdem Caſtrenſis, & aliorum Iuriſperitorum, quos Merlinus *de legitima*, *libro* 3. *quæſtione* 2. *numero* 42. refert, & ſequitur, licèt non approbatam ab aliis ab eodem Merlino *numero* 29. relatis, quod ſtatutum excludens à ſucceſſione, cenſetur etiam excludere à legitima) & licèt ſtatutum procedat reſeruando dotem, iſtud tamen à ſtatuto fit poſt ipſam excluſionem; ex quo ſequitur, vt talis dos reputetur non legitima, ſed quid extrinſecus, non ſuccedens loco legitimæ. Quare hic ſecundus caſus differt à primo quod in hoc ſecundo caſu diſtinctionis ſuprà ex Caſtrenſi traditæ non poteſt dos loco legitimæ ſuccedere, quia per ſimplicem illam excluſionem ab inteſtato filia à legitima excluſa cenſetur, dote conſiderata non vt loco legitimæ (cùm id impoſſibile videatur propter præcedentem ſtatuti excluſionem) ſed vt quid extrinſecus loco excluſionis, & eius contemplatione a ſtatuto conſiderata: At in primo caſu eiuſdem diſtinctionis cum ſtatutum prius dotet, & expoſt excludat, mens ſtatuti non ſtat ad excluſionem legitimæ, quia ſic diſponendo filia non excluditur à ſucceſſione per ſtatutum, cuius ſenſus eſt, ſeu eſſe videtur, quod filia habeat dotem loco legitimæ, & in ipſam dotem commutatæ: deinde à reliquo excludatur: & ita prorſus ſentiunt Doctores omnes à Craſſo *de ſucceſſione*, §. *legitima*, *quæſtione* 3. *numero* 6. *verſiculo Contrarium*, & à Merlino *de legitima*, *libro* 3. *titulo* 1. *quæſtione* 2. *numero* 42. & Peregrino *deciſione* 3. *numero* 4. *& ſequentibus* relati, aſſerentes, quod quando ſtatutum reſeruatis illis dotibus excludit ſimpliciter fœminas à ſucceſſione patris extantibus maſculis, cenſentur fœminæ à legitima excluſæ, & iuxta ſtatutum Mediolanenſe *capite* 278. ſub rubrica qualiter maſculi deſcendentes: in quo fœminæ priùs excluduntur à ſucceſſione aſcendentium, & deſcendentium ex linea maſculina deſcendentium ab inteſtato, & poſtea mandatur

eaſdem fœminas dotari his verbis, *teneantur eo caſu ipſi maſculi dotare temporaliter, vel ſpiritualiter decenter ſecundùm qualitatem perſonarum, & vires patrimonij ipſius decedentis eas fœminas ex linea maſculina deſcendentes, excluſas vt ſuprà, infrà decimum octauum annum ſuæ ætatis completum ad minus, ſi dotatæ non fuerint*, iuxta præfatum ſtatutum, inquam, fœminas excludi à legitima, & dotem loco legitimæ non ſuccedere tradunt Boſſius *in praxi, tit. de bonorum public. num. 3. initio*, & Carpanus *ad dictum ſtatutum, numero 176.*

Corollaria, quæ inferuntur ex præfata Doctrina, quod Dos illo ſtatuto reſeruata non ſuccedat loco legitimæ.

Ex hac Doctrina, quod ſtante ſtatuto prius ex-
47 cludente filias à ſucceſſione, & poſtea mandante eas dotari, dos ab eodem ſtatuto reſeruata non ſuccedat loco legitimæ, Caſtrenſis, & alij Iuriſperiti *numero 43.* relati inferunt ſequentia Corollaria. Primum eſt, quod dos ab huiuſmodi ſtatuto filiæ reſeruata non eſt pura ſed conditionalis, & confertur in tempus nuptiarum, quia dos vt dos, & non ſuccedens loco legitimæ reſpicit nuptias, ac proinde dotis promiſſio ſimpliciter ab extraneo non obligato dare legitimam, nec dotare loco legitimæ habet in ſe tacitam conditionem, *ſi nuptiæ ſequantur*, nec ante matrimonium poteſt peti, vt *ſuprà capite 2. numero 132.* per iura *ibidem* allegata probatum eſt, ac proinde iuxta hoc ſtatutum excludens ſimpliciter, & poſtea mandans dotari filiam excluſam legatum dotis à patre filiæ relictum habet tacitam conditionem nuptiarum, nec ab eius hæredibus debetur niſi tempore nuptiarum ita poſt Caſtrenſem Menochius *loco numero præcedenti* allegato, Merlinus *dicta quæſt. 9. numero 9. 32. & 33.* Marta *de ſucceſſio. parte 1. quæſt. 13. allegato artic. 2. numero 36. & 37. & parte 4. quæſt. 18. citato artic. 3. numero 27. & citato artic. 8. numero 68.* & alios allegans *dicta quæſt. 1. numero 46.* Hinc ſecundum Corollarium eſt, quod dotem ſtante hoc ſtatuto ſibi reſeruatam, & à patre conſtitutam, ſeu promiſſam, aut relictam à patre filia non tranſmittitur ad hæredes, ſi decedat ante matrimonium contractum: ita poſt Caſtrenſem Simon de Prætis *dicto numero 43. relato*, Merlinus *dicto numero 9.* Surdus *dicta quæſtione 1. numero 47.* Marta *dicto artic. 1. numero 38.* & aliis locis *ſuprà relatis*, & cæteri Doctores *ſuprà numero 43.* relati, ſicut etiam dos ſimpliciter promiſſa ab extraneo non debetur, nec tranſit ad mulieris hæredes, ipſa decedente ante nuptias, vt *ſuprà capite ſecundo allegato numero 132.* notatum eſt. Præfata autem duo Corollaria in nonnullis caſibus non procedere in dote relicta à patre, & in eiſdem caſibus dotem ſuccedere loco legitimæ notant Menochius *dict. præſumpt. 146. numero 41. & 42.* Surdus *dicta quæſt. 1. numero 73. & 74.* & Marta *dicta quæſt. 13. allegato artic. 2. numero 39. ad 43. & dicta quæſt. 18. articulo 8. numero 72. & 73. de quibus infrà numero 84.* Tertium Corollarium eſt, quod filia non habetur in conſideratione quoad computationem legitimæ, ſeu non facit partem in computatione legitimæ ad illam augendam fauore maſculorum, ſed quoad id habetur pro extranea, vel pro mortua, ita Gabriel *conſilio 116. numero 34.* Boſſius *dicto titulo de bonorum publicat. numero 3.* loquens in ſtatuto Mediolani *capite 278.* Graſſus alios allegans *§. legitima, allegata quæſtione 7. numero 4. verſiculo, quid dicendum*, Surdus pariter alios allegans *dicta quæſt. 1. numero 47.* & alij tum à Gabriele *dicto numero 34.* tum *ſuprà numero 45. verſiculo Quartum relati*: Quartum Corollarium eſt, quod huiuſmodi dos tali ſtatuto reſeruata filiæ admittit onus reſtitutionis, ſeu grauamen fideicommiſſi, ita quod pater poteſt in tota illa dote ſubſtituere filiæ, ſi ſine filiis deceſſerit, ita Marta *dicta quæſt. 13. artic. 3. numero 5.* Merlinus *dicta quæſt. 8. numero 9.* Gabriel *dicto conſ. 116. numero 27.* & alij *ſuprà numero 42.* relati, & plurimi alij, quos refert Fuſarius *de ſubſtit. allegata quæſtione 297. numero 17. & 18.* Fundati in hoc, quod ſtante tali ſtatuto ſimpliciter excludente filiam, & poſtea mandante dotari, filiæ nulla debetur legitima, & ſic dos debita ex diſpoſitione talis ſtatuti retinet propriam naturam dotis, quæ ex ſui natura poteſt fideicommiſſo grauari, *vt ſuprà* notatum eſt, & hoc Corollarium debet intelligi ſi onus, ſeu grauamen fideicommiſſi fuerit à patre doti appoſitum in ipſa conſtitutione dotis, ſi enim pater ſimpliciter, & nullo adiuncto onere filiæ dotem conſtituit, ſeu dederit, poſtea patrem, cùm iam dos liberè ſit quæſita filiæ, & effecta eius patrimonium, in teſtamento non poſſe in præiudicium filiæ, cui medio tempore fuit ius quæſitum, onus apponeret, vt poſt Bartholum, & Socinum ſentiunt Merlinus *de legitima, libro 3. titulo 1. allegata quæſt. 9. numero 39.* & alios allegans Simon de Prætis *numero 9. ſolutionis ſuprà numero 43. allegata*, & Fuſarius *de ſubſtit. dicta quæſt. 297. numero 30.* & Doctores relati, & faciunt tradita *ſuprà hoc capite, numero 23. initio*: Et propter eadem tradita *eodem numero 23.* valde probabile exiſtimo etiam ſtante præfato ſtatuto excludente ſimpliciter fœminas à ſucceſſione, & poſtea mandante eas dotari, quod dos non ſuccedat loco legitimæ, & prædicta *à numero 44.* hucuſque quoad illam diſtinctionem Caſtrenſis, vel ſtatuti dotatas excludentis, vel excludentis ſimpliciter filias, & poſtea mandantis illas debere dotari, contra quam tradita à Ladetchio *dicto conſilio 25. numero 6. & ſequentibus*, ad probandum vnum caſum, ſeu membrum illius diſtinctionis non differre ab alio, & quæ Caſtrenſis tradit in ſecundo caſu diſtinctionis; procedere, & dici poſſe etiam in primo caſu eiuſdem diſtinctionis, Merlinus *dicto libro 3. tit. 1. allegata quæſt. 8. numero 20. 11. & 12.* ſingillatim ſoluere conatur. Pluribus verò in caſibus limitatur præfata doctrina, quod ſtante ſtatuto excludente ſimpliciter, & deinde mandante dotari, vt in illis fœmina non cenſeatur excluſa à legitima, ſeu vt dos ſit ſubrogata loco legitimæ, de quibus *infrà numero 65. & pluribus ſequentibus, & capite 13.*

Etiam ſtante ſtatuto excludente dotatas à ſucceſſione dotem non ſuccedere loco legitimæ, qui Doctores contra Caſtrenſem ſenſerint, & quibus id probatur.

Verum contra præfatam Caſtrenſis diſtinctionem, 48
& etiam in primo caſu, & quando ſtatutum excludit dotatas, dotem non ſuccedere loco legitimæ, & ſtante tali ſtatuto relictum dotis eſſe conditionale, ſcilicet ſi nuptiæ ſequantur, & ideo moriente filia ante nuptias nihil per eam tranſmittit ad hæredes, & pater grauare poſſe filiam per fideicommiſſum in dote ſibi relicta ſentit Peregrinus *de fideicom. citato articulo 38. num. 21. & vbi verſic. & in terminis noſtris de ſtatuto excludente filiam dotatam*, dicit ita docuiſſe etiam Baldum, Angelum, & Fulgoſium *in lege Papinianus, §. vnde ſi quis, ff. de inoffic. teſtamento.*

teſtamento, Cumanum & Iaſonem *in lege Titio cen-tum, §.Titio generi, ff. de conditione & demonſtr.* Aretinum, Ruinum, & vtrumque Socinum locis ab eo ibidem relatis, & etiam quod ſtante tali ſtatuto excludente dotatas dos non ſuccedat loco legitimæ, tenet Menochius *de arbitr. caſu* 149. *num.* 10. *ad* 13. incluſiuè, vbi etiam refert alios; plurimos Iuriſconſultos abſolutè, & ſine vlla diſtinctione negantes dotem ſuccedere loco legitimæ ſtante ſtatutu excludente fœminas à ſucceſſione propter maſculos refert Merlinus *lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 6. *num.* 5. Huius ſententiæ etiam videntur eſſe Doctores volentes, vt licet ſtatutum dicat, quod dotata non ſuccedat, ſit ſatis fratribus ante aditam hæreditatem offerre dotem ſorori, nec exigatur, vt dotata ſit mortis patris tempore; qui ſunt Romanus *conſ.* 442. Corneus *conſ.* 75. *num.* 4. *vol.* 1. Ruinus *conſil.* 65. *num.* 5. *vol.* 3. Socinus ſenior *conſ.* 44. *vol.* 4. Socinus iunior *conſ.* 2. *num.* 16. *vol.* 1. & Curtius iunior *conſ.* 10. *ad finem*, & pro hac ſententia poſſunt adduci plures rationes. Prima ex Peregrino *d. num.* 21. *in fine*, & Menochio *dicto caſu* 149. *num.* 28. *& quinque ſequentibus*: nam licet dos, & legitima ita ſe habeant, vt vna imputetur in aliam *l. quoniam Nouella, Cod. de inoff. teſtamento*. tamen differunt non ſolùm in nomine, ſed etiam in ſubſtantia, vt aliud ſit dos, aliud legitima, quia legitima eſt certa, & determinata ſine perſonarum diſtinctione; dos non eſt certa, ſed præſtatur, ſeu datur ex qualitate perſonarum: legitima debetur in bonis hæreditariis, dos non: legitima non debetur in vita patris, ſed poſt mortem, dos debetur in vita patris: legitima non admittit conditiones, aut aliud grauamen, dos admittit: demum renuncians legitimæ non cenſetur renunciaſſe doti. Stante ergo hac diuerſitate dum ſtatutum reſeruat filiæ ſolam dotem, dum illam à ſucceſſione excludit, non debet cenſeri reſeruaſſe legitimam, aut voluiſſe dotem ſuccedere loco legitimæ. Secunda ex Menochio *d. caſu* 149. *num.* 13. *& seq. in fine*, tacta ſuprà *num.* 46. *verſic. quarto*, ſcilicet, quod etiam ſtatutum diſponens, vt filia dotata non ſuccedat, illam excludit propter maſculos, cauſa conſeruandæ agnationis; filiam autem excluſam per ſtatutum à ſucceſſione propter maſculos eſſe etiam excluſam à legitima, & eius petitione ſenſere Crauetta *conſ.* 11. *num.* 15. Tiraquellus *de iure primog. quæſt.* 55. *num.* 5. alij ab eodem Menochio *ibidem* relati, & alij qui infra *cap.* 13. referuntur. Tertia ex Laderchio *d. conſ.* 25. *num.* 7. quia quemadmodum ſtatutum excludens filias, & mandans illas dotari cenſetur dotem reſeruare non propter excluſionem, ſed propter matrimonium iuxta Doctores *ſuprà num.* 46. *verſic. tertio* relatos: & ideo intelligitur de dote, quæ in tempus nuptiarum conſtituitur, ita etiam quando ſtatutum excludit dotatat, rectè interpretari, ſeu intelligi poteſt, reſeruare dotem non propter excluſionem, ſed propter matrimonium, & quòd dotata, nempe tempore matrimonij non ſuccedat, non enim apparet ratio differentiæ, cur potius quando ſtatutum excludit, & mandat dotari, quam quando excludit dotatam, fieri debeat interpretatio, vt primo caſu reſeruet dotem propter matrimonium, & loquatur de dote tempore matrimonij danda, & non in ſecundo caſu. Omittuntur nonnullæ aliæ rationes, ab eodem Laderchio inſinuatæ, quibus reſpondet Merlinus *dicta quæſt.* 9. *num.* 12.

49 Concludit tamen Peregrinus *d. artic.* 38. *num.* 23. *verſ. Quo tamen*. quod vbi ex ſtatuto filiæ excluſæ à ſucceſſione reſeruantur dos aut alimenta, quod ſiue ſtatutum excludat dotatas, ſiue excludat ſimpliciter, & mandet dotari, dos, & alimenta debentur filiæ excluſæ, etiamſi ſit diues, & habeat de ſuo, vnde poſſit ſe dotare, & alere, niſi ſtatutum aliter diſponatur, & idem aſſerit Merlinus *de legitima, lib.* 3. *tit.* 1. *allegata quæſt.* 8. *num.* 15. eo quod dos, & alimenta debeantur in compenſationem excluſionis à legitima. Quod & ego latiùs tradidi *in præcedenti parte de alimentorum obligatione, cap.* 1. *num.* 45. *& ſuprà cap.* 6. *numero* 39. & præter alios à Peregrino, & Merlino allegatos ſentiunt alij à me *d. num.* 45. *& d. num.* 39. relatis

Stante etiam ſtatuto ſimpliciter excludente filias à ſucceſſione ab inteſtato propter maſculos, & poſtea mandante eas dotari, dotem reſeruatam ſuccedere loco legitimæ, qui Doctores contra Caſtrenſem affirmauerint; & quibus id probetur.

E contra verò quoque in ſecundo caſu, ſeu membro diſtinctionis Caſtrenſis, ſcilicet tametſi ſtatutum prius ſimpliciter excludat filias ſtantibus maſculis, & deinde mandet dotari, dotem à ſtatuto reſeruatam ſuccedere loco legitimæ opinati ſunt plurimi Iuriſperiti, plures relati à Tuſcho *verbo Statutum, concl.* 661. *num.* 5. ita Cynus, & Baldus *in leg. ſententiam, Cod. de nupt.* à Tuſcho *verbo Statutum, concl.* 661. *num.* 60. relati, Rycardus Malumbra ab eodem Tuſcho *ibidem* relatus, qui in hoc caſu tenuit dotem deberi vt legitimam, vt *ibidem* refert Tuſchus, alij ab eodem Tuſcho *d. num.* 60. *& num.* 5. ex recentioribus Laderchius *d. conſ.* 25. *num.* 7. *cum pluribus ſequentibus, & conſ.* 28. *num.* 3. Fuſarius *d. quæſt.* 297. *num.* 10. *ad* 23. & Canaguolus *annotat. ad conſ.* 81. Menochius *num.* 13. 14. *& ſequentibus*, addens ſe credere, quòd ab hac ſententia non poſſit recedi citra iuris offenſionem: ex paulò antiquioribus Tiraquellus *in l. ſi vnquam, verbo Suſcepit filios, num.* 112. *Cod. de reuocanda donatione*, (vbi abſolutè dicit dotem ſuccedere loco legitimæ, cum filia ſtatuto repellitur à ſucceſſione) & Antonius Gabriel *comm. concl. tit. de legitima, concl.* 1. *num.* 51. qui recenſent innumeros alios Iuriſperitos magis antiquos, quorum ſententia, in terminis ſtatuti excludentis, & mandantis dotari eſt dotem reſeruatam à ſtatuto eſſe putam, tranſmiſſibilem ad filiæ hæredes, & non admittere grauamen fideicommiſſi intra quantitatem legitimæ: & omiſſis plurimis aliis, quos cumulant Tiraquellus *d. num.* 12. Fuſarius *d. num.* 20. *&* 21. Laderchius *d. conſ.* 25. *num.* 8. *&* 9. & Hieronymus Gabriel *d. conſ* 116. *num.* 14. ita docuiſſe referuntur Cephalus *conſ.* 56. *num.* 30. 33. *& ſequentibus*, Sigiſmundus Lofredus *conſ.* 26. *num.* 6. *& ſequentibus* (vbi reſpondetur ad rationes, & fundamenta Caſtrenſis oppoſitum ſentientis) Calcaneus *conſ.* 11. *num.* 28. Salicetus *in authent. nouiſſ. numero* 12. *verſic. decimo, Cod. de inoff. teſtamento*. Decianus (prout illum ad id refert Tuſchus *verbo Statutum, concl.* 662. *numero* 51.) *conſil.* 46. *num.* 17. 18. *&* 20. 30 *&* 39. *in fine libr.* 3. (vbi dicit, quod ſi ſtatutum excludens fœminas ſtantibus maſculis præſeruat fœminis dotes, vel aliud, cenſetur iure ceſſionis & legitimæ: & aſſerit eſſe communem opinionem) Alexander *conſ.* 69. *in princip. volum.* 2. (vbi vult quod portio præſeruata à ſtatuto ſit loco legitimæ, ne omnis legitima tollatur, quod idem habet *conſ.* 55. *ad finem, eodem volum.* 2. *& conſ.* 213. *numero* 7. *volum.* 7.) Socinus *conſ.* 30. *in principio, & numero* 3. (vbi dicit dotem ſubrogari loco legitimæ ſiue ſtatutum dicat vt dotata non ſuccedat, ſiue ſimpliciter excludat) Corneus *conſ.* 115. *num.* 4. *volum.* 3. (vbi & ipſe ſubrogationem dotis loco legitimæ in vtroque ſtatuto parem cenſet) Amicus *conſ.* 30. (vbi aſſerit filiam, poſſe ſi poſt patrem decedat, diſponere de dote, licèt ſtatutum excludat ſimpliciter) Campegius *de dote, parte* 4. *qu.* 26. 50

(vbi tenet, quod ſtatutum, non omnino tollit legitimam, ſed ſubrogat dotem eius loco, quod idem tranſit Gallianla ad Alex. *conſ.75.*) Baldus *in l. Sancimus, Cod. de nupt. & in l. fin. num. 5. Cod. de dotis promiſſione* (vbi ſentit, quod etiamſi ſtatutum penitus excludat, tamen pater non poteſt dotem ſibi ſtipulari) & ipſemet Caſtrenſis *conſ.113. in antiquis 43. in nouis volum.2.* vbi fortè immemor ſuæ diſtinctionis ait, ſtatuto excludente, & mandante dotari filiam excluſam eſſe ob dotem, eſſeque dotem loco legitimæ, quaſi ſtatutum aſſignet hanc pro ſua portione, *& conſ.265. vol.1.* vbi prout illum refert Fuſarius *d. num.* 20. cenſuit ſtante ſtatuto priùs excludente, & deinde mandante dotari, onus fideicommiſſi ſuper tota dote non tenere. Plures alios Doctores abſolutè & nullâ factâ diſtinctione, quod ſtatutum excludat dotatas, vel excludat ſimpliciter, & mandet dotari, aſſerentes dotem ſuccedere loco legitimæ, refert Merlinus *de legitima, lib.3. tit.1. quæſt.6. num.11.* Demum quod in ſtatuto excluſiuo fœminarum dos regulariter ſuccedat loco legitimæ Doctores alios latè referens ſenſit Rota Romana *deciſ.408. num.2. part.2. recent.* & huius ſententiæ citra dubium ſunt Iuriſperiti à Graſſo *de ſucceſſ. §. legitima, quæſt.5. num.6.* & Merlino *de legitima, lib.3. tit.1. quæſt.2. num.29.* relati, aſſerentes abſolutè quando ſtatutum reſeruatis fœminis ſuis dotibus propter maſculos illas excludit à ſucceſſione paterna, non intelliguntur excluſæ à legitima, niſi ſpecialiter fuerit expreſſum.

51 Pro hac ſententia probanda plures pariter afferuntur rationes. Prima ex Fuſario *dicto num.22.* quod legitima, licet per ſtatutum poſſit minui, non poſſit in totum tolli, vt ſentiunt innumeri Iuriſconſulti, quos referunt Gabriel *dicto conſ.116. allegato num.14.* Mantica *de coniect. vltim. vol. lib.11. tit.22. num.43* & Graſſus *de legitima, quæſt. 42. num.1. & num.3. ante verſic. Sin autem*; vbi ex Petro Pecchio id teſtante refert communi calculo receptum eſſe, quod legitima diminui poſſit ſtatuto, ex cauſa, ſed in totum tolli non poſſit, niſi de aliquo quod loco legitimæ ſit, prouideatur. Ergo dos à ſtatuto reſeruata, ſiue excludat dotatam, ſiue mandet dotari, ſuccedit loco legitimæ. Secunda ex Laderchio *dicto conſ.25. num.9. verſic. Ex quibus*; quia licet ex iuſta cauſa legitimam in totum tolli per ſtatutum affirmauerint Iuriſconſulti à Gabriele *d. conſil.116. num 33.* Mantica *d. tit.22. num.44.* à Graſſo *dicta quæſt.42. num.2.* & Marta *de ſucceſſ. p.1. quæſt.13. art.2. 6. & 7.* relati, nihilominus negari non poteſt eſſe rem valde dubiam, & controuerſam, vt ex diuerſitate opinionum conſtat, ſi ergo id dubium eſt, quando conſtat quod expreſsè ſtatutum voluit auferre legitimam, multò magis dubium erit, quod ſtatutum reſeruans dotem voluerit tollere omnino legitimam in hoc igitur dubio, an ſtatutum reſeruet dotem, vt habentem naturam legitimæ, an vt dotem puram, omnis æquitas ſuadere videtur, vt cenſendum ſit huic doti ineſſe naturam legitimæ, ne aſſerat, vt quod ſtatutum vix expreſsè poteſt diſponere, tacitè induxerit. Tertia, quia non apparet, cur etiam quando ſtatutum mandat dotari, non debeat dici dos reſeruata propter excluſionem & ſic loco legitimæ. Quarta, & vltima ex præfato Laderchio *d. conſ.25. num.14.* vbi quod ſtante ſtatuto excludente fœminas, & mandante dotari, dos reſeruata, & à patre relicta ſit tranſmiſſibilis ad hæredes filiæ probat ea ratione, quia ſi in ſtatuto excludente nulla fieret mentio de dotis conſtitutione, tamen agnati dotare tenerentur viuentem fœminam tempore matrimonij; vt ex auctoritate plurimorum Iuriſconſultorum probatum eſt *ſuprà capite 6. num.56.* & plurimos alios allegans tradit Borellus *in ſumm. deciſ. parte 3. tit.4. num.146.* vt ergo ſtatutum aliquid operetur, dum expreſsè dotem filiæ dari vult, dicendum videtur efficacius, & firmius illam deberi, ſaltem ratione tranſmiſſionis, cum ſtatutum mandans dotari velit vt filia dotem habeat, non videtur dici poſſe dotem habere, niſi vltra tranſmittatur.

Corollaria inde ſequentia, ſcilicet dotem eodem ſtatuto reſeruatam eſſe tranſmiſſibilem ad filiæ hæredes, neque à patre relictam, aut conſtitutam poſſe intra quantitatem legitimæ grauari onere fideicommiſſi.

Ex præfata ſententia, & traditis ad illius probationem, & Doctoribus eiuſdem aſſertoribus infertur, etiamſi ſtatutum ſimpliciter filias excludat mandans dotari, dotem huiuſmodi ſtatuto reſeruatam, & dotem ſibi relictam à patre filiam mortuo patre tranſmittere ad ſuos hæredes, etiamſi non nubat, ita expreſsè Laderchius *d. conſil.25. num.8. & 9.* alios plures allegans, & addens ita etiam tradidiſſe Caſtrenſem *loco numero præcedenti relato*, cum enim ſtante tali ſtatuto dos ſuccedat loco legitimæ ſicut legitima mortuo patre tranſmittitur ad filiæ hæredes, ita & dos illius loco à ſtatuto ſubrogata. 52

Infertur quoque ſtante eodem ſtatuto ſimpliciter excludente fœminas propter maſculos; & mandante eas dotari, huiuſmodi dotem reijcere onus reſtitutionis, neque patrem in dote conſtituta, vel relicta filiæ excluſæ intra menſuram legitimæ poſſe validè imponere fideicommiſſum in fauorem maſculorum filia ſine liberis decedente, ita expreſsè alios allegans Antonius Gabriel *d. concl.1. num. 61. & 62.* dicens eſſe communem opinionem, & Fuſarius *d. quæſt.297. & duobus ſequentibus.* Hoc idem ſentire videtur Brunus *de ſtatu excluſ. dicto artic.11. num.56.* [cum abſolutè ait, quod non licet apponere onus, vel modum in dote per ſtatutum præſeruata, neque in alia re præſeruata filiæ excluſæ, & ita etiam plurimi alij relati à Hieron. Gabriele *d. conſ.116. allegato num.14.* & licet Simon de Prætis *loco ſuprà num.43. citato*, cum aliis teneatur in hoc caſu ſtatuti excludentis fœminas, & poſtea mandantis eas dotari, dotem eſſe reſeruatam ſub conditione ſi nubent, & ſi filia decedat ante matrimonium contractum dotem relictam ſeu conſtitutam non tranſmitti ad illius hæredes, nihilominus aſſerit non tenere grauamen fideicommiſſi eidem doti iniunctum, ſi filia decedat poſtquam fuerit nupta, eam afferens rationem etiam à Fuſario *d. quæſt.297. num. 21.* approbatam, ſcilicet, quia quando filia moritur poſt matrimonium dicitur expleta conditio, & dotem habet potiùs ex diſpoſitione ſtatuti, quàm iudicio teſtatoris, & propterea non venit ſub fideicommiſſo à patre conſtituto *per leg. ſed etſi, §. fin. ff. de legat.3. & lege cum quis, §. vxor, ff. de dote præleg. & l. debitor, §. fin. ff. ad Trebellianum*, ſed præter hanc rationem probat illatio, quia cum iuxta præfatam ſententiam, & rationes pro ea adductas dos à ſtatuto reſeruata ſuccedat loco legitimæ ac proinde de ea iudicandum ſit ſicut de legitima, quemadmodum fideicommiſſum non tenet in legitima, ſæpius allegata *l. in prioribus, Cod. de inoffic. teſtam.* pariter non tenebit in dote. Qui etiam admiſſa contraria opinione Caſtrenſis, quod dos ſtante ſtatuto ſimpliciter excludente, & poſtea mandante dotari, non ſuccedat loco legitimæ, à qua ſtatutum excludat fœminas, adhuc talem dotem non poſſe grauari fideicommiſſo filia ſine liberis decedente probat Fuſarius *ſequentibus rationibus* etiam à Gabriele *d. conſil.116. nu.14. & quatuor ſequentibus* propoſitis. Primò, quia dos reſeruata dicitur eſſe effecta patrimonium filiæ, cùm per ſtatutum ſit priuata ſua legitima propter iſtam dotem 53

ex

ex Botrio *conſilio* 9. *verſiculo Tertium dubium*, Laurentio de Palla, Corneo, Socino, & aliis allegatis à Simone de Prætis *loco ſuprà eodem numero* 43. relato ideoque ſuper eadem dote grauamen non poteſt imponi, vt iidem Doctores. Quod magis confirmatur à Fuſario *num.* 22. *verſic. quarto*, quia cum negari non poſſit, filiam propter dotem eo ſtatuto excludi propter maſculos à ſucceſſione, & legitima, apud eam dos cum effectu remanere debet, & liberè *l. qui volebat ff. de hered. inſtitut.* præſertim quia inuito patre eam dotem accipiat filia legis diſpoſitione, vt dictum eſt ex Simone de Prætis, ideoque onus fideicommiſſi non recipit *l. ſi arrogator*, §. *ſed nec impuberis, ff. de adopt.* Secundo, quia ſtatutum excludens fœminas propter maſculos hoc facit fauore maſculorum, ac proinde quatenus maſculorum fauor ceſſat, fœminæ non dicuntur excluſæ *argum. capitis cum ceſſante de appell.* at onus fideicommiſſi non reſpicit fauorem maſculorum cum aliorum fauore fœminæ grauari poſſint. Demum quia idē ſtatutum reſeruans dotem filiabus noluit confidere de patre, ſi vero valeret fideicommiſſum, ſequeretur abſurdum, quod contra mentem ſtatuti filia eſſet excluſa propter dotem, quam cum effectu non haberet, ita Fuſarius *d. n.* 22. *verſic.* 6. allegans Angelum *conſ.* 48. *l.* 2. & Corneum *vol.* 3. *conſ.* 40. *n.* 13. Et quod ſtante ſtatuto excludente fœminas propter maſculos etiam ſolum conditionaliter dotes eis præſeruans, ſi tempore mortis patris filia fuerit nupta, & dotem à patre conſecuta, & ab eodem patre in teſtamento grauata regitur fideicommiſſi grauamen in tali dote non valere, (quidquid dicendum ſit, ſi filia ante nuptias moriatur) poſt Cumanum *conſ.* 134. *col. fin. verſic. non obſtat quod filia*, & Fulgoſium apud eundem Cumanum tradunt, Simon de Prætis *num.* 9. *ſolutionis vltima ſuprà num.* 43. allegatæ Fuſarius *dict. quaſt.* 297. *num.* 30. & alij à Gabriele *d. conſ.* 116. *numero* 24. relati ob rationem *ſuprà hoc capite numero* 47. *verſic. Et hoc Corollarium* traditam, ſcilicet quia tunc dos eſt effecta proprium patrimonium filiæ, *l.* 3. §. *ſed vtrum, ff. de minoribus*, & ſub fideicommiſſo non veniunt aliena non teſtatoris *lege coheredi*, §. *cum filiæ, ff. de vulg. & pupill.*

54 Licet ante Hieronymus Gabriel *d. conſ.* 116. *à numero* 19. *ad* 40. multa tradat ad contrarium probandum, & ab *eodem n.* 40. *ad finem*, reſpondeat ad propoſitas rationes, negari tamen non poteſt ex traditis quæſtionem eſſe valde ancipitem, atque ideo in tali dubio, & conflictu opinionum ſequendam in iudicando potius partem, vt reiiciatur à dote tali ſtatuto reſeruata onus fideicommiſſi, vtpote magis fauorabilem doti, & matrimonio, nam ſi dos liberè penes filiam remanere debeat, facilius inueniet maritum, ſi grauetur fideicommiſſo, non ita facile recipiet, ſaltem iuxta dignitatem, præſertim ſi ratione talis grauaminis à patre impoſiti ſuper dote decedente filia ſine liberis maritus priuetur lucro dotis per ſtatutum debito viro vxore ſine liberis præmoriente.

55 Quapropter Phanucius *de lucro dotis gloſſa* 10. *numero* 59. licet teneat cum Caſtrenſi, quod quando filiabus per ſtatutum nulla legitima debetur, pater poſſit imponere onus totam dotem reſtituendi poſt earum mortem, nihilominus ſi tamen adſit etiam ſtatutum, quod mortua vxore ſine liberis maritus dotem lucretur, nec eodem ſtatuto expreſsè prohibeatur à patre imponi ſuper dote grauamen illam reſtituendi ſibi, vel hæredibus mortua filia ſine liberis, quo caſu per onus reſtitutionis iniunctum à patre maritus ſuperuiuens filiæ decedentis abſque liberis non lucraretur dotem (vt aſſerit *ibidem* idem Phanucius) exiſtimat, quod ſi dos, quam pater legat filiæ cum onere reſtituendi poſt mulieris mortem, non ſit ſufficiens ad inueniendum maritum reſpectu dicti oneris, quia veriſimiliter nemo, qui ſciat ſe cariturum beneficio ſtatuti de lucro, cum ea dote ſit contracturus, matrimonium illud onus habendum erit pro non appoſito, ſaltem ex veriſimili mente teſtatoris, quaſi credidiſſet fore, vt propter illud onus mulier impediretur maritum pro dignitate inuenire, non appoſuiſſet, vnde ſubdit idem Phanucius, quod intelligi debet appoſitum, quatenus nuptiis contrahendis non officiat vt in caſu, in quo maritus præmoreretur, & deinde mulier, ita quod tunc dos deueniret ad fideicommiſſarium, vt ſic fideicommiſſum reſtringatur ad fauorem matrimonij, qui fauor præfertur vtilitati priuatæ *auth. res quæ C. comm. de leg.* ita Phanucius.

Ex traditis *à num.* 44. hucvſque apparet, quam diuerſimode opinati ſint iuriſconſulti circa prædictos duos caſus, ſeu duo illa membra diſtinctionis Caſtrenſis, licet quoad vtrumque membrum hodie à recentioribus ſit magis recepta, vt *num.* 43. notatum eſt. Vnde in praxi forte difficilè erit obtinere quod iudices ab ea Caſtrenſi Doctrina quoad vtrumque membrum recedat.

Per ſtatutum ex iuſta cauſa poteſt legitima tolli in totum, & ſic filia propter maſculos excludi omnino à legitima reſeruando illi ſolam dotem, vel alimenta.

Cæterum ad vberiorem præcedentium intellectum, 56
& explicationem quæſtionis in titulo huius Paragraphi ſecundi propoſitæ, ſuppoſito quod per ſtatutum ex iuſta cauſa (qualis exiſtimatur cauſa conſeruandæ agnationis, vt cum à ſucceſſione fœminæ excluduntur propter maſculos, vt poſt alios Merlinus *de legitima, lib.* 3. *tit.* 1. *q.* 1. *n.* 18. & 23. & *q.* 2. *n.* 1. 2. 3. & 4. & Marta *de ſucceſſionibus, p.* 1. *q.* 13. *art.* 2. *n.* 6. & 7. cum hæc cauſa reſpiciat vtilitatem publicam) in totum tolli poſſit, reſeruando dotem, & alimenta, quidve aliud æquiualens vel loco legitimæ, vel in eius compenſationem, quamvis nec dotem aut alimenta, aliudve reſeruatum velit ſtatutum ſuccedere loco legitimæ, & eius naturam ſortiri, vt hodie [quidquid fuerit antiquitus] eſt magis communis, & recepta iuriſconſultorum, quos latiſſimè referunt & ſequuntur Hieronymus Gabriel allegato *conſ.* 116. *n.* 33.. Craſſus *de ſucceſſ.* §. *legitima q.* 42. *n.* 2. & 3. Merlinus *d. q.* 1. *n.* 14. & 16. & Marta *d. art.* 2. *allegatis n.* 6. & 7. & quod legitima filiis debita ſit inducta iure ciuili, licet dictante ratione natura, vt aliis copioſè allegatis Marta *cit. n.* & Merlinus *l.* 5. *tit.* 1. *q.* 6. *n.* 5. & 6. vnde illud dictum, legitimam, & alias ſucceſſiones fuiſſe adinuentas iure naturæ *l. ſcripto, ff. deinde liberi, & l. cum ratio C. de bon. damn.* exponi debere de iure ciuili ſuadente ratione naturali poſt alios *ibid.* allegatos notat *d. n.* 7. Marta: Hoc, inquam, ſuppoſito in totum per ſtatutum tolli & ita vt nec dos, nec alimenta reſeruata debeant loco legitimæ ſuccedere, illiuſque naturam ſortiri, ſed ſemper retinere propriam dotis, & alimentorum naturam, cum an ſtatutum auferat legitimam necnè, dum excludit à ſucceſſione ex verbis ſtatuti ſit intelligendum, videndum eſt quandonam per verba ſtatuti excludentis fœminas à ſucceſſionibus propter maſculos cenſeantur excluſæ omnino à legitima, & loco legitimæ non ſuccedere dotem filiæ debitam vt examinando, ſeu percurrendo plures caſus.

Digitized by Google

Quando ſtatutum nominatim excludit filiam à legitima, filia eſt omnino excluſa à legitima, & doti apponi poteſt onus.

57 Primus caſus eſt, quando ſtatutum excludens filias à ſucceſſione nominatim excluderet etiam à legitima. Et hoc caſu excludi etiam à legitima tradunt vt certum Brunus *d. art. 11. numero 19. verſic. vbi autem*, & Laderchius *d. conſ. 25. numero 9. verſic. procederet*, & apud eundem Alexandrum *conſil. 36. vol. 7. ibid.* Galliaul. Ioannes Ludouicus, Lambertinus *conſ. 75. ad vltimum*, & alios allegans Peregrinus *deciſ. 3. numero quinto*, & ita hoc caſu doti poteſt apponi onus conditionis, & diei fideicommiſſi.

Statutum ſimpliciter excludens filias ab hæreditate, ſeu ſucceſſione patris, nulla facta mentione conſtitutionis dotis, neque legitimæ; An excludat à legitima, vt dos non ſuccedat loco legitimæ.

58 Secundus caſus eſt, ſi ſtatutum ſimpliciter excludat filiam propter maſculos à ſucceſſione, nulla facta mentione de dotis conſtitutione ſeu non mandans eam dotari, nec etiam facta expreſſa excluſione à legitima, & in hoc quoque caſu filiam omnino excludi ab inteſtato à legitima, vel eius ſupplemento, & ſic etiam dotem, quæ illi datur, ſeu debet dari à patre, vel fratribus (vt *ſuprà numero 51. verſic. quarta* notatum eſt) non ſuccedere loco legitimæ ſentiunt Craſſus *de ſucceſſionibus, §. legitima quæſtione 3. numero 6. verſic. contrarium* Surdus *de alimentis tit. 3. allegata, q. 1. num. 41. & 43.* Merlinus *de legit. lib. 3. tit. 1. quæſt. 2. num. 41. l. 5. tit. 1. q. 4. num. 7.* Marta *de ſucceſſionibus, p. 1. q. 13. alleg. 40 art. 2. n. 7 & 10.* & plurimi alij relati à Graſſo, & Merlino, vbi ex plurimorum iuriſconſultorum atteſtatione aiunt eſſe opinionem communem, veriorem, & magis æquam, & benignam vtpote maſculis, & agnationis conſeruationi fauentem. Et hanc ſententiam innumeris Iuriſperitis allegatis latiſſimè defendit Tiraquellus *de de iure primog. q. 5. à n. 9. & ſeqq. vſque ad finem, quæſt.* & quod ſtatuto ſimpliciter excludente fœminas extantibus maſculis fœminæ excludantur à legitima, & ſic dos non ſit loco legitimæ tradit ex Caſtro *conſ. 6. in princip. lib. 1.* Tuſchus *verbo ſtatutum concl. 662. numero 58.* Probant, quia cum per hoc ſtatutum filia ſit excluſa à ſucceſſione ab inteſtato, nulla debetur ei legitima, ſeu excluſa etiam remanet à legitima, quæ eſt tertia, vel medietas portionis debitæ, ab inteſtato *l. parentibus, l. cum quæritur, C. de inoff. teſtamento*, & latè Merlinus explicans, quid ſit legitima *lib. 1. tit. 1. q. 1.* confirmat Surdus, dicens, quidquid ſit in excluſione hominis, certum eſſe quod generalis excluſio legis, excludat etiam legitimam, eo quod ſit fortior legis, quam hominis excluſio per Decium *505. n. 6. & conſ. 502.* Rolandum *conſ. 62. n. 50. vol. 3.* alios Iuriſperitos *ibidem* ab eodem Surdo relatos. Huius ſententiæ certè ſunt omnes Doctores *ſuprà n. 41. 46. & 48.* relati. Et ſuppoſita hac ſententia à dote non reiicitur conditio, aut grauamen fideicommiſſi, nec relicta à patre in teſtamento decedente filia ante nuptias tranſmittetur ad filiæ hæredes, & in computanda legitima filiorum nulla habenda erit ratio filiæ tali ſtatuto excluſæ, ac ſi eſſet mortua, vt poſt alios Surdus *loco citato*.

59 Opinio nihilominus contraria, & negans per tale ſtatutum fœminas abſolutè excludens ab hæreditate patris ſtantibus maſculis illas intelligi excluſas à legitima, vel eius ſupplemento, non eſt deſtituta authoritate, eam enim amplexi ſunt *pro arg. leg. ſi quando paragrapho generaliter, & §. illud in principio, Cod. de inoff. teſtamento* Baldus *conſ. 173. conſ. 452. lib. 1. conſ. 391. num. 2. & ſeqq. libro 4.* Salycetus *in l. 2. n. 27. Cod. de nexalibus* Socinus *conſ. 150. num. 25. lib. 1.* Menochius *conſil. 8. num. 13.* & magis clarè *conſ. 168. n. 26.* Gaſp. Theſ. *q. for. lib. 4. q. 4. n. 9. & 10.* Vaſquius *d. §. 21. allegatu, C. n. 130. initio* (vbi ait eſſe opinionem cõmuné) *& eodem tractatu de ſucceſſionum creatione, §. 20. n. 239.* (vbi dicit alteram opinionem veriorem in puncto iuris & magis communiter receptam, hanc tamen oppoſitam eſſe magis æquam) & plurimi alij relati ab eodem Vaſquio *d. n. 136.* Borello *in ſumma dec. p. 3. tit. 4. n. 146.* vbi ita ſentire videtur) Craſſo *d. q. 3. n. 6.* Tiraquell. *d. q. 55. n. 8.* & Merlino *d. q. 2. n. 29. & n. 30. & ſeqq.* multa adducit argumenta, quibus nititur hæc opinio. Et præcipuũ eſt, quod legitima, vti priuilegiata nõ cõprehendatur ſub verborum generalitate, ſeu in ſtatuto generaliter loquente & nullum verbũ de legitima faciente *d. l. ſi quando, §. & generaliter. Cod. de inoff. teſtam.* Corneus *conſ. 290. per totum vol. 3.* Fuſarius *de ſubſtit. q. 297. n. 16.* Cæphalus *conſ. 117. n. 9.* Iaſon. *in auth, nouiſſima n. 54. C. de inoff. teſtam.* Merlinus *d. q. 4. n. 1.* & Galleratus *de renunt. li. 4. c. 2. n. 48.* vbi propterea poſt alios tradit legitimam non venire in generali renunciatione etiam iurata (quod etiam tradunt communiter Doctores relati ab Aug. Barboſa *ad d. l. ſi quando d. n. 15.*) neque in generali compromiſſo, vel tranſactione. Confirmatur etiã ex eo, quod iuris cõmunis correctio facta per ſtatutum non præſumitur in dubio *cap. in præſentia de probat.* Gloſſa *ibid. verbo in dubium* Cæphalus *conſ. 416. n. 47. & ſeqq.* & alij à Merlin. *d. q. 2. n. 30. relati.* Et in hoc caſu quando ſtatutum generaliter excludit fœminas à ſucceſſione patris nihil eis reſeruando neque aliquid dicendo de legitima, idem Merlinus *dicta q. 2. n. 53.* dicit certum eſſe ſtatutum eas non excludere à legitima, eo quod (inquit) cum ſtatutum non intellexerit de legitima, ideo ipſa legitima non cenſeatur comprehenſa; & refert ita ſentire Boërium *in cap. Raynutius de teſtam. n. 214. verbo ſtatutum* Cucchum *de legitima ſol. 9. num. 11.* & Ruinum *in l. Gallus, §. & quid ſi tantum n. 178. in primo caſu, ff de liber. & poſt.* Neque Tiraquellus & alij iuriſperiti relati à Graſſo, & Merlino *loco ſuprà num. 58. citato* latiſſimè allegati loquuntur in caſu huius ſtatuti ſimpliciter excludentis fœminas nihil eis reſeruantis, ſed quando excludit reſeruando dotes, vt conſtat ex eodem Merlino *d. q. 1.* coniungendo initium quæſtionis cum his, quæ tradit *à num. 29. ad 42. incluſiuè.* Prædictis addo rationem, quam adducit Menochius *dicto conſ. 168. allegato num. 26.* ſcilicet quia quando ſtatutum excludens fœminas propter maſculos: non prouidit illis de dote, tunc videtur voluiſſe, quod ſalua eis eſſet legitima, reſiduo reſeruato maſculis. Quare iuxta hanc ſententiam dos ſuccedit loco legitimæ, & quia legitimæ loco ſuccedit, concludunt iidem Doctores (vt notant Vaſquius *d. n. 139.* Borellus ita ſentiens & referens alios, & Graſſus *d. n. 6.*) filiam ab huiuſmodi ſtatuto excluſam eſſe dotandam dote non minori legitima.

Quando ſtatutum decernit, quod filia dotata non ſuccedat ſtantibus maſculis, non excluditur à legitima, ſed dos loco legitimæ ſuccedit, & illius priuilegia habet.

Tertius caſus eſt, quando ſtatutum iubet prius filias 60
dotari, & poſtea illas excludit, vt cum diſponit vt filiæ dotatæ non ſuccedant, quod eſt vnum ex membris diſtinctionis Caſtrenſis et *ſuprà numero 43.* notatum eſt, & hoc caſu filias non excludi à legitima,

ſed

ſed dotem ſuccedere loco legitimæ, & illius naturam & priuilegia ſortiri, eſt magis communis, & magis recepta ſententia, vt conſtat ea traditis *ſuprà n.43.44.45.& 50.* Vnde iuxta hunc ſtatutum procedunt omnia corollaria circa dotis liberalitatem & exemptionem ab omni onere *ſuprà dicto n.45.* tradita,

62 Quod ſi ſtatutum excludat filiam dotatam, & etiam dotandam mandans dotari, vt ſi diſponeret, quod filia dotata, ſiue non dotata non ſuccedat, & non dotata dotetur, tunc filiam eſſe penitus excluſam à legitima, & dotem reſeruatam non ſuccedere loco legitimæ tradit poſt plures alios Brunus *de ſtatu excluſ. fœmin. art.11.n.13.* Hieronymus Gabriel *conſ.15. num.5.& 6. vol.1.*& Surdus *de alim.tit.3.q.1.n.75.* Nam [inquiunt cum dotata ſolum excluditur quia filia non eſt excluſa penitus ab inteſtato, dos videtur ſuccedere loco legitimæ: ſed quando etiã non dotata excluditur colligitur mentem ſtatuti eſſe filiam excludi à tota hæreditate ab inteſtato, & proinde etiam à legitima, & confirmatur quia ea quo ſtatutum non habet reſpectum ad dotem in excluſione, cum prius ſimpliciter excludat, quàm mandet dotari, non videtur poſſe conſiderari, quod noluerit dotem ſuccedere loco legitimæ.

Statuto excludente filias, & mandante eas dotari illa excluduntur à legitima, earumque dos non ſuccedit loco legitima.

63 Quartus caſus eſt, quando ſtatutum ſimpliciter excludit filiam, à ſucceſſione, & poſtea mandat dotari, quod eſt alterum membrum diſtinctionis Caſtrenſis, vt *ſuprà d. n. 43.* notatum eſt. Et hoc caſu filiam excludi etiam à legitima, dotemque reſeruatam à ſtatuto non ſuccedere loco legitimæ, & retinere propriam naturam dotis, pariter nunc temporis eſt magis communis magiſque recepta ſententia in iudiciis, vt conſtat ex traditis *dicto n.43.46.47.& 48.* & tradit Decius *conſ. 179. n.2. ſuprà n.46.* relatus, vbi dici, quod licet dos à tali ſtatuto reſeruata non debeat eſſe minor legitima, tamen cum ſtatutum excludat à ſucceſſione fœminam, non poteſt eſſe legitima, neque loco legitimæ, ſed dos congrua & ita ſtante huiuſmodi ſtatuto habent locum corollaria tradita *ſuprà d. n.47.*

Si ſtatutum iubeat dotem reſeruatam capi de manu maſculorum, & non iure directo dos non ſuccedit loco legitima.

64 Quintus caſus eſt. Si ſtatutum diſponat, quod dos filiæ reſeruata capiatur de manu maſculorum, ſeu hæredum, non iure directo, & cum iudicis officio debeatur dos & legitima, hinc ſequi in hoc caſu dotem non eſſe, ſeu non ſuccedere loco legitimæ tradit Brunonus *de ſtatut. exclud. fœmin. d. art. 11. num. 18. circa finem* & poſt eum Merlinus *de legit. lib.3. tit.1. allegata quæſt 6.num.13.* Ad illud autem quæſitum, an dotem à ſtatuto ſibi præſeruatam poſſit filia propria auctoritate capere, ex Caſtrenſ. *conſ.403. alias 483.* reſpondet non poſſe, ſi ſtatutum præſeruat verbis obliquis, nempè dicat *detur*, *aſſignetur*, quæ verba ſunt obliqua *l. fundi Trebat. ff. de vſufruct. legat.* poſſe vero, ſi præſeruet verbis directis, & hoc idem notauit Merlinus *d. q.6. num.16.*

Quando ſtatutum excludens reſeruat filia dotem in pecunia, vel in certa re, vel præſtanda etiam poſt delatam ſucceſſionem, dos non ſuccedit loco legitima, ſecus ſi præſeruat quotam hæreditatis.

65 Sextus caſus eſt ſi ſtatutum diſponeret, & mandaret dotem præſtari in pecunia, non de ſubſtantia defuncti, vel ſi præſeruaret pro dote certam ſummam aut certam rem vel iubeat præſtari, ſeu eſſe ſoluendam poſt tempus, puta cum nubet, & non tempore delatæ ſucceſſionis inata *l. quoniam in prioribus. Cod. de inoffic.* & in huiuſmodi caſibus Ruinus *d. art. 11. num.18.in fine,& n.19.* ait indubitatum videri noluiſſe ſtatuentes dotem præſeruatam ſuccedere loco legitimæ, cum tale præſeruatum habeat naturam differentem à legitima, quæ non debetur in pecunia, neque in re peculiari, & certa, ſed debetur in corporibus hæreditatiis, & tempore delatæ ſucceſſionis, & ſubrogatum ſapit naturam eius, in quo ſubrogatur, quando ſubrogatio fit ad idem, & non ad diuerſum *l. ſi in fundo, §. ſi fundus, ff. de iure dotium*, ita etiam Surdus *conſ.393. num. 34. in fine*, & Merlinus *dicta quæſt.6. num.17.& 19.* & quando ſtatutum præſeruaret certam ſummam, vel rem quòd non ſuccederet loco legitimæ confirmat Brunus *d. n.19.* & poſt eum Merlinus *num. 20. in fine*, quia iſtæ res non debentur habita ratione ad æs alienum, ſicut debetur legitima.

At verò ſi ſtatutum filiæ reſeruet pro dote quotam, puta, quia reſeruat decimam, vel duodecimam partem hæreditatis, tunc dicit idem Brunus *d. art.11. eodem n.19.* tale præſeruatum in dubio ſuccedere loco legitimæ, quaſi ſit ſenſus, quod filia partem decimam, vel duodecimam eius, quod habitura fuiſſet ab inteſtato, petere poſſit, & non plus, nec poſſit pater in teſtamento minus relinquere, ac proinde omnia iura, addit idem Brunus *ibidem* poſt Calderinum *conſ.32. tit. de teſtibus)* de legitima loquentia in iſta parte præſeruata locum habebunt, ita etiam Gabriel alios alllegans *conſ. 11. num.6. vol. 1.* & Merlinus *d. q.6. n. 20.* 66

Vnde etiam ſi ſtatutum diſponat, quod mater habens filios, vel filias non poſſit relinquere extraneis vltra quartam partem, tres alias partes cenſeri à ſtatuto reſeruatas, tanquam legitimam filiorum, & filiarum, legitimæque loco eſſe reſeruatas, cum ſtatutũ loquatur *per modum quotæ* atque ideo in hoc caſu legitimam iuris communis fuiſſe per ſtatutum ad tres partes auctam poſt Merlinum *conſ. 84. in fine libro 1.* & Bartholomæum Socinum *conſ.116. & conſ.30. vol.1.* tradunt iidem Brunus *d. n. 19.* & Merlinus *d. q.6. num.21.* & ita hanc legitimam auctam regulari, prout legitimam iuris communis, nec in ea poſſe apponi grauamen aſſerit idem Brunus poſt Calderinum *conſilio 31. tit. de teſtibus.* 67

Dos ſuccedit loco legitima, ſi vltra ſtatutum excludens ſimpliciter à ſucceſſione, extet aliud ſeparatum reſeruans legitimam.

Septimus caſus, quando etiamſi extet ſtatutum ſimpliciter excludens filiam, extaret tamen aliud ſeparatum ſeruans legitimam, putà dicens legitimam in omnibus teſtamentis debere eſſe ſaluam, tam aſcendentibus, quam deſcendentibus, & hoc caſu dotem ſuccedere loco legitimæ, cùm vnum ſtatutum ab alio interpretari debeat, ita quòd dum dicit in vno ſtatuto filiam propter maſculos eſſe excluſam, intelligendum ſit excepta legitima, tradunt Caſtrenſis *conſ.222. in primo dubio, numero quinto, libro 2.* Surdus *de aliment. titul. 3. dicta quæſtione ſexta, numero vigeſimo-primo,* ex quo infertur à tali dote reiici grauamen & omnis conditio, illamque tranſmitti ad filiæ hæredes: ita Caſtrenſis & Surdus. 68

Stante

Stante ſtatuto ſimpliciter excludente filiam à ſucceſſione ab inteſtato, ſi filia dotetur poſt mortem patris, an tunc ſuccedat loco legitima.

69 Octauus caſus eſt, ſi filia dotaretur poſt mortẽ patris, & in hoc caſu ſtante etiam ſtatuto ſimpliciter excludente; quia dos aſſignatur eo tempore, quo legitimæ debetur, dotem ſuccedere loco legitimæ ſentit Cæpbalus *conſ.* 503. *n.* 7. *&* 8. *lib.* 4. ex mente Caſtrenſis *in leg. Titio centum § Titio genero colum penult. ff. de conditionibus & demonſtr:* contradicit tamen Merlinus *d. q.* 6. *n.* 27. eo quòd ius ſtet in ſtatuto excludente à ſucceſſione ſimpliciter, non in conſideratione, mortis, aut vitæ patris, quamuis, dos ſemper ſolum poſt mortem patris (quo ſolo tempore debetur legitima) ſuccedat loco legitimæ & illius naturam induat, vt *cap. præcedenti n.* 111. *&* 112. explicatum eſt, & admiſſa opinione Caſtrenſis (de qua *ſuprà num.* 41. *&* 46. quòd ſtatutum ſimpliciter excludens à ſucceſſione, & poſtea mandans dotari excludat à legitima, & dos loco legitimæ non ſit ſubrogata, ita dicendum omnino videtur.

Si ſtatutum excludens à ſucceſſione filiam diſponit, vt faciat partem in computatione legitima maſculorum, dos præſeruata ſuccedit loco legitima.

70 Nonus caſus eſt. Si ſtatutum diſponeret, vt filia excluſa connumeretur in numero filiorum ad faciendam partem fauore maſculorum, adque augendam legitimã ex triente ad ſemiſſem: & hoc caſu dotem reſeruatam à ſtatuto ſuccedere loco legitimæ tradidit Coſta *de facti ſententia & ignorantia diſtinct.* 37. *n.* 100. & poſt eum Merlinus *d. q.* 6. *n.* 31. & faciunt tradita *ſuprà n.* 45. *verſ. quartum, & n.* 47. *verſic. Tertium*, & Doctores iiſdem *locis* relati, quatenus volunt filiam excluſam facere partem in computatione legitimæ maſculorum, quando dos ſuccedit loco legitimæ, non facere quando non ſuccedit: imo etſi ſtatutum non diſponat filiam excluſam connumerari inter alios ad faciendam partem, &c. adhuc non obſtante quod ſtatutum ſimpliciter fœminas excludat, dotem ſuccedere loco legitimæ, ſi id maſculis expediret vt fœminæ facerent partem ad conſtituendam vberiorem legitimam eorumdem filiorum vſque ad ſemiſſem, tradunt poſt Caſtrenſem *conſ.* 52. *col. fi. & conſ.* 288. *n.* 4. *lib.* 1. Rubeum & Alexandrum *conſ.* 122. *col. fi.* Mareſcottus *var. lib.* 1, *c.* 28. *n.* 9. & Merlinus *d. q.* 6 *n.* 34. *& ſeqq q.* 8. *n.* 29. teſtantes ita etiam tenuiſſe Rot. Rom coram Phanucio 5. Martij 1554. Quorum fundamentum eſt, quòd fauore maſculorum ſit introducta hæc fœminarum excluſio, ac proinde eadem excluſione non obſtante dos loco legitimæ ſuccedat, ſi id maſculis expediat, contrarium tamen ſentit Hieronymus Gabriel *conſ.* 140. *n.* 5. motus ea præſertim ratione, quòd abſurdum videatur hoc ponere in voluntate filiorum, cùm certum ſit eos nolle partem filiabus dimittere, & ſic eorum fauore renunciare.

Si ſtatutum ſimpliciter, & abſolutè excludens fœminas in reſeruatione dotis faciat mentionem legitima, vt quòd non ſit minus legitima, vel filia ſit contenta dote, nec plus poſſit petere ratione ſupplementi legitima, an dos ſit loco legitima.

71 Decimus caſus eſt, quando ſtatutum prius excludens filiam, & poſtea mandans dotari facit aliquam mentionem legitimæ, vel expreſsè filiam dotatam excludit à legitima, vel eius ſupplementi petitione, ſcilicet mandat quod ſit contenta dote, & nihil poſſit petere occaſione legitimæ, vel illius ſupplementi, & in huiuſmodi caſibus dotem ſuccedere loco legitimæ ſentiunt Simon de Prætis *de interp. vlt. vol. interp.* 3. *dub.* 2. *ſol. vlt. ſol.* 305. *n.* 12. Riminald. iun. *conſ.* 172. *n.* 15. Hondedeus *conſ.* 53. *n.* 10. *vol.* 2. Mangilius *de imput. q.* 57. *nu.* 2. Faber *l.* 5. *ſui C. tit.* 12. *defini.* 20. *n.* 13. Merlinus *de legitima. l.* 3. *tit.* 5. *q.* 6. *n.* 23. Ancharranus modernus *q.* 51. *n.* 3. *&* 7. *in* 2. *part.* à Surdo *d. q.* 1. *n.* 56. relatus, Rot. Rom. *dec.* 215. *n.* 11. apud Burattum, & plures alij à Simone de Prætis, & Rota relati. Et ita ſentire videtur etiam Peregrin. *de fideicom. art.* 38. *n.* 22. *verſic. quinimo*, & idem proculdubio ſentiunt Socin. ſen. *conſ.* 51. *in* 3. *quæſito n.* 3. *vol.* 1. Brunus *de ſtatut. excluſ. fœm. d. art.* 11. *n.* 14. *&* 15. & alij ab eodem relati, aſſerentes, quod ſi ſtatutum diſponat, quod filia dotata, vel dotanda ſit contenta dote, & eo quod ſibi pater dederit vel promiſerit, nec vna illud petere poſſit, nec moleſtare fratres occaſione Falcidiæ, tũc dos ſuccedit loco legitimę propter illud verbũ Falcidię, quod ex quo intelligitur de legitima, videtur dotẽ loco legitimę ſubrogaſſe. Probatur hæc ſententia; nam ex hoc quòd in his caſibus ſtatutum facit mentionem expreſsè, vel tacitè legitimæ in eo, quod vult pro dote dari filiæ antecedentibus verbis excluſæ, & ſic propter dotem excludit à legitima rectè ſumitur coniectura intentionem ſtatuti, ſeu ſtatuentium fuiſſe, quòd legitima debeatur atque ita dos loco illius ſubrogata ſit, & in eius compenſationem reſeruata, & licet legitima, vel ſupplementum tunc non poſſit peti, tamen petitur, ſeu poteſt peti dos reſeruata loco illius. Quare dum ſtatutum diſponit filiam debere eſſe tacitam, ſeu contentam dote, ſeu eo quod illi præſeruatur à ſtatuto, nec poſſit petere, plus occaſione legitimæ, vel ſupplementi illius, videtur etiam è contra velle, quod illud reſeruatum petere poſſit, tanquam legitimæ loco ſubrogatum.

Contrarium, & in præfatis caſibus; non obſtante 72
mentione legitimæ in reſeruatione dotis facta poſt excluſionem à ſucceſſione, dotem ex intentione ſtatuti non ſuccedere, ſeu eſſe ſubrogatam legitimæ, ſeu loco illius tenent Ruinus *conſ.* 112. *n.* 6. 7. *&* 8. *vol.* 5. Bertazolus *conſ.* 108. *n.* 13. à Peregrino *loco citato* relatus Gabriel *conſ* 2. *n.* 37. & Merlinus *d. tit.* 1. *q.* 8 *n.* 19. *& tribus ſeqq.* Probatur hæc ſententia, primo quia ex hoc, quod ſtatutum velit dotem filiæ excluſæ regulari iuxta quantitatem legitimæ, non poteſt inferri, quod velit ſubrogari loco legitimæ, cum aliud ſit filiam vocari ad legitimam, vel legitimam illi præſeruare, aliud, quod dos non ſit minor legitima, & contemplatio, ſeu correſpectiuitas ad aliud non facit, vt ſi idem, vel eiuſdem naturam ſortiatur. Secundò, quod ſtatutum velit dotem non eſſe minorem legitima, vel ne filia excluſa poſſit vltra dotem datam, vel promiſſam à patre aliquid plus petere ratione legitimæ, totum tendit ad excluſionem filiæ à legitima, ergo non debet operari admiſſionem: nam inducta ad diminutionem non debet operari augmentum *l. legata inutiliter ff. de legat.* 3. Et cum ſtatutum ſimpliciter excludat filiam à ſucceſſione, & etiam à ſupplemento legitimæ, non videtur poſſe ſumi argumentum à contrario ſenſu, quod id, quod reſeruatur filiæ, ſit ſubrogatum legitimæ, illiuſque loco, alioqui correctio vnius partis ſtatuti in iiſdem ferè verbis ad aliam induceretur, quod eſt abſurdum, quo argumento vtgent Gabriel, & Merlinus.

In hac controuerſia, quæ tunc temporis agitabatur in 73
ſenatu Mantuano, lite adhuc indeciſa Surdus *d. q.* 1. *nu.* 59. noluit, quid ſẽtiret, proferre. Ego exiſtimarẽ in praxi non eſſe recedendum à prima opinione, propter notata *ſupra n.* 51. *verſic.* 2. ſi enim ſtante ſtatuto ſimpliciter excludente, & poſtea reſeruante dotem, æquitas poſtulat

ſtuiat, vt debeamus intelligere dotem reſeruatam fuiſſe loco legitimæ exiſtente re hinc inde dubia, multo magis videtur poſtulare æquitas, vt intelligi debeat reſeruata dos loco legitimæ, quando in reſeruatione legitimæ mentio facta eſt à ſtatuto volente dotem reſeruatam non fore minorem legitima, vel filiam dotatam vltra dotem plus ratione legitimæ, ſeu eius ſupplementi petere. Præterea etſi quando certè conſtat ex verbis claris, & expreſſis ſtatuti, vel ex æquiualentibus inducentibus indubitatam coniecturatam mentem ſtatuentium, quod voluerit excludere à ſucceſſione filias propter maſculos, & agnationem conſeruandam poſſit diſpoſitio dici fauorabilis, tametſi ſit contraria diſpoſitioni iuris communis, & ſic quando voluerit ſtatutum excludere omnino etiam à legitima, tamen quando nec ex verbis expreſſis, neque ex æquiualentibus certo conſtat; ſed dubium remanet de intentione & mente ſtatuentium, quod voluerint filiam eſſe penitus excluſam à legitima, nec dotem reſeruatam loco legitimæ eſſe, cenſeri debet ſtatutum odioſum, vtpotè contrarium iuri communi (quod ſemper eſt fauorabile tam fœminis quàm maſculis, præſertim quando agitur de fauore dotis, & matrimonij) facienda eſt interpretatio, vt dos reſeruata loco legitimæ ſuccedat; & debeat eſſe pura, & non conditionalis, ad hæredes filiæ tranſmiſſibilis, & non ſubiecta alicui grauamini.

Si ſtatutum ſimpliciter excludens filiam, mandet illam congruè & competenter, vel legitimè dotari; An dos ſuccedat loco legitima, habeatque legitima priuilegia.

74 Quid verò, ſi ſtatutum prius abſolutè, & ſimpliciter excludens filiam, poſtea mandet eam competenter, & congruè dotari congruam dotem? his caſibus dotem ſuccedere loco legitimæ, & ius petendi congruam dotem tranſmitti ad hæredes filiæ ſentiunt Craueta *conſ.* 136. Simon de Prætis *loco ſuprà, num.* 11. *relato* Cumanus *conſ.* 124. alij à Simone de Prætis relati & etiam Surdus *dicta quaſt.* 1. *num.* 60. *& tribus ſequentibus* & Mangilius *de imput. quaſt.* 27. *&* 28. Fundantur, quod congrua dos ea dicatur, quæ non eſt minor legitima, nec poſſit dici dos, quæ non eſt æqualis legitimæ vt Caſtrenſis *dicto conſ.* 136. *n.* 3. Cumanus *citato conſ.* Mangilius, & Surdus *locu citatis* Afflictus *deciſio.* 160 *n.* 8. *ibidem* Vrſillus *num* 1. & plures alij à Caſtrenſi *dicto conſ.* 136. Surdo *dicta quaſt.* 1. *num.* 60. & Vrſillo relati, & idem dicunt Craueta, & Surdus *ibidem*, ſi ſtatutum dicat, vt filia debeat legitimè dotari; quia (inquiunt) non dicitur legitima dos, quæ eſt minor legitima, & quæ ad hæredes non tranſmittitur, Quia igitur in his caſibus facit tacitè mentionem legitimæ, ad cuius menſuram intelligitur velle, vt dos ſit reſeruata filiæ excluſæ, cenſeri debet dotem loco legitimæ ſubrogaſſe, & ſic priuilegia legitimæ habere, quoad hoc vt ſit pura, non conditionalis, & tranſmittatur ad hæredes filiæ.

75. Hanc tamen ſententiam Merlinus *de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *d. q.* 6. *n.* 30. *& d. q.* 8. *n.* 21. dicit non carere difficultate, minimeque approbat, & tanquam leue reiicit illius fundamentum, ſcilicet quod dos dicatur incongrua, quæ ad legitimam non aſcendit; eo quòd ad iudicandum dotem eſſe congruam non habeatur reſpectus ad legitimæ quantitatem, ſed ad mortem regionis, & ad qualitatem perſonarum. Verùm loquendo de dote filiæ à ſtatuto excluſæ, vbi aliud non conſtet ex verbis, vel ex coniecturata mente ſtatuentium, vt dicatur, & ſit congrua non debere eſſe minorem legitima ſentiunt præter præallegatos alij plurimi iuriſperiti, vt videre eſt apud Menochium *de arbitrariis caſu* 149. & apud eumdem Merlinum *eodem lib.* 3. *tit.* 1. *q.* 13. *num.* 1. de qua re *infrà* cum de dotis quantitate *cap.* 13.

Dos de paragio ex ſtatuto danda filiabus, & ſororibus excluſis ab hareditate, An ſuccedat loco legitima, & ad legitima quantitatem regulari debeat.

Quid quoque ſi ſtatutum mandaret filias excluſas 76
ab hæreditate patris dotari de paragio, vel iuxta paragium? Merlinus *dicta quaſt* 8. *num* 23. dicit, quod in hoc caſu dos non debetur ad menſuram legitimæ, nec loco legitimæ ſuccedere. Probat ex eo, quod paragium ſit quid diuerſum à legitima; quia hoc verbum *Paragium*, non ſignificat facultates, ſed idem eſt, quod parium geſtus, ſeu accipitur pro parium geſtu, videlicet vt filia nubat, & dotetur ſecundum pares ſuos & ſit ſatis filiam cum viro digno collocari, & dote iuxta viri dignitatem, & ſuam, ſeu habito reſpectu ad alias fœminas ſibi pares, ita ſtatutum huiuſmodi interpretati ſunt, & intellexerunt Decius *conſ* 26. *num.* 5. & poſt eum Vrſillus *ad deciſ.* 160. Afflicti *num.* 2. Rota Romana *deciſ.* 581. *num.* 5. *p.* 1. *in recent.* Merlinus *d. n.* 23. Molfeſius *ad conſ. nupt. tom.* 1. *parte* 3. *q.* 7. & alios refert Vrſillus. Et quod dos de paragio poſſit eſſe minor legitima, ſi à patre relinquatur in teſtamento aſſeruerunt plurimi, quos refert Camillus Borellus *in ſum. deciſ. p.* 3. *tit.* 4. *num.* 172. Quando autem à fratribus poſt mortem patris idem Borellus plurimos alios allegans *eodem tit.* 4. *num* 168 *&* 169. aſſerit paragium, ſeu dotem de paragio ſuccedere loco legitimæ, nec illa debere eſſe minorem, & dotem de paragio ſuccedere loco legitimæ, nec poſſe eſſe minorem legitima affirmarunt non pauci iuriſperiti ab eodem Borello *n.* 163. relati; & ita ſentire videtur Afflictus *d. deciſ.* 160; de qua re infra, cum de congruitate dotis. Hic ſolùm addo, Vrſillum *in dicta auth. ad præfatam deciſ.* 170. *n.* 5. aduertere, quò iſtud paragium ſoror ad ſuos hæredes tranſmittit, quatenus ei debeatur quodammodo ſub conditione, ſi maritabitur, ſecundùm Decium *d. conſ.* 26. alios allegantem; addit *ibidem* Vrſillus ex eodem Decio quod pater in huiuſmodi paragio, ſeu dote de paragio filiæ debita non poteſt onus imponere.

Statuto tantum mandante fœminas à patre dotatas eſſe tacitas, & contentas dotibus inter viuos datis, vel in vltima voluntate à patre relictis, nec vltra poſſe quicquam ratione ſupplementi petere, dos ſuccedit loco legitima, & reiicit conditionem, & omne onus.

Vndecimus caſus eſt. Quando ſtatutum nulla ante- 77
cedenter facta expreſſa excluſione filiæ à ſucceſſione inteſtati diſponit fœminas à patre, vel ab auo paterno dotatas debere eſſe tacitas, & contentas de eo, quod pro dote pater inter viuos, vel in vltima voluntate reliquerit, nec vltra datum, vel relictum quicquam ratione ſupplementi legitimæ petere poſſe. Et in hoc caſu communis iuriſperitorum ſententia eſt, dotem ſuccedere loco legitimæ, nec eſſe ſubiectam oneri diei, & conditionis; neque alio onere, quin de ea filia poſſit diſponere, à patre poſſe grauari, quoad quantitatem, dotis relictæ ſaltem menſuram legitimæ non excedente; ita Iacobus Butrigarius *in l. quoniam in prioribus, Cod. de inoff. teſtam.* Vaſquius *de ſucceſſ. creat.* §. 10. *num.* 109. Laderchius *conſ.* 25. *num.* 10. *&* 11. Surdus *de aliment. tit.* 3.

tit. 3. *quaſt.* 1. *num.* 64. *& pluribus ſeqq.* Menochius *de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 146. *num.* 45. *conſ.* 251. *n.* 49. *& conſ.* 278. *num.* 54. Tuſchus *verbo ſtatutum, concl.* 661. *num.* 20. (vbi etſi dicit in hoc caſu filiam nihil poſſe petere etiamſi dos à patre data, promiſſa, vel legata ſit non congrua, tamen ex æquitate ſuccedit loco legitimæ, nec recipit grauamen) *& num.* 52. *& numero* 67. allegans Caſtrenſem *conſ.* 222. *num.* 5. *verſic. poſſet autem procedere lib.* 2. & Abbatem *conſ.* 92. *lib.* 2. Maugilius *de imput. quaſt.* 16. *num.* 26. *& q.* 57. *num.* 26. Merlinus *lib.* 3. *tit.* 1. *quaſt.* 8. *num.* 72. *&* 73. *& d. q* 9. *num.* 2. Graſſus *de ſucceſſ. §. legitima q.* 40. *num.* 2. Rota Romana *deciſ.* 215. apud Buratum *num.* 2. Ferentillus *ibid. lit.* A, Fuſarius *de ſubſtit. q.* 297. *num.* 22. *verſic. tertio*, & alij iuriſperiti communiter à Surdo, Mangilio, Merlino, & Rota relati. Ratio eſt; quia, licet tale ſtatutum diſponat circa quantitatem legitimæ, dans facultatem patri, vt filiæ dare, vel relinquere poſſit dotem minorem quantitate legitimæ iure communi debitæ quoad hoc derogando *l. omni modo, Cod. de inoffcioſo teſtamento*, per quam legem filia, cui relictum eſt minus legitima, agit ad ſupplementum; non tamen aufert abſolutè legitimam, nec tollit prouiſionem legis *quoniam in prioribus*, *Cod. eod.* vbi diſponitur legitimam non poſſe per patrem quovis onere grauari, cum id eodem ſtatuto non dicatur; & ſic non cenſetur per idemmet ſtatutum data patri facultas relinquendi dotem ſub conditione, & illam granandi fideicommiſſo, etſi filiæ ſub conditione, aut onere fideicommiſſi filia ſine liberis decedente ſit relicta, aut data à patre, onus reiicitur iuxta diſpoſitionem dictæ *l. quoniam in prioribus*; & mortuo patre eadem filia ſuperſtes non imputabit dotem illam in legitimam, niſi fratres remittant onus reſtitutionis, ſeu fideicommiſſi iuxta tradita *ſupra hoc capite n.* 9. *&* 20. *& capite præcedenti num.* 112. & Doctores iiſdem locis relatos. Aliam rationem affert Surdus *d. q.* 1. *num.* 65. *& nonnullis ſequentibus*, apud eumdem videndam Doctores allatam communiter approbantur, & confirmantur; quia cum verba illa ſtatuti operentur correctionem *d. l omnimodo*, non debent (cùm in illis non exprimatur) optari correctionem *d. l. quoniam in prioribus*, nam vbi ſtatutum contra ius poteſt vnum effectum operari, non debet ita intelligi vt duos operetur præſertim iuri contrarios, vt aliis relatis Rota *d. deciſ.* 215. *n.* 9. & ſtatutum iuris communis correctorium debet interpretari, vt quominus fieri poteſt, illud corrigat *cap. cum dilectus iuncta Gloſſa verbo nec iuri de conſuetudine*, *& ibi* Abbas *num.* 21. *& l.* 2. vbi Bartholus *Cod. de noxalibus act.* Confirmatur eadem ſententia argumento à Maugilio *d. q.* 57. *citato num.* 27. poſt plures alios adducto, ſcilicet quod dum ſtatutum prohibet plus non peti, videtur habere reſpectum ad legitimam, quam ſolam filiæ petere potuiſſent, cùm ſola debeatur: & per illa verba, quod dotibus ſint contentæ, videtur inducere compenſationem cum eo, quod debebatur, nempe cum legitima.

78 Aduerto etiam, Rotam Romanam *dict. deciſ.* 215. vbi loquitur in terminis ſtatuti vrbis habentis duas partes, in quarum prima diſponitur *fœminas à patre, vel auo dotatas debere eſſe contentas dotibus inter viuos datis, vel in vltima voluntate relictis, nec vltra datum vel relictum quicquam ratione ſupplementi legitimæ petere poſſe*: in altera immediatè ſequenti ſubiunguntur huiuſmodi verba, *nempe, ſed ſemper teſtamentum, & vltima voluntas patris, & aui robur habeat, nec poſſit per ipſas filias, & nepotes, ſeu ipſarum hæredes per quamcumque viam, ſeu alio modo impugnari non obſtante, &c.* Aduerto, inquam, eamdem Rotam *dicta deciſione* 215. receſſiſſe ab alia *in Romana ſupplementi dotis coram Cæſare de Graſſis* 14. *Maij* 1575. & ab alia in Romana dotis *de Marganis* 18. *Maij* 1582. *coram Robuſterio*, in quibus Rota ſtantibus verbis ſecundi ſtatuti continuato ſermone verbis primæ partis adiunctis ita generalibus, & prohibentibus impugnari patris teſtamentum non ſolùm per petitionem ſupplementi legitimæ, ſed etiam per quamcunque viam, aut alio modo, tenuerat in terminis præfati ſtatuti non ſolùm non poſſe filiam dotatam petere ſupplementum legitimæ mortuo patre, vel auo dotante, ſed nec dotem datam reiicere conditionem, vel onus fideicommiſſi, filiamque non poſſe diſponere de ipſa dote, ſi à patre fideicommiſſo fuerit grauata: quam Rotæ reſolutionem in dictis duabus deciſionibus amplexus eſt Mareſcottus *dict. cap.* 28. *numero* 12. *& ſequentibus*, contra enim præfatas duas deciſiones reſoluit Rota *dict. deciſ.* 215. apud Burattum, non obſtantibus illis verbis generalibus ſtatuti Vrbis continuatè, adiunctis priori parti eiuſdem ſtatuti, filiam non eſſe excluſam penitus à legitima, ſed tantum à petitione ſupplementi, dotemque ſuccedere loco legitimæ, & reiicere quodcunque onus iuxta diſpoſitionem *d. leg. quoniam in prioribus*, filiamque à patre in ea dote grauatam fideicommiſſo poſſe diſponere de eadem dote. Probat, quia licèt verba ſecundæ partis ſtatuti vniuerſalia videantur prægnantia, & ſi ſtarent de per ſe & abſolutè, poſſet admitti filiam omnino à legitima excluſam, & tametſi in dote fideicommiſſo grauatam non poſſe reiicere tale grauamen ob prohibitionem ſtatuti contraueniendi quovis modo patris teſtamento, & vltimæ voluntati, tamen quia in præfato ſtatuto verba illa generalia ſtant continuato ſermone, ſeu continuatiuè, & acceſſoriè ad primam partem, ſeu ad diſpoſitionem præcedentis primæ partis (iuxta quam dos ſuccedit loco legitimæ, & reiicit omne onus, vt numero præcedenti probatum eſt) ſunt intelligenda retentis terminis, ac themate caſus præcedentis diſpoſitionis, ſcilicet quando eſt filiæ à patre relictum minus legitima (vt tunc filia non poſſit impugnare teſtamentum petendo ſupplementum) idque virtute aduerſatiuæ; ſed quæ facit, vt dicantur repetiti termini ſupra expreſſi, vt Gloſſa, & Bartholus *in lege marito* 29. *ff. ad legem Iuliam de adulteriis*, & plurimi alij Iuriſconſulti à Rota *dict. deciſ.* 215. *numero ſecundo* relati. Et ſit generale, quod ratione continuati ſermonis intelligantur repetiti termini ſupra expreſſi Gloſſa *in §. lapilli inſtitut. de rerum diuiſ.* Crauetta *conſ.* 208. *numero* 5. Neque obſtat obiectio (inquit Rota *numero* 4.) quod ſecundùm hunc ſenſum remanerent ſuperflua verba illa ſtatuti, *per quamcunque viam, ſeu alio modo*. Reſpondet enim, quòd cum ſuprà in prima parte diſpoſitionis ſtatuti eſſet expreſſus vnicus modus, ſcilicet petitionis ſupplementi legitimæ: filia in teſtamento præterita (qualis eſt, cui vel nihil relinquitur in teſtamento, vel ſi quid, non iure inſtitutionis, *§. aliud quoque capitulum*, & ibi Gloſſa in *verbo præterire auth. vt cum de appellat. cognoſc.*) habeat vis dicendi teſtamentum nullum *inſtitut. de exhared. liber. initio*, *vel inofficioſum inſtitut. de inoffic. teſtamento initio*, & contra tabulandi *§. ſunt autem inſtitut. de bonorum poſſeſſ.* vbi Gloſſa *in verbo contra tabulas*, ponit ſtatutum vtramque viam, & ſic omnes prædictæ viæ, & modi remanent ſublati per dicta verba generalia ſtatuti, ita Rota *dict. numero quarto*, quæ numeris ſequentibus aliis rationibus confirmat ſuam reſolutionem oppoſitam reſolutioni factæ *in illa deciſione* coram Robuſterio, quas apud eumdem Burattum videat Lector.

Aduerto

79 Aduerto etiam quod etſi ſtante præfato ſtatuto ſimpliciter dicente filiam debere eſſe contentam dote ſibi à patre relicta, & non diſponente de excluſione ab inteſtato Aretinus *conſ.* 43. quem refert, & ſequitur Mangilius *d. quæſt.* 16. *num.* 30. *initio, & verſic. Non tamen ego*, velit legatum non cenſeri purum, ſed conditionale ad tempus nuptiarum, & filia defuncta ante nuptias contractas ad filiæ hæredes non tranſmitti idque ob duplicem rationem, primò quod cum dos ſui natura ſit conditionalis, ſcilicet recipiens diem, & conditionem nuptiarum ſtatutum eſt intelligendum iuxta eiuſdem dotis naturam. Secundò, quia ſtatutum de dotata verificatur in ea, in qua pater dotandi actum exercuit, cenſetur autem exercuiſſe in illa, quæ deſtinatione fuit dotata, & ſic filia, quæ legato dotis eſt deſtinatione dotata, non poteſt dicere ſe indotatam, nec etiam conquæri, quod expectanda ſit ſibi dies, & conditio, cum id ſit de natura dotis nihilominus in huiuſmodi caſu legatum dotis eſſe purum, & ad hæredes filiæ tranſmitti tradunt cæteri Doctores *numero* 77. relati, & Imola *lege Titio centum*, §. *Titio genero, nu.* 11. *ff. de condit. & demonſtr.* relatus à Mangilio *dicto numero* 30. *verſiculo*, *& contrarium*, & Merlino *dicta quæſt.* 8. *num.* 72. & probant tradita *eodem numero* 77. quia cum per tale ſtatutum non ſit derogatum *l. quoniam in prioribus*, dos ſuccedit loco legitimæ, & illius naturam, & priuilegia habet, ac proinde legatum eſt purum, ſicut purè, & liberè debet relinqui legitima: vnde ceſſat prima ratio Aretini. Tollitur etiam altera ratio, quia cum in hoc caſu dos ſuccedat loco legitimæ, vel non ſufficit ipſa deſtinatio, vel ſi ſufficit, debet relinqui ſine onere, & conditione, quia, ſicut legitima, non recipit onus, vel conditionem.

Quando ſtatutum diſponit filias dotatas à patre, vel auo nihil poſſe dicere contra patris, vel aui teſtamentum, filiæ ſunt excluſæ à legitima, nec dos loco legitimæ ſuccedit, nec rejicit conditionem, & grauamen, nec eſt tranſmiſſibilis ad hæredes filiæ decedentis ante matrimonium.

80 Sed quid, ſi verba illa generalia ſtarent de ſe, & abſolutè, puta, ſi ſtatutum diſponat filias, & neptes à patre, vel auo inter viuos, vel in vltima voluntate dotatas per ſe ipſas, aut ipſarum hæredes poſſe quid contra teſtamentum patris, aut aui dicere, illudve vlla via, vllove modo impugnare? Hoc caſu filias eſſe omnino excluſas à legitima, dotemque non ſuccedere loco legitimæ, & relictam in teſtamento habere conditionem nuptiarum, vt ſi filia ante nuptias decedat etiam poſt patrem defunctum non tranſmittatur ad hæredes filiæ, poſſitque onere fideicommiſſi grauari, hocque onus à patre doti iniunctum non poſſe per filiam, aut eius hæredes remoueri ſentiunt Doctores communiter, ita Bartholus *in lege Titio centum.* §. *Titio genero. ff. de condit. & demonſtr. ibidem*, Raphaël Cumanus, Caſtrenſis, Imola, Aretinus *conſ.* 43. *in fine*, Alexander *conſ.* 55. *numero* 8. *volum.* 2. Brunus *de ſtatu. excluſ. fœmin. dicto artic.* 11. *numero* 58. Tuſchus *verbo Statutum, concl.* 662. *numero* 21. Gabriel *dicto conſ.* 116. *num.* 20. Laderchius *conſ.* 25. *num.* 9. *&* 31. Rota Romana *dicta deciſ.* 215. *num.* 4. apud Burattum, & plurimi alij Iuriſperiti à Laderchio, Gabriele, & Mangilio relati. Probatur hæc communis ſententia ex generalitate illorum verborum, *quid*, *& vlla via*, *vllove modo*, per quæ vult filiam dotatam nihil prorſus poſſe contra patris teſtamentum objicere, & ſic videtur inſtar extranei reducta, ac proinde per illa verba voluerunt ſtatuentes eamdem filiam non ſolum non poſſe petere dotis ſupplementum, ſi minor legitima (& ſic derogarunt *dictæ l. omni modo*, *Cod. de inoffic. teſtam.*) ſed etiam ſi pater dotans doti appoſuerit onus conditionis, vel grauamen fideicommiſſi, eam non poſſe intentare oneris, & grauaminis remotionem, & ſic derogarunt *d. l. quoniam in prioribus*, & conſequenter voluerunt, dotem non ſuccedere loco legitimæ, nec legitimæ priuilegia ſortiri, ſed retinere ſemper dotis naturam propriam, iuxta quam dos eſt conditionalis, recipitque tempus nuptiarum, neque tranſmittitur ad hæredes filiæ decedentis ante nuptias contractas, neque etiam rejicit grauamen fideicommiſſi, vt in præcedentibus ſæpius notatum eſt.

Et licet prædictis objici poſſe videatur, quod filia petendo ſupplementum legitimæ, vt promittitur *dicta l. omni modo*, vel vt remoueatur grauamen ſuper dote appoſitum, vt promittitur *dicta l. quoniam in prioribus*, non videatur impugnare teſtamentum patris, & ſic ei liceat vtrumque petere, cum per ſtatutum prohibeatur tantum impugnare teſtamentum? Rejicitur tamen objectio, quia, & ſi verum eſt quod filia agens ad ſupplementum legitimæ, vel quod onus ex dote data rejiciatur, non dicatur impugnare teſtamentum vt illud annulletur, cum in effectu teſtamentum ſuſtineatur ex diſpoſitione *dictæ l. omnimodo*, *& dictæ leg. quoniam in prioribus*, tamen cum agat ad deſtruendam patris diſpoſitionem in teſtamento circa dotem factam, verè teſtamentum impugnat, & de facto benè dicitur illud impugnare, vt Mareſcottus *dicto numero* 17. poſt Cumanum *conſilio* 190. *littera G. volum.* 3. illa enim verba generalia, *quid dicere*, *vel vlla via*, *aut vllove modo impugnare*, apertè comprehendunt omnem modum, quo itur, ſeu agitur contra diſpoſitionem paternam factam in teſtamento, tametſi non agatur ad nullitatem teſtamenti.

Statuto prius excludente filias à ſucceſſione poſtea iubente eas debere eſſe contentas dote data, vel relicta, vel vltra dotem, aut relictam aliud non poſſe petere; An dos ſuccedat loco legitimæ, & rejiciat onus, ſicut, & legitima.

Quid etiam, quando ſtatutum prius excludit à ſucceſſione fœminas, dicens quod filiæ, ſeu fœminæ ſtantibus maſculis non ſuccedant, & poſtea eas debere eſſe contentas dote eis relicta eo modo, & forma prout diſpoſitum fuerit in teſtamento patris, vel aui, vt vltra dotem datam, vel relictam nihil poſſe petere? Et hoc etiam filias eſſe excluſas à legitima, dotemque loco legitimæ non ſuccedere, & fideicommiſſum ſuper tota dote à patre, vel auo impoſitum tenere, deberéque ratum, & firmum haberi per eaſdem filias, atque relictum dotis eſſe conditionale ad tempus nuptiarum, & ſi ante nuptias filia decedat, non tranſmitti ad illius hæredes tradit Simon de Prætis *de interpr. vltim. volunt. libro* 3. *dubio* 2. *ſolutione vltima*, *numero* 11. vbi pro hac ſententia allegat Gabrielem *dicto conſil.* 116. *numero* 19. & plures alios Iuriſperitos, quorum aliquos pro eadem ſententia refert etiam Fuſarius *de ſubſtitutione*, *dicta quæſt.* 297. *numero* 16. Qui tamen videntur loqui in terminis caſus præcedentis, quando ſtatutum mandat filias debere eſſe contentas dote inter viuos data, vel in vltima voluntate relicta, nec poſſe quid dicere contra teſtamentum pa- 81

tris, & aui: At huius ſententiæ abſque dubio ſunt Gabriel, & alij Doctores *ſuprà num.* 72. relati. Quare probatur ex traditis *eodem nu.* 72. & præſertim ea eo, quod cum ſtatutum in prioribus verbis ſimpliciter excludat filias à ſucceſſione, dum diſponit eas non poſſe ſuccedere ſtantibus maſculis, & conſequenter etiam excludat à legitima, alia verba ſubſequentia, *quod debeant eſſe contenta, &c.* intelligi debent probatæ ad declarationem, & augmentum excluſionis filiarum, ne ſtatuentes exiſtimentur ſe ſtatim correxiſſe, ita Gabriel Merlinus *locis d. num.* 72. relatis.

82 Fuſarius *d. quaſt.* 297. *nu.* 16. è contra in hoc quoque caſo, non obſtante excluſione à ſucceſſione in prioribus verbis ſtatuti contenta, aſſerit eſſe datam facultatem diminuendi dotem, vt à patre dari poſſit minor legitima, nō autem datam facultatem grauandi filiam fideicommiſſo in tota dote, cum ſtatutum id non dicat, & conſequenter, ſi à patre apponatur, non tenere, allegat idem Fuſarius Vaſquium & Craſſum *locis ſuprà n.* 77. *relatis*, & plures alios Doctores, qui tamen omnes videntur loqui in terminis caſus vndecimi *ſuprà eodem nu.* 77. explicati, in quo ſtatutum non excludit ſimpliciter prius fœminas à ſucceſſione, & poſtea mandat debere eſſe contentas, &c. ſed de per ſe, & abſolutè diſponit fœminas debere eſſe contentas, &c. Probat tamen Fuſarius hanc ſententiam iiſdem argumentis, quibus *ſuprà nu.* 51. probatum eſt, etiam ſtante ſtatuto prius excludente fœminas, & poſtea mandantes eas dotari, dotem ſuccedere loco legitimæ, & rejicere onus, & grauamen fideicommiſſi, ſed filiam excluſam debere liberè habere eamdem dotem, & certè in hoc caſu non minus, quàm in eo caſu, quando poſt excluſionem ſtatutum dicit tantum fœminas debere dotari, procedunt præfata argumenta, & ſic propter eadem argumenta, & Doctores *num.* 50. allegatos hanc Fuſarij ſententiam valde probabilem eſſe non videtur dubitandum. Quam, & quod in hoc caſu filia non cenſeatur à ſtatuto penitus excluſa à legitima, ſed ſolùm à petitione ſupplementi, & ſic dos ſuccedat loco legitimæ, & rejiciat quodcunque onus, confirmo: Quia ſtatutum in hoc caſu facit tacitè mentionem legitimæ, nam quod filia debeat eſſe contenta dote relicta, vel quod nihil vltra dotem relictam poſſit petere, idem eſt, & ſonat, ac quod non poſſit petere ſupplementum legitimæ, ſi ea dos minor fuerit, vbi autem ſtatutum propter maſculos excludens fœminas à ſucceſſione facit expreſſam, vel tacitam mentionem legitimæ in dotis reſeruatione, dotem loco legitimæ ſuccedere, & in eius compenſationem eſſe inductam à ſtatuto tradunt, vt opinionem magis communem Doctores *ſuprà n.* 71. relati, probantes rationibus *eodem num.* 71. *& nu.* 73. adductis, & hanc ſententiam videtur tenere Mangilius *quaſt.* 75. *num.* 26. licet clarè id non dicat iuxta terminos huius caſus.

Admiſſa ſententia quod, quando ſtatutum ſimpliciter excludit filiam à ſucceſſione, & poſtea iubet dotari, dos non ſuccedat loco legitima, & dotis legatum ſimpliciter relictum non ſit purum, ſed conditionale poteſt nihilominus pater in teſtamento dotem relinquere, vt ſit loco legitima.

Et prædicta quidem inſpectis verbis ſtatutorum quibus propter maſculos à ſucceſſione ab inteſtato
83 excluditur filia dotata, vel dotanda poſtea mandante eam dotari, ſuppoſita ſententia Caſtrenſis, & aliorum Iuriſperitorum magis communi (de qua *ſuprà num.* 46.) quod dos in tali caſu non ſuccedat loco legitimæ; & legatum dotis à patre ſimpliciter, & abſolutè relictum non dicatur purum: An, & quando ea diſpoſitione patris in teſtamento dotem filiæ ſic à ſtatuto excluſæ relinquentis, dos ſuccedat, ſeu cenſeatur relicta loco legitimæ, ſeu tanquam legitima, & relictum ſit purum. Qua in re certum eſt, non obſtante ſtatuto ſimpliciter excludente à ſucceſſione ab inteſtato filias propter maſculos patrem in ſuo teſtamento poſſe dotem aſſignare, ſeu relinquere tanquam legitimam, ſeu loco legitimæ, & purè, ac ſine conditione, cum ſtatutum, non tollat patri libertatem id faciendi, vt in terminis Alexander *conſ.* 168. *in princ. lib.* 7. & poſt eum Tuſchus *verbo Statutum, concl.* 662. *num.* 62. & Merlinus *de legitima, lib.* 3. *tit.* 1. *d. quaſt.* 8. *num.* 53. & Iuriſperiti *num. ſequenti* allegati. Ad cognoſcendum autem, an id voluerit, trado ſequentia.

Quando pater in teſtamento filiam à ſtatuto excluſam recognoſcit vt ſuam titulo inſtitutionis et dotem relinquens; dotis relictum an ſuccedat loco legitima, & ſit purum.

Primò igitur, quando pater in teſtamento recognouit filiam a ſtatuto excluſam, ſcilicet quando eam 84
inſtituit, ſeu ei titulo inſtitutionis reliquit dotem, ſeu certam quantitatem, aut portionem, ſeu quotam, hoc caſo illud relictum pro dote ſuccedere loco legitimæ, & eſſe purum tradidere Menochius *de præſumpt. lib.* 4. *quaſt.* 146. *num.* 41. *conſ.* 8. *num.* 13. *& conſ.* 251. *num.* 42. Laderchius *allegato conſ.* 25. *verſic. Quarta exceptio, & conſ.* 57. *nu.* 6. Galganetus *de condit. & demonſtr. parte* 2. *cap.* 6. *quaſt.* 1. *nu.* 73. Rota Romana *deciſ.* 266. *nu.* 3. *& deciſ.* 565. *nu.* 5. *& ibid.* Beltraminus, *& deciſ.* 408. *nu.* 3. *parte* 1. *recent.* Marta *de ſucceſſ.o. parte* 1. *qu.* 18. *art.* 2. *num.* 39. & plurimi alij Iuriſperiti apud eoſdem, & apud Tiraquellum *de iure primogen. quaſt.* 56. *num.* 1. & Merlinum *loco numero præcedenti allegato*, Surdum *de alimentis, tit.* 3. *quaſt.* 1. *num.* 73. & Mangilium *de imputat. quaſt.* 52. *num.* 31. Probant ea ratione, quia ea quo filia in teſtamento titulo Inſtitutionis eſt honorata, cenſetur agnita à teſtatore, vt ſua, & ſic dos relicta ſuccedit loco legitimæ; filiaquè ex potentia Suitatis illam purè habet tanquam legitimam, & ad quoſcunque hæredes tranſmiſſibilem. Confirmat poſt alios Laderchius, quod ſtante inſtitutione filia habeat purè dotem, quia inſtitutio non fit, ex die vel ad diem, ſed remouetur dies *lege hæreditas. ff. de hæred. inſtitut.* ac proinde filia non poteſt eſſe inſtituta ex die nuptiarum. Quare etiam filiam ſic à patre inſtitutam in re certa pro dote ſua (ſi relictum ſit minus legitima) poſſe petere ſupplementum legitimæ tenent iidem Doctores, & præſertim expreſsè Laderchius *dicto verſic. Quarta exceptio* ea Saliceto (quem dicit multos eſſe ſecutos) *in auth. nouiſſima finali, Cod. de inoff. teſtam.* tradente filium à ſtatuto excluſam ab inteſtato in dotibus ſuis inſtitutam petere ſupplementum.

Contrarium, & vbi ex ſtatuto excludente dos non ſuccedit loco legitimæ (vt quando excludit prius à 85
legitima diſponendo vt filiæ non ſuccedant, & poſtea dotat) filia à patre inſtituta eſt particulariter in re certa, ſeu tantum in dote, & non vt hæres vniuerſalis patris, dotem non ſuccedere loco legitimæ, filiamve non habere illam tanquam legitimam, nec illam tranſmittere ad ſuos hæredes, tenent Tiraquellus *dicta quaſt.* 56. *num.* 5. Gabriel *conſ.* 11. *num.* 19. *volum.* 1. Surdus *allegata quaſt.* 1. *numero* 7. Merlinus *d. quaſt.* 8. *n.* 54. *&* 55. & nonnulli alij ab iiſdem relati, & ita ſentire etiam videtur Mangilius *d. num.* 31. *in fine.* Probat

Merlinus

Merlinus dicens quod cum in re certa tantum filia fœmina pro ſuis diſiunctim ab inſtitutione vniuerſali vna cum maſculis eſt inſtituta, titulus inſtitutionis non proficit ad arguendam voluntatem teſtatoris, nec filia dicitur ſuitati reſtituta, ſeu agnita tanquam ſua Rotam *dict. deciſ.* 266. *numero tertio*, idem Merlinus ait loqui in terminis ſtatuti non excludentis à legitima, ſed primo dotantis, poſtea excludentis à legitima, ſed ſi Rotæ argumentum debet augere confirmationem ab ea intentam *dicto num.* 3. venit intelligenda etiam ſtante ſtatuto diſponente quod filia fœmina non ſuccedat, & mandante eam dotari, & ſic excludente à legitima, Menochium vero, & plures alios, qui allegantur pro priori ſententia à Doctoribus *numero præcedenti*, & ab ipſo Merlino *dict. num.* 53. & alios etiam ab eodem Merlino *dict. quæſt.* 8. *num.* 54. relatos idem Merlinus ait loqui, quando filia à ſtatuto excluſa eſt inſtituta hæres vniuerſalis cum maſculis coniunctim in ſua dote, vel ſaltem eſt inſtituta in quota, habita mentione legitimæ, non eum in re particulari, & certa, eo quod tunc loco legatarij habeatur *lege quoties*, *Codice de hæred. inſtit.*

Verum priorem ſententiam, quæ videtur magis communis, & eſt magis pia, & æqua vtpote fauorabilis doti, & matrimonio, puto retinendam, & licet Inſtitutio ſit in re certa tantùm, & non vniuerſalis, tamen indicat patrem reſpexiſſe ad legitimam, quæ alioqui debet relinqui titulo inſtitutionis, & ſic pater ita inſtituens filiam videtur agnoſcere eam vt ſuam.

86 Procederet verò multò magis eadem prima ſententia, ſi pater in teſtamento titulo inſtitutionis reliquiſſet illam certam quantitatem exprimendo pro legitima: ita Marta *dict. articulo ſecundo citato numero* 39. Mareſcottus *var. libro primo*, *capite* 28. *numero ſeptimo* Merlinus *dict. quæſt.* 8. *numero* 59. *verſiculo ſi autem*, & Rota *dict. deciſ.* 266. *numero tertio*, & in Albanenſi legitimæ coram Coſta, vt iidem Mareſcottus, & Merlinus referunt, agnoſceret enim pater filiam vt ſuam, & non excluſam à ſtatuto, dum illi reliqueret pro legitima, & idem videtur dicendum etiamſi non expreſſo titulo inſtitutionis expreſsè reliquiſſet certam quantitatem pro dote, & legitima: nam & in hoc caſu cenſetetur agnouiſſe filiam, vt non excluſam.

87 Procederet etiam in caſu, in quo pater reliquit in teſtamento aliquid filiæ prohibendo, ne plus petere poſſit: ita Laderchius *dict. conſilio* 25. *numero quarto*, *verſiculo quinto*, *& conſilio* 27. *numero* 8. Marta, & Rota *locis numero* 84. *relatis*, & alios plures allegans Menochius *de præſumptione*, *libro quarto præſumptione* 146. *numero* 36. vbi etiam affert rationem *ſuprà num.* 72. *in fine*, adductam ad confirmandum ſimilibus verbis in ſtatuo excludente poſitis dotem loco legitimæ ſuccedere, ſcilicet quod pater iubens filiam dote relicta ſtare tacitam, contentam, nec poſſe plus petere, videtur reliquiſſe pro legitima, atque ita loco legitimæ, & ſic relictum cenſetur purum, & non ſubiectum conditioni ſicut & legitima. Et id etiam eſſe verum, & procedere, ſi id, quod teſtamento reliquit pater pro dote, fuerit relictum pro omni iure, ſeu pro omni eo, & toto, quod filia habet, aut prætendere poſſet in bonis paternis quacumque ea cauſa, tradunt poſt plures alios Laderchius *d. verſic. quinto*, *& d. n.* 8. & Mangilius *d. quæſt.* 57. *num.* 36. dicentes hoc caſu dotem, ſeu relictum eſſe loco legitimæ, cum non ſint minoris efficaciæ hæc, *pro omni iure*. *&c.* quam illa ſtare tacitam, & contentam. Etſi Mareſcottus *dict. capite* 8. *num.* 6. & Merlinus *d. quæſt.* 8. *num.* 59. contradicant, aientes patrem illis verbis vniuerſalibus *pro omni iure*, *vel pro omni eo*, *& toto*, cenſeri voluiſſe relinquere ſecundum diſpoſitionem ſtatuti, ſcilicet pro dote, non pro legitima, cum ſtatuto excludente fœminas ſimpliciter à ſucceſſione legitima non debeatur. Sed prior ſententia, vt magis æqua, & fauorabilis filiæ videtur retinenda, & illa etiam verba *pro omni iure*. *&c.* videntur habere reſpectum ad legitimam, & ſic pro ea videtur pater reliquiſſe.

Item procedere, ſi pater reliquit aliquam portio- 88
nem, à qua fuerit à ſtatuto excluſa, tradunt Salicetus *in auth. nouiſſima Codic. de inoffic. teſtament.* *ibidem* Iaſon *numero* 58. Menochius *conſilio* 8. *numero* 13. & plures alij à Iaſone, & Menochio relati. Et probant, quia etiam in hoc caſu pater relinquendo talem portionem videtur remouiſſe ſtatuti excluſionem, & reddidiſſe filiam capacem legitimæ. Quamvis Mangilius *dict. quæſt.* 57. *numero* 30. nonnullos alios allegans dicat hanc ſententiam non videri tutam, & ſi portio relicta ſit minor legitima, filia non poſſit petere ſupplementum, ſed eſto non poſſit petere ſupplementum, relictum tamen erit purum, ſicut in præcedenti caſu, licet filia non poſſit petere ſupplementum legitimæ, dos relicta ſit ea minor, relictum tamen eſt purum, & minime ſubiectum conditioni nuptiarum, & ſic ad hæredes filiæ tranſmittitur.

Item procedere, ſi pater reliquerit dotes filiæ ha- 89
bito reſpectu ad numerum filiorum aſſerit Marta *dict. articulo* 2. *numero* 40. quia in hoc caſu quoque (inquit Marta) pater rationem legitimæ habuiſſe cenſetur.

Item quando legatum dotis eſt æquale ipſi legiti- 90
mæ, dotem ea mente patris ſuccedere loco legitimæ, quaſi tunc voluerit patrem relinquere pro legitima, tradidere Socinus ſen. *conſilio* 227. *colum. prima in fine*, & *conſilio* 241. *colum. prima*, *volum. ſecundo* Pariſius *conſilio* 25. *numero* 39. *volum. ſecundo* Mangilius *de imput. quæſtio* 16. *numero ſecundo*, *verſiculo ſi autem iuxta*, & alij relati ab eodem Mangilio, & Merlino *dict. quæſt.* 8. *numero* 70. qui tamen *numero ſeq.* contradicit ſtante ſtatuto excludente prius fœminas à ſucceſſione, & poſtea mandante dotari, dicens hanc æqualitatem dotis non eſſe ſufficientem coniecturam, quod pater voluerit recedere à diſpoſitione ſtatuti, niſi legitimæ mentionem faciat in teſtamento, eo quod potuit relinquere dotem legitimæ æqualem, putans tantam à ſtatuto excludente à ſucceſſione eſſe filiæ reſeruatam. At à priori ſententia, vtpote magis æqua, & pia, & fauorabili filiæ, & doti non recedendum putò.

Legatum à patre factum filiæ impuberi eſt purum; & tranſmiſſibile ad eius hæredes item ſi factum ſit per verba præteriti temporis.

Secundo, quando legatum dotis à patre factum 91
eſt filiæ pupillæ, & impuberi in gratiam filiæ capiendam interpretationem & ea charitate paterna erga filiam ſumi ſeu induci præſumptionem, vt legatum dotis ſit purum, verbaque alioqui ſecundum proprietatem ad conditionem referenda, ſignificare diem ob præſumptum amorem filiæ tradit Laderchius *dict. conſil.* 25. *numero quarto*, *verſiculo Tertia eſt*) allegans Caſtrenſem *conſil.* 125. *columna ſecunda* Grammaticum *conſ.* 57. *num.* 9. *& conſ.* 146. *n.* 3. in hoc caſu legatum dotis eſſe purum ſentiunt etiam Menoch. *de præſumpt. lib.* 4 *alleg. præſump.* 146. *numero* 4. Galganetus *d. quæſt.* . *n.* 74. & Mangilius *d. q.* 57. *num.* 73. eam afferentes rationem, quod pater legans

dotem pupillæ non dicitur conſideraſſe tempus nuptiarum, cùm pupilla ſit matrimonio inhabilis, ita etiam Merlinus *d. quæſt.* 8. *numero* 65. *in fine*; vbi iterum dicit quando pater legat dotem filiæ ſuæ non exiſtenti in ſtatu matrimonij contrahendi ex defectu ætatis, vel ob aduerſam valetudinem, legatum ex præſumpta patris voluntate eſſe purum; & dotem tunc dici conſtitutam, ſine matrimonio, cùm ex communi vſu loquendi appelletur aliquando dos etiam ſine matrimonio.

92 Addunt *ibidem* Menochius, Galganettus, & Mangilius poſt Corneum *conſ.* 40. *numero* 15. quòd quando pater in legato dotis vſus verbis præteriti temporis, vt ſi dixerit, *quod filiam dotauit*, tunc etiam dici purè legaſſe.

An legatum dotis ſit purum; ſi pater leget pro dote danda quando nubet, & interim iubet dari filiæ alimenta.

93 Imò etiamſi pater legauerit filiæ quantitatem certam pro dote dandam, quando nubet, & interim alimenta ei dari iuſſerit, legatum eſſe purum, atque ideo tranſmitti ad filiæ hæredes ſentit Ancharanus *conſ.* 323. *verſic. vel vlterius*, quem ſequutus eſt Menochius *conſ.* 251. *numero* 41. & poſt eum Marta *d. art.* 2. *n.* 40. etſi idem Menochius *d. præſump.* 146. *num.* 37. dicit diſſentire aſſerentes dotis legatum eſſe conditionale, & alimenta ſolùm purè deberi; Salycetum *in l. ſancimus col. vlt. verſic.* 3. *ad quæſt. Cod. de nupt.* & Baldum Nouellum *de dote part.* 6. *priuil.* 17. *col.* 4. *verſicul. & ex prædictis* ſequitur quos *ibidem* diſcedens à ſententia, quam dicto *conſ.* 251. *d. num.* 41. tenuit videtur ſequi, & Salycetum, ac Baldum Nouellum ſequitur Galganettus *in tract. de condit. & demonſtr. p.* 1. *cap.* 6. *q.* 1. *num.* 70. rationem adducens, quòd cùm dos, & alimenta ſint duo legata diuerſa; & alimenta ſint relicta interim præſtanda, donec veniat tempus ſoluendæ dotis, debentur diuerſo iure, ſcilicet alimenta purè, & dos ſub conditione ob temporis diuerſitatem; quæ facit præſumere diuerſitatem factorum per tradita ab Euerardo *in loco à diuerſitate temporum*.

Legatum à patre factum filiæ cum nupſerit, vel quando nubet vel pro dote, vel vt poſſit nubere, vel vt nubat, ſtante ſtatuto, excluſiuò fœminarum à legitima; An ſit conditionale, vel purum, & ad filiæ hæredes tranſmittatur, ſi illa decedat ante nuptias.

94 Sed quid, ſi pater non facta mentione expreſſa, quod leget pro dote, legauerit filiæ ſuæ certam quantitatem, ſoluendam tempore quo nupſerit, vel quando nubet? An ſtante ſtatuto excludente filias à ſucceſſione ab inteſtato ſtantibus maſculis, & poſtea mandante dotari; & ſuppoſita ſententia Caſtrenſis, quod tali ſtatuto exiſtente dos non ſuccedat loco legitimæ à qua vi eiuſdem ſtatuti ſint filiæ excluſæ, An præfatum legatum dotis cum illa adiectione *cum nupſerit quando nubet* ſit conditionale, vt mortua filia ante contractum matrimonium non tranſmittatur ad filiæ hæredes, ſed maneat penes hæredes patris; an vero ſit purum, & ſi contingat filiam mori non contractis nuptiis tranſmittatur ad hæredes filiæ. Reſolutio pendet à reſolutione illius difficultatis; An legatum dotis dandæ *cum mulier nupſerit*; vel *quando nubet*, etiam factum ab extraneo, ſit purum an verò conditionale. In qua difficultate legatum eſſe conditionale tenuerunt plures iuriſperiti, à Galganetto *dicta quæſtione prima, numero tertio & quarto*, à Menochio *de præſumptioni. lib.* 4. *præſumpt.* 146. *n.* 3. idem Menochius *de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 201. *n.* 40. *verſ. exemplum*; Ladetchius *conſ.* 60. *n.* 1. & 7. Rota Romana *deciſ.* 346. apud Ludouiſium, Gaſpar Antonius Theſaurus *quæſtio. for. libro* 1. *quæſtio* 68. *numero nono & vndecimo*, Merlinus *de legitima, libro tertio, titulo primo, allegata quæſtione octaua, numero* 61. 62. 64. & 65. Probant, quia in hoc caſu dies à teſtatore adiecta ſolutioni dotis legatæ eſt omnino incerta; quia poteſt nunquam exiſtere, quod ante matrimonium legataria moriatur: at quando dies incerta, ſeu tempus incertum adiicitur ſolutioni legati reddit illud conditionale; vt tradunt Mantica *dict. libro vndecimo, titulo decimooctauo, numero ſecundo, & ſequentibus*, Menochius *dicta præſumptione* 201. *dicto numero* 40. Laderchius *dicto numero ſeptimo*, Rota *d. deciſione* 346. *numero ſexto* ibid. Oliuerius Beltraminus *lit. B.* & plurimi alij ab iiſdem, & à Theſauro *dicta quæſtione* 68. *numero ſexto*; & Merlino *dicto numero* 65. relati, & ita ſentit etiam Berous *conſilio* 28. *numero primo, libro primo*, dum aſſerit legatum dotis factum fœminæ cum Monachabitur eſſe conditionale, & non tranſmitti ad illius hæredes, ſi ante ingreſſum religionis decedit; quod approbat etiam Menochius *dicta præſumptione* 146. *numero* 47. Probatur hæc ſententia, quia tempus incertum habetur pro conditione, redditque diſpoſitionem omninò conditionalem, *l. cum teſtator, Codice de manumiſſione teſtament. lege quibus diebus*, §. *quidam Titio, l. hæc conditio, ff. de condition. & demonſtr. l. ſi Titio*, §. *primo, lege penult. ff. quando dies legati cedat, lege ex his, Codice eodem* Doctores *ibidem*, præter relatos alij à Menochio *dicto numero quarto*, & Theſauro *dicto numero ſexto*, allegati item adducitur, quod dictio, *cum*, ſui natura inducit conditionem, *l. ſi cum hæres, ff. quando dies legati cedat.* Pariſius *conſilio* 35. *numero* 18. *libro ſecundo*, & alij à Galganetto *dicto numero quarto*, relati confirmatur ex Rota *d. deciſ.* 246. quòd legatum mulieri factum ſub commemoratione nuptiarum, (loquens de tali legato dotis facto ab extraneo, qualis in caſu ſtatuti excludentis filias, à ſucceſſione, & legitima cenſetur etiam pater) ſit conditionale, ſcilicet *ſi nupſerit*, & non deberi niſi ſecutis nuptiis iuxta Doctores, quos eadem Rota refert, & alios ab Oliuerio Beltramino *ibidem lit.* A. relatos, propter eaſdem rationes Merlinus *dicta quæſtione octaua, numero* 65. aſſerit eſſe legatum conditionale, etiamſi in teſtamento pater dixerit *ſe relinquere centum filiæ, vt eadem filia poſſit nubere*, vel *vt nubat*, cùm in huiuſmodi legato, & fiat mentio nuptiarum, & appoſita ſit dies incerta, vnde redditur diſpoſitio conditionalis iuxta iura *ſuprà* allegata, nec debetur legatum niſi ſecutis nuptiis, & filia ante nuptias decedente ad illius hæredes non tranſmittitur, ſed penes hæredes patris remanet. Quare Merlinus *numero* 61. ad illam interpretationem verborum illorum, *vt nubat*, vel *ad hoc vt nubat*, excogitatam à tenentibus contrarium, nempe quod præfata verba, *vt nubat*, contineant tantùm monitionem quandam non conditionem? Reſpondet, illa verba non poſſe capere talem ſenſum, cùm dicantur conditionalia reſpectu hæredis, vt ſcilicet non teneatur dotem ſoluere, niſi in caſu matrimonij.

Contrarium tamen; & legatum dotis mulieri ſiue ab 95
extraneo, ſiue à patre ſtatutum cum illo adiecto, cum

nupſerit,

nupſerit, vel quando nubet, non eſſe conditionale, ſed purum, & ea ante matrimonium decedente ad illius hæredes tranſmitti affirmarunt Socinus ſenior *conſ.92. n.8. verſic. prædicta opinio.* Hondedeus *conſ.53. n.31. initio lib.2.* Menochius *conſ.151. n.53. & d. præſumpt. 146. n.32.* (vbi loquitur de legato dotis facto à patre filiæ, *cum*, vel *quando nupſerit*, ſeu *tempore quo nupſerit*; & aſſerit non eſſe conditionale, ſed purum) & alij ab iiſdem Hondedeo, & Menochio relati. Probant quia illa verba, *cum*, vel *quando nubet*, vel *maritabitur*, vel *tempore quo nupſerit*, denotant quandam monitionem, vt filia cum dicta quantitate ſe nubat, non autem conditionem *l. mutuo, §. hanc autem, ff. de tutel. & l. ſi extraneus in princip. ff. de condit. ob cauſ.* & cenſentur adiecta potiùs executioni ipſius legati, atque ideò legatum non efficitur conditionale. Addit Menochius *dicta præſumpt. 146. allegato numero 32.* quod licet tale legatum dicatur in diem incertum, ſeu quoad ſolutionem dilatam in diem incertum, nempe in tempus nuptiarum, nihilominus pro hoc non redditur legatum à patre factum conditionale, eo quòd dies incerta conditionem non faciat fauore filiæ, cui pater legauit *leg. Seius Saturninus, ff. ad falcid.* Hondedeus *d. conſ.53. num.40.* & alij ab eodem & Menochio relati. Mangilius *d. quæſt.57. num.37.* & Laderchius *conſ. 27. num.... verſic. ex quibus.* Additur quoque quòd nullo iure cautum reperitur dictionem, *quando*, importare conditionem, vt notat Hondedeus *d. conſ. 53. n.32.*

96 Hinc etiam legatum pro dote, vel pro ſe maritando, ſeu nubendo relictum etiam ab extraneo non eſſe conditionale; ſed purum, vel ſaltem modale tradunt plures, quos referunt Menochius *d. præſumpt. 146. num.15. verſic. contrarium*; Hondedeus *dict. conſ. 53. num.33.* & Galganettus *d. quæſt.1. num.29.* & ita ſentiunt idem Hondedeus, Fontanella *de pact. nupt. clauſ. 6. Gloſſa 3. parte 4. num 8.* & Melchior Phæbeus *deciſ. 11.* Senatus Portugalliæ ab eodem Fontanella relatus; & plura ad id probandum à Menochio, & Galganetto adducta aſſeruntur, ſed præcipuè probatur quod iure cautum non reperitur dictionem, *pro*, importare conditionem; vt notarunt Bartholus *in leg. Titio centum, §. Titio genero, numero 3.* Menochius *d. præſumpt. 146. numero 18.* Hondedeus *d. conſ. 53.* & alij à Menochio, & Galganetto *locis citatis* relati; quando autem modus deficit, puta, quia per mortem ſuperuenientem legatarij non poteſt impleri, habetur pro impleto, & non deficit legatum, ſed ad hæredes legatarij tranſmittitur, vt Doctores numero ſequenti allegati. Quamvis contrarium & legatum pro dote, vel cauſa dotis, aut per ſe maritando factum ab eo, qui non debet mulieri legitimam, eſſe conditionale ex natura dotis teneant Baldusq́; Nouellus *de dote part.6. priuil. 76. numero 2. verſic. tertius caſus*: Couarruuias *in cap.3. numero 11. de teſtamentis*, & præter Doctores *ſupra numero 94.* & alij Iuriſperiti magis communiter, quos referunt, & ſequuntur Menochius *dict. præſumpt. 146. numero 14. 15. & 18.* & Galganettus *dict. quæſt. 1. numero 39. & ſequentibus.* Qui non conſtituunt huius opinionis fundamentum in eo, quod *dictio pro*, vel *cauſa dotis*, poſita in legato importet conditionem, ſed in natura ipſius legati, quòd cùm factum ſit pro dote, & dos eſſe non poſſit, niſi ſecuto matrimonio, ſeu non ſecuto matrimonio *l.3. ff. de iure dot. & l. fin. Cod. de donat. ante nupt.* & aliis iuribus *ſuprà cap. 2. allegatis*, legatum ipſum dotis dicitur conditionale, ideſt, ſi ſequatur matrimonium: Atque ideo vt illud obtineat, non ſufficere, quod mulier, cui factum eſt hoc legatum pro dote, vel cauſa dotis, proueniat ad ætatem nubilem, ſed etiam requiri quod re ipſa nubat;

& ſi ante nuptias moriatur, ad illius hæredes non tranſmitti idem legatum poſt alios tradunt Menochius *d. n.18.* & Galganettus *d.q.9. num.40.* ex quibus Baldus Nouellus (licet *d. n.2.* teneat legatum mulieri factum, *vt nubat*, vel *vt poſſit nubere*, ſit purum, vel ſaltem modale, & defuncta muliere ante nuptias, quas abſque ſua culpa non potuerit contrahere, & ad mulieris hæredes tranſmitti) tamen *eod. num.2. verſic.* vnde poſſet ex hoc inferri, ſi teſtator expreſſe dixerit *lego tali mulieri centum pro dote, vt nubat*, puta, quod erit legatum conditionale, ex quo inquit, non poteſt legatum dari pro dote, & quod ſit dos, niſi nubat.

Item legatum puellæ factum vt nubat, non eſſe conditionale, neque etiam modale, ſed purum, ac deberi ab initio puellæ, ſeu à principio ab ipſa puella peti poſſe etiam antequam nubat, & etiamſi non ſit nubilis ætatis, dummodo præſtet cautionem de nubendo iuxta tradita *in l. quibus diebus, §. Tertullianus ff. de condit. & demonſtr.* & ſi interim puella decedat, tranſmittere legatum ad ſuum hæredem, cum caſu, & non culpa ſua matrimonium non ſequatur, tradit Baldus Nouellus *d. priuil. 76. num. 2. verſic. Primus caſus*: quem ſequitur Cæuallos *comm. contra com. quæſt. 138. n. 3. & 4.* & quamvis tale legatum puellæ factum, *vt nubat*, vel *vt nubere poſſit*, eſſe modale ſentiant communiter Doctores, Couarruuias *d. numero 11.* Menochius *d. præſumpt. 146. num. 3.* Spino *in Speculo teſtam. Gloſſa 10. num. 18. & 19.* Galganettus *d. quæſt. 1. num. 6.* Fontanella *d. parte 4. num. 9.* Melchior Phæbeus *d. deciſ. 11.* & alij à Couarruuia Spino, & Galganetto relati. Et hoc ſuppoſito: licet poſſe quidem puellam ſtatim petere legatum, cautione præſtita, vt ſi non nupſerit, reſtituat legatum, & ſi ante matrimonium, decedat, reuocari legatum, & reuerti ad teſtatoris hæredes, ſentiant Couarruuias, Emmanuel Coſta *lib. 2. ſelectarum, cap 22. num. 11.* & alij à Couarruuia, & Spino *locis citatis*, allegati, volentes legatum non tranſmitti ad puellæ hæredes, modo non impleto, ſcilicet non ſecuto matrimonio; nihilominus contrarium, huiuſmodi legatum ſub illo modo, *vt nubat*, puellæ relictum, ſi ipſa decedat antequam nubat, & abſque eius culpa modus non fuerit impletus, ad eiuſdem puellæ hæredes tranſmitti affirmarunt Baldus Nouellus *d. num. 2. verſic. non etiam quando*, Spino, Cauallos, Fontanella, & Phæbeus *locis citatis*, Hondedeus *d. conſ. 53. num. 34. & 35.* & alios allegans Menochius *d. præſumpt. 146. numero 48.* addens ita iudicatum fuiſſe Vlyſſipone apud Luſitanos, vt teſtatur Coſta *loco citato.* Ratio eſt, quia vbi legatum eſt relictum ſub modo, ſi modus caſu fortuito, vt ob mortem legatarij, vel ob aliud impedimentum (puta ob mortem viri, in caſu quòd legatum eſſet factum puellæ, vt nuberet tali viro) legatum non deficit, ſed remanet penes legatarium, vel ad illius hæredes tranſmittit, vt tradunt non ſolùm Menochius *d. numero 48. & conſil. 146. num.22. & ſequentibus* Baldus Nouellus, & Hondedeus locis allegatis, ſed & Correus *conſ. 311. numero 4. lib. 1.* Cæphalus *conſ. 429. numero 103.* allegati ab Hondedeo *d. num. 34.* vbi etiam probat per textum *in l. 1. Cod. de leg. & in l. ſi Titio, ff. de leg. 1.* & dicit ita ſentire ſcribentes *in d. leg. 1.* & de hac re ego etiam plura tradidi *in tractatu de contractu matrimonij, cap. 11. numero 73. & 74.* & quoad legatum factum puellæ, vt poſſit nubere, quod ſit omnino purum, & ad puellæ hæredes tranſmittatur, etiam non ſecuto matrimonio, tenetur etiam Couarruuias *dicto cap. 3. de teſtam. num.11. verſic. ſecundo apparet*, addens id prius docuiſſe Baldum *conſ.249. lib.4.* quia in hoc caſu legatum non refertur ad matrimonium, ſeu non reſpicit actuale matrimonium, vt noatuit Cæuallos *d.q.138. n.1.*

Quare in hoc caſu non videtur dubitandum, legatum eſſe purum, & tranſmitti ad puellæ hæredes.

98 In alijs vero etiam caſibus *à num. 94. huc uſque examinatis*, ſcilicet legati certæ quantitatis, vel rei, *cum nupſerit, vel quando nubet, vel vt nubat*, vel etiam *pro dote*, vel *pro ſe maritando* facti à patre filiæ etiam ſi exiſtat ſtatutum excludens ſimpliciter filias à ſucceſſione, & à legitima, legatum non eſſe cenſendum conditionale, vt non ſecuto matrimonio debeat remanere penes patris hæredes, ſed vel purum vel ſaltem modale, & tranſmiſſibile ad hæredes filiæ, ſi contingat illam mori ante nuptias, maximè abſque ſua culpa non contractas. Ego quoque probabilius exiſtimo, & in praxi potiùs obſeruandum, quam contrarium, tum propter authoritates tot Doctorum, & rationes in præcedentibus deductas, tum propter affectionem charitatis patris erga filiam, quam ad præſumendum legatum factum filiæ in dubio an ſit conditionale vel purum eſſe potius purum, & tranſmiſſibile ad filiæ hæredes, conſiderant Doctores, Bartholus *in l. Seius Saturninus ff. ad Trebellianum* Curtius iun. *conſ.* 313. *num.* 4. Mantica *de coniectur. lib.* 11. *tit.* 20. Graſſus *de ſucceſſ. lib.* 2. *art. Transmiſſio, quæſt.* 28. *num.* 10. Baldus, & alij ſcribentes *in l.* 1. *C. de his, qui ante aper. tab.* Ladetchius *conſ.* 15. *n.* 4. *verſ. Tertia exceptio* Menochius *de præſumpt. lib.* 4. *allegata præſumpt.* 201. *num.* 16. & alij à Theſauro allegati *q.* 68. *num.* 14.

99 Prædictis addo, quod quando tempus nuptiarum incertum, ſeu dies illa incerta nuptiarum à teſtatore non apponitur, natiuitati, ſeu ſubſtantiæ legati, ſed præſtationi, ſeu ſolutioni, ac executioni relicti, legatum non eſſe conditionale, ſed purum, & tranſmiſſibile ad puellæ legatariæ hæredes tradunt aliis allegatis Menochius *lib.* 4. *allegata præſumpt.* 201. *n.* 50. *verſic. cæterum*, Hondedeus *allegato conſ.* 53. *num.* 32. Mangilius *de impuſ. d. quæſt* 57 *n.* 17. Laderchius *conſ.* 27. *num.* 8. *verſic. Quintus eſt*, & Merlinus *de legit. d. lib.* 3. *tit.* 1. *allegata quæſt.* 8. *n.* 64. & alij *ſuprà hoc capite* allegati. Quare tunc non eſſe neceſſe contrahere matrimonium, ſed ſatis eſſe vt puella, cui dos eſt relicta, ſit ætatis nubilis, vt poſſit petere, ſtatim legatum deberi, quaſi nuptiæ referantur ad potentiam non ad actum, poſt Baldum *conſ.* 285. *num.* 4. Cranetam *conſ.* 101. Couarruuiam *in dicto capite* ...*nos num.* 11. *verſicul. ſed hic dicitur*, tradit Laderchius *loco citato*. Plura, An, & quando legatum dotis ſit conditionale, vel purum, & ad hæredes legatariæ tranſmiſſibile, vel non tranſmiſſibile, videantur apud Manticam *d. l.* 11 *titul.* 18. *& ſeqq.* Menoch. *d. præſ.* 146. *& d. præſ.* 201. Mangilium *d. quæſt.* 57. Theſaurum *dicta quæſtio.* 68. & Galganetum *de conditione & demonſtr. parte* 2. *capite* 6. *allegata quæſtio.* 1. Tradita *in præcedentibus* ſufficiant pro explicatione præfatæ difficultatis, & pro complemento totius materiæ huius capitis ſeptimi.

CAPVT VIII.

De Donationibus vltroneis, & voluntariis.

SVMMARIVM.

Extraneus promittens, vel dans dotem pro muliere, quando cenſeatur feciſſe animo donandi. n. 2. 3. & 4.

In acta conſtitutionis dotis an, & qua ratione poſſit ſtipulari ſoluto matrimonio ſibi vel eius hæredibus dotem reddi, & quando per ſtipulationem dos cenſeatur quæſita mulieri. n. 5. 6. & 7.

Speciali fauore dotis, & matrimonij donatio ex cauſa dotis excedens ſummã quingentorum aureorum non eget inſinuatione, neque reſpectu mariti, neque reſpectu mulieris, num. 8.

Etiam facta ex cauſa augmenti dotis valet ſine inſinuatione, num. 10.

Et etiam ſi mulier ſit diues valet donatio ex cauſa dotis vel augmenti abſque inſinuatione, num. 10.

Neque ſtatuta requirentia inſinuationem generaliter loquentia comprehendunt donationem ex cauſa dotis factam, num. 12.

Si extraneus animo donandi dotem ſummam legitimam excedentem promittat, vel det pro muliere habente patrem obligatum, etiam idoneum dotare congruè, hæc donatio non eget inſinuatione, ſi facta contemplatione mulieris: eget ſi facta contemplatione liberandi patrem ab onere dotandi, num. 15.

In dubio præſumitur facta contemplatione mulieris, ibid.

Mulier maior ſponte dotem conſtituens, ſeu promittens pro alia muliere efficaciter obligatur excluſo beneficio Velleiani, num. 16.

Mulier pro promiſſione, ſeu donatione dotis non poteſt in carcerem detrudi, quando non habet vnde dotis debitum poſſit ſoluere, n. 18.

In promiſſione dotis conſiſtentis in facto promittens an poſſit præciſe ad factum compelli, nec liberetur ſoluendo ab intereſſe, n. 17.

De donatione inter coniuges ante contractum matrimonium, & eo conſtante plura num. 19. & pluribus ſeqq.

Vir ante contractum matrimonium futuræ vxori validè poteſt conſtituere dotem vel dotis augmentum, n. 10.

Quæ dotatio, ſeu donatio valet ſi fuerit abſolutè facta vt ſtatim dominium mulieri acquiratur, ſi fuerit collata in tempus contracti matrimonij, vt tunc ſolum mulier dominium adipiſcatur, non valet, n. 21.

Niſi tamen poſt contractum matrimonium à viro viuente non fuerit reuocata morte illius confirmatur. ibid.

Si vir futuræ vxori pauperi conſtituat dotem valet irreuocabiliter dotatio, n. 22.

Si vt à futura vxore partem dotis accepit. & ante contractum matrimonium ei reſtituit valet donatio, nec conſtante matrimonio poteſt reuocari, n. 23.

Quando vir accipiat in æſtimationem dotis nomen debitoris inopis, quem ſcit non eſſe ſoluẽdo, inducitur donatio, n 24.

Cum vir ante contractum matrimonium acceptat in æſtimationem dotis nomen debitoris à muliere futura vxore traditum ſciens non eſſe ſoluendo præſumitur donare, & valet talis donatio, nec cenſetur collata in tempus contracti matrimonij, n. 24.

Et maximè ſi vir ſit ignobilis aut ſenex, & mulier nobilis, aut iuuenis, ibid. & n. 25.

Si ante matrimonium contractum vir dotet mulierem, vel eius dotem augeat, quæ aliter volebat cum eo contrahere, valet dotis, & augmenti dotatio, n. 25.

Et multo magis ſi vir ipſe ſit ignobilis, aut ſenex mulieri nobili, vel iuueni nolente aliter illum ducere in maritum dotem conſtituat, vel augeat, n. 26.

Imo etiam nullo pacto præcedente talis dotatio, vel dotis augmentatio, ſeu donatio non eſt ſimplex, ſed remuneratoria, ibid.

Iocalia à ſponſo ignobili, vel ſene ante matrimonium contractum miſſa, vel tradita ſponſæ nobili, aut iuueni cenſentur abſolutè donata, & valet donatio, n. 28.

Cum vir plebeius, ſeu ignobilis, vel ſenex ante contractum matrimonium confeſſus ex ſe recepiſſe dotem quam non recepit à muliere nobili aut iuueni, præſumitur donatio quæ valet incontinenti irreuocabiliter, n. 31.

Idem ſi talis confeſſio à viro facta ſit poſt contractum matrimonium, ibid.

Donatio cauſa dotis conſtituenda, vel augenda à viro ignobili, aut ſene facta vxori nobili aut iuueni valet irreuocabiliter, n. 32. & 33.

Non eſt ſimplex, ſed remuneratoria, n. 33.

Etiam

Etiamſi expreſsè non conſtet de animo compenſandi præſumitur in dubio facta in compenſationem nobilitatis, aut iuuentutis vxoris, n. 34.

Idque non obſtante quod vir ignobilis, aut ſenex ſit valdè diues vel moribus & vita nobilis, n. 35. & 36.

Si præfata donatio ſit exceſſiua non valet quoad exceſſum num. 37.

Si non excedens non eſt reſeruanda filiis primi matrimonij, num. 38.

An gaudeat priuilegiis dotis, n. 40.

An, & quando talis donatio cauſa dotis, ſeu dos ſoluto matrimonio viri obitu poſſit & debeat mulieri reſtitui ex bonis fideicommiſſi, n. 41. & 42.

An minuat legitimam aſcendentium, & deſcendentium ibidem.

Donatio ab vxore ignobili, aut ſene facta viro nobili aut iuueni valet irreuocabiliter, & in dubio præſumitur animus compenſationis facienda, n. 39.

Dos a conſanguineo conſtituta vxori conſanguineæ, quam duxit cum diſpenſatione Papæ ea lege, vt illam dotaret valet, n. 43.

Item valet à defloratore conſtituta puellæ defloratæ quam duxit in vxorem, n. 44.

Item conſtituta à viro vxori vbi viget conſuetudo, vt maritus dotet vxorem, n. 45.

Similiter data ſeu conſtituta à viro pro bono pacis inter conſanguineos obſeruanda, vel conſeruanda occaſione matrimonij, n. 46.

Prædictis caſibus dos ſoluto matrimonio poſt obitum viri à muliere poteſt repeti ex bonis fideicommiſſi, & extrahitur de toto corpore hæreditatis cum diminutione legitimæ aſcendentium, & deſcendentium, n. 47.

Mulier poteſt ſe dotare, n. 48.

Etſi minor 25. annis pubes carens curatore abſque decreto iudicis poteſt ſibi conſtituere dotem in pecunia & rebus mobilibus, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, n. 49.

Et apponere pactum, vt maritus lucretur partem dotis num. 52.

Si ea dos fuerit immoderata mulieri dabitur reſtitutio in integrum, ibid.

Mulier minor habens curatorem an ſe ſola poſſit validè tradere in dotem pecuniam, & bona immobilia, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt illaue alienare, vel obligare pro ſua dote quoad forum externum, & conſcientiæ, num. 54. ad 57.

Mulier minor etiam cum conſenſu tutoris abſque iudicis decreto non poteſt vendere & alienare bona immobilia ex cauſa dotis ſibi conſtituendæ in pecunia, numero 58.

Speciale eſt fauore dotis, vt cauſa illius bona immobilia minorum poſſint alienari etiam cum iudicis decreto, quorum alienatio regulariter permiſſa eſt tantum ex cauſa æris alieni, num. 58.

Res minorum mobiles pretioſæ, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, ſine iudicis decreto non poſſunt validè alienari etiam ex cauſa dotis, num. 59.

Idque licet pater in teſtamento conſtituiſſet filiæ in pecunia v. g. relinquendo miſſa, num. 60.

Si pro tali dote in pecunia expreſsè diſpoſuiſſet poſſe vendi bona immobilia, licet tunc non requireretur iudicis decretum, ſeruandæ tamen eſſent aliæ iuris ſolemnitates circa modum alienandi res immobiles minoris, ibidem.

Minor ex cauſa dotis etiam pro ſe ipſa & etiam cum authoritate curatoris ſine iudicis decreto non poteſt expreſsè directè, & principaliter obligare, & hypothecare bona immobilia, n. 61.

An ſi promittat dotem abſque expreſſa obligatione bonorum immobilium per conſequentiam inducatur tacita hypotheca legalis inducta pro ſecuritate dotis, n. 62. & 63.

Minor ducens vxorem recipiens dotem poteſt abſque decreto iudicis pro reſtitutione dotis obligare bona ſua, quæ etſi immobilia ipſo iure remanent obligata tacita hypotheca legali pro reſtitutione dotis recepta, n. 64.

Bona immobilia mulieris minoris cum iudicis decreto poſſunt dari in dotem, n. 66.

An ſine iudicis decreto poſſint dari in dotem inæſtimata ſecluſo ſtatuto, & pacto de lucranda dote, num. 67. 68. 69.

Hæreditatem totam ſibi à patre relictam, ſi in ea continueantur prædia non poteſt mulier minor 25. annis dare in dotem ſine decreto iudicis, n. 68. *fine*.

Mulier minor, aut eius curator abſque iudicis decreto bona immobilia non poteſt dare in dotem æſtimata num. 70.

Neque etiam inæſtimata ſtante ſtatuto, vel interueniente pacto de lucro dotis, ibid.

Statutum de lucro dotis habet locum etiam in muliere minore reſpectu dotis etiam in rebus immobilibus conſtitutæ ſeruata ſolemnitate iuris neceſſaria in alienatione bonorum minoris, n. 71.

Si dos a patre in teſtamento ſit relicta in re determinata immobili, hæc poteſt dari in dotem etiam æſtimata abſque iudicis decreto, n. 72.

Et pariter ſi ſtatutum conſtituat dotem, n. 73.

Item ſi ſemel data ſint in dotem cum iudicis decreto, numero 75.

Mulier pro dote ſua bona immobilia obligans, vel alienans, vel illa dans in dotem cum interuentu iuramenti de obſeruantia contractus ſine iudicis decreto remanet obligata naturaliter, & ciuiliter, n. 74.

Si mulier primo marito dedit in dotem bona immobilia cum iudicis decreto nubendo ſecundo eadem bona cenſentur data in dotem etiam ſecundo viro, n. 75.

Stante ſtatuto generaliter, & ſine expreſſa mentione dotis prohibente mulierem aut minorem contrahere, & obligari ſine conſenſu duorum propinquorum an mulier & minor poſſit non adhibita ea ſolemnitate validè contrahere, & obligari cauſa dotis & quis ſit finis talis ſtatuti, num. 76. & 77.

Si dos ſit data primo viro adhibita ſtatuti ſolemnitate eadem dos poteſt dari ſecundo viro ſine illa ſolemnitate, num. 76. *fine*.

Mulier in promiſſione dotis non iuuatur Velleiano, numero 77.

Mulier primo nubens nulla promiſſa, aut conſtituta dote expreſsè, ex ſolo matrimonij contractu an cenſeatur tacitè promiſiſſe dotem congruam arbitrio boni viri: affirmatiua, n. 78.

Negatiua communis, numero 79. & numero 80. *verſ. ad quartum*.

Mulieris intereſt habere dotem ab alio ſolutam, non autem quod de ſe dotem conſtituat, & ſoluat, ſed illi eſt præiudiciale, num. 80. *verſ. ad quintum*.

Qui cum iuramento promiſit ducere in vxorem aliquam mulierem diuitem non facta dotis commemoratione, an teneatur illam ducere ſi nolit ſibi dotẽ conſtituere, n. 81.

Vel intelligatur promiſſio ſi dotem dederit, ibidem.

Mulier diues quæ ſine promiſſione dotis nupſit an poſſit cogi ad dotem dandam, vel domo expelli, numero 82. 83. & 85.

Si nupſit primo viro ſine vlla dotis conſtitutione, & bonorum mentione an cenſeatur tacitè dediſſe viro omnia bona ſua in dotem, num. 86. 87. 89.

Mulier quæ conſtituit dotem ſpecialiter in aliquibus bonis, non præſumitur alia bona dediſſe in dotem, nec nomina debitoris, & actiones contra debitores præſumitur data in dotem, num. 88.

An omnia bona præſumantur tacitè data in dotem viro tanta dote digno, vel ſaltem pro quantitate dotis congrua, num. 90. & 91.

Sponſa diues ſimpliciter promittens contrahere matrimonium non præſumitur promiſiſſe dotem, n. 91.

Sponſus, qui ſine dotis promiſſione ſibi facta contraxit ſponſalia cum ſponſa diuite quæ poſtea ante tempus contrahendi matrimonium facta eſt impotens ad ſe dotandam, an teneatur illam ducere indotatam ſi ipſe ſit diues, num. 92.

Stante ſtatuto cauente quod bona mulieris nubentis intelligantur data viro in dotem, muliere ſine expreſſa dotis conſtitutione nubente præſumitur data in dotem, n. 93.

Etiam ſi adſit conſuetudo, quod nulla dotis conſtitutione expreſsè facta bona mulieris nubentis cenſeantur data in dotē, ſi cōſuetudo vim legis obtinuit, aliàs ſecus, n. 46.

Vbi non conſtat de expreſſa dotis conſtitutione facta à muliere diuite nubente, conſtitutam fuiſſe, aut eius bona data viro in dotem probari poteſt ſeu præſumi ex coniecturis, n. 95.

De quibus ſequentibus numeris.

Præſumptio præfata promiſſionis, ſeu dationis bonorum mulieris in dotem non ſumitur ex mariti ſimplici poſſeſſione bonorum mulieris, & eorum adminiſtratione habita ſciente, & patiente vxore, n. 96. & 97.

An ſit locus dictæ præſumptioni, ſi bona ſua à muliere ſint tradita viro per hæc verba, ſcilicet ad habendum, gaudendum, & vſufructuandum, n. 97.

An ſi mulier paſſa ſit maritum agere de re ſua, ibi. An ſi maritus publicè muliere ſciente, & patiente aſſeruit ſe poſſidere, & adminiſtrare bona vti dotalia, & quam diuturna debeat eſſe talis poſſeſſio, n. 98. & 100.

Et quod ſi mulier ex ſtatuto etiam ex cauſa dotis non poſſit ſe obligare, abſque certa ſolemnitate, n. 99.

Eadem præſumptio non habet locum ſi mulier ſit minor, & etiamſi maritus perſeuerauit in bonorum mulieris poſſeſſione, & adminiſtratione poſtquam facta eſt minor. ibid.

Poſt lapſum quinquennij tamen à die completa ætatis inducitur ratihabitio alienationis factæ tempore minoris ætatis, n. 99. fine.

Bona mulieris nomine dotis in teſtamento à patre, vel ab alio relicta ea nubente nulla dote conſtituta præſumuntur data in dotem etiamſi ante contractum matrimonium mulier non petierit legatum nomine dotis, n. 101.

Mulier permittens bona ſua deſcribi in cataſtro viri, vel de eis ſolui gabella à viro, an & quando cenſeatur ea dediſſe in dotem, n. 102.

Cenſetur dediſſe in dotem ſi extra iudicium pluries confeſſa eſt ſe bona dediſſe marito in dotem, n. 103. vel dixit ſe non intendere bona ſua eſſe data in dotem, niſi conferretur publicum inſtrumentum, quod poſtea factum eſt, n. 104. vel dixit viro, Do tibi bona mea nulla expreſſa cauſa, n. 105. Quid ſi dixerit viro, trado tibi bona mea, ſeu me, & bona mea, nulla expreſſa cauſa, n 107. & 108.

Et quid ſi dixerit trado tibi bona mea ad vtendum, vſufructuandum, & faciendum perpetuo quidquid libuerit, num. 108.

Mulier ſemel iam conſtituta dote tempore matrimonij, vel poſt illud contractum aliquid bonorum, vel pecuniarum viro ſuo tradens nulla expreſſa cauſa non præſumitur dediſſe cauſa dotis, vel eius augmenti, ſed bona tradita præſumantur paraphernalia, n. 109.

Quid ſi dos antea data non erat congrua, ibid.

Si nulla antea viro promiſſa, vel data mulier promittit eidem viro aliquid ſimpliciter & nulla cauſa expreſſa promiſſio præſumitur facta cauſa dotis, n. 105. & 110.

Etiam ſi bona diu poſt matrimonium mulieri bona obuenerint, n. 110.

Dos enim conſtante matrimonio poteſt conſtitui, & augeri, num. 110.

Mulier ſine dote nupta, quæ conſtante matrimonio dedit omnia bona ſua in dotem viro, ex hoc ſolo non videtur læſa ſecluſo dolo mariti, nec poteſt in integrum reſtitui licet ſit minor, ſecus ſi dolo mariti, ibid.

Mulier, quæ viro dixit Do tibi in dotem omnia bona, non intelligitur dediſſe futura poſtea quæſita, n. 113. An intelligatur dediſſe in dotem etiam nomina debitorum, & actiones contra eos, ibid.

Mulier, quæ ſimpliciter, & in genere promiſit dotem nulla expreſſa quantitate aut re, non præſumitur dediſſe omnia bona ſua in dotem, n. 113.

Promiſſio dotis ſine certa quantitate an valeat liquidanda poſtea arbitrio boni viri, n. 115.

Dos incerta reſpectu quantitatis à muliere ſimpliciter promiſſa, vel promiſſa ad arbitrium boni viri, poſt mulieris obitum poteſt boni viri arbitrio definiri, & cedet lucro mariti iuxta diſpoſitionem ſtatuti, n. 117. Tali lucro non erit locus ſi dos fuit promiſſa à muliere iuxta eiuſdem viri arbitrium, qui poſt vxorem deceſſerit nulla facta declaratione, ibid.

Si pater Titiæ poſt conſtitutam dotem illius in quingentis florenis promiſerit genero illud plus, quod dediſſet alteri filiæ, & poſt mortem Titiæ conſtat patrem in teſtamento conſtituiſſe alteri filiæ dotem maiorem quingentis, maritus Titiæ poteſt petere illud plus, & illud lucratur vigore ſtatuti deferentis, viro lucrum dotis, n. 117.

Lex ciuilis non ſtatuit, ſed ſolum præſumit dotem primo viro datam haberi tanquam repetitam ſecundo viro vbi non probatur aliud tēpore ſecundi matrimonij contracti conueniſſe, n. 110. Quod probari poteſt coniecturis, ibid.

Dos data primo viro nulla dote in ſecundo matrimonio conſtituta iuris præſumptione intelligitur indiſtinctè repetita ſecundo viro, n. 121.

Et ſi vidua habuit plures viros tranſeunte illa ad vlteriores nuptias nulla dotis mentione facta præſumitur vltimo viro conſtituta dos data viro immediatè præcedenti, ibid.

Si mulier dedit omnia bona ſua in dotem primo viro, in dubio præſumitur eadem dediſſe ſecundo, n. 122.

Si primo viro dos ſit data in certa quantitate, & ſecundo promiſſa ſine certa quantitate, bona à muliere ſecundo viro ſimpliciter tradita præſumuntur tradita ad congruentem quantitatem primæ dotis, ibid. Præſumitur dos in primo matrimonio tradita repetita in ſecundo matrimonio tametſi primum fuerit nullum, n. 123.

Dos data primo viro præſumitur repetita ſecundo cum qualitate, & modo, vt fuit data primo, vt ſi primo pro dote non habuit quantitatem, ſed prædia; ſecundo viro prædia præſumuntur data & non nomina debitoris ei competens contra hæredes primi mariti, n. 124. Et bona mulieris immobilia minoris cum decreto iudicis data primo viro in dotem, eadem minore ſecundo nubente cenſentur data in dotem ſecūdo ſine nouo decreto, n. 125.

Intelligitur repetita ſecundo viro ſtante ſtatuto, quod nulla dote conſtituta omnia bona cenſeantur data in dotem, num. 126. Secus ſi ſtatutum loquitur de dote expreſsè conſtituta, ibid.

Statutum Mediolani c. 455. to. 1. diſponens, quod non ſit neque intelligatur dos nec bona data in dotem, niſi expreſsè conſtiterit, vel appareat, & legitima, an corrigat diſpoſitionem l. dotem ff. de iure dot. quod muliere ſecundo nubente præſumatur conſtituta dos quæ fuit conſtituta primo viro, ibid.

Dos ſimpliciter primo promiſſa viro licet non ſoluta conſtante primo matrimonio intelligitur repetita in ſecundo matrimonio marito ſecundo, n. 127.

Extantibus filiis primi matrimonij cenſetur tota dos data ſecundo viro quoad effectum dotis non quoad effectum lucri dotis ſtatuentis, quoad lucrum tanta partis dotis quantam minorem fuerit conſequutus vnus ex filiis primi matrimonij, n. 128. Etiamſi adeſſet aliud ſtatutum dans mulieri viduæ facultatem dandi ſecundo viro quidquid voluiſſet, n. 129. & quid ſi ſtatutum diſponat vt ſecundus vir lucretur totam dotem extantib. filiis primi matrimonij, ibidem.

Dos conſtituta primo viro non intelligitur repetita ſecundo,

ſi is ignorauit dotis quantitatem, n. 130.

Conſtituta primo viro ab extraneo, qui ſtipulatus eſt eam ſibi reddi matrimonio ſoluto an ſine eiuſdem conſenſu intelligatur repetita ſecundo viro, n. 135.

Vbi mulier ſecundo viro expreſsè etiam dotem conſtituit, non præſumitur repetita dos data primo viro, n. 132.

Dos à patre mulieris promiſſa, ſeu conſtituta primo viro cenſetur contineri in noua dote ab eodem patre promiſſa ſecundo viro, n. 132.

Si mulier primo viro nullam dedit dotem, non præſumitur dotẽ dediſſe ſecundo viro, niſi expreſsè promiſerit, 133.

In caſib. in quib. exceptio non numeratæ dotis à viro, qui ſe dotem recepiſſe confeſſus, eſt cum non receperit, non poteſt opponi, nec ab eius hæredibus, ea dos ſecundo viro cenſetur repetita, n. 135. Quid in caſibus, in quibus poteſt opponi, & primi viri confitentis hæredes non poſſint condemnari ad dotis reſtitutionem, ibid.

Si mulier ſecundo nubens nondum ab hæredib. mariti dotem illi datam non exegerit, an nomen debitoris mulieri contra hæredes competens præſumatur datum in dotem ſecundo viro quoad ius, ſeu ipſum nomen, quam quoad exercitium actionum vtilium, an vero præſumatur data ipſa quantitas dotis exigenda, n. 136. ad 140.

Quando mulier primo nubens nomina debitorum ſibi competentia expreſsè dedit in dotem primo viro, præſumitur etiam data, & repetita ſecundo viro, n. 140.

Si dederit omnia bona ſua in dotem primo viro, an cenſeatur etiam dediſſe nomen debitorum ſibi competentia iura & actiones, vt maritus ſine alia ceſſione poſſit nomine ipſius agere contra debitores, n. 141.

Cum nomen debitoris, eſt datum ſimpliciter in dotem, illius periculum pertinet ad mulierem dummodo ob exactionem non factam dolus, aut culpa non poſſit imputari marito, n. 149.

Si res dotales datæ in dotem æſtimatæ collata æſtimatione, ſeu quantitate pretij in tertium, qui ſit poſtea arbitratus, valet æſtimatio, & tacita venditio, n. 150.

Quid ſi arbitrator electus non fuerit arbitratus, an recurri poſſit ad arbitrium alterius viri boni, n. 152.

Vbi dotis quantitas eſt promiſſa declaranda ad arbitriũ tertij, eo non arbitrãte an recurrat ad arbitriũ alterius, ibid.

Si in contractu matrimoniali dictum eſt ſolum, res dotales tradi æſtimandas, valore non declarato, nec collato in arbitrium boni viri, non cenſentur datæ æſtimatæ, nec inducitur tacita venditio, n. 152. verſ. aliud tamen.

Reijcitur ſententia aſſerens reddi nullam æſtimationem rerum dotalium, & tacitam venditionem, quando arbiter electus à partibus non eſt arbitratus, n. 153. & 154.

Deterioratio veſtium, & aliarum rerum dotalium, quæ datæ ſunt in dotem æſtimatæ pertinet ad maritum, n. 153.

In augmento dotis à partibus remiſſo ad arbitriũ boni viri, eo non arbitrante non reuertitur ad arbitrium alterius boni viri, & corruit conſtitutio vlla augmenti, n. 155.

Delegatus à muliere nubente, cui nihil aut minus debebat, ſi cauit ſe ſoluturum, conuentus à marito non poteſt excipere, ſe nihil, vel minus debuiſſe, ſed ſolum aduerſus mulierem delegatricem agere, n. 156. verſ. occaſione.

Augmentũ dotis in primo matrimonio ab ipſa muliere, vel ab alio ex parte ipſius factum mulier ſecundo nubens, ſi aliud non fuerit conuentũ cenſetur dare in dotem ſecundo viro, n. 157. de quo augmento idem ius eſt, quod de dote, & priuilegiis dotis gaudet, ibid. Augmentũm dotis in primo matrimonio factum à viro, an ſicut à muliere ipſa factũ mulier ſecundo nubens nulla conuentione inter contrahentes facta iuris interpretatione intelligatur dare in dotem ſecundo viro. Referuntur opiniones oppoſitæ, & enodãtur plures caſus, in quib. augmentũ dotis à viro factum cenſeatur verum dotis augmentum dotis naturam, & priuilegia habens & debeat cenſeri datum in dotem ſecundo viro à muliere ſecundo nubenti, n. 158. ad 174. De donatione propter nuptias plura, n. 164. & ſeqq.

Mulier, quæ nupſit nulla dote viro conſtituta, conſtãte matrimonio poteſt viro dotem conſtituere, ſiue non habuerit à principio bona, ſiue tunc eſſet diues etiamſi vir nullã & faciat donationẽ æquiualentem. n. 175. & duob. ſeq. ſi illa dos eſſet exceſſiua reſpectu onerum matrimonij, & dignitatis mulieris, & viri, exceſſus non valeret, ibid.

Mulier ſiue ante contractum matrimonium haberet facultates idoneas, ſiue minus idoneas, ſi à principio matrimonij conſtituit viro modicã dotem, & non congruam reſpectu onerum matrimonij, & conditionis ſuæ, & viri, conſtante matrimonio poteſt eam dotem augere vſq; ad congruitatem, n. 179. ſi augmentum eſſet exceſſiuum, exceſſus non valeret. ibid. Mulier volens nubere, quæ aliter nubere non poſſet ob defectum dotis conſtituẽdæ viro, & expedit ei nubere, poteſt ſuum debitorem ad certum tempus cogere, vt ante tempus ſoluat pecuniam ſibi debitam deducto interuſurio medij tẽporis, n. 181. & 184.

In dotis promiſſæ traditione mulier poteſt cogere maritum promittere reſtitutionem alteri ſi id ei non nocet, n. 184.

Et ſi regulariter debitor inuitus non poteſt alteri delegari, licet id ſibi non noceat, dotis tamen fauore maritus debitor poteſt alteri delegari, ſi nihil ei noceat, ibid.

De Primipilo plura, n. 185. & 186.

Mulier minor 25. annis, quæ promiſit, vel dedit viro dotem notabiliter excedentem attenta viri conditione, & loci conſuetudine reſtituitur in integrum aduerſus dotem, n. 187. Idem ſi dedit dotem magnam viri dignitati congruam, cum poſſet facilè accipere virum ſibi æqualem cum longè minori dote, ibid.

Eadem reſtitutio in integrum competit, ſi mulier minor læſa ſit in donatione propter nuptias, vel in ſponſalitia largitate, ibid. Competit etiam ſtante ſtatuto de lucro dotis, licet non competat reſtitutio directè contra regium ſtatutum, n. 188. Etiam mulieris minoris hæredibus competit eadem reſtitutio in integrum, n. 187.

Si mulier minor promiſit dotem in quantitate excedentem vires ſui patrimonij, an promiſſio quoad exceſſũ ſit nulla vel ſolum competat ei reſtitutio in integrum ad illã reſcindẽda, n. 185. ſi eam promiſſionẽ fecerit cum authoritate curatoris ſcientis defectum patrimonij, ipſe curator tenetur viro ſoluere exceſſum de ſuo, n. 189. verſ. porro.

Mulier minor læſa in pactis dotalibus reſtituitur, n. 190.

Vir minor læſus ob dotem modicam, minuſque congruã reſtituitur aduerſus modicam dotem, vt augeatur vſq; ad congruitatẽ, n. 191. limitatur ſi mulier, neque eius parẽtes non habeant, ex quo poſſit augeri, vel nequeat augeri abſque graui præiudicio ſororum, & fratrum vxoris, ib.

Reſtituitur minor læſus in acceptione nominis debitoris inopis pro dote promiſſa, vel in dote difficilis exactionis, vel ob ſterilitatem fundi in dotem dati, vel pericula, quibus fundus ſit obnoxius, n. 192.

Item læſus in pacto circa dotem, ibid.

Mulieri maiori, quæ viro ex ſua facilitate, & imprudentia promiſit, aut dedit dotem magnã in duplum, ſeu vltra dimidium excedens congruam menſuram dotis ſuccurritur remedio, ſeu ex æquitate l. 2. C. de reſc. vend. vt reducatur dos ad quantitatem congruam, n. 105.

Marito maiori læſo in quantitate modica dotis ettra dimidiũ ſuccurritur eodẽ remedio, d. l. 2. ib. Mulieri maiori læſæ in æſtimatione rei datæ in dotem ſuccurritur, ib.

Eidem mulieri maiori læſæ in quantitate dotis, ſi exceſſus dotis ſit citra dimidium congruæ dotis, an ſuccurratur vt minuatur, & reducatur ad congruã menſurã, 193. 195.

Mulier maior, quæ ſecluſo metu, & dolo promiſerit dotem magnam excedentem vires ſuarum facultatum, an à marito poſſit conueniri vltra id, quod facere poteſt, ei negetur beneficium ceſſionis bonorũ, & poſſit detrudi in carcerem, & ei præſtari alimenta ſtrictiora, 194. 196. 198.

Mulier, quæ in ſecundis nuptiis conſtituit in dotem omnia bona ſua nihil ſibi reſeruando pro filiis primi matrimonij dicitur læſa, & reſtituitur, n. 187. verſ. contra hanc.

Reſtituitur pariter mulier nupta ſine dote, quæ conſtante matrimonio dedit omnia bona ſua in dotem, ſi mariti

rii dolo circumſcripta preponatur. ibid.

Mulier, vel eius hæredes poſſunt conqueri de immedica dote data viro, cum factum eſt pactum de certa illius parte lucranda per virum. ibid.

Poteſt mulier conqueri de dotatione in ſui fauorem facta, ſi conſentit, quod apponerentur in ea vincula, & grauamina non apponenda. ibid.

CVm dos mulierum, aliquando procedat ea neceſſitate, aliquando ex voluntate; & ea neceſſitate conſtituatur, conſtituive debeat à patre, in eius defectu ab auo paterno, & eorum hæredibus, matre, & aliis coniunctis perſonis; ex voluntate verò conſtituatur dos à quacunque muliere, vel eius nomine à quocunque extraneo nulla obligatione dotandi adſtricto; & de perſonis ad dotandum obligatis actum ſit in capitibus præcedentibus; ſupereſt, vt immediatè agamus de perſonis, à quibus ex libera voluntate conſtituitur.

§. I.

De extraneo mulierem liberè, & abſque vlla obligatione naturalis iuris, vel ciuilis, aut canonici dotante.

PAuca hic de extraneo liberè, & abſque obligatione dotem promittente, aut dante pro muliere ſunt notanda; cùm ferè omnia, quæ hic tradi poſſent, ſint explicata *ſuprà cap.* 2. *&* 3. Nam.

1 Primò, quis nomine extranei intelligatur, explicatum eſt *cap.* 3. *n.* 18. vbi notatum eſt, intelligi quamlibet circa patrem aut parentem per virilem ſexum aſcendentem, & in poteſtate dotatam perſonam non habentem; & ſic nomine extranei veniunt mater, auus maternus, auia materna, frater, ſoror, & cæteri coniuncti tranſverſales, quando dotem promittunt, vel dant in caſibus, in quibus nulla ad id, obligatione adſtringuntur, vt latiùs explicatum eſt *eod. c.* 3. *à n.* 102. *ad* 108.

2 Secundò, promiſſionem dotis ſimpliciter ab extraneo factam ante ſponſalia, vel ante matrimonium habere in ſe tacitam conditionem ſi matrimonium ſequatur, & eo non ſecuto dotem non cenſeri donatam, & promiſſionem non tenere, & reddi inutilem declaratum eſt *cap.* 2. *n.* 132. *&* 136. *& cap.* 3. *n.* 104.

3 Tertiò, quando extraneus pro muliere dotem promiſit, vel dedit ſimpliciter abſque pacto, ſeu ſtipulatione, quod ſibi, vel ſuis hæredibus redderetur ſoluto matrimonio, dotem præſumi mulieri donatam ſequuto matrimonio, & etiamſi mulier eſſet diues, & pro muliere abſente promiſiſſet, vel ſi nomine mulieris ſit ſtipulatus explicatum eſt *cap.* 3. *n.* 99. 100. 101. *&* 102. An verò ſi extraneus pro muliere iam obligata ſponſo, vel marito ad dotem promiſit, vel ſoluit ſimpliciter dotem, præſumatur donaſſe diſcoſſum eſt, *cap.* 4. *n.* 93. *&* 94.

4 Quartò, quibus in caſibus extraneus ſiue non ſit coniunctus, ſiue coniunctus, qui promiſit, vel ſoluit dotem pro muliere, non præſumatur promiſiſſe, vel ſoluiſſe animo donandi, nec dos cenſeatur donata, actum eſt *cap.* 3. *n.* 105. & pluribus ſequentibus, *& c.* 4. *n.* 96. vbi de extraneo non coniuncto, vel coniuncto debitore mulieris, vel adminiſtratore bonorum illius pro illa promittente, vel ſoluente dotem; & de promittente, vel ſoluente dotem pro puella habente patrem diuitem, vel alium obligatum illam dotare, & de fratre, vel matre habente bona commonia cum ſorore, vel filia, dotante eandem ſororem, vel filiam.

5 Quintò, extraneum pro muliere dotem promittentem, ſeu conſtituentem in actu, ſeu contractu dotationis poſſe ſtipulari, ſeu apponere pactum, vt dos ſoluto matrimonio per mortem mulieris ſibi, vel ſuis hæredibus reſtituatur, probatum eſt *cap.* 3. & præſertim *n.* 112. *& n.* 125. An verò poſſit etiam validè ſtipulari, vt præmoriente marito dos non ſibi, ſed alteri reddatur, vel remaneat penes hæredes mariti latè diſcuſſum eſt *eod. c.* 3. *eod. n.* 112. *& n.* 113. quid vero ſi ſtipulatus ſit mortuo viro dotem reddi patri ipſius mulieris, explicatum eſt *eod. n.* 113. *verſ. allegata tamen.* Quid etiam ſi pactus ſit ſoluto matrimonio per mortem viri, dotem ad ſe reuerti abſque onere mulierem iterum dotandi, *eod. num.* 113. *in fine,* vbi dictum eſt, non valere tale pactum.

Sextò. *eod. c.* 3. *d. n.* 125. probatum eſt, extraneum dotantē mulierem ſolùm ab initio conſtitutionis dotis, & incōtinenti poſſe ſtipulari illam ſoluto matrimonio per mortem mulieris ſibi, vel ſuis hæredibus reſtitui, non autem id poſſe ex internallo poſt dotem iam conſtitutam, neque etiam de conſenſu ipſius mulieris. Vbi etiam quando intelligatur ſtipulatio facta incontinenti. 6

Septimò, *ſupra eod. c.* 3. *à n.* 114. *ad* 125. an mulieri cenſeatur acquiſita dos, ſeu actio dotis in ſequentibus tribus caſibus, ſcilicet quando extraneus ſtipulatus eſt dotem reddi mulieri ſoluto matrimonio per mortem viri: quando ſtipulatus eſt alternatiuè dotē ſoluto matrimonio reddi mulieri, vel ſibi, aut mulieri: quando ſtipulatus eſt dotem ſoluto matrimonio per obitum viri ſibi, vel ei, cui de iure debetur. Quando ſtipulatus eſt dotem reddi ſibi, aut mulieri quocūque modo matrimonium ſoluatur, ſeu in omnem caſum ſoluti matrimonij. Quando ſtipulatus eſt copulatiuè, ſcil. dotē reddi ſibi, & mulieri ſoluto matrimonio, vel ſibi, & cui de iure debetur. Tandem quando extraneus dotans ſimpliciter, & imperſo aliter ſtipulatus eſt, videlicet reddi ſoluto matrimonio. Prædicta igitur omnia cùm in præcedentibus ſint tradita, & diſcuſſa, ac proinde non debeant repeti, ſubiicio tantum ſequentia quæſita. 7

Donatio ab extraneo facta pro dote, ſeu ex cauſa dotis excedens ſummam legitimam, ſcilicet aureorum 500. *valet ſine inſinuatione.*

Primum quæſitum, àn donatio ab extraneo facta pro dote mulieris, ſeu ex cauſa dotis, & matrimonij, ſiue tacitè (qualis quando extraneus ſimpliciter promittit, vel ſoluit dotem pro muliere abſque vlla expreſſa mentione donationis, nam tūc præſumitur donatio fauore mulieris *l.* 1. *§. accedit, C. de rei vxor. act.* & latè traditum eſt *ſuprà c.* 3. *allegatis numeris* 99. 100. *& ſeqq.*) ſiue expreſsè (vt quando extraneus dotem promittens, vel dans ſiue mulieri ad matrimonium contrahendum ſiue ipſi viro, ſiue ſponſo & marito nomine mulieris, exprimit ſe donare, ſeu donationem facere illius, quod promittit, vel dat pro dote) ſit facta, ſi excedat ſummam legitimam, indigeat inſinuatione, vt valeat, an vero ex ſpeciali priuilegio, dotis valeat inſinuatione omiſſa. Ad quod quæſitum reſpōderetur, quod licet donatio excedens valorem quingentorum aureorum regulariter nō valeat, niſi fuerit inſinuata *l. Sancimus* vbi Doctores, *l. penult. C. de donat. & §. perficiuntur inſtit. de donat.* Nihilominus ex ſpeciali fauore, & priuilegio dotis, & matrimonij donatio pro dote, ſeu ex cauſa finali dotis, aut matrimonij, tametſi excedat ſummam, ſeu quingentos aureos, non eget inſinuatione, ſed abſque illa valet ex iure nouiſſimo *in l. fin. in princ. Cod. de iure dotium,* & tradunt *ibid.* Gloſſa, Salycetus, Portius, & alij Baldus Nouellus *de dote p.* 6. *prim.* 47. Paleottus *de dote n.* 55. Surd. *de alim. tit.* 8. *priu.* 72. *n.* 9. *& conſ.* 361. *n.* 1. Ioan. Boſch. *de legit. nupt. lib.* 6. *n.* 26. Monterus *deciſ.* 10. *n.* 12. *&* 15. Gamma *deciſ.* 120. *deciſ.* 163. *num.* 3. *deciſ.* 213. *& deciſ.* 348. *numero* 6. Petrus Barboſa *ad l.* 1. *ff. ſolut. matrim. part.* 1. *num.* 12. *in fine, & n.* 17. *& p.* 7. *num.* 8

43.

num. 42. initio Rota apud Seraphinum *deciſ.* 18. *num.* 10. *& deciſ.* 201. *n.* 11. Cancerius *var. reſol. p.* 1. *cap.* 8. *de donat. num.* 3 Faber. *in ſuo C. lib.* 3. *tit.* 20. Camillus Borellus *in ſumm. deciſ. p.* 2. *tit.* 81. *num.* 143. Fontanella *de pactis nupt. clauſ.* 4 *Gloſſa* 29. Auguſt. Barboſa *collectaneo ad d. l. fin. a & pluribus* (?) *C. de iure dot.* & alij apud eoſdem, præſertim Surdum, Borellum, & Barboſam. Igitur (vt aduertit P. Barboſa *d. p.* 7 *d. n.* 42. *initio*) quamuis quia dos reſpectu mariti cenſetur haberi ex titulo lucratiuo *lege fin. §. ſi à ſocero ff. quæ in fraudem creditorum* (de quo latè *suprà c.* 1. *n.* 106. 108. *& ſeqq.* dos data reſpectu mariti nunquam inſinuatione indiguerit, ea parte autem mulieris tanquam in mera donatione eſſet iure antiquo neceſſaria, vt etiam ea *d. leg. fi.* probat Nouellus *d. priuil.* 47. *n.* 1. Nihilominus ſpeciali fauore dotis Iuſtinianus *d. l. fin. in princ. Cod. de iure dot.* induxit, vt neque reſpectu mulieris neceſſaria eſſet inſinuatio, tametſi donatio pro dote excedat ſummam quingentorum aureorum; vt idem Nouellus, & omnes præallegati Doctores, & alij communiter.

9 Quod, ſeu quæ diſpoſitio *d. lege fin. initio*, cùm generaliter loquatur, procedit ſiue donatio pro dote fiat ab extraneo, ſiue à patre, & generaliter etiam loquuntur præallegati Doctores affirmãtes, donationem pro dote, ſeu ex cauſa dotis, & matrimonij valere ſine inſinuatione, & expreſsè etiam notarunt Baldus Nouellus *d. priuil.* 47. *num.* 2. Borellus *d. n.* 143 Auguſt Barboſa *allegato collect. n.* 4. & etiam Palacius *in rubricam de donat. inter virum, & vxorem* §. 81. *n.* 2. & à Borello, & Barboſa referuntur alij excipit Palacius *d.* § 81. *num.* 1. dotationem excedentem ſummam quinquentorum aureorum à marito factam vxori, & è contra conſtante matrimonio quam dicit non valere, neque confirmari morte, ſi non fuerit inſinuata, & idem poſt eum dicit Borellus *d. num.* 143. & ad id adducit Palacius textum *in l. donationes l.* 1. *C. de donat. inter vir. & vxor.* vbi dicitur, quod tunc *Donationes inter virum, & vxorem firmantur per ſilentium, ſi vſque ad quantitatem legitimam, vel eam excedentes actu fuerint intimata, amplioris vero quantitatis donatio minimè intimata nec per ſilentium eius, qui donauit, confirmari concepimus*, & per hunc textum Gomez *var. to.* 2. *c.* 4. *n.* 18. & Sanchez *de matr. lib.* 6. *diſp.* 14 *n.* 24. & 25. affirmant ad hoc vt donatio inter coniuges facta abſque inſinuatione morte confirmetur, neceſſe eſſe vt non excedat quingentos aureos; & ſi exceſſerit, non confirmari: Qui tamen poſt plures alios à ſe relatos tenent eandem donationem inter coniuges excedentem quingentos aureos valere, & confirmari morte intra ſummam quingentorum, & eſſe nullam nec confirmari ſolùm quoad exceſſum vltra ſummam legitimam, Id quod tradidere etiam alij ab Auguſt. Barboſa *collect. ad. d. l. Donatione, n* 20. allegati licèt in totum eſſe nullam, neque in nulla parte confirmari ſenſerint Salycetus *in d. l. Donatione num.* 3. *ibid.* Socinus, Menochius *de præſumpt. lib.* 3. *præſum.* 12. *n.* 40. & alij ab eodem Menochio *ibidem*, & à Sanchez *allegato n.* 25. relati.

10 Item quod *d. l. fin. C. de iure dot.* diſponitur vt donatio etiam excedens legitimam valeat abſque inſinuatione procedere etiam in donatione facta ex cauſa augmenti dotis, dixit Rota *d. deciſ.* 201. *num.* 11. apud Seraphinum & tradiderunt etiam Borellus *d. tit.* 81. *num.* 144. Aug. Barboſa *d. collect. ad d. l. fin. num.* 3. *C. de iur. dotium*, & apud Barboſam *ibidem* Carrer. *de inſinuatione quæſt.* 37. *num.* 144.

Pariter procedere etiamſi mulier, pro qua dos fuit ſoluta animo donandi expreſſo, vel tacito vltra legitimum ſummam, eſſet diues de ſuo patrimonio, vt potuiſſet congruenter ſe dotare, notauit Nouellus d. priuil. 47. num. 2. *cum* d. l. fin. *loquatur indiſtinctè.*

Denique etiam donationem ſummam legitimam excedentem ob cauſam finalem matrimonij contrahendi non egere inſinuatione tradunt Menochius *conſ.* 944. *num.* 31. Stephanus Gratianus *tom.* 5. *diſcept. for. cap.* 984. *num.* 25. & Gama, & nonnulli alij *ex præallegatis*, etſi facta ſit ob cauſam contrahendi matrimonium cum perſona particulari, tradit etiam Monterus *d. deciſ.* 10. *allegat. n.* 45. quia non eſt ſimplex donatio, ſed ob cauſam, & donatio ob cauſam non requirit inſinuationẽ, vt Doctores à Menochio *d. n.* 31. relati, Clarus §. *Donatio quæſt.* 16. *n.* 6. & Tiraquellus *in lege ſi vnquam verb. donat. largitus num.* 143. *C. de reuoc. donatione* & alij ab eodem, & à Gratiano *allegati*, & in his terminis donationis propter nuptias contrahendas, ſeu cauſa contrahendi matrimonium ita ſenſiſſe Iuſtinianum *in auth. vt ſponſalitia largitas initio* tradit *loco citato* Menochius poſt Baldum *in d. l. fin. in princ. num.* 15. *C. de iure dotium* Gabriel verò *conſ.* 57. *num.* 11. *& ſeqq. lib.* 2. vbi videtur contrarium ſentire, loquitur in donatione ob cauſam matrimonij impulſiuam, non finalem, vt notauit etiam Gratianus *d. cap.* 984. *num.* 26. Monterus quidem donationem ob cauſam matrimonij contrahendi in genere, & non cum certa muliere factam alicui putat requirere inſinuationem, tanquam donationem ſimplicem, ſi excedat ſummam legitimam & eum approbare videtur Gratianus *d. num.* 26. 11

In ſtatuto generaliter iubente fieri inſinuationem donationis excedentis ſummam ibi expreſſam non comprehenditur donatio ex cauſa dotis.

Vtrùm verò ſi ſtatutum, ſeu lex municipalis generaliter iubeat ſeu requirat fieri inſinuationem donationis excedentis ſummam legitimam, ſeu ſummam in ſtatuto expreſſam, comprehendat donationem ſummam legitimam, vel expreſſam in ſtatuto excedentem factam cauſa dotis, ſeu pro dote. Reſpondent communiter Doctores, non comprehendere, ſed ſtatutum recipere interpretationem, & reſtrictionem à iure communi ex ſpeciali priuilegio, ſeu fauore dotis *in d. l. fi. C. de iure dot.* diſponente donationem cauſa dotis factam, excedentem ſummam legitimam valere ſine inſinuatione ita Salycetus *in d. lege fin. C. de iure dotium*, diſponente donationem cauſa dotis factam, excedentem ſummam legitimam valere ſine inſinuatione, ita Salycetus *in d. lege fin. C. de iure dotium* Decius *conſ.* 5. *num.* 3. *& conſ.* 536. *num.* 9. Caſtrenſis *conſil.* 212. *num.* 3. *vol.* 2. Baldus Nouellus *d. priuil.* 47. *numero* 2. Tiraquellus *de retract.* §. 1. *Gloſſa* 14. *num.* 96. Surdus *allegato conſ.* 361. *dict. numero* 3. Gama *allegatis deciſ.* 120. *&* 213. Puteus *lib.* 3. *deciſ.* 160. Gerba *deciſ.* 118. *nu.* 20. Menochius *conſ.* 242. *n.* 1. Petrus Barboſa *ad dict. legem* 1. *p.* 1. *num.* 12. *fine*, *num.* 17. paulo poſt initium, & *num.* 18. *verſ. ad veram igitur* Auguſtinus Barboſa *collect. ad dict. legem* 1. *fin. n.* 6. & alij apud Menochium, Surdum & vtrumque Barboſam. Hæc reſponſio probatur ea generali concluſione, ſeu regula communiter à iuriſperitis approbata, quòd lex generalis non comprehendit caſus ſiue in materia dotis, ſiue in quacumque alia materia ſpecialiter in iure communi priuilegiatos, etiamſi 12

ea

ea priuilegia legi illi generali de illis non facienti expreſſam mentionem ex diametro aduerſentur. Quam concluſionem, ſeu regulam probat textus *in l.1. § ſi quo vero pragmatica ſanctiones* (ibi *ſi vero pro certis capitulis facta ſunt, tunc tenere, cum nulli noſtri Codicis aduerſentur conſtitutioni, præcipimus*) *Cod. de Iuſtiniano, Codice confirmando ante librum primum Codicis*, & per eum textum tradiderunt Paulus de Caſtro *ibidem n. 5. & conſ. 146. lib. 1.* Bartholus *in extrauagantem ad reprimendum, verbo Non obſtantibus, num. 11.* P. Barboſa *d. p. 1. num. 5. initio*, & alij Iuriſperiti, ab eodem Barboſa & à Surdo *deciſ. 164. nu. 3.* relati. Quare cum donatio ex cauſa dotis excedens ſummam legitimam non egeat inſinuatione ex ſpeciali priuilegio, ſeu dos ſpecialiter ſit priuilegiata reſpectu inſinuationis excedentis ſummam legitimam *d. l. fi. C. de iure dotium*, non intelligitur comprehenſa in ſtatuto generaliter, & abſque expreſſa mentione dotis requirente inſinuationem in donatione excedente ſummam à ſtatuto definitam, ſed à iure communi *in d. l. fin.* contento ſtatutum recipit interpretationem, ſeu reſtrictionem, & limitationem.

Statutum, ſeu lex generaliter, & vniuerſaliter loquens, non faciens mentionem dotis, An includat cauſam dotis.

13 An verò ſtatutum generale, ſeu faciens expreſſam mentionem dotis comprehendat cauſam dotis etiam in ea materia, in qua non inuenitur in iure communi ſpecialiter priuilegiata. Plurimorum ſententia eſt abſolutè, & indiſtinctè aſſerentium leges generales, & ſtatuta generalia non includere cauſam dotis niſi de ea mentionem faciant (& ſic ſtatuta generalia, ſeu leges generales, quæ requirunt certam ſolemnitatem actus (aliàs annullando actum) puta conſenſum propinquorum in celebrandis contractibus mulierum, vel regiſtrationem inſtrumenti, non habere locum in contractu, & in inſtrumento dotis conſtitutæ, ſeu promiſſionis, aut dationis, ſeu ſolutionis dotis, ita Iaſon *in l. 1. nu. 9. ff. ſoluto matr.* Pontanus *ibidem nu. 18.* Salycetus *in d. l. finali 4. notabili*, Baldus Nouellus *d. priuil. 4. nu. 2. & priuil. 47.* Rolandus à Valle *de lucro dotis, qu. 105. nu. 14. & ſeqq.* Puteus *d. deciſ. 160. nu. 4.* Surdus *deciſ. 287. n. 26.* Menochius *d. conſ. 242. n. 6. & ſeqq.* Laderchius *conſ. 66. nu. 5.* Nouarius *de elect. & var. fori, ſect. 4. qu. 1. nu. 10.* Steph. Gratianus *diſcept. for. to. 4. cap. 647. nu. 22. & 23.* (vbi prout & Puteus loquitur in terminis ſtatuti verbis prohibentis, mulierem ſe obligare abſque interuentu proximiorum) & plurimi alij Iuriſperiti, quos latè referunt iidem Rolandus, Surdus & Menochius, Tiraquellus *d. Gloſſa 14. nu. 92.* Gabriel *comm. concluſ. lib. 6. tit. de legibus, concl. 1. nu. 10.* Carpanus *ad ſtatutum Mediolani 328. nu. 95. to. 1.* Gratianus & P. Barboſa *ad d. l. 1. p. 1. nu. 2. ff. ſoluto matr.* Rationem ſolidam eſſe aiunt, quod dotis cauſa vt dicitur *d. l. 1. ff. ſoluto matr. & ſemper, & vbique præcipua*, id eſt regulariter priuilegiata; vt notant Menochius *d. conſ. 242. nu. 8.* & priùs expoſuerunt Aleiatus *in d. l. 1. nu. 16. & ibidem* Duaren. *colum. 3.* interpretantes præcipua eſt, id eſt quæ paſſim in iure ciuili priuilegia continere dignoſcitur. Cùm ergo iuxta præfatum textum cauſa dotis ſit ſemper, & vbique priuilegiata, non debet comprehendi in lege generali, ſed requirit ſpecialem mentionem; nam per generalem diſpoſitionem nunquam videtur derogarum priuilegiis alicuius rei, vel perſonæ ſpecialiter conceſſis *d. l. 1. citato §. ſi qua vero, Cod. de Iuſtiniano, C. confirmando d. l. 3.* vbi Gloſſa, & Bartholus *C. de ſilentiariis, l. 12.* & Doctores alij à Menochio *d. n. 8.* relati.

14 Aliorum verò ſententia eſt, leges, & conſtitutiones, ac diſpoſitiones generales, ſeu generaliter, & vniuerſaliter loquentes comprehendere etiam cauſam dotis in illis caſibus, in quibus dos ſpecialiter non inuenitur in iure communi priuilegiata, ita Decius *in l. 1. num. 8. ff. de reg. iur.* ibidem Cagnolus *nu. 16.* idem Decius *conſil. 5.* Ripa *in d. l. 1. num. 14. ff. ſoluto matr.* ibidem Sorinus iunior *num. 77.* Bologninus *num. 27.* Tiraquellus *dicta Gloſſa 14. num. 96.* Gabriel *d. concl. 1. nu. 11.* Menochius *de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 6. nu. 18.* Giurba *d. deciſ. 118. citato num. 20.* Carpanus *ad d. ſtatutum 328. num. 98.* P. Barboſa *ad d. l. 1. p. 1. n. 14. initio*, & plorimi alij Iuriſperiti, quos referunt Tiraquellus, Carpanus, & Gabriel *locis citatis*, Menochius *d. conſ. 242. n. 4. & d. præſumpt. 6. citato num. 18.* & P. Barboſa *d. p. 1. num. 4.* Qui *num 3.* plura adducit argumenta pro hac ſententia, & alia adducit Tiraquellus *d. Gloſſa 14. nu. 97. & 4. ſeqq.* quorum aliqua habet Menochius *d. conſ. 242. nu. 9. & 4. ſeqq.* quibus etiam reſpondet. Primum, & præcipuum fundamentum ex Tiraquello *d. num. 97.* & P. Barboſa *allegato num 4. & 14.* eſt, quòd ſpecialia vt ſunt priuilegia, non ſunt amplianda, nec ad alios caſus trahenda *l. quod vero, & l. ius ſingul. ff. de legibus.* ac proinde ſi quid ſit ſpeciale in vno caſu, non ſequitur ſpeciale eſſe in aliis. Et ita non valet, Dos reperitur priuilegiata in multis caſibus, ergo etiam debet cenſeri priuilegiata in aliis caſibus non expreſſis; ſed potiùs inferendum, quòd in omnibus caſibus in quibus dos non reperitur priuilegiata, in illis ſtandum eſt regulæ generali, à qua in dubio non eſt recedendum *l. ab ea qui, ff. de probat. Gloſſa in l. omnis definit. ff. de reg. iur.* Cinus *in l. ſi conſtante 2. lect. nu. 64. ff. ſoluto matr.* Tiraquellus *d. nu. 97.* & Petrus Barboſa *d. num. 3.* Aliud Fundamentum ex iiſdem locis eſt, quòd regulæ, ſeu diſpoſitiones legales generales cauſam dotis includuntur, nam in diſpoſitione generali, *l. ſicut, & l. omnes, C. de præſcript. 30. vel 35. annorum*, quæ ſcilicet actionibus perſonalibus præſcribitur ſpatio triginta annorum, comprehenditur cauſa dotis, cui eodem ſpatio præſcribitur *l. in rebus, §. omnis autem, C. de iure dotium*, Baldus *de præſcript. in 1. q. 1111. p. princip. in princip.* Tiraquellus plures alios allegans *d. num. 97.* P. Barboſa *in rub. ff. ſoluto matr. p. 4. nu. 17. verſ. Non obſtat tertia ratio*, & Aug. Barboſa *collect. ad d. legem in rebus, nu. 15.* Plures alias regulas, ſeu diſpoſitiones legales, in quibus cauſa dotis includitur, enumerat P. Barboſa *in d. l. 1. p. 7. n. 4. verſ. Tertio facit, & d. nu. 14.* apud quem, & Tiraquellum videantur alia fundamenta huius ſententiæ, propter quæ idem P. Barboſa *d. p. 7. allegato nu. 14. initio* dicit hanc ſententiam, quòd lex generalis comprehendat cauſam dotis, quæ ſpecialiter eo caſu non reperitur priuilegiata, eſſe veriorem, licèt etiã *p. 7. n. 2. in fine*, aſſerat alteram ſententiam tenentem iura generaliter loquentia non habere locum in cauſa dotis, eſſe magis communem. Quæ propterea, vt etiam magis fauorabilis doti, & conſequenter vtilitati publicæ, cuius intereſt mulieres eſſe congruè dotatas, vt facilius maritos inueniant, & per matrimonia Reſpublica hominibus liberis repleatur (& conſiderationem notauit etiam Rolandus *d. quæſt. 105. num. 15.*) videtur præferenda. Retenta tamen poſteriori ſententia P. Barboſa ad fundamentum prioris ſumptum *ex l. 1. §. ſoluto mat.* dicente dotis cauſam eſſe ſemper & vbique præcipuam, ſcilicet priuilegiatam, dupliciter reſpondetur. Primò non fuiſſe mentem Iuriſconſulti ibi dicere, quòd in cauſa dotis ſemper per priuilegia procedatur, & nunquam in illis obſeruetur iuris communis diſpoſitio; ſed voluiſſe ſignificare, quod in quacunque materia ſemper inueniantur priuilegia doti conceſſa; nam tam in vltimis voluntatibus quàm in contractibus, & etiam in delictis doti inueniuntur conceſſa priuilegia; ſed in caſibus in quibus dos non inuenitur priuilegiata, dicendum eſſe obſeruari debere diſpoſitionem iuris communis. Secundò reſpondet, quod dos ſemper

&

& vbique præcipua eſt, quia in ambiguis pro dote iudicatur *l. in ambiguis pro dote, ff. de reg. iur.* & ſic dicitur præcipua, quia aliis cauſis in dubio præfertur. Sed plura de hac controuerſia apud præallegatos Doctores videantur.

Si extraneus dotem excedentem ſummam legitimam animo donandi promittat, vel det pro muliere habente patrem, qui tenetur, & poteſt eam congruenter dotare; An talis donatio egeat inſinuatione.

Procedendo igitur ad materiam donationis tacitè, vel expreſsè ab extraneo factæ ex cauſa dotis ſit,

15 Quæſitum ſecundum, an ſi extraneus dotem ſummam quingentorum aureorum excedentem animo donandi promittat, vel ſoluat pro muliere, cui non incumbat onus ſe dotandi, ſed pater eam teneatur, & poſſit congruenter dotare huiuſmodi-donatio valeat ſine inſinuatione iuxta diſpoſitionem *d. l. fin. C. de iure dotium*: An verò egeat inſinuatione, quaſi tunc extraneus dotans animo donandi videatur magis geſſiſſe negotium patris, quàm mulieris, & ſi dotaſſet abſque animo donandi (vt in dubio præſumitur non habere iuxta tradita *ſuprà cap. 3. nu.* 110.) poſſet dotem datam à patre repetere, vt *d. nu.* 110. probatum eſt. Huic quæſito Baldus Nouellus *d. parte 6. de dote, priuilegio* 48. *num.* 2. reſpondet, quod ſi donauit contemplatione mulieris, donatio non eget inſinuatione, ſi verò contemplatione patris, quia tunc videtur patri donaſſe animo eum liberandi ab onere dotandi *argum. leg. ſed ſi plures, §. in adrogato, ff. de vulg. & pupill.* donatio indiget inſinuatione. Quod ſi ſumus in dubio, reſpondet ſecundò tunc præſumi, quod contemplatione mulieris, non patris donauerit (vt conſtat ex traditis *ſuprà capite 3. numero* 26. *&* 27. & præſertim præſumeretur contemplatione mulieris donaſſe, ſi ipſa non eſſet ſub poteſtate patris, vt ex *iiſdem numeris* 26. *&* 27. conſtat) & ſic non egeret donatio vlla inſinuatione, & filia ſic ab extraneo dotata poteſt cogere patrem, vt ex propriis etiam bonis dotem ſibi conſtituat, vt *ſuprà cap. 4. num.* 100. probatum eſt, licèt contrarium teneat Baldus Nouellus *d. priuil.* 48. *eodem num. 2. in fine, d. tamen num.* 100. reprobatur.

Mulier, quæ non ſit minor dotans aliam mulierem promittendo pro illa dotem, promiſſione obligatur efficaciter, nec iuuatur Velleiano.

16 Quæſitum tertium: An mulier maior poſſit dotare puellam extraneam promittendo, vel ſoluendo pro ea dotem, ita quod non iuuetur Velleiano, ſed dotatio ſit efficaciter firma, ſicut facta à quocumque extraneo non minore. Reſpondetur, mulierem maiorem promittentem, ſeu conſtituentem, aut ſoluentem dotem pro alia muliere animo donandi expreſſo, vel tacito (& tacitè donaſſe videtur dotando, ſi ſimpliciter promittat, ſeu det dotem iuxta *legem vnicam, §. accedit, Cod. de rei vxoriæ actione*, & tradita latè *ſuprà capite* 3.) validè id facere, & efficaciter obligari, nec poſſe poſtea iuuari Velleiano, ita expreſsè Paulus de Caſtro *in lege finali, numero 2. Cod. ad Velleianum*, Lambertengus *ad ſtatutum Comen. Gloſſa* 21. *numero* 5. Neguſantius *de pignoribus, membro 1. partis* 8. *nu.* 24. *&* 25. & P. Barboſa *ad d. l. 1. p. 1. numero* 17. *initio, & num.* 23. *verſ. Melius ergo, & p. 3. nu.* 53. *ff. ſoluto matrim.* & ſcribentes *in l. promittendo* 42. *ff. de iure dotium, in l. ſi dotare* 12. *& in d. l. finali, Cod. ad Velleianum*, & communiter alij Doctores poſt Gloſſam *in d. l. in promittendo*, quorum plures alios refert P. Barboſa *d. nu.* 53. Probatur ergo reſponſio primò per textum *in d. l. promittendo, in principio*, vbi dicitur, quod promittendo dotem quilibet obligatur cuiuſcunque conditionis, & ſexus ſit: Quod generaliter procedere ſaltem de promiſſione dotis facta animo donandi P. Barboſa *d. nu.* 23. ac proinde mulierem promittentem, & conſtituentem dotem efficaciter obligari, minimeque in hoc caſu habere locum Velleianum. Secundò per textum *in d. l. ſi dotare, C. ad Velleianum*, vbi dicitur Velleianum non habere locum in cauſa dotis, quem textum licet P. Barboſa *in d. l. 1. parte 1. numero 5. verſ. ſed longè melius, ff. ſi ſol. matr.* approbatus ab Auguſtino Barboſa *Collectaneo ad d. l. ſi dotare, num.* 4. velit non probare generaliter mulierem promittentem dotem non iuuari (cum Iuſtinianus *in leg. fin. Cod. eodem*, vbi diſponit mulierem promittentem dotem non iuuari Velleiano, dicat ſe id nouè conſtituere, dum vtitur verbo *Sancimus*, & ſic ſignificat mulierem promittentem dotem ante eamdem ſuam legem nouam non iuuari Velleiano) ſed tantum probare in caſu particulari, ſcilicet quando mater pro filia dotem promittit, vt hunc caſum prudentes (de quibus *in d. l. ſi dotare*) interpretati ſunt, non includi in diſpoſitione generali Velleiani, quia cum Velleianum ſuccurrat fragilitati mulierum; vt *l. 2. ff. ad Velleianum*, & mater dotem promittens pro filia non fragilitate, ſed potius pietate materna prædictam promiſſionem faciat, meritò prudentes interpretati ſunt eo caſu non iuuari matrem promittentem Velleiano: Nihilominus Doctores magis communiter eum textum adducunt ad probandum generaliter mulierem dotem promittentem non iuuari Velleiano; exiſtimantes ibi interpretatione prudentum fuiſſe declaratum, Velleianum non habere locum in promiſſione dotis, ita Ruinus *conſ.* 195. *nu. 4. l.* 1. Neguſantius *dicto 1. memb. 8. p. n.* 25. & alij relati à P. Barboſa *d. p. 1. n. 2. verſ. item tertio*, & ab Aug. Barboſa *d. Collect. nu.* 22. Ad textum autem *in d. l. fin. reſpondet loco citato* Ruinus ibi non diſponi de nouo mulierem dotem promittentem non iuuari Velleiano, eo quod contrarium iam eſſet expreſſum *in d. l. ſi dotare*, ſed id quod erat iam deciſum *in d. l. ſi dotare*, clarius, & perfectius conſtituit *in d. l. fin.* addita etiam ratione huius priuilegij (ſcilicet ne mulier, pro qua dos ſit promiſſa, remaneat indotata cum periculo vt à viro repellatur, & diſtrahatur matrimonium) de qua adhuc non conſtabat, præſertim quia ſolet dicere, ſe de nouo inducere illa, quæ clarius diſponit, quàm in iure antiquo reperiebantur iuxta notata *in l. 1. ff. de legat.* 1. Lambertengus quoque *d. nu.* 5. tenet, dotem ſpecialiter fuiſſe priuilegiatam conſtare *ex d. l. promittendo*, vt mulier cauſa dotis ſua promiſſione efficaciter obligetur non obſtante Senatuſconſulto Velleiano prohibente eam pro alio intendere, & ad Tiraquellum *d. Gloſſ. 14. n.* 100. dicentem mulierem ideo obligari dotali promiſſione, quia ita nouiter ſtatuit Imperator *in d. l. fin. Cod. ad Velleianum*, quod eſt argumentum ante illam *l. fin.* cauſam dotis fuiſſe incluſam in generali diſpoſitione Senatuſconſulti Velleiani, ne alioqui lex illa ſuperflua reddatur. Reſpondet Lambertengus ex *d. l. promittendo*, quæ eſt interpretatiua, conſtare idem etiam antea ſtatutum fuiſſe, nec obſtare illud de ſuperfluitate, eo quod multæ leges poſitæ in digeſtis reperiantur repetitæ in Codice: Reſpondet etiã Neguſantius, Imperatorem, quia erat dubium, an cauſa dotis comprehenderetur *in l. fin. promittendo, & d. l. ſi dotare.* ad tollendum illud dubium *d. l. finali*, voluit expreſsè declarare in obligatione mulieris maioris facta ex cauſa dotis illam non iuuari Velleiano. Sed quidquid ſit: An *d. l. ſi dotare*, procedat generaliter in muliere dotem promittente. Quartò probatur euidenter reſponſio *d. l. finali, Cod. ad Velleianum*, vbi Iuſtinianus ob allegatam rationem ſtatuit mulie-

rem maiorem 25. annis dotem ab initio ſponſæ promittentem pro alia, cum qua matrimonium licitè contrahatur, non iuuari Velleiano, & etiam Doctores communiter ibi ſcribentes P. Barboſa *vbi ſuprà*, & alij Iuriſperiti, latè à Camillo Borello *in ſumm. deciſ. p. 2. tit. 4. nu. 18. & 19.* & ab Aug. Barboſa *Collect. ad d. l. finalem relati*, & ex Theologis Molina *de iuſt. tom. 2. diſp. 540. num. 15. verſ. Secundus eſt caſus*, & Rebellus *de obligat. iuſt. parte 2. lib. 16. qu. vnica, de fideiuſſor. n. 12. verſ. ſecundo.* Demum probatur etiam reſponſio: Quia Velleianum non iuuat mulierem donantem *l. 1. & l. 4. ff. ad Velleianum*, Paulus de Caſtro, & P. Barboſa *locis allegatis ſuprà initio* huius numeri, cùm ergo mulier aliam ſimpliciter dotans promittendo, vel ſoluendo dotem donet, vel expreſsè vel ſaltem tacitè ex iuris præſumptione *in §. accedit*, Velleianum non poteſt illam iuuare; vt iidem Caſtrenſis, & Barboſa.

17 Neque ad hoc vt mulier promittens, ſeu conſtituens dotem pro alia obligetur efficaciter illam ſoluere, requiritur ſolemnitas *in lege antiqua, §. ne autem, Cod. ad Velleianum* requiſita in muliere fideiubente, ſeu intercedente pro alio, vt remaneat obligata, ſed ſufficit ſimplex promiſſio, ſeu pactum nudum abſque ſtipulatione *d. l. vnica, C. de rei vxor. act.* vbi quòd actio pro dote oritur etiamſi ſtipulatio non intercesserit, vel inutiliter interceſſerit, & dictam ſolemnitatem præfati *§. ne autem*, non habere locum quando mulier fideiubet, ſeu intercedit pro dote tradunt Trentacinquius *variar. reſolut. lib. 3. tit. de fideiuſſor. reſolut. 2. num. 4. verſ. ſecunda*, & poſt eum Aug. Barboſa *Collectaneo ad d. leg. antiqua, num. 13.*

18 Num autem mulier pro tali debito dotis promiſſæ ex vi diſpoſitionis *d. l. finalis, Cod. ad Velleianum* poſſit incarcerari, vbi non habeat, vnde ſoluat; licèt regulariter mulier pro debito ciuili non poſſit in carcerem detrudi, vt *auth. ſed nouo iure, Cod. de offic. diuerſ. iud.* loquendo in alia muliere, quàm vxore, quæ non idonea ad ſoluendum habet beneficium, ne exigatur vltra quàm facere poſſit: *lege ex diuerſo §. 1. ff. ſoluto matr.* niſi dolosè ſciens ſe non poſſe ſoluere promiſerit *l. fin. ff. de iure dotium*, Baldus Nouellus *de dote, p. 7. priuil. 5. initio* refert aliquos dixiſſe mulierem pro præfato debito dotis promiſſæ poſſe incarcerari, vti ſpeciale priuilegium *in d. l. fin.* conceſſum propter illa verba generalia *omnino compellatur*, quæ videntur ſonare præciſam coactionem: idem tamen Nouellus meliùs negat, cùm aliorum dictum non probetur illo textu *d. l. fin.* Nam ſatis eſt, quod illud verbum, *omnino compellatur* importet, ſpecialitatem contra regulas iuris communis circa amiſſionem beneficij Velleiani, vel etiam circa præciſam actionem, vt poſſit compelli ad factum multa indicta, & pignoribus captis, ſi mulier promiſerit pro alia muliere dotem conſiſtentem in facto. Quamuis enim in obligationibus rem, tradi, vel aliis obligationibus facto quis regulariter præciſè poſſit compelli etiam poſt mortem ad tradendum, ſeu ad ipſum factum, ſed poſt mortem ſuccedat obligatio ad intereſſe etiam inuito creditore *l. ſtipulationes non diuiduntur, §. Celſus & l. ſi non tradi, ff. de verb. obligat.* idem Baldus Nouellus *eadem part. 7. priuil. 4. nu. 2.* dicit, quod hoc fallit in dote, quam ſi quis pro muliere promittat conſiſtentem in facto, puta in fabricando domum, vel etiam tradendo fundum in dotem, hanc aſſerit Nouellus *ibidem* (& idem poſt eum & Parpalionum *in l. 1. n. 21. ff. ſoluto matr.* tradit P. Barboſa *d. p. 3. nu. 54. verſ. Adde*) poſſe præciſè ad hoc compelli, maximè ſi poteſt, nec liberari ſoluendo intereſſe, id probans ex eo textu *in d. l. fin. C. ad Velleianum*, dum ibi Imperator dicit, *omnino compellatur*, eo quòd dictio *omnino* ſonat in præciſam coactionem, quaſi dicat, præciſè compellatur: cum videatur reſpicere magis actualem executionem, quàm obligationem, Bartholus *in l. 1. ff. iudicatum ſolui*, & textus *in Auth. vxore, Cod. de ſecundis nuptiis*, ibi *omnino ſeruandum*, & quia geminatio illa *omnino compellatur* debet aliquid operari plus, quàm ſi ſimpliciter dixiſſet Imperator, compellatur per ea quæ *ibidem* adducit idem Nouellus confirmans etiam ex eo, quod fauore vltimæ voluntatis obligatio ad factum importat præciſam coactionem, nec liberatur hæres, vel legatarius obligatus ad factum ſoluendo intereſſe *lege fideicommiſſa, §. fin. ff. de legat. 3* Bartholus, & alij ſcribentes *in d. l. ſtipulationes non diuiduntur 89.* ita Nouellus, cui poſſet reſponderi, per illam geminationem verborum voluit ſolum perfectius & clarius excludere mulierem voluntariè dotem promittentem à beneficio Velleiani, vt priuilegia non ſint multiplicanda, vbi ad vnum ſolum priuilegium verba legis rectè poſſunt reſtringi.

Alia de obligatione mulieris maioris, & minoris promittentis dotem, vel intercedentis, ſeu fideiubentis pro dote *infrà*.

§. II.

An, & quando vir poſſit dotare vxorem, vel eius dotem augere.

ETſi inter coniuges ne ſe mutuo amore ad inuicem ſpoliarent, donatio regulariter interdicta fuit *l. 1. 2. 3. & 4. ff. de donat. inter virum & vxorem*, quibus iuribus nulla, & inualida decernitur donatio inter coniuges, & poſtea, vt conſtat ex *l. cum hic ſtatus, ff. eodem titulo*, Antoninus Imperator ſanciuit, vt coniux donator liberè poſſit reuocare donationem alteri factam, dum ipſe viueret, at ſi viuens illam non reuocaret, morte illius confirmaretur, ita vt poſtea hæredes donatoris eam non poſſent reuocare, ex quibus textibus conſtat donationem inter virum, & vxorem non eſſe firmam, cum poſſit reuocari à donatore, nec ex ea oriri obligationem vllam, ſiue ciuilem, ſiue naturalem, vt poſt alios Sanchez *de matrim. lib. 6. diſput. 1. num. 2.* & Summiſtæ, ac Theologi, qui *infrà* citantur, licèt non ſit omnino nulla cum ſi non reuocetur à viuente donatore, eius morte confirmetur, vt idem Sanchez *num. 3.* alios allegans, Angelus, Syluester, & cæteri Summiſtæ *verbo Donatio, & verbo Dos*, Villalobos, Trullench, Bonacina, Fagundez, Palaus *locis infrà* allegatis. Ex quo ſequitur, vt coniux donatarius rem donatam non teneatur coniugi donatori reſtituere ſed tuta conſcientia poſſit illam retinere, donec donator reuocet, & illam irreuocabiliter acquirere morte eiuſdem donatoris, qui viuens non reuocauerit donationem ſi verò coniux donatarius præmoriatur, donationem remanere omninò inualidam, & rem donatam eidem coniugi donatori reſtituendam, vt Sanchez *d. n. 3. verſ. Vnde infero*, & alij Theologi, ac Summiſtæ prænominati, & alij *infrà* allegati. 19

Nihilominus aliquibus in caſibus donatio inter virum & vxorem non eſt prohibita, & ſtatim valida, & firma manet, vt præallegati Doctores, & alij *infrà allegati*, & communiter ſcribentes de donatione inter virum & vxorem, tam Iuriſperiti, quàm Theologi, ac proinde non eſt abſolutè in iure ciuili vetitum, ne vir poſſit vxori dotem conſtituere, aut illius dotem augere, explicandum igitur eſt, An, & quando vir (qui ſub nomine extranei continetur) poſſit validè vxorem de ſuo dotare aut eius dotem augere, vt dos conſtituta, ſeu data, aut augmentum à viro factum, vt irreuocabiliter vxori acquiratur, nec reuocari poſſit, egeat, vt ad ſui valorem, & firmitatem morte dotantis confirmetur ea dotis, vel illius augmenti donatio. Et prius inſpiciendum de dote ante contractum matrimonium à viro conſtituta, poſtea de conſtituta poſt contractum matrimonium.

Vir, ſeu futurus maritus, ante contractum matrimonium poteſt dotem validè, & irreuocabiliter conſtituere, vel augmentum dotis futuræ vxori.

20 Quæſitum primum: An vir ante contractum matrimonium poſſit validè conſtituere dotem vxori, illamve dotare, vt poſtea matrimonio ſequuto non poſſit illam dotis donationem reuocare. Reſponſio communis eſt affirmatiua, ita ſcribentes *in lege 1. Cod. de donat. ante nuptias*, ab Augustino Barboſa *Collectaneo ad dictam legem 1. initio allegati*, Panormitanus *in capit. & ſi neceſſe de donat. inter virum & vxorem*, Palatius *in rubr. de donat. inter virum & vxorem, §. 30. numero 3. verſ. Secus*. Velaſcus *conſul. 4. numero 3.* Borellus *in ſumm. deciſion. tom. 2. tit. 3. numero 230.* alij Iuriſperiti à Sanchez *dicto libro 6. diſputatione 7. numero 2. verſ. Idem dicendum*, ex Summiſtis, & Theologis Angelus *verbo Dos, numero 6.* Syluester *verbo eodem numero 7.* Tabiena *eodem numero 6.* Armilla *num. 8.* Sanchez *loco citato*, & Caſtrus Palaus *de iuſtit. & iure, tract. 32. diſp. 2. puncto 15. §. 8. numero 2.* conſtat ex *d. l. 1.* vbi dicitur, quod res à ſponſo ſponſæ de futuro donata, & tradita poteſt conuerti in dotem, vt ſi poſtea ſponſus eamdem rem ſponſæ de futuro donatam, & traditam in dotem acceperit, & quod id, quod à marito datur ſponſæ ante matrimonium conuerti poſſe in cauſam dotis tradit etiam Ananias *in cap. 1. numero 5. verſ. Et per hoc de adulteriis*, & poſt eum Surdus *conſ. 196. numero 27.* & probatur ratione, quia ante contractum matrimonium non eſt prohibita donatio inter coniuges, per quam rei donatæ Dominium in donatarium irreuocabiliter tranſeat *l. ſi ſponſus 5. initio, §. ſi vero, leg. inter eos* [vbi ita habetur, *inter eos, qui matrimonium coituri ſunt, ante nuptias donatio facta iure conſiſtit, etiamſi eodem die nuptiæ fuerint conſequutæ*) *ff. de donat. inter virum & vxorem, leg. Seia, ff. Virgini, ff. eodem lege cum in te, Cod. de donatione ante nuptias, & dicta lege 1. eodem Cod. de donatione ante nuptias* [vbi Imperatores Seuerus, & Antoninus decreuerunt ea, quæ donat vir futurus, ſi ea tradiderit vxori futuræ, & poſtea in dotem acceperit, valere donationem, licet ſi confeſſus fuerit aliquid accepiſſe ab vxore futura, quod non acceperit pro dote, vel augmento dotis, animo donandi, non valere donationem ſtatuant iidem Imperatores *ibidem*, de qua re *infrà capite 10. numero 11.*) & tradunt communiter Iuriſperiti, *in dictas leges*, Palatius *loco citato*, Lancellottus Gallia *de ſtatutis, quæſt. 5. nu. 53.* & alij communiter, ex Summiſtis, & Theologis tradunt *ſuprà allegati locis citatis*, idem Angelus *verbo Donatio 3. numero 6.* Syluester *eodem tit. 2. num. 1. verſ. Pro maiori* (qui poſt Gloſſam *in cap. donatio finali verbo conſtare donat. inter virum & vxorem dicit*, quod tenet donatio inter ſponſum, & ſponſam de futuro, ſi alter erit ditior, alter pauperior, etiamſi poſt contrahatur matrimonium, & eodem die) Sanchez *dicto libro 6. diſput. 1. numero 6.* Villalobos *in ſum. parte 2. tract. 10. diſput. 1. num. 4.* Bonacina *de contract. diſp. 3. quæſt. 11. parte 4. num. 1. verſ. Addo*, & Trullench. *in decalog. l. 7. cap. 17. dub. 9. num. 1.*

21 Declaratur autem præfata communis concluſio, vt valeat dotatio, & donatio à viro facta ante matrimonium futuræ vxori, ſi dotatio, & donatio non fuerit ab eodem viro relata, ſeu collata ad tempus, ſubſecuti matrimonij, ſed abſolutè, vt vxor futura ſtatim adipiſceretur dominium rei in dote datæ, vel donatæ, ſecus verò, ſi fuerit collata expreſsè in tempus contracti matrimonij, ſicque dos conſtituta, aut donatio facta, vt tunc ſolum vxor futura augmenta acquirat dominium, cum matrimonium fuerit ſubſecutum. Hoc enim caſu dotationem, ſeu dotis conſtitutionem, aut donationem non valere, & poſſe reuocari poſt contractum matrimonium à viuente viro dotatore, ſeu donatore, licet non reuocata morte illius confirmetur, tradunt Iuriſperiti communiter, ita Cynus, Salicetus, Bartholus, Fulgoſius, Angelus, Baldus, Caſtrenſis, & alij ſcribentes *in d. l. 1. & in l. 4. Cod. de donationibus ante nuptias*, Panormitanus, Valaſcus *locis citatis*, Menochius *de præſumpt. libro 3. præſumpt. 12. num. 2.* & alij relati ab Auguſtino Barboſa *Collectaneo ad d. l. 4.* & à Sanchez *dicto libro 6. dicta diſput. 7. numero 2.* & idem tradunt Theologi, & Summiſtæ, Angelus, Syluester, Tabiena *verbo Dos, locis numero præcedenti relatis*, Sanchez *d. num. 2. & eodem libro 6. diſp. 1. num. 6. & 7.* Villalobos, Bonacina, Trullench. & Palaus *locis numero præcedenti allegatis, & habetur præallegata lege 4. Cod. de donationibus ante nuptias vbi ſic dicitur, quod ſponſa ea lege donatur, vt eius dominium adipiſcatur, cum nuptiæ fuerint ſecutæ ſine effectu eſt.* Ratio autem aſſignatur, quia paria ſunt, ſeu idem eſt, quod fiat aliquid tempore inhabili, & prohibito, vel fiat tempore habili, & licito, & conferatur in tempus inhabile, & prohibitum *leg. in tempus, ff. de hæredibus inſtituendis, & leg. eum qui, ff. de iuriſdictione omn. iud.* & tradunt præter Sanchez *d. diſput. 1. numero 4.* & Auguſtinum Barboſam *Collectaneo ad dictam legem 4. num. 4.* Tiraquellus *de iure conſtituti, parte 3. limit. 2. num. 3. cum ſequentibus, & de iure primog. quæſt. 40. numero 178.* Coſta *in leg. Gallus, §. & quid ſi tantum, ff. de liberis, & poſthum. parte 2. numero 172.* Valaſcus *conſult. 77. numero 4.* Tuſchus *tom. 6. litera P. concl. 88. numero 3.* [declarans tamen *numero 4.* id procedere quando ſubſtantia actus confertur in tempus prohibitum, ſecus ſi ſola executio] & alij, quos cumulant Tiraquellus, & Auguſtinus Barboſa *dicto numero 4. & de axiomatibus iuris vſu frequent. axiomate 174. numero 31.* ſicut è contrario paria ſunt aliquid fieri tempore habili, & fieri tempore inhabili, dummodo effectus conferatur in tempus habile *d. l. in tempus*, Coſta *loco citato*, Ludouicus Molina *de primog. libro 2. capite 7. numero 40.* Auguſtinus Barboſa *dicto numero 31.* & alij, quos Molina *dicto numero 40.* latè refert. *Quare dictam legem inter eos 30. ff. de donat. inter virum & vxorem*, debere intelligi, quando donatio à ſponſo facta ſponſæ de futuro non refertur in tempus contracti matrimonij, ſed abſolutè fit transferendo ſtatim rei donatæ dominium in ſponſam, vt tunc ſit firma donatio, licèt eadem die ſequeretur matrimonium, notauit Gloſſa *in dicta lege 4. verbo Sine effectu, Cod. de donationibus ante nuptias*, & poſt eam tradunt Auguſtinus Barboſa *Collectaneo ad dictam legem 4. numero 2.* Sanchez *dicta diſputatione 1. numero 7. verſiculo ad primum.* Quoties igitur vir ante matrimonium puellæ, ſeu mulieri futuræ vxori ſimpliciter, & abſolutè dotem conſtituit, vel aliquid donat, & neque expreſsè, neque ex coniecturis apparet, quod voluerit dominium acquiri niſi tempore matrimonij ſubſequuti, firma erit non conſtitutio dotis, & donatio, quia cenſetur donatio de præſenti abſoluta, & independens à tempore contracti matrimonij, quæ ante matrimonium contractum non eſt viro prohibita.

Si vir ante contractum matrimonium ſimpliciter & abſolutè conſtituat dotem futuræ vxori pauperi, valet donatio, nec poteſt contracto matrimonio reuocari?

22 Quare ſi vir diues ante contractum matrimonium ſimpliciter conſtituat dotem puellæ ſeu mulieri pauperi, cùm dotis donatio non ſit, nec cenſeatur, nec præſumatur collata in tempus contracti matrimonij, ſed ſit abſolutè facta, & ſic iuris præſumptione donata, & acquiſita mulieri *l. vnicam, §. accedit, C. de rei vxoriæ actione*, tenet, ac firma, & irreuocabilis manet, vt Gloſſa *in dicto cap. Donatio*; Angelus; & Syluester *locis ſuprà numero* 20. relatis, & confirmatur quia etiam paupertas mulieris inducit præſumptionem, vt vir voluerit intuitu pietatis, & eleemoſynæ abſolutè donare, & dotem ſtatim acquiri eidem mulieri.

Si vir ante contractum matrimonium dotem vel partem dotis à muliere futura vxore accepit, & ſtatim eidem reſtituit, valet donatio.

23 Item ſi vir ante contractum matrimonium partem dotis à muliere, vel ab alio pro ea accepit, & pariter ante contractum matrimonium eidem mulieri reſtituit, valere incontinenti donationem dotis, quæ non confertur in tempus contracti matrimonij, tradit Franciſcus Molina *d. quæſt.* 57. *num.* 54. & alios allegans Camillus Borellus *in ſumm. deciſio. tom.* 2. *tit.* 3. *num.* 130.

Quando vir ante contractum matrimonium acceptat in æſtimationem dotis nomen debitoris à muliere futura vxore traditum, ſciens non eſſe ſoluendo, præſumitur donatio, quæ illico valet.

24 Quando verò vir ante contractum matrimonium acceptat in æſtimationem dotis nomen debitoris à muliere ei traditum, ſciens non eſſe ſoluendo, quo caſu iuxta Bartholum *in l. Mæuia, ff. ſoluto matrim.* & alios quos refert, & ſequitur Molinus *d. quæſt.* 57. *num.* 52. *& ſeq.* inducitur tacita donatio; cum eo ipſo, quod vir ſcienter nomen debitoris, quem non eſſe ſoluendo ſcit, præſumatur donare; licet Alexander *in l. cum dotem, num.* 6. *ff. ſoluto matrim.* dicat hanc tacitam donationem non valere; nec præiudicare viro acceptanti, licet ſcienter, eo quod conferatur in tempus contracti matrimonij, & ſic in tempus prohibitum, nihilominus Molinus *eadem quæſt.* 57. *citato num.* 54. aſſerit contrarium, quia cum vir, ſeu futurus maritus ſcienter nomen debitoris inopis, & qui non eſt ſoluendo, recipit, eo ipſo illico donare videtur mulieri, non minus ſi partem dotis datam ſibi ante matrimonium reſtitueret, dum ergo hæc tacita donatio non conferatur in tempus contracti matrimonij, ſtatim valet: Quod maximè eſſet verum, imo indubitatum, ſi præſumi poſſit talem donationem factam eſſe ex iuſta aliqua cauſa, putà, compenſationis, vel remunerationis, vt ſi vir eſſet plebeius, vel ſenex, mulier vero nobilis, aut iuuenis; vt *infrà*.

Si ante contractum matrimonium à viro mulieri, quæ nolebat ipſum aliter ducere in maritum, conſtituta ſit dos; vel dotis augmentum, valet dotis, vel augmenti donatio irreuocabiliter.

Si etiam vir mulieri, quæ nolit cum eo matrimonium contrahere, niſi ſibi dotem conſtituat, vel dotem augeat dando eidem aliquid in augmentum dotis, vt ſe in maritum ducat, dotem de ſuo conſtituit, vel auget, illico valebit conſtitutio, ſeu donatio dotis, vel augmenti, ita Fontanella *de pact. nupt. Clauſ.* 5. *Gloſſa* 1. *p.* 2. *n.* 84. *&* 85. & colligitur etiam ex Ant Fabro *in ſuo Cod. l.* 6. *tit.* 23. Communia *de legat., & fideicom. diff.* 5. Steph. Gratianus *tom.* 5. *diſcept. for. cap.* 984. Hæc enim dotis, vel augmenti conſtitutio, ſeu donatio, cum fiat à viro ex cauſa oneroſa, vt ſcilicet mulier eum ducat in maritum, ſtatim acquiritur mulieri cum obligatione contrahendi matrimonium nec poteſt præſumi in viro, niſi animus donandi ſtatim. 25

Si vir ignobilis, vel ſenex mulierem nobilem, vel iuuenem, quæ aliter nolit ipſi nubere, dotet omnino indotatam, vel eius dotem augeat, valet illico donatio dotis, vel augmenti.

Hinc multò magis, ſi vir ignobilis diues, vel ſenex cupiens ducere in vxorem mulierem nobilem, aut iuuenem, quæ nolit eum ducere, vel quam illius parentes nolunt illi tradere in vxorem, niſi eam dotet omnino indotatam; vel dotem eius augeat, illi dotem cõſtituat, vel dotis augmentum, valebit illico donatio dotis, vel augmenti, vt iidem Faber, Fontanella, & Steph. Gratianus *locis citatis*, & alij; qui *num. ſeq.* allegantur, fit enim talis donatio non ſolum ex cauſa oneroſa, vt ſcilicet mulier nobilis, vel iuuenis conſentiat in matrimonium, ſed etiam in compenſationem ſanguinis, & ætatis. 26

Etiam nullo præcedente pacto ſi ſponſus ignobilis aut ſenex futuræ ſponſæ nobili, aut iuueni dotem conſtituit, vel dotis augmentum, dotatio ſeu dotis vel augmenti donatio incontinenti valet.

Hinc etiamſi nullo præcedente pacto ſponſus ignobilis, vel ſenex ſponſa de futuro nobili, aut iuueni dotem conſtituit, vel auget, vel aliquid donat, dotationem ſeu donationem incontinenti valere, cum cenſeatur facta ex cauſa remunerationis, ſeu compenſationis ſanguinis; ſeu nobilitatis, aut ætatis, ſeu iuuentutis præter Doctores *nu. præcedenti* allegatos, alij Doctores communiter ita expreſsè Surdus *deciſ.* 166. *n.* 22. Hondedeus *conſ.* 48. *nu.* 16. *& ſeq. l.* 1. *&c. conſ.* 30. *nu.* 5. *&* 6. *l.* 2. Clarus *l.* 4 *ſent. ff. donat. q.* 4. *nu.* 5. *ibi.* Additionator *litera A* (vbi dicit Cranetam appellare hanc donationem reciprocam, & remuneratoriam) Menochius *de præſ. l.* 3. *q.* 12. Rota Rom. *dec.* 115. *n.* 14. *p.* 1. *recent.* Hondedeus *in annotatione ad d. deciſ.* 166. Surdus *n.* 6. Salicetus *in l.* 2. *ad finem, C. de dot. cauta*, Palatius Rubeus *in rub. de donat. inter virum & vxorem*, §. 10. Ruinus *conſ.* 13. *n.* 2. *verſ. ad quod duobus modis, l.* 1. Socinus ſen. *in l.* 1. *n.* 73. *ff. ſol. mat.* & plurimi alij Iuriſperiti à P. Barboſa *in l. per dotis* 34. *n.* 56. *&* 58. *initio, ff. ſol. mat.* & Sanchez *de matr. l.* 6. *alleg. diſp.* 7. *n.* 3. *initio*, & à fortiori omnes Iuriſperiti aſſerentes talem dotationem vel donationem valere ſtatim, & eſſe irreuocabilem etiamſi fiat à viro ignobili, vel ſene poſt contractũ matrimonium, & ex Summiſtis ita expreſsè Tabiena *verbo Donatio* 3. *nu.* 1. dicens quod Plebeius poteſt conſtituere dotem mulieri nobili, cui vult nubere animo donandi, licet conferatur in tempus matrimonij, quia non eſt donatio ſimplex ſed remuneratoria; ſcilicet in compenſationem ſanguinis, & ætatis, & eſſe remuneratoriam confirmat Palatius *d.* §. 10. 27

quia

quia (inquit) mulier nobilis, vel iuuenis propter ſuam nobilitatem, & iuuentutem nubendo plebeio ſiue ignobili, aut ſeni, videtur ei munus facere, ac proinde valere confirmat loquens de viro ſene dotante puellam iuuenem, cui vult nubere, vel nupſit, Faber *d. definit.* 5. quia congruum eſt (inquit) quod vir ſenex luat in ære, quod non habet in Corpore.

Iocalia à ſponſo ignobili, vel ſene, ante matrimonium contractum miſſa ſeu tradita ſponſæ nobili aut iuueni cenſentur abſolute donata, & valet donatio?

28 Quare etſi annuli, veſtes, ornamenta, ſiue iocalia à ſponſo ſponſæ ante contractum matrimonium miſſa ſeu tradita regulariter non, cenſeantur donata, vt ſponſæ, quoad Dominium acquirendum (vt latè probaui *tom. 2. mor. tit.* 8.) nihilominus cenſeri donata, quando ſponſus eſt Plebeius, aut ſenex, & ſponſa nobilis, aut iuuenis, eo quod notabilis exceſſus notabilitatis, & iuuentutis in dubio inducat præſumptionem ſeu faciat, vt præſumi debet ſponſum ignobilem, vel ſenem, habuiſſe animum donandi, & donaſſe cauſa remunerandi tradidere Palatius *d.* §. 10. Hondedeus, Surdus, Rota Hodierna *locis numero præcedenti relatis*, & ſic iocalia præfata poſt matrimonium contractum, & diſſolutum per obitum viri non eſſe reſtituenda hæredibus mariti ſed remanere ipſimet vxori, aſſerunt iidem Doctores.

29 Quemadmodum quoque ſi futurus maritus ſcienter acceptat in æſtimatum dotis nomen debitoris, quem ſcit non eſſe ſoluendo, eum præſumi dotem donare ex cauſa remunerationis, & compenſationis ſanguinis, & ætatis, & donationem valere, ſi futurus maritus acceptans ſit vir ignobilis, aut ſenex, & mulier nobilis, aut iuuenis tradit Franciſcus Sulinaus *de ritu nupt. lib. 3. allegat. quæſt. 17. num. 54.*

Confeſſio de receptione dotis, vel maioris dotis facta à viro ignobili, vel ſene ante matrimonium contractum quàm à muliere nobili, vel iuueni futura vxore non recepit, cenſetur facta animo donandi, & valet donatio.

30 Prætetea quamuis quando ante matrimonium contractum futurus maritus confitetur ſe recepiſſe dotem, quam non recepit, vel maiorem ſummam, quam recipiat, aut de receptione illius dotis, aut maioris ſummæ non conſtat, plurimorum Doctorum ſententia ſit, quod in dubio, & vbi non conſtat confeſſionem factam fuiſſe animo donandi, præſumetur eadem confeſſio facta ſub ſpe futuræ numerationis, & non animo donandi, vt plurimos alios allegantes, Baldus Nouellus *de dote, parte* 10. *nu.* 7. *verſ. Quod autem*, Conſtantius Roger. *de dote*, §. 5. *nu.* 1. Couarruuias *var. lib.* 1. *cap.* 7. *nu.* 6. *verſic. & item hoc* (vbi exiſtimat eſſe communem opinionem) Menochius latè *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 12. *nu.* 15. *verſ. Quare retinenda*, Valaſcus *deciſ.* 5. *nu.* 5. Molina *de iuſtit. & iure, tract.* 2. *diſput.* 439. *nu.* 8. *verſic. Et quid*. & Sanchez *d. lib.* 6. *diſput.* 9. *nu.* 4. & nonnullos alios allegans Camillus Borellus *in ſum. deciſione, tomo* 2. *titulo* 3. *num.* 231. Et ſi conſtet præfatam confeſſionem dotis non receptæ factam fuiſſe animo donandi eſſe nullam, & inualidam per textum *in l.* 1. *verſic. An vero donandi animo iuncto verſiculo poſteriori autem caſu, C. de donat. ante nupt.* tradit, & Conſtantius Roger. *d. nu.* 1. & alios allegans Valaſcus *d. conſul.* 6. *nu.* 4. Borellus alios allegans *d. tit.* 3. *nu.* 229. Molina *d. diſp.* 439. *nu.* 8. *verſic. Quod autem, & verſic. ſeq.* & Sanchez *d. diſp.* 9. *n.* 3. qui duo poſteriores addunt eſſe prorſus nullam, ita quod nec ſequuto matrimonio morte viri confirmatur, licet ante mortem illam donationem non reuocauerit, licet P. Barboſa *in l.* 1. *p.* 6. *nu.* 31. *paulo poſt initium verſic. Quamuis* poſt Cranetam *conſ.* 40 *nu* 1. dicat huiuſmodi confeſſionem animo donandi factam ante matrimonium ſtatim irreuocabiliter valere per eundem Textum *in d. l.* 1. *C. de donat. ante nupt.* Et Menochius *d. præſumpt.* 12. *n.* 3. aſſerat poſt ſequutum matrimonium præmoriente viro, qui illam confeſſionem ſeu potius donationem non reuocauerit, confirmari de qua re *infrà cap.* 10. *num.* 11. & 12.

Nihilominus cum vir ignobilis, vel ſenex, ante contractum matrimonium confeſſus eſt, ſe recepiſſe dotem, quam non recepit à muliere nobili vel iuuene tunc in dubio præſumi confeſſionem factam animo donandi, & cauſa remunerationis, ſiue compenſationis ſanguinis, & ætatis, & donationem ob eandem cauſam vti non ſimplicem, ſed remuneratoriam ſtatim valere, tradunt communiter Doctores, Conſtant. Roger. *loco citato*, Palatius *d.* §. 10. Menochius *d. præſ.* 11. *alleg. nu.* 3. Molina *d. diſ.* 439. *n.* 9. *in fine*, Surdus *d. deciſ.* 166. *nu.* 22. Hondedeus *d. conſ.* 48. *n.* 19. *d. conſ.* 50. *nu.* 26. Valaſcus *d. conſ.* 5. *n.* 18. Fontanella *d. p.* 2. *nu.* 36. Sanchez *d. diſp.* 9. *n.* 8. & alij relati ab iis, & à P. Barboſa *in d. l. qua dotis* 34. *n.* 56. *initio, & n.* 58. *initio, ſſ. ſoluto matr.* Camil. Borellus *d. tit.* 3. *n.* 221. & 222. Gabriel *conſ.* 163. *nu.* 23. *l.* 2. & etiã à Baldo Nouello *de dot. allegati d. p.* 10. *nu.* 7. *d. verſ. Quod autem* (qui quoad praxim idem approbat licet addat, quod in puncto iuris, & per viam diſputationis realiter tenuiſſet contrarium) & præallegati Doctores idem ſentiunt etiamſi confeſſio dotis receptæ a muliere nobili, vel iuueni, quam non receperit, facta à viro plebeio, & ignobili; vel ſene poſt contractum matrimonium aſſerentes in dubio propter nobilitatem, aut iuuentutem vxoris præſumi à viro factam animo donandi ſeu remunerandi, & compenſandi eandem nobilitatem, ſeu iuuentutem, & donationem vti remuneratoriam eſſe ſtatim validam, firmam, & irreuocabilem, vt præter præallegatos Doctores infinitos pene alios referens Mantica *de tacit. ambig. conu. l.* 11. *tit.* 20. *nu.* 24. vbi in hoc caſo ait huiuſmodi confeſſionem dotis non receptæ valere in vim donationis, & legis præſumptione intelligi, vt voluerit maritus de ſuo dotem conſtituere, & ſe ad eius reſtitutionem obligare) & *l. at. tit.* 4. *n.* 18. (vbi dicit quod valet, donatio facta inter virum & vxorem, ex cauſa remunerationis etiamſi non procedat meritum pecuniarium ſed honoris per *d. l. xantium in d.* §. *ſi vir. & vxor.* additque ita explicaſſe Io. Lupus *in rub. de donat. inter vir. & vxor.* § 32. *n.* 7.) & Surdus *conſ.* 164. *n.* 5 & 6. & *conſ.* 471. *n.* 28. & 29. & cùm ſupradicta ſententia ſit communiter recepta à Doctoribus in hac re non eſt audiendus P. Barboſa *alleg. n. ſcilicet* 56. & 58. aſſerens præfatam confeſſionem à viro ignobili, vel ſene mulieri nobili, aut iuueni tam ante, quàm poſt matrimonium contractum in dubio, & non facta expreſſione an animo donandi non præſumi remunerandi animum, eo quod remuneratio in re diuerſa fiat, cum tamen vt remunerandi animus in dubio præſumatur, remuneratio debeat reſpicere eandem rem ab altero donatam, vt per textum *in l. ſi vero non remunerandi*, §. *idem Papin. ſſ. mandati*, tenet idem P. Barboſa *in d. l. qua dotis, nu.* 54. Non eſt, inquam, audiendus, quia vt in dubio actus, qui poteſt eſſe remuneratorius, vt eſt donatio, debeat præſumi factus animo remunerandi, ſufficit vt conſtet de alterius meritis, & non requiritur, vt exprimatur fieri propter merita, vt magis communiter per eundem textum *in d.* §. *idem Papinianus* Doctores, quos refert, & ſequitur Tiraquellus *in l. ſi vnquam, verbo Donat. largitus, n.* 71. *vſque ad* 78. *C. de reuoc. donat.* Maſcardus *de probat. concl.* 560. *n.* 10. Menochius *de arbitr. l.* 2. *caſu* 88. *n.* 53. Stephanus Gratianus *to.* 5. *cap.* 994. *n.* 2. & Sanchez *d. l.* 6. *diſp.* 6. *n.* 3.

verſu. Sed dicendum, & alij a Borello *in ſumm. deciſ. p.3. tit.4. num.* 81. relati: nam in dubio quis cenſeri debet velle ſatisfacere ſuæ obligationi etiam tantum antidorali, quando actus ex ſe poteſt eſſe remuneratorius, vt idem Sanchez *d. lib.6. allegata diſp. 9. nu.8. verſic. Alij diſtinguuntur*, & in caſu, de quo agimus, Hondedeus *d. conſ.48. num.16.* notat præſuptionem donationis & remunerationis non eſſe diuinationem, ſed eſſe fundatam in communi vſu & conſuetudine, iuxta quam data inæqualitate inter coniuges quælibet confeſſio, vel promiſſio cenſetur facta animo remunerandi: non videntur etiam audiendi Baldus Nouellus *de dote, p.10. num.8.* Romanus *in l. ſi donatio, ff. de verb. oblig.* Alciatus *ibidem num.5.* à Menochio *de præſumpt. lib.3. præſumpt.12. num.11.* relati, & Fachineus *controverſ. iuris, lib.8 cap.83.* volentes præfatam confeſſionem factam ante matrimonium (& idē dicit Fachineus de facta à viro ignobili vel ſene mulieri nobili vel iuueni conſtante matrimonio) cenſeri in dubio factam ſub ſpe futuræ munerationis, & ſic marito, & eius hæredi competere oppoſitionem non numeratæ dotis intra tempora conſtituta *l. vlt. cum auth. ſequenti, Cod. de dote cauſa non numerata*, & idem ſentit Menochius *d. præſumpt.12. num.15.* ſi mulier nobilis, vel iuuenis ſit diues, vt poſſit dotem numerare; ſecus verò ſi ſit pauper, hoc enim caſu ait *numero 16.* præſumi factam confeſſionem animo donandi, non inquam, videntur audiendi, cum illis obſtet communis ſententia, & ratio pro eadem ſententia adducta qua ſoluuntur omnia eorum argumenta quæ proinde omittuntur, ſed videamus, quid ſentiendum de donatione cauſa dotis conſtituendæ vel augendæ, ſi fiant a viro vxori in contracto & conſtante matrimonio, præſertim quando vxor notabiliter excedit virum nobilitate vel iuuenili ætate. Sit igitur,

Donatio cauſa dotis vel illius augmenti à viro ignobili aut ſene facta vxori nobili vel vxori iuueni an irrevocabiliter valeat.

32 Quæſitum ſecundum, an vir plebeius, & ignobilis, vel ſenex, qui duxit mulierem nobilem, vel iuuenem & teneram conſtante matrimonio illi indotatæ dotem conſtituere, vel dotem augere poſſit validè, vt ſtatim donatio dotis, vel augmenti firma ſit, & irreuocabilis, neque egeat, vt mòrte confirmetur vti donatio facta in compenſationem ſuæ ignobilitatis, vel ſenectutis, & remunerationem nobilitatis, vel ætatis vxoris negatiuè responderunt Craneta *conſ.31. per totum*, Pinellus *ad l.11. in 3. parte, num.85. Cod. de bonis maternis*, Socinus ſenior, & Ruinus *locis ſuprà nu. 27. relatis*, Clarus *lib.4. ſentent. §. donatio, num.3.* & Fachineus *controuer. iuris, lib.3. cap.80. & lib.8. dicto cap.83.* & in hanc ſententiam potius inclinat Baldus Nouellus *de dote, parte* 10. *num* 7. 8. 9. & 10. quamuis *eodem num.10. initio* dicat etiam contrariam ſententiam poſſe ſuſtineri, & ſaluari pro hac ſententia alios etiam allegat, Sanchez *dicto lib. 6. diſput. 7. num. 3. initio.* Probatur hæc negatiua primò, quia cum in iure ciuili exprimantur caſus ſpeciales, in quibus donatio inter coniuges conſtante matrimonio facta illicò tenet, & efficax, & irreuocabilis eſt: in toto iure hic caſus, licet alioqui qui frequenter contingit, nullibi in iure reperitur expreſſus, ſeu enumeratus: ergo non eſt enumerandus. Secundò, quia ſi huiuſmodi donationes à viris plebeis, aut ſenibus factæ vxoribus nobilibus, & iuuenibus prætextu compenſationis, & remunerationis deberent ſuſtineri, vt ſtatim efficaces, & irreuocabiles: cum caſus ſint frequentes, ſæpe eluderentur, vel eludi poſſent leges prohibentes donationes inter virum & vxorem, ne mutuò ſe amore ſpolient, ne matrimonia ſint venalia, & ne liberorum curam deſerant *leg.1. 2. & 3. ff. de donat. inter virum & vxorem*: ſuppoſita enim validitate, efficacia talis donationis puellæ, & iuuenes (inquit Clarus) habentes maritos ſenes facilè huiuſmodi donationes extorquerent ad eorum libitum, cum ſoleant viri, qui ſunt ad venerem minus validi, nihil non concedere vxoribus ſuis, vt quod vna parte deficit, ex alia ſuppleatur quod eſt luere in ære, quod non poſſunt in corpore. Ad tantum autem *in leg. quod autem, §. ſi vir.* (vbi dicitur: ſi vir & vxor qui ita ſibi inuicem donauerint, & maritus ſeruauerit, vxor conſumpſerit, rectè placuit compenſationem fieri donationum, & hoc Diuus Adrianus conſtituit) *ff. de donat. inter virum & vxorem*, qui pro contraria ſententia affirmatiua ab aliquibus allegatur reſpondet Fachineus, eum tantum loqui non de remuneratoria, de qua hic agitur, ſed de reciproca donatione: vbi autem hinc inde tantum accipitur, quantum donatur ceſſat omnis prohibitionis ratio: non obſtare etiam, quod talis donatio ante matrimonium facta ſtatim valeat, inquiunt Socinus ſenior, & Ripa *locis ſupradictis, numero* 27. allegatis dicentes quod ante contractum matrimonium donatio à Plebeio vel ſene in fauorem mulieris nobilis vel iuuenis intelligitur facta, vt eam mulierem habeat vxorem, ſed poſt contractum matrimonium nulla cogit neceſſitas donandi vt illam ducat vxorem, quia iam contractum eſt matrimonium.

At Doctores communiter ſentiunt præfatam donationem dotis conſtitutæ vel auctæ eſſe validam, 33
firmam, & irreuocabilem, ita Gloſſa *in leg. ſi voluntate, Cod. de dotis promiſſione*, ibidem Bartholus *in fine, & præter plurimos alios ab ipſis allegatos*, Tiraquellus *de nobilitate, cap.18. num.19.* Couarruuias *de ſponſalibus, p.2. cap.3. §.3. num.2.* Gomez *ad l.50. Taur. nu.66. verſic. Ex quo infertur*, Conſtantius Rugerius *de dote, §.5. num.3.* Gaillus *obſeruat. lib.2. obſeru.40. nu.9.* Hondedeus *conſ.48. n.16. & ſex ſeqq. lib.1.* Surdus *deciſ.166. num.22. conſ.164. num.4.5.6. & 36. & conſ.411. num.28.* Valaſcus *conſ.5. num.18.* Mantica *de tacit. & ambig. conu. lib.11. tit.20. num. 24. & lib. 11. tit. 4. num. 17. & 18.* Antonius Faber *lib. 6. Cod. tit. 23. definit. 5.* Fontanella *de pactis nuptial. clauſula 5. Gloſſa 1. parte 2. nu.85. & duobus ſeqq.* P. Barboſa *in d. l. qua dotis, nu. 56. verſic.* Vnde ſi bene, *ff. ſoluto matr.* Stephanus Gratianus *tom.5. diſcept. for. cap.994. num.3. ad num.16.* Camillus Borellus *in ſum. decis, tit.3. num.121. & 122.* & alij recentiores Iuriſperiti à Gratiano & Borello relati, & ex Summiſtis, & Theologis idem ſentiunt Angelus, Syl. Armilla, Tabiena locis *ſuper numero* 20. allegatis, Molina *de iuſtitia, tract. 2. diſput.289. numero 15.* Sanchez *dicta diſput.7. numero 3. verſic. Sed dicendum*: Villalobos, Bonacina, Trullench locis *ſuprà d. numero* 20. relatis, Caſtrus Palaus §. 8. *numero 5. ſuper dicto numero* 20. allegati. Probatur hæc ſententia quia inter coniugea etiam conſtante matrimonio valet irreuocabiliter donatio ex cauſa remunerationis, vt omnes præallegati Doctores pro vtraque ſententia, & alij communiter, & conſtat *ex d. l. quod autem, §. ſi vir, & vxor, de donat. inter virum & vxorem*, idque etiamſi non procedat meritum pecuniarium, ſed honoris vt expreſsè Io. Lupus *in rubr. de donat. inter virum & vxorem, §. 32. num. 7. ſuper num. 31.* præallegatus, & Mantica *dicto tit. 4. numero 18.* & implicitè vniuerſales Doctores allegati hoc numero, *& ſuper num. 27. & 31.* Donatio autem à viro ignobili, vel ſene facta vxori nobili aut iuueni eſt remuneratoria in compenſationem, & præmium iuuentutis aut nobilitatis in qua vxor notabiliter

lier virum excedit; vir enim ignobilis, & ſenex in huiuſmodi donatione dat pecuniam mulieri, quæ illi dat ſeu dedit nobilitatem, & iuuentutem, ſeu fecit munus iuuentutis & nobilitatis (vt dixerunt Palacius *loco ſuprà n.30. relato*) quæ iuuentutis, aut nobilitatis traditio eſt veluti altera dos, vt Gloſſa *in d. l. ſi voluntate*, & Gaillus *loco citato* notarunt; vnde huiuſmodi donatio habet ſpeciem reciprocæ donationis; vt idem Gaillus poſt præfatam Gloſſ. Præterea Nouellus *d.p.10.n.10. initio* Couarruuias *loco ſuper allegato*, Tiraquellus, Fontanella & Borellus in viro ignobili nubente nobili, & illi donante probant rationem remunerationis ex eo, quod mulier nobilis nubẽdo ignobili amittit propriam nobilitatem, & accipit illius ignobilitatem, vt dicitur *l. mulieres, C. de dignitatibus lib.* 12. ea quo etiam videtur fieri pauperior & deterioris conditionis, vt *loco citato*. Nouellus; Hoc igitur reſpectu donatio, quam vir ignobilis facit vxori nobili rectè dicitur & eſt remuneratoria vti ſeu quaſi facta in remunerationem & compenſationem nobilitatis quam amiſit mulier; & deterioris conditionis, cuius erit poſt obitum viri, ea eo quod ignobili nupſerit; & ſimilis conſideratio procedit etiam in ſene nubente iuueni adoleſcentulæ, quæ etiam poſt eius obitum manet deterioris conditionis, tanquam nupſerit ſeni, ac proinde eſt digna aliqua remuneratione, ſeu compenſatione, ratione cuius compenſationis donatio illi à viro ſene facta debet valere vti remuneratoria.

Quando vir ignobilis aut ſenex donat, dotem conſtituit, vel auget, aut confitetur animo donandi vxori nobili, vel iuueni, indubia donatio præſumitur facta in remunerationem, & compenſationem, nobilitatis, aut iuuentutis.

34 Et quamvis quando vir ignobilis, aut Senex dat, aut legat aliquid vxori nobili, aut iuueni, vt ſit, & habeatur, & valeat vti donatio firma, & irreuocabilis ea cauſa remunerationis, & compenſationis Salycetus *in l.2. ad fin. C. de dot. cau.* Guillmayn. *in l. ambig. pro dote, ff. de regul. iuris* à Couarr. *d. n.2.* relatus, & P. Barb. *d. n.56.* Nouell. alios allegans, aſſerant, requiri, vt expreſsè conſtet donandi animus in marito cauſa remunerationis, & in dubio talem animum non præſumi, ſicut præſumitur, quando ante matrimonium vir ignobilis & ſenex dat, & donat aliquid mulieri nobili, aut iuueni ob rationem ſuper *n.32. in fine* traditam. Nihilominus cæteri Doctores communiter ſentiunt etiamſi non conſtet expreſsè de animo donandi cauſa remunerationis, & compenſationis, in dubio præſumi in marito ignobili, aut ſene animum donandi, & donationem fieri, vel factam eſſe cauſa remunerationis, & compenſationis nobilitatis, & iuuentutis, ita poſt alios *locis numero præcedenti allegatos* Mantic. Surdus, Hondedeus, Couarruuias Fontanella, Sanchez, & alij *ſuprà n.28. & 31.* relati & plures alios allegans, & dicens eſſe communem ſententiam Stephan. Gratianus *d. cap.994. n.1.* & probant *eod. n.31. in fine* tradita; fundatur enim hæc præſumptio donationis ex cauſa remunerationis in præced. merito mulieris propter nobilitatem, & iuuentutem, quam viro dat, ſeu dedit, & etiam (vt notat Hondedeus *d. conſ.48. n.16.*) in communi conſuetudine, iuxta quam data inæqualitate inter coniuges, dotatio, donatio, promiſſio, confeſſio facta à viro ignobili, aut ſene vxori nobili, aut nobili cenſetur facta animo compenſandi eam nobilitatem vel iuuentutem.

Donatio conſtante matrimonio à viro ignobili diuite, aut ſene diuite facta vxori pauperrima nobili, aut iuueni an vti remuneratoria valeat irreuocabiliter, vbi an nobilitas aut iuuentus vxoris pauperis compenſetur diuitiis viri ignobilis, aut ſenis.

Sed quid ſi vir ruſticus & ignobilis valde diues, vel ditiſſimus duxerit mulierem nobilem ſine dote, vel pauperem, vel cum parua dote putà ducentorum ſcutorum, qui inueniſſet vxorem cum dote aureorum mille vel bis mille & ſimiliter vir Senex duxerit puellam ſiue mulierem pauperem abſque illa dote cum parua dote, v. g. ducentorum aureorum, qui pariter inueniſſet vxorem cum dote aureorum mille, vel bis mille an etiam in hoc vtroque caſu ſi conſtituat, vel augeat dotem, vel confiteatur dotem, quam non recepit, accepiſſe animo donandi, valeat donatio tanquam remuneratoria & facta cauſa compenſationis nobilitatis, aut iuuentutis: negant Mantica *allegato tit.4. n.19. verſ. item debet*, & Surdus *dicto conſ.164. n.34. & tribus ſeqq.* & vterque allegat alios Doctores & præſertim Io. Lupum *d. rub. de don. inter virum, & vxorem, §.32. n.9.* fundatur; quia nobilitas vxoris pauperis indotatæ, vel cum parua dote ductæ compenſatur cum diuitiis mariti ignobilis, viri enim ignobilitas ſuppletur per ſuas diuitias quæ vidẽtur debere compenſari cum nobilitate mulieris pauperis, & ſimiliter iuuentus vxoris pauperis compenſatur cum diuitiis mariti ſenis. Et vir ignobilis diues aut ſenex, pariter diues eligens ducere in vxorem mulierem nobilem pauperem, vel iuuenem abſque dote, vel cum parua dote, cum potuiſſet ducere aliam mulierem in vxorem cum dote congrua & magna videtur ſatis remuneraſſe & compenſaſſe nobilitatem, & iuuentutem, & ſic cenſetur ceſſare inæqualitas, & conſequenter ſi conſtante matrim. vlterius donet, dotem conſtituat, vel augeat, vel confiteatur animo donandi, donatio eſt ſimplex, non remuneratoria, & compenſatoria, quia ceſſat omnis inæqualitas, & nobilitatis aut iuuentutis, cum diuitiis viri, qui propter eaſdem diuitias inueniſſet aliã vxorem cum dote congrua, & pingui, fuerit ſatis remunerata, & compenſata: ſimplex autem donatio inter cõiuges non valet irreuocabiliter, ſed ſolum non reuocata morte donatoris confirmatur: Quare idem Surdus *d. conſ.164. n.34.* ait fore partes iudicis, cuius arbitrio huius quæſtionis deciſio committitur; conſiderare, an nobilitas, vel iuuentus mulieris pauperis ductæ in vxorem ab ignobili viro diuite aut ſene diuite fuerit ſatis compenſata diuitiis viri, & paruitate dotis mulieris, vt inde ritè poſſit pronunciare donationem vlterius à viro factam valere necne tanquam remuneratoriam, & compenſatoriam, non excedentem merita mulieris.

Verum etiãſi vir ignobilis ditiſſimus duxerit in vxorem mulierem nobilem pauperrimam indotatam, vel cum modica dote, aut ſenex pariter puellam, & iuuenem pauperem, eſſe adhuc locum cõpenſationi & ſi vir ignobilis vel ſenex dotem conſtituat vel augeat, aut confiteatur animo donandi eidem vxori nobili, aut iuueni, valere huiuſmodi donationem tanquam remuneratoriam, & compenſatoriam nobilitatis, & iuuentutis expreſsè affirmant Gratianus *d. c.984. n.10. & 15.* Sanchez *d. diſp.7. n.4.* & (vterque allegat dictum Ioannem Lupum vti ita ſentientem *d. §.32. cit. n.9. ad med. verſic. ſed iſtud fortè procedere*, vbi verè ita ſentit ob rationem, quæ *infrà* adducitur ad hanc ſententiam confirmandam) & Caſtrus Palaus *loco n.33. relato*, & ita ſentire videntur omnes Doctores tam Iuriſperiti, quam Summiſtæ & Theologi *ſuprà d. num.33.* allegati abſolutè, & ſine diſtinctione, ſeu conſidera- 35

tione, an vir ignobilis vel ſenex ſit valde diues, & vxor nobilis ſit pauperrima vel pauper, quæ nullam vel valde paruam dotem viro ignobili, aut ſene attulerit, affirmant, ſi vir ignobilis vxori nobili, & vir ſenex iuueni donet, dotem conſtituat, vel augeat, vel confiteatur dotem recepiſſe, quam non conſtet recepiſſe, animo donandi, valere donationem vti remuneratoriam & cauſa actam compenſationis nobilitatis & iuuentutis. Ratio huius ſententiæ affirmatiuæ, conſtat ex traditis *ſuprà eod. n.33.* ſcilicet, quia mulier nobilis aut iuuenis ex eo, quod nupſit ignobili, aut ſeni quantumcumque diuiti iacturam in ſua nobilitate, ac iuuentute paſſa poſt viri obitũ manet deterioris conditionis, & ideo diuitiæ viri non inducunt compenſationem ſed vlterius propter nobilitatem & iuuentutem eiuſdem vxoris adeſt ex parte ipſius iuſta cauſa, ſeu meritum compenſationis, ac proinde donatio, ſeu dotatio, aut dotis augmentatio per virum ignobilem, aut ſenem licet diuitem facta eidem vxori nobili aut iuueni pauperi conſtante matrimonio valet irreuocabiliter, vti verè remuneratoria & compenſatoria & hanc eandem ſententiã, amplexus eſt Conſtantius Rogerius *loco citato*, quando vir ruſticus, & ignobilis tametſi diues qui duxit in vxorem mulierem pauperem nobilem, erat quoque moribus, & vita ignobilis, ſeu minus nobilis, hoc enim caſu ait adhuc eſſe magnam inæqualitatem, & eſſe locum compenſationi, & ſic valere donationem ſi iſte vir dotem conſtituat, vel augeat mulieri, nec poſſe poſtea reuocari. At vero ſi vir genere ignobilis, qui duxit mulierem pauperem ſit moribus, & vita nobilis, per hanc viri nobilitatem dicitur compenſari nobilitatem vxoris, & adeſſe æqualitatem, atque adeo ex parte mulieris deeſſe meritum alterius compenſationis pecuniariæ propter illius nobilitatem; At licet vir ſit moribus & vita nobilis (niſi forte eſſet adeptus aliquã dignitatem, per quam fuiſſet euectus ad ſtatum digniorem, & nobiliorem) adhuc mulier nobilis ei nupta, ſecundum communem hominum exiſtimationem cenſeretur nobilitatem amiſiſſe & poſt viri obitum remaneret deterioris conditionis.

Donatio à viro ignobili, aut ſene facta vxor nobili aut iuueni nimis exceſſiua non valet irreuocabiliter quoad exceſſum ſuprà debitam compenſationem nobilitatis, aut iuuentutis congruam.

37 Aduertendum tamen, quod ſi donatio ex cauſa dotis eiuſve augmenti à viro ignobili, aut ſene conſtante matrimonio facta vxori nobili, aut iuueni arbitrio prudentis viri eſſet ſuperexceſſiua, & nimis inæqualis compenſatio habito reſpectu nobilitatis aut iuuentutis ad eamdem donationem, & ſic valde excedens maritus vxoris ob ſuam nobilitatem, aut iuuentutem, tunc ob magnam inæqualitatem mariti, & remunerationis, ſeu compenſationis, donatio, ſeu dotatio, aut dotis augmentum non valeret irreuocabiliter quoad illum valde notabilem, & magnum exceſſum, vt expreſsè tradunt Bald. Nouellus *d. parte* 10. *n.* 10. Bertrandus *conſ.46. in fine, lib.2.* Surdus *d. conſ.164. n.36.* & Gratianus *d. cap.994. n.13.* Nam etſi inter coniugẽs matrimonio conſtante valeat irreuocabiliter donatio remuneratoria, vt tradunt communiter Doctores, ita ſcribentes per eum textum *in d. l. quod autem, §. ſi vir. & vxor. ff. de donat. inter virum & vxorem, & in leg. ſi vero non remunerandi, §. idem Papinian. §. mandati,* & alios latè allegantes P. Barb. *in d. l. quæ dotis ff. ſol. matr.* Mantic. *de tacit. & ambig. conu. l.21. allegat. tit.4. n.6. & pluribus ſequentib.* & Sanchèz *d. lib.6. diſp.6. à num.* 2. tamen ſi arbitrio viri prudentis attenta quantitate meriti coniugis donatarij & qualitate coniugis donatoris ſit valde inæqualis, & nimis ſeu notabiliter exceſſiua in eo, quod excedit cenſetur donatio ſimplex, & non valet irreuocabiliter, vt poſt alios tradunt P. Barboſa *in d. l. quæ dotis n. 60. verſic. Quod ſi remuneratio:* Mantica *d. tit. 4. num. 5.* & Sanchez *d. diſp.6. n.6. 9. & 10.* Dixi valde *inæqualis & nimis ſeu notabiliter exceſſiua eſt*, nam licet donatio non eſſet omnino æqualis ipſis meritis donatarij, ſed ſuperaret; ſi tamen in modico ſeu non valde notabiliter arbitrio prudentis viri ſupradictis circonſtantiis perpenſis excedat meritorum valorem, adhuc cenſebitur remuneratoria, & non ſimplex, vt tradunt P. Barboſa *ad d. l. quæ dotis, num.60. initio* Sanchez *d. diſp.1. n.7.* & Nauarrus *in Apologia de redditibus, quæſt.1. monito 82. num.6.* & ratio eſt, quia lex gratitudinis, qua nititur remuneratio, exigit plus reddi, quàm acceptum eſt, vnde non dicitur ſatis gratus, qui tantum reddit, quantum accipit, inquit, S. Thomas 2. 2. *quæſtio.106. art. 6.* & notant alij relati à Sanchez, & à Petr. Barboſa, qui propterea *eodem n. 60.* poſt Nauarrum *loco allegato* dicit, ſi id, quod datur in remunerationem excedat quantitatem benemeritorum tantum in quarta parte, exceſſum eſſe modicum, & non notabilem, & donationem cenſeri adhuc remuneratoriam, quod probat expendendo textum *in d. §. idem Papinianus*, & ſuadetur ex eo, quod quarta pars reſpectu totius videtur parua & modica: & hoc probabile putat etiam Sanch. *d. diſp.6. n.9.* Quamvis merita dici æquiualentia donationi non excedenti, ſi donatio, ſeu res donata non excedat dimidium meritorum, ſeu remunerationis meritis debitæ: iuxta *l.2. C. de reſcind. vend.* dixerint plures, quos refert Tiraquel. *in l. ſi vnquam verbo, don. largitus n.81.* qui tamen *num. ſequenti* alios ſecutus illos reprobat ſicut & reiicit Sanchez *d. diſp.6. n.8.* poſt eumdem Tiraquellum, & Ioann. Lupum de Palacios Rubeos *rub. de donat. inter vir. & vxor. §. 50. n. 29.* non enim pars modica dicitur dimidietas.

Vxor nobilis, vel iuuenis, cui vir ignobilis, vel ſenex conſtante matrimonio donauit, ſeu dotem conſtituit, vel auxit mortuo marito tranſiens ad ſecundas nuptias, donata ſeu dotem, aut dotis augmentum non reſeruat filiis primi matrimonij, ſed tranſmittit ad ſuos hæredes.

Cum igitur donatio cauſa dotis, ſiue per dotis vel 38
illius augmenti conſtitutionem, vel per confeſſionem à viro ignobili, aut ſene mulieri, ſeu vxori nobili, aut iuueni ex eo, quod cenſetur facta in remunerationem, & compenſationem nobilitatis, aut iuuentutis, ac proinde non prohibita inter coniuges, illico valeat irreuocabiliter, & omnino quod dominium acquiratur ipſi mulieri, eiuſque *l.* ſi propria efficiat, illamque etiam dicitur vxor habere quaſi titulo oneroſo, ex quo nupſit ignobili, vel ſeni) vt notarunt Ioannes Lupus *in Rub. de don. inter vir. & vxor. §. 50. n.35.* & Ripa *in l. fæmina n.4. Cod. de ſecundis nuptiis*) & poſt eius obitum alioqui remaneret deterioris conditionis (quæ omnia ſupra ſunt probata) inde infertur, vt ſi deinde mulier eadem mortuo marito tranſeat ad ſecundas nuptias, non teneatur bona donata reſeruare filiis primi mariti, ſed illa tranſmitti ad ſuos hæredes vt præter alios à me *tractatu de contr. matrimonij, cap.11. num.340.* allegans) tradidere Ripa, & Palacius *locis citatis*, Surdus *conſ.164. num.4. & conſilio 471. num.29.* Fontanella *de pactis nuptial. clauſula, Gloſſ. 1. allegata p. 2. n. 87.* & Stephan. Gratian. *d. c.994. n. 9.* & alios allegans Sanchez *d. lib.6. diſp.8. n.2. verſic.2.* id tamen intelligitur, ſi donatio non fuerit ſuperexceſſiua, nam ſi fuerit nimis exceſſiua habito reſpectu nobilitatis aut iuuentutis eiuſdem

eiuſdem vxoris, quoad exceſſum, cum fuerit omninò liberalis, atque adeo ſimplex donatio, debebit reſeruari filiis primi mariti, vt Surd. *allegato conſilio* 164.

59 Porro tradita in præcedentibus de donatione conſtante matrimonio à viro ignobili, vel ſene facta vxori nobili, aut iuueni, quod vti remuneratoria, & compenſatoria nobilitatis, aut iuuentutis vxoris irreuocabiliter valeat, & in dubio præſumatur facta in compenſatione nobilitatis & iuuentutis procedunt etiam in donatione vltra dotem ab vxore ignobili aut ſene conſtante matrimonio facta marito nobili, aut iuueni quæ pariter valet irreuocabiliter, & in dubio cenſetur facta in compenſatione nobilitatis, aut iuuentutis mariti. Ita omnes Doctores in præcedentibus relati: quinimò Baldus Nouellus *d. parte* 10. *de dote, numero* 9. dicit fortius procedere, quando vxor ignobilis marito nobili vltra dotem conſtitutam aliquid donat, ex quo ipſa à viro dignitatem & nobilitatem ac priuilegia eiuſdem mariti habet & conſequitur allegata *l. mulieres, Cod. de dignitatibus, lib.* 12. *l. Princeps de legibus & Senatus conſ. & l. fiſcus in fine, ff. de iure ſiſc.*

Donatio cauſa dotis illi conſtituendæ aut augendæ à viro ignobili, aut ſene facta vxori nobili, aut iuueni, an gaudeat dotis priuilegiis.

40 Vtrum vero donatio præfata cauſa dotis illi conſtituendæ vel augendæ à viro ignobili, vel ſene facta vxori nobili vel iuueni tanquam dos gaudeat priuilegiis dotis? Non gaudere poſt Rom. *conſ.* 445. *colu. penult. verſic.* vnde inferendo tradidit, Couarruuias *de ſponſ. p.* 2. *alleg. cap.* 3. *&* §. 3. *n.* 4. *&* 5. & idem dicunt Sanchez *d. diſp.* 7. *num.* 5. & Caſtrus Palaus *loco ſupra num.* 35. allegato eo quod, inquiunt, licet talis donatio appellari ſoleat dos, non tamen ſit verè, & propriè dos; ſed dos propriè ſit ſola illa, quæ à muliere traditur marito ad onera matrimonij ſuſtinenda, quod probat Couarruuias argumento, *l. aſſiduis, Codice qui potior. in pign. haben. &* §. *his conſequens in auth. de æqualitate dot.* in quo priuilegium tacitæ hypothecæ in bonis mariti conceſſum pro dote recuperandi non extenditur ad donationem ante nuptias. Verum ſi vir ignobilis, aut ſenex tam ante quam poſt contractum matrimonium de ſuo expreſsè mulieri nobili, vel iuueni indotatæ conſtituerit dotem, vel eius dotem auxerit vel confeſſus fuerit ſe recepiſſe dotem, quam non recepit, vel maiorem, quam receperit animo illi dotem, vel dotis augmentum conſtituendi de ſuo, non video, cur non debeat hæc donatio dici propria dos, licet à marito conſtituta cum non ſit donatio propter nuptias, vt probatur infra *hoc capite numero* 162. *& ſequentibus*, & poſſit dici à muliere virtualiter, aut breui manu tradita ipſi marito, qui illam conſtituit: gaudebit igitur priuilegiis dotis, ſed de hac infra hoc eodem capite *numero* 158. *& ſequentibus.* Nec obſtat *d. l. aſſiduis, & d.* §. *his conſequens*, cum loquantur de donatione propter nuptias à iure ciuili inducta, in qua ſola mulieri non conceditur priuilegium prælationis hypothecæ, quod ei conceditur in dote ac dotis augmento.

Dos, vel illius auctio à viro ignobili, aut ſene mulieri nobili, aut iuueni conſtituta an diſſoluto matrimonio per obitum viri poſſit à muliere repeti ex bonis fideicommiſſo ſuppoſitis, quæ poſſidebat vir, & an minuat legitimam aſcendentium vel deſcendentium.

Vtrum quoque ſi vir ignobilis, & ſenex habens 41
plura bona à ſuis maioribus vinculata fideicommiſſo volens ducere in vxorem mulierem nobilem, & iuuenem, quia expediret ſuis diuitiis, & opulentiæ tale matrimonium, quam parentes ei nolunt tradere, vel ipſamet non volt illi nubere, niſi promittat illi conſtituere dotem, vel augere paruam, quam habet in mille aut bis mille iuxta perſonarum qualitatem, hoc fecerit, an poſt ſequutum, & ſolutum matrimonium eiuſdem viri morte nullis relictis filiis, quo caſu factus eſt locus fideicommiſſo, mulier poſſit præfatam dotem, vel dotis augmentum recuperare ex iis bonis vinculatis, ſi maritus libera non reliquerit. Affirmauit Ant. Faber *lib.* 6. *Codicis tit.* 23. *definit.* 5. & poſt eum dixerunt Fontanella *de pactis clauſ.* 5. Gloſſ. 1. *dicta parte* 2. *num.* 85. 86. *&* 87. & Stephanus Gratianus *d. cap.* 994. *numero octauo*, rationem eam affert Faber, quia ex cauſis conſtat, non aliter videri pacta congrua, quam ſi luat maritus in ære, quod non habet in corpore, quam rationem approbant locis citatis, Fontanella, & Gratianus; & vterque addit, idem fore aſſerendum, quando concurreret ſolum vna ex ſupradictis qualitatibus, vel quod ignobilis nuberet nobili, vel ſenex, iuueni, quia in vtroque caſu militat eadem ratio, & in vtroque ſequitur Faber: & in vtroque caſu idem ſtatuunt communiter Doctores in præcedentibus relati: addit etiam Fontanella Senatum Cathaloniæ eamdem Fabri doctrinam ob eius etiam rationem fuiſſe ſequutum in contingenti caſu ſenis non ignobilis, ſed multum nobilis valde ſenis, & multum valetudinarij, qui duxerat mulierem nobilem, & iuuenem, cui vt iuxta eius qualitatem poſſet nubere, & ipſa poſt diſſolutum matrimonium viri morte poſſet honeſtam ducere vitam, conſtituerat certam qualitatem ratione dotis, & etiam ratione alimentorum eius vita durante, definiuit enim Senatus ſenem potuiſſe bona per eum poſſeſſa fideicommiſſo ſuppoſita obligare pro dotis conſtitutione, vel reſtitutione. Hanc doctrinam confirmat alia doctrina tradita à Sanchez *d. lib.* 6. *diſput.* 8. *num.* 2. Caſtr. Palao *de iuſtitia d. tract.* 32. *puncti* 25. §. 8. *numero* 6. approbata, ſcilicet, quod conſtitutio dotis à viro ignobili, vel ſene mulieri nobili, aut iuueni ante contractum matrimonium vt effectum haberet, facta, poſt viri mortem deducenda, ſeu extrahenda eſt non ſola illa parte, de qua maritus poteſt liberè diſponere, ſed etiam toto hæreditatis cumulo tanquam æs alienum, & minuit legitimam aſcendentibus, & deſcendentibus alioqui debitam, cum facta ſit ex cauſa oneroſa, ſcilicet, vt ſequeretur matrimonium, ac proinde licet in Caſtella maritus non poſſit liberè diſponere, niſi de quinta bonorum parte, ſi habeat deſcendentes; vel de tertia, ſi habeat ſolos aſcendentes: nihilominus idem Sanchez *loco citato* poſt Auendanum *de executione mandati* 1 *p. cap.* 29. *numero* 14. aſſerit præfatam dotem poſſe in præiudicium aſcendentium, & deſcendentium deduci ex corpore hæreditatis viri, & minuere legitimam aſcendentium, vel deſcendentium.

Dos,

Dos, vel dotis augmentum ſi à viro merè voluntariè & abſque cauſa vlla neceſſaria mulieri conſtituta ſit, non reſtituitur mulieri viduæ ex bonis fideicommiſſo ſuppoſitis, nec detrahitur de tota hæreditate.

42 Quòd ſi maritus mulieri, quæ aliter noluerit ei nubere, vel parentes eius eam tradere, niſi dotem, vel dotis augmentum conſtituiſſet ſine vlla cauſa, & merè voluntariè in caſu non neceſſario; nec approbato dotem conſtituerit, vel auxerit; tunc dos vel dotis augmentum non debere reſtitui ex bonis, quæ poſſidebat maritus fideicommiſſo vinculatis in damnum fideicommiſſarij, quia alioqui facile poſſet fieri fraus fideicommiſſario, quod permittendum non eſt, tradit Fontanella *d.p.2. n.84.* poſt Fabrum *d. definit. 15.* vbi dicit quod Iuſtinianus *in auth. res qua Cod.* commun. de legatis concedens bona fideicommiſſo ſuppoſita pro dote conſtituenda, & reſtituenda obligari poſſe, non omni doti fauere voluit, ſed ei tantum, quæ ſit congrua, quo exemplo (addit idem Faber) congruum quoque augmentum eſſe oportet, vt idem priuilegium mereatur & ſic etiam Sanchez *dict. diſp.8. n.2.* aſſerit, quod ſi conſtitutio dotis, vel augmenti dotis mulieri à viro facta fuerit ex cauſa merè voluntaria, & lucratiua, & nullo modo oneroſa, non deducitur ex toto corpore hæreditatis, nec minuit legitimam aſcendentium, aut deſcendentium, ſed extrahi debet ſolum ex illa parte hæreditatis, de qua abſque præiudicio aſcendentium, vel deſcendentium diſponi à marito poteſt.

Nonnulli alij caſus, in quibus dos à viro de ſua ſubſtantia conſtituta vxori valet irreuocabiliter cæterum præter ſupra explicatos caſus alij enumerantur, in quibus vir poteſt de ſua ſubſtantia vxori dotem valide, & irreuocabiliter conſtituere & ſunt ſequentes.

43 Primus quando Papa diſpenſaret cum duobus conſanguineis ea lege, vt vir dotaret vxorem pauperem hoc enim caſu, vt notauit Sanch. *dicto lib.6. diſp.7.n.7.* valebit donatio etiam collata ad tempus contracti matrimonij, quia non eſt donatio ſimplex & liberalis, ſed ex cauſa oneroſa, vt Papæ diſpenſatio habeat effectum.

Secundò valere dotis conſtitutionem, ſi quis Virginem à ſe ſeductam, & violatam ducat in vxorem & dotet, tradit Palacius *in dict. rub. de donat. inter virum & vxorem,* §. 30. *num.3.* & poſt eum Sanchez *d. diſp.7. num.6.* quia non ſit donatio ſimplex & liberalis, ſed neceſſaria in pretium pudicitiæ contra ius violatæ, ad quam deflorator tenetur & cogi poteſt *cap. 1. de adulteriis*, de cuius capitis intelligentia, anque deflorator teneatur & ducere, & dotare defloratam, vel ſufficiat alterutrum & quam dotis quantitatem debeat dare, egi latè *in tractatu de contractu ipſo matrim. capite primo, num. 23 & 24.*

44 Tertius, quando eſſet conſuetudo, quod maritus dotaret vxorem; tunc eſſe validam dotis conſtitutionem per maritum factam vxori poſt Vincentium, Ioannem Andream & Cardinalem *in cap. etſi neceſſe de donatione inter virum* tradit Palacius *in dicto* §. 30. *num. 4.* eo quod conſuetudo vincat legem, & eam interpretetur, ſitque altera lex *capite fin. de conſuet. lege ſi de interpretatione, ff. de legibus*: & quamvis Andreas Siculus à Palatio *dicto num.4.* relatus *in lege ſi diuortium, ff. de verb. obligat. in fine* reiiciat Vincentium, & Ioannem Andream aſſerens non valere conſuetudinem quod maritus de ſua ſubſtantia dotet vxorem. Nihilominus talem conſuetudinem introduci non videtur aduerſari neque iure poſitiuo, neque naturali, & olim apud quaſdam nationes talis conſuetudo extiterit, vt *ſuprà cap.2. n.138.* notatum eſt.

Quartus & vltimus caſus eſt, quando vir dotaret 45 mulierem futuram vxorem, vel iam ductam pro bono pacis, vt quæ animi conſanguineorum vtriuſque coniugis diſcordes concilientur, in hoc enim caſu quoque valere dotis conſtitutionem, tradit idem Palacius *in rubric. de donat. inter virum, & vxor.* §. 32. *in fine,* poſt eum Sanchez *dicta diſp.7. n.9.* eo quod non ſit propriè donatio, & ex ſola liberalitate, ſed motiuum ſit bonum pacis. Confirmatur Palacius ex textu *in leg. creditor.* §. *mandati*, vbi illud, quod quis promiſit pro pace conſequenda occaſione matrimonij, non poteſt à muliere repetere.

In tribus etiam ex ſupradictis caſibus, ſcilicet pri- 46 mo, ſecundo, & tertio, Sanchez *d. lib.6. diſ.8. num.3. 4. & 6.* affirmat dotem à viro mulieri conſtitutam extrahendam poſt mortem viri ex tota hæreditate & legitimorum aſcendentium vel deſcendentium minuere, quia non proceſſit ex mera liberalitate, ſed ex cauſa oneroſa & neceſſaria in quarto vero caſu diſtinguit, eam ſi pro bono pacis inter ſanguineos vir conſtituit dotem vxori futuræ nullo priùs inito concordiæ pacto aſſerit dotem extrahendam de ſola parte, cuius libera diſpoſitio conceditur viro, illæſa legitima, eo quod proceſſerit ex cauſa voluntaria, ſi vero conſtituit poſt pactum iuſtum initum vt gratia cedendi lite iuſta, quia tunc eſſet tranſactio, dicit dotem de toto corpore extrahendam, & ſic etiam in prædictis caſibus vxor ſoluto matrimonio per mortem vir, poſſit repetere illam dotem ex bonis, quæ vir poſſidebat fideicommiſſo vinculatis, ſi non eſſent alia bona libera à viro relicta iuxta tradita *ſuprà numero 41.* & pariter vxor tranſiens ad ſecunda vota non teneretur eam dotem reſeruare filiis primi matrimonij iuxta tradita *ſuprà numero 38.* & Doctores *ibidem* relatos, & alios, quos refert, & ſequitur Sanchez *d. diſp. 8. num. 6.*

§. III.

Qua ratione mulier diues habens proprias facultates poſſit ſibi dotem conſtituere, & pro ea viro bona ſua obligare.

ET ſi cum nemo ſibi ipſi intelligatur obligatus *leg.* 47 *Vranius, ff. de fideiuſſor.* mulier ante nuptias non poſſit compelli vt ſibi dotem conſtituat: Si tamen velit nubere, certum eſt, dotem conſtitui poſſe ab ipſa muliere nubente *lege dotem 36. ff. de iure dotium & l. promittendo in principio*, vbi dicitur quod promittendo dotem omnes obligantur, cuiuſcumque ſenſus ſint, *ff. eodem* Gomez *ad legem 50. Tauri, num.16. initio* Camillus Borellus *in ſumma deciſion. parte 3. titulo 4. numero 15.* & omnes Doctores, *qui in ſequentibus allegantur*: Quæ poſſunt aliquam habere dubitationem explicantur reſolutionibus, ſeu reſponſionibus ad ſequentia quæſita.

Mulier pubes minor carens curatore ſe ſola & ſine decreto iudicis poteſt ſe dotare ex pecunia & rebus mobilibus, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt illa tradendo viro in dotem ſuam vel pro dote ſua obligando.

Quæſitum primum an mulier minor poſſit ſine indi- 48 cis decreto validè ſibi conſtituere dotem congruam in

in pecunia, fructibus cæteriſque bonis mobilibus, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, illaque promittere, aut obligare pro dote ſua. Communis reſponſio, ſeu concluſio eſt, quod mulier adulta minor carens curatore poteſt conſtituere ſibi dotem in pecunia, vel in fructibus vel in quibuſcumque bonis mobilibus, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, illaque promittere, & obligare pro dote ſua abſque iudicis authoritate, ſeu decreto: ita Gloſſa *in l. vnicam*, *Cod. ſi aduerſus dotem*, ibidem Bartholus, Caſtrenſis, Salycetus, & alij *ſcribentes*, ita ſcribentes *in leg. lex quæ*, *Cod. de adminiſtratione tut.* Rolandus à Valle *de lucro dotis q.*45. *n.*6. Phanutius *de lucro dotis* Gloſſ. 10. *n.* 23. Simoncellus *tract. de decreto p.*3. *tit.* 8. *inſpect.*13. *n.*88. Caualcanus *de tutore n.* 25. Lambertengus *ad ſtatutum* Mediolani *prohibens mulieres ſine certa ſolemnitate contrahere* Gloſſ. 21. *num.* 11. Neguſantius *de pignor.* 4. *memb.* 2. *partis num.*75. Menochius *conſ.*242. *n.*1. *& ſeq. conſ.*814. *n.*1. *cum pluribus ſeqq. & de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.*6. *n.* 5. Surdus *deciſ.* 288. *n.*14. *cum pluribus ſeqq.* P. Barboſa *ad l. ſi ante* 6. *n.*12. *&* 13. *ff. ſoluto matrim.* & alij apud eoſdem præſertim apud Surdum. Probatur ex textu *in d. l. vnica*, *Cod. ſi aduerſus dotem*, ex quo præfati Doctores aiunt conſtare, quod mulier ætate minor poteſt conſtituere dotem congruam in bonis mobilibus; & ratio eſt, quia mulier minor ex diſpoſitione legis debet conſtituere dotem marito, dum vult nubere; vt etiam ſupra *cap.* 5. *num.* 53. notaui: confirmatur, quia ſi minor carens tutore non poſſet ſe obligare ex cauſa dotis, deterior eſſet dotis conditio, quam aliorum contractuum, cum alias minor carens curatore poſſit quemcunque contractum facere, & pro eo non ſolum naturaliter; ſed etiam ciuiliter obligatur *l. ſi curatorem*, *Codice de in integrum reſtit.* ſi ſit læſus, quamvis obligatio mero iure ſuſtineatur, poſſit ipſo petente in integrum reſtitui *vt d. l. ſi curatorem* ex hoc autem quod mulier minor carens tutore poteſt ſibi dotem conſtituere in bonis mobilibus productis, & ſe obligare abſque decreto iudicis in conſequentiam ex tali obligatione & dotatione oriri tacitam hypothecam iuxta *l. vnic. ff. & vt plenius Cod.* de rei vxoriæ actione tradunt Caſtrenſis *in d. l. vnica, Cod. ſi aduerſus* dotem Rolandus, & Phanucius locis allegatis, & Surdus *d. deciſ.*288. *num* 16.

50 Neque huic communi concluſioni obſtat textus *in l. lex quæ Cod. de adminiſtr. tutorum* quæ, dum prohibet res mobiles minorum ſine iudicis decreto alienare etiam cauſa dotis loquitur etiam de gemmis, auro, argento, coralliis non ſtabilibus. Reſpondetur enim dictam legem debere intelligi de prædictis & aliis mobilibus, quando ſeruari poſſunt, ſecus vero ſi non poſſunt ſeruari: ita Surdus *d. l. dotis* 288. *n.*9. P. Barboſa *d. num.*12. *verſic. ſed circa*, & ſcribentes *in d. l. lex quæ*, & alij dictam legem quatenus loquitur etiam de bonis mobilibus minorum, vt non poſſint ſine iudicis decreto alienari, intelligunt de mobilibus pretioſis, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, & ego quoque pluribus Doctoribus relatis notaui *in tom.*3. *mor. tit.*6 *n.*391. an vero tam immobilia quam mobilia pretioſa, & quæ ſeruando ſeruari poſſunt, poſſint à muliere tradi in dotem, vel pro dote ſibi conſtituenda obligari, vel alienari poſſint ſolum cum iudicis decreto, examinatur ſequenti quæſito, quæ autem ſint bona pretioſa mobilia quæ ſeruando ſeruari poſſunt, explicaui *d. tit.* 6. *à n.*392. *ad* 406. talia omnia ſunt pretioſa ſupellex gemmæ; vaſa auri, aut argenti non exigui valoris, picturæ inſignis artificij, & eius ſimiliter & grex ouium caprarum, boum de quibus locis allegatis.

51 Pecunia autem & ſi quoad ſubſtantiam & materiam ſit conſeruabilis, & perpetuò duret; nihilominus cum ſit deſtinata ad expendendum, & ad emendum, & ad deſeruiendum vſui quotidiano connumeratur inter res quæ vſu conſumuntur *l.*3. *§. fuit quæſitum*, *ff. ad Trebellianum & §. conſtituitur inſtit. de vſufr.* & ſic conſiderata ſecundum præfatum vſum comprehenditur ſub rebus, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, vt latè explicaui *d. tit.*6. *n.*410. & tradunt Doctores *ibidem relati*, & etiam Mantica nonnullis aliis relatis *de tacit. & ambig. conu. lib.*4. *tit.*6. *num.*33. ac proinde ſiue ſit Eccleſiæ ſiue minorum poteſt alienari ſine decreto, vt ibidem Mantica, ego cum aliis *d. n.*410. & Doctores omnes *ſuprà num.* 48. pro communi concluſione allegati; quod ſi pecunia ſit ex venditione rei immobilis vel mobilis pretioſa redacta vel deſtinata ſeu depoſita ad comparationem prædiorum ſiue rei immobilis, tunc cenſetur vt res immobilis, & in eius alienatione requireretur ſolemnitas neceſſaria ad alienationem rerum immobilium vt Mantica *d. n.*33. & ego cum aliis *d. tit.*16. *n.*412. *&* 413.

Porrò mulier minor carens curatore non ſolum poteſt tradere in dotem res mobiles prædictas, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, ſed etiam apponere pactum, quod maritus lucretur certam partem illius dotis, ita expreſsè Rolandus *d. q.*45. *n.*6. & P. Barboſa *in d. l. ſi ante num.*12. & ſi adſit ſtatutum de lucro dotis ſequuta morte mulieris, poterit maritus conſequi lucrum ſibi à ſtatuto conceſſum. 52

Si vero dos, quam minor carens curatore conſtituit marito in pecunia, vel bonis mobilibus, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt fuerit immoderata attentis qualitate & conditione mariti, & conſuetudine loci; & facultatibus mulieris, mulier debet reſtitui in integrum vt *d. l. vnica*, *Cod. ſi aduerſus dotem*, Curtius *conſ.*168. *n.*18. Surdus *d. deciſ.*288. *n.*14. *& deciſ.*278. Lambertengus *loco num.* 49. Sfortia Oddus *de reſtit. in integrum*, *q.* 59. *à num.*13. & alij relati ab Auguſt. Barboſa Collectaneo *in d. l. vnicam*, *Codic. ſi aduerſ. dotem* de qua re infra. 53

Mulier minor curatorem habens an ſine curatoris auctoritate poſſit tradere in dotem ſuam, vel pro ſua dote, promittere, & obligare bona ſua mobilia, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt.

Vtrum autem ſi mulier minor habens curatorem ſe ſola, & ſine conſenſu curatoris in pecunia ſeu rebus mobilibus, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, ſibi dotem conſtituat, ſeu ſe dotet ſeu eadem bona det, vel promittat in dotem, vel pro dote ſua obliget, valeat donatio, ſeu contractus, & obligatio non ſolum naturaliter, ſed ciuiliter videntur affirmatiuam ſententiam tenere Rolandus & Neguſantius *locis ſuprà num.* 49. *allegatis*, dum abſolutè afferunt reſpectu rerum quæ non ſunt prohibitæ alienari per minorem (quales ſunt mobilia, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt iuxta tradita) poſſe puellam minorem ſe dotare moderatè abſque curatore, & decreto iudicis, iuxta textum *in d. l. vnica*, *Cod. ſi aduerſus dotem*, & poſſe etiam ſe obligare pro dote conſtituenda idque fauore dotis, & ita in conſequentiam in tali obligatione & dotatione oriri tacitam hypothecam iuxta præallegatam *l. vnic. §. & vt plenius*, *Cod. de rei vxor. actione*, & ita ſentire videtur Simoncellus *loco ſuprà n.* 49. *allegato*, vbi idem quod Neguſantius habet. 54

Contrarium tamen & ciuiliter non valere donationem, vel obligationem pro dote à ſua muliere minore habente curatorem abſque eiuſdem curatoris conſenſu, ſeu authoritate factam neque etiam reſpectu bonorum mobilium tenent communiter alij Doctores ita expreſsè Curtius allegato *conſ.*168. *n.* 18. Lambertengus *loco ſuprà n.*49. *relato* Menochius *d. præſumpt.* 6. *num.*7. Gomez *ad l.*50. *Tauri num.*14. (vbi dicit, quod 55

ſi

ſi minor habens curatorem ſolus promittat, vel det arrhas promiſſio eſt penitus nulla, quamvis contrarium ſentiat *tom ſecundo var. capite 14. num. 1. verſ. ſecundo infertur*, vbi dicit quod ſi minor curatorem habens ſolus donet aliqua bona alteri ex iuſta cauſa, vt propter benemerita, vel ſi facit donationem ante nuptias, vel propter nuptias, vel ſponſalitiam largitatem attenta qualitate perſonarum & conſuetudine loci, valet donatio, nec minor poteſt reſtitui) P. Barboſa *ad d. l. ſi ante n. 15. v. Planè & n. 17. initio ff. ſol. matrim.* Phanucius, Surdus, *locis ſuprà n. 49. relatis*) qui dum aſſerunt mulierem minorem ſine decreto iudicis poſſe pecuniam, & mobilia, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, dare in dotem, vel ea pro dote promittere, & obligare loquuntur expreſsè de minore carẽte tutore), ita etiam à fortiori ſentiunt Doctores, qui diſtinctionem *leg. ſi curatorem, Cod. de adminiſtratione tutorum* (cuius primum membrum eſt, quod minor viginti quinque annis pubes habens curatorem ſine eius conſenſu non poſſet alienari, & ſi alienet, contractum alienationis eſſe nullum, eo quod minor habens curatorem, habeatur ac ſi eſſet illi interdicta adminiſtratio; ſecundum membrum eiuſdem diſtinctionis eſt, quod minor carens curatore ſolus poteſt alienare tanquam ſi eſſet maior, licet illi concedatur reſtitutio in integrum (qui inquam præfatam diſtinctionem quoad primum membrum, ſentiunt habere locum etiam quando minor habens curatorem alienat bona mobilia, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, & aſſerunt, minorem habentem curatorem poſſe ſolum valide ciuiliter præfata bona mobilia non conſeruabilia alienare & obligare ſiue per ſimplicem donationem, ſive per contractum oneroſum, vt eſt dotis datio, vel promiſſio dotis ſeu pro dote ſunt Campeg. *de dot. p. 2. q. 10. verſ. ſed mihi videtur*, Vaſquius *de ſucceſſ. creat. §. 10. n. 81.* Sarmiento *de redditibus Eccl 2. à n. 14.* & Nonnulli alij à P. Barb. *ad d. l. ſi ante n. 14. v. eſt autem aduertendum*, ita ſentit etiam Sfortia Oddus *de reſtit. in integrum q. 59. n. 20. v. aut promiſit mulier* vbi dicit, quod ſi mulier minor promiſit dotẽ exceſſiuam vltra vires ſui patrimonij abſque authoritate curatoris, quem habet, promiſſio non valet ipſo iure: neque eſt neceſſaria reſtitutio in integrum. Probatur ergo hæc ſententia per textum *in d. l. ſi curatorem initio* ſtatuentem regulam generalem, quod minor habens curatorem ſine eius conſenſu non poſſit res (ſcilicet etiam mobiles quæ ſeruando ſeruari non poſſunt: vt Gloſ. *ibid. verſ. res* & præallegati Doctores) vendere, & ſi faciat, contractum ſeruari non oportere, ſeu ciuiliter non obligare, quæ generalis diſpoſitio ſaltem procedit in iis, quæ ſpectant ad ius adminiſtrandi conceſſo curatori, & ſub eius authoritate contineri poſſunt: dotis autem datio ad ius adminiſtrandi præfatum pertinet, vt conſtat *ex l. cum plures 15. fine, ff. de adminiſtratione tutor*: ſicut etiam ad idem ius pertinere debet donatio propter nuptias, cum dos & donatio propter nuptias æquiparentur *l. mulier 28. de iure dot.* Et ita tam in dotatione quam in donatione propter nuptias, vt facta à minori ciuiliter valeat, neceſſaria eſt authoritas curatoris, ſi minor illum habeat, ita P. Barboſa *ad d. l. ſi ante cit. n. 15.* addens pro maiori confirmatione, quod dotis datio, & donatio propter nuptias diſtinguuntur à contractibus mere lucratiuis ſimplicive donatione (quam de bonis iiſdem mobilib. quæ ſeruando ſeruari non poſſunt valide fieri, poſſe à minore pubere habente curatorem ſine eiuſdem curatoris conſenſu, tenet idem P. Barb. iuncta ea quæ *infr.* traduntur & magis videntur aſſimilari cõtractibus oneroſis, quod ait colligi ex *l. lex quæ tutores, C. de adminiſtr. tutor. & ex l fin. §. cum autem, C. maior factus alienationem* ac proinde ſubdit, idem P. Barb. primum membrum diſtinctionis *d. l. ſi curator. C. de admin. tutor.* habere locum in donatione dotis, & donatione propter nuptias, ſic minor habens curatorem ſine eius authoritate, fiat etiam ſolum de bonis mobilibus, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt.

Cæterùm idem P. Barboſa *d. l. ſi ante n. 13. verſ. quintimo, & numeris ſequentib.* tenet minorem puberem habentem curatorem poſſe ſolum & abſque authoritate curatoris, ſimplici donatione & mere lucratiua donare, & alienare prædicta bona mobilia quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, non obſtante *dict. l. ſi curatorem* in primo membro diſtinctionis, quod probat ex eo quod curator datur ad bona adminiſtranda *l. in copulandis, C. de nupt.* ſimplex autem donatio non pertinet ad adminiſtrationẽ bonorum; ſed ad diſſipationem *l. 1. in fine princip. ff. de tut. & ratione, diſtrahen. fin. ff. de curator. furioſ. & §. non omni, C. de adminiſtr. tutor.* & conſequenter authoritas curatoris non extenditur ad actum donandi, ſeu donatio excedit terminos iuris adminiſtrationis curatori tantùm competentis, & vti minor pubes ſolus poteſt donare præfata mobilia licet habeat curatorem, quod & tradidiſſe Aretinum *in d. l. ſi curatorem*, & Cornoum *conſ. 36. ad fin. vol. 2.* teſtatur idem Barb. Quare idem Barb. *n. 15.* reſoluit regulam generalem *d. l. ſi curatorem* in primo membro diſtinctionis, procedere in iis, quæ ſpectant ad ius adminiſtrationis curatori cõpetens ſeu quæ poſſunt cõtineri ſub curatoris authoritate vt hæc tacitè cenſeantur interdicta minori puberi, ne illa faciat ſine authoritate curatoris, ſi illum habet: At vero in iis, quæ non pertinent ad curatoris adminiſtrationem, nec cenſerẽtur ſub illius authoritate, non habere locũ illam regulam in dicto primo membro diſtinctionis *d. l. ſi curatorem*, ſed minorem ſe habere, ac ſi non haberet curatorem, & quod ipſe ſolus fecerit mero iure valere, & ait ita intelligendam eſſe Gloſſam *in d. l. ſi curatorem, verbo dos*, dum aſſerit mobilia prædicta non poſſe alienari per minorem habentem curatorem, ſcilicet, quando alienat illo genere alienationis quod comprehenditur ſub iure adminiſtrandi conceſſo curatori, non vero quando alienat per ſimplicem donationem, ſeu per alienationem non ſpectantem ad authoritatem adminiſtrandi ipſius curatoris, vt hoc caſu etiam iuxta Gloſſam alienatio facta per ſolum minorem, quaſi curatorem non haberet, verum hæc Gloſſæ interpretatio videtur voluntaria, aut diuinatoria nam *ibid.* gloſſa abſolutè aſſerit dicto textu diſponente minore, qui curatorem habet, res alienare non poſſe abſque curatoris authoritate, & alienationem eſſe nullam, contineri etiam alienationem rerum mobilium, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, & quod eodem textu in illo primo membro diſtinctionis ſit minori habenti curatorem interdicta abſque curatoris conſenſu omnis & quæcumque alienatio quocumque titulo etiam donationis ſimplicis facta præter Sarmientum Campegium, Vaſquium *locis numero præcedenti relatis* & alios iuriſconſultos ab eodem Petro Barboſa *in dict. lege ſi ante num. 14. verſiculo, eſt tamen aduertendum* relatos & Gloſſam *loco citato*, ſentiunt Gomez *ad leg. 3. Tauri, n. 24.* quatenus vbi ait illum, qui habuit, rem à maiori ex quocumque titulo ſine authoritate curatoris, quando illum habet, vel ſine decreto iudicis, ſi erat res immobilis, teneri reſtituere in foro conſcientiæ, & *tom. 2. var. reſol. c. 14. n. 2. verſ. 2. infertur* (vbi dicit quod ſi minor pubes donet aliqua bona alteri poteſt reſtitui, niſi interueniat aliqua cauſa iuſta, vt ſi donet propter benemerita) & omnes Docto. quos ego *in to. 3. mor. var. tit. 2. nu. 170.* allego, dum aſſerunt, quod licet ille, qui à minore nullo dolo, aut metu interueniente, & omni iniuſtitia ceſſante habet aliquid per contractum, vel alienationem, ad cuius alienationem non requiritur iudicis decretum, non teneatur ad reſtitutionem ante iudicis ſententiam, & reſtitutionem in integrum, tenetur autem reſtituere poſt reſtitutionem in integrum per minorem

à

à iudice obtentam, vt videtur communis opinio iuriſconſultorum, qui legem illam, ſi curatorem *Cod. de in integrum reſtit.* diſponentem nullam eſſe alienationem per minorem habentem curatorem factam abſque curatoris authoritate, allegant ad probandum indiſtinctè & abſolutè ciuiliter non valere alienationem etiam bonorum mobilium, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, factam à ſolo minore curatorem habente. Et certè ſi ſolus minor ſine curatoris conſenſu non poteſt ex bonis mobilibus, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, dotem per ſe conſtituere, nec donationem propter nuptias facere, & ſe obligare per alios contractus onerosos, in quibus interueniunt aliqua iuſta cauſa dandi, vel obligandi, multò minus cenſeri debet ei permiſſum abſque curatoris authoritate eadem bona ſimplici donatione alteri dare, & diſſipare. Et confirmatur, quia curator iuxta leges datur bonis, ne minor ſolus illa inutiliter detrahat: ergo minor iuxta leges ciuiles interdicentes alienationes ſuarum rerum ſine authoritate curatoris nequit ſe ſolo ſimplici donatione eaſdem res diſtrahere, vel obligare: confirmatur præter ea ex ratione adducta *in d. l. curator*, ſcilicet, quod minor curatorem habens non habetur abſimilis ei, cui à prætore curatore dato bonis interdictum eſt, quem certum eſt, etiam ſine curatore non poſſe donare, ſaltem vt donatio non poſſit reſcindi per reſtitutionem in integrum, vt tradunt doct. à me *d. to. 5. mor. var. tit. 13. n. 216. & 217.* allegati.

17 Sed ad rem noſtram redeundo, cum ex contractibus, quibus bona mobilia minoris, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, à minore ſolo ſine curatoris authoritate celebratis minor obligetur naturaliter, & in conſcientia iuxta opinionem magis communem à me dicto *tom. 3. mor. var. tit. 8. n. 170.* traditam, & Doctores, quos ibidem allegaui (quibus addo Benedictum Ægidium *in repetit. l. ex hoc iure, ff. de iuſt. & iure p. 2. num. 20.* vbi illud quod dicitur *in d. l. ſi curatorem*, minorem ſcilicet habentem curatorem ex contractu à ſe ſolo ſine curatore geſto non obligari, aſſerit intelligendum de obligatione ciuili) dotatio ex prædictis bonis mobilibus quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, aut eorumdem bonorum obligatio pro dote ſua à muliere pubere minore habente curatorem facta ſine authoritate curatoris valebit iure naturali, & in foro conſcientiæ erit obſeruanda, imo etiam exiſtimo non poſſe, vel ſaltem non debere reſcindi per reſtitutionem in integrum ſi dos in iiſdem bonis conſtituta, vel pro qua eadem bona à muliere minore ſine curatoris auctoritate fuerint promiſſa, ſiue obligata ſit moderata, & congrua attentis qualitate perſonarum, quantitate patrimonij mulieris & conſuetudine loci; hoc enim caſu non minus vtiliter, & prudenter negotium ſuum geſſit, ac ſi cum curatoris interuentu geſſiſſet, ac proinde non apparet ratio, cur debeat contractus reſcindi per reſtitutionem in integrum, & ita videtur ſentire Lambertengus loco *ſup. n. 49.* relato, & ſentit abſque dubio Gomez præfato *to. 2. var. cap. 14. n. 1. dicto verſ. ſecundo infertur:* idque tantum puto voluiſſe Neguſ. Roland. & Simoncellum allegatos *ſup. n. 54.* loquentes de dote moderata. Quod ſi dos à præfato minore conſtituta, vel promiſſa fuerit immoderata vltra eius patrimonium, ſeu vires patrimonij, vel vltra qualitatem eiuſdem minoris, & viri, tunc bene poterit contractus reſcindi per reſtitutionem in integrum, vt innunt Neguſ. Roland. & Lamberteng. *locis allegatis*, de quo infra.

An mulier ætate minor non habens pecuniam paratam & bona mobilia, ſed tantum immobilia poſſit, vt ſibi dotem in pecunia conſtituat ſe ſola, ſi caret curatore, vel cum curatore, ſi illũ habet, alienare bona immobilia ſine iudicis decreto.

18 Quæſitum ſecundum, an mulier minor viginti quinque annis, habens bona immobilia tantum, & volens ſibi dotem conſtituere in pecunia, poſſit ſola, ſi careat curatore, vel accedente curatoris conſenſu, ſi illum habeat, ſine iudicis decreto bona immobilia vendere & alienare, ex cauſa dotis ſuæ, ſeu ſe dotandi. Gloſſ. *in l. lex quæ, verbo vel in dote Cod. de admin. tutor. & in l. ob æs verbo alienum tantum Cod. de prædiis minor.* dicit eſſe ſpeciale in dote eius fauore, vt pro ea conſtituenda poſſint bona immobilia minoris alienari: non explicatur tamen, an hoc ſpeciale conſiſtat etiam, vt alienatio poſſit fieri abſque iudicis decreto, id tamen expreſſe aſſerit Theſaurus *dec. 192. numer. 8.* vbi dicit, quòd quando frater pupillus, vel minor tenetur dotare ſororem, tutor, vel curator ad talem dotem conſtituendam poteſt ſine iudicis decreto bona pupilli, vel minoris immobilia diſtrahere. Verum communis ſententia eſt, quòd & ex cauſa dotis conſtituendæ poſſint quidem alienari bona immobilia pupillorum, & minorum, non obſtante quod *in d. l. ob æs*, bona immobilia minorum ob æs alienum tantum cauſa cognita alienari permittantur, cum huiuſmodi alienatio ex cauſa dotis vel donationis propter nuptias concedatur expreſſe *d. l. lex quæ*, communis, inquam, ſententia eſt, quòd neque ex cauſa dotis conſtituendæ bona minoris poſſint ſine iudicis decreto vendi & alienari, ſiue agatur de conſtituenda dote ipſimet mulieri minori diſtractione ſeu venditione ſuorum bonorum immobilium, ſiue de conſtituenda dote ſorori diſtractione bonorum immobilium fratris minoris, ita Gloſſ. *in l. Titia verbo reſtituatur fine ff. de iure dotium*, ibidem Salicetus, Baldus *in l. vnic. n. 4. Cod. ſi aduerſus dotem*, ibidem Salicetus *n. 3.* Caſtrenſis *n. 3.* Lambertengus loco *ſupra n. 49.* allegato Laderch. *conſ. 66. n. 6.* Roland. *de lucro dotis q. 45. n. 2.* Surd. *d. deciſ. 287. n. 18. & 19. & conſ. 191. n. 22.* Cquarr. *pract. quæſt. 18. n. 10.* Mantica *de tac. & amb. conuent. l. 4. tit. 6. n. 44. & lib. 12. tit. 13. n. 15. & tit. 20. n. 53. & n. 36. & 38.* Menochius *de præſ. lib. 3. præſ. 6. n. 2. & conſ. 814. n. 15.* P. Barboſa *in l. 1. p. 4. n. 129. ff. ſol. matr.* & alij Iuriſperiti præſertim ſcribentes *in d. l. lex quæ*, & à alij à me *in tractatione de aliment. obligatione cap. 8. n. 536. verſic. procedit autem*, allegati: necnon alij relati ab Auguſt. Barboſa *collect. ad d. l. lex quæ n. 2.* & ex Theologis idem aſſerunt Molina *de iuſtitia diſp. 224 num. 14.* Rebellus *de oblig. iuſt. p. 2. lib. 1. q. 8. n. 24.* & alij à me *d. verſ. procedit autem* relati, & clarè conſtat tum ex textu *in l. ſiue generalis ff. de iure dotium* prohibentis bona immobilia minoris puellæ ſine decreto iudicis vendi, vt ei detur dos in pecunia, ex textu *in d. l. lex quæ §. 1.* vbi poſt factam permiſſionem alienandi bona immobilia minorum in donatione propter nuptias, & in dotem, ſubdit *per inquiſitionem iudicis, & probationem cauſæ interpoſitionemque decreti, vt fraudi locus non ſit*; igitur ſpecialitas à iure concesſa fauore dotis quoad alienationem bonorum immobilium minorum, non conſiſtit in hoc quod bona immobilia poſſint à minore alienari ex cauſa dotis ſine iudicis decreto, ſed in alio, nempe, quod licet immobilia minorum alienari non poſſint, niſi ex cauſa æris alieni, vt habetur *d. l. ob æs alienum tantum, Cod. de prædiis minorum*, tamen fauore dotis, quamvis illa non ſit æs alienum, permittitur alienatio eorumdem bonorum *d. l. lex quæ, Cod. de adminiſtr. tut.* & in cauſa dotis eſt ſufficiens, vt concedatur minori alienatio, ſed nihilominus etiam in alienatione ex cauſa dotis, ſeu in dotis conſtitutione decretum iudicis eſt omninò neceſſarium; cum requiratur etiam, quando bona minorum immobilia alienantur ob æs alienum, *d. l. ob æs alienum*, cum ergo ad valorem alienationis bonorũ immobilium minorũ requirantur duo, vnũ iuſta cauſa æris alieni (vel iuxta Gloſſ. *in d. l. ob æs alienum, & in d. l. lex quæ, & in d. l. Titia* Salic. & Caſtr. *in d. l. vnic. C. ſi aduerſus dotem*) alterum, decretum iudicis, ſeu ſolemnitates neceſſariæ *d. l. ob æs, d. l. lex quæ, & toto tit. ff. de rebus cor. & C. de prædiis*

dijs minorũ, quoad primũ dos præbet iuſtã cauſã alinãdi, & tollit impedimentum quod primo loco obſtabat, ſed remanet alterum, quia vbi duo obſtant, ſublato vno remanet alterum, *l. ſi quando, Cod. de inoff. teſt.* Surdus *conſ.50.num.27.& dicta deciſ.289.num.20.*

59 Addendum, quod nec res mobiles pretioſæ minorum, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, à minore etiam interueniente authoritate curatoris ſine decreto iudicis alienari ex cauſa donationis propter nuptias, vel ex cauſa dotis aut donari propter nuptias, aut in dotem dari non poſſunt, vt fraudis occaſio tollatur, vt dicitur *d.l.lex quæ*, & tradunt Coroeus *conſ.3. vol.3.* Roland. a Valle *de lucro dotis d.q.45.n.3.* Surd. *d.dec.287.n.17.* Mantica *de tacit. & ambig.conu.d.l.4.tit.6.n.32.& 57.* Aug. Barboſa *collect. ad d.l.lex quæ, n.3.* & conſtat aperte *ex d.l.lex quæ*, vbi idem diſponitur de rebus minorũ mobilib. quæ ſeruando ſeruari poſſunt, quod de rebus immobilib. quoad neceſſitatem decreti iudicis ad illorum validã alienationem, etiã ex cauſa dotis, vel donationis propter nuptias. Res enim mobiles pretioſæ, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, Eccleſiæ, & minorum, æquiparentur immobilibus quoad ſolennitatem in alienatione requiſitam, & pari paſſu ambulant, vt notaui *to.5.mor.var.c.6.n.391.* & tradunt Doctores *ibid.* allegati, & alij communiter.

60 Amplianturr prædicta, vt etiamſi pater in teſtamento conſtituerit dotem non in aliqua re immobili, ſed tantũ in pecunia, putà relinquendo ei mille pro dote ex cauſa eiuſdem dotis minoris hæredis ſubſtantiæ paternæ, non poſſint alienari ſine iudicis decreto, & ſolennitate requiſita, vt Surdus poſt alios *d. conſ.191.num.19.20.21. & 22.* quia pro debito pecuniario ſoluendo abſque expreſſa, & præciſa obligatione rei certæ, & determinatæ contracto alienatio immobilium minoris non poteſt ſine decreto fieri, vt *d.conſ.191.num.19.& dec.77.c.2.& ſeq.* aliis relatis idem Surdus tradit; nam *d.l. ob æs alienum C. de prædijs minor.* & aliis ſimilibus iuribus, in quibus agitur de ære alieno pupilli, aut minoris ſoluendo, & requiritur ſolennitas decreti in alienatione rerũ immobiliũ, nulla fit diſtinctio, an æs alienum ſit hæreditarium, an à pupillo, ſeu minore contractum, *& d.l. lex quæ C.de admin.tutor.* in alienatione immobilium minoris ex cauſa dotis generaliter præſcribit fieri prius debere inquiſitionem per iudicem, & ſic procedi etiamſi alienatio fiat ex cauſa dotis à patre relictæ, & conſtitutæ in pecunia, & non in re certa immobili; quod idem ſenſit Hodierna *ad deciſ.278.* eiuſdem Surd. *numero 14.& 17.* & quamuis Gloſſa *in l.lex quæ §.1. verbo vel in dotem*, dicat illam legem non procedere in dote promiſſa, ſiue conſtituta à patre aſſerens, hanc dari poſſe iure communi, etiam ſine decreto, idem Surd. tamen *d.conſ 191.citato n.22.* ait loqui, quando dos à patre conſtituta eſt in re immobili, quia gloſſa cum ſe fundet *in l. magis puto, §. ſed ſi patri ſtipulanti ff.de reb cor.* quæ loquitur in promiſſione de fundo, & ſic de re immobili à patre facta, quam promiſſionem pupillus tenetur ex vi paternæ ſtipulationis implere, & ſic non requiritur decretum iudicis, vt definit ibi lex, iuxtà eandem legem eſt intelligenda ſecundum eundem Surdum *d. n. 22.* & poſt Bartolum *in l. non ſolum liberationis ff. de lib.leg.* admittit autẽ idẽ Surdus *d.dec.77.n.4.verſic.addo* (& poſt eum Hodierna *in additione n.17.* & notauit etiam Franchus *dec.302.*) quod etiamſi teſtator expreſſe diſponeret pro dote, ſi ſit relicta pecunia ſoluenda marito, vel pro ſolutione æris alieni bona immobilia vendi, licet in alienatione ſeu venditione non eſſet neceſſitas ſolennitatis decreti, & eſſet conceſſa facultas alienandi, vt etiam Ladetchius *conſ. 66. n.8.* eſſent tamen ſeruandæ aliæ ſolennitates iuris circa modum alienandi rem immobilem minoris, puta æſtimatio, ſubhaſtatio, & alia, id quod latius idem Surdus *ibid.& n.5.& 6.* explicat, & probat.

Pro ſecuritate ſuæ dotis conſtitutæ in pecunia mulier minor ſine iudicis decreto non poteſt expreſſè obligare bona immobilia.

Porrò ſicut ex cauſa dotis minor etiam accedente authoritate curatoris, ſi illum habeat, non poteſt alienare, & diſtrahere bona immobilia ſine iudicis decreto (*vt ſup.* probatum eſt), etiam non poteſt expreſſè, directè, & principaliter obligare ſeu hypothecare ex eadem cauſa dotis abſque iudicis decreto: ita Bartol. & plures alij iuriſperiti a Tiraquell. *ad l.conn.8.n.193.v. videlicet in priori caſu*, alleg. Bald. Nouell. *de dot p.6.priu.58 n.1.* Neguſant. *de pignor.4.memb.2.partis, n.74.& 75.* Mantic. *de tacit & ambig.lib.12.t.20. n.31.* Menoch. *conſ.814.n.17.* & Surd. *d.conſ.191.n.22.v. & quod etiam.* Quemadmodum bona minorum immobilia non poſſunt per contractum venditionis alienari ſine ſolennitatib. iuris, ita neq; poſſunt obligari *l.1 §.1.& § ſi.ff.de Reb.cor.* (vbi dicitur, quòd vbi dominium cœpit eſſe minoris, definit poſſe obligari) & expreſſe etiam *d l.lex quæ §.1.C.de adminiſtr. tutor.* & alios allegans Surd. *d.conſ.191.* Et ratio eſt quia vbi prohibita eſt rei alienatio, cenſetur etiam prohibita obligatio, pignoratio, hypotheca, *l. vlt.C.de rebus alien. vel non alien.* & vetitus quilibet actus, per quem alteri ius in illa re acquiratur, & per quem ſequi poſſit alienatio *d.l.vlt.* quæ *t.3.mor.var.tit.6.n.4.* late tradidi aliis allegatis, quibus addo alios allegantes Tiraquell. *ad d.l.8.n.192.* & Surd *d. conſ.191.n.17.* An vero ex cauſa dotis bona immobilia mulieris minoris volentis nubere poſſint tacite obligari ſeu affici tacita hypotheca legali, ſeu à lege inducta, controuerſum eſt, ad cuius rei explicationem examinandum eſt ſequens quæſitum, ſit igitur.

An tam reſpectu mulieris ætate minoris bona immobilia tantum habentis dotem in pecunia viro promittentis, quàm reſpectu viri minoris ſola bona immobilia poſſidentis dotem recipientes ſecluſo iudicis decreto contrahatur hypotheca bonorum tacita legalis.

Quæſitum 3. An ſi mulier minor non habens paratam pecuniam, ſed poſſidens tantum bona immobilia ſe ſola (quia caret curatore) vel cum curatoris (ſi illũ habet) interuẽtu, & authoritate, ſine iudicis authoritate promittat proprio viro, ſiue futuro marito mille abſq; directa & principali obligatione illor. bonorũ ſuorũ, poſſit hoc pacto promittere validè talẽ pecuniam pro dote ſua, & in illa promiſſione contineatur, ſeu ex illa permiſſione oriatur tacita eiuſdem mulieris bonorum immobilium hypotheca, legalis ſcilicet, quã lex ipſo fauore dotis, & ad cõmodũ mariti inducit, *l.vnic.§.& vt plenius C.de rei vxor.act.* Affirmauit Menoch. *conſ.814.n.14.* motus ratione *ſup. n.44.* adducta, ſcilicet quia mulier minor ex diſpoſitione legis debet dotẽ conſtituere marito, vt poſſit ſuſtinere onera matrimonij, dandi ſiue cõſtituendi dotẽ marito proueniat à lege, & cõſequenter ipſa dotis promiſſio, ſeu conſtitutio non tam proueniat à muliere, quã ab ipſa lege eã obligante, nõ eſt mirũ, ſi ex ea promiſſione, ſeu cõſtitutione, in cõſequentiã oriatur legalis hypotheca tacita. Addit idẽ Menoch idẽ fore, ſi mulier eadẽ minor adieciſſet promiſſioni expreſſã obligationem & hypothecã bonorum immobilium pro cautione illius promiſſionis, nã tunc (inquit) cenſetur expreſſiſſe, quod tacite diſpoſitione legis ineſſet: atque adeo nil plus ſe obligauit, quam iam obligata erat à lege, & perinde cõſiderari debet ac ſi hypotheca ſit legalis, & nõ hominis, *arg.l.3.ff. de legat.1.* & eorum, quæ notat P.Barb. *in l.ſi conſtante, n.126.ff.ſol.mat.* Quod autẽ reſoluit Menoch. in hoc caſu mulieris minoris habẽtis ſolũ bona immobilia promittentis viro dotem, quãdo frater minor obligatus dotare ſororẽ habẽs tãtũ bona immobilia promittit pro illa dotẽ ſpõſo, ſcilicet in hac promiſſione vniuerſali

tacitam

tacitam hypothecã legalem fauore mariti inductã, *d.§. & vt plenius*, idq; ob eandem rationem, nempe, quia ex diſpoſitione legis debet pro ſorore dotem viro illius cõſtituere. Si vero mulier, vel maſculus minor ſiue carens curatore, ſiue habens illũ tantum bona immobilia poſſidens, pecunia, & aliis mobilib. quæ ſeruando ſeruari nõ poſſunt carẽs, promiſerit mille in pecunia pro dote mulieris, quam ſciebat de iure non teneri ſe dotare, & ſine decreto, ſeu ſolemnitate iuris pro obſeruatione talis promiſſionis obligauerit, hypothecæque ſubiecerit bona illa ſua immobilia, hoc caſu tradit idẽ Menoch. *eod. conſ. 814. n. 15. 16 & 17.* nullã eſſe promiſſionẽ pecuniæ, ex illaq; non reſultare, ſeu oriri vllã hypothecam, neque etiã tacitã legalem *d.§. & vt plenius*, quia cum minor dotem promittẽs à lege nõ obligetur dotẽ conſtituere illi mulieri, ſed libere penitus dotauerit, non potuit ſine iudicis decreto (ait idẽ Menoch.) vllo modo bona immobilia obligare neque per ſe, & directè, neq; vt in cõſequẽtiam oriatur tacita hypotheca legalis. præd. Menoch.

63 Contrarium, & etiam quando mulier minor ex cauſa dotis conſtituẽdæ, vel frater ſororẽ dotare adſtrictus carens curatore habens ſola bona immobilia cõſtituit dotem in pecunia, promittendo v.g. mille adhibita, vel nõ adhibita pro cautione promiſſionis obligatione, & hypotheca bonorũ immobiliũ expreſſa pro talis promiſſionis ſine iudicis decreto factæ obligatione, non remanere bona immobilia eiuſdẽ minoris obligata, & hypotheca tacitè illa hypotheca tacita legali inducta in illo *§. & vt plenius*, aſſerunt expreſsè Bal. Nouel. *de dot. p. 6. allegat. priuil. 58. n. 1.* Neguſ. *de pignorib. 4. memb. 2. p. n. 74.* Barboſa *ad l. ſi conſtante, n. 128.* & Surd. *d. conſ. 191. n. 23.* & pro hac ſententia à fortiori ſtant Doctores volentes neque etiam bona immobilia minoris recipientis dotẽ mulieris, cum qua matrimonium cõtrahit, præfata hypotheca legali *d.§. & vt plenius*, inducta affici abſque decreto iudicis præcedente, quos Doctores referunt Tiraquell. *ad d. l. connub. 16. gloſ. 8. n. 193. verſic. de 2.* & Neguſ. *d. 4. memb. 2. p. n. 73.* Probant, quia ſicut mulier minor non poteſt ſibi dotem conſtituere in bonis immobilibus, illa ve pro dotis conſtitutione vendere, & alienare ſine curatore (ſi illum habet) & decreto iudicis, *ex ſæpius alleg. l. lex quæ, C. de admin. tut.* & ex traditis *ſup. n. 52.* ita etiam non poteſt obligare bona ſua immobilia pro dote cum hypotheca, eo quia hypotheca tanquam acceſſoria ſequitur naturam ſuæ obligationis perſonalis, *l. 2 C. per quas perſonas nobis acquiritur*, (vbi ſcribentes, & alij DD. ab Aug. Barboſ. *Collect. in d. l. 2. n. 2.* allegati probatur ex pecunia mutuo data, ſeu ſoluta nomine alterius abſentis, ei ſeu domino quæri actionem perſonalem, & etiam actionem hypothecariam pro ſecuritate mutui ſine ceſſione facta à procuratore, qui ſoluit pecuniã, quia eſt acceſſoria ad obligationem principalem, & debet eius naturam ſequi (quare ſicut hypotheca expreſſa non poteſt introduci, ita nõ videtur poſſe introduci ſeu cauſari hypotheca tacita legalis, cũ lex ipſa improbat ipſã principalẽ factam, *arg. l. nõ dubiũ, C. de legib.* ita præfati Iuriſperiti. Quod ſi dos fuiſſet promiſſa, ſeu conſtituta à minore ſola (vbi caret curatore) vel cum curatore, & decreto iudicis, eo caſu iidẽ Nouel. Neguſ. & Surd. *locis allegatis* aſſerũt, quod etſi de hypotheca bonorũ non eſſet expreſsè conuentum, tamen inſurgeret ipſa tacita hypotheca legalis inducta, *dict. § & vt plenius, l. vnic, C. de rei vxor. act.* Hoc enim caſu decretum interpoſitum in dotis conſtitutione porrigeret effectum ad tacitam hypothecam, quia ex quo iudex permiſit principalem contractum, videtur etiam tacitè voluiſſe, quod tacita hypotheca ex illo cauſetur, *arg. l. ſi pupili § ſi pupili. ff. de reb. cor.* Permittente enim legis miniſterio, quod dos detur ſeu promittatur, & conſtituatur, videtur etiam ſuccedere legis diſpoſitio ad dictæ promiſſionis robur, & maiorem ſoliditatem. Ita præfati Doctores reſpectu bonorum mulierum minorum dotem promittentium.

64 Nam bona immobilia viri minoris ducentis vxorem, & recipientis dotem nullo præcedente iudicis decreto affici, & remanere obligata tacita hypotheca legali inducta fauore dotis *d.§. & vt plenius*, pro ſecuritate reſtitutionis eiuſdem dotis contra Doctores à Tiraquello, & Neguſantio *locis n. præcedentibus allegatis*, ſentiunt communiter vel magis communiter Iuriſperiti relati latè à Tiraquello *ad d. l. 8. connub. n. 188.* Neguſantio *d. n. 74.* Baldo Nouel. *d. priuil. 50 n. 1.* & Mantic. *de tacit. & ambig. conu. l. 11. tit. 21. n. 6* ita ſentiunt quoq; iidem Nouellus, & Neguſant. *iiſdem locis*, Surd. *dec. 287. n. 25.* & allegato *conſ. 191. n. 22. verſic. eſt verum, de alimentis tit. 7. q. 24. n. 43.* Mantica *de tacit. & ambig. conu. l. 11. tit. 21. per tot. & præcipuè n. 22.* Ceuallos *com. contra com. q. 132.* Rot. Rom. *dec. 511. n. 3. & ſeqq.* & Hodierna *ad dec. 277.* Surd. *n. 12. & 13.* & alios allegans P. Barboſa *in l. ſi conſtante, n. 126. & 128. ff. ſol. mat.* probatur hæc communis, nam ex quo lex permittit minorem contrahere matrimonium, etiam permittit acceſſoria ad matrimonium, ſcilicet dotem recipere, & conſequenter pro dote recepta ſua bona obligare permittitur; nam alioqui daretur aliquod impedimentum, vel quædã difficultas ad libertatem matrimonij, quia non aliter de facto quis inueniret vxorem cum dote pro oneribus matrimonij ſupportãdis, niſi permitteretur dicta hypotheca bonorum immobilium minoris pro ſecuritate reſtitutionis dotis receptæ eueniente caſu reſtitutionis: præterea obligatio reſtitutionis dotis eſt legalis, ſeu à lege proueniens, & conſequenter per eam inducitur tacita hypotheca legalis, quæ non comprehenditur prohibitione alienationis, vt Barboſa *d. n. 126. & d. n. 128.* cum aliis. Demum probatur, quia in obligatione, & hypotheca legali conſiderari non poteſt deceptio minoris dotẽ recipientis. Nam maritus minor recipiendo dotẽ dicitur quaſi patrimoniũ ſuũ augere, & non diminuere, & ſic conditionem ſuã meliorẽ facere; quod non eſt in muliere minori dotẽ conſtituente, ſeu promittente viro, quæ conſtituendo dotẽ patrimoniũ diminuit, ac proinde non mirum, ſi reſpectu ipſius requiratur iudicis decretũ, non vero reſpectu mariti minoris dotẽ recipiẽtis: quã differẽtiã latius explicat P. Barboſ. *d. n. 128.*

Sed cu dictæ rationes videantur poſſe bene procedere etiã quãdo mulier minor carens bonis mobilib. & pecunia, & poſſidẽs tãtũ immobilia, vt nubat, promittit viro dotẽ in pecunia, Menoch. ſententia, vt explicatur *ſup. n. 77.* mihi videtur valde probabilis, & forte æquè probabilis, ac cõmunis ſentẽtia aſſerẽs in mariti minoris dotẽ recipientis bonis immobilib. inſurgere tacitã hypothecã legalẽ, quare quod etiã reſpectu mulieris minoris dotem promittẽtis viro, eius bona ſine decreto iudicis intelligãtur obligata tacita hypotheca legali, probatur quia lex permittit minorem contrahere matrimonium ſine authoritate curatoris, & iudicis decreto: ergo intelligitur etiam permittere, vt poſſit congruam dotem cõſtituere (quæ a lege inducta eſt, vt detur viro pro oneribus matrimonij ſuſtinendis) & conſequenter bona ſua pro eã ſoluẽda obligare, alioqui difficilius virũ inueniret, & pro ſecuritate dotis promiſſa ſoluenda tacita hypotheca à lege inducitur *d.§. & vt plenius*: vnde præfata hypotheca tacita minori promittenti vel recipienti dotem permiſſa intelligi debet, quia venit in conſequentiam actus permiſſi *arg. l. 2 ff. de iuriſd. om. iud.* & multa in conſequẽtiã permittuntur, quæ principaliter, & directè prohibentur *l. 1.* vbi Barthol. *ff. de auct. tut.* & alios allegans Mantic. *d. tit. 21. n. 12.* Præterea in hypotheca tacita legali nõ poteſt cõſiderari deceptio mulieris minoris dotẽ congruã cõſtituentis, & promittẽris, cum talis dos ſit iuxta leges pro matrimonij onerib. ſuſtinẽdis, & ob has rationes idẽ quod Menoch ſenſit Mantic. *d. tit. 21. n. 11. & 12* vbi reſpõdet hypothecã tacitã induci, tã ex parte vxoris minoris, quã ex parte viri minoris, & legẽ ſupplere defectum minoris ætatis, & hanc obligationẽ à principio cõtractũ tacite intelligi ineſſe, iuxta Bal. *in l. itẽ quia in priore, in 4. ff. de pactis*, & ita ſentire etiã videntur plures ex Iuriſperitis à Tiraquell. Neguſant. & Mãtic. *locis n. præced. alleg.* 65

A muliere minore, vel eius curatore an ſine iudicis decreto bona immobilia dari viro in dotem poſſint.

66 Quæſitum quartum: An mulier ætate minor carens curatore, ſine iudicis decreto poſſit ſua immobilia validè dare in dotē, certum eſt nō, obſtante *l. ob æs, C. prædia minorum*, vbi ob æs alienum tantum permittitur alienatio bonorū immobilium minorū, ex ſpeciali ſaltē dotis fauore ſicut bona immobilia minorū poſsūt cū iudicis decreto & interuētu curatoris (ſi minor illū habeat) vēdi ex cauſa dotis conſtituendæ ipſi puellæ minori nubēti, vel ſorori fratris minoris eam dotare obligati, vt *n.* 53. eſt notatū, ita etiā bona immobilia puellæ minoris nubentis, vel fratris minoris ſororē dotare obligati dari in dotē cū decreto iudicis, vt per textū *in ſæpius allegat. l. lex quæ, C. de admin. tut.* tradūt Gloſſa, & omnes Doctores *ſup. d. num.* 52 *alleg.* Bartolus, & alij ſcribentes *in d. l. lex quæ*, Ladere. *con.* 66 *n.* 8, alij apud eūdem præter alios, quos latè refert Surd. *dec.* 277 *n.* 1, difficultas eſt, an ſine iudicis decreto etiā cū curatoris authoritate mulier minor nubens poſſet ſibi conſtituere dotem in ſuis bonis immobilibus, ſeu dare viro in dotem bona immobilia.

67 Prima ſententia non diſtinguens, an bona immobilia inæſtimata, vel æſtimata dētur marito in dotem vel adſit necne ſtatutum, vel pactum, vt maritus præmoriente vxore lucretur dotem, vel illius partē, aſſerit puellam minorem non poſſe valide dare viro in dotem bona immobilia, ſeu in bonis immobilibus ſibi dotē conſtituere abſq; authoritate curatoris (ſi illū habeat) & iudicis decreto: ita Gloſſ. *in l. Titia, verbo reſtituatur fine, ff. de iure dot.* Azō *in ſumm. C. de iure dot.* Caſtrenſis *in l. vn. n.* 3. *C. ſi aduerſ. dotē*, Phanue. *de lucro dotis gloſſ.* 10. *n.* 23. Cāpeg. *de dot. p.* 1. *q.* 31. Roland. Couarruuias, Ladere. Mātic. *locis ſup. n.* 52 *relatū*, idē Mantic. *l.* 12. *tit.* 20. *n.* 34. & *tit.* 13. *n.* 26. Menoc. *de præſ. l.* 3. *præſ.* 6 *n.* 2. & plurimi alij à Surd. *dec.* 278. *n.* 1. & *dec.* 287 *n.* 17, relati, qui probāt per textū *in d. l. lex quæ, C. de adminiſt. tutorū*, vbi prohibentur bona minorū immobilia, & mobilia pretioſā, quæ ſeruādo ſeruari poſsūt, alienari etiā ex cauſa dotis abſq. iudicis decreto, vt *ſup. n.* 52, probatū eſt, ex traditione autē eorūdem bonorū in dotē ſequitur eorūdem alienatio, cū maritū eſſe verè dominū dotis etiam conſiſtentis in rebus immobilib. & in eū transferri dominiū ex contractu dotali, ſentiant Gloſſa *in l. in reb.* 30. *C. de iure dot. ibid.* Alterius, Bald. Salicetus, & alij ſcribentes ibi, Bald. Nouel. *de dot. p.* 8. *priuil.* 6. *n.* 2. & 6. Surd. *d. dec.* 278. *n.* 15. & 16. Caſtil. *de vſufructu c.* 4. *n.* 29 & plurimi alij relati à Surdo *ibid.* Auguſt. Barboſa *Collect. in d. l. in rebus, n.* 22. *C. de iure dot.* & *Collect. ad d. l. dote ancillā, n.* 2. *C. de rei vendicat* & à P. Barboſ. *in l. dotalem* 62. *n.* 2 & 5. qui & illos ſequi videtur cum declaratione, quam tradit *n.* 7. & 8. & probat per textū *in l. dote ancillam, C. de rei vindicat.* & clarius *in l. ſi prædium, C. de iure dot.* cuius verba ſunt, *ſi prædium dotale vxor ſua venundarit, ſponſe necne contractū ratum habuerit, nihil intereſt*, cū rei ſibi quæſitę dominiū auferre volenti minimè potuerit) & *in l. dotale, §. dotale, ff. de fundo dotali*, vbi dicitur fundum dotalē dici poſtquām dominium marito quæſitum fuit per traditionem, Plura alia ad id probandum adducit P. Barboſa *in d. l. dotalem, n.* 5. vbi etiam *n.* 6. explicat, qua ratione conſtante matrimonio dos dicatur etiam eſſe in dominio vxoris, ſcilicet quia poſt ſolutum matrimonium eſt ei reſtituenda, & quia conſtante matrimonio habet emolumēta dotis, cuius fructibus onera matrimonij debent ſuſtentari.

68 Quod ſi contra hanc ſententiam obiiceretur textus in *l. ſine generalis, ff. de iure dot.* vbi dicitur, quòd curator poteſt res minoris dare in dotē, ſed ſi vendere vellet, & pecuniā dare, nō id facit ſine iudicis decreto, ex quo patet decretū iudicis requiri, quādo minoris bona immobilia venduntur, vt detur dos in pecunia, nō quādo mulier minor, vel eius curator dat ipſa bona in dotem, quē textū Hothomanus *in diſp. de dotib. vbi de perſonis, quæ dotem conſtituere poſſunt, verſic. ſed melius eſt*, & Simōcellus *de decreto iudicis l.* 3. *tit.* 8. *inſpect.* 13. *n.* 96. dixerunt ſine decreto iudicis immobilia mulieris minoris dari poſſe in dotē marito volēti illa accipere, Surd. ſuſtinēdo hāc primā ſententiā reſpondet præfatā legē procedere iure digeſtorū, ſed fuiſſe correctam per leges Codicis, & præcipuè per *d. l. lex quæ*, præciſè prohibentem ſtabilium alienationem etiam ex cauſa dotis ſine ſolennitate iuris. Quare iuxta hanc ſententiam mulier minor 25. annis nubens non poteſt ſine decreto iudicis dare totam hæreditatem patris ſibi relictam, ſi in ea contineantur prædia, vt expreſsè Campegius *de dote p.* 1. *d. q.* 36.

69 Secunda ſentētia tenet ſi nō adſit ſtatutū, nec interueniat pactū, quod maritus lucretur dotē, mulierē minorē ſolā, vel cū ſola curatoris authoritate (ſi illū habet) poſſe marito in dotē dare bona immobilia inæſtimata ſine iudicis decreto, ita Huthomanus, & Simoncellus *locis n. præced. allegatis*, Tiraquellus *ad d. l. cōnub.* 16. *gl.* 8. *n.* 198. vbi dixit, quod mulier minor contrahens cum pari dotē in rebus immobilibus poteſt conſtituere; quod idē aſſeruiſſe Caldam Pereiram *in l. ſi curatorem, verbo contractum feciſti, n.* 13. *C. de in integrū reſtit.* refert eum ſequēs Aug. Barboſa *Collect. ad l. vnic. n.* 4. *C. ſi aduerſus dotem*, Surd. *dec.* 287. *n.* 21. & 22. Hieron. Leo *dec. Valent.* 31. Fontancila *de pactis nupt. clauſ.* 5. *gloſſ.* 7. *n.* 24. Rot. Rom. *dec.* 588. *n.* 3. *p.* 1. *diuerſ.* & Hodierna *ad dec.* 278. Surd. *n.* 1. pro hac ſentētia ſtat textus *in d. l. ſine generalis, ff. de iure dot.* permittens curatori bona immobilia minoris dare in dotē ſine decreto iudicis, non autem vendere, vt dotē in pecunia conſtituat. Eandē Surd. *loco citato* confirmat à ſimili, ſcilicet quod etſi feudum nō poteſt alienari ſine conſenſu Domini, *l. imperiale, de prohib. feud. alien. per Fridericum*, & communiter DD. vt teſtatur Clarus *lib.* 4. *ſent. §. feud. q.* 35. nihilominus mulier feodi domina poteſt illud dare marito in dotē, dummodo det inæſtimatū, & ſine pacto lucrandi, vt ſentiunt communiter Doctores, quos referūt, & ſequuntur Clarus *d. §. feudum q.* 36 *ibid.* Addnionator, & Surd *d. dec.* 287. *n.* 13. Ratio autē huius ſententiæ iuxta præfatos Doctores (quā expreſsè ponderant Surd. Leo, Fontanell. & Hodierna) eſt quia dū mulier ſe ſola, vel cū curatoris authoritate dat viro in dotē bona immobilia inæſtimata, non cēſetur illa alienare, cū ſemper etiā conſtāte matrimonio remaneāt in ipſa muliere, & illius dominio, vnde nihil vetat, quin ab ipſa, vel eius curatore ſine iudicis decreto in dotem dentur. Quod autē mulier etiā conſtāte matrimonio retineat, vel habeat naturale dominiū rerū dotaliū illatū quarū mulier, & non maritus, ſit propria, & vera domina, probatum eſt *ſup. c.* 2. *n.* 146. ex textu *in l. Pomponius Philadelph. ff. famil. ercif.* & clarius ex Textu *in l. in rebus, C. de iure dot.* & præter Doctores *d. n.* 256 allegatus, & alios à me pariter *in præced. tractatione de alimentor. oblig. c.* 13. *n.* 840. allegātes tradunt plurimi alij, quos latiſſimè referunt Surd. *dec.* 278. *n.* 6. & *d. dec.* 287. *n.* 21. Aug. Barboſa *d. Collect. ad l. de ancilla, n.* 3. *C. de reiuind.* & P. Barboſa *in l. dotalem* 62. *n.* 2. *verſ. contrarium, ff. ſol. mat.* qui *n.* 3. plura ad id cōfirmandū adducit, & pōderat, & *n.* 4. ad obiecta in contrariū reſpōdet, & videtur magis communis Iuriſperitorum ſententia, quæ *infra c.* 16. *n.* 52. latè probatur. Quare iuxta eoſdem Doctores maritus dicitur dominus rerum dotalium, in eiuſque bonis dos eſſe dicitur, quia habet dominium ciuile, ſiue fictitiū, & adminiſtrationis, ac emolumētorū, quæ percipiūtur ex rebus dotalib. vt latius explicat P. Barb. qui propterea *d. n.* 4. *fin.* ait nō obſtare præallegatā *l. ſi prædium, C. de iure dot.* & alias ſimiles dicentes dominiū dotis eſſe penes maritum, quia debent explicari iuxta Textum *in d. l. in rebus*, ſcilicet, quod maritus nō ſit verè dominus quoad dominium verum & naturale, ſed tantum cen-

ſeatur

ſeatur Dominus quoad ius adminiſtrandi, & proregendi, ac fruendi fructibus, & emolumentis dotalium rerum. Propter quæ approbo, hanc ſecundam ſententiam, quam & eſſe Doctorum communem dicit *loco citato.* Hodierna ſuppoſito ſemper, quod bona immobilia à muliere minore ſola, ſi caret curatore vel cum authoritate curatoris ſi illum habet, dentur in dotem inæſtimata, & abſque pacto, & ſecluſo ſtatuto de lucranda dote dari *à minore ſola*, ſi careat curatore: Quia quamuis Surd. *d. deciſion. 278. n. 16. fine*, videatur reuocare in dubium, an mulier minor carens curatore ſine iudicis decreto poſſit dare in dotem bona immobilia ob rei grauitatem, & materiam ſtrictè intelligendam, licèt alias regulariter minor carens curatore poſſit ea omnia facere, quæ curator, & *d. l. ſine generalis* loquatur in caſu dotis in rebus immobilibus conſtituto à minore, qui habebat curatorem; nihilominus iuxta præallegatos doctores aſſerendum eſt, etiam mulierem minorem carentem curatore ſolam ſine iudicis decreto poſſe bona etiam immobilia dare in dotem, ſicut ſi haberet curatorem, & cum illius authoritate faceret, idque ob regulam generalem, *l. ſi curatorem, Cod. de in integrum reſtitutione* quod minor carens curatore poteſt omnia facere, quæ poteſt curator, vt etiam tradunt Gloſſ. & cæteri Doctores *in d. l. ſi curatorem* ſcribentes.

Mulier minor aut eius curator ſine iudicis decreto bona immobilia non poteſt dare in dotem æſtimata.

70 Cæterum mulierem minorem ſiue ſolam, ſiue cũ authoritate curatoris non poſſe ſine iudicis decreto, & iuris ſolennitate cõſtituere dotem in bonis immobilibus ſi det illa viro æſtimata, tradunt Surd. Hieronym. Gio, Fontanel. Hodierna *locis n. præced. allegatis*, Couarruuias *practic. c. 28. n. 10.* & omnes pro prima ſententia allegati & alij communiter. Ratio eſt, quia cùm bona immobilia dantur in dotem æſtimata recipit obligans ſe ad reſtitutionem æſtimationis; æſtimatio facit emptionem, & eſt vera propriaque alienatio, *l. ex conuentione, C. de pactis ibid.* Iaſon. Rolandus *conſ. 64. lib. 4.* Cremenſis *ſing. 18.* Couarruuias *loco citato*, P. Barboſa *ad l. ſi æſtimatis 51. ff. ſol. matrim.* Surd. Fontanell. Hodierna *locis allegatis*, & alij apud Surd. P. Barboſam, & Hodiernam *locis allegatis*, & latius apud Theſaurum *qq. for. lib. 3 quæſt. 21.* Mantic. *de tacit. & ambig. con. lib. 12. tit. 28. n. 4. 5. & 7.* & Molinum *de ritu nupt. lib. 3. quæſt. 57. num. 38. & 39.* Quare in huiuſmodi caſu ſoluto matrimonio per obitum mariti, illius hæredes non tenentur reſtituere res ipſas ſub tali æſtimatione ab eodem marito acceptas, ſed ſufficit, quod reſtituant pecuniam, ſiue pretium, quod fuerunt æſtimatæ, vel pro quo datæ in ſolutum, cum ſuppoſita illa datione rerum in dotem per æſtimationem quaſi ſecundum venditionem non res, ſed pretium veniat in æſtimationem, *leg. plerumque, ff. de iure dotium, & l. quoties, C. eod.* Hondedeus *conſ. 41. n. 18. lib. 1.* Mantica *d. tit. 28. n. 5. & n. 7.* & alios allegãtes Surd. *d. deciſ. 287. n. 12.* P. Barboſa *in d. l. ſi æſtimatis num. 1. verſic. & quidem prob. ... concluſio.* Molinus *d. q. 57. n. 39.* & Hodierna *ad d. deciſ. 278.* Surd. *n. 4. & 2.* cum ergo mulier minor dando in dotem bona immobilia æſtimata, illa alienet, non poteſt facere ſine iudicis decreto. Quod iuxta iura etiam in alienatione rerum immobilium minoris ex cauſa dotis, etiamſi fiat authoritate curatoris, eſt neceſſarium, vt in præcedentibus probatum eſt: vtrum verò, ſi rerum immobilium facta ſit æſtimatio à muliere minore, vel ab eius tutore abſque iudicis decreto, & ita datæ fuerint res in dotem, vxor ſoluto matrimonio per viri obitum poſſit ratam habere huiuſmodi æſtimationem & pretium illius eligere, ac petere, ſi ſibi electio viſa fuerit vtilis. Affirmatiuè reſpondet Couarruuias *d. cap. 28. n. 10. verſic. Quod ſi verum*, & probat ex eo quod Epiſcopus ratam poſſit habere alienationem rerum Eccleſiæ factam abſque ſolennitate ſede vacante, vt tradunt Gloſſa *in cap. 1. ne ſede vacante*, verbo, *ſede vacante*, & alij quos idem Couar. *ibid.* cumulat, & ego quoque cum aliis à me allegatis *tom. 3. moralium c. 3. n. 163. & 188. & cap. 6. n. 496.* tradidi, Eccleſiam, ſi velit, poſſe ratam habere alienationem rerum Eccleſiæ abſque legitima ſolennitate factam ſibi vtilem, & emptorem aut conductorem cogi ſtare contractui, dummodò Eccleſia procuret adhibere, & in effectu adhibeat debitas ſolennitates antea omiſſas, confirmatur eadem reſponſio Couarruuiæ ex iis, quæ *dicto tom. 3. mor. citato c. 3. num. 187.* tradidi ſcilicet, quod contractus à pupillo vel minore curatorem habente ſine tutoris, vel curatoris authoritate, aut decreto iudicis, quando eſt neceſſarium, celebratus ſit nullus ipſo iure ſolum in fauore pupilli, & minoris; non vero reſpectu ipſius maioris, qui cum eodem pupillo aut minore contraxit, qui ex parte ſua obligatur, nec poteſt inuito minore contractum reſcindere, vt *d. n. 187.* aliis allegatis probatur, licèt poſſit agere, vt minor compellatur, vt ſolenniter, & cum debitis requiſitis à iure in alienatione rerum minoris an velit ſtare contractui, vel ab eo diſcedere, vt *eodem cap. 3. n. 188.* pariter probatur.

Si adſit ſtatutum, vel pactum de lucranda dote mulier minor, vel eius tutor abſque iudicis decreto non poteſt validè dare in dotem bona immobilia, & ſi dentur non erit locus lucro.

Porrò *ſuprà num. 62.* in propoſitione ſecundæ ſententiæ, quod à minore, vel eius curatore bona immobilia minoris ſine decreto iudicis poſſint dare in dotem inæſtimata, additum eſt, ſi non adſit ſtatutum, vel pactum de lucranda dote, ſeu quod maritus totam dotem, vel partem eius lucretur: nam ſuppoſito loci ſtatuto, vel pacto contrahentium matrimonium de lucranda dote per virum præmoriente vxore bona mulieris minoris immobilia etiam inæſtimata non poſſunt ſine iudicis decreto dari in dotem, & conſequenter conſtitutio dotis in iiſdem bonis licet inæſtimatis ſine iudicis decreto facta eſſet nulla, ita præter Doctores omnes *ſuprà num. 61.* pro prima ſententia allegatos Baldus *in lege 1. Codice de iure dotium* Rolandus *de lucro dotis quæſt. 45. numero ſecundo, & ſeqq.* Surdus *deciſione 278. numer. 3. & 4.* Mantica *de tacitis & ambiguis conu. libro 12. titulo 20. num. 33. & 36.* Hodierna *ad dictam deciſionem 778.* Surdus *num. 10. & duodecimo*; ratio eſt, quia pactum aut ſtatutum, lucrandi dotem inducit alienationem, ſi enim validè fundus immobilis daretur in dotem, eueniente caſu mulieris prouenientis cederet in lucrum mariti. Quare cùm talis dos in bonis immobilibus conſtituta ſine decreto iudicis ob non obſeruatam ſolennitatem requiſitam in alienatione bonorum immobilium minoris etiam ex cauſa dotis non erit locus lucro ſtatuti, vel pacti; quia cùm non valuerit datio dictorum bonorum in dote facta ſine iudicis decreto, de eis maritus nihil lucrari poteſt ex ſtatuto, vel pacto, quia non eſſent dotalia; & pactum, aut ſtatutum non operatur niſi ſuper dote, vt aliis allegatis Rolandus *d. quæſt. 45.* neque obſtat quod ſtatutum de lucro dotis habeat locum etiam in muliere minore, Bald. *in l. vnic. n. 4. C. ſi aduerſus dotem*, Alex. *conſ. 254. n. 16. lib. 6.* & alios latè allegans Roland. *de lucro dotis quæſt. 44. n. 7.* nam id intelligitur quoad dotem conſtitutam in rebus mobilibus, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, & etiam conſtitutam in rebus immobilibus, quando tamen minor dedit ea bona in dotem ſeruata ſolennitate iuris in alienatione bonorum minoris neceſſaria, vt expreſsè Caſtrenſis *in d. leg. vnic. Codice ſi aduerſus dotem*, Natta *conſilio 581. num. 17.* &

71

Mantica *d. tit.20.num.34. fin.* Non obſtat etiam, quod mulier minor quoad matrimonium contrahendum cẽſeatur maior, & illud ſine ſolemnitate iuris ciuilis poſſit contrahere *cap. fin. de iudic. in 6.* Nam ob id non habetur maior in dote, vbi agitur de conſtituenda illa in rebus immobilibus, vt probatum eſt, licet dos ſit ſequella matrimonij, cum ſit diuerſæ naturæ: & inde licet minor habeat legitimam perſonam ſtandi in iudicio in cauſa matrimonij *d.cap.fin.* non tamen poteſt ſtare in iudicio in cauſa dotis, vt Rolandus *d. q. 45. num.4.& 5.*

Nonnullæ limitationes eorum, quæ à num. 60. huc vſque tradita ſunt *de neceſſitate decreti iudicis, vt immobilia bona minoris dentur validè in dotem.*

72 Aduertendum tamen, quod traditum eſt *ſuprà n.61.* iuxta primam ſententiam ſcilicet, dationem rerum immobilium etiam inæſtimatarum in dotem, ſecluſo etiam ſtatuto aut pacto de dote lucranda à minore factum ſine iudicis decreto non eſſe validum, & quod dictum eſt non eſſe validam dotis conſtitutionem ab eodem minore abſque iudicis decreto factam in iiſdem bonis immobilibus viro datis æſtimatis; & quod *num. præcedenti* notatum eſt. Scilicet, ſi bona mulieris minoris immobilia etiam inæſtimata ſine iudicis decreto dentur in dotem ſtante ſtatuto vel pacto de lucranda dote dationem eſſe nullam, prædicta inquam, limitantur, primò vbi dos à patre in teſtamento fuiſſet relicta & conſtituta in re certa, & determinata immobili, tunc enim & præſata bona pro dote eiuſdem ſcilicet minoris abſque iudicis decreto poſſent obligari, vel dari in dotem ſiue inæſtimata, ſiue æſtimata propter voluntatem patris, à quo potius, quam à minore ipſa, dos ſuper iiſdem bonis immobilibus, vel ex iiſdem bonis videretur conſtituta, & ſic non eget iudicis decreto; ita Surdus *conſ.191.num.22.* Gloſſ. *in d. l. lex qua §. 1. ver. in dotem Cod. de adminiſtr. tut.* iuxta explicationem eiuſdem Surd. *ſupra n.60. fine notatam*, Mantica *d. tit. 20. numer. 40.* & Doctores aſſerentes in ſimili caſu teſtatoris voluntatem pro decreto haberi: quos referunt & ſequuntur Tuſchus *lit. M. Concl.249. num.80.81.82.* Laderchius *conſ.66. num.8.* & Giurba *deciſ.69. num.7.* & alij relati à Surdo *d. conſ.191. num.3. verſ. ſiue etiam in vltima voluntate*, & Hodierna *ad deciſ.278.* eiuſdem Surdi *num.16.* & probat textus *in l.magis puto, §.ſed ſi pater, ff. de rebus eorum, vt ſupra d. num 54. fine*, notatum eſt. Dixi *vbi fuiſſet relicta ſeu conſtituta in re certa, & determinata immobili*: ſecus vero ſi pater non reliquiſſet, & conſtituiſſet præcisè & expreſsè in re certa & determinata ſpecie rei immobilis; ſed tantum reliquiſſet dotem in genere, vel mille pro dote, nam tunc in alienatione bonorum immobilium minoris pro dote, vel vt eadem bona validè darentur in dotem, eſſet neceſſarium decretum, vt *ſupr. d.12. num.60.* probatum eſt.

73 Limitantur ſecundo quando ſtatutum dotem conſtitueret, quia tunc tanquam dotem conſtitutam à lege præter hominis voluntatem, non egere ſolemnitate aliqua legali vel ſtatutaria tradit Canalcanus *de tuto. & curato. num.156.* & poſt eum notauit Hodierna *ad d. deciſ.* Surd. *278. num.20.*

74 Limitantur tertio, quando in obligatione, vel alienatione rerum immobilium cauſa ſuæ dotis facta à muliere minore interuenit eiuſdem minoris iuramentum, tunc enim ad obſeruantiam contractus naturaliter, & ciuiliter remanet minor obligata, quia alienatio rerum immobilium facta à minore iuramento confirmatur, ita quod per iuramentum minor repræſentatur maior, vt conſtat *ex leg. 1. & auth. Sacramenta pub. Cod. ſi aduerſ. vend.* & tradunt communiter Doctores relati à me, *tom.3. mor. var. tit.3. num.170. & numero 178.* & alij quos refert Hodierna *ad d. deciſ.278.* Surd. *num.21. & 35.* & expreſsè in hoc caſu minoris alienantis, vel obligantis bona immobilia pro ſe dotanda, vel dotanda ſorore abſque decreto iudicis, ſed cum iuramento minorem obligari, & contractum tenere naturaliter & ciuiliter, tradit Hodierna *d. num.21.* poſt Abbatem *conſ.12. p.1.* & Barzium *dec. Bon. 74.*

Limitatur quartò, vbi bona immobilia mulieris minoris ſemel data fuiſſent in dotem iudicis decreto adhibito, nam tunc eadem mulier adhuc minor defuncto primo marito tranſiens ad ſecunda vota poſt eadem bona abſque alio iudicis decreto dare in dotem ſecundo viro: ita expreſsè Phanucius *de lucro dotu*, Gloſſa *10. num.27.* Surdus *d. deciſ. 278. n.4. & 5.* Carpanus *ad ſtatutum Med.328. num.10. tom.1.* & Menoch. *de præſumpt. lib.3. præſ.6. num.27.* & probatur, quia ſufficit ſemel ſolemnitatem iuris, vel ſtatuti fuiſſe obſeruatam, aut iidem tradunt poſt alios; vnde ſi ſemel conceſſa eſt minori licentia alienandi bona immobilia; & alienatio non eſt ſequuta fortè ob pretium non ſolutum, poteſt ea res ſine alia ſolemnitate alienari; imò etiam tutor ipſe, vel alius abſque noua ſolemnitate poteſt emere, *l. tutor rerum*, vbi Bartholus, & alij *ff. de adminiſtr. tuto.* idem Phanucius, Menochius, & Surdus *locis relatis, & alios allegantes*, & facit quod ſi res Eccleſiæ immobilis ſemel data eſt in emphyteuſim obſeruata ſolemnitate, ſi ad eam reuertatur, iterum eodem pacto abſque alia ſolemnitate alienari poteſt, vt poſt Alexandrum *conſ.38. lib.2.* Afflictum *deciſ.107.* & Decium *in auth. qui rem numer.19. fine, Codic. de ſacroſ. Eccleſ.* tradunt Phenucius *d. Gloſſ.10. numer.28.* & Menochius *d. præſ.6. num.29.* & idem tradidere plurimi alij quos ego *tom.3. mor. tit.6. numer.310. & 311.* latè refero & ſequutus ſum, & dixi eſſe communem ſententiam quapropter *d. num. 311.* plurimis Doctoribus allegatis notaui regulam eſſe, quod res Eccleſiæ ſemel facta alienabilis cum ſolemnitate, efficitur ſemper alienabilis abſque ſolemnitate, & ex hac limitatione ſeu ex prædictis inferunt Phanucius *d. num.27.* & Surdus *d. num.5.* quod ſi mulier minor primo viro dedit in dotem bona immobilia iudicis decreto interueniente, poſtea ſecundo nubendo eadem bona videbuntur data, in dotem etiam ſecundo viro, quamvis ipſe minor ſit, & erit locus ſtatuto (ſi adſit) de lucranda dote, de quo infrà. 75

Statutum generaliter ſine dotis expreſſa mentione diſponens vt mulier, aut minor non poſſit contrahere, aut obligare ſine conſenſu duorum propinquorum, aut aliarum certarum perſonarum, vel ſine alia certa ſolemnitate an habeat locum in muliere vel minore contrahente ex cauſa dotis.

Quæſitum quintum; ſtante ſtatuto quod mulier, aut minor non poſſit contrahere, aut obligari ſine conſenſu duorum propinquorum, aut aliarum certarum perſonarum, aut ſine certa alia ſolemnitate, an eo ſtatuto licet generaliter & vniuerſaliter ſine mentione dotis loquente mulier tam maior, quàm minor tali ſolemnitate ſtatuti non adhibita, poſſit ſe validè dotare, & pro ſua dote validè ſe obligare, ita vt ſtatutum non habeat locum in contractu, & obligatione ex cauſa dotis, prima ſententia tenet tale ſtatutum habere locum etiam in promiſſione, & obligatione ex cauſa dotis, tam pro dote alterius mulieris, quàm pro dote pro- 76

pria, ita Dec. *conſ.* 302. *per tot.* Corneus *con.* 282. *n.* 57 *l.* 1. Hieron. Gabr. *conſ.* 20. *per totum, libro* 2. Carpanus *ad d. ſtatutum* 328. *num.* 98. *&* 99. Raudenſis *de analogia c.* 21. *num,* 65. *&* 66. Menochius *de præſ. lib.* 3 *præſ.* 6. *num.* 18. Gratianus *deciſ.* 95. *num.* 6. plures alij ex allegatis *ſuprà hoc capite num.* 14. & plures alij à Menochio, Raudenſi, & Gratiano allegati & nonnulli alij quos P. Barboſa *in l.* 1. *p.* 1. *num.* 26. *ff. ſol. mat.* refert: mouentur primo quod ſtatuta generalia comprehendunt cauſam dotis in caſibus, in quibus dos non reperitur ſpecialiter in iure priuilegiata iuxta tradita *ſupra num.* 14. dos autem non videtur in iure communi priuilegiata, vt per ea poſſit mulier præſertim minor ſe obligare tam pro dote propria, quam pro dote mulieris: Secundo, quia ſtatutum in contractu, & obligatione mulieris requirens conſenſũ, & præſentiam propinquorum, vel alterius perſonæ videtur eam præſentiam exigere, ne alias mulier propter fragilitatem conſilij facilè decipiatur, ergo præſentia ſeu conſenſus prædictarum perſonarum debet interuenire etiam quando dos pro ſe, vel pro alia muliere promittitur, quia, & in illa promiſſione mulier facile decipi poteſt *l. vnic. Cod. ſi aduerſus dotem.* Et hanc ſententiam quod in hoc ſtatuto generali prohibente mulierem contrahere ſine conſenſu mariti, vel agnati, vel iudicis (quale eſt dictum ſtatutum Mediolani 328. *tom.* 2. *ſtatutorũ* diſponens quod in mulierum contractibus, vt valeant, debeat interuenire cõſenſus mariti, & in eius defectum, quia non habeat, vel abſit, vel cum eo mulier contrahat, cognati, & in defectum illorum iudicis) Carpanus *d. nu.* 99. ait à fortiori procedere in præfato ſtatuto Mediolani, quia d. ſtatutum ſolum excepturet caſum, in quo mulier conſtituit procuratorem pro dote, vt non requiratur præfata ſolennitas, ſecus ergo [inquit Carpanus] infert dicendũ in aliis caſibus, & ſic, quod firmetur regula in aliis caſibus, *iuxta l. quæſitum, §. idem reſpondit, ff. de fundo*, limitatur autem hæc ſententia, vt non procedat in datione dotis ſecundo viro, quæ fuerit data primo viro adhibita ſtatuti ſolennitate, vt idem Carpanus ad dictum ſtatutum 328. *numero* 100. poſt Tiraquellum *ad leges connub. gloſſ.* 8. *de ſon Mary, num.* 197. & Caualcanum *de tuto. n.* 161. & conſtat ex traditis *ſuprà num.* 75.

77 Altera ſententia eſt magis communis vt verior: præfatum ſtatutum prohibens mulierem tam maiorem, quã minorem contrahere; & obligari ſine certa ſolennitate, & interuentu, ſeu conſenſu duorum propinquorum, non habere locum in contractu, & obligatione ex cauſa dotis, & ſic mulierem tam minorem quã maiorem promittentem & obligantem ſe pro dote præſertim propria non ſeruata illa ſolennitate ſtatuti validè, & efficaciter obligari, ita Baldus Nouellus *de dot. p.* 6. *priuil.* 47. *& priuil.* 48. Rolandus *de lucro dotis, q.* 105. Menochius *conſ.* 242. *&* 514. Lambertengus ad ſtatuta com. *gloſ.* 21. *n.* 5. Surdus *deciſ.* 283. *n.* 26. P. Barboſa *allegato num.* 26. *verſic. ſed his non obſtantibus.* Laderchius *conſ.* 66. *num.* 8. Rota Rom. *deciſ.* 511. *n.* 5. *p.* 2. *recent.* Carpanus ad ſtatutum Mediolani *cap.* 298. *n.* 266. Stephanus Gratianus *tom.* 4. *cap.* 547. *n.* 22. *&* 23. omnes Doctores *ſuprà dict. num.* 13. relati, & plurimi alij, quos referunt Surdus *d. num.* 26. *initio.* P. Barboſa *in d.* 1. *p. num.* 25. Menochius *d. præſ.* 6. *num.* 17. Stephanus Gratianus *allegato dec.* 95. *n.* 3. *& tom.* 4. *c.* 647. *n.* 18. *& d. cap.* 647. *n.* 22. & Carpanus *ad d. ſtatutum* 328 *num.* 95. Probatur hæc ſententia primo, ex Doctrina generali *ſuprà d. n.* 13. tradita, ſcilicet, quod ſtatutum generaliter loquens non faciens expreſſam mentionem dotis non comprehendit cauſam dotis etiam in ea materia, in qua non inuenitur in iure communi ſpecialiter priuilegiata, vt tradunt Doctores *eodem n.* 13. relati, & eſt magis communis opinio vt *d. n.* 13. notatur, & latius conſtat ex traditis à Menochio *dict. conſ.* 814. & latius *d. conſ.* 242. vbi latiſſimè omnibus Hieronymi Gabrielis *d. conſ.* 20. contrarium ſententis fundamentis, & rationibus reſpondit. Secundo, quia in præſenti caſu dos reperitur ſpecialiter priuilegiata. Tertio probatur ex generali regula, *l. promittendo in principio, ff. de iure dotium,* vbi mulier dotem pro alia etiam muliere promittens efficaciter obligatur non obſtante Senatuſconſulto Velleiano prohibente pro alio intercedere, & vt *ſuprà hoc cap. n.* 16. declaratum eſt, & quod etiam, & clarius habetur *l. fin. C. ad ſenat. conſ. Velleian,* vt pariter *d. n.* 16. notatum eſt, ex quibus Textibus conſtat cauſam dotis eſſe ſpecialiter priuilegiatam in præſenti materia de qua hic agitur, & ſic non comprehendi ſtatuto generaliter loquente certam ſolennitatem requirente in contractu mulierum nulla dotis mentione expreſſa facta iuxta tradita *ſuprà hoc c. n.* 14. Et quamvis Decius, *conſilio, n. præcedenti,* allegato dicat promiſſionẽ à muliere minore 25. annorum eſſe validam, non probari *in d. l. promittendo propter dictam, l. fin. C. ad S. C. Vell.* poſteriorem, quæ ſe reſtringit ad promiſſionem factam per mulierem maiorem 25. annis reſpondet Lambertengus *d. n.* 5. eſto quod iuxta *d. l. fin.* mulier minor 25. annis etiam in cauſa dotis remaneat comprehenſa in S. Conſulto Velleiano, tamen ex *d. l. promittendo, & d. l. finali;* conſtat permitti, mulierem obligari pro dote etiã alterius mulieris, cum tamen mulier etiam maior alias prohibita eſſet, ſe obligare pro alio toto *titulo, ff. & Cod. ad S. C. Vell.* quare ex dictis textibus apparet causã dotis ſaltem reſpectu mulieris maioris 25. annis eſſe ſpecialiter à iure communi priuilegiatam, & conſequenter iuxta omnes Doctores non includi in ſtatuto generali prohibente mulieres poſſe contrahere, & obligari ſine certa ſolennitate ſeu propinquorum præſentia, quod verò cauſa dotis etiam reſpectu mulieris minoris ſe dotantis, ſeu promittentis dotem pro ſeipſa ſit ſpecialiter à iure communi priuilegiata, & conſequenter in ea non habeat locum ſtatutum generale de dote non faciens expreſſam mentionem probatur, quia mulier minor à iure non prohibetur pro dote ſua dare, vel alienare bona mobilia, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, ſed illa in dotẽ dare poteſt, vel obligare aut alienare ſola, ſi careat curatore, vel cum curatoris conſenſu, ſi illum habeat, vt *ſup. hoc cap. n.* 49. oſtenſum eſt; & probant Doctores communiter ex textu *in leg. vnic. C. ſi aduerſus dotem,* & etiam ex textu *in l. lex quæ, C. de adminiſt. tutorum,* vbi non obſtante, *l. ob æs, Cod. de prædiis minorum,* permittente bona minorum immobilia non poſſe etiã. Iudicis decreto alienari, niſi pro ære alieno, ſpecialiter permittitur, vt poſſint alienari propter dotem, vel donationem propter nuptias, dũmodo id fiat adhibito iudicis decreto, vt *ſup. hoc cap. n.* 60. notatum eſt, & tradunt Doctores communiter, prout pariter *ibidem*, notatum eſt mulier ergo, & maior, & minor non adhibita ſolennitate à ſtatuto generaliter loquente ſine expreſſa mẽtione cauſæ dotis tanquam eo ſtatuto non comprehenſa poteſt ſe efficaciter obligare pro dote ſua, dummodo ſi minor ſit obligando vel tradendo bona immobilia id faciat adhibita ſolennitate iuris, ſcilicet, cum decreto iudicis iuxta tradita in præcedentibus, ſi vero obliget vel tradat pecuniam, quam habeat in arca, vel alia mobilia non prohibita alienari ſine iudicis decreto, efficaciter obligatur ſine decreto iudicis, & ſine authoritate curatoris ſaltem, ſi illum non habeat iuxta pariter tradita in præcedentibus. Quarto iuxta P. Barboſam *citato, num.* 26. probatur hæc ſententia, quia præfatum ſtatutum exigit præſtantiam propinquorum, alteriuſve perſonæ, ne alias propter fragilitatem conſilij facilè decipiantur ab iis, cum quibus contrahunt vt Tiraquellus *ad l. conn.* 1. Gloſſ. 1. *num.* 77. ac proinde prædictum ſtatutum limitari debet, non procedere fauore dotis; nam & Velleianum propter eandem rationem ſuccurrit mulieribus *l.* 2. *§. hæc verba, ff. ad S. C.*

Velle; & tamen non proceditur fauore dotis, *l.fin.Cod. ad Vell.* vt probatum eſt *ſupra num.* 16. Nec obſtat, quod omiſſa ſolennitate ſtatuti actus à muliere geſtus ſit ipſo iure nullus: ſi verò mulier pro alio ſe obligat ſecluſo illo ſtatuto, actus mero iure valet, & tantum ei cõpetit exceptio Velleiani *l.1.ff.ad Velleianum.* Reſpondet enim Petr. Barboſa in vtroque caſu militare eandem rationem, & ſic eſſe bonam præfatam argumentationem, maximè quia quoad effectum parum intereſt, quid eſſe nullum ipſo iure, vel ope exceptionis *l.ſi dari, ff.de verb.oblig.& l.nihil intereſt, ff.de reg.iuris*, Demum à Lambertengo *d.gloſſ.*21.*numer.* 7. mulierem ſine illa ſtatuti ſolennitate poſſe promittere pro ſe ipſa dotem cum efficaci obligatione probatur eo argumento, quod dotis conſtitutio eſſet acceſſoria ad matrimonium, quod ſtatutum non prohibet contrahere, & quia hæc obligatio eſſet ipſi mulieri vtilis, cùm alias maritum non inueniret, vel indotata malè à viro tractaretur, quæ eſt ratio conſiderata, *d.l.fin.C.ad S.C. Vell.* tali autem ſtatuto non prohiberi mulierem facere contractum ſibi vtilem latè probat idem Lambertengus *quæſt.*50. ſtatutum enim, ſicut & Velleianum fundatur in ea ratione, ne mulier decipiatur; quando aut contractus à muliere initus eſt ipſi euidenter vtilis, & abeſt omnis deceptio, aut ſuſpicio deceptionis, limitanda autem videtur hæc ſententia in illo ſtatuto 328. Mediolani ob rationem *numero præcedenti circa finem*, adductam ex Carpano fundatam in illa exceptione conſtitutionis procuratoris pro dote.

Muliere diuite pro contrahente matrimonium nulla facta de dotis conſtitutione, aut promiſſione vel commemoratione, an tacitè intelligatur, ſeu præſumatur dos conſtituta, poſſitque maritus, qui dotem non eſt ſtipulatus, eam cogere ad ſe dotandum arbitrio prudentis viri.

78 Quæſitum ſextum, an mulier diues, & habens bona, quæ ſine vlla commemoratione, conuentione, conſtitutione, aut promiſſione dotis expreſsè viro facta matrimonium primo contrahit; cum nulli alteri fuerit nupta, cẽſeri debeat tacitè dotẽ promiſiſſe, à maritoque qui illã abſq; vlla expreſſa dotis conſtitutione, aut promiſſione duxit, cogi, poſſit, ſe dotare. Prima ſententia eſt mulierem in dubio cenſeri tacitè dotem promiſiſſe, cogique poſſe ad dotem conſtituendam, & dandam marito prudentis viri arbitrio declarandam pro modo facultatum mulieris & dignitate viri, & mulieris, vt fieri debet, quando dos eſt incerta, quæ declaranda eſt pro modo facultatum, & dignitate perſonarum, *lege cum poſt, § gener. l.quæro, ff. de iure dotium*, ita Io. Lup. *Rub.in cap.per veſtrã, not,* 3.§.1. Tiraquellus *ad l.conn.* 16.*gloſſa* 8. *num.* 197. & Hering. *de fideiuſſoribus, cap.* 7.*n.*458. & omnes iuriſperiti ſentientes mulierem diuitem & habentem bona primo nubente ſine expreſſa mentione, & conuentione dotis regulariter cenſeri tacitè bona ſua tradidiſſe viro in dotem, quorum aliqui *infrà* allegantur. Probatur hæc ſententia primo, quia dos non eſt ſeparatũ quid à matrimonio, ſed potius cõnexum & acceſſorium, *cap. de prudentia de donat. inter virum & vxorem*, cum vt onera matrimonij ferri poſſint dotes dentur, ergo matrimonio à muliere contracto etiã ſine dotis conuentione dos præſumitur promiſſa & conſtituta, & cogi poteſt mulier illam viri prudentis arbitrio dare, ſecũdo quia & ſi matrimonium poſſit eſſe & contrahi ſine dote iuxta tradita *ſuprà capite ſecundo, num.* 140. regulariter tamen non ſolent matrimonio contrahi ſine dote, vt notatum eſt *eodem n.*140. & tradunt Doctores *ibidem* allegati, in dubio autem præſumendum eſt, quod fieri ſolitum eſt igitur. Tertiò probatur quia maritus non ſolet vxorem ducere ſine dote, cùm detur pro oneribus matrimonij ſuſtinendis, plurimumque interſit habere vxorem dotatam eo quod maritus fructus dotis faciet, & ſtante ſtatuto de lucro dotis totius, vel partis defuncta vxore tale lucrum conſequitur, ergo etiamſi ſine expreſſa conuentione, & conſtitutione dotis à muliere facta vir eam duxerit, potius videri debet dotem conſtitutam, nec renunciaſſe futuræ dotationi, ſed de ea cogitaſſe ſaltem quæ conueniret ſibi & vxori, ita Lupus *d.§.*2. & Surdus *d. quæſt.*19.*fine*. Quarto quia mulieri maximè intereſt, vt ſit dotata *l.1.ff.ſol.matrim. & l.Titio centum §.Titio genero.ff.eodem.* & conſtat etiam ex traditis *cap.*1.*num.*92. & *cap.*2.*num.*13. vbi etiam notatum eſt, quod Reipublicæ quoque intereſt mulieres eſſe dotatas, ex quo fit, vt præſumptio dotis conſtitutæ ſit vtilis & fauorabilis mulieri, & bono publico, & conſequenter in dubio admittendam, cum in ambiguis pro dote ſit iudicãdum, vt ſæpius in capitibus præcedentibus notatum eſt, & habetur *l in ambiguis ff.de iure dotium, & l in ambiguis, ff. dote iur.& cap.vlt.de re iudicata.* Quinto, quia ſi quis iurauerit accipere aliquam puellam in vxorem nulla facta dotis commemoratione, non tenetur eam accipere, niſi dos ſibi conſtituatur, vt *infrà* probabitur, ergo etiam quando illam duxit in vxorem nulla facta dotis mentione, poteſt eam cogere vt ſe dotet, ſeu ſibi dotem conſtituat arbitrio boni viri, ſi illa ſit diues, & habeat vnde ſe dotare poſſit. Sextò, & vltimo quia vir, qui duxit mulierem diuitem nulla dote conſtituta non tenetur eam alere de ſuo, nam exiſtente muliere diuite, quæ poteſt ſibi dotem conſtituere, non tenetur ad onera matrimonij de ſuo ſuſtinenda, vt *gloſſa in §.vltimo verbo onera, auth.de non eligendo ſecundo nub.* ergo tenebitur vel cogi poſſe mulier dotem dare marito, ne alioquĩ à domo expellatur à marito qui eam non tenetur alere.

79 Altera ſententia contraria verior, & magis communis eſt, quod licèt mulier ſit diues, & habeat bona, & primo nubat, ſi nulla expreſſa dotis mentione, & conuentione matrimonium fuerit contractum, non præſumitur tacitè ſibi dotem conſtituiſſe, vel marito promiſiſſe nec maritus poteſt illam cogere, vt illam ſibi conſtituat, ſed ad dotis conſtitutionem, & vt maritus poſt matrimonium poſſit vxorem, quæ primum matrimoniũ cum eo contraxit, habente bona, & quantumcumque diuitem cogere ad ſibi dandum dotem, etiam tantum viri prudentis arbitrio, oportet, vt inter vtrumque ante matrimonium expreſsè ſit conuentum de dote vel certa, vel in genere, & incerta, niſi alias concurrerẽt aliæ cõiecturæ præter matrimonium, quæ inducerent præſumptionem, quod ſibi conſtituerit, vel conſtituere voluerit dotem, ita Bartolus *in l.*2.*in principio, num.*12.*ff. ſoluto matrimonio*, Rolandus *de dote quæſt.*71.*numer.*2.*& ſeqq. & quæſt.*74 *num.*9.*verſic.non obſtat*, Phanucius *de lucro dotis.gloſſa* 10.*num.* 36.37.38. & 39. Campegius *de dote, p.*1.*quæſt.*39.*verſic. aut erat maior.* Baldus Nouellus *de dote p.*6.*ſpeciali* 14.*num.*3.*verſic. tertius caſus*, Hotomanus *in diſp. de dotibus, p.*47.*verſic. concludendum*, Menochius *de præſumpt.lib.*3.*præſumpt.*6.*num.*19.21.55. 63.& 74. Mantica *de tacit.& ambig.conu. lib.*12.*tit.*13. *per totum à numero* 8.& *tit.*17.*num.*4. & 6. Ludouicus Ioſeph.*deciſ.Peruſ.*99.*num.*8.& *ſeqq. part.*2. Franciſcus Molinus *de ritu nupt.lib.*1.*comparat.*23.*num.*11. P. Barboſa *ad l.*1.*p.*3.*n.*48.*verſic.confirmatur, ff.ſol.matrimon.* Ant. Faber *lib.*5. *Cod. tit.*9.*definit.*3. Stephanus Gratian. *diſcept.for.tom.*2.*cap.*367.*num.*14. Fontanella *de pactis nuptialibus clauſ.*5.*Gloſſ.*7.*numer.*25.& *ſeqq.* plures alij relat. *ſuprà cap.*2.*numero* 140 & innumeri alij relati à præallegatis Doctoribus præſertim Ludouico Ioſeph,

Phanucio,

Phanucio & Fontsnella, & in conformitate huius ſententiæ in ſtatutis Mediolani *cap.455.* ita cauetur, *non ſic eſſe intelligatur dos, nec bona in dotem data, niſi expreſſè conſliterit, vel appareat, & legitimè.* Probatur hæc ſententia ex traditis *citato cap.2. num.14* Scilicet, quod matrimonium poteſt eſſe ſine dote, iuxta iura adducta *d.num.140.* & Doctores præallegatos & alios *dict. num.140.* relatos, licet dos non poſſit eſſe ſine matrimonio futuro, præſenti vel præterito, vt eodem *c. 2.* oſtenſum eſt. Hoc probatur ſecundò, quia ad poſitionem alicuius actus non ſequitur poſitio alterius contractus, qui ab ipſo actu poteſt eſſe remotus, & ſeparatus *l. pro herede §.1. l. Papinianus, & §. fin. l. cum bonis de acquir. hereditate l. quaſitum ff. de ſepulcro violato.* Cum ergo matrimonium, & dos ſint duo actus diſtincti, & ſeparati, quia matrimonium poteſt eſſe ſine dote, ex poſitione vnius, nempe matrimonij non ſequitur alter ſcilicet dotis conſtitutio cum matrimonium ſtare poſſit ſine dote: quare falſum eſt, dotem eſſe quid anneaum tanquam acceſſorium ad matrimonium, eo quod acceſſorium dicatur quid inſeparabile à ſuo principali, vt Menochius *d. præſ.6. numer. 63.* ex Bartol. *in l. græce §. illud num.4. ff. de fideiuſſoribus,* & matrimonium (vt dictum eſt) eſſe poteſt ſine dote, vnde ex contracto matrimonio non poteſt præſumi dotem eſſe tacite promiſſam, neque etiam hic conſenſus mulieris ex dote argui poteſt: cum nullum ſignum extet illum ſignificans, quod vt explicetur. Tertio probatur eadem ſententia à Menochio, quia dotis conſtitutio eſt contractus, qui aut re, aut verbis, aut conſenſu perficitur, vt eſt certum; at in præcedenti ſpecie nulla res data eſt, & nulla verba prolata ſunt, nec interceſſit vllus conſenſus, qui ſolet declarari verbis, vel nutu, vel nuntio, *l. Pater naturalis, de adopt. & l. conſenſu ff. de action. & obligat.* ergo nullo modo dicitur dos conſtituta. Quarto & vltimo probatur, quia conſtitutio dotis in facto conſiſtit, ſeu eſt quid facti *lege 1. Cod. de dote caut. non n.* facta autem non præſumuntur *l. quecumque §. fin. ff. de public. in rem act. l. in bello §. facta ff. de capt. & poſt. reuerſ.* præſertim cum dos ſit variabilis, & quandoque maior, quandoque minor, aliquando in rebus, aliquando in pecunia conſtituatur, vt Rolandus *dicta quæſtione 71. numer. 6.* Ludouicus Ioſeph *d. deciſ.99. numero 11.* & Mantica *d. tit. 13. n. 11.* & quod eſt variabile præſumitur, vt poſt alios Rolandus *d. num.6.* & Mantica *d. tit. 13. num. 9. & 16.* ex eo igitur ſolo quod contractum ſit matrimonium, dos non præſumitur, nec præſumi poteſt conſtituta, & imputare ſibi debet maritus, quod in principio circa dotem ſibi conſtituendam ſibi non proſpexerit, *arg. l.3. §. vltimo ff. de aqua pluuia arcen. & l. qui bona fide §. de ille ff. de damno infect.* & multò magis procederet hæc ſententia, vt dos non præſumatur à muliere conſtituta, ſed virum eam omnino indotatam duxiſſe. Primo ſi mulier fuiſſet virgo nobilis, vir autem, cui illa nupſit ignobilis, vt expreſſe Angelus *conſ.335. numer. 1.* Mantica *d. tit. 13. num. 26.* Secundo ſi mulieris amore ob eius pulchritudinem captus fuerat vir, qui eam duxit, vt expreſſe poſt plures alios Mantica *ibidem.* Tertio ſi mulier erat iuuenis & formoſa, vir verò ſenex, vt expreſſe Menochius *d. præſumpt.16. num. 67. & 68.* eidem autem ſententiæ non obſtant argumenta adducta *num. præcedenti* in contrarium. Nam,

80 Ad primum negatur, dotem eſſe acceſſoriam ad matrimonium; nam & ſi non poteſt eſſe ſine matrimonio, non eſt tamen quid inſeparabile à matrimonio, vt *num. præcedenti* in ſecunda probatione notatum eſt. Ad ſecundum reſpondetur, tunc præſumi id, quod fieri ſolet, ſi ſit vniforme, eodemque modo fieri ſolet, non vero ſi eſt variabile, eodemque modo fieri non conſueuit, qualis eſt dos, vt notatum eſt in vltima probatione & latius explicat Mantica *d. titulo 13. num. 9. & 10.* Reſpondetur etiam ex Phanucio *d. Gloſſa, num. 58.* quod cum contractus dotis ſit quid facti, & factum non præſumatur (vt notatum eſt) ex ſola conſuetudine non inducitur præſumptio conſtitutionis dotis, quia quantumvis illud factum fieri conſuetum ſit, non probat hoc eſſe quod de facili & frequenter id ab hoc contingit abeſſe, vt Baldus *conſ.102. & lege non hoc, Cod. in d. lege.* Quare Phanucius illud, *quod ſecundum conſuetudinem videatur initum contractum*, ait procedere quoad interpretationem contractus poſtquam in eſſe deductus eſt: at vero vbi non apparet, quod in eſſe fuerit deductus, quod præſumatur nulla (ſubdit idem Phanucius.) Ratio poteſt inde id ſuadere. Quid vero ſi in loco extaret conſuetudo, quod mulier nubens cenſeatur dediſſe bona ſua in dotem *infrà num.94.* Argumentum ſecundum, & reſponſio hæc procedunt tantum de eo, quod regulariter fieri ſolet, ſcilicet, quod dum mulieres nubunt & faciunt matrimonia, regulariter dotes ſolent dari, & dicitur per hanc conſuetudinem ſolum non induci præſumptionem conſuetudinis dotis, vt bene Phanucius *loco citato.*

Ad tertium quamvis maritus non conſueuerit ducere vxorem ſine dote, & dos detur pro oneribus matrimonij ferendis, non tamen ex neceſſitate ſequitur, quod debeat intelligi conſtituta, & quod ipſe maritus non renũciauerit futuræ dotationi, ſi de dote nihil à principio dictum fuerit, nec ex aliis coniecturis præſumi debeat conſtituta, vel reſeruata à marito: quare maritus debet vere imputare ſibi, quod ſimpliciter vxorem duxerit, cum potuerit ſibi proſpicere, *vt ſuprà* notatum eſt: huic etiam argumento latè ſatisfatum eſt *ſupra cap. 2. num. 141.* vbi aliis obiectis contra eandem ſententiam reſponſum eſt, præſertim obiectioni *ex lege cum pater de pactis dotalibus*, vbi dicitur indigniſſimum eſſe mulierem indotatam duci.

Ad quartum reſpondetur, ſimpliciter loquendo mulieris intereſſe eam eſſe dotatam, eique dotem ſolui, cum dos ſit eius patrimonium & inſeruiat oneribus matrimonij ſuſtinendis, non autem comparatiuè ad bona ipſius mulieris propria: & primo caſu textus *in argumento allegati* intelliguntur, *& dict. leg. Titio centum, §. genero*, expreſſe loquitur quando dos fuit genero legata, quo caſu abſque dubio mulieris intereſt dotem ei ſolui, non autem mulieris intereſt, vt in dubio intelligatur de propriis bonis dotata, quia mulier habens bona propria, quæ nupſit ſine vlla dotis conſtitutione, poſtea ſibi dotem conſtituens dicitur facere actum ſibi præiudicialem, & damnoſum, quia priuatur dominio, vel ſaltem adminiſtratione: ita Rolandus *dict. §.74. n.10.* Rota Romana *deciſione 588.* & Mantica *dict. titul. 13. numer. 16.* quapropter etiam bona vxoris in dubio magis præſumi paraphernalia, quàm data in dotem, tradidit Bald. *in l. ſi ego §. vltimo ſiue ff. de iure dotium, & conſil.69. num. 2. lib. 5.* & poſt eum Mantica *dicto numero 16.* addens rectè regulam illam, in dubiis pro dotibus iudicandum, intelligi vbi agitur de commodo mulierum, puta quod earum dotes conſeruentur, non ſi agatur de earum incommodo, ſcilicet, quod ex bonis propriis dotes in dubio conſtitutæ cenſeantur, ne quod pro mulieribus inductum eſt, aduerſus eas conuertatur, *l. vnic. §. accedit C. de rei vxor. act.*

Qui

tiue à marito compelli ad dotem eidem marito conſtituendam, neque poſſe eidem vxori renuenti ſe dotare à viro denegari alimenta, aut eam domo expelli, tenent Bartolus *in lege 2. numer. 12. ff. ſoluto matrimonio, & in ſua diſput. mulier habens magnum patrimonium n. 2.* Ripa *in dict. lege 2. num. 43.* Phanucius *de lucro dotis gloſſa 10. numer. 51.* Couarruias, & Cucchus *locis ſuprà numero 81. initio allegatis*, Menoch. *de præſumptione lib. 3. dicta præſumpt. 6. numer. 19. & num. 74.* P. Barboſa *ad leg. 1. p. 3. numer. 49. verſic. neque maritus, ff. ſoluto matrimonio*, Mantica *de tacit. & ambig. conu. libro 12. titul. 17. numer. 4. 5. & 6.* Molinus *allegata comparat. 23. num. 16.* & alij Iuriſperiti ab Mantica *d. num. 5.* Menochio *dicto num. 19.* & Phanucio *dicto num 51.* relati. Hæc ſententia probatur primè per textum *in §. ſic itaque verſic. ſi quis, auth. de nuptiis, & in §. quoniam autem varie auth. quibus mod. naturales efficiantur legitimi*, in quibus textibus habetur maritum, qui mulierem ſuis iuris duxerit in vxorem ſine dote vlla conſtituta, ob hoc non poſſe illam domo expellere, ex quo manifeſte colligitur, vt inde inferunt Menochius & Mantica *locis allegatis*, mulierem, quæ nupſit nulla dote conſtituta, non poſſe compelli ſe ipſam dotare, nec ideo poſſe à viro expelli aut ei alimenta denegari, quando ipſe eſt diues, & poteſt ſe, & vxorem alere: ſecundo ex traditis *ſuprà* probatur, quia matrimonium poteſt ſine dote, & illius conſtitutione conſiſtere, & cum dos ſit quid à matrimonio diſtinctum, ex ſolo matrimonio contracto non cenſetur promiſſa, neque tam ex parte vxoris: quam ex parte mariti deducta in obligationem, *vt ſuprà num. 79.* latè probatur; & ſic maritus cenſetur duxiſſe indotatam, ſeu ſine vlla dote; ergo non poteſt compelli poſtea mulier, licet ſit diues, conſtituere dotem marito, cum ad id nullo modo obligetur, & conſequenter ſi requiſita à marito deneget ſe dotare, ob id non poteſt domo expelli, neque poſſunt à marito diuite, qui ſe & vxorem alere poteſt, alimenta denegari, cum ipſa nolens dotem marito dare vtatur iure ſuo, neque iniuſtè, aut contra aliquam obligationē erga maritum agat. Qui ſi ſine dote debeat onera matrimonij de ſuo ſuſtinere, ſibi imputare debet, qui cū potuerit, noluit à principio ante matrimonium contractum ſibi de dote proſpicere: ita arguunt præallegati Doctor. & cōcludenter.

84 Neque obſtant adducta in contrarium, nam textus in primo argumento allegatus loquitur, quando dos à muliere, vel à patre, vel ab extraneo fuit promiſſa, & non ſoluta. Quare etiam Gloſſa *in dicto verbo onere*, rectè poteſt, & debet ſic intelligi, vt notauit Mantica *dict. tit. 17. numer. 6.* Ad ſecundum argumentum reſpondetur non eſſe iniquum, quod maritus qui voluit ducere vxorem indotatam, cum potuerit ſibi de dote proſpicere, & non fecerit, de ſuo alat vxorem diuitem, quia ad id ſe adſtrinxit voluntariè dum non proſpexit ſibi de dote, quam cum in hoc caſu vxor non teneatur dare, neque etiam alimenta denegare poteſt maritus, qui ex vi matrimonij debet onera matrimonij ſuſtinere, & vxorem etiam indotatam ſine dotis promiſſione ductam alere, vt præter plures Doctores *numero præcedenti* relatos tradunt communiter Doctores, quos Sanchez *d. diſputat. quinta, numero* 8. refert, vbi & ex iiſdem addit eam rationem, ſcilicet, quod ſibi imputare debet, quod nullam dotem ſit ſtipulatus, videaturque ipſam vxoris perſonam pro dote accepiſſe. Ad tertium negatur maritum poſſe vxorem ſine dotis promiſſione ductam cogere ad ſe dotandam, etiam cauſativè, nam ſi non præcisè poteſt cogere, cum ex promiſſione dotis (quæ nulla adfuit) non teneatur dotem viro conſtituere; neque etiam poteſt cauſatiuè, vt ſcilicet nolenti conſtituere, poſſit ei alimenta denegare, vt probatum eſt, quod in quarto argumento ſupponit ſolum eſt; iuxta tradita in ſolutione ſecunda *& numer. præcedenti, ac numer. 79. & ſuprà cap. 2. n. 141.* & ibi tradita videantur.

Qui dicit dotem ſibi à muliere promiſſam, debet probare.

Ex traditis *à numer. 79.* huc vſque colligitur, eum qui dicit dotem ſibi a muliere promiſſā, vel bona eius data ſibi eſſe tradita nomine dotis debere id probare iuxta *leg. 2. ff. de probat.* vt expreſsè Angelus *conſ. 335. num. 1. ad id adducens leg. dote ancillam, C. de rei vendicat.* Corneus *conſ. 282 num. 39. & ſeqq. lib. 1.* Capanus *ad ſtatutum Mediolani cap. 455. num. 47.* Mantica *d lib. 12. tit. 13. numer. 21.* & P. Barboſa *ad l. 1. p. 3. dict. n. 48. verſic. ſed ei qui, ff ſolut. matrimonio*, & conſtat etiam ea Maſcardo *de probat concl. 566.* vbi diſcurrit, quibus coniecturis dos probetur. 85

Mulier diues, & habens bona primò nubens nulla dote expreſsè conſtituta, aut promiſſa viro, aut bonorum mentione facta, ex hoc ſolum, quod contraxit matrimonium non cenſetur tacitè dediſſe viro omnia bona ſua in dotem.

Ex iiſdem infertur reſolutio illius quæſtionis, an mulier diues, & habens bona quæ primò ſimpliciter contraxit matrimonium abſque aliqua conſtitutione dotis, & expreſſione, ſine mentione de bonis, & quod ea bona daret viro in dotem, cenſeatur ex eo ſolo, quod contraxit matrimonium, tacitè dediſſe omnia bona in dotem, de qua quæſtione Bartolus latiſſimè in quæſtione incipiente, *mulier habens magnum patrimonium:* etſi enim Ariſtoteles (prout eum refert Gloſſa *in lege mulier bona ff. de iure dotium*) in Topicis dixerit, mulierem ex hoc ſolum, quod matrimonium contraxit, cenſeri vniuerſa bona ſua marito in dotem dediſſe, maximè quando vir eſt dignus tanta dote, & idem tenuerunt Bartolus *in lege ſi conſtante, numero 68. ff. ſoluto matrimonio*, Baldus *in lege ſi ante nuptias, ff. eodem*, Faber *in lege nulla, Codice de iure dotium*, Abbas Panormitanus *in capite quemadmodum, de iureiurando*, & nonnulli alij, & probabile putauerit poſt Io. Lupum Sanchez *de matrim. libro 1. diſputat 59. numero 4.* 86

Nihilominus contrarium, & bona omnia ex ſolo contracto matrimonio nō obligari tacitè, ſeu præſumi mulierem omnia bona ſua dediſſe in dotem ſentiunt communiter Iuriſperiti, Bartolus ſibi contrarius *in d. q. 7. & in l. penult. §. vxor, ff. ſolut. matrim.* Baldus pariter ſibi contrarius *in d. l. mulier bona, in l. nulla, Cod. de iure dotium*, & pluribus aliis *in locis* à Menochio *de præſumptio. n. 54. notatis*, Salycetus, Fulgoſius & communiter ſcribentes *in d. l. mulier bona, & in d. l. nulla, & in auth. preterea, C. vnde vir & vxor*, Hothomanus egregiè *in diſp. de dotib. pag. 96. & 97. verſic. ſed quid reſpondebimus*; Capanus *ad ſtatutum Mediolani capite 455. numero tertio, verſiculo licet in contrarium*, & præter innumeros alios à Menochio *dicto numero 54.* Mantica *de tacit. & ambiguis, lib. 12. titulo 13. numero 22.* & Fontanella *loco infrà citato* allegatos Baldus Nouellus, Phanucius, Petrus Barboſa *locis ſuprà numero 78. relatis*, Couarruuias & Cucchus *locis ſuprà numero 81. allegatis*, Rolandus *de lucro dotis quæſtione 71. & 74.* Ludouic. Ioſeph *allegatu deciſione Peruſ. 99.* Tuſchus, verbo *dos concluſiones 44. initio*, Raudenſis *de analogis capite 21. numero 62.* loquens in muliere minore, plures alios allegans Menochius *dict. præſ. 62. num. 54. & ſeqq. lib. 3. de præſumpt.* Mantica *d. titul. 13. allegato n. 12.* Maſcardus *de probat concluſione 211. 215. & 577.* Gomez *ad l. 50.* 87

Tauri

Sponſa diues ſimpliciter promittens contrahere matrimonium non præſumitur promiſiſſe dotis conſtitutionem, aut ſe ſua bona daturam in dotem.

91 Porrò ſicut mulier diues ex eo ſolo, quod contraxit ſimpliciter matrimonium cum primo viro, nulla ei expreſſe conſtituta dote, non præſumitur dediſſe ei ſua bona in dotem, neque vllam dotem promiſiſſe, iuxta tradita in præcedentibus; ita etiam mulier ſponſa diues, & habens bona ex eo ſolo, quod promiſit contrahere matrimonium cum ſponſo ſine vlla expreſſa mentione, & promiſſione dotis, non cenſetur tacite, ſeu præſumitur ei promiſiſſe conſtituere dotem ſeu daturam bona in dotem: ita reiecta opinione Abbatis *in dicto cap. quemadmodum, de iureiurando*, & nonnullorum aliorum Iuriſperitorum, quos Menochius *dicta præſumpt. 7. num. 65.* refert, aſſerentium ſponſam diuitem, & poſſidentem bona cenſeri tacite omnia bona ſua in dotem ſponſo promiſiſſe ex eo ſolo, quod contraxit ſponſalia ſine expreſſa promiſſione dotis, ita inquam, expreſſe Couarruuias *de ſponſalibus part. 1. dict. cap. 5. num. 5.* Cucchus *inſtitut. maior. lib. 5. tit. 10. num. 11.* Menochius *dict. num. 65.* & alij, Sanchez *lib. 1. de matrim. diſp. 60. num. 1.* relati. Ratio conſtat ex traditis, quia ſicut matrimonium poteſt eſſe ſine dote, quæ eſt quid ab eo ſeparabile, ita etiam promiſſio futuri matrimonij poteſt eſſe ſine promiſſione conſtitutionis dotis, quæ eſt quid ſeparabile ab ipſa promiſſione matrimonij, ſeu ſponſalibus; vnde poſita promiſſione matrimonij contrahendi, non ſequitur vt tacita etiam cenſeatur facta promiſſio conſtitutionis dotis, cum ſint duo actus ſeparati, & diſtincti ex notatis *ſupra num. 79.* ſi autem ſponſa diues, quæ ſic promiſit matrimonium ſponſo, ab eo requiſita noluerit ſibi conſtituere dotem, cum & ipſe promittendo ſimpliciter cum ea contrahere matrimonium non præſumitur promiſiſſe ſe ducturum ſine dote, *vt ſuprà n. 81.* probatum eſt, non cogetur cum ea indotata contrahere matrimonium, ſi adhuc ſit diues, & habeat bona, ex quibus poſſit ſe dotare.

92 Vtrum vero ſi poſt ſponſalia ſine dotis promiſſione contracta ante tempus contrahendi matrimonium in ſponſalibus præfinitum ipſa ob ſuperuenientem paupertatem facta fuerit impotens ad ſe dotandum, ſponſus ſi ſit diues & idoneus facultatibus ad alendum ſe & vxorem, teneatur adimplere ſponſalia, & illam ducere in vxorem abſque dote. Affirmarunt *locis citatis* Couarruuias, & Cucchus *locis citatis*, & alij ex Iuriſperitis & Theologis à Sanchez *dicto lib. 1. diſputat. 59. numero 3.* relati aientes, ſponſum hunc diuitem, qui ob paupertatem ad quam ſponſa redacta eſt, non poſſit habere dotem, debere ſibi imputare, qui de ipſa dote ſibi conſtituenda & tradenda pactum non fecit, cum potuiſſet. Negarunt autem plures ex Iuriſperitis, Summiſtis & Theologis relati à Sanchez *dicta diſputatione 59. numero 4.* qui & illos ſequitur & videtur probabilius, ſponſum non obligari ad implenda ſponſalia per matrimonij contractum ob nobiliſſimam mutationem ex parte ſponſæ ſuperuentam, quæ ſi principio extitiſſet, ſponſus non promiſiſſet cum ea contractum matrimonium, ſicut neque ſponſa, quæ promiſiſſet contrahere cum viro tempore ſponſaliorum diuite & ſucceſſu temporis reducto ad magnam paupertatem, non teneretur eum ducere ſtante, & durante illa paupertate, vt tradunt Cucchus *dicto numero 71. fine*, & Sanchez *dicta diſputat. 59. numero ſexto*; promiſſio enim intelligitur rebus in eodem ſtatu permanentibus, *dicto capite quemadmodum, de iureiurando.*

Vbi loci ſtatutum cauet bona mulieris nubentis cenſeri data in dotem viro, eiuſdem mulieris bona præſumuntur data in dotem, tametſi nulla præceſſerit dotis mentio, & quid ſi adſit in loco conſuetudo, quod etiam nulla facta dotis conſtitutione vxor intelligatur omnia bona ſua dediſſe in dotem.

Cæterum in præcedentibus, dixi ſemper, quod ex ſolo matrimonio ſimpliciter contracto nulla dote conſtituta, aut expreſſione de bonis, quod pro dote viro daret, mulier non cenſetur dotem promiſiſſe, nec bona præſumuntur ab ea data in dotem. Nam ſi in loco exiſteret ſtatutum quod mulier, cum nubit, intelligatur viro omnia bona ſua dediſse in dotem, eo caſu vigore talis ſtatuti (quod fore validum tradunt Doctores qui mox citantur) bona mulieris cenſerentur data in dotem, vt Rolandus *de lucro dotis quæſt. 71. fine*, Phanucius *de lucro dotis gloſſa 10. numero 39. fine*, Menochius *dicto libro 3. præſumptione 6. numero 77.* Mantica *dicto libro 12. allegato titulo 14. numero 3.* Ludouicus Ioſeph *dicta deciſione 99. numero 23.* & plures alij ab iiſdem relati. Quare ſtatutum extare in ciuitate Bononiæ referunt Menochius & Mantica, & non extendi ad bona, quæ vxori poſt contractum matrimonium eſsent acquiſita, tradit poſt alios Mantica *eodem numero 3.* limitat hoc ſtatutum non comprehendere mulierem minorem, Ancharanus iunior *quæſtione 39. numero duodecimo, lib. 2.* Marſilius *tractatu Banni, verbo tempus, numero 56.* & eos allegans Carpanus *ad ſtatutum Mediolani capite 455. numero 11. & 14.* at alij præallegati loquuntur abſolutè. 93

Pariter ſi in loco, ſeu ciuitate extaret conſuetudo, quòd etiam nulla facta conſtitutione dotis mulier nubens intelligitur omnia bona ſua dediſse in dotem, vel certam partem, tunc cenſeri mulierem dediſse bona in dotem viro, tradunt Ludouicus Ioſeph, & Rolandus *locis citatis*, Mantica *dicto titulo 14. numero 2.* & plures alij à Menochio *dicta præſumptione 80.* relati: idque, quia mulier nubens nulla facta mentione dotis præſumitur voluntatem ſuam voluiſse eſse conformem conſuetudini, vt contractus in dubio & conſuetudine ſumat congruam interpretationem, *lege quod ſi nolit §. quia aſſidua ff. de ædilit. edicto, & l. vlt. Codice de fideiuſſor.* & in dote conſtituenda inſpiciatur conſuetudo regionis, & demum quia conſuetudo ſit eiuſdem poteſtatis, cuius eſt ſtatutum *lege de quibus, ff. de legibus, §. ex non ſcripto & §. ſed naturalia in fine inſtitut. de iure naturali gent. & ciuili*, & in hoc caſu certum eſſet cenſeri tacite bona data in dotem, ſi conſtaret eam conſuetudinem inductam animo obligandi, & ex longo vſu obtinuiſſet vim legis, quia tunc eſſet eiuſdem poteſtatis, ac ſtatutum, & hoc caſu ita ſentit etiam Phanucius *dicta gloſſa 10. numero 38. fine*, vbi ita intelligit Rolandum: quam tamen conſuetudinem inductam eſſe vti obligatoriam, & obtinuiſſe vim legis, & difficillimæ probationis, cum ad eam multa requirantur, vt ſcribentes *in dicta lege de quibus*, & ego *in tractatu de triplici iubilei priuilegio ſect. 4. caſu 18. à numero 26. ad numerum 31.* & ob hanc ſummam difficultatem, quæ eſt in probanda 94

probanda tali conſuetudine habente vim legis. Menochius *d. præſumptione* valde dubitat, quod ratione conſuetudinis loci debeant bona mulieris, nulla facta mentione dotis nubentis, præſumi data in dotem. Et in dubio an conſuetudo obtinuerit vim legis, non præſumi obtinuiſſe) nec eſſe obligatoriam, notaui *dict. caſu* 18. *n.* 30. Quapropter vbi non conſtaret eam conſuetudinem, quod bona mulieris ſine mentione dotis nubentis intelligerentur data in dotem, obtinuiſſe vim legis, procederent tradita *ſupra n.* 80. in reſponſione ad tertium etiam iuxta Phanucium, & Menochium *locis citatis.*

Quando non conſtat expreſſe de dotis conſtitutione, aut bona mulieris fuiſſe data viro in dotem, poteſt dotem fuiſſe conſtitutam, aut bona data in dotem probari coniecturis, & quæ ſint hæ coniecturæ.

95 Præterea in præcedentibus dixi, *ex ſolo matrimonio ſimpliciter contracto*, nulla dotis mentione facta, nec de traditione bonorum in dotem non cenſeri mulierem dotem promiſiſſe, nec bona ſua in dotem viro dediſſe; nam ſecus eſt, ſi vltra matrimonium concurrant aliæ veriſimiles coniecturæ, quibus coniici poſſit, mulierem dediſſe, ſeu voluiſſe dare bona ſua marito in dotem, vt omnes Doctores *num.* 86. *&* 87. relati. Dotis enim conſtitutionem, ſeu dotem fuiſſe tacitè conſtitutam, vbi non conſtat de expreſſa conſtitutione per indicia, coniecturas, & præſumptiones, poſſe probari, tradunt communiter Iuriſperiti. Gloſſa *in leg. cum citra Codic. de iure dotium, ibidem* Baldus, *& conſ.* 102. *numero primo, libro quinto*, Rolandus *de lucro dotis dict. quæſtione* 71. *& quæſt. ſequent.* Phanucius *d. gloſſa* 10. *num.* 42. Campegius *de dote parte prima quæſt.* 39. *verſic. & etiam*, Carpanus *ad ſtatutum Mediolani capite* 455. *num.* 71. Ludouicus Ioſeph *d. deciſ.* 99. *parte ſecund.* Menochius *d. lib.* 3. *præſumptione ſext. num.* 78. Miſcardus *de probat. concl.* 576. Mantica *de tacit. & ambig. conu. lib.* 12. *titulo* 14. Rota Romana *deciſ.* 588. *numero* 21. *parte prima diuerſorum, num. ſecund.* & alij apud eandem Rotam, Menochium, & Manticam: coniecturæ autem à Doctoribus referuntur, & conſiderantur ſequentes.

Prima coniectura ad præſumendam dotis conſtitutionem in bonis mulieris, aſſignatur diuturna poſſeſſio, & adminiſtratio mariti muliere patiente, quæ reprobatur.

Ex prima coniectura ab aliquibus tacito nomine al-
96 legatis à Phanucio *d. gloſ.* 10. *num.* 42. *fine* aſſignatur, vbi nulla facta promiſſione, aut conſtitutione dotis maritus muliere ſeu vxore, quæ eidem marito expreſſe non tradidit, ſciente, & patiente aliquot menſes, & annos ſimpliciter tenuit, poſſedit, & adminiſtrauit eiuſdem mulieris bona, hoc enim caſu per huiuſmodi mulieris patientiam induitur titulus ſeu præſumptio dotis conſtitutæ iuxta præfatos Doctores, nam contractus, qui conſenſu contrahuntur, ſola patientia, & vſu contrahi, cauſarique dicuntur, vt in locatione, & conductione, *leg. item quæritur §. qui impleto ff. locat. & l. lege, Cod. eodem*, contractus autem dotis ſolo conſenſu contrahitur, *lege ad exactionem, Codic. de dotis promiſſ. & leg. vnica in princ. & §. 1. Codic. de rei vxor. actione*, ergo ex ſola patientia, dum mulier permittit virum ſua bona poſſidere, & adminiſtrare, præſumi debet dos conſtituta.

Nihilominus hanc coniecturam ſolam, & nudam reprobant, & ex ſimplici poſſeſſione & adminiſtratione bonorum vxoris per maritum habita, vxore patiente non præſumi eadem mulieris patientia, quæ nulla conſtitutione aut promiſſione dotis nupſit, bona data in dotem, ſeu dotem aliquam ab ea tacite conſtitutam, tradunt communiter Doctores aſſerentes hanc patientiam ſolam non efficere, vt præſumantur bona illa dotis nomine viro data: ita Bartolus *in quæſtione* 7. *mulier habens magnum patrimonium*, Alexander *conſ.* 144. *num.* 2. *libro* 5. *& conſ.* 142. *numero* 2. *&* 3. *libro* 7. Corneus *conſ.* 83. *num.* 31. *vol.* 1. Baldus Nouellus *de dot. p.* 6. *priuil.* 14. *ad fin.* Rolandus à Valle *de lucro dotis quæſt.* 74. *per totum*, Phanucius *d. gloſſa* 10. *num.* 43. Tuſchus *verbo Dos concl.* 724. *num.* 6. Maſcardus *de probat. concl.* 211. *num.* 1. Ludouicus Ioſeph *dict. deciſ.* 99. *num.* 13. Carpanus *ad ſtatutum Mediolani cap.* 298. *num.* 266. *& cap.* 455. *num.* 3. Menochius *lib.* 3. *allegata præſumptione ſexta num.* 64. *&* 73. *& præſumptione* 8. *num.* 34. *&* 35. Mantica *d. libro* 22. *de tacitis, & titulo* 13. *num.* 23. P. Barboſa *in l.* 1. *p.* 3. *num.* 69. *verſic. vnde ſi nulla ff. ſoluto matrimonio*, & plurimi alij a Menochio, & Maſcardo relati: Probatur primo à Phanucio, & Menochio, quia hæc patientia eſt quædam patientia informis, cum ſit actus quidam ſine cauſa, ſcilicet qui non cadit in ſpeciem alicuius contractus, ſeu quaſi, nec ſolum matrimonium præcedens poteſt haberi pro cauſa poſſeſſionis, vt Phanucius *dict. num.* 43. quia ſunt ſeparabilia, & poteſt eſſe matrimonium ſine tali poſſeſſione; patientiam autem informem nullum tribuere ius, nullumque effectum parere probat idem Phanucius *argum. leg. traditionibus ff. de pactis, & leg. nuda traditio ff. de acquir. rer. dominio.* Secundo, quia patientia operatur conſenſum quando præcedit contractus, de cuius natura ad hoc quis tenebatur, *l.* 3. *C. de acquir. poſſeſſione*, vbi agitur de commodo patientis *leg. qui patitur, ff. mandati*: cum vero contractus non præcedit, & agitur de graui præiudicio, patientia non habetur pro conſenſu, ſeu conſenſus tacitus non præſumitur, neque inducitur ex ſola patientia, vt poſt alios Rolandus *d. quæſt.* 74. *num.* 10. & Menochius *d. præſumptione* 6. *dict. num.* 73. ac proinde cum in præſenti caſu agatur de graui præiudicio mulieris, vt *ſuprà num.* 81. notatum eſt, ex ſola patientia mulieris non poteſt, nec debet argui dotis conſtitutio. Tertio à Ludouico Ioſeph probatur, quia quando quis patitur fieri aliquid in re ſua, & ille qui facit, timetur, & reueretur, iuxta *leg. primam Codic. de bon. maternis, & §. ſi vero auth. de nuptiis*, talis patientia non præiudicat, vt Bartolus *in d. quæſt.* 7. *mulier habens magnum patrimonium*, & dicitur poſſidere iure familiaritatis, *leg. qui iure familiaritatis, ff. de acquir. poſſeſſ.* Ludouicus Ioſeph. *dict. deciſione* 99. *num.* 13. poſt Decium *conſilio* 400. & in hoc actu *ex dicta lege qui iure familiaritatis*, quod maritus poſſidens rem ſpectantem ad eius vxorem dicatur poſſidere iure familiaritatis, præter Ludouicum Ioſeph notarunt priùs Rolandus à Valle *dicta quæſtione* 74. *num.* 10. *&* 11. & Alexander *dicto conſilio* 142. *& dict. conſilio* 144. & Phanucius *dicto numero* 43. ampliat Maſcardus *dict. num.* 1. ex Alexand. *conſil.* 142. & Paulo de Caſtro *conſilio* 16. *libro* 2. & aliis etiamſi mulier tradidiſſet viro bona per hæc verba *ad habendum, gaudendum, & vſufructuandum*, vt ſcilicet non ideo cenſeatur dediſſe in dotem, ſi nulla fuit conſtituta, vel dediſſe ad augendam dotem, ſi aliqua fuit conſtituta. Ampliatur etiam, vt ſi maritus dixerit vſumfructum bonorũ ipſius vxoris, quæ ea ſciente, & patiente diuturno tempore detinuit in dotem, ſibi fuiſſe conſtitutum, id non præſumatur, quamuis fructus perceperit maritus, & dos poſſit in ſolo

vſufructu

vſufructu conſiſtere *lege vſufructu ff. ſoluto matrimonio,* & *lege ſi vſusfructus ff. de iure dotium,* ita Mentica *dict. titulo* 13. *numero* 24. addens non obſtante, quod agatur de modico præiudicio, quia vere non poteſt dici modicum præiudicium cum vſusfructus in multis caſibus pars dominij intelligatur *leg.* 4. *ff. de vſufructu,* & ſi conſtaret fructus conſumptos eſſe magni precij, certum eſſet fore magnum præiudicium, ex quibus infertur, quod mulier, quæ nupta ſine dote conſtituta poſtea conſtante matrimonio paſſa eſt, vt de re vxoria maritus paciſceretur, nõ idcirco dotem ei conſtituiſſe intelligitur, cum debeat dos expreſſe conſtitui, vtpote quid meri facti, & non iuris (vt *ſuprà numero* 79. notatum eſt) ita etiam expreſsè Antonius Faber *libro quinto, eodem titulo* 9. *allegata definit.* 3. addens, quod & ſi fœnerationis cautiones mulier marito tradiderit, non ideo cautiones fierent dotales, ſed imo penes vxorem remanent actiones, nec quicquam præter agendi ſine mendacio licentiam in viro tranſlatum intelligitur, vt *leg. vltim. Codic. de pactis conuent.* An vero ſi bona quæ patiente vxore poſſidebat maritus fuiſſent deſcripta in libro æſtimi, vel pro eis maritus ſoluerit ſolitam dotis gabellam, huic cenſeatur data in dotem, *infrà* explicatur.

Secunda coniectura, qua præſumitur à muliere dos conſtituta, ſeu bona eius data in dotem viro eſt, ſi vir bona poſſedit, & adminiſtrauit tanquam dotalia ſeu data ſibi in dotem ipſa muliere ſciente, & non contradicente, quæ approbatur, & limitatur.

98 Secunda coniectura aſſignatur, ſi maritus bona mulieris ipſa ſcienre, & pariente poſſederit, & adminiſtrauit vti ſua tanquam dotalia, & tanquam maritus, vt ſi maritus bona poſſidens publicè, & palam ipſa muliere ſcienre, audiente, & intelligente dicebat, ea non contradicente, ea bona ſibi data in dotem: illaque poſſidere, & adminiſtrare ranquam bona dotalia: hoc enim caſu ex huiuſmodi mulieris patientia præſumi dotem conſtitutam in illis bonis, rradidere Bartolus *in dict. queſtione ſeptima,* Baldus *allegato conſilio* 102. Angelus *in* §. *fuerat, verbo aduerſus, inſtituta de actionibus, & conſilio* 335. Siluanus *conſilio* 95. *numero primo, volum. ſecund.* Baldns Nouellus *de dote parte ſexta, dicto priuilegio* 14. *numero tertio fine,* Rolandus *dict. quæſtione* 74. *fine,* Menochius *libro tertio, dicta præſumption. ſexta numero* 79. *& præſumption.* 8. *numero* 36. Ludouicus Ioſeph *dict. deciſione* 99. *numero* 20. *parte ſecund.* Maſcardus *de probat. concl.* 215. *numero quinto,* & Petr. Barboſa *in libro primo, parte tertia, numero* 63. *verſ. limitanda tamen, ff. ſoluto matrim.* & plurimi alij relati à Menochio, & à Phanucio *de lucro dotis dicta gloſſa* 10. *numero* 40. vbi & ipſe ait, non poſſe negari, quin huiuſmodi coniectura præſumptionem doris concludat, ex quo maritus ſcieure, & patiente vxore eius bona ſub nomine dotis, & tanquam dotalia poſſedit, & adminiſtrauit. Nec refert, ſubdit Phanucius quod verbis, vel inſtrumento dos non proberur expreſſim conſticura, quia nulo conſenſu dos conſtituitur, *lege ad exactionem, de iure dotium, ſuprà numero* 96. *ad id allegata,* & conſenſus tam nutu, & facto, quam verbis declaratur, *leg. nutu de leg. tertio, leg. vbi vxore, ff. de regul. iuris* cum ſimilibus, & eſt res certa, vt probaui *in tractatu de contractu matrimonij capite tertio, numero* 44. *& ſequentibus.* & quamvis Campegius *de dote parte prima, quæſtione* 39. *fine,* putet præfatam mariti poſſeſſionem, & adminiſtrationem bonorum mulieris vti dotalium non eſſe ſufficientem coniecturam ad præſumendum ea bona fuiſſe data in dotem, quia, inquit, maritus poſſet ea bona adminiſtrare, illiſque vti tanquam procurator conſtitutus, ex notatis *in leg. finali, Codic. de pactis conuentis,* non videtur tamen recedendum à communi Doctorum huiuſmodi coniectura admittentium, & multo magis procederet coniectura, ſi maritus bona mulieris abſque eius traditione non apprehenderit, ſed ab ipſamet muliere ſibi tradita longo tempore tãquam dotalia poſſederit, & adminiſtrauerit, Barboſa *in leg. prima, parte tertia, numero* 63. *verſ. limitanda, ff. ſoluto matrim.* quidquid ſecus ſentiat Alexander *in leg. ſi donatione, numero* 18. *Codic. de collation.* ea motus ratione, quod vbi agitur de magno præiudicio non habeat locum præſumptio iuxta tradita *numero præcedenti, & lege cum de in rem verſo, ff. de vſuris,* ad quam rationem Petr. Barboſa *numero* 69. reſpondet, procedere, quando nullo præcedente facto ſola patientia interuenit, *leg. nullo, Codic. de rei vindicatione*: in hoc autem caſu interuenit traditio, & ſic actus poſitiuus, quo caſu accedente patientia procedit præſumptio *dictæ legis cum de in rem verſo,* ſed quare, idem reſpondetur procedere præſumptionem etiam cum magno præiudicio in caſu huius coniecturæ, quia vltra mulieris patientiam concurrit proteſtatio mariti ipſi mulieri nota, quod bona eius nomine dotis ſeu data in dotem poſſidebat, & adminiſtrabat, ac proinde ipſe tacens præſumitur conſenſiſſe, & tacitè dediſſe in dotem, vt explicarum eſt, & ſic etiam quando nulla interuenit traditio, ſed tantum vxor paſſa eſt virum vti rebus ſuis tanquam dotalibus, quia maritus publicè, & palam profitebatur, ſe poſſidere ea bona tanquam dotalia ſciente, & non contradicente vxore, runc induci præſumptionem illa dediſſe in dotem aſſerit etiam idem Petr. Barboſa *dict. numero* 69. *verſiculo ſi ſanè.*

Hanc tamen coniecturam non procedere, nec ex ea præſumi dotem à muliere conſtirutam ex illa patientia, ſi mulier ſiue minor ſiue maior 25. annis ex ſtatuto loci non poſſet expreſsè ſe obligare, & dotem conſtituere abſque certa ſolennitate, ſcilicet præſentia proximorum, poſt alios tradunt Phanucius *d. gloſſ.* 10. *num.* 45 *verſiculo porro.* Ludouicus Ioſeph *deciſione* 99. *numero* 21. & Menochius *d. præſumption.* 6. *numero* 81. quia ſi non poſſet mulier abſque dicta præſentia dotem viro cõſtituere expreſsè, multo minus poterit tacitè, item non procedere, ſi mulier fuerit minor, non ſolum quia bona ſtabilia minoris non poſſunt ſine decreto iudicis alienari, ſed etiam quia præſumitur ſimplex, & ignara, & apta magis, vt decipiatur *l.* 1. *ff. de minor.* tradit Ludouicus Ioſeph *d. deciſ.* 99. *n.* 22. poſt Decium *conſ.* 45. *n.* 1. Ruin. *conſ.* 60. *n.* 25. *l.* 3. & Cephalum *conſ.* 109. *n.* 15. & ſcripſit Phanucius *d. n.* 45. *citato verſ. porro,* vbi etiam poſt Ludouicum Romanum *conſ.* 314. notat (& idem notauit Tuſchus *V. Dos concl.* 724. *n.* 31. non eſſe locum præfatæ præſumptioni dotis conſtitutæ, etiam ſi maritus perſeuerauit in dicta poſſeſſione, & adminiſtratione, poſtquam mulier minor (quæ non poterat ſibi dotem expreſsè conſtituere) facta eſt maior, quia initium poſſeſſionis ſit inſpiciendum, *lege clam poſſidere, ff. de acquir. poſſeſſ.* addit autem idem Phanucius *ibidem* ex Laurentio Calcaneo *conſilio* 11. quod poſt lapſum quinquennium à die completæ legitimæ ætatis inducitur ratihabitio alienationis factæ tempore minoris ætatis, *lege finali, Codic. ſi maior fact. rat. hab.* Et ſi longiſſimum tempus lapſum eſt, inducitur præſumptio decreti, & omnium ſolennium, iuxta tradita *in leg. ſciendum, ff. de verb. obligation. & in leg. qui in alienum, ff. de acquir. hæredit.* ac proinde 99

non poterit huiuſmodi dotis conſtitutio tacita impugnari.

100 Ad hoc autem vt ex præfata mariti poſſeſſione, & adminiſtratione bonorum vxoris tanquam dotalium ipſa ſciente, & non contradicente inducatur præſumptio dotis conſtitutæ, quanto tempore oporteat maritum poſſediſſe, & adminiſtraſſe, examinat Phanucius *dict. gloſſ.* 10. *numero* 42. & certum eſt ſufficere decennium, cum titulus præſumatur per poſſeſſionem decennalem, vt *ibidem* probat Phanucius ex Alciato *in leg. ſi certis annis, Cod. de pact.* ex Iaſone *in l.* 2. *Cod. de iure emphyteut.* an verò ſufficiat minoris temporis curſus, refert Phanucius aliquos voluiſſe requiri decennium, ipſe vero ait ſufficere, quod maritus modico tempore poſſederit, & adminiſtrauerit bona vxoris ſub nomine dotis, ipſa ſciente, & patiente, vt inde præſumatur dos conſtituta; & idem ſentit Menochius *d. præſumpt. 6. d. num. 79. fine.*

Tertia coniectura inducens præſumptionem, quod mulier quæ ſine mentione dotis nupſit, bona viro in dotem dederit, eſt quando ea bona à Patre vel alio ſunt in teſtamento relicta nomine dotis.

101 Tertia coniectura eſt, ſi pater reliquit filiæ in teſtamento quantitatem vel aliqua bona nomine ſeu cauſa dotis, & ipſa poſtea nupſerit nulla dote expreſsè conſtituta, tunc enim eam tacitè intelligi illam quantitatem, ſeu ea bona in dotem dediſſe, tradidere Ruinus *conſilio* 224. *numero quinto, & ſexto, volum. primo,* Socinus iunior *conſilio* 8. *numero* 14. *& ſequentibus libro ſecund.* Phanucius *dict. gloſſa* 10. *numero* 45. *verſiculo alio autem caſu*, Menochius *dict. præſumptione ſexta, numero* 89. *& ſequentibus*, Ludouic. Ioſeph *dict. deciſio.* 99. *numero* 14. Mantica *dict. titulo* 13. *numero ſexto*, & alij à Phanucio, & Menochio relati: & idem eſſe, ſi dos mulieri ab alio quàm à Patre relicta eſſet in teſtamento, vel alia diſpoſitione etiam imperfecta, notat *ibidem* Ludouicus Ioſeph poſt Socinum iunior. *conſilio* 8. Ratio autem, cur in hoc caſu dotis relictæ mulieri in teſtamento à patre, vel ab alio præſumatur quantitas bona nomine dotis relicta à muliere data in dotem, iuxta Socinum iuniorem *dict. conſilio* 8. *numero* 18. & Menochium *dict. præſumptione ſexta, numero* 94. *fine*, eſt quia in huiuſmodi caſu cenſetur habita quædam relatio ad teſtamentum patris, vel alterius, qui dotem legauit, quemadmodum eſt ſimilis relatio, quando mulier ſecundò nubit, quæ intelligitur promittere dotem datam primo viro, cum ad eam habita cenſeatur relatio quædam, vt *infra hoc capite* dicitur, & filia etiam cenſetur voluiſſe exequi voluntatem patris, vel alterius, qui legatum fecerit, vt dotis cauſa haberet. Quare non ſolum quando filia, cui pater in teſtamento dotem reliquit, actiones ſibi competentes ceſſit ſponſo, ſeu marito, vt petere, & conſequi poſſet, quod ſibi dotis cauſa fuit relictum, intelligitur mulier ea bona relicta dotis nomine dediſſe marito, vt etiam tenet Berous *conſilio* 40. *numero* 52. *libro primo*, quia vltra præallegatas rationes ceſſio actionum (vt Menochius *numero* 91.) ſignificat mulierem voluiſſe, vt maritus haberet ius in eo relicto; nam alioqui ſatis fuiſſet conſtituere maritum procuratorem ad exigendum nomine mulieris, & per ceſſionem actionum conſtituitur ceſſionarius in locum cedentis, & conſequenter tranſactum in ceſſionarium bonorum dominium. Nec ſolum quando filia ante contractum matrimonium petiit illud legatum nomine dotis, & præſtitit cautionem de conuertendo illud in dotem, & deinde contraxit matrimonium nulla dotis facta expreſſa promiſſione, præſumitur mulier bona illa relicta dediſſe in dotem, vt idem Berous *dicto conſilio* 40. *numero* 58. aſſerit, quia præter alias rationes adductas præſumitur voluiſſe mulier obſeruare promiſſa, atque ita dotem conſtituere, ſicut facere tenebatur, vt Menochius *dicta præſumptione ſexta, numero* 93. verùm etiam quando filia mortuo patre relictum ſibi cauſa dotis non petiit, & nupſit viro nulla ei dote expreſsè promiſſa, præſumi mulierē bona illa dediſſe in dotem, contra Beroum oppoſitum ſentientem *dicto conſilio* 40. *numero* 58. *verſiculo quartus caſus*, poſt Socinum, & Ruinum *locis allegatis*, tradit Menochius *dict. præſumptione ſexta, numero* 94. & ita procul dubio ſentiunt alij Doctores præallegati, & probat illa ratio ſumpta ex relatione ad teſtamentum patris, & ex præſumpta voluntate filiæ exequendi patris voluntatem: quare in hoc caſu licet mulier dotem non conſtituerit marito in eo credito, ſeu ſibi relicto nomine dotis, poterit nihilominus cogi à marito agere ad conſequendum legatum, & illud conuertendum in cauſam dotis, vt latiùs Menochius *dict. numero* 94.

Quarta coniectura præſumptionis dotis à muliere conſtitutæ in bonis ſuis, eſt deſcriptio eorumdem bonorum in æſtimo mariti, vel ſolutio gabellæ ipſa muliere ſciente, & approbante à marito facta, ſecus ea ignorante?

102 Quarta coniectura aſſignatur quando vir, & vxor ſimul curauiſſent bona ipſius mulieris in æſtimo, & cataſtro ipſius viri ſeu mariti deſcribi, vel de illis bonis à marito ſciente, & approbante vxore ſoluta eſſet gabella, iis enim caſibus mulierem præſumi dediſſe illa bona in dotem, ſeu in illis dotem conſtituiſſe, ſcripſere Corneus *conſilio* 282. *libro primo*, Calcaneus *conſilio* 11. Phanucius *dict. gloſſa* 10. *numero* 45. *paulò poſt initium*, & Menochius *dict. præſumptione* 6. *numero* 82. ac etiam Maſcardus *concl.* 570. *numero tertio, & quinto.* Declarantes tamen, quod his in caſibus non præſumeretur dotis conſtitutio, ſi mulier fuerit ætate minor, vel talis, quæ expreſsè non potuiſſet hanc dotem conſtituere ſine certa ſolennitate, ex traditis *ſuprà numero* 99. Dixi *quando vir, & vxor ſimul, &c. & ſciente ac approbante muliere.* Quia ſi non conſtaret deſcriptionem in æſtimo, & ſolutionem gabellæ à marito procuratam, & factam ſciente, & conſentiente muliere, deſcriptio, vel ſolutio gabellæ non erit ſufficiens coniectura ad præſumendum mulierem dotem conſtituiſſe, nec ei præiudicabit, quia maritus potuit id feciſſe vel in fraudem, vel ad ſui pompam, ſeu exiſtimationem conſtituendam, vt poſt Corneum, & Calcaneum notauit Phanucius *d. numero* 45. & latiùs Maſcardus *d. numero* 5.

Quinta coniectura eſt mulieris confeſſio extraiudicialis.

103 Quinta coniectura eſt, quando ipſa mulier pluries extra iudicium affirmaſſet, ſeu confeſſa eſſet præſente, vel abſente parte nempe marito, vel ſocero ſe dediſſe bona ſua in dotem marito, & huiuſmodi confeſſio legitimè probatur; hoc enim caſu quoque

quoque cenſeri mulierem dotem in illis bonis viro illa poſſidenti conſtituiſſe tradunt poſt alios Rolandus *de lucro dotis dict. quæſtion. 74. numero 12. & 13.* Phanucius *dict. gloſſa 10. numero 45. immediate ante verſicul. porro*, Ludouicus Ioſeph *dict. deciſione Peruſina 99. numero 19. part. ſecund.* & Menochius *libro tertio dicta præſumpt. 6. num. 83.* adducens rationem, ſcilicet quia etſi confeſſio extraiudicialis abſente marito facta non faciat plenam fidem, tamen inducit præſumptionem vrgentiorem concurrente mariti poſſeſſione bonorum, vti de dotalibus.

Sexta confectio inſtrumenti dotalis poſt contractum matrimonium iuxta reſeruationem factam à muliere.

104 Sextam coniecturam aſſignant Menochius *d. præſum. 6. num.* 88. cum Cutio iuniori *conſ. 168. num. 6.* ſi mulier nubens dixerit, quod non intendebat bona ſua eſſe data in dotem, niſi conficeret publicum inſtrumentum: eo enim inſtrumento poſtea confecto, cenſentur bona data in dotem.

Septima coniectura, quando nulla dote antea promiſſa, aut expreſſe conſtituta mulier ante, vel poſt contractum matrimonium dixit viro, do tibi bona mea, *nulla cauſa expreſſa, præſumitur dediſſe in dotem: Et quid ſi dixerit,* aſſigno tibi bona mea.

105 Septima coniectura eſt quando nulla expreſſe dote conſtituta, vel promiſſa ante vel poſt matrimonium mulier nubens in ipſo matrimonio, vel poſt contractum matrimonium dixit viro, *do tibi bona mea, vel do tibi me, & bona mea, vel do tibi talia bona*, nulla cauſa expreſſa. Hoc etenim caſu mulierem præſumi dediſſe viro omnia bona ſua, vel talia bona in dotem, videtur communis opinio Iuriſperitorum: ita Baldus *in lege nulla, numero ſecundo, Codic. de iure dotium, & in lege, vltima numero decimo, Codic. de ſent. quæ ſine certa quantitate*, Bartolus *in leg. quod autem ff. de iure dotium*, Ioannes Boſcheius *de legitim. nupt. libro ſexto numero 22.* Rolandus à Valle *de lucro dotis quæſtione 72.* Paleotus *de dote numero 78.* Carpanus *ad ſtatutum Mediolani capite 298. num. 262.* Phanucius *de lucro dot. gloſſa 10. num. 46.* Maſcardus *de probat. concl. 215. & conſilio 57.* Ludouicus Ioſeph *dicta deciſione Peruſina 99. numero 14.* Franciſcus Molinus *de ritu nuptiarum libro tertio quæſt. 46. numero ſeptimo ad 13.* Menochius *libro tertio dict. præſumptione ſexta numero 84. & 85. & præſumptione 8. numero 24.* Redina *in promp. ſententiarum iuris titulo 33. de dotibus numero 9.* Petr. Barboſa *in libro primo, parte tertia numero 67. ff. ſoluto matrimonio*, & plurimi alij relati à Menochio, Redina, & Rolando, qui dicit eſſe opinionem ab omnibus approbatam, & repetunt Maſcardus, & Redina: ratio affertur à Baldo, Phanucio, & Menoch. quia verbum, *do*, importat, ſeu ſignificat ius, & tranſlationem dominij, §. *ſic itaque, inſtitut. de actionibus*, ac proinde debet intelligi ſeu præſumi mulierem per illa verba dotem conſtituiſſe, illáve bona dediſſe viro ex cauſa dotis propter matrimonium mox contrahendum, vel contractum inter eos, cum de alia cauſa non appareat, ad quam potuerit in dominio transferendo ſe referre, & ſi hanc rationem Franciſcus Molinus *dict. quæſtione 46. numero 8. & 9.* dicat probare quidem tranſlationem dominij, quia verba vim habent transferendi illud in maritum, non tamen probare, quod illis verbis mulier cenſeatur dediſſe omnia bona ſua in dotem, cum hoc in illa tranſlatione dominij non rectè ſequatur. Quare ipſe ait, prædictæ rationi eſſe adiungendam aliam, ſcilicet quod ſermo mulieris promittentis bona ſua in dotem illis verbis indefinitus eſt, indefinita autem æquipollet vniuerſali tam in teſtamentis, quàm in contractibus, *gloſſa in capit. ita circa, de elect. in ſexto in lege ſi pluribus*, vbi Bartolus *ff. de legat. ſecund.* Alexander *conſilio 26. numero quarto, libro quarto*, & Tiraquellus *de retract. §. primo gloſſa 13. numero primo*, idque præſertim fauore dotis quæ datur loco alimentorum, quorum indefinitam æquiualere vniuerſali, etiam in caſibus, in quibus alia non æquipolleret, poſt alios tradit Surdus *de alimentis, titulo quinto, quæſt. prima numero 17.* confirmat Bartolus per textum *in dicta lege quod autem*, cuius verba in bene emendatis Codicibus ſunt, *quia autem in ſtipulatione non eſt neceſſaria dotis adiectio, etiam in datione tantundem diximus*: ex quo textu Doctores communiter concludunt, & probant, quod ſi mulier promittat aliquod vel donet aliqua bona viro ante matrimonium nulla cauſa expreſſa, cenſentur nomine dotis data, & idem ſi conſtante matrimonio dederit, vbi prius dos non fuerit conſtituta, de quo *infrà hoc capite numero 110.* & licet *gloſſa ibidem*, & Bartolus *in dict. diſputatione ſeptima, numero primo fine*, non intelligant illum textum ſimpliciter, ſed dicant, quod ibi apparebat, & conſtabat ante actum fuiſſe inter partes de dote conſtituenda, hanc tamen interpretationem diuinatoriam dicunt Ruinus *in rub. ff. ſoluto matrimonio numero 188. verſiculo ego autem puto.* Rolandus *loco citato*, Baldus Nouellus *de dote parte ſexta priuilegio 14. verſiculo primo caſu*, & Menochius *libro tertio præſumptione 8. numero 8.* licet etiam alij dixerint textum *in dicta leg. quid autem*, loqui in ſtipulatione, in quo vir promiſit reſtituere certam quantitatem pecuniæ ſoluto matrimonio; & ideo mirum non ſit, ſi ea intelligatur ex cauſa dotis, quia aliter non poterat intelligi, cum præceſſiſſet dotis datio: Hunc quoque intellectum reieciſſe Baldum Nouellum vbi *ſupr.* refert idem Phanucius *dicto numero 46. verſiculo non obſtat*, quia in titulo de iure dotium, non tractatur de reſtitutione dotis, ſed de promiſſione, & ſtipulatione. Hinc ſi in inſtrumento continetur, *Berta contraxit matrimonium cum Titio, & dedit ei ſua bona*, intelligi in dotem tradit Paleotus.

Extēdit Menoch. (quē ſequitur Molin. *d. q. 46. n. 26.*) 106
d. præſ. 6. n. 86. & d. præſ. 8. n. 26. & 27. vt etſi mulier dixerit, *aſſigno tibi bona mea*, pariter præſumatur mulier ea bona dediſſe viro in dotem ob eandem rationem, ſcilicet quod verbum *aſſigno*, importet tranſlationem dominij *leg. dotis fructus, §. vltimo cum l. ſequenti, ff. de iure dotium*, & Doctores quos latè refert, & ſequitur idem Menochius *conſ. 202. numero 6.* vbi ait, non obſtare quod aliquando verbum *aſſigno*, ſignificet nudam traditionem ex Pariſio *conſ. 23. numero 6. lib. 6.* aliquando nudam adminiſtrationem, aliquando cuſtodiam ex Bald. *in lege omne verbum, numero primo, Codic. comm. de legatis*, aliquando pignus, ex Bartolo *in leg. ſi conſtante, numero 9. ff. ſoluto matrimonio*, iuxta ſubiectam materiam. Nam in præſenti caſu, & vbi ſermo eſt vel de aſſignatione bonorum mulieris ante matrimonium, vel poſt matrimonium, cum nulla alia dos cōſtituta eſt facta marito, vel de aſſignatione bonorum mariti facta mulieri (quæ ei dotem dedit) ſoluto matrimonio verbum aſſigno ſecundum ipſam materiam ſubiectam dominij tranſlationem ſignificat, inquit idem Menochius cum aliis ab eodem *n. 6.* allegatis. Hæ autem

coniecturæ non procederent, neque ex eis præſumentur bona data in dotem, iuxta Phanucium, Ludouicum Ioſeph, & Menochium *locis ſupra n.99.* relatis. Si mulier eſſet minor, & quæ non poſſet dotem conſtituere ſine certa ſolemnitate propter rationes ibidem adductas, addit Phanuc. *d.n.45. verſic.3.* quod non præſumitur data in dotem nomine debitorum, & credita; quia iſta cum non poſſideantur, vtpote incorporalia, non traduntur ſeu non dantur, ſed ceduntur; ſed an mulier dans omnia bona ſua in dotem cenſeatur dare etiam nomina debitorum, infra *hoc cap. num.111.*

Quid ſi mulier dixit viro ante, vel poſt matrimonium trado tibi bona mea, *cum actuali traditione nulla cauſa expreſſa, an etiam tunc præſumatur dediſſe illa in dotem.*

107 Sed quid ſi mulier nubens tempore matrimonij immediatè ante illud contractum, vel matrimonio iam conſtante non fuerit vſa verbo *do*, ſed dixerit marito *trado tibi bona mea*, vel *trado tibi me, & bona mea*, nulla expreſſa cauſa, an præſumatur vel præſumi debeat mulier tradidiſſe, & dediſſe bona in dotem, ſi nulla erat dos viro conſtituta. Roland. *de lucro dotis quæſt.73.* dicit præſumi data in dotem, ſi vir dignus fuiſſet tanta dote, & ita intelligendum eſſe ait dictum Ariſtotelis, quod mulier nubens cenſeatur bona ſua dare viro in dotem; ſecus vero ſi vir non fuiſſet dignus tanta dote: nam tunc ait bona præſumuntur potius paraphernalia, eo quod iuri non ſit conſonum, quod dos detur vltra menſuram, maximè ſi mulier eſſet minor vigintiquinque annis: confirmat quod ſimplex, & nuda traditio bonorum facta per vxorem non facit, vt tradita ſint bona in dotem, niſi aliud ex coniecturis colligeretur, vt infra magis explicatur, Baldus Nouellus (quem ſequitur Carpanus *ad ſtat. Med. c.298. num.263. de dote*) *p.6. priuil.14. num.3. verſ. ſecundus caſus*, & tenet quando ante matrimonium, & quando poſt matrimonium contractum ex interuallo mulier dixit viro *trado tibi bona mea*, vel *concedo & tuæ diſpoſitioni committo*, non expreſſa cauſa dotis, ſi nulla dos erat iam conſtituta, mulierem cenſeri tradidiſſe, & conſignaſſe viro bona cauſa dotis propter ſubiectam materiam, ſcilicet matrimonium mox contrahendum, vel iam ſubſiſtens inter eos, & onera matrimonij, præſertim ſi dicta bona tradita non excedant congruitatem dotis, & quando traditio facta eſt ante matrimonium mox contrahendum, probatur arguendo de promiſſione ad traditionem iuxta *l. finalem, Cod. ad leg. falcid.* ſcilicet, quia ſi promiſſio inter ſponſum & ſponſam de aliqua quantitate intelligitur cauſa dotis facta, quamvis ea expreſſa non fuerit *d. l. quod autem ff. de iure dotium*, & infra probatur. Ergo traditio quoque debet intelligi ex cauſa dotis facta, maximè quia non poteſt facilè præſumi alia cauſa, quàm dotis, & recompenſationis onerum matrimonij. Quando verò traditio bonorum poſt contractum matrimonium à muliere ipſa facta viro eſt cum illa expreſſione, *trado tibi iſta bona mea*, vel *concedo & tuæ diſpoſitioni committo*, non expreſſa cauſa dotis, præter illud argumentum ſumptum à promiſſione ad traditionem, probat Nouellus, quia etiam conſtante matrimonio validè, & licitè poteſt à muliere dos viro conſtitui, vbi nulla fuit ante conſtituta: ergo eo caſu debent præſumi bona tradita marito propter matrimonium inter eos ſubſiſtens & onera matrimonij, cum nulla alia cauſa talis traditionis probabilior appareat, maximè cum traditione præcedenti facta à muliere per illa verba concurrente continua & diuturna, ac longa poſſeſſione viri ſubſecuta ſibi fructuantis ſciente, & patiente ipſa vxore: ex qua, ait Nouellus, præſumi titulum ex cauſa dotis etiam in dicta ſimplici traditione, cum ex ſequenti poſſeſſione habita ſciente & patiente domino præſumatur aliquid, quod alias non erat præſumendum, *l. 5. Cod. de acquir. poſſeſſ.* Quare ad inducendam præſumptionem dotis conſtitutæ in bonis à viro diu poſſeſſis idem Baldus Nouellus facit differentiam, an mulier ipſa tradiderit viro bona, an vero vir apprehenderit bona abſque mulieris traditione, & ea ſciente & patiente poſſederit; vt primo caſu procedant tradita, & præſumatur titulus dotis; poſteriori vero caſu procedant tradita *ſupra num.97.* addit idem Nouellus *eod. num.3.* præfatam traditionem præſumi factam ex cauſa dotis propter ſubiectam materiam, non ſolum quando bona non excedunt congruentiam dotis, ſicut & ſimplicem promiſſionem à muliere viro factam nulla cauſa expreſſa; ſed etiam idem probabiliter dicendum, quamvis bona notabiliter excederent congruentiam dotis: cum etiam ſimplex promiſſio cauſa non expreſſa à muliere facta viro excedens congruentiam dotis præſumatur cauſa dotis facta, vt idem Nouellus *eod. priuilegio 14. verſic. primo caſu*, probat cum non ſit prohibitum, ſed imo aliquando mulieres dent in dotem vniuerſum patrimonium, licet congrua dos fuiſſet minor, inſpecta viri qualitate; & quod quando mulier nupſit nulla dote conſtituta, & poſtea viro tradit bona, cenſeri illa data tacitè in dotem, tenuit expreſſe etiam Guido Papæ *quæſt.468. num.3.* Menoch. quoque licet *d. præſumpt.6. num.87.* videatur dubitare de ſententia Nouelli, tamen *eod. l.3. præſumpt.8. n.13.14. & 15.* abſolutè ſentit mulierem ante, vel poſt contractum matrimonium ſimpliciter & nulla expreſſa cauſa tradentem bona ſua futuro marito, vel iam marito, cui nullam dotem promiſerit, cenſeri tradidiſſe ex cauſa dotis, & etiamſi bona excederent dotis congruitatem, P. Barboſa quoque *in l.1. p.3. n.68. verſic. limitanda, & l. 69. initio* eandem Nouelli ſententiam probauit, expreſſe tenens traditionem factam à muliere accedente patientia eiuſdem inducere præſumptionem, quod mulier dederit bona in dotem, ſecus ſi traditio non interuenit. Eandem Baldi Nouelli ſententiam tradidit Baldus *in cap.1. ad finem tituli, an maritus ſucced. vxor.* dum dixit, quod vbi interuenit traditio dotis, cenſetur eo ipſo mulier bona omnia dediſſe. Hanc eandem ſententiam, ſi vir, cui mulier bona tradit, ſit dignus tanta dote, aliàs ſecus, approbarunt Alexand. *conſ. 122. num. 9. & conſ.142. n.2. lib.7.* Romanus *conſ.44. num.44.* quos refert Rolan. *de lucro dotis q.73.* ex hoc inferens, quod ſtante ſtatuto lucrum dotis deferente marito in dote vel illius portione, illud conſequeretur maritus etiam in hoc caſu.

Contrarium, & per traditionem bonorum à muliere 108
nubente factam viro per illa verba, *trado tibi bona mea* vel *me & bona mea*, nulla expreſſa cauſa dotis, non cenſeri in dotem data, tametſi nulla aliàs dos ſit conſtituta, tenet abſolutè Phanucius *d n.46. per totum*, contra Baldum Nouellum, & ita etiam Paleotus *de dote n.28.* hoc idem etiam ſenſiſſe Baldum ſibi contrarium *in d.l. fin. n.10. Cod. de ſententia quæ ſine certa quant.* & Alexandrum *conſ.144. vol.5.* teſtatur idem Phanuc. *d.n.46. initio*, & indicat etiam Roland. *d.q.73.* cum tam Baldus, quam Alexander locis citatis dicant ſimplicem & nudam traditionem bonorum non facere, vt bona tradita ſint in dotem, ſed præſumantur paraphernalia, niſi aliud ex aliis coniecturis colligeretur, & *ad d.l. quod autem* reſpondet Alexand. eam tantum procedere, eo quia ibi interuenit datio bonorum, ſed in caſu vbi agitur de ſola traditione ea non ſufficit ad dotis conſtitutionem, ſed requiritur datio, ſcilicet, quod mulier dicat *do*, & ſic vtatur verbis habilibus ad transferendum dominium: ita Alexander, & hanc ſententiam etiam approbat P.

Barboſa

Barboſa *d. p. 3. citat. num. 67.* & Franciſcus Molinus *d. q. 46. num. 21. & 22.* Quare hæc ſententia iuxta Baldum, Alexandrum, Phanucium, & Rolandum probatur ex differentia, quæ eſt inter traditionem per verbum, *do*, & per verbum *trado*; nam verbum, *do*, importat tranſlationem dominij, *vt numer.* 105. probatum eſt; ſed verbum *trado*, importat nudam traditionem *l. ſtipulationes non diuiduntur, ff. de verborum obligat.* Quare cum in primo caſu mulier intellexerit dominium bonorum transferre in virum, intelligitur voluiſſe cauſa dotis, cum de alia cauſa non appareat, vt eodem *n.* 105. latius explicatum eſt: in ſecundo vero caſu (de quo hic agitur) de voluntate transferendi dominij non apparet, ac proinde traditio mera non poteſt ad cauſam dotis ſe referre: ita Phanucius, qui ad argumentum Nouelli ſumptum à promiſſione ad dotem negat conſequentiam de promiſſione ad traditionem, eo quod cum promiſſio ſine cauſa non valeat, *l. 2. §. circa, ff. de doli except.* & interpretatio pro eius validitate ſit facienda, *l. quoties, ff. de rebus dub.* præſumendum eſt ibi cauſa dotis eã promiſſionem nulla expreſſa cauſa factam propter matrimonium emanaſſe, quia quando vna tantum cauſa poteſt adduci, illa habetur pro expreſſa, iuxta Baldum, & Iaſonem ab eodem Phanucio allegatos: at in traditione, ſubdit idem Phanucius, ceſſat hoc, cum traditio fieri potuerit cauſa adminiſtrationis committendæ, ideoque neceſſario non cõcludit ad cauſam dotis ſicut promiſſio. Quare ſtante ratione differentiæ non procedit æquiparatio per *d. l. fin. Cod. ad legem falcidiam.* Neque ex contractu matrimonij poteſt inferri ad contractum dotis, cum matrimonium poſſit eſſe ſine dote, & ad poſitionem vnius non ſequatur neceſſariò poſitio alterius, iuxta tradita *ſuprà num.* 29. Ad confirmationem eiuſdem Nouelli ſumptam ex differentia diuturnæ poſſeſſionis cum patientia mulieris, quæ ipſa bona tradidit viro, & diuturnæ poſſeſſionis cum patientia mulieris ſine traditione bonorum ſponte & expreſsè facta à muliere, reſpondet idem Phanucius non multam vim faciendam inter caſum patientiæ à muliere præſtitæ in poſſidendo, vel traditionis factæ; ſed in cauſa, ex qua præſtatur patientia, vel fit traditio, quia abſque cauſa eſt vtraque informis, effectum iuris non pariens, vt *ſupra num.* 97. notatum eſt, & ſcripſit Bartolus *in d. quæſt. 7. mulier magnum.* & patientia, ſubdit Phanucius, habetur loco traditionis, *l. 2. Cod. de acquir. poſſeſſ.* vbi Doctores, & Ruinus *conſ.* 151. *numer.* 11 *vol.* 5. & per tradita probatur etiam eadem ſententia, quamvis alioqui eſſet dignus tanta dote, quidquid ſenſerit Rolandus poſt alios *ſuprà* allegatos, quos etiam quoad hoc reprobant Phanucius & Molinus. Quod enim maritus ſit dignus, vel indignus tanta dote, nihil refert etſi aliquam præſumptionem facere poſſit; at hæc præſumptio veritati cedit, cum dos ab vxore marito datur per verba, quæ ſui natura non ſunt apta ad dominium transferendum, qualia ſunt illa, *trado tibi bona mea*, à quorum verborum proprietate in dubio propter illam viri dignitatem non debet recedi, *l. non aliter, cum vulg. ff. de legat. 3.* Per quæ omnia redditur validè dubia, & incerta ſententia Nouelli, quam tamen, vbi à muliere ante matrimonium traditio bonorum cum illa verborum expreſſione *trado tibi me & bona mea*, viro eſſet facta, tanquam non leuiter probabilem puto, præſertim ſi bona non excedant congruentiam dotis inſpecta viri qualitate, cum tunc tam ex parte mulieris tradentis, quam ex parte ſponſi acceptantis propter matrimonium imminens, & mox futurum rectè videatur poſſe præſumi traditionem factam, & acceptatam intuitu ſolius matrimonij imminentis, & mox futuri inter eos, & ſic cauſa dotis; & in huiuſmodi caſu traditio videatur inducere rationem promiſſionis, ſeu vicem & vim promiſſionis habere. Quod ſi mulier tradendo bona ſua viro dixerit, quod *idem maritus haberet dicta bona ad vtendum fruendum & vſufructuandum*, eò caſu bona illa non cenſeri in dotem (vbi nulla erat conſtituta) data præter Maſcardum *loco relato ſuprà numer.* 97. & alios ab eodem Maſcardo allegatos tradidit Decius *conſ.* 621. *numero* 11. afferens rationem, ſcilicet, quod prædicta verba *ad vtendum fruendum*, intelliguntur ſolum reſpectu fructuum. Addit idem eſſe dicendum contra Ruinum *conſilio* 22. *numero* 27. etiamſi mulier adiunxiſſet prædictis verbis, & *faciendum perpetuo quidquid libuerit*, dicens hæc verba prædictis addicta intelligi perpetuo, ſcilicet donec maritus vixerit. Quam tamen dotis conſiderationem non concludere dixit Menochius *de præſumptionib. libro tertio, præſumptione* 8. *numero* 29. eam adducens rationem, quod fructus paraphernalium ab initio non commendatur marito, vt de eis poſſit diſponere ad libitum, ſed vt habeat cuſtodiam, & adminiſtrationem, & ea impendat pro communi vſu vxoris & proprio (vt tradit ipſe *præſumpt. 7.*) & ideo verba illa *faciendum perpetuo quidquid placuerit*, magis conueniant fructibus dotis, quos ipſe maritus ſuos facit, & ad libitum de eis, dum viuit, diſponit; tamen hæc ad ſummum probant, tunc bona non tradi marito ſecundum rigoroſam rationem paraphernalium bonorum, non tamen debent cenſeri tradita in dotem, vel in augmentum dotis iam conſtitutæ, cum verba illa *ad fruendum & ad faciendum perpetuo*, directè verificentur reſpectu fructuum tantum, donec maritus vixerit, vt etiam Phanucius *dict. gloſſa* 10. *num.* 47.

Vbi dos ſemel à muliere fuit conſtituta, ſi poſtea tempore matrimonij, vel poſt illud contractum ab eadem aliquid bonorum, vel pecuniarum fuit viro traditum, nulla cauſa expreſſa, non præſumitur traditum cauſa dotis, ſeu eius augmenti, ſeu paraphernale.

Cæterum conueniunt Doctores, cum dos ſemel à 109
muliere fuit viro conſtituta, ſi poſtea aliquid bonorum, vel pecuniarum ab eadem marito traditum fuerit nulla expreſſa cauſa, non præſumi traditum cauſa dotis, ſcilicet illius augmenti, quia ceſſat illa neceſſitas id præſumendi, cum matrimonium, propter quod contrahendum dos datur, ſit contractum, & mulier ſupponatur dotata antea, atque adeo in tali caſu neceſſe eſt clarè & euidentioribus probationibus, de quibus Menochius *dicta præſumptione* 8. *numero* 23. probare id, quod eſt traditum, fuiſſe datum in dotis augmentum: ita Baldus *in dicta lege vltima, numero ſexto, Codice de ſentent. quæ ſine certa quantitate*, & *in lege multa, Codice de iure dotium*, Decius *conſilio* 521. *n.* 10. Ioannes Boſcheius *de legitim. nupt. cap. ſexto, numero* 22. Baldus Nouellus *de dote parte ſexta, allegato priuil.* 14. *immediatè ante numerum tertium*, Paleotus *de dote numero* 31. Rolandus *dicta quæſtione* 73. Phanucius *dicta gloſſ.* 10. *num.* 43. Menochius *dicto libro tertio, allegata præſumptione ſexta, numero* 65. & *d. præſumptione* 8. *numero* 18. id latius probans *ſequentibus numeris.* Petr. Barboſa *in lege prima, parte tertia, numero* 68. *verſiculo illud certum, ff. ſoluto matrimonio*, & alij ab eodem *ibidem* allegati. In hoc ergo caſu bona à muliere marito, cui iam dotem conſtituerat, tradita nulla expreſſa cauſa, iuxta eoſdem Doctores, & alios communiter, in dubio non intelliguntur data in augmentum dotis, ſed tanquam paraphernalia, & ex cauſa gubernij & adminiſtrationis: pro cuius rei maiori intelligentia aduertendũ (vt latius tradũt poſt alios Menoch.

de præſumpt lib.3 præſumpt.7.num.1. Guido Papæ *d.quæ.*368. *num.*4. Gomez *ad l.*50. *num.*20. & Maſcardus *de probat. allegata concl.*211.) mulierem habere poſſe patrimonium ſeu bona triplicis generis, ſcil. dotalia, paraphernalia, & quæ dicuntur extra dotem, omninoque mulieri reſeruata & eius propria: dotalia ſunt, quæ data ſunt marito in dotem, qui conſtante matrimonio illorum non tantum gubernium & adminiſtrationem, ſed & dominium habet, vel proprium naturale & verum, iuxta tradita *ſupra hoc cap.n.*97. vel ciuile & fictitium: & quod emolumẽta, quæ ex ipſis rebus dotalibus percipiuntur iuxta tradita *ſupra hoc cap.n.*67. paraphernalia ſunt, quæ ipſa vxor tempore, quo in domum mariti inducitur, ſecum vltra dotem defert, quorum dominium omnino, & verè remanet penes ipſam mulierem, & ſi eo ipſo, quod ea in domum mariti intulit aut inſtrumenta illorum tradidit marito, eidem cenſetur tacitè concedere, & committere eorumdem bonorum cuſtodiam, gubernium, & adminiſtrationem, & dare mandatum ad ea agendum, ſeu in eis conſtituere eumdem maritum ſuum procuratorem *l.hac lege & l. vltima Cod. de pactis conuent.& l.ſi ego §.dotis ff.de iure dotium*, Doctores præallegati ſcribentes *in d. l. vltim.* Alciatus *de præſ. reg.*1. *præſump.* 33. *n.* 2. *verſic. ſed tu conſidera*; alij ab Auguſt.Barb. *Collect. ad d.l.hac lege, num.*2.*& ad l. vltim.n.*4. & alios allegans P. Barboſa *ad l.*1. *p.* 1. *n.*29. *verſic. ſed ſi paraphernalia ff. ſol. matrim.* Hoc autem ius adminiſtrandi bona paraphernalia reuocabiliter transferri in maritum, poſſeque vxorem ad libitum tacitè, vel expreſsè reuocare, tradit alios allegans P. Barboſa *loco citato*, per textum *in d.l.hac lege*, vbi habetur in rebus paraphernis muliere prohibente virum non poſſe immiſcere, vt ſcribentes *ibidem*, & *alij* ab Auguſt. Barboſa *d. Collectaneo ad eandem legem* allegati, vnde addit idem P.Barboſa *num.*30. *initio* cum aliis quod mulier eadem bona paraphernalia etiam conſtante matrimonio poteſt vendicare à marito, vel à quolibet alio tertio poſſeſſore, quantùcunque maritus ſit diues, & non vergat ad inopiam. Quare cum maritus eorum dominium non habeat, non poteſt ad libitum de bonis paraphernis vxoris diſponere, vt per præallegatos textus probat aliis etiam relatis Menoch. *conſ.*8.*n.*71. dicuntur autem præfata bona paraphernalia *à para*, quod eſt *iuxta*, & *pherna*, quod eſt dos, quaſi bona data iuxta dotem, vt poſt Azonem *in ſumma Cod.de iure dotium in princ.* Guid. Pap.*d. quæſt.*468. *n.* 5. & Gomez *d. num.* 20. *verſic.*2. *poteſt habere*, vnde vbi nulla eſt dos conſtituta, ibi paraphernalia eſſe non poſſe ſcripſit Alexander *in d. conſ.* 144. *circa primum, vol.*5. & eum referens Maſcard. *d. concl.*211.*n.*4. differentias autem inter bona dotalia, & paraphernalia refert Menoch. *conſ.*36. *num.*6. *& d.præſump.*8. *à num.*5. Demum bona vxoris tertij generis & extra dotem ſunt bona propria vxoris, quæ non dedit in dotem, & retinet omnia apud ſe quoad dominiũ, nec ea marito tradidit in adminiſtratione expreſſè, vel tacite, ſed ipſa ſeparatim ea habet, regit, & adminiſtrat; ita quod in ſuis bonis nullum ius habet maritus, vt præallegati Doctores; licet etiam poſſit agere, & defendere tanquam coniunctam perſonam præſtita cautione de rato, ſicut quilibet coniunctus poteſt, vt aliis allegatis tradit Gomez *d.num* 20. *verſ. tertio poteſt*, aiens ſic debere intelligi textum *in l.maritus, Cod.de procur.* declaratur autem præfata communis concluſio, vt procedat, quando dos priùs à muliere conſtituta viro fuit congrua: nam ſi dos data, ſeu conſtituta erat incongrua, & poſtea mulier ſimpliciter, & nulla cauſa expreſſa aliquid marito tradidit, cenſeri, mulierem dediſſe in dotem, tradunt Baldus *vbi ſuprà*, Roland.*d.q.*73. *ad finem*, & Pariſius *in l.*1.*n.*171.*ff ſol. matr.* Hanc tamen declarationem non admittunt Alexander *conſ.* 144. *n.*3 *lib.*5. Curtius Iun. *auth. præterea n.*11.*Cod. vnde vir & vxor. & conſ.*168.*n.*4. quos refert & ſequitur P.Barboſa *d.n.*68. volentes nõ obſtante dotis priuilegio, data incongruitate traditum poſtea à muliere ſimpliciter, cenſeri traditum tanquam paraphernalẽ, ea tamen mente (addit & ſentit idem P.Barboſa) vt in compenſationem onerum matrimonij maritus fructus inde perceptos faciat ſuos (quæ donatio etiam conſtante matrimonio facta valida eſt: quod autem *§ ſi vir, ff. de donat. inter vir. & vxor.*) quamuis aliàs maritus fructus perceptos ex rebus paraphernalibus ſuos non faceret; & contra eandem declarationem videntur ſtare tradita *num.* 108. pro ea tamen facere videntur quæ numero ſequenti tradunt; quare ſatis probabilem & æquitati conſentaneam exiſtimo.

Quando mulier ante vel poſt contractum matrimonium antea nulla dote data, vel promiſſa viro, promiſit eidem viro aliquid, vel bona ſimpliciter, & nulla cauſa expreſſa, promiſſio præſumitur facta cauſa dotis.

Præterea conueniunt Doctores, quod quando mulier tempore matrimonij ante illud contractum vel poſt matrimonium nulla dote data, vel promiſſa viro, ei promiſit aliquid, vel bona ſua ſimpliciter, nulla expreſſa cauſa, promiſſio præſumitur facta cauſa dotis: ita Ruinus *in rub. ff. ſol. matr.n.*88. *verſic. ego autem puto*, Ioannes Boſchius *de legitimis nuptiis lib.*6.*n.* 22. Bald. Nouellus *de dote p.*6. *priuil.*14. *n.*1. *verſic. primo caſu*, Phanuc. *de lucro dotis gloſſa* 10. *n.* 46. Roland. *de lucro dotis quæſt.* 72. Carpanus *ad ſtat. Med. cap.* 298. *num.*265. Menoch *de præſumpt. lib.*3. *præſ.* 8. *num.*8. *& quatuor ſeqq.* & alios allegans P. Barboſa *in l.*1.*p.*3.*n.*64. *fine.ff. ſol. matr.* probatur primo per textum *in l. quod autem, ff.de iure dotium*, cuius verba adducta ſunt *ſup. hoc cap. num.* 105. ex quibus patet dationem & promiſſionem à pari procedere, vt quemadmodum in datione (videlicet quando mulier dicit viro *do tibi bona mea*) facta à muliere marito cauſam dotis exprimere non eſt neceſſe (vt etiam *d.n.*105. probatum eſt) ita nec in promiſſione, quia ſatis præſumitur: interpretationes autem dicti textus contrariæ *d. n.* reiectæ ſunt. Secundo probatur ratione adducta *ſupra n.* 108 *verſic.* ita Phanucius, duas alias rationes affert Menochius *d. præſumpt.*8. *num.* 9. *&* 10. ſcilicet, tum quia promiſſio facta ſine cauſa valet quando præceſſit contractus aliquis, *l.triticum, ff. de verb.oblig.* quia præſumitur facta ex illa cauſa, in præſenti autem caſu præceſſit matrimonium, quod requirit dotem: tum quia promiſſio ſine cauſa expreſſa facta declaratur ex perſonarum qualitate, præſertim promiſſarij, vt promiſſio annua facta pauperi non expreſſa cauſa, ex qualitate perſonæ pauperis præſumitur cauſa alimentorum, vt poſt alios Menochius *d. præſumpt.*8. *num.*11. & P. Barboſa *d. p.* 3. *num.*66. & alij ab eodem Barboſa *d. p.* 3. *n.*65. *initio relati*: cum ergo in præſenti caſu qualitas promiſſarij ſit ipſe maritus, cui dos ſolet præſtari, rectè præſumitur cauſa dotis facta promiſſio; neque obſtat conſtante matrimonio prohibitam eſſe donationem inter coniuges, vt *hoc capite, numero* 19. probatum eſt: Nam interdum non eſt prohibita donatio cauſa dotis, ſeu conſtitutio dotis, vbi nulla ante fuit dos conſtituta, aut promiſſa, quia non eſt donatio ſimplex, ſed onerosa reſpectu viri, qui non dicitur habere illam ex titulo lucratiuo, ſed oneroſo, *vt ſuprà cap.*1.*numer.*106. *&* 107. probatum eſt, & huiuſmodi dotis conſtitutio, vbi nulla fuit conſtituta, eſt remuneratoria & compenſatoria onerum matrimonij, quæ maritus ſuſtinet; conſtitutio autem dotis remu-

neratoria

neratoria,& compenſatoria conſtante matrimonio non eſt prohibita, ſed valet irreuocabiliter, *vt ſupra hoc cap. à num. 32.* probatum eſt, & quod etiam conſtante matrimonio conſtitui poſſit dos, cum nulla antea eſſet conſtituta marito, ex *§. aliud quoque, auth. de æquitate dotis*, & præter Balduin Nouellom *vbi ſupra*, latè tradit Faber *lib. 2. cod. tit. 22. defin. vnica in textu & ſcholio num. 1. & 10 & num. 6.* aſſignat rationem, quia licet dos introducta ſit præcipuè vt matrimonium facilius contrahatur, cauſa tamen dandæ dotis ſubeſt quandiu conſtat matrimonium, vt matrimonij oneribus ſubſeruiat, maiórque inter coniuges concordia conſeruetur. Quare eadem definitione vnica reſoluit idem faber muliere ſine dote nupta quæ conſtante matrimonio bona ſua omnia in dotem dederit, ex hoc ſolo læſam non videri, niſi dolo mariti circumſcripta proponatur, & ſic non poſſe in integrum reſtitui etiamſi fuerit mulier minor, quia enim ex iuris diſpoſitione dos conſtante matrimonio poſſit conſtitui, vt notatum eſt, non poteſt videri læſa mulier, quæ iure communi vſa eſt, *l. vltima C. de in integrum reſtitutione minor. l. inter eos § cum inter ff. de fideiuſſor. cum ſimilibus*: ſi vero mulier minor non habens curatorem promiſerit, vel dederit quantamcunque dotem, licet promiſſio, vel dos ſubſiſtat; inquit idem Faber *in ſcholio num. 4. fine*; fauore tamen ætatis (ſubdit) ſi læſio concurrat, poteſt inducere reſtitutionem. Quod ſi mulier ſine dote nupta conſtante matrimonio omnia bona ſua in dotem dederit eiuſdem mariti dolo inducta ac decepta, eo caſu, ait Faber, eam in integrum reſtitui poſſe & debere: *& in ſcholio num. 4.* hoc ſenſu accipiendum eſſe, quod ait *lex vnica Cod. ſi aduerſus dotem*, & Vlpianus *lege ſi ex cauſa §. 1. ff. de minoribus*. In dotis quoque modum ſubueniri mulieri non ſolum ſi omnia bona ſua in dotem circumſcripta dederit, ſed & ſi vltra vires patrimonij. At de intellectu *dict. leg. vnica, Cod ſi aduerſus dotem*, & quando mulier minor reſtituitur in integrum ob dotem immodicam datam viro, *infrà hoc capite 8. num. 183.* poteſt etiam conſtante matrimonio augeri dos iam ante matrimonium conſtituta, ſi illa non erat congrua, ac proinde quaſi debitum augmentum *dict. §. aliud quoque, auth. de æqualitate dotis.* Fab. *d. def. vnic.* vel ſi augmentum fiat de conſenſu amborum coniugum, vxore ſcilicet vel alio eius nomine faciente marito additamentum doti conſtitutæ. & ipſo marito, vel alio eius nomine augente. reſpectiuè donationem propter nuptias *lege ſi conſtante, Cod. de donat. ante nupt.* de quibus latè Nouellus *d. n. 1. verſic. 1. caſu. Qui verſ. præterea* addit, quod ſi à principio, quia nihil habebat mulier, nupſit indotata, & poſtea obuenerunt ſibi bona, putà ex aliqua ſucceſſione, quæ marito dedit in dotem ſeu cauſa dotis congruæ ſibi conſtituendæ, valet talis conſtitutio, ſeu donatio cauſa dotis, quaſi ſit veriſimile, quod ſi dicta bona habuiſſet à principio, illa conſignaſſet in dotem, ſi erant ad congruentiam & menſuram dotis, inſpecta viri perſona & qualitate. Nam hæc donatio non eſt ſimplex, ſed remuneratoria propter onera matrimonij, quæ ſuſtinet maritos: quod idem repetit *p. 7. priuileg. 8. n. 3.* Plura alia ad id tradit vtrobique idem Nouell. quæ apud ipſum poterunt videri.

Mulier quæ viro dixerit do tibi in dotem omnia bona mea, *non intelligitur dediſſe futura poſtea quæſita, vbi quod donans bona ſua non cenſetur donare etiam futura.*

211 Rurſus ſi mulier ſua bona omnia dederit in dotem dicendo viro *do tibi omnia bona mea pro dote*; in huiuſmodi dote nõ cõtineri etiam futura, ſeu quæ poſtea inuſieri fuerint quæſita, indubitatum eſt, & tradit in ſpecie Hotomanus *in diſputatione de dotibus, in quæſt. de dote congrua.* Qui enim bona ſua donat, non intelligitur donare etiam futura, vt clarè probat textus *in leg. ſi ita 7. ff. de auro & argento legato*, vbi ſi qui legat dicendo *Relinquo veſtem meam, argentum meum*, intelligitur legatum de eo, quod teſtamenti tempore fuiſſet; quia hac demonſtratione *meam, meum* præſens, non futurum tempus oſtenditur: ita ibi & expreſſe etiam notauit Hotomanus *in diſputatione de donationibus. in quæſtione an bonorum omnium donatio valeat*, vbi addit, quod equidem bona præſentia augmentum non recipiunt, ſed tamen poteſt perſona donec viuit, acquirere *leg. creditores, ff. de ſeparationib.* Confirmatur etiam ex eo quod donatio expreſſa omnium bonorum præſentium & futurorum eſt nulla in totum, *vt in diſputatione de dotibus in allegata quæſtione*, pluribus probat Hotomanus & magis communis opinio Doctorum vt teſtatur Mantica *de tacit. & ambig. conuent. lib. 13. tit. 26. num. 141.* qui *numer. 28. verſicul. hanc vero*, Iuriſperitos ita ſententiores cumulat, quia cum nihil ſuperſit donatori, de quo poſſit teſtari, per talem donationem tolleretur libertas teſtandi, quod eſt contra bonos mores, & legibus prohibitum, vt latè præallegati Doctores, quin etiamſi quis donaret alteri omnia bona ſua mobilia, præſentia & futura, etiam in hoc caſu donationem eſſe nullam tenuit Curtius *in lege ſtipulatio hoc modo concepta n. 67. ff. de verb. obligation.* quia nihil videatur ſupereſſe, de quo poſſit donator teſtari. Nam licet nomina debitorum, ſeu iura, & actiones propriè loquendo ex natura ſua nec immobilia computentur, ſed tertiam quandam ſpeciem conſtituant *leg. à diuo Pio, §. de venditione ff. de re iudicata*, cum aliis iuribus à me *tom. tertio mor. variabil. ſexto num. 387. verſicul. quare licet*, & Doctores pariter à me *ibidem* allegati. Nihilominus cum quis diſponit de vniuerſo patrimonio actiones ad res mobiles continentur inter bona mobilia, & actiones ad res immobiles inter bona immobilia, *lege ſi ad reſoluendum, Codice de prædiis minorum*, & Doctores quos Mantica *dict. libro 19. titul. 29. num. 2.* refert, præter quos plurimi alij à me *titul. ſexto citato num. 386. verſicul. ita à gloſſ. relati*, aſſerentes in prohibitione generali alienandi bona immobilia ſine certa ſolennitate contineri actiones, & iura ad bona immobilia, & probant tradita à me *eodem num. 386. verſicul. nihilominus*, & Doctores *ibidem* allegati. Quamvis Mantica *dicto titulo 29. num. 3.* teneat præfatam donationem omnium bonorum mobilium & immobilium, præſentium & futurorum valere, eo quod, inquit, non complectitur actiones ſeu nomina debitorum, cum conſtituant tertiam bonorum ſpeciem iuxta *dicta leg. à diuo Pio*, & alia iura à me *d. loco* allegata & ab eodem Mantica *dict. titul. 29. num. 2.* & ita cenſuiſſe plures alios Doctores à ſe *ibidem numero quarto* relatos teſtatur *ibidem* Mantica: & hoc idem ſentire videntur Doctores aſſerentes, quod mulier, quæ primo nubens dedit viro in dotem omnia bona, ſi expreſſe non dedit etiam nomina debitorum, nec aliquas actiones ceſſit, non præſumitur ea nomina dediſſe in dotem, nec actiones contra debitores, eo quod ſicut bona corporalia non transferuntur ſine traditione, *l. mulier bona ff. de iure dotium*: ita nomine debitorum, & actiones transferuntur ceſſione, cum non tradantur, ſed cedantur, *l. vltim. in principio, ff. de donat. & l. 2. Cod. de act. & oblig.* & ſic vbi nulla eſt facta ceſſio, non poſſunt nomina debitorum & actiones contra eos præſumi tranſlata in alium: & ſic nec in dotem data: ita ex Alexandro *conſ. 112. & ſeq. lib. 7.* Tuſchus *V. dos, concl. 724. num. 17.* Rolandus à Valle *de lucro dotis q. 81. num. 4.* & Menochius *lib. 3. præſ. 6. n. 49.* ex Baldo, & tradidere alij ab eodem Menochio *dicta præſumpt. 6. num. 48.* relati: quamvis

&

& in hoc caſu dationis omnium bonorum in dotem, & in præcedenti donationis omnium bonorum mobilium & immobilium comprehendi etiam nomine debitorum iura, & actiones ſatis probare videtur doctrina ſupra adducta, quod cum quis diſponit de vniuerſo patrimonio actiones ad res mobiles comprehenduntur in bonis mobilibus, & actiones ad res immobiles in bonis immobilibus; videantur tradita à me *d. n.* 386. Ad id etiam quoad nomine debitorum cenſeantur data in dotem, quando mulier dedit in dotem omnia ſua bona, faciunt tradita à Baldo Nouello *de dote part. 6. priuil.* 71. *n.* 2. vbi tamen dicit, quod non poteſt maritus agere contra debitores mulieris, niſi facta ei per mulierem ceſſione actionis; & id etiam ait Rolandus *d. quæſt.* 81. videantur tradita infra *hoc cap. num.* 141.

112 Indubitatum autem eſt, quod idem Mantica cum aliis *eod. tit.* 29. *num.* 1. addit ſcilicet, quod ſi quis donauerit omnia bona ſua præſentia, & futura vbicunque ſita ſint, vel exiſtant, valet donatio, quia in ea non continentur nomina debitorum, ſeu iura & actiones, quæ tanquam incorporalia non poſſunt loco circumſcribi, *l. Caius in princ. ff. de leg.* 2. *& l. vltim. ff. de præſc. long. temp.*

Quando mulier nubens viro promiſit ſimpliciter & in genere dotem nulla expreſſa certa qualitate, vel ſpecie, non præſumitur dediſſe omnia bona ſua in dotem, & an præſumatur promiſiſſe dotem congruam boni viri arbitrio: vbi an promiſſio dotis incerta reſpectu quantitatis & rei ſit valida, necne.

113 Denique ſi mulier nubendo viro promiſit ſimpliciter, & in genere dotem nulla expreſſa ſpecie, vel quantitate, certum eſt, non intelligi promiſiſſe omnia ſua bona in dotem, ita Baldus *in l. fin. n.* 9. *Cod. de ſent. quæ ſine certa quantitate*, Salicetus *in leg.* 1. §. 1. *ff. ſol. matr.* Paleotus *de dote num.* 27. Phanuc. *de lucro dotis gloſſa* 20. *numero* 49. Mantica *de tacit. & ambig. conu. lib.* 12. *tit.* 12. *num.* 10. alij apud eoſdem Doctores, & cæteri omnes.

114 Quod controuertitur, eſt an talis promiſſio dotis ſimpliciter facta per ſtipulationem (cum de facta pacto nudo infra *cap.* 9. *num.* 78.) valeat, & mulier teneatur conſtituere dotem arbitrio boni viri. Et hanc dotis promiſſionem à muliere factam vti incertam non valere iuxta regulam generalem iuris quod promiſſio incerta ratione quantitatis ſit inutilis, & non valeat *l. triticum, & l. ita ſtipulatus ff. de verb. obligat.* affirmarunt Ioannes Boſcheius *de legit. nupt. lib.* 6. *num.* 17. plures Iuriſperiti, quos referunt & ſequuntur Fachineus *controu. iuris lib.* 8. *cap.* 75. *verſic. quod attinet ad ſententiam Franciſc. Duaren.* Ant. Faber *lib.* 5. *cod. tit.* 6. *definit.* 2. & Vueſembecius ad Pandectas *lib.* 23. *tit.* 3. *de iure dotium, num.* 5. & Auguſt. Barboſa *collect. ad l.* 1. *num.* 3. *fine Cod. de dotis promiſſ.* & ita ſenſit etiam P. Barboſa *in l.* 1. *p.* 3. *num.* 47. *verſic.* ſed illis reiectis, *& num.* 49. *verſ. ſecundo infertur*, ita etiam alij à P. Barboſa fundati *in d. l.* 1. *Cod. de dotis promiſſione*, vbi id videtur expreſſe deciſum ab Alexandro Imperatore: & licet contrarium videatur etiam deciſum a Papiniano, *in l. cum poſt, §. gener. ff. de iure dotium*, contrarietatem tamen illorum duorum textuum aiunt tolli diſtinctione, ſeu concordia aſſignata ab Harmenopulo *in promptuario iuris lib.* 4. *tit.* 8. & Franciſco Duareno *lib.* 1. *vniuerſarum diſputationum, capite* 56. *& lib.* 2. *de dotibus capite* 1. ſcilicet, quod vel ipſa mulier promittit dotem ſimpliciter non adiecta qualitate aut re certa, quæ in dotem cadat, vel nomine ipſius mulieris pater ipſius, aut alter qui dotare tenetur loco patris, illam autem omnino incertam promittit: & primo quidem caſu inutilem eſſe dotis promiſſionem aiunt, cum poſſit mulier quid minimum dans ſe liberare; & iuxta hunc caſum procedere textum *in d. l.* 1. poſteriori vero caſu, aiunt valere promiſſionem dotis, licet pater quantitatem non præfinierit, quia officium paternum ſit dotare filiam pro modo facultatum ſuarum, ac dignitatem mariti, ac proinde promiſſio paterna incerta ex iure & legibus certitudinem recipit; non inuenitur autem in iure præſcriptus aliquis modus dotis, quo mulier citra conuentionem ſeu pactum teneatur, cum poſſit etiam ſine vlla dote, & omnino indotata nubere, vt in præcedentibus probatum eſt: Quin imò Faber *d. definit.* 2. contra præfatorum Iuriſconſultorum traditionem, ait etiam promiſſionem incertam dotis a patre factam non valere, neque ex promiſſione incerta obligari ſoluere dotem, ita quod etſi pater congruam dotem dare compellitur; non tamen ad id tenetur, quia dotem incertam promiſerit, ſed quia etiamſi dotem nullam promiſerit, filiam tamen ex paterno officio dotare teneretur: & quoad promiſſionem dotis incertæ per pactum nudum factam, eam non valere a multis probatur ea ratione, ne duo ſpecialia concurrant in eodem negotio, ſcilicet, & quod pactum pariat actionem, & valeat promiſſio incertæ rei alias regulariter inualida. Ex quibus P. Barboſa *d. num.* 49. dicit quod cum præfata promiſſio dotis ſine certa quantitate, vel ſpecie facta à muliere non valeat, tanquam incerta non poteſt maritus poſt contractum matrimonium eam cogere vt congruam dotem conſtituat; quia cum potuerit illam ſine dote accipere, eo modo in huiuſmodi caſu videtur illam accepiſſe, cum fuerit contentus dotis promiſſione incerta, ſciens, vel ſcire debens, eam non valere, neque vllam eſſe legem, quæ cogat mulierem congruam dotem pro ſe conſtituere, quam à principio non conſtituit, etſi contrarium aſſerat Ioan. Boſcheius *d. num.* 17. vbi etſi dicit, quod quando mulier viro dotem incertam promittit, ex ea obligatione actio non datur viro, iuxta *d. l.* 1. *C. de dotis promiſſ.* addit tamen, quod maritus poteſt eam cogere ad dotem denuò ſibi conſtituendam, quia apparet (inquit) non id actum eſſe, vt indotata apud maritum ſit *l. fin. Cod. de ſent. quæ ſine certa quant.* cum ſecus eſſet (ſubdit) ſi nihil prorſus de dote actum fuiſſet *l. quod ſi nulla ff. de relig. & ſumpt. fun.* vel mulier eſſet inops: & prædicta declarat Boſcheius intellige de nuda promiſſione, quæ non fecerit nudum pactum, ſed ſtipulatio, de qua verbum promittendi ex regulari præſumptione ait intelligi iuxta §. *ſi ſcriptum Inſtit. de inutil. ſtipulat. & l. ſciendum ff. de verb. oblig.* vnde dicit *d. l.* 1. *Cod. de dotis promiſſ.* debere intelligi de ſtipulatione dotis incerta non de nudo pacto, vt voluerunt alij.

Nihilominus contrarium, & quod vbi mulier promiſit ſimpliciter dotem non expreſſa certa quantitate, vel ſpecie, licet non cenſeatur promiſiſſe totum ſuum patrimonium in dotem, tamen valere, & actionem parere promiſſionem, & cenſeri dotem promiſſam ad arbitrium boni viri, ſeu dotem debere conſtitui arbitrio boni viri, ſentiunt Baldus, Salicetus, Phanuc. *locis num.* 113. *relatis*, Paleotus *de dote d. num.* 27. *num.* 61. *& duobus ſequentibus*, Baldus Nouellus *de dote parte ſexta priuileg.* 11. Campegius *de dote parte ſecunda quæſtione* 80. *numer.* 1. *verſiculo quinto*, Conſtantius Rogerius *de dote* §. 8. *numero quarto &* 17. Antonius Gubertus *de dote capite quarto n.* 5. 6. *&* 7. Tuſchus *V. dos concluſione* 724. *numero* 26. Gomez *ad legem* 50. *Tauri num.* 19. Mantica *dicto titulo* 12. *num.* 10. *&* 15. *&* 19. Menochius *de arbitrariis caſu* 149. *numer.* 36. & idem tandem ſentire videtur *d. quæſt.* 43. *num.* 14. Veſillos *ad deciſ.* 337. Afflicti *num.* 1. Anton. Pichardus *in d. §. ſi* 115

ſcriptum

præſertim à Picchardo *d.n.*14.& à P.Barboſa *d.l.*1*.p.*3.
num. 45. *in tio* allegati, & eſſe communem opinionem
teſtantur Mantic.*dicto n.*15.quam probant præcipuè ex
textu *in d.lege cum poſt, d.§ gener.ff.de iure dotium*,cum
viſitatio *ibid.*a Papiano adducta, ſcilicet quod dos non
expreſſa quantitate, nec certa re à ſorore promiſſa ge-
nero pro filia valet, quia talis promiſſio non eſt incer-
ta,cum poſſit certificari ex facultatibus ſororis promit-
tẽtis & dignitate mariti,cui dos promiſſa eſt:nã promiſ-
ſio dotis præſumitur facta iuxta quantitatem patrimo-
nij ipſius promittentis,& ſecundum qualitatẽ perſonæ,
cui fit,& ſic arbitrio boni viri , ſeu iudicis poteſt certi-
ficari,& taxari habito illo reſpectu ad patrimoniũ pro-
mittentis & dignitatem mariti, cui dos illa non adiecta
certa quantitate vel re à muliere pro ſe viro eſt promiſ-
ſa : Nam relatione ad ſuum patrimonium,& ad quanti-
tatem viri poteſt certificari:quæ relatio cõtinetur in ip-
ſa promiſſione dotis,quæ regulariter loquẽdo datur, &
dari debet iuxta facultates dotantis & dignitatem viri,
cui promittitur, *d.§ gener,& l.quæro, ff.eodem,& lege* 3.
Codice de dotis promiſſione. Igitur præfatam promiſſio-
nem valere,& ad arbitrium boni viri dotem eſſe conſti-
tuendã,eo quod non ſit omnino incerta.Probatur,nam
quoties actus aliquam continet qualitatem ex qua poſ-
ſit certificari,non dicitur incerta,ſeu quod habita rela-
tione ad aliud poteſt certificari , non dicitur incertum
*l.vbi autem in fine principij, ff.de verb. obligat. l.in teſta-
mento* 27*. ff. de condit. & demonſtr.* & conſtat ex legato
alimentorum ſimpliciter facto, *l.ſi cui annuum,ff.de ali-
mentis legatis, l.cum vnus vltim & penul.de alim.& cib.
leg.& l.cum hic modus, ff. de tranſactio* : Doctores præ-
allegati,& alios allegans Menochius *conſ.*293. *num.*11.
cum itaque in dotis promiſſione detur illa qualitas ſeu
ratio,quod ex facultate promittẽtis,& dignitate vtriuſ-
que contrahentis poſſit certitudinem accipere,non po-
teſt ea dotis promiſſio dici incerta, ac proinde valet, &
quantitas certa cenſetur relicta arbitrio boni viri defi-
nienda inſpectis promittentis facultatibus & dignitate
mulieris & viri contrahẽtium,ſicut vbi legatum alimẽ-
torum relictum eſt ſine adiectione quantitatis eorum ,
iuxta præallegata iura,& ea,quæ ego latè tradidi in tra-
ctatione *de alimentorum obligatione, capite tertio*, §. 1.
& 2. tunc legatum & alimenta ſunt definienda quoad
quantitatem vel ex conſuetudine teſtatoris, vel ea defi-
ciente arbitrio iudicis inſpectis dignitate , & qualitate
perſonarum,quantitate patrimonij & redituum,qui ex
eo percipiuntur , conſuetudine loci, & ætate illius qui
ali debet,vt latius *dicto* §.2. explicatur. Prædictam ra-
tionem tradunt Nouellus,& Gubertus *locis citatis*,Me-
nochius *dicta quæſt.* 43. *n.* 13. & 14. Picchardus *in di-
cto §. ſi ſcriptum , n.*19. & 20. & alij à Picchardo rela-
ti , ex quibus apparet (vt rectè Menochius *dicta quæſt.*
43. *allegato num.* 14. non poſſe dici,quod mulier poſſit
dando quid minimum ſe liberare à promiſſione dotis
ſimpliciter, & nulla expreſſa quantitate,aut re certa fa-
cta , cum cenſeatur facta illa permiſſio iuxta facultates
promittentis,& quãtitatem perſonarum contrahentiũ,
præter quàm quod minimè verum ſit,dotem poſſe con-
ſiſtere in re minima, ſed imo debeat eſſe tanta,vt deſer-
uiat oneribus matrimonij ,*vt ſuprà capite* 1*. numer.* 85.
probatum eſt. Quod verò dictum eſt de promiſſione à
muliere pro ſe facta,idem Gubertus *dicto num.*6. & alij
præallegati Doctores ſentiunt de promiſſione dotis ab
extraneo ſimplici facta ſine adiectione certæ quãtitatis
ſeu rei eſſe validam , vti non omnino incertam , cum
poſſit recipere certitudinem ex eiuſdem extranei pro-
mittentis facultatibus , & dignitate mulieris , pro qua
facta eſt, & viri, cui facta fuit, quibus inſpectis poteſt
iudicis,ſeu boni viri arbitrio declarari,vt rectè Mantica
*dicto titul.*12. *num.*11. Vnde etiam Alciatus (vt *ibidem*
refert Mantica) *in lege prima, numer.*113*.ff ſoluto matr.*
licet ſentiat ipſius mulieris promiſſionem dotis non ex-
preſſa certa ſumma aut re non eſſe validam , cum id
ſit mulieri fauorabile, nullam tamen facit differentiam
inter patrem & extraneum , ſed exiſtimat incertam do-
tis promiſſionem factam ab vtroque fauorabiliter ſu-
ſtineri , ne quod mulieribus inductum eſt,aduerſus eas
conuertatur, *lege vnica, §.accedit verſiculo ne quod pro
minoribus , Cod. de rei vxoriæ actione*, & quia Reipubli-
cæ intereſt,mulieres non modò à parentibus,ſed etiam
ab extraneis eſſe dotatas , vt poſſint nubere & replere
liberis ciuitatem,*dicta leg.prima,ff ſoluto matrimonio*, &
alibi *ſuprà capite primo & ſecundo* notatum eſt,& hoc
idem, quod licet promiſſio dotis ſimpliciter,& non ex-
preſſa certa quantitate pacta ab ipſa muliere non va-
leret , valeat tamen facta per extraneum,quaſi videatur
dos tacitè promiſſa ſecundum boni viri arbitrium, ſen-
tiunt Baldus *in lege final. numer.*9*.Codice de ſent.quæ ſi-
ne certa quantitate* , Romanus *conſ.* 44. *numer.*4. & alij
relati à P. Barboſa *dicta parte tertia , num.* 50. *verſiculo
quartò infero*, idque ob eandem rationem, quod intereſt
mulieris non valere dotis promiſſionem incertam per
eam factam , vt ſic nihil præſtare teneatur,ſi verò facta
per extraneum non valeret , eſſet illius præiudicium
quia remaneret indotata.

Ad *leg.primam,Cod.de dotis promiſſione*, in qua vide- 116
tur decerni dotem nulla expreſſa quantitate , vel certa
ſpecie promiſſam non parere actionem petive non poſ-
ſe , & conſequenter eſſe inutilem , & non valere, vt
oſtendatur non continere diſpoſitionem contrariam *d.
l.cum poſt,§.gener,& d.l.quæro, ff.de iure dotium*, Docto-
res vtriuſque ſentẽtiæ varios & diuerſos intellectus de-
derunt , quos referunt , & examinant P. Barboſa *dicta
part.*3*.n.*45*.& ſeqq.* Mantica *d.tit.*3. Menochius *d.quæſt.*
43. & Picchardus *in §.ſi ſcriptum* 17. *à num.*14*.ad* 25.
ob quos varios intellectus videtur omnino nullius mo-
menti reddi præfata lex, nec omittendus intellectus ſu-
ſtinens præfatam communem ſententiam, datus verbis
prædictæ *leg.primæ,Cod.de dotis promiſſione*,approbatus
à Guberto *allegat. capite quarto de dote , num.* 7. & à
Picchardo *in dict. §.ſi ſcriptum, numer.* 26. ſcilicet ideo
mulierem *in dict.leg.prima* ,non compelli dotem ſoluere
quia ipſam dotem præſentem,ſeu de præſenti non pro-
miſerat, ſed in futuram contulerat diſpoſitionem, & ſe
promiſſuram,ſeu conſtituturã dixerat,quod aiunt vide-
ri ſatis colligi ex illis verbis *dictæ legis, dotem dare pro-
miſerit* ; atque adeo cum ex poſtfacto non fuiſſet dos
conſtituta, ſeu promiſſa aliqua ſpecies,vel quantitas de
præſenti,nec ſtatim fuerit facta ſimplex promiſſio,nulla
aderat ratio propter quam ad præſtationem dotis cogi
poſſet,quãvis maritus potuiſſet eam compellere ad do-
tis promiſſionem de præſenti,licet in futurum concepta
fuerit promiſſio,cum ratione certæ diſpoſitionis fuerit
facta, qua ſubſequuta , nempe matrimonio contracto,
cõpelli poterat per notata ab eodem Picchardo,qui ad-
dit,quod nec ſi verbum illud promiſerit , referretur ad
præteritum(cum vtroq; modo poſſit accipi,*lege Plauti-
na, ff. de iure Codic. lege verbum erit , ff. de verb.ſignif.*
poſſet mulier compelli , nam quotieſcumque verbum
accipit denominationẽ à proprio actu, neceſſarium eſt
de actu conſtare , nec ſimplex relatio ſufficit (vt idem
Picchardus *ibidem* notat *ex lege* 3*.Cod.de fide inſtrumen-
tor.* ex Decio *conſ.* 573. *num.* 9. ac proinde cum in ſcri-
ptura, ſeu inſtrumento,quod *dicta lege* 1.maritus addu-
xerat,ſolum contineretur relatio præcedẽtis promiſſio-
nis,nec aliter de actu promiſſionis conſtaret,non pote-
rat , ſeu potius mulier ad aliquam præſtationem com-
pelli. Quare Gubertus *dicto num.*7*.fine*, concludit no-
tando,quod verbum *promitto*,aut *promiſerit*, vel *promi-
ſiſſe* (quod aliquando refertur ad ſtipulationem , ſeu in-
ducit præſumptionem efficacis ſtipulationis,vt quando
in inſtrumento expreſſum, ſeu ſcriptum eſt , aliquem

ſcriptum, num 14. 19. 20. *& num.* 26. & alij ab iiſdem promiſcuè, *d. §. ſi ſcriptum Inſtit. de inutil. ſtipulat. leg.* 1. *Cod. de vſuris*, & aliis iuribus à Pierhardo *in d. §. ſi ſcriptum*, 17. *num.* 1. relati, vbi & ſeqq. numeris probat, quod ſi ſcriptum ſit in inſtrumento aliquem promiſiſſe, efficax ſtipulatio ſemper præſumitur: aliquando nudum pactum denotat, *l. certa*, *§. pactum autem, ff. ſi certum petatur*, *& l. ad exactionem*, *Cod. de dotis promiſſione*,) confirmat quidem dotis promiſſionem, verumtamen, inquit, eam quæ promiſſionem dotis de præſenti ſeu dotis conſtitutionem continet, & non refertur ad conſtitutionem in futuro faciendam: ſed an ſolum non promiſſio dotis, ſed etiam promiſſio de dote danda vel de dotando inducat obligationem, & pariat actionem iuxta *d. l. ad exactionem* diſcutitur *cap. 9. ſequenti, n. 54. & ſeqq.* plura de hac re videantur apud præallegatos Doctores; prædicta modo ſufficiant: forte capite ſequenti alia explicabuntur circa valorem promiſſionis dotis non expreſſa certa quantitate, aut ſpecie quicumque fuerit promittens.

Liquidatio quantitatis dotis incertæ promiſſæ arbitrio boni viri non facta viuente uxore poteſt & debet fieri poſt eius mortem, & ea facta maritus gaudebit beneficio ſtatuti de lucranda dote, vel eius parte.

117 Hic aduerto ſequentia, nempe quod ſi mulier, quæ viro dotem promiſerit nulla expreſſa certa quantitate & ſpecie, quo caſu intelligitur dos promiſſa ad arbitrium boni viri, iuxta tradita in præcedentibus, & tradunt Doctores *num.* 89. allegati, & conſtat ex allegata *l. cum poſt*, *§ gener. ff. de iure dotium*, *& l. 3. Cod de dotis promiſſ.* ex quo textu ſcribentes ibi, & præter allegatos in præcedentibus alij ab Auguſt. Barboſa *Coll. ad d. l. 3.* relati colligunt promiſſionem dotis incertæ cenſeri tacitè boni viri arbitrio commiſſam definiendam pro modo facultatum promittentis, & dignitate mariti; ſi inquam, mulier deceſſerit prioſquam vir bonus arbitratus fuerit, poterit nihilominus poſt mulieris mortem fieri arbitrium, ſeu liquidatio dotis boni viri arbitrio, ſicut quando ipſa mulier expreſsè promiſit dotem arbitrio boni viri, ſi contingat ipſam præmori viro antequam vir arbitratus fuerit, per ipſum adhuc poſt illius mortem dos ipſa poteſt arbitrari, vt poſt Socinum iun. *conſ. 33. vol. 1.* tradunt Phanuc. *de lucro dotis in reb. verbo reſtituenda n.* 48. & Roland. à Valle *de lucro dotis, q.* 88 *vbi n.* 5. addit idem voluiſſe Bald. *in d. l. 3. Cod. de dotis promiſſione, & n. 4 verſic.* 2. adduxit Socinum iun. *conſ. 35. col. fin. vol. 1.* vbi tenuit quod promittens centum pro dote, & *illud plus, quod Titius arbitrabitur*, ſi ſequuta morte vxoris ſequatur Titij arbitramentum, valebit illius pluris declaratio, & ad Caſtr. *conſ. 11. col. 2. vol. 1.* vbi videt, contrarium ſentire, reſpondet (& reſponſionem approbant iidem Rolandus *d. q.* 88. *n.* 4. & Phanuc. *d. num.* 4. *&* 41.) procedere quando is, qui debebat arbitrari illud plus, eſſet mortuus, quia tunc recedebatur à perſona arbitri, non quando mulier eſſet mortua, & idem electus arbiter arbitraretur & declararet: nam tunc valeret declaratio, & ei ſtandum eſſet etiam iuxta Caſtr. Tertio Roland. adducit Ruinum etiam *conſ. 225. vol. 1.* vbi decidit, quod ſi pater mulieris, qui promiſit genero nomine Lucretiæ filiæ ſuæ quadringentos florenos, & illud plus, quod in futurum quomodocumque & qualitercumque ipſe pater dederit alteri filiæ Meniæ, ita & taliter quælibet ipſarum habeat quantum altera: & conſtat, quod poſt mortem Lucretiæ pater ipſe conſtituerit maiorem dotem in teſtamento Meniæ, quod maritus præmortuæ Lucretiæ, ſi extant filij communes, vel adſit ſtatutum de lucro dotis, poterit petere tantum, quantum eſt illud plus, quod relictum reperietur nomine dotis alterius filiæ virtute promiſſionis ſibi factæ, quia huiuſmodi conſtitutio maioris dotis tendit ad declarationem promiſſionis de illo pluri ab initio incertæ; quæ trahitur ratio ad tempus promiſſionis, ſicut & quælibet alia declaratio retrotrahitur iuxta Doctores *in cap. cum te de vſuris*: quapropter dos promiſſa ad arbitrium boni viri cenſetur in eſſe deducta, & viro debita à die promiſſionis ſibi factæ, quamvis eius quantitas tunc non fuerit declarata, quia ſufficit eam poſſe declarari, cum à pari procedant aliquid eſſe certum, vel certificandum ex alio, *l. certum* & ibi ſcribentes, *ff. ſi certum petatur, & aliis iuribus ſuprà n.* 115. *relatis*, idem ſentit Menoch. *de arbitr. q. 68. n. 42. & conſ. 93. n. 45.* quare idem quoque dicendum in terminis præſentibus, nempe quando vel mulier promiſit ſimpliciter dotem incertam, vel dotem arbitrio boni viri, ſcilicet, quod maritus non obſtante morte vxoris poterit petere arbitrium fieri, & eo facto dotem lucrabitur, ſi adſit ſtatutum de lucro dotis, vt expreſsè Baldus, Rolandus, & Phanuc. *locis citatis*, & P. Barboſa *in l. 1. p. 3. n. 44. initio*, & certè inconueniens non leue eſſet ſi maritus deberet priuari lucro dotis ex eo ſolum quod arbitrium viri non fuerit ſequutum ante mortem vxoris promittentis; neque valet obiectio, quod dos non poſſit eſſe ſine matrimonio; nam debet intelligi ſine matrimonio futuro, aut præſenti, aut præterito, vt *ſuprà cap.* 2. latè explicatur, ac proinde ſi dos promiſſa exigitur ſoluto matrimonio, eſt dos, & eſt locus lucro dotis à ſtatuto delato: quod lucrum fauore hæredum mariti non haberet locum, ſi vxor promiſiſſet dotem marito iuxta eiuſdem mariti arbitrium, ſi ipſe maritus deceſſerit poſt mortem vxoris nulla facta declaratione, vel aliqua iuſta cauſa non fuiſſet impeditus, nec per eum ſtetiſſet quominus dos fuiſſet declarata, vt tradunt idem Baldus *in d. l. 3.* Phanuc. *n.* 41. Roland *quæſt.* 89. P. Barboſa *d. n. 44. initio*, eam afferentes rationem, quia ex quo potuit idem maritus arbitrari, & non fecit, imputandum eſt ei iuxta notata ab eodem Rolando *ibidem*, & idem tradit Grattianus *diſcep. for. tom. 2. cap. 254. num.* 254. ſed de promiſſione dotis ad arbitrium alterius, vel boni viri plura fortè cap. ſequenti.

Legatum dotis conſtituendæ incertum quoad quantitatem valet, & cenſetur dotis quantitas commiſſa arbitrio boni viri.

Sicut autem præfata dotis promiſſio incerta reſpectu quantitatis & legatum dotis dandæ incertum reſpectu quantitatis, intelligi de dote conſtituenda arbitrio 118
boni viri inſpectis facultatibus teſtatoris, & conditione perſonarum, & qualitate temporum & more loci: tradunt poſt alios Afflictus *deciſ.* 375. *n.* 2. ibid. Vrſillus *in annot. num. 1. & in annot. ad deciſ.* 337. *n.* 1. & latius Menoch. allegato *conſ.* 293. *n.* 8. 9. *&* 10. ob eam rationem, quod dos certificari poteſt pro modo & quantitate patrimonij legantis, dignitate perſonarum, more loci, & qualitate temporum; legatum vero dotis reſtituendæ non deſignata quantitate dotis factum vxori à marito non fore validum niſi per vxorem probaretur de quantitate dotis, per textum *in l. ſi non deſignata, & l. fin. Cod. de falſa cauſ. adiecta*, tradunt locis citatis Vrſillus & alij ab eodem Vrſillo *d. annot. ad dec.* 337. *n.* 1. & à Menochio *d. conſ.* 297. *num.* 14. relati; idem tamen Menoch. *num.* 15. intelligit id, quando vxor peteret certam dotis quantitatem à marito in teſtamento non expreſſam, & tunc illa certa quantitas probari debeat, & hoc caſu omnis procederet textus in dictis duabus legibus; ſi verò vxor peteret dotem in genere,

re ſicut eam in genere reliquit maritus, dicit idem Menochius, quod dos peti poteſt, & debetur declaranda quoad quantitatem à viro bono, ſeu à iudice inſpectis perſonarum qualitate, quantitate patrimonij,& temporum conditione,videantur tradita *infrà c.*10.*n.*102.

Lucrum dotis, vel pacti eius iuxta loci ſtatutum habet maritus præmortua vxore in omnibus caſibus,in quibus mulier præſumitur tacitè dotem conſtituiſſe.

119 Præterea aduertendum, quod in omnibus caſibus in quibus mulier nubens cenſetur tacitè conſtituiſſe dodem viro,ſeu præſumitur bona ſua dediſſe viro in dotem,iuxta tradita in præcedentibus *n.*78.ſi in loco, ſiue ciuitate adſit ſtatutum, vt maritus præmoriente vxore ſine filiis communibus lucretur totam dotem, vel certam partem dotis,maritus per mortem vxoris ſine filiis iuxta illud ſtatutum lucrabitur illam totam dotem, vel partem illius ſecundum ſtatuti diſpoſitionem, cum ſit vera dos,& ſtatuto comprehenſa,& ita tradunt expreſſe poſt alios Rolandus *de dot.q.*71.72.73.*& 74.& ſeq.* & Phanucius *de lucro dotis gloſ.*10.*à n.*56.*ad* 51.

Mulier ſecundo nubens an, & quando cenſeatur tacite conſtituiſſe, ſeu promiſiſſe dotem datam, ſeu conſtitutam primo viro.

120 Quæſitum ſeptimum, an cum mulier ſecundo nubit nulla expreſſe facta dotis conſtitutione,ſeu conuentione de dote inter ipſam,& virum,dos à muliere data,ſeu conſtituta primo viro, vel in pecunia, vel in aliis bonis iure communi præſumatur, ſeu cenſeatur tacitè data ſeu conſtituta ſecundo viro,ſeu repetita in ſecundo matrimonio,licet inter eandem mulierem viduam, & ſecundum virum nihil ſit expreſſe actum, nullaque facta mentio de dotis conſtitutione.

Lex ciuilis non diſponit mulierem viduam debere ſecundo marito dare dotem primo, ſed ſolum in dubio præſumit dediſſe; quæ præſumptio ceſſat, ſi aliud actum ſit inter contrahentes.

121 Dixi, *nulla expreſſe facta dotis conſtitutione, ſiue conuentione de dote*, quia iura quæ *infrà* allegantur, ex quibus probatur, dotem à muliere datam primo viro cenſeri tacite datam, & repetitam ſecundo viro, non diſponunt, aut ſtatuunt mulierem viduam debere conſtituere dotem ſecundo marito, quæ fuit conſtituta primo, ſed ſolum præſumunt; ſeu interpretantur fuiſſe tacitè conſtitutam eandem dotem datam, ſeu conſtitutam primo viro, hocque intelligi actum ab ipſis contrahentibus, niſi probetur aliud inter eoſdem conueniſſe, vt clare habetur *l.dotem* 30.*ff. de iure dotium*, quæ eſt præcipuum, & principale fundamentum huius præſumptionis, cuius verba hæc ſunt, *dotem, quæ in prius matrimonium data eſt, non aliter conuerti in poſterius matrimonium dicendum eſt, quàm cum hoc agitur, dum hoc agi ſemper interpretamur, niſi probetur aliud conueniſſe*, & notarunt expreſſe Menochius *de præſumptionib. libro tertio præſumptione ſexta num.*11. (vbi reprobat eos, qui aſſeruerunt ex diſpoſitione legis dotem datam primo viro debere mulierem viduam conſtituere ſecundo.) Mantica *de tacit.& ambig. conu.libro* 13.*tit* 15.*n.*20. & alij mox citandi. Quare ſi aliud conueniſſe inter coniuges probari poteſt,dos data in primo matrimonio non intelligitur in ſecundo repetita, & ex iis etiam, quæ poſtea inter contrahentes ſunt ſubſequuta, ait Mantica *ibidem* poſſe probari eo tempore contracti matrimonij aliud ſenſiſſe, omnis enim lex, quæ tacitam ſequitur, ſeu præſumit voluntatem,debet intelligi, niſi alia voluntas euidenter probetur,vt Bartolus *in lege licet Imperator in primo notabili,& ibi* Iaſon *numer.* 4.*ff. de legat.* 1. Rimiualdus *conſ.* 63. *num.* 18. *& conſ.*229. *numer.* 3. *&* 21. & alios allegans Mantica *dicto num.*20.& expreſſum facit ceſſare tacitum *leg. vlt. Cod. de pact.*

Mulier ſecundo nubens nulla expreſſe dote conſtituta præſumiturne ſecundo marito conſtituiſſe ſeu dediſſe dotem datam, aut conſtitutam primo.

Difficultas igitur quæſiti eſt, an muliere ſecundò 122
nubente nulla inter ipſam & virum ſecundum facta expreſſe conuentione de dote,ſeu nulla expreſſe conſtituta dote ſecundo viro, dos data aut conſtituta primo viro ex iuris communis præſumptione cenſeatur tacitè data, ſiue conſtituta ſecundo viro,ſeu petita in ſecundo matrimonio: & communis Iuriſperitorum concluſio eſt affirmatiua, vt etiam *ſuprà cap.* 2. *num.* 68. notaui, & ita præter Gloſſam, Baldum, Bartolum,Paulum de Caſtro *locis dicta num.*68. *relatis*, & plurimos alios antiquiores iuriſperitos à Tuſcho *verbo dos concl.*725. Menochio *conſ.*5. *num.* 1. *& d. præſumpt.* 6. *num.* 25. Mantica *d.tit.* 15. *num.* 5. & Carpano *ad ſtatutum Mediolani cap.*298.*n.*68.*& c.*455.*n.*3.*verſic.licet in contrarium ſit communis*, allegat Bald. Nouell. *de dot. p.* 6. *priuil.*71. *num.* 1. *&* 2. Campegius *d.dot. p.*1.*q.*39. Roland. à Vall. *de lucro dotis q.*75. *num.*1. *ad* 7. Phanucius *eod. tract. gloſſa* 10. *n.*31. *& ſeq.* Tuſchus *d. conſil.*725. Carpanus *d.n.*68.Menoch.*d.conſ.*5.*n.*1.*& d.præſumpt.*6. *num.*25.Mantic.*d.tit.*15.*per totum*,Ludouic. Ioſeph.*dec. Perusin.*99.*n.*15.*p.*2. Couarruuias *practicarum cap.* 28. *num.*1.*verb. tertio*, & alij iuriſperiti communiter. Probatur hæc communis concluſio & ſententia pluribus textibus, & primo *d.l. dotem,ff de iure dot.* expreſſe, & in terminis ita habente,vt conſtat ex illius verbis *num. præcedenti* relatis, deinde *l. diuus,eod. titul. l. cum marit.* §.*Titius,ff. de pact.dotalibus, l.penul.*§. *vxor, ff.ſol.matr. & l. poſt diuortium, ff. de iure dotium*, quæ omnes leges cum illarum verbis *ſupra cap.* 2. *dicto num.* 68. ſunt adductæ: & licet Corneus (quem ſequuti ſunt Conſtantius Rogerius *de dote* §.3. *num.* 1. *verſ.ego circa*, & Cauagnol. in obſeruat. *ad d conſ.*5. *n.*1.Menoch. *in Anatomia iuris ad d.l.dot.*) *conſ.*254. *num.*13. *vol.*1. & nonnulli alij relati à Conſtant. Roger. *loco cit.* & Mantic. *d.tit.*15. *num.* 5. *immediatè ante verſicul. ſed diuerſa*, contra hanc communem ſententiam, aientes nulla lege probari, eo quod præallegatæ leges adductæ ad probandum iure ipſo mulierem ſecundo nubentem cenſeri tacite repetere dotem in ſecundo matrimonio, quæ conſtituta eſt in primo, loquuntur de ſecundo matrimonio per diuortium ſoluto (vt permittebatur tempore illarum legum) reintegrato cum eodem viro, ſcilicet quando primum matrimonium diuortio ſolutum reintegratur, ſeu iterato cum eodem primo marito contrahitur: non verò loquuntur de ſecundo matrimonio mulieris cum altero, ſeu quando mulier vidua denuo contrahit matrimonium cum altero viro; ex vno autem caſu in dictis textibus expreſſo non debet fieri illatio, ſeu extenſio ad alium caſum diuerſum, & quamvis dicta lex *dotem*, videatur loqui generaliter,lex tamen immediatè ſequens (inquit Corneus) innuit illam eſſe reſtringendam, & loqui in hoc eodem caſu matrimonij per diuortium ſoluti reintegrati, ſeu

iterati cum eodem marito. Nihilominus præfati Doctores contra communem, & in praxi acceptam ſententiam non ſunt audiendi, & ex allegatis præſertim à Menoch. *d. n. 25.* ſatis euidenter reiiciuntur, nam *d. l. dotem*, continet generalem diſpoſitionem complectentem ambos caſus, ſcilicet & illum, quando reipſa contrahitur cum ſecundo viro, & deiecto à primo marito, & illum quando matrimonium diuortio ſolutum denuo cum eodem primo marito contrahitur, qui duo caſus (vt bene obſeruat Menochius) quoad effectum non differunt, cum reuera præſupponatur vtrumque matrimonium primum eſſe à ſecundo diuerſum, & caſus poſterior, ſeu ſecundus *in d. l.* contentus, eſt ille, qui *in l. ſeq.* à Papin. illius authore reſtringitur, vt nempe intelligatur, quando diuortium vere eſt ſubſequutum, & ſic primum matrimonium ſolutum iuxta legũ ciuilium permiſſionem, ſecus quando aliquod iurgium tantum, ſcilicet & lis, & contentio de diuortio forte faciendo vel quæ diuortij cauſam poterat præbere, *l. ex vero Diuus*, & aliæ leges præallegatæ, quamvis loquãtur de ſecundo matrimonio reintegrato cum eodem marito, tamen cum eadem ſit ratio, quæ eſt in ſecundo matrimonio contracto cum alio viro (vt *ſuprà* notatum eſt) cum quoad effectũ ſit diuerſum matrimonium, idem dicendum eſt de vno caſu, quod de altero. Dum verò aſſeritur iuxta hanc cõmunem concluſionem conſtitutã dotem primo viro, cẽſeri repetitam in ſecundo, vbi aliter inter contrahentes non eſt conuentum, de dote intelligendum modo ſequenti. Nam ſi mulier vidua tranſiens ad alia vota iam plurimis viris primo, ſecundo, & tertio ſucceſſiue nupſit, cenſeri huic vltimo viro conſtitutam, & repetitam dotẽ datam ſeu conſtitutã non viro primo, ſed viro immediate præcedenti ſiue ſecundo, ſiue tertio, tradunt communiter Doctores: ita Ruin. *conſ.* 137. *num.* 5. *l.* 7. Rolandus *de lucro dotis q.* 78. Phanucius *d. gloſſ.* 10. *n.* 33. Ludouicus Ioſeph. *d. deciſ.* 199. *n.* 17. Menoch. *d. præſ.* 6. *num.* 57. Mantica *d. tit.* 15. *num.* 17. Carpanus *ad ſtat. Med. c.* 298. *n.* 269. & plures alij ab iiſdem relati. Quia relatio fit ad proxima, & vltimus ſtatus eſt ſpectandus, *c. conſultationibus, de iurepatronatus*, vnde alimenta alicui relicta, quæ teſtator viuens ei dabat, intelliguntur de alimentis, quæ præſtabat poſtremo loco, ſcilicet mortis tempore *l. Mela* §. 1. *ff. de alim. & cibar. leg.* & conceſſo alicui officio ſecundum ſalarium conſuetum, ſi ſalarium fuit varium intelligitur promiſſum ſalarium, quod habuit immediatus prædeceſſor, vt Baldus *in l. ciues, in fin. C. de aduocat. diuerſ. iudicior.* Rolandus, & Menochius alios allegans *d. præſ.* 6. *num.* 39. ob quæ Ludouic. Ioſeph *n.* 18. dicit quod cum medicus, qui diuerſa ſalaria habuerat à quadam communitate fuerit denuo reconductus ab eadem communitate cum ſalario ſolito, cenſuit intelligi conſtitutum ſalarium iuxta id, quod vltimo loco habuit.

An vero dos data priori viro intelligatur data, & repetita ſecundo viro cum eius augmento explicatur *infra n.* 157. cum præfata concluſio ſit communis. Verum cum præfata concluſio communis de præſumptione iuris dotis conſtitutæ, & repetitæ ſecundo viro, quæ fuit conſtituta, & data primo, vbi aliud non ſit expreſſum ſeu conuentum inter coniuges, habeat plures ampliationes, & reſtrictiones, breuiter hæ ſunt explicandæ.

Ampliationes ſupra poſitæ concluſionis communis, quod in dubio, & vbi nihil aliud de dote ſit expreſſe conuentum, præſumitur ſecundo viro data & repetita dos conſtituta primo marito.

122 Primo ampliatur præfata communis concluſio, vt procedat etiamſi mulier primo viro omnia bona ſua dediſſet in dotem, quia præſumitur dediſſe eandem dotem ſecundo marito, conſtat ex *dicta leg. dotem*, & ex præallegatis Doctoribus, & expreſſe tradunt Nouellus *d. priuil.* 71. Tuſchus *d. concl.* 725. *n.* 2. Alexander *conſ.* 144. *num.* 3. *lib.* 5. allegatus ab eodem Tuſcho, qui etiam allegat Abbat. *conſil.* 46. *lib.* 1. quod ſi mulier dederit primo viro dotem ſolam in certa quantitate, puta mille vel in certis bonis, nubens ſecundo nulla dote de nouo conſtituta cenſetur tantum dediſſe ſecundo viro quantum primo datum fuit, non vero omnia bona, vt expreſſe Rolandus *quæſt.* 79. & Carpanus *d. cap.* 298. *num.* 269. vbi etiam fuerit dos data primo viro in certa quantitate, ſecundo autem viro promiſſa ſine certa quantitate, licet fuerint bona mulieris tradita ſecundo viro, tamen ſimpliciter intelligi debent tradita pro dote ad conuenientem quantitatem primæ dotis, ita Rolandus *dict. quæſt.* 75. *num.* 6. poſt Cynum, Couarruuias *loco numero precedenti allegato*, Menochius *libro tertio, præſumptione* 74. *num.* 7. & Carpanus *dict. capite* 455. *num.* 8. cum in dubio dos tantum data primo intelligatur poſteriori promiſſa, iuxta præfatam communem concluſionem, & tradita ad illius probationem, & quod iam dote conſtituta traditur à muliere viro nulla expreſſa cauſa, non cenſetur traditum cauſa dotis, ſed intelligitur paraphernale iuxta tradita *ſupra numero* 109. debet verò intelligi repetita ſecundo viro dos data primo etiam cum eius augmento, vt poſt alios Mantica *dict. titulo* 15. *numero* 12. Quia quod dicitur de dote in eius etiam augmento habet locum *l. etiam C. de iure dotium*, & probatum eſt *ſupr. cap.* 1. *num.* 61.

Secundò ampliatur eadem concluſio, vt procedat, & cenſeatur ſecundo marito repetita dos conſtituta primo, tametſi primus maritus fuerit maritus tantum de facto, ſeu primum matrimonium fuerit inualidum, & tantum de facto contractum, & de iure nullum ob aliquod impedimentum dirimens, vel ob non adhibitam præſentiam parochi, & duorum teſtium, vbi Concilij Tridentini decretum acceptatum eſt, & obſeruatur, ita Rolandus *q.* 77. Phanucius *d. gloſſ.* 10. *n.* 31. Menoch. *d. l.* 3. *præſ.* 6. *n.* 26. Mantica *d. tit.* 15. *n.* 6. *verſic.* 2. nam ex actu nullo etiam declaratur voluntas, *l.* 1. *ff. de reb. eor.* & ibi notant ſcribentes. Quare ſi contracto matrimonio nulliter ex cauſa impedimenti dirimentis puta conſanguinitatis vel affinitatis ex Papæ diſpenſatione conſanguinei vel affines, qui prius conſtituta dote nulliter contraxerunt, denuo valide contrahant non facta mentione dotis, cenſetur promiſſa, & conſtituta prior dos, vt iidem Doctores. 123

Tertiò ampliatur, vt dos data primo marito præſumatur data, & repetita ſecundo marito eadem cum qualitate, & modo vt fuit data primo, vt ſi fuit traditum fundum æſtimatum, vt emptionem faceret, ſic & ſecundo intelligatur traditum, & ſi in quantitate data fuerat, in quantitate repetita cenſeatur, tametſi ab hæredibus primi mariti mulier prædia loco quantitatis in reſtitutione dotis habuerit, niſi eadem prædia ſecundo marito dediſſet: ita Corneus *conſilio* 172. *in quarto dub. volum: primo*, Couarruuias *loco numero* 127. *relato*, Phanucius *dict. gloſſa* 10. *numero* 31. Mantica *dict. titulo* 15. *numero* 7. & Menochius *d. præſumptione* 6. *numero* 31. præſumitur enim contractus cum iiſdem pactis, & qualitatibus renouatus, *l. item quæritur* §. *qui impleto ff. locati*, vnde etiamſi mulier vidua ante tranſitum ad alia vota nondum exegit dotem in quantitate, ſeu pecunia primo viro datam ab hæredibus eiuſdem primi mariti, ſecundo nubens præſumitur dediſſe tacite viro ſecundo in dotem non nomen debitoris, ſeu illud nomen contra mariti hæredes ei competens, ſed ipſam eandem quantitatem: ita Corneus *conſilio* 157. *numero* 8. & *conſilio* 254. *numero* 18. *libro* 1. Baldus Nouellus *de dot. p.* 6. 124

dicto

dicto priuileg. 71. *num.* 1. *initio*, Phanucius *dicta gloſſa* 10. *n.* 42. *& num.* 45. *verſiculo tertio*, Rolandus *de lucro dotis quaſt.* 81. *num.* 4. 11. *&* 12. Tuſchus *d. concluſ.* 725. *n.* 10. Menochius *d. præſumpt.* 6. *n.* 36. (licet *numer.* 51. ſentiat contrarium, & cenſeri nomina ipſa debitorum hæredum data in dotem ſecundo viro) Mantica *d. tit.* 15. *num.* 19. & alij apud eoſdem. Et ratio, cur nomen hæredis primi viri tanquam debitoris non debeat præſumi in dotem datum, ſeu conuerſum, & ſic mulier poſt ſecundum matrimonium contractum non liberetur illud cedendo viro pro dote, adducitur, quia in eius exactione plures fieri poſſunt expenſæ, ex quibus dos diminuitur, *lege quod dicitur, l. prima, & 2. ff. de impenſis in rebus dotat. faciend.* ac proinde id tantum dotis eſſet, quod deductis ſumptibus ſupereſſet, ſi debitor non eſſet ſoluendo, & dotis tantum erit, quod exigi poterit *l. ſi prior, ff. ſoluto matrimonio*, quare etiam mulier non dediſſet eamdem dotem, quia eadem dos nequit dici niſi eadem ſit quantitas, *lege cum quæritur, lege an eandem, ff. de except. rei iud.*

125 Ampliatur quartò, vt procedat etiam in muliere anois 25. ſecundo nubente, vt ſi dederit primo viro in dotem bona ſua immobilia cum decreto iudicis, eadem bona cenſeantur tacitè data in dotem ſecundo viro, cum etiam expreſsè potuerit hæc mulier minor ſecundo nubens ſine nouo iudicis decreto date in dotem ſecundo viro eadem bona immobilia data viro primo, vt tradunt Phanucius, & Menochius *locis ſupra numero* 75. relatis, & alij *ibidem* allegati, dicens præfatam concluſionem non habere locum, ſi mulier ſit minor 25. annis eo quod decreto iudicis nec expreſsè poſſit dotem conſtituere in bonis immobilibus, ſunt intelligendi, quando prius non fuiſſent data in dotem adhibita ſolennitate decreti.

126 Ampliatur quinto, vt procedat etiamſi in loco ſeu ciuitate extet ſtatutum, quod ſi mulier nupſerit nulla dote conſtituta, intelligatur omnia bona ſua dediſſe in dotem; etenim ſi primo marito data ſeu conſtituta eſt certa dos, eadem mulier ſecundo nubens nulla dotis mentione facta, non præſumitur nec præſumi poteſt dediſſe in dotem omnia bona, & ſi adſit ſtatutum de lucro dotis totius, vel dimidietatis per mortem vxoris, ſiue filij, maritus mortua vxore non lucrabitur omnia bona vel dimidietatem omnium bonorum mulieris, ſed tantum dotem datam ſeu cõſtitutam primo viro, vel de eius dimidietate, iuxta diſpoſitionem ſtatuti de dotis lucro, ita Paulus de Caſtro *conſ.* 60. *n.* 2. *lib.* 2. *in nouis, & in l. ſi mulier diuertit, ff. ſol. matr.* Roland. *de lucro dotis qu.* 29. Tuſc. *V. dos, conc.* 724. *n.* 37. *& concl.* 725. *n.* 12. Carpanus *ad ſtat. Med. c.* 298. *n.* 269. & Mantic. *d. tit.* 15. *n.* 10. & proculdubio ſentiunt Iuriſperiti *ſupra cap.* 2. *n.* 73 relati aſſerentes ſtatutum de lucro dotis conſtitutæ habere locum in hac dote iure communi, ſeu ex iuris interpretatione præſumpta & reperita in ſecundo matrimonio, cum fuerit conſtituta in primo matrimonio, & ita etiam præter Phanucium, puto ſentire omnes alios Doctor. *d. c.* 2. *n.* 72. allegatos tenentes ſtatutum de lucro dotis, vel de lucro dotis datæ præmoriente vxore ſine liberis, procedere in hac eadem dote à lege præſumpta: igitur probatur ampliatio, quia hæc dos præſumpta à lege eſt vera dos, vt latè probatum eſt *eod. cap.* 2. *n.* 71. & ex quo conſtat fuiſſe primo viro conſtitutã (vt ſupponitur) ſatis dicitur conſtituta etiam ſecũdo viro, dum legis interpretatione intelligitur tacitè conſtituta, & conſequenter comprehenditur ſtatuto loquente tantum de dote conſtituta, non verò de dote expreſsè conſtituta, vt probatum eſt *d. n.* 73. itaq; præfatum ſtatutum intelligendum eſt loqui eo caſu, quo nullo modo dos fuit conſtituta, quia illa verba *nulla dote conſtituta*, cum ſint multùm generalia, debent intelligi generaliter, ſcilicet quod per nullum modum fuerit conſtituta, nempe expreſsè, vel tacitè; nam tacitum habetur pro expreſſo, *l. item quia, ff. de pactis:* confirmat Rolandus, quod generalis prouiſio huius ſtatuti non debeat referri ad caſum, in quo ſpecialiter erat prouiſum per ius commune, *lege ſancio legem, ff. de pæn.* Quapropter, addit idem Rolandus, ſatis eſt, quod huiuſmodi ſtatutum ſuppleat ius commune in caſibus, in quibus deficiebat, ſcilicet quando mulier primò nubit nulla dote conſtituta, vel ſecundò nubit nulla dote conſtituta in primo matrimonio, quibus in caſibus de iure communi non erat prouiſum de dote, etſi mulier haberet multa bona, quia illa non cenſebatur dediſſe in dotem, *vt præcedenti quæſtione* probatum eſt: nonnulla alia facientia ad confirmationem ampliationis videntur *dicto capite* 2. *num.* 22. & apud Manticam *dicto numero* 10. latè de hac ampliatione diſcurrentem. Ampliatio ergo non procederet, ſi ſtatutum diceret, quod mulier nubens nulla dote expreſsè conſtituta, cenſeretur dare omnia bona ſua in dotem, iuxta Rolandum, Manticam & alios Doctores præallegatos, & tradita *ſuprà d. cap.* 2. *n.* 72. *&* 73. & ſic eſſet correctio iuris communis *in d. l. dotem, ff. de iure dot.* vt de ſtatuto Mediolani, quod habetur *c.* 455. *ſtatutorum*, diſponente, quod neque intelligatur dos, nec bona data in dotem, niſi expreſsè conſtiterit vel appareat, & legitimè, dixit Carpanus *ad dictum caput* 455. *num.* 5. 35. *&* 36. vbi ait hoc ſtatutum Mediolanenſe eſſe diſpoſitionem correctoriam iuris communis in muliere ſecundo nubente, quæ de iure communi cenſetur tacitè dare in dotem ſecundo viro quod dedit primo *d. l. dotẽ*, iuxta tradita *n.* 121. & Doctores *ibid.* allegatos, & alios quos ipſe refert. Et iſte eſt vnus ex caſibus, in quibus foret reſtringenda præfata communis concluſio. Verum per præfatum ſtatutum Mediolanenſe puto ſtatuentes voluiſſe ſolùm excludere ſententiam, de qua *ſuprà num.* 86. *&* 90. aſſerentem, vbi mulier nubit nulla dote conſtituta, cenſeri dediſſe omnia bona ſua in dotem & obuiare litigiis, quibus eadem ſententia probat occaſionẽ, non vero voluiſſe corrigere ius commune, *d. l. dotem*, præſumens in dubio in ſecundo matrimonio repetitam dotem conſtitutam in primo, vbi per legitimas probationes ſumptas ex inſtrumento dotali, vel per teſtes, aut per veriſimiles coniecturas non conſtet de dote conſtitutam fuiſſe primo marito; quæ probationes denotantur illius verbis ſtatuti, *niſi expreſsè conſtiterit, vel appareat, & legitimè*, per tradita à Carpano *ad d. l. ſtatutũ, d. cap.* 55. verbo *niſi expreſsè*, verbo *conſtiterit*, ait verbo *appareat*, & verbo *legitimè*: nam conſtito vel expreſsè per inſtrumentum dotale, aut per teſtes, vel per veriſimiles &, vrgentes coniecturas aut præſumptiones de dotis conſtitutione in primo matrimonio, ſecuto ſecundo nulla dote expreſsè conſtituta, ſatis conſtat in ſecundo matrimonio dotẽ fuiſſe conſtitutam per illam iuris cõmunis diſpoſitionem, quod dos cõſtituta primo viro præſumitur repetita & conſtituta ſecundo viro, ſtatutũ enim, quando verba illius patiuntur, debet intelligi non vt magis lædat ius commune, ſed vt minus corrigat, & latè vel ſtrictè intelligi, quatenus minus derogatur iuri communi, vt poſt Bartol. *in l.* 3. *§. hac verba, ff. de negot. geſt.* Burrium, Imolam, & Abbatem *in cap. cum dilectus, de conſtit.* & plures alios, Mantica *de tacit. & ambig. conu. lib.* 12. *d. tit.* 15. *n.* 10. *verſic. neque etiam.*

Ampliatur ſextò, vt etiam dos ſimpliciter primo viro 127
promiſſa, & non ſoluta intelligatur repetita in ſecundo matrimonio marito ſecũdo, ita expreſsè Natta *conſ.* 571. *num.* 2. *fine, & numero* 3. & Mantic. *d. tit.* 15. *num.* 10. *verſic. ſed ſi dos*, & cõſtat etiam ex aliis Doctoribus *n.* 121. *allegatis*, qui loquuntur indiſcriminatim dote data vel conſtituta primo viro, & dos promiſſa comprehenditur nomine dotis conſtitutæ, vt patet ex traditi *in præcedentibus*, præſertim *capit. primo, & cap. ſecundo*

Quare probatur ampliatio, quia ex ſola promiſſione abſque traditione dos dicitur conſtituta, & quia eadem ratio in promiſſione locum habet, quæ redditur in datione. Quod enim dos data in priori matrimonio intelligatur repetita in ſecundo, aſſignatur ratio, quia contractus intelligitur renouatus cum iiſdem pactis, & qualitatibus, *lege item quæritur, §. qui impleto, ff. locati & l. legem, Codice eodem*, & Doctores *ſuprà n. 124. initio* relati.

Reſtrictiones communis concluſionis, quod in dubio dos data vel conſtituta primo viro cenſeatur conſtituta & repetita ſecundo viro.

128 Primò communis illa concluſio reſtringitur, vt extātibus filiis ex primo matrimonio dos data primo virò non cenſeatur ſimpliciter data ſecundò marito, ſcilicet cenſeatur quidem ſecundo viro quoad effectum dotis, vt durante matrimonio ſecundus maritus habeat totam dotem & illius emolumenta, non tamen ad effectum lucri totius dotis ex ſtatuti diſpoſitione conceſſi viro præmoriente vxore ſine liberis, ſed tantum ad effectum, vt idem ſecundus maritus lucretur tantum dotis, quantum habeat vnus ex filiis primi matrimonij, qui minus fuerit conſecutus, ita Alexander *conſilio 122. numero decimoquarto, conſilio 144. numero tertio, & conſilio 158. libro quinto*, Rolandus *de lucro dotis quæſt. 35.* Phanucius *de lucro dotis dicta gloſſa decima, num. 33.* Tuſchus *V. dos, concl. 725. numero 22.* Menochius *libro 3. d. præſumpt. 6. num. 32.* Mantica *de tacit. & ambig. conu. libro 12. dict. titul. 15. numero 14.* & alij apud eoſdem: mulier enim vidua ad ſecundas nuptias tranſiens, ſi extent filij primi matrimonij iure communi, non poteſt ſecundo viro plus dare in dotem, vt illi ea præmoriente cedat lucro, vel relinquere nec per teſtamentum, nec per codicillos, nec per quemlibet alium titulum, quàm vni ex liberis primi matrimonij, vt decernitur *lege hac edictali in principio, Codice de ſecundis nuptiis*, id quod latè explicaui *in tractatu de contractu matrimonij cap. 11. n. 72.* & tradunt non ſolùm præallegati Doctores, ſed etiam alij communiter, quos *dicto n. 72.* allegaui: neque per ſtatutum loquens ſimpliciter de lucro dotis intelligitur *dict. lege hac edictali* denegatum, cum huiuſmodi ſtatutum recipiat interpretationem paſſiuam *a dicta lege hac edictali*, vt Rolandus *de lucro dotis, quæſt. 35.* & alij Doctores *ſupra cap. 2. num. 98.* relati. Quare in hoc caſu mulier vidua habens filios extantes ex primo matrimonio, in eorum præiudicium non præſumitur tacitè dediſſe omnia ſua bona, ſeu omnia & totam dotem ſecundo viro ad effectum, vt maritus poſſit eam totam lucrari, cum nec poſſet id facere expreſſe ob prohibitionem *d. l. hac edictali*.

129 Quin etiam ſi vltra ſtatutum de lucro dotis vxore ſine filiis præmoriente adeſſet aliud ſtatutum concedens mulieri viduæ facultatem dandi ſecundo viro in præiudicium filiorum primi matrimonij quidquid ipſa voluiſſet, adhuc mulierem ſimpliciter tranſeundo ad ſecundas nuptias non præſumi totam dotem primo viro datam in præiudicium filiorum eorumdem primi matrimonij dediſſe ſecundo viro quoad effectum lucri, poſt Iaſonem, & Curt. ſeniorem tradunt Roland. *d. q. 35 fine*, Phanucius *d. n. 33. fin.* & Menoch. *d. præſ. 6. num. 33.* eam aſſerentes rationem, quòd tāta ſit matris pietas & amor erga filios, vt proinde attenta naturæ & iuris præſumptione non debeat intelligi in præiudicium filiorum voluiſſe tacitè dare ſecūdo viro omnem dotem datam primo ad effectum lucri, cōtra diſpoſitionem *d. l. hac edict.* confirmat Phanucius hanc traditionem, quia tacitum non extenditur iuxta Gloſſ. *in clem ſæpe*, verbo *patribus ad fin.* & alios ex præallegatis Doctoribus præter alios allegatos à Phanucio; at iuxta præſentem inſpectionem dotis conſtitutio in ſecundo matrimonio eſt præſumpta & tacita, *vt ſuprà n. 120.* explicatum eſt, ſcilicet, quod mulier vidua ſecundo nubens voluerit dare tacitè dotē primi viri ſecundo viro; ergo non debet extendi, quod voluerit in præiudicium filiorum, cum enim diuerſa ſit ratio inter hūc caſum, in quo mulier habet filios ex primo matrimonio, & illum quando non habet, euidenter ſequitur, non admitti extenſionem de vno ad alterum, vt etiam Menoch. *d. præſ. 6. n. 34.* iuxta ea, quæ latiùs explicat *lib. 1. præſ. quæſt. 54. in ſecundo caſu.*

Quid verò ſi ſtatutum diſponeret, vt ſecundus vir lucraretur dotem, etiam quod extarent filij ex primo matrimonio, an tunc extantibus filiis primi matrimonij ſecundus maritus lucraretur totam dotem, explicatum eſt *ſuprà d. cap. 2. num. 99.* 130

Secundò reſtringitur eadem communis concluſio, & iuris præſumptio, vt dos data priori viro tacitè intelligatur data, & repetita ſecundo viro, ſi is ſciuit quantitatem dotis à muliere datam primo viro, non autem ſi ignorauit, ita poſt Cumanum *conſ. 109.* & Ruinum *in rub. n. 107. ff. ſol. matr.* Menoch. *d. præſ. 6. n. 43.* & Mantic. *tit. 15.* idque ob eam rationem, quod aut dos eſt tenuis & non præſumitur, quod ſi ſecundus vir ſciuiſſet, eam acceptaſſet, aut eſt opulenta, & tunc ſapiat quandam donationem, & illa non inducitur, niſi maritus ſciat, ſicut ſoluens indebitum ſcienter præſumitur donare, ſi is, cui ſoluit, id ſcit, ex Bartolo *in l. 1. ff. de don.* & aliis à Menochio relatis.

Tertiò reſtringitur, vt dos data primo, repetita tacitè non cenſeatur marito ſecundo, ſi extraneus eam dotem dedit, & eam ſibi reddi ſoluto matrimonio ſtipulatus fuerit: ita Mantic. *d. tit. 15. n. 16.* adducēs rationem, ſcilicet, quia hoc caſu, cum primum matrimonium ſolutum eſt, committitur ſtipulatio, & actio, quæ ex ſtipulatu extraneo dotatori acquiſita eſt non intercidit, nouo contracto matrimonio, ac proinde eodem extraneo conſentiente dos ruſſus debet conſtitui, ne mulier in ſequenti matrimonio indotata ſit, vt dicitur *in l. ſtipul. de dot. ff. de iure dot.* vbi additur, quod ſi dos ab ipſa muliere eſſet profecta, quam eius primo marito ſtipulata eſſet, alius huius conſenſus in ſecundo matrimonio non eſſet neceſſarius, verùm ſtante doctrina tradita *ſuprà c. 3. num. 113.* præſertim *verſic. hanc pariter ſententiam*, quod pactum etiam extranei dotantis circa reſtitutionem dotis, ſiue reuerſionem dotis ad ipſum dotantem ſoluto matrimonio, intelligitur ſoluto matrimonio per mortem viri, ſeu etiam debeat intelligi (alioquin pactum non valeat) ne alioqui mulier remaneat indotata, de reuerſione cum onere mulierem illam denuo dotandi, ſicut quando dos filiæ profectitia ſoluto matrimonio per viri obitum reuertitur ad Patrem cum illo onere iterum illam dotandi, *auth. ſed. quamvis, Cod. de rei vxor. actione*, & probatum eſt *ſupra capite 2. n. 106. & capit. 3. n. 163.* ſtante, inquam præfata doctrina, hæc reſtrictio non videtur poſſe procedere, ſed in ſecundo matrimonio cenſeri tacitè repetitam dotem primo viro datam, licet ab extraneo cum illo pacto ſibi reddi ſoluto matrimonio, ſicut dos à Patre data filiæ primò nubenti ad eundem patrem ſoluto matrimonio per mortem viri reuerſa filia ſecundo nubente intelligitur tacitè conſtituta & repetita ſecundo marito. 131

Quartò reſtringitur eadem communis concluſio, vt in ſecundo matrimonio locum non habeat præſumptio repetitionis dotis datæ in primo matrimonio, quando ipſa mulier expreſſim promiſiſſet ſeu conſtituiſſet dotem ſecundo viro, id probant notata *ſuprà num. 120.* & tradunt Menochius & Mantica *locis eodem num. 120.* relatis, idem Menoch. *d. præſumpt. 6. n. 40.* & Phanucius *de lucro dotis dicta gloſſa 10. num. 34.* poſt Corneum *conſ.* 132

conſ. 132. *n.* 1. vltra rationem *d. n.* 120. adductam addentes hanc, ſcilicet quia huc caſu ceſſat illa tacita præſumpta dotis conſtitutio, cum non ſit veriſimile mulierem voluiſſe dare duplicem dotem, ſubdunt verò Phanucius & Menochius *ibidem*, quod ſi dos ſecundo viro expreſſe promiſſa fuiſſet, non ab ipſa muliere, ſed ab eius patre vel ab alio dos ipſa vltra dotem datam primo viro promiſſa præſumeretur: ita quod pater non intelligeretur omnino hanc dotem promiſiſſe viro ſecundo animo compenſandi cum dote data primo viro, præſertim adhuc ab eiuſdem mariti primi hæredibus exigenda, & recuperanda, ſed ad eam augendam: quod docuerunt nonnulli alij Doctores à Phanucio relati, qui & *ſuprà cap.* 4. *num.* 38. ſunt relati, vbi tamen contraria ſententia, & quod pater promittens ſimpliciter ſecundo marito dotem pro filia vidua præſumitur promittere animo compenſandi cum dote data primo viro ſiue à ſe iam exacta ab hæredibus viri defuncti, ſiue adhuc nondum exacta, approbata, & latè confirmata eſt, vt hic alia non ſit opus probatione, & *ibid.* referunt Doctores ita ſentientes, præter quos idem tradit Papon *libro* 25. *titulo* 4. *arreſto* 4. videantur tradita *dicto numero* 38.

133 Quinto reſtringitur, vt ſicut mulier præſumitur dediſſe eandem dotem ſecundo viro, quam dederat primo, ita negatiuè ſi primo viro nullam dedit dotem, non præſumitur dediſſe ſecundo, vt Alexander *conſ.* 142. *lib.* 7. & poſt eum Tuſchus *verbo dos data, concluſ.* 725. *num.* 13. *&* *n.* 25. Quapropter vt communis concluſio ſeu præſumptio iuris dotem tacitè conſtitutam, & datam eſſe ſecundo procedat, opus eſt probare dotem verè datam fuiſſe primo viro, vt Tuſchus *d. num.* 21. poſt Alexandrum *dict. conſ.* 142. quia illa *lex dotem*, & aliæ *ſuprà n.* 121. allegatæ ſint exorbitantes, & non debeant extendi de caſu ad caſum, quod idem tradit Rolandus *de lucro dotis q.* 80. *n.* 11.

134 Vtrum verò ſatis probatum cenſeri debeat dotem fuiſſe datam, & conſtitutam primo viro, vt cenſeatur tacitè conſtituta ſecundo viro, illique ſit danda, ſi primus vir ſolum in vltima voluntate ſeu in teſtamento confeſſus ſit ſe ab vxore recepiſſe dotem, ſeu legauerit vxori dotem ſuam, quam confeſſus eſt ſe recepiſſe. Huiuſmodi confeſſionem ſolam non ſufficere, & ſic mulierem nubentem ſecundò non præſumi ſecundo viro dediſſe eam dotem confeſſatam à primo viro, aſſeruere poſt Alexandrum *conſ.* 122 *num.* 8. *lib.* 7. Cephalum *conſ.* 101 *n.* 16. & plures alios Rolandus à Valle *d. quæſt.* 80. *n.* 4. *& ſequentibus vſque ad finem*, Menochius *lib.* 3. *d. præſumpt.* 6. *n.* 42. Surdus *deciſ.* 285. *n.* 1. *& conſ.* 169. *n.* 10. & Carpanus *ad c.* 298 *ſtatut. Mediolani, n.* 2. 6. 9. *& ad c.* 455. *n.* 6. & alij relati à Surdo, *& infra c.* 10. *n.* 100. qui omnes dicunt, quod confeſſio dotis receptæ, vel legatum dotis non probat dotem datam, & præſertim ſi confeſſio fiat parte abſente (ad quod plura adducit Rolandus *d. q.* 80. *n.* 5. *& ſequentibus*) & ideo opus ſit aliter conſtare de debitu, vt Phanucius *ibidem*. Quare præfata confeſſio certæ dotis receptæ ab vxore, vel legatum dotis certæ quantitatis tanquam receptæ ab vxore iuxta eoſdem Doctores operatur tantum, vt ea quantitas iure legati à muliere peti poſſit, non tamen probat confeſſionem eſſe veram, & dotem eidem primo viro datam fuiſſe, & nec ea confeſſio, nec legatum inducit iſtam tacitam dotis conſtitutionem in ſecundo matrimonio, ſed veritas facti, quod primo viro certa dos verè fuerit data, quo caſu tantum procedunt leges illæ *num* 121. adductæ, de quibus latius Rolandus. Qui propterea eadem *quæſt.* 80. tenet ſtatutum de lucro dotis non habere locum in quantitate legata à primo viro nomine dotis receptæ ab vxore, cùm non ſit vera dos, ſed merum legatum, & ſtatutum de lucro dotis, vt exorbitans à regula iuris communis, non debeat extendi ad alium caſum in ſtatuto non expreſſum *leg. ſi vero ff ſoluto matrim.* & conſequenter non extenditur ad caſum, in quo non apparet de dote data, plura apud eundem Rolandum; & hæc ſententia videtur non poſſe reuocari in dubium, ſi primus vir graui morbo affectus cum aliquo vitæ periculo in teſtamento, aut Codicillis feciſſet præfatam confeſſionem dotis receptæ, de qua receptione aliter conſtaret vel poſſet apparere, quia eo caſu confeſſio non præſumitur facta ſpe futuræ enumerationis, ſed animo donandi, vt tradit Menochius *lib.* 3. *præſumptione* 13. *num.* 50. & ſic non poſſet facere vllum iudicium promiſſionis dotis factæ a muliere, vel ab eius patre.

Si verò confeſſio dotis receptæ, quam alia ratione non conſtaret ſeu appareret primum maritum recepiſſe ſit facta ante vel poſt contractum matrimonium extra teſtamentum vel in teſtamento eo ſano, & conſtet etiam vel ſaltem ſit dubium, an maritus fecerit talem confeſſionem animo donandi vel ſub ſpe futuræ numerationis, videtur non carere dubio, an talis dos confeſſata à primo viro debeat intelligi repetita ſecundo viro, vt conſtat ex notatis à Mantica *de tacit. & ambig. conu. lib.* 12. *d. tit.* 15. *n.* 18. vbi primo dicit, quod cum in caſibus, in quibus exceptio non numeratæ pecuniæ non poteſt opponi (de quibus Menochius *dict. præſ.* 13.) idem Mantica *lib.* 11. *tit.* 20. *&* 27. *& infra c.* 10. §. 4. vera dos intelligitur, ita vt dotis etiam habeat priuilegia, vt Baldus *in rub. de priuileg. dotis, n.* 6. *& conſ.* 456. *n.* 3. *lib.* 3. & Hondedeus *conſ.* 39. *fine*, in his caſibus non poteſt reddi ratio, cur non debeat intelligi ſecundo viro repetita, iuxta *dict. leg. dotem ff. de iure dotium*, in caſibus autem in quibus exceptio non numeratæ dotis poteſt opponi (de quibus idem Mantica, & Menochius *locis allegatis*) *& infra c.* 10. *d.* § 4. & conſequenter repetitio non habet locum ad effectum, vt ſucceſſores prioris mariti poſſint condemnari ad reſtitutionem dotis, quæ non fuit numerata, eo quod non habeat dotis priuilegium, iuxta Gloſſam *in l. aſſiduis verbo datæ, Cod. qui potio. in pign. hab.* & alios ab eodem Mantica *d. num.* 10. *& d. tit.* 20. *n.* 1. *& ſeqq.* relatos, non cenſebitur repetita. Dicit tamen idem Mantica *eod. n.* 10. quod mulier, vel alius qui pro ea, ſeu eius nomine dotem primo viro promiſit, tenetur, vbi confeſſio à primo viro facta eſt ſub ſpe futuræ numerationis, & ita hoc caſu poteſt, ſubdit idem Mantica, intelligi repetita ſecundo viro, perinde ac ſi dos ſimpliciter eſſet promiſſa, & talis confeſſio non eſſet facta, quia cum numeratio non fuerit ſubſequuta, tacita conditio intelligitur defeciſſe, *l. vlt. ff. de non numerata pec. & l. qui pecuniam, ff. ſi certum petat.* dos autem ſi fuerit ſimpliciter promiſſa, & non ſoluta, in ſequenti matrimonio intelligitur repetita, vt *ſupra n.* 127. probatum eſt, prædicta ex Mantica *d. n.* 20. quæ an, & quando verè procedant, conſtabit ex tradendis *infrà d. c.* 10. §. 4.

Cæterum an, & quando confeſſio viri probet dotis 135
receptionem, Menochius *d. præſ.* 13. *eod. l.* 3. *præſ.* 18. Mantica *de tacit. & ambig. conu. l.* 1. *tit.* 20. *& tit.* 27. Tuſchus *verbo dos, concl.* 748. *& trib. ſeqq. & concl* 780. Maſcard. *de probat. concl.* 567. & Borell. *in ſumma deciſ. p.* 2. *tit.* 3. *n.* 204. *ad* 269. ex quibus, an, & quomodo probatur vel præſumitur dotis promiſſio, ſiue conſtitutio, & ſolutio facta marito, Tuſchus *concl.* 722. Maſcard *con.* 566. 567. 569. 570. 675. 576. & Carpanus *ad c.* 455. *ſtatut. Med. verbo conſtituta, verbo vel appareat, & verbo & legitimè*, de qua re latè *infr. c.* 10.

Si mulier ſecundò nubens nondum ab hæredibus primi mariti dotem exegerit, an nomen debitoris eidem mulieri competens contra eoſdem hæredes præſumi debeat datum in dotem ſecundo viro, tam quoad ius ipſius nominis ſeu ipſum nomen, quam quoad exercitium actionum, ſeu quoad vtiles actiones, an verò præſumatur data ipſa quantitas dotis.

136 Vltimo reſtringitur præfata communis concluſio, & præſumptio dotis ſecundo viro repetitæ, quæ fuit data primo viro, vt ſi mulier primo viro dederit dotem conſiſtentem in quantitate, ſeu pecunia quam nondum exegerit ab hæredibus eiuſdem primi mariti, transeundo ad ſecunda vota non præſumitur dediſſe in dotem nomina horum debitorum ſuorum, ſeu nomen contra eoſdem hæredes ſibi competens; ſed ipſammet eandem quantitatem datam primo viro, ita per rationem, ibi adductam, & per aliam rationem *ſupra hoc eodem capite numero* 131, tactam, quod nomina debitorum mulieris intelliguntur data in dotem, niſi interueniſſet ceſſio actionum, quia ipſæ nomina non traduntur, ſed ceduntur, iuxta textos in *lege finali, in princip. ff de donat. & l. 2. Cod. de obligat. & action. d num.* 131. *allegatos*, tradunt omnes Doctores *ſup. num.* 124. relati, excepto Menochio.

137 Contra hanc reſtrictionem, & nomen debitoris cenſeri datum in dotem tenuit Ruinus *conſ.* 53. *n.* 27. & 28. *l.* 2. propter generalitatem *l. autem ff. de iure dot. & aliarum legum, quæ ſuprà* ad probandam communem concluſionem ſunt adductæ, quod mulier, quæ tranſit ad ſecunda vota, in dubio præſumitur nupſiſſe cum eadem dote, licet aliter non appareat de alia promiſſione. Ruinum in hoc ſequutus eſt Menochius *l. 3. præſ. 6. num.* 31. vbi notat duo conſiderari in nominibus debitorum, & creditis, ſcilicet ipſum ius, ſeu nomen debitorum, & exercitium ipſarum actionum, ſeu ipſæ vtiles actiones, quæ dantur pro exactione crediti, & quoad ipſum ius, ſeu nomina debitorum exiſtimat Menoch. verè illa præſumi à muliere data in dotem ſecundo viro: tum quia actio, ſeu ipſum ius conſequendi creditum ab hæredibus primi mariti dicitur eſſe loco quantitatis primo viro datæ in dotem, nam qui dat actionem, cenſetur dare rem ipſam ad quam conſequendam actio competit, *l. qui actionem, ff. de reg. iur.* tum quia ſuppoſita communi concluſione mulier præſumitur dediſſe ſecundo viro in dotem ea omnia, quæ dedit primo: nomina autem debitorum inter bona connumerantur, *l. bonorum ff. de verborum ſignificat.* & latè ego ipſe *tom. 3. mor. tit. 6. n.* 386. Et hoc idem, quod nomen ipſum debitorum mulieri contra hæredes mariti primi competens cenſeatur datum in doté ſecundo viro, tanquam probabile admittit Bald. Nouell. *n. 2. verſic. præterea priuil.* 71. *ſup d. n.* 131. *allegat.* Quo verò ad ipſum exercitium actionum, ſeu vtiles actiones, etſi Nouell. neget præſumi tranſlatam ſeu tranſlatas in ſecundum virum, huncque non poſſe agere contra hæredes debitoris, niſi facta etiam ſecundo viro per vxorem expreſſa actionum ceſſione, aſſerens propterea *l. 2. C. de oblig. & action.* (quæ habet, quod vbi nomen debitoris datur in dotem, tranſit vtilis actio in virum ſine alia ceſſione, ſicut quando nomen debitoris per emptionem transfertur in emptorem eidem emptori ſine vlla alia actionum ceſſione competit vtilis actio, limitari, & intelligi, quod procedat quando datio ſeu aſſignatio nominis debitoris ſit expreſſe, non verò ſi reſultet per modum tacitum, vt euenit quando mulier nulla aliter facta dotis mentione tranſit ad ſecunda vota, quo caſu tametſi videantur omnia bona data primo viro in dotem, & conſequenter etiam nomen debitoris, id tamen reſultat per modum tacitum, ſcilicet intelligitur tacite in dubio dediſſe nomen primi viri in dotem ea ſpeciali fauore dotis. Hunc autem tacitum actum non debere operari aliam ſpecialitatem, quod cenſeatur etiam tacite conceſſa, ſeu translata vtilis actio iuris miniſterio, cum duæ ſpecialitates contra iuris regulas non poſſint conuenire in eodem actu, ſeu reſultare ex eodem actu, ſeu contractu, vt Bartolus *in l. ſi rem aliquam, ff. de acquir. poſſeſſ.* & Baldus *in l. cum falſa, Cod. de iur. & fact. ignor.* & in facti contingentia in terminis huius quæſtionis, quod nomen debitoris primi mariti vnà cum ipſo exercitio actionum, ſeu cum ipſa vtili actione non intelligatur datum ſecundo viro in dotem, dicit ſe obtinuiſſe Nouellus *d. priuil.* 71. & ita etiam præter Curtium, & Rolandum *locis ſup. n.* 124. *allegatis*, ſenſere expreſſe Alexander *conſ.* 122. *n.* 10. *l.* 7. & Curtius Senior *conſ.* 78. *in addit. ipſius conſ.* qui omnes aiūt diſpoſitionem *d. l.* 2. *Cod. de oblig. & action.* procedere quando aſſignatio nominis debitoris facta fuiſſet expreſſe in dotem, ſecus ſi reſultaret per modum tacitum. Addit tamen idem Nouel. *d. priuil.* 71. *fine*, quod prædictæ actiones vtiles à muliere cedi poſſunt marito etiam pendente iudicio inter maritum, & hæredes primi mariti debitores, dummodo lata non ſit ſententia, & in cauſa concluſum: nihilominus idem Menochius *d. præſumpt.* 6 *n.* 33. cum eodem Ruino *loco citato* tenet ſaltem probabiliter, quod ex quo ipſum ius ſeu nomen debitoris contra hæredes primi mariti competens mulieri ſine vlla ceſſione præſumitur tacitè datum in dotem ſecundo marito, ita etiam tacite transfertur in eundem ſecundum maritum exercitium actionum, ſeu ipſa vtilis actio abſque vlla alia ceſſione facienda per mulierem actionis perſonalis contra eoſdem hæredes primi mariti, quia vbi nomen debitoris datum eſt in dotem ex ſpeciali fauore dotis tranſit in virum actio vtilis ſine alia ceſſione *d. l.* 2. *de obligation. & actionib.* quæ non videntur diſtinguere an aſſignatio nominis debitoris fiat expreſſe, an verò reſultet ex præſumptione iuris. Illam autem rationem, quod duæ ſpecialitates non poſſint concurrere, dicit Menochius non habere locum fauore dotis, & quia etiam vna venit in conſequentiam alterius.

Verum licet negari non poſſit vtramque opinionem 138
eſſe probabilem, ſtantibus grauibus Doctoribus pro vtraque parte, nihilominus retinenda eſt ſupradicta reſtrictio, vt nec nomen debitoris contra hæredes mariti ad dotem ei datam exigendam competens mulieri ſecundo nubenti nulla expreſſione de eo facta non cenſeatur tacite datum in dotem viro loco quantitatis ipſius eidem primo marito debitæ, vt abſolutè tenent Corneus, Phanucius, Tuſchus, Mantica *locis ſuprà d. num.* 124. *relatis*, & probabilius exiſtimant Bald. Nouell. *de dote p. 6. d. priuil.* 71. *num.* 22. *initio*, & Rolandus *de lucro dotis dicta quæſt.* 81. *num.* 4 *ad* 12. & probat ratio *eodem n.* 124. aſſignata, quæ id probat etiamſi mulier expreſſe ſecundo viro in dotem dediſſet eam dotem, quam dedit primo, vt tradidere Nouel. *d. priuil.* 71. *d. n.* 2. & Roland. *d. c.* 81. *num.* 21. Quare cum iis *ibid.* probatur, & magis explicatur præfata ratio *d. n.* 144. adducta: nam licet vera ſit illa communis concluſio, quod in dubio mulier videatur ſecundo nupſiſſe cum eadem dote primo viro data, tamen talis actus tacitus non debet magis operari, quam expreſſus, *arg. l. qui ad certum, ff. locati*: at ſi mulier vidua nupſiſſet etiam non expreſſa promiſſione dotis datæ primo viro, ex tali promiſſione non reſultaret quod cenſeatur mulier dediſſe in dotem nomen debitoris hæredum primi mariti, ſed adhuc cenſetur promiſiſſe dotem ipſam, nec liberaret cedendo marito actionem contra eoſdem hæredes, quia propter expenſas in exactione dotis neceſſarias, & dotem diminuentes, non dediſſet eandem dotem, vt *dicto num.*

num. 154. explicatum eſt, & quia etiam aliud pro alio inuito creditore ſolui non poteſt, *lege* 24. §. *approbata, ff. ſi certum petatur, & locis citatis* Nouellus & Roland. Qui propterea *eadem quaeſt.* 81. *fine*, ex hoc, quod ipſum nomen debitoris hæredum primi mariti non cenſeatur, nec ſit datum in dotem ſecundo viro, ſed pecunia ipſa exigenda, in qua conſiſtit dos mulieris, concludit, quod idem vir, ſi mulier fuerit defuncta, nulla facta marito ceſſione illius crediti, ſeu nominis debitoris & actionis contra primi mariti hæredes, non poteſt agere contra dictos debitores, & per conſequens ſtante ſtatuto de lucro dotis vxore ſine filiis præmoriente, non lucrabitur ex vi eiuſdem ſtatuti dotem conſiſtentem in nomine ipſorum debitorum; quod videtur aliquantulum durum. Ac proinde hoc caſu poteſt fortè dici, quod licet nomen debitoris hæredum primi mariti non cenſeatur, nec ſit datum ſecundo viro loco quantitatis primo viro datæ, vt mulier cedendo illud nomen liberetur; videri tamen loco ipſius dotis ſubrogatum ad hunc effectum, vt ſecundus maritus vxore præmoriente ante exactionẽ eiuſdem dotis, & nulla facta nominis ceſſione, cum iam ſuſtinuerit onera matrimonij, vel debuiſſet ſuſtinere, propter quæ dotis lucrum a ſtatuto defertur, omninò priuetur dote, ſeu lucro dotis, ſed conſequatur eam vel illius partem, licet diminutam ratione expenſarum in ea exigenda neceſſariarum.

139 Suppoſito autem, quod ipſum ius, ſeu nomen debitoris hæredum primi mariti præſumatur datum in dotem ſecundo marito iuxta ſententiam Ruini, & Menochij, probabilius puto etiã ipſum exercitiũ actionum, ſeu etiam vtilem actionem per conſequentiam transferri in eundem ſecundum maritum abſque alia ceſſione vxoris, cum eadem ſit virtus taciti & expreſſi, & ſi expreſsè nomen debitoris fuiſſet datum in dotem marito ſecundo, abſque alia ceſſione ei competeret vtilis actio, *l. Mania, ff. ſolut. matrimonio, lege fin. Cod. de pactis conu. & dicta lege* 2. *Cod. de oblig. & act.* & licet aliæ duæ leges loquantur in caſibus, in quibus nomen debitoris fuit expreſsè aſſignatum, tamen non ita certè conſtat, quod *dicta lex ſecunda, Cod. de obligat. & act.* loquatur ſolum quando aſſignatio nominis debitoris in dotem foret expreſsè facta, ſed de huius legis intellectu *infr. hoc capite, n.* 142.

140 Quod ſi mulier nomina debitorum, quæ ei antequã primo nuberet, competebãt, expreſsè dediſſet in dotem primo viro cedendo ei etiam expreſsè vtiles actiones, ſeu earum exercitium, non videretur ambigẽdum, quod ſimpliciter nubendo ſecundo viro præſumerentur in dotem eidem data nomina debitorum, & ceſſæ actiones vtiles, ſeu earum exercitium ceſſum, vt etiam notauit Menochius *dicta præſumpt.* 6. *numer.* 46. Non enim apparet ratio, cur communis concluſio, & iuris præſumptio iuxta *d. legem dotem, ff. de iure dotium*, qua mulier nubens ſecundo viro præſumatur ei dediſſe in dotem omnia bona data primo viro, non debeat habere locum etiam in hoc caſu, de quo latius idem Menochius.

141 An vero mulier, cui competunt nomina debitorum, iura, & actiones, quæ cum primo nupſit, expreſsè dedit omnia ſua bona in dotem viro, nulla facta mentione nominum debitorum, iurium, & actionum, cenſeri debeat dediſſe in dotem etiam eadem nomina debitorum, iura & actiones: de hac difficultate *ſuprà hoc capite, numer.* 111. actum eſt, vbi dictum eſt, & donationem omnium bonorum, & etiam conſtitutionẽ dotis in omnibus bonis mulieris comprehendere etiam nomina debitorum, ſeu iura, & actiones ac credita, per rationem *eodem numero* 111. notatam, & latius tradita à me *tom.* 3. *mor. titul.* 6. *numer.* 366. & quod comprehendãtur quoad ipſum ius, ſeu nomen debitorum, videtur certum, cum nomina debitorum inter bona ſiue mobilia, ſiue immobilia contineantur, vt dictum eſt *ſuprà numero* 137. *verſiculo tum quia ſuppoſita, & dicto numero* 111. & latius probatum *dicto n.* 366. quo verò ad ipſum exercitium actionum, an cenſeatur comprehenſum, & competat marito ſine alia ceſſione, poteſt eſſe maius dubium propter tradita ſuperius *numero* 137. *verſiculo quo verò ad ipſum exercitium*, ex Nouello, Rolando, & aliis *ibidem allegatis*, tamen videtur probabilius competere ſine vlla ceſſione ob *dictam leg. ſecundam, de obligation. & actionibus*, & tradita *n.* 139.

Nomina debitorum ſibi competentia an & quando mulier cenſeatur dediſſe in dotem æſtimata vel inæſtimata marito, & cenſeantur in maritum tranſlata actiones vtiles tantum, vel etiam directa, & nomina currant periculo mulieris, vel mariti.

Cæterùm occaſione prædictorum, cum ſit certum mulierem poſſe nomen debitoris dare in dotem marito, *dict. lege ſecunda, Codice de obligat. & act. lege debitor mulieris, ff. de iure dotium, & lege qui ſe debere, ff. de condict. cauſa data*, omnes Doctores *ſupra* allegati, & qui *infra* allegantur, & eo caſu, quo datum eſt in dotem, poſſit dubitari an marito competant tantũ actiones vtiles, vt ſolum cenſeantur illi ceſſæ vtiles actiones vt poſſit agere nomine mulieris, & actiones directæ penes mulierem tanquã dominum remaneant, an verò eidem marito tanquam domino competant etiam actiones directæ, vt poſſit nomine ſuo proprio agere, & ſic periculum nominis debitoris, ſi mariti, an verò mulieris; & horum cognitio pendeat ex cognitione, an nomen debitoris ſit datum in dotem inæſtimatum, vel æſtimatum: nam ſi nomen debitoris fuerit datum æſtimatum vtiles, & directæ actiones ſunt in maritum tranſlatæ, & periculum pertinet ad maritũ, ſcilicet ipſius iuris; ſi vero nomen debitoris fuerit datum in dotem inæſtimatũ, tunc in maritum ſunt tranſlatæ tãtum vtiles actiones, ac proinde poteſt agere ad exigendam pecuniam debitam mulieri, directæ autem remanent penes ipſam mulierem dantẽ, ſeu cedentem, & ad ipſam ſpectat periculum ſi dos abſque dolo, & culpa mariti non fuerit exacta, aut exigi non potuerit. Prædicta conſtant *ex lege plerumque in principio, lege factum.* §. *ſi res, lege quamuis ff. de iure dotium, lege æſtimata, leg. Mania, ff. ſoluto matrimonio, lege cum dotem, Codice de iure dotium, & lege ſi nomen, ff. de hæreditate vel actione*, & tradunt communiter Doctores, quos referunt & ſequuntur P. Barboſa *in lege æſtimatis* 51. *num. ſexto, verſicul. neque eſt vxori*, Hondedeus *ff. ſoluto matrimonio*, Franciſcus Molinus *de ritu nupt. lib.* 3. *quaeſt.* 57. *num.* 43. & Camillus Borellus *in ſumma deciſion. tom.* 3. *titulo* 4. *num.* 346. *& quinque ſequentibus.* Propterea cum ex huiuſmodi cognitione non leuis vtilitas reſultet, vt Molinus & Borellus aduertunt, oportet pro complemento huius materiæ explicare, quando nomen debitoris dici debeat datum in dotem æſtimatum, quando inæſtimatum. 142

143 Primò igitur certum eſt, quod ſi nomen debitoris datum fuerit viro in dotem pro certa quantitate expreſſa, putà pro centum, erit datum æſtimatum æſtimatione quæ facit venditionem & emptionem: ita Borellus *dicto titulo quarto, numero* 346. P. Barboſa *ad d. leg. ſi æſtimatis, numero primo fine, & numero ſecundo*, Franciſcus Molinus *dicta quaeſt.* 57. *numero* 10. certa enim illa quantitas expreſsè habetur loco pretij.

144 Secundò conueniunt Doctores, nomen debitoris cenſeri, & eſſe datum æſtimatum, quando prius certa quãtitas pro dote promiſſa fuit viro, & ſatisfactione, ſeu ſolutione eiuſdem dotis promiſſæ in certa quantitate

nomen debitoris datum fuit marito, hoc enim caſu nomen cenſetur datum in ſolutum, & ius nominis tranſlatum in maritum, vt in emptorem, ſeu quaſi illud emerit pro illa certa re, ſeu quantitate antea promiſſa, & ſic videtur datum æſtimatum in illa eadem quantitate *l. ſi prædium, C. de euict.* vbi prædium creditori datum pro ſoluto cenſetur venditum, ex quo textu etiam Doctores à P. Barboſa *in d. l. ſi æſtimatis, num. 7. verſic. & tamen*, latè allegati inferunt, quod ſi promittatur dos in quantitate & pro illius ſatisfactione dentur res, illæ cenſentur datæ æſtimatæ, & venditæ marito quaſi ſubeant vicem dotis in quantitate promiſſæ: ſicut inducitur venditio *in d. l. ſi prædium.* Doctores in hoc conuenientes, & idem ſentientes ſunt Baldus *in l. fin. Cod. ad l. falcidiam, & in l. promittendo, ff. de iure dotium*, Phanuc. *de lucro dotis*, Gloſſa *in rubr. verbo reſtituenda, n. 43.* P. Barboſa *in d. l. æſtimatis, n. 7. verſic. pari ergo ratione, & n. 8.* & iuxta prædictos modos Molinus *d. q. 57. n. 50.* Auguſt. Barboſa *collect. ad l. 2. num. 3. Cod. de oblig. & action.* & plurimi alij allegati à P. Barboſa, Molino & Phanucio: qui proinde cum aliis ſubdit, quod periculum illius crediti pertinet ad ipſum maritum, adeo quod ſiue exigat illud, ſiue non, cum venit dies dotem reſtituendi, tenetur reſtituere illam quantitatem in pecunia numerata, & non poteſt cedendo illud nomen liberari, id quod etiam nonnullos alios allegans tradit Marta *de ſucceſſ. p. 4. q. 21. art. 10. n. 54.*

145 Tertiò inæſtimatum cenſetur datum in dotem nomen debitoris, vel quando datur vnà cum aliis rebus dotalibus, quæ non fuerunt æſtimatæ, vel quando nihil aliud, ſed ipſum nomen debitoris datur in dotem eo modo, quo dantur vel dari ſolent aliæ res dotales, etiãſi diceretur, quod nomen datur pro ea quantitate, quæ in eodem nomine continetur: cum enim hoc tacitè intelligatur, expreſſum nihil operari debet, *l. 3. ff. de legat. 1.* ita P. Barboſa *in d. l. æſtimatis, n. 7. verſic. vnde melius*, & Molinus *d. q. 57. num. 44.* addentes in hunc modum intelligi poſſe textum *in d. leg. Mania, ff. ſolut. matr.*

146 Quartò, ſi conſtaret, quod mulier dederit in dotem nomen debitoris ea mente, vt ius nominis in maritum transferretur, & maritus ſuo nomine, & directa actione poſſet illud exigere, hoc caſu, vt notat P. Barboſa *d. n. 8. verſic. ſi igitur*, & indicat Borellus *vbi ſuprà*, cenſeretur dari æſtimatum, & conſequenter locum haberet *l. ſi nomen, ff. de hæreditate & actione*, ſcilicet vt periculum ſpectaret ad maritum, & mulier ſolum teneretur probare nomen debitoris, ſeu eum eſſe debitorem, niſi aliud conueniſſet.

147 Sed dubitatur, an nomen debitoris cenſeatur, & dicatur datum inæſtimatum, quando ſimpliciter datur, ſeu traditur, aut ceditur pro dote? & Iuriſperiti communiter affirmant cenſeri datum inæſtimatum: Ita Iacobus de Arena *in d. l. Mania, ff. ſol. matr.* ibid. Baldus & Alexander, & idem Baldus *in l. fin. ad fin. C. ad legem falcid.* P. Barboſa *in d. l. æſtimatis, n. 6. fine relatis*, Borellus *d. tit. 4. n. 346.* & Franciſcus Molinus *d. quaſt. 57. n. 46. & ſeqq.* Probatur hæc affirmatiua ſententia, quia cum traditio nominis debitoris poſſit dari marito ſeu ob dotis ſolutionem vel inæſtimatum ſiue ſine æſtimatione, vel æſtimatum, vt conſtat ex iuribus & Doctoribus *ſupra n. 147.* allegatis, traditur ſimpliciter in dotem abſque vlla expreſſione pro certa quantitate, vel alia adiectione, quæ inducat æſtimationem, præſumi & cenſeri debet datum potius inæſtimatum, quàm æſtimatum, cum æſtimatio in dubio non præſumatur, niſi æſtimationis & pretij mentio ſit facta, vt tenent Doctores *in d. l. æſtimatis, ff. ſol. matr. & in l. ex conuentione, Cod. de pactis*, teſtatur Molinus, & verè videtur colligi ex dictis textibus.

148 Contrarium, & nomẽ debitoris ſimpliciter traditum cenſeri traditum æſtimatum, ſentit P. Barboſa (quem ſequitur Rebellus *de oblig. inſt. p. 2. & lib. 5. q. 15. num. 26.*) *in d. l. æſtimatis, n. 7. initio*, quia debet (inquit) videri traditum pro ea quantitate, quæ in eo continetur; non verò debet videri datum tanquam ſimplex papyrus, ſeu chirographum, & dicit id colligi *ex d. l. 2. Cod. de oblig. & act.* quamvis idem Barboſa *num. 8.* addat alia duo dicta. Primum quod nomen debitoris datum ſimpliciter in dotem non videatur datum ea mente, vt ius nominis transferatur in maritum, ſed tunc videatur maritus conſtitutus procurator per vxorem, vt eius nomine exigat debitorem, & pecuniam exactam nomine dotis retineat, dicens id colligi *ex d. leg. Mania*, ibi *cui actiones mandatæ ſunt*, ac proinde videtur ſentire, quod maritus agit ex mandato vxoris intentando directas actiones nomine vxoris, iuxta *l. fin. Cod. quando fiſcus vel priuatus:* ſecundum, quod vxor dando ſimpliciter in dotem nomen debitoris, tacitè videtur mandare actiones marito, *l. fin. Cod. de pactis conuent.* & Romanus *in d. l. Mania, n. 7.* Quapropter ſubdit Barboſa *contra Gloſſ. in d. l. Mania*, & ibi Bald. quod in hoc caſu non competat actio vtilis marito ſuo nomine, cum illud emiſſe non videatur.

Verum idem Barboſa quatenus contra communem 149
cenſet nomen debitoris ſimpliciter traditum videri datum æſtimatum, rectè improbatur à Molino *d. qu. 57.* & vltra authoritatem Doctorum contra Barboſ. vrget illa regula, quod in dubio non præſumitur æſtimatio in dote, quam admittit idem Barboſa *d. n. 8. verſ. confirma*, vbi expreſsè dicit, quod res dotales ſimpliciter datæ in dotem cenſentur inæſtimatæ, ideoque poſt matrimonium eædem reddendæ ſunt, *l. 1. in princ. ff. ſol. matr. & eodem n. 8. verſ. in dubio autem*, idem repetit *ad d. l. 2. Cod. de oblig. & actio.* à Barboſa ad ſuum intentum confirmandum allegatam, reſpondet idem Molinus *num. 47.* non obſtare eo quod ibi non fuerit nomen debitoris ſimpliciter traditum marito, ſed vt in eundem maritum tamquam in emptorem ius nominis eſſet tranſlatum, & ſic fuit traditum æſtimatum, quem intellectum *ad d. l. 2.* tradit etiam idem P. Barboſa *in d. l. æſtimatis, num. 8. verſic. poteſt etiam.* Et vterque ait ex ſimilitudine, qua vtitur illis verbis ad ſimilitudinem eius qui nomen emerit, ita quod, prout inquit Barboſa, in emptionem nominis debitoris tranſit ius nominis, & vtilis actio ad exigendum creditum, *l. pen. C. de hæred. vel actio*: ita etiam tranſlatum fuerit in maritum, cui ibi data fuerunt nomina debitorum in dotem, ſcilicet tamquam nominum emptori, & pariter Molinus dicit, quod imperator ibi illis verbis, *ad ſimilitudinem eius, &c.* argumentatur de expreſſa venditione nominis ad nominis traditionem ab vxore factam: quapropter (arguit Molinus) cum legis pars alteram declaret, *l. verum, ff. de petit. hæred.* Manoch. *conſ. 45. n. 79.* & ex contextu ſcripturæ ſumatur recta interpretatio, *l. nimis, ff. de leg. 3.* Mantica *de coniect. vlt. vol. lib. 6. tit. 13. in princ.* & Surdus *conſ. 53. num. 10.* & finis diſpoſitionis principio debeat conuenire, Tiraquellus cum aliis *de retract. §. 1. gloſſ. 9. n. 16.* cum textus *in d. l. 2. ad fin.* de expreſſa, & vera æſtimatione nominis loquatur, conſequenter & principium legis de eadem loqui cenſetur, ita Molinus, at ſi hæc interpretatio, ſeu intelligentia eſſet vera, ſequeretur, quod *in d. l. 2.* nihil ſpeciale eſſet conceſſum fauore dotis, & tamen ibi ſpeciali fauore dotis inductum eſſe, vt vbi nomen debitoris datur in dotem, tranſeat vtilis actio in maritum ſine alia ceſſione, vbi aliàs regulariter requireretur ceſſio, tradunt ſcribentes ibi, Baldus Nouellus *de dote p. 6. priu. 71.* & ita ſentire videntur cæteri Iuriſperiti *ſuprà hoc cap. n. 137.* allegati, inter quos ſolum eſt controuerſia an *d. l. 2.* loquatur, quando aſſignatio nominis debitoris ſit expreſsè, an verò etiam quando nomen debitoris tacitè

citè datnm in dotem cenſetur, vt *eodem c.*1 37. *& duobus ſequentibus* notatur; ſi enim *in dict.leg ſecund.* Imperator loqueretur de nomine debitoris dato in dotem æſtimato æſtimatione, quæ facit emptionem, & venditionem,per quam ius nominis, & directa etiam actio tranſir in ementem,nihil ſpeciale fauote dotis in eadem *l.* concederetur; videtur ergo dicendum, quod nomen debitoris ibi datum eſſet in dotem ſimpliciter, & inæſtimatum, & illa ſimilitudo venditionis, & emptionis ab imperatore adducta ſolum ad declarandum vtilem actionem,vt nomine vxoris poſſit agere ſine alia ceſſione, competere marito, cui nomen debitoris ſimpliciter in dotem datur,ſicut comperit emptori nominis,idque dotis fauore, licet in maritum per eam ſimplicem dationem nominis non transferatur ius nominis, & actio directa in eundem maritum; nec enim ſimilitudo ſemper importat identitatem in omnibus.

149 Cum igitur nomen debitoris datum eſt ſimpliciter in dotem ſicut, & in quibuſvis caſibus, in quibus idem nomen debitoris à muliere datur, vel cenſetur datum in dotem inæſtimatum, vtiles actiones cenſentur tranſlatæ in maritum,vt ſine alia ceſſione poſſit nomine vxoris agere ad exactionem crediti,& nomen ipſum creditoris currit periculo vxoris, niſi ob exactionem non factam dolus ſeu culpa poſſet imputari marito:quo caſu ipſa non excluditur à repetitione dotis,*l. ſi extraneus, l.dotem, leg.debitor dotis, ff.de iure dotium, leg.cum dotem, C.eod.& l.Mania,ff.ſolut.matrim.* & ibi Bartolus, Baldus, & alij ſcribentes, & Borellus *d.tit.*4. *numero* 348.

Nomina debitorum, & quæcumque bona mulieris æſtimata in dotem data pro quantitate, ſeu æſtimatione collata in arbitrium tertij, puta Titij amici, Titio non æſtimante neque declarante an corruat æſtimatio, & reddatur nulla tacita venditio.

150 Præterea dubitatur an ſi nomen debitoris detur in dotem marito non pro certa quantitate expreſſa, ſed pro quantitate, ſeu æſtimatione declaranda per tertium ſeu per arbitrium tertij,ſit cenſendum datum æſtimatum æſtimatione, quæ inducat emptionem, & venditionem,& currat periculo mariti: & huius dubij reſolutio pēdet ex reſolutione illius quæſtionis generalis, an res æſtimatæ in dotem datæ pro quantitate, ſeu æſtimatione collata in arbitrium tertij, ſeu declaranda per arbitratorem,puta per Titium communem amicum cenſeantur,& ſint datæ æſtimatæ æſtimatione, quæ facit emptionem, & venditionem, itavt illæ res cenſeantur ab vxore venditæ marito, & emptæ ab eodem marito,& earū periculū aut detrimentū, vel melioratio ſpectat ad maritum, & in caſu reſtitutionis dotis mariti hæredes non teneantur res ipſas(ſi extent)reſtituere, ſed tantum æſtimationem, vt vxor ab illis poſſit exigere tantum eamdem æſtimationem, non res ipſas; in qua quæſtione conueniunt Doctores, quod ſicut in expreſſa, & vera emptione, & venditione ſi pretium conferatur in arbitrium tertij, ex tunc valet venditio & emptio, ſi ipſe arbitrator, ſeu æſtimator nominatus pretium poſtea definierit, ſeu declarauerit, *leg. vltima, Codic. de contrahenda emptione, & §. pretium, Inſtitut. de emptione,& venditione*, ita etiam in rerum dotalium æſtimatione, quæ eſt quædam tacita venditio, & emptio earumdem rerum dotalium,æſtimatio ſit collata in arbitrium tertij, v. g. Titij, res cenſeantur datæ marito æſtimatæ æſtimatione faciente, ſeu inducente tacitam venditionem, & ex tunc tacita hæc venditio valeat, ſi poſtea arbitrator electus, ſeu nominatus declarauerit pretium, ita per eoſdem textus alios allegans *in leg. ex conuentione, numero* 33. *Codic. de pactis*, Socinus *conſilio* 57. *numero ſeptimo, libro primo*, Petr.Barboſa *in leg. æſtimatis, numero primo, verſiculo niſi æſtimatio, ff. ſoluto matrimonio*, Franciſcus Molinus *de ritu nupt. libro tertio, allegata quæſtione* 57. *numero decimo*, & alij à Barboſa allegati: & ratio prædictorum iuxta Socinum, & alios eſt, quia idem eſt, pretium declarati per partes, vel per arbitros de conſenſu partium?

Quod controuertitur eſt, an ſicut quando in certa, & expreſſa venditione, & emptione pretium ſeu æſtimatio in arbitrium tertij, ſeu amici, vel duorum amicorum confertur,ſi arbitrator vel æſtimator electus nominatus non æſtimauerit rem venditam, pretiumve declarauerit,vel quia noluit, vel quia non potuit morte præuentus,redditur nulla venditio ob non ſequutam æſtimationem,quaſi nullo pretio conſtituto (*dicta leg. vltima, Codic. de contr. empt.& dict. §. pretium, Inſtitut. de emptione, & vendit.* & non poteſt quoad arbitramentum recedi à perſona nominata, ita quod neque ad iudicem, neque ad hæredes arbitratoris electi tranſit facultas abitrandi, vt habetur *leg. ſi quis arbitratu, ff. de verborum obligat. & leg. ſi contra, ff. pro ſocio*, Baldus Nouellus *de dote parte ſexta, priuilegio 9.initio*, Surdus *de alim. titulo* 8. *priuilegio* 71. *numero* 1. & alij relati ab iiſdem Nouello, & Surdo, qui aſſignat rationem, ſcilicet quia cenſeantur partes elegiſſe induſtriam perſonæ) ita quoque ſi arbitrator ſeu æſtimator electus à contrahentibus matrimonium ad æſtimandas res dotales datas in dotem æſtimatas æſtimatione, quam idem arbitrator declaraſſet,non æſtimauerit eaſdem res dotales,quia noluerit,vel non potuerit,æſtimatio,& tacita venditio reddatur nulla; ita quod per aliam perſonam non poſſit æſtimatio fieri. 151

Et communis ſententia eſt arbitratore, ſeu æſtimatore non æſtimante æſtimationem non reddi nullam, ſed validam eſſe, & in caſu reſtitutionis non res ipſas, ſed iuſtam æſtimationem debere reddi per maritum, vel eius hæredes: ita in primis Socinus *d. conſ.* 57. *numero* 8.(vbi reſpondit datis rebus dotalibus in dotem æſtimatis pro ea æſtimatione per duos amicos communes declaranda, quod licet nunquam fuerint à partibus electi, tamen ſoluto matrimonio non res, ſed earum iuſta æſtimatio erit vxori reddenda)Purpur.*in dict. lege ex conuentione, numer.* 46. Baldus Nouell. *in l. æſtimatæ, ff. ſoluto matrimonio, & dict. priuilegio* 71. Paleotus *de dote numero* 33. *&* 64. Couarruuias *practicarum capit.* 28. *numero* 1. *verſicul. primum, & num. ſeptim.verſic.ſed huic ſeptima*, Surdus *dict. priuilegio* 71. *num.* 4. Franciſcus Molinus *dict. quæſt.* 57. *numero* 17. *cum pluribus ſequentibus*, Stephanus Gratianus *diſcept. for. tom. ſecund. capit.* 254. *numero* 52. *& pluribus ſequentibus*, & plures alij relati à Molino,& Gratiano *locis citatis*, & à Petr. Barboſa *in dicta lege æſtimatis, numero ſecund. initio.* Hæc ſententia, quod non ſequuta per arbitratorem electum declaratione æſtimationis valeat tacita venditio, & non res, ſed iuſta æſtimatio vxori ſoluto matrimonio ſit reddenda, nec etiam ipſa poſſit agere ad rerum ipſarum reſtitutionem, ſed ſolum ad iuſtam æſtimationem dictarum, probatur à Socino ea ratione, quam & cæteri præſertim Molinus, & Gratianus approbant:nam cum ex illo pacto contrahentium, vt res dotales eſſent datæ, & emptæ æſtimatæ æſtimatione declaranda, ſeu facienda per communem amicum, conſtat mentem partium fuiſſe, vt res dotales eſſent æſtimatæ, & æſtimatio redderetur, & huic menti ſtandum eſt, quia quamvis de prædicta æſtimatione, quæ ab arbitratore electo erat facienda, non conſtiterit per declarationem eiuſdem arbitratoris electi ad illam faciendam, de ea tamen conſtat 152

per

Per legis declarationem, quæ ſemper eſt certa in his, quæ per rerum naturã ſciri poſſunt §. *conditiones, Inſtit. de verborum obligat.* ac proinde ſiue re dotali perempta, ſiue effecta meliore & pretioſiore, illa non erit reſtituenda, ſed eius æſtimatio ſecundum quod res ipſa valebat tempore datæ doris, quaſi videatur facta æſtimatio per legem ex tunc, quæ tunc erat certa, non prout reddebatur certa ex nunc, adeo vt ex hoc poſſit retrotrahi æſtimatio & conditio ad tempus traditionis rei dotalis, quod probant tradita *ſupra n.* 117. *verſ. quia huiuſmodi conſtitutio*, ita Socin *loco cit.* quem ſequuntur alij Iuriſperiti allegati, & alij per ipſus relati. Secundo eadem ſententia probatur, quia quamuis alias collato pretio, ſeu collata pretij quantitate in arbitrium tertij eo non arbitrante corruat contractus venditionis, *d. l. fin. Cod. de contrah. empt. & d. §. pretium, Inſtit. de empt. & vend.* & licet alias arbitratore à partibus electo à perſona ad arbitrandum ſeu arbitrium faciendum nominata non recedatur, adeo quod ea mortua ante latum arbitrium, exſpirat arbitramentum, & ſtipulatio annullatur *d. l. ſi quis arbitratu ff. de verb. oblig. & d. l. ſi certa ſocietas ff. pro ſocio, & aliis iuribus* à Paleotto *de doto num.* 64. & Surdo *d. priuil.* 71. *n.* 1. & 2. *relatis*, Nihilominus ſpeciale eſt fauore dotis, vt ſi dos, ſeu dotis quantitas à contrahentibus conferatur in arbitrium alterius boni viri, & ille nolit, ſeu noluerit, vel non poſſit, ſeu non potuerit arbitrari, non corruit dotis conſtitutio, neque exſpirat arbitramentum, ſed receditur à perſona nominata ad arbitrandum, & recurritur ad alterius boni viri arbitrium *l.* 3. *C. de promiſſ. & l. cum poſt § gener. ff. de iure dotium*, & ratio fauoris ſpecialis eſt, ne ſi dotis conſtitutio non valeret arbitratore electo non arbitrante, nec poſſet recurri ad alterius viri arbitrium, matrimonium iam contractum ſine dote conſiſtat, & cogatur maritus vxorem indotatam habere, ac proinde promiſſio intelligitur de arbitrio boni viri ſimpliciter: & ita expreſſe ſentiunt Baldus *in l. vlt. num.* 10. *Cod. de ſent. quæ ſine certa quantitate*, Crottus *in leg.* 1. *num.* 44. *ff. ſol. matr.* Iaſon, *in d. l. ſi quis arbitratu num.* 10. Socinus *ibid. n.* 27. Riminaldus *in princ. à num.* 59. *inſt. quib. alien. licet*, Baldus Nouellus *d. priu.* 71. Paleotus *d. num.* 64. Couarruuias *locis allegatis*, Surdus *d. priu.* 71. *num.* 4. Franc. Molinus *d. quæſt.* 57. *num.* 20 & 23. Menochius *de arbitr. q.* 68. *n.* 39. & *conſ.* 93. *n.* 11. & *pluribus ſeqq.* ibid. Cauagnolus *in annot. n.* 1. & *ſeqq.* Mantica *de tac. & ambig. conuent. lib.* 12. *tit.* 12. *n.* 17. P. Barboſa *d. l. æſtimatis n.* 2. *verſ. adeo*, Rimoald. *in l.* 1. *p.* 3. *n.* 43. *ff. ſol. matr.* Stephanus Gratianus *d. c.* 154. *num.* 54. & 55. Auguſt. Barboſa *Collect. ad d. l.* 3. *n.* 6. *C. de dotis promiſſione*, & aliis apud eumdem, & eſt communis ſententia: addunt Menoch. *d. conſ.* 93. *num.* 23. *ad* 28. & Cauagnol. *ibi in annot. num.* 3. præter illam rationem fauoris dotis aliam rationem magis vniuerſalem, ſcilicet, quod quantitas arbitranda ſeu remiſſa arbitrio tertij debita eſt reſpectu contractus iam perfecti (cum ſubſtantia contractus non ſit remiſſa alterius arbitrio, ſed ſola quantitas pretij) qui ſic non reſcindi non poteſt, ita congruit, vt non arbitrante tertio, ſuccedat alter in eius locum, nam ſola quantitas, ſeu quantitatis declaratio, vbi res non eſt integra, ſicut non operatur contractus diſſolutionem, ita eo iure, & via, quæ poſſibilis eſt, reducit ad perfectionem contractum ipſum: cum ergo hic ex contractu matrimonij, cuius cauſa dos eſt promiſſa, quoad quantitatem arbitranda à tertio, res deſiit eſſe integra, quia vir, cui facta eſt promiſſio ex ſua parte ſatisfecerit ſuæ promiſſioni contrahendo matrimonium, quod alioquin ſine dote non contraxiſſet, & ei propterea ſit ius quæſitum, nec à contractu poſſit recedere, ne damnum ipſe ſolus ſentiat, dotis contractus debet reduci ad perfectionem recurrendo ad alterius viri boni arbitrium: hanc rationem latius aliis allegatis pluribus illuſtrat Menoch. & Cauagnolus, qui *num.* 4. alias addit, nempe quod iſta qualitas accidentalis, quod tertius noluerit, vel non potuerit arbitrari, tanquam conſideratio futuri euentus non fuit in mente contrahentium, ad notata *in l. ſi filiusfamilias* 1. *ff. ad Macedonianum l.* 1. *§. item ſi ſeruus ff. depoſiti, & l. filiusfam.* vbi Bartulus, & alij ſcribentes *ff. de verb. oblig.* ſed imo dum cogitarunt de quantitate arbitranda, id ipſum in animo conſtituerunt, quod certò euenturum eſſet arbitrium, ſine quo matrimonium vir non contraxiſſet, qui dotis ſolam qualitatem vel partem arbitrandam commiſit. Ex quibus rectè concluditur, quod quoties pretij quantitas & definitio collata eſt in alterius arbitrium, tunc illo non arbitrante fauore dotis, vt res ſit periculo mariti, non vxoris, ſuccedit ad æſtimationem faciendam alterius boni viri arbitrium, & æſtimatio faciet emptionem, quod eſt vxori fauorabile, vt Doctores pro hac ſententia allegati, & præſertim Couarruuias *d. verſic. ſeu huic ſeptima*, & Gratianus *d. cap.* 254. *num.* 58. Aliud tamen eſt vbi pretij & æſtimationis definitio in nullius arbitrium collata ſit, ſed in contractu ſolum dictum ſit rem tradi æſtimatam valore non declarato, & pretij & æſtimationis definitione in nullius arbitrium collata: tunc enim non efficitur emptio, venditio vero tacita non inducitur, ſed ſunt res merè dotales, quibus peremptis non debebitur æſtimatio, vt poſt Bartolum *in l. ſi vt certo, §. nunc videndum, num.* 5. *ff. commodati*, Curtius ion. *in l. ex conuent. num.* 7. *Cod. de pactis*, Couarruuias *d. verſ. ſed huius ſeptima*, P. Barboſa *in d. l. æſtimatis n.* 1. *verſ. quod ſi in inſtrumento*, Franc. Molinus *d. q.* 57. *num.* 11. & alij apud eumdem Barboſam & Molinum.

Contra tamen præfatam communem ſententiam te- 155
nuerunt Curtius *in d. l. ex conuentione, num.* 8. P. Barb. *in d. l. æſtimatis num.* 21. *verſic. ſed his non obſtantibus*, & Rebellus *de oblig. iuſt. p.* 2. *lib.* 5. *quæſt.* 11. *num.* 13. & Fontanella nõnullos alios allegans *de pact. nupt. clauſ.* 5. *gloſſa* 8. *p.* 13. *num.* 57. aſſerentes etiam in dote, vbi res dotales datæ ſunt marito æſtimatæ pretij æſtimationis definitione collata in arbitrium tertij, æſtimatore electo non æſtimante eaſdem res dotales, æſtimationem reddi nullam, nec cenſeri inductam tacitam venditionem, ſicut vera venditio collata pretij æſtimatione in arbitrium tertij, eo non arbitrante redditur nulla *d. § pretium, Inſtit. de emp. & vend. & d. l. finali Cod. de contrahenda empt.* additque Barboſa ita ſentire alios Doctores relatos à ſe *num.* 1. *d. verſ. quod ſi in inſtrumento*, quatenus dicunt, quod vbi non fuit expreſſa certa quantitas, cum res dotales ſunt datæ in dotem cũ expreſſione quod dentur æſtimatæ, æſtimatio non inducit rerum dotalium venditionem; quare cum arbitratore electo arguunt Curtius & Barboſa, non æſtimante non videatur facta æſtimatio cum nulla ſit certa quantitas definita, neque à contrahentibus, neque ab arbitratore, æſtimatio non inducet venditionem etiam in dote; nam æſtimatio debet eſſe certa, vt faciat emptionem & venditionem *d. §. pretium, & d. l. fin.* Neque obſtare præfatas duas rationes adductas pro præcedenti ſententia ſubdit idem P. Barboſa; ad primam enim reſpondet, quod admiſſa Socini argumentatione ſequeretur nunquam procedere poſſe *d. l. fin. Cod. de contrahenda empt.* & quod nuſquam lectum eſt, vt lex ſe intromittat circa rerum æſtimationem; eo maximè quia patres intellexerunt de æſtimatione facienda per hominem, non autem de facienda per legem. At bene reiicitur huiuſmodi reſponſio, quia æſtimatio vera non fit per legem, ſed per hominum, id eſt per alterum virum bonum, qui legis authoritate æſtimat, vt numero præcedenti explicatum eſt, & declarant Purpuratus, Romanus, Couarruuias, Molinus, Gratianus, & alij

alij Doctores primam ſententiam tenentes, *Vocis numer. præcedenti allegatis*, & colligitur *ex dictis lege 3. Cod. de dotis promiſſione, & dicto §. gener, lege cum poſt, ff. de iure dotium.* Quod autem per alium lege permittente fit, per legem fieri dicitur, *lege rectè poſſidet, ff. de acquir. poſſeſſ. & lege Gracchus. C. ad l. Iuliam.* Non etiam verum eſt diſpoſitionem *dicta legis fin. Codice de contrah. empt.* nunquam locum habituram admiſſa priori ſententia communi, nam illa lex non loquitur in æſtimationem rerum dotalium, fauore enim dotis ne actus ſeu dotis conſtitutio pereat, ſed valeat, ad alterius boni viri arbitrium circa æſtimationem prædictam faciendam recurri debet, vbi arbitrator electus ad declarandam dotis quantitatem, vel pretij, aut æſtimationis definitionem faciendam, noluit, vel non potuit facere. Ad ſecũdam rationem pro eadẽ priori ſententia adductam reſpondet Barboſa illam ſpecialitatẽ fauore dotis admitti, ſcilicet, vt dos ſeu dotis quãtitas poſſit, & debeat declarari arbitrio alterius boni viri, ne alioqui dotis cõſtitutione non ſubſiſtẽte maritus cogeretur habere vxorem indotatam, vt dicitur *d. §. gener*, in præſenti autem controuerſia agitur de inducẽda venditione rerum dotalium, propter quam dotis conſtitutio non extinguitur, atque adeo quoad eam non videtur recedendum à Regula, ſeu diſpoſitione *d. l. fin. Cod. de contr. empt.* Verum etiam contra hanc reſponſionem eſt, nam in præſenti quoque ſpecie agitur de conſtitutione dotis ob non factam ab arbitratore à contrahentibus nominato æſtimationem infringenda, quæ vtiq; nulla redderetur, niſi dotis fauore conſeruaſetur recurrendo ad arbitrium alterius boni viri, in quo dotalis contractus ob illius priuilegium & dotis fauorem differt à cæteris cõtractibus, in quibus arbitratore electo non arbitrante corruit ſtipulatio, vel diſpoſitio; quæ differentia inter dotem & alios contractus *d. §. gener*, ſatis aperte oſtenditur. Quare *d. l. fin. Cod. de contrah. empt.* intelligitur in aliis contractibus, non in contractu dotali ob fauorem dotis reſpectu mulieris, cuius maximè intereſt, quod res dotales æſtimatæ marito tradantur (*vt præcedenti numero* notatum eſt) vt ſic fiat periculo mariti eiuſdem, nam æſtimatione nullo modo facta periculum & deterioratio ad mulierem ſpectat: facta autem æſtimatione ſpectat ad maritum, *vt ſuprà numero* 141. notatum eſt, & conſtat ex textibus *ibid.* adductis, vnde etiam veſtibus à muliere datis in dotem æſtimatis, ſi illis conſenſu mariti mulier vtitur & vſu deteriorentur, detrimentum pertinet ad maritum *lege mortis ſuæ, §. 1. ff. de donat. inter vir. & vxor.* Couarruuias *d. capite* 28. *numer.* 5. & omnes Doctores *n.* 145. & 152. allegati. Barboſa *in dicta lege æſtimatis, n.* 5. & plurimi alij Iuriſperiti à Franciſco Molino *d. q.* 57. *n.* 25. *allegati.*

145 Quibus ſtantibus concludo, mihi videri nullo modo ſaltem in praxi eſſe recedendum a prima ſententia, vtpote communi, doti, & matrimonio fauorabili, & ſolidioribus fundamentis fulcita.

154 Illud autem ſpeciale fauore dotis (de quo *ſuprà num.* 152. *verſiculo ſecundo*,) eadem ſententia probatur, nempe, vt vbi dos, ſeu dotis quantitas in contractu dotali collata eſt in arbitrium alterius, ſi ille nolit vel nõ poſſit arbitrari, non extinguatur dotis conſtitutio, ſed recurratur ad alterius boni viri arbitrium *dicta lege tertia. Codice de dotis promiſſione*, non habere locum in augmento dotis, ita quod ſi quis dotis nomine promiſerit mille, & illud plus, ſeu quod amplius fuerit Titius arbitratus, eodem Titio non arbitrante, non poterit recurri ad arbitrium alterius boni viri, & per conſequens nullum dotis augmentum debebitur, affirmarunt Iuriſperiti *ſuprà hoc capite numero* 117. teſtes ſcilicet Paulus de Caſtro *conſ.* 11. *col.* 2 *vol.* 1. Socinus iun. *conſ.* 35. *numer.* 18. *& in l. ita ſtipulatus, num.* 94. *ff. de verb. oblig.* Rolandus à Valle *de lucro dotis quæſt.* 88. *num.* 4. Phanucius *de lucro dotis in rub. verbo reſtituet*, *n.* 41. Mantica *de tacitis & ambiguis conu. libro* 12. *titul.* 26. *numero* 7. præter quos ita etiam Curtius iun. *conſ.* 36. *numero* 11. Auguſt. Barboſa *d. collect. ad leg.* 3. *Cod. de dotis promiſſione, num.* 7. & Stephanus Gratianus *d. capit.* 254. *numero* 60. *&* 61. differentiæ autem rationem eſſe aiunt, quia in dote receditur à perſona arbitratoris, & recurritur ad arbitrium alterius boni viri, ne vxor remaneat indotata (vt notatum *ſupra numero* 152. *dicto verſiculo ſecunda eadem ſententia, & num.* 153. *verſiculo ad ſecundam rationem*,) eum etiam dos poſſit declarari pro modo facultatum & conditione perſonarum, vt dicitur *d. §. gener, lege cum poſt, ff. de iure dotium:* & latiùs explicatum eſt *ſuprà hoc capite, numer.* 115. Aliud verò eſt in augmento dotis, quod ſi non debeatur, ex hoc non ſequitur, vt vxor dici poſſit remanere indotata, ac proinde in eodem augmento dotis ceſſat illa ratio, quæ fauore dotis recipitur, & præſertim ſi conditio perſonæ mariti non plus expoſcat, cum ſufficiat, dotem fuiſſe congruam abſque augmento. Quibus tamen non obſtantibus contrarium, & etiam in augmento dotis pro declaratione illius quantitatis remiſſa ad tertij arbitrium, eo non arbitrante recurri poſſe ad arbitrium alterius viri, tenet & latiſſimè probat Menochius *conſ.* 93. *a num.* 11. *ad finem conſilij*, & tenet etiam Cauagnolus *in annotatione ad dict. conſ.* 93. *numer.* 3. & 4. plures rationes adducit Menochius, ſolum ſequentes propono. Prima eſt, quia omne ius, & priuilegium, quod doti tributum eſt, etiam dotis augmento cenſetur conceſſum, idemque de augmento dotis iudicatur, quod de dote, vt *ſuprà capite primo, numer.* 60. & 61. latè probatum eſt, & probatur etiam *infrà hoc capite poſt numerum ſequentem:* cum ergo in dote iuxta iura allegata *ſuprà num.* 152. & Doctores *ibidem* allegatos, & alios communiter arbitratore electo à contrahentibus ad declarandam dotis quantitatem nõ arbitrante, ad alterius boni viri arbitrium recurritur idem faciendum eſt, ſeu fieri poteſt in augmento dotis remiſſo arbitrio tertij, eo non declarante: ſecunda ratio eſt illa *ſuprà eodem num.* 152. adducta, ſcilicet, quod ex contractu matrimonij, cuius cauſa facta eſt illa promiſſio augmenti dotis, res deſiit eſſe integra, & quæſitum eſt ius marito, qui ſine illo augmento forte non cõtraxiſſet matrimonium, ac proinde promiſſio illi facta de augmento deduci debet ad perfectionem recurſu ad arbitrium alterius boni viri. Tertia ratio pariter & illa adducta *ſuprà eodem num.* 152. videlicet, quod hæc qualitas accidentalis, quod tertius nominatus ad arbitrandum noluerit vel non poterit arbitrari, tanquam conſideratio futuri euentus non fuit in mente contrahentium, quinimo dum cogitarunt de quantitate arbitranda, id ipſum in animo habuerunt, quod certò ſequutum eſſet arbitrium, ſine quo matrimonium non contraxiſſet is qui dotis augmentum arbitrandum commiſit. Ad fundamentum contrariæ ſententiæ quod in augmento dotis ceſſat ratio militans in dote, ne ſcilicet mulier maneat indotata, ob quam iura illa *dicto num.* 152. allegata voluerunt poſſe recurri ad arbitrium alterius boni viri, cum dos arbitratore electo non arbitrante poſſit facile per alterum declarari, ſecundum perſonarum qualitatem, & æqualitatem patrimonij, Menochius *dicto conſilio* 93. *numer.* 44. & 45. reſpondit etiam in augmento dotis habere locum *dictam legem* 3. *Codice de dotis promiſſione, & dictum §. gener, lege cum poſt, ff. de iure dotium.* Nam ratio ibi allegata in dote, quod poſſit dos de facili declarari habito reſpectu ad qualitatem perſonarum & ad quantitatem patrimonij militat etiam in dotis augmẽto, quod pariter ſecundum eaſdem circunſtantias poteſt facile declarari: Quare reſpondet ſecundò, rationem

illatum

illarum legum vnicam, & præcipuam non eſſe fauorem dotis, ſeu ne mulier indotata maneat, cum etiam poſt mulieris obitum (quo caſu non eget dote) declaratio dotis arbitrio tertij commiſſa poſſit fieri, vt *ſuprà n.*117. notatum eſt, & tradunt Doctores *ibid.* allegati: cauſa igitur talis declarationis, ait idem Menoch. non eſt ſolus fauor dotis, ſed vel quia dos de facili poteſt declarari; vel quia res deſiit eſſe integra, & ne qui dotem promiſit cum alterius iactura complerетur, & quia iuxta Cauagnolum talis præſumitur fuiſſe mens, & opinio, ſeu conceptus contrahentium, quod arbitrium eſſet ſequuturum. Addit idem Menoch. in dotis etiam augmento militare fauorem dotis, & mulieris: quia etſi non facta declaratione dicatur in hoc caſu dotem habere in illa dote principali; non tamen ſequitur quod cenſeatur congruè dotata ſine illo augmento, cum dos principalis poſſit eſſe tenuis, & incongrua: ita Menoch. & Cauagnolus, propter quæ & plura alia ab eodem Menochio tradita, eorum opinionem puto non ſolum probabilem, ſed etiam tutam in praxi, quamvis Mantica *d. tit.*26. *num.*7. *&* 8. *aduerſus* Menochium dicat priorem ſententiam eſſe receptam, eamque defendi poſſe argumento *l. hac venditio,* §.*vlt. ff. de contrah. empt.* vbi ſi augmentum pretij, quod eſt incertum non fuerit declaratum, venditio non valet, nec recurritur ad arbitrium boni viri, quin pretium principale certum eſt. Ad illud verò, quod idem ius ſit de dotis augmento quod de dote, reſpondet idem Mantica cum Caſtrenſi *d. conſ.*11. *n.*3. intelligi, niſi diuerſa ratio reddi poſſit: ſubdit idem Mantica *non obſtare* etiam illud, quod vxor non ſit ſufficienter dotata, niſi declaretur dotis augmentum, quia in hac difficultate ſupponitur, quod dos pro modo facultatum, & dignitate natalium viri & vxoris ſit conſtituta; alioqui, inquit, poſſet mulier petere ſupplementum congruæ dotis, non quidem vigore promiſſionis, quæ fuit incerta, ſed ex iure communi: verum per prædicta non tollitur probabilitas ſententiæ Menochij, & Cauagnoli, cum adhuc pro ea militent illæ rationes, quod dotis augmentum poſſit de facili declarari, ſicut & dos, & quod res iam deſiit eſse integra, & contrahentium mens, & cogitatio fuerit, quod ſequuturum eſset arbitrium, ſine quo matrimonium non fuiſset contractum. Quapropter cum etiam ſententia Menochij & Cauagnoli ſit magis fauorabilis doti, & matrimonio, reputo eam eſse tutam in praxi, licet altera ſit magis recepta ab Iuriſperitis.

Si maritus acceptauerit in dotem nomen debitoris mulieris ſciens debitorem non eſſe ſoluendo, vtrum cenſeatur donaſſe.

156 Vtrum verò, ſi maritus nomen debitoris in æſtimationem dotis, ſeu pro quantitate dotis conuenta à muliere traditum acceptauerit ante contractum matrimonium, cum ſciret debitorem non eſse ſoluendo, cenſeatur donaſse mulieri eam quantitatem, actum eſt *ſuprà hoc cap. num.* 24. & reſolutum affirmatiuè; quid verò ſi acceptauerit poſt contractum matrimonium, reſoluendum eſt ex traditis *ſuprà hoc eodem cap. à num.* 32. *ad* 57. occaſione prædictorum cenſui hic aduertendum ſeu notandum, eum, qui cum mulieri nubenti aut nihil aut minus deberet, paſsus eſt ſe ab ea delegari marito, eique cauit ſe ſoluturum, ſi poſtea ex huiuſmodi promiſſione conueniatur, non poſse allegare ſe vel nihil, vel minus debuiſse, & ſi alleget, non eſse audiendum vt tradit Faber *lib.*6. *Cod. tit.*6. *definit.*14. nam qui patitur ſe delegari, videtur remittere omnes exceptiones, quas habuit aduerſus delegantem, *l. ſi quis delegauerit,* 18. *ff. de nouat.* ſi igitur quid indebitum vel promiſerit vel ſoluerit, aduerſus mulierem agere debet, quæ delegauit, non aduerſus maritum qui ſuum receperit: quique non eſt decipiendus, cum non fuerit ducturum vxorem indotatam, *l. ſi daturus,* §.1. *ff. de condict. cauſ. dat. l. purè,* §. *vltim. ff. de doli mali excep. & l. Titio* 62. *ff de iure dotium.*

Augmentum dotis à muliere, vel ab alio ex parte mulieris factum in primo matrimonio vbi aliud non fuerit conuentum, cenſetur datum ſecundo viro vnà cum ipſa dote.

Hic remanet explicandum dubium, cuius reſolutio *ſuprà num.*121. fuit remiſſa eſt ad hunc locum, ſcilicet an communis concluſio, de qua *d. num.*121. quod iuris interpretatione dos primi matrimonij ſeu primo viro data intelligitur in dubio data, & repetita in poſteriori matrimonio ſecundo viro, procedat etiam in augmento dotis primi matrimonij ſeu primo viro datæ, ita quod mulier ſecundo nubens cenſeatur illud dare, & repetere in ſequenti matrimonio marito ſecundo, vnà cum ipſa dote. Et quidem ſi dotis iam conſtitutæ in primo matrimonio marito primo augmentum, ſeu additamentum ſit factum ab ipſa muliere, vel ab eius patre, vel ab alio ex parte mulieris ſiue coniuncto, ſiue extraneo, conueniunt Doctores & tutum eſt, quod ſicut mulier ſecundo nubens nulla dotis mentione ſeu conuentione facta iuris interpretatione præſumitur dare ſecundo viro dotem datam primo, ita etiam præſumitur dare illius augmentum: ita Natta *conſ.*571. *n.*2. *& ſeqq.* Surdus *conſ.*196. *n.*19. *&* 21. Mant. *de tacit. & ambig. conu. lib.*12. *tit.*15. *n.*12. *& tit.*26. *n.*10. Stephan. Gratianus *diſcept. for. tom.*2. *c.*172. *num.*21. *& cap.*254. *n.*66. & apud eoſdem alij. Et ratio eſt, quia iuxta omnes augmentum doti additum à muliere vel ab alio ex parte mulieris eſt, & dicitur propriè dotis augmentum, & dos, ſeu pars dotis, atque adeo de illo augmento, cum ſit eiuſdem naturæ cuius ac principale, ſeu dos ipſa, idem iudicatur, quod de dote, idemque ius cenſetur ſtatutum, ac ſancitum in eodem augmento, quod in dote, vt latè oſtenſum eſt *ſuprà cap.*1. *num.* 60. *&* 61. & probatur *l. etiam, Cod. de iure dotium, l. ſi proprietati, l. inter ſocerum,* §. *cum inter, ff. de pactis dotalibus, l. ſi conſtante,* §. *pactis, Cod. de donat. ante nupt. & aliis iuribus dicto cap.*1. *allegato n.*61. relatis: & præter Doctores dictis *num.*60. *&* 61. allegatos, & alios mox allegatos locis relatis tradunt Cephalus *conſ.*156. *num.*25. *&* 34. Menoch. *conſ.*93. *num.*13. *& ſeqq.* & alij à Surdo *d. conſ.*196. *num.*20. allegati. 157

Augmentum dotis in primo matrimonio factum ab ipſo viro, an in dubio iuris interpretatione cenſeatur datum ſecundo viro vnà cum ipſa dote, & explicantur plura de hoc augmento, & donatione propter nuptias.

Difficultas ergo eſt, quando dotis augmentum ſeu additamentum fit ſeu ab ipſo viro, ſeu à marito factum eſt ante matrimonium tempore ſponſaliorum, vel conſtante matrimonio, an iuris interpretatione intelligatur datum in dotem ſecundo marito, ſicut intelligitur eidem data ipſa dos principalis; & affirmauit Carolus Ruinus *conſ.*58. *n.* 27. *& ſeqq.* vbi tenet augmentum dotis à marito in teſtamento legatum, cenſeri datum ſecundo marito, ſicut data cenſetur ipſa dos; & probat ratione numero præcedenti adducta, ſcilicet quia quod ius eſt de dote, idem etiam eſt de eius augmento, *d. l. etiam, Cod. de iure dotium, d. l. inter ſocerum,* §. *inter, ff. de* 158

pactis

pactis dotalibus & aliis textibus, num. præcedenti allegatis, & ſupra capite 1. *num.* 61. & huius ſententiæ omnino eſſe videtur Menoch. *d. conſ.* 93. vbi poſtquam *n.* 12. aduertit augmentum dotis illud dici, quod doti iã conſtitutæ accedit,ac ſuperuenit, vt poſt alios Stephan. *conſ.*156.*n.* 34.*li.*1. & Neuizanus *conſ.*45. *n.*20. *&* 21. addit hoc intelligi procedere ſiue ex parte mulieris,ſiue ex parte viri augmentum ſuperueniat, ex quo vult etiã doti augmentum factum ab ipſo marito eſſe vere & proprie dotis augmentum, ſicut & factum ab ipſa muliere: Deinde *num.*13.*initio* non diſtinguens inter augmentum dotis factum à muliere, vel ex parte eius ab alio, & inter factum à marito, ponit illam regulam generaliter, quod omne ius, & priuilegium, quod doti tributum eſt, etiam dotis augmento cenſetur conceſſum, atque tributum: & ad hoc probandum allegat omnia iura *ſuprà* relata. Quare cum iuris interpretatione dos data, ſeu conſtituta primo viro intelligatur data ſecundo viro; ita etiam iuxta eundem Menochium cenſebitur datum eiuſdem dotis augmentum,ſiue additum doti à muliere, ſeu ab ipſo marito.

159 Contrarium, & quod quamuis mulier iuris interpretatione cenſeatur dare ſecundo viro dotem primo datam, & illius augmentum ab ipſa vel ab alio ex parte ipſius factum,non tamen intelligatur dare augmentum dotis ſibi factum ab ipſo primo viro,aſſeruit Natta *conſ.*571.*n.*2. *& ſeqq. lib.*4. Quem ſequuti ſunt Surdus *d.conſ.*196.*n.*20.21. *& ſeqq.* Mantic.*d.tit.*15.22.*n.* 10. & Stephan. Gratiãn. *tom.*1.*cap.*172.*n.*22.*& to.*2.*d. cap.*254.*n.*65. Nec contrarium ſentire Ruinum ait Mantica dicens quod Ruinus loquitur de legato relicto à marito in teſtamento pro reſtitutione dotis, volens illud veluti dotem cenſeri datam ſecũdo viro, quia etiamſi ſit dotis augmentum, cum ipſa dote confunditur. Probatur hæc ſententia, primo à Natta, quia iuris interpretatio & communis concluſio habet, quod dos data & repetita ſecundo viro, augmentum autem dotis ſeu additamentum doti factum à viro non poteſt dici datum eidem primo viro,cum ipſa ſuſcipiat,non det viro tale augmentum,ſicut dat dotem. Secundo probatur ab eodem Natta *num.*6. *& ſeqq.* & Surdo *n.*19.22. *& ſeqq.* quia augmentum dotis,quando fit, ſeu factum eſt ab ipſo viro,non eſt propriè augmentum dotis,quod efficiatur dos ſeu pars dotis; ſed dicitur, & eſt propria donatio propter nuptias,quæ ex communi vſu loquendi appellatur augmẽtum dotis, quia quoad maritum idẽ eſt quod ipſe donat propter nuptias, vel quod augeat dotem vxoris;& quod augmentum dotis,ſeu additamẽtum doti ab ipſo viro factum non ſit proprie dotis augmentum, ſed vera & propria donatio propter nuptias, cum hoc ſpeciale nomen habeat, voceturque donatio propter nuptias,*l.fin.Cod.de donat. ante nuptias,& §. eſt & aliud,Inſtitut.de donat.* tradidere Abbas *conſ.*22. *n.* 5. *in fine, & conſ.*68.*in princ.*Cephal. *conſ.*613.*n.*5. *& ſeqq. li.*4.Crauetta *conſ.*186.*n.*1.*li.*1.*& conſ.*880.*n.*4 *li.*5.idem Natta *conſilio* 253. *numer.*7. *& d. conſ.*571.*num.*9. quos referunt Hondedeus *conſ.* 48. *numero* 1. *lib.* 1. & Surd. *d.conſilio* 196. *numer.* 19.20. *&* 21. idem Surd. *ibidem & conſilio* 164. *numer.* 17. Mantica *lib.* 20. *de tacitis & ambig.conuen.tit.*4.*num.*6.*&* 13. & Stephan.Gratian. *locis allegatis*, & colligitur ex Campegio *de dot. p.*1.*q.* 61. & Conſtantio Roger. *de dote, queſito, ſeu argumento* 19. Vbi diſtinguunt inter dotis augmentum, donationem propter nuptias,& ſponſalitiam largitatem: & augmentum dicunt eſſe, quod fit ex parte mulieris,donationem verò propter nuptias fieri per virum in ea quantitate, quanta eſt dos data per mulierem. Poſt dotem eſt augmentum per eandem mulierem poſt dotem conſtitutam eidem additum; quam donationem, & donationis augmentum ex iuris noui diſpoſitione facere tenetur (quidquid aliud ſit de conſuetudine contra ius introducta) in recompenſationem dotis & augmenti dotis ſponſalitiam largitatem, quæ à ſponſo ante contractum matrimonium fit ſponſæ nulla lege cogente. Donationem etiam propter nuptias à viro proficiſcẽtem habere naturam ſeparatam ab augmento vero dotis, quod naturam dotis ſortitur, Natta *d.conſ.*53. *n.*7.*& d.conſ.*571. *numer.* 7. probat, quia mulier habet priuilegium prælationis hypothecæ in dote, & in eius augmento, non autem in donatione propter nuptias *lege aſſiduis in fine, Cod.qui potior. in pig. hab. & §. his conſequens, in auth. de æqualit. dot.* Quod quoque augmentum dotis, quando ſit à marito,non efficiatur dos, probant Natta *dict.conſ.*471. *numer.*9. & Surdus *dict.conſ.* 196. *numer.* 23. *&* 24. quia titulus dotis transferr dominium in maritum *l. doce ancillam Cod. de rei vindic.* & Doctores *ſupra hoc capite* relati *numero* 67. res autem quæ iam eſt mariti, non poteſt amplius effici ſua, *lege debitum ff. de pign. act. lege cum res ff. de contrahen. empt.* ſed imo mulier ipſa habet dominium & poſſeſſionem donationis propter nuptias, vt idem Natta *ex Gloſſa in auth. Dos, Cod. de donat. ante nupt.* & Baldo *in auth.ſine à me, Cod. ad Vell.* Cum igitur augmentum dotis, quod proficiſcatur à marito, non ſit propriè augmentum dotis, nec efficiatur dos, ſeu dotis pars, nec dotis naturam ſortiatur, ſed ſit donatio propter nuptias retinens nomen ſpeciale, & naturam donationis propter nuptias, non debet iuris interpretatione cenſeri datum ſecundo viro in dotem, ſicut cenſetur data dos ipſa à muliere vel nomine mulieris conſtituta primo viro,& eius etiam augmentum à muliere, aut ab alio nomine illius profectum intelligitur pariter eidem ſecundo viro datum: vnde non idem eſt ius de hoc augmento dotis proficiſcente à viro, quod eſt de dote: textus autem *in dicta lege etiam, Codice de iure dotium, dicta lege inter ſocerum, dicto paragrapho cum inter, ff. de pactis dotalibus*, in quibus habetur, de augmento dotis idem eſſe ius, idemquæ iudicari, quod de dote, Natta *dicto conſilio* 253. *numero ſeptimo, & dicto conſilio* 571. *num.*9. & Surdus *dicto conſilio* 196. *num.* 21. aiunt loqui, & procedere non in augmento doris facto à viro ipſo, cum illud ſit donatio propter nuptias habens diuerſam naturam à dote, iuxtà tradita; ſed ſolum in augmento, ſeu additamento doris facto ab ipſa muliere vel ab alio ex parte mulieris: nam tunc dos & eius augmentum ſunt eiuſdem naturæ, ex quo ab eadem parte procedunt, nec ſeparari poſſunt, cum fieri nequeat, quin augmentum dotis non ſit pariter dos: ita præfati Doctores, & hoc idem, quod dos vel augmentum dotis factum à marito non ſit propria dos, licet data, aut facta ex cauſa remunerationis, vel compenſationis, ſentiunt Conarruuias, Sanchez,& Caſtrus Palaus *locis ſupra hoc capite,numer.*40. *relatis.*

Ex traditis Surdus *dicto conſilio* 196. nonnulla infert, quæ duxi hic notanda. Primo quando 160
ab affinibus aut conſanguineis obtenta eſt diſpenſatio contrahendi matrimonium in gradu prohibito, allegando pro cauſa diſpenſationis, quod mulier non habeat ex ſe congruam dotem ad nubendum pari, & quod alter conſanguineus eius congruenter dotabit, ſeu augebit illius dotem, vt ſit congrua, & diſpenſatio à ſummo Pontifice conceſſa eſt, dummodo vir mulierem competenter dotaret, concludit *n. vndecimo, cum pluribus ſequentib.* id quod à viro datur mulieri pro conſtituenda illi dote congruente, ſeu pro augmento dotis, vt ſit congrua,non eſſe propriè dotis augmentum, nec effici dotem, ſiue dotis partem, vt dotis naturam habeat, ſed eſſe donationem propter

nuptias, eo quod talis dotatio ſeu tale augmentum
dotis non fiat contemplatione doris, ſeu vt mulier
ſit competenter dotata tanquam ob cauſam finalem,
& principalem, ſed ob ſpem matrimonij, ſeu vt ſequa-
tur matrimonium inter eos, ita vt cauſa finalis principa-
liter mouens virum ad talem dotationem ſit ipſum
matrimonium contrahendum cum illa affine vel con-
ſanguinea, ad quod probandum plura adducit apud
ipſum videnda *dict. numero* 11. *& ſequentibus*. Qui
proinde aſſerit illud augmentum dotis factum à viro, ſi
contingat illum præmori, & muliere tranſeunte ad
alia vota, eadem muliere defuncta non eſſe diuiden-
dum æquis portionibus inter filios primi matrimonij,
& filios ſecundi matrimonij vt fit de dote, ſed ſpe-
ctare ſolum ad filios primi matrimonij ad quos debet
reuerti donatio propter nuptias ex diſpoſitione *l. fæmi-
na, Cod. de ſecundis nuptiis, & §. propterea, in Auth. ne-
que virum quod ex dote, & auth. vxore, Codic. de ſecun-
dis nupt.*

161 Secundo idem Surd. *d. conſ.* 196. *n.* 29. *&* 30. con-
cludit, quod in caſibus, in quibus ſuſtinetur donatio in-
ter virum, & vxorem, quia non ſit ſimplex donatio, ſed
remuneratoria, aut compenſatoria (qualis eſt donatio,
quæ mulieri nobili, aut iuueni fit à viro ignobili
aut ſene iuxta tradita *ſupra hoc capite, numero* 33.) ſi
maritus augeat dotē vxoris, vt ſi vir ignobilis dotet ſeu
augeat vxori nobili (quod fieri poſſe probatum eſt *ſu-
pra eodem num.* 33. *& ſeqq.*) licet dotatio aut augmen-
tum ſuſtineatur, ſuſtinetur tamen non vt dos aut do-
tis augmentum, ſed tanquam donatio, vt dixerunt (in-
quit Surdus Abbas *in capite primo, numero* 8. *de adulte-
riis, & ibidem* Anania *verbo & prædicta limitatio*, poſt
Gloſſam *ibidem*. Qui quoque (vt idem Surdus refert)
dum textus *in d. capit.* 1. decernit, quod qui deflorauit
virginem, teneatur eam ducere in vxorem, & dotare,
voluerunt quidem ſufficere, quod ſtuprans confiteatur
ſe dotem habere nomine mulieris, ſed tamen ſuſtineri
donationem tanquam donationem, ex quo non eſt
ſimplex, & pura, ſed procedit ex obligatione, quod
etiam ad maiorem confirmationem addit Surdus, quin
Gloſſa *ibidem* declarando textum *dotabit eam*, dixit id eſt
donabit propter nuptias. Prædicta Surdus, vt probet
augmentum dotis, quod à viro proficiſcitur, non eſſe
proprie dotis augmentum, ſed donationem, vel propter
nuptias, quæ iuxta leges ciuiles facienda eſt ad menſu-
ram dotis, & eius augmenti datæ, vel additi ab ipſa mu-
liere, vel remuneratoriam, & compenſatoriam, & ex ob-
ligatione legis, & ita non fore de augmento dotis pro-
fecto à marito idem iudicandum, quod de dote, & de
dotis augmento à muliere vel ab alio ex parte mulie-
ris facto: plura apud eundem videri poſſunt prædictis
ſic ſtantibus.

162 Quid dicendum? Præmittendum, vt augmentum
dotis à viro factum ſit, vel dici poſſit donatio propter
nuptias iure ciuili inducta, debere eſſe doti æquale, &
eiuſdem quantitatis, cuius eſt dos, vt notant Honde-
deus *conſ.* 48. *num.* 9. *lib....* nam donatio propter nuptias
lege ciuili inducta debet eſſe æqualis doti, & tanta in
quantitate, quanta eſt dos, ſicut nec debet excedere
dotis quantitatem, ſed dos, & donatio propter nuptias
legatis æquales, & pares eſſe debent in lucro, & qua-
litate, & quanta vna, tanta, & altera; ita quod ſi dos
conſtante matrimonio ex parte mulieris augeatur,
debet augeri & donatio propter nuptias à viro in
quantitate augmenti dotis, *leg. ex morte l. lege Leonis
authen. æqualitas*, & *Auth. ſed quæ, Codic. de pactis con-
uentis l. ſi conſtante lege vltima §.* 1. *verſiculo igitur, &
§ ſimplices Codic. de donat. ante nupt §.* 1. *&* 2. *Auth. de
æqualit. dot. & §. eſt & aliud Inſtitut. de donat.* Cam-
pegius *de dote p. prima quæſt.* 61. Conſtantius Ro-
gerius *de dote quæſtio.* 19. *numero primo, & tertio*, Hon-
dedeus *dict. numero* 9. Natta *conſilio* 591. *numero pri-
mo*, Mantica *de tacit. & ambiguis libro* 20. *titulo quarto
numero ſecund.* P. Barboſa *ad l. ſi cum dotem, §. tranſgre-
diamur numero.* 29. *fine, ff. ſoluto matrimonio*, Camillus
Borellus *in ſum. deciſionum, parte tertia, titulo* 8. *num.* 20.
& 21. & Iuriſperiti communiter *in d. auth. æqualitas*,
& alij ab Hondedeo allegati: Qui Hondedeus tamen
num. 28. *&* 29. *quod dictis textibus in lege ex morte
l. lege Leonis auth. æqualitas, & auth. ſed quæ ſtatui-
tur de lucris*, ſcilicet pacta de lucro dotis, & donatio-
nis propter nuptias inæqualia non valere, limitat pro-
cedere in pactis conuentis poſt matrimonium; at vero
quando huiuſmodi pactiones fiunt ante contractum
matrimonium per verba de præſenti, affirmat illas
licet inæquales, eſſe validas, vt tradidere Innocent.
in c. donationes, de donat. inter vir. & vxor. Angelus *in
d. l. ex morte*, Socin. *de regul. & fallentiis, reg.* 143. *verbo
donatio propter nuptias, in prima fallentia*, & Io. Amicus
con. 5. *n.* 15. ab eodem Hondedeo allegati.

Prætetea aduertendum eandem donationem propter 163
nuptias à lege ciuili inductam conſtitui, & fieri princi-
paliter pro ſecuritate dotis, & cautela mulieris, vt illi
magis cautum ſit pro dotis inſtitutione matrimonio ſo-
luto, ſi res dotales nō exiſtant, quia donationem propter
nuptias non poteſt alienare maritus etiam conſentiente
muliere, licet alias viri hypothecæ poſſit mulier renun-
ciare, *l. etiam, & auth. ſiue a me, l. iubemus, C. ad Velleia.
auth. præmiſſa, C. de don. ante nupt. & auth. donat. C. de iu-
re dot.* ex hac enim cauſa ſecuritatis dotis fuiſſe à iure
ciuili introductam donationem propter nuptias tradunt
Bartolus *in d. l. ſi cum dotem §. tranſgrediamur, n.* 6. *ff.
ſol. mat.* Campegius *d. n.* 61. Conſtant. Roger. *d. q. tit.* 19.
n. 7. P. Barboſa alios allegans *in d. §. tranſgrediamur n.*
15. *&* 29. *fine*, Menoch. *conſ.* 33. *n.* 24. Hondedeus *dict.
con.* 48. *n.* 11. & alij ab eodem relati, ex quibus conſtat
donationem propter nuptias eſſe, & dici ſolum id, quod
mulieri viro intuitu ſolius dotis promiſſæ aut datæ da-
tur aut conſtituitur, & non ob alium finem, aut reſpe-
ctum, aliamve cauſam, eandem autem donationem pro-
pter nuptias iure tenebatur pater præſtare etiam pro fi-
lio emancipato, vt conſtat *ex l. fin. C. de dotis promiſſione.*

Tertio ſciendum, quod quamuis iure communi in in-
tibus *n. præcedenti* relatis iuxta quantitatem dotis à mu-
liere datæ viro, debeat mulieri fieri donatio propter nu-
ptias, ita vt dos, & donatio ipſa tam in pactis lucrorum,
quam in quantitate debeant eſſe æquales, hodie tamen
ex generali totius Italiæ conſuetudine donatio propter
nuptias à iure ciuili inducta amplius non obſeruatur,
eaque æqualitas in dotibus, & donationibus propter
nuptias in quantitate, & lucris eſt ſublata, ita quod nul-
la eſt obligatio vt maritus faciat donationem pro-
pter nuptias, ſed ſeruantur pacta, quæ inter partes li-
bere fiunt, & eſſe huiuſmodi conſuetudinem genera-
lem, per quam ſublata eſt dicta dipoſitio iuris ciuilis
in dict. auth. æqualitas, & aliis textibus relatis aſſerunt
Accurſius *in dict. auth. æqualitas, verbo pari Codic. de
pactis conu.* Salicetus *ibidem*, Bartolus *in dict. §. tranſ-
grediamur dicto n.* 6. P. Barboſa vbi *ſuprà n.* 30. *initio.*
Conſtantius Rogerius *d. quæſito* 19. *num.* 8. Guido Papæ
deciſ. 303. *& deciſ.* 565. *n.* 3. *&* 4. Natta *conſ.* 519. *num.* 7.
l. 4. *& conſ.* 391. *n.* 5. *l.* 2. Clarus *§. donatio, q.* 11. Honde-
deus *d. con.* 48. *n.* 10. Mantic. *de tacit. & ambig. conu. l.* 20.
tit. 4. *n.* 15. *& tit.* 5. *num.* 10. Stephanus Gratianus *tom.* 2.
c. 254. *n.* 69. Camil. Borel. *d. tit* 8. *n.* 23. & Doctores com-
muniter quos Hondedeus, & Mantica referunt, licet cō-
trouertatur, an requiratur probatio talis conſuetudinis
loci, in quo agitur iudicium, & cum hæc conſuetudo ſit
generalis, non requiri aliam probationem, ſed ſufficere,
ſi allegetur, quia iudex ſupplet, dixerunt Alexander
in

in lege vnica, numero 3. & 4. Cod. vt quæ deſunt aduocatis partium Iudex ſuppleat, & alius allegans Natta *dict. conſilio 519. numero 8. & dict. conſilio 591. numero ſexto*, Mantica *dict. titulo quarto, numer. 16.* Et cum de eadem conſuetudine faciat mentionem, & teſtetur Accurſius Doctor ſolemnis, fidem eſſe ei adhibendam dixit Bartolus *in leg. de quibus, numero 21. ff. de legibus*, quem ſecuti ſunt nonnulli alij relati à Mantica *dict. titulo quinto, numero 13.* intelligentes, & tuentes Bartoli opinionem ſaltem de probatione præſumptiua, quæ onus probandi contrarium in aduerſarium transfundit, *lege generaliter, §. ſi protinus ff. de fideicommiſſariis libertatibus*: quod pariter ſenſit Mantica ipſe *dicto numero 13. fine*, vbi dicit quod licet hæc opinio Bartoli, & Alexandri quoad plenam probationem poſſit in dubium reuocari, tamen quoad inducendam probationem præſumptiuam videtur vera, & quoad iſtum effectum, vt onus probandi contrarium transferat in aduerſarium, eſt recipienda, cum plures Doctores receptiſſimæ auctoritatis teſtentur iuxta Crauettam, & alios ab eodem Crauetta allegatos *conſilio 325. numero primo.* Quamuis idem Crauetta *conſilio 462. numero ſeptimo in fine*, quem ſequitur Gratianus *dict. numero 66.* negauerit generalem probationem per ſolam conſuetudinis allegationem ſufficere, affirmauitque, requiri probationem talis conſuetudinis loci, quia conſuetudo ſit ſpecialiter probanda in caſu, de quo agitur; & ideo ad conſuetudinem cuiuſque loci reſpiciendum ſit, & regulariter conſuetudo, cum ſit quid facti, debeat probari cum qualitatibus requiſitis, & in eo actu, & caſu, de quo agitur, & in ſpecie, non in genere, quaſi illa ſit ſtricti iuris, quæ non trahitur de perſona ad perſonam, neque de loco ad locum, nec de re ad rem, de quibus (licet in alia ſpecie Menochius latè *conſilio 228. num. 38. ad 34.* loco tamen donationis propter nuptias videtur ſucceſſiſſe in Francia id, quod pater dedit filio cauſa matrimonij contrahendi, vt Berengarius *lege in quartam, capite tertio, num. 75. ff. ad leg. falcid.* vel quando pater fecit pro filio augmentum dotis, vt Theſaurus *deciſ. Pedem. 46. poſt princip.* in Hiſpania autem arrha ſucceſſit loco donationis propter nuptias, vt *ſupra capite ſecund. numero 38.* notatum eſt, & conſtat *ex leg. prima, titulo 11. p. 4. & leg. 84. & 87. titulo 18. parte tertia*, & tradunt Gregorius *in d. l. 1.* Couarruuias *de ſponſ. p. 2. cap. 3. §. 7. num. 12.* & P. Barboſa *in d. l. ſi cum dotem, § transgrediamur, num. 30. ff. ſoluto matrimonio*, prædictis præmiſſis.

165 Primò ſi ſponſus ante contractum matrimonium ſponſæ aliquid abſolute & ſimpliciter donauerit (quam donationem eſſe validam irreuocabiliter probatum eſt *ſup. hoc c. n. 20.*) & ipſa rem donatam conuerterit in dotis augmentum, certum eſt, quod cum hoc augmentum immediatè proficiſceretur à muliere, non poteſt dici donatio propter nuptias, ſed eſſe verum augmentum dotis, illiuſque partem, & dotis naturam & priuilegia habere, iuxta tradita *ſupr. numero 157.* & hoc idem tradit Sordus *dict. conſ. 196. numero 27.* poſt Gloſſam *in l. 1. de adulter.* Abbat. *ibidem, numero 7.* & Ananiam docens, quod quando aliquid datur à viro ſponſæ ante matrimonium, poteſt etiam ſecuuto matrimonio vxor dare viro in dotem, quod ab illo acceperat, vt eſt textus *in l. 1. C. de donat. ante nupt.* quem textum adducit *ſuprà dicto n. 20.* & ita debet hoc augmentum iuris interpoſitione cenſeri datum in dotem ſecundo viro, neque in hoc caſo poſſunt procedere argumenta Nattæ, & Surd. *ſuprà n. 159.* adducta.

166 Secundò ſi vir mulieri nolenti aliter cum eo matrimonium contrahere dotem conſtituit, vel dotem de ſuo auxit, hæc dos hocve augmentum (quæ ſunt valida *vt ſuprà numer. 25.* probatum eſt) non poteſt dici donatio propter nuptias, cum non ſiat augmentum a viro contemplatione dotis, ſed ex cauſa oneroſa matrimonij contrahendi: ſed eſt verum dotis augmentum dotis naturam habens, non minus quàm ſi factum eſſet ab extraneo pro eadem muliere: nec in iure reperitur vetitum, viro volenti docere puellam in vxorem ante matrimonium contractum, quod eſt conceſſum cuique extraneo, & id quod pro dote vel dotis augmento conſtituitur vel promittitur, cenſetur prius acceptum a muliere cui ſtatim ius acquiritur, & poſtea breui manu ab eadem muliere eidem viro datum, ſeu conſtitutum in dotem, vel augmentum dotis *vt ſuprà capite tertio, numero 33. fine* probatum eſt de dote ab auo paterno data, vel promiſſa, aut legata nepti contemplatione filij, quæ dicitur proficiſci à filio immediatè; quia cenſetur prius data filio & breui manu à filio data nepti, ac proinde vt vera dos, ſeu verum augmentum dotis prioris matrimonij cenſetur repetitum in ſecundo matrimonio. Vnde etiam in hoc caſu ceſſant fundamenta Nattæ & Surdi *ſupra eodem n. 159.* poſita. Cum hæc dos, ſeu hoc dotis augmentum cenſeatur data vel factum à muliere, nam *in lege dotem, ff. de iure dotium verbum data*, intelligitur tam de dote numerata, quam de conſtituta & promiſſa, *vt ſuprà* probatum eſt, & in hoc caſu dos & augmentum cenſentur [vt dixi] immediatè conſtituta ab ipſa muliere, quaſi prius ipſa acquiſitum ius ad ſe tranſlatum per virum, & deinde ipſa idem ius eidem marito in dotem, vel dotis ſuæ augmentum dederit. Et ita puto abſque dubio ſentire Fabrum & Fontanellam *locis dicto numero 25. allegatis.* Addo etiam præfatam donationem aut dotis augmentationem non eſſe donationem reſpectu mulieris, quæ ex cauſa eiuſdem donationis, aut augmentationis remanet obligata ad contrahendum matrimonium cum eodem viro.

Tertiò idem potiori iure dicendum, quando vir ignobilis, vel ſenex exoptans ducere in vxorem mulierem nobilem aut iuuenem, quæ nolit eum ducere, vel quam parentes eius nolunt illi in vxorem tradere, niſi vel eam dotet, vel eius modicam dotem augeat, eidem mulieri dotem conſtituit, vel auget; hæc enim dotatio aut augmentatio, cum ex parte mulieris inducat obligationem contrahendi matrimonium cum dotante aut augente dotem, & fiat in compenſationem nobilitatis, & iuuentutis, non eſt reſpectu mulieris donatio [licet ex communi vſu ita appelletur] ſed compenſatio & remuneratio [vt notauit etiam Hondedeus *dict. conſilio 48. numero decimoſexto*] & nihil illi deeſt, quin talis dos, aut augmentum dotis ſit vere & proprie dos, aut dotis augmentum, naturam, & priuilegia dotis habens: vnde poſt obitum viri poteſt a muliere repeti etiam ex bonis fideicommiſſi, quæ vir poſſidebat, vt probatum eſt *ſuprà hoc capite, numero 41.* & tradunt Faber, & Fontanella *ibidem allegati.* Et ita iuris interpretatione debet vnà cum dote præſumi repetitum in ſecundo matrimonio. 167

Quartò etiamſi nullo præcedente pacto ſponſus ignobilis, vel ſenex ſponſæ de futuro nobili, aut iuueni dotem, vel dotis augmentum conſtituit [quod valida poteſt iuxta tradita *ſuprà numero 27.* & Doctores *ibidem* allegatos] hæc dos, huc ve dotis augmentum non ſolùm 168

non ſolum non eſt donatio propter nuptias, cum non fiat intuitu dotis, ſed reſpectu mulieris non eſt donatio verè, & propriè (etſi communi vſu loquendi donatio appellatur) ſed eſt (vt *numero præcedenti* dictum eſt) remuneratio, & compenſatio propter nobilitatem, & iuuentutem mulieris, quæ alioqui poſt obitum viri remaneret deterioris conditionis, neque ita facile virum æqualem poſtea inueniret, niſi haberet illam maiorem dotem, *vt ſuprà hoc capite numero* 27. *&* 33. Quare etiam & dos, hoeve dotis augmentum eſt vera dos, propriumque dotis augmentum, de qua, ſeu de quo, vt de dote vera, proprioque dotis augmento iudicandum quoad naturam, & priuilegia dotis.

169 Quinto, tametſi vir ignobilis, aut ſenex iam conſtante matrimonio vxori nobili, aut iuueni conſtituat dotem (quia eam duxerit omnino indotatam) vel dotem eius modicam, & paruam augeat (quæ dos aut dotis augmentum valet, & ſtatim irreuocabiliter acquiritur eidem mulieri quoad ius, & dominium, vt *ſuprà hoc capite, numero* 33. *& ſequentibus*, eſt probatum) etiam hæc dos, aut dotis augmentum non eſt donatio propter nuptias, cum intelligatur fieri non intuitu dotis acceptæ, ſed ob nobilitatem aut iuuentutem, & etiam ad reddendam ſibi amabilem, & gratam mulierem; ſed nec propriè eſt donatio reſpectu eiuſdem mulieris, (eſto ita communi modo loquendi appelletur,) ſed compenſatio, & remuneratio nobilitatis, & iuuentutis atque deteriorationis, cui alioqui mulier poſt viri obitum remaneret obnoxia, vt *ſuprà dict. numer.* 33. *fine* notatum eſt, & tradunt Doctores *ibidem* relati; & cum talis dotatio, aut augmentum dotis etiam conſtituantur à viro ignobili, vel ſene, ne mulier eo defuncto remaneat indotata, vel non congruè dotata, & ita vel non poſſit virum inuenire, vel æqualis conditionis, dicendum, eſſe veram dotem propriumque dotis augmentum eſt, de quo idem ius ſit quod de vera dote: vt in hoc, & in præcedentibus duobus caſibus augmentum dotis à viro factum eſſe dotem propriam, vel dotis augmentum, videtur omnino ſentire Hondedeus *dict. conſilio* 48. *numero* 16. *& ſequentibus*, cum velit non eſſe donationem, ſed compenſationem, ſcilicet datum propter compenſandam nobilitatem, & iuuentutem mulieris, & ſic titulo oneroſo, ac proinde eidem mulieri idem augmentum à viro factum etiam conſtante matrimonio acquiritur quoad dominium, vt prædicto *numero* 33. probatum eſt; imò idem Hondedeus *eodem conſilio* 48. omne augmentum dotis inæquale viro factum mulieri ante contractum matrimonium vult non eſſe donationem propter nuptias, ob notata *numer.* 162. ſed proprium dotis augmentum, & dotis naturam habens, & etiam de augmento dotis inæquali, & de facto à viro ignobili, aut ſene vxori nobili, aut iuueni eſſe verum augmentum dotis, & eiuſdem naturæ, approbare videtur Stephanus Gratianus *dict. capite* 254. *numero* 68. ex quibus ſequitur, vt huiuſmodi augmentum dotis factum à viro ignobili, & ſene vxori nobili, & iuueni iuris interpretatione intelligatur datum in dotem ſecundo marito. Neque traditis hoc numero, & antecedentibus obſtat, quod *lege etiam*, *Codic. de iure dotium*, & alia iura *ſuprà hoc capite numero* 157. *& capite primo numero* 61. allegata ad probandum idem ius eſſe de dotis augmento, quod de dote, loquuntur in caſibus, in quibus augmentum dotis erat factum ex parte mulieris; nam illarum legum diſpoſitio non innitur in eo, quod augmentum dotis proceſſiſſet ex parte mulieris, ſed in ipſa natura augmenti dotis, quod dotis pars cenſetur, & ſic illius naturam eſſet ſortitum, & conſequenter etiam dotis priuilegia: non obſtat etiam illud, quod augmentum dotis dicatur à Doctoribus illud, quod fit ex parte mulieris, vt notatum eſt *ſuprà num.* 159. *verſiculo ſecundò*; nam reſpondetur primò Doctores loqui attenta diſpoſitione iuris ciuilis de donatione propter nuptias facienda iuxta dotis, & augmenti dotis quantitatem; ſic enim, vt vir teneatur facere dictam donationem propter nuptias, neceſſe eſt, vt & dos, & dotis augmentum proficiſcantur ex parte mulieris. Reſpondetur ſecundo in ſupra explicatis caſibus, dotem, & augmentum dotis à viro profecta, cum cenſeatur dos, & augmentum prius datum mulieri (cui ſtatim quoad ius, & dominium acquiruntur) & poſtea breui manu à muliere data viro, vt *ſuprà numero* 166. dictum eſt, & explicatum exemplo dotis datæ aut promiſſæ nepti ab auo paterno ſilij contemplatione, intelligi immediatè profecta ab ipſa muliere, ad quam etiam conſtante matrimonio ſpectat verum dominium dotis, & augmenti dotis, iuxta tradita *ſuprà hoc capite, num.* 68.

Sexto multò magis non donatio propter nuptias, neque propriè donatio erit, ſed vera dos, & verum dotis augmentum, quando mulieri futuræ vxori à viro dos datur, vel fit dotis augmentum in quatuor caſibus, de quibus *ſuprà hoc capite, numero* 43. *& tribus ſequentibus*, ſcilicet primò quando à viro dos conſtituitur, vel dotis augmentum fit mulieri conſanguineæ, vel affini pauperi nullam vel modicam, & incongruam dotem ex ſe habenti, concedente S. Pontifice inter eos matrimonium ſub lege dictæ dotationis, vel augmenti; fit enim dotatio, vel augmentatio ex obligatione ſummi Pontificis, cuius intentum eſt, vt mulier, quæ ob inopiam caret dote, vel dote congrua ad nubendum æquali, ſit & maneat congruiter dotata iuxta ſuam conditionem; vnde non apparet, cur non debet illa dotatio, ſeu augmentatio dici vera dos habens naturam, & priuilegia dotis. Secundo quando dos vel augmentum dotis conſtituitur à defloratore puellæ ſeductæ, & defloratæ ex vi, ſeu obligatione c. 1. de adulteriis, quæ conſtitutio fit in compenſationem pudicitiæ violatæ, & vt defloratore, poſtquam eam duxerit, præmoriente, eadem mulier vt dotata, vel dotem congruam habens poſſit virum inuenire: vnde ſolùm late, & abuſiue poteſt dici donatio, non vero propriè. Tertio quando ex vi conſuetudinis vir tenetur mulierem, quam duxit in vxorem, dotare, iuxta notata *ſuprà hoc cap. n.* 45. quo caſu dotatio eſt ex obligatione conſuetudinis, nec vllo modo poteſt dici donatio. Demum quando vir dotaret mulierem in futuram vxorem pro bono pacis, iuxta tradita *ſuprà n.* 46. quo etiam caſu dotatio non poteſt dici donatio propter nuptias, neque donatio, cum notorium ſit bonum pacis, non liberalitas. Et quod in prædictis quatuor caſibus dos vel augmentum dotis habeat veram dotis naturam puto, ſentiunt omnes Doctores *ſuprà hoc capite num.* 43. 44. 45. *&* 46. allegati, & ita mulier ſic dotata ſecundò nubente abſque dotis mentione, iuris interpretatione inteligitur dos illa, & illud augmentum dotis ſecundo viro data in dotem. 170

Septimo etiam quando vir diues ante contractum matrimonium puellæ pauperi ſimpliciter conſtituit dotem, vel auget paruam, quam habet vſque ad congruentem ſuo ſtatui, cum talis dos, & augmentum cenſeatur conſtituta ex motiuo eleemoſynæ propter mulieris paupertatem (vt *ſuprà numero* 22. notatum eſt) & ne ſtatim dos, vel augmentum eidem mulieri quoad ius, & dominium acquiratur non minus, quam quando ab extraneo mulier dotatur, vel eius dos augetur, erit vera dos, & proprium dotis augmentum dotis naturam habens, cum non appareat quid illi deſit, propter quod non ſit, nec debeat dici 171

dici dos, ac proinde iuris interpretatione cenſebitur illa dos, illudve augmentum dari ſecundo viro.

172 Et in omnibus caſibus *numero* 165. *vſque ad præcedentem numerum* excluſiuè, datum à viro mulieri cauſa dotis, vel eius augmenti, eadem mulier viro præmortuo tranſiens ad ſecunda vota, non tenetur illud totum reſeruare filiis primi matrimonij, cum non habuerit titulo merè lucratiuo ex ſola liberalitate munifica viri, ſed oneroſo, nempe vel ex reciproco pacto, vel in compenſationem, aut remunerationem, vel ex obligatione hominis aut legis: diſpoſitio enim *legis fœmina*, *leg. generaliter*, *Codic. de ſecundis nupt.* & *§. hinc nos alia*, *verſ. quanta*, *auth. de nupt.* *Quod vidua tranſiens ad ſecundas nuptias*, tenetur reſeruare filiis primi matrimonij proprietatem bonorum, quæ à primo marito acquiſiuit, intelligitur de bonis quæſitis titulo merè lucratiuo prouemente ex munifica liberalitate, ſeu magnificentia viri, vt indicatur *dicta l. fœmina* ibi, *donationibus factis* (ſcilicet abſque cauſa, hoc enim ſubintelligitur) vel cuiuſlibet munificæ liberalitatis præmio, & idem indicatur in aliis iuribus præallegatis, vt *in dict. tractat. de contr. matrimonij*, *capite* 11. *numero* 342. notaui, & tradunt Doctores *ibidem relati*, non verò de quæſitis à marito aliu titulo, ſcilicet vel ex contractu reciproco, vel ex legis obligatione, aut hominis diſpoſitione; vel in compenſationem mulieri debitam, vt latè explicaui *dict. capite* 11. *numero* 339. *& pluribus ſequentibus*, & tradunt Doctores a me relati *dict. capite* 11. *dict. numero* 339 *& tribus ſequentibus*, & aliis, quos latè refert Surdus *conſilio* 164. *numero* 2. 3. 4. 12. 13. *&* 15. Nam tunc cum bona à marito data ſint eidem mulieri, ſiue vxori debita ex iure, vel alia cauſa ſe tenente ex parte ipſiuſmet mulieris ſeu vxoris, cenſentur bona ipſius, non mariti, vt *dict. numero* 339. notaui ex Doctoribus *ibidem*, *& numero* 342. allegatis.

173 Quamvia contra prædicta Surdus *dict. conſilio* 164. *numero* 19. *& duobus ſequentibus*, *& dict. conſilio* 199. *numero* 34. *& quatuor ſequentibus*, ſuſtineat diſpoſitionem *dicta leg. fœmina*, & aliarum legum præallegatarum, quod coniuges, ſcilicet tam vxor quam maritus vidui teneantur reſeruare filiis primi matrimonij quoad proprietatem bona à priori coniuge vel eius contemplatione ab aliu habita, & quæſita, habere locum non ſolum in eo, quod primus maritus dedit ſponſæ ex ſolo titulo mere lucratiuo ſine alia obligatione, ſed etiam in eo quod ex pacto, ſtatuto, vel conſuetudine, iuriſve neceſſitate cogente dedit, ſeu donauit, vel aliter ex eius bonis legis diſpoſitione prouenit, alterve coniugum ex alterius bonis eſt lucratus. Quare iiſdem locis aſſerit filiis primi matrimonij reſeruandum eiſe lucrum donationis propter nuptias, vel dotis; quod facit vnus coniugum per alterius obitum ex pacto mutuo, vel ex ſtatuto, aut conſuetudine, & quoad lucrum dotis vigore ſtatuti dixit etiam Baldus *in auth. vxor*, *Codic. de don. ant. nupt.* *& in auth. ex teſtamento*, *in fine*, *Codic. de ſecundis nuptiis*, aſſerens, quod lucrum defertur propter matrimonium, & qui contra matrimonium delinquit tranſeundo ad ſecundas nuptias, eo priuatur, & quia ſtatutum recipit etiam interpretationem, dummodo ſecundo non nubat. Quodque hoc dotis prioris coniugis lucrum ex forma ſtatuti reſeruandum ſit filiis primi matrimonij, tradiderunt plurimi alij Iuriſperiti allegati ab eodem Surdo *d. conſ.* 164. *n.* 10. *& d. conſ.* 196. *n.* 35. & à Stephano Gratiano *tom.* 3. *diſcept. for. in addit. ad cap.* 119. quos ſequitur idem Gratianus *ibid.* & ſequuta eſt Rota Romana *deciſ.* 82. *num.* 5. apud Burattum (vbi etiã Ferentillus *in annot. litera D*) & in Romana *inſtitut. lucri dotis*, 2. *Decemb.* 1596. *coram* Orano. Sic etiam dotem, quam vir vxori affini, aut conſanguineæ ex neceſſitate diſpẽſationis ad contrahendũ factæ à Pontifice ea lege, vt illam dotaret congruenter, eſſe reſeruandum filiis primi matrimonij ea ad ſecundas nuptias tranſeunte affirmauit idem Surd. *d. conſ.* 196. *n.* 15. *&* 35. *vt ſup. n.* 160. & ſi cõtra prædicta obiiciatur illud, quod *n. præced.* notatum eſt, ſcilicet quod *d. lex fœmina*, procedit ſolùm in bonis donatis abſq; cauſa, & quæ ex magnificentia mariti vxor habuit Reſpondet primò *d. conſ.* 196. *n.* 35. quod illa conſtitutio dotis facta vigore diſpẽſationis papalis dicitur prouenisse à munificẽtia mariti, qui non cogebatur ad contrahendũ cũ illa conſanguinea matrimonium, & potuit abſtinere, ſed noluit. At contra hanc reſponſionẽ eſt, quod licet potuerit abſtinere, tamen poſito, quod voluerit contrahere, cogatur dotare, & ſic dos non poteſt dici immediatè prouenisse ex ſpontanea voluntate, & liberalitate, vt requiritur *in d. l. fœmina*, ad reſeruationem, ſed ex neceſſitate à S. Pontifice iniuncta. Reſpondet ſecundò *n.* 36. pariter quod lucrum dotis delatum à ſtatuto reſeruatur filiis primi matrimonij, quia illud dicitur habere ab homine (& ſic ex liberalitate) non à lege, eo quod dicatur haberi ab homine, quod defertur à lege, cui homo poterat renunciare, iuxta Bartolum *in l. ita ſtipulatus*, *in* 1. *q. ff. de verb. oblig.* Rip. *in d. l. fœmina*, *n.* 61. & Roland. *de lucro dotis q.* 86. *n.* 11. Poterant autem coniuges nõ contrahere matrimonium, & etiam contrahendo poterant in conſtitutione dotis renunciare ſtatuto, vnde non renunciando videntur tacitè ſuper lucro acquieſcere velle legi, & ipſa mulier volens antecedens, ideſt dans dotem, videri etiam voluiſſe conſequens, ſcilicet lucrum viri: ſed contra hanc reſponſionem eſt eadem inſtantia, quod etſi coniux ſponte contraxit, & dedit dotem, ſuppoſito tamen quod voluerit contrahere, & ſe dotare, ex neceſſitate ſtatuti lucrum dotis defertur, & ſic immediatè non prouenit à munificentia, & ſpontanea voluntate, ſed ex legis diſpoſitione. Quare ſtatutũ, quod maritus lucretur dotem, locum habere etiam ſtantibus communibus liberis, & ſic abſolute eidem acquiri abſque obligatione reſeruationis, tradidere Caſtrenſis, Alex. Socin. & Iaſon *in l.* 2. *in princ. ff ſol. mat.* ab eodem Surd. *d. conſ.* 164. *n.* 15. & Natta *eos ſequente conſ.* 391. *n.* 9. *l.* 2. relati. Et quod tanquam non prouenions viro ex mulieris liberalitate, ſed à ſtatuto, lucrum illud dotis non ſit reſeruandum filiis primi matrimonij, expreſsè affirmarunt idem Bald. *in l. fin. per illum textum*, *C. de bonis maternis.* Corneus *in d. l. fœmina*, idem Corneus *in d. l. ſi ab hoſtibus*, *§.* 1. & ibi Aretinus *ff. ſol. mat.* & alij relati à Rolando *d. q.* 86. *n.* 1. & colligitur etiam ex Doctoribus, quos *d. cap.* 11. *num.* 339. allegaui, qui omnes fundantur in eo quod maritus hoc lucrum non habet ab vxore, ſed à ſtatuto, & addit Baldus *in dict. leg. finali*, quod ſtatutum non recipit interpretationem (licet aliud dicat *in dict. authent. ex teſtamento*,) & quod ſtatutum non dicit, nec nos dicere debemus. Sed quidquid ſit, an hoc lucrum dotis ex ſtatuto ſit reſeruandum filiis primi matrimonij, quod affirmarunt præallegati Doctores, & alios allegantes Rolandus *dict. quæſtione* 88. *numero ſexto*, *& ſeptimo*, & Phanucius *de lucro dotis gloſſa* 8. *numero* 13. quaſi ſtatutum recipiat interpretationem, dummodo maritus non tranſeat ad ſecundas nuptias, lucrum factum ab altero ex coniugibus ex pacto mutuo, & contracto inter ipſos inito, vel propter compenſationem nobilitatis, aut iuuentutis, aut ſeruitiorum exhibitorum, & quemcumque titulum oneroſum, non eſſe reſeruandum filiis primi matrimonij, videntur ſentire Doctores communiter, vel ſaltem magis communiter, quorum plurimos allegaui *d. capit.* 11. *numer.* 339. *& quatuor ſequentibus*; & alios plures refert Surdus

dict. conſ. 164. *n.* 2. 3. 4. 5. & 12. & 13. & ita quod notaui *d. cap.* 11. *num.* 535. *fine*, & tradunt Caſtrenſis *conſ.* 149. & *conſ.* 150. *vol.* 2. Ripa *in d. l. fœmina, numer.* 50. Surdus *d. conſ.* 164. *n.* 21. & Gratianus *in d. addit. ad c.* 519. *circa fin.* ſcilicet dotem, aut dotis augmentum à marito conſtituta debere ſeruari filiis primi matrimonij, ſi intelligatur de dote vel dotis augmentatione ex liberalitate viri conſtituta, procedit ſine dubio, & verum eſt, ſecus ſi dos, & augmentum ſint conſtituta ex titulo oneroſo ex pacto, ſeu ex contractu, aut alia obligatione, qua immediatè maritus fuerit coactus dotare mulierem vel eius dotem augere.

173 Vtrum verò in caſu, de quo *ſuprà numero* 22. & 171. ſcilicet quando vir diues conſtituit, ſeu dedit dotem puellæ pauperi, quam duxit in vxorem, hæc dos, ſeu hoc augmentum, puella poſt obitum viri ad ſecundas nuptias tranſeunte debeat reſeruari filiis primi matrimonij iuxta diſpoſitionem *dictæ legis fœminæ, Codic. de ſecundis nupt.* videtur omnino affirmandum, cum proceſſerit ex ſpontanea voluntate viri: verum cum talis dos, vel dotis actio proceſſerit ex motiuo pietatis, & eleemoſynæ cauſa, ſtante mulieris paupertate, præſumatur facta ad merendum apud Deum, cenſetur donum factum ipſi Deo, iuxta illud, *quod vni ex minimis iſtis feciſtis, mihi feciſtis*, non videtur proceſſiſſe ex ſola liberalitate, ſed cauſa præſtandi obſequium Deo, & acquirendi meriti apud ipſum, & ſic dotem, & augmentum abſolutè fuiſſe acquiſita puellæ, ac ſi fuiſſent à quoquam alio extraneo ex ſimili cauſa pietatis donata: quo caſu puella de illa dote, ſeu augmento liberè poſſet diſponere, quo ſtante etiamſi puella tranſeat ad ſecundas nuptias poſt obitum viri, qui eo motiuo pietatis dotauit, non videtur teneri eam dotem reſeruare filiis primi matrimonij, nec diſpoſitio *dict. l. fœmina*, repexiſſe donata ab alterutro coniuge intuitu pietatis, & obſequij Dei, ſed ex ſola cauſa liberalitatis.

174 Octauò, & vltimò, cum hodie de conſuetudine generali diſpoſitio iuris ciuilis de donatione propter nuptias à viro ex neceſſitate facienda ad menſuram quantitatis dotis à muliere datæ, vel eius augmenti ex parte eiuſdem mulieris facti, ſit abrogata, nec obſeruetur, & ſic vir ad eam donationem faciendam non teneatur, & tantum ſint obſeruanda pacta mutua contrahentium circa dotes, & illarum augmenta ex parte viri, & lucra, ſi vir ante contractum matrimonium augeat dotem mulieris, ſeu ei donet cauſa dotis augendæ, non poteſt dici feciſſe donationem propter nuptias, ſed dicendum videtur, voluiſſe conſtituere verum augmentum dotis, quod illi ſtatim acquireretur irreuocabiliter, vt dixit Hondedeus *dicto conſilio* 48. *numero decimo*, quod latius probat *in ſequentibus numeris*, ad quem remitto Lectorem, & prædicta *à numero* 157. hucvſque aliquanto latius tradidi, & explicaui, quia materia eſt practicabilis, & vſu frequens?

Mulier poſt contractum matrimonium an poſſit conſtituere dotem marito, & conſtitutam augere?

175 Quæſitum octauum, cum regulariter inter coniuges interdicta ſit donatio, iuxta allegata *numero* 19. an mulier conſtante matrimonio poſſit ſibi conſtituere dotem, vel iam conſtitutam ante matrimonium augere. Etſi ex traditis *in præcedentibus huius capitis, præſertim numero* 105. & 106. & 110. poſſit magna ex parte hoc quæſitum reſolui, nihilominus maioris claritatis gratia duxi illud diſtinctè explicandum ſequentibus.

Et primò ſi à principio ante contractum matrimonium mulier nulla dote cōſtituta nupſit, quia erat pauper carens omnino bonis propriis, non videtur dubium, ſi poſt contractum matrimonium ſibi obuenerunt bona, puta ex ſucceſſione, poſſe ſibi ex illis bonis dotem congruam conſtituere, & dare viro, qui illam pauperem duxit indotatam, vt notatum eſt *ſuprà hoc capite, dict. numero decimo*, & tradit Baldus Nouellus *de dote parte ſexta, priuilegio* 14. *numero primo, verſicul. Præterea nunc, & parte ſeptima, priuilegio* 8. *numero tertio, verſicul. & ex prædictis*, & etiam Sanchez *de matrim. libro ſexto, diſputatione ſexta, numero primo*; veriſimile enim eſt, quod ſi dicta bona habuiſſet à principio, ex illis dotem congruam ſibi conſtituiſſet, nec vir indotatam duxiſſet, arguendo ab eo, quod regulariter fit. Quare talis dotatio non eſt donatio ſimplex, ſed compenſatoria propter onera matrimonij, quæ cogitur vir ſuſtinere. Dici etiam poteſt ea dotatio donatio remuneratoria beneficij accepti à viro, qui eam indotatam accepit. Neque poteſt imputare marito, quod talia onera ſuſtinere cogatur, ex quo voluntariè vxorem ſine dote duxit; nam ideo duxit ſine dote, quia agnoſcebat eam pauperem, vbi autem bona habuiſſet, veriſimile eſt, quod indotatam non accepiſſet *arg. l. cum deinde, ff. de probationibus, & capit.* 1. *de cler. non reſid.*

Secundò mulier diues, quæ à principio matrimonij 176
poterat conſtituere dotem viro, & non conſtituta dote, ſed indotata nupſit, conſtante matrimonio poteſt ſibi dotem conſtituere, & eam viro dare; & ſi à principio conſtituit, poteſt conſtitutam augere, ſi vir faciat illi donationem æquiualentē doti vel eius augmēto, vt cōſtat *ex l. ſi conſtante, Cod. de donat. ante nupt. auth. dos data, Codic. eodem*, & aliis iuribus *ſup. n.* 162. relatis, & tradit Nouellus *d. priuil.* 14. & *d. priuil.* 8. eſſet enim donatio reciproca, & mutua compenſatio, quæ ſeruata æqualitate inter coniuges non prohibetur.

Tertiò ſi mulier diues, & habens bona propria ab 177
initio matrimonij nupſit nulla dote conſtituta neque expreſsè, neque tacitè (quo caſu *ſuprà n.* 79. 80. 83. & 87. probatum eſt non cenſeri mulierem dotem viro promiſiſſe, nec dediſſe illa ſua bona in dotem, nec eam poſſe poſt contractum matrimonium cogi dotem marito conſtituere, neque ob id ei denegari alimenta à viro, qui de ſuo poſſit eam alere) licet videri poſſet eam poſt contractum matrimonium non poſſe ſibi dotem conſtituere, illamque dare marito, eo quod talis donatio videretur ſimplex donatio, ſuppoſito quod non teneatur illam dotem marito conſtituere, & eidem indotatæ maritus, qui poſſit, de ſuo teneatur præſtare alimenta. Nihilominus dicendum eſt, eandem mulierem conſtante matrimonio poſſe marito de ſuis bonis conſtituere, & dare dotem congruam, & proportionatam, ſeu ſufficientem pro oneribus matrimonij, & condignam habita ratione conditionis ſuæ, & viri, licet maritus eidem mulieri donationem aliquam non faciat, ſtante conſuetudine generali, qua donatio propter nuptias iuxta legum ciuilium diſpoſitionem facienda ſublata eſt, nec obſeruatur vt *ſuprà num.* 164. notatum eſt, ita expreſsè Nouellus *d. priuil.* 14. *num.* 1. & 2. & *d. priuil.* 8. Sanchez alios allegans *de matr. lib.* 6. *diſp.* 7. *numer.* 1. & ita ſentiunt non ſolùm Iuriſconſulti *ſuprà hoc capite numero* 82. *initio relati*, ſed & allegati *hoc eodem capite, num.* 105. aſſerentes, ſi mulier, quæ nulla dote conſtituta nupſit, poſt contractum matrimonium dicit viro, *do tibi bona mea*, nulla expreſſa cauſa, cenſeri dediſſe illam in dotem, & allegati *num.* 105. aſſerentes, quod quando mulier poſt contractum matrimonium

monium nulla antea dote viro conſtituta, promittit aliquid ſimpliciter nulla cauſa expreſſa, promiſſio præſumitur facta cauſa dotis; ſupponunt enim mulierem habentem bona, poſſe etiam poſt cōtractum matrimonium dotem viro promittere, & conſtituere, & ratio eſt, quia hæc dotis conſtitutio non eſt ſimplex donatio, ſed dos datur à muliere propter onera, ſeu in cōpenſationem onerum, quæ maritus ſuſtinere cogitur, *lege ſi quis pro vxore, §. ſi vxor, ff. de donat. inter virum & vxorem*, donatio autem, quæ fit in iuſtam & conuenientem, ac proportionatam compenſationem, valet inter coniuges, vt *in præcedentibus* probatum eſt latè; & dicitur *d. §. ſi vxor.* Si dicatur in hoc caſu, dotem eſſe ſimplicem donationem, cum non teneatur ſe dotare, ex quo fit pauperior, cum priuetur dotis fructibus qui ſpectant ad maritū, & ſic eſſe illi vetitum conſtātē matrimonio, reſpondetur quod in hoc caſu vxor non teneatur ſe dotare, multū tamen intereſt mulieris habentis bona propria ſtare cum marito dotatam, quā indotatā, nam alioqui facile poſſet ſperni à marito, nec eum habere amabilem & beneuolum. Quare etſi maritus, ex quo illam duxit nulla conſtitutā & habita dote, teneatur alere de ſuo, tamen ipſa mulier gratam & beneuolam ſe gerens erga maritum, qui ſine dote data & promiſſa illam duxit, poteſt eidem marito rem aliquam vel fructus alicuius rei ſtabilis conſignare pro dote tanquam in compenſationem onerum, cum illa de non poſſit dici fieri pauperiorem, eo quod id totum in eius vtilitatem & commodum reſultet, & fiat ex iuſta cauſa gratitudinis, & compenſationis onerum matrimonij, ad quæ maritus eam ducens indotatam ſponte ſe obligauerat, ac proinde huiuſmodi dotatio à muliere diuite facta conſtante matrimonio non poteſt cenſeri prohibita, ſed eſt licita & permiſſa vti compenſatoria, ad quod probandum à Doctoribus, præſertim à Nouello *d. priuil. 14. n. 2. & d priuil. 8. num. 1. &* 2. adducuntur textus. *in lege finali, in principio verſiculo quare, & in lege ſi conſtante, Codice de donat. ante nuptias, & in dicta lege ſi vxor, citato §. ſi vxor.* in quibus textibus habetur, quod etiam poſt contractum matrimonium ſine dote poteſt per mulierem dos viro conſtitui, vel iam ante matrimonium conſtituta augeri, & ſi dicatur prædicta iura procedere in dotis conſtitutione, vel augmentatione, quæ conſtante matrimonio fit propter æqualem donationem propter nuptias factam mulieri per virum, iuxta iura *ſuprà numer.* 162. adducta, reſpondet Nouellus prædicta iura dicere ſimpliciter & indiſtinctè matrimonio conſtante poſſe dotem, & eius augmentum viro conſtitui per mulierem, & in illis non dicitur, quod vir debeat facere donationem æquiualentem, ſed ſolum quod poſſet, niſi donatio eſſet viro prohibita, quaſi fiat per viam cuiuſdam compenſationis, licet iuxta alia iura poſteriora *ſupra dicto numer.* 162. adducta vir teneatur facere æquiualentem donationem tali mulieri; & id præſertim probari *in d. §. ſi vxor*, ponderat Nouellus *d. priuil. 14. num. 2. §. adde etiam, verſiculo & pro hac opinione*; textus enim *ibi* propriè loquitur, quando vxor conſtante matrimonio promiſit viro dotem, & dotis vſuras, & quæritur *ibid.* an prohibeatur inter cōiuges? & reſpondetur, quod non; ſi autem dos promiſſa fuiſſet ante matrimonium, nullus fuiſſet dubitandi locus: item *ibidem* dicitur, quod ſi vir fructus dotis ſeu dotis vſuras à muliere etiam ante matrimonium ſibi promiſſas donaſſet eidem mulier, vt ipſa ſubiret onera matrimonij, ſcilicet ſe & ſuos homines paſceret, valet talis donatio tāquam facta in compenſationem. Sic ergo etiam donatio per mulierem conſtante matrimonio cauſa dotis vel eius augmēti valet tanquam facta in compenſationem onerum matrimonij, dummodo id quod à muliere datur pro dote, vel eius augmento non ſuperexcedat congruitatem dotis habito reſpectu ad onera matrimonij, & conditionem perſonarum viri & vxoris. Prædictis autē non obſtat, ſi dicatur, quod vir conſtante matrimonio non poteſt valide dotare vxorem, vel eius dotem augere, quando eam duxit indotatam, vel cum parua dote extra certos caſus *in præcedentibus* explicatos, & alios ſimiles, in quibus donatio per maritum fieri vxori non prohibetur: ergo neque mulieri videtur permiſſum conſtante matrimonio eidem viro dotem conſtituere, vel conſtitutam augere. Reſpondet Sanchez *dicto num.* 1. poſt alios, eſſe diuerſam rationem, quia dos ſoluto matrimonio redit ad vxorem, non ſic autem quando vir dotat vxorem, cum ea dos ſit vxoris ſoluto matrimonio, ac proinde non eſt mirum, ſi vxor poſſit conſtante matrimonio viro dotem conſtituere, non tamen liceat viro vxorem dotare: ſed reſpondetur valere dotem & dotis augmentationem à marito factam vxori conſtante matrimonio, quando non eſt ſimplex dotatio, & facta ex mera liberalitate, ſed ex alia cauſa iuſta, *vt ſuprà* probatum eſt. Nouellus *d. priuil.* 14 *num.* 2. *verſic. adde etiamſi initio* dicit, quod *in dicta lege, conſtante*, videtur probari, quod ſi vir recepta dote ab vxore à principio matrimonij abſque eo quod non fecerit eidem donationem propter nuptias, quia mulier de ea non lucrauerit, ſi tamen poſtea conſtante matrimonio & dote habita ipſe vir donat vxori propter nuptias, licet tunc non teneretur, valet talis donatio, quin etiam addit, quod ſi aliter vir nō exprimeret ſe propter nuptias donare, hoc præſumeretur, propter ſubiectam materiam, iuxta *l. quod autem, ff. de iure dotium*, & tradita *ſupr. num.* 110. quod certum videtur, vbi obſeruaretur donatio propter nuptias vigente diſpoſitione iuris ciuilis, vel ita habente ſtatuto vel conſuetudine, vbi verò non vigeret obſeruatio donationis propter nuptias, idem Nouellus addit quod dicendum fortè eſſet contrarium.

Dictum autem eſt, dummodo dos à muliere conſtante matrimonio conſtituta non excedat habito reſpectu ad onera matrimonij & qualitatem viri, nam ſi foret exceſſiua, non valeret quoad exceſſum, quia eſſet ſimplex, & pura dotatio: ita poſt alios Nouellus *dict. priuil. 14. numero ſecundo, & d. priuil. 8. num. 1. & 3.* & Sanchez *d. diſp. eodem n.* 1. 178

Quarto, vbi mulier diues ante contractum matrimonium dotem viro conſtituiſſet & in loco non eſſet obſeruantia donationis propter nuptias à lege inducta, virque eam non teneretur facere, licet quoque videri poſſit mulierem poſt contractum matrimonium non poſſe eandem dotem viro augere, quòd in augmento non videatur ſubeſſe eadem ratio, quæ in dotis conſtitutione, ex quo tunc vir magis videtur tractare de lucro, quàm de damno propter onera matrimonij, nihilominus pariter dicendum eſt, mulierem conſtāte matrimonio augere poſſe dotem à principio conſtitutam, ſi non fuit congrua, ſed parua, & non ſufficiens pro oneribus matrimonij, aut non condigna qualitati mulieris & viri, ita expreſsè Baldus Nouellus *d. priuilegio* 14. *numer. ſecundo, d. priuil 8. numer. ſecundo, & tertio*, id concludens *ex dicta leg. ſi conſtante*, generaliter & indiſtinctè dotem ante matrimonium conſtitutum poſse per mulierem augeri: probatur ex traditis *num.* 117. hæc enim augmentatio non eſt ſimplex & pura donatio, ſed fit in recompenſationem onerum matrimonij, vtque dos ſua ſit congrua, & ſufficiens pro oneribus matrimonij ſuſtinendis, vnde etiam vir non efficitur cōpletior ex quo totū augmentū debet conſumere pro ipſis oneribus matrimonij. Quin etiamſi dos à principio erat congrua ad ſupportandum onera matrimonij, tamen non erat congrua reſpectu conditionis ipſius viri, fortè quia erat 179

congrua reſpectu conditionis ipſius viri, fortè quia erat vir nobilis, & magnæ conditionis, ita quod ea ſua conditio, & dignitas requirebat maiorem & nobiliorem dotem, poſſe mulierem etiam in hoc caſu conſtante matrimonio augere viro dotem vſque ad quantitatem congruam dignitati & merito eiuſdem viri, tradit idem Baldus Nouellus *de dote, p. 7. dicto priuilegio* 8. *num.* 3. quia dos congrua ſeu congruitas dotis conſideratur non ſolum habito reſpectu ad menſuram onerum matrimonij, ſed inſpecta conditione perſonæ mulieris & dignitate viri, iuxta *l. 9. ff. de iure dotium*, & in præcedentibus capitibus ſæpe dictum eſt, ac proinde ſi dos ab initio conſtituta viro non fuit congrua illius dignitati, poteſt valide ab vxore augeri vſque ad congruitatem: nam ex tali augmento vir non poteſt cenſeri completior, ſuppoſito quod à principio tantam dotem meruiſſet ab ipſa muliere: & id maximè aſſerendum, ſi vir à principio fuit contentus illa minori dote ſibi incongrua, quia nouerat mulierem carere facultatibus idoneis, nec poſſe ampliorem dotem dare; & conſtante matrimonio eidem mulieri ex aliqua ſucceſſione ſuperueniſſent aliæ facultates; eo enim caſu mulierē poſſe poſt contractum matrimonium augere dotem vſque ad dignam congruitatem, habito reſpectu non ſolum ad onera matrimonij, ſed & ad dignitatem viri, qui inde non poſſet dici factus locupletior, cùm tantam dotem ab initio mereretur, nec fortè ſine tanta dote mulierem in vxorem duxiſſet, ſi ei non fuiſſent facultates idoneæ ad tantam dotem: & idem augmentum dotis rectè dici poteſt à muliere factum in recompenſationem beneficij accepti à viro, qui eam ſine dote ſibi congrua acceperat in vxorem. Vnde tale augmentum non eſt ſimplex, & pura donatio (quæ ſola eſt prohibita inter coniuges) ſed ex cauſa remunerationis & compenſationis. Quod ſi per tale augmentum conſtante matrimonio factum conſiſteret tota dos ſuperexceſſiua, tam reſpectu onerũ matrimonij, quàm reſpectu conditionis mulieris & viri, ille exceſſus tanquam ſimplex donatio non valeret, niſi maritus vxori faceret æquiualentem donationem, vt notauit idem Nouellus *d. priuil.* 8. *num.* 3. & dixit etiam cum aliis Sanchez *d. num.* 1.

Promiſſio dotis per metum facta eſt nulla, dos tamen arbitrio boni viri ſoluenda eſt marito.

180 Ex dictis colligitur, quod licet mulier per metum dotem promiſerit, ea promiſſio ſit ipſo iure nulla, nullam obligationem inducens, *l. ſi mulier* §. *ſi dos ff. quod metus cauſa*; mulier tamen conſtante matrimonio poteſt viro dotem congruam conſtituere, imò vt & Io. Boſcheius *de legit. nuptiis lib. 6. num.* 46. notauit, & alios plures allegans Baldus Nouellus *de dote p. 6. priu.* 39. cum vir culpæ expers ſine dote manere non debeat propter onera matrimonij, quæ tenetur ſuſtinere, dos congrua ei arbitrio boni viri erit ſoluenda, iuxta *l. cum poſt*, §. *gener ff. de iure dotium*, & *l.* 3. *Cod. de dotis promiſſ.* & tradita ſupra hoc cap. *num.* 116. & Baldus Nouellus cum aliis contra Bartolum *in d.* §. *ſi dos*, aſſerit promiſſionem dotis per metum factam eſſe nullam, etiamſi facta eſſet per expreſſam ſtipulationem. Addendum quod ſicut promiſſio dotis metu facta à muliere eſt ipſo iure nulla, ita etiam eſſe ipſo iure nullam promiſſionem dotis factam per dolum incidentem etiam non dantem cauſam dotis contractui, tradit Baldus Nouellus *dicta p. 6. priuil.* 40. & *priuil.* 45. *num.* 2. etſi dos ſit ſoluenda congrua arbitrio boni viri, facit *l. ſiue generalis in princ. ff. de iure dotium*, & etiam dicitur *d.* §. ſi dos, quia dolus velatus ait Baldus Nouellus plus ſolet inficere, quàm ipſe metus, cum metus etiam cadens in conſtantem virum regulariter iure ciuili non reddat contractum ipſo iure nullum, ſed reſcindendum actione *quod metus cauſa*, eo quod voluntas coacta ſit voluntas *l. fin.* §. *ſi mulier, ff. quod met. cauſ.* & toto eodem titulo; dolus verò aliquando ipſo iure annullat, vt habetur *l. & eleganter, ff. de dolo malo.* Neque obſtant *l. vnica Cod. ſi aduerſus dotem*, & *l. ſi ex cauſa* §. *in dotis ff. de minoribus*, dicentes dari reſtitutionem in integrum mulieri deceptæ in dando maiorem dotem vltra dignitatem viri, aut vires patrimonij; & ſic contractum non eſſe ipſo iure nullum, quia intelliguntur in decepta ſua facilitate & imprudentia, vt infra *num.* 128.

Mulier volens nubere pro dote viro conſtituenda an poſſit ſuum debitorem ad certum tempus cogere, vt ſibi pecuniam debitam ſoluat ante tempus.

Quæſitum nonum, an mulier ſuum debitorem ad 181 certum tempus poſſit cogere ſibi pecuniam ſoluere ante tempus, ſi velit nunc nubere, & non poſſit hoc commodè facere, niſi ſtatim illam pecuniam habeat, quam viro volenti eam ducere in vxorem det in dotem, v. g. habet mulier pecuniam in contanti in bancho mercatoris ſoluendam ſibi in certo tempore, & vult, & expedit ei nunc nubere; & non poteſt commodè, niſi habeat incontinenti illam pecuniam dandam viro futuro in dotem, an poſſit mulier exigere incontinenti, & ante diem illam pecuniam à debitore, deducto vel ſoluto interuſurio medij temporis? Reſpondet affirmatiuè Baldus Nouellus *de dote parte* 8. *priuil.* 27. & ita videtur ſentire etiam Baldus *in l.* 2. *ad finem Cod. de cond. ex lege*, dum ait, quod ibi dicitur de fiſco, quod vrgente publica neceſſitate poſſit exigere à ſuis debitoribus ante diem ſoluto interuſurio medij temporis, dicendum eſſe etiam in dote. Probatur igitur reſponſio ex eodem Nouello: primo quia licet ante tempus, ſeu diem exigi debita non poſſint *l. ſi mandauero* 22. *ff. mandati, l. cum qui Kalendis* 41. & *l. continuus* 137. §. 1. *ff. de verb. oblig.* cum dies ſolutionis ſit magna pars obligationis, *l.* 1. §. *editionis ff. de edendo*, Pichard. *in inſtit. lib.* 4. *tit. de actionib.* §. *ſi quis agens, n.* 21. & plus petatur cum is, cui debetur in diem vel ſub conditione, petit antequam dies veniat vel conditio exiſtat *Inſtit. de action.* §. *plus autem tempore*, & dici adiectio pro reo ſit & non pro ſtipulatore, *l. cum qui* 41. *ff. de verborum oblig.* & aliis iuribus à Pichardo *n.* 22. relatis: tamen fiſcum ex ſpeciali fauore ſibi à iure conceſſo, quando vrget aliqua publica neceſſitas poteſt à debitoribus ſuis exigere ſuum creditum, & etiam à debitore ſui debitoris deducto, vel ſoluto interuſurio medij temporis *d. l.* 1. *C. de cond. ex lege*, & per textum ibi tradunt *ibidem* Gloſſa finalis, Azo, Albertus, Salicetus, Baldus, & alij *ibidem ſcribentes*, Alexander, & Iaſon. *in l. pecunia, num.* 9. *ff. ſi certum petatur*, Hippolytus *ſingulari* 355. Gabriel *lib.* 2. *comm. concl. tit. de dilat. concluſ.* 1. *n.* 17. Ægidius Boſſius *in ſuis tract. variis, titulo de fin. & eius priuilegiis, numer.* 35. Peregrinus *de iure fiſci libro ſexto, titulo ſeptimo, numero* 21. Martinus Laudenſis *eodem tractatu, quæſt.* 25. Surdus *de alimentis titulo octauo, priuilegio* 77. *numero nono & decimo*, & alij apud eoſdem, & Auguſtinum Barboſam *collect. ad d. leg.* 1, *n. tertio.* nam etſi *dicta lege* 1. expreſſe dicatur tantum, quod poteſt fiſcus debitorem ſui debitoris ante diem conuenire, à fortiori poterit proprium debitorem, vt iuxta eundem textum inferunt iidem Doctores, & alij apud

eoſdem

codẽ:ergo etiam mulier ex ſpeciali fauore dotis, & matrimonij contrahẽdi poterit à ſuo debitore pecuniam ſibi debitam exigere ante diem, deducto vel ſoluto interuſurio medij temporis, vt poſſit conſtituta viro dote incontinenti nubere, ſi illi vrgeat nubendi neceſſitas, ſeu ſine incommodo notabili non poſſit abſtinere à tali matrimonio ſtatim contrahendo, cum paribus paſſibus quoad fauorem ſpecialiorem, ſeu priuilegia ambulent mulier reſpectu dotis, ſeu dos & fiſcus, vt habetur *in lege dotis, Codice de iure dotium, & in l. 2. Cod. de priuilegio fiſci.*

182 Hanc probationem deductam *ex d. l. 1. C. de condictione ex lege* contra Nouell. approbat P. Barboſa *in d. p. 7. n. 1. ff. ſol. matr.* aſſerit enim *ibid. in d. l. 1.* non diſponi generaliter, quod fiſcus ante diẽ poſſit exigere omnes debitores fiſcales ob vrgentẽ publicã neceſſitatẽ, ſed restrictè & limitativè, nempe quod debitores principales, ſeu ex cauſa principali (qui vero dicãtur & ſint primipiliares, & quid ſit primipilum, explicatur *inf. n. 185. & 186.*) vigente publica neceſſitate poſſit fiſcus cogere vt ante diem ſoluant deducto interſurio medij temporis, vt videtur ex litera textus (inquit) conſtare, & tradidere Cuiacius *lege 3. in fine, C. de primipilo, lib. 12.* & antea Cynus *l. vnica §. exactio 69. Cod de rei vxor. actio.* Rodericus Suarez *in l. poſt rem iudicatam, in declaratione legis regni, limit. 7.* Durandus *in Pandectis, in paraphraſi ad titulum de condict. ex lege,* & Bernardus Vvalterus *lib. 1. miſcellaneorum.* Cum igitur quod diſpoſitum eſt *in d. l. 1.* non procedat generaliter in debito fiſcali, ſed tantum in debito ex cauſa primipili, non debet (infert idem P. Barboſa) fieri extenſio ad cauſam dotis, quia cauſa (ſubdit idẽ Barboſa) primipili doti præfertur, *l. vtilitas, Cod. de primipilo, lib. 12.* vbi fiſcus creditor ex cauſa primipili, ſeu pro officio, & adminiſtratione primipilatus præfertur vxori in obitum mariti primipilatus adminiſtrationis bonis, etiam per eam in cauſam dotis traditis, licet mulier quoad hypothecam eſſet anterior tempore, & tradunt alios allegantes Couarruuias *var. reſol. lib. 1. cap. 16. num. 6. verſiculo minus obſtat, d. lege ſatis.* Capicius *deciſ. 129. num. 14. & ſeqq.* & Peregrinus *de iure fiſci, d. lib. 6. tit. 6. n. 42.* vbi aſſerunt *in l. ſatis, Cod. quibus ex cauſis pignus, & hypotheca contrahitur, d. lege vtilitas,* eſſe ſpeciale ius conſtitutum in cauſa primipilari, vt etiam bona adminiſtratori primipilatus, ſeu rei primipilaris data in dotem ab vxore pro huius muneris, ſeu officij adminiſtratione hypotheca tacita ſint affecta, & fiſcus ipſi vxori præferatur. Verum cõtra eundem Barboſam licet *dict. lex 1. Cod. de condictione ex lege,* expreſsè loquatur in debito fiſcali ex cauſa primipili, nihilominus eiuſdem legis diſpoſitionem extendi, & procedere generaliter in quocumque alio debitore fiſci vt propter publicam neceſſitatem cogi poſſit ante diem ſoluere deducto interuſurio medij temporis, ſentiunt DD. communiter. Gloſſa, Azo, Albericus, Salycetus, Alexander, Iaſon, Baldus, Hippolytus, Gabriel, Boſſius, Surdus, Peregrinus, Auguſtinus Barboſa *locis ſuprà allegatis,* & alij communiter *ab iiſdem* relati. Vnde ſecundùm præfatam doctrinam illius Gloſſæ *finalis, & præallegatorum DD ex d. l. 1.* deductam, ſi ex aliqua pragmatica ſanctione [*vt in l. 23. titulo 9. lib. 9. compilationis in Hiſpania,*] ſtatutum ſit, gabellam & alia regalia tributa ſoluenda eſſe à conductoribus in anni curſu per tres partes, poterit fiſcus vrgente neceſſitate publica exigere ante diem illa debita à conductoribus ſoluto interuſurio medij temporis.

183 Quare ex traditis duobus *numeris præcedentibus,* reiicienda eſt doctrina, ſeu ſententia præfati Antonij Pichardi *in dict. titul. de actionibus, allegato §. ſi quis agens, numero 58. fine, & numero 59.* aſſerentis, quod licet fiſcus habeat ſingularia priuilegia, præſertim ratione primipili contra eiuſdem primipili debitores, vt conſtat *ex d. lege ſatis, dicta lege vtilitas, & toto titulo de primipilo, Cod. libro 12.* tamen non habet illud priuilegium, vt contra regulam generalem *dicta legis ſi mandauero, & aliorum textuum ſuprà numer. 181.* initio probationis reſpõſionis Baldi Nouelli adductam, quod ante tempus exigere non poſſit debitorem ſuum quemcunque, vel etiam ex cauſa primipili conuenire ante tempus, & ad *dictam legem 1. Codic. de condictione ex lege,* vnicum fundamentum doctrinæ in vtroque *præcedenti numer.* traditæ reſpondet Pichardus, fiſcum ibi non exigere debitum ante tempus, quia eius debitor purus, & præſens erat; neque obſtare ait, quod fiſcus ibi egerit contra debitorem ſui debitoris ante diem, quia cum eius debitor eſſet effectus non ſoluendo, rectè potuit recurrere contra debitorem ſui debitoris, vt habetur *Codice quando fiſcus vel priuatus, lege ſecunda & duabus ſequentibus,* in quibus probatur, quod fiſcus poteſt agere contra debitorem ſui debitoris principalis excuſſi, & qui non eſt ſoluendo: id quod pariter per eadem iura tradunt Peregrinus *de iure fiſci lib. 6. titul. 7. numer. 25. & 26.* Surdus *conſ. 4. num. 1. & 4.* & poſt alios Auguſtinus Barboſa *Collectaneo ad legem ſecundam, 3. & 4.* Nec debuit, inquit Pichardus, fiſcus expectare diem ſolutionis, ideoque debitor fiſci nõ poſſit in eius præiudicium bona ſua vendere, vel alienare, neque pecuniam inſolutum alteri tradere, vel alia ratione credere, cũ omnia eius bona tacitè ſint fiſco obligata, *lege 3. Cod. de priuil. fiſci, & lege certum 2. Codic. in quibus pignus, &c.* atque adeo fiſcus ſuo volens vti priuilegio ea bona, aut pecunias à debitore ſui debitoris auferre potuit, *lege pecunia, Codice de priuilegio fiſci,* Boſſius *dicto titulo de fiſco, numer. 34.* & Coſta *libro ſecundo ſelect. capite 15.* Addit idem Pichardus ad maiorem confirmationem ſuæ ſententiæ, & præfatæ ſuæ interpretationis *dict. leg. 1. Codice de condict. ex lege,* ibi condictionem non dari fiſco, ſed debitori fiſcali, quod dicit conſtare ex textu, eo quod proinde ibi cognoſcit Præſes prouinciæ. Nam alius inter fiſcum, & priuatum, ipſe ſolus non cognoſcit, niſi vnà cum Procuratore Cæſaris *lege 2. Codice ſi aduerſus fiſcum,* & ita *d. l. 1. Codice de condict. ex lege,* fiſco actio vtilis tantum competit, ſed debitori fiſcali actio, ſeu condictio directa, vt ante diem à ſuo debitore petat, ex Cuiacio *ad dictũ titulo Codicis de cõdict. ex lege:* ita Pichardus, cuius ſentẽtia ſeu interpretatio *dicta lege prima,* nihilominus nõ eſt recipienda, vtpote cui apponitur communis ſenſus iuriſperitorum, tum eorũ, qui *ſuprà n. 181.* relati ſunt, ex dicta lege concludentiũ fiſcum vrgente neceſſitate publica, poſſe ante diẽ agere cõtra ſuũ debitorẽ, & debitoris debitorẽ, tum eorũ, qui *n. 182.* ſunt allegati, aſſerentium *dicta lege prima,* ſpeciali fauore primipili conceſſum, vt fiſcus debitorẽ ſuum, & etiã primipili, & eiuſdem debitorem pariter ante diem conueniat ob vrgentem publicã neceſſitatẽ, nec credi debet, tot doctiſſimos viros cæcutiiſſe circa intellectum eiuſdem legis. Neque etiam vrget illa pendentia, qua Pichardus nititur probare fiſcum ibi non exegiſſe debitum ante tempus, quia eius debitor eſſet purus, & præſens, & non ad diem, quæ nõdum aduenisset; nam hoc eſt diuinare, cum ex *dict. legis 1.* textu non conſtet, & quia non exegerit debitum ante tempus expectandum, quia non exegit ab ipſo debitore, ſed à debitoris fiſcalis debitore, quo caſu non tenebatur expectare diem, eo quod in præiudicium eiuſdẽ fiſci, ſuus debitor non poterat bona iam tacitè eidẽ fiſco hypothecata alienare, & credere alteri; nam etiam contra hoc eſt, quia potuit debitoris fiſcalis debitor cõtraxiſſe debitum ex cauſa proueniente ab eodem debitore fiſcali, antequam ſuſcepiſſet adminiſtrationem primipilatus, ſeu ærarij publici, & velle dicere contrarium,

eſset diuinare; ſecundò, ſi bona à debitore fiſcali tradita ſuo debitori eo tempore, quo fiſcus ante diem conuenit eiuſdem debitoris fiſcalis debitorem, fuiſsent penes eũdem debitorem fiſcalem, qui eo tempore non teneretur ſoluere fiſco, ſed poſt certum aliud tempus, vel fiſcus potuiſset ante diem ſeu illud certum tempus, conuenire eundem debitorem fiſcalem, vel non, ſi poterat, iam vera eſt cõmunis ſentẽtia, & interpretatio, ſi non poterat, ergo nec ante illud certum tempus præfixum debitori fiſcali ad ſoluendum, poterat fiſcus conuenire debitorem ſui debitoris, quia cum tunc ipſe debitor fiſcalis non teneretur ſoluere, nec tenebatur eius debitor pro eo ſoluere, poterat conueniri à fiſco, qui tunc tantum poteſt conuenire debitorem debitoris, quando ipſe debitor principalis tenetur ſoluere, & non eſt ſoluendo, *l.1. & 4. Codic. quando fiſcus, vel priuatus*, Surdus *dict. conſ.4. n.4.* Peregrinus *loco alleg.* & Auguſtinus Barboſa *collect. ad dictam leg.4.n.1. & 2.* & apud eum Rodericus Suares. Neque poterat dici non ſoluendo debitor fiſci, qui habebat nomen debitoris contra quem licet non poſſet ante diem agere pro ſolutione debiti, tamẽ poterat illud nomen vendere, & ex pecunia retracta ſatisfacere fiſco, ſi dicat Pichardus, quod ibi debitor debitoris fiſcalis fuit conuentus, & iã aduenerat dies conſtituta ipſi debitori fiſcali ad ſoluendum, iam dictum eſt hoc eſſe diuinare. Denique ſi *in dicta. l.1.* fiſco conceſſa eſt actio ſeu condictio directa debitori fiſcali cõtra ſuum debitorem ante tempus fauore fiſci, multò magis debet cenſeri eadem actio, & condictio conceſſa eidem fiſco contra ipſummet ſuum debitorem fiſcalem ante aduentũ diei ſolutionis, eadem neceſſitate publica vrgente.

184 Sed redeamus ad eamdam reſponſionem Nouelli quod mulier, quæ alias non poſſet commode nubere, queat cogere mercatorem ſuum debitorem ante tempus ſoluere pecuniam in dotem viro futuro dandam. Quam reſponſionem probat ſecundò ea ratione quod ex quo mulieri prodeſt, ſi pecunia ſoluatur, & mercatori non nocet, cum habeat pecuniam paratam, & etiam ſit habiturus ſuum intereſſe lucri ceſſantis propter interuſurium, & ſubſit fauor dotis, & matrimonij contrahendi, rectè poteſt cogi. Hocque confirmat Baldus Nouellus, qui & ſi quis regulariter non tenetur facere quod ſibi non nocet, & alteri prodeſt, quando tractatur de mero lucro, & non de damno euitando per tradita *Inſtitut. de actionibus §. Præterea ſi quis generaliter*, tamen ſpeciali fauore dotis ſecus eſt, vt conſtat ex *lege ſecunda in principio, ff. ſolut. matrimonio.* Vbi dicitur quod ſoluto matrimonio dos ſolui debet vxori, nec cogi poteſt maritus, quando dos ei promiſſa traditur, cogi promittere alteri dotis reſtitutionem, niſi hoc ei nihil noceat, ſecus ſi incommodum ſuſpectum habeat, ex quo Gloſſa, & alij ſcribentes *ibi* (vt notat Barboſa *in dicta lege ſecunda, in ſecunda parte, ſeu in ſecunda principali concluſione, numerò 19. verſiculo ex quo communi intellectu*) aiunt colligi quod tempore dotis datæ (licet ab initio dos fuerit ſimpliciter & nullo adiecto pacto ei promiſſa) cogi poteſt maritus promittere dotis reſtitutionem alteri, quem mulier declarauerit, ſeu cui voluerit reſtitui, ſi id marito non nocet, ſeu idem maritus aliquod incommodum ſuſpectum non habet. De quo latè idem P. Barboſa *loco citato, numero ſecundo & 21. vbi verſiculo ſecundo principaliter*, poſt plures alios ait pariter colligi, quod licet regulariter debitor maritus non poſſit alteri delegari, etiam ſi nullum incommodum ſuſpectum habet, idve nil ei nocet *lege prima, & leg. neque creditoris, Codice de nouatio.* tamen ſpeciale eſt in dote, vt maritus debitor poſſit alteri delegari, ſi id nil ei noceat, ſeu nullum incommodum ſuſpectum habeat, vt Nouellus *de dote p.9. priuil.28.* & alij relati ab eodem Barboſa. Qui quoque *eodem numer. 21. verſiculo & huius*, dicit huius ſpecialitatis rationem eſſe, quia in dote obſeruatur id, quod æquum, & bonum eſt *lege eas, ff. de capitis diminutione, & lege iure ſuccurſum §. fin. ff. de iure dotium.* Æquitas autem dictat quem debere facere quod ſibi non nocet, & alteri prodeſt, vt expreſſe habetur *l.2. §. item verum, ff. de aqua pluuia arcenda*, etiam fauore religionis procedere eandem regulam, ſeu ſpecialitatem, quod quis cogatur facere quod alteri prodeſt, & ſibi non nocet, tradidit Bartolus *in d. l.2. ff. ſoluto matrimonio*, per textum *in l. ſecunda §. penul. & in l. ſi quis ſepulchrum ff. de religioſis & ſumptibus funerum*, imo non ſolum fauore ſpeciali dotis & religionis, ſed generaliter procedere, vt quis officio iudicis cogi poſſit facere, quod illi non nocet, & alteri prodeſt, tradidere (vt notauit *d. part.8. priuil. 27. numer. 2.*) & alij præſertim Gloſſa *in d. §. penul.* ad id allegans *l. ſi quis domum in principio, ff. locati* & Gloſſa etiam *in l. ſi ſui ad fin. de ſeruit.* & Bartolus *in eodem §. pen. d. l.2. ff. de relig. & ſumpt. fun.* & clare facit *d. §. item verum l.2. ff. de aqua pluuia arcenda.* Vbi dicitur expreſſe id fundari in æquitate, quæ ſuggerit, vt quis faciat quod illi nocet, & alteri prodeſt. Igitur mulier ante tempus, vt poſſit nubere, poteſt cogere mercatorem debitorem habentem paratam pecuniam, quam ſine ſuo nocumento poteſt ſoluere deducto ſeu ſoluto intereſſe, ſeu interuſurio medij tẽporis; vel quia ſpeciale ſit in dote ſicut in fiſco, vel etiam quia ſit regulare, vt quis faciat, quod ſibi non nocet, & alteri prodeſt, & maxime quia in caſu, de quo agimus, videtur mulier prætendere intereſſe, ne damnum ſubeat, ſi tunc ob defectum dotis conſtituendæ, vel deberet manere innupta, vel non poſſet congruenter, & decenter nubere; quia forte tunc inueniebat virum ſibi condecentem, & vbi non haberet de præſenti ſuam pecuniam, remaneret fruſtrata, & priuata tali ſpe: prædicta *de dicto quæſito 8.*

Primipilus quis dicatur, qui primipilarij, & quid ſit primipilum.

Remanet explicandum quid ſit primipilum? Couarruuias *lib.1. var. allegato capite 16. num.5.* nomine primipili vtitur genere maſculino, ſed verius videtur ſumi genere neutro, vt notat Antonius Pichardus *in dict. tit. de actionibus, allegato §. ſi quis agens, num. 55.* & quis ſit primipilarius, ſeu primipilus, de qua re Chaſſaneus *in catolog. glor. p.9. conſideratione 20. initio*, Couarruuias *dicto cap.16. citato numer.7.* Capycius *allegata deciſ. 129. à num.10. ad finem*, Peregrinus *de iure fiſci lib.6. titul.6. numer.43.* Pichardus *d. n.57.* & alij apud eoſdem, Chaſſaneus *loco citato*, cum Luca de Pen. *in rub. C. de primipilo, lib.12.* ait quod primipilarius, ſeu primipilus dicitur, & eſt, qui primum vexillum portat ante Regem, vulgo Hiſpanice *Alferez de eſtendar de Real*, & Gallicè *le porteur d'enſeigne & de Guidon*) & dicunt, quod etiam habebat pecuniæ, & ſtipendiorum ſuorum militum adminiſtrationem. Abbas *in capite ex parte, prope finem de conſuetudine*, quem ſequitur Ripa *in leg. priuilegia, n.44. ff. de priuil. creditorum*, dixit primipilarios dici illos, qui deferebant in bello prima pila, ideſt tela, & quod propter magnum periculum, quod in eis verebatur, cum eſſent primi in bello, fuit inducta illa ſpecialitas *dicta lege ſatis, Codice in quibus cauſis pign. tacit. contrahatur & dicta lege vtilitas, Cod. de primipilo, lib.12.* vt ſi ipſi condemnati, quod ſe cum fraude geſſiſſent in officio, nõ habeant vnde ſoluant, poſſit manus extendi ad bona vxoris. Hadrianus Iunius *in ſuo dictionario, ſeu nomenclatore, in nomenclatura dignitatum, verbo primipilus.* Couarruuias *dicto numero ſeptimo*, & Pichardus ex Vegetio *libro ſecundo de re militari, capite 8.* dicunt, quod 185

primipilarius

Primipilarius, ſeu Primipilus apud Romanos erat primus Centurio, caput, & ductor primi ordinis, & totius legionis, ſeu Tribunus militum vulgò *Maeſtro di campo*. Apud Romanos enim, vt latè Couarruuias ex Alexandro ab Alexandro, Tito Liuio, Dionyſio Halicar. & Pomponio Læto aduertit *dicto num.7.* cuilibet legioni ſignum vexillare erat Aquila, & Centurio, qui Aquilæ in legione præerat, primipilus dicebatur & ducebat quadringentos milites, eratque primus legionis centurio, caput, & dux totius legionis, & eius milites primipilarij dicebantur: & cum primipilus erat in legione, primus conſequebatur totius legionis quadringentis militibus quos gubernabat, commoda, donatiua, & ſtipendia ſeruabat, & adminiſtrabat, ea quo ortũ eſt, vt militaris annona primipilum dicta fuerit, vt ex Alciato, Antonio Auguſtino, & alijs notant Couarruuias *dict. num.7.* Pichardus *d. num. 57.* & apud iuriſconſultos dici annonam militarem probat Couarruuias *ex pluribus textibus, in l. officiales, Cod. de Epiſc. & cler. l. 3. C. de primipilo lib. 12. l. ſpeciebus, Cod. de cohortalibus principibus, cornicularijs & primipilarijs, l. non ſolum, §. qui primipilum, ff. de excuſationibus tutorum, & primipilarij,* vt conſtat *ex l. ſed & milites, §. vltim ff. de excuſat. tutor. l. pater §. Iulius, ff. de legat. 3. & l. pater, ff. de adimendis legat.* ducebant, & exercebant primipilum, ſiue primipilarem ſcilicet militarem annonam, & illam diſtribuebant militibus ipſis vt *locis citatis* aducrtũt Couarruuias, & Pichardus, qui ait modo dici procreditores exercitus, vulgò *procreditori, & pagatori dell' exercito, è gente de guerra:* & hanc eſſe veram huius officij, & adminiſtrationis primipilatis cognitionem, reiectis aliorum opinionibus tradit idem Couarruuias *d. cap. 7. verſiculo hac ſanè,* & poſt eum Pichardus *dict. conſ. 57.* ex quibus idem Couarruuias *eodem num. 7.* addit non debere videri mirum, quod fauore rei ſeu cauſæ primipilaris plura ſpecialiter iure ciuili ſint ſtatuta, vt quod ob eam adminiſtrationem bona dotalia obligentur, vt ad ipſas vxores periculum pertineat vniuerſis viri facultatibus exhauſtis, *d. l. ſatis,* & alia ſpecialia quæ habentur *l. 2. 3. & 4. Cod. de primipilo, lib. 12.* quia inquit Couarruuias à militari annona totius exercitus robur, ac nerui, & Reip. ſalus dependeat, & eadem de cauſa fortè DD. *ſuprà num. 182.* allegati ſenſerunt ſpecialiter conceſſum, vt fiſcus debitores ex cauſa primipili, ſeu adminiſtrationis ob vrgentem publicam neceſſitatem cogere poſſit ſoluere ante diem.

186 Verum quamuis olim primipilarij dicerentur adminiſtratores ſtipendiorum militum, & annonæ militaris, hodie ij primipilarij, ſeu primipilatus officium gerere dicuntur primi adminiſtratores ærarij Principis, pecuniarumque fiſcalium, quique pecunias Principi debitas, omneſque Principis introitus colligunt, conſeruant, & adminiſtrant, & Camerarij, ſeu Camerlingi, generales Theſ. aut Depoſitarij Principis appellantur, ita Bal. *in d. l. ſatis, C. in quibus cauſ. pign. tac. contrah. ibidem* Angelus, idem Angelus *in lege prima, Cod. de priuil. fiſci, & in lege aſſiduis, Codice qui pot. in pign.* Martinus Laud. *de fiſco quæſtio. 214.* Franciſcus Parmenſis *d. priuileg. 18.* Capycius *deciſ. 129. à numer. 14. ad finem,* Peregrinus *de iure fiſci libro 6. titul. 6. numer. 43.* & alij relati à Peregrino, & Capycio, & talis dicendus eſt quoque Maſſarius, ſeu Oeconomus Reip. qui Reipub. pecunias colligit quas debere habere ſemper promptas neque poſſe cum eis lucrari, & ſi lucretur teneri in conſcientia lucrum reſtituere, tradit Amaya *libro 10. Codic. titulo 22. de aurì publici perſecutoribus, numero quinto,* poſt Bobadillam *libro quinto polit. capite quarto numero 8.* & Eſcobar. *de ratiocinijs lib. 14. numer. 24.* Propterea iidem Capycius, & Peregrinus poſt Angelum & alios DD. immediate antea relatos Dynum *in capite qui prior, de reg. iuris in 6.* Practicam Papienſem, & alios aſſerunt fiſcum pro huiuſmodi primipilatus credito, ſeu debito Camerariorum, Theſaurariorum, & Depoſitariorum adminiſtrantium publicam pecuniam Principis præferri alijs creditoribus hypothecarijs anterioribus, & etiam vxori in dotalibus bonis, iuxta *d. l. ſatis,* & alios textus *ſupra numer. præcedenti fine,* relatos, quamuis idem Capycius *d. deciſ. 129. fine* referat contra Reginam creditricem ex cauſa huius primipilatus & adminiſtrationis regiæ pecuniæ pro creditore anteriori ex cauſa tutelæ fuiſſe notatum, ſed de his ſatis plura apud eundem Capycium.

Mulier minor, quæ conſtituit, ſeu dedit dotem magnam, & immoderatam viro non congruam eius conditioni, ac dignitati, nec conſuetudini loci poteſt, & debet reſtitui in integrum.

Quæſitum decimum, an mulier minor 25. annis, quæ 187
viro promiſit vel dedit dotem immoderatam, & excedentem dotem congruam iuxta eiuſdem viri qualitatem, & conditionem, ſeu dignitatem, & loci conſuetudinem, poſſit, & debeat reſtitui in integrum aduerſus præfatam immodicam dotem, ſeu dotis cõſtitutionem? Reſpondeo affirmatiuè, traditur *leg. 1. Cod. ſi aduerſus dotem & l. ſi ex cauſa §. 1. ff. de minoribus,* & eſt communis Iuriſperitorum, ita Bartolus, Cynus, Salycetus, Angelus, Baldus, Cremenſis, & ſcribentes *in dicta lege 1.* Ioannes Boſcheius *de legit. nupt. li. 6. numer. 44.* Baldus Nouellus *de dote part. 6. priuileg. 40.* Campegius *de dot. parte 1. quæſtione 32.* Conſtantius Rogerius *de dote q. 3. numer. 2.* Rolandus à Valle *de lucro dotis quæſt. 46.* Phanucius *eodem tract. gloſſa 10. num. 21.* Couarruuias *var. libro 1. capite quinto, num. 8. verſ. rurſus,* Gomez *var. tom. ſecundo, capite 14. numer. ſecund. initio, & in lege 50. Tauri num. 16. fine,* Surdus *de alimen. titulo 9. quæſtione 44. numero 58. & deciſ. 287. numer. 8.* Sfortia Oddus *de reſtitut. in integrum parte ſecunda quæſt. 59. art. 3. numer. 17. & ſeqq.* P. Barboſa *in lege æſtimatis, num. 13. ff. ſoluto matrimonio,* & alij communiter apud eoſdem, & apud Auguſt. Barboſam *in dicta lege prima, numero ſecundo, Cod. ſi aduerſus dotem,* & Fontanellam *de pact. nupt. clauſula quinta, gloſſa 8. parte 8. numer. 3. & tribus ſeqq.* vbi latiſſime agit de hac *qu.* licet enim minor non ſeducta aut doloſe circumuenta omnino ſponte tantam dotem viro indigno conſtituerit & dederit, tamen hoc ea animi imprudentia tali ætati vt plurimum coniuncta prouenit, ac proinde ex hoc capite ætatis, & imperfectionis iudicij æquum, & dignum fuit ipſam in integrum reſtitui *lege verum, §. ſciendum, ff. de minoribus.* Oddus *d. quæſt. 59. numer. 19.* & tacite Surdus *dicta qu. 44. eodem numer. 58* vbi propterea addit, quod vbi mulier minor dotem promiſit, habetur dos pro indiſcreta & immoderata, niſi prius per iudicis ſolertiam diſcuſſum fuerit, an in ea quantitate, vel in eis bonis dotem conſtituere expediret maiori. Oddus quoque alios allegans *dicta quæſtio. 59. numero 18.* & poſt eum Petrus Barboſa *in dicta leg. æſtimatis, numero 24. verſiculo poteſt etiam,* ſi mulier dederit magnam dotem viro, quia ſecundum ſuam dignitatem & diuitias eam merebatur quæ tamen eo tempore habebat paratum, vel de facili reperire poterat alium virum ſibi in omnibus æqualem, qui eam cum minori dotis quantitate accepiſſet in vxorem, aſſerunt eam mulierem in tali caſu tamque læſam debere reſtitui in integrum. Præfatam etiam reſtitutionem in integrum debitam mulieri minori læſæ, vt

ſuprà

te matrimonio agat ſub colore, vel quod tanta dote fuerit dignus, vel ſi indignus, ipſa fuerit læſa, ex quo cum minori dote parem virum repetiebat, nulla ratio (inquit idem Fontanella) patitur eo quod ad poſtua eſſet perpetuum diſsidium inter eoſdem coniuges. Quare num. 16. ex Mietes ait In Catalonia non ſeruari leges Romanas, niſi quatenus ſunt rationabiles, & continent æquitatem, & bonam rationem; quod ex Carolo de Grali. lib. 5. capite ſeptimo, ſubdit, etiam in Gallia obſeruatur, propterea num. 27. & 28. concludit diſpoſitionem d. l. vnica, & ſimilium in hac materia eſſe practicabilem duobus in caſibus. Primo, quando mulier fecit pactum cum marito de lucranda dote, vel illius parte poſt eius mortem, & pactum contineret læſionem, vt tunc mulieris hæredes poſſent intra tempus reſtitutionis poſtulandæ petere reſtitutionem in integrum, vt Gloſſa loco ſup. allegato, Gomez var. tom. ſecund. cap. 14. n. 2. Surdus dec. 278. n. 2. Gratianus diſcep. for. to. 2. cap. 367. nu. 2. Secundos caſus, quando filia patri, vel matri dotanti conſenſiſſet apponi vincola ipſi doti vltra debitum, tunc enim ex ea læſione poſſet mulier minor, ſiue eius hæres poſt illius mortem intra tempus iuris, per beneficium reſtitutionis in integrum, quod minoribus læſis conceditur, contra dicta vincula, & grauamina agere. Prædicta Fontanella. Propter quæ tamen non videtur recedendum à communi ſententia Iuriſperitorum, qui initio huius numeri allegati ſunt, & aliorum apud eoſdem, vt d. l. vnica, & aliorum ſimilium diſpoſitio habeat locum etiam in actibus ab iiſdem Iuriſperitis conſideratis, & ſupra adductis, cui non videtur poſſe obiici, niſi illa ratio diſsidij inter coniuges, veru ſicut huiuſmodi ratio non obſtat, quin mulier pro collocanda dote in tuto poſſit agere contra maritum vergentem ad inopiam, quia id permittit lex l. ſi conſtante, ff. ſolut. matr. & c. per veſtras, de donat. inter virum, & vxorem, & in præcedentibus explicatum eſt, ita non videtur poſſe obſtare, quin mulier minor læſa in conſtitutione immodica dotis agat contra maritum petendo reſtitutionem in integrum quoad exceſſum dotis, cum id illi læſæ permittatur, vnde immerito maritus inde cauſam, ſeu occaſionem diſſidij, & perfidiæ ſumeret, & etiam ratio illa imprudentiæ, & imperfectionis iudicij mulieris minoris reſpectu eiuſdem mariti ſufficiens eſſe debet, vt idem maritus ægre ferat mulieris in integrum reſtitutionem, vt dotis exceſſus abſque debita cognitione, & deliberatione datus eidem reſtituatur, ſeu maneat ſub eiuſdem mulieris libera diſpoſitione. Præterea ſi vir minor læſus, quia accepit dotem modicam, & incongruam ſuæ conditioni iuxta loci conſuetudinem, reſtituitur aduerſus modicam dotem, vt augeatur vt infra hoc cap. n. 191. probatur, & tradit idem Fontanella d. p. 8. n. 5. etiam mulier minor, quæ ex imprudentia, & leuitate iudicij conſtituit viro dotem immodicam debet pariter reſtitui aduerſus dotem immodicam vt minuatur, cum iuſtum ſit, quod æqualitas inter virum, & vxorem ſeruetur. Qua autem ratione poſſit mulier minor ſibi conſulere, ſi agente marito probabiliter timeat eius ſæuitiam, & forte ab eo male tractandam notatur infra n. 193. fine.

Stante ſtatuto quod vir lucretur dotem, mulier minor, quæ dotem immoderatam conſtituit viro, licet non reſtituatur contra ſtatutum, reſtituitur tamen contra dotis conſtitutionem, vt minuatur lucrum dotis.

188 Ex quibus infertur, quod etſi ſtante ſtatuto, quod maritus lucretur dotem, mulier minor, quæ immoderatam dotem viro conſtituit, non poſſit reſtitui directè aduerſus ſtatutum pro diminutione lucri ipſius dotis in perſona mariti l. ſine herede §. Lucius, ff. de adminiſtr. tut. Baldus in d. leg. vnica C. ſi aduerſ. dotem, Campegius de dote part. 5. quæſtion. 11. & alios allegans Rolandus à Valle d. quæſtione 46. Poteſt tamen reſtitui per indirectum, cum eidem mulieri minori competat, & concedi debeat reſtitutio in integrum aduerſus conſtitutionem dotis, & conſequenter ex hoc capite minuitur lucrum dotis in perſona mariti, & ſic per conſequens reſtitutio erit contra effectum ſtatuti, licet non directè contra ſtatutum: ita poſt Baldum loco citat. & alios Rolandus d. quæſt....

Mulieri minori 25. annis, quæ promiſit ſeu conſtituit viro dotem vltra vires ſui patrimonij, an ſuccurratur per reſtitutionem in integrum, vel etiam dotis conſtitutio quoad exceſſum ſit nulla?

Quid verò ſi mulier minor in dotis promiſſione, ſeu 189 conſtitutione facta viro ſit læſa, non quia promiſerit, aut dederit maiorem quantitatem dotis, quam poſtularet dignitas viri, & conſuetudo loci, ſed promiſerit dotem magnam (licet viro tanta, vel maiori dote digno) excedentem vires patrimonij ſui, ſeu maiorem, quam ſoluere, aut præſtare poſſet, attentis viribus patrimonij ſui, quia v. g. non habebat in bonis deducto ære alieno, niſi mille, & promiſit mille, & quingentos, an tunc mulier minor debeat reſtitui in integrum, an ſiue quoad exceſſum vltra vires patrimonij ſit ipſo iure nulla, & reſtitutione in integrum non ſit opus. Reſpondetur, quod l. ſiue generalis, in principio, ff. de iure dot. dicitur talem promiſſionem minoris quoad illum exceſſum non valere ipſo iure, & eſſe nullam per illum textum aſſerunt Baldus Nouellus de dote p. 6. priuil. 41. Mantica de tacitis, & ambig. conuent. l. 12. tit. 21. n. 7. init. Oddus d. q. 59. n. 2. verſ. aut promiſit mulier, & verſic. ſequent. ſiue minor curatorem habens eam dotem exceſſiuam abſque curatoris authoritate, ſiue cum eius conſenſu: & Doctores, quos ſupra c. 3. n. 208. verſic. ſed quid allegatis. At vero l. ſi ex cauſa § in dotis, ff. de minorib. dicitur, quod mulieri præfatæ, quæ vltra vires patrimonij, vel totum patrimonium in dotem dedit, ſubuenitur reſtitutione in integrum, & per d. Textum eam minorem reſtitui in integrum aſſerunt Mantica d. n. 7. verſ. ſed cum adulta, Couarruuias loco ſuprà n. 187. relato, plures alij Doctores, Sfortia Oddus dict. num. 20. verſ. quia creditur curator: & idem dicere videtur Pinellus in l. 2. C. de reſcind. vend. p. 49. num. 12. allegatus à P. Barboſa d. n. 23. qui etiam vniuerſaliter ſentire videtur minori læſæ circa dotem conſtitutam ſuccurri reſtit. in integ. & ita ſentire communiter Doctores innuere videtur Auguſt. Barboſa collect. ad d. l. vnic. n. 2. poſt medium, C. ſi aduerſ. dot. At Merula in emporio iuris ciuilis p. 1. tit. 5. q. 4. n. 5. conciliat Textus prædictos dicens in l. ſiue generalis, ideo promiſſionem dotis vltra vires patrimonij mulieris factam ipſo iure non valuiſſe, quia dolo malo in tam effuſa dotis conſtitutione curator authoritatem ſuam interpoſuit, vt indicat textus ibidem illis verbis: *quoniam leg. rata non habetur authoritas dolo malo facta*, quibus verbis videtur innui, quod ſi dolus curatoris non interueniſſet, promiſſio mero iure valeret, quamuis reſtitutio concedenda eſſet, vt in d. l. ſi ex cauſa, d. §. in dotis.

Porro ſi promiſſio dictæ dotis exceſſiuæ facta ſit à 190 muliere minore cum interuentu, & authoritate tutoris, qui ſciebat non eſſe tantum in bonis mulieris, quantum pro dote promittebatur, tunc valet obligatio quoad præiudicium ipſius curatoris, ipſeque curator

tenetur denuo ſoluere marito illum exceſſum, vt notaui *ſup. d.cap.3. citato numer.* 108. *d.verſ.ſed quid*, & tradunt Doctores *ibidem* relati, & in his terminis expreſſis Baldus Nouellus *d.priuil.*41.& Oddus *d.n.*120. *verſ. quia creditur*, & Mantica *d. numer.* 9. quia tunc præſumetur curator feciſſe vel animo fraudandi maritum, vel donandi mulieri *iuxta legem poſt mortem*, §.1. *ff.de admin.tutor.* Quare talis dolus (inquit Nouellus) curatoris licet adhibitus ſit in fauorem ſuæ minoris, vt forte inueniret maritum ſibi placentem, vel magnæ conditionis, cedet in damnum curatoris, & lucrum mulieris, vt ſic remaneat dotata vltra vires ſui patrimonij.

Mulier minor in pactis circa dotem, & eius lucra læſa reſtituitur in integrum?

190 Si etiam mulier minor in pactis de lucro dotis fuerit læſa reſtituitur in integrum, vt tradunt Baldus *in d.leg. vnic. Cod.ſi aduerſ.dot*, & poſt eum Rolandus *de lucro dotis d.quæſt.*46.Oddus *d.quæſt.*59.*num.*8 & 9. Gomez *var.reſol.tom.*3.*quæſt.*93.*num.*3.& Couarruuias *loco numer.*187.*initio allegato*, dum vniuerſaliter aſſerit minorem læſum circa dotem in contractu matrimonij reſtitui in integrum poſſe, & debere, & probat illa ratio *numer.*187.adducta, ſumpta ex capite ætatis, & imperfectionis iudicij adducta *leg.ibidem allegata*, & conſtat clarè *in l. minor ſe in id* 48. §.*vlt.ff. de minoribus*, vbi habetur regula generalis, quod minor læſa, vel læſus ex pacto circa dotem, quæ ex pactione redditur deterioris conditionis, appoſito, reſtituitur vt pactum tollatur.

Vir, ſeu maritus minori in dotis quantitate, quæ ſit promiſſa, vel accepta notabiliter minor, quam congruat eius dignitati, & loci conſuetudini, vel alio modo læſus in dote, an reſtituatur aduerſus læſionem.

191 Vtrum vero etiam minor læſus in quantitate dotis, quia dos ſibi promiſſa, vel recepta ab vxore ſit modica, & incongrua, v. g. reſpectu ſuæ conditionis, & attenta loci conſuetudine dos congrua erant mille, & recepit valde minus, puta quingentos, aut ſeptingentos, aut octingentos pro dote, forte allectus amoris feruore, vtrum inquam iſte minor poſſit, & debeat reſtitui aduerſus præfatam dotem modicam. Angelus *in d. lege vnic. Codic. ſi aduerſ. dotem*, negauit, prout eum refert Oddus *de reſtitut. in int. dicta quæſtione* 59. *numer. ſecund. verſic.ul. per notata.* At verius affirmant Baldus Nouellus *de dot.parte ſexta, priuilegio* 43. *num. quinto*, & Oddus *d.quæſt.*59. *numer.ſecund. & ſequentibus*, & ita abſque dubio ſentit etiam Couarruuias *loco ſuprà num.*187.*init.allegato*, & Fontanella *de pact.nupt. clauſ.*5.*gloſſa* 8. *part.*8.*num.*30. & pro hac affirmatiua adducitur *d. lex ſi ex cauſa*, §. *dotis*, *ff. de minoribus*, vbi mulier minor læſa in conſtitutione dotis ratione minoris ætatis reſtituitur, vt *ſuprà* dictum eſt: idem ergo dicendum in viro minori, cum in eo militet eadem ratio minoris ætatis obnoxiæ imprudentiæ, & deceptioni, ob quam etiam in aliis læſionibus dotis terminis habilibus, etiam viro minori ſubuenitur, *toto tit. ff.de min.* & fœmina, & maſculus à pari iudicantur *leg.final. C.de indicta viduit.toll.* Accedit præterea fauor dotis, de qua augenda, non minuenda agitur in hoc caſu. Intelligitur autem hæc affirmatiua, vt procedat quando ex parte vxoris, vel eorum qui tenebantur eam dotare, dos augeri poſſet vſque ad congruitatem, ſecus ſi vxor neque ex ſe habeten, neque à patre, aut aliis conſanguineis, alioqui eam dotare obligatis non poſſet habere, vnde dotem illam immodicam poſſet augere, & efficere maiorem, nam eo caſu maritus minor debet eſſe contentus dote modica recepta, ſicut, & quando eadem dos non poſſet augeri, niſi cum nimio damno, & præiudicio aliorum, v. g. ſi eſſent plures fratres, & ſorores, & vna collocata in matrimonium viro minori nobiliori, vel ditiori ipſis cum modica dote, congrua tamen facultatibus mulieris, & fratrum, quæ non poſſet augeri ſine graui præiudicio aliarum ſororum, vel fratrum, cùm alioqui cogerentur mendicare, vel innuptæ, vel indotatæ remanere, tunc enim, vt rectè notauit Oddus *dicta quæſtione* 59. *numero* 12. non competeret reſtitutio in integrum ipſi viro minori ad dotem ſuam augendam, ita æqualitate ſuadente, *leg. ſciendum, ibi non cum, & lucri, ff. ex quibus* cauſis maiores reſtituantur.

Quod dictum eſt in caſu modicæ dotis, vt vir minor reſtituatur, extenditur ad caſum, quando minor pro dote congruè conſtituta accepiaſſet nomen debitoris non idonei ad ſoluendum debitum, ita expreſsè Oddus *d.quæſt.*59. *numero quinto*, poſt Baldum Nouellum *de dote, parte* 12. *numer.*35. loquentem in viro maiori decepto ignoranter circa nomen debitoris, cùm ignorantiæ æquipolleat imbecillitas ætatis, in qua facilè, imprudenter, & minus ſcite quis agit, & facilè decipitur. Extenditur quoque, notat idem Oddus *numero ſeptimo*, ad caſum læſionis viri minoris conſiſtentis vel in difficultate exigendi dotem, vel quia prædia data in dotem erant penitus infructuoſa, vel obnoxia periculo euictionum, vel fluminum, vel concurſionibus hoſtium, vel incommodo aëris peſtilentis: Item extenditur, quando ex pacto circa dotem congruè inſtitutam appoſito redderetur incongrua, & modica, & in caſu læſionis in pacto lucri dotis: ita Oddus *num.* 8. & 101. & probant tradita *ſuprà numero* 191.& textus *in d.L. minor ſe.* 192

Mulieri maiori, quæ ſecluſo metu, & dolo conſtituit viro dotem magnam excedentem in duplum, ſeu vltra dimidium congruæ dotis, etiamſi non excedat vires ſui patrimonij ſuccurritur remedio l.2. Codic. de reſcind. vendit.

Maior difficultas eſt, an etiam mulieri maiori, quæ nullo interueniente metu, neque dolo, tam ex parte mariti, quàm ex parte aliorum, ſiue dante cauſam contractui, ſeu incidente (quibus interuenientib. promiſſio, ſeu conſtitutio dotis per mulierem facta eſſet ipſo iure nulla, vt *ſup.n.*180. probatum eſt, & tradit Bald.Nouel. *de dot.p.*6. *priuileg.* 39.40.& 43.*num.*1.& 2. & poſt eum Faber *libro ſecund ſui Cod. titulo* 22. *definit.vnica*) ſed facilitate, & imprudentia promiſit, aut dedit viro dotem amplam, & magnam, etſi non excedentem vires ſui patrimonij (quod v.g. eſſet valde pingue) ſed tamen notabiliter excedentem congruitatem dotis reſpectu conditionis, & qualitatis viri, & conſuetudinis loci, poſſit, & debeat ſuccurri ad dotis diminutionem reſtitutione in integrum, vel reductione dotis ad congruam menſuram, ſi læſio in quantitate promiſſa, vel data excederet duplum, ſeu eſſet vltra dimidium cõgruæ dotis, v.g. congrua dos reſpectu conditionis viri, attenta loci conſuetudine erat 200. aureorum, & dos promiſſa, aut iam data excedat, ſeu ſit vltra quadringentos aureos, hoc caſu ſuccurri mulieri beneficio *leg.*2. *Codice de reſcind.* 193

reſcind. vendit. ex æquitate eiuſdem legis, & quod eadem lex 2. habeat locum in omnibus iudicius bonæ fidei etiam in contractu dotis, poſt Gloſſam *in allegata leg. ſi ex cauſa, §. ſi in dotis, ff. de minoribus*, tradunt Baldus Nouellus *de dote, p.6. priuil. 42. & priuil. 43. n. 3. fine*, Phanucius *de lucro dotis, Gloſſa* 10. *n.* 22. Sfortia Oddus *de reſtit. in int. q. 59. n.* 22. alios DD. allegat Fontanella *de pactis nupt. clauſ. 5. Gloſſa* 8. *p.* 8. *n.* 23. licet ipſe minime approbet quoad praxim. Probat etiam Nouell. per textum *in l. iure ſuccurſum, §. fin. ff. de iure dotium*, vbi ſuccurritur tam mulieri, quam viro maioribus læſis circa dotem, & per textum *in lege ſi res, §. 1. ff. de iure dotium.* vbi pariter ſuccuritur mulieri maiori læſæ notabiliter in æſtimatione rei datæ in dotem, & hanc opinionem tenet Cagnolus *in d. lege* 2. poſt plura aduerſus eam obiecta, & aſſignatas differentias inter dotem, & alios contractus *num.* 62. *&* 63. initio, tandem dicit eſſe communem, nec ab ea in praxi recedendum, alios quoque Doctores huius ſententiæ eos ſequens, refert Borellus *in ſum. deciſ. tom. 3. tit. 5. num.* 106. *ad* 202. Aduertit tamen Nouellus *d. priuil.* 42. quod licet in hoc caſu læſionis dotis excedentis duplum ſubſit æquitas, *d. l. 2. Cod. de reſcin. vendit.* reſciſiua contractus, non tamen debet intentari dictum *legis ſecundæ* remedium per modum alternatiuum, ſcilicet vt dos ad iuſtam menſuram reuocetur, vel à contractu dotis penitus diſcedatur; quia ſi matrimonium iam erat contractum, & ſic etiam debet ſuam habere concomitantiam dotis pro ſupportandis oneribus matrimonij, & quia inter partes actum fuit, quod mulier eſſet dotata: licet in quantitate dotis non tanta fuerit læſio, alias à viro poſſet ſperni, & male tractari, vel etiam domo expelli iuxta id quod habetur, *lege fin. Codice ad Velleian.* & ideo idem Nouellus concludit ſolum agi debere, vt dos reducatur ad congruam menſuram. Quamvis Cagnolus *dict. numer.* 62. *verſiculo quidquid*, contra eundem Nouellum aſſerat vniuerſaliter in materia *d. legis 2. Cod. de reſcindenda vendit.* nec eſſe neceſſe libellum alternatiue concludere, ſed ſufficere rem, circa cuius pretium fuit læſio vltra dimidium petere, licet ſit in facultate rei conuenti, quod deeſt iuſto pretio ſupplere, vel rem reſtituere, vt notaui & ego *tom. 3. mor. variarum, titul. 6. numer.* 538. vbi aſſignaui differentiam agendi ad reſtaurationem læſionis remedio *d. leg. ſecundæ, Codice de reſcind. vendit.* & agendi remedio reſtitut. in integ. ſcilicet quod reus conuentus actione *d. leg. ſecundæ*, habet electionem ad ſupplendum pretium, vel ad reſtituendam rem: cum vero agitur per reſtitutionem in integrũ non ſatis eſt ſupplere pretium, ſed cogitur conuentus præcisè rem reſtituere. Quod autem dictum eſt in muliere, procedere ob eandem rationem, etiam in viro maiore decepto ſeu læſo in modo conſtituendæ dotis, quia habuerit minus, quam dimidium congruæ dotis, tradunt iidem Bald. Nouell. *d. priuileg. 43. n. 6.* & Cagnol. *in d. l. 2. Codic. de reſcind. vend. d. n. 62. immediatè ante verſic. quidquid tamen*, vt ſcilicet ex eadem æquitate *d. l. iure ſuccurſum*, loquente etiam in marito (vt conſtat ex illis verbis ſi in dote danda circunuentus ſit alienator) & æquitate *d. l. 2. C. de reſcind. vend.* poſſit iuuari, quo congruam dotem habeat, quod tamen erit intelligendum cum declarationibus traditis *ſuprà n.* 192. in minore læſo ob dotis modicitatem. Quod ſi mulier ex petita diminutione dotis contra virũ timeret probabiliter fore ab eodem male, & cum ſæuitia tractandam, poſſet prius ad ſeparationem thori agere, quam ſeparationem intentare poſſe vxorem quotieſcunque vult mouere litem marito ſuper magna quantitate, puta maiori parte bonorum perſonarum qualitate inſpecta, vt ſic ſeparata non poſſit à marito offendi, nec impediri, quominus agendo ius ſuum proſequatur poſt Cranetam, Couarruuiam, Gutierrez, Ludouicum Lopez, tradunt Sanchez *de matrimonio, libro decimo diſputatione* 18. *numer.* 19. *fine*, & Fontanella *d. p. 8. num.* 20.

Quid ſi mulier maior ſit læſa circa dimidium, an eidem ſuccurratur, vt reducatur dos ad congruam menſuram.

Quod ſi ſecluſo metu & dolo læſio mulieris maioris circa dotis à ſe viro datæ nõ excederet duplũ, ſeu dimidium congruæ dotis, puta quia dos congrua erat 200. aureorum & dedit quadringentos aut minus, eo caſu iidem Baldus Nouellus *dicto priuileg.* 42. *& d. priuilegio* 43. *d. numero* 6. loquens in marito maiore decepto, & læſo circa dimidium congruæ dotis, & Cagnolus *dicto numer.* 62. *paulo ante medium, verſiculo ſi vero non excederet*, cum inquiunt, infrà dimidium iuſti pretij ſit contrahentibus licita, ſeu permiſſa deceptio, *d. lege ſecunda, Codic. de vendit. & lege item ſi pretio, verbo quemadmodum, ff. locati.* In hoc caſu mulier ex ſua facilitate, & imprudentia ſiue metu, vel dolo læſa vltra conuenientiam, & congruitatem dotis ſibi imputare debet, ſicut & vir læſus non vltra dimidium congruæ dotis, inquiunt iidem Baldus Nouellus & Cagnolus, & ita, quod mulieri maiori ex ſola ſua facilitate, & imprudentia, remoto omni metu, & dolo læſæ in ampla quantitate dotis data vltra congruentiam attenta viri dignitate & loci conſuetudine, vbi læſio non eſt vltra dimidium, licet ſit enormis, non ſuccurri aliquo iuris remedio ſentiunt Paulus de Caſtro *in d. lege prima, Codice ſi aduerſus dotem*, Baldus *in dicta lege ſecunda, Codice de reſcind. vendit. num* 20. Pinellus *in d. lege ſecunda, numer.* 12. & alij relati a Petro Barboſa *in dicta lege æſtimatis, numer. 23. v. ſed Pinellus, ff. ſoluto matrimonio*, qui etiam *numer. 24. circa finem, verſiculo Sed licet*, teſtatur hanc eſſe opinionem magis communem, à qua non videtur recedendum. Fundamentum huius opinionis eſt, quia licet mulieri maiori læſæ etiam intra dimidium in æſtimatione rei datæ in dotem, quia minus æſtimatæ ſint, quam eſſet iuſtum pretium, ſeu iuſta æſtimatio, ſuccurratur *dict. leg. ſi res, § primo, ff. de iure dotium*, (de qua re latè poſt alios idem Petrus Barboſa *in d. lege æſtimatis, numero ſecundo fine, & numero* 22.) tamen *dicta lege vnica, Codice ſi aduerſus dot. & d. lege ſi ex cauſa, §. in dotis, ff. de min.* ſolis mulieribus minoribus ex illarum facultate, & imprudentia circa dotis conſtitutionem ſeu in dote danda deceptis, & læſis propter ætatis imbecillitatem ſuccurritur remedio reſtitutionis, in integrum, quaſi eo caſu maioribus non ſuccurratur, & quia ſi competeret remedium ordinarium ex æquitate *dicta legis ſuccurſum, paragrapho fin. ff. de iure dotium*, deberet ceſſare remedium *dictæ leg. primæ, Codic. ſi aduerſus dot. & dict. leg. ſi ex cauſa, §. in dotis*, ſpeciale, & extraordinarium reſtitutionis in integrum, *l. in cauſæ 2. ff. de minoribus.*

Non defuerunt tamen plures Doctores qui mulieri maiori ex ſua facilitate, & imprudentia læſæ in 192
dotis quantitate, licet non vltra duplum, ſeu dimidium ſi læſio ſit enormis, & magna, ſuccurri, vt ad congruam menſuram reducatur (vt teſtatur Petrus Barboſa *in dicta lege æſtimatis, numero* 23.) & præſertim Fulgoſus *in dicta leg. ſecunda, numer. ſecundo, Codice de reſcindenda venditione*, & Baptiſta à ſancto Blaſio *de priuilegio dotis, centuria prima, numero* 18. & probabile putat idem Petrus Barboſa, qui *dicto numero* 23. in principio dicit hanc opinionem videri clarè probatam in text. *d. l. iure ſuccurſum, d. § fi.* loquente propriè (vt aduertit Fulgoſus *loco citato.*) in læſione circa dotem datam, vt indicat idem textus, his comprehenſus

prehenſus verbis, *ſi in dote danda circumuentus ſit alteruter, etiam maiori annis 25. ſuccurrendum eſt, qui ex bono & æquo non conuenit, aut lucrari aliquem cum damno alterius, aut damnum ſentire per alterius lucrum*, Additur confirmatio, quod ratio propter quam maiori læſæ in æſtimatione dotis ſuccurritur *dicta lege ſi res §. primo ff. de iure dotium*, videtur habere locum etiam in læſione in danda dote. Huius ſententiæ etiam videtur eſſe Borellus *d. titulo quinto numer.* 208. *&* 209. vbi ita habetur. Item conſtituitur dos facta, & non facta æſtimatione rerum, ſed ſi in æſtimatione decipitur alteruter (ſcilicet mulier, vel maritus) etiam maior 25. annorum, & ſine alterius dolo, & non vltra dimidium iuſti pretij, ſpeciale eſt in dote, ſuccurrendum eſſe ei, quia ex bono, & æquo non conuenit lucrari cum aliena iactura, vel cum damno alterius, aut damnum ſentire cum alterius lucro, addit Borellus, quod huius doctrinæ meminit Afflictus *deciſione* 170, *numero tertio*. Ad fundamentum contrariæ opinionis ſumptum ex *d. lege prima, Codic. ſi aduerſus dotem*, reſpondetur, ibi non eſſe ſpeciale, vt minori læſæ in conſtitutione dotis longe excedentis viri qualitatem, & loci conſuetudinem ſuccurratur, eo quod idem videatur ſtatutum in maiore ex deciſione, & ratione *d. legis iure ſuccurſum*. Neque obſtare etiam videtur illud, quod vbi competit remedium ordinarium, debet ceſſare extraordinarium reſtitutionis in integrum. Nam hoc etiam competit minori, vtpote tanquam pinguius à lege prouiſum ex Gloſſa *in d. l. vnica, Codic. ſi aduerſ. dotem*, vnde (omiſſis aliis explicationibus *d. leg. iure ſuccurſum*, relatis à P. Barboſa *d. numero* 23. *fine, &* 24. *initio*) quod *d. lege iure ſuccurſum*, ſuccurratur maioribus idem Petr. Barboſa *d. num.* 24. dicit prouenire ex natura actionis dotis, in qua bonum, & æquum præcipue obſeruatur *leg. eas ff. de capitis minut.* & ſic non patitur, vt quis locupletetur cum iactura alterius coniugis, vt expreſſe dicitur eadem *leg. iure ſuccurſum*. Quare cum per eandem legem tantum ſuccurratur, ne vnus ex coniugibus ſit in lucro cum damno alterius, tantum emendabitur id quod ex lucro alter videtur habere, iuxta *leg. ſed & ſi lege, §. conſuluit, ff. de petit. hæreditatis*. At vero in reſtitutione in integrum tantum læſio minoris attenditur, & propter eam res reponitur in primæuo ſtatu, ac ſi nihil factum fuiſſet, vt notatum eſt *numero* 193. *verſiculo vbi aſſignaui, & habetur leg. quod ſi minus, §. reſtitutio, ff. de minoribus*, ac proinde hoc reſpectu reſtitutio in integrum dicitur pinguius prouidere: Ita Petr. Barboſa *d. numero* 24. qui nihilominus dixit à priori ſententia magis communi non eſſe recedendum, cui magis communi non obſtare illud, quod mulieri maiori læſæ in dotis æſtimatione ſuccurratur dixit Cagnolus *in d. leg. ſecund. num.* 62. *fin. Cod. de reſcind. vend.* quia diuerſa ſit ratio in dote: nam maritus (inquit) cui data eſt dos ampla, & magna à muliere maiore, ſi ad aliam modum ea dos reduci poſſet, remaneret deceptus, quia non haberet eam dotem, ſine qua forte non contraxiſſet matrimonium, & vxorem facile poſſet non bene habere. Quare nec æquitas, nec benignitas videtur ſuadere faciendam eſſe præfatam diminutionem ſeu reductionem dotis, etenim quamuis minor dos marito fuiſſet, tamen ipſe dicere poterit de hoc non curate, quia matrimonium non contraxiſſet, niſi cum ea dote, quia ſine culpa, & facto ipſius priuari non debet *l. id quod noſtrum ff. de reg. iur.* ita Cagnolus etſi hæc ratio videtur nimis probare, ſcilicet etiam dotem, quam maritus mereretur non poſſe reduci ad minorem contra diſpoſitionem *dict. leg. vnica Codic. ſi aduerſus dotem*, niſi dicatur *dictam leg. vnicam* procedere, quando minor dolo ſeducta conſtituit dotem amplam vltra congruitatem, vt intelligit *ibidem* Cagnolus, contra tamen intellectum eiuſdem legis, quæ debeat intelligi de minore ſeducta ſolum ex propria facilitate, quæ regulariter, & vt plurimum præſumitur contingere in minore propter imbecillitatem, & imperfectionem iudicis illius ætatis, non ſic in muliere maiore. Ratio igitur differentiæ inter læſionem in æſtimatione rei dotalis, & læſionem in conſtitutione dotis, quoad mulierem maiorem eſſe poteſt, quod æſtimatio non procedit ex voluntate mulieris: at dotis conſtitutio fit ab ipſa muliere, ac proinde merito in læſione æſtimationis, etiam intra dimidium iuſti pretij lex voluit mulieri ſuccurrere, eidem maiori vero ex ſua facilitate læſæ in dotis amplæ conſtitutione citra dimidium, non fuit ſuccurſum, ſed tamen mulieri minori, vt videtur probari *d. leg. vnica Codic. ſi aduerſus dotem, & d. leg. ſi ex cauſa §. in dotis ff. de min.* Quamuis negandum non videatur valde probabile eſſe ſuccurſum etiam mulieri maiori, iuxta deciſionem, & rationem *d. l. iure ſuccurſum ff. de iure dotium*.

Si mulier maior promiſit viro dotem magnam, & excedentem vires ſuarum facultatem, an poſſit conueniri à viro vltra quam poſſit facere?

Quid autem ſi mulier maior promiſerit dotem amplam excedentem vires ſuarum facultatum (licet tanta dote vir eſſet dignus) quam vel in totum, vel in partem non poſſet ſoluere, an ei ſuccurratur, ne poſſit cogi ſoluere, niſi quantum poſſit ſoluere: certum eſt, ſi promiſit ignoranter talem dotem exceſſiuam putans ſe habere tantum in bonis, non poſſe cogi ſoluere vltra vires ſuarum facultatum, & id, quod facere poteſt, vt tradit expreſſe Baldus Nouellus *de dot. p.* 6. *d. priuilegio* 43. & conſtat ex traditis *ſupra hoc cap. n.* 190. *& c.* 3. *n.* 108. *verſicul. ſed quid de curatore*, ignoranter promittente pro ſua minore dotem maiorem, quam ferant vires patrimonij minoris, & ex traditis *cap.* 4. *num.* 96. de patre ignorante defectum ſuarum facultatum, qui promiſit pro filia dotem excedẽtem vires earum facultatum deducta, ne egeret, conſtat etiam ex *l. ex diuerſo, §. 1. ff. ſol. mat.* vbi habetur vxorem non poſſe à marito conueniri ratione dotis promiſſæ vltra quam facere poſſit: Quod quoque tradidere Brunus alios allegans *tr. de ceſſione bonor.* 4. *parte principali q.* 21. & P. Barboſa pariter poſt alios *in l. maritum* 53. *verſic quinto principaliter, & n.* 56. *fine, &* 57 *ff. ſol. mat.* vbi etiam rationem huius priuilegij, vt ratione promiſſionis dotis vxor non poſſit conueniri vltra vires affertur: & idem videtur omnino dicendum, ſi verſemur in dubio an ignoranter, vel ſcienter promiſerit, vt innuit Baldus *d. priuil.* 43. potius enim præſumi debet ignorantia, quam ſcientia ad excludendum dolum. Quare in hoc caſu non poſſet conueniri ratione dotis promiſſæ vltra id, quod poſſet facere item ſi tempore promiſſionis facultates erant idoneæ, & poſtea ſint fortuito, & ſine culpa mulieris diminutæ, non poterit ratione eiuſdem promiſſionis dotis à marito conueniri vltra quam facere poteſt *d. l. ex aduerſo §.* 1. Brunus, & P. Barboſa *locis citatis*, quia ſi in hoc caſu poſſet conueniri vltra quam poſſet facere, nullũ priuilegium contineretur illa *l. ex diuerſo*, nam quando ignoranter promiſſa eſt dos vltra vires patrimonij ſecluſo omni priuilegio ex natura rei nõ obligaretur vxor ad exceſſum dotis vltra vires patrimonij. Quare illud, quod dicitur maritum poſſe expellere domo vxorem dotem non ſoluentem *l. fin. ff. ad Vellei.* iuxta intellectum Iuriſperitorum non habet locum in prædictis caſibus in quibus ſi mulier ſoluat, quatenus facere poteſt, expelli non poteſt, *d. l. ex diuerſo*, & P. Barboſ. *d. l. maritum n.* 58. *verſic. illud igitur*, poſt Aretinum *in l. rei iudicatæ §. ſi ſocero, n.* 7. *ff. ſol. mat.* & Socinum *regula* 258. *numero* 1. 196

Si

197 Si autem mulier maior ſciens defectum ſuarum facultatum viro promiſerit dotem magnæ quantitatis vires facultatum excedentem, quam propterea nouerat ſe non poſſe ſoluere, ſi ſine dolo promiſerit, & vir facile potuerit inueſtigare, & cognoſcere vires patrimonij mulieris, & neglexerit, puto in hoc caſu idem aſſerendum quod in præcedentibus, mulieremque non poſſe cogi ſeu conueniri vltra vires patrimonij à marito, qui ſuæ negligentiæ imputare debet, ſi totam dotem promiſſam habere non poteſt, & dum neglexerit ſcire, an mulier eſſet ſoluendo tantàm dotem, cenſetur fuiſſe contentus ea dote, quam ipſa poſſet ſoluere.

198 Difficultas ergo eſt, an ſi mulier ſciens ſe non habere tantum in bonis, doloſè promiſerit dotem magnam viro tanta dote digno, putà ſciebat bona hæreditate paterna ſibi obuenta eſſe graui ære alieno affecta, vt vir nobilis, & diues tanta dote dignus, quem ſperabat habere maritum, non poſſet, vel ſaltem ſine extraordinaria diligẽtia, habere notitiã præfati æris alieni, promiſerit eidẽ viro dotem tantæ quantitatis, ad quam ſoluendam ſine deductione æris alieni, vir omnia bona ſua, tam paterna, quam materna, vel alia, quæ poſſideret non poterant ſufficere, poſſit propter huiuſmodi dolum à marito cogi, & conueniri vltra quam facere poſſit, & Baldus Nouellus *de dote parte 6. dict. priuilegio 43. num. 3. verſ. ad propoſitum*, negat mulierem poſſe iuuari beneficio ne conueniatur, ſiue exigatur vltra quam facere poſſit, ex quo ſcienter, & ſic doloſè promiſit talem dotem, cum etiam pater filiæ, ſeu ſocer dolum committens, non ſolum poſt dotem promiſſam conſtante iam matrimonio, ſed etiam tempore promiſſionis dotis, promittens ſcilicet dotem pro filia, quam ſciebat ſe non poſſe ſoluere, excluditur ob dolum à priuilegio, ne conueniatur vltra quam facere poſſit, & ne egeat, vt per textum *in leg. final. ff. de iure dotium, & in leg. ſed hoc ita 22. §. final. ff. de re indicata*, tradunt Baldus Nouellus *dict. numer. tertio, verſicul. tamen ſi ſocer*, & plures alios allegans Petr. Barboſa *in dict. leg. maritum, numero 70. fine, numero 71. init.* Quare iidem Nouellus *ibidem*, & Petr. Barboſa *dict. leg. maritum, numer. 71. verſ. denique*, ſubdunt eundem ſocerum doloſum tempore promiſſæ dotis, quam tunc ſciebat ſe non poſſe ſoluere, non ſolum cogi ſoluere vltra quam facere poſſit, tamen ſi non ſupereſſent ei neceſſaria ad vitam ſuſtentandam, ſed etiamſi non eſſet ſoluendo, poſſe detrudi in carcerem circumſcripto beneficio ceſſionis bonorum, iuxta *leg. finalem, §. final. ff. quæ in fraudem creditorum, de quo infrà capite 11. numero 16. & 17.* Quapropter etiam eandem mulierem, quæ doloſè promiſit maiorem dotem viro tanta dote digno vltra vires patrimonij ſui admittere beneficium ceſſionis per textum *in d. leg. fin. ff. quæ in fraudem*, tradit Dynus *inſtitut. de actionib. §. item ſi quis in fraudem*, etſi Nouellus *dicto numero tertio, verſ. tamen tu teneas contrarium*, eo quod illud beneficium detur ad finem, ne quis detrudatur in carcerem, mulier verò pro quovis debito ciuili non poſſit incarcerari, & *in auth. ſed nouo iure, Codic. de offic. diuerſ. iudic.* Addens tamen, quod poſſet expelli à marito, & ei alimenta denegari etiam poſſent ab eodem marito propter dotem promiſſam ei non ſolutam, iuxta tradita *dicta leg. final. Codic. ad Velleianum*, & ſi iure Canonico attento, propria authoritate eam expellere non poſſet, ſed ſolum cum iudicio Eccleſiæ, iuxta notata in *capit. porro, de diuortiis.* Verum non ſolum mulier à marito non poſſet detrudi in carcerem, ſed nec expelli ob eam dotem promiſſam [quam non eſt ſoluendo] non ſolutam, vt alibi dixi. Neque ex *dict. lege final. Codic. ad Velleian.* probatur quod iure ciuili poſſet vxor ob eam cauſam dotis promiſſæ non ſolutæ à viro expelli. Nam ibi ſolum innuitur fore periculum, ne de facto mulier à viro expellatur, ſi dos promiſſa ei non ſoluatur, vt colligitur ex illis verbis textus: *Neque enim ferendum, quare caſu fortuito interueniente mulierem fieri indotatam, & ſic à viro forſitan expelli*, illud videretur marito in tali caſu permittendum, vt minus laute, & digne quoad veſtimenta, ancillas, & cibaria tractaret eandem mulierem, quam ſi dos data ei ſoluta eſſet. Idem dicendum, ſi eidem mulieri ſuperuenirent bona ex aliqua ſucceſſione, teneri eam dotis ſupplementum marito ſoluere, iuxta notata *ſuprà capite 4. numero 86. fine.* Quin etiam ſocerum ipſum, qui ſcienter pro filia promiſit dotem amplam, ſciens tempore promiſſionis, quod non habebat tantum in bonis, vt poſſet tantam dotem ſoluere, non poſſe conſtante matrimonio à genero conueniri, ſeu exigi vltra quam poſſit facere, ſcripſit Gloſſa *in lege finali, Cod. de dotis promiſſione*, & tradiderunt Campegius *de dote part. 3. quæſtione 290. ad finem*, & plures alij à Petr. Barboſa *in d. leg. maritum allegato numero 70. initio* relati, aſſerentes, tunc ſolum excludi ſocerum à tali priuilegio, quando commiſit dolum poſt dotem promiſſam conſtante matrimonio, iuxta regulam *l. ſi quis dolo, § 1. in principio, ff. de re indicata, de quo infrà, capit. 11.* Hactenus *de octauo capite.*

CAPVT IX.

De Promiſſione Dotis.

SVMMARIVM.

Multis modis dos conſtituitur, ſed præcipuè traditione, & promiſſione, ſub quibus duobus comprehenduntur alij modi dotis conſtituendæ, ſcilicet ſtipulatio, pactum nudum, pollicitatio, delegatio debitorum mulieris, acceptilatio, ſimplex remiſſio debiti, n. 1.

Promiſſio dotis fieri poteſt per ſtipulationem, pactum nudum, & per pollicitationem; ibid. fine.

Quid ſit ſtipulatio, & quæ ad ſtipulationem neceſſariò requirantur, qui poſſint ſtipulari, quæ in ſtipulationem deduci, vnde ſtipulatio ſit dicta, quam obligationem, & actionem pariat, & de aliis ad ſtipulationem ſpectantibus latè, n. 2. cum pluribus ſeqq.

Quid ſit pactum in genere, qua ratione differat à ſtipulatione, quem conſenſum requirat, n. 12.

Quid ſit pactum nudum, quæque dicantur pacta nuda, quam obligationem pariat, quibus veſtiatur, & alia de pacto nudo, n. 14. & 15.

Ex pacto nudo, & ſimplici promiſſione de dote ſoluenda per quemcumque marito, vel alteri recipienti pro marito, ſiue cum ſcriptura, ſiue ſine ſcriptura promittatur, oritur efficax obligatio, & datur actio pro dote exigenda, ſpeciali dotis priuilegio, n. 16.

Quæ actio eſt perſonalis, ibid. fine.

Iure antiquo ante l. ad exactionem, Cod. de dotis promiſſione, *actio ex pacto dotis promiſſorio debetur, tamen in tribus caſibus*, ibid.

Pollicitatio quid ſit, quæ differentia inter eam, & pactum nudum, quando ſit pactum nudum, an ante acceptionem pariat actionem, & obligationem tam in foro externo, quam interno conſcientiæ, & alia de pollicitatione, vt diſtinguitur à pacto exactè, & latè, n. 17. ad 43.

Ex pollicitatione, ſeu ſimplici promiſſione dotis facta abſenti mulieri nullo præſente pro ea acceptante, an ſtatim oriatur obligatio, & inducatur actio ad eam dotem petendam, quaſi eadem mulier eſſet ſtipulata, opinio affirmatiua, n. 43.

Negatiua verior, & magis communis, n. 48. & ſeq.

Induceretur , actio ſi promittente in eadem voluntate perſeueronte mulier abſens conſenſura proſtiterit. num. 45.

Mulieri abſenti pro qua ab extraneo dos marito promittitur , vel datur . queritur actio ex ſtipulatu , quaſi ipſa pro ſe eſſet ſtipulata. n. 46.

Et qualiter id ſit intelligendum. ibid.

Si pater pro filia , vel alius pro muliere promiſit dotem marito , actio ad petendam dotem contra promittentem competit marito , non filia aut mulieri , & qua ratione filia ipſa petere poſſit à patre, n. 47.

Mulieri , in cuius fauorem alius promiſit dotem marito , competit actio directa ad petendam dotis ſoluta reſtitutionem à marito , ibid.

Si dote non ſoluta diſſolutum ſit matrimonium morte mariti , an mulier poſſit directè agere contra promiſſorem dotis abſque haredum mariti ceſſione , negatiua de vigore, affirmatiua de aquitate canonica. ibid.

Poteſt agere contra haredes mariti , vt ſoluant , vel cedant. ibid.

Si dos à patre ſit nomine filia legata ſponſo , ſeu genero, filio , & non genero competit actio ad dotem petendam, num. 48.

Ratio differentia quoad actionem inter dotem legatam nomine mulieris, & dotem promiſſam pro eadem muliere. ibid.

In contractibus innominatis regulariter re integra locus eſt pœnitentia. n. 49.

Et mandatum regulariter finitur morte mandantis re integra , & quando durat poſt mortem mandantis , eius hares adhuc re integra poteſt illud reuocare. ibid.

Cum quid datur mulieri , vel marito futuro , vel alteri cauſa futuri matrimonij, vt detur in dotem , vel ſequutis nuptiis dotis fiat adhuc re integra non eſt locus pœnitentia , neque ex capite pœnitentia reuocari poteſt res data, neque etiam ab harede donantis , ſed tantum ex capite cauſa non ſequuta, ſi matrimonium non fuerit contractum , n. 50. & 51.

Dos dicta quo ſit , & qua ratione peti poſſit à dicente. num. 52.

Dos promitti poteſt quibuſcumque verbis ſine ſcriptura, & cum ſcriptura. ibid.

Dictum circa dotem cur obliget ibid.

Per verba enunciatiua quis obligatur fauore dotis. ibidem.

Speciali priuilegio dotis . ex pacto nudo , & ſimplici dotis promiſſione datur actio aduerſus promittentem. numer. 53.

Ex pacto, ſeu promiſſione de dotando an detur actio contra promittentem iuxta diſpoſitionem l. ad exactionem, Cod. de dotis promiſſ. *negatiua,* n. 54. *affirmatiua ,* n. 55.

Priuilegium l. pen. C. de dotis promiſſ. *quod ex pacto nudo dotis detur actio, etſi conceſſum eſt precipuè marito, vtile etiam eſt mulieri, & qua ratione.* n. 56

Dictum priuilegium an hodie etiam locum obtineat , an verò ſtante diſpoſitione l. vnic. C. de rei vxor. act. *quod in quacumque dotis promiſſione fingatur ſtipulatio , ſit inutile, & competat ſola actio ex ſtipulatu, ſententia affirmans non eſſe amplius vtile , & agi poſſe pro dote ſola actione ex ſtipulatu,* n. 57.

Contraria ſententia , & etiam hodie locum habere , & vtramque actionem ſimul marito competere, num. 58.

Nonnulli caſus, in quibus in fauorem mulieris , & mariti pro dote locum habet priuilegium , ſeu remedium l. ad exactionem, Cod. de dotis promiſſione. *ibid.*

Fideiuſſor datus marito pro dote promiſſa fauore dotis obligatur efficaciter ex ſolo pacto nudo , ibidem fine.

Olim mulieri rei vxoria actio dabatur pro repetenda dote marito data , & quando competeret , & ad quas res dotales repetendas daretur, & an bona fidei. transfuſa nunc eſt in actionem ex ſtipulatu, l. vnica, Cod. de rei vxor. act. n. 60.

Marito non competebat , illi hodie competit actio ex ſtipulatu vltra conditionem ex l. ad exactionem, Cod. de dotis promiſſ. *ibid.*

Quatuor ſpecialia fauore dotis à Iuſtiniano conceſſa , l. vnic C. de rei vxor. act. *vt in omni dotis contractu ſubintelligatur ſtipulatio , vt hac ſit bona fidei , & habeat adiunctam hypothecam, vt mulier praferatur cateris creditoribus mariti habentibus anteriorem hypothecam.* num. 61.

Pralatio an intelligatur etiam reſpectu creditorum habentium anteriorem hypothecam expreſſam , ibid. fine.

Quo fuerit cauſa praſata ſtipulationis fingenda in dotis contractu, nulla vel inutili expreſſa ſtipulatione interueniente, n. 62.

Etiam in fauorem fingitur ſtipulatio in promiſſione dotis facta per pactum nudum , & bona fidei. numero 63.

Et extenditur etiam ad donationem propter nuptias, tam fauore mariti, quam vxoris. n. 65.

Actio ex ſtipulatu ex diſpoſitione l. vnic. C. de rei vxoriæ, *competens patri habenti filium in poteſtate eſt bona fidei , etiamſi poſt mortem filio repetat dotem ,* numer. 64. *In extraneo repetente eſt ſtricti iuris ,* ibidem.

Ea actio ex ſtipulatu ita competit patri , vt tamen ſit communis inter ipſum, & filiam. ibid.

Priuilegium pradicta ſtipulationis ficta in contractu dotis tranſit ad quemcumque , ad quem tranſit dos , numer. 66.

Actio ex ſtipulatu ratione dicti priuilegij eſt perſonalis. ibidem.

Pradicta ſtipulatio in dotis contractu reſpectu vxoris , & mariti ſubintellecta , an dicatur , & ſit facta , vel praſumpta, & qua vtilitas, quod ſit facta. n. 67. 68 69. 70.

In fideiuſſione pro dote conſeruanda, vel reſtituenda , fingitur ſtipulatio inducta fauore dotis n. 72.

Actio pradicta ex ſtipulatu pro dote locum habet ſiue certum , ſiue incertum dotis nomine datum ſit , numer. 73.

In muto, vel muta promittente dotem vel dotis reſtitutionem an habeat locum pradicta ficta ſtipulatio, eorumue conſenſus habeat vim ſtipulationis, numero 74. 75. & 76.

Pradicta ſtipulatio l. vnic. Cod. de rei vxor. *an fingatur ſi maritus ad petitionem mulieris promittat reſtituere alteri dotem , aut mulier deleget alterum , & tanquam procurator eius , illam promiſſionem recipiat ,* numero 50.

Ex promiſſione dotis incerta per pactum nudum facta, vtrum detur actio ad petendam dotem , & an in ea fingatur ſtipulatio inducta, l vnic Cod. de dotis promiſſione, *negatiua,* n. 78. & 79. *affirmatiua,* n. 80 & 81.

Duo ſpecialia , qua ex eodem fonte naſcuntur fauore dotis poſſunt ſimul concurrere. n 80.

Dotis promiſſio collata in arbitrium alterius valet , numero 82.

Dotis promiſſio quantum alter fuerit arbitratus , intelligitur commiſſa arbitrio boni viri, n. 5.

Declaratio dotis commiſſa mulieri intelligitur de arbitrio boni viri , ibid. fine.

Quando in promiſſione dotis eius quantitas commiſſa eſt arbitrio alterius , ille quacumque ratione non arbitretur, non aſſignatur promiſſio, ſed recurritur ad arbitrium alterius boni viri , n. 84.

Limitatur ſi fuerit commiſſa arbitrio mariti , & deceſſerit antequam fuerit arbitratus , numero 58.

Si dotis augmentum ſit collatum in arbitriom alterius, an

eo

eo non arbitrante recurratur ad alterius arbitrium, numero 186.

Is, cuius arbitrio dos quoad quantitatem commiſſa eſt, poteſt etiam ſoluto matrimonio arbitrari, n.87.

Si in eius promiſſione dos tota, ſeu eius ſubſtantia conferatur in arbitrium promittentis an valeat, & eo non arbitrante, recurratur ad alterius arbitrium? Negatiua, n.88.

Affirmatiua, n.89.

Si dos, ſeu dotis promiſſio ſit oblata in meram voluntatem promittentis an valeat, & accipienda ſit pro arbitrio boni viri. Negatiua abſolutè, n. 90.

Affirmatiua quoad promittentem obligatum debere ex legis diſpoſitione, & negatiua quoad promittentem alias non obligatum dotare, ibidem verſic. ſecunda ſententia affirmatiua indiſtinctè, n.91.

Si pater promiſerit dare dotem, ſi filia voluerit, quid ſentiendum, ſi filia prius deceſſerit, quam voluntatem ſuam declarauerit, n.92.

Mulier maior 25. annis iuxta diſpoſitionem legis fin. Cod. ad Vellei. poteſt efficaciter obligari pro dote alterius mulieris, nec iuuatur Velleiano, ſiue promittat dotem pro filia, ſiue pro alia coniuncta, ſiue pro extranea, & ſiue ipſa ſit ſui iuris, ſiue filiafamilias, numero 93.

Mulier maior nupta poteſt ſe obligare pro dote alterius mulieris inſcio viro, etiam ſtante ſtatuto, quod vxor non poſſit ſe ſine viri conſenſu obligare, ibidem.

Diſpoſitio dictæ legis finalis, vt mulier maior efficaciter obligetur in caſum dotis alterius mulieris, procedit non ſolum in muliere promittente dotem, ſed etiam in fideiubente pro alio dotem promittente, n.94. & 95.

Eadem diſpoſitio principaliter tollit exceptionem Velleiani, num.96.

Dotis fauore valet fideiuſſio celebrata per pactum nudum, licet alias requiratur ſtipulatio, ibidem.

Diſpoſitio eiuſdem leg. fin. Cod. ad Velleian. an habeat locum in muliere ſe obligante pro dote alterius mulieris promittendo, & intercedendo etiam poſt contractum matrimonium, ſeu iam nupta muliere, pro cuius dote ſe obligat, n.97. 98. 99.

Diſpoſitio eiuſdem leg. fin. Cod. ad Vellei. habet locum in muliere ſe obligante pro dote viro data reſtituenda mulieri, n.100.

An ſe extendat, vt etiam hæres mulieris, vel pater eiuſdem mulieris, ad cuius fauorem alia mulier fideiuſſerit pro dotis reſtitutione poſſit agere contra mulierem fideiubentem ſine obſtaculo beneficij Velleiani, ibidem verſic. an vero mulier.

Eadem diſpoſitio an procedat in muliere ſe obligante ex cauſa donationis propter nuptias, ſeu antefati conſtituti vxori, n.102.

Nouerca an poſſit ſe efficaciter obligare pro marito in cauſam dotis priuignæ, ſeu non communis filiæ, ſiue nouerca intercedat pro marito, ſiue ſimul cum marito dotem pro priuigno promittat. Affirmatiua, numero 103.

Negatiua, & approbata, n.104. 105. & 106.

Si pater, & mater ſimul promittant dotem pro communi filia, an ſolus pater vt principalis obligetur, & mater acceſſoriè, & vt fideiuſſor, an vero ambo pro medietate, vel vt duo correi debendi, ſi ſimul in ſolidum promiſerunt, n.109. ibi quod ambo principaliter obligentur, & n.110.

Vbi quod pater vt fideiuſſor tantum.

Eo caſu mater nomine fideiuſſionis poteſt cogi de ſuo ſoluere dotem, ſed repetit à marito, vel eius hærede, num.110.

Si pater, & patruus ſimul ſe obligarunt pro dote filiæ, patruus ſolum intelligitur interceſſiſſe pro patre, & pater vt principalis debitor, num. 111.

Contra matrem, ſiue vxorem, quæ ſimul cum marito ſe obligauit pro dote communis filiæ, an in bonis dotalibus, ſi non habeat paraphernalia, poſſit fieri exequutio iure communi attento, n.113. & 114.

Et quid iure Hiſpano, l. Tauri 53. n. 115.

Mulier efficaciter promittendo, vel intercedendo in cauſam dotis efficaciter obligatur non adhibita ſolennitate ſtatuti, n.116.

Mulier minor 25. annis pro dote alterius mulieris ſiue promittendo, ſiue fideiubendo non obligatur efficaciter, & iuuatur Velleiano, n. 118.

An omnes maſculi adulti alias ad ſe obligandum ſiue ob defectum legitimæ ætatis ſiue ob aliam cauſam inhabiles ex cauſa dotis eius fauore obligentur, ſiue dotem promittant pro muliere, quam alias non tenentur dotare ſiue fideiubeant pro promittente. Referuntur plures opiniones, & reſoluitur, n.119. ad 129.

Minores habentes curatorem abſque curatoris authoritate non obligantur ex cauſa dotis, cum curatoris authoritate reſpectu mobilium obligantur, & ſoli etiam obligantur, ſi curatorem non habeant, licet læſi reſtituantur in integrum, num. 124. & duobus ſequentibus.

Prodigus, cui interdicta eſt bonorum adminiſtratio, & datus curator, an abſque curatoris authoritate obligetur ex cauſa dotis, n.127. & duob. ſeqq.

Promiſſio dotis ſimpliciter facta an, & quando habeat tacitam conditionem nuptiarum remiſſiue, n.130.

Sponſa promittens dotem ſponſo tacite videtur intelligere, poſtquam contractum fuerit matrimonium, ibidem.

Sponſa, quæ promittit dotem ſponſo, & ante contractum matrimonium non tradidit, ſi ipſe ſponſus ſuſtinuit onera matrimonij, an fructus dotis debeatur ſponſo ſub nomine intereſſe, & an ſaltem ſi ante contractum matrimonium dotem eidem ſponſo tradiderit, remiſſiue, eod. num.130.

Si aliquis dotem dederat ſponſæ nondum nubili, & promiſerit non repetere, intelligitur niſi ſponſalibus fuerit renunciatum, n.131.

Mulier, quæ promiſit dotem, cenſetur tacite promiſiſſe præſtationem vſurarum pro tempore, quo poſt matrimonium contractum non fuerit ſoluta, ſi maritus ſuſtinuerit onera matrimonij, eique alimenta præſtiterit, numero 132.

Extraneus qui dotem promiſit non tenetur dotis promiſſæ vſuras ſoluere è die contracti matrimonij, ſed ſolum poſt lapſum biennium à tempore contracti matrimonij, & tunc etiam ſine interpellatione conſtituitur in mora, ibidem.

Nota cur extraneus dotis promiſſor ſolùm poſt elapſum biennium à contractu matrimonij teneatur ſoluere vſuras marito, qui ſuſtinuit onera matrimonij; mulier vero quæ marito dotem promiſit, teneatur dotis non ſolutæ vſuras à die contracti matrimonij ſoluere marito, qui ſuſtinuit onera matrimonij, eodem numero 132.

Etiam pater, qui dotem pro filia promiſit eius marito à die contracti matrimonij, quando maritus ſuſtinuerit onera matrimonij, obligatur dare marito fructus, ſeu vſuras dotis, ibidem.

Idem de patris hæredibus, & aliis promiſſoribus dotis qui tenebantur alere mulierem, ibidem.

Delegatus à muliere nubente nihil illi debens, vel minorem ſummam, quæ id ſciens & conſentiens delegationi promiſit, ſeu cauit marito ſe dotem ſoluturam, à marito conuentus non habet exceptionem, vel actionem aduerſus mulierem, numero 133. Si per ignorantiam credens ſe eſſe debitorem promiſerit, & ſoluerit

dotem poteſt agere contra maritum, ſed tantum contra mulierem delegantem, ibid.

Mulier, quæ viro ſuo promiſit dare in dotem dimidiam partem bonorum ſuorum, an teneatur dare de corporibus, an vero poſſit dare partem dimidiam æſtimationis bonorum, n. 134.

Promiſſio duorum, vt bona ſua retineantur vſque ad integram ſatisfactionem dotis, continet obligationem in ſolidum, n. 135.

Promiſſio certæ ſummæ numerorum in dotem, ſeu pro dote intelligitur de maiori ſumma, vt ſi ſit centum florenorum, & ſint floreni diuerſi valoris, intelligitur de florenis maioris valoris, n. 136.

Si mulier nubens filiofamilias dedit in dotem ſocero, quod ſibi debebat filiusfamilias, & quod de peculio filij debebat pater, cenſetur datum in dotem totum debitum filij, & non illud tantum quod de peculio filij debebat pater, ad leg. nuptura ff. de iure dotium, eodem num. 136.

In promiſſione, ſeu obligatione alternatiua ſummarum pro dote venit maior ſumma, n. 137.

In promiſſione omnium bonorum pro dote à muliere facta intelligitur promiſſum tantum quod ſupereſt deducto ære alieno. ibidem.

Dotem promiſſam eſſe non probat ſolus contractus matrimonij celebratus, n. 138.

Promiſſio dotis poteſt probari per instrumentum dotale per teſtes, per præſumptiones, & coniecturas, n. 139. 140.

Quibus coniecturis probetur dotem à muliere nubente fuiſſe promiſſam, n. 141. *vbi ponitur vna ſpecialis coniectura conſiderata à Curtio iuniori.*

Per inſtrumentum dotale probatur dos, ſed non dominium dotis, quando agitur contra extraneos poſſeſſores, numero 142.

Concurrentibus duobus inſtrumentis eiuſdem diei diuerſorum notariorum præfertur, ſeu præſumitur prius factum inſtrumentum dotis ſpeciali dotis priuilegio, numero 143.

Quod priuilegium procedit non ſolum in muliere agente ad dotis reſtitutionem, ſed etiam in viro agente pro dote promiſſa ſoluenda. ibidem.

Idem priuilegium tranſit ad quemcumque etiam extraneum, ad quem ipſa dos tranſit. ibidem.

Quibus in caſibus inſtrumentum dotis non eſſet præferendum, eodem n. 143. verſic. *Dixi concurrentibus inſtrumento Fiſci, & inſtrumento dotis, hoc in dubio præſumitur prius factum*, n. 144.

Concurrente inſtrumento dotis in pecunia non numerata cum inſtrumento aduerſarij de vero, & actuali credito, hoc in dubio præfertur, n. 146.

Cum pares ab vtraque parte fuerint probationes, præferenda eſt probatio pro dote, n. 148.

Dotis promiſſio, & datio, vbi de ea non apparet per inſtrumentum, probatur per teſtes, & per quot & quales, & per proxenetam, n. 149.

Et probatur dos per teſtes etiam ſtante ſtatuto, quod probatio aliqua non poſſet fieri per teſtes, ſed tantum per inſtrumentum. n. 150.

Statuto diſponente dotem non poſſe peti, & probari, niſi per inſtrumentum, dotis promiſſio, vel eius datio non poſſet probari per teſtes ſine inſtrumento. ibidem.

Stante ſtatuto requirente inſtrumentum dotis ad illius probationem, ſi inſtrumentum dotale ſit deperditum, dos quoad promiſſionem, & dationem poteſt probari per teſtes fide dignos, deponentes ſe vidiſſe, & legiſſe inſtrumentum deperditum. n. 156. *Amiſſio inſtrumenti probatur per duos teſtes*. ibidem.

Stante ſtatuto requirente in dote, vel in aliis certis contractibus, & actibus inſtrumentum ad illorum probationem, licet per teſtes non poſſit probari ſubſtantia actus, poſſunt tamen probari qualitates, & dependentia acceſſoria actus, ſcilicet pacta, conditiones, quantitas, hypotheca, fideiuſſio, damna, intereſſe, n. 157.

Vnde ſi in inſtrumento, vel legato dotis non fuit expreſſa illius quantitas, poſſet probari per teſtes, n. 158.

Item mulier, cui promiſſa fuit dotis reſtitutio, poteſt agere ad intereſſe dotium, quamuis non habeat dotale inſtrumentum, & poſſet cogere maritum, vel eius hæredes ad exhibendum inſtrumentum, vel ad illud conficiendum. n. 159. *à quo tempore tunc habeat locum hypotheca*. ibidem.

Stante eodem ſtatuto, quod dos probetur per inſtrumentum dotis promiſſæ in capitulis matrimonialibus, ſolutio poteſt probari per apocham banchi, & per teſtes. num. 160. *Dos quoad promiſſionem & dationem an probetur per leniores probationes, vt præſumptiones, quæ in aliis cauſis eſſent inſufficientes*, num. 161. 162. & 163.

Per verba enunciatiua ex ſpeciali eius fauore an dos probetur. Negatiua ſententia, n. 164. *Affirmatiua, & communis*, n. 165. *etiamſi ea verba eſſent prolata parte abſente, & an idem ſi prolata eſſent ab eo, qui non tenebatur dotem dare mulieri*, n. 166.

Verba enunciatiua plene probant dotem, tametſi inter alias perſonas, & propter aliud, & coram tertio prolata, num. 167.

Quamuis tantum ſemiplenè probare ſentiant nonnulli. ibidem.

Verba enunciatiua an probent dotem, quando diſputat de altius ſubſtantia, nempe de ipſo enunciato, numero 168.

Vel ſi fuerint prolata ab eo, qui non tenebatur dotem dare, n. 169. *& an ſolum quando agitur de fauore mulieris*, n. 170. *& an ſolum quoad probandam dotis promiſſionem, non quoad dotis ſolutionem*, n. 171.

Anteſatum, ſeu dotis augmentum, quod à marito, vel ſocero datur, probatur per verba enunciatiua, ſicut & ipſa dos, n. 173.

Dotis promiſſio, probatur ex promiſſione vſurarum dotis, n. 174.

Dotis promiſſio ſubſequuto matrimonio poſt præcedentem tractatum de illo contrahendo, in quo actum ſit de dote, an ex ipſo ſolo tractatu præambulo probetur, ſeu probari poſſit, n. 175. & ſeq.

Tractatu facto de matrimonio contrahendo, ſi ante contractum fuerit receſſum à tractatu, non probatur dotis promiſſio ex illo tractatu n. 177.

Dicta, & tractata ante contractum cenſentur repetita in ipſo contractu quando tractata fuerunt concluſa, & ſtabilita, ſecus ſi non fuerunt ſtabilita, n. 179.

Pactum factum ſuper dote cenſetur repetitum ſuper augmento dotis. ibidem fine, *ex ſolutione gabellæ, vel deſcriptione bonorum mulieris in cataſto viri an probetur dotis conſtitutio*, n. 180.

§. I.

Explicatur continuatio capitis ad præcedentia capita, ex quibus modis dos poſſit pro muliere conſtitui marito.

DIxi *promiſſione dotis*, quia de ipſa do- 1
te promiſſa, an ſit propriè dos, & cætera ad eam ſpectantia ſatis explicata, & diſcuſſa ſunt ſuperiùs *capite primo, & capite ſecundo*. Proponitur autem hoc loco materia promiſſionis dotis, quia cum *in præcedentibus capitibus* peractum ſit de perſonis, quæ debent, vel poſſunt dotem conſtituere, ordo tractationis poſtulat, vt agatur de mediis quibus dos pro muliere conſtituitur marito; qui licet ſint plures, quos enumerat Antonius

Gubertus

Gubertus *de dotibus, cap. 4. num. 1. & 2.* tamen præcipui modi, ad quos reliqui reducuntur, ſeu reduci poſſunt, ſunt traditio, & promiſſio; vt colligitur ex eodem Guberto *num. 1.* & notarunt Vueſembeccius *in pandectas, lib. 23. titul. de iure dotium, num. 4.* & Gomez *ad l. 54. Tauri num. 19. initio*, & traditione (vt cum vxor, vel alius actualiter tradit viro aliqua bona in dotem) conſtitui dotem habetur *l. ſi ego, §. dotis, & l. quemadmodum, ff. de iure dotium, & l. legem, Cod. de pactis*; conſtitui vero promiſſione, conſtat ex *toto tit. Cod. de dotis promiſſione*; & quidem ſtipulatio (qua dos conſtituitur, *l. Iulian. l. ſtipulat. ff. de iure dotium, & l. ſi pater, Cod. de dotis promiſſione*,) pactum nudum quo pariter dotem conſtitui conſtat ex *l. ad exactionem, Cod. de dotis promiſſ.* ac pollicitatio (ſi ea vt à pacto nudo diſtinguitur dos conſtitui poſſit, de quo mox *infrà ſeq. §.* ſub promiſſione continentur, cæteri verò modi præter enumeratos, quibus dotem poſſe conſtitui notat Gubertus *d. cap. 4. num. 2.* nimirum delegatio debitorum mulieris (qua dotem conſtitui poſſe tradit etiam Nouellus *de dote p. 8. priu. 28.* & conſtat etiam *ex traditis, cap. præcedenti, & l. is qui Stichum, l. debitor mulieris, & l. ſi debitor mulieris, ff. de iure dotium*,) acceptilatio (qua quoque dotem poſſe conſtitui, conſtat ex *leg. promittendo, ff. de iure dotium.*) Et ſimplex remiſſio debiti (qua pariter poſſe dotem conſtitui probat, Gubertus *ex l. ſi ſponſalibus, & l. ſi mulier debitori, ff. de iure dotium*,) reduci poſſunt ad modum conſtituendi dotem traditione ipſa. De quo modo vtpote claro & difficultatibus carente hic non eſſe alia tradenda cenſui; quare totum caput verſabitur circa promiſſionem ipſam dotis. Quæ cum fieri poſſit per ſtipulationem, & pactum nudum, vt iuribus ſuprà allegatis, & etiam per pollicitationem, *d. leg. ad exactionem, Cod. de dotis promiſſione.* Primo explicare oportet differentiam inter ſtipulationem, & pactum nudum, ac pollicitationem, & an, & quomodo ex iiſdem oriatur efficax dotis conſtitutio, & obligatio ſoluendi dotem promiſſam.

§. II.

Quid ſint ſtipulatio, pactum nudum, pollicitatio, & quomodo differant inter ſe.

1 STipulatio eſt vnus ex contractibus verborum, ſeu qui verbis perficiuntur, & contrahitur, ſeu perficitur præcedente vnius interrogatione, qua ab altero petit, *promittis, aut aſtringis te mihi daturum tantum, aut facturum hoc aut illud, vel daturum, aut facturum hoc pro illo*, ſubſequente reſponſione, ac promiſſione alterius, qua id ſe facturum, vel daturum promittit, aut concedit, conſtat ex *inſtitut. de verborum obligationibus initio* (vbi dicitur, quod verbis obligatio contrahitur ex interrogatione præcedente, & reſponſione ſubſequente, cum quid dari, fierive nobis ſtipulamur,) tum *ex l. 5. §. ſtipulatio, ff. de verborum oblig.* vbi Pomponius ita ſtipulationem definit, *ſtipulatio eſt verborũ conceptio quibus is qui interrogatur daturum facturumve ſe id quod interrogatus eſt, reſponderit:* quam definitionem, & omnia iuxta eam requiſita tanquam de forma, & ſubſtantia ſtipulationis, vt aliter inita cenſeatur inutilis, & non perficiatur, latè explicant Mantica *de tac. & amb. conuent. lib. 14. tit. 3. & 10.* Gomez *var. tom. 2. cap. 9. num. 3.* Ant. Picchardus *in inſtit. lib. 3. tit. 16. in rub. & in principio tituli*, & Lud. Molina *de iuſt. & iure, tom. 2. diſput. 254. num. 3.* & ſunt ſequentia.

2 Primum, vt vterque contrahens loquatur, ita quod ſtipulatio non poſſit concipi, niſi vtroque loquente, vt conſtat ex præfata definit. & *ex l. 1. in princ. & §. ſi quis ita, ff. de verb. oblig. 61.* & licet olim certæ verborum formæ eſſent præſcriptæ ad interrogandum, & reſpondendum, ſine quibus contractus non valebat, vt dicitur *§. 1. inſtit. de verb. oblig.* de quibus & Picchardus *ibid. §. 1. in hac re:* hodie tamen ſatis eſt, vt quibuſcumque vocibus id in idiomate aliquo ſignificantibus, vnus ſufficienter alteri exprimat petitionem ſuam, & alter illi ſuum conſenſum, vt notatur *d. §. 1. inſtit. de verb. obligat.* & tradunt Picchardus *in eumdem §. 1. n. 4. & 10.* Molina *d. n. 3.* & Mantica *d. tit. 10. num. 3. 4. 5. & 6.* & ſufficit, quod per ſe, vel per interpretem exprimat, Mantica *d. tit. 10. num. 3.* Debent autem voces lingua vtpotè inſtrumento à natura ordinato ad loquendum eſſe formatæ, nec obſtaret, quod loquens eſſet balbutiens, dummodò intelligatur: Mantica *ibid. num. 5.* addens etiam ſufficere ſi quis vocis ſonum auribus intelligat, & ſenſum nutu percipiat: non ſufficeret autem exprimere mentem, & intentionem cornu, vel tuba, vel alio ſimili inſtrumento à natura non ordinato ad loquendum, ſed requiruntur vera verba, vt poſt alios Gomez *d. num. 3. verſ. ſecundo infero.* Picchardus *in d. princip. num. 37.* & Mantica *d. tit. 10. num. 7.* licet id ſufficeret in aliis contractibus, qui celebrantur conſenſu, & non requirunt ad ſuam ſubſtantiam verba, ſicut requirit ſtipulatio, in qua contrahenda licet ſit neceſſarius conſenſus, ſicut in aliis contractibus; tamen obligatio, quæ ex ea naſcitur, verborum obligatio appellatur, & à verbis magis quã à conſenſu nomen accipit, tametſi conſenſus ſit longè præſtantior, quia in ſtipulatione conſenſus habet rationem materiæ, verborum autem conceptio cum præcedenti interrogatione, & ſubſequenti congrua reſponſione habet rationem formæ, vt poſt alios Mantica *d. lib. 14. tit. 4. num. 5.* Ideoque à forma appellatur verborum obligatio, vt aliis relatis idem Mantica *eod. tit. 4. num. 7.* Addit poſt alios Gomez *d. n. 3. verſ. 3. infero*, non ſufficere ad ſtipulationem ſi adhibeantur verba, vel ſigna ſignificantia conſenſum, & promiſſionem ex ſola impoſitione, ſeu conuentione ſtipulantis, & promittentis, quia non eſſent verba congrua apta ad petitionem, & reſponſionem, *& inſtit. de verb. oblig. dict. § in hac re*, dicitur *dummodo congruenter reſpondeatur.*

Ex hoc primo requiſito infertur primò mutum, & 3
ſurdum non poſſe ſtipulari ſtipulationemve contrahere, cum mutus non poſſit loqui, & verba formare, & ſic non poſſit interrogare, aut promittere: & ſurdus neque interrogationem, neque promiſſionem poteſt audire: ita habetur *l. 1. ff. de verb. obl. l. 1. in fine, ff. de obligat. & act. & §. mutum, inſtit. de inutil. ſtipulat.* vbi latè Picchardus *num. 6.* Molina *d. diſp. 254. d. n. 3.* & alios allegans Mantica *d. tit. 10. n. 8.* addens poſt Bartolum, & alios, quod etiamſi mutus ad motum labiorum intelligat, adhuc propter defectum formæ, nempe verborum, ſtipulatio concepta dici non poteſt. Secundo cum verba linguâ formata collocutiove vtriuſque contrahentis in ſtipulatione requirantur pro forma, infertur ſtipulationem non poſſe fieri inter adeo diſtantes vt vnus ſignificationem vocis alterius percipere nequeat, neque literis, aut ſcripturâ, ſiue inter abſentes, ſiue inter præſentes, vt ſi partes nolunt intelligi à circumſtantibus, & vna interrogat per ſcripturam, & altera reſpondet per ſcripturam, vel etiam alio modo omiſſis verbis, ita Gomez *d. n. 3. verſ. ex quo infertur*, Picchardus *in d. §. mutum, n. 9.* & Molina *d. n. 3.* & habetur *§. item verb. inſtitut. de inutil. ſtipulat. l. 1. ff. eodem l. 3. ff. de contrah. empt. & l. 3. Cod. de inutil. ſtipulat.*

Secundum requiſitum ad contrahendam ſtipulationem eſt, quòd procedat interrogatio, & ſequatur re- 4
ſponſio, ita quod huius ordinis perverſio vitiat ſtipulationem

lationem, conſtat ex illis verbis *d.l.5.quibus is, qui interrogat, & ex l.1. §. verbis, & l. obligamur ff.de obl. & actio.*& poſt alios notat Mantica *d.tit.3.n.4.& d.tit.10. num.9.* qui *num. ſequent.* latiùs explicat.

5 Tertium requiſitum eſt, vt reſponſio ſit congrua, ita quod vt interrogatio concepta eſt, ita ſequatur reſponſio, *d.l.5.ff.de verb.oblig.* ibi *id quod interrogatus eſt reſponderit*, & apertius conſtat *ex d.l.1.ff. de verb.oblig.* & latè tradit & explicat Mantica *d.tit.3. & 10. n.1.11.& ſeqq.* congrua tamen intelligitur eſſe reſponſio etiamſi verba non ſint formalia, ſed æquipollentia *d. §. 1. in hac re inſtituta de verb. oblig.* vbi dicitur ſufficere congruenter ad interrogata reſpondere, & conſtat etiam *ex d. l. 1. ff. de verb. oblig.* Quare ſufficit ſimplex reſponſio, quamvis omnia verba non ſint repetita: & ſufficit quòd conſenſus promiſſionis poſſit colligi, quamvis tacitè & in conſequentiam *d.l.1.*& poſt alios Gomez *d. cap.9. num.3. verſic. 4. infero*, Mantica *d. n. tit.10. 12.* Picchardus *in d.§.1. in hac re num.6.* & Molina *d.diſp.254. num.3.* Quapropter ſat eſt, ſi promiſſor interrogatus promittis, dabis, reſpondeat, *etiam* aut aliud ſimile, & etiam ſi dicat, *quidni*, aut *cur non*, vt dicitur *d. l.1.§.ſi quis ita ff.de verb. obl.* & notauit Gomez, Molina, & Picchardus *loc.citat.* Plurimos autem caſus, in quibus reſponſio promiſſionis eſt congrua, vel inepta, & efficit vtilem, vel inutilem ſtipulationem ponit Vlpianus *in d.l.1 ff.de verb. oblig.*& latè tradunt, & explicant Gomez *d.cap.3.d. num.3. verſic. quarto infero, & num.4.*& Mantica *d. tit.10. num. 15. ad 28.*

6 Quartum requiſitum ad contrahendum vtilem ſtipulationem eſt, vt reſponſio incontinenti, & non in interpoſito longo interuallo ſequatur poſt interrogationem, quod euidenter probatur *ex d.l.1.§.qui præſens,& l.continuus ff.de verbor.obligationibus*,& notant Mantica *d.tit.3.n.3. & d.tit.10.n.28.* Quare ſi poſt interrogationem promiſſor ad aliam diuerterit, & poſtea reſpondeat, neque iterum adhibita ſit interrogatio, inualida eſt ſtipulatio, ſi tamen poſt interrogationem diſcedat, & reuertatur, & promittat antequam ad alia diuertat, valida eſt ſtipulatio *dictis Iuribus & locis citatis*, Molina, & Mantica, qui ex *d.l.1.d.§.qui præſent*, notat modicum interuallum poſſe intercedere, dummodo poſt interrogationem aliud non agatur. Neque etiam medium actum non contrarium obligationi vitiare ſtipulationem, vt ſi fideiuſſor interrogatus ante reum principalem reſponderit *l.duos reos §. vltimo ff. de duobus reis*: quæ autem ſit ratio, cur reſponſio fieri debeat, explicatur à Mantica *d.tit.10.n.31.quia etiam n.29.& duobus ſequentibus*, examinat, & reſoluit illam quæſtionem an ſi is, qui interrogatur, petat ſibi aſſignari certum tempus ad deliberandum, & reſpondendum, & in tempore præſtituto reſpondeat, valeat ſtipulatio. Et primo refert ſententiam Alexandri *conſ.107.n.5.*& Ripæ *in rub. num.2. ff.de verbor. obligationibus*, affirmantium valere; ob eam rationem, quòd hæc forma ſtipulationis concipiendæ, vt præcedat interrogatio, & ſequatur reſponſio, fuit inducta tanquam ob cauſam, & rationem finalem, vt magis appareat promiſſorem animò deliberato ſe voluiſſe obligare, vt Doctores communiter, & præſertim late Pichardus *in inſtitut.de verbor.obligationibus in principio,n.8. & ſequentibus.* Poſtea ipſe approbat ſententiam aliorum negantium valere, eo quòd forma data à lege non poſſit immutari, etiamſi ceſſet ratio, & cauſa finalis, propter quam forma eſt inducta *capit. 1. verbo præſertim de reb. eccl. non alienan. & lege fundus ff. de rebus eorum, qui ſunt ſub tuto.*

Quintum, & vltimum requiſitum eſt, vt ſolum factum proprium, & non alienum poſſit deduci in ſtipulationem, vt colligitur ex illa particula, *ſe*, poſita in definitione ſtipulationis tradita *in dicta l. quinta*, conſtat quoque *ex l.ſtipulatio iſta 38.ff.de verbor.obligationibus, & ex lege inter ſtipulantem in principio ff. de verbor. obligat.* & notant quoque Mantica *d. tit. 4.n.6.* & Pichardus *in d.rubrica, num.1.fine*: ac proinde ſi quis promiſeſſit aliud daturum, aut facturum, non obligatur; & de hac re late idem Mantica *d. lib.14.tit.33.* vbi tamen *n.3.verſic.ſed contraria*, cum Couarruuia *in capite quamvis pactum,p.ſecunda §.5.n.2.de pactis lib.6.* putat ex ſtipulatione facti alieni oriri naturalem obligationem ad effectum, vt promiſſor teneatur dare operam, vt alius exequatur, quod promiſit cum eſſe facturum: vnde etiam *eodem num.3.* contra Ruinum *conſ.67.num.11.libro 4.* & Ripam *reſponſ.29.n.5.& 6.de oblig.vol.2.* aſſerit ſtipulationem facti alieni iuramento confirmatam valere, eo quod debeat intelligi ſic, vt quis videatur promiſiſſe ſe acturum, & iuraturum, vt alius efficiat, quod in ſtipulatione deductum eſt, quo caſu ſtipulatio valere poteſt, quia factum proprium intelligitur promiſiſſe, *§. ſi quis alium inſtit. de inutil. ſtipulat.* ad idque probandum plura alia adducit apud ipſum videnda.

Circa autem illa verba definitionis ſtipulationis, *daturum facturumve*, aduertendum cum Mantica *dicto libro 14. tit.3.n.13.* & Picchardo *in dict. rubric. inſtit. de verbor.obligat.n.16.* etiam non factum poſſe deduci in ſtipulationem *§.non ſolum inſtit. de verb.obligat.& lege 4.§.caſo*, ibi *per te non fieri neque heredem tuum.* Quia facti verbo, ſeu appellatione etiam non factum continetur *d.§. non ſolum l.facti ff. de cond.& demonſt. l. in fraudem 4.ff.de his, quæ in fraudem creditorum l.qui non facit 163.ff.de reg.iur.* & aliis iurib. allegatis per eoſdem Manticam, & Picchardum, quia addit id procedere etiam de proprietate ſermonis *l. facere 189. ff. de verb. ſignif.* Quapropter dicitur factum ſtipulari, qui & non factum ſtipulatur *l.vbi autem 75.§.qui id ff.de verbor. oblig.* Pichardus. *d.n.46.* 8

Aduertendum etiam initio dictum eſſe, *ſtipulationem eſſe vnum ex contractibus*, &c. quia licet Curtius iun. *conſ.36.n. 12.*& nonnulli alij aſſeruerint ſtipulationem non eſſe proprie contractum, ſed potius firmitatem aliorum contractuum, ob eam rationem, quod vltro, citroque non parit obligationem, vt conſtat ex allata & explicata definitione ſtipulationis Pomponij *in d.l.5.ff. de verb. obligat.* & colligitur etiam *ex l. quidquid adſtringendæ in princ. ff. eodem* & contractus proprie dici non poſſit, qui vtrinque non producat obligationem *l. Labeo lib.1. §. contractum ff.de verbor. ſignificat.* & præter alios à Mantica relatos Molina *de inſtit. & iure tom. 2.diſp.252.num.3.* Nihilominus, etſi ſtipulatio non eſt contractus reciprocus, & reſpectiuus iuxta *d.leg. Labeo, & l. Iuriſgentium in princip. ff. de pactis*, eſt tamen proprie contractus ſimplex, vt tradidit Mantica *dict. lib.14.tit.2.n.5.* & picchardus *in d. rubrica, num.14. inſtit.de verborum obligat.* apud quos alij, & ita ſentire omnes, qui recte iudicarunt, teſtatur idem Picchardus, & ad id plures textus ab iiſdem allegantur, & præſertim *lege 1.§.1 ff.de obligat. & actio. & §. ſequens diuiſio inſtit. de obligationibus*, quibus probatur obligationes ex contractu, aut verbis, aut literis, aut conſenſu contrahi, *& §.1. Inſtit. de verborum obligationib.* ſtipulatio dicitur contractus, qui verbis contrahitur, ex quibus conſtat ſtipulationem eſſe contractum, quod etiam aliis adductis latius probat Mantica *eodem num. quinto & ſequent.* 9

In huiuſmodi autem contractu ſtipulationis is, qui interrogat, ac promitti petit, ſtipulari ſibi ab alio dicitur, ac proinde ſtipulans, & ſtipulator appellatur, is vero à quo ſtipulatur, promiſſor nuncupatur, *toto tit ff. de verb.obligat. & ff.de duobus reis Hip.& promi.* Picchardus *in dictam Rubricam n.ſexto, Inſtit. de verb.oblig.* & Molina *de iuſtit.tom. 2.diſput.252.n.3.initio*, licet aliquando ſtipulari ſumatur paſſiuè, quo pacto qui interrogatur 10

rogatur, & promittit ſtipulari, & ſtipulatus dicitur, vt *ex l. ſi non ſortem, §. penul. ff. de condict. indeb.* notauit Molina *d. num. 3. initio*, & tradit etiam Ricchardus *d. num. 6.*

11 Igitur ſtipulatio parit non ſolum obligationem naturalem, ſed & ciuilem actionem, vt conſtat *ex l. ex placito Cod. de rer. permutatione, & in inſtit. de verb. obligationibus, in princ.* Cauſa enim finalis, ob quam ſtipulatio à iure ciuili fuit inducta eſt vt in promiſſionibus iudiciariis, & fideiuſſionibus efficax obligatio contrahatur, vt tradunt poſt alios Mantica *d. lib. 14. tit. 5. num. 1.* & Picchardus *in d. tit. initio de verb. obl. in principio, n. 16.* vnde Iuſtinianus *d. tit. de verb. obl. in principio dixit ſtipulationem dici ſeu deriuari à ſtipulor*, quod nomen apud veteres firmum ſignificat, deſcendens, ſeu appellatum fortaſſis à ſtipite, cui firmiter quid alligatur, & vt dicitur *d. tit. inſt. de verb. obligat. initio*, ex ſtipulatione duplex oritur actio; altera certi condictio, alia ex ſtipulatu. Certi condictio oritur, ſeu datur, & ex omni contractu, ſeu obligatione quid certum continente *l. certi condictio 9. in princ. ff. ſi certum petatur*, & etiam ex ſtipulatione, quando in ea apparet quid, quale, quantumque ſit quod promiſſum eſt *l. ſtipulationum 74. & l. vbi autem 75. ff. de verborum oblig.* & hæc actio eſt perſonalis ex contractu manans, ideoque in hæredes tranſit, & eſt perpetua *l. 2. §. 1. l. in executione 85. §. 1. ff. de verb. obl. & §. ex conditionali, inſt. de verb. obl.* Actio ex ſtipulatu oritur, quando incertum in ſtipulatione eſt deductum *d. tit. inſt. de verb. obl. initio, & d. l. vbi autem 75.* incertum vero in præſenti appellatur non quod genere ſuo toto ita eſt incertum, vt definiri non poſſit (nam huius generis ſtipulationes nullius ſunt momenti *l. triticum 93. & l. ita ſtipulatus 115. de verb. obl.* & alia iura adducta ſunt capite præcedenti) ſed intelligitur, quod ſpecie tantum incertum eſt, & quamuis quid, quale, quantumve ſit, ſtatim non appareat, declarari tamen poteſt, vt cum quis vini boni Taurinenſis amphoras centum ſtipulatur: bono enim melius, & deterius inueniri poteſt *d. l. vbi autem 75.* aut fructus certi fundi, nam incertus eſt fructuum prouentus *d. l. vbi autem §. fundi*, aut aliquid, quod in faciendo conſiſtat *d. l. vbi autem §. qui id quod, & l. ſtipulatio 38. initio ff. de verb. obl.* Quæ omnia incerta ſunt, quia non ſtatim ac petuntur, apparet quid, quale, quantumve eorum quodque ſit: ſed tamen declarari poſſunt. Ac proinde in his (vt notat Picchardus *in d. princ. n. 20. inſt. de verb. obl.*) aut præſtet promiſſor conuenta neceſſe eſt, aut patiatur condemnationem in id, quod intereſt; ad quod in certis deueniri ſolet *l. ſi quis ab alio 13. §. fin. ff. de re iudic. l. ſtipulationes 71. in princ. ff. de verb. obl.* niſi loco eius, quod intereſt pœna conuentione ſit comprehenſa, nam tunc illa peti debet *l. fin. ff. de pretoriis ſtipulationibus, & §. alteri, C. inſtit. de inutil. ſtipul.* cæterum hæc actio ex ſtipulatu (vt idem Picchardus obſeruat) à priori actione, ſeu condictione certi, non alia re, quam materia petitionis, & condemnationis forma differt, nam hac incertum, illa certum petitur, in hac vtplurimum in id quod intereſt, fit condemnatio, in illa ipſa res præſtanda eſt *d. l. vbi autem 75. §. fin. ff. de verb. obl.* & prædicta de ſtipulatione.

Quid ſit pactum nudum, quos effectus pariat, & quibus veſtiatur, & inducat obligationem ciuilem, & actionem in foro exteriori.

12 Pactum autem in genere ſumptum eſt duorum, pluriumve in idem placitum, ſeu conuentio, & conſenſus. Vlpianus *l. 1. §. 1. ff. de pactis, & l. 3. ff. de pollicitationibus*, & omnes Doctores, qui infra citantur: quæ definitio, vt non conueniat aliis conuentionibus non producentibus obligationem, nec dicuntur pacta (vt quando duo Iudices in vnam ſententiam conueniunt, vel duo diſputantes in vnam conueniunt opinionem) ita eſt intelligenda, ſcilicet vt pactum ſit *duorum pluriumve placitum, aut conſenſus idem.* Videlicet *dandum, vel faciendum vni noſtrum ab altero veſtrum*, vt recte notauit Mantica *de tac. & amb. conu. lib. 1. tit. 4.* vbi etiam bene addit facti appellatione, prout etiam *ſupra, n. 8.* notatum eſt circa definitionem ſtipulationis) intelligi etiam non factum, & conſtat expreſſe *l. ſi vnus, §. pactus ne peteret, ff. de pact.* & pactum ſecundum hanc generalitatem definitum comprehendit etiam ſtipulationem, & quemcunque alium contractum ſiue ſimplicem, ſiue correſpectiuum, *d. l. 1. ff. de pactis*, & notauit ac declarat Mantica *d. tit. 4. num. 4. & 5. & lib. 14. tit. 1. num. 4.* Pactum autem ſumptum vt peculiaris ſpecies conuentionis, & contractus differt à ſtipulatione, quia ſtipulatio requirit ſolennitatem, ſeu formam in præcedentibus explicatam; ſcilicet ex interrogatione præcedente, & reſponſione ſubſequente fit; pactum verò ex conuentione, ſeu conſenſu vtriuſque nulla alia certa forma requiſita.

Cum etiam quando promiſſio fit præſenti licet non expreſſe acceptanti, tamen tacenti, præſumatur tacitus conſenſus, ſeu promiſſarius præſens tacens videatur conſentire, cum præſens, & tacens præſumatur conſentire in fauorabilibus *l. qui patitur ff. mandati, l. remunerandi §. ſi paſſus l. qui fide ff. eodem, & l. donationis, §. ſpecies ff. de donat.* & conſequenter in huiuſmodi promiſſione facta præſenti ſi tacenti adſit voluntas, ſeu conſenſus duorum, eamdem promiſſionem eſſe vere pactum aſſerunt Doctores magis communiter à Gomez *d. c. 8. n. 2.* allegati, licet quoad figuram videatur pollicitatio, de qua *infra n. 19.* 13

At pactum nudum dicitur, & eſt, cui præter conſenſum, & conuentionem vtriuſque nihil extraneum accedit, & conſequenter ſine aliquo Iuris adminiculo relictum eſt in finibus conuentionis, ita quod ea pactio quæ in proprium, & ſpeciale nomen contractus minime tranſierit, nec aliquod extrinſecum fomentum vltra pactum acceperit (puta non interuenerit ſolennis forma, vel factum, aut rei traditio, aut cauſæ expreſsio ex parte alterius paciſcentium, aut alterius contractus cohærentia) dicitur & eſt nuda, *lege Iuriſgentium §. ſed cum nulla l. diuiſionis placitum, ff. de pactis, l. traditionibus, Cod. eodem, l. ſi tibi Cod. de locato, & conducto, & l. nuda Cod. de contrahenda, & committenda ſtipulatione, & l. ex placito, Cod. de rerum permut.* ita Gloſſa *in d. §. ſed cum nulla*, & alios allegantes Mantica *de tac. & ambig. conuent. l. 24. tit. 1. num. 9. & tit. 2. num. 1.* Couarruuias *in cap. quamuis pactum, de pactis part. 2. §. 4. num. 12.* Gomez *var. to. 2. cap. 8. n. 1. & cap. 9. n. 2.* & Molina *de inſt. to. 2. diſp. 255. num. 2.* Quare pacta nuda ſunt, quæ proprium, & ſpeciale nomen non habent, & dicuntur contractus innominati, qui ſunt quatuor, *do vt, des; do, vt facias; facio, vt des; facio, vt facias*, ante implementum ex altera parte ſequutum *d. l. Iuriſgentium, & l. naturalis initio ff. de preſcriptis verbis.* Couarruuias, Mantica, Gomez, & Molina *loc. citat.* & promiſſio ſine præcedente interrogatione à promiſſario tacitè vel expreſſe acceptata: dicuntur autem hæc pacta nuda per metaphoram, quia ſimplicia, omnique legum auxilio, & viribus deſtituta, vt Couarruuias *d. num. 12.* & Mantica *d. tit. 2. n. 1.* & licet ex pacto nudo oriatur naturalis obligatio ratione conſenſus vtriuſque partis (*l. Stichum §. naturalis ff. de ſolut.* Couarruuias *d. §. 4. n. 13. & ſeqq.* Gomez *d. cap. 9. num. 2.* Molina *d. to. 2. diſp. 256. n. 1. fine & diſp. 257.* P. Barboſa *ad l. 1. p. 3. n. 13. circa finem ff. ſoluto matr.* & Iuriſperiti, & 14

Theologi

Theologi omnes) nullum tamen pactum nudum parit ciuilem actionem, ſed tantùm exceptionem, vt ex *d. §. ſed cùm nulla*, & aliis textibus allegatis conſtat, & tradunt vltra alios Doctores communiter Gloſſa *in d. §. ſed cum nulla*, Couarruuias *d. n.* 12. Gomez & Molina *locis citatis*, & latius *diſp.* 257. *n.* 1. *& ſeqq.* Mantica *lib.* 14. *tit.* 5. *n.* 5. *& lib.* 24. *tit.* 1. 2. *& ſeqq.* vnde in vniuerſum dicuntur pacta nuda, quibus Ius ciuile negat actionem, licet præter per exceptionem ea defendat, vt Gloſſa, & Couarruuias *locis citatis*. Qui autem alij effectus præter obligationem reſultent ex pacto nudo, explicatur *infrà numero* 19.

15 Quod ſi præfatis pactis nudis addatur, ſeu accedat aliquid extrinſecus, quo nuditas tollatur, & veſtiantur; tunc pariunt etiam obligationem, & actionem ciuilem, vt *d. §. ſed cum nulla*, & aliis Iuribus *numer. precedenti allegatis*, Gloſſa *in dicto § ſed cum nulla*, Gomez *dicto cap.* 8. *numer.* 1. Couarruuias *d. numero* 12. Mantica *d. lib.* 24. *tom.* 2. *& ſeqq.* & Molina *d. diſput.* 255. Pluribus autem modis veſtitur pactū nudum. Nempe primo traditione, ſeu interuentu rei in pactum deductæ, *d. l. traditionibus, & l. legem, C. de pact.* vt ſi poſt promiſſionem de mutuo dando acceptatá tradatur pecunia, vel alia res ſimilis, qua traditione mutuum conſumatur, vel poſt pactum de decem ouibus dandis pro vno boue, ex parte alterius paciſcentis oues, aut bos fuerint tradita, vel ſi pactū fuerit, *do, vt facias, vel facio, vt des, vel facio, vt facias*, & ſequutū ſit implementū, aut factum ex parte alterius paciſcentis. Vnde traditione rei facta, vel implemento facti ex parte alterius paciſcentis oritur obligatio ciuilis, vt alter cogi poſſit ad implendū pactum ex parte ſua, vel ad intereſſe, de quo latè Mātic. *d. lib.* 24. *tit.* 4. Molina *d. diſp.* 255. *n.* 2. *&* 3. & Gomez *d. to.* 2. *c.* 8. *n.* 1. vbi notat differētiam inter contractus, qui re contrahuntur, vt ſunt mutuum, commodatum, depoſitum, pignus; & inter contractus, qui poſt ſequutam traditionem, ſeu ſequutum interuentum rei, ſeu implementum rei ſeu facti deductæ, ſeu deducti in pactum perficiuntur quoad inducendam obligationem ciuilem. Nam in contractu qui re contrahitur, & vt conſiſtat, neceſſe eſt vt res ab initio tradatur, *l. ſi tibi decem millia, in princip.* & ibi Bartolus, *ff. de pactis, & l. rogati*, §. 1. *ff. ſi certum petatur.* oritur actio, & obligatio ab initio contractus ab ipſa traditione rei, quia ab ea dependet tota virtus, & ſubſtantia contractus. At in contractu, qui perficitur interuentu, ſeu implemento rei vel facti, actio, & obligatio oritur ex ipſo pacto, & conuentione partium, non vero ex traditione poſtea ſequuta. Ad quod probandum adducit Gomez textum *in l. ex placito, Cod. de rerum permutatione*, cuius verba ſunt, *nulla re ſequuta conſtat nemini actionem competere*: ergo à contrario ſenſu (infert Gomez) re poſtea ſequuta actio oritur ex pacto, non ex traditione rei, quod idem notat Mantica *d. tit.* 4. *num.* 1. Alios varios effectus explicat Gomez *eod. num.* 1. *verſic. ex quo*, apud eum videndos. Addo tantum ex dictis, & Iuribus & Doctoribus allegatis, conſtare præfatos contractus innominatos ſubſequuta adimpletione ex parte parere obligationem ciuilem, licet non tranſeant in contractus nominatos, & dici veſtiri facto, ſeu interuentu rei, aduentuve cauſæ, vt notauit Molina *d. diſput.* 255. *num.* 4. Secundò veſtiuntur pacta nuda interuētu ſtipulationis ſubſecutæ, & oritur ciuilis obligatio ante interuētum, ſeu traditionem rei deductæ in pactum, vel implementum facti in pactum deducti ſecutum ab aliqua ex partibus, *d. leg. ex placito, Cod. de rerum permutatione*, ibi, *niſi ſtipulatio ſubiecta ex verborum obligatione quæſierit partibus actionem*, quod latius explicant Gomez *d. cap.* 8. *numer.* 4. *verſiculo ſecundò principaliter*, & Molina *d. diſput.* 255. *num.* 5. Tertio veſtiuntur vlterius contractus nominati (quales ſunt emptio, venditio, locatio, ſocietas, mandatum) qui ſolo conſenſu perficiuntur, & nullo alio veſtimento præter conſenſum ad ſui ſubſtantiam, & pariendam etiam ciuilem obligationem egent, *l. conſenſu, ff. de obligat. & act. & inſtit. de obligat. & conſenſu*, Mantica *d. tit.* 4. *numer.* 12. *& ſeqq.* aut veſtiti cohærentia, *d. l. Iuriſgentium*, §. *quinimò*, Bartolus, & Baldus *ibidem*, Couarruuias *d. §. 4. citato num.* 12. *fine*, Mantica *d. lib.* 24. *titulo* 3. & Molina *d. diſp.* 255. *numer.* 3. *verſiculo etiam veſtitur.* Quod procedit ſiue contractus nominatus aut veſtitus præceſſerit, cui ſtatim, ſeu incontinēti, & ſine diuerſione ad alia pactum nudum ipſum ex côuentu tâtum acceſſerit, vt ſi dūm quis domū ſuam vendidit, aut locauit alteri incontinenti, ſeu paulo poſt, & antequam ad alia diuerterit, cum eodem iniuit pactum quod commutabit bouem cum equo, vel dum tradidit bouem alteri, vt in futurum agrum ipſius coleret, incontinenti cum eo iniuit pactum, vt pro decem quæ illi daret in reditu, iter quoddam conficeret, ſiue contractus nominatus, vel veſtitus incontinenti acceſſerit pacto nudo, vt ſi in duobus præfatis caſibus prius ſit initum pactum nudum, & incontinenti, & antequam partes ad alia diuerterint, additus ſit contractus nominatus, vel veſtitus; in prædictis enim caſibus ex cohærentia contractus nominati, vel veſtiti oritur ciuilis obligatio adimplendi pactum quod alioquin fuiſſet nudum, & obligationem ciuilem non peperiſſet, & datur actio præſcriptis verbis ad intereſſe aduerſus eum, qui eſt in mora adimplendi pactum, *d.* §. *quinimò*, & allegati Doctores. Dum enim præfati contractus fiunt incontinenti, ſeu paulò poſt vnus poſt alterum, cenſentur ineſſe, *d.* §. *quinimò*, & latè Mantica *d. tit.* 3. *num.* 9. Quod ſecus eſſet, ſi ex interuallo, & poſtquam contrahentes ad alia diuertiſſent, vnus contractus alteri adderetur, vt *locis citatis* Molina, & Mantica, qui *d. tit.* latius de huiuſmodi veſtimento cohærentiæ. Aliis modis pacta nuda veſtiri, & indè reſultare obligationem in foro externo, & ciuilem tradunt Gloſſa *in d. leg. Iuriſgentium*, §. *ſed cum nulla, ff. de pactis*, Couarruuias *d. n.* 12. Molina *d. tom.* 2. *de iuſtitia, diſp.* 256. & Mantic. *dict. lib.* 24. *tit.* 2. 5. 6. *&* 8. ſcilicet litteris (de quo Mantica *dicto titulo ſecundo, numero vndecimo*,) iuramento addito (de quo idem Mantic. *d. tit.* 5. & Couar. *d.* § 4.) legis auxilio (de quo Mantica *d. tit.* 6.) & expreſſione cauſæ ipſius conuentionis, de qua latè in vtramque partem idem Mantic. videndus *d. tit.* 8.

Ex pacto nudo, ſeu conuentione nuda, & ex ſimplici promiſſione de dote ſoluenda oritur efficax obligatio, & dotis actio pro dote promiſſa exigenda.

Igitur ſicut ex ſtipulatione dotis oritur ciuilis, & efficax obligatio illius ſoluendæ, & datur marito in foro externo actio ex ſtipulatu pro dote exigenda, vt côſtat ex traditis *ſuprà n.* 11. *& ex tit. Cod. de dotis promiſſione*, ita ex pacto nudo, ſeu conuentione nuda de dote ſoluenda, ſiue ſimplici promiſſione dotis, ſiue per ipſā mulierē, ſiue per eius patrem, ſiue per extraneū marito, vel alteri recipienti pro marito, dos ſimplici pacto, ſeu promiſſione promittatur, ſiue cum ſcriptura ſiue ſine ſcriptura, oritur efficax obligatio, & actio, ſeu datur actio pro dote promiſſa exigenda ex ſpeciali fauore dotis à iure ciuili conceſſo, *l. ad exactionem, Cod. de dotis promiſſione, & leg. finali, Cod. ad Velleianum, & l. vnica in principio, &* §. *& vt plenius, Cod. de rei vxor. actione*, communiter ſcribētes *in d. l. ad exactionem*, Baldus Nouellus *de dot. p.* 6. *priuil.* 1. *n.* 1. P. Barboſa *in lib.* 1. *p.* 3. *in princ.* 16

princ. ff. ſol. mat. Suarez de Paz *in ſua praxi, tom. 3. §. 12. de actione pro dote, n. 1.* Borellus *in ſumma dec. p. 3. tit. 5. num 8.* ex Doctoribus *ſupra* allegatis. Mantica *d. lib. 24. tit. 8. numer. 13.* & Molina *de Inſtit. d. tom. 1. allegata diſput. 555. num. 7.* & ita etiam communiter Doctores, vt notaui *ſupra cap. ſecundo, n. 10. & 22.* quorum plores allegant Petri Barboſa *di. lo num. 1.* Borellus *d. n 8.* & Auguſtinus Barboſa *Collectaneo ad dictam leg. ad exactionem.* Per quam *l. ad exactionem* Caius Iureconſultus, Purpuratus locis à me *d. num. 10.* relatis, P. Barbuſa *d. p. 3. num. 2.* cum pluribus alijs à ſe relatis dicunt fuiſſe correctum Ius antiquum, quo non dabatur actio ex pacto dotis promiſſario, niſi tribus caſibus, ſcilicet quādo ipſa mulier, vel eius pater, vel etiam debitor mulieris dotem promittebat, Ita quod ſi aliæ perſonę pro muliere dotē promittebant, communi tantum Iure obligabantur efficaciter, ſcilicet interueniente ſtipulatione. Et quamuis inter Doctores controuertatur, an hoc priuilegium legis, vt fauore dotis, ſicut & fauore Reipublicæ, ex ſimplici pacto, ſeu promiſſione oriatur efficax obligatio, & actio, appellandum ſit veſtimentū pacti ex auxilio legis, vt neque in huiuſmodi caſibus priuilegiatis dicendum ſit ciuilem obligationem oriri ex pacto nudo; & Gloſſ. *in d. l. Iuriſgentium §. ſecum nulla, verb. igitur, & § quinimo ff. de pact.* & Mantic. alios allegans *d. lib. 24 tit. 6. verſic. in quibuſdam caſib.* affirment eiuſmodi priuilegium legis appellandum eſſe veſtimentum pacti; quia ex quo lex nudo pacto aſſiſtit, & auxilium tribuit, legitima dicitur conuentio *l. legitima. ff. de pactis,* ac proinde recte poteſt dici legis auxilio veſtiri; & è contra Bartolus *in d. §. quinimo, n. 17. & in l. legitima, n. 1. verſic pro cuius euidentia, ff. de pact.* id negat, & reprobat. Nihilominus videtur quæſtio de nomine, vt notat Molina *d. diſp. 23 c. fine,* licet communis vſus loquendi apud Iuriſconſultos ſit conformis opinioni Bartoli. Alia dubia circa deciſionem *d. l. ad exactionem,* diſcutiuntur *infr. §. ſequenti.* Cæterum actio ex pacto nudo dotis, quæ *d. leg. ad exactionem* conceditur, eſt perſonalis (vt etiam notat Myſingerius *in §. fuerat, n. 17. Inſtit. de act.*) quia ex qualicumque dotis promiſſione naſcitur, *d. l. ad exactionem.*

Pollicitatio quid propriè ſit, & quomodo à pacto diſtinguatur.

17 Pollicitatio eſt offerentis promiſſum, ſeu promiſſio offerentis ſolius. Ita definitur, ſeu deſcribitur *l. 3. ff. de pactis,* ex qua definitione pollicitationem differre à pacto, & conuentione, ſeu non eſſe conuentionem, pactumve, quia pactū, ſeu conuentio ſit duorum, vel pluriū in idem conſenſus, iuxta notata *ſupra n. 12.* & Pollicitatio ſit voluntas, ſeu conſenſus ſolius offerentis, affirmarunt Lancellottus Galliaula *in rub. ff. de verbor. oblig. n 26. verſiculo quart principaliter,* & Marianus Socinus *ibid. n. 56.* quos refert, & ſequitur Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 5. tit. 1. n. 5.* Quibus tamen addo, quod *ſupra n. 13.* notatum eſt, ſcilicet promiſſionem factam præſenti & tacenti enumerari inter pacta; quia licet promiſſarius non cōſentiat, & acceptet expreſſe, tamen præſumitur conſentire, & acceptare; & ſic in ea ſimplici promiſſione facta præſenti adeſt duorum conſenſus, & cōſequenter illi cōpetit pacti definitio *ſup. n. 12.* tradita.

Quænam igitur erit differentia inter pactum nudū, & pollicitationem, ſeu ſimplicem promiſſionem? communis opinio Iuriſperitorum eſt, pactum eſſe non ſolū conuētionem procedentem ex mutuo partium tractatu & vltro citroque obligationem continentem, ſed etiam ſimplicem promiſſionem factā præſenti, vel abſenti per epiſtolam, vel nuncium, pollicitationem verò eſſe ſimplicem promiſſionem factam abſenti abſque epiſtula vel nuncio, nulloque expreſſe, vel tacite acceptante: ita quòd pollicitatio propriè dicitur, & eſt quādo promiſſio fit abſenti, non præſenti, abſq; literis, vel nuncio, & nullus *ibi* promittenti præſens recipit, ſeu acceptat pro abſente, ita expreſsè Baldus Nouell. *de dote p. 6. priuil. 2.* Couarruuias *in d. cap. quamuis pactum, de pactis p. 2. § 4. n. 15. initio.* P. Barbuſa *in l. 1 p. 3. n. 14. verſic. Neque obſtat ff. ſoluto matrim.* Syluester *in ſumma, verbo pollicitatio,* & ita ſentire communiter Doctores teſtatur Gomez *var. tom. 2. c. 8. num. 3. initio,* & Ant. Picchardus *in Inſtit. tit. de verb. oblig. in princip. num. 27.* ex Iaſone, Alberico, & Bulognet. *in Rubric. ff. de verbor obligat.* & Lorioto *de pact. 7. axiom.* & ita omnino ſentiunt Doctores tenentes ex ſimplici pollicitatione, ſeu promiſſione, neque expreſſe, neque tacite acceptata non oriri obligationem naturalem, neque ex ea dari acceptationem in foro externo, qui *infra* allegantur.

18 At contrà, & pollicitationem proprie dari, & dici etiam inter præſentes, pollicitationemque proprie eſſe promiſſionem, non ſolum quæ fit abſenti, ſed etiam quæ fit præſenti, & non expreſſe conſentienti, tanquam verius poſt Decium *in Rubric. C. de pact. & conſ. 245. num. 9. vol. 1* Alciatum *in rub. ff. de verbor. obligat.* & nonnullos alios affirmarunt Parladorus *quotid. li. 2. c. 3. n. 4. & 5.* Gomez *d. c. 8. n. 3 paulo poſt initium* Additionatur *ad d. c. 8. litera c,* & Picchardus *d. n. 28. & ſeqq.* qui ad id adducit *l. ſciendū. §. dicitū. ff. de ædi. edict.* & probat Gomez ex allata definitione pollicitationis tradita *d. l. 3. ff. de pactis,* ſcilicet quia quando promiſſio fit præſenti, & tacenti, ac expreſſe non conſentienti, eſt ſolius offerentis promiſſio, neque poteſt dici pactum. Nam pactum (inquit) propriè eſt duorum pluriumve in idem dandum, vel faciendum alteri ab altero conſenſus verbis expreſſus animo obligandi, iuxta ſententiam, & doctrinam Hoſtienſis *in ſumma de pactis, col. 1. verſic. s.* Decij, Alciati *locis citatis,* & aliorum, quos allegat præfatus Additionator ad Gomez *d. litera C* & iſtud pactū addit Gomez *eod. n 3.* eſſe illud pactum nudum, quod parit obligationem naturalem, & in foro cōſcientiæ compenſationem, & exceptionem, eo quod pro ea obligatione efficaciter obligatur fideiuſſor, & pignus retineri poſſit. Itaq; Parlador & Picchardus *locis citat.* aiunt pactum non diſtingui à pollicitatione ex cōſenſu, ſed differentiā inter pactū, & pollicitationem cōſiſtere in hoc, quod neceſſarius ſit tractatus, & partium vltro, citroque cōuentio, quod dicunt indicari ab Vlpiano *d. l. 1. §. 1. ff. de pact. & d. l. 3. ff. de pollicitationibus,* in deſcriptionibus pacti *ſuprà n. 12.* adductis, & ab eodem Vlpiano *ibid.* traditis, in quibus videtur ſatis clarè ſignificare pactum eſſe, quando conueniendi gratia partes in vnum conueniunt, & tanquā ex diuerſis animi motib. in eandem ſentētiam decurrunt. At verò ad pollicitationem tractatus, ſeu conuentio non eſt neceſſaria, cum nihil aliud ſit, quàm ſolius offerentis promiſſio, *d. l. 3. ff. de pollicitat.* nec refert, an inter præſentes, abſentesve fiat.

19 Verum eſt retinenda communis opinio, quod pollicitatio proprie eſt promiſſio facta abſenti, & non præſenti, abſque literis, vel nuncio, & nullo recipiente pro abſente, tum propter communem Iuriſperitorum interpretationem, & ſenſum, tum etiam propter rationem fundatam in dicta definitione pollicitationis, quod ſit ſolius offerentis promiſsio, & ſic tantum vnius partis voluntas, & conſenſus, vt notauit Gloſſa *in dicta lege tertia, verbo Offerentis.* Propter quod, addit eadem Gloſſa, pollicitatio differt à pacto: At quando ſimplex promiſsio fit præſenti tacenti, licet non expreſſe conſentienti, præſumitur tacitus conſenſus promiſſarij, cum conſentire intelligatur præſens, & tacens, in cuius gratiam, atque commodum pollicitatio, ſeu promiſsio fit, vt expreſſe tradunt

Iaſon *in d. rub. ff. de verb. obligat.* Parladorus *d.c.5.n.4.* Picchardus *in d. princip. num.26. Inſtitut. de verb. obligat.* & Petr. Barboſa *d.p.3. num.14. d. verſic. Neque obſtat*, & probant textus Iuris *ſuprà num.14.* adducti, ex quibus conſtat, quod præſens, & tacens præſumatur conſentire in ſibi fauorabilibus, quod & præter allegatos Menochius *de præſumptionib. lib.3. præſumpt.42. n.8.* Clarus *lib.4. ſentent. v. donatio, q.14. n.5.* Mantica de *tacit. & ambig. lib.13. tit.6. n.13.* Sanchez *de matr. l.6. diſp.5. n.5.* & *diſp.6. n.11. verſic. nihilominus*, Molina *diſp.264. n.6.* & communiter alij Doctores apud eoſdem, præſertim Sanchez eos latiſſime allegantem. Cum ergo in tali pollicitatione, ſeu ſimplici promiſſione facta tacenti adſit vtriuſque partis, & ſic duorum conſenſus, talis promiſſio, licet quoad figuram appareat pollicitatio, & propriè pactum, vt notant P. Barboſ. *locis citatis*, & tradunt etiam poſt alios Clarus *d.n.5.* & Menoch. *d. præſ.42. n.5.* aſſerentes ad pactum, quod eſt duorum conſenſus, ſufficere conſenſum tacitum, *l.2. ff. de pactis*, cum aliis ſimilibus, quem conſenſum tacitum aiunt ex præſentia, & taciturnitate, cum de tacentis commodo agitur, colligi iuxta Iura *ſuprà d. n.13.* allegata, præſertim *l. qui patitur, ff. mandati.* Quapropter textus iuris, in quibus habetur ex pollicitatione, ſeu ſimplici promiſſione oriri, ſeu dari actionem, intelligi debent (vt *infrà* explicatur) de hac pollicitatione quoad figuram, ſcilicet facta præſenti, & tacenti, quæ proprie eſt pactum. Neque *ex l. ſciendum §. dictum ff. de ædilitio edicto* à Picchardo adducta contrarium probatur, vt declaratur *infrà n.52.*

20 Ex quibus infertur ex huiuſmodi pollicitatione facta præſenti, & tacenti, & ſic tacite conſentienti, & acceptanti, cum in ea interueniat vtriuſque partis voluntas, & conſenſus in idem, oriri naturalem obligationem, & in foro conſcientiæ, quam *ſupra numero 14.* probatum eſt, oriri ex pacto nudo, ita Couarrunias *in d. cap. quamuis pactum, p.2. §.4. numero 15.* Molina *d. tom.2. de iuſtitia, diſp.252. num.1. & ſeq.* & *diſp.263.* P. Barboſa *d.p.3. n.13. & 14.* Sylueſter *loco citato*, alios cumulans Sanchez *d. diſp.6. n.11. d. verſic. nihilominus*, Rebellus *de obligat. Iuſt. p.2. lib.18. quæſtione ſecund. numer.2.* Stephanus Bauny *p.3. l.2. tract.1. de promiſſione, quæſt.2. fine*, Fagundez *de iuſtitia lib.3. cap.4. n.8.* & Caſtrus Palaus *de iuſtitia tract.32. diſp.2. puncto 3. num.2.* & alij Doctores, tum apud eoſdem, tum *infrà* citati, qui ſolum negant pollicitationem, ſeu ſimplicem promiſſionem factam abſenti, quæ nullo modo fuerit, nec expreſſe, nec tacite acceptata, parere naturalem obligationem, ſecus vero ſi fuerit expreſſe vel tacite acceptata à promiſſario, vel pro eo abſente ab alio promiſſioni præſente. Vnde etiam ex eadem ſimplici promiſſione facta præſenti, & tacenti, oriuntur alij effectus, quos pactum nudum operatur, & enumerantur à Gomez *tom.2. var. dict. capit.9. num. ſecund. circa finem*, & Molina *d. diſp.257.* & ſunt primo, vt ſolutum ei, cui debebatur ex pacto nudo, in foro exteriori non poſſit repeti. Secundo vt creditor ex pacto nudo poſſit facere compenſationem etiam in foro exteriori ex quo tertio idem, cui debetur ex pacto nudo, poteſt excipere aduerſus creditorem exigentem debitum, ſibi tantumdem deberi ex pacto nudo, vt non poſſit in foro exteriori cogi ſoluere, quantum eidem ex pacto nudo debetur, quod conſtat ex allegata *leg. iuriſgentium, § ſed nulla*, vbi dicitur ab Vlpiano nudam pactionem non parere obligationem (ſcilicet ciuilem) ſed parere exceptionem. Quarto quamuis ratione obligationis ex pacto nudo orientis non detur actio ciuilis contra paciſcentem, datur tamen aduerſus fideiuſſorem, ſi fideiuſſor pro talis pacti implemento eſt datus, & pariter in foro exteriori retineri poteſt pignus, ſi pro nudo pacto implẽdo ſit datum *l. fideiuſſor § fideiuſſor ff. de fideiuſſorib.* Quos effectus ratione obligationis naturalis ex pacto nudo reſultantes iure ciuili eſſe conceſſos pacto nudo, conſtat etiam *ex § præterea debitor, Inſt. de except. l. Stichum §. naturalis ff de ſol. l. ex hoc iure, iuncta Gloſſa ibi in verbo Obligationes ff. de iuſt. & iure*, & *l. cum hoc amplius §. is natura, iuncta Gloſſa ibi ff. de reg. iuris.*

Simplex promiſſio facta præſenti non expreſſe conſentienti, ſed tantum tacenti, an poſſit reuocari ad libitum.

Ex iiſdem quoque infertur, quod aliqui Iuriſperiti, quos refert, & ſequitur Tiraquellus *in l. ſi vnquam, verbo libertis, n.68. Cod. de reuocanda donat.* Manuel *tom.2. ſum. c.27. concl.4. n.4.* Angles *florib.2 p. de voto, q.1. difficult.3.* & Sayrus *l.9. clauis c.6. n.23. verſic. at certè*, ſenſerint ſimplicem promiſſionem, & donationem factam præſenti, & tacenti, nec expreſſe acceptanti, poſſe à promiſſione, ſeu donante ad libitum reuocari in foro conſcientiæ, moti primo, quod tacens reſpuere videatur, cũ homines beneficium recipientes conſueuerint gratias agere, ſecundo quia taciturnitas nec ſit ſignum conſenſus, nec diſſenſus, ſed quid medium *reg. 11 qui tacet 44. ff. de reg. iur.* infertur, inquam, talem promiſſionem gratuitam, & ſimplicem factam præſenti, & tacenti non poſſe deinceps reuocari, cum ex tacito conſenſu, qui in promiſſario, ſeu donatario præſente, & tacente intelligitur, tranſierit in pactum nudum, & cenſeatur completa, & perfectè induct(i)ua obligationis naturalis, vt expreſſe tradunt Clarus, Menoch. Mantica *locis ſuprà n.18. allegatis*, Couarruuias *in rubrica de teſtam. p.3. n.13.* Molina *de primog. l.4. c.2. n.376.* alter Molin. *de iuſt. tom.2. allegata diſp.264 n.6.* Azorius *p.3. lib.11. de pollicitationibus, c.2. quæſt.2. verſic. Quæres an* Sanchez *d. diſp.6. num.11. d. verſic. nihilominus*, Rebellus *loco citato*, & alij communiter, quos referunt Molina *d. num.76.* & Sanchez *d. verſic. nihilominus.* Qui *ibidem* ſicut, & Azorius *loco citato*, & Molina *dict. num.6.* de communi opinione expreſſe negant talem promiſſionem, aut donationem ſimplicem factam præſenti, & tacenti poſſe reuocari. Neque obſtat præfatæ illationi primum motiuum in contrarium adductum, quia ſæpè recipiens beneficium ob verecundiam, vel aliam cauſam tacet, ac proinde taciturnitas non poteſt eſſe ſignum contemptus promiſſionis, aut donationis. Neque etiam obſtat ſecundum motiuum ex regula, *qui tacet.* Tacere enim appellatur quid medium inter conſenſum, & diſſenſum, quia ad vtrumque poteſt ſe habere: At in fauorabilibus reputatur, & eſt conſenſus, vt probant iura *num. 13.* allegata, & Doctores *hoc numero 18.* allegati, & alij communiter tradunt: in onerosis vero diſſenſus, vt pariter Doctores communiter, quos latè refert Sanchez *d. lib.1. diſput.5. numero 5.*

Pollicitatio, ſeu ſimplex promiſſio facta abſenti ante acceptationem, an pariat obligationem ciuilem, vel naturalem.

Vtrum vero ex pollicitatione, ſeu ſimplici promiſſione facta abſenti abſque literis, vel nuncio, & nullo præſente, qui aptus, & idoneus ad acceptandum ſit, acceptante pro abſente oriatur naturalis obligatio, ita vt promittens in foro conſcientiæ implere teneatur promiſſionem, nec poſſit licite illam reuocare. 21

Certum eſt, & conueniunt Doctores Iuriſperiti, & Theologi, pollicitationem, ſeu ſimplicem promiſſionem, & gratuitam donationem factam abſenti ante omnem acceptationem expreſſam, vel

tacitam

tacitam non parere obligationem ciuilem, & actionem in foro externo, & poſſe pro promittentis ſeu donantis libito reuocari, conſtat ex lib. tertio, iuncta Gloſſa, ff. de Pollicitationibus, ex leg. nuda pollicitatio de contrahenda, & committenda ſtipulatione, cuius ſunt hæc verba. Nuda pollicitatione ſecundum ea quæ ſæpè conſtituta ſunt ad præſtanda ea quæ promiſerat vrgeri quemquam non ſemper Iura permittunt ex lege ſecund. §. ſed ſi quis donaturus, ff. de donationibus, vbi, ſed ſi quis (dicitur) donaturus mihi pecuniam alicui dederit, vt ad me perferat, & ante mortuus fuerit, non fieri pecuniam dominij mei conſtat ex lege abſenti, ff. eodem titulo de donationibus, quæ his continetur verbis, abſenti, ſiue mittas, qui ferat, ſiue apud ſe habeat, ſibi eum habere iubens, donari rectè poteſt; ſed ſi neſcit rem, quæ apud ſe eſt, ſibi eſſe donatam, vel miſſam ſibi non acceperit, donatæ rei dominus non fit, etiamſi per ſeruum eius, qui donabatur, miſſa fuerit, niſi ea mente ſeruo eius data fuerit, vt ſtatim eius fiat: quod idem colligitur ex leg. nec ambigi, Codic. de donat. ex leg. qui abſenti, ff. de acquirenda poſſeſſione, cuius verba ſunt. Qui abſenti ſeruo ſcribit, vt in libertate moretur, non eam mentem habet, vt ſtatim velit ſerui poſſeſſionem dimittere, ſed magis deſtinationem ſuam in id tempus conferre, quo ſeruus certior factus eſt. Ad idem facit lex ſi pater filio in princip. ff. de manumiſſ. vindic. idem tradunt ex Iuriſperitis Alexander in d. l. qui abſenti, & communiter ibi ſcribentes, & ſcribentes in cap. quamvis pactum de pactis, Couarruuias in relect. in d. capit. quamvis pact. 2. §. 4. num. 25. Gomez. var. tom. in cap 9. num. 2. Ludouic. Molina de primog. l. 4. cap. 2. num. 62. Mantica de tacit. & ambig. conuent. lib. 13. tit. 7. numero 1. P. Barboſa in l. 1. p. 3. numer. 13. & 14. Natta conſ. 253. numero 5. & ſequentib. & apud eoſdem alij ex Theologis. Molina de iuſtit tom. ſecund. diſp. 263. n. 1. & 2. Sanchez de matr. diſp. 6. num. 2. Sayrus lib. 6. Clarus cap. 6. numero 23. verſus finem, Rebellus de obligat. inſtit. p. 2. libr. 18. quæſtion. 2. initio, & quæſt. 3. Leſſius de iuſt. libr. 2. cap. 18. dub. 6. numer. 34. & ſequentibus, Azorius part. 3. lib. 11. cap. ſecund. quæſt. 3. Stephanus Baunius p. 3. de contractibus, lib. 2. tractat. 1. de promiſſione, quæſt. 2. Layman. in ſumm. Theol. mor. libr. 3. tractat. 4. capit. primo, numero 3. Fagundez de inſtit. lib. 3. cap. 4. numer. 2. 3. & ſequentibus, & cap. 5. num. 5. & ſequentibus. Caſtrus Palaus de iuſtit. tract. 32. diſputat. 1. part. ſecund. & parte 5. Theologiæ moralis, tract. 28. diſp. 1. p. 3. numer. ſecund. & ſeqq. Bonacina de contractib. diſputatione 3. quæſtion. 11. puncto 2. num. 5. Villalobos p. 2. ſumm. tract. 20. diff. 3. num. 1. Trullench. in Decalog. lib. 7. cap. 17. dub. 4. Ioan. Lugo de iuſtit. & iure tom. 2. diſp. 23. ſect. 3. numer. 35. Ioſeph. Roccafull. in ſua praxi de præceptis Decalogi, lib. 3. diſp. 1. c. 1. numer. 659. ego ipſe tom. 3. mor. tit. 2. numer. 196. alij apud præallegatos, & alij à me, d. tit. 2. numero 183. relati. Et idem eſſe in quibuſcumque aliis contractibus, vr nullus habeat vim efficaciter obligandi, niſi interueniat vtriuſque contrahentis conſenſus, tradunt Sanchez, Steph. Bauny, Leſſius, Villalobos, Trullench. Palaus locis citatis: textibus præallegatis adduntur rationes, vnam quoad promiſſionem ſimplicem, & donationem adducit Mantica, ſcilicet quia ignorans non cõſentit, & ſine conſenſu donatio non poteſt eſſe, ſeu valere, l. nec ignorans, Codic. de donationibus, quæ lex etſi loquitur in donatore ignorante, rectè tamen extenditur etiam, quando donatarius ignorat rem ſibi donari, vel donatam eſſe. Alia ratio additur, quod obligatio non naſcitur niſi mutuo duorum conſenſu, iuxta legem primam, ff. de pactis, & libro initio, ff. de pollicitationibus, obligatio enim vnius ad alterum non videtur poſſe contrahi, niſi concurrente vtriuſque voluntate: voluntas autem, & conſenſus promiſſarij non habetur ante acceptationem, & ſic promiſſor non poteſt obligari ante acceptationem promiſſarij. Tertiò omiſſis aliis rationibus (de quibus infrà) omnis promiſſio gratuita, & liberalis ex ſui natura habet hanc conditionem, ſi ab alio, in cuius gratiam fit, acceptetur, vt indicatur d. l. qui abſenti. Non poteſt ergo obligare ante acceptationem promiſſionis, ſeu donationis.

Stante etiã præfata diſpoſitione Iuris ciuilis, ex pro- 22
miſſione ſimplici, & gratuita donatione facta abſenti ante acceptationem non ſolum non oriri obligationem ciuilem, ſed neque obligationem naturalem, ita quod ante acceptationẽ in foro conſcientiæ promittens non teneatur rem promiſſam præſtare, & poſſit promiſſionem reuocare, tradunt Couarruuias d. §. 4. n. 15. Molina d. diſp. 263. n. 10. verſic. operæ pretium, Gomez. d. c. 9. n. 1. Sanchez d. diſp. 6. q. 1. & diſp. 7. n. 18. Leſſius, & Io. Lugo locis citatis, Stephanus Bauny d. diſp. 1. q. 2. aſſertione prima, & indicant alij Theologi ſuprà allegati, eo quod ius ciuile in prædictis textibus ſtatuerit, vt ſimplex promiſſio, & donatio careat omni vi inducendi obligationem, tam ciuilem, quàm naturalem, & integrum ſit promittenti vtramque ante acceptionem reuocare pro libito. Quod aiunt potuiſſe ius ciuile ſtatuere propter bonum publicum, atque ad tollendos ſcrupulos, & minuendas lites, ex quibus ſequitur, vt ex ſimplici pollicitatione facta abſenti ante acceptationem non competat exceptio, quam naturalis obligatio ex ſe producit, Inſtit. de except. in principio, & id expreſsè etiam tradunt Curtius iunior l. in bonæ fidei, C. de pactis, & Petr. Barboſa in d. l. 1. p. 3. num. 13. fine. ff. ſoluto matrimonio.

Quare etiam de iure Canonico talem promiſſionem, 23
ſeu donationem factam abſenti ante acceptionem non obligare, neque parere actionem, contra Panormitanum in capit. qualiter, de pactis, & Fortunium Garziam lib. 1. de pactis, poſt Felinum in cap. 1. de pactis, & eundem Panormitanum in capite cum vniuerſas, de electione, & alios Iuriſperitos, tradunt Couarruuias d. numero 15. Gomez dict. capit. 9. eodem numero primo, Petr. Barboſa d. p. 3. num. 14. initio, Lud. Molina de primogeniis, lib. 4. d. cap. 2. n. 62. verſic. tertio quia (vbi dicit eſſe communem ſententiam ſcribentium in dicto capit. 1. de pactis,) & Auguſtinus Barboſa collectaneo ad cap. ſi tibi abſenti, de probat. in 6. & ex Theologis Molina d. diſp. 62. d. n. 10. Sanchez d. diſp. 7. n. 2. Fagundez d. cap. 6. num. 4. Ioannes Lugo d. ſect. 3. n. 36. & alij Theologi ſup. num. 21. relati, & omiſſis aliis à Sanchez notatis, ratio eſt, quia nullibi in iure põtificio reperiũtur correctæ leges ciuiles quoad neceſſitatẽ acceptationis, ſeruatur autem etiam in foro Eccleſiaſtico Iuris ciuilis diſpoſitio, quam nõ reperitur Ius Canonicum correxiſſe. Neque obſtat d. c. qualiter, vbi dicitur, ſtudiosè agendum eſt, vt ea, quæ promittuntur, opere compleantur. Nam Couarruuias, Molina, & alij Doctores relati reſpondent ibi ſermonem eſſe non de quacumque promiſſione, ſed de promiſſione acceptata, & quæ tranſiuit in pactum nudum, eſtque duorum conſenſus. Non etiam obſtat d. cap. ſi tibi abſenti, de probat. in 6. vbi habetur collationem beneficij factam abſenti ab Epiſcopo validam eſſe, eſto is, cui collatum eſt beneficium, collationem non acceptauerit, nec nouerit factam, neque Epiſcopum collectorem poſſe illam reuocare, & beneficium alteri conferre, antequam idem, cui erat facta, illam repudiet, imò etiamſi illam repudiet, ſi tamen antequam Epiſcopus alteri beneficium conferat, repudiationis pœniteat, & collationem acceptet, beneficium alteri non poteſt conferre, vt ſcribentes in d.

cap. ſi tibi abſenti. Etenim Couarruuias, Molina, Sanchez, Auguſtinus Barboſa reſpondent beneficij collationem non eſſe donationem, ſed executionem eius, quod Epiſcopus, ſeu collator facere ex officio tenetur, & ideo ius Canonicum ſtatuit, vt ſtatim valeret: igitur actus, qui non ex neceſſitate, ſed ex mera liberalitate procedunt, vt ſunt ſimplex promiſſio, donatio (de quibus loquuntur iura *numero* 21. *allegata*) non pariunt obligationem, & poſſunt reuocari ante acceptationem iuxta præfata iura, quia adhuc alicuius iuris acquiſitio non reperitur ex parte promiſſarij ſeu donatarij, ſecus euenit in actibus ex neceſſitate procedentibus. Quare cum collatio beneficij, de qua *in dicto capite ſi tibi abſenti*, & ſimilibus iuribus, agitur, ſit de actibus, quos Epiſcopus ex officio, & ſic ex neceſſitate facere tenetur, *capite nemo deinceps, de elect. in Sexto*, ſtatim ſuum habet effectum, ita vt ante partis, ſeu collatarij declarationem reuocatio non admittatur, vt per *dict. capit. ſi tibi abſenti*, tradunt Couarruuias, Molina, Auguſtinus Barboſa *locis citatis*, & communiter Doctores ab eodem Barboſa allegati: & ſi dicatur etiam collationem continere donationem, reſpondetur, quod licet ex parte beneficiarij emolumentum contineat, non tamen ideo ex parte concedentis, ſeu collatoris reputatur donatio, cum non ex voluntate, ſed ex neceſſitate procedat, vt dictum eſt, vnde ex ingratitudine reuocari non poteſt, vt donatio, *capit. vltim. de donat.* Et ſi prædictis objiciatur textus *in cap. 1. verſic. nec obſtare, de conceſſ. preb. in 6. ibi, ad illorum quibus conceduntur*, dum dicit textus, quod gratiæ, & priuilegia non acquiruntur, nec tribuunt ius aliquod abſenti, vel ignoranti, ſed eſſe neceſſariam notitiam, & acceptationem, quod etiam dixit Gloſſa prima *in leg. vltima, Codic. de conſulib. lib.* 12. reſpondet Barboſa *loco citato* id procedere quoad efficacem acquiſitionem priuilegij, vſum, & exercitium eius, non vero quoad effectum, vt gratia ſuſtineatur nec amplius reuocetur. Aduertendum tamen (vt obſeruat Molina *dict. diſputatione* 263. *numero* 11.) quod ſicut ius Canonicum rectè ſtatuit collationem beneficij factam abſenti ſtatim, & ante acceptationem eſſe validam, & irreuocabilem à concedente, ita etiam ex rationabili aliqua cauſa potuiſſet contrarium ſtatuere, & quod collatio eſſet reuocabilis, & beneficium alteri poſſet conferri ante acceptationem ſequutam.

An etiam ſecluſo iure ciuili, & poſitiuo, ſolo iure naturæ attento acceptatio ſit neceſſaria, vt promiſſio, vel donatio facta abſenti pariat obligationem naturalem.

Difficultas ergo præcipua eſt, an etiam ſecluſo iure
24 ciuili (de quo in textibus *numero* 21. adductis) iure ipſo naturali, ſeu inſpecta ipſa pollicitationis ſeu ſimplicis promiſſionis natura, oriatur obligatio naturalis, & in foro conſcientiæ ex pollicitatione, ſimplicique promiſſione, aut donatio facta abſenti ante omnem acceptationem, ita quod promittenti non liceat amplius illam reuocare. Et quidem Couarruuias *d. §. 4. n.* 16. & Molina *d. diſp.* 260. *n.* 13. *&* 14. affirmarunt ſolo iure poſitiuo acceptationem exigi, vt alioqui ante eam pollicitatio, ſeu ſimplex promiſſio nullam pariat obligationem, neque naturalem, & poſſit reuocari: at verò ſtando in ſolo iure naturali, & attenta ipſa promiſſionis natura, ex ea ante acceptationem oriri naturalem obligationem, nec poſſe reuocari, eſſeque obligatum promittentem ſuam promiſſionem denunciare, ſeu manifeſtare promiſſario cui abſenti facta ſit, vt vel acceptet vel repudiet: & huiuſmet ſententiæ oportet vt ſint omnes Doctores ſuſtinentes promiſſionem, vel donationem purè internam ex ſui natura obligare in foro conſcientiæ promittentem vel donantem ad eam implendam, quantum eſt ex ſe, ſcilicet ad eam manifeſtandam promiſſario, vel donatario, & tradendam illi rem promiſſam, vel donatam, ſi ipſe velit promiſsionem aut donationem acceptare, quod Doctores latè allegant *dicto tom. 3. var. tit. 2. num.* 275. Hæc ſententia, quòd conſtituendo in loco iure naturali ex ſola ſimplici promiſsione facta abſenti ante acceptationem oritur, ſeu apta ſit oriri obligatio naturalis, & in foro conſcientiæ, vnde non poſsit amplius licitè reuocari, probatur primo, quia obligatio naturalis oritur ex conſenſu promittentis, aut donantis, quantum eſt ex parte ipſius, *l. Stichum §. naturalis ff. de ſolut.* at conſenſus promittentis, ſeu donantis ante acceptationem eſt perfectiſsimus: ergo obligationem naturalem, niſi lex poſitiua impediret, pareret ante promiſſarij acceptationem. Confirmatur, quia in gratuitis, & ſimplicibus promiſsionibus acceptatis obligatio non oritur ex acceptatione, ſicut in contractibus, ſiue promiſsionibus reciprocis: ergo ex ipſamet promiſsione ſimplici vtpote non ſpectante obligationem reciprocam. Secundo probatur, quia Iure ciuili ex pollicitatione ſeu ſimplici promiſsione ante acceptationem oritur obligatio & datur ciuilis actio, vt amplius non poſsit reuocari promiſsio, aut res tradita, aut donata in ſequentibus caſibus, primo ſi promiſsio facta ſit Ciuitati, ſeu Reipublicæ ad reparandum terræ motum, vel aliam ruinam quâ periit *l. tertia, leg. propter incendium, leg. ob cauſam, ff. de pollicitationibus.* Secundo ſi ſit facta ex gratitudine ob honorem à Ciuitate, aut Republica promittenti conceſſum. Tertiò ſi opus ciuitati ſit promiſſum, & fieri cœpit. Quarto ſit res ſit promiſſa ciuitati, & municipalibus tradita, quę nõ poteſt repeti etiã ſi ciuitas nondum acceptauerit *l. prim. & l. tertia ff. de pollicit.* & in prædictis caſibus per dictos textus ex ſimplici promiſſione, vel donatione fauore Reipublicæ ſeu boni publici oriri obligationem ex parte promiſſarij ſeu donatarij, & contra eum dari actionem ciuilem tradunt Gloſſa *in cap. ſcimus*, verbo *Pollicitationem* 12. *q.* 1. Couarruuias *dict. n.* 15. Gomez. *var. tom. 2. cap. 9. n.* 1. Molina *dicta diſp.* 263. *num.* 8. Sanchez *d. diſput. 6. n. 10. verſic. non obſtat*, & Layman. *allegato cap. 1. numer. 3. verſicul. Porro*, &c. his enim concludi debet Iure naturali ſolo inſpecto oriri obligationem naturalem ex ſimplici promiſſione ante omnem acceptationem: nam ſi non oriretur, ſed iure naturæ vltra promiſſionem requireretur acceptatio, Ius ciuile ſtatuere non potuiſſet, vt in prædictis caſibus ex ſimplici promiſſione vltra eius naturam oriretur obligatio, & daretur actio contra promiſſarium, vt latius explicat Molina *d. diſp. 293. d. n.* 13. dicens, quod Ius ciuile poteſt quidem ob bonum publicum adimere certis contractibus vim obligandi ſibi naturalem, non tamen poteſt dare, ſeu poteſt facere, quòd oriatur obligatio deficiente eo, quod ex natura rei, & eſſentialiter requiritur ad producendam obligationem.

Contrarium nihilominus, & ſolo Iure naturali 25
attento, reique natura ipſa inſpecta, ex pollicitatione, ſimplicive promiſſione aut donatione non oriri vllam obligationem naturalem, & in foro conſcientiæ, neque illã manifeſtãdi promiſſario ante acceptationẽ, proindeque promiſſionẽ, vel donationem antequam ſequuta fuerit acceptatio, poſſe licitè reuocari, ſentiunt cõmuniter

niter Doctores, ex Iuriſperitis Pannormitanus *in d. capite cum inter vniuerſa, de elect. & ex allegatis ſuprà numero* 21. Ludouicus Molina *de primogen. lib. quarto, d. cap.* 2. *num.* 62. & P. Barboſa *d. parte* 3. *num.* 13. & ex Theologis Scotus *lib.* 3. *de iuſt. initio, quæſt.* 5. *articulo* 5. & omnes præter Molinam relati, *ſup. num.* 21. Sanchez *d. diſp.* 6. *n.* 10. Azorius *d. quæſt.* 3. Leſſius *d. dubit.* 6. *n.* 39. Layman *d. cap.* 1. Rebellus *d. quæſt.* 3. Brunus *d. q.* 2. *aſſertione* 2. Fagundez *d. cap.* 4. *n.* 5. Caſtrus Palaus *d. p.* 5. *tract.* 28. *diſp.* 2. *part.* 3. *numero ſecund. & de iuſtitia, d. punct. ſecund.* Bonacina, Villalobos, Trullench. Roccafull *locis d. n.* 21. *allegatis*, Ioannes Lugo *d. diſp.* 23. *ſect.* 2. *num.* 38. & alij à me *d. tom.* 3. *var. mor. tit.* 2. *numero* 184. relati, & hanc ſententiam probant etiam rationes *ſupra n.* 21. adductæ, quibus vltra aliam rationem adductam à Leſſio, & Fagundez accedit ratio Soti, ſcilicet, quod promiſſio dicit relationem ad promiſſarium, & donatio ad accipientem, ideoque ante acceptationem promiſſarij, vel donatarij non poteſt oriri obligatio, cum eo non acceptante non ſit vera, & completa, ſeu perfecta promiſſio, vel donatio. Tertio probatur, quia ex vi prædictæ promiſſionis factæ abſenti ante acceptationem promittens neque obligari poteſt ex fidelitate, neque ex iuſtitia. Non ex fidelitate, quia hæc obligat promittentem implere promiſſum, ſi promiſſarius velit: dum autem promiſſarius non acceptat, voluntatem non habet, vt ſibi promiſſum exhibeatur, imo poteſt poſtquam eam promiſſionem nouerit, illam reſpuere, vel remittere rem promiſſam. Ergo ex fidelitate nulla eſt obligatio. Non etiam ex iuſtitia obligari promittentem probatur, quia hæc obligatio naſci non poteſt niſi ex iure, ſeu dominio rei promiſſæ tranſlato in promiſſarium: ius autem, aut dominium nemini acquiri poteſt illo ignorante, vt cõſtat ex textibus *ſup. n.* 21. adductis: ergo ſecluſa acceptatione obligatio ex iuſtitia eſſe nõ poteſt. Deniq; ſi ex promiſſione facta abſẽti ante acceptationem oriretur obligatio naturalis, & in foro conſcientiæ, & non liceret promittenti illam reuocare, videtur ex hoc ſequi etiam promiſſionẽ pure internam parere obligationem eam implendi, & illam manifeſtandi promiſſario, cum tamen contraria ſit communis ſententia doctorum, vt latè probaui, *d. tit.* 3. *var. mor. tit.* 2. *n.* 184. *& ſeqq. vſq. ad n.* 200.

26 Ad primam rationem prioris ſententiæ reſpondetur obligationem pendere quidem principaliter ex conſenſu, & voluntate promittentis, vel donantis, non tamen ex illo ſolo, ſecluſa acceptatione alterius, à quo etiá non vt à cauſa directa, ſed vt à conditione, ſine qua non, vis obligandi, ſeu obligatio promiſſióve quoad actu inducendam obligationem dependet, vt probatum eſt, ſicut *d. tit.* 2. *prællegatis numeris*, probaui ex conſenſu oriri obligationes, ſed non ex ſolo conſenſu interno, ſed ex eo coniuncto cum verbis, ſeu ſignis externis, quibus manifeſtatur, & ad alteram ordinatur.

27 Ad ſecundam probationẽ diuerſimode reſpondetur à Doctoribus poſterioris, & cõmunis ſententiæ. Sanchez, Layman, & Bauny reſpondent in caſibus in d. probatione enumeratis, de quibus in textib. *ibid.* adductis, ius ciuile ſpeciali fauore Reipublicæ, & boni publici ſtatuiſſe acceptationem non eſſe neceſſariam, vt ex promiſſione vel donatione oriatur obligatio, & detur actio cõtra promittentem, ius enim ciuile, ſicut ob bonum publicum poteſt adimere, ſeu impedire obligationem ex natura actus reſultantem, vt euenit in vltima voluntate minus ſolẽnni defuncti, quæ iure naturali attento eſſet ſeruanda, & ius ciuile ob bonum publicum ſtatuit non eſſe ſeruandam; ita etiam ob bonum publicum poteſt addere valorem actui, alioqui iure naturæ inualido, vt patet in donatione teſtamentaria cum conditione impoſſibili, aut turpi facta, quæ valet iure naturæ, & tamen Iure ciuili habetur pro non addita, *lege* 1. 2. 4. *& 6 ac* 9. *ff. de conditionibus appoſitis*: cuius rei ratio (inquit Bauny *dicta quæſt. ſecunda*) eſt, quia Princeps, & Reſpublica ob poteſtatem, quam habent in externa bona teſtatoris, eius voluntatem, ac conſenſum in vltimis voluntatibus ſupplent; quod facere nequeunt, niſi contractum Iure naturæ irritum (quia teſtator voluit voluntatem ſuam à tali conditione pendere) ex inualido reddant validum. Leſſius, Trullench, Palaus, & nonnulli alij reſpondent Ius ciuile non ſtatuiſſe vt in illis caſibus oriatur obligatio ex pollicitatione, ſeu ſimplici promiſſione, vel donatione ante acceptationem (id enim non colligitur ex dictis textibus) ſed ſolum prohibuiſſe ne talis promiſſio poſſit reuocari pro libito, ſicut ex natura rei poſſet, *vt ſuprà* probatum eſt, ex quo fit vt talis promiſſio ſemper poſſit acceptari, & promiſſum peti, quæ petitio (inquit Leſſius) videtur neceſſaria, vt promittens teneatur ſoluere, quod iiſdem textibus (ſubdit idẽ Leſſius) indicatur. Additque idem Leſſius non teneri promittentem ſuam promiſſionem ciuitati manifeſtare, cum nulla lex id præcipiat. Petrus Barboſa autem *dicta parte* 3. *num.* 14. *verſiculo confirmatur*, reſpondet pollicitationem factam ciuitati ad effectum obligãdi non expectare acceptationem ciuitatis, quia ciuitas attento rigore non poteſt conſentire, *lege prima*, §. *fin. ff. de acquir. poſſeſſione*; tamen non obligare ſine acceptatione decurionum, ſeu in dictis textibus non excludi acceptationem decurionum, quos ſufficit conſentire. Huic accedit reſponſio Ioannis Lugo *dict. diſput.* 23. *n.* 40. *verſiculo facilius*, dicentis in prædictis caſibus interuenire aliquam acceptationem ciuitatis, ſeu reipublicæ, quatenus ſinguli facti ſunt eius procuratores ad acceptandum ſaltem ſub conditione, niſi promiſſarius poſtea acceptare nolit, quod etſi Molina *d. diſp.* 63. *numer.* 16. *verſiculo eſt tamen*, dicat commentitium, eo quod nunquam dicant Principes in legibus, ſe acceptare eiuſmodi promiſſiones, dictum tamen Molinæ requiritur à Lugo, quia licet id non dicant explicitè, dicũt tamen implicitè, quatenus volunt eas eſſe validas, & irreuocabiles eo modo quo poſſunt, ad quod requiritur quod ea aliqui publica poteſtate aliquo modo acceptẽt.

Iure Hiſpano regni Caſtellæ ſimplex promiſſio, vel donatio ante omnem acceptationem an pariat obligationem, & ſit irreuocabilis.

Verũ etiam Iure Regni Caſtellæ, *l.* 3. *t.* 8. *l.* 3. *ordin.* quæ 28
hodie eſt *l.* 2. *tit.* 16. *lib.* 5. *recopil.* vbi ſtatuitur, vt quomodocũque conſtet aliquẽ intendiſſe ſe obligare etiam abſẽti per promiſſionẽ, aut pactũ, contractũve, maneat obligatus, & aduerſus eum cõpetat actio, correcta ſit diſpoſitio Iuris cõmunis cõtenti in textib. *n.* 21. præallegatis vt ex promiſſione, vel donatione facta abſenti oriatur obligatio ante acceptationẽ, nec amplius poſſit promiſſio, aut donatio reuocari, affirmarũt Couar. *in d. c. quãvis pact. p.* 2. §. 4. *n.* 15. *verſ. aliis videbitur*, Gomez *var. tom.* 2. *c.* 4. *n.* 2. *& d. c.* 9. *n.* 3. *v.* 4. & alibi, & nonnulli alij Iuriſperiti Hiſpani à Lud. Molin. *de primog. lib.* 4 *c.* 2. *n.* 59. & à Sanchez *de mat. lib. allegato, diſp.* 6. *n.* 18. relati: & ex Theologis Hiſpanis Molin. *de iuſt. to.* 2. *citata diſp.* 263. *n.* 9. *verſ. iuxta hæc, & diſp.* 264 *fine*, & nonnulli alij à Sãch. *d. n* 18 allegati, & in hãc ſententiam videtur inclinare etiam Fagund. *de iuſt. lib.* 3. *c.* 4. *n.* 3. *fine.* Fundãtur in generalitate illius legis indiſtinctè diſponẽtis, oriri obligationem, & dari actionem explicatione, vel quolibet pacto nudo, & ſimplici, qualiberve promiſſione; ex qua generalitate videtur ſatis colligi, quod ex omni actu, vel promiſſione, ex qua Iure communi nulla oriebatur actio, nec obligatio ciuilis, nec naturalis, iuxta diſpoſitionẽ d. legis Caſtell. vtraq; oritur, & ſic nõ poteſt reuocari ante acceptationem, licet vt efficaciter executioni

mandetur pendeat ex acceptatione, nam ſi alter acceptare nolit, non tenebitur promiſſor, vel donans dare rem promiſſam.

At contrariam ſententiam, & non obſtante *d. lege ante acceptationem non obligationem*, neque ciuilem, neque naturalem ex ſimplici donatione, vel dotatione facta abſenti ſuſtinent Lud. Molina *d. cap.* 2. *num* 60. 61.

29 *&* 62. P. Barboſa *in l.* 1. *d. p.* 3. *num.* 18. *verſicul. quod etiam ff. ſoluto matrimon.* & plurimi alij Iuriſperiti Hiſpani a Sanchez *d. diſp.* 6. *n.* 19. relati, & ex Theologia idem Sanchez *d. num.* 19. Villalobos *in ſumm. p. ſecund. tr.* 20. *allegata defin.* 3. Caſtrus Palaus *de iuſtit. tr.* 32. *diſp.* 2. *p.* 4. Fagundez *de iuſt. l.* 3. *d. cap.* 5. *num. ſecund. & tertio*, & plures alij, quos Sanchez *d. num.* 19. refert. Pluribus hanc ſententiam probant Ludou. Molina, & Sanchez, & præſertim, quod lex loquatur de ſtipulationibus, & alijs contractibus proprijs, in quibus interuenit duorum conſenſus, non de ſimplici promiſſione, vel donatione, & ſolum noluerit tollere ſolennitatẽ ſtipulationis, nempe, vt præcedat interrogatio, & ſubſequatur reſponſio ſeu promiſſio, & alias ſolemnitates iure ciuili ad validitatem contractuum requiſitas, non autem voluerit tollere ea, quæ à iure ciuili ad ſubſtantiam ipſorum contractuum, & obligationum requiruntur, acceptio autem in ſimplici promiſſione, vel donatione, eſt de ipſios ſubſtantia, & perfectione, *d. leg. abſenti ff. de donat. & d. leg. qui abſenti ff. de acquir. poſſeſſ.* & ex natura ſua habet conditionem, ſi à promiſſario, vel donatario acceptetur, *d. leg. quibus abſenti, & ſupra num.* 21. *fine*, notatum eſt, vnde etiam promittens non habet abſolutam voluntatem obligandi ſe, ſed conditionate, ſi promiſſio, vel donatio fuerit acceptata, & ita verba *dicta legis* 2. *regia* cum loquatur, *quando conſtat, ſeu apparet aliquem intendiſſe ſe alteri obligare*, quę verba denotant intentionem, ſeu voluntatem abſolutã & independentẽ ab alia conditione, non includunt ſimplicẽ promiſſionem, vel donationem, de quibus latius dicti Molina, & Sanchez. Adderem, cum ſtatuta correctoria iuris communis ſint reſtringenda, quantum fieri poteſt, vt minus corrigant, dummodo aliquid operentur, & ex verbis præfatæ *l.* 2. *regia* non conſtet in illius diſpoſitione decerni ſimplicem promiſſionem, vel donationem parere obligationem, & actionem ante acceptionem, non debet ad id extendi. Aduerto etiam Couarruuiam *libro primo var. capit.* 14. *numero* 11. *illatione prima*, licet arbitretur per *dictam legem regiam ſecund.* inductum eſſe, vt donatio abſenti fieri poſſit, & facta valeat etiam nemine acceptante: nihilominus ſubdere donatorem adhuc extante *dict. leg. regia*, poſſe reuocare donationem abſenti factam ante eius acceptationem, ſi ea donatio ab aliquo abſentis nomine acceptata non fuerit.

30 Etſi vero Ludouicus Molina *d. num.* 62. *circa finem*, & alij Iuriſperiti Hiſpani à Sanchez *d. diſp. ſexta, num.* 20. relati exiſtiment per *d. l. ſecund.* ſublatas eſſe ſolemnitates iuris communis, vt acceptatio donationis factæ abſenti fiat per nuncium ad id deſtinatum, vel per epiſtolam, ita vt iuxta *dictam legem ſecund.* ſatisfiat, ſi per quemcumque promiſſio ſeu donatio innoteſcat promiſſario, ſeu donatario, etiam inſcio promiſſore, ſeu donatore. Contrarium tamen, & non obſtante *d. leg. ſecund.* cenſeri adhuc neceſſarium, vt promiſſio, vel donatio innoteſcat promiſſario, vel donatario per epiſtulam, vel nuncium ſpecialiter ad id deſtinatum, ſentit nunnullos alios allegans Sanchez *d. diſputatione* 6 *numero* 20. *verſicul. verum pace*, quem ſequitur Caſtrus Palaus *d. diſp.* 2. *puncto* 4. *num.* 3. eo quod videatur non ſolum de extrinſeca ſolennitate iuris, ſed de ſubſtantia ipſius promiſſionis, vel donationis, vt ex voluntate promittentis, vel donatoris manifeſtetur, & intimetur ei, in cuius fauorem facta eſt, ſed de hoc plura apud eoſdem.

Ex traditis hucuſque veniunt reſoluenda ſequentia dubia.

Pollicitatio, ſeu ſimplex promiſſio facta ad pias cauſas, v. g. Eccleſia, Hoſpitali, vel pauperi, an ante nullam acceptationem pariat obligationem naturalem & exactionem, ſitque irreuocabilis.

Dubium primum, an pollicitatio, ſeu ſimplex promiſſio, vel donatio ad pias cauſas facta non immediate, & directe Deo (qua ratione eſt votum, & voti vim haberet, & certum eſt obligare in foro conſcientiæ ad implementum, ſicut quodlibet aliud votum de re poſſibili, & honeſta) ſed immediate, & directe homini, v. g. Eccleſiæ, hoſpitali, alij locive pio, vel pauperi, aut pauperibus ante omnem acceptationem pariat obligationem illam implendi, & actionem etiam in foro externo, nec poſſit ad libitum amplius reuocari etiam ante acceptationem. 31

Plurium ſententia eſt, in huiuſmodi promiſſione ad piam cauſam nõ deſiderari acceptationem, ſed ſtatim ex ea oriri obligationem naturalẽ, & actionem cõcedi, eſſeque illico irreuocabilem: ita Paulus de Caſtro *in l. decernimus, in fine, C de ſacroſ. Eccleſiis.* Panor. *in proœmio* Gregorian. *n.* 26. Felinus *ibid. n.* 25. *& in cap.* 1. *de pact. n.* 7. Caſtillianus *in memorabilibus, verbo Abſenti*, & alios allegans latiſſimè Mantica *de tacit. & ambig. conu. d. tit.* 7. *n.* 16. *& quatuor ſeqq.* & ex Theologis *ſuprà num.* 21. relatis. Molina *d. tom* 2. *diſp.* 263. *num.* 18. & Azorius *d. c.* 2. *q.* 6. *verſ. quarta*, præter quos etiam Angelus, & Sylueſter *verbo pollicitatio*. Quæ ſententia triplici ratione probatur. Primo quia acceptatio iure naturæ non ſit neceſſaria, vt ſimplex promiſſio pariat obligationem naturalem, & efficiatur irreuocabilis, iuxta tradita *num.* 24. & Doctores *ibidem* relatos, ſed tantum iure ciuili, quod non poteſt diſponere quoad cauſas pias, & reddere inualidos, & ſine effectu actus alioqui iure naturæ ſecluſo iure ciuili validos, vt patet in teſtamentis ad pias cauſas quæ valent non adhibitis ſolennitatibus à iure ciuili requiſitis. Neque reperitur iure Canonico ſtatutum, vt leges ciuiles requirentes acceptationem, vt ſimplex promiſſio, aut donatio obliget promittentem, aut donatorem, & ſit irreuocabilis, debeant procedere etiam in promiſſione, vel donatione ad pias cauſas. Altera ratio eſt, quod priuilegia præſertim quoad promiſſiones, & donationes à iure ciuili conceſſa ciuitatibus, pijs quoque cauſis ob earum ſpecialem fauorem competant, vt videtur ſatis conſtare ex *l. illud, & l. vt inter, Cod. de ſacroſ. Eccleſ.* quare cum promiſſio vel donatio facta ciuitati obliget, & ſit irreuocabilis ante acceptationem, iuxta tradita *n.* 24. *&* 27. ante acceptationem obligabit etiam promiſſio, vel donatio facta ad pias cauſas, & ob hanc rationem etiam Leſſius *de iuſt. l.* 2. *d. c.* 18. *n.* 36. *iunct. n.* 40. aſſerit ſimplicem promiſſionem factam ad piam cauſam non habere quidem abſolutam vim obligandi ante acceptationem, obligare tamen, vt non poſſit (ſicut ex natura rei poſſet) reuocari pro libito, quemadmodum iuxta eundem Leſſium eodem modo promiſſio facta ciuitati obligat ante acceptationem. Tertia ex Mantica eſt, quod donatio facta piæ cauſæ, & Eccleſiæ præſumatur facta propter Deum, & ſalutem animæ donatoris, non autem propter ipſum donatarium, *capit. verum, de condition. appoſ.* & ſic ſemper eſt directa ad Deum, & conſequenter obligat abſque vlla hominis acceptatione.

Contrarium nihilominus, & etiam promiſſionem, vel

vel donationem piæ cauſæ, Eccleſiæ, locóve pio, vel pauperem directè, & immediatè factam ante acceptationem ab ipſis, vel ab alio illorum nomine, non valere efficaciter, obligationemque naturalem non parere, poſſeque ante acceptationem pro libito reuocari, ſentiunt magis communiter Doctores, ita Gloſſa *in d. l. illud, verbo Alia ad finem, Cod. de ſacroſ. Eccleſ.* Bartolus *ibidem num. fin.* Baldus *ibidem n. 2. ad finem,* Baldus Nouellus *de dote, parte ſexta priuil. 1. numero ſecundo fine,* Capicius *deciſione* 180. *num.* 8. Couarruuias *var. libro primo, cap.* 14. *num.* 16. Molina *de primog. lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 58. Clarus *lib.* 4. *ſent. §. Donatio, quæſt.* 12. *numer.* 6. P. Barboſa *in l. 1. parte* 3. *num.* 18. *&* 19. & plurimi alij Iuriſperiti ab eodem P. Barboſa, & à Sanchez *d. diſput.* 6. *num.* 16. *verſic. cæterum*, relati, & ex Theologis *ſuprà num.* 21. relatis idem Sanchez *dicto verſic. cæterum*, Rebellus *d. lib.* 18. *quæſt.* 5. *numer.* 2. Paulus Layman *d. c.* 1. *num.* 3. *verſic. ſed totum*, Bonacina *d. p.* 1. Villalobos *d. tract.* 20. *difficul.* 5. *num.* 5. Stephanus Baurus *d. quæſt. ſecunda.* Fagundez *d. cap.* 4. *numer.* 7. Caſtrus Palaus *d. puncto* 2. *num.* 5. Ioannes Lugo *d. diſp.* 23. *num.* 42. Trullench, *d. cap.* 17. *dub.* 4. *num.* 2. Ioſeph Roccafull. *d. cap.* 1. *num.* 663. & nonnulli alij Theologi à Sanchez & Layman relati. Probatur hæc ſententia ex traditis *ſuprà n.* 25. ſcilicet, quia pollicitatio, ſeu ſimplex promiſſio, vel donatio Iure naturæ ante acceptationem nullam etiam naturalem obligationem parit, cum ſit ex natura ſua reſpectiua, & dicat relationem, ſeu reſpectum ad alterum, & ideo includat conditionem, ſi ab altero, in cuius fauorem fit, fuerit acceptata, & conſequenter de iure naturæ ad inducendam obligationem, & vt ſic irreuocabilis, requirit acceptationem; quam neceſſitatem non inuenitur Ius aliquod poſitiuum neque ciuile neque Canonicum abſtuliſſe in pollicitatione, ſeu ſimplici promiſſione facta ad pias cauſas directè non immediatè ad Deum, ſed ad ipſam piam cauſam, ſcilicet facta immediatè, & directè Eccleſiæ, vel loco pio vel pauperi, quæ licet fiat etiam propter Deum, tamen principaliter fit in gratiam hominis, & ſic vti facta homini vt pariat obligationem & ſit irreuocabilis, requirit acceptationem neceſſariam in promiſſione & donatione inter homines. Neque etiam priuilegia omnia conceſſa à iure ciuili ciuitatibus eſſe ad pias cauſas extendenda, cum ob ſpecialem finem, & in ſingulari cauſa ciuitatibus ſint conceſſa, vt conſtat ex traditis *ſuprà n.* 24. & late explicat Fagundez *d. cap.* 4. *n.* 7. *&* 9. Quamvis *ſuprà d. n* 27. notatum ſit etiam à promiſſione, vel donatione facta ciuitati non excludi aliquam acceptationem, *lex vero illud, & l. vt inter*, loquuntur de inſinuatione, & aliis ſolennitatibus Iuris ciuilis tantum requiſitis. Igitur licet Deus ſit vbique præſens, tamen quando promiſſio, vel donatio non dirigitur immediatè in Deum, ſeu non fit immediatè, & directè Deo, ſed fit immediatè, & directè cauſæ piæ ſeu homini, Eccleſiæ, vel pauperi, debet humano modo fieri, quæ requirit fieri in præſentia, vel interuentu acceptationis promiſſarij, vel donatarij, aut alterius, qui eius nomine poſſit acceptare, vt *ſuprà* probatum eſt, & tradunt omnes præallegati Doctores: & cum ſit homini principaliter facta, & non ipſi Deo per modum voti, Deus minimè acceptat, donec homo ipſe, cui facta eſt, & promittens, aut donans obligatur, acceptet, & ſic ante eius acceptationem non oritur obligatio, & irreuocabilitas. Addunt Rebell. & Fagund. *locis citatis*, quod etiãſi promittẽs certæ cauſæ piæ expreſſe voluiſſet ſe per promiſſionẽ obligare ad illam non reuocandã ante acceptationem, adhuc inclinandum eſſe in fauorem promiſſoris, vt promiſſio ante acceptationem non obligauerit, & poſſit ab eo reuocari, cum promiſſio, & donatio ſit diſpoſitio ſtricti Iuris, & talis intentio non pateat nobis, nec ex illis verbis noſci poſſit. Quod à fortiori aiunt procedere in dubio æquali, an promittens intenderit ante vllam acceptationem ſe obligare, & ad *l. quoties, ff. de rebus dubiis*, & communem opinionem quod in dubio æquali iudicandum ſit pro valore actus, reſpondet Rebellus non negari ante acceptationem, eſſe ſuo modo validam, ſed aſſerit non ita obligare promiſſionẽ vt antequam acceptetur, efficiatur irreuocabilis. Verum dici breuiter poteſt promiſſionẽ directè factã piæ cauſæ & non Deo, licet facta ſit cum expreſſa intentione ſe obligandi ante acceptationem, & illam non reuocandi, adhuc non obligare ante acceptationem, quia cum ſit facta homini, more humano fieri debet, nempe vel in præſentia promiſſarij, ſeu donatarij, vel cõditionem habet acceptationis ad ſubſtantiam promiſſionis humanæ homini factæ requiſitæ.

Quod ſi in promiſſione, aut donatione in fauorem piæ cauſæ ob Dei honorem, aut amorem intentio promittentis non feratur in ipſam cauſam piam, ſeu locum pium, vel pauperem, cui res promiſſa danda eſt, ſed in Deum ipſum, cui promiſſio fiat, vt ſi diceretur Promitto Deo, vel voueo Deo me daturum tali loco pio, vel tali pauperi, eo caſu promiſſio obligabit, vt votum factum Deo, vt dictum eſt, & poſt alios P. Barboſa *dicta parte* 3. *numer.* 17. Sanchez *d. diſp.* 6. *numer.* 17. Rebellus, Fagundez, Palaus, Bonacina, Villalobos, Layman, Trullench, Rochafull. *locis allegatis*, & Ioannes Lugo *d. diſput.* 23. *n.* 43. & alij à Sanchez & Lugo relati, & donatio facta Deo, ſeu in Deum directè, vt ſi quis in templo offerat rem aliquam ad eius ornatum, vel ponat ſuper altari animo donandi abſentibus Eccleſiæ miniſtris, vt poſt alios rectè notat Mantica *d. tit.* 7. *num.* 20. 21.

Vtrum autem ſi is, qui promiſit certæ cauſæ piæ, 39
loco pio, vel pauperi dubitet an habuerit intentionem directam immediatè ad Deum, volueritque vouere, an vero habuerit intentionem directam immediatè cauſæ piæ, volueritque promittere homini, ſiue ipſi loco pio, vel pauperi, in tali dubio præſumĩ debeat voluiſſe, ſeu habuiſſe intentionem vouendi, & promittendi Deo, non cauſæ piæ, certum eſt ſi promiſſio ſit facta verbis propriè ſignificantibus votum, vt ſi dixerit promitto Deo, vel voueo Deo me tali loco pio, vel pauperi daturum, præſumendum eſt habuiſſe intentionem vouendi, ſeu promittendi Deo, & eſſe verum votum, iuxta doctrinam communem à me *tom.* 1. *mor. var. titul.* 1. *n.* 1595. traditam, quod in dubio de valore voti ob defectum intentionis vouendi, vel promittendi præſumitur intentio vouendi, vel promittendi, quando vouens dubitans eſt certus ſe protuliſſe verba ſignificãtia propriè, & determinate promiſſionẽ, & votum. Difficultas ergo ſolum eſt, ſi promiſſio facta in à fauorem piæ cauſæ ſit facta verbis ambiguis, quæ poſſunt habere ſenſum, vt promiſſio ſit facta Deo, vel ipſi cauſæ piæ, & homo vti promittens vſus fuerit illis verbis, *promitto Eccleſiæ, ſeu tali loco pio*, vel *tali pauperi me daturum, &c.* an in dubio intentionis promittentis ſcilicet, an voluerit promittere, vel donare homini, ſeu loco pio, vel pauperi, vel promittere Deo, ſeu vouere, præſumi debeat potius intentio, ſeu animus vouendi, promiſſioq; accipienda ſit in vim voti, & eſſe præſumendum animũ vouẽdi, ac promiſſionem accipiendã in vim voti, ex præallegatis Doctorib. P. Barboſ. *d. p.* 3. *n.* 18. *verſ. Quinimò.* Sanchez *d n.* 12. Io. Lugo *d. n.* 43. Trullench, Bonacin. & Villalob. *locis ſup. n.* 32. *citat.* probat Sanchez (& approbant alij rationẽ) ex eo, quod huiuſmodi promiſſiones, & donationes, quæ fiunt cauſis piis in abſentia promiſſarij communiter intentio feratur ad Deum, & præſumptio ſumitur ex communiter accidẽtibus. Addit tamen Sanchez, & poſt eum alij cũ non ſit acquiſitũ ius cauſæ piæ ante acceptationem, poterit nihilominus votũ illud

diſpenſari, vel commutari ab Epiſcopo, vel ab iis, qui ſimilem facultatem habent. At in isto dubio videtur dici poſſe, præſumendum eſſe, non fuiſſe in promittente animum vouendi, ſed potius ſolum promittendi homini; & ita ex promiſſione nullam oriri obligationem naturalem, neque reſpectu rei, neque reſpectu cauſæ piæ: & ita videntur tenere etiam Rebellus & Fagundez *locis num. 32. allegatis*. Ratio eſt, quia quando verba promiſſionis prolata habent ſenſum ambiguum, vt poſſint intelligi aliquando de promiſſione facta Deo, aliquando non; an adfuerit, vel defuerit intentio vouendi, & promittendi Deo, non præſumitur intentio vouendi, neque votum emiſſum, vt etiam aliis relatis probaui *tom. 1. mor. var. d. tit. 1. n. 1593.* & facit etiam ratio illa *num. 32. fine*, ex Rebello, & Fagundez adducta, quod promiſſio & donatio eſt ſtricti iuris diſpoſitio, & ſic in dubio animi ſe obligandi Deo, vel homini ante acceptationem potius intelligenda in fauorem promittentis, vel donantis, vt eum non obliget, & ſit reuocabilis ante acceptationem, & ad illud de præſumendo valore actus in æquali dubiò *iuxta d. l. quoties, ff. de rebus dubiis*, præter reſponſionem *n. 35.* adductam ex Rebello reſpondet Fagundez *d. cap. 4. num. 8. verſ. ex quo*, intelligi de actibus iudicialibus, non particularibus, & liberalibus.

35 Prædictis tamen addendum ex ſpeciali iuris conceſſione in fauorem cauſæ piæ quemlibet priuatum validè acceptare promiſſiones, vel donationes factas Eccleſiæ, aliiſque piis cauſis, illiſque ſtipulari & acquirere, vt propterea ſtatim obligent facta tali per priuatum acceptatione, vel ſtipulatione, vt tradunt Gloſſa *in cap. quoties cordis 1. quæſt. 7.* & alios allegans Couarruuias *var. lib. 1. d. cap. 14. numer. 14. fine*, vbi dicit eſſe communem opinionem, & ex Theologis Rebelius *d. q. 3. num. 1.* Villalob. *d. diff. 3. num. 5. fine*, & Leſſius *de iuſt. lib. 2. d. cap. 18. num. 48.*

36 Qua autem ratione per alias perſonas, vel per epiſtolam, aut nuncium ſimplex promiſſio, vel donatio abſenti facta ad cauſas non pias poſſit validè acceptari, videatur apud Manticam *d. lib. 13 tit. 6. & 8.* Lud. Molinam *de iuſt. tom. 2. diſput. 264.* Sanchez *de matrim. lib. 1. d. diſp. 6.* Fagundez *d. l. 3. cap. 4. & 5.* Leſſium *d. cap. 18. dub. 6. & 7.* & alios Theologos ſuprà allegatos, & apud Seraphinum *deciſ. 426.*

Pollicitatio, ſeu ſimplex promiſſio vel donatio facta abſenti firmata iuramento an pariat obligationem ſtatim ante omnem acceptationem.

37 Dubium ſecundum. An pollicitatio, ſeu ſimplex promiſſio, vel donatio facta abſenti iuramento confirmata à promittente, vel donante ante omnem acceptationem pariat obligationem, euadatque irreuocabilis ante acceptationem. Procedit dubitatio, vbi iuramentum non ſit factum ipſi Deo propter eius honorem principaliter, ſed factum principaliter in gratiam, & fauorem hominis ad promiſſionem, vel donationem illi abſenti factam confirmandam: & prima ſententia eſt ex huiuſmodi promiſſione, vel donatione iuramento confirmata oriri obligationem, & etiam actionem in foro externo; & irreuocabilitatē ante omnem acceptationem: ita Panormitanus *in cap. cùm veniſſent, de conſtit. num. 56. & 57.* Bartolus *in l. ſi quis pro eo, n. 15. ff. de fideiuſſoribus*, Mantica *dict. libr. 13. de tacit. & ambig. tit. 7. num. 22. & tribus ſeqq.* Couarruuias *in d. cap. quamuis pactum, p. 2. §. 4. num. 16.* & plures alij Iuriſperiti relati à Mantica *d. numer. 13* & Sanchez *de matr. lib. 1. diſp. 7. num. 23.* & etiam Rota Rom. apud Seraphinum *deciſ. 427. num. 7.* vbi reſpondit donationem factam abſenti cum iuramento eſſe irreuocabilem: ex Theologis ita Molina *de iuſt. tom. 2. diſp. 263. num. 19.* Azorius *p. 3. lib. 1. d. cap. 2. q. 4.* Rebellus *d. p. 2. lib. 18. q. 3. n. 5.* Layman *d. lib. 3. tract. 4. c. 1. n. 3. verſ. excipe.* Fagundez *de iuſt. lib. 3. d. cap. 5. num. 15.* & alij relati à Sanchez *d. num. 23.* ex quibus Couarruuias, Molina, & Fagundex aiunt oriri obligationem non ſolum reſpectu Dei, ob religionem illi debitam, ſed etiam reſpectu hominis, ſcilicet obligationem ex iuſtitia, & ex ea oriri, & dari actionem non ſolùm iure canonico, ſed etiam iure ciuili, & ita videtur etiam ſentire Mantica, Bartolus vero *loco cit.* ſentit ex promiſſione nondum acceptata iuramento confirmata non oriri obligationem iuſtitiæ, ſeu ex Iuſtitia aduerſus promiſſorem, neque iure ciuili, neque iure canonico; ſed tantum religionis, ſeu ex virtute religionis reſpectu Dei, quem idem promiſſor iurans adducit in teſtem; cùm teneatur non adduxiſſe teſtem falſi, & infidelis promiſſionis: & ita ſentit etiam Layman, & idem ſentiunt canoniſtæ à Molina *loco cit. & diſp. 256.* relati, aſſerentes ex pacto nudo iuramento confirmato, etiam iure canonico non concedi actionem, ſed eſſe obſeruandum ſolum ob reuerentiam Deo debitam, & ex obligatione Religionis. Probatur hæc ſententia à Couarruuia ex eo, quod ſeclusa iuris ciuilis diſpoſitione, ex pollicitatione, ſeu promiſſione facta abſenti nondum acceptata oritur obligatio naturalis, iuxta tradita *ſuprà n. 54.* accedente ergo iuramento obligabit non obſtante contraria diſpoſitione iuris ciuilis. Secundò probatur, quia iuramentum ſeruandum eſt quotieſcumque ſine diſpendio ſalutis (quia non ſit contra bonos mores, nec contra bonum commune, vt eſt hoc iuramentum) ſeruandum eſt, *cap. ſi verò, de iuram.* & hæc ſententia à fortiori procedit, ſi promiſſioni acceſſerit iuramentum non reuocandi eandem promiſſionem.

Secunda ſententia priori omninò oppoſita aſſerit eandem promiſſionem, vel donationem abſenti factam, & firmatam iuramento etiam illam non reuocandi ante acceptationem abſentis, vel alterius, qui eius nomine poſſit validè acceptare, nullam adhuc parere obligationem etiam naturalem, neque ex iuſtitia, neque ex virtute Religionis, eſſeque reuocabilem donec fuerit acceptata. Ita Alciatus *conſ. 59. num. 8. & 9. lib. 8.* Molina *de primog. lib. 4. d. cap. 2. num. 65. & 66.* & plures alij Iuriſperiti à Sanchez *d. diſp. 7. n. 24.* relati, & ex Theologis idem Sanchez ibidem, Bonacina *de contractibus, diſp. 3. q. 1. puncto 1. n. 4. & 5. q. 10 puncto 5. num. 5.* Caſtrus Palaus *de iuſt. tract. 32. diſp. 2. d. puncto 5. num. 6.* & Ioannes Lugo *d. diſp. 23. n. 50.* probant Alciatus & Sanchez, quia ſimplex promiſſio & donatio facta abſenti habet ex ſui natura intrinſeca, & primordiali tacitam conditionem, ſi promiſſarius, vel donatarius acceptauerit, ita vt promiſſor, vel donans, non intelligatur aliter velle ſe obligare, *vt ſup. n. 51. & 55.* probatum eſt: at iuramentum ſortitur naturam, habetque conditionem actus, ſeu quæ tacitè ineſt ex natura actus, ſuper quo interponitur, *l. vlt. Cod. de non numerata pecunia, & l. vlt. ff. qui ſatisdare cogantur*: ergo iuramentum pollicitationi, vel donationi abſenti factæ additum etiam illam non reuocandi habet eandem conditionem, ſi acceptetur, & ſic ante acceptationem non inducit vllam obligationem, & remanet promiſſio, vel donatio reuocabilis, ſicut ſi iuramentum non eſſet additum ad illius confirmationem: neque ex eo, quod Deus adducitur in teſtem talis promiſſionis, vel donationis ſequitur, vt idem Deus illam ſtatim acceptet, & ſic ſtatim obliget reſpectu Dei. Nam cùm ſit homini in eius gratiam principaliter facta, & non ipſi Deo per modum voti, Deus eam non acceptat, niſi homo, cui facta eſt acceptet, & conſequenter neque reſpectu Dei obligat, nec eſt irreuocabilis ante hominis

38

nis acceptationem, ſed abſque periurio poteſt reuocari: confirmat hanc ſententiam Sanchez, quia per iuramentum, vel pactum quis non obligatur, niſi is, cui fit, conſentiat, iuxta Butrium & Panormitanum *in cap. ſicut 4. de iureiurando*; & alios Iuriſperitos ab eodem Sanchez relatos, ex quibus ad primam rationem primæ ſententiæ negatur iure naturæ alteutro oriri vllam obligationem ex pollicitatione, vel donatione facta abſenti abſque acceptatione. Ad ſecundam ſumptam *ex d. cap. ſi vero*, ex Sanchez, & aliis ab eo relatis reſpondetur iuramentum quod non eſt contra bonos mores, eſſe ſeruandum, niſi habeat tacitam conditionem nondum impletam: vnde qui iurauit ſe ducturum in vxorem mulierem, quæ poſtea fornicata eſt, non eſt periurij reus, ſi eam non ducat, quia tunc iuramentum non obligat ob defectum conditionis, quæ in eo ineſt, ſi res in eodem ſtatu permanſerint, *cap. quemadmodum de iureiurand.* ſic in propoſito iuramentum promiſſioni, vel donationi abſenti factæ additum, eam implendi, vel non reuocandi, ante acceptationem non obligat ob conditionem tacitè ei inexiſtentem, ſi promiſſio, vel donatio iurata acceptetur.

39 Quod ſi iuramentum additum promiſſioni, vel donationi factæ ad cauſam piam, fuerit factum ipſimet Deo principaliter propter eius honorem; tunc cum habeat rationem voti, ſtatim obligat reſpectu Dei obligatione Religionis, licet non iuſtitiæ, & ſic reuocari non poteſt, vt Sanchez, & alij Theologi pro eadem ſecunda ſententia relati; & ſic cum ante acceptationem non obliget ex iuſtitia, iuſve non acquiratur homini, ſed ſoli Deo, poteſt per diſpenſationem vel commutationem tolli inconſulto homine, vt ait Sanch. *d. diſp. 6. num. 15.*

40 Vtraque ſententia eſt probabilis, ſed ſecunda ſuppoſita ſententia, quod de iure naturæ ex pollicitatione, vel donatione facta abſenti nulla oriatur obligatio, probabilior videtur.

Pollicitatio, ſeu ſimplex promiſſio, vel donatio facta infanti non habenti vſum rationis, & conſenſum, an ante vllam acceptationem valeat & obliget, nec poſſit reuocari.

41 Dubium tertium, an pollicitatio, ſeu ſimplex promiſſio, vel donatio facta infanti præſenti, nondum nacti vſum rationis, & incapacis liberi conſenſus obliget, ſtatim euadat irreuocabilis ante omnem ſequutam acceptationem: & ob ſpecialem fauorem infanti à iure conceſſum ſtatim obligare, & euadere irreuocabilem affirmant poſt Decium Lud. Molina *de primog. lib. 4. d. cap. 2. num. 75. initio*, & poſt eumdem Decium, & Pariſium, Sanchez *lib. 6. de matr. diſp. 15. num. 15.* per textum *in l. iubemus, in fine ibi, niſi infantes ſint, Cod. de emancip.* vbi quamvis emancipatio abſque voluntate, & conſenſu emancipati fieri non poſſit, hoc tamen fallit in infante, qui etiam ſine acceptatione, & conſenſu efficitur ſui iuris.

42 Negant vero Crotus *in l. initio, in 2. lect. col 3.* & Mantica poſt eumdem Crotum *de tac. & amb. lib. 13. tit. 6 n. 6.* & Cardinalis *in cap. de illis, de deſponſ. impub. n. 2.* à Sanchez *d. diſp. 6. n. 27. fine* relatus, & ita ſentire videtur Couarruuias *var. lib. 1. d. cap. 14. num. 13.* requirens vniuerſaliter acceptationem ad valorem donationis, vt ſit irreuocabilis: & ex Theologis Rebellus *de oblig. iuſt. p. 2. lib. 18. d. q. 3. fine.* Caſtrus Palaus *de iuſt. tract. 32. diſp 2. d. puncto 2. n. 8.* & poſt Vaſquez *de matr. diſp 4. n. 48.* & Turrianum *diſp. 64 dub 5. n. 10.* Ioannes Lugo *de iuſt. tom. 2. diſp. 23. d. ſect. 3 n. 48.* Fundatur in eo, quod non reperitur in iure ciuili, vel canonico cauſa, vt promiſſio, vel donatio facta infanti incapaci conſenſus, & acceptationis valeat, & obliget ſtatim ante omnem acceptationem; neque ad promiſſionem, & donationem infanti factam extendenda ſit diſpoſitio *d. l. iubemus*, quæ lex, cum loquatur ſolum in ſpeciali caſu emancipationis, non eſt extendenda ad alios caſus, vtpote iuris communis correctoria. Et quia etiam in emancipatione eſt ſpecialis ratio, vt quæ à Republica inducta eſt, & conſequenter à Republica abſque conſenſu emancipati concedi poteſt. Quod ſi infans eſſet proximus infantiæ, ſeu ætati adultæ, & haberet etiam aliqualem intellectum, tunc cum poſſit conſentire in ſuam vtilitatem, *§. pupill. Inſt. de inutil. ſtip.* promiſſio, vel donatio ei præſenti facta ſtatim obligaret, & eſſet irreuocabilis ob tacitam acceptationem præſumptam, vt notauit etiam Mantica *d. n. 6.* aduertit etiam Ioannes Lugo poſt Turrianum *vbi ſupra dub 9. num. 3.* ſi promiſſio non dirigatur ad infantem, ſed ad alium præſentem, vel abſentē, cui promittatur id, quod in vtilitatem infantis cedit, & ipſe promiſſionem acceperit, validam obligationem, & irreuocabilem eſſe promiſſionem; eo quod iam ille tertius acquirit ius ex promiſſione acceptata, & etiam illi ſemper eſt vtile, quod promiſſio impleatur: cum vtile æſtimemus, quando iis, qui ad nos attinent, vel quos diligimus, aliquod bonum præſtatur. Putat quoque Mantica *d. n. 6.* infanti per ſeruum idoneum poſſe donationē acquiri, per Text. *in l. ſi quis in emancipatum minorem, Cod. de donat.*

An pollicitatio, ſeu ſimplex & nuda promiſſio dotis facta mulieri abſenti nullo præſente pro ea acceptante, & abſque epiſtola, vel nuntio, pariat obligationem, & inducat actionem ad eam dotem petendam, quaſi mulier pro ſe ſtipulata eſſet.

Dubium quartum, & principale (in ordine ad quod præcedentia de nullitate acceptationis ad effectum, vt pollicitatio, ſeu ſimplex promiſſio obliget naturaliter, & ciuiliter) an Pollicitatio, ſeu ſimplex & nuda promiſſio, vel ſimplex donatio dotis facta mulieri abſenti nullo præſente pro ea recipiente, ſeu acceptante, & abſque epiſtola vel nuntio, ante acceptationem pariat obligationem & actionem, vt contra promittētem, vel donātem poſſit agi ad dotem promiſſam. Et huiuſmodi pollicitatione, vel donatione dotis oriri obligationem, & poſſe efficaciter agi ad dotem ante omnem acceptionem, affirmarunt Azo in *ſumma Cod. de dotis promiſſione.* Gloſſa *in l. finali, verbo pollicitatio, Cod. de dote cauta*, & alibi Baptiſta à S. Blaſio *de priu. dotis, cent. 3 n. 2.* Fortunius *l. 2. in princ. n. 8. ff. de pactis*, Paulus de Citadinis *de iurepatronatus 3. p. n. 48.* Lambertinus pariter *de iurepatron. tract. 4. art. 4. quæſt. principali, 1. part. lib. 1. n. 6.* Mantica *de tac. & ambig. conu. lib. 13. tit. 7. n. 16.* & apud eumdem Decius *conſ. 35. n. 1.* & nonnulli alij Iuriſperiti à P. Barboſa *ad l. 1. p. 3. n. 12. circa finem, ff. ſolut. matr.* relati, & ad huius affirmatiuæ probationem adducuntur primo *l. fin. C. ad Velleian.* ibi, *pollicitatus eſt, l. 1. §. penul. ibi, ex pollicitatione dotis ff. de dotis collatione*, quos textus de propria pollicitatione intelligunt præfati Doctores, & alij à P. Barboſa relati: ſecundò adducuntur *l. vnica §. accedit Cod. de rei vxoriæ actione, l. finalis, in princip. Cod. de iure dotium.* & *l. ex morte, in fine, Cod. de pactis conu.* quibus textibus ſpecialiter diſponitur, quod ex contractu dotis inter alios celebrato quæratur ius abſenti mulieri, & inducitur *ibid.* donatio à lege, quæ fingit mulierē ſibi ſtipulatam. Tertio probatur, quia dos dicta peti poteſt ex Vlpiano *in Inſt. lib. 3.* ergo multò magis dos promiſſa, cum dictum 43

contineat

contineat ſolum enũciationem dotis, ſcilicet mulierem eſſe dotatam in tot nummis, v.g. in centum aureis, *lege ſciendum, §.1 ff. de ædilitio edicto.*

44 Contrarium tamen, & ex nuda pollicitatione, ſeu ſimplici promiſſione, vel donatione dotis facta mulieri abſenti nullo præſente recipiente, & abſque literis, vel nuntio (quæ eſt propriè pollicitatio, *vt ſuprà num.17 & 18.* probatum eſt) non oriri vllam obligationem, aut actionem, & ſic ex ea non poſſe cogi promittentem ad dotem ſoluendam, & poſſe reuocari, ſi non fuerit priùs ſubſequuta acceptatio, longè verius eſt & tenent expreſsè Gloſſa *in rub. Cod. de dotis promiſſione, ibidem* Baldus, Baldus Nouellus *de dote parte 6. priuileg. 1. num. 3. & priuileg. 78. num. 3.* Gomez *in l. 50. Tauri, num. 19. verſicul. adde tamen.* Natta *conſ. 253. num. 5. vol 2.* Cæſar Coſta *verſicul. ambiguitatem Iuris, cap. 12. col. 2.* Rota *deciſ. 487. num. 21. fine,* apud Seraph. P. Barboſa *dict. p. 3. num. 13.* & plures alij Iuriſperiti à Natta, & eodem P. Barboſa *d. numer. 13. & num. 14. & 15.* allegati. Probant hanc ſententiam omnes textus *ſupra num. 21.* adducti ſcilicet *l. 3. ff. de pollicitationibus, l. nuda pollicitatio. ff de contrahenda, & committenda ſtipulatione, l. 2. §. ſi quis donaturus l. abſenti, ff. de donationibus, & l. qui abſenti,* ex quibus conſtat pollicitationem nudam, ſimplicémve promiſſionem, vel donationem factam abſenti ante acceptationem non parere obligationem ciuilem, ſed neque naturalem, nullamque ex ea dari actionem, quod etiam latius probatum eſt *dicto num. 21. & duobus ſequentibus,* & tradunt Doctores communiter *iiſdem numeris* allegati, & etiam ſecluſo iure ciuili ex tali promiſſione, vel donatione non oriri obligationem naturalem eſt communis ſententia, *vt ſupra n. 23. & ſeqq.* oſtenſum eſt: nulla autem reperitur Iuris ciuilis diſpoſitio, nullaque viget ratio, propter quam aſſeri, ſeu admitti debeat, ex nuda pollicitatione, ſeu promiſſione ex cauſa dotis oriri obligationem, & produci actionem contra pollicitatorem: ſicut neque datur fauore Eccleſiæ, *vt ſuprà* probatum eſt, neque etiam fauore fiſci ex nuda pollicitatione dari actionem dixerunt Bartolus *l. 1. in princip. num. 13. ff. de iure fiſci,* quo argomentu in hac ſpecie vtuntur Decius *l. ex his num. 15. Cod. de teſtam. milit.* Baldus Nouellus *d. p. 6. priuileg. 78. num. 3.* & poſt eos P. Barboſa *d. p. 3. num. 16. initio.*

47 Neque obſtant Iura *numero 43. primo loco* adducta, nam, vt poſt Iacobum Niger *in rub. num. 68. ff. de verbor. obligat.* & Alciatum *in rub. num. 12. Codic. de pactis,* P. Barboſa ea Iura ſunt intelligenda de ea pollicitatione, quam quis facit præſenti, & tacenti, quæ promiſſio attenta figura eſt pollicitatio, quia continet expreſsè ſolam offerentis promiſſionem, tamen attenta iuris præſumptione eſt pactum, cùm præſens, & tacens in fauorabilibus præſumatur conſentire, *vt ſup. num. 13. & 18. verſiculo verum,* probatum eſt, & conſtat ex iuribus, *ibidem* adductis, & tradunt Doctores *iiſdem numeris allegatis,* aſſerentes promiſſionem factã præſenti, & tacenti eſſe pactum nudum, ex eaque oriri effectus, qui ex pacto nudo producuntur. Quare ex hac pollicitatione quoad ſolam figuram, ſed Iuris interpretatione pacto nudo, fauore dotis oritur obligatio, & datur actio iuxta *d. l. ad exactionem, C. de dotis promiſſione, vt ſuprà num. 16.* oſtenſum eſt. Præterea prædicta Iura iuxta Alciatum, & P. Barboſam *locis citatis,* poſſunt intelligi, quando pollicitatio fuit facta abſenti, & perſeuerante adhuc pollicitatore in eadem voluntate abſens conſenſum præſtitit: nam tunc attenta origine pollicitatio dicitur: tamen propter conſenſum ſuperuenientem re vera eſt pactum, cùm ſit conſenſus duorum, iuxta tradita *ſupradictis num. 13. & 18.* & ſic ex tali pollicitatione attenta origine quæ ex poſtfacto tranſiuit in pactum fauore dotis, dabitur actio iuxta *dictam leg. ad exactionem, Codice de dotis promiſſione,* & tradita *ſupradicto numero decimoſexto.*

Mulieri abſenti, pro qua dos marito promittitur, vel datur ab extraneo, quæritur actio ex ſtipulatu, quaſi ipſa pro ſe eſſet ſtipulata.

Ad iura autem *ſuprà n. 43.* ſecundo loco adducta reſpondetur *dict. l. vnicam, d. §. accedit,* & alia iura, *ibidem* allegata non dicere, quod firmetur, ſeu perficiatur contractus dotis ex nuda pollicitatione facta mulieri abſenti, ſed quod vbi extraneus promiſit dotem marito pro muliere abſente, tunc ſi non ſit pactus, ſeu ſtipulatus à marito ſibi dotem reddi ſoluto matrimonio, licèt reſpectu mulieris abſentis videantur eſſe pollicitatio, tamen fauore dotis lex fingit ſtipulationem in fauorem mulieris abſentis, quaſi mulier ipſa pro ſe, & dotem ſibi reddi eſſet ſtipulata; & videtur extraneus illi donare voluiſſe, vt latè oſtenſum eſt, *vt ſupra cap. 3. num. 99.* & clarè conſtat *ex d. §. accedit,* tradunt Doctores *ibidem* allegati, & ita ſupplet lex ſtipulationem mulieris in contractu dotis iam firmato quoad reſtitutionis cauſam, ac proinde hoc non poteſt trahi ad ipſum cõtractum principalem dotis, vt facta nuda pollicitatione dotis lex fingat ſtipulationẽ mulieris interceſſiſſe, cum facilius obligationi iam cõtractæ addatur qualitas, quam quod de nouo contrahatur, vt latè Natta *d. conſ. 253. num. 6.* & etiam quod lex eo caſu fingat abſentem mulierem pro qua dos marito eſt ab extraneo promiſſa abſolutè, & ſine mentione reſtitutionis pro ſe ſtipulatam eſſe, rationem eſſe ait P. Barboſa *d. p. 3. n. 15. verſic. & eſt;* quia cũ prædicta ficta ſtipulatio procedat ex diſpoſitione legis, ſuccedit regula, quòd in his quæ deferuntur ex diſpoſitione legis, non eſt neceſſaria partis præſentia, *lege cum pater 79. §. Surdo. de legat. ſecundo, & l. 2. C. de pactis.* Igitur licet quando nuda promiſſio dotis directè facta eſt mulieri abſenti, ſed tantum eius marito pro ea abſente in eiuſdem mulieris etiam abſentis fauorem fingatur ſtipulatio, tanquam ab eadem muliere facta *d. §. accedit,* non inde tamen à fortiori (vt putauit Salyc. *in rub. in fi C. de dotis promiſſ.*) idem dicendum quãdo interuenit nuda pollicitatio dotis facta ipſi mulieri abſenti, nam quando pollicitatio facta eſt marito præſenti; eius reſpectu tranſit in pactum, & tunc in fauorem mulieris abſentis fingitur ſtipulatio, iuxta tradita: at verò ſi pollicitatio dotis directè fiat mulieri abſenti, tunc eius fauore non fingitur ſtipulatio, quia id iure cautum non reperitur, *vt n. 44. fine,* dictum eſt, & expreſsè tradunt Bald. Nouell. *loco citato, & d. p. 6. priu. 23.* Alciatus, Gomez, Natta à P. Barbof. *locis allegatis,* & alij à Natta, & Barbof. allegati, & etiam alij Doctores *ſup c. 3. n. 102.* allegati aſſerentes, mulieri abſenti acquiri ex cauſa dotis, & induci, ſeu præſumi donationẽ: loquũtur etiam ſi dotis promiſſio, aut donatio ſit directa, & facta immediatè ipſi mulieri abſenti, ſed tantùm quãdo pro ipſa muliere abſente extraneus promiſerit, vel dederit dotem, iuxta *§. & vt plenius, & d. §. accedit, C. de rei vxor. act.* Quare ex præfata nuda pollicitatione directa in mulierem abſentem, ſeu facta immediatè ipſi mulieri abſenti, non dabitur actio contra promittentem, vt dictum eſt.

Quando pater, vel alius pro filia, ſeu muliere promiſit dotem marito, actio ad petendam dotem à promittente competit marito, non mulieri, in cuius fauorem dos eſt promiſſa, cui tamen competit actio ad petendam dotis reſtitutionem à marito.

47 De eo autem quod quando extraneus pro muliere abſente dotem promiſerit non ſtipulando ſibi dotem reddi ſoluto matrimonio per mortem mulieris, præſumitur donatio facta mulieri, & lex fingit ſtipulationem in fauorem eiuſdem mulieris, vt dictum eſt, ſequitur quod licet quando pater pro filia, vel alius promiſit dotem genero, vel marito ex tali promiſſione filiæ, ſeu mulieri non competat actio ad petendam dotē a patre, vel ab alio promiſſam marito, conueniendo patrem, vel illum, qui dotem marito promiſit, ſed ſolus gener, ſeu maritus ex tali promiſſione habeat actionem contra patrem, vel alium promiſſorem, vt colligitur *ex l. ſi pater, Cod. de dotis promiſſione*, & per illum textum tradunt communiter Doctores. Gloſſa *ibid.* Gabriel *comm. concl. lib. 3. concl. 3.* P. Barboſa *ad l. 1. d. p. 3. n. 11. & 15. verſic. ex quibus colliges, ff. ſolut. matr.* Surdus *dec. 229. n. 16.* Vincentius de Franc. *dec. 33. n. 3. 4. & 5.* Rota Rom. *p. 4. diuerſ. deciſ. 769. num. 1.* Hodierna *ad deciſ. 55.* Surdi *n. 4.* Aloyſius Riccius *in collect. deciſ. p. 3. collect. 395. verſ. Verum intelligi*, Faber *lib. 5. Cod. tit. 6. defin. 5.* Fachineus *controu. iur. lib. 8. cap. 73.* alij à Gabriele, P. Barboſa *d. num. 11.* Surdo, Vincentio, Natta, & ab Auguſtino Barboſa *collect. ad d. l. ſi pater.* allegati; eo quod ei qui acquirit, & in quem ſtipulatio concipitur, competit actio, non ei, cuius contemplatione acquiritur, & ſtipulatio alteri fit, vt poſt alios iidem Doctores, præſertim Surdus, & Vincentius de Franch. nihilominus dotis ſolutæ reſtitutionē poteſt à marito petere, cum in eius fauorem lex induxerit actionem ex ſtipulatu, ad quam acquirendam non requiritur præſentia, neque factum hominis, vt numero præcedenti dictum eſt: ita P. Barboſa *d. cap. 3. num. 15.* Quod ſi diſſoluto matrimonio dos promiſſa non fuerit ſoluta marito, ſoli marito (ſi matrimonium fuerit diſſolutum aliter, quàm per mortem mariti ſolo diuortio) aut mariti hæredibus (ſi diſſolutum ſit matrimonium mariti morte) competit actio directa ad petendam dotem à promiſſore, non autem vxori, quæ proinde agere non poterit contra promiſſorē abſque ceſſione viri, in quo reſidet actio, vel eiuſdem viri hæredum pro ipſa dote recuperanda, vt per textum *in l. ſi ſocer, §. Lucius, ff. ſoluto matrim.* tradunt præallegati Doctores præſertim P. Barboſa, Surdus, Riccius, Hodierna, Rota, & Vincent. de Franchis alios allegans, & ex iiſdem adducens rationem, quare mortuo viro abſque eius hæredum ceſſione mulier agere nequeat, quia ſi actio reſidet in perſona viri: mortuo viro tranſit in eius hæredem, non in vxorem, *l. cum hæred. ff. de acq. poſſ.* ſed poterit vxor agere contra viri hæredes, qui vel ſoluant, vel cedant actionem, quod idem erit, vt dicit textus *in d. §. Luc. ff. ſol. matr.* & hoc quidem de rigore. At de æquitate canonica poſſe mulierem abſque ceſſione agere contra dotis promiſſionem, ſenſere Guido Papæ *qu. 35. poſt princ. & conſ. 6. n. 7.* Boërius *dec. 328. num. 2.* Cephalus *conſ. 713. n. 44. lib. 5.* P. Barboſa *d. num. 11.* Stephanus Gratianus *diſcept. for. tom. 1. cap. 49. num. 29.* Hodierna *ad d. deciſ. 55.* Surdi *num 6.* & nonnulli alij ab eodem relati: & ita iudicatum fuiſſe per Rotam Romanam refert Gratianus *d. num. 29.* & ſimiliter ita iudicatum teſtantur Papon *lib. 15. tit. 4. arreſt. 3.* & Ant. Faber *lib. 5. Cod. tit. 3. defin. 6* quamvis Fachineus *d. cap. 73.* id non admittat fundamentis Guid. Papæ reſpondens, at altera ſententia iam eſt communiter recepta.

Cur autem quando à patre dos nomine filiæ legata eſt ſponſo, aut genero, filiæ, non genero competat actio ad dotem petendam, vt habetur *l. ſeruo legato 69. §. ſi teſtator, ff. de legat. 1.* & tradunt Faber *d. defin. 5.* & 48
alios allegans P. Barboſa *d. num. 11.* & non quando pater, vel alius promiſit marito dotem pro filia, vel alia muliere, vt *d. l. ſi pater*, rationem differentiæ aſſignat idem Faber *ibidem*, ſcilicet quod in legatis attenditur, cuius interſit, vt agnoſcatur, cuius contemplatione teſtator legauerit, *l. fideicommiſſa 11. §. plerumque, & §. interdum, ff. de legat. 3.* & mulieris maximè, & præcipuè intereſt habere dotem, *d. §. ſi teſtator*, & ſæpè in capitibus præcedentibus dictum eſt, cùm dos ſit proprium filiæ patrimonium, vt pariter in primis capitibus notatum eſt, & dicitur *l. 3. §. ſed vtrum, ff. de minor. & l. vltim. Cod. de dotis collat.* At verò in ſtipulationibus inſpiciendum eſt, qui ſtipulatus eſt, & cui promiſſum eſt, cùm alteri nemo ſtipulari poſſit, *l. ſtipulatio iſta 38. §. alteri, ff. de verb. oblig.* Quod vero etiamſi pater nullam pro ea promiſiſſet genero dotem filiæ, quæ minus congruam dotem habuit, poſſit conuenire patrem, vt congruè ab eo dotetur, idem Faber *d. defin. 5.* ait id fieri ſolum implorato iudicis officio, cum officium paternum ſit congruè dotare filiam, *l. fin. Cod. de dotis promiſſione, & l. qui liberos, ff. de ritu nupt.* & latè explicatum eſt *cap. 4.* non autem vi actionis, eo quod filia non poſſit agere contra patrem, *l. 4. ff. de iudic.* neque ex cauſa dotis, *d. l. 3. §. ſed vtrum, ff. de minor.* ex promiſſione verò alius agere non poteſt quam is, cui promiſſio facta eſt, *l. quæcumque 11 ff de obligat. & act.* ita Faber *d. def. 5.* ex definitione ſui Senatus, quæ omnia procedunt de rigore iuris ſuppoſita ſententia, quod dos à patre filiabus legitimis non debeatur iure actionis, ſed tantùm ex iudicis officio.

Cùm quid datur mulieri, vel marito futuro, vel alteri, aut datur in dotem cauſa futuri matrimonij, vel ſequutis nuptiis dotis fiat, re adhuc integra dotis fauore non eſt locus pœnitentiæ.

Prædictorum occaſione duxi eſſe notandum aliud 49
priuilegium à iure ciuili fauore dotis conceſſum. Et eſt, quòd licèt in contractibus nominatis, ſeu quando quis dedit aliquid alteri ob cauſam, putà ad proficiſcendum aliò, ſit locus pœnitentiæ ex parte dantis re adhuc integra, *l. ſi pecuniam, ff. de condict. cauſa data, cauſa non ſequuta*, & poſt alios Baldus Nouell. *de dote, p. 6. priu. 51.* & Couarruuias *var. lib. 1. cap. 14. n. 15.* & licèt etiam mandatum finiatur morte mandantis re integra, *l. mandatum, C. mandati*, Couarruuias *d. n. 15.* & Nouell. *priu 52.* & licet in caſibus, in quibus mandatum poſt mortem mandantis durat id procedat, ſi non, ſeu donec hæres mandantis reuocet, *l. fundi venditor fine, ff. de acquir. poſſ.* & Baldus Nouell.

Nihilominus ſi quis dederit rem aliquam mulieri, vt 50
eam proprio nomine in dotem det, vel dederit alteri rem aliquam, vt pro ipſa muliere det in dotem ratione matrimonij futuri, licet is, qui dedit, matrimonio non ſequuto, & ſic cauſa non ſequuta, habeat ad rem repetendam cōdictionem cauſa data non ſequuta, tamen etiam re integra & matrimonio nondum ſequuto fauore dotis non poteſt pœnitere, & ſic ex ſolo capite pœnitentiæ rem datam repetere, vt eſt textus *in l. ſi ego in princ. ff. de iure dotium*, & tradunt Baldus Nouellus *d. priu. 51.* Couarruuias *d. n. 15. verſ. quamobrem*, & alij ab iiſdem relati.

Item ſi quis dedit rem aliquam marito futuro, vt ſe- 51
quutis nuptiis, dotis fieret, is qui dedit viuēs, & eo de-

functo

functo eius hæres fauore dotis non poteſt re adhuc integra pœnitere, & ex capite pœnitentiæ reuocare donationem, ſed ſolum ſi nuptiæ non fuerint ſequutæ, competit vtrique ad repetendam rem datam condictio cauſa data non ſequuta, vt habetur *d. l. ſi ego, § ſi res,* & tradunt Baldus Nouellus *priuil. 52. & 53.* Couarruuias *d. n. 15.* id latiſſime, & dilucide explicans, & alij ab iiſdem allegati: vtrum vero eadem priuilegia dotis procedant etiam fauore cauſæ piæ, ſunt opiniones hinc inde, & affirmãt Baldus Nouellus iiſdem locis, & alij ab eodem, & Couarruuia *d. n. 15.* relati, Ipſe vero Couarruuias negat, ad quem recurrat Lector plura deſiderans.

Dos dicta quæ ſit, an, & qua ratione inducat obligationem, & peti poſſit.

52 Supereſt reſpondendum ad tertiam probationem *ſup. n. 43. fine,* adductam ad probandum ex nuda pollicitatione dotis facta abſẽti oriri obligationẽ, & dari actionem ſumptam ex illo Vlpiani, quod dos dicta peti poteſt. Hæc igitur verba ait P. Barboſa *ad d. l. 1. p. 3. n. 16. ff. ſol. matr.* duplicem poſſunt habere ſenſum: primum quod dos dicatur dicta, quando dos promittebatur verbis quibuſdam ſolennibus, de quibus Alciatus *l. 1. parergon, c. 1.* & hoc modo intellectum dictum Vlpiani hodie ad nihil ſeruire, cũ & ſolennitas exſoleuerit, & ſublata ſit per *l. ad exactionẽ, C. de dotis promiſſione,* iuxta quam ad dotis promiſſionem ſufficiunt quæcumque verba, ſiue dos promittatur cum ſcriptura, ſiue ſine ſcriptura, vt notauit etiã Ant. Gubertus *de dot. c. 4. n. 7.* Alter ſenſus eſt, Vlpianum voluiſſe, quod licet dictum ſtans per ſe regulariter nec obliget, aliquamve ſpeciem obligationis inducat, *d. l. ſciendum 19. § 1. ff. de ædilit. edicto,* cum tantum contineat verba enunciatiua, & vel explicationem effectus, *l. litera, ff. de iure codicillorum, l. 3. fine, ff. de oblig. & act. & l. Diuus, ff. de militari teſtamento,* vel laudem, & commendationem rei *d. l. ſciendum. in princip.* nihilominus ſi quid dictum ſit circa dotem dictam, obligare dicentem fauore dotis, puta ſi quis dicat, mulierem eſſe bene dotatam, & habere pluſquam mille in dotem, quamvis hoc animo promittẽdi non ſit dictum, ſed cõmendandi, tamẽ ex hoc dicto fauore dotis dicẽs remanebit obligatus, iuxta Cumanum *lib. 8. comment. capit. 8. ad finem penultima col.* & Balduinum *de pignoribus cap. 7.* & ad id à Petr. Barboſa ita etiam ſentiente allegatos *d. numer. 16. fine,* qui addit rationem, nempe, quod eſſe id, quod exprimitur per verba enunciatiua, potius ad dictum, quam ad promiſſum pertineat, vt Baldus *in leg. ſi voluntate, Codic. de fideicommiſſariis libertatibus*: tamen ex verbis enunciatiuis quis efficaciter obligatur fauore dotis, vt per textum *in l. 2. iuxta intellectum gloſſæ ibidem*: late Baldus Nouellus alios allegans *de dote parte ſexta, priuil. 78. num. 5. & 6.* & alij relati à P. Barboſa *d. part. 3. n. 17.* qui teſtatur eſſe communem opinionem, ex quibus idem Barboſa *ibidem aduertit*, quod licèt pollicitatio magis accedat ad promiſſum, quam ad dictum, *d. l. ſciendum, § dictum,* tamen in dote facilius quis obligatur propter dictum, quam propter pollicitum, & addit differentiæ rationem, ſcilicet ſi id, quod dicitur, non præſtetur, maritus videtur deceptus, *l. pen. ff. de iure dotium*: quæ ratio ceſſat in pollicitatione facta mulieri abſenti, cui nihil fuit dictum, vel promiſſum valide, & irreuocabiliter, cum etiam iure naturali attentu quis non obligetur abſenti ante acceptationem, vt late in præcedentibus probatum eſt.

***

§. II.

Explicantur nonnulla ad maiorem intelligentiam l. ad exactionem, Cod. de dotis promiſſione.

SVprà *numer. 16.* notatum eſt ex pacto nudo, nudave conuẽtione dotis, & ſimplici eiuſdem dotis promiſſione, per quemcumque dos marito promittatur, ſiue cũ ſcriptura, ſiue ſine ſcriptura, oriri efficacẽ obligationem ſpeciali dotis fauore conceſſo *in l. ad exactionem, Cod. de dotis promiſſione.* Pro huius legis perfecta intelligentia ſunt explicanda ſequentia dubia.

Ex ſpeciali priuilegio dotis ex pacto nudo, & ſimplici dotis promiſſione datur actio marito, cui promiſſa eſt aduerſus promittentem.

Primum dubium eſt, quod *d. l. ad exactionem*, non contineatur ſpeciale priuilegium, cum dos ſit contractus nominatus, etiãſi tantum promiſſio dotis ante traditionem conſideretur, iuxta notata *ſuprà cap. 2. num. 24.* contractus autem nominatus ex ſui natura parit efficacem obligationẽ, iuxta *l. Iuriſgentium, in principio, ff. de pactis*, & notata *ſuprà hoc capite, num. 14.* Reſpondet P. Barboſa *in lege prima, parte 3. numero 1. verſiculo ſed huius primæ difficultati, ff. ſoluto matrimonio*, contractum dotis perfici traditione, iuxta doctrinam Bartoli *in lege Iuriſgentium, ſuprà capite ſecundo, n. 2.* notatam, & alios Doctores ſcribentes *in rub. ff. ſoluto matrimonio,* prout *eodem n. 2.* notatum eſt, & ſic ante dationem dotem non dici contractum nominatum, ſed conſiderari ex ſe tanquam pactum nudum de dote danda, quod non eſſet ſufficiens ad producendam efficacem actionem, niſi ſpecialiter per legem fuiſſet confirmatum. Reſpondeo tamen, quod licet dos promiſſa ante traditionem dicatur cõtractus nominatus, iuxta tradita *ſuprà dicto capite ſecundo, numer. 24.* hoc tamen habet, & ſortitur, quia ex ſola dotis promiſſione oritur efficax obligatio, *dicta lege ad exactionem*, & actio ex ſtipulatu *lege vnica in principio, Codice de rei uxor. actione, vt eodem num. 24.* dictum eſt, & ſic patet ex ſpeciali priuilegio, ſeu fauore ipſius dotis *dicta lege ad exactionem*, ex ſimplici dotis promiſſione oriri efficacem obligationem. 53

Ex promiſſione de dotando an oriatur obligatio, & producatur actio iuxta leg. ad exactionem, Codice de dotis promiſſione.

Dubium ſecundum, an ſicut ex diſpoſitione *d. l. ad exactionem*, oritur obligatio, & datur actio ex promiſſione dotis, ita etiam ex eiuſdem legis diſpoſitione oriatur obligatio, & detur actio ex pacto, ſeu promiſſione de dote danda vel de dotando. Negauit Antonius Gubertus *de dote capite quarto, numero ſeptimo fine, verſiculo Sed eam demum*, & Picchardus *loco ſuprà capite præcedenti 8. numer. 116. allegato.* Nam etſi pactum donationis, ſeu continens donationem de præſenti hodie producat actionem, *lege ſi quis argentum, §. penultimo, Codice de donationibus*, non tamen eam producit pactum de donando, vt tradunt plurimi Iuriſperiti relati à Tiraquello *de retractu libro ſecundo, num. 48. fine*, & à P. Barboſa *ad d. leg. 1 p. 3. n. 2.* & eſſe communem opinionem aſſeruit Alciatus *l. ſi* 54

pacto

pacto quo pœnam,numero ſecund. Codic. de pactis.

55 At contrarium,*& d.l.ad exactionem* , habere locum etiam in pacto, ſeu promiſſione de dotanda, & in quocumque conſenſu dotem promittendi, ita quod ex tali promiſſione vel conſenſu detur actio aduerſus promittentem, iuxta eamdem legem *ad exactionem,* colligitur ex notatis *ſup.cap.2.n.19.*vbi probatum eſt ipſa in promiſſione de dotando contineri ipſam dotem , ſeu dotis conſtitutionem , ſicut in pacto , ſeu promiſſione de donando(vt tradunt Doctores *ibi* allegati) continetur ipſa donatio,& poſt Angelum *conſ.335.n.2.* & Phanucium expreſſe ita ſentit P. Barboſa *d.p.3. n.2 .fine , & n. 3.* & alter Barboſa *collectaneo ad d. l. ad exactionem n.3 .Cod.de dotis promiſſione,*& colligitur ex generalitate illius legis,quod in quacunque promiſſione dotis procedat, quæ generalitas continetur illis verbis, *quam ſemel præſtare placuit , qualiacumque ſufficere verba cenſemus* , & idem videtur apertè colligi ex generalitate *l. fin. C. ad Senatuſconſul. Velleian.* probatur etiam retorquendo argumentum contrariæ ſententiæ, nam etiã pactum ſeu promiſſio de donando haberi pro donatione,& ex eadem promiſſione de donando agi poſſe iuxta *d.l.ſi quis argentum d.§.pen.* ſicut ex ipſa donatione tradunt magis communiter Doctores *ſuprà d.capit. 1. allegato n.19.allegati,* & plures alij, quos Petr.Barboſa *d.p.3.n.3.* refert.Addit vterque Barboſa quidquid ſit in pacto de donando, tamen *d.l. ad exactionem* generaliter procedere in quacumque promiſſione dotis , quia dotis fauore fauorabilius proceditur , quam in donatione,nam inquit P. Barboſa *d.l.ſi quis argentum , §. pen.* non procedit in donatione præſumpta iuxta Bartolum *l. Iuris gentium,§.quinimò,numer.20.ff.de pactis,* & alios Iuriſperitos à Tiraquello *l. ſi vnquam §. donatione largitus n. 18. Cod.de reuocanda donat.& eodem* Petr.Barboſa *loco citato relati.* Ne plura ſpecialia concurrant circa idem , & tamen pro dote præſumpta conceditur actio *l. ſi voluntate, C. de dotis promiſſione* , quia fauore dotis plura ſpecialia admittuntur, ſi id lege expreſſum ſit *l. fin.C. ad Velleianum.*

Priuilegium l. ad exactionem, Codic. de dotis promiſſione , *quod ex pacto nudò dotis detur actio,conceſſum præcipue marito,qua ratione proſit,ſeu vtile ſit mulieri ?*

56 Dubium tertium , an priuilegium *d.l. ad exactionem,* quod ex pacto nudo, & ſimplici dotis promiſſione detur actio ad illam exigendam,proſit mulieri,cum videatur conceſſum marito , cui eſt dos promiſſa pro ea exigenda, vt expreſſe dicit Suarez de Paz *in ſua praxi tom. 3.cap.6.§.12. de actione dotis n.1.* Reſpondetur ex Bartolo *in l.1. n.10. ff.ſolut. matrim.* Petr. Barboſa *d. lib.1. citata p.3 num.5.*idem priuilegium vtile eſſe mulieri , & poſſe dici etiam illius priuilegium , cum eius præcipuè interſit , vt dos tradatur marito ad ſuſtentanda onera matrimonij, & vt eàm ſoluto matrimonio ſibi reſtituat, *l. Titio centum* 10.*§.Titio genero ff.de condit. & demonſt. l. ſeruo legato 72.§.ſi teſtator ff.de legat. primo :* & licet aliquando dos ſoluto matrimonio non ſit reſtituenda mulieri pura ſi extraneus dotans ſtipulatus eſſet ſibi dotem reſtitui ſoluto per mortem viri matrimonio,nihilominus ſemper expedit mulieri,vt tradatur viro pro oneribus matrimonij conſtante matrimonio ſuſtinendis. Quia etiam etſi eo caſu mortuo viro ſuperſtite vxore dos reuerteretur ad extraneum dotantem , qui ſtipulatus eſſet dotem ſibi reſtitui etiam marito præmorienre , reuerteretur tamen cum onere illam denuo dotandi , iuxta notata *ſuprà capite tertio num. 113. fine.*

Præterea Petr.Barboſa *dict. parte tertia,numero 11.verſ. cum igitur , in caſibus* (de quibus *ſuprà num.* 47. ſcilicet quando pater , vel alius promiſit dotem genero ſeu marito , in quibus non fingitur in fauorem mulieris ſtipulatio , & actio pro dote exigenda à promittente genero , ſeu marito competit , vt *dicto num.* 47. notatum eſt) aſſerit ex Ripa *in leg.1. numero 53. ff. ſoluto matrimonio* , Alciatum *ibidem numero 62.* & Gabrielem *comm. concl. libro tertio,concl.3. numero quinto,* mulieri diſſoluto matrimonio per mortem viri nondum ei ſoluta dote promiſſa , vel non tota, eſſe recurrendum , & competere remedium *dict. leg. ad exactionem pro exigenda dote à promiſſore, vel ab eius hærede ,* quod voluiſſe videntur etiam Guido Papæ, & alij Doctores *ſuprà num. 47. verſic addit,* relati , ſi etiam ſoluto matrimonio maritus promittat dotem reſtituere vxori,idem Petr.Barboſa ex Purpurato *leg.2.§.creditum num.73.ff. ſi certum petatur* dicit, quod in hoc caſu (in quo ait non inueniri iure expreſſum,quod fingatur ſtipulatio fauore mulieris)habet locum diſpoſitio eiuſdem *l. ad exactionem.*

Priuilegium leg. ad exactionem Codic.de dotis promiſſione , *quod ex pacto nudo dotis detur actio , an etiam hodie, locum obtineat ſtante diſpoſitione* leg. vnicæ in princip. C. de rei vxor. act. *quod in quacumque dotis promiſſione fingatur ſtipulatio.*

Dubium tertium an diſpoſitio *d. l. ad exactionem,* 57
quod ex pacto nudo dotis competat actio pro dote promiſſa exigenda,ſit inutilis,vel correcta,& ſublata *in leg. vnica in principio, Codic. de rei vxor. action.* iuxta cuius diſpoſitionem in quacumque dotis promiſſione fingitur ſtipulatio etiamſi nulla expreſſa ſtipulatio interueniat , vel fuerit inutilis, & ſic ſemper datur actio ex ſtipulatu pro dote petenda , vnde videtur hodie ex ſola actione ex ſtipulatu agi poſſe pro dote petenda , maximè cum *dicta lex vnica* dicat actionem rei vxoriæ eſſe ſublatam , & loco illius ſolam competere actionem ex ſtipulatu : Igitur hodie ceſſaſſe *dictam deciſionem d. l. ad exactionem* ,& ſola actione ex ſtipulatu iuxta *d leg. vnicam* agi poſſe pro exigenda dote à promiſſore , vel repetenda à marito, docetur Gloſſa, Fulgoſius,& Salycetus *in dict.l. ad exactionem,C. de dotis promiſſione,*& plures alij relati à P.Barboſa *in d.1.p.3.n.5.verſus finem,* vbi dicit eſſe communem opinionem , & videtur ſentire etiam Suarez de Paz *in allegata praxi tom.3.c.6. allegato §.12.de actio pro dote,n.2.*

At contrarium, & non obſtante *d.l. vnica* diſpoſitio- 58
ne de ficta ſtipulatione ſemper intellecta in quacumque dotis promiſſione , etiam hodie eſſe locum diſpoſitioni *dictæ legis ad exactionem* , & dotem ſimpliciter promiſſam poſſe peti etiam ex conditione *dict. leg. ad exactionem,* ſuſtinent Fortunius *in leg. legitima, numero 22. ff. de pactis* , Antonius Gubertus *de dote capite quarto,numero ſecund. & num. ſeptimo fine* , nonnullos alios allegans P. Barboſa *d. p.3. allegato num.5.fine verſic. hæc tamen communis, & à num.6.ad 12.* Probatur tum, quia ſi ſublata eſſet actio ex pacto nudo dotis *d.l. ad exactionem* inducta , fruſtra lex illa membranas occuparet , vt P. Barboſa *ex can. ſi Romanorum d. 19.* tum quia *l.fin.C. ad.Vell.*à Iuſtin.clarè ſupponitur,etiam hodie ſpeciale eſſe in dote, vt pacto nudo, ſimplicive promiſſione detur actio. Ad *dict. leg. vnicam Codic. de rei vxor. action.* Fortunius reſpondet eam legem procedere ſolum reſpectu mulieris repetentis dotem à marito ſoluto matrimonio , vt tunc eius fauore fingatur ſtipulatio , non autem fauore mariti , cui iam

iam ſatis conſultum fuerit per deciſionem *dict. legis ad exactionem, Codice de dotis promiſſione.* Quod etiam ſentire videtur Gloſſa *in lege prima, verbo marito, Codice de iure dotium, & in d. leg. vnica, §. & vt plenius, verbo emiſſus.* Verum non ſubſiſtit reſponſio, quia iuxta Doctores magis communiter *d. l. vnica,* fingitur ſtipulatio etiam in fauorem mariti, ita vt actio ex ſtipulatu ibi inducta detur, & viro pro dote promiſſa, & vxori pro dote reſtituenda, vt Suarez de Paz *dict. §. 12. numero ſecund.* Borellus *in ſumm. deciſ. parte tertia, titulo quinto, numero* 10. ita Baldus Nouellus *de dote parte ſexta, priuilegio prim. num.* 1. Petr. Barboſa *d. part. 3. numero ſexto,* & alij, quos latè referunt Borellus, & Barboſa. Alia reſponſio eſt, quod licet hodie fingatur ſtipulatio etiam in fauorem mariti, non tamen ſequi ſublatam eſſe condictionem, *ex dict. leg. ad exactionem, Codic. de dotis promiſſione,* ſed vtramque actionem, & ex condictione, *d. l. ad exactionem,* & ex ſtipulatu iuxta *dict. l. vnicam,* marito competere iuxta *reg. leg. quoties* 40. *ff. de obligat. & action.* ita Baldus Nouellus *d. numer. primo,* & alij, quos *d. part. 3. numero ſeptimo,* refert Petr. Barboſa, qui eodem *numero ſeptimo, & ſequentibus,* plura hinc inde tradit, & notat circa eandem reſponſionem, & dubitat, quomodo eadem promiſſio valere poſſit iure pacti, & iure ſtipulationis, cum ſi pacto ſubiiciatur, vel antecedat incontinenti ex ſola ſtipulatione agi poſſit, *l. ex placito, Codic. de rerum permut. & etiam d. l. ad exactionem,* dicitur ex pacto agi, quamvis nulla interuenerit ſtipulatio, quo innuitur, quod vbi interuenit ſtipulatio, nõ agitur ex pacto: verum reſolui id procedere ſi poſt pactum incontinenti ſequatur vera, & expreſſa ſtipulatio, ſecus ſi ficta, vt eſt ſtipulatio *d. l. vnica* inducta, ita quod etſi duo remedia vera ſunt incompatibilia, tamen ſi vnum remedium ſit verum, & alterum fictum, compatibilia cenſentur, vt interdictum adipiſcendæ poſſeſſionis nõ conceditur illi, qui ſemel poſſeſſionem verè ſit adeptus, iuxta tradita à Menochio *de adipiſcenda poſſeſſ. remed.* 1. *n.* 29. & tamen ſi poſſeſſionem ficto modo quæſiuit, quia v. g. ſtatutum illam tranſtulit in eum poterit adhuc agi interdicto adipiſcendæ poſſeſſionis, ex Iaſone *leg. ſi ſorori, Codic. de iure deliberandi.* Addit idem Petr. Barboſa *num.* 48. *cum d. l. vnica, §. accedit, Codic. de rei vxor. act.* ſi ficta ſtipulatio inducta ſit in fauorem illorum, quibus expreſſè, eam lex concedit, debere ſubintelligi conditionem, ſi prædicto fauore vti velint, & ſic eſſe in electione mariti, vel agere condictione *ex d. l. ad exactionem,* vel ficta actione ex ſtipulatu, vt in ſimili habetur *l. cum filius, §. varij, ff. de legat.* 2.

59 Ex quo textu idem Barboſa *n 9. verſicul. verior,* colligit vtilitatem illarum duarum actionum, dum ibi dicitur, quod noſtra intereſt plures actiones habere, quia ſi in vna non fuerit obtentum, alia intentari poteſt, *l. ſi alter, ff. de iureiur.* vbi autem duæ actiones competunt ad eandem rem, an & quando vna electa altera tollatur, vt non ſit permiſſum ea amplius vti, latè examinat, & reſoluit idem Barboſa *d. parte tertia, num.* 10. ad quem remitto Lectorem. Qui *numero* 11. ſubdit aliam vtilitatem prouenientem ex eo, quod actio ex *d. l. ad exactionem,* non ſit extincta *in d. leg. vnica,* per fictam reputationem ibi inductam; nam quando pater, vel alius promiſit marito dotem, ſolus maritus habet actionem, non mulier, in cuius fauorem dos promiſſa fuit, iuxta tradita *ſuprà numero* 47. Neque in tali caſu fingitur [inquit] ſtipulatio in fauorem mulieris, ideoque neceſſariò debet mulier recurrere ad remedium *dict. leg. ad exactionem,* pro exigenda dote à marito viuente non exacta, vel non totaliter, vt ipſe ibi Alciatus, Ripa, & Gabriel *locis ſuprà num.* 56. relatis. Item ſi cõſtante matrimonio mulier dotem promittat marito, vel ſoluto matrimonio maritus promittat reſtituere dotẽ vxori [in quibus caſibus dicit Barb. nõ inueniri iure cautũ, quod fingatur ſtipulatio] adhuc locum habet diſpoſitiò *d. l. ad exactionem,* vt idem Barboſa cum Purpurato *loco ſupra numer.* 56. *allegato,* & etiam Auguſtinus Barboſa *collect. ad d. l. ad exactionem, n. 3. C. de dotis promiſſione.* Item ſi fideiuſſor detur marito pro dote promiſſa, non inuenitur [ait idem P. Barboſa *d. n.* 11.] iure cautum, quod fingatur ſtipulatio, eſt tamen iuſtum fideiuſſorem fauore dotis ex ſolo pacto nudo efficaciter obligari: conſtat *ex l. fin. C. ad Velleian.* & tradunt Baldus Nouellus *dicto priuilegio* 8. *numero* 5. & Siculus *conſil.* 17. *libro tertio,* ab eodem P. Barboſa relatus, quamvis extra cauſam dotis fideiuſſor non obligetur, niſi interueniat ſtipulatio, vt per textum *in leg. blanditus, Cod. de fideiuſſ.* Baldus Nouellus *d. numer.* 5. & idem P. Barboſa *d. num.* 11. *fine:* verum plura de vtilitate actionis ex condictione *d. l. ad exactionem,* apud eundem, licet pro dote promiſſa hodie ſemper competat actio ex ſtipulatu, iuxta diſpoſitionem *d. l. vnica, Codic. de rei vxor. actio.* Ad cuius perfectiorem intelligentiam breuiter notanda duxi ſequentia *in ſequenti §.* explicata: vtrum autem priuilegium *d. l. ad exactionem,* vt fauore dotis detur actio, ſeu agi poſſit ex pacto nudo, procedat ſi dos incerta promittatur, ſeu promiſſa ſit per pactum, reſoluitur *infr. n.* 78. & 79.

§. IIII.

Explicantur nonnulla circa ſpeciale priuilegium conceſſum in leg. vnica, in principio, Cod. de rei vxor. actione, *quod fauore dotis fingatur ſtipulatio, ſeu competat actio ex ſtipulatu, etiamſi in contractu, ſeu conſtitutione dotis ſtipulatio non fuerit interpoſita, vel inutiliter interuenerit.*

Quæ olim eſſet rei vxoriæ actio.

ADuertendum, quod olim mulieri pro repetenda à 60
marito dote illi data, vel ab eius hæredibus duplex competebat actio, vna ex ſtipulatu, quæ tamen ſolum competebat, ſi ſtipulatio rectè in dotis contractu fuiſſet interpoſita: altera erat rei vxoriæ actio, de qua duplici actione fit mentio *in dict. leg. vnica, in principio,* & ſcribentes ibi, *& in §. fuerat autem, Inſtitut. de actionibus;* vbi præcipuè Antonius Pichardus *libro quarto Inſtitut. titulo* 6. *de actionibus, §.* 29. *qui numero* 15. & 18. notat, quod prima actio ex ſtipulatu, vbi illa rectè fuerat interpoſita, erat ſtricti iuris, nec aduerſus eam vlla diſtractio vel retentio competebat. Altera actio dicta rei vxoriæ actio dabatur mulieri ſoluto matrimonio ad repetendas res dotales, etiamſi de reſtitutione dotis nihil ſibi cautum eſſet, *leg. in rebus, §. vltimo, ff. ſoluto matrimonio, l. ſed etſi, ff. eodem, l. cum Cornelius, ff. de ſolut. leg. ſi duo patroni, §. penult. in fine, ff. de iureiurand.* cuius actionis rei vxoriæ formulam Cicero *libro tertio officiorum,* ſcribit fuiſſe hanc: *Quantum æquius, melius ſit dari,* & huius etiam (vt notarunt Hothomannus *de dotibus fol. vltimo,* & Myſingerus *in dict. §. fuerat, numero tertio, Inſtit. de actionibus,*) fit mentio *in dict. leg. in rebus, dict. §. vltimo, & in dict. leg. ſi cum Cornelius,* & hæc actio erat bonæ fidei, vt ex dictis duabus legibus conſtat, & *ex dict. leg. vnica, in principio,* & *ex dict. §. fuerat, Inſtit. de action.* & ibi ſcribentes, & ſcribentes *in dict. l. vnica,* Myſingerus, & Antonius Pichardus *in d. §.*

fuerat,

fuerat, Petr. Barboſa in d. libro primo, parte tertia, numero 8.& 9.ff.ſoluto matrimonio, vbi etiam notat, quod olim marito non competebat d. rei vxoriæ actio pro exigenda dote promiſſa, neque poterat ei ſupplicari: ſed actio ex ſtipulatu, ſi in dotis contractu interueniſſet ſtipulatio, vel vbi dos fuiſſet pacto nudo,& ſine interuentu ſtipulationis ſibi promiſſa, competebat condictio ex dict.leg.ad exactionem,Codic.de dotis promiſſione. Proindeque d.numero 8.initio, notat quod licet ex parte mulieris rei vxoriæ actio fuerit,l.vnica,in princ.C.de rei vxor. act. transfuſa in actionem ex ſtipulatu, vt dicitur dicto §.fuerat, Inſtit. de action. ex parte tamen mariti non dicitur factam eſſe aliquam transfuſionem; ſed tantum etiam competere actionem ex ſtipulatu dict.leg. vnica, §.& vt plenius fine, in quo ſignificatur eam tantum actionem nouam ex ſtipulatu (etiamſi non interueniſſet) fuiſſe additam veteri illi, nempe condictioni competenti ex dict. leg. ad exactionem, Codic. de dotis promiſſione, facta dotis promiſſione pacto nudo, & ſine ſtipulatione. Addit quoque Pichardus in d. §. fuerat 29. numero 12. & 13. quod eadem rei vxor.actio erat generalis, & generaliter inducta, tam ad dotis,ſeu rerum dotalium,quam bonorum patrimonialium mulieris, ſeu paraphernalium, (quæ etiam in domo mariti, & eius cuſtodia exiſterent) repetitionem ſoluto matrimonio, ad quæ non ſe extendebat actio de dote antiqua, quæ competebat vxori ante inductam eiuſdem rei vxor. act. Atque inde rei vxoriæ (ſubdit Pichardus) actio appellata,ſcilicet quia ea non tantum dos,verum etiam res aliæ omnes vxoriæ petebantur.Hodie in contractu dotis fingitur, ſeu ineſt ſtipulatio habens adiunctam hypothecam bonorum mariti, & vxoris cum prælatione reſpectu aliorum creditorum mariti anteriorum.

61 Aduertendum ſecundo d.l.vnica, in princ. & ſequentibus paragraphis, Codic. de rei vxor. act. & d. §.fuerat, Inſtit. de action. quatuor ſpecialia, ſeu priuilegia fauore dotis Imperatorem Iuſtinianum conſtituiſſe, ſeu conceſſiſſe: primum, vt in contractu dotis fingatur ſemper ſtipulatio, ita quod quamvis mulier, vel alius pro ea dotem promittens,& conſtituens marito,dotem ſibi, vel eidem mulieri reddi non ſit ſtipulata, vel ſtipulatus, aut ſi ſtipulatio inutiliter fuerit interpoſita, intelligatur nihilominus ſtipulatio ſubſequuta, vel vtiliter facta, & eidem mulieri pro repetenda dote à marito, vel eius hæredibus competat actio ex ſtipulatu ſemper, nimirum etiamſi ſtipulatio non interceſſerit, vel interceſſerit inutiliter de dotis conſtitutione d.l.vnica, in princip. ibidem ſcribentes Doctores numero præcedenti relati: Baldus Nouellus de dote parte 6. priuilegio 2. numero primo, Menochius de præſumpt. lib.3.præſumpt.5.num.1. Gomez ad l.50.Tauri 19.Campegius de dote p.1.quæſt.57.P.Barboſa ad d.l.1.p.3.num. 20.ff.ſoluto matrimonio, Mantica de tacit.& ambig.conuent. lib.14. titul. 9. numero tertio, & alij communiter, quos late Borellus in ſumm. deciſ. part. tertia, titulo 5. numero 11. & 12. & Auguſtinus Barboſa collect. ad d. l. vnicam, numero ſecund. referunt. Quare quod ſuprà hoc capite, numero ſecund. cum pluribus ſequentibus, dictum eſt ad eſſentiam ſtipulationis, vt ſit vtilis, & habeat vim, requiri verba vtriuſque contrahentis vno interrogante, altero reſpondente, intelligitur de ſtipulatione expreſſa, non de ſtipulatione tacita, quæ ex legis diſpoſitione ſine verbis ob ſpecialem fauorem in certis caſibus ſine verbis fingitur ineſſe, ſeu interueniſſe, vt dict. leg. vnica, quod rectè, vbi nulla omninò ſtipulatio fuit, lex ſpeciali dotis fauore efficere potuit, vt in ſpecie notauit Pichardus in d. §. fuerat 29. num. 30. & latiùs explicat Mantica de tacit. & ambig. conu. lib. 14.tit.7.n.1.2.& 3. & titulo 8.per totum, vbi de diuiſione ſtipulationis in expreſſam, & tacitam, & tacitæ in præſumptam, & fictam à lege,& qua ratione, ac quomodo à lege potuit ficta ſtipulatio induci. In hanc autem actionem ex ſtipulatu rei vxoriæ actio, de qua numero præcedenti, transfuſa eſt, vt dicitur dict. §.fuerat, Inſtit. de action. & Doctores communiter: ſecundum ſpeciale eſt, vt licet in cæteris cauſis actio ex ſtipulatu ſtricti iuris ſit l.5. in fine, & l. alias ſequenti, ff. de in litem iurando, leg. qui tantumdem, ff. de negot. geſt.& leg. quidquid aſtringendæ, ff. de verbor. obligat. Hæc tamen actio ex ſtipulatu pro dote repetenda eſt bonæ fidei,d.l.vnica,§.ſed etſi non ignoramus, d.§.fuerat, Inſtit. de action. Gloſsa in leg. de diuiſione 5. verbo Poſſeſſio ff. ſoluto matrimonio; ibidem Bartolus, Baldus, Caſtrus, Alexander, Imola, & Iaſon, Myſingerus, Pichardus, Petr. Barboſa locis numero præcedenti allegatis. Papienſis in formul. libelli, quo vxor agit ad dotem, verbo coram vobis, numero ſexto: Suarez de Paz in d. praxi, tom. tertio, capite ſexto, §. 12. Quia cùm hæc ſubrogata fuerit in locum actionis rei vxoriæ, quæ bonæ fidei erat, vt numero præcedenti notatum eſt, & tradunt Gloſsa in d.l. diuiſione,& alij Iuriſperiti modo citati in eadem l.accepit eius naturam,ac conditionem dict. §.ſed etſi non ignoramus, & dict. §. fuerat: ſubrogatum enim ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur leg. quod debitori, ff. de donat. cauſ. mort. & leg. ſi creditori, ff. de legat. primo: & cum eadem actio ex ſtipulatu, quæ dict. leg. vnica in princip. conceditur mulieri ad repetendam dotem ſoluto matrimonio, conceſſa ſit etiam marito pro dote promiſſa exigenda, vt paulo poſt infrà probatur, eandem ex vtraque parte, mariti, & vxoris eſse bonæ fidei tradunt Iaſon in dict. §. fuerat, numero 16. ibidem, Angelus ibidem, pariter Myſingerus num. ſexto, Corraſius numero quinto, & Suarez de Paz dict. §. 12. numero ſexto, de quo etiam infrà. Tertium ſpeciale eſt, vt hæc eadem actio ex ſtipulatu dict. leg. vnica in principio, inducta habeat adiunctam hypothecam bonorum omnium mariti pro dote ſibi reſtituenda, & bonorum mulieris, vel alterius promittentis, pro conſequenda dote marito promiſſa, dicta leg. vnica, §. primo. Quartum ſpeciale eſt, vt in hac ipſa hypotheca mulier, ipſa tamen ſola, non eius hæredes, omnibus aliis creditoribus anteponatur, quamvis tempore anterioribus, ſeu hypothecam tempore anteriorem habentibus d. §.fuerat, Inſtitut. de action.& idem Iuſtinianus in leg. aſſiduis, Codic. qui potiores in pignore habeantur. Verum autem hoc priuilegium prælationis intelligatur ſolùm reſpectu aliorum creditorum habentium tantum anteriorem hypothecam tacitam, an verò etiam reſpectu creditorum habentium anteriorem hypothecam expreſsam, omnibus mariti creditoribus eſse præferendam mulierem dotem repetentem, cenſuere Myſingerus in dict. §. fuerat, numero 13. Corraſius ibidem numero 8. & in leg. qui liberos, numero 129. ff. de ritu nuptiarum, & plurimi alij, quos refert Antonius Pichardus libro quarto, Inſtitut. titulo ſexto, de actionibus, §.quædam actiones 20. art.5. agens de contractu creditorum,num.74.quorum opinionem in puncto iuris,& conſiderata generalitate verborum d. l. aſſiduis, & d.§.fuerat, nullam exceptionem admittentium, ait eſse veriſſimam, intelligi verò d.prælationis priuilegium mulieri cauſa dotis repetendæ ſoluto matrimonio conceſsum; ſolum reſpectu creditorum mariti anteriorum habentium tantum tacitam, & non expreſſam hypothecam,affirmarũt Couarruuias lib.1.var.c.7. Suarez de Paz d.§.12.n.9.Gomez in l.50.Tauri,n.20. & plurimi alij,quos referunt Couarruuias loc.cit. & idem Pichard.vbi ſup.n.75.qui dicit eſse opinionẽ apud Hiſpanos receptam,& ab ea in iudicando,& conſulendo,non

eſſe recedendum, ſed de hac te alibi *infr.* cum de priuilegio hypothecæ fauore dotis. Nunc explicanda ſunt tantùm nonnulla circa primum priuilegium de ſtipulatione ficta, ſeu ſubintellecta ſemper in contractu dotis, etiamſi non interuenerit, vel interuenerit inutiliter.

Quæ fuerit cauſa, ob quam à lege inducta eſt præfata ficta ſtipulatio.

62 Et primò quæri poteſt, qua de cauſa conceſſum fuerit præfatum priuilegium, & inducta illa ficta ſtipulatio, ſeu actio ex ſtipulatu loco rei vxoriæ actionis? Et reſpondetur, quod quamvis rei vxoriæ actio bonæ fidei eſſet, interdum tamen erat inſufficiens propter retentiones, quas Iuſtinianus latè refert *in dict. l. vnica, §. fallent, Codic. de rei vxoriæ actione.* Vnde interdum vtilius erat mulieribus agere actione ex ſtipulatu, quæ cum non competeret tunc, niſi ſtipulatio fuiſſet in contractu dotis rectè interpoſita, & eſſet ſtricti iudicij, nec aduerſus eam vlla diſtractio, aut retentio competeret, vt *ſuprà numero* 60. notatum eſt, hanc ob cauſam Iuſtinianus *dict. l. vnica,* ſublata rei vxoriæ actione, eius loco actionem ex ſtipulatu ſuſtituit, ſiue ea fuiſſet interpoſita, ſiue non, vel fuiſſet inutiliter interpoſita, cum antea non intelligeretur, niſi expreſsè ex partium conſenſu interueniſſet, & vbi interpoſita erat actio ex ſtipulatu, quæ ex tali ſtipulatione competebat, erat ſtricti iuris, cum modo ſit bonæ fidei, ſicut erat rei vxoriæ actio, vt *numero præcedenti* notatum eſt: ita Pichardus *in d. §. fuerat* 29. *n.* 15. & ex parte Petr. Barboſa *in d. l.* 1. *part.* 3. *numero* 2. *verſ. item, & ſecundum, ff. ſoluto matrim.*

An etiam in fauorem mariti fingatur ſtipulatio in contractu, ſeu promiſſione dotis, licet non fuerit interpoſita, vel inutiliter interuenerit, & ſit bonæ fidei actio ex ea ſtipulatione marito competens.

63 Secundò quæritur, an dictum priuilegium *in dict. leg. vnica,* ſit conceſſum etiam marito, vt etiam in eius fauorem fingatur ſtipulatio in promiſſione dotis, licet non interuenerit, vel inutiliter interceſſerit, & ſic eidem marito *dict. leg. vnica,* ſit conceſſa actio ex ſtipulatu pro exigenda dote promiſſa. Fortunius *l. legitima, numero* 22. *ff. de pactis,* exiſtimauit ſoli mulieri pro repetenda dote à marito ſoluto matrimonio conceſſum illud priuilegium *dicta l. vnica,* vt in eius fauorem fingatur ſtipulatio, non autem marito, vt etiam in eius fauorem eadem ſtipulatio fingeretur, cum ei ſatis conſultum videatur per diſpoſitionem *leg. ad exactionem, Codic. de dotis promiſſione,* cuius legis priuilegium, quod ex pacto nudo dotis detur actio, propriè reſpicit maritum, vt *ſuprà numero* 56. notatum eſt, & tradit etiam Petr. Barboſa *d. p.* 3. *num.* 5. *& num.* 20. *verſic. & ideo melius.* Quapropter ſuperfluum eſset illud priuilegium ſuperadditum, vt ei competeret ſemper actio ex ſtipulatu, idem dixit Cuiacius *conſul.* 16. & Gloſſ. etiam *in d. l. vnica, in principio, verbo omnes,* dixit poſse quoad maritum dubitari, vtrum fingatur ſtipulatio. Reſpondetur tamen *d. l. vnica,* etiam in fauorem mariti fingi hodie ſtipulationem in dotis nuda promiſſione; & ſicut vxori pro repetenda dote, ita marito pro exigenda dote promiſsa ſemper competere actionem ex ſtipulatu, ita Doctores communiter: ita Alexander *in l. de diuiſione, num.* 11. *ff. ſol. matrimonio, ibidem* Iaſon *numero* 9. Baldus Nouellus *de dote p.* 6. *priuileg.* 2. Campegius *d. quæſtione* 59. Menochius *d. præſumptione* 5. *numero* 6. Angelus, Myſingerus, Coraſius, Suarez de Paz *locis allegatis ſupra num.* 61. *verſic. ſecundum ſpeciale,* Ioannes Faber *in d. §. fuerat, num.* 13. *Inſtit. de action.* Gomez *in l. Tauri* 50. *n.* 19. Mantica *d. lib.* 14. *eodem tit.* 9. *num.* 4. P. Barboſa *in d. l.* 1. *p* 3. *n.* 6. *& num.* 20. *verſus finem, & numer.* 26. *verſic. vltima difficultas.* Camillus Borellus *in ſumma deciſ. p.* 3. *tit.* 5. *num.* 10. & alij, colligitur primo *ex dict. leg. vnica, in principio, verbo omnes dotes, & etiam ibi verbo omnes,* notauit Gloſsa, licet addat poſse dubitari, vt dictum eſt: ſecundò clarè id expreſsum eſt in *dict. leg. vnica, §. & vt plenius, in principio, & in fine.* Nam eſto, quod marito pro exigenda dote ſibi promiſſa ſufficeret condictio ex *dict. leg. ad exactionem, Codic. de dotis promiſſione,* tamen vt æqualitas ſeruaretur inter coniuges, etiam marito Iuſtinianus voluit eſse conceſsam actionem ex ſtipulatu, vt exprimitur *dict. §. & vt plenius.* Neque hæc actio ex ſtipulatu *dict. §. & vt plenius;* marito vltra d. condictionem ex *dict. leg. ad exactionem,* conceſsa eſt ſuperflua, quia per eam plenius conſultum eſt marito, quia d. condictio ex *dict. leg. ad exactionem,* ſtricti iuris eſt, cum non interueniat expreſsa, *§. actionem, Inſtit. de action.* vt poſt Socinum iuniorem *in l.* 1. *numero* 149. *ff. ſoluto matrimon.* & Æneam *de pactis numero* 400. tradit Petr. Barboſa *d. p.* 3. *num.* 9. *initio,* at verò præfata actio ex ſtipulatu *d. leg. vnica conceſſa, eſt bonæ fidei, §. ſed etſi non ignoramus. dict. leg. vnica, & numer.* 61. *verſicul ſecundum ſpeciale,* latiùs oſtenſum eſt: & non ſolum ex parte mulieris, ſed cum ſit eadem actio vtrique conceſſa ad ſeruandam inter eos æqualitatem, etiam ex parte mariti, vt expreſsè tradidere Iaſon, Angelus, Myſingerus, Corraſius, Suarez de Paz *locis d. num.* 61. *eod. verſicul. ſecundum ſpeciale, citatis,* Ripa *in l.* 1. *numero* 23. *ff. ſoluto matrimonio, ibidem* Alciatus *numer.* 101. & P. Barboſa *d. p.* 3. *n.* 26. *initio,* addens eſse receptam ſententiam iuxta eundem Ripam, qui notant etiam colligi ex *dict. § ſed etſi non ignoramus, continuando cum §. præcedenti.*

Imò etiam & actionem ex ſtipulatu competentem 64
patri habenti filiam in poteſtate iuxta terminos *d. leg. vnica, §. accedit ad finem,* Ripa *in dict. lib.* 1. *numero* 24 *ff. ſoluto matrimonio,* Alciatus *ibidem numero* 101. Menoch. *d. præſumpt.* 5. *numero* 7. & poſt eos P. Barboſa *d. numer.* 26. exiſtimant eſse bonæ fidei, idque quamvis mortua filia per prædictam actionem dotem repetat, vt innuitur *dict. leg. vnica, §. illo proculdubio;* & poſt Menochium *conſ.* 33. *numero* 44. & alios notauit Petr. Barboſa *d. numero* 26. cum aliud ſit in actione ex ſtipulatu competente extraneo dotante, qui ſit incontinenti ſtipulatus ſibi dotem reſtitui, iuxta tradita *in §. accedit, d. l. vnic.* (in extranei enim fauorem nullo caſu fingitur ſtipulatio, niſi ipſe per expreſsam ſtipulationem incontinenti ſibi cauerit, vt *d. §. accedit,* & tradit Baldus Nouel. *p.* 6. *priuil.* 2. *n.* 7. & poſt eum P. Barboſa *d. n.* 25. *fine,* ac Menoch. *d. præſ.* 5. *num.* 11.) quæ iuris ſtricti cenſetur, quia non inuenitur iure cautum, vt bonæ fidei eſse cenſeatur, vt contra Bartolum *in leg. ſi conſtante, numero* 56. *ff. ſoluto matrimonio,* Iaſon. *in dicto §. fuerat, numero* 15. *Inſtitut. de actionibus,* Gomez *ibidem n.* 17. & alios allegans idem Petr. Barboſa *eodem numero* 26. Qui pariter *eodem numero* 26. *fine,* poſt Baldum Nouellum *d. priuilegio* 20. *eod. numero ſeptimo,* addit, quod etſi *d. §. accedit fine,* in fauorem patris habentis filiam in poteſtate fingatur ſtipulatio, vt dictum eſt; id tamen intelligendum eſt eo ſenſu, vt prædicta actio ex ſtipulatu ſit communis inter patrem, & filiam, iuxta *l. ſecundam, §. quod ſi in patris, ff. ſoluto matrimonio,* & tradita *ſuprà cap.* 3. ſi enim ipſe pater velit actionem dotis appropriare in ſolidum, neceſse eſt incontinenti hoc ſtipulari, *lege quoties* 30. *ff.*

ſol.

ſol. matr. nec ſufficit pactum nudum, *l. quia, C. de iure dotium,* Iaſon *d. §. fuerat, n.* 24. de quibus latè actum *ſupra dicto c.* 3.

65 Aduertit quoque idem P. Barboſa *d. num.* 26. *verſic. vltima difficultas,* illud priuilegium *dicta leg. vnicu, d. §. & vt plenius,* vt etiam in fauorem mariti inducatur ſtipulatio, & actio ex ſtipulatu, vt poſſit dotem ſibi promiſſam petere, vt dictum eſt, fore ampliandum, vt ſi maritus dat vxori donationem propter nuptias ad ſecuritatem dotis, iuxta *cap. fin. de donatione inter vir. & vxorem,* inducatur ſtipulatio in fauorem mariti, quaſi fuerit ſtipulatus, dote reſtituta, eandem donationem per vxorem debere reſtitui marito: cuius rei ratio eſt, quia cum dos, & donatio propter nuptias à pari procedant, *Authenticu æqualitas, Codic. de pactis conuentis, & capite præcedenti, numero* 162. notatum eſt. Quod in vno dicitur, etiam in alio debet cenſeri diſpoſitum, *lege qui neque, ff. de rebus eorum,* Iaſon *in dicto §. fuerat, n.* 4. & 57. *Inſtit. de action.* & poſt plures alios idem P. Barboſa *loco citato*: & ſicut fauore mulieris fingitur in promiſſione de reſtituenda dote facta per maritum; ita etiam eiuſdem mulieris fauore fingitur in donatione eadem propter nuptias facta ab eodem marito, ita vt & vxor, & eius pater actionem ex ſtipulatu habent ad petendam d. donationem, vt notat Myſingerus *in d. §. fuerat* 18. *Inſtit. de action.*

Priuilegium prædictum ſtipulationis fictæ in contractu dotis tranſit in quemcunque, ad quem dos tranſit.

66 Tertiò quærit quis, an d. priuilegium fictæ ſtipulationis in contractu dotis tam reſpectu mulieris, quam reſpectu mariti a lege *dicta lege vnicu* inductæ tranſeat ad eorum ſucceſſores. Reſpondetur ex Bartolo *in lege* 1. *n.* 5. *ff. ſol. matr. ibidem,* Ripa *num.* 26. & 42. Alciato *num.* 102. Socino iun. *num.* 116. & P. Barboſa *dict. p.* 3. *num.* 27. hoc priuilegium fictæ ſtipulationis, cum in contractu dotis inſit iuxta *d. l. vnicam,* tranſire ad quemcumq; ad quem dos tranſit, iuxta regulam *l.* 1. *§. permittitur, ff. de aqua quotidiana,* & æſtiua, & exprimitur *d. leg. vnica, §. illo procul dubio,* ibi, *ſed ad mulieris heredes, Cod. de rei vxor. actione.* Actio autem ex ſtipulatu ratione talis priuilegij competens vxori, & marito, & alijs ad quos priuilegium tranſit, eſt perſonalis (vt notat Myſingerus *in d. §. fuerat, num.* 17. *Inſtit. de actionibus,*) quia ex quocumque dotis contractu naſcitur, *l. vnicu, Cod. de rei vxor. act.*

Vtrum ſtipulatio prædicta in dotis contractu tam fauore mulieris, quàm mariti ſubintellecta, iuxa dict. leg. vnicam, C. de rei vxor act. *dicatur & ſit facta, vel præſumpta.*

67 Quartò controuertitur an præfata ſtipulatio ex *d. l. vnicu;* fauore dotis in omni dotis contractu tacitè ſubintellecta, ſiue ea non fuerit interpoſita, ſiue inutiliter interuenerit, dicatur, & ſit ficta, an verò præſumpta: & prima ſententia multorum eſt, eſſe præſumptam, præſumptione tamen Iuris, & de Iure. Ita Io. Andreas ad Speculatorem *tit. de præſump. §. ſpecies, num.* 5. Bartolus *l.* 1. *num.* 3. *ff. de his, quæ in teſtam. delent.* Ant. Veſillus *in d. §. fuerat, n.* 35. *Inſtit. de action.* & nonnulli alij à Menochio *de præſump. lib.* 3. *d. præſump.* 5. *num.* 3. P. Barboſa *in d. l.* 1. *p.* 3. *n.* 20. *ſiac, ff. ſoluto matrimonio,* & Ant. Pichardo *in d. §. fuerat, numer.* 30. *Inſtitut. de action.* relati, moti ex eo, quod Iuſtinianus *in d. l. vnica, §. acce-*

dit, C. de rei vxor. actione, hanc ſtipulationem præſumptam appellat, ibi: *tunc preſumatur mulierem ipſam ſtipulationem feciſſe.* Verum Gloſſa *ibi ly preſumatur,* exponit, ideſt, fingatur, ideo.

Secunda ſententia aſſerit eſſe ſtipulationem fictam, 68 ita Gloſſa *d. verſ. præſumatur,* Baldus Nouellus *de dote parte ſexta, priuilegio ſecundo,* Campegius *eodem tractatu, parte* 1. *quæſtione* 57. Menochius *d. præſumption.* 5. *numer. quarto,* & plurimi alij ab eodem Menochio *ibidem,* & à Pichardo *allegati.* Probat Menochius, quia *dictu lege vnicu in principio,* Iuſtinianus conſtituit ſtipulationem ſubintelligi in contractu dotis, etiam quando non fuit interpoſita, & ſic etiamſi certum ſit ſtipulationem à partibus non fuiſſe adhibitam: fictio autem eſt, quæ contra id, quod verum eſt, à lege inducitur, *vt ibidem* Menochius & Mantica *dicto lib.* 14. *titulo* 7. 4. *& ſeqq. & tit.* 8. *numer.* 7. qui *d. titulo* 7. *numer.* 2. *ex d. lege vnicu, in princip. ex capite tanta, qui filij ſint legitimi,* & alijs iuribus cum Doctoribus communiter notat fictionem à Iure inductam in caſu ficto tantundem operari, quod veritas in caſu vero.

Tertia ſententia diſtinguit dicens, ſi certum ſit in contractu dotis nullam interueniſſe expreſſam partium ſtipulationem, tunc neceſſario ſtipulationem, quæ ſubintelligitur, eſſe fictam; ſi vero ſit dubium, & incertum, vtrum ſtipulatio à partibus fuerit interpoſita, necne, tunc ſtipulationem cenſeri, & eſſe præſumptam, iuxta *leg. ſciendum* 30. *ff. de verbor. obligatione, & §. ſi ſcriptum, Inſtit. de inutil. ſtipulat.* ita Baldus *in d. lege vnica, §* 1. *numer.* 2. Angelus *ibidem,* Iaſon *in d. §. fuerat, n* 55. *ibid.* Gomez *n.* 23. Ripa *in lege* 1. *num.* 13. *ff. de verb. obligat.* & alios allegantes Pichardus *in d. §. fuerat, allegato num.* 30. & P. Barboſa *d. part.* 3. *num.* 21. & idem ſenſit Mantica *d. lib.* 14. *titulo* 9. *num.* 7. & 8. vbi ait, quod ſi in contractu dotis ſtipulatio expreſſa verè, & vtiliter interceſſit, agitur ex ſtipulatione vera; quia, inquit, quando veritas, & fictio ad eundem effectum concurrunt, veritas præualet fictioni *lege filio quē pater, ff. de lib. & poſthum.* ſi verò ſtipulatio non interceſſit, aut inutiliter interceſſit, agitur ex ficta ſtipulatione, ſi autem ambigitur, an ſtipulatio fuerit interpoſita, agitur ex ſtipulatione præſumpta, quia ait, fictio locum habet in caſu noſtro, præſumtio autem in caſu dubio: ita *loco citato* Mantica. Quibus tamen addit P. Barboſa, quòd ſi in caſu incerto, & dubio ex poſtfacto conſtet nullam interueniſſe ſtipulationem, & ſic ceſſet præſumptio, tunc nihilominus iudicatur ficta ſtipulatio, *dictu lege vnica, in princip. Codice de rei vxor act.* Contra hanc tamen diſtinctionem vrget Menochius *d. præſumpt.* 5. *n.* 5. aſſerens ſuperuacaneum eſſe præſumere ſtipulationem in caſu dubio, cum Iuſtinianus *d. l. vnicu,* ſtatuerit ſemper intelligi, & eandem diſtinctionem ait improbaſſe Iacobum Niger *in d. l.* 1. *n.* 74. *ff. de verb. oblig.* & Albert. Bolog. *cōmētariis ad rub. ff. de verb. oblig. n.* 3. Quare ſecūda ſentētia videtur magis recepta.

Cæterùm quod ea ſtipulatio cenſeatur, & ſit potius ficta, quā præſumpta, non leuis reſultat vtilitas, vt poſt alios notarūt Menoch. *d. præſ.* 5. Mātic. *d. tit.* 9. *n.* 9 & 10. Pichard. *in d. § fuerat, n.* 26. & P. Barboſ. *d. p.* 3. *n.* 21. quia contra præſumptionē Iuris tantū quælib. legitima probatio admittitur, vt Menoch. latè *de præſ. lib.* 1 *q* 8 *n.* 15. & *q.* 31. *ac quæſt.* 60. Pichardus, & Petr. Barboſa *locis citatis,* & aduerſus etiam præſumptionem Iuris & de Iure admittatur ſaltem probatio per confeſſionem partis, vt Doctores communiter, Menochius *locis allegatis, & d. præſumpt.* 5. *n.* 1. P. Barboſa *d. n.* 22. & alios latiſſimè allegans Mantica *d tit* 9. *n.* 10. vbi etiam addit quod ſi quis contra d. probationem iuris, & de iure admiſſus fuerit ad probandum, probatio valet, iuxta

Afflictum *in cap. 1. §. vlt. num. 36. quid ſit inueſtitura*, & Ruinum *conſ. 154. num. 15. lib. 5.* At verò aduerſus fictionem nulla admittitur probatio, vt locis allegatis iidem Menochius, Mantica, Pichardus, Petr. Barboſa, ac proinde aduerſus fictam ſtipulationem dotis nulla admittetur probatio, vt iidem Doctores, Nouellus *d. priuileg. 2. numero 2.* & Gomez *in d. §. fuerat, num. 23. Inſtit. de action.*

70 Alia quoque vtilitas inde prouenit, vt etſi in ſtatutis non admittatur fictio, *l. fin. Codic. de his, qui veniam ætatis impetrarunt*, tamen in eiſdem ſtatutis admittitur caſus præſumptus, Coſta *leg. qui duos, §. cum in bello, V. Diuus, num. 2. ff. de rebus dubiis*, & Doctores, *qui numero ſequenti allegantur.*

71 Quare ſi ſtatuto cautum ſit, quod inſtrumenta publica paratam habeant executionem, & vt non poſſint contra ipſum inſtrumentum opponi, niſi certæ exceptiones, verificabitur, habebitque locum in hac ſtipulatione facta in inſtrumento reſultante, ſeu extrinſecus ex diſpoſitione legis veniente, & ſubintellecta, quæ proinde erit exequenda, vt tradunt (quidquid ſecus ſentiant, vel dubitent nonnulli à Tiraquello *de morte ſecund. part. declaratione decima, numero 11.* & Petr. Barboſa *allegato numero 21. relati*) tradunt Baldus *in dict. leg. vnica, §. & vt plenius, numero tertio, Codic. de rei vxor. act.* Iaſon *in d. §. fuerat, num. 38. Inſtit. de action.* Baldus Nouellus *de dote part. 6. d. priuil. 2. numer. 10. verſic. imò dixit*, Menochius *libro tertio, d. præſumpt. 5. n. 8.* P. Barboſa *d. num. 21. verſic. in contrarium tamen*, & plurimi alij, quos cumulat idem P. Barboſa, vbi addit etiam rationem, ſcilicet quia quando lex diſponit, vt caſus fictus habeat eundem effectum, quem verus, tunc propter hanc æquiparationem (licet ſecus in aliis, in quibus non reperitur talis legis diſpoſitio) caſus fictus etiam verificatur in ſtatuto loquente de caſu vero, *leg. cum ex oratione, §. finali, ff. de excuſat. tut. l. liberos, Codic. de collationibus*, Baldus *in leg. omnes popul. colum. penult. in princip. ff. de iuſtit. & iure*, & plures alij, quos refert, & ſequitur Petr. Barboſa *d. p. 3. n. 22.* Iuſtinianus autem *d. l. vnica, in princip. §. 1.* eandem vim tribuit ſtipulationi fictæ, & veræ, atque adeo etiam in ſtatutis admittenda eſt præfata ficta ſtipulatio, maximè cum hæc æquiparatio ſit facta iure communi, & non per priuilegium. Quare hoc non ſolùm fauore dotis procedere, ſed idem quoque datis paribus terminis admittendum eſſe in quacumque alia materia, contra Decium *in leg. certi condictio, in princ. numero 9. fine, ff. ſi certum petatur*, notat poſt Bald. *in l. vbi adhuc, numero 18. Codic. de iure dotium*, & Tiraquellum alios allegantem *dicta declaratione 10. à numer. 3.* Petr. Barboſa *d. numero ſecund. qui in ſequentibus* latè agit, quando inſtrumentum præſtat paratam executionem contentis in inſtrumento, an, & quando etiam verificatur in iis, quæ non expreſsè continentur, ſed virtualiter tantum, ſcilicet colliguntur ex contentis in inſtrumento, de quo etiam Menochius *de præſumptionib. libro primo, quæſt. 45.* præſertim *numer. 29. & d. præſumpt. 5. d. num. 8. fine*, & vterque contra Decium *in l. cum quid, numero ſecund. ff. ſi certum petatur*, & nonnullos alios aſſerunt aliis allegatis, quod ſi ſtatutum tribuit executionem paratam expreſſis in inſtrumento, dicitur dediſſe etiam iis, quæ virtualiter ex expreſſis in inſtrumento, ex coniecturiſve ex mente elicitis colliguntur, quia & hæc expreſſa eſſe cenſentur, *l. cum annis 101. ff. de condit. & demonſt.* & *l. Prætor ait 20. §. 1. ff. de noui operis*: ſententiam autem Decij procedere ait Menochius, quando ſtatutum eſſet correctorium Iuris communis, non in cæteris, quæ vel Iuri communi conueniunt, vel præter Ius commune ſunt. Petrus vero Barboſa poſt alios *dict. p. 3. numero 23.* dicit procedere, ſi in ſtatuto diceretur, vt verbis expreſſum in inſtrumento haberet executionem paratam, quo caſu ſtatutum non verificaretur in caſu ficto, vel præſumpto, cum hi non poſſint dici expreſſis verbis. Ex quibus Menochius *dict. præſumptione 15. allegato numer. 8. fine*, contra Baldum Nouellum *dict. verſicul. imò dixit*, aſſerit quod ſtatutum tribuens executionem paratam Inſtrumentis publicis, habet locum in ſtipulatione præſumpta.

Quando etiam datur fideiuſſor pro dote conſeruanda, vel reſtituenda, iuxta notata à ſcribentibus *in l. ſi conſtante, §. quoties, ff. ſol. matr.* in hoc caſu fingi ſtipulationem tradunt Baldus Nouellus *d. priuil. 2. n. 11. ver. in fideiuſſore dotis*, & poſt eum Menochius *d. præſumpt. 5. num. 9.* & plures alios allegans P. Barboſa *d. l. 1. parte 3. n. 54. verſ. Adde & aliud ſpeciale, ff. ſolut. matrim.* & ſic fauore dotis valet fideiuſſio celebrata per actum nudum, id quod *ex l. finali, ibi, pollicitus eſt*, (quæ verba denotant pactum nudum) *Cod. ad Velleian.* colligunt Alexander, Aretinus, Iaſon *ibidem*, licet fideiuſſor regulariter per pactum nudum non obligetur, ſed ad eum neceſſaria ſit ſtipulatio, *l. blanditus, C. de fideiuſſ.* 72

Actio ex ſtipulatu pro dote locum habet ſiue certum, ſiue incertum nomine dotis datum ſit.

Quintò cum *ſuperius hoc capite numero 11.* dictum ſit ex ſtipulatione vera duplicem oriri actionem, ſcilicet tum certi condictionem, quando ſtipulatione apparet quid certum, quale, quantumve ſit promiſſum; tum actionem ex ſtipulatu, quando in ſtipulatione incertum eſt deductum, quæri poteſt, vtrum actio ex ſtipulatu inducta fauore dotis, *l. vnica*, locum habeat, ſiue certum, ſiue incertum dotis nomine datum ſit: Et ex generalitate *d. l. vnica, in principio*, vbi omnes Doctores *C. de rei vxor. act.* affirmatiuè reſpondent Gloſſa *ibidem verſ. omnes*, Ioan. Faber *in dict. §. fuerat, numero quinto, Inſtitut. de action. ibidem*, Gomez *numer. 21.* & alios allegans & teſtans eſſe communem opinionem, Petr. Barboſa *in d. l. 1. p. 3. num. 23.* propterea addens hoc eſſe ſpeciale in actione ex ſtipulatu competenti, cum extra hunc caſum actio ex ſtipulatu competat ad petenda incerta, & certi condictio ad petenda certa, *Inſtit. de verb. obligat. initio*, vt latè *d. numer. 11.* explicatum eſt. 73

An in muto, & muta promittente dotis reſtitutionem, vel ſolutionem dotis habeat locum ficta ſtipulatio, eorumve conſenſus habeat vim ſtipulationis.

Sextò cum mutus non poſſit verè, & expreſsè ſtipulari naturaliter loquendo, quia non poteſt loqui, vt *ſuprà hoc capit. numero tertio* notatum eſt, dubitatur an in contractu dotis per mutum ſignis externis ſuam voluntatem exprimentibus inito, fingatur præfata ſtipulatio *dicta leg. vnica*, fauore dotis inducta? Et ratio dubitandi eſt, quia lex non fingit, quod eſt impoſſibile, ſeu naturaliter fieri non poteſt, *lege ſi paterfamilias in fine, cum leg. ſequenti, ff. de adoptionibus*, cum aliis adductis per Manticam *de tacit. & ambig. lib. 14. titulo ſeptimo, numer. quarto, & tit. 9. numer. 33.* ac proinde cum mutus non poſſit iuxta naturam expreſſam concipere ſtipulationem, de cuius eſſentia ſunt verba linguâ figurata, vt *ſupra §. ſecund.* latè explicatum eſt, in eo non poterit fingi ſtipulatio, ſeu non habet locum ficta ſtipulatio à lege inducta, ſicut habet in iis, qui poſſunt expreſsè ſtipulari, in quibus [prout notat Mantica *d. tit. 7. n. 8.*] cum ex diſpoſitione legis 74

legis fingitur ſtipulatio, fingitur etiam verborum conceptio cum præcedenti interrogatione, & ſubſequenti congrua reponſione; quod in prædictis non eſt impoſſibile ſecundum naturam, quia poterit hæc ſtipulatio verè, & expreſsè contrahi, & vt aliquid fingi poſſit, ſufficit in genere, vel in habitu eſſe poſſibile, vt alijs allegatis Mantica *d. tit. 7. num 9.* & alij, quos refert P. Barboſa *in l. 1. p. 3. n. 24. verſic. nec ſatisfacit, ff. ſolut. matr.* igitur Baldus Nouellus *de dote p. 6. d. priuil. 2. n. 3.* Campegius *eod. tract. p. 3. q. 57. n. 2.* & poſt eos Menoch. *lib. 3. dicta præſum. 5. n.* 10. opinati ſunt, neque pro muto, neque pro ſurdo in contractu dotis fingi prædictam ſtipulationem *d. l. vnica*, inductam dotis fauore; cum non poſſint expreſsè veram, & expreſſam ſtipulationem concipere, *vt ſuprà d. n. 3.* notatum eſt.

75 Alij cum ſtipulatio fingi poſſit concepta à muto, & valeat ſi ſtipuletur per ſeruum ſuum, ſeu ſtipulatio ſit ab eius ſeruo concepta, *l. 1. in princ. ff. de verb. oblig.* & cum alijs Mantica *d. tit. 9. allegato num. 35.* exiſtimant in dotis contractu pro muto, ſeu in muto fingi prædictam ſtipulationem, tanquam conceptam per proprium ſeruum, etiamſi actu non habeat ſeruum, quia potuit eum habere; eo quod fictioni ſatis ſit adeſſe poſſibilitatem in genere, vel in habitu, vt notatum eſt *num. præcedenti*, ita Bartolus *in l. 1. n. 13. ff. ſolut. matr. ibidem* Alciatus *num.* 100. & nonnulli alij, quos refert P. Barboſa *d. p. 3. eodem n. 24. d. verſic.* neque ſatisfacit. Qui tamen reprobat, dicens ideo mutum per ſeruum ſtipulari, quia eum habet in poteſtate, iuxta regulam traditam *§. ei vero qui, Inſtit. de inutil. ſtipulat.* ac proinde non habet locum in eo, qui poteſt habere ſeruum in habitu, ſed eum non habet ſub ſua poteſtate. Alias etiam reſponſiones, ſcilicet mutum fingi ſtipulatum per Notarium, vel fingi mutum dediſſe mandatum ſeruo, vt dotem pro eo reciperet, & ad illius reſtitutionem eundem obligaret, reijcit idem P. Barboſa *ibidem*, quod tot fictiones non facilè inducantur, niſi de eo conſtet. Quare,

76 Verius eſt in muto, & muta fauore dotis abſolutè fingi prædictam ſtipulationem *d. l. vnic.* inductam pro dote prouiſſa exigenda, & pro reſtitutione dotis: ita videtur ſentire Baptiſta de S. Blaſio *de priu. dotal. cent. 1. n. 44.* & expreſsè P. Barboſa *d. p. 3. n. 2.* & dupliciter probat, primo quòd non ſit verum illud, quod *num. 74.* dictum eſt, ſcilicet fictionem legis non habere locum in eo, quod non eſt poſſibile, attenta rerum natura; eo quod in fictione inducenda ſola æquitas requiratur, *l. poſtliminium 19. in princ. ff. de captiuis*, Alciatus *lib. 3. paradox. cap. 16. & de præſ. in princ. à num. 5.* & alij per eundem Barboſam *ibidem* relati: in præſenti autem caſu maxima adeſt æquitas, vt mutus, qui dotem recipit, vel mota, quæ illam promittit, ex ficta ſtipulatione teneatur ad illius reſtitutionem, vel ſolutionem; ob quam rationem, licet inter abſentes ſtipulatio vtilis & vera concipi non poſſit, vt *ſuprà hoc cap. n. 3.* notatum eſt, tamen ficta hæc ſtipulatio etiam inter abſentes inducitur, vt notatum eſt *ſuprà cap. 3. n. 102. & hoc cap. num 46.* & præter Doctores vtrobique relatos tradunt Gloſſa *in d. l. vnica, in princ. verbo inutiliter*, Nouellus *d. priu. 2. num. 4.* Iaſon, Faber, & Gomez *in d. § fuerat, Inſt. de act.* Secundò probat idem Barboſa, quia licet in muto non poſſit eſſe, & fingi ſtipulatio quoad formam quæ conſiſtit in verbis, quibus mutus caret, nihilominus conſenſui muti nutu expreſſo lex in hac ſpecie contractus dotis tribuit vim veræ ſtipulationis, cum nihil impediat, quid verè non eſſe tale, & tamen habere vires, & priuilegia talis, *l. Maximinum, Cod. de legitim. hæred. & l. princeps, ff. de legibus*, Baldus *conſ. 30. n. 4. lib. 1.* & Alciatus *de præſum. regul. 3. præſ. 28. num. 2.* ad finem, ab eodem P. Barboſa relati. Quapropter in præſenti caſu conſenſus muti ex legis diſpoſitione habet vim ſtipulationis, quidquid ſit de nomine, an ſcilicet debeat dici ſtipulatio ficta.

Prædicta ſtipulatio an fingatur, ſi maritus ad petitionem mulieris promittat alteri dotem reſtituere, & quid ſi mulier alterum delegat, vt tanquam eius procurator eam promiſſionem recipiat.

Septimò quæri poteſt, an prædicta ſtipulatio fingatur, ſi maritus ad petitionem mulieris promittat dotem reſtituere alteri: Baldus Nouellus *d. p. 6 priu. 2. num. 11. verſ. adde etiam*, & poſt eum Menochius *lib. 3. d. præſ. 5. fine*, reſpondent, quòd ſi ad petitionem mulieris vie conſtante matrimonio, vel poſt promittat dotem alteri reſtituere, & delegatio facta eſſet, & non interueniſſet expreſſa ſtipulatio, non fingeretur ſtipulatio, neque ex tali pacto nudo oriretur actio, vel condictio ex lege, eum actus gerarur omninò extra petitionem mulieris, & addit Nouellus id probari *l. ſoluto matr. 2. in princ.* ibi, *ſtipulati, ff. ſol. matr.* ſubdit, quòd id fortè non procederet, ſi mulier illum delegatum ſubmitteret, vt tanquam procurator eiuſdem mulieris, ſeu ad eius vtilitatem reciperet talem promiſſionem, cum tunc verſetur fauor mulieris in ipſa dote promiſſa. 77

Promiſſio dotis ſimpliciter, & incerta per pactum nudum facta an pariat actionem ad dotem petendam, & in ea fingatur ſtipulatio inducta, l. vnica, Cod. de rei vxoriæ actione.

Octauò controuertitur, an ex promiſſione dotis incertæ per pactum nudum facta oriatur, ſeu detur actio iuxta diſpoſitionem, ſeu priuilegium *l. ad exactionem, penul. Cod. de dotis promiſſione*, præſenti §. explicatum, & an in eadem promiſſione dotis incertæ per pactum nudum ſubintelligatur prædicta ficta ſtipulatio, *d. l. vnic. Cod. de rei vxor. act.* inducta dotis fauore. Plurium Iuris peritorum ſententia eſt, diſpoſitionem d. legis *ad exactionem*, non procedere in promiſſione dotis incertæ per pactum nudum, ita quod ex ea promiſſione non detur actio, & ſic non poſſe agi ex pacto nudo ad dotem incertam. Ita Baldus Nouell. *de dote parte 6. priu. 2. num. 6. & priu. 2. n. 11. verſ. & prædicta omnia*, Pontanus *in l. 1. n. 59. ff. ſol. matr.* Gomez *ad l. 50. Tauri, num. 19. verſ. adde tamen*, & plures alij, quos P. Barboſa *ad d. l. 1. p. 3. num. 12.* refert, qui idem ſenſit, & poſt eum Aug. Barboſa *Collect. ad d. l. ad exactionem, num. . C. de dotis promiſſione.* Probant præfati Doctores, excepto Petr. Barboſa, quia etiam fauore dotis non poſſunt circa idē concurrere duo ſpecialia, per textum *in l. 1. C. de dotis promiſſione*, ſi autem daretur actio ad dotem incertam promiſſam per pactum nudum ex diſpoſitione *d. l. ad exactionem*, duplex ſpeciale concurreret circa idem, primum quod promiſſio dotis facta per pactum nudū efficaciter obligaret, cuilibetque pareret actionem, contra regulam *l. Iuris gentium, §. igitur nuda, ff. de pactis*, & tradita *ſup. hoc c. n. 14.* Alterum, quod dotis incertæ promiſſio valeat contra regulam, *l. ita ſtipulatus, ff. de verbor. obligat.* vbi dicitur, incertitudinem rei deductæ in ſtipulationem, inutilem reddere ſtipulationem: inualida igitur, & inefficax erit dotis incertæ promiſſio per pactum nudum, & citra ſtipulationem, vt ij Doctores aiunt decidi *in dict. leg. 1. Cod. de dotis promiſſione.* P. Barboſa autem probat ea tantum ratione, quòd promiſſio dotis incertæ per pactum nudum nulli omnino parte effectum, cum tamen nudum pactum in ſua natura re- 78

manens aliquos pariat effectus *ſuprà hoc cap. n. 19.* explicatos) & ſic omnino nulla cenſetur incertitudine omnino vitiante promiſſionem, & ita nec ex ea poteſt dari actio iuxta *d. l. ad exactionem*, nec in ea fingitur ſtipulatio iuxta diſpoſitionem *l. vnica, Cod. de rei vxor. act.* imo ratione eiuſdam incertitudinis etiam promiſſionem dotis incertæ per expreſſam ſtipulationem a muliere vel ab extraneo factam omnino non valere, tradunt idem P. Barboſa, & alij Iuriſperiti *capite precedenti* 8. *num.* 114. relati, & plures alij apud eoſdem.

79 Suppoſito etiam, quod in promiſſione dotis Incertæ per pactum nudum facta haberet locum priuilegium *d. l. ad exactionem*, & ex ea, ſeu ex pacto nudo daretur actio ad dotem incertam, in eadem promiſſione non ſubintelligi, ſeu fingi ſtipulationem expreſsè tradit *locis citatis* Baldus Nouellus, & poſt eum Menochius *de præſumptionib. libro* 3. *præſumpt.* 5. *num.* 52. idque ob eandem rationem, ſcilicet ne duo ſpecialia circa idem concurrant.

80 Verum primò dicendum, promiſſionem dotis incertæ quoad quantitatem pacto nudo, & citra ſtipulationem factam ex ſui natura eſſe validam, ſicut & promiſſio dotis certæ quantitatis per pactum nudum, & eodem modo, ſicut & promiſſio dotis certæ quantitatis, parere actionem, ſeu ex ea dari actionem ad dotem promiſſam ex condictione, *dicta lege ad exactionem, Cod. de dotis promiſſione*, idque ſiue dos fuerit ſic promiſſa a patre, ſiue ab ipſa muliere, ſiue ab extraneo: ita expreſsè Antonius Gubertus *de dote c.* 14. *n.* 5. 6. *&* 7. Mantica *de tacit. & ambig. lib.* 12. *tit.* 12. *n.* 15. & idem ex ratione ab iiſdem adducta ſentiunt Campegius, Menochius, Viſillus, & Paleotus *locis ſuprà c. præced.* 8. *n.* 115. relati. Ratio autem eſt, quia huiuſmodi promiſſio dotis ſimpliciter, abſque expreſſione certæ quantitatis non eſt omnino incerta, cum deinceps ex facultatibus promittentis, & dignitate, ac qualitate mulieris, & viri, qui matrimonium contrahunt, & loci, ſeu regionis conſuetudine certitudinem accipiat, ſeu accipere poſſit, vt latè *eodem capite* 8. *d. n.* 115. explicatum eſt; ex quo conſtat ex eo, quod ex tali promiſſione detur actio iuxta diſpoſitionem *dicta l. ad exactionem*, non concurrere duo ſpecialia, ſed tantum vnum, nempe quod ex pacto nudo agi poſſit ad dotem promiſſam incertam certificandam arbitrio boni viri, ſeu Iudicis, iuxta facultates promittentis, qualitatem contrahentium, & loci morem. Quamvis minimè verum ſit, non poſſe duo ſpecialia concurrere fauore dotis, vt tradunt Anton. Gubertus *dicto capite quarto, numer.* 4. Mantica *dict. titulo* 12. *numero ſeptimo*, & latè Petr. Barboſa *d. part.* 3. *numer.* 46. *fine*: nam quod poſſint concurrere, tametſi ex eodem fonte naſcantur, conſtat tum ex *lege fin. Codice ad Velleian.* vbi ſi mulier interceſſit, non habes exceptionem Velleiani, & etiam ex pacto nudo obligatur, & poteſt conueniri, tum ex *dicta lege vnica, §. & vt plenius, Codice de rei vxoria actione*, vbi ſi maritus dotem recipiat, tacitè inducitur ſtipulatio, & tacita hypoteca. Cum duo ſpecialia manent ex eodem fonte, nimirum ex fauore, qui dotibus exhibeatur; & ſimul admittuntur, quia non ſunt repugnantia. Imò etiam generaliter, & in quacunque materia plura ſpecialia poſſe concurrere circa idem tradunt idem Gubertus *dicto numero quinto*, & plurimos alios allegantes P. Barboſa *dicta parte tertia, numer.* 7. Pichardus *in paragrapho* 1. *numer.* 11. *Inſtitut. de milit. teſtament.* & Auguſtinus Barboſa *collectaneo ad legem primam, num.* 3. *Codice de dotis promiſſione*, per textum *in lege ſingulariter* 15. *ff. ſi certum petatur, in lege licet*, 43. *§. primo, ff. de iure dotium, in lege iure militari, & in lege facere, ff. de teſtament. milit.* Minimè etiam verum eſt, quod *dicta lege prima, Codice de dotis promiſſione*, dos de qua ibi, eſſet incerta, & promiſſa per pactum nudum, & ſic declaretur nulla, ne duæ ſpecialitates concurrant; nam verius eſt fuiſſe factam per ſtipulationem, cum ibi dicatur in nuptiali inſtrumento adſcriptum fuiſſe quod ea, quæ nubebas, dotem dare promiſerit, etſi per ſtipulationem, vt poſt alios ſentiunt Gubertus *d. capite quarto, num.* 3. Menochius *de præſumptionib. libro primo, quæſtione* 43. *numer.* 8. Mantic. *d. titulo* 12. *numer. ſexto*, & latius Petr. Barboſa *d. parte tertia, numero* 45. *fine, & numer.* 46. ac proinde *ibidem* promiſſio non fuit nulla, & inualida declarata, ne duo ſpecialia concurrerent, ſed alia de cauſa, circa quam varij ſunt Doctores, vt propterea *ex d. lege prima*, non poſſit ſumi certum fundamentum, quod dotis promiſſio incerta non ſit efficax, *vt ſuprà capite præcedenti* 8. *numer.* 116. eſt notatum, vbi etiam dictum promiſſionem, de qua *ibi*, non fuiſſe dotis in præſenti, ſed promittendi, & dotandi in futurum, iuxta Gubertum, & Picchardum.

Secundò dicendum in eadem promiſſione dotis ſimpliciter, & incertæ quoad quantitatem, ſeu non expreſſa dotis quantitate per pactum nudum facta, ſubintelligi, & fingi ſtipulationem, iuxta diſpoſitionem *d. l. vnica, C. de rei vxor. act.* quia lex in principio, *ibi, omnes dotes*, loquitur generaliter, etſi ſtipulatio nõ interuenerit, vel inutiliter fuerit interpoſita, ſicut etiam *d. lege ad exactionem, Cod. de dotis promiſſione*, pariter (vt notauit Gubertus *d. capite quarto, numer. quarto, initio*) generaliter dictum, nudam dotis promiſſionem valere proinde ac ſi illi acceſſiſſet ſtipulatio, nec vlla ſit differentia inter promiſſionem dotis certæ quantitatis, ſeu expreſſa certa quantitate, & promiſſionem dotis ſimpliciter, & nõ expreſſa certa quantitate, cum ſiue fiat per pactum nudum, ſiue per ſtipulationem certificari poſſit dos ex facultatibus promittentis, ex qualitate mulieris, ex viri, & loci conſuetudine. Neque obſtat illa duplex ſpecialitas circa idem, cum non repugnet in iure fauore dotis, imo neque etiam in alia, *vt numer. præcedenti* notatum eſt. 81

Alia de dotis incertæ promiſſione diſcuſſa ſunt *cap. præcedenti, num.* 114. *& ſeqq.*

§. IV.

An promiſſio dotis, ſi dotis quantitas conferatur in arbitrium alterius, valeat: dixi ſi conferatur, &c. *nam de promiſſione dotis incerta & ſimpliciter facta, an valeat, latè actum eſt* capite præcedenti, numero 113. & pluribus ſequentibus.

CErtum eſt, quod quando in promiſſione dotis dos vel illius quantitas confertur, ſeu collata eſt in arbitrium alterius, valet & obligat: venit enim dotis quãtitas declaranda arbitrio boni viri, conſideratis facultatibus promittentis, dignitate, ſeu qualitate mulieris, & viri, & loci, ſeu regionis more ſeu conſuetudine, *l. cũ poſt §. gener, & lege quæro, ff. de iure dotium, & lege tertia, Codice de dotis promiſſione, ſcribentes in dicto textu*, Baldus Nouellus *de dote parte ſexta, priuilegio* 8. Mantica *de tacitis & ambiguis conu. libro* 12. *titulo* 5. *numer.* 35. *verſiculo hac autem*, Petr. Barboſa *in lege prima, parte tertia, à numero* 35. & præſertim *numero* 35. *&* 39. *verſicul. non obſtat tertium*, omnes Doctores relati *ſuprà capite præcedenti* 8. *numero* 152. *verſiculo ſecundò eadem ſententia*, & alij qui *infrà allegantur*, & alij quos refert Auguſt. Barboſa *collect. ad d. l.* 3. *Cod. de dotis promiſſione*. 82

Purò

83 Porrò quoties dos promittitur, non addita quantitate certa, ſed quantum alter arbitratus fuerit, intelligitur dos quoad quantitatem remiſſa arbitrio boni viri, nam illa verba *arbitratus fuerit* (qualia continentur *in d.l.3.* ibi *quodcumque arbitratus fuiſſet, Cod.de dotis promiſſione,*) non liberam, & meram voluntatem, aut poteſtatem, ſed ſui natura boni viri arbitrium ſignificant: Baldus *in dicta lege tertia*, Menochius alios allegans *de arbitr. lib. 1. quæſtione 7. num. 31.* & Petr. Barboſa *d. part. 3. numer. 29. d. verſiculo non obſtat tertium*, & alios allegans Auguſt. Barboſa *d. collectanea ad d.leg.tertiam, n 10.& præc.* etiam ſi declaratio quantitatis dotis alicui mulieri committatur; nam nihilominus intelligitur de arbitrio boni viri, ita per textum *in d. l.3. Cod. de dotis promiſſione*, & per textum magis expreſſum *in l.Titium,& Mæuium,§.1.* Baldus *in l.vltim.num.12. ff. de ſententiis,quæ ſine certa quantitate*, & poſt eum Mantica *d. tit.12. num. 16. verſiculo ſexto*, dicto enim §. 1. dicitur alimentorum declarationem commiſſam mulieri faciendam boni viri arbitrio.

Si in eius promiſſione quantitas dotis ſit commiſſa arbitrio alterius, & ille nolit, vel non potuerit arbitrari, non deficit dotis promiſſio, ſed recurri debet ad alterius arbitrium.

84 Dubitatur primò, quando dos, vel dotis quantitas à contrahentibus confertur in arbitrium alterius boni viri, an illo non arbitrante, quia vel noluerit, vel non potuerit, conditio habeatur pro defecta, & corruat dotis conſtitutio, vel ſemper debeat recurri ad arbitrium alterius boni viri. Plura pro parte, quod conditio habeatur pro defecta, & corruat promiſſio, quacúq; ratione arbitrator electus non arbitratur, tradit Pet. Barboſa *d. parte 3.num. 41.& 42.* Verùm communis ſententia eſt, quod licet aliàs arbitratore electo non arbitrante, quia noluit, vel non potuit, non recurratur ad arbitrium alterius, iuxta iura *ſuprà capite præcedenti 8. numer.151.* adducta, tamen ſpeciali fauore dotis, vbi dotis quantitas eſt collata in arbitrium alterius, ſiue diuerſi a contrahentibus, ſiue etiam ipſius promiſſoris dotis, ſi ille non arbitretur, quia non potuerit, & ante arbitrium latum mortuus ſit, debet recurri ad arbitrium alterius viri: Ita Baldus Nouellus *de dote parte 6.priuileg.9.* Crotus *in lege prima, numer.93.ff. ſolut. matrimonio*, Bolognetus *ibid. n.142.* Baptiſta à S.Blaſio *d. priuileg. dotal.centuria 1.numero quart.* Mantica *d.tit. 12.num.17.* Baldus, Rimiualdus, Palcotus, Surdus, Menochius, Cauagnolus, Franciſcus Molinus, Stephanus Gratianus, Auguſtinus Barboſa *locis d. capite 8. n.152. verſiculo ſecundo eadem ſententia*, relati. Pet.Barboſa *in lege æſtimatis, numero ſecundo, & in lege prima, d.parte tertia, numer. 43.* & alij ab eodem Pet, Barboſa *d.parte 3. numer.41. initio*, & ab Auguſtino Barboſa *collectan. ad l.3.numero ſexto, Codice de dotis promiſſione*, allegati. Probant Doctores communiter per textum *in d.l.cum poſt, §.gener, ff.de iure dotium, vbi dos collata in arbitrium ſoceri*, dicitur, quod etiam arbitrio detracto ſtipulatio valet, & dotis quantitatem eſſe declarandam ex facultatibus ſoceri promittentis, & dignitate mariti, tum per textum *in d.l. tertia, Codice de dotis promiſſione*, vbi dote promiſſa iuxta quodcumque alter fuiſſet arbitratus, generaliter, & abſolutè eſſe electum boni viri arbitrium, ex quo colligitur etiam arbitratore electo non arbitrante valere ſtipulationem, ſeu promiſſionem, & debere recurri ad arbitrium boni viri, ac proinde etiamſi arbiter electus non fuerit arbitratus dotis quãtitatem, recurritur ad alterius boni viri arbitrium fauore dotis, & matrimonij, eo quod iuxta *d. l. 3.* promiſſio intelligatur de arbitrio boni viri, non taxatiue de arbitrio tantum tertij nominati, ne mulier maneat indotata, matrimoniumve iam contractum ſine dote conſiſtat: & quamvis Menochius *de arbitr. lib.1. quæſt.68. numer.39.40.& 41.* & Petr. Barboſa *d. p.3.n.41. verſiculo ſecundum*, dicant primò *in d §.gener*, ibi caſum eſſe, quando dos promiſſa fuit detracto arbitrio, ideſt ſimpliciter, & nulla facta mentione arbitri, & dicatur huiuſmodi promiſſionem dotis incertam valere, ob rationem *ibidem* allatam, non autem ibi agi de caſu, an ſocero nolente arbitrari recurratur ad alterius arbitrium. Secundo dicant *d.§ gener*, loqui quando dos fuit collata in arbitrium promiſſoris, ac proinde quãvis probaret ſocero nõ arbitrante poſſe recurri ad alterius arbitrium, non tamen bene colligi idem, ſi dos ſit collata in arbitrium tertij diuerſi à promiſſore, eo quia quãdo diſpoſitio confertur in arbitrium promiſſoris, ſeu debitoris, & ille nolit arbitrari, regulare, & certum ſit, tunc in eius præiudicium conditionem haberi pro impleta, *lege iure ciuili ff.de condit.& demonſt.& l.hæc venditio, ff de contrahenda empt.* at verò quando diſpoſitio confertur in arbitrium tertij, & ille nolit arbitrari, regulariter conditio habetur pro defecta, & conſequenter diſpoſitio corruit, neque ad alterius arbitrium recurritur, iuxta iura *dict. capite octauo, numer.151. adducta*. Quamvis, inquam, Menochius, & P.Barboſa iiſdem duobus dictis contendant communem ſententiam non probari *d. textu, §.gener.* Nihilominus non videtur recedendum à communi ſenſu Interpretum, quia ita illum textum intellexerunt, & etiam ex eo collegerunt eandẽ ſententiam communem, etſi vrgentiùs videtur colligi *ex dicta lege tertia, vt loco citato* notat Mantica. Quæ etiam communis ſententia à Paulo de Caſtro *conſil.11. numero 3. libro primo*, probatur ea ratione, quod dos incerta etiam detracto arbitrio valet etiã recurri ad arbitrium boni viri *d. paragrapho gener*, & iudex debebit declarare quantitatem: ergo iuxta eundem textum dicendum eſt, ſi arbitrium ex poſtfacto deficiat, *l. penult. Codice de condict.ſine cauſa.* Confirmatur eadem communis, quia vt *ſuprà* dictum eſt, mulier remaneret indotata, & maritus poſt contractum matrimonium ſuſtinẽs onera matrimonij remaneret deceptus, ſi promiſſio cenſeretur extincta propter arbitrium tertij electi non adhibitum, & hoc caſu cum res non eſt integra, & alter remaneret deceptus, & in damno verſaretur, ſi tertius electus non arbitratur, ſemper recurri ad arbitrium boni viri certum eſſe poſt Menochium *libro 1. quæſtione 68. numer.47. & ſequent. 48. & conſilio 93. numero 23.* & alios communiter notat idem P. Barboſa *d p.3 num. 44. verſ. Planè.*

Limitatur prædicta communis ſententia, ſi in promiſ- 85
ſione dotis marito facta ſit dos ipſa remiſſa in arbitrium eiuſdem mariti, nam ſi ipſe decedat antequam arbitratus ſit, non poteſt per eius hæredes recurri ad alterius arbitrium, ſed imputare ſibi debet maritus, qui dum vixit nõn eſt arbitratus, vt notatum eſt *capite præcedenti octauo, numero 117. fine*, & tradunt Doctores *ibidem* allegati.

Verum verò eadem communis ſententia procedat 86
etiam in augmento dotis collato in arbitrium alterius, vt eo non arbitrante recurri poſſit ad alterius arbitrium, latè diſcuſſum eſt *ſuprà eodem cap.8. num.155.*

An etiam arbiter ipſe, cuius arbitrio dos quoad quan- 87
titatem commiſſa fuit, etiam ſoluto matrimonio poſſit arbitrari, reſolutum eſt affirmatiuè *capite octauo, numero 117.* & præter Baldum, Socinum, Rolandum, Phanuchum, & P. Barboſam *locis ibidem allegatis*, ſentit etiam Menochius *de arbitrar. lib. 1, dicta quæſtione 68. num. 42.*

An

An ſi in promiſſione dotis ipſa dos tota, ſeu dotis ſubſtantia conferatur in arbitrium promiſſionis, valeat, & ipſo volente arbitrari poſſit recurri ad boni viri arbitrium pro dotis declaratione.

88 Dubitatur ſecundò, an ſi in promiſſione dotis non ſolùm quantitas dotis conferatur in arbitrium promiſſoris dotis, ſed etiam tota ſubſtantia contractus dotis conferatur in eiuſdem promiſſoris arbitrium, valeat, & dos ſit declaranda ex facultatibus promiſſoris, & dignitate mariti. Dixi *non ſolùm eius quantitas*, quia quantitatem dotis poſſe conferri in arbitrium tam promiſſoris, ſeu debitoris dotis, quàm tertij conſtat euidenter ex *dicta lege cum poſt, d. §. gener, ff. de iure dotium*, & ex *d. l. 3. Cod. de dotis promiſſione*, & tradunt Doctores *numer. 82. & ſeqq. numeris* relati, & communiter omnes: difficultas eſt, ſi ſubſtantia dotis conferatur in arbitrium promiſſoris. Et hoc caſu promiſſionem non valere etiam fauore dotis, cum videatur pendere ab eius arbitrio, tradiderunt Baldus Nouellus *dict. priuileg. 8.* & Camillus *in l. 1. n. 13. ff. ſoluto matr.* à P. Barboſa *d. p. 3. n. 37. initio* relati, aſſerentes in hoc caſu procedere diſpoſitionem *l. hæc venditio, & l. quod ſæpè, §. 1. ff. de contrahenda emptione, & l. in vendentis, Cod. eodem*, vbi nulla dicitur eſſe venditio, & emptio collata eius ſubſtantia in venditoris, & emptoris voluntatem, ſcilicet ſi emptor vel venditor velit.

89 At licet in cæteris contractibus ſubſtãtia cõtractus, verbi gratia venditio vel emptio, neque etiam quantitas pretij poſſit conferri in arbitrium contrahentis v. g. ementis aut vendentis, allegatis Iuribus, *& l. ſi merces 28. in principio, ff. locati*, nihilominus fauore dotis, non ſolùm ſi quantitas illius, ſed etiam ſi dos ipſa collata ſit in arbitrium incertæ perſonæ, & etiam ipſius promiſſoris, & ſic debitoris, dotem valere, ſicut valet legatum quoad ſubſtantiam collatum in arbitrium hæredis, & ſic debitoris, vt expreſsè habetur *l. ſi ſic, in princip. ff. de legat. 1.* affirmant expreſsè Mantica *de tacit. & ambig. conu. lib. 12. d. tit. 12. num. 15. verſic. hac autem*, P. Barboſa plurimos alios allegans *d. l. 1. p. 3. num. 36. verſiculo ex quibus*, & *n. 37. verſic. non placet*, & idem licet non ita expreſsè Phanucius & alij *ſuprà d. cap. 8. n. 152.* relati, & probatur ſatis clarè ex generalitate *d. l. cum poſt, §. gener, ff. de iure dotium, & d. l. 3. Cod. de dotis promiſſione*, qui textus loquuntur non præcisè de quantitate dotis, ſed de ipſa dote collata in arbitrium promiſſoris, vel alterius, & dicunt valere, & declarandam arbitrio boni viri ex facultatibus promiſſoris, & dignitate mariti, & in hac ſpecie dos, & legatum æquiparantur, vt Bartolus *in l. poſt dotem, n. 9. ff. ſolut. matr.* & idem dicendum ſit de illius ſubſtantia, vt eſt ipſa dotis quantitas, quoad validitatem actus ob æquiparationem, vt poſt alios notat idem P. Barboſa *d. n. 37.* ac proinde ſi valet promiſſio dotis collata eius quantitate in arbitrium promiſſoris, vel alterius fauore ipſius dotis, ita etiam valet promiſſio dotis, dote ipſa in arbitrium promiſſoris, vel alterius collata. Quare non eſt vera ratio illa Nouelli, quod quando ſubſtantia dotis confertur in arbitrium promiſſoris, pendeat ab eius voluntate; nam fauore dotis ipſo nolente arbitrari, tenentur præſtare id, quod vir bonus arbitrabitur, iuxta *dicta lege 3. dicto §. gener*, & iuxta quod de legato collato in arbitrium hæredis, dicitur *l. fideicommiſſa, §. quamque, ff. de legat. 3. & d. l. ſi ſic, princ. ff. de legat. 1.*

Dotis promiſſio collata in meram voluntatem promittentis, an valeat, & accipienda ſit pro arbitrio boni viri.

Dubitatur tertiò, an ſi promiſſio dotis, ſeu dos collata fuerit in promiſſoris voluntatem per verba ſonantia liberam voluntatem, & poteſtatem promiſſoris, v. g. quis promiſerit dotem, quam voluerit, ita quod non conferatur promiſſio dotis in arbitrium, ſed in liberam voluntatem promiſſoris, valeat. Prima ſententia eſt, non valere promiſſionem, ita Socinus ſen. *in l. 1. num. 52. ff. ſoluto matrimonio*, Baldus Nouellus *d. parte 6. allegato priuileg. 8.* & nonnullos alios allegans P. Barboſa *d. p. 3. num. 47. verſiculo ſecunda declaratio, & tribus ſeqq. numeris*, volentes in hoc caſu etiam in dote remiſſa voluntati liberæ promiſſoris procedere regulam *l. ſub hac 7. ff. de obligat. & act.* vbi expreſsè dicitur, non oriri obligationem vllam addita contractui illa conditione *ſi volam*, & ſic etiam legatum, etſi collatum in arbitrium hæredis, valet *vt numero præcedenti* dictum eſt; tamen collatum in liberam voluntatem eiuſdem hæredis, vtpote debitoris, non valet, vt dicitur *l. Senatus, §. legatum, ff. de legat. 1.* nec debet eſſe maior fauor dotis, quàm legati, colligunt hanc ſententiam etiam ex *d. l. 3. Codice de dotis promiſſione*, nam ibi dicitur, ideo valere promiſſionem dotis collatam in poteſtatem promiſſoris, quia partes vſæ fuerunt verbis ſonantibus arbitrium boni viri, quodcunque arbitratus fuiſſet, quaſi aliud eſſet, ſi verba ſonarent liberam voluntatem. 90

Secunda ſententia eſt, quod ſi ille, qui promittit per verba ſonantia meram voluntatem, tenetur dotare ex diſpoſitione legis, vt pater, valet promiſſio, eo quod videatur intellectum de ea dote, ad quam eum lex obligat, *l. fin. Codice de dotis promiſſione*, & ſic de dote congrua, de qua *lege ſi filia, ff. de legat. tertio*, ſi verò quis ſponte (vt extraneus) promittit prædicto modo, cum ad nullam dotem præſtandam teneatur, non valet promiſſio collata in liberam voluntatem promiſſoris, ita Socinus iun. *in dicta leg. 1. numer. 216. verſiculo conſidera, ff. ſoluto matrimonio*, & Alciatus *ibidem numer. 107.* & videtur probare etiam Mantica *de tacitis & ambiguis conuent. lib. 12. d. titulo 12. numer. 18. verſiculo quinto, ſine*. Quare idem Socinus *dict. numer. 216.* ait, quod ſi pater promiſerit dotem, *ſi velit*, & poſtea nihil, vel minimum dare voluerit, recurretur ad arbitrium boni viri, addens rationem, ſcilicet quia cenſetur eſſe in dolo, qui dolus ſemper cenſetur excluſus, *l. credito 60. §. huius, ff. mandati.* Ad quam rationem P. Barboſa *dicto num. 40. verſus finem*, reſpondet dolum non poſſe conſiderari in eo, quod vtitur iure ſuo *l. iniuriarum actio, ff. de iniuriis*, & imputare debet ſibi, qui tali promiſſioni acquieuerit. Quæ reſponſio procederet ſuppoſita abſolutè prima ſententia.

Tertia ſententia eſt abſolutè, & indiſtinctè aſſerens 91 fauore dotis & matrimonij valere dotis promiſſionem etiam collatam in meram promiſſoris voluntatem: ita Cynus *dicta lege tertia, in fine, Codice de dotis promiſſione*, Baldus *in l. prima, num. 14. verſicul. quæro an valeat, ff. ſoluto matrimonio*, Alexander *ibidem num. 28. verſiculo tamen ſuſtinendo*, Crotus *ibidem numero 93.* Conſtantius Rogerius *de dote §. 8. numer. quarto*, & plures alij ab eodem Rogerio, & à Petro Barboſa *dicta part. 3. numero 38. initio*, relati: & ita videtur tenere etiam Mantica *dicto numero 18. initio*, & Ripa *quoque in dicta lege prima, num. 97. ff. ſoluto matrimonio*, ſentit, quod ſi eſſentia obligationis dotis conferatur in meram voluntatem extranei, vt ſi extraneus promiſerat dotem, *ſi voluerit*, intelligi debet promiſiſſe dotem arbitrio boni viri, & conſequenter valebit promiſſio, iuxta tradita

ſuprà numer. 82. *& ſeqq.* colligunt, & probant præfati Doctores hanc ſententiam ex *d.l.3. Cod. de dotis promiſ-ſione*, expendentes illam dictionem, *quodcumq;* vniuerſalem, nam etſi *ibidem* fiat mentio arbitrij, cum dicatur quodcumque arbitratus fuiſſet, tamen diſpoſitio, ſeu deciſio pro valore promiſſionis non videtur reſtricta, ſeu requirere vt in promiſſione dotis collata in alterum, debeat conferri expreſsè in arbitrium, etenim illa verba *quodcumque arbitratus fuiſſet*, propter naturam illius dictionis vniuerſalis *quodcumque*, æquipolleat (licet ſecus ſentiat P. Barboſa *d.p.* 3. *num.* 39. *verſiculo non obſtat tertium*,) verbis impoſitantibus meram voluntatem. Quę interpretatio cum ſatis probabiliter ſit accõmodata dictis verbis fauore dotis, & matrimonij (quæ *in d.l.* attẽditur,) videtur recipiẽda, prout eſt magis recepta à ſcribentibus. Probatur etiam eadem ſententia, quando pater eſt promiſſor dotis, quia dum dotem promittit (*vt n.* 98. notatum eſt) videtur ſe obligare eo modo, & reſpectu, quo Ius eum obligat; obligatur autem dare dotem ſecundum facultates, & dignitatem mariti, *d.l.ſi fi-lia*, ac proinde eodem modo debet videri obligatus, vnde nil intereſt, per quæ verba fiat ab ipſo promiſſio. Itẽ ſiue promittens dotem ſit pater, ſiue extraneus, probatur eadem ſententia ex traditis *ſuprà numer.* 84. *fine*, ſcilicet quia alioqui ſi promiſſio illa non valeret, mulier remaneret indotata, & maritus cogeretur ſuſtinere onera matrimonij abſque dote: fauore igitur dotis, & matrimonij (ob quam leges ciuiles tot priuilegia dotibus & contractibus dotalibus conceſſerunt) illa promiſſio dotis commiſſa voluntati alterius intelligenda venit commiſſa tanquam bono viro, ad quod facit quoque traditio Gloſſæ *in l. penult. ff. de arbitris* dicentis, quod quando quis tractat de damno vitando, & committit ſe voluntati alterius, intelligitur ſe commiſiſſe tanquam bono viro.

92 Sed quid ſi pater dotem dare promiſerit, ſeu pactus ſit ſi filia voluerit, & illa nunquam voluntatem declarauerit, deceſſerit. Ioannes Boſcheſus *de legit. nuptiis lib.*4.*num.*32. reſpondet, quod ſi non facta declaratione deceſſerit relictis liberis, cenſetur filia voluiſſe dotem habere, ſi verò ſine liberis deceſſerit, ea conditio pro nõ adiecta cenſetur, per textum *in l. poſt dotem* 41. *ff. ſo-luto matr.* & Bartolum *ibidem.*

§. V.

An mulier poſſit pro alia muliere dotem promittere, & pro alio vel alia promittente dotem, ſeu obligante ſe ad dotem pro muliere dandam intercedere, ſeu fideiubere, ita vt ex promiſſione, vel fideiuſſione efficaciter obligetur, nec habeat exceptionem Velleiani, ſeu non tueatur Velleiano.

Dixi *pro alia muliere*, nam mulierem maiorem 25. annis, & etiam minorem poſſe ſibi dotem, conſtituere, & qua ratione poſſit mulier minor ſe dotare, c.8 *preced.n.*48. diſcuſſum, & explicatum eſt. Quare hoc paragrapho agendum eſt ſolum, an & qua ratione mulier ſe efficaciter queat obligare pro dote alterius mulieris.

Mulier maior 25. *annis promittens dotem pro alia muliere obligatur efficaciter, nec tuuatur Velleiano, iuxta* legem finalem, Codic. ad Velleian.

93 Certum eſt, mulierem maiorem 25. annis poſſe ſe obligare principaliter pro dote alterius mulieris, ſeu promittere dotem pro muliere aliena, & ex promiſſione efficaciter obligari, vt non iuuetur Velleiano, vt *capite præcedenti* 8.*num.*16. latè probatum eſt, & præter alia ibi *ibidem* adducta conſtat euidenter deciſum *in l.fin. C. ad Velleianum*, cuius legis verba ſunt hæc: *Generaliter Sancimus, ſi quis maior* 25. *annis, ſiue maſculus ſiue fœmina dotem pollicitus ſit, vel ſpoponderit pro qualibet muliere, cum qua matrimonium licitum eſt, omnino compellatur confeſſionem ſuam adimplere*, & additur ratio, ſcilicet: *Neque enim ferendum, quaſi taſu fortuito interueniente mulierem fieri indotatam, & ſic à viro forſitan repelli, & diſtrahi matrimonium. Cum enim ſtimus* [ſubdit Imperator] *fauore dotium & antiquos Iuris conditores ſeueritatem legis ſæpius mollire, meritò & nos ad huiuſmodi venimus ſanctionem. Nam ſi ſpontanea voluntate ab initio liberalitatem ſuam oſtendit, neceſſe eſt eum, vel eam ſuis promiſſionibus ſatisfacere, vt quod ab initio ſponte ſcriptum, aut in pollicitationem deductum eſt, hoc ab initiis poſtea compleatur, omni authoritate Velleiani Senatuſconſulti in hac cauſa ceſ-ſante*. Et per hunc textum præter Doctores *eodem præcedenti c.*8.*num.*16. relatos, tradunt Surdus *dec.*164.*n.*4. Bald. Nouell. *de dot.p.*6.*priuil.*12.*numer.*1. Papienſis *in for. libelli, quo vxor agit ad dotem, & vſumfructum, in princip.n.*11. Vincent. de Franchis *deciſ.*578.*num.*6.*&* 8. Ant. Faber *lib.*4. *Cod.tit.*21.*defin.*14. Heringius *de fide-iuſſoribus c.*7.*n.*452.*&*8.*cum ſeqq.* Hodierna *ad d. de-ciſ.*164. Surdi, Gomez *ad l. Tauri* 50.*num.* 25. Theſaurus *deciſ.*22.*n.*15. Cancerius *var.reſol.tom.*3.*capit.*1. *num.*154.*fine*, *&* 155. Camill. Borell. *in ſumm.dec.tom.*3. *tit.*4.*n.*17.*& tit.*5.*num.*57. Riccius *in collect. dec.p.*2.*col-lect.*295. *verſ. limita quarto*, & innumeri alij Iuriſperiti ab eodem Borello, Heringio, & Hodierna relati. Et procedit, ſiue mulier maior promittat dotem pro filia, ſiue pro alia coniuncta, ſiue pro extranea, & ſiue ſit ſui iuris & arbitrij, ſcilicet neque filiafamilias, neque nupta, dũmodo promittat de bonis propriis, de quibus poteſt diſponere, ſiue ſit nupta, dummodo non promittat de bonis dotalibus, in quibus viro non poteſt præiudicare, ſed de paraphernalibus, & aliis bonis propriis, de quibus diſponere poteſt, ita expreſsè Faber, Heringius, Hodierna, Cancerius, & Borellus *locis citatis*, nam *dd.fin.C.ad Velleianum*, loquitur generaliter de muliere maiori annis 25. ſicut & generaliter loquitur *l. in promittendo. ff. de iure dotium, vbi in princip.* dicitur, quod promittendo dotem quilibet obligatur, *cuiuſcumque conditionis, & ſexus ſit.* Addunt Cancerius *d. num.*155. & poſt eum Hodierna *ad dec.*164.*num.*5. *fine*, vt tradit etiam P. Barboſa *in l.*1.*p.*1.*numer.*26. *fine*, mulierem nuptam poſſe promittere dotem, vel pro dote alterius mulieris ſe obligare etiam ſine ſuo viro, & aliqua eius licentia, quamvis extaret ſtatutum, vt mulier non poſſit ſe ſine viri conſenſu obligare. Quod eſt conforme traditis *cap.*8. *præ-cedenti n.*77. Prædicta igitur ſunt certa, de ſequentibus dubitatur.

Diſpoſitio legis finalis, Codic. ad Velleianum, *vt in muliere pro alia muliere pro dote alterius mulieris ſe obligante ceſſet exceptio Velleiani, an habeat locum in muliere maiore intercedente, ſeu fideiubente in cauſa dotis ab alio promiſſa.*

Dubium primum, vtrum ſicut mulier maior 25. annis poteſt ſe principaliter obligare pro dote alterius mulieris dotem pro illa promittendo, ita etiam poſſit ſe obligare acceſſoriè obligando ſe pro alio dotem promittente, & conſtituente mulieri intercedendo, ſeu fideiubendo pro eodem dotis promiſſore, itavt non iuuetur, 94

tur Vellelano. Negatunt Ruinus *in lege 1. n. 90. in prima lectura, ff. ſoluto matrimonio*, à P. Barboſa *in d. l. 1. p. 3. n. 53. ff. eod.* relatus, & Franciſcus Conanus *in d. l. fi. C. ad Velleian.* relatus ab Heringio *d. capite 7. numer. 456.* fundatur Ruinus in illo verbo *d. l. finalis, liberalitatem ſuam*, quod verbum conuenit promiſſioni dotis à ſe factæ, vtpote continenti donationem *lege vnica, § accedit, Codice de rei vxoriæ actione*, non autem fideiuſſioni, nam fideiubens pro alio non dicitur vti liberalitate, cũ illud, quod voluerit poſtea à principali repetere *lege indebitum, ff. de condict. indebiti*, Conanus probat ex eo, quod *in dicta lege finali, Codice ad Velleianum*, non fiat mẽtio alterius obligationis, quam ipſius mulieris, ſcilicet promittentis dotem pro alia, quæ non eſt obligata ad illam dotem (ſine qua etiam poteſt eſſe matrimonium, *lege iubemus in principio, Codice de repudiis, & c. ſecundo num. praced.* latè probatum eſt) ad fideiuſſionis autem obligationem requiritur, vt mulier intercedat, ſeu ſe obliget pro alio, qui ſit obligatus, cum intercedere, ſeu fideiubere nihil aliud ſit quàm recipere alienam obligationem veterem, aut nouam *lege quamuis, §. 1. ff. ad Velleianum, & l. fœmina, C. eod.* & latè idem Heringius *d. cap. 7. n. 396.*

95 Verùm communiſſima Doctorum ſententia eſt mulierem maiorem 25. annis poſſe pro dote, ſeu ex cauſa dotis intercedere, ſeu fideiubere, & obligare ſe pro alio promittente dotem, & principaliter ſe obligante ad illius præſtationem, ita Baldus Nouellus, Papienſis, Theſaurus, Surdus, Hodierna, Cancerius, Antonius Faber, Riccius, Borellus *locis ſuprà numer. 93.* allegatis, Vincentius de Franchis *deciſ. eadem, num. 93. citata, & dec. 182. & deciſ. 257.* Neguſantius *de pignoribus membro 1. p. 8. num. 24. & 25.* Tiraquellus *de retractu conſanguin. § 1. gloſſa 14. num. 100.* Gomez *vbi ſupra, & ad l. 36. num. 2. verſic. 3. quod ſi mulier.* Hondedeus *conſ. 45. n. 23.* Heringius *d. cap. 7. num. 452. ad 460.* P. Barboſa *ad d. l. 1. p. 1. n. 15. 16. fine, & 17. & p. 3. num. 53. ff. ſol. mat.* Stephanus Gratianus *diſcept. for. tom. 2. cap. 233. num. 44.* & plurimi alij Iuriſperiti ab Hondedeo, Heringio, & Hodierna relati, & ex Theologis Molina *de iuſtitia tom. ſecundo, diſput. 540. num. 15. verſiculo ſecundo*, & Rebellus *de oblig. iuſt. parte 2. libro 16. quaſt. vnica, de fideiuſſoribus num. 12. verſiculo ſecundo.* Qui omnes aſſerunt probari *dicta lege finali, Codice ad Vellei.* cum ibi generaliter dicatur, quod ſi mulier pollicita ſit, vel ſpoponderit pro qualibet muliere, omnino confeſſionem ſuam adimplere compellatur; quæ verba propter illam generalitatem, *pro quacumque muliere, & confeſſionem ſuam*, apta ſunt comprehendere & caſum, quãdo mulier principaliter ſe obligat pro dote, illam promittendo, vel ſe obligat acceſſoriè intercedendo, & fideiubendo pro alio dotis promiſſore, & ad dotem dandam ſe obligante: etſi enim Velleiani S.C. inducti ad ſubueniendum mulierum fragilitati magnus ſit fauor, tamen ei *d. l. fin.* derogatum eſt fauore dotis, cuius cauſa ſemper & vbique præcipua eſt, tum quia publicè intereſt dotes mulieribus conſeruari, vt facile poſſint nubere, & Ciuibus Reſpublica multiplicetur; tum ob rationem ab Imperatore *d. l. finali* adductam, ſcilicet ne mulier, cuius nomine dos promiſſa eſt, quaſi caſu fortuito interueniente Indotata maneat, & ſic fortſitan à viro repellatur, & matrimonium diſtrahatur: quæ ratio viget, & militat non ſolum in caſu quo mulier ipſa dotem pro alia muliere promiſerit, & ſe principaliter obligauerit, ſed etiam in caſu quo pro alio dotis promiſſore intercesſerit, & ſe acceſſoriè obligauerit; ex quibus manet ſatisfactum fundamento non ſolum Ruini, ſed etiam Connani, Quod ad ſummum probaret ſolùm mulierem intercedentem pro alio in cauſa dotis iuuari Velleiano, ſi interceſſerit pro alio iam antea obligato veterem obligationem in eum transferendo, aut participando, muliere pro qua alius dotem promiſerat, iam nupta, non tamen probat mulierem non poſſe in ſe recipere nouam obligationem intercedendo pro alio pro muliere promittente dotem viro, qui alioqui eam mulierem non erat ducturus, & ſi receperit, & interceſſerit, non careat beneficio Velleiani, prout caret iuxta *d. l. fin.* quæ voluit fauere matrimonijs contrahendis, qui ſine dotibus regulariter non contrahuntur, & cum dote promiſſa, & conſtituta iam contracta neceſſe eſt dotem ab initio promiſſam marito præſtari, vt *dicta lege fin.* dicitur: an verò mulier intercedens pro alio iam obligato dotis promiſſione viro, qui iam cum illa ſola promiſſione mulierem duxit, iuuetur Velleiano *infrà*.

Licet autem ideo Conanus *in dicta lege fin.* dixerit quoque fauorem *d. l. fin.* non conſiſtere in deſtitutione, ſeu ceſſatione Velleiani, ſed in eo, quod mulier ex nuda pollicitatione ſine ſtipulatione obligatur, & aduerſus eam detur actio contra regulam *l. 7. § ſed cum nulla, ff. de pactis*, tamen iſte intellectus repugnat omnino verbis finalibus *d. l. fin.* ibi, *omni authoritate Velleiani Senatuſconſulti in hac cauſa ceſſante*, & nulla erat neceſſitas præfata noua conſtitutione tribuere actionem nudæ pollicitationi dotis, cùm iam dabatur actio *l. ad exactionem, Cod. de dotis promiſſione, vt ſupra hoc capite 2.* explicatum eſt, id quod etiam ex *dicta lege fin.* ibi, *pollicitus*, fauore dotis inferunt Doctores, in ſpecie eſt, quod valeat fideiuſſio celebrata per pactum nudum, licet alias requiratur ſtipulatio, *vt ſuprà hoc cap. n. 72.* notatum eſt: ita Iuriſperiti *d. n. 72. allegati*, Tiraquellus *de priuilegiis pia cauſa, priuil. 110.* Alciatus *lib. 1. parerg. cap. 1.* & Corraſius *in l. qui liberos, n. 184. ff. de ritu nupt.* 96

Diſpoſitio d. legis fin. Cod. ad Vellei. *an procedat in muliere maiore, quæ constante iam matrimonio ſe obligat pro dote promittendo, vel intercedendo pro alio, qui dotem dare debuiſſet.*

Dubium ſecundum, an conſtante iam matrimonio mulier poſſit intercedere, & obligare ſe pro dote, quam alius dare erat obligatus, ſeu debuiſſet, vt etiam in hoc caſu non iuuetur Vellei. Antonius Faber *d. definit. 14.* non obſtante quod conſtãte matrimonio dos conſtitui, vel augeri poſſit, vt conſtat ex traditis *c. praced. 8. § 2. & §. 3. n. 105. & 110. & ex l. vltima, Codice de donat. ante nuptias, & lege penult. Codice eodem & §. aliud quoque, Authentica de aqualit. dot.* negat hoc caſu mulierem obligari efficaciter, & deſtitui Velleiano, quo mulierem adhuc vti poſſe aſſerit tanquam verius, eo quod idem, & tantus non debeat eſſe fauor dotis, quæ matrimonio contrahendo cauſam non dederit, cum fauor dotium æſtimetur ex fauore matrimoniorum contrahendorum *l. qui liberus 19. ff. de ritu nupt. & leg. 1. ff. ſoluto matrimonio*, nec in hoc maritus poſſit dicere ſe deceptũ, quia antequam mulier aut alius pro ea quicquam promitteret, iam duxerat vxorem, ſi aliunde dolus vllus non probetur, quando matrimonium poſſit, *vt ſupr. numer. 94.* dictum eſt, eſſe ſine dote. 97

At Heringius *de fideiuſſoribus d. c. 7. n. 457. & 458.* tenet mulierem maiorem etiam conſtante matrimonio poſſe ſe obligare pro dote, & habere locum *d. l. fin. C. ad Velleian.* vt non iuuetur Velleiano, vt ſi obligatur pro dote mulieri, quæ ſine dote nupſerit. Probat Heringius, quia etſi matrimonium poteſt eſſe ſine dote, quia tamen nemo cogitur ducere indotatam, vel eam retinere *d. l. fin. & l. ſi donaturus, circa finem, ff. de conditione cauſa data*; inde fit (inquit Heringius) vt vxor marito ſuo, qui eam abſq; dote ducere velle nõ præſumitur, nomine dotis tacitè obligata ſit, & conſequẽter pro ea iã 98

obligata

obligata poſſe aliam mulierem intercedere, & ſe obligare, vt non iuuetur Velleiano, & habet locum *dict. lex, finalis*, cum eius l. ratio, ne mulier remaneat indotata, & ob id à viro repellatur, vel diſſoluatur matrimonum, verum quod vxor, quam vir ſine dote vlla conſtituta, aut promiſſa viro doris nomine obligata, indotatam non teneatur retinere, reiectum eſt præcedenti & etiam *c.8.n.78.& ſeqq.n.*83. & 84.

99 Mihi verius *videtur d. leg. fine Codic. ad Velleian.* negantem exceptionem Velleiani mulieri dotem pro alia muliere promittenti, velle pro alio cauſa dotis obliganti, loqui in caſu, quando dotis promiſſio, vel pro dote obligatio, ſeu interceſſio ab initio, & ante contractum matrimonium facta eſt, vt colligiteur ex illis verbis, *ab initio liberalitatem*, & quod ab initio ſponte ſcriptum, quo caſu voluit Imperator ceſſare Velleia. exceptionem fauore dotis, & matrimonij, & ne vir, cui dos fuerat promiſſa, maneat deceptus, qui forte non aliter mulierem duxiſſet in vxorē, quæ deceptio ceſſat, quando maritus ſponte, & ſeclu ſo omni dolo duxit vxorem indotatam, & ſi duxerit cum promiſſione dotis facta ab alio ſine mulieris interceſſione, à quo nequeat dotem exigere, debet imputare ſibi, quod ab initio ſibi bene non cauerit, Nihilominus ſi maritus duxerit mulierem indotatam, quæ erat pauper, nec habebat vnde ſe poſſet dotare, ſi alia mulier etiam extranea pro ea dotem marito promitteret, & ſe obligaret illi dare intra certum tempus, crederem hoc caſu habere locum *d. l. fin.* & ceſſare Velleiani exeptionem, maxime ſi maritus non poſſet commodè alere ſe, & vxorem de ſuo: videtur enim hoc caſu militare fauor, doris, & matrimonij, ſcilicet vt mulier non ſit indotata, & ob dotis] defectum à viro contemnatur, ſicut enim mulier, quam indotatam vir duxit, qui erat pauper, & bonis carens, ſi poſt contractum matrimonium ei obueuerunt bona, poteſt ex illis conſtituere dotem congruam, vt *præcedenti capite* 8. *numero* 110. *fine*, notatum eſt, ita videtur dicendum poſſe aliam mulierem ſe obligare efficaciter ad eandem dotem pro ea dandam marito, iuxta *dict. leg. finalem*, eiuſdem legis finalis ratione attenta, & idem ob eandem rationem dicendum, ſi maritus duxiſſet vxorem cum promiſſione facta ab alio, qui poſtea factus eſſet impotens omnino ad illam ſoluendam. Ratio enim legis operatur extenſionem ad caſus ſimiles, provt *numeris immediatè ſequentibus.*

Eadem diſpoſitio dict. leg. finalis, Codic. ad Velleian. *An habeat locum in muliere ſe obligante pro dote viro data conſeruanda, & reſtituenda mulieri?*

100 Dubium tertium, an mulier maior ſicut poteſt pro alio fideiubere, & efficaciter obligare pro dote promiſſa danda ſeu ſoluenda, vt in præcedentibus probatum eſt, ita etiam poſſit pro eo, qui recipit dotem ſe obligare, & fideiubere pro dote non ſeruanda, & reſtituenda, vt non iuuetur Velleiano, dummodo fideiuſſio ab ea interponatur in caſu quo pro dote reſtituenda poteſt dari fideiuſſor, quod quando procedat explicatur *infrà*. Ratio dubitandi eſt, quia *dicta l. finalis Codice ad Velleian.* loquitur in muliere maiori dotem promittente, & intercedente, ſeu fideiubente pro dote danda, ſeu ſoluenda, non in caſu fideiuſſionis pro dote conſeruanda, & reſtituenda, & ſic in huiuſmodi fideiuſſione pro dote reſtituenda remanet regula generalis Velleiani prohibitiua. Hoc tamen non obſtante deciſione *d. leg. final. vt ceſſet Vellian.* procedere ratione dotis, & matrimonij fauore, etiam quando mulier fideiubet, & ſe pro alio obligat pro dote conſeruanda, & reſtituenda tradunt Baldus Nouellus *de dote part.6. dict. priuil. 12. num.2. & p.12. n.42.* Hondedeus *conſ.45. numer.2. vol.1.* Mateſcottus *var. lib.2. cap.5. num.15.* Vincentius de Franchis *deciſ.182. n.12. & dec.578. numero 7. fine.* Heringius *de fideiuſſ. capit.6. num.* 224. Riccius *in coll. dec. p.2. collect.295. verſiculo limita quintò*, & Auguſt. Barboſa *collect. ad d. l. fin. num.4. Cod. ad Velleian.* Probat Nouellus ex textu *in l. vnica, poſt princ. & §. ſed vt plenius, Codic. de rei vxor. action.* vbi priuilegium tacitæ hypothecæ, & tacitæ ſtipulationis in dote promittenda viro, & in dote reſtituenda mulieri procedunt à pari (vt etiam ex traditis *præcedenti §. conſtat*:) ergo idem in muliere ad hunc effectum, vt exceptio Velleiani tam fideiubente pro dote viro promiſſa ſoluenda, quam pro dote viro data conſeruanda, & reſtituenda mulieri. Præterea probatur, quia eadem ratio, ob quam permiſſum eſt mulieri maiori ſe obligare promiſſione dotis, vel fideiuſſione pro dote promiſſa viro ſoluenda, procedit in obligatione pro dote data viro reſtituenda mulieri; nam ratio principalis eſt fauor matrimonij contrahendi, vt *ſupra numero* 97. notatum eſt, quæ ſicut militat in dotis promiſſione, & obligatione pro dote promiſſa danda, quia aliter fortè vir non contraheret matrimonium, niſi bene cautum ſibi eſſet de dote ſibi ſoluenda, ita militat in fideiuſſione, & obligatione de dote viro data reſtituenda mulieri, quæ fortè ſine tali cautione, & certitudine dotis recuperandæ ſoluto matrimonio per mortem viri non nuberet. Ratio autem legis operatur, vt non excludantur ſimiles caſus, vel maiorem rationem habentes, vt late Vincentius de Franchis *dict. deciſion.* 182. *& ſupra capite quarto, & in præcedenti tractatione de alimentis, & in tractatu de contractu matrim. capite* 11. notatum eſt agendo de cauſis exhæredationis. An vero mulier, quæ fideiuſſit pro reſtituenda dote alterius mulieris, ceſſante exceptione Velleiani maneat obligata non ſolum ipſi mulieri, in cuius fauorem fideiuſſit, ſed etiam eius hæredi, vel patri in caſu, quo dos data pro filia reuertitur ad patrem, latè explicat Baldus Nouellus *de dot. p.12. numer.42. & 43. & n.42.* quoad hæredem, licet videatur priuilegium *d. l. fin. C. ad Vellei.* vt mulier fideiubens pro dote alterius mulieris reſtituenda efficaciter obligetur, non extendi ad mulieris hæredem per id, quod habetur *in l. 1. C. de priuil. dot.* & quia tunc videtur ceſſare ratio fauoris conſiderata *in dict. leg. finali*, ſcilicet ne mulier remaneat indotata, tamen concludit, quod ſi actio de dote repetenda cœpit competere mulieri in eius vita contra virum, & conſequenter contra ipſam mulierem, quæ pro viro fideiuſſit, quia vir cœpit ad inopiam vergere, iuxta tradita *in lege ſi conſtante, in principio, ff. ſolut. matrim. & l. vbi adhuc, ff. de iure dotium*, licet ipſa non curauerit agere contra eumdem virum, quia fortè morte præuenta, tunc ex quo Ius fuit quæſitum ipſi mulieri ſuper dote repetenda, tranſit in eius hæredem, ac proinde ſicut mulier poterat experiri contra dictam mulierem fideiubentem, ſic etiam eius hæredes; cum tunc agatur de iure quæſito, & ſic executione iam ipſo iure in ipſum hæredem tranſmiſsibili: at ſecus eſſe ait Nouellus ſi ius nunquam cœpit competere ipſi vxori in vita contra dictum virum, provt regulariter non competit actio de dote conſtente matrimonio pro dotis reſtitutione, *l. ſi conſtante, ff. ſol. mat.* quo caſu agitur de iure in ſua origine exequendo in perſona hæredis ex priuilegio conceſſo ipſi mulieri in ſua dote, quod non tranſit in hæredem, quia priuilegium de quo *in d. leg. fin. Codic. ad Vell.* non ſit ſimpliciter conceſſum doti, ſed doti fauore mulieris, ne remaneat indotata, vt dicitur in *d. l. fin.* Ex quo infert idem Nouell. quod dicto caſu priuilegiū non tranſiret etiā in ceſſionariū. Et inſuper addit ſequi, quod idem priuilegium fauore dotis, quod mulier fideiubens pro reſtitutione dotis non iuuatur Velleiano

ſitque efficaciter obligata, habere locum ſolum, ſi matrimonium ſoluatur morte viri, ſecus ſi morte ipſius mulieris, niſi ſuperueniat inopia viri conſtante matrimonio. Quo vero ad patrem mulieris ad cuius fauorem alia mulier intercesſit pro dotis reſtitutione, vel patris hæredem, idem Nouellus *d. parte* 12. *numero* 43. ſi matrimonium ſit ſolutum per mortem mulieris, ſeu filiæ, & actio de dote ſit reconſolidata in patre *l. dos à patre, Cod. de iure dotium,* dicit probabile eſſe priuilegium non extendi ad patrem, aut eius hæredem, cum hoc caſu non verſetur fauor mulieris, ſi vero matrimonium ſolueretur morte viri, & dos conſolidaretur in patre vi ſtipulationis per eum in dotis contractu interpoſitæ, dicit idem Nouellus, quod tunc ex quo talis dos conſolidatur, & reuertitur ad patrem cum onere, vt iterum detur pro ipſa filia remaritanda, iuxta tradita *ſuprà capita tertia*, & ſi in conſequentiam verſetur fauor mulieris, tranſiret in patrem tale priuilegium, vt poſſet agere contra mulierem, quæ intercesſiſſet pro reſtitutione dotis ceſſante exceptione ſeu beneficio Velleiani, iuxta *deciſionem d. l. fin. Cod. ad Velleian.* ſupra dicta Nouellus.

Diſpoſitio d. l. fin. C. ad Velleian. *an procedat in obligatione mulieris ex cauſa donationis propter nuptias, ſeu antefati.*

101 Dubium quartum, an diſpoſitio eiuſdem *legis finalis Codic. ad Velleian.* procedat vt mulier maior poſſit intercedere, & ſe obligare efficaciter etiam ex cauſa donationis propter nuptias, ſeu antefati per virum factæ ſeu conſtituti vxori, de quo dubio latè Vincent. de Franchis *dict. deciſion.* 182. loquens in caſu, quo mater intercesſerat pro filio apud nurum ex cauſa donationis propter nuptias, ſeu antefati per filium vxori conſtituti, & ſoluto matrimonio per obitum filij mater conuenta opponebat exceptionem Velleian. Pro qua dicebatur, quod textus *in dict. leg. finali, Codic. ad Velleian.* loquitur in dote, ac proinde in cæteris remanere regulam prohibitiuam *leg. commodiſſime ff. de lib. & poſthum. & leg. ſi vera* §. *de viro ff. ſoluto matrimonio*: & quod diuerſa ſit ratio inter dotem, & antefatum; nam in dote mulier agit de damno, & in antefato de lucro, & propterea *in leg. aſſiduis Codic. qui potiores in pignore habeantur*, mulier habet priuilegium prælationis in dote, non in antefato, ſeu donatione propter nuptias à viro ſibi facta, quod *& capite præcedenti num.* 158. notatum eſt: Adducebatur etiam ad id confirmandum, quod quamvis vir, & ſocer ex conſuetudine Regni Neapolitani [vt habetur *in deciſ.* 71. eiuſdem Vincent. de Franchis] teneantur pro dote etiam vltra quam facere poſſunt, conſuetudo tamen prædicta non habet locum in antefato, & ita conſuluiſſe Baldum *conſilio* 303. *volum. tertia*, refert idem Vincentius de Franchis *d. deciſ.* 182. *num.* 5.

102 Nihilominus deciſionem præfatæ *l. finalis, Codic. ad Vellei.* extendi, ſeu habere locum etiam in intercesſione, ſeu obligatione mulieris maioris ex cauſa antefati, aſſerunt Vincentius de Franchis *d. deciſion.* 182. *à n.* 3. *& deciſion.* 578. *num.* 7. *fina*, Riccius *in collect. deciſ. p.* 2. *collect.* 295. *verſic. quinto*, & Aug. Barboſa *collect. ad d. l. fin. num.* 5. *Codic. ad Velleian.* & ita in caſu contingenti fuiſſe deciſum à Conſilio Neap. teſtatur Vincentius de Franchis *d. deciſ.* 182. *num* 17. Qui pluribus probat huiuſmodi extenſionem *d. l. fin. n.* 5. *C. ad Velleian.* ad donationem propter nuptias, ſeu antefatum: & primo, quia dos, & donatio propter nupt. pari paſſu ambulant, & quod in iure ſtatuitur de dote procedit etiam in donationibus propter nuptias, *leg. cum multa Codic. de donat. ante nupt. & in præcedenti capita,* & etiam in aliis notatum eſt. Secundo quia, etſi textus *in dict. leg. final.* loquatur expreſſe in dote, tamen eadem ratio, qua permiſſum eſt mulieri maiori ſe obligare pro dote, procedit in obligatione pro antefato, cum principalis ratio ſit fauor matrimonij, vt in præcedentibus dubiis probatum eſt. Et etiam in materia odioſa vltra caſos expreſſos, quando eſt eadem vel ſimilis ratio admittitur extenſio iuxta magis communem Doctorum opinionem, vt notant idem Vincentius *dict. deciſion.* 578. *numera ſeptimo.* Quare vltra cauſas exhæredationis enumeratas in §. *cauſas autem in auth. vt cum, de appellatione cognoſcend.* propter alios ſimiles vel maiores admitti exhæredationem tradunt plurimi Doctores, vt *ſuprà cap. quart. & in præcedenti tractatione de alimentis, & in tractatu de contractu matrimonij cap.* 11. notatum eſt, & notat etiam Vincentius *dicto numero ſeptimo*, dictam autem *l. aſſiduis, numero præcedenti*, & alias ſimiles idem Vincentius *dicta deciſion.* 182. *numero* 16. ait procedere, quando mulier vult vti priuilegio prælationis contra tertium, qui cum ea nihil contraxit, in quo caſu fit diſtinctio [inquit Vincentius] lucri, & damni, in priuilegio à lege conceſſo, ſecus autem eſſe dicit in caſu, de quo agitur, vbi nunc vel alia mulier, cui ab alia muliere promiſſum fuit antefatum, & pro eo ſoluendo intercesſit, iura ſua proponit contra mulierem obligatam ex actione per eam quæſita. Ad illud, quod ex conſuetudine ciuitatis Neap. vir, & ſocer teneantur vltra quam facere poſſint, dixit idem Vincent. conſuetudinem illam eſſe ſtricti iuris, & corrigere ius commune, quamvis addat Napodanum ibi dubitare de eius validitate. Baldum denique *dict. conſilio* 303. ait, idem Vincentius, vel intelligendum de ſimplici donatione, vel ſi loquatur de donatione propter nuptias, loqui ſine ratione: conſulit nihilominus idem Vincentius *dict. deciſ.* 182. *numer.* 17. tutius eſſe ad euitandas lites impetrare diſpenſationem à Prorege ſuper illa obligatione.

Nouerca an poſſit ſe efficaciter obligare pro marito ex cauſa dotis priuignæ intercedendo pro marito eam dotem promittente, vel promittendo ſimul cum marito.

Dubium quintum, an ſicut ad fauorem aliorum mulier maior poteſt ſe efficaciter obligare pro dote danda, vel reſtituenda, ſiue dotem promittendo, ſiue intercedendo, ſeu fideiubendo pro dote, vel eius reſtitutione, ita ad fauorem viri ſui ex cauſa dotis dandæ filiæ non communi, ſed priuignæ poſſit ſe obligare, ſiue promittendo dotem pro eadem priuigna, vel vna, ſeu ſimul cum marito, ſiue fideiubendo pro marito dotem promittente pro eadem priuigna, & pariter an poſſit efficaciter ſe obligare intercedendo pro eodem marito ſuo pro reſtituenda nurui dote priuigno data, ſeu conſtituta, & ab eodem marito ſocero recepta, ita vt in prædictis caſibus vxor ſe obligans ex cauſa dotis promiſſæ, vel reſtituendæ ad fauorem ſui mariti non iuuetur Velleiano. Quare præſens difficultas ſolum eſt, an nouerca pro eius marito in cauſam dotis priuignæ dandæ, vel ab eodem marito receptæ ab vxore priuigni reſtituendæ poſſit ſe efficaciter obligare. & affirmatiuam ſententiam tenet Gomez *ad leg.* 50. *Tauri numero* 25. *verſ.* 1. & P. Barboſa *in l.* 1. *p.* 4. *num.* 107. *verſic. item ex prædictis*, dum dicunt quod ſi pater, & nouerca ſimul dotem pro filia promiſerint, vterque tenetur pro dimidia, & ita etiam ſentire videtur Baldus Nouellus *de dote part. ſexta, priu.* 11. *num.* 2. dum aſſerit abſolutè, quod vxor fideiubere poteſt pro ſuo viro in cauſam dotis reſtituendæ. Ratio præcipua fundatur *in l. ſi dotata, & in dicta l. fin. C. ad Velleian.* 103

Velleian. vbi permittitur mulieri maiori fideiubere, & ſe obligare pro dote danda vel reſtituenda, vt in præcedentibus oſtenſum eſt. Probat etiam nouercam cum marito promittentem dotem pro priuigna obligari per textum *in §. accedit, in princip. Codic. de rei vxor. actio.* vbi promiſſio dotis facta per mulierem etiam extraneo cenſetur facta animo donandi mulieri, pro qua promittitur dotis fauore.

104 Nihilominus communis ſententia eſt, nouercam pro eius marito in cauſam dotis priuignæ fideiubendo pro viro dotem promittente non poſſe ſe efficaciter obligare, & ſimiliter non poſſe ſe efficaciter obligare pro marito ad reſtituendam dotem vxori priuigni ab eodem marito receptam, ita Surdus *deciſ.* 164. *per totam*, Hondedeus *conſilio* 45. *numero* 24. Mareſcottus *var. libro ſecund. capit. quinto, numer.* 16. Heringius *de fideiuſſ. capit. ſeptim. numero* 453. Rota Romana *deciſion. prim.* poſt tractatum Picb. *de ſtatutis vrbis*, Hodierna *in annot. ad dict. deciſion.* 164 Surdi, Stephanus Gratianus *tom.* 4. *cap,* 647. *num.* 10. 11. 13. *&* 14. Bartolus, Baldus, Beretta, & alij à Surdo *dict. deciſion.* 164. *numer.* 14 Hondedeo, & Mareſcotto allegati. Probatur quia vltra regulam generalem iuris, quod mulier non poſſit ſe pro alio obligare *toto titulo ff. & Cod. ad S.C. Vellei. & l. delegare, §. ſit autem, ff. de nouation.* vxor multo ſtrictius, & arctius prohibetur ſe obligare pro marito propter ſuſpicionem, quod maritus blanditijs, ſeu minis eam inducat ad ſe obligandum, & ſi contra faciat, & ſe obliget pro marito, obligatio eſt ipſo iure nulla, *Auth. ſi qua mulier, Codic. ad Velleian. ibidem* Bartolus, Baldus, Angelus, Salycetus, & alij ſcribentes, & alios allegantes Surdus *d. deciſion.* 164. Theſaurus *deciſion.* 225. Hondedeus *conſ.* 45. *a numero* 17. Mareſcottus *d. cap.* 5. Hodierna *in annot. ad d. deciſ.* 164. Surdi, Atque Auguſtinus Barboſa *collect. ad d. auth. ſi qua mulier.* Qui omnes aiunt, huiuſmodi obligationem vxoris pro viro, vt ceſſet, non requirere beneficium exceptionis, prout in Velleian, ſed eſſe ipſo iure nullum, cum in hoc caſu non reſiſtat ſolum Senatuſconſ. Vellei. & eius ratio, ſcilicet fragilitatis mulieris, ſed etiã diſpoſitio *d. auth. ſi qua mulier*, cuius ratio (inquiunt Theſaurus, Mareſcottus, Surdus, & alij) eſt eadem propter quam prohibetur, & impeditur donatio inter virum, & vxorem, ſcilicet ne mulier vel blanditiis, & amore maritali ſeducta ſeipſam ſpoliet, vt mariti voluntati in ſui perniciem obſequatur, vel metu inducatur ad idem faciendum. Quapropter Mareſcottus, Theſaurus, & alij ab iiſdem relati addunt præfatam obligationem vxoris pro marito factam præſumi doloſe, & in fraudem legis procuratam, niſi probetur ceſſiſſe in vtilitatem mulieris, quam etiam vtilitatem aiunt aliunde probandam eſſe; quàm ex ipſo inſtrumento, quo vxor ſe obligauit. Quapropter in caſibus, in quibus mulier non iuuatur Velleian. ſi pro alio intercedat, iuuari tamen, ſi pro viro fideiubeat poſt Beroium *conſ.* 48. *numero* 10. tradunt Rota *d. deciſ.* 1. *numero ſeptimo*, & Mareſcottus *d. capit.* 5. *numero* 6. Præterea Theſaurus, Hondedeus, Mareſcottus, & Barboſa poſt alios ampliant præfatam diſpoſitionem *d. auth. ſi qua mulier*, procedere, vt vxor ipſo iure non obligetur, non ſolum ſi intercedat pro obligatione mariti, ſed etiam ſi conſentiat marito obliganti bona vxoris pro proprio debito, ſiue ſimul ſe obliget pro eo, ad quod maritus principaliter erat obligatus, ſiue conſentiat obligari res proprias per maritum, ſiue etiam conſentiat maritum res vxori obligatas alteri obligare, & ſiue vxor vnà cum marito ſe obliget faciens ſe principalem debitricem vnà cum ſolitis renunciationibus, ſiue vxor ſit principalis, & vir fideiuſſor: in quibus omnibus caſibus conſenſum, & obligationẽ mulieris ipſo iure nõ valere, tradunt iidem Doctores, & quamvis etiam mulier pro marito ſe obligans ſecundo caueat, licet alias geminatio magnæ ſit virtutis, & indueat actum magis deliberatum, & reddat actum validum alias inualidum, vt latè Theſaurus *dict. deciſion.* 223. *numero ſexto*, alios allegans, & poſt alios Barboſa *d. collect. num.* 13. iurſus Theſaurus *numero* 5. & Mareſcottus *num.* 14. poſt alios ampliant, vt iuxta diſpoſitionem *d. auth. ſi qua mulier*, nulla ſit mulieris, ſeu vxoris obligatio, non ſolum quando ſe obligat pro marito, ſed etiam quando ſe obligaret pro patre, fratre, vel filio mariti; nam viri contemplatione obligaſſe ſe præſumeretur, ſi obligatio fiat eodem marito viuente, ſi vero fieret marito iam defuncto, tunc iuuaretur mulier ſolo Velleiano, vt Theſaurus *d. n.* 5. *fine*, verum plura de intellectu *d. auth. ſi qua mulier*, videantur apud præfatos Doctores, & præſertim an, & quando, ſi vxor ſe, & bona ſua obliget pro marito cum iuramento non contraueniendi, teneatur obſeruare iuramentum, de quo poſt alios Theſaurus *d. n.* 8. Mareſcottus *num.* 17. *& ſeqq.* Rota *d. deciſ.* 1 *n.* 15. Aug. Barboſa *num.* 27. & Stephanus Gratianus *diſcept. for. tom ſecundo, cap.* 233. *numero* 37. *& ſeqq.*

Igitur ſiue nouerca fideiubeat pro marito promittente dotem pro priuigna, ſiue vna cum marito, vel ipſa principaliter, & ſola promittat dotem pro priuigna (quã dotare tenetur maritus) & ad illam ſoluendam ſe obliget, cum obligatio huiuſmodi non tam in beneficium priuignæ, quam in commodum mariti facta cenſeatur, & in eius vtilitatem tendat, ipſo iure nulla eſt, iuxta prædicta, & Doctores allegatos, & etiam in his terminis nouercæ tradidit Robert. rerum iudicatarum *l.* 3. *c.* 81. *fine ex deciſione ſui Senatus.* Quod autem huiuſmodi obligatio nouercæ cenſeatur facta contemplatione viri, & non priuignæ, conſtat ex eo, quod inter nouercam, & priuignam non præſumitur beneuolentia, ſed potius odium, & maleuolentia, *l.* 4. *ff. de inoff. teſtam.* & latè probaui *in tract. de alimentis cap* 10. *n.* 609. ex quo remanet excluſa ratio P. Barboſæ, nam in hoc caſu non procedit textus *in d. §. accedit*, quod promiſſio facta ſit animo donandi priuignæ, ſed præſumitur facta contemplatione mariti, & in eius vtilitatem *in d. auth. ſi qua mulier*, vi aliarum legum vetantium donationem inter virum & vxorem. Dum enim vxor pro viro promittit, vel ſe obligat in cauſam dotis, quam ipſe vir dare tenetur, cenſetur per indirectum donare viro, in cuius commodum vergit promiſſio, vel obligatio, vt Surdus *d. deciſ.* 164. & Rota *d. deciſ.* 1. 105

Prædictæ etiam communi ſententiæ non obſtat ratio 106 adducta *num.* 302. ſumpta *ex d. l. finali, Cod. ad Vellei.* quod mulier ſe obligans ex cauſa dotis, ſiue dandæ, ſiue conſeruandæ, ſeu reſtituendæ non iuuatur Vellei. ex ſpeciali dotis fauore. Reſpondet enim Surdus *d. dec.* 164. *n.* 12. id verum eſſe, quando ageretur de ſimplici Velleiano, propter quod mulieri ſe pro alio obliganti datur ratione fragilitatis exceptio, non verò in huiuſmodi ſpeciali caſu, quando vxor fideiubet, & ſe obligat pro marito, quod arctiùs, & ſtrictiùs mulieri prohibetur propter rationem *ſupra num.* 304. allatam, & ſi ſe obligat, obligatio eſt ipſo iure nulla, *d. Auth. ſi qua mulier*, & diſpenſatio facta in vno caſu non trahitur ad aliam inhabilitatem, *l. cum propter*, vbi Bartolus *ff. de legatis præſtandis*, maximè quia non militat eadem ratio diſpenſandi propter ſuſpicionem, quod mulier ſeducatur, vel minis inducatur à marito, quæ non militat, quando promittit & ſe obligat pro alio in dotis cauſa. An verò idem dicendum ſit, etiam ſi vxor ſe obligaret pro dote filiæ communis, vel ſit aliud ſentiendum, & quæ ſit ratio differentiæ, dubio ſequenti explicatur. Ex dictis autem infertur, quod ſi vxor dedit aliquid marito, vt id daret filiæ naturali mariti pro dote non valeret donatio, vt expreſsè notauit Pal. Rub. *in rub. de don. int. vir. & vx. §.* 49. quia in effectu priùs

videtur donaſſe marito, cui incumbebat onus dotandi filiam naturalem. Nec audiendus P. Barboſa *dicto n.* 87. vbi ſentit contrarium, dicens tunc ita videri donatum, vt in continenti transferat in dotem filiæ naturalis; & illa momentanea donatio, quæ videtur facta marito, non ſit in conſideratione, ac proinde quaſi directè donatio ſit facta filiæ naturali pro dote cenſenda ſit valida donatio: non eſt, inquam, audiendus, nam talis donatio, niſi probetur contrarium abſolutè facta marito, & in eius commodum, & in fraudem legis præſumitur iuxta tradita *n.* 104. & Doctores *ibidem* relatos.

Vxor an poſſit intercedere, & obligare ſe pro marito in cauſam dotis filiæ communis.

107 Dubium ſextum, an vxor poſſit intercedere, ſeu fideiubere pro marito, & ſimul cum eodem marito ſe efficaciter obligare pro dote communis filiæ. Non poſſe opinati ſunt Aretinus *in lege* 1. *col.* 10. *verſic. & ad materiam, ff. ſoluto matrimonio*, Alexander *ibidem num.* 19. Beroiua *d. conſ.* 48. Rota *d. deciſ.* 1. *numero* 18. & ita ſentire videntur Hondedeus, Mareſcottus, Heringius *locis ſuprà num.* 102. *initio*, dum præſertim *in dicta Authentica ſi qua mulier*, ob eius rationem abſolutè aſſerunt vxorem non poſſe ſe obligare pro marito in cauſam dotis dandæ, vel reſtituendæ, licet poſſit ſe obligare pro alio in eadem dotis cauſa: ita etiam ſentire videtur Hodierna *ad d. deciſion.* 164. Surdi, præſertim *in fine annatationis*, & probabilius exiſtimare videtur idem Surdus *d. deciſ.* 164. *num.* 14. vbi alios pro hac ſententia refert. Probatur hæc ſententia per textum *in d. Authentica ſi qua mulier, Cod. ad Vellei. & in §. & aliud, in Auth. vt nulli iudic. nouella* 134. *capite* 8. vnde eadem *Auth. ſi qua mulier*, ſumpta eſt. Nam *ibi* prohibetur vxor ſe obligare pro viro ob ſpecialem illam rationem ſcilicet propter ſuſpicionem, quod mulier vel blãditiis, vel minis inducatur à marito ad ſe obligandum: quæ ratio militat etiam in caſu obligationis mulieris pro viro in cauſam dotis non ſolum priuignæ, ſed & communis filiæ *iuxta regulam in fraudem*, §. *fin. ff. de milit. teſtam.* vnde præſumendum eſt, quod vxor ſe obligauerit contemplatione mariti, ideoque obligatio non ſubſiſtit: confirmat Surdus, quia textus *in dicta Authentica ſi qua mulier*, annullat obligationem vxoris pro viro factam, etiamſi ſit facta pro debito publico, ac proinde includitur etiam ea, quæ facta eſt pro dote, cum omnis fauor, qui a lege conceditur doti, deſcendat ab vtilitate publica, iuxta Doctores *in l.* 1 *ff. ſoluto matrimonio*: publicus autem fauor non attenditur, quando mulier pro viro obligatur *d. Auth ſi qua mulier*, ita quod mulier in hoc caſu præfertur Reipublicæ, ſeu bono publico. Et hanc rationem pro hac ſententia negatiua valde vrgentem exiſtimat idem Surdus. Quare iuxta præfatos Doctores, licet prohibitio Vellei. inueniatur limitata fauore dotis *ad l. fin. Cod. ad Velleian.* non ob id infertur idem eſſe concipiendum in prohibitione, *d. Auth. ſi qua mulier*, quæ omnino diuerſa eſt à prohibitione Velleiani, & diuerſa nititur ratione, *vt ſuprà num* 104. notatum eſt.

108 Nihilominus contrarium, & vxorem poſſe efficaciter ſe obligare pro viro pro dote, ſeu in cauſam dotis filiæ communis, tradidere Iacobus de Beluis *in d. §. & aliud*, Baldus *in l.* 1 *num.* 10. *verſic. quintum decimum ff. ſol. mat. ibid.* Romanus *n.* 26 *in* 30. *ſpeciali*, Camill. *viſitar. n.* 170. Baldus Nouellus *de dot p.* 6. *priu.* 3. *ad finem, & priuileg.* 12. *n.* 8. quos omnes allegat Surd. *dec.* 164. *n.* 14. ita etiã ſentiunt Gomez *ad l.* 50. *Tauri, n.* 25. Paſchalis *de virib. patr. poteſt. p.* 2. *c.* 6. *n.* 31, Theſaurus *d. deciſ.* 223. *num.* 15. Antonius Faber *lib.* 4. *C. tit.* 21. *defin.* 14. *n.* 4. *& lib* 5 *tit.* 6. *defin.* 8. *n.* 3. *&* 4. P. Barboſa *in l.* 1. *p.* 4. *n.* 101. *ff. ſol. matr.* Aug. Barboſa *collect. ad d. Auth ſi qua mulier, n* 14. *verſic. nullatenus*, Stephanus Gratianus *d. cap.* 647. *n.* 16. & plures alij ab vtroque Barboſa *iiſdem locis* allegati, & etiam Surdus *d. deciſ.* 164. *n.* 15. putat hanc ſententiam valde probabilem. Probat Nouellus, & poſt eum vterque Barboſa, quia *d. Auth. ſi qua mulier*, (in qua fundatur contraria ſententia) non prohibetur mulier ſe ſimul cum marito obligare ex cauſa dotis pro communi filia eo quod (inquiunt) textus *in d. Auth. illud tantum*, inducit, vt in quibus caſibus iure antiquo mulier obligata habebat exceptionem Velleiani, hodie ipſo iure tuta ſit, ſi ſimul cum marito ſe obligat, quãdo mulier erat obligata ex cauſa dotis, iure antiquo non habebat exceptionem Vellei. *d. l. finali, Cod. ad Vellei.* & conſequente diſpoſitio eiuſdem *Auth. ſi qua mulier*, ſumpta ex *d. nouella* 134. *cap.* 8. ad hunc caſum minimè pertinet. Verum hæc ratio, ſi ſubſiſtit, probat etiam valere obligationem vxoris ſimul cum marito pro dote priuignæ, ſeu filiæ non communis, ſed tantum mariti, quod præcedenti dubio reprobatum eſt. Quare Surdus *citato n.* 15. probat vxorem cum marito ſe efficaciter obligare pro dote filiæ communis, quia hoc caſu quodãmodo mulier videtur proprium, non alienum debitum exſoluere; nam & ſi mater teneatur ſolum in ſubſidium ad dotandam filiam, *vt ſuprà cap.* 5. probatum eſt. Tamen dotando filiam, videtur ſtimulo quodam naturali impelli; atque id facere ex neceſſitate, iuxta Caſtrenſem *in l. quoniam Nouella n.* 3. *C. de inofficioſo teſtam. & conſ.* 109. *vol.* 1. *ibid.* dicentẽ hanc eſſe rationem, cur dos habita à matre imputetur filiæ in legitimam, vt tradunt quoq; alij ab eodẽ Surdo *d. n.* 15. relati. Hæc autẽ ratio non procedit quãdo nouerca cũ marito ſe obligat pro dote non propriæ filiæ, ſed priuignæ; cum ad eius dotationem nulla ratione naturali, aut ciuili teneatur nouerca, ita Surdus. Prædictæ rationi addo quod *d. Auth. ſi qua mulier*, non procedat, quando vxor obligat ſe cum viro pro ſua, vel communi vtilitate, vt tradunt Caſtrenſis *ibid.* & nonnulli alij, quos refert, & ſequitur Theſaurus *d. deciſ.* 223. *n.* 15. Filiam autem communem eſſe dotatam reſultat in vtilitatem non ſolum patris, ſed & matris, quæ alioqui in defectum patris filiam dotare de ſuo teneretur. Quare etiam in hoc caſu non videtur vigere ratio illa ſuſpicionis, quod vxor nimiis blanditiis, vel minis, ſeu metu reuerentiali ſit inducta ad ſe obligandum, cum potius affectu maritali præſumi debeat ducta, iuxta tradita, vnde metus foret probandus ad excludendum conſenſum, ſeu obligationem.

Si pater, & mater ſimul promittant dotem pro communi filia, an ſolus pater vt principalis obligetur, & mater tantum acceſſoriè, & vt fideiuſſor, an verò ambo obligentur pro medietate, vel vt duo correi debendi.

Dubium ſeptimum, ſi pater, & mater ſimul promittant dotem pro filia communi, an vterque teneatur pro ſua virili parte ſeu pro medietate dotis, an verò ſi dos promiſſa non excedat quantitatem, quam pater eius facultatibus attentis de ſuis bonis ſoluere poteſt, tota dos cenſeatur promiſſa à patre, & mulier cenſeatur promiſiſſe, & obligata ſolum, vt fideiuſſor mariti, & patrem, ac matrem cenſeri principaliter obligatos, & vtrumque teneri pro virili parte, ſeu pro dimidietate dotis tradunt Gomez *ad l.* 50. *Tauri, n.* 25. nõnullos alios referens P. Barboſa *ad l. primam, p.* 4. *num.* 103 *ff. ſol. mat.* & Auguſt. Barboſ. *collect. ad d. Auth ſi qua mulier, C. ad* 109

Velleianum

Velleianum. Addit vterque Barboſa, quod ſi in promiſſione dotis ſimul facta à marito & vxore pro filia addita ſit dictio, *in ſolidum*, eſſe duos reos debendi, iuxta *legem reos*, §. *cum tabulis*, *ff. de duobus reis.* Probat Gomez tum ex *d. lege reos*, *d.* §. *cum tabulis*, tum ex *l. ſi dotare*, *& lege finali*, *Codice ad Vellei.* vbi habetur mulierem ſe poſſe obligare principaliter, & acceſſoriè pro dote. Petrus vero Barboſa rationem deducit ex *lege vnica*, §. *accedit*, *Codice de rei vxoriæ actione*, vbi promiſſio dotis facta per mulierem fauore dotis cenſetur facta animo donandi illi mulieri, pro qua facta eſt, ex quo infert idem Barboſa, quod ſi vxor, ſeu mater à genero, vel filia conuenta ratione huius promiſſionis aliquid ſoluerit, nil poteſt à marito repetere, cum animo donandi filiæ præſumatur promiſiſſe.

110 Contrarium tamen, & vbi pater, & mater promittunt dotem pro filia communi, matrem non eſſe conſtitutam corream debendi, ſed patrem ſolum teneri tanquam principalem ad totam dotem ſoluendam, & matrem, & vxorem cenſeri tantum interceſſiſſe tanquam fideiuſſorem pro marito, ſi dos promiſſa non excedat eam quantitatem, cui pater ſuis facultatibus poſſit ſatisfacere, ſentiunt magis communiter Doctores: ita Baldus Nouellus *de dote parte 6. priuil. 3. ad finem.* Craueta *conſ. 77. numer. 2. & ſeqq.* Rolandus à Valle *conſ. 64. num. 6.* Oſaſcus *deciſione 44. num. 7.* Surdus *conſ. 290. n. 19. & de alim. tit. 6. quæſt. 17. num. 14. & 15.* Vrſillus *ad deciſ. 209.* Afflicti *n. 6.* Paſchalis *de viribus patr. poteſt. p. 2. capit. 6. num. 31.* Antonius Faber *lib. 5. Cod. titul. 6. definit. 7. & 8.* & alij ab iiſdem, & à Petr. Barboſa *dicta part. 4. num. 102.* relati, & pro hac ſententia etiam ſtant omnes Doctores *ſuprà cap. 3. num. 110.* allegati, aſſerentes, quod quando extraneus, vel coniunctus, ſeu conſanguineus, aut conſanguinea etiam mater dotem dedit, vel promiſit pro muliere habente patrem diuitem, qui tenetur, & poteſt illam dotare, non præſumitur donaſſe, ſed dediſſe, vel promiſiſſe animo repetendi, ita quod hoc caſu non procedit textus *in leg. vnica*, §. *accedit*, *Codice de rei vxoriæ actione.* Probatur primò ratione *dicto capit. 3. allegato numero 110.* adducta, ſcilicet quod mater promittens non præſumitur promiſiſſe animo donandi filiæ, ſed tanquam gerens negotium patris obligati, ad quem negotium dotandi filiam integrè, & totaliter ſpectat, ac proinde promittendo dotem ſimul cum marito cenſetur potiùs ad cautionem filiæ, aut generi interceſſiſſe pro marito, & conſequenter ſi ex vigore illius promiſſionis cogatur dotē ſoluere, poterit poſtea ſolutum repetere à marito, vel eius hæredibus, iuxta tradita *dicto num. 110.* ſecundò præfati Doctores probant, quia vbi duo ſe obligant pro negotio, quod ad alterum dumtaxat pertinet, tunc licet quoad creditorem dicantur duo correi debendi, tamen quoad ipſos principalis habetur is, ad quem ſolum negotium pertinet; alter verò, ad quem negotium non pertinet, habetur pro fideiuſſore. Qui proinde ſi totum debitum vel partem ſoluat, repetit ab eodem principali ad quem negotium ſpectat, vt per textum *in lege vir vxori*, §. *finali*, *ff. ad Vellei. in l. ſi pro parte*, §. *fin. ff. de in rem verſo*, *& in l. ſed & Iulianus*, §. *item ſi duos*, *ff. ad Macedon.* Bartolus *in l. reos*, *n. 1. ff. de duobus reis*, Corneus *conſ. 124. n. 4. & 5. vol. 1. & conſ. 316. n. 3. & 4. vol. 4.* Nat. *conſ. 51. num. 8. vol. 1.* Roland. *d. conſ. 64. n. 5.* Surd. *d. conſ. 290. n. 19. & d. q. 17. n. 17.* Ant. Faber *d. definit. 7.* & communiter Doctores, quos iidem, & P. Barboſa *d. p. 4. num. 102.* referunt. Dotandi autem onus, ſeu obligatiò patri incumbit, non matri, niſi in ſubſidium patre ob paupertatem ad dotandum impotente, *lege qui liberos*, *ff. de ritu nup. l. neque mater*, *Cod. de iure dotium*, & latè *ſupr. cap. 4. & 5.* probatum eſt: ergo dum pater, & mater ſimul dotem promittunt pro filia communi, quam pater ex ſuis bonis poteſt dotare, pater remanet obligatus vt principalis, & mater ſolum vt fideiuſſor. Neque obſtat huic rationi reſponſio P. Barboſæ *d. p. 4. n. 106.* ſcilicet quod licet regulariter verum ſit, correum obligantem ſe pro negotio ad alium ſpectante, videri animo fideiubendi pro eo interueniſſe, id tamen non procedere in obligatione dotis, cum dotem promittens, & ad illam dandum ſe obligans, præſumatur habuiſſe animum donandi mulieri, pro qua dotē promittit *d. l. vnic.* §. *accedit*, *Cod. de rei vxor. actio.* & ſic eſt principalis, non fideiuſſor. Non obſtat, inquam, hæc reſponſio Barboſæ, quia quando Pater mulieris, pro qua alter, ſiue extraneus, ſiue conſanguineus dotem præſtat, vel promittit eſt diues, & ex propriis bonis poteſt dotare, qui dotem præſtitit, vel promiſit, non præſumitur habere animum donandi, ſed repetendi à patre, vel eius hærede, *vt ſuprà cap. 3. num. 110.* probatum eſt, nam diſpoſitio *dicti* §. *accedit*, intelligitur, vt habeat locum, quando non ſupereſt pater diues, aut alius ad quem ſpectat onus dotandi ipſam mulierem, pro qua alius extraneus, vel conſanguineus dotem præſtat, vel promittit, *vt eodem num. 110.* notatum eſt. Igitur etſi mater in hoc caſu fideiuſſoris nomine à filia, vel eius genero filiæ marito conueniri poſſit, iuxta ſententiam *ſuprà numero 108.* approbatam, & *ibidem* tradita, nihilominus quod de ſuo coacta fuerit ſoluere, repetere poterit à patre, ſeu marito ſuo. Nam quod fideiuſſor debet, licet ſoluat de ſuo, ſoluit tamen repetiturus, ita præallegati Doctores, & præſertim magis clarè, & diſtinctè Faber *d. defin. 8.* & Surdus *de alim. tit. 6. d. quæſtione 17. numer. 7.*

Ex quibus infertur, quod etiamſi pater, & patruus, aut alius extraneus ſimul obligarunt ſe pro dote filiæ, quàm ſolus pater tenebatur dotare, & de ſuo poterat, patruus intelligitur tamen interceſſiſſe pro patre, & pater principalis debitor, vt expreſsè notauit Corneus *dicto conſilio 316.* Craueta *d. conſil. 77.* & Surdus *dicta quæſtione 17. numero 16.* Quidquid ſecus ſentiant Gomez *in lege 50. Tauri*, *numer. 25. verſiculo primo*, & Petr. Barboſa *d. lege 1. p. 4. num. 108.* aſſerentes vtrumque obligari pro dimidietate dotis, vel pro tota dote, ſi promiſerunt ſimul in ſolidum. 111

Iure verò Regni Caſtellæ, & Portugalliæ quandonam mater vnà cum patre concurrat æquè principaliter ad dotandas filias, notatum eſt remiſſiuè *ſuprà cap. quinto*, *num. 31.* 112

Quando vxor, & maritus ſimul promiſerunt dotem pro communi filia, vtrum vxor teneatur tantum ex bonis paraphernalibus, an verò etiam ex bonis dotalibus, deficientibus pharaphernalibus, promiſſioni ſatisfacere, itaut contra vxorem exequutio poſſit etiam fieri in bonis dotalibus.

Suppoſita verò prima ſententia, quod mulier ſeu vxor promittens dotem pro communi filia ſimul cum patre obligetur pro dimidietate, vel in ſolidum, ſi facta ſit adiectio, *in ſolidum*, an eadem vxor teneatur ſatisfacere promiſſioni dotis, nedum ſi haberet bona paraphernalia, ſed etiam ſi haberet ſolum bona dotalia, vt in dotalibus etiam fieri poſſit exequutio, vt eidem dotis promiſſioni ſatisfiat, latè tractant Gomez *in dicta lege 50. Tauri*, *dicto num. 25.* & Petrus Barboſa *d. lege 1. p. 4. num. 9. & 10.* Et quod non teneatur, niſi tantum ſi habeat paraphernalia, & in bonis dotalib. fieri nequeat exequutio Iure cōmuni attēto, tradidere Palacius Rubeus *in rub. de don. inter vir. & vxor.* 113

num. 5. ita quòd ſi dos promiſſa per vxorem ſoluatur de bonis dotalibus, poſſit repeti per maritum conſtante matrimonio, & eo ſoluto per vxorem, niſi iuraſſet, &c. & idem ſentire Baëzam *de non meliorand. filiab. cap.* 11. *n.* 47. refert P. Barboſa *d. n.* 109. idem ſenſiſſe *Speculatorem tit. de empt. & vend. §. tertio loco, n.* 11. refert Gomez *d. num.* 25. fundamentum eſt regula generalis, quòd bona dotalia, non poſſunt alienari (perſiſtendo in iure communi) niſi in caſibus in iure expreſſis *l. vnica, §. & cum lex, Cod. de rei vxor. act.* (vbi etiam vxore conſentiente fundus dotalis non poteſt alienari.) Gamma *deciſ.* 366. *num.* 3. & alij à P. Barboſa *d. p.* 4. *paulo ante num.* 109. relati, non reperitur autem in iure, quòd ex cauſa dotis bona dotalia vxoris poſſint alienari: vnde diſpoſitionem *d. §. & cum lex*, habere locum etiam in alienatione ex cauſa dotis *arg. l. aſſiduis, §. excepit, Cod. qui potior. in pignore,* tradit idem P. Barboſa *d. p.* 4. *num.* 10. Addit Gomez, quod licet dos ſit priuilegiata, non tamen contra aliam dotem æquè priuilegiatam arg. eorum quæ notantur *in l. fin. ff. ex quibus cauſis maiores*, & clariùs *in d. l. aſſiduis.*

114 Contrarium, & etiam in bonis dotalibus vxoris non habentis paraphernalia poſſe fieri executionem, vt ſatisfiat promiſſioni dotis ab ea factæ ſimul cum marito, docuit Baldus *in l.* 1. *ff. ſol. matr. col.* 2. *& conſ.* 105. *num.* 1. *lib.* 5. & poſt eum tradidere etiam Gomez *d. num.* 25. & P. Barboſa *d. p.* 4. *num.* 109. *verſ. quin imo*, vbi etiam allegat Beroum *in conſuet. Bituricenſib. rub.* 8. §. 1. *col. pen.* plures rationes ad id confirmandum affert Gomez *d. n.* 25. paulò poſt initium. P. Barboſa probat ex eo, quod licet pro debito perſonali vxoris contracto conſtante matrimonio, non poſſit fieri exequutio in rebus dotalibus inuito marito, vt Gloſſa 1. *in fine, l. quinque legibus, ff. de bonis damnatorum*, Bartolus *ibidem n.* 2. & alij ab eodem P. Barboſa *relati*; id tamen ea ratione, quia ſi in illis fieret executio, præiudicaretur marito, qui ex illorum fructibus debet ſuſtinere onera matrimonij, & ideo dum durat matrimonium, non debet fieri exequutio in bonis dotalibus, *l. ſi donaturus, § fin. ff. de cond. ex cauſa.* Quæ ratio ceſſat in præſenti caſu, quia præiudicium mariti compenſatur cum eo commodo, quod propter hanc exequutionem ipſe liberatur ab obligatione, *l. qui liberos, ff. de ritu nupt.* ſcilicet dotandi filiam; & quia cum maritus conſenſerit, vt mulier promitteret dotem pro communi filia, is conſenſus extenditur quoque ad exequutionem, quæ ratione illius promiſſionis fieret. Gloſſa *in leg.* 3. §. *ſed vtrum, ff. de minoribus*, & conſentienti non videtur inferri præiudicium conſiderabile, *l. cum donat, Cod. de tranſ.* ita P. Barboſa, apud quem, & Gomez videantur alia pro hac ſententia, quæ proinde eſt valdè probabilis; ita quod hic caſus non ſit comprehenſus *in d. l. vnica, §. & cum lex, Cod. de rei vxor. act.* & latiùs explicat P. Barboſa *d. num.* 110.

115 Dictum autem eſt, *attento iure communi*: nam quod ſecunda ſententia aſſerit in Hiſpania expreſsè ſancitum eſt *l.* 53. *Tauri*; quæ diſponit, quod ſi pater, & mater ſimul dotem promittant pro filia, ex bonis lucratis conſtante matrimonio dos ſoluenda eſt; & ſi illa non ſuperſint, tunc ex bonis propriis promittentium etiam dotalibus ſit ſoluenda, vt poſt alios Doctores Hiſpanos notant Gomez *d. num.* 25. *verſic.* 1. & P. Barboſa *d. p.* 4. *num.* 109. *verſ. contrarium.*

Mulier obligatur efficaciter pro dote, quam promiſit, vel pro qua interceſſit pro promittente non ſeruatis ſolennitatibus ſtatuti loci.

116 Dubium octauum, an ſi ſtatuto caueatur, ne mulier poſſit ſe obligare ſine conſenſu, aut interuentu duorum propinquorum, aut iudicis authoritate, aliave ſolennitate, mulier in caſibus ſupradictis poſſit abſque ſtatuti ſolennitate obligare ſe validè, & efficaciter pro dote alterius mulieris. Reſpondetur affirmatiuè, ſimilia enim ſtatuta non comprehendunt obligationem ex cauſa dotis, præſertim vbi dos in iure reperitur ſpecialiter priuilegiata (vt in præſenti *d. l. fin. Cod. ad Vellei.* vt conſtat ex traditis *ſuprà cap.* 8. *num.* 13. 14. 15. 76. & 77. & in his terminis loquens *de ſimili ſtatuto vrbis*, Stephanus Gratianus, alios etiam allegans *diſc. for. tom.* 4. *cap.* 647. *num.* 18. & etiam Cancerius, P. Barboſa, & Hodierna *locu ſuprà num.* 93. *allegatis.*

§. VI.

Mulier minor 25. *annis, & cæteri minores, an & quando efficaciter obligentur ex cauſa dotis, ſiue illam promittendo, ſiue intercedendo pro promittente.*

Difficultas procedit de muliere minore promittente dotem pro alia muliere, & ex cauſa dotis alienæ mulieris intercedente, & ſe obligante: nam qua ratione poſſit dotem ſibi conſtituere, latè explicatum eſt capite præcedenti. De minoribus etiam, quando ex neceſſitate legis ratione coniunctionis, veluti hæredes patris, vel aui paterni teneantur dotare ſororem, aut filiam, vel neptem, an & qua ratione poſſint dotem promittere, & pro ea ſe obligare, declaratum eſt *ſuprà cap.* 5. *num.* 52. *&* 53. *& cap.* 6. *num.* 23. Quare hic agendum eſt tantùm de minoribus, quando nulla obligatione adſtricti voluntariè & ſponte dotem pro muliere promittunt, & pro ea ſe obligant etiam intercedendo pro alio dotem promittente. 117

Certum eſt mulierem promittendo, vel intercedendo pro dote, ſeu cauſa dotis alterius mulieris non obligari efficaciter, ſi minor ſit vigintiquinque annis, ſed innati exceptione, ſeu beneficio Vellei. conſtat ex *l. fin. Cod. ad Vellei.* cuius verba relata ſunt *ſuprà §. præcedenti, num.* 93. vbi mulier maiori 25. annis tantùm obliganti ſe pro dote alterius mulieris denegatur beneficium Vellei. ita etiam Gloſſa *in l. promittendo, verbo conditioniſque, ff. de iure dotium*, Lambertengus *ad ſtatut. Mediol.* prohibentia mulieres ſine certa ſolennitate contrahere, *gloſſa* 22. *numer.* 9. P. Barboſa *in leg.* 1. *part.* 1. *numer.* 24. *verſic. ad veram reſolutionem*, & Heringius, & alij relati *ſuprà d. num.* 93. aſſerentes mulierem obligantem ſe pro dote alterius mulieris, ſiue promittendo, ſiue fideiubendo loquuntur in muliere maiore 25. annis. 118

An omnes maſculi adulti aliàs inhabiles ad ſe obligandum ex cauſa dotis promittendo, vel fideiubendo obligentur.

Difficultas eſt de aliis minoribus maſculis, & aliis iure communi inhabilibus ad ſe obligandum, an, & quando ex cauſa dotis illius fauore poſſint ſe obligare illam promittendo, vel fideiubendo pro promittente: & ratio difficultatis eſt, quia ex vna parte *l. promittendo, ff. de iure dotium, in principio*, ita habetur. *Promittendo dotem omnes obligantur, cuiuſcumque ſexus, conditioniſque ſint*, quibus verbis videtur innui, omnes aliàs inhabiles ad ſe obligandum cenſeri, & eſſe habiles ad ſe obligandum cauſa dotis: ex alia verò parte *l. fin. C. ad Vellei.* Imp. Iuſtin. ita diſponit, ſcilicet generaliter, *Sancimus, vt ſi quis maior* 25. *annis, ſiue maſculus* 119

culus, ſiue fœmina dotem pollicitus ſit, vel ſpoponderit pro qualibet muliere, cum qua matrimonium licitum eſt, omnino compellatur ſuam promiſſionem adimplere. Quibus verbis æqualiter fœminæ, & maſculi minores ob legitimæ ætatis defectum videntur decerni inhabiles ad ſe obligandum, etiam ex cauſa dotis: itaque.

120 Baldus Nouellus *de dote p.6.priuil.47.fine, & priuil. 48.num.1.ex d.l.promittendo*, concludit omnes perſonas cuiuſcumque conditionis ſint, etiamſi aliàs inhabiles ſint ad ſe obligandum ex cauſa dotis, illius fauore obligari, quod idem videtur ſentire Gomez *ad l.50. Tauri, num.16.initio*, & ita ſenſiſſe Iaſon, & Ruinum *locis ibidem à ſe citatis*, P. Barboſa *in l.1.p.2. numer.23. fine, &* probat Nouellus ex eo, quod textus *ibidem* geminatè, & reiteratè loquitur per verbum generale, primò dicendo, *omnes*, & poſtea ſubiungēdo, *cuiuſcumque ſint conditionis*. Addit tamen Nouellus *d.priuil.48. num.1. verſic. tamen fortè*, quod licèt minor promittendo, vel fideiubendo in cauſam dotis validè ſe obligaret, nihilominus ratione læſionis ei competeret beneficium reſtitutionis in integrum, id confirmans ex Gloſſa *in l.1. C. ſi de moment. poſſeſſ.* & Baldo *ibidem* dicente, quod licet ſtatutum in aliquo caſu diſponat alienationem rei minoris valere, vbi aliàs non valebat, tamen propter hoc non cenſetur denegata reſtitutio in integrum ratione læſionis, & minoris ætatis, ad quod faciunt tradita *cap. præcedenti, n.187. & ſeqq.* verum contra hanc Nouelli concluſionem ita generalem obſtat *d.l.fin. C. ad Velleian.* vbi dum expreſsè decernitur ſolum maiorem 25. annis, ſiue maſculum, ſiue fœminam promittendo dotem obligari efficaciter, ab huiuſmodi obligatione excluditur minor 25. annis, & ſic à generalitate *dict.l.promittendo*, excipi minorem dotem promittentem, tradunt per textum *in d.l.fin.C.ad Velleian.* Gloſſ. *d.l.promittendo, verbo conditioniſque*, Neguſantius *1.membro 8.partis num.24.* Lambertengus *ad d.ſtatutum Mediol. d.gloſſ. 21. num. 20.* & alij à Petr. Barboſa *d.p.1.n.24. initio relati*, ac proinde *d.l.promittendo*, non includit omnes perſonas aliàs inhabiles ad ſe obligandum.

121 Quare alij exiſtimant iuxta *d.l.promittendo*, omnes ex cauſa dotis obligari, niſi ſint inhabiles ad ſe obligādum defectu ætatis legitimæ, ſcilicet ſint minores 25. annis, quos etiam cauſa dotis obligari non poſſe, idque probare textum *in d.l.fin.C.ad Velleian.* tradunt Gloſſa, Neguſantius, Lambertengus *locis num. præcedenti allegatis*, & etiam Iaſon *in l.1.§.nunciatio, num.6. ff. de operis nunciat. & in l.ſi fideiuſſor, §.Prætor ait, num.3.ad fin. ff. qui ſatiſdare cogantur*, relatus à P. Barboſa *d.num. 24.* An vero *d.l.fin. C.ad Velleian.* & etiam *d.l.promittendo*, minores maſculi cenſeantur inhabiles ad ſe obligandū ex cauſa dotis ratione ſolius ætatis, ſeu ſolius defectus ætatis legitimæ à iure requiſitæ, vt poſſint ſe obligare, an vero ſolum ob defectum conſenſus, ita vt ſi minores polleant ſufficienti intellectu, & cum ſufficienti deliberatione ſe obligent ex cauſa dotis, licet ex alia cauſa, ſcilicet ætatis, & interdictionis adminiſtrationis, ſint inhabiles ad ſe obligandum, valeat obligatio. Gloſſa, & Lambertengus videntur clarè ſentire cenſeri, & declarari inhabiles ratione ipſius ætatis non legitimæ. Iaſon verò *in d.l.1.num.58.ff. de leg.1.* & P. Barboſa *d. n.24.* relatus exiſtimat minores iuxta præfata iura non obligari etiam ex cauſa dotis non ratione ſolius defectus ætatis, ſed quia cenſentur inhabiles ad ſe obligandum ob defectum conſenſus, ita quod ſi ex alia cauſa inhabiles ſint, nihilominus ex cauſa dotis obligentur, & ita etiam ſentire Neguſantium *d.n.24.* ait P. Barboſa *d.num.24.* licet non ita clarè conſtet, an idem Neguſantius velit minores non obligari ex cauſa dotis ob ſolum ætatis defectum, an propter præſumptionem defectus conſenſus. Reiicit tamen *ibidem* P. Barboſa dictam rationem defectus conſenſus ex eo, quod minori ſuccurritur propter fragilitatem conſilij, *l.1. in fine, ff. de minoribus*, & propter eandem cauſam ſuccurritur mulieribus *l.2. ff. ad Velleian.* & notatum eſt *ſuprà hoc cap.n.104.* & tradunt Doctores *ibidem* relati, & alij ab eodem P. Barboſa *d.n.24. allegati.* Vnde inter fœminas, & maſculos minores ſe obligantes ex cauſa dotis, non fuiſſe conſtituendam differentiam concludit idem Petr. Barboſa, vt maſculi minores non obligarentur ex cauſa dotis, niſi ſolum propter defectum conſenſus, non verò propter fragilitatem ætatis.

Ruinus (vt refert P. Barboſa *d.p.1.n.25.*) dixit inhabilitatem perſonarum ad ſe obligandum iure communi inductam, vt eſt inhabilitas minorum, non tolli, ſeu ceſſare propter dotis fauorem; tolli verò inhabilitatem Iure ſpeciali inductam, cum facilius tollatur Ius ſpeciale, quam ius commune, *l.eius militis, §.militia miſſus, ff. de militat. teſtam.* Quod dictum reprobat P. Barboſa *d. n.25.* ex eo, quod minori ſuccurratur iure extraordinario, & ſpeciali, *l.ſi cauſa 2.ff.de minoribus*, vtpote inducto in priuilegium minoris ætatis aduerſus regulam *1.ff. de pactis*, & verè dictum Ruini nimium reſtringeret generalitatem, *d.l.promittendo*. 122

Denique P. Barboſa (quem ſequitur Auguſt Barboſa *collect.ad d.l.fin.C.ad Velleian.n.6.*) aſſerit quod quoad inhabiles ad ſe obligandū, quia eis denegatur propriorum bonorum adminiſtratio, non tollitur inhabilitas hæc propter fauorem dotis, quod ait probari *d. l.fin. C. ad Vellei.* quæ non permittit, vt cauſa dotis obligentur minores, quibus habentibus curatorem eſt interdicta ſuorum bonorum adminiſtratio, *l.1.in fine, ff.de minoribus*, ac proinde [ait] pupilli, mente capti, & prodigi etiam fauore dotis non obligabuntur, cum eis ſuorum bonorum adminiſtratio non concedatur, quos etiam fauore dotis non obligari dixit Decius *conſ.302.n.13.* Quo verò ad inhabiles ad ſe obligandum ob aliam cauſam retinentes bonorum ſuorum adminiſtrationem, aſſerit idē P. Barboſa *ibid.* quod hac inhabilitate non obſtante fauore dotis poſſunt efficaciter obligari, quod ait probari *in d.l.fin. C.ad Vellei.* dum diſponit fœminam maiorem 25. annis ex cauſa dotis obligari efficaciter, licet aliàs ob ſexus fragilitatem prohibita ſit ſe obligare, *toto tit. ff. & C. ad Vellei.* quia ei ſuorum bonorum adminiſtratio conceditur, ita P. Barboſa. 123

Deueniendo ad reſolutionem certum eſt, inhabiles ad ſe obligandum ob defectum intellectus, vt ſunt pupilli, & mente capti, etiam fauore dotis non poſſe obligari, vt Decius, Barboſa *locis citatis*, & Neguſantius *d. num. 24.* 124

Præterea minor adultus habens curatorem etiam ex cauſa dotis non poteſt ſe efficaciter obligare abſque curatoris authoritate, & conſenſu, idque ſolum ob defectum legitimæ ætatis, ob quam ei curator datur, ita abſque dubio Gloſſa *in d. l.promittendo, d.verbo conditioniſque*, Lambertengus *d.gloſſ.21. num.9.10. & 11.* P. Barboſa *d.n.24. & n.25. verſ.aduerte*, ac alij ab eo relati: & ita etiam puto ſentire Neguſantium *d. n. 24.* & colligitur ſatis clarè *ex d.l.fin. C.ad Velleian.* & faciunt tradita *c.præced. n.55.* vbi probatum eſt, mulierem minorem habentem curatorem non poſſe ſe validè obligare pro dote, etiam reſpectu bonorum mobilium abſque curatoris conſenſu, & authoritate, per textum *in l.ſi curatorem, C. de in integrum reſtitutione.* Quare vt minor non obligatus dotare obligetur promittendo, vel fideiubendo in cauſam dotis, interuenire debebit authoritas, ſeu conſenſus curatoris, etiam reſpectu obligationis quoad ſola mobilia, vt probant tradita *d.n.55.* curatoris autem conſenſu interueniente, ſi minor dotem promittat ex bonis mobilibus, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, ex promiſſione obligabitur abſque Iudi-

Hh 4 cis

cis decreto, vt Lambertengus *d. gloſſ.* 22. *n.* 11. & conſtat ex traditis *cap. præcedenti*, de muliere minori cum authoritate curatoris ſibi dotem in mobilibus, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, conſtituente: ſi verò promittat dotem ex bonis immobilibus vltra interuentum authoritatis, ſeu conſenſus curatoris, erit neceſſarium Iudicis decretum, vt etiam probant tradita *eodem cap.* 8. de muliere minore dotem in bonis immobilibus ſibi conſtituente, & conſtat ex *l. lex quæ tutores*, vbi Gloſſa, & alij ſcribentes, *C. de adminiſt. tutor.* & notat poſt alios Lambertengus *d. n.* 11.

125 Tertiò ſi minor adultus careat curatore, ſolus reſpectu bonorum mobilium, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, poteſt dotem promittere, & fideiubere pro promittente, & ex promiſſione, ac fideiuſſione obligatur, vt Lambertengus *d. gloſſ.* 21. *num.* 11. & P. Barboſa *d. p.* 1. *numero* 25. *d. verſic. & aduerte:* & probant tradita *præcedenti c.* 8. *numer.* 45. de muliere minore, quæ non habet curatorem, ſe dotante, minor enim adultus non habens curatorem non ſolùm ex cauſa dotis, ſed etiam ex omni cauſa mero iure obligatur, quia habetur pro maiore, *d. l. ſi curatorem, Codic. de in integrum reſtitut.* Lambertengus *d. n.* 11. & ſentiunt Doctores communiter, quos refert, & ſequitur Heringius *de fideiuſſoribus c.* 7. *num.* 86.

126 Aduertendum tamen, quod minori, ſiue habenti curatorem cum eius authoritate, ſiue eum non habenti, ſi pro dote mulieris ſe obligauerit, aduerſus obligationem datur in integrum reſtitutio, ſi notabiliter fuerit læſus, *l. vnica, Cod. ſi aduerſus dotem*, & probant tradita *capit. præcedenti* 8. *num.* 187. ac tradunt Nouellus *loco ſuprà num.* 120. relato, Lambertengus *d. gloſſa* 21. *cit. num.* 9. P. Barboſa *d. num.* 25. *eodem verſ. & aduerte*, addens ad id facere etiam *leg. finalem, Cod. de legit. tut.* ſicut ex quacunque alia cauſa minor carens curatore contrahens, & ſic obligans, licet contractus, & obligatio valeat, reſtitutionis beneficio ſubleuatur, ſi læſus ſit per *l.* 3. *Codic. de in integr. reſtit.* & tradunt communiter Doctores, quos Heringius *d. num.* 86. refert, & ſequitur, cum tamen ſi habens curatorem ſine illo contrahat, & ſe obliget, contractus ſit ipſo Iure nullus, & obligatio mero Iure non valeat, vt idem Heringius *dicto n.* 86. & Doctores communiter per eundem allegati.

Prodigus, cui propriorum bonorum adminiſtratio interdicta eſt, & datus curator, an ſine curatoris authoritate obligetur ex cauſa dotis.

127 Quartò quoad prodigos, quibus ob prodigalitatem, & eorum diſſipationem interdicta eſt ſuorum bonorum adminiſtratio, & dati curatores, eos non cenſeri inhabiles ad ſe obligandum ex cauſa dotis, conſiderata generalitate *dicta leg. promittendo, ff. de iure dotium*, & eius limitatione ſiue reſtrictione facta *in d. l. fin. Codic. ad Velleian*, cum eadem reſtrictio videatur à generalitate eiuſdem *l. promittendo*, excipere inhabiles ad ſe obligandum ob defectum legitimæ ætatis, aſſerendum videtur, & ita ſentire videntur non ſolum Nouellus *locis numero* 120. *citatis*, ſed etiam Gloſſa, Lambertengus, Neguſantius, Iaſon *locis numero* 120. *fine*, & 121. *relatis*, dum ſuppoſita generalitate *d. l. promittendo*, aſſerunt omnes (ſcilicet pollentes intellectu, qui poſſunt habere plenum conſenſum) ex cauſa dotis obligari, ſi ſint legitimæ ætatis, per textum *in dict. l. final. Codic. ad Velleian.*

128 At cenſendos eſſe inhabiles abſque curatoris authoritate etiam ex cauſa dotis ad ſe obligandum, præter authoritatem Decij, & Petr. Barboſæ *locis ſuprà numero* 123. *allegatis*, ſuadere videtur, quod prodigus, cui interdicitur propriorum bonorum adminiſtratio, & datur curator, in iure æquiparatur dementi, & furioſo, *l. Marcellus, ff. de fideiuſſoribus, leg. is cui bonis, ff. de verb. obligat.* in quibus iuribus æqualiter prodigo, ac furioſo prohibetur dare fideiuſſorem ſine curatoris authoritate, de quo latè Heringius *de fideiuſſoribus capite quinto, numero* 353. & *ſequentibus*: item quoad curatorem furioſo æquiparantur, *§. furioſi, Inſtit. de curatorib.* cum pupillo pariter comparatur in amittendo, & alienando, *leg. certi condictio, §. ſed etſi ei, ff. ſi certum petatur*, furioſi autem, & pupilli nulla eſt voluntas *l. furioſi, ff. de regulis Iuris*, & ſine conſenſu non poteſt oriri obligatio.

Verum cum lex nō interdicat prodigo bonorū adminiſtrationem, & curatorem det, quia verè prodigalitas non comportat dementiam, & inſufficientiam vſus rationis, ſed in pœnam vitij, & dilapidationis bonorum, vt *tom.* 3. *mor. var. titulo* 3. *numero* 220. notaui, & ſic prodigus habere poſſit plenum conſenſum, ex quo prodigi contractum factum ſine curatoris authoritate naturaliter ſubſiſtere, & ex eo oriri obligationem naturalem ligantem in foro conſcientiæ tradidere Vaſquius *de ſucceſſ. creat.* §. 30. *numero* 18. Fagundez *de iuſtitia lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 11. & alij à me *d. titulo* 3. *num.* 217. relati, valde diſtat prodigus à pupillo, & furioſo, licet in pluribus actibus, quoad eorum valorem in foro exteriori in iure æquiparentur. Quapropter licet pupillus, & furioſus non poſſint obligari ob defectum pleni conſenſus, non ſequitur quod etiam prodigus abſq; curatoris conſenſu ex cauſa dotis non poſſit obligari, cū plenum conſenſum habeat, & *d. l. promittendo*, generaliter dicit omnes, & cuiuſcumque conditionis ſint, poſſe obligari promittendo dotem, & *d. l. final. Codice ad Velleianum*, excipiuntur ab illa generalitate ſolum minores 25. annis. Quare ſi prodigus, cui interdicta ſit adminiſtratio, promittendo dotem, vel pro ea ſe obligando abſq; ſui curatoris authoritate, dos eſſet moderata prodigi facultatibus inſpectis, eum obligari valde probabile mihi videtur, & hoc caſu priorem Nouelli, Gloſſæ, & aliorum ſententiam vti probabilem approbo. 129

§. VII.

Promiſſio dotis ſimpliciter facta an, & quando habeat tacitam conditionem, ſi nuptiæ ſequantur, matrimonium fuerit contractum.

HAc de re latè actum eſt *c.* 2. *à n.* 132. *ad* 138. *ad ibid.* tradita recurrat Lector. Ibi traditis hic ſolum addo 130 expreſſe caſus duos *ibidem* non expreſſos, tametſi tacitè comprehenſos, ſcilicet primo, quod ſponſa promittens dotem ſponſo tacitè videtur intelligere, poſtquam contractum fuerit matrimonium, vt etiam expreſsè notauit P. Barboſa *ad l. ſi ante* 6. *n.* 6. *verſic. his tamen non obſtantibus*, & conſtat clarè ex textib. *ſuprà d. c.* 2. *n.* 132. relatis, ſcilicet *in l. item quia, §.* 2. *ff. de pactis*, & *in l. ſtipulationem, ff. de iure dotium.* An verò quando ſponſa promiſit dotem ſponſo, & ante contractum matrimonium non tradidit, & nihilominus ipſe ſponſus ſuſtinuerit onera matrimonij, quia alimenta ſponſæ præſtiterit, fructus dotis debeantur ſponſo ſub nomine intereſſe, & etiam an ſi dotem tradiderit eidem ſponſo, qui onera matrimonij ſuſtinuerit, fructus dotis ante contractum matrimonium debeantur ſaltem ex æquitate, de

his duabos difficultatibos latè hioc inde agit idem P. Bubosa *in d. l. ſi ante, à num. 1. ad 12.* & ſummariè Auguſt. Barboſa *collect. ad l. ſi pro dote, n. 6. Cod. de dotis promiſſ. de qua infrà,* cum de fructibus dotis.

131 Secundò, quud ſi aliquis dotem dederit ſponſæ noudum nubili, ſeu uondum iuſtam ætatem nuptiarum habeuti, & promiſerit dotem non repetere, intelligitur, niſi ſponſalibus fuerit renunciatum, vt conſtat *ex l. quod Seruius, ff. de condict. cauſa data cauſa non ſecuta,* & ootat Natta *conſ. 525. n. 18. vol. 4.*

§. VIII.

An mulier quæ promiſit dotem marito, cenſeatur tacitè promiſiſſe præſtationem vſurarum pro tempore, quo poſt matrimonium contractum non fuerit ſoluta, licet vſuræ non fuerint deductæ in ſtipulationem; ita vt ex ipſo die nuptiarum, ſeu contractis matrimonij vſura dotis promiſſa marito onera matrimonij ſuſtinenti debeantur.

132 RAtio difficultatis eſſe poteſt, quia extraneua, qui dotem promiſit, ſi non promiſerit eam ſoluere intra breuius tempus, non tenetur dotis promiſſæ vſuras ſoluere niſi poſt lapſum biennium à tempore contracti matrimonij, nec prius cenſetur in mora; licet elapſo biennio ſine alia interpellatione conſtituatur in mora, & teneatur ad fructus, & vſuras iuxta diſpoſitionem *l. vltima, §. præterea, Cod. de iure dotium.* Quare videbitur alicui idem dicendum, quando mulier promiſit dotem marito: Nihilominus mulierem, quæ dotem promiſit, intelligi tacitè obligatam ad dotis vſuras, ita quod ex ipſo die contracti matrimonij conſtituatur in mora, & per conſequentiam ad præſtationem vſurarum dotis teneatur, licet non ſint deductæ in ſtipulationem, ſi habuet cum viro ſuſtinente matrimonij onera, *ex deciſ. ſui Senatus* reſoluit Ant. Faber *lib. 5. Cod. tit. 6. defin. 6.* & ſic quoad dotis vſuras meliorem eſſe conditionem extranei promittentis dotem, quam ipſius mulieris promittentis: rationem affert, quia dos, vel ſaltem dotis fructus ibi eſſe debent, vbi ſunt onera matrimonij, cum fructus dotis debeantur marito pro oneribus matrimonij ſuſtinẽdis, pro quibus dos eſt iuſtituta, & datur *l. pro oneribus, Codic. de iure dotium,* & latè traditum eſt *ſupra cap. 1. num. 92.* vbi præter alios à Fabro *d. definit. 6. num. 3.* relatos Doctores allegantur; & ratio differentiæ inter extraneum, qui promiſit dotem, & ipſam mulierem promittentem, cur ipſa à die contracti matrimonij obligetur ad fructus dotis, non extraneus, eſt quia cum extraneus non teneretur alere mulierem, à marito ſuſtinente onera matrimonij non releuatur onere alendi, at vero cum mulier deberet ſe alere, à marito onera matrimonij ſuſtinente reuelatur onere alendi: Ideoque maritus debet percipere fructus dotis promiſſæ, vt Surd. *de alimentis tit. 1. q. 42. num. 131.* & alios allegans Stephanus Gratianus *diſc. for. tom. 2. cap. 241. n. 58. & 59. & tom. 4. cap. 726. num. 3. & 21.* Hinc etiam & pater qui dotem pro filia eius marito promiſerit à die contracti matrimonij, quando maritus ſuſtinuerit onera matrimonij, obligatur dare marito fructus, ſeu vſuras dotis, quia releuatur ab onere alendi, cum filiam alere teneretur, vt tradunt Surdus *loco citato,* & Gratianus *d. cap. 241. allegatis numeris,* & Gratianus *d. cap. 726. n. 3.* vbi alios allegat, & teſtatur *n. 4.* eſſe communem ſententiã, à qua non ſit in conſulendo, & in iudicando recedendum. Et idem aſſerendum & in patris hæredibos, aut aliis qui de iure tenebantur alere mulierem nuptam, pro qua dotem promiſerunt; nulla enim data mora à die nuptiarum marito onera matrimonij ſuſtinenti tenentur ſoluere alimenta mulieris, ſeu vice alimentorum fructum, ſeu vſuras dotis, quia maritus ſuſtinendo onera matrimonij, & alimenta mulieri præſtando, facit, quod prædicti facere tenebantur eorum negotium vtiliter gerendo, vt latius Gratianus *d. cap. 241. n. 59.*

§. IX.

Delegatus à muliere nubente nihil illi debens, vel minorem ſummam, qui conſentiens delegationi promiſit marito dotem, an à marito conuentus habeat exceptionem, vel actionem contra mulierem delegantem.

REſpondet præfatus Faber *d. lib. 6. C. defin. 14.* delegatum præfatum, qui ſciebat nihil, vel minus ſe debere mulieri deleganti, eo ipſo, quod paſſus eſt, ſe ab ea delegari marito, eique promiſit, ſeu cauit ſe dotem ſoluturum, conuentum poſtea ex huiuſmodi promiſſione non poſſe habere exceptionem, vel actionem, allegando ſe nihil, vel minus debuiſſe, quia qui patitur ſe delegari, videtur remittere omnes exceptiones, quas habuit aduerſus delegantem, *l. ſi quis delegauerit, ff. de nouationibus.* Quod ſi per ignorantiam quid indebitum vel promiſerit, vel ſoluerit, non poteſt quidem agere contra maritum, qui ſuum recipit *d. l. ſi quis delegauerit.* Quinoe non eſt decipiendus, cum non fuerit ducturus vxorem indotatam, *l. ſi donaturus, ff. de condict. cauſa data, §. 1.* poteſt verò agere contra mulierem, quæ delegauit, vt conſtat ex *d. l. ſi quis delegauerit, ff. de nouat.* 133

§. X.

An mulier, quæ viro ſuo promiſit dare in dotem dimidiam partem bonorum ſuorum, poſſit dare partem dimidiam æſtimationis bonorum.

REſpondetur ex Baldo *in l. nulla, numero 4. Codic. de iure dotium,* & poſt eum ex Mantica *de tacit. & ambig. conu. l. 12. tit. 11. num. 16.* ſi in contractu appoſitum ſit verbum, *pro indiuiſo*, certum eſſe, intelligi neceſſario de corporibus, ſed etſi vxor ſimpliciter promiſerit, adhuc in dubio debere de corporibus intelligi, per tradita *in l. ea quo, ſeu l. quæ pater, ff. famil. erciſcundæ:* qui hoc declarant intelligi de iis, quæ commodam recipiunt diuiſionem, *§. eodem, Inſtitut. de officio Iudicis.* 134

§. XI.

Promiſſio duorum, vt bona ſua retineantur vſque ad integram dotis ſatisfactionem, an contineat obligationem in ſolidum.

AFfirmat Stephan. Gratian. *to. 4. diſcep. for. c. 682. n. 7.* vbi reſoluit, quod quis poteſt obligari in ſolidum, non tantum expreſſis verbis, ſed etiam tacitè, & exemplificat ex Craueta *conſ. 77. n. 2.* videlicet ſi voluerunt duo bona ſua retineri poſſe vſque ad integram dotis ſatisfactionem. 135

§. XII.

§. XII.

Promiſſio certa ſumma nummorum pro dote an in dubio intelligatur de maiori ſumma fauore dotis.

136 PVtà ſi pro dote ſint promiſſi certi floreni, aut aurel, & plures ſint ſpecies florenorum, aut aureorum diuerſi valoris, an promiſſio debeat intelligi de florenis maioris valoris. Reſpondetur debere intelligi de maiori ſumma, & conſequenter de florenis maioris valoris fauore dotis, licet alias regulariter quod minus eſt, intelligatur eſſe in obligatione, iuxta *l. nummis, ff. de legat.* 3. & alia iura per Nouellum *de dote p.* 7. *priuil.* 73. & per me *tom.* 3. *mor. var tit.* 14. *n.* 2. allegata, & Doctores à me *d tit.* 14. *n.* 1. relatos: ita Nouellus *d. priuil.* 73. Surd. *dec.* 298. & alij Doctores à me *d. tom.* 3. *mor. var. d. tit.* 14. *n.* 43. allegati, quibus addo Riecium *in addit.* ad Tiraquell. *de priuilegiis cauſa pia, priuil.* 23. & Stephan. Gratian. *to.* 4 *diſcept. for. c.* 631. *n.* 14. *& ſeq. c* 666. *& c.* 700. aſſerentes legatum dotis fauore ipſius dotis latè interpretandum eſſe, vt in dubio cenſeatur relictum quod maius, non quod minus. Quo legato ſtante electionem etiam nō eſſe hæredis, & quamvis habuerit facultatem, non poſſe rem peiorem eligere, ſed recurrendum eſſe ad arbitrium boni viri, tradunt Gratianus *d. c.* 700. & Hodierna *ad deciſ.* 298. Surdi, *iuxta notata* à Mantica *de coniect. vltim. vol. lib.* 3 *tit.* 1. *n.* 18. & ab Afflicto *dec.* 371. Probatur per tradita *d. n.* 43. ſcilicet, quia in dubio illud ſequendum, quod fauet doti, & pronunciandum ſemper pro dote, *l. in ambig. ff de iure dotium* (cuius verba ſunt, *in ambig. pro dotibus reſpondere ſemper melius eſt*) *& l. in ambiguis, ff de reg. iuris.* Dos enim eſt fauorabilis ſemper propter publicam vtilitatem annexam, vt exemplis probatur *d. n.* 43. & etiam Gloſſa *in d. l. in ambig. verbo melius eſt, ff de iure dotium.* Ad hoc idem probandum, quod ſpeciali fauore dotis in dubio intelligatur quod eſt plus, ſeu maius à Nouell. *d. priu.* 73. adducitur text. *in l. nupt.* iuncta Gloſſ. ibi, *in princ. ff. de iure dotium; vbi* cū mulier, cui debebant filiusfamilias, & pater cauſa filij, filiofamilias nubens dediſſet ſocero in dotem, quod ſibi debebatur à filiofamilias, in dubio an in dotis obligatione, ſeu conſtitutione veniret, quod filiusfamilias debebat, & ſic tota pecunia, ſeu totum debitum, an verò ſolum, quod pater debebat de peculio filij, dicit *Iuriſconſultus*, cenſeri datum in dotem, quod eſt plus, ſcilicet totum quod filius mulieri debebat, & non ſolum quod pater debebat, ſcilicet quantum erat in peculio, & non plus, iuxta declarationem eiuſdem Gloſſæ *in princ d. l. nuptura,* & intellectum Baldi Nouell. *d. priuil.* 73. & Curtium *priu.* 74. poſt Raphaëlem Fulgoſium *in l. cum is, §. ſi mulier, ff. de condict. indebiti,* licet eadem Gloſſa *in l. ſi pater, §. qua debitorem, verbo in dotem ſit, ff. de iure dotium,* contrarium dixerit, quam reprobat Nouellus *d. priuileg.* 74.

In promiſſione, ſeu obligatione alternatiua ſummarum pro dote, eiuſdem dotis fauore venit maior ſumma, & promiſſio omnium bonorum intelligitur deducto ære alieno.

137 Ex *dicta lege nuptura, fine ff. de iure dotium,* idem Nouellus *d. priuileg.* 74. poſt Raphaëlem Fulg. *loco citato* infert, quod licet in alternatiua ſummarum minor ſumma cenſeatur in obligatione, *lege ſi ſtipulatus fuero ff. de verb. obligatione, & lege ſi ita relictum, §. fin. ff. de legat.* 1. fallit tamen fauore dotis, vt in eius conſtitutione ſeu promiſſione ſub alternatiua intelligatur veniſſe maior ſumma, eo quod *in dicta lege nuptura*, non fuerit à muliere conſtituta ſimpliciter in eo, quod filiusfam. ei debebat (vt dixit Gloſſa *in dicta lege ſi pater, §. qua debitorem, d. verb in dotem,* ſic poſt eā Ludouicus Romanus *in dicta lege ſi ſtipulatus,*) ſed alternatiuè, ſcilicet in eo, quod filius, aut pater debebat mulieri, & tamē Iuriſconſultus *in fine d. legis* reſpondit, nomine dotis venire totum debitum filij, & non totum id, quod pater nomine filij debebat, *vt ibidem* probat idem Nouellus: ſed quidquid ſit, an id ex *dicta lege nuptura*, probetur, fauent tamen tradita *numero præcedenti*, quod fauore dotis in dubio attenditur quod eſt plus, vel melius, *d. l. in ambiguis, ff. de iure dotium,* & alijs Iuribus præallegatis, & allegatis à Gloſſa *in d. l. in ambiguis*, ob illam rationem, quod dos eſt ſemper fauorabilis propter publicam vtilitatem annexam. Cæterùm ſi mulier omnia bona ſua in dotem promiſerit, non cenſetur promiſiſſe, niſi deducto ære alieno, *l. mulier* 73. *ff. de iure dotium,* ibi, *non plus eſſe in promiſſione bonorum quam quod ſupereſt deducto ære alieno.*

§. XIII.

Quomodo, & quibus probetur dotis promiſſio, ſeu dotem fuiſſe conſtitutam.

SVpponitur hic de iure communi ex eo ſolo quod contractum ſit matrimonium, non præſumi dotis promiſſionem, dotemve eſſe mulieri conſtitutam, ſed aliunde probari debere, quod latè probatum eſt *ſuprà capite præcedenti* 8. *numer.* 79. *& ſeqq.* & tradunt Iuriſperiti *d. n.* 7. allegati, & alij communiter *apud eoſdem,* quibus addo Carpanum *ad ſtatutum Mediolani* 455. *numero* 47. *tom.* 1. & Myſinger. *Inſtit. lib.* 4. *titulo* 6. *§. fuerat antea, n.* 37. 138

Probari autem poteſt dotis promiſſio, ſeu conſtitutio (*vt ibidem* notat Myſingerus, & conſtat ex Doctoribus, qui *infra* allegantur) præter partium aſſertionem vel per dotale inſtrumentum, vel per teſtes, vel per probationes præſumptiuas, ſcilicet per coniecturas veriſimiles. 139

Dotis promiſſio, ſeu conſtitutio probatur coniecturis vbi de ea expreſſe non conſtat.

Et quidem vbi non cōnſtat expreſsè, neque per inſtrumenta, neque per teſtes de dotis promiſſione, eamve fuiſſe conſtitutam, per indicia, & coniecturas & præſumptiones probari poſſe, notatum eſt *capite præcedenti* 8. *num.* 95. & tradunt Doctores *ibidem* allegati, & alij communiter apud eoſdem, & præſertim apud Maſcardum *ibidem* citatum *de probationibus concluſ.* 576. & apud Seraphinum *deciſione* 1221. *num.* 2. idem ſentientem, & nonnullas coniecturas *numero* 3 *&* 4. enumerantem: & conſtat ex *lege cum citra, Cod. de iure dotium.* Cum etiam vniuerſaliter probatio præſumptiua in ciuilibus ſufficiat, & eſſe communem opinionem teſtatur Maſcardus *concluſ* 668. *n.* 43. 140

Quibus autem coniecturis indocatur, ſeu probetur dotis promiſſio, ſeu conſtitutio à muliere facta viro, vbi expreſsè non conſtat ante matrimonium dotem viro conſtitutam, latè actum eſt *capite præcedenti* 8. *à num.* 95. *ad* 185. de quibus etiam Menochius *de præſumpt. libro* 3. *præſumpt.* 6. Mantica *de tacitis & ambiguis conuent. lib.* 12. *titulo* 13 *&* 14. & Curtius iun. *conſ.* 168. *numer.* 7. vbi dicit coniecturam conſtitutæ, ſeu promiſſæ dotis à muliere viro, ſi vir ipſe eſt iuuenis & pulchræ formæ, nobilis, habēs notitiam, ad virum ſpectare onera matrimonij, ſciens etiam ad virum ſpectare lucrum dotis prædecedente vxore ſine liberis, habens etiā partem diligentem circa res familiares, qui ideo non promiſiſſet 141

permiſiſſe filium contrahere ſine dote, nulla ſubſiſtente cauſa, nec ratione. His enim omnibus concurrentibus ait Curtius, non eſſe veriſimile, quod vir contraxiſſet ſine dote congrua, quia alias præſumeretur fatuus, & bonorum ſuorum dilapidator, contra textum *in leg. cum de indebito, in princ. ff. de probation.* & quia non ſit veriſimile, quod patri obediens non fuerit, *lege veluti, ff. de iuſtitia, & iure, & lege marito, ff. pro ſocio.* Quæ tamen coniectura per ſe ſola videtur ſatis ambigua.

Promiſſio, & datio dotis probatur per inſtrumentum dotale, & concurrentibus duobus inſtrumentis eiuſdem diei præfertur inſtrumentum dotis.

142 Per inſtrumentum dotale, ſeu dotis certum eſt dotis promiſſionem, & etiam dationem probari, vt Myſingerus *loco citato*, Maſcardus *de probat. concluſ. 569. n. 6. & conc. 675.* notat tamen idẽ Maſcardus *dicto num. 6.* dominium dotis non probari per ſolum inſtrumentum dotis, quando agitur contra extraneos poſſeſſores, ſed debere probari legitima probatione, quod idem latiùs tradiderat prius *concluſ. 541. num. 4.* ex Baldo *conſ. 181.* id docente per textum *in lege cum res, C. de probat. in l. indicia, C. de rei vend.* & *in cap. inter libertos, de fide inſtrument.*

143 Circa inſtrumentum dotis vero notandum eſt ex ſpeciali dotis fauore ſi appareant, ſeu concurrant duo inſtrumenta diuerſorum Notariorum eiuſdem diei, & dubium ſit vtrum præferatur, ſeu prius factum ſit, quia neutrum contineat horam, præferri, & prius factum præſumi inſtrumentum dotis, ita Baldus, Angelus, Imola, Alexander, Iaſon, & alij *in lege prima, ff. ſoluto matrimonio,* Surdus *deciſ. 298. numer. 4.* alij allegati *ſuprà capite ſecundo, numer. 118.* alios allegans Maſcardus *de probat. concluſ. 566. numero 3.* & latiùs *concluſ. 575. numer. primo,* & latiſſimè alios referens Salgado *in Labyrint. cred. concur. parte ſecunda, capite quarto, numero 163.* & probant tradita *ſupra dicto capite, citato numer. 118.* & *hoc capite numero 136.* & præſertim textus *in dict. l. in ambiguis, ff. de iure dot.* dicens quod in ambiguis pro dotibus reſpondere ſemper melius eſt. Quod priuilegium, ſeu ſpeciale Maſcardus *d. concluſ. 575. n. 1.* ait procedere non ſolum in muliere agente ad dotis reſtitutionem, ſed etiam in viro agente pro dote conſtituta ſoluenda, quia inquit, priuilegium hoc, ſeu fauor iſte datur ipſi doti, non mulieri *d. lege in ambiguis,* ſed licet fauor dotis introductus ſit principaliter propter mulierem, vt notat Surdus *d. deciſ. 298. n. 8.* cum interſit Reipublicæ mulieres eſſe dotatas, vt ſæpius dictum eſt, rectè tamen competit & viro agenti ad dotem conſtitutam, cum & id in mulieris vtilitatem reſultet, & tametſi propter mulierem ſit introductum priuilegium, tamen ipſimet doti datum eſt. Quapropter hoc idem priuilegium, vt in dubio dotis inſtrumentum præſumatur anterius, tranſire ad quemcumque etiam extraneum, ad quem ipſa dos tranſit, tradit idem Maſcardus *dicta concluſ. 575. num. 1.* Dixi *diuerſorum Notariorum eiuſdem diei*; nam ſi illa inſtrumenta eſſent confecta ab eodem Notario, tunc ait idem Maſcard. *d. concluſ. 575. num. 8.* ex ordine protocolli colligendam anterioritatem, vt prius ſcriptum præſumatur prius cõfectum, eo quod contractus prior in ſcriptura cenſeatur prior ex Iaſone, & aliis per eundem Maſcardum relatis per *l. quoties, ff. de vſufructu, & lege ſi communis ſenſim, ff. de ſtipul. ſeruor.* Addit poſt alios Maſcardus *n. 6.* quod eſſet præferendum inſtrumentum tanquam anterius factum, in quo eſſet hora eiuſdem diei, quæ non eſſet in dotis inſtrumento, quod idem tradunt communiter Doctores, quos latiſſimè allegat, & ſequitur Salgado *dicto cap. quarto, n. 166. & 167.* & idem Maſcardus *num. 7.* ſi in alio inſtrumento eſſet appoſita vltima hora diei, cum tunc neceſſe eſſet, eadem hora, vel ante eſſe factum dotis inſtrumentum, dicit non debere præferri idem dotis inſtrumentum.

Porrò hoc ſpeciale, ſeu priuilegium, vt ex duobus inſtrumentis, ſub data eiuſdem diei præferatur dotis inſtrumentum, idem Maſcardus *dicta concluſ. 575. numer. ſecundo,* extendit etiam ſi inſtrumentum dotis concurrat cum inſtrumento fiſci, cum dotis priuilegium ſit fauorabilius, quam fiſci, iuxta Doctores ab eodem Maſcardo *ibid.* relatos, & idem tradit Salgado *dicto capite 4. d. num. 169.* 144

Limitat autem *n. 4.* non procedere, ſi priuatus poſſideret, nam tunc ait poſſeſſoris inſtrumentum prius celebratum præſumi, hocque eſſe commodum poſſeſſionis Quod *n. 5.* ſublimitat procedere quidem inter priuatos, & inter æqualiter priuilegiatos; non verò quando agitur inter priuatum, & priuilegiatum, quo caſu ex Iaſone, Baldo, & Ripa dicit præſumptionem pro priuilegiato ſuperare præſumptionem emergentem ex poſſeſſione priuati. 145

Item *num. 9.* limitat non procedere in inſtrumento pecuniæ non numeratæ, ſed tantùm confeſſatæ; nam tunc dicit præſumo inſtrumentum aduerſarij de vero, & actuali credito præceſſiſſe, iuxta Gloſſam, Baldum & alios *in lege diuerſis, Codice qui potiores in pign. habeant.* & Ripam *in leg. 1. n. 11. ff. ſoluto matrimonio,* per textum *in l. Titius, ff. qua res pign. oblig. poſſ.* 146

Quod verò dictum eſt de duobus inſtrumentis, idem Maſcardus *d. concluſ. 575. numer. 3.* poſt Ripam *d. leg. 1. numer. 12.* & Baldum Nouellum *de dote parte 9. priuileg. ſecund.* extendit ad teſtes, vt ſi ſint ab vtraque parte pares, & omnes deponerent de menſe eodem, & non recordarentur, nec deponerent de die, præferri debent teſtes deponentes de dote. 147

Ex prædictis infertur, quod cum pares ab vtraque parte fuerint probationes, præferenda ſit probatio pro dote: quod etiam in terminis tradunt Baldus Nouell. *de dote p. 9. priuilegio 3.* & Maſcardus *de probat. concluſio. 566. numer. 3.* & probant etiam tradita *ſupra hoc capite, numer. 136.* & in meo *tom. 3. mor. variar. tit. 14. num. 43. & to. 1. eorumdem mor. var. tit. 1.* vbi late probaui in dubio ſemper pronunciandum pro dote, iuxta *l. in ambig. ff. de regulis iuris,* & faciunt tradita *l. lege Iulia, ff. de manumiſſionibus, & cap. ex literis,* ſcilicet quod in cauſa liberali, vbi æquales probationes ſunt, pro libertate ſententia profertur, cum fauor libertatis ad dotem extendatur, nam vtraque cauſa continet fauorem, ſeu bonum publicum. 148

Dotis promiſſio, & donatio probatur per teſtes, & per quot, & quos.

Quod ſi de dotis promiſſione, ſeu conſtitutione, ſicut & de donatione, ſeu ſolutione facta marito non appareat per inſtrumentum, poſſe probari per teſtes certum eſt, & tradunt Doctores communiter. Gloſſa *in l. cum citra, Codic. de iure dotium,* Myſingerus *loco ſuprà n. 138. allegato,* Maſcardus *concl. 569.* Carpanus *ad dict. ſtatutum Mediolani 455. num. 73. & ſeqq.* Fontanella *de pact. nupt. clauſ. 14. gloſſa vnica p. 2. num. 66.* & apud eoſdem alij. Probatio enim teſtium, & inſtrumentorum à pari procedunt, vt Menoch *de arb. caſu 63. n. 2.* & Maſcard. *conc. 509. n. 10.* & habetur *l. in exercendis, C. de fid. inſtrumentorum, & in cap. Ioannes, eodem tit.* & duos teſtes ſufficere notat idem Carpanus ex Baldo, & Lappo, & admitti, ſeu eſſe idoneos mediatorem, ſeu proxenetam ex Ruino *conſ. 34. n. 4. & 7. vol. 4.* & Benintendo *deciſ. 61.* 149

deciſ. 61. tradit idem Maſcard. notat etiam idem Maſcardus ad talem probationem admitti eum, qui dotauit, tametſi ſit frater, quando agitur inter nepotes ſuos, quia cum ſit coniunctus vtrique patri, ceſſat omnis ſiniſtra ſuſpicio *lege non ſolum paragrapho de vno ff. de ritu nupt.* illud autem, quod etiam mediator, ſeu proxeneta ſit idoneus teſtis ad probandum dotis promiſſionem (licet alias, & regulariter de Iure communi proxeneta non admittatur ad probandum, niſi quando à partibus ita conuentum eſt, vt ex communi Doctorum tradunt Menochius *de arbitrariis q.*73.*l.*1. Boſſius *tit.de appoſit. teſtium contra teſtes, n.*129. & Ludou.Ioſeph *in dec.Peruſ.p.*2. *dec.*95.*n.*1.) præter Ruin. Benintendum, & Maſcard. *locis allegatis* tradidere Menochius *conſ.*92. *num.* 87. Gozadinus *conſ.*42.*num* 10. & Camillus Borellus *in ſumma deciſionum tom.*2 *tit.*16. *numer.* 24. Qui ducunt argumentum ex eo, quod cum fauore matrimonij ad illud probandum proxeneta ſit teſtis idoneus, vt dixit Mar.Socinus iun.*conſ.*29. *num.*16.*vol.*2. (ſicut parentes, & alij teſtes inhabiles ad eiuſdem matrimonij probationem admittuntur *capite ſuper eo, de teſtibus*, vbi Doctores) ita quoque fauore dotis debet proxeneta admitti ad probationem eiuſdem dotis, quæ eſt matrimonij ſequela. Quare ſicut fauore dotis eius promiſſio vel datio probatur per verba enunciatiua (vt *infrà* probatur) licet aliàs non probent plene, ita etiam, & multo magis (inquiunt præfati Doctores præſertim Benintendus) debent ad dotis promiſſæ probationem admitti proxenetæ, & mediatores, quibus mediis habitus eſt tractatus & concluſus de matrimonio contrahendo. Quamvis contrarium, & quoad probandam dotis promiſſionem proxenetas, ſeu mediatores non eſſe teſtes idoneos, nec admitti teneant alios plures allegantes Ludouic. Ioſph *d. dec.*95. *n.*14. *cum plurib.ſeqq.* Surdus *conſ.*327.*num.*44. *lib.*3. Farinacius *de teſt. quæſt.* 10. *illat.* 16. *limitat.* 17. *n.* 447. Stephan. Gratian. *diſcept.for.tom.*2. *cap.*753.*num.*4.5.6. & ex allegatis pro altera parte ita tenent etiam Maſcard. *conſ.*10.*num.*14. Ruinus *conſ.*164.*n.*6 *vol.*4. & Borellus *in ſumma deciſ.tom.*3. *tit.*5.*num.*62. fundamentum præcipiuum iuxta Ludouicum Ioſeph (qui latiſſime probat hanc ſententiam reſpondens contrariis) eſt, quod dos, ſeu dotis cauſa in hoc non reperitur in iure ciuili, aut Canonico priuilegiata, vt proxenetæ ſint teſtes idonei, & poſſint teſtificari, & lex generaliter loquens comprehendit etiam cauſam dotis, ſi in eo caſu, de quo loquitur dos non inueniatur ſpecialiter priuilegiata, vt Decius *conſ.*301. & alij iuriſperiti *ſupra c.octauo, n.*14. allegati. Quod verò proxeneta, parentes, & alij inhabiles admittantur ad probandum fauore matrimonij id eſt (inquit Ludouicus Ioſeph) quia in hoc reperitur expreſſe priuilegiatum matrimonium. Quemadmodum etiam (ſubdit) per verba enunciatiua probatur dos, quia expreſſe habetur Iure ciuili, *vt infra.* Neque etiam ait idem Ludouicus Ioſeph, vrget argumentum de dote tanquam ſequela matrimonij, cum non ſit ſequela neceſſaria, quandoquidem matrimonium ſtare poſſit ſine dote, nec pro eius eſſentia requiratur dos, *vt in præcedentibus capitibus ſecundo, & octauo* probatum eſt. Ampliant Ludouic. Ioſeph, & Gratianus poſt Alexandrum *conſ.*13.*n.*14. *lib.*1. & Surdum *loco citato*, & alios, vt repellantur à teſtificando & non probent etiamſi nullum commodum, aut ſalarium habeant, ratione ſolius affectionis rei per ipſos pertractatæ; limitat tamen, ſeu declarat Lud.Ioſeph *d.deciſ.*95. *num.*35. poſt Grammaticum *conſ.* 13. *numer.* 15 *& duobus ſequentibus*, quod licet per ſolos teſtes proxenetas, & mediatores nequeat probari dotis conſtitutio, nihilominus ſi cum proxeneta, ſeu mediatore adeſſet alius teſtis fide dignus, & bonæ, ac integræ vitæ, tunc fauore dotis admitti deberet, & Iudex poſſet adhibere plenam fidem iiſdem teſtibus. Verum ſtante authoritate Ruini, & aliorum Iuriſperitorum aſſerentium proxenetas eſſe teſtes idoneos ad probandum dotis promiſſionem, & ſtante ſententia, quod lex generalis non comprehendat cauſam dotis, ſi in ea non fiat expreſſa mentio dotis propter dotis fauorem, de qua ſententia *ſupra capite* 8. *numer.*13. & ſtante quoque quod in conflictu opinionum, & in ambiguis ſit eligenda pars ſtans pro dote, illive fauens, prior ſententia videtur in iudicando præferenda, maximè ſi mediatores nullam aliam exceptionem paterentur præter exceptionem mediatoris & alioqui eſſent bonæ famæ, & opinionis.

Quin etiamſi ſtatutum diſponeret, quod probatio aliqua, putà intra certam ſummam, non poſſit fieri per teſtes, ſed debeat fieri per inſtrumenta, tamen dos non includeretur d. ſtatuto, ſed poſſet dos eam ſummam à ſtatuto præſumptam excedens probari per teſtes dotis fauore ſpeciali, ita Rolandus à Valle *de lucro dotis q.* 105. *n.* 17. Carpanus *ad ſtatutum præfatum Mediolani* 455. *num.* 74. & alios allegans Maſcardus *d. concluſ.*569. *numer.* 2. & probat traditio illa (de qua *in præcedentibus hoc cap.*7. *&* 8.) quod cauſa dotis non comprehenditur ſtatuto generali dotis mentionem expreſſam non faciente. 150

Statuto diſponente, quod dos non poſſit peti, nec probari niſi per inſtrumentum & non per teſtes, an, & quando poſſet dos probari per teſtes.

Sed quid ſi ſtatutum diſponeret, quod dos non poſſet probari, niſi inſtrumento, ſuppoſito, quod ſtatutum diſponens in aliquibus caſibus probationem debere fieri per inſtrumentum, & non poſſe fieri per teſtes (quale eſt ſtatutum Mediolanenſe, vt per teſtes probari rem eſſe feudalem, de quo Boſſius *in pract. crim.tit.de Principe, & priuil. eius, num.*243. & quod per teſtes non poſſint probari bannum, emancipatio, interdictum, res lueллaria, de quo Carpanus *ad caput* 88. *ſtatutorum Mediolani fol.*1.) valeat & eſſe validam tradunt Tiraquellus *de retractu lign. §.* 3. *gloſſa* 1. *num.* 16. Carpanus *ad d. cap.*88. *num.* 20. *& ad caput* 455. *n.*74. Molfeſius *ad conſuet.Neapolit.p.*7.*quæſt.*15.*num.* 22 & alij, quos late referunt Tiraquellus *d.n.*16. & Carpanus *dicto num.*20. reſpondetur ſtante dicto ſtatuto dotem, ſeu dotis promiſſionem, vel eius dationem non poſſe probari per teſtes ſine dotis inſtrumento: ita alios allegans Carpanus *ad d. caput* 455. *num.*74. & Moleſeſius *d. quæſt.*15. *numer.*1. 151

Non obſtante tamen ſtatuto requirente probationem per inſtrumentum, non ſolum contractus, ſeu actus poterit probari per partis confeſſionem, vt poſt alios Carpanus *d. capite* 88. *num.*18. ſed admittitur etiam probatio per teſtes, vbi pars non contradixiſſet: ita alios allegantes Carpanus *ad d. cap.*88.*num.*11. addens cum aliis *num.* 12. id procedere etiamſi ſtatutum diſponeret annullando, & Molfeſius *d. quæſt.*15. *n.*20. probans ex illa regula, multa prohibentur fieri, quæ iam facta tenent, *l.*1. *§. earum ff. de poſtul. l. à patre furioſo ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris*, & addit admitti talem probationem per teſtes ſine contradictione factam tam quoad conſtitutionem, quàm quoad dotis ſolutionem.

Eodem ſtatuto requirente ad probationem inſtrumentorum fieri poſſe probationem per quinque teſtes idoneos, & integræ opinionis, eo quod hæc probatio æquipararetur Inſtrumento, tradunt poſt alios Boſſius *tit.de principe, & priuileg. eius, citato n.*253. Maſcardus *de probat. concluſ.*769. *num.*8. Molfeſius *d. quæſtio.*151. *numero* 24. & Carpanus *ad d. caput* 88. *numer.* 1. *& numero* 153

numero 54. addens *num.* 2. poſt Boſſium *d. n.* 253. Tiraquellum *de pœnis temper. cauſa* 31. *n.* 117. & alios poſſe probari etiam per teſtes minori numero quàm quinque, ſi ſint probatiſſimæ fidei.

154 Poſſe etiam fieri probationem per teſtes idoneos, & ſcripturam ſimul, eo quod ſit caſus mixtus, qui non comprehendatur in eo ſtatuto, tradunt plures alios allegantes Boſſius, & Maſcardus *locis citatis*, & Carpanus *ad d. c.* 88. *n.* 3.

155 Eo etiam ſtatuto non obſtante admitti probationem ex teſtibus, qui fuiſſent iam examinati, & publicati, eo quod tunc habeant vim publici inſtrumenti, & ſcripturæ, latè poſt alios Menochius *de arbit. caſu* 635. *& tribus ſequentibus*, & idem alios allegans notat Carpanus *ad d. cap.* 88. *num.* 4. Qui *num.* 5. ex Marſilio, & Aſinio addit per teſtes pariter fieri poſſe probationem horum contractuum, vel caſuum, in quibus ſtatutum requirit inſtrumentum, ſi hi teſtes fuerint examinati ex officio iudicis.

156 Si quoque inſtrumentum dotale eſſet deperditum, tunc poſſe conſtitutionem dotis, & eius ſolutionem probari per teſtes fide dignos deponentes ſe vidiſſe, & legiſſe inſtrumentum deperditum, notat Molfeſius *dict. quæſt.* 15. *numero* 11. Carpanus alios allegans *ad dict. cap.* 88. *num.* 67. *&* 68. & in ſimili Maſcardus *concl.* 85. *numer.* 24. vbi latè probat gratiam Principis deperdito gratiæ reſcripto, & eius amiſſione probata probari per teſtes deponentes de tenore reſcripti, ſeu literarum, nam tenor inſtrumenti probatur per teſtes, vt Afflictus *deciſ.* 274. *dict. numer.* 24. Molfeſius *d. numer.* 11. & Carpanus *locis allegatis*, qui alios cumulant. Inſtrumenti autem amiſſionem poſſe quoque per teſtes probari, vt deinde deueniri poſſit ad probationem tenoris per teſtes diſponentes tenorem vidiſſe, tradunt Maſcardus *d. numero ſexto*, Menochius vbi ſupra, & alij ab iiſdem allegati.

157 Demùm omiſſis pluribus aliis ad pleniorem intellectum ſtatuti requirentis inſtrumentum ad probationem certorum contractuū, vel caſuum, de quibus Carpanus *ad dict. caput* 88. & Molfeſius *d. quæſtione* 15. licet eo ſtatuto ſtante per teſtes non poſſit probari ſubſtantia contractus, ſeu caſus, poſſunt tamen per teſtes probari qualitates, dependentia, & acceſſoria contractus, ſeu actus, putà pacta, conditiones, quantitas hypothecæ, fideiuſſio, damna, intereſſe: ita latè alios allegantes Menochius *de arbitrariis caſu* 48. *num.* 8. Carpanus *ad d. cap.* 88. *num.* 14. *& ſeqq.* Molfeſius *d. q.* 15. *num.* 16. *&* 17.

158 Quare ſi in inſtrumento, vel legato dotis non fuiſſet expreſſa dotis quantitas, poſſe per teſtes quantitatem, vti dependentem ab inſtrumento dotis, vel legati probari, poſt Aſinium in praxi *iud.* §. 19. *c.* 5. *lim.* 7. *&* 8. & alios notat Carpanus *ad d. caput* 455. *ſtatut. Mediol. num.* 77.

159 Mulierem etiam, cui promiſſa fuit reſtitutio dotis, poſſe agere ad intereſſe dotium, quamvis non habeat dotale inſtrumentum, poſt Napodanum, & Naualeanum, & alios tradit Molfeſius *d. q.* 15. *num.* 16. aſſerens ex eodem Naualeno ita in Regno Neapolitano eſſe practicatum, ex quo ſtetit per maritum, quin inſtrumentum fuerit factum, & poſſit maritus cogi ad exhibendum inſtrumentum. Et addit ex Cæpola *caut.* 250. mulierem poſſe petere, vt condemnentur hæredes viri ad conſignandum tale inſtrumentum, & quod ſolutio dotium probari poteſt per teſtes, hæc maxime habere locum, ſi maritus tempore contracti matrimonij promiſerit in capitulis matrimonialibus cautelare vxorem per publicum inſtrumentum tempore receptionis dotium, ratione etiam cuius promiſſionis ipſe maritus cogi poteſt. Quo caſu poſt alios idem Molfeſius *numero* 18. notat hypothecam mulieris incipere non à die initi inſtrumenti, ſed à die promiſſionis, & ſolutionis dotis, prout eſt de iure communi, & traditum eſt *ſupra capit.* 2. *à num.* 109.

Vltimo loco non omittam notare, quod obſeruauit idem Molfeſius *d. q.* 15. *n.* 10. quod ſtante eodem ſtatuto, quod dos probetur per inſtrumentum, non per teſtes, quando dos eſſet promiſſa in Capitulis matrimonialibus, ſolutio dotium poteſt probari per apocham Banchi, ex *dec.* 332. eo quod capitula matrimonialia in hoc caſu habentur loco inſtrumenti, & ſolum ſolutio probatur per teſtes. 160

Dos quoad promiſſionem, & etiam quoad ſolutionem an ſufficienter probetur per leuiores probationes, & minùs concludentes, quàm in aliis cauſis.

Cæterum cum *ſuprà numero* 140. dictum ſit, dotis promiſſionem, ſeu conſtitutionem probari per coniecturas, & præſumptiones, dubium eſt, an in probanda dote, ſiue quoad promiſſionem, ſeu conſtitutionem, ſiue quod dos fuerit promiſſa marito, eiuſdem dotis fauore ſufficiant probationes leuiores, & faciliores, & minus concludentes, quæ alias, ſeu in aliis cauſis ordinariis, & non fauorabilibus non reciperentur. Et propter dotis fauorem ſufficere, ſenſere Decius *concl.* 135. *numero ſecund. &* 506. *numero ſecund.* Benintendus *deciſione Bonon.* 61. *numero ſexto*, Carpan. *ad ſtat. Mediol. tom.* 1. *cap.* 455. *n.* 73. Genua *de verbis enunciatiuis quæſt.* 32. *n.* 6. *iuncto n.* 20. & aliis quos ipſe Carpanus *ibid.* Maſcardus *de probat. concl.* 566 *n.* 1. referunt, ex quo Decius infert dotem probari per verba enunciatiua, quod docuerunt etiam Bartolus *conſ.* 123. Caſtrenſis *conſ.* 9. & alij à Maſcardo *d. n.* 1. relati: Item inferunt ex inſtrumento inter alios confecto, & ex confeſſione in eo incidenter facta dotem probari, vt ius eam petendi, licet aliàs de ea non conſtaret, acquiratur mulieri: ita Carpanus *ad d. cap.* 455. *num.* 74. ex Bartolo *d. conſ.* 123. *num.* 2. Alexandro *conſ.* 99. *n.* 2. *&* 3. *vol.* 7. 161

Contrarium, & etiam in materia probationis in cauſa dotis non reperiri conceſſum priuilegium, vt ſufficiat probationes leuiores, & minus plenæ, & concludentes, ſed ſicut in cæteris cauſis requiri probationes legitimas, & plenas per inſtrumenta, & teſtes idoneos, vel coniectuas, ac præſumptiones concludentes, affirmarūt Socin. iun. *conſ.* 12. *n.* 15. *vol.* 2. & Bal. Nouell. *de dot. p.* 9. *priuil.* 12. *verſ. non tamen*, & videtur approbare Maſcardus *d. conſ.* 566. dum hanc ſententiam ſecundo loco refert nihil ei opponens. 162

Verùm prior ſententia vltra authoritatem Doctorum eam aſſerentium confirmatur primò, quia in cauſis fauorabilibus, vt ſunt in quibus publica verſatur vtilitas, non requiruntur probationes clariores, & dilucidiores, & neceſſariò concludentes; ſicut in aliis cauſis, ſed ſufficiunt leuiores, & alias minus ſufficienter probantes, ſeu concludentes, vt idem Nouellus *dict. priuil.* 12. & Maſcardus *de probat. tom.* 2. *concl.* 1271. *n.* 15. certum autem, cauſam dotis eſſe fauorabilem propter publicam vtilitatem, quæ in ea verſatur, vt ſæpius dictum eſt, & conſtat ex *libro primo, ff. ſoluto matrimonio.* Præterea confirmatur, quia vbi concurrit veriſimilitudo, ſufficiunt probationes, quæ aliàs non probarent, vt poſt alios Maſcard. *de probat. conc.* 1409. *n.* 17. in cauſa autem dotis, tam ſi agatur de probanda dotis promiſſione, quam de probanda ſolutione dotis marito promiſſæ, concurrit veriſimilitudo, tum quod dos fuerit promiſſa, quia licet matrimonium poſſit eſſe ſine dote, tamen regulariter non contrahitur ſine dote, vt *ſuprà cap.* 2. *& capite* 8. 163

notatum eſt, tum quod dos promiſſa marito fuerit ei ſoluta, maxime ſi ſuſtinuerit onera matrimonij, cum mariti ſuſtinentes matrimonij onera regulariter non ſint negligentes in dote ſibi promiſſa exigenda, ſed pro maiori, & clariori intelligentia, & reſolutione prædictæ difficultatis reſoluenda ſunt ſequentia dubia?

Dos quoad promiſſionem, dationem, ſeu ſolutionem marito factam an probetur ſufficienter per verba enunciatiua.

164 Dubium primum, an dos quoad promiſſionem, & etiam quoad ſolutionem marito factam illius ſpeciali fauore per verba enunciatiua ſufficienter, & plenè probetur, ita vt ex verbis enunciatiuis quis fauore dotis efficaciter obligetur. Sententiam negatiuam, & per verba enunciatiua non probari dotem tenuit Angelus *conſilio* 181. relatus à Maſcardo *de probat. concl.* 622. *numero* 36. & à Genua *de verbis enunt. libro ſecund. quæſtione* 32. *numero ſeptim.* vbi addit ita ſenſiſſe etiam Decium *in leg. ex his*, *numero* 13. *Codic. de milit. teſtament.*

165 Communis tamen Iuriſperitorum affirmat, verba enunciatiua fauore dotis illam probare: ita Bartolus *conſ.* 123. *num.* 2. Baldus Nouellus *de dote part. ſexta, priuil.* 78. *num* 1. *&* 2. præfatus Decius *conſ.* 35. *num.* 3. *conſ.* 213. *num.* 9. *& in capit.* 1. *num.* 4. *de fide inſtrumentorum*, Marſilius *ſingul.* 442. Curtius iun. *conſ.* 168. *n.* 14. Carpanus *ad ſtatut. Med. t.* 1. *cap.* 455. *n.* 72. P. Barboſa *ad l.* 1. *p.* 3 *num.* 17 *ff. ſoluto matrim.* Menochius *conſ.* 81. *numer.* 22. Maſcardus *de probat. concl.* 347. *numer.* 95. *concl.* 388. *n.* 41. *concl.* 570. *d. concl.* 622. *numero* 35. *& concl.* 1273. *n.* 12. Mantica *de tacit. & ambig. conu. lib.* 2. *tit.* 6. *num.* 15. Aug. Barboſa *collect. ad l.* 2. *Cod. de dotis promiſſione*, Alexander Trentacinq. *var. reſolut. lib.* 1. *titulo de verborum ſignif. reſolut. ſecund. numero* 76. Genua *d. quæſtio.* 32. *& lib. tertio quæſt. quart. numer.* 38. Stephanus Gratianus *diſcept for. tom.* 4. *cap.* 653. *num.* 67. & latiùs *cap.* 739. *num.* 1. *ad* 14 & quamplurimi alij à P. Barboſa, Maſcardo, Mantica, & Genua relati, & tenuit etiam Rota Romana in vna Ariminenſi, quæ eſt *deciſ.* 409. apud Puteum *lib. prim.* vbi Rota reſoluit per verba prolata à muliere præſente viro: *Ego duxi eum in maritum, & ei dedi omnia, quæ habebam in mundo*, licet ſint verba enunciatiua, probari ſufficienter mulierum dediſſe omnia bona in dotem, & dixit etiam ibi Rota nihil referre, an ea verba eſſent dicta in præſentia, vel abſentia mariti, quod idem poſt Curtium iun. *dict. conſ.* 168. tradit Maſcardus *de probat. concluſ.* 562. *numer. tertio, & concl.* 567. *numero ſexto.* Probant communiter per textum *in l. ſecund. Codic. de dotis promiſſione*, iuxta intellectum Gloſſæ *ibidem*, ſcilicet, quod ibi non apparebat expreſſe de dote promiſſa, ſed ſolum de promiſſione vſurarum pro debito dotis; & tamen ibi dicitur, quod ex hoc poſſit agi non ſolum pro promiſſis vſuris, ſed etiam pro ipſa ſorte dotis tanquam promiſſæ. Præterea probant ex traditis *ſupra num.* 14. *&* 143. nempe quod licet verba enunciatiua de per ſe ſemiplenè probent, tamen inducunt plenam probationem fauore dotis, quia pro dote in dubio eſt pronunciandum, & ad eius probationem leuiores ſufficiunt probationes, iuxta tradita *d n.* 141. *&* 143.

166 Limitat autem Baldus Nouellus *dicto priuil. numero ſecund. ad* 5. vt verba enunciatiua dotem exprimentia probent dotem, ſi prolata ſint præſente vtraque parte, ſcilicet & proferente, & muliere vel marito, cui dos per verba enunciatiua expreſſe prætenditur promiſſa, vel debita, ſecus verò ſi probata ſint altera parte, ſcilicet muliere, vel marito abſente. Neque enim, inquit Nouellus *dict. priuilegio* 78. fauore dotis plenè probat confeſſio facta parte abſente, quia quamvis ſpeciale ſit in dote, vt actio quæratur mulieri abſenti, tamen, inquit hoc eſt, quia actus de directo tendebat ad obligandum, quod non eſt in confeſſione, cuius natura non tendit ad obligandum, cum etiam fiſco abſenti non quæratur, ſi nullus recipit pro eo confeſſionem non obſtante eius fauore, & mulier, ac fiſcus æquiparantur, ita Nouellus. Verum limitationem hanc non admittunt, & etiam ſpeciali fauore dotis per huiuſmodi verba enunciatiua plene probari dotem etiam in fauorem mulieris abſentis, tradunt alios latiſſime cumulantes Mantica *d. titulo* 6. *citato numero* 15. Maſcardus *d. concl.* 347. *numero* 95. Curtius ſen. *d. conſilio.* 168. & Genua *d. quæſtio.* 32. *num.* 10. Gratianus *d. cap.* 739. *numer.* 9. *&* 12. & Rota illa *deciſ.* 409. apud Puteum *lib. primo*, & hoc idem, quod abſente etiam parte verba enunciatiua probent fauore doris, Mantica *dicto numer.* 15. *fine*, ait ſæpius fuiſſe in Rota Romana reſolutum, Hoc tamen intellige, ſi proferens teneretur ipſam mulierem dotare, tunc enim dotem probari ex eiſdem verbis enunciatiuis ad fauorem mulieris, cui dos debetur etiam abſentis, ſecus vero ſi iſta verba enunciatiua eſſent prolata ab eo, qui non teneretur dotare, tunc non probare dotem in fauorem mulieris abſentis notat Genua *d. quæſtio.* 32. *numero.* 22. ex Riminaldo iun. alios allegante *conſ.* 31. *numero* 34. *volum. prim.* ita intelligente mentem Bartholi citato *conſ.* 123. & textum *in d. l.* 2. *C. de dotis promiſſ.*

Quin etiam *d. leg. tum Gloſſa Cod de dotis promiſſione*, videatur loqui inter ipſos contrahentes non inter alios, nihilominus tametſi huiuſmodi verba enunciatiua eſſent inter alias perſonas, & propter aliud, & coram tertio prolata, adhuc fauore dotis plenè probare dotem, ſeu inducere plenam dotis probationem affirmarunt Iaſon *in leg. ex verbis, numero ſecund. verſiculo ſecundo ſingulariter, Codic. de milit. teſtam.* Bartolus *d. conſilio.* 123. *numer. prim. & ſecund.* vbi in caſu, in quo duo fratres confecerant inſtrumentum deciſionis, & vnus illorum in dicto inſtrumento aſſeruerat ſe recepiſſe pro dote ſuæ vxoris centum, & poſuiſſe in communi, dicit, quod vxor vi talis Inſtrumenti diuiſionis poteſt repetere dotem, licet aliunde non cõſtet de dote, aliamve probationem vxor non habeat, ſed tantum conſtet per illa verba enunciatiua, eo quod verba enunciatiua pro dote plenam inducant probationem) idem tenuiſſe Romanum, Alexandrum, Paulum de Caſtro, Decium *d. conſ.* 35. Ruinum, Camillum Vict. Baptiſtam à S. Blaſio *de priuileg. dotis cent.* 9. *priuil.* 253. & Afflictum *dec.* 83. refert eos ſequens Maſcard. *d. concl.* 347. *n.* 95. *d. concl.* 570. *n.* 2. *& d. conc.* 622. *n.* 35. Marſilius *d. ſing.* 442.) vbi dicit iuxta hanc ſententiam òbtinuiſſe contra duos aduocatos) Bald. Nouell. *de priuil.* 78. *n.* 5. (ſi verba enunciatiua inter alios, & propter aliud fuerint prolata in præſentia partis) & idem dixere plurimi alij, quos refert Genua *d. quæſt.* 32. *n.* 12. *& d. q.* 4. *n.* 38. & Gratianus *dict. capit.* 759. *numer.* 1. Quamvis huiumodi verba enunciatiua inſtrumenti inter alios, & propter aliud, & coram tertio prolata etiam pro dote illius fauore tantum ſemiplene probare dotem ſenſerint Romanus *ſingulari* 540. relatus à Genua *dict. quæſtio.* 32. *num.* 13. & Mantica *d. titul.* 6. *citato numer.* 15. *fine*, dicens ita reſoluiſſe Rotam Rom. apud Verallum *dec.* 332. *l.* 1. & hoc idem ſentire videtur Genua *d. q.* 32. *numer.* 13. etſi priorem ſententiam *d. q.* 4. *num.* 38. videatur cum Marſilio, & Riminaldo approbare. Et hoc idem quod verba enunciatiua prolata incidenter, & ad alios fines etiam fauore dotis nõ inducant probationem, præſertim

fauore

fauore abſentis, tradit etiam Ant. Faber *lib.5. Cod. de fin.5. num.7.* Quare ſuppoſito, quod hæc verba enunciatiua tantum inducant ſemiplenam probationem pro dote, Mantica *d. num.15.* ex Bartolo *d.conſ.123.* dicit, mulieri, quæ ex verbis enunciatiuis deſcriptis in inſtrumento inter alios facto dotem petit, deferendum eſſe iuramentum, vt *in l.in bona fidei, Cod. de rebus creditis, & in l. admonendi, ff. de iureiurand.*

168 Cæterum præfatam communem ſententiam, quod verba enunciatiua probent dotem, quando principaliter diſputaretur de actus ſubſtantia, ſcilicet de ipſo enunciato, nempe an hæc dos conſtituta, vel data fuerit, necne, declarant Menochius, Alexander *conſ.736. lib.1.* & alios allegans *conſ.81. n.23.* Maluaſ. *conſ.126.* Hippolytus, Riminaldus, Treptacinq. quos refert & ſequitur Genua *d. q. 23. n. 21.* quæ declaratio ſatis eneruat dictam communem, & alij *n.145.* relati de ea mentionem non faciunt, & eam in hac cauſa dotis non admittit Gratianus *d. cap.739. n.14.* dicens Doctores allegatos per Menochium, & alios ab eodem Gratiano *num.13.* relatos, non loqui in cauſa dotis, & ideo non debere attendi: nam opinio communis *n.165.* tradita ob priuilegium dotis, & ipſius fauorem aſſerit per verba enunciatiua inſtrumenti induci ſufficientem illius probationem.

169 Item alij declarant non procedere, quando verba præfata enunciatiua eſſent prolata à perſona, quæ non teneretur dotare mulierem, ſeu dotem dare: ita Riminaldus *d.conſ.31. num.39. vol.1.* dicens, ita intelligendos Bartolum *in d. conſ. 123.* & textum *in d.l.2. Cod. de dotis promiſſione*, quem ſequitur Genua *d.q.32.n.22.* verum etiam hæc declaratio valde reſtringit dictam communem ſententiam, & P. Barboſa *loco num.145.* relato, & alij Doctores, Bortolus, & cæteri *ibidem* relati indiſtinctè aiunt ex verbis enunciatiuis quem efficaciter obligari, & dotem probari fauore dotis.

170 Item alij declarant, non procedere dictam communẽ, quando agitur de fauore alterius, quam mulieris, & hoc caſu verba enunciatiua non probant dotem, ita Mar. Ant. Eugenius *conſ.97. n.41. & 42.* relatus à Genua *d.queſt.32.n.20. & ibidem* idem Genua: ſed procedere etiam vbi agitur de fauore mariti, ſentit Rota Rom. *d.deciſ.*409. apud Puteum *ſupra n.145. citata*; nec alij Doctores *ibid. citati*, ponunt hanc limitationem, & ad id faciunt tradita *ſupra num. 143. verſ.* Quod priuilegium, vbi dictum eſt, illud ſpeciale, vt concurrentibus duobus inſtrumentis eiuſdem diei præferatur inſtrumentum dotis, procedere etiam in viro agente pro dote conſtituta ſoluenda.

171 Item alij declarant procedere dictam ſententiã communem ſolum quoad probandam dotis promiſſionem per verba enunciatiua, non verò quoad dotis ſolutionem, ita Riminald. iun. *conſ.31.n.36. & 47. vol.1.* & Maluaſ. *conſ.126.n.60. & 61. vol.1.* relati a Genua *d.q.32.n.23.* per textum *in l. ſi non deſignata, Cod. de falſa cauſa adiecta legato*, vbi ſi maritus in teſtamento confeſſus eſt ſe habuiſſe pro dote vxoris ſuæ centum, ſi aliunde non appareat de numeratione, ſeu ſolutione dictorum centum facta marito, illa centum non debentur mulieri vt dos, ſed vt legatum: attamen & hanc declarationem, ſeu limitationem non admittunt Bartolus *d.conſ.123.* loquens in caſu, de quo *ſuprà n.147.* neque Maſcardus, neque alij *eod. n.147.* allegati, neque idem Genua *d. q.32.n.27. & ſequenti.* De intellectu autem *d.l ſi non deſignata*, & quando dos à marito confeſſata in teſtamento debeatur vt dos, infra *cap. ſequenti*, vbi agitur quando dos ſoluta probetur per confeſſionem mariti.

172 Vltimò declaratur communis opinio, quod per enunciatiua dos probetur, non procedat, quando præcipitanter, & ex abrupto fuerunt prolata, ita Mar. Eugenius, & Genua *locis ſupra num. 150. allegatis*, & eſt limitatio rationabilis.

Antefatum, ſeu dotis augmentum, quod à marito, vel eius patre datur, probatur per verba enunciatiua.

Vtrum verò per verba enunciatiua probetur non ſolum ipſa dos, ſed etiam donatio propter nuptias, antefatumve, ſeu augmentum dotis, quod à marito, vel eius patre datur, aut promittitur. Reſpondendum affirmatiuè ex traditis *ſupra hoc cap. n.102.* dos enim, & illius augmentum ambulant pari paſſu, & quod ius eſt de dote, idem etiam eſt de eius augmento, iuxta textus, & Doctores allegatos *d. num.102.* & *ſupra cap.1.n.60. & 61. & cap. præc.8. num. 157. & 158.* & per eandem rationem, & alias, quas addit, hoc idem affirmauit Mar. Anguiſſola *conſ. 152. num. 3. & ſeqq.* quem refert, & ſequitur Genua *de verb. enunt. lib.2. d.q 32. num.14. & ſeqq.* 173

Dotis promiſſio probatur ex promiſſione vſurarum dotis.

Dubium ſecundum, an dotis promiſſio probetur ex promiſſione vſurarum ipſius dotis. Reſpondetur affirmatiuè, ita quod dotis promiſſio dicitur ſatis probata, promiſſione vſurarum ipſius dotis probata: ita Baldus *in l.2. Cod. de dotis promiſſione.* Decius *in rub. Cod. de edendo, in l. ſi creditores, Cod. de pactis, & alibi.* Curtius iun. *conſ.168. n.5.* Brunorus à Sole *in locis communibus, verb. Dos, 17.* Maſcard. *de probat. concl.568.n.1.* & Sordus *de alim. tit.8. priu.22. n.31.* Probatur reſponſio, quia cum vſuræ ſint quid acceſſorium, non poſſunt dari, niſi ſupponatur aliquod debitum principali capiti acceſſorium, vbi Gloſſa, & Doctores *de reg. iur. in 6. & l. cum principalis*, vbi Doctores, *ff. eodem tit.* ac proinde qui promittit vſuras, fateri cenſetur, quod extet principale; ſicut in fideiuſſione, qui promittit ſatiſdare, cenſetur etiam promittere, quod ſe obligabit vt principalem, atque adeo tenetur ſe obligare, *leg. tribus, ff. de vſufruct. ear. rer.* & Doctores, quos latè refert Surdus *d. priu.22. n.32.* Præterea eandem reſponſionem probat textus *in d.l.2. Cod. de dotis promiſſ.* iuxta Doctores præallegatos. Quamvis minus rectè Baldus Nouel. *de dote p.6. priuil.78. n.6.* dixerit ibi promiſſionem dotis, de qua aliàs non conſtabat, non probari ex promiſſione vſurarum, de qua conſtabat, ſed ex illis verbis enunciatiuis, *ſi pro dote promiſſa vſuras*, licèt propter aliud prolatis, quæ ſpeciali fauore dotis probant, vt ſupra præcedenti dubio probatum eſt. Quod dixit Nouellus, quia exiſtimat vnicam promiſſionem vſurarum aut alimentorum quoad inducendam obligationem non operari idem, quod operantur plures annuæ præſtationes, ſed minus, quia magis operantur plura continuata facta de anno in annum, quàm vnica promiſſio, eo quod plus operatur aliquid oſtendere facto, quàm rem verbis oſtendere, ſeu exprimere, *l. ſi tamen, §.1. ff. de ædilit. edict. & cap. dilecti, de arbitr.* cum tamen verius ſit vnicam promiſſionem, ſeu ſtipulationem operari idem, quod plures præſtationes annuæ, vt Gloſſa *in d. l.2. Cod. de dotis promiſſione*, & poſt alios latè Surdus *d. priuil.22. numer.31. & 32.* quam etiam approbat Auguſtinus Barbaſa *collect. ad d.l.2. num.4. Cod. de dotis promiſſione.* 174

Dotis promiſſio ſubſequuto matrimonio poſt præcedentem tractatum de illo contrahendo, in qua inter partes actum eſt de dote, an ex ipſo tractatu præambulo ſolo probetur, ſeu probari poſſit.

175 Dubium tertium, an dotis promiſſio, ſeu conſtitutio probetur ex præambulo tractatu matrimonij, nempe ex eo quod conſtet, ſeu teſtes deponant huiuſmodi, dum tractabatur de contrahendo matrimonio, interrogatum, quid vellet dare in dotem, reſpondiſſe centum velle dare, vel in eodem tractatu matrimonij promiſiſſe centum: an ex hoc ſolo cenſeatur probata promiſſio dotis, ſi fuerit ſequutum matrimonium. Pro parte affirmatiua Menochius *conſ.* 893. *numero* 8. adducit primò, quod fauore dotis conſtituendæ dicta & tractata ante contractum matrimonij videantur repetita in ipſo matrimonio, *leg. inter paragrapho inter, ff. de pactis dotium.* Secundo, quod matrimonium ipſum cenſeatur ſubſequutum in executione præcedentis tractatus, à quo dependere dicitur, ex Bartolo *in lege qui ſeruum, ff. de interrogator. action.* & Crauetta *conſil.* 150. *numer.* 22. *&* 23. *lib.* 3. ex quo Ioannes Andreas *in capite ina, de ſponſalibus,* & Gigas *conſil.* 32. *num.* 18. dixerunt, quod facto tractatu de contrahendo matrimonium, ſolo facto, & ſine verbis, ſi poſtmodum ſequatur matrimonium, quæcumque dicta ſunt in tractatu, præſumerentur repetita in ipſo matrimonio, *lege item quia fin. ff. de pactis, lege Titia, §. idem reſpondit, ff. de verborum obligatione.*

176 At oppoſitum, & ex tractatu matrimonij contrahendi præhabito, in quo actum ſit de certa dote à muliere, vel pro ea ab alio conſtituenda, vel danda in caſu ſequuti matrimonij, non probari ipſam dotis promiſſionem tradit Maſcardus *de probat. concluſ.* 468. *n.* 3. poſt Alexandrum *conſil.* 13. *n.* 17. *vol.* 1. & Purpuratum *in lege cum quid, num.* 119. *ff. ſi certum petat.* & probat ea ratione, quia multa tractantur, quæ non perficiuntur, vt colligitur *ex lege ſi ex cauſa §. nunc videndum ff. de minoribus, ex lege ſi voluntate Codice de reſcindend. vend.* & aliis Iuribus per eundem Maſcardum relatis, & Menochium *d. conſ.* 893. *num.* 17.

177 Certum videtur, ſi poſt tractatum de matrimonio contrahendo ab eo fuerit ſemel receſſum, puta quia poſt tractatum mulier fuerit proteſtata, quod nolebat amplius contrahere tale matrimonium, licet poſtea iterum mutet voluntatem, & illud matrimonium etiam vno tantum die interiecto, ex illo tractatu non probari dotis conſtitutionem, ſeu promiſſionem, quia tunc dicta & tractata in eo tractatu non cenſentur repetita in illo matrimonio ſubſequuto, quod non proceſſit ex vi illius tractatus, vt latè Menochius *dict. conſil.* 893. cum Bartolo & aliis *in dict. l. Titia §. idem reſpondit* 1. *ff. de verborum obligat.*

178 Quinimo dicta tractata ante contractum quemcumque non cenſeri dicta, & repetita in ipſo contractu celebrato poſt ex temporis interuallo, notat Menochius *dicto conſil.* 893. *num.* 10. ex Iaſone *in dict. §. idem reſpondit, numer.* 1. teſtante eſſe communem opinione, eo quod tunc præſumatur fuiſſe receſſum ab his, quæ in dicto tractatu dicta fuerant: & addit idem Menochius ex Ruino *conſil.* 198. *num.* 56. *lib.* 1. cenſeri factum ex temporis interuallo, quando altera die eſt factum.

179 Igitur cum iuxta Doctorum communem ex tractatu de matrimonio tunc ſolum probetur dotis promiſſio, quando dicta, & tractata ante ipſum matrimonium contractum cenſentur repetita in ipſo contractu, & tractata ante quemlibet contractum cenſentur tunc ſolum repetita, quando illa tractata fuerunt concluſa, ſtabilita, & firmata, non cenſeantur verò repetita, quando non fuerunt concluſa, & ſtabilita, vt tradunt Alexander *dicto conſil.* 13. & etiam *conſil.* 148. *numer. quinta, lib.* 5. Iaſon *loco citato*, Baldus & alij, quos refert, & ſequitur Menochius *dicto conſil.* 863. *numer.* 12. ob illam rationem, quod multa inter partes tractantur, quæ non concluduntur: vnde iuxta Iaſonem *loco allegato*, & Menochium *dicto num.* 12. non ſufficit probare colloquia habita inter partes, vel tractatus tantum, niſi etiam probetur, quod tales tractatus fuerint confirmati, & concluſi inter partes, ex tractatu præambulo de matrimonio, non poteſt probari dotis promiſſio ex eo ſolum, quod poſtea matrimonium fuerit contractum: ſed probandum erit tractatum fuiſſe concluſum, & firmatum, poſtque illum abſque interuallo matrimonium fuiſſe ſubſequutum, iuxta præallegatos Doctores, & latiùs tradita à Menochio *dicto conſil.* 893. *vbi numer.* 22. ad argumentum pro parte affirmatiua *ſuprà num.* 155. adductum *ex dict. lege inter*, reſpondet textus *in dict. l. cum inter*, loqui reſpectu augmenti dotis, vt videlicet pactum factum ſuper dote cenſeatur repetitum ſuper augmento, ex Iaſone *in d. paragrapho idem reſpondit, numero quinto*, & Baldo *in lege etiam, Cod. de iure dotium.* Ad alterum argumentum *eodem numer.* 155. adductum pro eadem affirmatiua idem Menochius *n.* 19. *&* 20. reſpondet Bartolum & alios Doctores *ibidem* allegatos, aſſerentes ſequuto matrimonio poſt præcedentem tractatum præſumi ipſo facto repetita in ipſo contractu, ſeu in ipſo matrimonio, loqui, & intelligi quando ille tractatus præambulus fuit concluſus, firmatus, & ſtabilitus; & quando non ex interuallo ſubſequutus eſt matrimonij contractus.

Ex ſolutione Gabellæ pro dote, & deſcriptione bonorum mulieris in catasto viri an probetur dotis conſtitutio.

Verum verò dos conſtituta probetur ex eo, quod probata ſit ſolutio gabellæ pro dote, vel deſcriptio bonorū mulieris in catasto viri, reſoluendum eſt ex traditis *cap. præcedenti* 8. *num.* 102. vbi probatum eſt, bona mulieris non præſumi, nec probari tradita in dotem viro ex deſcriptione in libro æſtimi viri, vel ſolutione gabellæ, niſi interuenerit mulieris ſcientia & conſenſus, à muliere poterit præſtari. 180

CAPVT X.

Quomodo, & quibus probetur dotis ſolutio, ſeu dotem fuiſſe ſolutam, ſeu datam marito.

SVMMARIVM.

Dotis ſolutio probatur per inſtrumenta dotalia, per teſtes, & per coniecturas, num. 1. *Et per ſcripturam priuatam mariti creditoris*, numero 2.

Non probatur per ſolum iuramentum mulieris, numer. 3.

Ad probationem dotis ſolutæ, an debeat conſtare non ſolùm de ſubſtantia dotis, ſed etiam de quantitate, n. 5. & 6.

Quantitas dotis probatur ex publico inſtrumento, contra quod debent eſſe probationes claræ, & concludentes, numero ſeptimo.

Confeſſia

Confeſſio dotis recepta ab vxore, vbi de receptione non conſtat aliter, facta à marito ante celebratum matrimonium, quod ſperabatur futurum, animo donandi mulieri non valet, & poteſt reuocari, ſi non fuerit conſtante matrimonio reuocata, & nec renouata, an morte mariti confirmetur, & eius hæredibus noceat. Negatiua, num. 12. affirmatiua n. 13.

Facta à marito ignobili, vel ſene mulieri nobili vel pulchra animo donandi ante celebratum matrimonium valet irreuocabiliter, n. 14.

A marito futuro facta ante celebratum matrimonium, vel in ipſo contractu, an in dubio cenſeatur facta ſpe futuræ numerationis, vel cauſa donationis, multum refert, n. 15.

Non probat dotem ſolutam, & ſoluto matrimonio ab vxore ad illius dotis reſtitutionem poteſt opponi querela non numeratæ dotis, vt ipſa vel eius hæres teneatur probare numerationem factam, n. 18.

Querela, ſeu exceptio non numeratæ dotis intra quæ tempora poſſit, & debeat à marito opponi, n. 20.

Poſt tempora opponendi lapſa maritus, vel eius hæres poteſt allegare exceptionem non numeratæ dotis aſſumendo in ſe onus probandi non numerationem, ſi id fiat intra annum trigeſimum, num. 22. & 23.

Si vir poſt dictam confeſſionem in continenti, vel ex interuallo renunciauerit præfatæ querelæ non numeratæ pecuniæ, an poſtea ab eo, vel eius hærede poſſit proponi, ſaltem aſſumendo in ſe onus probandi dotem non fuiſſe ſolutam, numero 24. & 25.

Dotis traditio, & numeratio probata manet, cum in instrumento dotali dicitur, quod mulier in præſentia mariti, & reliquorum affert tantam quantitatem, vel aliam rem, quam tradit eidem viro, num. 27.

Confeſſio receptæ dotis regulariter ſolet à maritis fieri poſt contractum matrimonium, ibidem.

Sine præcedentia promiſſionis conſtante matrimonio facta (vbi non conſtat aliter de ſolutione) non præſumitur facta ex cauſa numerationis facta, vel illum probat, n. 28.

Præſumi factam animo donandi plures ſentiunt, n. 29. & ſeqq. Præſumi factam ſub ſpe futuræ numerationis tenent alij, n. 39. & ſeqq.

Prior ſententia, quod animo donandi approbatur, & an procedat etiam in foro conſcientiæ, num. 52. & 53.

Et extenditur etiam ad confeſſionem receptæ quantitatis dotis maioris, quam maritus non recepit, n. 54.

Extenditur ad confeſſionem recepti augmenti dotis conſiſtentis in mobilibus, num. 55.

Huius augmenti recepti confeſſio an præiudicet creditoribus mariti, num. 56.

Confeſſio receptæ dotis ſine præcedentia promiſſionis dotis à marito facta iuxta omnes præſumitur facta animo donandi ſi facta ſit vxori cohabitanti nulla habenti bona, n. 36. Si ex interuallo vel etiam in continenti poſt confeſſionem maritus renunciauerit exceptioni non numeratæ dotis, ibidem, & numer. 50.

Si tempore confeſſionis ſint tempora proponendi querelam, n. 37. & 49. In his caſibus tamen maritus, vel eius hæres poteſt opponere de donatione vti inualida, num. 49. 50. & 51.

Lex ſi conſtante, Cod. de dotis promiſsione, decernens, quod maritus, ſi confeſſus fuerit ſe plus recepiſſe, quàm accepiſſet, agere poteſt, vt id, quod non accepit, ſoluatur, qua ratione intelligenda, num. 52.

Suppoſita ſententia quod confeſſio receptæ dotis nulla præcedente dotis promiſſione matrimonio conſtante facta in dubio præſumatur à marito facta animo donandi mulieri, ea non nocet marito, eiuſve hæredibus vxore præmoriente, num. 57. Poteſt eadem donatio tacita à marito confitente viuente reuocari expreſsè, vel tacitè, n. 54. tametſi facta in inſtrumento guarentigiato, n. 59.

Etiamſi poſt tempora proponendi exceptionem non numeratæ dotis lapſa, n. 60. Et etiamſi ex interuallo maritus eidem exceptioni renunciaſſet, n. 61.

Eadem confeſſio, ſeu tacita donatio valet irreuocabiliter in caſibus, in quibus donatio inter virum, & vxorem valet, n. 62. confirmatur eiuſdem mariti morte, vxore ſuperuiuente, n. 63. Nec ad id præexigitur rei traditio, ſed confeſſio habetur pro traditione, n. 64. Ratio trahitur ad tempus confeſſionis quoad fructus medij temporis, non quoad dominium, n. 65.

Et qualiter noceat poſterioribus creditoribus mariti, ibid.

Vt tamen confirmetur marito viri confitentis non debet excedere ſummam aureorum quingentorum antiquorum, vltrà quam ſummam abſque inſinuatione non valet ea tacita donatio, num. 66.

Eadem dotis receptæ confeſſio conſtante matrimonio facta, & tacita donatio, an ſolo iuramento promiſſorio confirmetur, & irreuocabilis reddatur, n. 75. 76. 77.

An ſolo iuramento aſſertorio de veritate dotis receptæ, numero 79. & 80.

Anque hoc iuramentum aſſertorium referatur ſolum ad cauſam expreſſam, ſcilicet cauſam dotis, non autem ad cauſam ſubintellectam, ſcilicet ad præſumptam donationem, n. 82. An ex coniunctione vtriuſque iuramenti confirmetur, & irreuocabilis efficiatur, numer. 84. & 85.

Confeſſio receptæ dotis à marito facta in teſtamento, vel codicillis non probat dotis numerationem, nec dos ſic confeſſata habet dotis priuilegium, num. 86.

A marito laborante in extremis non præſumitur facta ſpe futuræ numerationis, ſed animo donandi vxori, n. 88.

Facta marito ſano teſtante præſumitur potius facta animo donandi, & ſuſtinetur in vim legati, n. 82. & n. 89.

Et facta vxore præſente an ſit irreuocabilis, n. 94.

Et quid ſi facta vxore abſente cum iuramento aſſertorio, vel promiſſorio, num. 95. 96. 97.

Eadem confeſſio receptæ dotis à marito facta in teſtamento, ſi eam præcedit dotis promiſſio, an probet dotis ſolutionem, num. 98. 99.

Si teſtator confiteatur ſe recepiſſe pro illius dote centum, & ea lege, decedente vxore ante maritum vxoris hæredes non poſſunt petere eam dotem, ſi de ea aliunde non conſtet, num. 100.

Dos per primum maritum in teſtamento confeſſata, vbi de ea aliter non conſtat, non cenſetur repetita ſecundo viro, nec in computatione falcidiæ detrahitur, & eſt reſeruanda filiis primi matrimonij, numero 100.

Dos ſolum confeſſata per grauatum non detrahitur de fideicommiſſo, ibidem.

Quibus in caſibus confeſſio dotis receptæ probat veram dotis numerationem in præiudicium mariti confitentis, probat etiam in præiudicium fideicommiſſarij, ibidem.

Confeſſio dotis ab vxore recepta facta à marito in teſtamento, nulla certa quantitate expreſſa, an valeat vt legatum, anque legatum dotis ſine certa quantitate ſit nullum, n. 101. & 102.

Confeſſio mariti de recepta dote numerata in præſentia notarij, & teſtium probat numerationem contra maritum, eius hæredes, & mariti creditores, num. 103.

Probat ſi Notarius ſcripſerit, quod maritus confeſſus eſt ſe recepiſſe centum pro dote, quam verè habuit, & recepit, licet non adiecerit in præſentia ipſius, & teſtium, num. 104.

An ſit neceſſe Notarium, & teſtes videre pecuniam aperto ſacculo, ibidem.

Si in inſtrumento ſcriptum ſit, quot vicibus fuerit numerata, & qualitas monetæ, & tempus ſolutionum, dotis receptæ confeſſio probat numerationem, n. 105.

In prædictis caſibus confeſſio de dotis receptione, & numeratione in præſentia Notarij, & teſtium admittit probationem in contrarium, & quando, num. 106.

Confeſſio dotis receptæ, quæ alioqui præſumeretur facta ſpe futuræ numerationis, facta in inſtrumento guarentigiato probat numerationem in præiudicium mariti, & eius hæredis, non creditorum mariti, numero 108. & 109.

Facta cum renunciatione non numeratæ dotis, vel ſi lapſum ſit tempus opponendi dictam exceptionem, qua ratione probet numerationem, & noceat marito, & eius hæredi, anque noceat creditoribus, n. 110.

Quid ſi facta ſit cum iuramento aſſertorio, vel promiſſorio non contraueniendi dictæ renunciationi, n. 111. 112. 113. & 114.

Confeſſio de dote, vel pecunia mutua recepta facta ſub ſpe numerationis futuræ habet tacitam conditionem, ſi dos, vel pecunia numeretur, n. 112.

Simplex confeſſio dotis receptæ conſtante matrimonio facta patri vxoris non probat numerationem, nec præſumitur facta ſpe numerationis futuræ, ſed animo donandi in fauorem vxoris, n. 115.

Si facta fuerit extraneo, ſiue vxori coniuncto, ſiue penitus extraneo, an probet numerationem, ſaltem contra confitentem, an verò præſumatur facta ſpe numerationis futuræ, n. 116. 117. 118.

Si maritus ære alieno grauatus eſt confeſſus dotem recepiſſe à coniuncto vxoris, præſumitur facta animo donandi in fauorem vxoris, & in fraudem, n. 119.

Similiter facta cum alio extraneo, cum quo interueniſſet tractatus de dote vxori donanda, ibid.

Vel ſi extraneus ille ſtatim mulieri ius ſuum ceſſiſſet, ibidem.

Dos, quam maritus confeſſus eſt ab extraneo, ſi de ea non aliter conſtet, non habet priuilegia veræ dotis, n. 120.

Confeſſio dotis receptæ probat numerationem, ſi concurrant coniecturæ, & indicia dotis numeratæ vltra generalem coniecturam, quod mulieres regulariter non accipiuntur indotatæ, n. 121. & 122. *Et quæ coniecturæ*, n. 123. & ſeqq.

An ſit ſufficiens coniectura longa alimentorum præſtatio vxori cohabitanti poſt confeſſionem mariti, num 123. 124. 127. *ſi dos confeſſata ſit veriſimilis attentis circunſtantiis*, n. 127.

Si concurrat vnius teſtis teſtimonium de vera numeratione, n. 128. *ſi pars dotis probetur re vera ſoluta, licet ſolutiones non exprimant nomen dotis, & partitæ particulares ſolutæ conſtituant dimidiam partem dotis confeſſatæ*, n. 129.

Si confeſſio de dote recepta appareat pro parte falſa, in totum præſumitur falſa. n. 129.

Confeſſio dotis receptæ pro certa quantitate præſumitur vera, ſi pro aliis partibus promiſſis non appareant confeſſiones, ſeu quietationes, n. 130.

Confeſſio dotis receptæ præſumitur vera, ſi maritus promiſit non petere aliquid ex bonis paternis, & maternis vxoris, n. 131.

Præſumitur vera facta etiam conſtante matrimonio, & non præcedente dotis promiſſione, ſi aſſerat maritus redactam pecuniam ex venditione rei ad vxorem pertinentis, deſignando rem ipſam, venditionis diem, & perſonam notarij, qui inſtrumentum ſcripſit, n. 133.

Vbi confeſſio dotis receptæ facta eſt ex numeratione rei dotis promiſſionem præcedente non præiudicat creditoribus mariti anterioribus, & vxor habet ius ſolum ex die confeſſionis, ibidem.

Præfata confeſſio nocet facilius poſterioribus mariti creditoribus, ibidem.

Præſumitur vera, ſi ſit modica ſumma, licet facta conſtante matrimonio, n. 133.

Et quando eſt geminata ex interuallo, & quantum debeat eſſe interuallum, n. 134. & quinque ſeqq. *Et an etiamſi poſt primam confeſſionem maritus ex magno interuallo recognoſcit debitum dotis*, n. 140.

Confeſſio dotis receptæ etiam conſtante matrimonio facta ex interuallo poſt præcedentem dotis promiſſionem habet pro ſe præſumptionem numerationis, ſeu ſolutionis dotis, neque illi opponi poteſt exceptio non numeratæ dotis, n. 141. 194.

Et etiamſi confeſſio facta ſit ante celebratum matrimonium, & vel promiſſio, & confeſſio factæ ſint conſtante matrimonio, & etiamſi promiſſio dotis pro muliere præcedens confeſſionem ſit facta ab extraneo, n. 142. & 143. 144. & 145. *Et ſi poſt dotis promiſſionem maritus confeſſus eſt ſe recepiſſe certam quantitatem reſtantem pro reſiduo, tunc probatur totius dotis ſolutio*, n. 146.

Prædicta confeſſio receptæ dotis poſt præcedentem dotis promiſſionem probat numerationem, licet promiſſio non ſit facta per ſtipulationem, ſed fuerit ſimplex inter partes conuenta, n. 147.

Poteſt tamen maritus confeſſionem poſt promiſſionem factam impugnare aſſumendo in ſe onus probandi dotem non fuiſſe numeratam, & etiam eius hæres, & eiuſdem mariti creditores, n. 148. & 149.

Eadem confeſſio poſt promiſſionem facta probat dotis numerationem, ſeu ſolutionem etiam contra mariti creditores poſteriores promiſſione anteriores confeſſione, n. 150. 155.

Et mulier præfertur mariti creditoribus, qui poſt dotis promiſſionem cum marito contraxerunt, numero 151.

Hypotheca vxoris in bonis mariti ex dotis receptæ confeſſione poſt dotis promiſſionem etiam ſimplicem inter partes facta orient incipit currere a die promiſſionis, num. 152.

Non apparente de dotis promiſſione confeſſionem præcedente, currit tantum a die confeſſionis. ibid.

Prædicta dotis promiſſio præuia qualiter probanda, num. 153.

Creditores mariti poſteriores promiſſione, anteriores confeſſione, prætendentes confeſſionem eſſe factam in eorumdem fraudem, id debent, & poſſunt probare, ſed interim ſtandum præſumptioni, ibid. fine, & n. 157.

Et illis incumbit onus probandi fraudem, n. 157.

Et conſtito de fraude, confeſſio mariti illis non nocebit. num. 156.

Præfata confeſſio mariti receptæ dotis præuia dotis promiſſione facta an poſſit impugnari, n. 156.

Promiſſio præcedens tollit in confeſſione præſumptionem donationis, & exceptionem non numeratæ dotis, ibidem.

In confeſſione augmenti dotis in rebus mobilibus à marito facta fraus in præiudicium creditorum non præſumitur, & cur, n. 157.

Fraus confeſſionis in præiudicium creditorum coniecturis, & indiciis probatur, & quibus, n. 158.

Confeſſio receptæ dotis poſt præuiam dotis promiſſionem à marito facta præſumitur facta in fraudem creditorum mariti, & illis non nocet ſi tempore confeſſionis maritus erat magno ære alieno grauatus, numero 159.

Si breui tempore poſt confeſſionem æs alienum contraxit, n. 60.

Si confeſſio fuit in magna ſumma, attentis facultatibus vxoris, ſeu promiſſoris, n. 161.

Si facta ante tempus ſolutionis faciendæ conuentum, numer. 162.

Si facta poſt delictum ipſo iure habens annexam confiſcationem bonorum, quæ non noceat filio, numero 163.

Confeſſio dotis receptæ poſt præcedenem dotis promiſſionem à marito binubo facta an præſumi debeat facta in præiudicium filiorum prioris matrimonij, & fraudem l. hac edictali, Codic. de ſecundis nuptiis, *num.* 164. & 165.

Confeſſio

Confeſſio recepta dotis, quam ex internallo ſubſequitur dotis promiſſio, præſumitur facta ſpe futura numerationis, ſi ſubſequitur incontinenti præſumitur facta ſpe illius promiſſionis, & non poteſt opponi exceptio non numeratæ dotis à marito, neque ab eius heredibus, num. 167.

Vbi maritus confeſſus eſt ſe recepiſſe dotem à muliere, quæ poſtea illico promiſit dotem ſoluere, non poteſt mulier repetere dotem, ſi eam non ſoluit, n. 168.

Similiter nec pater, qui dotem promiſit pro filiafamilias poteſt à marito, vel eius heredibus repetere dotem promiſſam non ſolutam, n. 169.

Vbi confeſſio dotis receptæ facta eſt per maritum, & poſtea incontinenti extraneus marito dotem ſoluere promiſit, dos reſpectu vxoris, & mariti habetur pro ſoluta cum tacita hypotheca in bonis mariti, & eueniente caſu reſtitutionis, maritus vel eius heres tenetur ad dotem reſtituendam, nec cedendo actiones liberatur, n. 170. 171. 172. 173.

Idem ſi ab extraneo, qui iure delegationis, vel aliàs debitor erat dotalis quantitatis ipſi vxori dos promiſſa fuerit, & poſtea emanauerit confeſſio mariti de dote ab vxore recepta, n. 170. fine.

De qua delegatione ſi appareat, nihil refert, quod promiſſio processerit a tutore, curatore, vel administratore bonorum. ibid.

Si poſt confeſſionem mariti de recepta à muliere dote, promiſſio dotis incontinenti facta fuerit ipſa muliere præſente, & promiſſioni conſentiente, an tunc non ceſſet beneficium exceptionis non numeratæ dotis, & heredes mariti concedendo actiones mulieri liberentur, num. 173.

Quando mulier ſucceſſit ei, qui poſt dotis receptæ confeſſionem marito promiſit dotem, cedendo actiones maritus, & eius heres liberatur, n. 173. circa finem.

Si maritus confeſſus ſit ſe recepiſſe ab vxore, vel à ſocero, & poſtea ſocer incontinenti dotem promiſerit eidem marito, an eueniente caſu reſtitutionis maritus, vel eius heres cedendo actiones liberetur, n. 174. & 175.

Vbi pater, vel extraneus non debitor mulieris, ſed dotis donator nulla præcedente dotis confeſſione promiſit dotem pro muliere, & non ſoluit ante reſtitutionis caſum, an & quando periculum dotis ſit vxoris, & non mariti, maritusque vel eius heres ceſſione actionum liberetur, vel reſtituere dotem cogi poſſit, n. 175.

Si maritus confeſſus ſit recepiſſe dotem ab vxore ſpe futuræ numerationis à tertio debitore mulieri, non poteſt exceptionem non numeratæ dotis obiicere, numer. 176.

Nec ſi confeſſus eſt dotem habuiſſe à dotantis debitore, ex ea cauſa à dotante liberata. ibid.

Reprobatur Fontanella, n. 177.

Cum poſt confeſſionem dotis receptæ mulier ſimul cum patre poſtea firmat promiſſionem de ſoluendo dotem, mulier non poteſt dicere dotem fuiſſe ſolutam, niſi ſolutionem oſtendat, n. 178.

Eadem promiſſio dotis poſt illius confeſſionem operatur in fauorem viri, ſi non ſit locus præſumptioni ſolutæ dotis poſt lapſum decennium in conſtitutione matrimonij, n. 179.

Confeſſio dotis ab vxore receptæ ſpe futuræ promiſſionis dotis ab alio facienda ſubſequuta promiſſione, nocet etiam creditoribus mariti, n. 180.

Confeſſio mariti de dote accepta ſimulata, & ficta, vel emanata per errorem probata ſimulatione, vel probato errore, non nocet mariti creditoribus, num. 180. 181.

Mariti confeſſio de recepta dote in omnibus, in quibus caſibus non nocet marito, neque mariti creditoribus nocet. n. 183. Qui caſus enumerantur, n. 184. & 185.

Nocet creditoribus facta à viro ignobili, & ſene mulieri nobili, vel iuueni, n. 188.

Confeſſio mariti de recepto dotis augmento quando noceat creditoribus mariti, n. 187. 188. 189.

Mariti confeſſio de dote recepta in fraudem creditorum facta illis tam exiſtentibus, quam futuris, non nocet fraude probata, n. 190.

Confeſſio mariti de dote recepta per verba enunciatiua in contractu donationis abſente dotis debitore facta mulieri in fraudem creditorum poſitâ, non nocet creditoribus, nec probat ad liberandum debitorem dotis abſentem, quin contra ipſum mulier poſſit agere, etiamſi fuerit præſens ſtipulationi, n. 191.

Quid ſi maritus confitens fuiſſet ſoluendo, n. 192.

Quid etiam ſi mulier ex ea donatione aliquod lucrum habuiſſet, n. 193.

Confeſſio mariti dotis receptæ, quæ in dubio præſumitur emiſſa ſpe futuræ numerationis in inſtrumento guarentigiato facta non nocet mariti creditoribus, quin poſſint opponere exceptionem non numeratæ dotis, numero 194.

Eadem mariti confeſſio de dote recepta, quoties præſumitur vera, & probat actualem numerationem, nocet mariti creditoribus. Qui tamen poſſunt probare dotem non fuiſſe numeratam etiam poſt lapſum legale tempus opponendi non numerationem, vel renunciatum fuiſſet exceptioni non numeratæ dotis, n. 196. 197. 198.

Etiam confeſſio quando præſumitur in dubio facta ſpe futuræ numerationis durante tempore conceſſo ad opponendam exceptionem non numeratæ dotis, non præiudicat creditoribus, vt non poſſint eam exceptionem opponere, & quid ſi maritus eidem exceptioni etiam cum iuramento renunciaſſet, n. 199. 205. 206. & 207.

Quid ſi lapſum ſit tempus opponendæ exceptionis, vel ſi maritus conſiſtens renunciaſſet, & cum iuramento, an poſſint creditores vti dicta exceptione, num. 200. 201. 202. 203. 204.

Creditoribus excipientibus victis adhuc maritus intra tempus legale opponendi poteſt opponere exceptionem non numeratæ dotis, n. 199.

Creditores mariti qui reſpondendo poſitionibus fatentur dotem eſſe datam marito, non poſſunt etiam in tempus legale opponere dictam exceptionem, n. 208.

Confeſſio mariti dotis receptæ an noceat creditoribus ex ſola confeſſione mariti huic anterioribus, ſiue poſterioribus confeſſione dotis receptæ a marito, ſi ipſi creditores ſolum per confeſſionem mariti, & non alia ratione probarent ſuum creditum, n. 209. ad 213.

Præfata mariti confeſſio de dote recepta an præiudicet anterioribus habentibus tantum actiones perſonales elapſis vel nondum elapſis per confeſſionem temporibus opponendi exceptionem non numeratæ dotis, num. 213. & 214.

Confeſſio mariti de dote recepta, quæ non probatur recepta niſi ex ea confeſſione, an, & quando præiudicet, vel non præiudicet, ſi maritus commiſerit delictum habens ipſo iure annexam bonorum confiſcationem, n. 215. 216. 217. 218.

Et quid ſi per maritum fuerit renunciatum exceptioni non numeratæ dotis. n. 218.

Dos confeſſata an, & quando noceat fideicommiſſariis, & pro ea reſtituenda poſſint alienari bona fideicommiſſi, n. 220. ad 226. & an habeat priuilegium tacitæ hypothecæ in bonis mariti, & prælationis reſpectu creditorum mariti, & alia priuilegia dotis, de cuius reali numeratione conſtat, n. 227. Quando maritus, & vxor ſimul confeſſi ſunt recepiſſe dotem à debitore dotis, vel pretium fundi dotalis de vtriuſque conſenſu venditi ab emptore, an tota dos, totumve pretium, vel tantum dimidia pars præſumatur perueniſſe ad manus mariti, & poſſit, necne vxor petere à marito, vel

eius heredibus totam dotem. Approbatur totam ad manus mariti perueniſſe, num. 228. 229. *&* 230.

In præfata confeſſione vxor cenſetur obligata tanquam fideiuſſor, etiamſi notarius atteſtetur in inſtrumento pecuniam fuiſſe vtrique numeratam. n. 230.

Eadem confeſſio qua ratione noceat vxori reſpectu emptoris fundi dotalis. ibidem.

Dotis ſolutio, quæ neque per confeſſionem mariti, neque per teſtes poſſit clarè probari, poteſt probari per coniecturas & præſumptiones, & quæ ſint hæ coniecturæ & præſumptiones. n. 231. & 232.

1 CVM promiſſio dotis in contrahendis matrimoniis fiat in ordine ad ſolutionem, & etiam datio dotis probetur pluribus probationibus, quibus & dotis promiſſio, rectè poſt traditam cognitionem eorum quibus dotis promiſſio, & conſtitutio probatur, agitur de probatione dationis, ſeu ſolutionis dotis.

§. I.

Dotis datio, ſeu ſolutio probatur per inſtrumenta dotalia, teſtes idoneos, verba enunciatiua, & & per coniecturas.

2 IGitur ſicut dotis promiſſio probatur inſtrumentis dotalibus, vel per teſtes idoneos, vel coniecturis, & præſumptionibus, ita etiam iiſdem modis probatur dotis datio, vt conſtat ex traditis *capite præcedenti*, & tradunt Doctores *ibidem* allegati, ac proinde quantum ſpectat ad probationem ſolutionis dotis per inſtrumenta, & per teſtes, videnda ſunt tradita *eodem capite præcedenti, à numero* 142. *ad* 160. & de probatione per teſtes Fontanella *de pactis nuptialibus clauſula* 14. *gloſſa vnica, p.* 2. *num.* 67. vbi notat longè meliorem eſſe probationem ſolutæ dotis per teſtes, quàm per ſcripturam, ſeu apocham continentem tantum confeſſionem receptæ dotis. Cum hæc ſit ſubiecta exceptioni non numeratæ dotis eo modo, quo *infrà n.* 20. *& ſequentibus* explicatur. Probatio verò, quæ fit per teſtes, quod maritus dotem recipit, non ſubiicitur huic infortunio, quia non probat confeſſionem ſed numerationem, contra quam nihil poteſt obiici. Poſſe etiam dotis ſolutionem, ſicut & promiſſionem probari per verba enunciatiua, oſtenſum eſt *eod. cap. præced. à n.* 164. *ad* 172. Per coniecturas pariter, & etiam leuiores probationes dotem etiam quoad ſolutionem probari traditum eſt *eod. c. præcedenti, num.* 160. 161. *& duobus ſequentibus*, & tradunt etiam Doctores iiſdem locis allegati. Surd. *deciſ.* 105. *n.* 7. alios referens, & alij, quos latè refert, & ſequitur Stephanus Gratianus *tom.* 5. *cap.* 890. *n.* 24. qui idem tradit *tom.* 3. *cap.* 581. *n.* 3. videantur etiam tradita *infrà n.* 231. *&* 232. & præter tradita iiſdem locis, & Doctores *ibidem* relatos, quod præſumatur data dos marito, quando vir confeſſus, eſt ſe dotem ab vxore recepiſſe, & cum confeſſione concurrunt aliquæ coniecturæ ſolutionis (licet de ſolutione non appareat per inſtrumenta dotalia, vel per teſtes) tradunt plurimi Doctores, qui *hoc capite infrà n.* 121. allegantur.

3 Non ſolum autem per ſcripturam publicam, in qua continetur confeſſio, quæ fit de illa recepta, probatur ſolutio dotis, ſed probatur etiam per ſcripturam priuatam mariti ipſius viri creditoris, vel ſcriptam, vel ſubſcriptam, ſi fuerit recognita, & verificata, eo modo, quem *tom.* 2. *mor. var. tit.* 10. explicaui, vt conſtat ex traditis *capite præcedenti* de promiſſione dotis per pactum nudum, & ſimplicem promiſſionem, & tradunt Fontanella *d. p.* 2. *num.* 64. & alios allegans Auguſtinus Barboſa *collectan. ad legem ſi ex cautione, numer.* 7. *Codice de non num. pecun.* Maximum autem diſcrimen eſt inter ſcripturam publicam, & priuatam, quoad probandam prioritatem temporis, & iuris potioritatem, cum huiuſmodi priuatæ ſcripturæ ſint ſuſpectæ propter antidatas ſolitas in eis apponi, quæ arbitrio ſcribentis facile poſſunt ſcribi in præiudicium teſtis, ac proinde nõ probant quantum ad diem ſpectat, vt conſtat *ex l. ſcripturas, C. qui pot. in pign. habeant.* quæ præfert creditores habentes inſtrumentum publicum, & tempore poſterius habentibus ſcripturam priuatam debitoris tempore priorem, niſi ea habeat trium virorum ſubſcriptiones, idque ob ſuſpicionem fraudis, de quo latè Tiraquellus *de retractat. conu.* §. 1. *gloſſa* 7. *num.* 45. *cum pluribus ſeqq.* & tradunt etiam Stephanus Gratianus *diſcept. for. tom.* 3. *c.* 570. *n.* 30. & Fontanella *vbi ſuprà, n.* 65. Quapropter in his ſcripturis priuatis non poteſt operari temporis antiquitas. Ac proinde ad probationem ſolutionis dotis valdè intereſt habere ſcripturam publicam, vt notat Fontanella, vel teſtes, quibus probetur dies ſolutionis, vt mulier præferatur aliis mariti creditoribus.

§. II.

An dotem fuiſſe datam marito in dubio probetur per iuramentum mulieris, ſeu vxoris.

DIxi in dubio, nempe ſi adſit aliqua ratio, ſeu coniectura, aut præſumptio minus plena, neque concludenter ſuadens dotem fuiſſe marito ſolutam, nam per ſolum, & nudum iuramentum perſiſtendo in iure communi (quidquid ſit quando ſtatutum diſponit ſtare iuramento, de quo Tiraquellus *de retract. lign.* §. 4. *gloſſa* 1. *à n.* 1. & Carpanus *tom.* 1. *ſtatutor. Med. c.* 43. *n.* 34. *ad* 40.) non eſt legitima, & plena probatio, vt alios allegans Carpanus *d. c.* 43. *n.* 35. *& eodem tom.* 1. *cap.* 455. *n.* 70. & alios Doctores latiſſimè refert Tiraquellus *d. gloſſ.* 1. *n.* 1. *& ſeq.* Igitur in dubio, & concurrente aliqua alia ratione, ſeu coniectura vel præſumptione minimè plena, ſeu concludenter dotis dationem probante, poſſe dotis ſolutionem probari per iuramẽtum mulieris, tradit Maſcardus *de probat. concluſ.* 569. *numer.* 5. poſt Curtium ſeniorem *concluſ.* 34. & probant tradita *capite præcedenti, num.* 168. *verſiculo quare ſuppoſito*, ex Mantica *loco ibid. citat.* Quare concurrente alimentorum exhibitione facta à marito vxori tanquam dotatæ per iuramentum eidem mulieri delatum, ſufficienter probaretur dotis ſolutio, iuxta tradita *numer.* 2. iunctis traditis *cap. præcedenti, d. num.* 168. 4

Aduerſus tamen huiuſmodi probationem poterit aduerſarius probare contrarium, vt iidem Curtius, & Maſcardus: & confirmatur. Nam etiam ſtante depoſitione ſtatuti, vt ſtetur iuramento, ſeu iuramentum habeatur tanquam probatio etiam plena, nihilominus ab aduerſario poſſe probari contrarium, & admitti probationem, tradunt Doctores communiter, quos referunt, & ſequuntur Tiraquellus *d. gloſſa* 1. *n.* 1. 15. *&* 16. & Carpanus *dicto capite* 43. *numero* 37. De cuius ſtatuti intellectu, & quando excluderet probationem in contrarium, latè idem Tiraquellus *d. gloſſ.* 1. *per totam*, & ſtrictè Carpanus *d. c.* 43. *n.* 47. *& quatuor ſeqq.* 5

§. III.

Ad probationem dotis ſolutæ an ſufficiat, ſi conſtet de ſubſtantia dotis, ſeu dotem fuiſſe ſolutam; an verò etiam de eius quantitate conſtare debeat, ſeu probari debeat quantitas ſoluta.

NOn ſufficere ad dotis ſolutæ probationem, ſi pro-
5 betur, ſeu conſtet tantum de ſubſtantia dotis, ſeu dotem eſſe ſolutam, ſed requiri, vt probetur eius quantitas, ſeu de eius quantitate conſtet, tradit Menochius *conſ.*81.*n.*18. ob eam rationem, quia dos vno nummo conſtitui, & conſiſtere poteſt, vt tradunt Doctores *ſuprà cap.*1.*n.*84. relati, & ſic maritus vel eius hæres non obligaretur ad reſtitutionem maioris quantitatis, quàm vnius oboli vel eorunari.

At aſſerendum approbationem ſolutionis dotis congruæ, ſeu honeſtæ ſatis eſſe, ſi conſtet de ſubſtantia dotis, ſeu dotem fuiſſe ſolutam, licet non conſtet, ſeu probatum ſit de eius quantitate, ſeu quanta dos fuerit ſoluta. Probatur contrario fundamento, ſcilicet quia dos exigua, & non deſeruiens dotibus matrimonij non ſit dos, vt iuxta eũdem Menoch. & alios probatum eſt *eod. c.*1. *n.*85. Vnde ſi probatum ſit, ſeu conſtet de dotis ſubſtantia, ſeu dotem fuiſſe ſolutam marito, remanet etiam probatum dotem datam fuiſſe honeſtam, & congruam oneribus matrimonij ſuſtinendis, quod etiam confirmatur ex veriſimili coniectura, ſeu à communiter accidentibus, ſcilicet quia non accipiuntur mulieres indotatæ, vel cum dote exigua, & non idonea oneribus matrimonij ſuſtinendis: quare hoc caſu ea dotis quantitas data præſumetur, quæ æſtimatur honeſta, congrua & veriſimilis, inſpecta qualitate coniugum, & facultatibus dotantis, & mariti, vt loquens de legato dotis non expreſſa quantitate relicta vxori à marito, tradit idem Menoch. *conſ.*293.*n.*11. dicens, quãtitatem dotis præſumi legatam habita relatione ad patrimonij quantitatem, & perſonarum cõditionem, Idem in ſimili ſcilicet, quando maritus poſt confeſſionem dotis receptæ per multos annos vxori præſtitit alimenta; quo caſu cenſetur probata dotis ſolutio, iuxta tradita *ſuprà num.*2.) & non cõſtet de quantitate dotis (quia non conſtat de numeratione) eam quantitatem fuiſſe datam, quæ ſit veriſimilis, habita ratione conditionis coniugum, & patrimonij donantis, ac mariti, notauit Gratianus *tom.*2. *c.*362.*n.*20. & ſentiunt alij Doctores *d.n.*2. allegati. Ad hoc idem faciunt tradita *cap.*8.*n.*115. *verſiculo ex quibus.*

Quantitas dotis probatur ex publico inſtrumento dotis, & probationes contra præfatum inſtrumentum debent eſſe claræ.

Sed quid ſi quantitas dotis conſtet ex publico Inſtru-
6 mento dotis eam expreſsè continente (quod probare dotis quantitatem, tanquam rem certam, & manifeſtã præter tradita *c. præced.*9.*ad n.*142. alios recentiores allegans notat Fontanella *de pact. nupt. tom.*2.*gloſſ.*14.*p.*1. *num.*6. poſt Bartolum *in l.*1.*in princ. n.*8.*ff.de non.operis nũc.* Decium *conſ.*36.*n.*1. & alios tradit Ludouiſius *dec.* 409. *n.*1. vbi ex Baldo addit diei probationem probatam) an poſſit talis quantitas impugnari, ſeu an contra præfatum inſtrumentum poſſint fieri, & admitti debeãt probationes. Reſponderũt poſſe fieri, ſed debere probationes eſſe concludentes, neceſſarias & apertiſſimas, tradit idem Ludouiſius *eadem dec.*409.*n.*2. per textum *in l. cum precibus, C. de probat.* poſt Gloſſam *ibid.* Beroium *conſil.* 142. *numer.* 34. *lib.* 2. & Grammaticum *in conſ. ciuil. num.* 14.

§. IV.

An & quando confeſſio mariti de receptione dotis, ſeu ſe recipiſſe dotem à muliere, ſeu (vt communiter dicitur) dos à marito confeſſata, vbi non conſtat aliunde de receptione, & enumeratione dotis probè dotem fuiſſe ſolutam, ſeu enumeratam in præiudicium mariti & eius hæredum, & creditorum eiuſdem mariti, ſiue poſteriorum, ſiue anteriorum ipſa confeſſione: Anque, & quando dos per maritum confeſſata habeat priuilegia præſertim hypothecæ & prælationis, quæ habet ipſa dos, quam conſtat eſſe verè, & realiter enumeratam marito, vel eius patri.

HAe de re, ſeu materia præter ſcribentes *in l.*1. *&* 7
vlt. C. de dote cauta non numerata, & in l. aſſiduis, Cod. qui potiores in pign. habeantur, & Baldum Nouell. *de dot. p.* 10. & alios antiquiores apud citatos *infrà*, agũt latè ex iuriſperitis moderniorib. Couarruuias *var. reſ. lib.*1.*c.*7. Gabriël *conſ.*163. Menochius *de præſ. lib.*3. *præſ.*12.*&* 13. Maſcard. *de probat. tom.*1.*concl.*362. *incipiente Confeſſionem factam à marito, & conc.*567.*incipiẽte Dotis receptio*, Gomez *ad l.*50. *Tauri, n.*52. Ioſeph Lud. *dec. Peruſ.*66.*p.*2. Aluarus Valaſcus *conſultatione* 5. *&* 6. Mareſcotus *var. lib.*1.*c.*8. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.*11.*tit.*20. P. Barb. *in l.*1.*p.*6 *à n.*25. *ad finem, ff. ſol. matr.* Anton. Faber *lib.*5.*ſui Coniect. tit.*10. Fachin. *controu. iuris lib.*8.*à c.*74 *ad* 88 Fontanell. *de pact. nupt. clauſ.*14 *gloſſa vnica, p.*1. Molfeſius *ad conſuet. Neap. p.*6.*q.*9. Aloyſius Riccius *in collect. dec. parte* 8.*collect.* 3595. Camillus Borellus *in ſum. dec. tom.*2.*tit.*3.*à n.*204. *ad* 265. & Auguſt. Barboſ. *collectaneis ad d. l.*1. *& vlt. C. de dote caut. non n.* & ex Theologis, aliis omiſſis Ludou. Molin. *de iuſtitia, & iure tom.*2.*diſp.*439. *&* 440. Sanchez *de mat. lib.*6.*diſput.*9.*&* 12. & Rebell. *de oblig. matr. p.*2. *lib.*6.*q.*10 *ſect.*2. Priori autem loco examinabitur, an & quando huiuſmodi confeſſio mariti de dote recepta, non conſtante aliunde de receptione, probet dotis receptionem, ſeu ſolutionem in præiudicium mariti, & eius hæredum: poſteriori, an, & quando probet dotis ſolutionem in præiudicium creditorum anteriorum, vel poſteriorum eadem confeſſione.

Vt autem in hac materia, licet frequenti in praxi, ta- 8
men valde intricata & confuſa ob multiplices iuriſperitorum oppoſitas opiniones, quantũ fieri poteſt ordinatè & clarè procedatur, inſpiciendũ erit primò de confeſſione facta ante matrimoniũ contractũ, vel in ipſo contractu: ſecundo de confeſſione dotis receptæ facta matrimonio conſtante, tam quando nõ apparet, ſeu non conſtat dotem antea fuiſſe promiſſam, quàm quando conſtat ex capitulis matrimonialibus, ſeu inſtrumẽto dotali vel apochæ dotẽ fuiſſe antea promiſſam marito: & in prædictis duob. caſibus conſiderando confeſſionem, tũc intra tempora opponendi exceptionem non numeratæ dotis nondum lapſa, nullaque cum confeſſione, interueniente renunciatione dictæ exceptionis non numeratæ dotis, tunc poſt lapſa tempora conceſſa ad opponendam exceptionem non numeratæ dotis, tum etiã factam cum renunciatione receptionis non numeratæ dotis nondum elapſis temporibus opponendi exceptionem.

Cum verò eadem confeſſio dotis receptæ, vbi non 9
apparet manifeſte de reali numeratione, & ſolutione, poſſit ex variis cauſis (vt in ſpecie Mantica *dicto titul* 20. *cap. tertio*, & Menochius *dicta præſumptione* 12. & alij Doctores ſupponunt) fieri nempe, vel ſub ſpe futuræ numerationis, vel cauſa donationis, vel ex cauſa veræ numerationis, ſeu ſolutionis factæ, vel

ſub

ſub ſpe promiſſionis futuræ vel ſimulatæ, & in fraudem creditorum mariti, & ex iiſdem variis modis confeſſionis deducantur diuerſæ reſolutiones, examinabitur, an, & quando cenſenda ſeu præſumenda erit confeſſio facta ſub ſpe futuræ numerationis, vel cauſa donationis, &c. ſit igitur prima inſpectio.

Prima inſpectio circa confeſſionem dotis receptæ à muliere vel mulieris patre factam à marito ante contractum matrimonium.

Pro clariori explicatione examinentur ſequentia dubia ſeorſim, & diſtinctè.

Confeſſio dotis receptæ ante celebratum matrimonium, an valeat, & noceat marito, & eius hæredibus.

51 Dubium primum an confeſſio dotis receptæ facta à viro ante celebratum matrimonium; quod ſperabatur futurum, quando conſtat, eam feciſſe animo donandi mulieri, ſeu vxori dotem confeſſatam, & ſe adſtringendi eam reddere diſſoluto matrimonio, noceat marito, & eius hæredibus. Reſpondet Menoch. *d. præſ.* 12. *n.* 1. poſt Socinum, & Gozadinum, non nocere, quod idem aiunt Doctores, qui mox citantur. Pro cuius reſponſionis confirmatione videndum eſt, an donatio dotis per talẽ confeſſionem à viro factam mulieri ante contractum matrimonium valeat; & eſſe irreuocabiliter validam poſt Crauetam *conſ.* 40. *n.* 1. aſſerit P. Barboſa *d. l.* 1. *p.* 6. *n.* 31. *verſ. quamvis ſi animo*, allegans *l.* 1. *C. de don. ante nupt.* non eſſe validam poſt plures alios tradunt Gabriel *d. conſ.* 163. *n.* 30. Menoch. *ibid.* Velaſcus *d. conſult.* 5. *n.* 4. Luduuic. Molina *d. diſp.* 439. *n.* 8. Sanchez *d. conſ.* 12. *n.* 3. & alios allegans Aug. Barboſa *Collect. ad l.* 1. *n.* 5. *C. de donat. ante nupt.* & alij *ſuprà c.* 8. *n.* 30. relati, & videtur communis ſententia. Probant iidem Doctores per textum *in d. l.* 1. *C. de donat. ante nupt.* vbi habetur, quod ſi donandi animo dotem auxerit maritus futurus, nihil dicitur actum, & ob id à muliere, quod in dotem datum non eſt, repeti non poteſt, inquit textus, cuius verba ſunt: *Multum intereſt ſi ea quæ donat vir futurus, tradiderit vxori, & poſtea in dotem receperit, an vero donandi animo dotem auxerit, vt videatur accepiſſe quod non accepit. Priore enim caſu donatio non impeditur, & res, quæ in ea cauſa ſunt dotis effecta, iudicio de dote peti poſſunt: poſteriori vero caſu nihil actum eſt donatione, & quod in dotem datum non eſt, repeti non poteſt.* Ita textus ille. Confirmat Menochius, quia hæc donatio facta ante matrimonium tenebitur in tempus matrimonij, & ſic non valet, & poteſt reuocari poſt contractum matrimonium, iuxta tradita *ſup. c.* 8. *n.* 25. & Doctores *ibid. relatos.*

52 An verò præfata confeſſio dotis receptæ animo donandi facta ante matrimonium, ſi conſtante matrimonio non fuerit à marito confirmata, ſeu reuocata, nec etiam renouata, morte illius confirmetur, ſicut donatio, ſeu confeſſio dotis receptę conſtante matrimonio facta, quæ præſumitur donatio, licet inualida, & reuocabilis morte coniugis donantis confirmetur, & ſic noceat mariti hæredibus, Molina, & Sanchez *locis allegatis* aſſerunt præfatam donationem ita eſſe nullam, & inualidam, vt ſi conſtante matrimonio non fuerit renouata, licet non reuocata, morte mariti non manere confirmatam, & illam dotem ſic confeſſatam vxorem non poſſe repetere ab hæredibus viri. Probant, quia vt donatio ſimplex morte coniugis donantis confirmetur, requiritur traditio rei donatæ, vt poſt alios Menochius *d. præſump.* 12. *num.* 67. & Fontanella *d. p.* 1. *n.* 7. in prædicta autem donatione facta per confeſſionem dotis receptæ ante contractum matrimonium non confirmata poſt matrimonium contractum nulla interuenit dotis illius confeſſatæ traditio ante mortem, neque realis, & actualis, neque virtualis. Quæ virtualis traditio cenſetur interuenire & præceſſiſſe, quando confeſſio dotis receptæ animo donandi facta eſt conſtante matrimonio vel facta antè celebratum matrimonium conſtante matrimonio renouata eſt. Quare iidem Molina, & Sanchez aiunt diuerſam eſſe rationem confeſſionis dotis receptæ animo donandi factæ ante matrimonium, & factæ conſtante matrimonio, quod quando confeſſio dotis facta eſt conſtante matrimonio, ibi eſt ficta virtualis traditio (quam confeſſionem dotis receptæ conſtante matrimonio abſque alia traditione rei habere vim traditionis, poſt Gloſſam, Bartolum *in lege* 2. *Cod. de dote cauta non numerata*, & alios notarunt Couarruuias *dicto capite ſexto, num.* 4. *verſicul. quod ſi confeſſio*, Menochius *dicto numer.* 67. & poſt eos Fontanella *d. num.* 72.) quia reputatur, inquiunt, quaſi tradita à viro vxori, & merè ab ipſa vxore viro, vt ſoluto matrimonio ipſi vxori reſtituatur; quoniam dos apud maritum eſſe debet, vt eius onera ſuſtineat. At quando ante matrimonium fit confeſſio dotis receptæ, nec conſtante matrimonio renouata eſt, non habet rationem dotis (vt dicit etiam Menochius *d. præſump.* 12. *num.* 2.) quia nondum eſt ſecutum matrimonium, & dos ſine matrimonio non dicitur, neque eſſe poteſt, *l. vltima, Cod. de donat. ante nuptias*, & ita ceſſat illa ficta, & virtualis traditio, & conſequenter eſt prorſus inualida, nec morte confirmatur: ita iidem Molina, & Sanchez *locis citatis.*

At verò eam confeſſionem per virum factam mulieri ante matrimonium contractum, ſi vir præmoritur illa non reuocata, confirmari tanquam donationem tradit Menochius *dicta præſumpt.* 12. *num.* 3. *iuxta d. leg.* 2. *C. de dote cauta non numerata*, & §. *ſi ſponſus, leg. cum hic ſtatus, ff. de donat. inter virum & vxorem*, iuxta quem textum donatio à ſponſo facta ſponſæ dilata in tempus matrimonij non reuocata ante mortem viri morte illius confirmatur, vnde ait Menochius *ibid.* poſt Aretinum, Socinum, quod dicitur confirmari non verbis, ſed ex mente legis *d. §. ſponſus*, igitur dicta confeſſio dotis receptæ, ſeu donatio per talem confeſſionem præcedentẽ contractum matrimonij, quod ſperatur futurum, cùm cenſeatur collata in tempus matrimonij, non reuocata conſtante matrimonio morte mariti confirmatur, ſicut quælibet donatio conſtante matrimonio inter coniuges facta, ſi non fuerit reuocata, confirmatur morte donantis, & confeſſio habet vim traditionis, vt tradunt poſt alios Menochius *d. præſumpt.* 12. *n.* 67. & Fontanella *d. n.* 72. & alij Doctores *infrà n.* 64. relati, vnde etiam procedit dicta ratio ex Molina adducta, quæ etiam magis explicatur *infra d. n.* 64. *fine.* 53

Porrò quod dictum eſt, confeſſionem dotis receptæ animo donandi factam mulieri à viro ante contractum matrimonium non valere, non procedit ſi vir fuerit ignobilis, aut ſenex, & mulier nobilis & iuuencula; nam tunc eam confeſſionem ſeu donationem valere, & irreuocabiliter ſequuto matrimonio probatum eſt *ſuprà cap.* 8. *n.* 27. 31. & 33. quidquid ſecus ſentiat Fachineus *lib.* 8. *contrau. cap.* 83. refutatus *ſuprà cap.* 8. *numer.* 31. *fine.* 54

Confeſſio dotis recepta à muliere facta à marito futuro ante matrimonium contractum vel in ipſo contractu, vbi non conſtat de animo donandi, an in dubio præſumatur facta animo donandi, vel potius ſub ſpe futuræ numerationis.

25 Dubium ſecundum, an quod ante contractum matrimonium, quod ſperabatur futurum, & poſtea ſubſequutum eſt, vel in ipſo contractu facta eſt à viro confeſſio dotis à muliere receptæ, nec aliunde de numeratione conſtat, nec etiam ſufficienter aliunde conſtat de animo donandi, ſed eſt dubium, an facta fuerit confeſſio animo donandi, an ea confeſſio ſit præſumenda facta animo donandi mulieri, vel potius ſpe futuræ numerationis. Hoc enim in hac materia ſcire valde refert pro reſolutione, an aliquando probet, necne confeſſio dotis ſolutionis, & numerationis ſaltem in præiudicium mariti, & eius hæredem, nam ſi cenſeatur facta ſub ſpe futuræ numerationis, facta etiam renunciatione exceptionis non numeratæ pecuniæ vel elapſis temporibus à iure conceſſis ad dictam exceptionem opponendam non poterit à marito vel eius hæredibus impugnari, vt mulier ipſa teneatur probare numerationem fuiſſe factam, & ſic in eorum præiudicium probabit numerationem, & ſolutionem: ſi vero animo donandi, tunc renunciatio ſubſequuta nihil obſtabit, nec lapſus temporis nocebit quin apponi poſſit exceptio non numeratæ pecuniæ, vt in ſequentibus latè explicatur, & probatur.

26 In hoc dubio etſi fuit opinio Bartoli *in lege ſi diuortio, num tertio, ff. ſoluto matrimonio*, (prout refert Velaſcus *d. conſul. 5. num. tertio, verſiculo ſecundo, fuit opinio*) confeſſionem præſumi factam animo donandi, nihilominus Doctorum communis ſententia eſt, præſumi factam ſub ſpe futuræ numerationis, ita ex antiquioribus præter plurimos alios à Couarruuia, Menochio & Velaſco *locis infra citatis allegatos*, Ioannes Andreas *in additis ad Speculatorem in rub. de don. inter vir. & vxor in fine addens legem 3. & totum titulum Codic. de dote cauta non numerata*, intelligi quando confeſſio dotis receptæ, de cuius numeratione nec conſtat aliunde; facta eſt à viro ante contractum matrimonium, & non apparet de animo donandi, vt tunc exceptionem non numeratæ pecuniæ opponere liceat, & marito contra vxorem vel eius hæredes morte mulieris, vel repudio diſſoluto matrimonio per eiuſdem mariti obitum: ex Doctoribus vero *ſupra numero 8. relatis*, Baldus Nouellus *dicta parte 10. numer. 7. verſiculo quod autem*, Couarruuias *dicto capite ſeptimo, numero ſixto, verſiculo eſt item hoc*, Merlinus *d. præſumpt. 12. numer. 8 9. 10.* Velaſcus *d. conſult. 5. numer. 5.* Mantica *d. titul. 20. num. 39. verſiculo ſed ſi.* P. Barboſa *d. l. part. 6. n. 31. verſicul. ſed ſi ſimus in dubio*, Burellus *dicto titul. 5. num. 231.* Auguſtinus Barboſa *collectaneo ad d. leg primam, Cod. de dote cauta non numer & collectaneo ad d. legem 1. num. 4. Codice de donationibus ante nuptias.* Molina *d. diſput. 439. numer. 8. verſiculo & quidem*, & Sanchez *d. diſp. 9 numer. 4.* & ita alij recentiores ab Auguſtino Barboſ. *dicto collectaneo ad d. l. 1. numero 3. & 4. Codice de dote cauta* relati: hanc communem ſententiam multa probant, primo quod donatio non præſumitur quando alia poteſt capi coniectura, quam donationis, & hic coniectura futuræ numerationis rectè ſumi poteſt. Secundo, quia non eſt eligenda interpretatio, per quam actus redderetur inualidus, & qualis eſſet illa confeſſio, ſi præſumeretur facta non ſub ſpe futuræ numerationis, ſed animo donandi, vt conſtat ex traditis dubio præcedẽti. Tertiò, quia mulieres regolariter ſine dote, vel cum dote parua, & incongrua duci non ſolent. Quarto, quia dotes præſertim notabilis quantitatis non ſolent communiter haberi, & ita conſertim in area, vel ſacro pariete, vt poſſint ſtatim integre ſolui. Quinto, quia ante celebratum matrimonium inter coniuges non ſolet eſſe tanta charitas, nec tantus maritalis coniũctionis ardor, vt præſumẽdum ſit, virum voluiſſe donare. Sexto iuxta Portium §. 1. *numer. 4 ad medium inſtitut. de liter. obligat.* & Gomezium *ad d. l. Tauri 40. numer. 52. paulo ante verſiculum quod extende*, quia maritus ante matrimonium præſumitur ſeu videtur confiteri ſe recepiſſe dotem ex cupiditate contrahendi matrimonium, vt que videatur liberalis vxori, & conſanguineis eius, vt inde mulierem citius, & facilius habeat vxorem. Denique quia ſi confeſſio dotis receptæ à viro facta ante matrimonium celebratum præſumeretur donatio facta animo donandi, & non ſub ſpe futuræ numerationis, nunquam vel raro eſſet locus opponendi exceptionem non numeratæ dotis, & ſic fruſtratorius, & ferè inutilis eſſet titulus de dote cauta non numerata (vt notant Valaſcus *dict. numer. 5.* & Fontanella *numer. 78. 81. & 87.*) cum confeſſio dotis receptæ conſtante matrimonio facta in dubio iuxta communem ſententiam præſumatur fieri animo donandi, & in fraudem legis prohibentis donationem inter virum, & vxorem. Quare querelam non numeratæ dotis, diſpoſitionem *legis vltima cum auth. poſt eam poſita Cod. de dote cauta non numerata*, in iſtis confeſſionibus dotis receptæ ante matrimonium factis (vbi non conſtat de animo donandi) vtpote factis ſub ſpe numerationis (quando aliunde non appareat factas eſſe in fraudem creditorum viri confitentis) præter Ioannem Andream *loco citato* tradunt poſt alios Velaſcus *d. conſultatione. 5. numer. 5. initio*, & Fontanella *d. part. 1. n. 82. & numer. 87.* Quæ omnia procedere non ſolum in confeſſione dotis receptæ facta ante contractum matrimonium, ſed etiam facta in contractu ipſius matrimonij, vt & hæc confeſſio præſumatur in dubio facta ſub ſpe futuræ numerationis, expreſſe tradunt Burellus *d. numer. 231.* Couarruuias *d. num. 6. paragrapho quod ſi confeſſio verſicul. immo*, & idem Mantica *loco citato*, Velaſcus *d. numer. quinto*, & Fontanella *d. part. 1. numer. 86.* eo quod hæ duæ confeſſiones pariſicentur & in vtraque procedant allatæ rationes, limitatur verò prædicta communis ſententia, vt habeat locũ, quando vir ignobilis vel ſenex eſſet ducturus mulierem nobilem, & iuuenem. Nam tunc in dubio etiam ante contractum matrimonium confeſſio dotis receptæ à viro facta præſumi factam animo donandi, & ex cauſa compenſationis, & remunerationis probatum eſt latè *ſupra capite 8. num. 41.*

Ex quibus patet præfatam dotis receptæ à muliere confeſſionem à marito ante matrimonium celebratum vel in ipſius matrimonij contractum factam non probare dotem datam, ſeu ſolutam, vt omnes præallegati Doctores tradunt, & ita ſequuto matrimonio maritus poterit agere contra vxorem, vt dotem, quam ipſe confeſſus eſt numeratã, ſi nondum erit perfectum tempus opponendi exceptionem non numeratæ dotis, vt iidem Doctores Maſcardus *d. concluſio. 362. numero ſecundo* & Molina *dicta diſputat. 439. numero. ſecundo.* 17

Aduerſus præfatam confeſſionem poteſt opponi exceptio non numeratæ dotis.

Et ſi vxor poſt matrimonium diſſolutum vellet agere ad reſtitutionem dictæ dotis confeſſatæ, opponi poterit exceptio, & querela non numeratæ dotis, ſi nondum elapſum erit tempus querelæ, ſeu opponendi eamdem dotis non numeratæ exceptionem à iure definitum, vel renunciatum fuerit dictæ exceptioni poſt eam confeſſionem, & poſtea eidem vxori, vel eius hæredibus incumbet 18

cumbet onus probandi dotem fuiſſe ſolutam, ſeu numeratam, vt citati Doctores dicunt, præſertim Couaruuias, Menochius, Velaſcus, P. Barboſa, Fontanella & Molina.

19 Limitatur autem præfata ſententia communis *num.* 16. tradita, & quod *n. præced.* dictum eſt de facultate mariti & eius hæredis opponendi exceptionem non numeratæ dotis vxori illam petenti, quando vir ignobilis vel ſenex ductutus erat mulierem nobilem, aut iuuenẽ, nam tunc confeſſio præſumitur in dubio facta animo donandi etiã nõ ſpe futuræ numerationis (quidquid dixerint Baldus Nouellus, Romanus, Alciatus, Fachineus *locis citatis* relati *ſup. capit.* 8. *numera* 31. *fine*, volentes, & hoc caſu cenſeri confeſſionem factam ſub ſpe numerationis futuræ: quod idem dixit Menochius *dicta præſumpt.* 12. *numer.* 15. ſi mulier nobilis, vel iuuenis ſit diues, vt poſſit ſe dotare) vt probatum eſt *d. capit.* 8. *num.* 21. quam etiam donationem eſſe ſtatim irreuocabiliter validam, probatum eſt pariter *d. cap.* 8. *numer.* 33.

Querela, ſeu exceptio non numeratæ dotis intra quæ tempora poſsit, & debeat opponi contra præfatam dotis receptæ confeſſionem.

20 Porrò tempus à marito, & eius hæredibus, & cuicũque alij, qui confeſſus ſit ſe recepiſſe dotẽ, de cuius numeratione non conſtat aliter quam per confeſſionem, à iure conceſſum ad opponendam exceptionem nõ numeratæ, ſeu non traditæ dotis, habetur *lege* 3. *& vlt. & auth. quod locum, Codic. de dote cauta non numerata*, & quidem *d. lege* 3. præſcribitur annus, ſcilicet vt dicta exceptio non numeratæ dotis, ſi non fuerit appoſita durante matrimonio à marito confitente, poſſit, & debeat opponi intra annum à tempore matrimonij repudio, ſeu diuortio vel morte ſoluti computandum, verba *d. legis* 3. ſunt: *Ita tamen, vt intra annum tantum continuum morte mariti vel mulieris, vel miſſione repudij computandum ea licentia detur.* Dicta verò *auth.* quod locum, ſũpta *ex §. generaliter, auth. de tempore ſoluta pecunia ſuper dote*, promittitur dictus annus a die ſoluti matrimonij, quando ante, ſeu *infra* biennium à confeſſione facta matrimonium ſoluitur. Si verò matrimonium durat vltra biennium à tali confeſſione vſque ad decenniũ (in quibus annis biennium computatur) & non excedat decennium, & matrimonium diſſoluatur vel ſeparetur, tũc vltra tempus, quo matrimonium ſine diſſolutione perſeuerauit ad dictam exceptionem, ſeu querelam non numeratæ dotis proponendum, conceduntur tantum tres menſes, vt infra eos poſſit, & debeat proponi, quod ſi matrimonium diſſoluitur, poſt elapſum integrum decennium à tempore confeſſionis tunc denegatur omninò exceptio, ſeu querela non numeratæ pecuniæ, ſolum permittitur reſtitutio marito, & eius hæredibus, vt poſſint probare dotem non fuiſſe traditam, quo non præſtito per ipſos, ad dotis reſtitutionem cogentur, & reſtitutio in integrum ſpecialiter conceditur marito, & eius hæredibus, ſi minores viginti quinque annis eſſent toto eo tempore: ita *d. lege* 3. *& d. auth quod locum*, & præter alios Doctores allegatos ab Auguſtino Barboſa *ad d. l.* 3. *numer.* 2. *ad d. auth. quod locum*, ex Doctoribus *ſuprà numer.* 8. relatis Gomex *ad d. l.* 50. *numer.* 52. initio: Mantica *d. titul.* 20. *numer.* 10. Fontanella *d. p.* 1. *numer.* 79. Velaſcus *d. conſult.* 5. *numer.* 7. & Molina *d. diſput.* 439. *numer.* 2. *vbi numero ſequenti* aduertit (quod etiam *ſuprà numer.* 18. tactũ eſt) intra totum tempus ad excipiendum datum non ſolum poſſe excipi, & opponi non numerationem dotis, ſi ea repetatur, ſed etiam ſi ea non repetatur, non toto poſſe eo tempore intentari querelã aut proteſtari dotem non fuiſſe numeratam, ſeu traditam; ita tamen, vt id deueniat ad notitiam vxoris, aut hæredum illius, vt poſſint hoc contrarium probare: deberet tamen querelam illam in ſcriptis redigi, ac proponi, vt præſcribitur *in d. auth. de tempore non ſoluta pecunia ſuper dote, §. ſi autem neque lege.*

Exceptio non numeratæ dotis contra confeſſionem de illa ab vxore recepta non poteſt à marito, vel eius hærede opponi poſt lapſa tempora ad illam opponendam præfinita, & ſic confeſſio tunc probat dotem ſolutam eſſe.

Ex dictis infertur, præfatam dotis receptæ confeſ- 21
ſionem, quæ in dubio præſumitur facta ſub ſpe futuræ numerationis poſt lapſa prædicta tempora opponendi querelam, ſeu exceptionem ipſam dotis non numeratæ, quæ ante lapſum tempus non fuerit propoſita probare numerationem in præiudicium mariti, & eius hæredum hac ratione, ſcilicet vt neque maritus neque eius hæres debeat audiri ſi opponant, ſiue allegent dotem non fuiſſe numeratam, vxoremque aut eius hæredem agentem ad dotis reſtitutionẽ manere liberos ab onere probandi dotem confeſſatam fuiſſe ſolutam, colligitur *ex d. auth. quod locum*, præter Doctores *numer. præcedenti* relatos, ex Doctoribus *ſupra num.* 8. relatis Couarruuias *d. capite* 7. *n.* 5. *verſicul. quod ſi.* Mantica *d. tit.* 20. *numero* 9. Menochius *d. præſumpt.* 12. *n.* 19. Maſcardus *d. concluſ.* 362. *n.* 8. Faber *d. tit.* 10. *definit.* 2. 3. *&* 4. P. Barboſa *d. p* 6. *paulò ante numer.* 36. *& eodem n.* 36. Molfeſius *d. quæſt.* 9. *num.* 16. Fontanella *d. p* 1. *numer.* 61. *&* 81. Auguſtinus Barboſa *collectaneo ad d. auth. quod locum, num.* 4. omnes Doctores aſſerentes eandem confeſſionem mariti dotis receptæ poſt lapſa tempora ad opponendam exceptionem numeratæ dotis præiudicare etiam creditoribus, & tertio poſſeſſori (quorum plurimos refert & ſequitur Gratianus *deciſ.* 103. *numer.* 18. de qua re *infra* ſuo loco, & plurimi alij relati à Menochio *d. num.* 19. vbi addit rationem, ſcilicet quod quando elapſa ſunt tempora præſcripta ad opponendam exceptionem non numeratæ dotis, lex ipſa *d. l.* 3. *& d. auth. ſubſequenti, Cod. de dote cauta non num.* præſumat, quod dos verè fuerit numerata, quod eſt verum quoad hoc, vt vxori, vel eius hæredi diſſoluto matrimonio petenti dotis confeſſatæ reſtitutionem iam amplius non incumbat onus probandi, dotem fuiſſe ſolutam.

Poſt lapſa tempora præſtituta ad opponendam exceptionem non numeratæ dotis contra confeſſionem illius de acceptione, an eandem confeſſionem maritus, vel eius hæres impugnare poſſint aſſumendo in ſe onus probandi reuerà non fuiſſe ſolutam dotem.

An verò maritus, vel eius hæres poſt lapſa à tem- 22
pore confeſſionis tempora ad opponendam exceptionẽ non numeratæ dotis audiendus etiam ſit, ſi in ſe aſſumat onus probandi dotem reuera non fuiſſe numeratam, ſeu traditam, negant Gloſſa *d. auth. quod locum, ibi, tranſierit omninò, &c. Codice de dote cauta non numer.* & Emanuel Coſt. *in l. ſi ex cautione in vltim. fallent. n.* 4. *C. de non n. pecunia*, motus illa particula *d. auth. omnino querela denegatur*, & videtur hoc idem indicare textus *authen. de temporibus non ſoluta dotis, §. ſi autem*, vbi probatur quod maritus, qui non oppoſuit exceptionem

non

non numeratæ dotis, videtur velle, quod etiamſi non ſit accepta, dos tamen reſtitueretur mulieri, & hanc ſententiam videtur tenere etiam Menochius *d. præſum. 12. n. 19. fine*, dum ait, quod quando elapſum eſt tempus præſtitutum ad opponendam præfatam exceptionem, lex ipſa *d. l. vltima cum ſequenti, auth. C. de dote cauta non num.* habet pro conſtanti, quod dos verè fuerit enumerata.

23 At contrarium, & maritum, vel eius hæredem eſſe audiendum poſt lapſa tempora opponendi exceptionem non numeratæ dotis, ſi aſſumat in ſe onus probandi dotem re vera non fuiſſe numeratam, tradunt Gloſſa *l. in contract. verbo nullo modo*, Fulgoſius *d. l. ſub ſpecie, n. fin. Cod. de poſtul.* Paulus de Caſtro *ad d. l. ſi ex cautione n. 61.* ex Doctoribus *ſup. n. 8.* relatis. Gabriel *d. conſ. 163. num. 27.* P. Barboſa alios antiquiores allegans *d. p. 6. num. 36. & num. 55. verſic. addo quod*, (vbi loquitur in caſu confeſſionis factæ poſt promiſſionem dotis.) Faber *d. tit. 10. definit. 3. & 4.* vbi dicit, & probat aduerſus apocham, ſeu confeſſionem dotis receptæ à marito ſub ſpe numerationis futuræ factam etiam poſt promiſſionem dotis, poſſe maritum quandocumque (dummodo intra annum trigeſimum) probare contrarium, ſeu elidere confeſſionem aliis contrariis, & vrgentibus coniecturis, præſertim, quod dolo malo fuerit extorta, vel quod non obſtante præcedente promiſſione dotis fecerit ſcripturam confeſſionis ſub ſpe futuræ numerationis. Fontanella *d. p. 1. num. 39.* Molina *d. diſput. 436. num. 1. fine*, & Auguſtinus Barboſa *collect. ad d. auth. quod locum, n. 5. Cod. de dote cauta non num.* Ratio eſt, quia iure *in d. auth. quod locum, & in d. §. ſi autem*, poſt lapſa tempora opponendi exceptionem non numeratæ dotis præſumitur quidem dotem fuiſſe numeratam, non tamen decernit omnino, & indubitate habendam eſſe numeratam & ſolutam, vt contrarium nequeat probari, ſi adſint contrariæ & vrgentiſſimæ coniecturæ, quibus illa iuris præſumptio elidatur, cum ſemper præſumptio cedat probationi, ſuſpicio veritati, *leg. ſi chirographum 24. & ſeqq. l. 25. in fine, ff. de probationibus*: quare diſpoſitio legis, quod poſt elapſa tempora præſtituta ad opponendum non poſſet opponi exceptio non numeratæ dotis, intelligenda eſt (vt notant iidem Doctores, præſertim Faber, Fontanella & Molina) ad effectum transferendi onus probandi numerationem dotis in mulierem, vel eius hæredem, ſed non prohibet eum, qui ſe opponit, id onera in ſe ſuſcipere, ſi vult, interim verò addunt Faber *d. num. 4.* & poſt eum Fontanella *d. num. 39. fine*, ſtandum eſſe apochæ confeſſionis, cui nō ſtaretur ſi ob id non eſſent lapſa tempora opponendi querelam, & exceptio dotis non numeratæ poſſet habere locum iuxta *d. l. 3. & d. auth. quod locum*, quod etiam dicitur *d. §. ſi autem*, maritum, qui non oppoſuit exceptionem non numeratæ dotis intra tempora præfinita, videri voluiſſe dotem confeſſatam debere reſtitui, ac ſi accepta fuiſſet, intelligatur præſumptione legis, dum præſumit confeſſionem veram, donec probetur contrarium, quæ præſumptio cedit probationi & veritati, vt notatum eſt: dictum eſt autem ex Fabro *d. tit. 4.* aduerſus confeſſionem admitti probationem quandocumque, dummodo intra annum trigeſimum fiat, quia elapſo anno trigeſimo, ſaltem omnes actiones finiuntur, *leg. 3. Cod. de præſcript. 40. annorum.*

D. Ioan. Angel. Boſſius, de Dote.

Maritus, qui poſt factam Confeſſionem de dote a muliere recepta ex interuallo renunciauerit exceptioni non numeratæ dotis, non poteſt illam opponere, neque etiam intra tempora à iure præſtituta, ſecus ſi incontinenti, & in eodem inſtrumento facta ſit confeſſio & renunciatio.

An etiam prædicta confeſſio dotis receptæ facta 24
ante matrimonium, licèt in dubio præſumatur facta ſub ſpe futuræ numerationis, ſi maritus eidem confeſſioni adiecerit renunciationem exceptionis non numeratæ dotis, probet dotis numerationem, ſeu ſolutionem in præiudicium mariti confitentis, & hæredis ipſius, vt ſcilicet neuter etiam intra tempora conſtituta non poſſit vtiliter opponere dictam exceptionem non numeratæ dotis, & talis renunciatio reſpectu mariti, & ſuorum hæredum idem operetur, ac ſi lapſa eſſent tempora opponendi eandem exceptionem, & mulier, vel eius hæres petens reſtitutionem dotis confeſſatæ non teneatur probare dotem fuiſſe numeratam, dico eſſe communem Doctorum ſententiam, quod probet in præiudicium mariti, & ſuorum hæredum, ac ſi lapſa eſſent tempora opponendi, nec intra eadem tempora vtiliter poſſe opponi dictam exceptionem non numeratæ pecuniæ, ſi renunciatio dictæ exceptionis non fuerit adiecta confeſſioni incontinenti, & in eodem inſtrumento, ſed ex interuallo, præter alios ab iiſdem relatos ex Doctoribus *ſupra num. 8.* relatis Couarruuias *d. cap. 7. num. 5. verſic.* quod ſi velimus, Mantica *d. tit. 20. num. 8. verſic. tertium*, Menochius *d. præſumpt. 32. num. 17. & 18.* Maſcardus *d. concluſ. 362. num. 8.* Velaſcus *d. conſult. 5. num. 12.* Ioſeph Ludouicus *d. deciſ. 66. num. 28.* Nouellus *d. p. 10. num. 5.* Gomez *d. num. 52. verſic. ſecundò, limitat.* Mareſcottus *d. cap. 8. num. 21.* P. Barboſa *d. p. 6. num. 18. verſic. pro concordia*, Borellus *d. tit. 3. num. 210.* Fontanella *d. p. 1. num. 61. & 80.* Faber *d. tit. 10 definit. 3. verſic. at ſi ante contractum*, Auguſtinus Barb. *collect. ad d. l. vltim. num. 9. Codic. de dote cauta non num. & collect. ad l. ex cautione, num 9. & 11. Cod. de non numerata pecunia*, & Molina *d. diſp. 439. num. 4.* & Rebellus *d. ſect. 2. num. 10.* ex quo enim vir exceptioni non numeratæ dotis renunciauit, nocere ei debet renunciatio, vt nec intra tempora conſtituta exceptionem eandem poſſit opponere, *l. penultima, Cod. de pactis*: renunciationem autem dictæ exceptionis non numeratæ dotis factam in incontinenti, & in eodem inſtrumento confeſſionis de dote recepta non præiudicare priuilegio opponendi dictam exceptionem intra tempora conſtituta marito, & eius hæredibus *d. l. vltim. cum auth. ſequenti, Cod. de dote cauta non num.* ſentiunt præallegati, & rationem afferunt, ſcilicet quia eo caſu eadem facilitate, ſpe vel deſiderio vir confitetur ſeu adducitur ad confitendum ſe dotem recepiſſe à muliere, cum aliter nō appareat ſe accepiſſe, & renunciat incontinenti dictæ exceptioni, & licet Gloſſa *in l. ex cautione, Codic. de non num. pecunia*, Faber *in princip. numer. 4. inſtit. de liter. oblig.* & nonnulli alij relati à P. Barboſa *d. num. 18. verſic. vnde cauendum*, exiſtimauerint etiam renunciationem in incontinenti factam in eodem inſtrumento confeſſionis præiudicare marito & ſuis hæredibus, illoſque priuare priuilegio præfato à iure conceſſo prædictæ exceptionis, ita vt etiam intra tempora conſtituta non poſſint opponere mulieri petenti dotem confeſſatā eam exceptionem, ſed marito, & eius hæredibus debeat incumbere onus probandi non fuiſſe ſibi ſolutam dotē, nihilominus à præced. ſentent.

vtpotè communiter recepta iuncta ratione pro ea adducta non eſt recedendum,& aſſerendum ea renunciatione incontinenti,& eodẽ inſtrumento facta non obſtãte adhuc marito cõfitenti,& renũciãti,& eius hæredi competere priuilegium opponendi prædictam exceptionem non numeratæ dotis,ſicut & in ſimili de renunciatione exceptionis non numeratæ pecuniæ incontinenti in eodem inſtrumento facta à mutuatario, qui confeſſus eſt mutuum recepiſſe, de qua receptione aliter non conſtat aſſerunt Doctores communiter (quos referunt P.Barboſa *d.num.28.*& latiùs Auguſtinus Barboſa *d.collectaneo ad d.l.ex cautione, num.11. Cod.de non numerata pecunia,*) ſcilicet ea non obſtante competere mutuatario contra actorem ex cautione mutui confeſſati exceptionem non numeratæ pecuniæ, *d.l.ex cautione,*eidem mutuatario conceſſam,vt proinde actor ipſe teneatur probare numerationem fuiſſe factam.

Propter præfatam renunciationem ex interuallo factam poſt confeſſionem receptæ dotis maritus, vel eius hæres non excluditur ab allegatione eiuſdem exceptionis, ſi aſſumat in ſe onus probandi dotem non fuiſſe ſolutam.

25 Vtrum autem licet ob præfatam renunciationem ex interuallo factam maritus, vel eius hæres excludatur à beneficio,ſeu priuilegio prædictæ exceptionis non numeratæ dotis,etiam intra tempora conſtituta, excludatur etiam ab allegatione eiuſdem exceptionis,ſi in ſe aſſumat onus probandi dotem non fuiſſe numeratam,ſeu ſolutam.Non excludi,ſed audiendum eſſe maritum,vel eius hæredem ſuſcipientem in ſe onus probandi dotem non fuiſſe ſolutam eidem marito, ſenſere Salycetus *in d. l.ex cautione, num.17. & 25. ibidem* Emanuël Coſta *limit.1.num.1.Cod.de non numerata pecunia,* Caballinus *milleloquio 673.* à P. Barboſa *d.p.6. numer.33. verſiculo Praterea quod & idem,* relati à Gloſſa *in d.l. ex cautione,* Faber *locis numero præcedenti citatis,* Cardinalis *in cap. fin. n.9. de ſolut.*Rebuffus *tom.1. ad leges Gallicas, tit.de chirographis, art. 2. num. 30.* & alij relati ab eodem P. Barboſa *d.p.6.n. 28. verſic. vnde eundem* : idem P. Barboſ. *d.p.6.citato n.33. eodem verſ.Præterea,* & in ſimili, ſcilicet mutuatarium, qui confeſſus eſt ſe mutuum recepiſſe, de qua receptione non aliter conſtat, ſi ex interuallo renunciauit exceptioni non numeratæ pecuniæ ſibi *d. l.ex cautione conceſſa*, poſſe (& debere admitti) allegare exceptionem non quidem vt transferret in creditorem petitorem onus probandi numerationem, ſed ad effectum,vt ſi ipſa probet pecuniam numeratam non fuiſſe,liberetur à ſolutione,affirmarunt Couarruuias *lib. 2.var. cap. 4. num. 3. verſic. & ita demum*, Menochius *conſ.47.n.9.*& plurimi alij relati ab iſdem,& etiam alij relati ab Aug. Barboſa *Collectaneo ad d. l. ex cautione, n.10. & Collectaneo ad l. vltimam, Cod. de non numerat. pecunia.* Probatur præfata ſententia, quia renunciatio ſuum effectum ſatis habet,ſi intelligatur,vt vir,& Deus renuncians exceptioni prædictæ conuentus non poſſit obiiciendo exceptionem etiam intra conſtituta tempora ſe defẽdere transferendo onus probandi numerationem dotis,ſeu pecuniæ in vxorem, eiuſve hæredem aut mutuantem petentem deberi vel pecuniam confeſſatã, ſicut poſſet ſecluſa renunciatione,& ideo non obſtante renunciatione, ſi velit probare non eſſe ſibi dotem vel pecuniam numeratam,poteſt,& eſt audiendus, vt bene Couarruuias *loco citato.* Confirmatur eadem ſententia, qui maritus,quia nõ proponit exceptionem intra conſtituta tempora, tacitè cenſetur illi renunciare, vt *per l. 1.Cod.de in integrum reſtitutione,* Gloſſa *fin.in l.ſi ego,ff. de negot. geſtis, & in ſpecie* per textum *in §.ſi autem neque, auth. de temporibus.non ſolutæ dotis*, notauit P. Barboſa *d.p.6.n.33. verſic.Præterea maritus eſt,n.45. verſic. quinimo*; & nihilominus poſt elapſa tempora poteſt proponere exceptionem non numeratę dotis,ſuſcipiendo in ſe onus probandi eam non fuiſſe ſolutam, iuxta tradita *ſupr. num.28.*

An verò & quando confeſſio dotis receptæ tam facta ante celebratum matrimonium quam conſtante matrimonio (vbi de numeratione manifeſte non conſtat) etiam intra tempora præſtituta ad opponendam exceptionem non numeratæ dotis, & nulla ei adiecta renũciatione,probet dotis enumerationem,ſeu ſolutionem verè factam fuiſſe propter probabilem cauſam, quam habet, & propter coniecturas (præter illam generalem coniecturam, ſeu præſumptionem, quæ oritur ex eo, quod regulariter matrimonia ſine dote non contrahuntur) & alia adminicula, quæ cum confeſſione concurrant,latè explicatur *infrà* in inſpectione ſequẽti. 26

Inſpectio ſecunda circa confeſſionem dotis receptæ poſt Matrimonium contractum, ſeu conſtante matrimonio.

Licet aliquando ad probationem dotis ſolutæ nulla ſit opus confeſſione receptionis, quæ fiat poſt capitula matrimonialia,& matrimonium contractum,vt quãdo in iiſdem capitulis matrimonialibus mulier in præſentia mariti, & reliquorum dicit ſe afferre marito in dotem certam pecuniæ quantitatem,vel aliam rem,quã tradit,& aſſignat eidem; in hoc enim caſu non eſt mulieri opus alia apocha, vel alia probatione receptionis dotis, cum inſtrumentum dotale hæc narrans ſatis probet,vt notauit Fontanella *d.clauſula 14.p.1.n.6.* & tradunt Bartol. *l.prædia,ff.de acquir.poſſeſſ.* Romanus *conſ. 482.num.2.& conſ.509. num.23.* Monterus *dec.13.n.25. & 26.& 35.* Cancerius *var. tom.3. cap.4.n.30.& 31. & n.32.* (cuius verba continentia formulam,ſeu clauſulam inſtrumenti probantem verã,& realem traditionem habentur *infrà cap.7. num.16.* & alij à Montero, & Cancerio relati eam afferentes rationem,quod cum in venditione, donatione, aut capitulis matrimonialibus, ſeu dotis conſtitutione res fit in præſentia, ſeu in cõſpectu, ſatis probatur traditio per inſtrumentum donationis, & dotale. Nihilominus praxis ordinaria eſt, vt in dotis cõſtitutione pecunia, ſeu alia res non ſit præſens, & de præſenti marito tradatur, ſed conficiuntur prius inſtrumenta nuptialia,& promittitur dos certo die,ſeu in certis terminis ſoluenda,& deinde ſequitur confeſſio dotis,quæ regulariter,& vt plurimum fit à marito poſt ſubſequutum matrimonium & eo conſtante cum capitula communiter fiant antequam matrimonium per verba de præſenti contrahatur, & non ſoleat ante matrimonium dos numerari,ſeu ſolui,vt notarunt Menoc. *d.præſumpt.12. n.62.fine*, Velaſcus *d.conſult.5. n.8. fine,* & etiam Fontanella *d.p.1.n.7.* De hac igitur confeſſione dotis receptæ à viro conſtante matrimonio facta præcipue inter Doctores controuertitur, an, & quando probet dotem fuiſſe numeratam, & ſolutam;cuius controuerſiæ reſolutio pendet ex reſolutione aliorum dubiorum,an ſcilicet ea confeſſio,vbi aliunde non conſtat vel colligi poteſt eſſe factam cauſa numerationis, cenſeri debeat facta ex cauſa donationis ſeu animo donandi mulieri, vel ſub ſpe futuræ numerationis, & an, & quando cenſeri debeat facta ex cauſa numerationis,ſeu ſolutionis dotis. 27

Simplex

Simplex confeſſio dotis receptæ à marito facta vxori conſtante matrimonio non præcedente dotis promiſſione, neque concurrente alia circunſtantia numeratam fuiſſe dotem perſuadente, an præſumatur facta animo donandi mulieri, an verò ſub ſpe futuræ numerationis.

28 Dubium in ordine ad præmiſſa tertium, an ſimplex confeſſio de dote recepta à marito conſtante matrimonio facta in apocha, ſeu in inſtrumento, in qua vel in quo idem maritus confitetur ſe recepiſſe dotem à muliere, vbi neque per aliã apocham, aut aliud inſtrumentum conſtat præceſſiſſe dotis promiſſionem, ſeu conſtitutionem, neque præter illam ſimplicem confeſſionem, & præter illam generalem coniecturam, quod matrimonia regulariter non contrahuntur ſine dote, adſunt aliqua alia probabilis ratio, vel cõiectura aliunde adminiculum, ſeu indicium inducentia præſumptionem numerationum, an inquã huiuſmodi ſimplex confeſſio dotis receptæ à marito conſtante matrimonio facta in dubio, & vbi nõ conſtat de animo donandi, cenſeatur, ſeu præſumatur facta ſub ſpe numerationis dotis futuræ, an potius animo donandi, & fraudandi legeq; prohibentes donationem inter virum, & vxorem matrimonio conſtante. Dixi an in eo dubio præſumatur facta animo donandi, an potius ſpe futuræ numerationis? Nam omnes Doctores conueniunt, in huiuſmodi dubio non cenſeri factam ad probationem veritatis, ac proinde per eam non probari numerationem, vt ex Doctoribus *ſuprà num.*8. relatis expreſsè notarunt Hieron. Gabriel *d. conſ.* 163. *num.* 20. Mantica *de tacitis, & ambig. coniect. lib.* 11. *dict. titulo* 20. *num.* 20. & Fontanella *d. clauſula* 14. *gloſſa vnica, p.* 1. *num.* 60. qui addunt ita ſæpius reſoluiſſe Rotam Romanam, vt conſtat *ex dec.* 12. *lib.* 1. apud Caputaquenſ. *dec.* 192. apud Paleottum, *& ex deciſ.* 108. apud Burattum.

Prima ſententia, quod præſumatur facta ex cauſa donationis.

29 Prima ſententia eſt huiuſmodi ſimplicem confeſſionem, ſiue factam in ſcriptura priuata, ſiue in publica, intelligi, ſeu præſumi factã à marito ex cauſa donationis, ſeu animo donandi dotem confeſſatam mulieri, cenſerique donationem, huius ſententiæ aſſertores vltra Bartolum *loco ſuprà num.* 16. *citato plurimos alios ex antiquis, vel paulo antiquiores Iuriſperitos*, referunt Gabriel *conſ.* 163. *numer.* 40. *lib.* 2. Couarruuias *var. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 4. *verſic. primum*, Menochius *l.* 3. *præſ.* 12. *num.* 58. P. Barboſa *ad l.* 1. *d. p.* 6. *numer.* 29. Ludouiſius *deciſ.* 67. *num.* 1. Stephanus Gratianus *diſcept. for. tom.* 4. *cap.* 693. *num.* 11. & Burattus *deciſ.* 108. *n.* 1. ex Doctoribus verò *ſuprà num.* 8. relatis, ita ſentiunt Baldus Nouellus *d. p.* 10. *num.* 6. 7. *&* 18. Mantica *l.* 7. *tit.* 20. *num.* 7. *&* 18. *verſic. tertius*, Ioſeph Ludouicus *dict. deciſ.* 66. *n.* 2. Velaſcus *d. conſult.* 5. *n.* 15. Antonius Faber *d. tit.* 10. *definit.* 1. *&* 6. Menochius *conſ.* 81. *n.* 15. Mareſcottus *d. cap.* 8. *numer.* 4. Fontanella *d. p.* 1. *num.* 66. *& ſeqq.* Borellus *d. tit.* 3. *n.* 218. Stephanus Gratianus *d. cap.* 693. *cit. num.* 11. Rota Rom. *dec.* 475. *n.* 1. *p.* 3. *diuerſor. dec.* 55. *num.* 8. *l.* 3. apud Puteum *dec.* 62. *num.* 2. *&* 3. *& dec.* 67. *n.* 2. *& duobus ſeqq. & deciſ.* 182. *n.* 1. apud Ludouiſium *dec.* 108. apud Burattum [*& ibid.* Ferentillus litera A.] *& deciſ.* 925. *n.* 1. *& alibi ſæpiſſime* (ita quod *d. deciſ.* 925. *eod. num.* 1. dicitur quod Rota ſemper amplexa eſt hanc ſententiam, & quod quotidie ſequitur) Ludouicus Molin. *d. diſp.* 430. *n.* 9. Sanchez *d. diſp.* 9. *n.* 5. *&* 11. Rebellus *d. ſect.* 2. *numer.* 10. & præter hos hanc ſententiam amplexi ſunt plurimi alij recentiores à Fontanella pro hac ſententia prima adducti, *l.* 2. *Cod. de dote cauta non num.* vbi dicitur, quod dos conſtante matrimonio confeſſata confirmatur morte mariti confitentis, tanquam facta animo donandi, & licet Authores oppoſitæ ſententiæ, præſertim Menochius *d. præſumpt.* 12. *n.* 58. & P. Barboſa *d. p.* 6 *n.* 31. reſpondeant præfatum textum loqui in caſu claro, ſcilicet quando conſtat maritum animo donandi prædictam confeſſionem fuiſſe, & velle ibi Imperatorem Alexandrum neceſſariã eſſe mariti mortem, vt ea confeſſio facta animo donandi confirmetur, quamvis (inquit Barboſa) ſi ânimo donandi facta eſſet ante matrimonium ſtatim irreuocabiliter valeret, iuxta *l.* 1. *C. de dot. cauta non num.* Hanc tamen reſponſionem reiicit Gabriel *d. conſ.* 163. *n.* 30. *&* 31. tum quia ſi *d. l.* 2. loqueretur de confeſſione facta expreſsè animo donandi, decideret caſum indubitabilem, & patum facientem ad titulum illum *de dote cauta non num.* qui loquitur de confeſſione facta ſub ſpe numerationis (*vt ſup. n.* 16. notatum eſt) quæ lapſu temporis obeſt confitenti; non de donatione, quæ obeſſe nequit poſt lapſum temporis opponendi exceptionem nõ numeratæ dotis: tum quia *ſi d. l.* 2. loqueretur de expreſſa, & clara donatione, fruſtra exprimeret de confeſſione facta conſtante matrimonio, quia etiam ante matrimonium cõfeſſio dotis receptæ ex cauſa donationis facta eſt nulla, *l.* 1. *C. eod.* & probatum eſt *ſup. n.* 11. & ſic morte confitentis cõfirmatur iuxta tradita *ſup. n.* 17. Quare cum ille textus videatur facere differentiam inter illam confeſſionem, quæ fit conſtante matrimonio, & illam quæ ante matrimonium, debet intelligi de ea confeſſione facta ex cauſa donationis non expreſſa, de qua clarè non conſtet, ſed tamen præſumpta.

Secundò probatur hæc ſententia, quia cum maritus iam contraxit matrimonium nulla dote promiſſa, aut recepta, non eſt veriſimile maritum poſtea confeſſionem dotis receptæ feciſſe tantum ſub ſpe futuræ numerationis, ſeu ſolutionis dotis, ſeu quod ſperaret dotem fore ſibi ſoluendam, ſed longè veriſimilior, & vrgentior præſumptio eſt, quod ex vxoris illecebris, & amore adductus, talem confeſſionem fecerit maritus animo donandi vxori, ſeu vt tacitè vxori donaret in fraudem edicti prohibitorij, ſeu legis vetantis donationem inter virum, & vxorem. 30

Quod confirmatur [& eſt alia ratio, quæ ad probationem huius ſententiæ adducitur] primò ex illa generali doctrina, quod quando confeſſio rei alicuius receptæ, emanat inter perſonas ſuſpectas, præſumitur fraudulenta, factaque voluntate fraudandi legem, & cõſequenter donandi, vt conſtat tum *l. qui teſtamentum, ff. de probat.* illis verbis: *Videtur enim eo quod plus ille capere non poterat in fraudem legis, hæc in teſtamento adieciſſe tunc, l. cum quis decedens, §. Titia, ff. de legat.* 3. illis verbis: *Titia teſtamentum condidi, & volo vt dentur Calimacho mercedis gratia denaria decies mille. Quæro an hæc pecunia cauſa mercedis ab hæredibus Titiæ exigi poſſit. Reſpondi non idcirco quod ſcriptum ſit, exigi poſſe in fraudem legis relictum.* His enim textibus Doctores communiter præallegati, & alij à Gabriele *d. conſ.* 163. *numero* 33. & à Rota *d. dec.* 67. apud Ludouiſium, *& d. dec.* 180. *& deciſion.* 925. apud Burattum aiunt generaliter probari confeſſionem factam in teſtamento pecuniæ receptæ, aut debitæ ab eo, vel ei, cui teſtator legare non poteſt, non eſſe validam, præſumique donationem ſeu legatum, atque eam confeſſionem factã volũtate vt fraus fieret legis prohibitioni. Secundo cõfirmatur, quia quoties teſtator fatetur ſe debere alicui aliquam ſummam, quam reuera non debet, cenſetur in dubio velle eam quantitatem illi legare, vt habetur *l. qui* 31

vxor., ff. de auro, & argento leg. cum aliis adductis per Sanchez *citato n. 5.*

Et licet Couarruuias *loco allegato ſuprà numer. 19.* & alij a P. Barboſa *d. p.6. num.31.* relati prædictis reſpondeant eſſe differentiam inter confeſſionem, etiam inter perſonas ſuſpectas factam in vltima voluntate, & factam inter viuos, quod facta in vltima voluntate non poſſit præſumi facta ſub ſpe futuræ numerationis, ſicut facta inter viuos, contra hanc reſponſionem eſt, tum quia dicunt legem *qui teſtamentum* procedere etiam in contractibus, & inter viuos vt tradunt Bartolus *in l. ſi is qui, ff. de vulg. & papil.* Gabriel *d. conſ. 163. num. 33.* P. Barboſa *d p.6. n.31. verſic. non placet*, & alij ad iiſdem relati, & notat Gabriel eſſe communiter receptam. Tum quia reſponſio habetet locum ſolum in confeſſione facta à teſtatore laborante in extremis, non in facta à ſano, quæ ſpem futuræ numerationis habere poteſt; & tamen textus in ſecunda confirmatione adductus, & alij ſimiles ſiue teſtator laboraret in extremis, ſiue ſit ſanus, decidunt confeſſionem factam debitè cenſeri in dubio donationem, ſeu ex cauſa donationis factam.

32 Et ſic etiam reſpondet Petr. Barboſa, alios allegans *dict. part. ſexta, dict. numer. 31. verſic. & ideo melius*, tradita *dict. leg. qui teſtamentum, & dict. leg. Titia*, eſſe limitanda, niſi adſit aliqua probabilis coniectura excludens præſumptam fraudem, qualis coniectura ſit in præſenti caſu, ſcilicet, quod confeſſio dotis receptæ facta fuerit ſpe numerationis futuræ, eum hanc coniecturam probabilem faciat generalis diſpoſitio marito confitenti tribuens exceptionem non numerationis, quæ tamen reſponſio requiritur, ex traditis *numero 30.* a Gabriele *dict. conſ. 163. num. 34.* Molina *d. diſp. 439. d. num. 9. paulò poſt initium, & verſic. vnde ad primum*, Sanchez *dict. diſp. 9. citato num. 5. & num. 15. verſic. ad primam*, Fontanella *d. p.6. num. 66. & 67. in præſenti caſu*, ob rationem *d. num. 30.* adductam ſumptam ex conſiſtentia matrimonij nulla promiſſa dote, aut recepta, iuncta affectione, & etiam illa regula generali, de qua *in numero 31.* communiter à Doctoribus approbata, eſſe veriſimiliorem, & vrgentiorem coniecturam ſeu præſumptionem, quod confeſſio fuerit potius facta cauſa donationis in fraudem legis, quam ſub ſpe futuræ numerationis: generalis autem illa diſpoſitio procedit quando adeſt præſumptio confeſſionem factã fuiſſe ſub ſpe futuræ numerationis, vt facta ante matrimonium contractum, & quando adeſt veriſimilior coniectura, fuiſſe factam ſub eadem ſpe.

33 Quin etiam idem Barboſa *d. p.6. num. 30. verſ. poterit ſanè*, admittit hanc primam ſententiam, vt indubitatam, quando conſtaret à principio maritum vxorem indotatam accepiſſe, tunc enim, inquit Barboſa, ſi poſtea confiteatur maritus ſe dotem ab ea vxore recepiſſe, fraus præſumeretur. At idem eſt, quod conſtet ab initio maritum duxiſſe vxorem, nulla conſtituta, ſeu promiſſa dote, ac quando non conſtat mulierem promiſiſſe viro dotem, nam in vtroque caſu mulier non poſſet cogi dotem ſibi conſtituere, vel ſolum poſt contractum matrimonium, vt *ſuprà capite* 8. probatum eſt iuxta magis communem, & veriorem ſententiam, & quando non apparet de præcedente dotis promiſſione, ſi maritus confiteatur conſtante matrimonio ſe ab vxore recepiſſe dotem, de cuius receptione non conſtat, non eſt veriſimile confiteri ſpe futuræ numerationis, ad quam mulier non tenetur, & ita præſumitur confiteri animo donandi, & in fraudem legis prohibentis donationem inter virum & vxorem.

34 Paulo aliter *ad dict. leg. qui teſtamentum, & d. §. Titia*, reſpondet Fachineus *dicto cap. 80.* dicens præfatis textibus diſponi, ſi aliquid legetur alicui, qui per legem capere non poſſit, relictum præſumi in fraudem legis, ac proinde legatariũ oportere probare, cauſam expreſſã à teſtatore eſſe veram: quod, inquit, eſt diſſimile à præſenti caſu confeſſionis dotis receptæ à muliere: primò quia vxor capax eſt donationis, etiam conſtante matrimonio, vt ſi maritus præmoriatur ea non reuocata, eius morte confirmetur, & res donata retineri ab vxore poſſit, vt *ſuprà capite* 8. probatum eſt: ſecundò quia quoad præſentem caſum confeſſio mariti de dote recepta facta conſtante matrimonio non eſt contra alicuius legis prohibitionem. Nam (inquit idem Fachineus) aut dotem recepit, aut non: ſi recepit, confeſſio eſt vera non ſimulata, ſi non recepit habet a lege tempus ad recipiendum, & conquerendum dotem ſibi non fuiſſe numeratam, ac proinde nulla ex parte iuris diſpoſitionem offendit. At verò (ſubdit idem Fachineus) is, qui legat incapaci, eo ipſo offendit legem diſponentem, non poſſe legari, & legatum initum, & nullum eſt, vnde ſi legans cauſam addat pro legati confirmatione, ſeu validitate, cum res ſuſpecta ſit, & legi repugnans, à legatario probanda eſt cauſa, vt habetur *in dict. leg. qui teſtamentum, ibi: ſi filius ſuperſcripta ex rationi ſua perueniſſe ad teſtatorem probare potuerit, exigi, &c.* ita Fachineus.

Verum contra præfatas reſponſiones eſt, primò quia donatio inter virum, & vxorem conſtante matrimonio legibus eſt prohibita, vt conſtat præcipuè ex *leg. quart. ff. de donation. inter vir. & vxor.* propter rationem, de qua ibi, ac proinde *dict. leg. quart.* & præcedentibus decernitur nulla, vt *ſuprà cap. 8. numero 19.* notatum eſt, & licet Antoninus Imperator [vt habetur *leg. cum hic ſtatus, ff. eod. tit.* & notatum pariter eſt *dict. numero 19.* mitigando ſanciuerit donationem inter cõiuges factam conſtante matrimonio confirmari morte donantis, tamen quia legibus prohibebatur, voluit vt coniux donator ad libitum illam poſſet reuocare, & ſic ea donatio ex ſe propter iuris prohibitionem eſt nulla quoad firmitatem, cum ſit ad libitum donantis reuocabilis: ex quo ſequitur, vt præfata ſimplex confeſſio dotis receptæ à marito facta conſtãte matrimonio, ſit cõtra legis prohibitionem, & ita in confitente præſumatur voluntas fraudandi legem, & donandi mulieri, iuxta regulam generalem *num. 31.* traditam *ex d. l. qui teſtamentum, & d. §. Titia*, communiter approbatam. Adde eandem confeſſionẽ dotis receptæ factam cõſtante matrimonio, propter præſumptam ſimulationem tacitæ donationis contra legis prohibitionem à Menochio *conſilio 81. num. 17.* & nonnullis aliis ab eodem relatis, ita reputari nullam, & inualidam, vt nec morte viri confitentis confirmetur, de quo *infrà*: quod verò idem Fachineus ait in ſecunda reſponſione, ſcilicet etiamſi maritus confitens non recepit dotem, non ideo confeſſionem offendere legis prohibitionem, nec eſſe ſimulatam, tamen in legis fraudem, quia habeat à lege tempus ad recipiendum, & conquerendum, dotem non fuiſſe ſibi numeratam, id procedit ſolum, vbi confeſſio facta eſt, vel præſumitur facta ſub ſpe numerationis, [vt *ſuprà numero 32. fine*, dictum eſt] non quando veriſimilius præſumitur facta animo donandi, & continet tacitam donationem, contra quam tamen confeſſionem, an liceat etiamſi facta ſit cum renunciatione exceptionis non numeratæ dotis, & poſt eam lapſum ſit tempus legale eam opponendi, non poſſit opponi de non numerata dote, poſſit tamen opponi de donatione, *infrà*.

Porrò hæc prima ſententia videtur indubitata, quando cõfeſſio dotis ab vxore receptæ facta eſt eidem vxori cum viro habitanti, quæ tunc facultates non habebat, vt ſperare potuerit ab ea dotis numerationem, cum tali caſu non ſit veriſimile, confeſſionem fieri ſub ſpe numerationis: ita Gabriel alios allegans *d. conſ. 163. num. 38 & 47.* Fontanella *d p.1. n.65.* & Rota *d. dec. 925. num. 3.* apud Burattum Campegius *de dote p.1. quæſt. 52. num. 6.*

Ampliatur

37 Ampliatur eadem ſententia vt multo magis, & vrgentius procedat, ſi ex interuallo poſt cõfeſſionem maritus renunciauerit exceptioni non numeratæ pecuniæ, vel in eodem inſtrumento renunciatio facta ſit cum iuramento, eo quod cum his caſibus non poſſit excipi de non numeratione dotis, non poteſt dici confeſſio facta ſub ſpe numerationis, ſed iudicari videtur omnino animus donandi, ita expreſsè Gabriel *d.conſ.165.n.41.& duobus ſeqq.* Mantica *d.tit.20.num.20.verſic.& hæc confeſſio*, Velaſcus *d.conſult.5.num.15.fine*, Fontanella *d.p.1.n.64.* Rota *d.deciſ.925.num.2.* Rebellus *d.num.10.* & plurimi alij à Gabriele, & Rota citati, & alij relati à Couarruuia *d.cap.7.num.4.verſic. quamobrem*: & idem dicendum, ſi à tempore confeſſionis lapſa ſint tempora proponendi præfatam exceptionem, intra quæ maritus confitens neglexerit eam exceptionem proponere, tradit Velaſcus *loco citato*; ex eo enim quod maritus non curauit intra ea tempora proponere querelam non numeratæ dotis, iudicatur ſatis veriſimiliter voluiſſe ab initio donare, & hoc idem tradit alios allegans Menochius *d.præſumptione 12.num.74.* & Rebellus *d.ſect.2. numero 23.*

38 Limitatur autem eadem ſententia, vt ſimplex confeſſio dotis receptæ à muliere conſtante iam matrimonio facta nulla præcedente dotis promiſſione, & ſecluſis aliis circumſtantiis inducentibus præſumptionem numeratæ dotis, non cenſeatur facta animo donandi, ſed præſumatur facta ſub ſpe futuræ numerationis, ſi facta ſit paulo poſt ipſum contractum matrimonij, ante illius conſummationem, ita Gabriel *d.conſ.163.num.419.& 435.* Mantica *d.titulo 20.numero 39.verſic.ſed ſi*, Couarruuias *var. lib. 1. dicto cap. 7. num.6. verſic. quod ſi confeſſio dotis*, & alij antiquiores relati à Couarruuia *loco citato*, P. Barboſa *d.part.ſexta, num.38. initio*, Gabriele *d.num. 4.* vbi ad præſumptionem donationis, & excludendam præſumptionem futuræ numerationis ait non conſiderari ſimplicem contractum, ex Aretino *in l. diuerſio, ff. ſoluto matrimonio*, & Craueta *conſ. 40. n.1.& 19.* præfatam confeſſionem dotis receptæ factam ante conſummatum matrimonium omnium conſenſu præſumi fieri ſub ſpe futuræ numerationis, *& d.n.4. & d.n.35.* addit titulum *C. de dote cauta non numerata*, factum eſſe pro confeſſionibus dotis receptæ ante conſummatum matrimonium, ſcilicet factis ante celebratum matrimonium, ſiue in ipſo contractu matrimonij, ſiue paulò poſt, priuſquã carnalis coniunctio inter maritum, & vxorem ſit ſequuta, eo quod prædictis temporibus confeſſio dotis receptæ facta mulieri cenſetur fieri ſpe futuræ numerationis, non ex cauſa donationis, cuius ratio aſſignatur, quia ante conſummatum matrimonium iam contractum non ſit ita vehemens maritalis amor, ſicut ſolet eſſe poſt cõiugalis copulæ commercium, quo augetur amor, & affectio inter coniuges, vt propterea non ſit præſumendum confeſſionem fieri animo donandi, ſed ſit ſumenda eadem præſumptio, quam *ſuprà num.16.* ob eandem rationem probatum eſt ſumi in confeſſione facta ante contractum matrimonium, vel in ipſo contractu matrimonij, prædicta quoad præfatam primam ſententiam.

Secunda ſententia.

39 Altera ſententia eſt, præfatam ſimplicem confeſſionem dotis à muliere receptæ à marito conſtante matrimonio etiam conſummato factam nõ præcedente dotis promiſſione, neque coniuncta alia circumſtantia inducente præſumptionẽ numerationis, vel donationis præſumi in hoc dubio potius factam fuiſſe ſub ſpe numerationis futuræ, Hanc ſemẽtiam tenentes ex Iuriſconſultis plurimos referunt Gabriel *d.conſ.163.n.39.* Couarruuias allegato *cap.7.n.4.verſic.ſed quod*, Menochius *d.*

præſumpt.12.num.60. & P.Barboſa allegata *p.6.num.30.* & ex Doctoribus *ſuprà num. 8.* relatis eandem ſententiam tenent Couarruuias *d. verſic. ſed quod*, Menochius aſſerens *eſſe veriorem dicta præſumpt.12.num.66.* P.Barboſ.*d.p.6.num.30.31.33. & num.32. fine, & n.38. initio, verſic. initio, ſed & hæc concordia*, & Fachineus *dict. lib.8. cap.80.* dicens hanc eſſe veram ſententiam, & doctrinam, & claram per textus, quos *ibidem* adducit.

40 Pro qua primò adducitur, quod in dubio donationis donandi animus non præſumitur, quando ſumi poteſt alia coniectura, quam donationis, *leg. ſi cum aurum, ff. de ſolutio.* & aliis iuribus, vt alibi notatum eſt: hic autem ſumi poteſt coniectura, quod ſub ſpe futuræ numerationis facta ſit confeſſio: At iuxta Doctores primæ ſententiæ, & ex traditis ad illius probationem reſpondetur in hoc caſu attentis circunſtantiis, & iuribus veriſimiliorem coniecturam, ſeu veriſimilius eſſe confeſſionem fuiſſe factam ex cauſa donationis, quàm futuræ numerationis.

41 Secundò adducitur, quod fraus in dubio non præſumitur, cum delictum in dubio nõ præſumatur, *l. marito, ff. pro ſocio*, nõ ergo præſumi debet maritum confeſſum fuiſſe ſe dotem recepiſſe in fraudem legis, ſeu vt faceret contra legem vitantem donationem inter coniuges conſtante matrimonio. Verum reſpondetur ex traditis ad probandam primam ſententiam, hoc eodem caſu attentis circunſtantiis confeſſionem præfatam reddi valdè veriſimiliter ſuſpectam, vt facta ſit in fraudem edicti prohibitionis *de donat. inter vir. & vxor.* tum ex affectione, tum ex ipſo iure *in d. leg. qui teſtamentum, & d.§. Titia*, præſumente donationem inter perſonas, quibus ius illam prohibet, cenſeri factam animo fraudandi legem.

42 Tertiò probatur eadem ſententia *ex l. ſi voluntate, Cod. de dotis promiſſione*, vbi decernitur, quod ſi maritus confeſſus fuerit, ſe plus accepiſſe in inſtrumento dotali, quàm accepiſſet, agere poteſt, vt id, quod non accepit, ſoluatur: ſed reſpondet Gabriel *d.conſ.163. numero 22.* & videtur ſatis colligi ex verbis textus hanc legem loqui, quando apparet, ſeu conſtat, quod plura ſcripta fuerant, quàm eſſent accepta volente dotante, & ex pacto ſaltem tacito, & conſequenter ſub ſpe futuræ numerationis: ſi enim donationis cauſa fuiſſet facta confeſſio, non erat neceſse habere rationem voluntatis dotantis, & pacti, in eo ergo textu apparebat confeſſionem emanaſſe ſpe futuræ numerationis, & propter pactum factum, vt non ſcripta ſolueretur à dotãte, ac proinde eo caſu ſenſere Doctores non poſſe præſumi donationem, inquit idem Gabriel *d.num.22.* (niſi ignobilitas viri, ſubdit *num. 23.* id ſuaderet, vt tunc præſumatur facta compenſatio nobilitatis, iuxta tradita *cap. 8. num.31.* & Doctores *ibidem* relatos) quare per præfatum textum Caldas Pereira *conſ.16.num.3. poſt quæſtiones forenſes*, & Alexander Trentacinq. *var. lib.3. tit. de iure dotium, reſol.8.* ab Aug. Barboſa *collectaneo ad d. l. ſi voluntate, n.2. relati*, aiunt probari, quod ſi quis promittit centum, & recipiat liberationem, videtur tacitè paciſci, vel tacitè videtur fuiſſe initum pactum de ducentis præſtandis.

43 Quartò probatur *ex l. 3. & vltim. cum auth. ſequenti, C. de dot. cauta non numerata*, vbi abſolutè, & generaliter decernitur, non ſolum marito, ſed etiam eius hæredibus infrà tempora conſtituta competere exceptionem non numeratæ dotis: quod reſpectu hæredis nõ eſſet verum, ſi confeſſio cenſeretur facta animo donandi, quia morte mariti præſumeretur confirmata: item *dict. Auth.* decernitur poſt lapſum decennium à confeſſione non audiri maritum, neque eius hæredes, ex quo infertur confeſſionem non eſſe factã animo donandi, nã alioqui non debuiſſet exigi decenniũ ad confeſſionis confirma-

tionem, ſed potius mors mariti. *Item auth. de tẽpore non ſolutæ pecuniæ ſuper dotem*, ſtatuit Iuſtinianus, quod poſt lapſum decennium conceſſum ad opponendam exceptionem non numeratæ dotis, maritus non eſt audiendus, eo quod cenſetur velle, quod ipſa dos confeſſata reſtituatur, tametſi eam non receperit. Non ergo maritus ſola ipſa ſua confeſſione ſine curſu temporis velle videtur, quod prædicta reſtituatur, & ex conſequenti præſumitur ab initio donaſſe.

44 Verum reſpondent poſt Socinum, & alios Gabriel *d. conſ.* 163. *n.* 26. *&* 29. Molina, Sanchez, & Fontanella *locis ſuprà allegatis*, textus allegatos loqui, quando confeſſio emanauit ante celebratum matrimonium, vel in ipſo contractu, vel poſt contractum ante conſummationem, & etiam quando emanauit conſtante matrimonio iam conſummato, ſi conſtet, vel adſint indicia, quod fuerit facta ſub ſpe futuræ numerationis. Ad textum etiam *in d. §. ſi autem*, in ſpecie reſpondet Gabr. *d. n.* 26. non poſſe illum intelligi, vt videntur verba innuere, quod ex lapſu tẽporis præſumetur donatio propria, nam tunc nec marito, qui illam reuocare poſſet, nec creditoribus mariti vllo modo noceret; ſed intelligi (vt etiam *ſuprà num.* 21. *&* 23. notatum eſt) quod maritus excludatur ab exceptione non numeratę dotis, & vxori cum confeſſione quoad omnia ſufficiat, ac ſi probaſſet numerationem nunc poſt lapſa tempora opponendi exceptionem, dos confeſſata præſumitur numerata, niſi per maritum, aut eius hæredem contrarium probetur, non verò donata, & ferè ſimilia tradit Petr. Barboſa *d. part.* 5. *num.* 30. *verſ. neque obſtat.*

45 Quintò probatur, quia titulus *Codic. de dote cauta non numerata*, eſt generalis, nec diſtinguit, an confeſſio facta fuerit ante, vel poſt celebratum matrimonium; proinde generaliter eſt intelligendus etiam de confeſſione facta conſtante matrimonio, vt non præſumatur donatio, ſed facta ſub ſpe futuræ numerationis, maximè cum frequentius (inquit Menochius *dict. præſumptione* 12. *numero* 63.) contingat confeſſiones fieri poſt contractum matrimonium, ac proinde veriſimile ſit de his intellexiſſe in eo titulo toto *C. de dote cauta*; quandoquidem lex ad ea, quæ frequentius accidunt, magis adaptetur.

46 Sed reſpondetur ex traditis in præcedentibus reſponſionibus ex eo, quod confeſſio facta conſtante matrimonio in dubio præſumatur ex cauſa donationis, non eſſe inutilem, aut fruſtra illum titulũ, ſed illi locũ eſſe, neq; reſtringi vltra debitum, cùm ſit illi locus ſemper, quando confeſſio fit ante matrimonium, vel in ipſo contractu matrimonij, vel poſt contractum nondum conſummatum, & etiam conſtante matrimonio iam conſummato, quando conſtat, vel adſint indicia, ſeu aliæ coniecturæ, quod non cauſa donationis, ſed ſpe futuræ numerationis fiat, ſeu facta fuerit confeſſio. Ita Gabriel *d. conſ.* 163. *n.* 29. Fontanella, Molina, & Sanchez.

47 Denique pro hac ſententia à Gabriele *d. conſ.* 163. *n.* 24 adducuntur textus *in l.* 1. *C. de dot. cauta*, & textus *in l. ſi quis poſt hac*, *C. de bonis proſcriptorum*: in quibus habetur, mulierem non poſſe, & confeſſionem dotis receptæ factam à marito ad petitionem, ſeu repetitionem dotis admitti, niſi ipſe probet numerationẽ, ſed ad id Gabriel reſpondet *d. l.* 1. non exprimi, vtrum nẽgetur vxori repetitio, quia obſtat exceptio non numeratæ dotis, vel quia præſumatur donatio, nec apparet, quod & lex loquitur de confeſſione conſtante matrimonio facta, & pariter reſpond. *in d. l. ſi quis poſt hac*, negante ob confeſſionem mariti dotis repetitionem, ſi non probet vxor numerationem non exprimi, vtrum via exceptionis nõ numeratæ dotis, vel quia donatio ſit nulla, id quod videtur innuere textus, dũ præſupponit dotes aliquoties inaniter conſcribi in inſtrumento dotali, quod potius conuenit cõſcriptis cauſa donationis, quæ inanis eſt, & ipſo iure nulla, vtpote prohibita, & reuocabilis.

Prędicta argumẽta pro hac ſecunda ſentẽtia ab illius aſſertoribus afferuntur, quæ ex traditis conſtat non habere vim, quamvis attribuat Fachin. licet non proponat vltimo loco adductam. Huic tamẽ ſentẽtiæ ab aliquib. eam tenentibus adduntur nonnullæ limitationes. 48

Prima limitatio eſt, vt præfata ſimplex confeſſio dotis receptæ conſtante matrimonio facta nõ ſpe futuræ numerationis, ſed animo donandi, potius præſumatur à marito facta, quando lapſa ſunt tempora opponendi exceptionem nõ numeratæ dotis, eo quod lapſus ipſe tẽporis magis, & magis arguat animũ donãdi, ſeu præſũptionem donationis, vt *ſup. n.* 37. notatum eſt, & dixit etiam Menoch. *d. præſ.* 12. *n.* 74. qui eo animo (inquit idem Menoch. *eod. n.* 74. *fine*, quo donare voluit, confitendo eadem etiam voluit labi tempus opponendi dictam exceptionem, ita limitant Menoch. *d. n.* 74. & prius Bald. *in l. vnic. C. de priu. dotis*. Imola, Caſtrenſis, Aretin. Capra, & Pettucius à Menoch. relati, & Vlaſcus *loco ſup. n.* 37. relato. Contradicit tamen Fachin. *d. l.* 8. *c.* 82. *verſ. ſed iſtis, ex textu in auth. de tempore non ſolutæ pecuniæ ſuper dote, §. ſin autem neq; verſ. vbi enim*, vbi habetur quod cum lapſum eſt tempus conſtitutum ad proponendum querelam, & exceptionem nõ numeratæ dotis, nõ poteſt amplius proponi, & ex conſequẽti, quod noceat marito, & hæredibus ſuis, vt videtur ſatis conſtare ex illis verbis *d. §. ſin autem palam eſt*, voluiſſe (ſcilicet maritus, qui non propoſuerit exceptionem tempore cõſtituto) *ſi non accepit dotem*; *omnino eam ad ſuos heredes reddere.* Verum reſpondetur textum loqui quando confeſſio eſt, vel præſumitur facta ſpe futuræ numerationis, & tunc vult lapſo tempore opponendi dictã exceptionẽ nõ numeratæ pecuniæ nocere marito, & eius hæredibus, vt reſpectu mulieris habeatur tunc dos confeſſata tanquam numerata, niſi maritus, vel eius hæres contrarium probauerit, vt *ſup. n.* 23. *&* 42. dictum eſt. Ac quando cõfeſſio præſumitur facta ex cauſa donationis, iuxta tradita pro prima ſententia, & in hac limitatione, lapſus temporis opponendi exceptionem nõ numeratæ dotis nõ nocet marito, qui etſi tunc non poſſit opponere de dote non numerata, poteſt tamen opponere de donatione, quæ conſtante matrimonio inter coniuges eſt vetita, & inualida, vt tradit Rot. allegata *dec.* 67. *n.* 6. apud Ludouiſium, *& dec.* 108. *n.* 17. apud Burat. & poſt eum Mareſcottus *d. c.* 8. *n.* 3. & Fontanel. *d. clauſ.* 14. *gloſſ. vnic. p.* 1. *n.* 77. & ſic non obſtante dicto lapſu temporis conſtituti ad proponẽdam exceptionem non numeratæ dotis, poteſt eam confeſſionem, ſeu tacitam donationem reuocare: id quod tradidere etiam Menoch. *d. n.* 74. Bald. Imola, & alij *ſup.* citati pro hac limitatione à Menoch. relati, & etiam Couarruuias *d. c.* 7. *n.* 3. *verſ.* 4. *ibid.* & alij qui *infra n.* 60. referuntur.

Secunda limitatio eiuſdem ſecundæ ſentẽtiæ eſt, vt ea ſimplex cõfeſſio dotis receptæ à muliere facta cõſtante matrimonio à marito non præſumatur in dubio facta ſpe numerationis futuræ, ſed præſumatur facta animo donandi, ſi eidem confeſſioni fuerit adiecta renunciatio exceptionis nõ numeratæ dotis, ſiue renunciatio appoſita fuerit ex interuallo in diuerſo inſtrumẽto, ſiue fuerit adiecta incõtinenti in eodem inſtrumẽto, licet hæc nõ valeat, & ſit nulla, iuxta tradita *ſup. n.* 24. & Doctores *ibid.* relatos: ita præter Doctores *ſup. n.* 37. allegatos Bal. Nouel. *de dot. p.* 10. *n.* 6. Imola, Aretin. Alexãd. Crottus, Socin. Claudius, Gozadinus, Bellon. Ruin. Ant. Rub. locis allegatis per Mãtic. *loco ſup. d. n.* 37. *cit.* Couarruuiam *d. c.* 7. *n.* 4. *verſ. quamobrem.* P. Barboſa *ad d. l.* 1. *p.* 6. *n.* 32. *verſ. & ex his ita*, & Fachin. *d. l.* 8. *c.* 84. vbi dicit eſſe opinionem communem, & quãdo renunciatio eſt facta ex interuallo, cum valeat, probat limitationem, ratione *ſup. à d. n.* 37. adducta, & tam quãdo eſt facta ex interuallo, quàm incontinenti, probatur à prææallegatis 50 Doctoribus

Doctoribus, quia quãdo maritus poſt illam confeſſionẽ ſimplicem non numeratæ dotis conſtante matrimonio renunciat eidem exceptioni, nõ poteſt videri confeſſus ſub ſpe futuræ numerationis, & cõſequenter præſumetur donandi animus etiamſi renunciatio incontinenti in eodem inſtrumento facta ſit nulla. Nam ex acto etiam nullo colligitur voluntas, ſeu animus *l. ſi ff. de reb. eorum.* Menochius *conſ. 183. n. 23. & conſ. 1037. num. 20.* Seraphinus *deciſ. 719. n. 3. & deciſ. 974. n. 13.* & alios allegans Stephanus Gratianus *diſcept. for. to. 5. c. 890. n. 6.* & ita animus donandi præſumptus collectus ex dicta renunciatione inualida, & nulla inducet ſatis efficaciter donationem tacitam. Hanc tamen limitationem reſpuunt Couarruuias *d. cap. 7. num. 5. initio*, P. Barboſa *d. n. 32. verſic. ſed hæc, & n. 33. initio*, & Fachineus *d. c. 84.* aſſerentes præfatam ſimplicem confeſſionem dotis ab vxore receptæ, conſtante matrimonio à marito factam, etiam adhibita ex interuallo renunciatione exceptionis non numeratæ dotis, in dubio cenſeri factam potiùs ſpe numerationis futuræ, quam ex cauſa donationis, eo quod illa renunciatio facta ſolum operetur, vt maritus renuncians excludatur à priuilegio obiciendi exceptionem dotis non numeratæ, cum quilibet poſſit renunciare iuri ſuo, *l. penult. Cod. de pactis*, non autem vt debeat ex ea renunciatione præſumi animus donandi, & excludatur (ait Barboſa) idem maritus renũcians ab allegatione prædictæ exceptionis, ſi in ſe aſſumat onus probandi dotem non fuiſſe ſolutam, iuxta tradita *ſuprà hoc capite, numero 25.* At verum quidem eſt, eam renunciationem operari, vt à renunciante exceptio dotis non numeratæ non poſſit obiici, ſed ex hoc etiam colligi præſumptum animum donandi, conſtito de confeſſione facta conſtante matrimonio conſummato longè veriſimilius eſt, vt Doctores cõmuniter exiſtimarunt, a qua communi non videtur recedẽdum. Quamvis autem maritus renunciãs non poſſit amplius opponere de non numerata dote, poteſt tamen opponere de inualida donatione, & eam reuocare, vt notatum eſt *præcedenti numero*, & tradunt Rota, Mareſcottus, & alij Iuriſperiti *ibidem* relati.

51 Cæterùm admiſſa hac ſecunda ſententia, quod præfata ſimplex confeſſio dotis receptæ à marito vxori facta conſtante matrimonio præſumatur facta ſub ſpe futuræ numerationis, & id etiam poſt lapſa tempora præſtituta ad proponendum querelam non numeratæ dotis, etiamſi confeſſioni ex interuallo fuerit appoſita renunciatio dictæ querelæ, ſeu exceptionis nõ numeratæ dotis, licet maritus renunciãs ſtante lapſu temporũ, vel renunciatione excluderetur omnino à priuilegio allegandi præfatam exceptionem non numeratæ dotis, iuxta notata *ſuprà n. 21. & 24.* non tamen excluderetur ab allegatione dictæ exceptionis, ſi velit ſumere in ſe onus probandi non numerationem, iuxta tradita *n. 22. & 25.* & ſentiunt omnes Doctores *dictis numeris* allegati, & prædicta quoad eandem ſecundam ſententiam.

RESOLVTIO.

52 Quid reſoluendum. Hieronymus Gabriel *d. conſilio 163. libro ſecundo*, poſt plura prò vtraque ſententia adducta, & poſt multos Iuriſperitos diuerſimodè ſentientes, Mantic. in hac controuerſia non parum anceps, dixit, quæ ſit opinio magis communis, haud facile percipi poſſe ex aliis Doctoribus *ſuprà numer. 29.* pro prima ſententia relatis, Ioſeph Ludouicus *dicta deciſ. 66. numero 2. fine*, dixit neminem penitus primæ ſententiæ contradicere, in quo lapſus eſt verbo, cum plurimi à Gabriele, Couarruuia, Menochio, & P. Barboſa *locis ſup. n. 39.* allegati ſecundam ſententiã tenuerint. Mantica, & Velaſcus *locis ſuprà num. 29. allatis*, & Menochius *d. præſ. 12. n. 66.* dixerunt primam ſententiam eſſe magis communem. Rota *d. deciſ. 925.* apud Burattum dicit, quod Rota ſemper amplexa fuit primam ſententiam, & quod quotidie ſequitur, & non videtur, quod hodie ſit magis communis, cum recentiores Iuriſperiti plurimùm eam ſint amplexi, vt conſtat ex Doctoribus relatis *d. num. 29.* & alij ab iiſdem allegati, & in hanc eandem primam ſententiam magis inclinat Gabriel *d. conſ. 163. num. 38.* & Menochius *d. præſumpt. 12. num. 66.* dicit quod difficile eſſet in foro recedere ab eadem prima ſententia, vtpotè magis recepta.

Propterea à præfata prima ſententia, quod ſimplex confeſſio dotis receptæ conſtante matrimonio iam cõſummato facta, nondum elapſo tempore opponendi exceptionem nõ numeratæ dotis, & ſecluſa renũciatione dictæ exceptioni, vt lapſis iiſdem temporibus & adiecta renunciatione dictæ exceptionis in dubio cenſeatur facta animo donandi, ſeu titulo, & cauſa donationis, puto non recedendum, & in foro externo, & etiam in foro interno, vbi ſit dubium, & non conſtet de intentione mariti confitentis, quod fuerit confeſſus dotis receptionem animo donandi, vel ſpe futuræ numerationis, ſi enim conſtaret maritum confitentem feciſſe confeſſionem intentione futuræ numerationis, vel intentione donandi, eidem intentioni ſtandum eſſet in foro conſcientiæ, licet in foro externo non poſſet probari, & conſtare. 53

Extenditur autem eadem prima ſententia, vt procedat non ſolum quãdo maritus conſtante matrimonio confeſſus eſt, ſe recepiſſe à muliere dotem, quam aliter non conſtat recepiſſe, ſed etiam quando confeſſus eſt, ſe recepiſſe maiorem dotis quantitatem, de cuius quantitatis receptione, ſeu ſolutione aliunde, quàm per illam ſimplicem confeſſionem non apparet, vt tunc maritus cenſeatur eam confeſſionem mulieri feciſſe animo donandi: id enim probant eædem rationes *ſuprà num. 29. & ſeqq.* adductæ, & expreſſè tradunt Molina, & Sanchez *locis dicto numer. 29.* relati, & alij ex allegatis *d. num. 29.* & valet argumentum de toto ad partem. 54

Extenditur quoque, vt multò magis confeſſio de augmento dotis recepto cõſtante matrimonio facta à marito, ſcilicet, quod in augmentum dotis ab vxore res aliquas mobiles acceperit, ſi ſimus in dubio, & non cõſtet res illas mobiles fuiſſe à muliere traditas marito, cum maior ſuſpicio fraudis legis prohibentis donationẽ inter virum, & vxorem ſit in confeſſione de dotis augmento conſtante matrimonio facta, quàm in ſimplici confeſſione dotis receptæ. Nam dos ab initio matrimonij regulariter ſolet promitti, & poſtea ſolui: poſtquam autem dos ſoluta eſt, non ſolet augeri, ac proinde veriſimilior eſt confeſſio de recepta dote, quàm confeſſio de recepto augmento dotis, vbi non conſtat res, quibus conſtitutum eſt augmentum dotis, fuiſſe marito traditas, & ita talis confeſſio non probat augmentum, nec præiudicat marito confitenti, magis quam ſi eſſet expreſſa donatio. 55

Vtrum verò præfata confeſſio augmenti dotalis in rebus mobilibus conſtituti conſtante matrimonio à marito facta, ſi conſtet, ſeu probatum ſit dictum augmentum, maritoque traditas fuiſſe res mobiles, in quibus fuit conſtitutum, præiudicet non ſolum marito confitenti, & eius hæredibus, ſed etiam creditoribus, an verò ſemper præſumenda ſit facta in fraudem, vt nullo modo noceat eiuſdem creditoribus, explicant ſcribentes *in auth. ſed iam neceſſe, C. de dotis promiſſione*, Campegius *de dot. p. 1. q. 65. 66. & 67.* Gomez *ad l. 45. n. 86. reſ. 7.* Aug. Barboſ. *collect. ad d. auth. ſed iam neceſſe*, ex Doctoribus *ſup. n. 8.* relatis Mantica *d. tit. 20. n. 39.* Menochius *d. lib. 3. præſumpt. 13. n. 27. & 28.* & P. Barboſa *ad d. l. 1. p. 6. n. 38. & tribus ſeq.* reſoluitur infrà. 56

Corollaria ex præfata prima ſententia.

Primum Corollarium.

57 Ex præfata autem ſententia prima magis communiter recepta, quod ſimplex cōfeſſio dotis receptæ cōſtāte matrimonio à marito facta in dubio præſumatur facta ex cauſa donationis, ſeu ſit tacita donatio, non verò præſumatur facta ſpe futuræ numerationis ſequitur, vt non noceat marito cōfitenti, vel eius hæredibus, ſi vxor moriatur ante maritum: nam & tacita donatio morte vxoris ante virū exſpirat, & omnino inualida redditur, ſicut & expreſſa donatio facta matrimonio conſtante, vt ex Doctoribus *ſuprà num.* 8. relatis notant expreſsè Mantica *d. lib.* 11. *titul.* 20. *num.* 24. *verſic. inter eos, &c.* Molina *d. diſputatione* 439. *num* 9 *verſic. ſecundum*, & implicitè tradunt Couarruuias *d capite* 7. *num.* 4. *verſicul. ſed quod etiam, circa finem*, & Velaſcus *d. conſult.* 5. *num.* 16 *&* 17. quatenus aſſerunt in quibus caſibus donatio expreſſa inter coniuges valet, & extinguitur, ſeu expirat, eadem tacita donatio per confeſſionem mariti de dote recepta valet & exſpirat. Hinc,

Secundum Corollarium.

58 Secundò dicta tacita donatio, ſeu confeſſio à viuente marito confitente poteſt reuocari expreſsè vel tacitè, ſicut poteſt reuocari etiam donatio expreſſa in omni caſu, in quo eſt vetita, & inualida inter coniuges, ita ex eiſdem Doctoribus *d. num.* 8. relatis *d. n.* 4. *verſiculo* 4. Menochius *d. præſumpt.* 12. *num.* 69. Velaſcus *d. conſultatione* 5. *num.* 16. Molina *locis citatis*, Fontanella, Sanchez *d. diſp.* 9. *num.* 6. & Doctores communiter latè allegati ab Auguſtino Barboſa *collect. d. l.* 2. *Cod. de dote caut. non num.* & conſtat ex eadem *l.* 2. cenſeretur autem ea confeſſio, ſeu donatio tacita, & præſumpta reuocata quoad bona, quæ maritus confeſſus eſt ſe recepiſſe in dotem, ſi poſt confeſſionem illa alienauit, quemadmodum etiā donatio expreſſa à marito facta conſtante matrimonio cenſetur reuocata per alienationem rei donatæ, *l. ſi maritus, Codice de donat. inter virum, & vxorem*. Ita etiam in terminis Couarruuias, Menochius, Molina *locis modò citatis*, & Sanchez *d. lib.* 6. *de matr. diſp.* 15. *n.* 4.

59 Extenditur vt ſit locus reuocationi viuente marito, etiamſi confeſſio in inſtrumento guarentigiato, ſcilicet, quod ex diſpoſitione ſtatuti haberet vim rei iudicatæ, ſeu mandari deberet executioni, ſicut ſententia, vt poſt Socinum, Ruinum, & Pariſium tradit Menochius *d. præſumpt.* 12. *num.* 70. *& duobus ſeqq.* duplicem aſſignans rationem: vnam, quod quando principalis cōtractus præſumitur ſimulatus, & in fraudem, ſic & guarentigia ſimulata præſumitur; alterā, quia ex quo confeſſio iuris præſumptione apparet ſimulata, opponi poteſt ſimulationis exceptio non obſtante prædicto ſtatuto.

60 Extenditur quoque vt dictæ reuocationi viuente marito confitenti non obſtet lapſus temporum opponendæ exceptionis non numeratæ dotis, ſed maritus confitens quocumque tempore ante ſuam mortem poſſit eam confeſſionē, ſeu tacitam donationem reuocare. Ita Rota *deciſ.* 108. *n.* 17. apud Burattum, *& deciſ.* 683. *in recentioribus* Farinacij *n.* 11. *p.* 2. Couarruuias *d. c.* 7. *n.* 4. *verſic.* 4. Mantica *lib.* 11, *d. tit.* 20. *n.* 21. *& lib.* 21. *tit.* 8. *n.* 58. Menochius alios allegans *præſumpt.* 12. *n.* 74. Molina *d. diſp* 43. *n.* 12. Sanchez *d. diſp.* 9. *n.* 9. Rota, Mareſcottus, Fontanella *locis ſupra n.* 45 *fine* relatis, & alios allegans Stephanus Gratianus *diſcept. for. tom.* 4 *c.* 693. *num.* 12. Nam & ſi tunc ob lapſum temporum non poſſit proponere exceptionem non numeratæ dotis, poteſt tamen opponere de donatione vetita, & inualida, & ſic illam reuocare, vt *dicto numero* 45. notatum eſt, & tradit in ſpecie Rota *ibidem* allegata, & poſt eam Mareſcottus.

61 Idem dicendum ſi confeſſioni maritus etiam ex interuallo, & in alio inſtrumento adiecerit renunciationē exceptionis non numerationis. Nam & ſi renunciatio tollit beneficium, ſeu priuilegium proponendi querelam de dote non numerata etiam intra tempora opponendæ dictæ exceptionis non numeratæ dotis *vt ſupra num.* 24. probatum eſt, non tamen impedit quin maritus confitens poſſit opponere de donatione prohibita, & inualida, & ita illam reuocare *vt ſupra num.* 46. *fine* notatum eſt, & tradunt Rota, & alij Doctores *ibidem citati*.

62 Limitatur autem, vt confeſſio dotis receptæ conſtante matrimonio à marito facta mulieri, vt nequeat ante eius mortem reuocari, ſed ea præſumpta donatio irreuocabiliter valeat in omnibus caſibus, in quibus donatio inter coniuges ſtatim valet irreuocabiliter, vt expreſſe tradunt Couarruuias, Velaſcus, Molina *locis ſup. num.* 53. *citatis*, & alij à Velaſco relati. Quapropter ignobilis, ſeu plebeius diues, qui vxorem nobilem duxit aut ſenex puellam, ac pulchram, ſi poſt matrimonium celebratum in recompenſationem nobilitatis, virginitatis, ac pulchritudinis confeſſus ſit tantam vel tantam dotem ab ea recepiſſe quam non recepit, ſtatim valet confeſſio, & irreuocabilis manet ea dotis tacita conſtitutio aut augmentatio, vt tradunt Gabriel *d. conſ.* 163. *n.* 23. Velaſcus alios latè cumulans *d. conſ.* 5. *num.* 18. & Molina *loco ſupra d. n.* 53. *allegato*, & late *ſupra cap.* 8. *n.* 31. aliis Doctoribus allegatis probatum eſt.

Corollarium tertium.

63 Tertio etſi Menochius *conſ.* 81. *n.* 17. nonnullis aliis iuriſperitis antiquioribus relatis ſcripſit præfatam ſimplicem confeſſionem dotis receptæ, ſeu tacitam, & præſumptam donationem à marito conſtante matrimonio factam vxori, tametſi à viuente marito haud reuocatam non confirmari eiuſdem mariti morte, ſuperſtite vxore allegans *l. donationes quas parentes* (ex quo tamen id non deducitur) *Cod. de donationibus inter vir. & vxorem.* Nihilominus communis opinio eſt, quod antea non reuocata morte mariti confitentis confirmetur, & noceat eius hæredibus ſicut aliæ donationes factæ inter virum, & vxorem ipſius donantis morte confirmantur: ita Roland. Cauagnolus *in annot. ad dictum conſil* 81. Menochij *num.* 41. ex Doctoribus *ſupra num.* 8. relatis Ioſeph Ludouicus *d. deciſ.* 66. *num.* 3. Couarruuias *d. c.* 7. *n.* 4. *verſ. ſed quod etiam, circa finem*, idem Menoch. *d. præſumpt.* 12. *num.* 3. 38. *&* 67. Mantica *d. tit.* 20. *n.* 24. *verſic. inter eos*, Velaſcus *d. conſult.* 5. *n.* 16. P. Barboſa *d. p.* 6. *n.* 29. Fontanella *d. p.* 1. *n.* 76. Borellus *d tit* 3. *n.* 223. Molina *d. diſp.* 436. *n.* 9. *verſic. ſecund.* Sanchez *d. diſp.* 9. *n.* 6. & plurimi alij à Mantica, Menochio, Velaſco, Borello relati, & Rota allegata *deciſ.* 108. apud Burattum, & alij recentiores relati ab Auguſtino Barboſa *collect. d. l.* 2. *n.* 2. *C. de dote cauta non numerata*, qua *l.* 2. præfati Doctores ferè omnes probant hanc communem dum abſolute *ibidem* decernitur, quod dos, & eius augmentum confeſſata animo donandi antea non reuocata morte confitentis confirmatur, quam *legem* 2. loqui non ſolum de confeſſione dotis receptæ factæ expreſſe animo donandi, ſed etiam de ea confeſſione dotis receptę matrimonio conſtante facta à marito ex cauſa donationis non expreſſa, & de qua clarè non conſtat, ſed tamen præſumpta.

64 Et licet ex eo, quod vt donatio inter virum, & vxorem morte confirmetur, requiratur præcedens rei traditio *l. Papinianus*, *ff. de donationibus inter virum & vxorem*, & Doctores quos Velaſcus *d. n.* 16. refert aliqua

quia Borello *d.tit.3.num* 224 dixerint eam confeſſionem ſeu præſumptam donationem confirmari morte, ſi præceſſiſſet rei traditio. Nihilominus præmoriente marito confitente abſque alia traditione rei, confirmari præfatam confeſſionem, ſeu tacitam, & præſumptam donationem, tradunt plurimos alios allegantes Vaſquius *quæſtionum illuſtrium lib.3. capit. 46 numer.* 10. Couarruuias, Menochius, Valaſcus *loc. citatis*, Baldus Nouellus *de dote d.p.*10. *n.*7. dicens eſſe communem opinionem Borelius *d.tit.3.num.*25. Fontanella *d.p.1.num.*72. Molin. *d. diſput.* 430. *num* 8. *fine*, Sanchez *d.diſput.9. numer.3. verſicul. quod ſi obiicias*, & Auguſtinus Barboſa *d.collect.ad d.l.2 numer.*4. id probantes, quod eadem dotis receptæ confeſſio habeat vim traditionis, *d.leg.*2. per quem textum Velaſcus *dicto num.* 16. *fine*, ait ſingulare eſſe in hoc caſu, vt huiuſmodi confeſſio de dote recepta etiam pro traditione habeatur: quem textum ita etiam intelligunt Gloſſa, & Bartolus *ibidem*, & eſſe communem intellectũ tradunt idem Velaſc. & Vaſq. *d. n.*10 vbi in fine ait, ſpeciale eſſe in donatione dotis aut augmento dotis, quam conſtante matrimonio maritus facit vxori, vt abſque alia rei traditione morte donantis confirmetur, adducens rationem *ſuprà numer.* 12. *fine*, pactum ſcilicet, quia cum dos ſui natura conſtante matrimonio penes maritum eſſe debeat, tam quoad proprietatem, quàm quoad poſſeſſionem, *l.doce ancillam, Cod. de rei vendic.* fruſtra fieret eius traditio conſtante matrimonio, cum ſtatim ad maritum reuerſura eſſet, ſicque eius retentio breui manu pro traditione habetur, quaſi breui manu & mulieri tradita, & illico ad maritum reuerſura.

65 Eandem etiam donationẽ morte viri confirmatam retrotrahi ad tempus factæ confeſſionis ſeu donationis, quoad fructus, & partus medij temporis, tradunt idem Mantica *d.tit.7. num.*26. alios latè allegans, & ex præallegatis Ioſeph Ludouicus *d.num.4.& n.*3. Cauagnolus *locis num.*63. allegatis, Borellus *dicto tit.3.num.*214. & 226. alios allegans, & alios pariter allegans Auguſt. Barboſa *Collectaneo ad d.l. donationes, quas parentes, num.*22. & 23. Dixi *quoad fructus*. Nam quoad dominium, ſeu proprietatem non retrotrahi eam ſimplicem confeſſionem, ſeu donationem ad tempus factæ donationis, ſentiunt magis communiter Doctores, quos referunt, & ſequuntur Ioſeph Ludouicus *d. num.* 33. & Mantica *d.titulo 7.num.*24. & Borelius *d.tit.3. num.* 266. ex quo fit, vt licet ea ſimplex confeſſio, & tacita donatio morte viri confirmata, cum retrotrahatur ad tempus factæ donationis, ſolum reſpectu fructuum medij temporis, nõ reſpectu dominij præiudicet poſterioribus mariti creditoribus reſpectu fructuum, non autem reſpectu dominij, reſpectu cuius perinde eſt, ac ſi facta eſſet tempore mortis mariti, vt poſt alios Ioſeph Ludouicus *dicto numero* 33. Borelius *dicto numero* 226. Nec etiam nocet poſterioribus creditoribus habentibus cauſam onerofam, ſecus ſi lucratiuam, vt poſt Campegium *de dote p.1. quæſt.*53. *num.*1. & alios Ioſeph Ludou. *d.deciſ.*66. *n.*34. & Borelius *d.n.*226.

Præfata ſimplex confeſſio dotis receptæ, ſeu tacita donatio non reuocata morte viri, an confirmetur, ſi excedat ſummam ſextorum quingentorum aureorum.

66 Porrò, quod dictum eſt, eam ſimplicem confeſſionem & donationem tacitam à marito conſtante matrimonio factam vxori non reuocatam confirmari morte eiuſdem mariti, eſſe intelligendum, dummodo dicta confeſſio dotis receptæ non excedat ſummam aureorum quingentorum antiquorum (quos hodie conſtituere ſexcentos aureos notat Ioſeph Ludouicus *dicta deciſ.* 66 *num.*9. Roland. *conſ.*93.*num* 41. *lib.*1. Clarus *lib.4. ſent. verbo donatio, quæſt.* 15. *initio*, & alij relati à Borello *in ſum. deciſ p.3.titul.11. n.*75. qui *à num.*74. latè explicat, quot aurei hodie correſpondeant aureo antiquo) ita quòd ſi illam ſummam excedat, abſq; inſinuatione prius facta etiam poſt mariti mortem non confirmetur, nec valeat, argumento *legis ſancimus, Codic. de donationibus, & § perficiuntur. Inſtit. eodem*, tradunt poſt alios Ioſeph Ludouicus *d.dec.66.num.*3. Mantica *d lib.* 11. *eodem tit.20. num.25.& lib* 21. *titul.7. num.*27. Menochius *allegato lib.3. d præſumpt.* 12. *num.* 40. & Rota *d.deciſ.*108.*num.*14. apud Buratum: licet enim fauore dotis non requiratur inſinuatio, *d. l. ſancimus*, & probatum eſt *ſupra cap* 8. id tamen (vt notat Ioſeph Ludouicus *dicto num.3.*) intelligitur de dote, ſeu donatione emanante à perſonis permiſſis, minimeque prohibitis, puta à patre, fratre, extraneo, non verò ſi à marito, & conſtante matrimonio, inter quem, & vxorem eſt prohibita donatio.

Virum verò licet aliàs donatio vltra quingentos 67 aureos non inſinuata valeat *infrà* quingentos, & ſolum vltra quingentos non ſubſiſtat, *d.l. ſancimus, verſ. quid autem, & l. ſi quis argentum, Codice de donat.* ita etiam præfata confeſſio, ſeu donatio à marito facta vxori vltra quingentos aureos morte eiuſdem mariti cõfirmetur *infrà* quingẽtos, & ſolum quoad exceſsũ, & vltra quingentos non ſubſiſtat; nullo modo donationem præfatam, & quamcumque aliam donationem à marito conſtante matrimonio vxori factam, vel è contra ſummam quingentorum aureorum excedentem non inſinuatam morte coniugis donantis confirmari, ſed eſſe nullam etiam pro parte, & *infra* quingentos, ex præallegatis Doctoribus ſentiunt Mantica, Menochius, & Rota *locis relatis*, & priùs docuerunt Socinus *in lege* 1. *num.97. ff ſoluto matrimonio*, Salycetus *in lege donationes quas parentes, Codice de donationibus inter virum & vxorem*, Rolandus *conſ.*63. *numero* 13. *verſiculo non obſtare*, & alij à Rota *ibidem*, & à Sanchez *de matr. lib 6 diſp.*14. *num.*25. *initio* relati, eo quod tam ratione rei, quam perſonæ ſit prohibita, & confirmant per textum *in d. l. donationes quas parentes*, ibi, *nam amplioris quantitatis*, vbi ſimpliciter, genericè, abſolutè, & indiſtinctè videtur definitam donationem inter coniuges excedentem ſummam quingentorum aureorum, non inſinuatam morte donantis non confirmari. At contrarium, & morte cõiugis donantis confirmari in parte vſque ad ſummam quingentorum aureorũ, & remanere nullam ſolum quoad exceſſum, ſentiunt Clarus *l.4.ſent. verbo donatio, q.*17. *n.*3. Gomez *dicto tom.2.cap.4. n.*18. *verſic. ſed ego*, Molina *de iuſt.& iur.tom.2.diſ.*289. Sanchez *d.diſp* 14. *eodem num.25. verſic. ſed contrarium*, & plures alij ab iiſdem, præſertim à Sanchez relati: idque aiunt probari eodem textu *d.l. donationes quas parentes*, ſi benè conſiderentur illa verba, *nam amplioris quantitatis donationem minimè inſinuatam, nec per ſilentium eius qui donauit, confirmari concedimus.* Quibus verbis non declaratur nulla tota donatio, ſed dicitur non confirmari ſolum in pacto exceſſiua: aiunt verò iidem Doctores, præſertim Sãchez, non obſtare defectum perſonæ, quia ſuppletur per durationem in eadem voluntate vſque ad mortem, & morte ſequuta confirmationem & defectum rei, nempe inſinuationis, non debere magis in his donationibus inter coniuges nocere, quia in alijs quæ in ſolo exceſſu annullantur, remanent validæ quoad ſummam permiſſam, vt dictum eſt iuxta *d. leg. ſancimus, & d.lege ſi quis argentum.*

An verò donatio excedens ſummam permiſſam ex iu- 68 ris diſpoſitione, vt quoad exceſſum firmiter ſubſiſtat, requirẽs inſinuationem valeat quoad eundem exceſſum

ſi

ſi à donante inſinuationi renunciatum fuerit inſinuationi, legive illam exigenti, vt firmiter valeat. Non poſſe renunciari eſt communis Doctorum ſententia, cum legi inducenti ſolemnitatem aliquam pro forma, vt actus firmiter valeat, non poteſt renunciari *arg. l. nemo poteſt*: ita Gomez *d. cap. 4. n. 7.* Borellus *in ſumm. deciſ. tom. 3. tit. 11. numer. 79.* Lud. Molina *de iuſtitia tom. 2. diſp. 278. numero 7.* & alij innumeri, quos Borellus refert. Dixi vt firmiter valeat, nam donationem vltra ſummam à l. requirente inſinuationem, quoad exceſſum eiuſdem ſummæ permiſſæ validam ipſo iure, & parere non ſolum obligationem naturalem, ſed etiam producere actionem in foro externo, competere tamen exceptionem deficientis inſinuationis, affirmaſſe Bartolum, & communiter Doctores *in leg. cum lex ff. de fideinſſoribus*, teſtatur Vaſquius *de ſucceſſionum creatione §. 20. numer. 24.* vt notaui *tom. tertio mor. var. tit. 3. numer. 253.* vbi id latè probaui, ad quem locum remitto Lectorem.

Donatio vltra ſummam permiſſam iuramento firmata, an iuramento confirmetur omiſſa inſinuatione quoad exceſſum.

69 Num autem, ſi renunciatio inſinuationis fuerit iurata, ac iuramento de non contraueniendo firmata, tunc donatio firmiter valida ſit abſque inſinuatione quoad exceſſum vltra ſummam permiſſam, ita quod iuramentum ſuppleat defectum inſinuationis, vt neque in foro interno, neque in foro externo competat donanti ius repetendi illum exceſſum iam traditum, vel excipiendi defectum inſinuationis donatario illum exceſſum petenti, eſt quæſtio multùm inter Doctores controuerſa, & pro vtraque opinione ſtant innumeri Doctores negantes donationem cum renunciatione inſinuationis iurata vllum valorem, vllamve firmitatem accipere, referunt Clarus *d. l. 4. ſent. verbo donatio, quæſtione 18. num. prim.* & latius Borellus *dict. titulo 11. numero 80. & tribus ſequentibus*, & Vaſquius *de ſucceſſionum creatione §. quinto, initio num. 3. & 4.* vbi illos ſequitur, & dicit eſſe veram, & communem opinionem de iure ciuili, & procedere etiam de iure Canonico, plurima ad id probandum adducens, & eandem opinionem approbat Additionator ad Clarum *d. v. donatio, quæſt. 15. litera D.* aſſerens pariter eſſe opinionem communem, additque rationem eſſe, quia inſinuatio eſt introducta ad publicam vtilitatem, cuius intereſt, ne quis re ſua malè vtatur, & iuramentum contra publicam vtilitatem non valet, addi poteſt confirmatio, quia Gomez & Molina *locis numero præcedenti relatis* renunciationem inſinuationis non valere probant ea ratione, quod qua facilitate, fraude, errore, metu, aut vi quis induceretur ad donandum, induceretur ad renunciandum inſinuationi, atque ita lex nullius eſſet momenti, neque occurreret incommodo, cui ſubuenire intenderet, & conſequenter renunciatio non debet valere: quæ ratio videtur habere locum etiam in iuramento renunciationi vel donationi addito, ad quod iiſdem modis, quibus ad donationem, & renunciationem inſinuationis donans adduceretur.

70 Doctores contrariæ opinionis affirmantis donationem excedentem ſummam permiſſam omiſſa inſinuatione, cui renunciatum ſit iuramento non contraueniendi, firmari eodem iuramento, & valere quoad exceſſum late referunt Clarus *dict. numero prim.* Borellus *d. tit. 11. numero 84. ad numer. 90.* & Ioſeph. Lud. *d. dec. 66. numero ſext. & duobus ſequentibus*, quæ opinio his temporibus eſt communis ex notatis ab iiſdem, qui & canonici ſequuntur: eandem etiam tenent Menochius *conſ. 192. numero prim.* Gomez *d. cap. quart. numer. 8.* & Ludouicus Molina *diſp. 278. numer. 8.* & ab ea in conſulendo, & iudicando non eſſe aliquo modo recedendum dicit Clarus *dict. numer. prim.* & idem dicit Borellus *d. tit. 11. numer. 87. 88. & 89.* idque maximè ad euitandum periurij periculum pro animarum ſalute, ac pro religione eandem probant præſertim Gomez, & Molina ex eo, quod illud iuramentum non tendit contra bonos mores, nec in præiudicium conſcientiæ, & ſalutis æternæ, [cum donare vltra ſummam permiſſam, ſeu vltra quingentos aureos, non ſit ex ſe malum, nec etiam iure ciuili prohibitum, ſed ſolùm ſi ſine inſinuatione fiat quoad illum exceſſum redditur nulla, & infirma, vt contra donationem competat exceptio defectus inſinuationis, iuxta notata *ſuprà numer. 68.*] nec contra publicam vtilitatem principaliter: ergo debet habere ſuum effectum, & reddere validam donationem *arg. c. cum contingat, de iureiurando, cum ſimilibus*; ſicut etiam alienatio bonorum etiam immobilium minoris ſine ſolemnitatibus à iure ciuili præſcriptis iuramento minoris confirmatur, & valida redditur, & obligans in vtroque foro, vt conſtat ex *lib. prim & auth. Sacramenta puberum, Codic. ſi aduerſus venditionem*, & notaui *in tomo tertio mor. var. titulo 3. numero 170. fine*, limitatur autem hæc communis hodie recepta ſententia, vt etiamſi cum iuramento renunciatum fuerit ipſi inſinuationi à donante, nihilominus ſi fraude vel metu donatio facta fuerit, nulla ſit ea donatio carens inſinuatione, cui eſt renunciatum; nam dolus, vis, & fraus, ac metus renunciationem annullant, quando ex his extorquetur, *leg. data, Codic. de don.* & alios latè allegans Borellus *d. tit. 11. n. 91. & 92.*

Quamvis autem aliqui, quos referunt Clarus *dicta* 71
quæſtione 18. numer. ſecund. & Gomez *d. cap. 4. numer. 8. fine*, voluerint donationem quoad exceſſum ſupra ſummam permiſſam firmari, & validam effici iuramento ſolum, quando ſimul fuit renunciatum inſinuationi, ſecus verò ſi inſinuationi non fuerit renunciatum, ſed ſimpliciter donator iurauit donationem, eique non contrauenturum, nihilominus etiam ſimplicem donationem abſque inſinuatione, cui non fuerit renunciatum, ſi ei additum fuerit iuramentum, firmari iuramento aſſerunt expreſsè Gomez *d. numer. 8.* Molina *d. diſp. 278. numero 10.* & in hanc ſententiam [etſi dicat à contraria, quam ait eſſe opinionem Legiſtarum, & Canoniſtarum, forte conſulendo, aut iudicando non eſſe recedendum] in qua videtur, inquit, militare idem fauor animæ, inclinat Clarus *d. numer. 2. fine*, ita etiam ſentire videntur Menochius, & Ioſeph Ludouic. *locis numero præcedenti relatis*; & ita tenendum, cum vere etiam in donatione ſimili iurata nulla facta inſinuationis renunciatione militet ratio ipſa *num. præcedenti* adducta.

Ampliatur autem eadem communis ſententia, vt 72
donatio abſque inſinuatione iurata valeat quoad exceſſum ſupra ſummam permiſſam, etiamſi inſinuatio ex forma legis, vel ſtatuti deberet interuenire in ipſo actu donationis. Ita Clarus *d. q. 18. n. 3.* Quod verò poſtea idem Clarus addit, ſcilicet ſi lex, vel ſtatutum requireret donationem ipſam inſinuari intra certum tempus, puta infra menſem à die celebrati contractus, vel aliud ſimile tempus, eo caſu iuramentum appoſitum contractui donationis non confirmaret donationem non inſinuatam intra illud tempus à ſtatuto definitum [vt tradidiſſe Federicum de Senis *conſilio 181.* & eſſe communem opinionem, Curtio iuniore atteſtante *conſilio 141. numero 27.* refert idem Clarus, eo quod iuramentum regulatur ſecundum tempus contractus, & ideo ſi poſtea ſuperueniat cauſa, ex qua contractus nullus

reddatur

reddatur, non poteſt virtus iuramenti ad illius confir-
mationem extendi, licet videatur ſatis probabile, nihi-
lominus Molina *d.diſp.278.num.10.verſic.falſum tamen*,
qui præcipue probat, quia iuramentum, quo talis pro-
miſſio, ſeu donatio confirmatur, firmitatem ex ſe ſolo
donationi tribuit, & ſupplet inſinuationem, ita vt poſt
illud ſit ſuperfluum, ac proinde ob defectum inſinua-
tionis non poſſe reddi nulla.

*Si confeſſio dotis receptæ à marito facta vxori
conſtante matrimonio fuerit iuramento pro-
miſſorio, ſiue aſſertorio, ſiue vtroque, ſimul ro-
borata, donatio, quæ ex ea confeſſione præſumi-
tur, confirmatur tali iuramento.*

73 Cæterum reddendo vnde parum diſceſſimus, magna
controuerſia eſt inter Doctores: An ſicut præſumpta
donatio ex ſimplici confeſſione dotis receptæ facta vxo-
ri à marito conſtante matrimonio morte eiuſdem ma-
riti ſuperſtite vxore confirmatur, & nocet mariti hære-
dibus, iuxta tradita *ſupra num.63.* ita eadem præſumpta
donatio, ſi præfata confeſſio dotis receptæ conſtante
matrimonio vxori facta (quæ iuris præſumptione præ-
ſumitur tacita donatio, vt in præcedentibus probatum
eſt) iuramento ei addito confirmetur, irreuocabilis red-
datur, & ſic ea confeſſio iurata noceat marito, vt non
poſſit amplius opponere non ſolum de non numerata
dote, ſed nec de donatione inualida. Procedit autem hæc
controuerſia, ſuppoſito, quod donatio expreſſa inter cō-
iuges facta iuramento firmata eodem iuramento con-
firmatur, & à coniūge donante nequeat reuocari. Nam
licet non defuerint plurimi Doctores, quos referunt
Clarus *lib.quart. ſent.§. donatio, quæſt.9. numero tertio*,
Mantica *de tacitis, & ambig.conuent. lib.21. titulo 8.nu-
mero 36.* Borellus *in ſumm.deciſion.tom.3.titul.9.num.46.*
& Fachineus *controu.iuris lib.3.c.81.* qui ſenſerint dona-
tionem inter virum, & vxorem non firmari iuramen-
to, neque irreuocabilem reddi, ad cuius ſententiam
plurimos adducit idem Mantica *d.tit.8.n.15. ad 49.* Ni-
hilominus contraria ſententia, quod iuramento firme-
tur, & irreuocabilis reddatur, eſt communis, & recepta
ſententia apud Legiſtas, Canoniſtas, & Theologos, &
pene infinitos Doctores eam tenentes referunt iidem
Borellus *dict. titulo 6. num.45.* Fachineus *dict. cap. 81.*
Clarus *d.num. tertio*, & Mantica *dict. tit.8. numero.14.
vbi fine* addit non ſolum eſſe hanc ſententiam frequen-
tiſſimo calculo receptam, ſed à iuribus, & rationib. con-
probatam ab eodem *à num.1.ad 15.* adductis, & Clarus
d.numero 3. fine, cum Couarruuia *in Rubrica de teſta-
mentis in 2. parte numero* 10. dicit ab hac ſententia ho-
die apud Doctores indubitabili non eſſe iudicando, aut
conſulendo recedendum, cum poſſit hoc caſu iuramen-
tum ipſum ſeruari ſine detrimento ſalutis æternæ, ac
proinde ſeruandum ſit. Cum non ſit præſtitum ſuper
promiſſione, quæ dici poſſit eſſe contra bonos mores;
donare enim licet ſit inter virum, & vxorem interdi-
ctum, non eſt ex ſe malum, nec eſt iure ciuili omnino
prohibitum, vt donatio prorſus ſit nulla, vt coniux do-
natarius ſit prorſus incapax, ſed ius ciuile permittit vt
morte coniugis donantis firmetur, & valeat, neque etiā
eſt principaliter, & directe contra bonum publicum,
atque adeo nulla apparet ratio, ob quam tale iuramen-
tum non debeat obſeruari: ex quibus ſequitur, quod ſi
in confeſſione dotis receptæ conſtante matrimonio à
marito mulieri facta ſcriptura priuata, vel publica
conſtaret clare eum habuiſſe animum donandi vxori,
cum tunc eſſet donatio expreſſa, nullum eſſet dubium,
eam iuramento à marito eidem confeſſioni addito de il-
la confeſſione non reuocanda, & de dote confeſſata
reſtituenda firmari, & irreuocabilem reddi, ſicut quæ-
libet alia donatio inter virum, & vxorem ſimili iura-
mento firmatur, & id ab omnibus Doctoribus, qui in-
fra allegantur, & ab aliis communiter admittitur, vt
etiam expreſſè notant Baldus Nouellus *de dot.p.10.
n.10. verſic. & quidem quando donatio facta eſſet per mo-
dum expreſſum.*

Controuerſia ergo inter eos eſt, an quando non con- 74
ſtat maritum, qui conſtante matrimonio in publico in-
ſtrumento ſimpliciter confeſſus eſt ſe ab vxore recepiſſe
dotem (de cuius numeratione aliunde non apparet) nec
conſtat coſeſſionem feciſſe animo donandi, neque etiam
ſub ſpe futuræ numerationis, quo caſu iuxta commu-
nem ſententiam, de qua *ſupra à n. 29. ad 39. & n.48.
& duob. ſeqq.* præſumitur maritus feciſſe confeſſionem
animo donandi, præſumiturne confeſſio continere ta-
citam donationem, an huiuſmodi tacita, & præſumpta
donatio ex ea confeſſione dotis receptæ facta conſtante
matrimonio iuris præſumptione reſultans iuramento
firmetur, & irreuocabilis efficiatur, ſicut firmatur ex-
preſſa donatio inter virum, & vxorem ſi iuramento fue-
rit confirmata. Ad cuius controuerſiæ clariorem expli-
cationem aduertendum, iuxta Doctores, qui infra citan-
tur, & alios præfatæ ſimplici confeſſioni factæ, ſeu quæ
fit à marito vxori conſtante matrimonio, duplex iura-
mentum poſſe apponi, ſcilicet confirmatorium, ſeu
promiſſorium reſpiciens factum futurum, vt ſi maritus
confiteatur in inſtrumento ſe recepiſſe dotem ab vxore,
& iureiurando promittat, ſe non contrauenturum, & ſo-
luturum ſeu reſtituturum dotem confeſſatam: Alterum
aſſertorium reſpiciens factum præteritum, vel præſens,
vt ſi in inſtrumento maritus confiteatur, ſe recepiſſe
dotem, & iuret ſe vere dotem recepiſſe, vel iuret ſe ac-
cepiſſe dotem, vel iuret vera eſſe omnia contenta in In-
ſtrumento, quæ iuramenta confeſſioni tripliciter appo-
ni à marito poſſunt, vt notat Mantic. *d.l.21. tit.8.n.53.
fine.* Nam priùs apponi poteſt tantum iuramentum cō-
firmatorium, ſeu promiſſorium, vt ſi confiteatur ſimpli-
citer ſe dotem recepiſſe, & addat iuramentum de non
contraueniendo, & de ſoluenda, ac reſtituenda dote. Se-
cundo poteſt in confeſſione interponi ſolum iuramen-
tum aſſertorium, vt ſi confiteatur recepiſſe dotem, &
iuret tantum ſe verè rem dotalem accepiſſe, ſeu tantum
iuret dotem recepiſſe, vel iuret vera eſſe omnia conten-
ta in inſtrumento, non addens iuramentū de obſeruādo
& de non contraueniendo. Tertio modo poteſt in con-
feſſione interponi ſimul vtrumque iuramentum, vt ſi
maritus confiteatur, & iureiurando affirmet, ſe verè do-
tem recepiſſe, vel vera eſſe omnia in inſtrumento
contenta, & etiam iureiurando promittat obſeruare, &
non contrauenire, & dotem confeſſatam reſtituturum.

*Donatio tacita, & præſumpta ex confeſſione dotis
receptæ à marito facta vxori conſtante matri-
monio, an confirmetur per iuramentum promiſ-
ſorium confeſſioni additum.*

Prima igitur difficultas eſt, an præfata præſūpta do- 75
natio inducta ex confeſſione dotis receptæ conſtante
marito facta vxori confirmetur iuramento promiſſorio
ſolo in eadem confeſſione interpoſito, quia ſcilicet ma-
ritus ſimpliciter ſit confeſſus dotē recepiſſe, & iurauit
ſe obſeruaturum, & non contrauenturum, & reſtitutu-
rum dotem: & prima ſententia eſt, non confirmari, ita
ex Doctoribus *ſuprà hoc capit. numero* 8. relatis, Co-
uarruuias *d.l.7.var.citat.cap.7.n.5.immediatè ante verſi-
culum, quod ſi.* Menochius *lib.3.d.præſumpt.12. num.45.*
Mantica *de tacit. & ambig. coniectur. libro 11. titul.20.
numer. 20. verſic. neque*: eiuſdem ſententiæ Doctores
plures alios referunt Menochius *dict. præſumptione 12.
num.43.* Baldus Nouellus *d.part.10. citato n. 10. verſic.*
tam

tam quando conſurgit, Borellus *in ſumm. deciſ. tom. 3. tit. 9. num. 49. fine*, & Sanchez *de matrimonio libro ſexto diſp. 12. n. 2.* ita etiam ſentiunt Doctores, qui ſimpliciter & nō diſtinguentes de iuramento promiſſorio, vel aſſertorio affirmant præfatam donationem præſumptam reſultantem ex confeſſione dotis receptæ à marito facta conſtante matrimonio, iuramento non confirmari, neque irreuocabilem reddi, quorum plures referunt Maſcardus *de probat. concl. 362. num. 4.* illi adhærens Clarus eos ſequens *d. libro quarto ſent. §. Donatio, quæſt 9. numer. quarto* Borellus *dicto titulo 9. eod. num. 49. initio*, Mantica *d. tit. 20. n. 27.* Probatur hæc ſententia primò allegando differentiam inter donationem expreſſam inter virum, & vxorem, & præſumptam ex dotis receptæ confeſſione: nam in prima conſtat de conſenſu vero donantis, in altera vero ſolum præſumpta non conſtat de conſenſu, ſed fallax eſt, & ſæpe deeſt conſenſus, & præſumptio eſt contra veram intentionem donantis, qui potuit feciſſe confeſſionem ſpe futuræ numerationis, iuramentum vero non confirmat actum carentem conſenſu & ſimulatum, iuxta Gloſſam communiter receptam *in lege tertia, Codice plus valere*, per textum *in lege non dubium, Codice de legibus, & lege nemo poteſt, de legat. 1.* confirmatur, quia iuramentum ſequitur naturam actus ſuper quo interponitur *l. vltima, Codic. de non numerata pecunia.* ergo non poteſt confirmare & reddere validam eam confeſſionem dotis receptæ ſimulatam carentem conſenſu, & nullam, & etiam inualidam, vtpote factam in fraudem legis prohibentis donationem inter virum & vxorem. Secundò probatur, quia duo ſpecialia illud iuramentum induceret, contra *leg. primam Codice de dotis promiſſione*, vnum vt confeſſio illa præſumatur facta animo donandi, quod ſecluſo iuramento non præſumeretur, alterum vt ea donatio præſumptā reddatur eodem iuramentu irrēuocabilis.

77 Secunda ſententia longè verior & tenenda aſſerit præfatam donationem præſumptam ex ea dotis confeſſione facta cum appoſito iuramento promiſſorio de non contraueniendo, & de reſtituenda, ſeu ſoluēda dote vxori vel eius hæredibus eo iuramento confirmari, & irreuocabilem reddi, & ita nocere marito, & eius hæredibus: ita ex Doctoribus *ſupra numer. 8.* relatis Baldus Nouellus *de dote parte 10. num. 10. verſiculo tamen quando*, Mantica *de tacitis, & ambiguis conieſt. lib. 21. tit. 8. n. 51.* Ioſeph Ludouicus *deciſione 66. numer. 1. part. 2.* Velaſcus *conſult. 5. numer. 10.* Fachineus *contr. iur. lib. 8. capite 77.* Borellus *in ſumma deciſ. tom. 1. titulo 3. num. 206.* Molina *de iuſtit. tom. 2. diſput. 439. numer. 10.* Sanchez *de matr. lib. 6. diſp. 12. num. 4.* Rebellus *de obligat. iuſt. p. 2. lib. 6. quæſt. 10. ſect. 2. n. 13.* & Iuriſperiti magis communiter, quos cumulant Antonius Gabriel *comm. lib. 3. titul. de donat. concluſ. 3. & locis citatis* Borellus, & Mantica, qui expreſſe dicit eſſe magis communem ſententiam, quæ probatur primo, quia ſicut iuramētum promiſſorium firmat, & irreuocabilem reddit expreſſam donationem inter virum, & vxorem, *vt ſupra* notatum eſt; ita oportet, vt firmet, & irreuocabilem reddat tacitam, & præſumptam inductam ex ea confeſſione dotis receptæ, & ſic idem operetur iuramentum in facto, quod in expreſſo, *arg. leg. cum quid, ff. ſi certum petat. & leg. de quibus, in fin. ff. de legibus cum ſimilibus.* Neque ideo concurrunt duo ſpecialia in iuramento, cum ex confeſſio dotis receptæ facta conſtante matrimonio in dubio præſumatur tacita donatio, etiamſi facta fuerit ſine vllo iuramento, vt probatum eſt *ſupra num. 29. & ſeqq.* licet iuramentum additum magis, ac magis oſtendat animum donādi. Secundo probatur hæc ſententia ratione *ſupra num. 73.* adducta, qua probatur donationem expreſſam inter virum, & vxorem eodem iuramento promiſſorio confirmari, & irreuocabilem reddi, ſcilicet quia hoc iuramentum ſeruari poteſt ſine præiudicio conſcientiæ, ſeu abſque vlla culpa, & detrimēto ſalutis æternæ; cum illa præſumpta donatio, ſicut & expreſſa non ſit in ſe mala, nec contra bonos mores, aut contra publicam vtilitatem principaliter, neque etiam eadem donatio præſumpta ex præfata confeſſione dotis receptæ ſicut & donatio expreſſa inter virum & vxorem, ſit iure ciuili omnino, & abſolute prohibita, & prorſus, & ſemper nulla. Cum ea viri donantis morte confirmetur, ac proinde vxor talis donationis non ſit prorſus incapax, ſed capax illius mariti donantis morte ſuperueniente. Neque etiam ea donatio præſumpta eſt ficta, & apparēs tantum, in qua deficit conſenſus mariti confitentis, & tacite donantis, quia ſupponitur confeſſionem dotis receptæ, quam non recepit, factam conſtante matrimonio, à marito factam fuiſſe non ſpe numerationis, ſed animo donandi, vt ius præſumit, & ſic in ea donatione tacita, & præſumpta adeſſe verum conſenſum, etſi tacitum, & præſumptum, ſiquidem conſenſus à iure præſumptus eſt verus conſenſus, quapropter nihil obſtat, quin ea donatio præſumpta iuramento promiſſorio poſſit confirmari, & de facto eo appoſito confirmetur, & maritus non poſſit poſtea eam reuocare abſque crimine periurij, ex quo fit, vt ſit prorſus valida, & irreuocabilis.

Ex quibus manent ſoluta argumenta prioris ſententiæ 78
non ſolum ſecundum & primum, nam etſi dum maritus conſtante matrimonio confitetur ſe recepiſſe dotem, quam non recepit, ea confeſſio dicitur ſimulata, quia dos non eſt recepta, & fit animo donandi in fraudem legis, ſeu edicti prohibitionis donationis inter virum, & vxorum, non eſt ſimulata abſolute & ficta, quia cum fiat animo donandi, continet veram donationem tacitam, & præſumptam, cui ineſt verus conſenſus tacitus, & præſumptus, & ita ea præſumpta donatio non eſt facta, & non habens conſenſum verum, licet habeat ſolum tacitum, & præſumptum, *vt numero præcedenti* explicatum eſt; vnde etiam hic non procedit illud, quod iuramentum non confirmat actum ſimulatum, non intelligitur de actu ficto, & apparenti, cui deeſt omnino conſenſus; non vero de actu, in quo verus conſenſus partium tacitus, & præſumptus, vt in præſenti, cum confeſſio dotis receptæ præſumatur facta vero animo donandi. Quare etiam falſum eſt, eam donationem præſumptam eſſe omnino ſimulatam, & nullam, & prorſus inualidam, quia non eſt omnino prohibita, vt explicatum eſt. Quamquam iuramento promiſſorio confirmētur etiam actus à lege ciuili prohibiti, quando ex ſe non ſunt mali, & contra bonos mores, aut contra bonum publicum principaliter, nec vergunt in alterius præiudicium, vbi abſque errore, vi, & dolo ſit præſtitum, cum poſſit tunc ſine diſpendio ſalutis æternæ ſeruari, *capite cum contingat, de iureiurando*, & *capite quamuis, de pactis in 6.* & vtrobique ſcribentes.

Et prædicta quidem ſuppoſita illa communi ſenten- 79
tia, quod confeſſio dotis receptæ conſtante matrimonio à marito facta vxori iuris præſumptione cenſeatur facta animo donandi, frequentiori calculo procedunt in foro externo. At in foro conſcientiæ ſi confeſſio facta non fuit animo donandi, ſed ſpe numerationis futuræ, iuramentum confeſſioni appoſitum de dote in futurum ſoluenda, ſeu reſtituenda non obligat, eo quod promiſſio illa iurata habeat tacitam conditionem, ſi dos poſtea numeretur, & tradatur: ita Molina *dicta diſputatione 436. numer. 10. paulò poſt principium.* In foro enim interno, & conſcientiæ ſtandum eſt intentioni ipſius confitentis, ſicut dicitur de vouente, ſi autem non conſtet de intentione mariti confitentis, ſed ipſe maritus dubitet, an confeſſus fuerit ſe recepiſſe dotem animo donandi, vel ſpe futuræ numerationis, tunc cum iuris præſumptione cenſeatur ea confeſſio facta animo donandi, iuramentum additum de non contraueniendo, & de ſoluēda, ſeu reſtituēda dote obligaret

etiam

etiam in foro conſcientiæ, quia cum eo caſu attenta eius præſumptione, & communi Doctorum ſententia ea confeſſio ſi cenſeatur facta animo donandi & contineat donationem, poſſeſſio ſtat pro donatione, & in dubio etiam præſumptioni iuris non fundatæ in facto particularis, ſtandum eſt non ſolum in foro externo, ſed etiam in foro interno, vt probaui *to. 1. mor. var. tit. 1. n. 1187. & 1197.* Aduertit etiam Molina *d. num 10. circa finem*, quod ſi maritus eam confeſſionem dotis receptæ quæ iuris præſumptione continet tacitam donationem, feciſſet animo decipiendi vxorem, & nullo modo animo donandi, iuraſſetque animo iurandi non reuocaturum confeſſionem, & ſoluturum dotem, nihilominus iuramento obligaretur dotem ſoluere, & obſeruare illud iuramẽtum, afferens doctrinam vniuerſalem; quod quando adeſt verus animus iurandi, eſto iuramentum feratur ſupra rem, quam quis fingat, ac mentiatur ſe facturum, ac periurus ſit id ita iurando, nihilominus ſi res illa ſuper quam fertur iuramentum, mala non ſit, iuramentum obligat illam implere, vt ſi quis iuret ſe Titio daturum centum animo accipiendi, & non dandi, tenetur nihilominus ſub mortali illa dare Titio virtute iuramenti adhibiti.

Donatio præſumpta ex confeſſione dotis receptæ, an ſolo iuramento aſſertorio interpoſito in eadem confeſſione confirmetur, & irreuocabilis reddatur.

79 Difficultas ſecunda, an ea donatio præſumpta ex confeſſione receptæ dotis, quam vere non recepit, facta à marito vxori conſtante matrimonio confirmetur, & irreuocabilis reddatur per ſolum iuramentum aſſertoriũ in eadem confeſſione interpoſitum, quia maritus fateatur, ſe dotem, ſeu tantum dotis recepiſſe ab vxore, & id verum eſſe iurat, ſeu iuret ſe dotem recepiſſe, non interponens etiam iuramẽtum de non contraueniendo, & de ſoluenda vel reſtituenda dote vxori, vel eius hæredibus. Huiuſmodi ſolo iuramento aſſertorio donationem confirmari & effici irreuocabilem, ſenſerunt ex antiquioribus Iuriſperitis Socin. ſenior *conſ. 82. n. 2. lib. 3.* Paulus de Caſtro *conſ. 183. circa primum col. 1. verſ. nos autem lib. 1.* Alciatus *in c. cum contingat, n. 294. de iureiur.* & nonnulli alij relati à Borello *d. tit. 3 n. 207.* & Seraphinus *de priuil. iuramenti priuil. 59. n. 1.* ita ex modernioribus ſentiunt Velaſcus *d. conſult. 5. n. 20. & 21.* Molina *d. diſp. 439. n. 11.* & Rebelhat *d. ſect. 2. n. 10.* Pro ſententia afferuntur plura argumenta. Primum, quod confeſſioni iuratæ ſtandũ ſit in præiudicium cõfitentis, & ſuorum hæredũ, *auth. quod obtinet, Cod. de probat.* ſecundum quia valet donatio inter virum, & vxorem iurata, iuxta tradita *ſupra*: at confeſſio cenſetur facta animo donandi, cum maritus dotem non acceperit, ergo iuramento illo aſſertorio confirmatur, & redditur valida. Tertium quia maritus non poſſet allegare, ſe falſum iuraſſe, ſeu verè dotem non recepiſſe, quia allegaret ſuam turpitudinem, & diceret ſe periurum eſſe: iure autem non permittitur vt quis veniat contra proprium factũ & ſuam turpitudinem alleget *lege alias ff. de iureiurando & ibid.* ſcribentes, & Doctores communiter a Menochio *d. præſumpt. 12. num. 47.* relati, & neque etiam hæres admittitur ad allegandam turpitudinem defuncti *lege filios, Codice de reuoc. his quæ in fraudem credit.* quartum (quod eſt Molinæ, & forte voluit etiam Velaſcus *d. n. 20.* quia dũ maritus iurat, ſe recepiſſe dotem, quam non recepit, ea verba intelligenda ſunt efficere hunc ſenſum, quod maritus iuret ſe donare dotem, ſeu tantum dotis vxori, quã proinde confitetur ſe eo ipſo virtute ab illa recepiſſe, qui ſenſus, iuxta Molinam & Velaſcum accipiendus eſt ad euitandum in marito confitente periurium) quod ea verba vt ſonant, intellecta continerent) cum nemo, quantum cõmodè fieri poteſt ſit præſumendus periurus, & iuramentum contra religionem adhibuiſſe, iuramentum autem aſſertorium, quod quis ſe donare affirmat, continet virtute iuramentum promiſſorium ſtandi donationi, & eam non reuocandi (quemadmodum in donatione expreſſa hoc pacto facta, *iura me tibi donare centum*, hoc iuramentum aſſertorium virtute contineret promiſſorem ſtandi donationi) & conſequenter illam confirmat & reddit irreuocabilem. Addit verò idem Molina, quod in foro conſcientiæ ſi in marito eum iuramento confitente illo modo dotem recepiſſe non fuit talis animus, ſed falſo aſſerendi recepiſſe dotem, quam non recepit, licet animum haberet donandi ſub illo pallio eandem dotem, ea donatio non firmaretur illo iuramento, ſed poſſet maritus in foro conſcientiæ illam reuocare, dum viueret; & quod idem eſſet in foro exteriori, ſi de eodem animo in eo conſtaret.

At prædictis non obſtantibus, communior, & longè verior ſententia eſt, per iuramentum aſſertorium, ſecluſo promiſſorio à marito in confeſſione dotis receptæ interpoſitum, quo confitetur, ſeu aſſerit, ſe dotem recepiſſe, vel recipere, quam non accepit, vel recepit, non firmare, nec irreuocabilem reddere donationem præſumptam ex ea confeſſione cum eo iuramento aſſertorio, quod vera ſit confeſſio, & verè dotem recepit, facta: ita ex Doctoribus *ſupra num. 75. & 76.* relatis Baldus Nouellus *d. p. 10. num. 10. verſiculo nec obſtat dictum Cyni*, Couarruuias *dict. capite ſexto, numero 5.* Mantica *d. titulo octauo, numero 53.* Menochius *dicta præſumpt. 12. numero 48.* Ioſeph Ludouicus *d. deciſ. 66. num. 11.* Borellus *d. tit. 3. numero 208* Clarus *d. §. donatio, citatu quæſt. 9. num. 4.* Fachineus *d. lib. 8. capite. 78* & Sanchez *d. diſput. 12. num. 4.* præter quos ita ſenſerunt alij innumeri Iuriſperiti, quorum catalogum referunt Clarus, Couarruuias, menochius, Borellus, & Gabriel allegata *concl. 3. n. 4.* & idem ſentit P. Barboſa *ad d. l. 1. p. 6. n. 48 ff. ſolut. matr.* & Rota *dec. 925.* apud Buratum. Hæc ſententia pluribus modis probatur. Primò, quod cum maritus iurauerit, quod non eſt verum, & ſit periurus ob defectum veritatis, quam iuramentum requirit, non poteſt huiuſmodi iuramentum tribuere vim obligandi dictæ confeſſioni, quia non poteſt iuramentum eſſe vinculum mendacij & falſitatis, ac ſimulationis, nec poteſt iuramentum facere, vt falſum ſit verum, & ſic, quod illa confeſſio dotis receptæ ſit vera; cum verè dotem non receperit, ac proinde licet cum aliquis falſum aſſeruit, poſſit ſibi nocere, cum tamen iuramento nequeat reddere verum, quod eſt falſum, ideo neque in detrimentum ipſius confitentis admittitur ea confeſſio, tametſi iureiurando affecta, ſeu confirmata, vt in terminis poſt alios Mantic. *d. n. 53. & n. 54. v. Item iuramentum*, quare vt notat Mantic. *d. num. 53.* & etiam Fachineus, quod magna differentia eſt inter iuramentũ aſſertorium confeſſioni illi appoſitum, & iuramentum promiſſorium eidem confeſſioni additum, quia promiſſorium, cum reſpiciat futurum, in eo non committitur falſum, quia cum maritus promittit, & iurat ſe obſeruaturum & non contrauenturum, & dotem reſtituturum, conſentit in donationem, quæ ex confeſſione præſumitur, & intendit eam corroborare, & confirmare, & propterea iuramentum ad euitandum periurium in ſeruum eſt ſeruandum, cum non adiuuet ad mendacium. At iuramentum aſſertorium, cum nequeat immutare id, ſuper quo præſtatur, & quod eſt falſum, efficere verum, continet mendacium, & confeſſioni addit periurium, & ideo nihil operatur, neque etiam contra maritum iurantem. Neque his obſtat primum argumentum alterius ſententiæ,

quia intelligitur, quando confeſſio præſumitur vera.

81 Secundo probatur hæc ſententia, quia cum in hoc caſu ſtante iuris præſumptione conſtat de periurio, eo periurio detecto, poſtque detectam turpitudinem poteſt maritus etiam allegare propriam turpitudinem, ſcilicet proponere exceptionem ſimulationis, & falſitatis, vt per Bartolum *leg. & per iuſiurandum*, §. *finali*, *numero 6 ff. de iureiurando*, Imolam, & alios Mantica *dict. titulo 8. numero 54. verſicul, verum ſi res diligenter*, & Petr. Barboſa *dict. part. 6. numero 47. fine.* Quin etiam in hoc caſu ab altera parte, quia pariter conſentit in actum fictum, & ſimulatum, cenſetur remiſſa periurij exceptio, & propriæ turpitudinis allegatio permiſſa vt poſt Imolam, & Socinum ſeniorem Mantica *dicto titul. 8. numero 55.* ſicut enim quis poteſt remittere iuramentum præſtitum ad ſui fauorem *cap. prim. de iureiurando*, ita etiam poteſt remittere exceptionem periurij, quæ oritur ex iuramento, vt argumento *cap. tranſlato de conſtitut.* iidem Doctores, quamquam etiam in præſenti ſpecie permiſſum eſſe venire contra propriam confeſſionem iuratam veritate minime ſuffultam colligatur ex *leg. final. Codic. de non numerata pecunia*, illis verbis: *Quæ enim differentia eſt in huiuſmodi exceptione, ſiue iuramentum poſitum ſit, ſiue non.* Vtrum verò ad præfatam exceptionem periurij debeat præmitti abſolutio à iuramento, affirmat Fachineus *dict. cap. 78. verſicul. ad tertium*: quia, inquit, quis propria authoritate contra iuramentum venire non poteſt *cap. ſi vero de iureiur. cap. ad audientiam, cap. ad aures, de eo quod metus cauſ.* & id procedit, quando iuramentum eſt promiſſorium, ſecus quando fuit tantum aſſertorium, quod nullam in futurum obligationem producit, ſed eius veritas pendet ex euentu præterito, vel præſenti: quare poterit abſque abſolutione vlla à iuramento proponi exceptio periurij, in qua exceptione non committitur nouum periurium, nec per eam aſſertorium iuramẽtum frangitur, ſeu violatur, ex quibus ſatisfactum eſt tertio argumento alterius ſententiæ.

82 Tertio probatur ratione poſt alios approbata, & adducta à Pet. Barboſa *dict. parte ſexta, numero 48. initio*, & à Rota *dict. deciſion. 925. num. ſeptimo*, apud Buratium, ſcilicet quod illud iuramentum aſſertorium refertur ad expreſſum, ſeu ad cauſam expreſſam, vt ſcilicet verum ſit, quod expreſſe iuratum eſt, & ſic ad cauſam dotis; vnde non debet extendi ad diuerſum, quod forte inter partes agebatur, nempe ad cauſam ſubintellectam præſumptæ, & ſimulatæ donationis.

83 Demùm dato, quod huiuſmodi iuramentum aſſertorium de dote recepta haberet ſenſum illum, *iuro me donare, &c.* prout ſentit Molina, & non diſſentit Sanchez, vt periurium euitetur, nihilominus non reddit donationem irreuocabilem, ſed adhuc poteſt abſque periurio ea donatio iuramento aſſertorio facta reuocari, vt probat idem Sanchez, eo quod iuramentum aſſertorium (vt *suprà* dictum eſt) non producat illam obligationem in futurum, vt fuit promiſſorium, ſed eius veritas pendeat ex euentu præterito vel præſenti, ac proinde falſum ſit iuramentum aſſertorium, quo quis ſe donare affirmat, continere virtute promiſſionem non reuocandi, cum id ſit contra naturam iuramenti aſſertorij, etenim iurans ſe recepiſſe dotem in ſenſu à Molina explicato, ſolum ſignificat, ſe ex tunc donare vere, & non ficte, atque adeo virtute recipere ab vxore eam dotem illi donatam, vt ita non ſit periurus, cuius iuramenti virtus, cum non afficiat donationem in futurum, illi vim, aut firmitatem non tribuit, ſed eam relinquit in ſua natura, quæ eſt vt ſit nulla & reuocabilis, niſi morte confirmetur, & ex traditis hoc, & præcedenti numero remanet ſolutum, non ſolum quartum argumentum primæ ſententiæ, ſed etiam ſecundum, cuius aſſumptum procedit ſolum in donatione iurata iuramento promiſſorio non contrauenienci, neque reuocandi, non in donatione facta ſolum cum iuramento aſſertorio, quo quis affirmat ſe aſſeri hic, & nunc donare, & iuxta tradita numero præcedenti iuramentum aſſertorium ſuper confeſſione dotis receptæ non extenditur ad ſubintellectam, & præſumptam donationem.

Confeſſio præfata dotis receptæ, quæ verè non fuit recepta, & tacita donatio, quæ ex ea præſumitur firmata ſimul vtroque iuramento aſſertorio, & promiſſorio, an confirmetur, & irreuocabilis reddatur ex vtriuſque iuramenti coniunctione.

Difficultas tertia, an ſi maritus, qui nullam dotem recepit iureiurando aſſerit ſe dotem ab vxore recepiſſe, vel facta confeſſione de dote recepta iureiurando affirmat omnia, & ſingula in inſtrumento contenta eſſe vera, & ſimul cum iuramento promittit dotem reſtituere, vel obſeruare, & non contrauenire, donatio præſumpta, ſeu tacita, quæ ex tali confeſſione præſumitur, ex vtriuſque iuramenti aſſertorij, & promiſſorij interpoſitione confirmetur, & irreuocabilis reddatur, & ſic vtriuſque iuramenti coniunctio noceat marito, & ſuis hæredibus. Non confirmari, eſt ſententia plurium Iuriſperitorum, ita ex relatis difficultate præcedenti Couarruuias *d. c. 7. n. 5.* Mantic. *d. tit. 8. n. 54. & 55.* Rot. *d. dec. 925. n. 9.* apud Burattum, præter quos alij à Mantic. & Rota relati, & nõ pauci alij, quos referunt, & ſequuntur Seraphin. *de priuil. iuram. priu. 71. poſt n. 56. 57. & 58. & in ver.* amplius intelligo, & Ladercbius *conſ. 59. n. 9.* addens paucos contradicere. Probatur primò à Ladercbio, quia ea confeſſio dotis receptæ, & donatio tacita, ac præſumpta ex eadem confeſſione non confirmatur iuramento aſſertorio, iuxta tradita difficultate præcedenti, ergo cum confeſſio ipſa, & ex ea donatio præſumpta, vt non confirmata iuramento aſſertorio ſit nulla, ſubſequens etiam promiſſio iurata eſt nulla. Secundò probatur, quia iuramentum aſſertorium eam tacitam, & præſumptam donationem non confirmat, quia ex præſumptione legis conſtat de mendacio, & periurio, ex traditis *numero 80. & 81.* & tale iuramentum eſt falſum; & ideo ea confeſſio iurata non præiudicat confitenti, & detecta turpitudine exceptio ſimulationis poteſt allegari, vt *numero* 81. dictum eſt, ſed eadem ratio (inquit Mantica) locum habet, quando poſt iuramentum aſſertorium ſubiicitur promiſſorium, ergo non eſt ſeruandum, eo quod iuramentum promiſſorium tunc debet obſeruari, quando non adiuuat mendacium, nec legi fraudem facit. Alia argumenta adducuntur à Mantica, quæ fundantur in eo, quod iuramentum non confirmat actum ſimulatum, vt *ſuprà numero 75.* notatum eſt, illa autem confeſſio dotis receptæ, quæ non fuit recepta, præſumitur ſimulata in fraudem legis, & ſic etiam donatio tacita, ex eadem confeſſione ſimulata præſumitur in fraudem legis, & ſimulata, & ita nec confeſſio confirmatur iuramento aſſertorio, nec tacita donatio iuramento promiſſorio, quod aſſertorio adiicitur. 84

Contrariam nihilominus ſententiam, quod per iuramentum promiſſorium, quod poſt aſſertorium interponitur de non contraueniendo, & de reſtituenda dote confeſſata vxori, vel eius hæredibus, confirmatur, & efficitur irreuocabilis tacita donatio, quæ ex ea confeſſione à lege præſumitur, tenent magis communiter Doctores, vt conſtat ex allegatis pro hac ſententia à Gabriele *concl. l. 2. tit. de donat. d. concl. 3. n. 15.* Seraphino *de priu. iuramenti, d. priuil. 71. num. 55.* (qui eum ſequitur) & à 85

Ioſeph.

Ioſeph Ludouic. *d. concl. 66. citato n. 11.* qui pariter idem ſentit, & idē ex relatis in præcedētib. difficultatib. aſſerũt Bald. Nouell. *d. p. 10. n. 10. v. nec tunc habebit*, Valaſc. & Molina *locis ſupr. n. 79.* relatis, & Sanchez *loco ſup. n. 80.* allegato. Probatur ex traditis in præcedētibus difficultatibus: licet enim iuramentum aſſertorium non confirmet, nec poſſit confirmare eam donationem tacitam, & præſumptam ex confeſſione, in qua interponitur ob rationes in præcedenti difficultate adductas, ſcilicet vel ne ſit vinculum mendacij, vel quia refertur tantum ad expreſſam, & non ad ſubintellectam donationem, & præſumptam ex ea confeſſione, vel quia non producit vllam obligationem in futurum, nihilominus iuramentum promiſſorium ſubſequēs poteſt cōfirmare, & confirmat; nam ex eo colligitur maritum velle eſſe ſtabilē, ac firmam donationem, quæ ex confeſſione præſumitur & à lege ſupponitur, cum hæc ſit vis iuramenti promiſſorij, & ad id interponatur: cum enim maritus iureiurando promittit, ſe obſeruaturum, & non contrauenturum, atque ſoluturum, ſeu reſtituturum dotem confeſſatam vxori vel eius hæredibus, vero animo obſeruãdi, & non contraueniendi conſentit in donationem, quæ ex confeſſione præſumitur, & intendit eam corroborare, & confirmare, *vt n. 80.* notatum eſt, atque adeo iuramentum huiuſmodi (quod non cadit ſuper actum malum iure naturæ prohibitum, nec etiam iure ciuili, omnino nullũ, vt probatũ eſt *n. 76.* nec contineat mendaciũ nec mendaciũ adiuuet, cũ ſupponatur in iurãte animus obſeruandi iuratã promiſſionem, ad euitãdum periuriũ in futurum eſt ſeruandum. Neque ex eo, quod iuramentum aſſertorium mendacium continens illud producat, debet carere vi, quam habet adhibitum eodem aſſertorio non præmiſſo, quia illud non reſpicit, nec ad illud refertur, ſed ad obſeruantiam promiſſionis de in futurũ eam obſeruando, & de non contraueniendo, & de reſtituendo dotem, atque adeo nõ coadiuuat mendacium iuramenti aſſertorij, & licet etiam confeſſio per iuramentum aſſertorium non confirmetur, ſed remaneat in ſua natura, & ſit nulla, non eſt tamen omnino nulla, cũ morte mariti confirmetur, & ſic etiam poteſt iuramento promiſſorio ſubſequente confirmari, & reddi prorſus irreuocabilis: vnde ad argumentum primum alterius opinionis neganda eſt vltima conſequentia, ad ſecundũ argumentum negatur quod iuramentum promiſſorium ſubſequens aſſertorium adiuuet mendacium, vt probatum eſt. Alia argumenta fundata in ſimulatione præſumptæ donationis ex illa confeſſione nullius eſſe momenti conſtar ex traditis paulò ante, & ex notatis *n. 76. & 77.* illa enim tacita, & præſumpta donatio ex præfata confeſſione dotis receptæ à marito facta, etſi dicitur ſimulata ex eo, quod præſumatur facta in fraudem legis prohibentis donationem inter virum, & vxorem, non eſt tamen ficta & tantum apparens & carens conſenſu mariti confitentis, ſed in ea adeſt verus conſenſus tacitus, & præſumptus, vt explicatum eſt, & ita poteſt iuramento promiſſorio confirmari, ſicut tali iuramento confirmatur expreſſa donatio inter virum & vxorem, vt ex dictis *n. 76. & 77.* probatum eſt: & illa regula, quod iuramentum promiſſorium non confirmat contractum ſimulatum intelligitur de actu ficto, & tantum apparenti, & non habenti vllum conſenſum, *vt d. num. 77.* dictum eſt.

Et prædicta de iurata confeſsione dotis receptæ facta vxori conſtante matrimonio, quæ ex legis præſumptione cenſetur facta animo donandi, ſeu ex cauſa donationis: quid autem operetur iuramentum, quando interponitur in confeſsione dotis receptæ, quæ præſumitur ſpe futuræ numerationis facta, infrà enodatur.

Simplex confeſſio dotis recepta ab vxore facta à marito in vltima voluntate, ſiue in teſtamento, ſiue in codicillis, ſi aliunde de ſolutione dotis non appareat, an probet dotis numerationem, vel præſumatur facta ſub ſpe futuræ numerationis, vel potius præſumatur donatio, ſiue legatum.

Dictum quartum, an ſimplex confeſſio dotis receptæ 87
ab vxore facta à marito in vltima voluntate, vt in teſtamento, & in codicillis, ſi aliter non appareat de ſolutione eiuſdem dotis, quàm ex eadē confeſſione, probet dotis ſolutionem, ſeu numerationam, vel cenſeatur confeſſio facta ſpe futuræ numerationis, aut ex cauſa donationis communis, & certa ſententia eſt præfatam confeſſionem non probare ſolutionem, ſeu numerationem dotis, ita alios allegantes Baldus Nou. llus *de dote p. 6. priuil. 78. num. 3.* Surdus *deciſion. 285. numero prim. & conſ. 169. numero 4. & conſ. 397. num. 2. & 3.* Menochius *de præſumpt. l. 3. præſ. 12. n. 49.* Gomez *var. tom. 1. tit. 12. n. 81.* Mantica *de tacit. & ambig. conu. l. 11. tit. 20. n. 22.* Rota Rom. *deciſ. 471. n. 3. & 487. num. 1.* apud Seraphinum, Ripa *de actis in mortis articulo, cap. 58. numer. 11. & ſequentibus*, Ludouicus Peguera *dec. 147.* Maſcardus *de probat. concl. 362. n. 6.* Iacobus Cancerius *var. reſol. tom. 1. cap. 8. num. 53.* Borellus *in ſumm. deciſ. tom. 2. tit. 3. n. 266.* Stephanus Gratianus *diſcept. for. tom. 1. cap. 116. num. 42. & ſeqq* Fontanella *de pactis nupt. clauſ. 7. gloſ. 1. p. 2. n. 71. & 72.* & latiùs *clauſ. 14. gloſſa vnica, part. ſecund. numero 26. & ſequentibus*, Hodierna *ad dec. 55. Surdi n. 8. & in ad. lit. ad dec. 150. n. 4.* ita etiam Doctores communiter aſſerentes confeſſionem à teſtatore factam in vltima voluntate parte abſente, de eo, quod nõ apparet aliunde, eſſe debitum, non probare debitũ; quos Doctores præter Surdum latiſſimè refert Scipio Redina *in promptuario iuris tit. 21. de cōfeſſis, n. 6.* cōſtat expreſsè *in l. Lucius 2. §. quiſquis mihi 2. ff. de leg. 2.* vbi ſancitum eſt, confeſſionem debiti factam à teſtatore non probare debitum, ſed fideicommiſſi petitionem inducere, quatenus debitum non eſſet, & quia ea confeſſio per ſequēs teſtamentũ reuocetur, vt aliis allegatis Surd. *d. conſ. 169. n. 6.* Stephan. Gratian. *d. c. 116. n. 53. & ſeqq.* & Hodierna *d. addit. ad dec. 55.* Surdi *n. 15.* & eſſe certũ, teſtatorē poſſe eam cōfeſſionem ad libitũ reuocare, tradunt Cancer. *d. c. 9. n 54. fin.* & Fontanell. *d. p. 2. n. 41.* allegantes Textum *in l. publicè, §. fin. ff. depoſiti*, alias rationes habet Surd. *d. conſ. 169. d. n. 6.* immò etſi huiuſmodi confeſſionē, quæ fit in teſtamēto, ſi aliũde nõ appareat de debito cōfeſſato, non prodeſſe quidē ad effectũ agēdi, prodeſſe tamē ad effectũ retinendi, voluerit Caſtr. *in l. cum hæres rogatus, n. 2. & in l. Marcell. col. 2. ff. ad Treb.* vt refert Rota *d. dec. 487. n. 15.* tamen idem Caſtrēſ. reprobatur ab Alexandro *in d. l. cum hæres prout*, & refert *eod. n. 15.* Rota, quæ proinde dicit eſſe rem dubiam.

Communis pariter, & certa ſentētia eſt, præfatã confeſſionem dotis receptæ [de qua aliter non conſtet] ab vxore facta in teſtamento à marito laborante in extremis, ſeu cōſtituto in articulo mortis, non præſumi factã ſpe futuræ numerationis cũ nulla ſuperſit ſpes repetitionis, ſeu futuræ numerationis dotis, ſed præſumi factã animo donandi, ſeu ex cauſa donationis, talemque confeſſionem, licet non probet debitum dotis, ſuſtineri tamen in vim legati, & fideicommiſſi, ita Socin. Sen. *in l. 1. n. 99. ff. ſol. mat.* Socin. iun. *conſ. 90. n. 4. vol. 1.* & alij, quos referunt, & ſequuntur Menoch. *d. præſ. 12. n. 49. fine*, Surdus *d. dec. 285. n. 5.* Polidorus Ripa *d. c. 58. n. 14.* & Borell. *d. tit. 3. n. 240.* & multò magis Doctores *infrà citati*, aſſerentes abſolutè eandem confeſſionem factam in teſtamento, quamvis non conſtet de vero debito dotis, ſuſtineri in vim legati, & fideicommiſſi.

88 Dubitatur igitur ſolum, an ſi maritus ſanus in teſtamento, ſeu codicillo confiteatur ſeu confeſſus ſit, ſe ab vxore recepiſſe dotem, vel certam quantitatẽ nomine dotis, de qua recepiſſe aliunde, quam ex tali confeſſione non appareat, huiuſmodi cõfeſſio præſumatur facta ſpe futuræ numerationis, & non animo donandi, vt propterea non habeat vim legati, & fideicommiſſi, & in hoc caſu præſumi confeſſionem factã ſpe futuræ numerationis, cum teſtator non careat tunc ſpe repetitionis, & actualis numerationis, tradit expreſsè Menoch. *loco citato*, & videntur ita ſentire Socin. iun. *d. numer.* 4. & nonnulli alij relati à Surdo *dict. deciſion.* 185. *citato numero* 5. quatenus doctrinam, & ſententiam communem aſſerentem confeſſionem debiti factam in teſtamento, vel in codicillis [quando non conſtat de vero debito confeſſato] ſuſtineri in vim legati, & fideicommiſſi, reſtringunt ad eum, qui laborat in extremis, vt notat Surdus *d. n.* 5.

Contrarium, & huiuſmodi etiam cõfeſſionem factam in vltima voluntate à marito non laborãte in extremis, ſed ſano, non præſumi factam ſpe numerationis, ſed animo donandi, tenent communiter Doctores, quos referunt Mantic. *de tacit. & ambig. coniect. l.* 12. *tit.* 20. *n.* 12. Menochius *d. num.* 49. qui abſolutè, & ſine diſtinctione aſſerunt, confeſſionem dotis ab vxore receptæ factam à marito in vltima voluntatẽ, ſiue in teſtamento, ſiue in codicillis præſumi ex cauſa donationis, vxor enim in teſtamento eſt capax relicti à Marito, vt Rota *dicta dec.* 447. *n.* 8. poſt Boërium *in cap. ex parte, numer.* 9. *de confeſſ.* & conſtat ex *l. Lucius Titius, §. Sempronia, ff. de legat.* 3. *& l. qui vxor. ff. de auro, & arg. leg.* ita etiam expreſsè ſentiunt Mantica *d. n.* 21. Rota *d. dec.* 471. *num.* 3. Surdus, Peguera, Cancerius, Fõtanella, Stephanus Gratianus, Hodierna *locis ſuprà num.* 86. relatis, & Sanchez *de matrim. lib.* 6. *diſp.* 9. *numero quinto*, & probatur ex traditis *ſuprà numero* 29. *& ſeqq. & numer.* 48. ſcilicet quod confeſſio dotis receptæ ab vxore facta conſtante matrimonio à marito inter viuos in dubio potius præſumitur facta ex cauſa donationis, quàm ſpe futuræ numerationis, vt magis communiter affirmant Doctores, vt *dicto numero* 29. *&* 48. notatur: ergo multò magis præſumetur donatio talis confeſſio facta in vltima voluntate, licet à marito non laborante in extremis, ſed ſano, nam cum tunc maritus diſponat de rebus ſuis tanquam moriturus, veriſimilius videtur confitendo ſe recepiſſe dotem ab vxore, quam recepiſſe non conſtat, feciſſe talem confeſſionem potius animo donandi, & legandi vxori, quam intuitu futuræ numerationis.

Præfata confeſſio dotis receptæ valet, & ſuſtinetur in vim legati.

89 Igitur communis ſententia, & reſolutio eſt, quod licèt confeſſio dotis ab vxore receptæ facta à marito in teſtamento, vel codicillis, ſi aliunde de dotis ſolutione non conſtat, non probet ſolutionem ac debitum dotis, vt *n.* 86. probatũ eſt, nihilominus valet, & ſuſtinetur in vim legati, & fideicommiſſi, & ex Doctoribus *n.* 86. relatis Bald. Nouell. *d. priuil.* 78. *n.* 3. Surdus *d. deciſ.* 285. *n.* 4. *& d. conſ.* 169 *n.* 5. Peguera *d. deciſ.* 147. Cancerius *d. tit.* 9. *citato n.* 53. *&* 54. Rota Rom. *d. dec.* 471. *n.* 3. *& d. dec.* 487. apud Seraphin. Mantic. *d. tit.* 20. *citato num.* 22. Fontanella *d. clauſ.* 7. *gloſſ.* 1. *p.* 2. *n.* 71. *&* 72. *d. clauſ.* 14. *gloſſa vnic. p.* 1. *n.* 67. *& p.* 2. *n.* 56. *cum plurib. ſeqq.* Stephanus Gratian. *d. c.* 116. *à n.* 43. *ad* 35. Hodierna *in d. additione ad deciſ.* 55. Surdi *numero* 13. *& duobus ſeqq. & in additione ad deciſ.* 250. *n.* 4. *& duobus ſeqq.* & alij communiter, quos iidem referunt, & alij quos *ſup. c.* 8. *n.* 134. allegaui.

90 Probatur hæc communis ſententia, ac reſolutio ex generali regula, & doctrina, quod etſi confeſſio debiti facta in teſtamento, ſi aliunde non probetur debitum, non probat debitum confeſſatum, *vt numero* 86. notatum eſt, habet tamen vim legati, & fideicommiſſi, *dicta lege Lucius* 2. *§. quiſquis* 2. *ff. de legat.* 2. (vbi Gloſſa, Bartol. Alberic. Baldus, Imola, Caſtrenſis, & alij ſcribentes) *d. l. Lucius, § Sempronia ff. de legat.* 3. *dicta l. qui vxori, ff. de auro, & arg. legato*, *l. Aurelius, §. fin. ff. de liberatione legata, l.* 1. *&* 2. *Cod. de cauſa falſa adiecta legat. & l. ſi non deſignata, Cod. de falſa cauſa adiecta legato, & fideicommiſſo*, per quos Textus, & alios à Surdo *d. dec.* 285. *n.* 4. relatus ita affirmant præter mox allegatos alij iuriſperiti communiter quos ferunt Surdus, Peguera, Cancerius, Hodierna, Gratianus *locis num. præcedenti allegatis*, Maſcardus *de probat. concl.* 359. *num.* 1. & latiſſimè Redina illos ſequens *loco ſupra num.* 86. *citato*, & idem affirmant Rota *allegatis deciſionibus*, apud Seraphinum: iidem Surdus, Peguera, Cancerius, Hodierna, Stephanus Gratianus, Fontanella *locis numer. præcedenti allegatis*, & Sanchez *d. diſp.* 9. *num.* 5.

Licet ſit controuerſia inter Iuriſperitos, an ſola ſim- 91
plex confeſſio debiti facta à teſtatore in vltima voluntate, ſiue in teſtamento aut codicillis valeat & ſuſtineatur in vim legati, & fideicõmiſſi abſq; vlteriori diſpoſitione, an verò tunc ſolum ea confeſſio debiti, & præſertim dotis receptæ facta in Teſtamento valeat, & ſuſtineatur in vim legati, quando habet annexam diſpoſitionem, vt quia teſtator confitetur, & legat, vel mandat ſolui, alioqui nec probet debitum, nec valeat vt legatum? & non ſuſtineri, vt legatum & fideicommiſſum, ſi teſtator tantum confitetur debitum, & nihil diſponit, affirmarunt Caſtrenſis *in dicta lege Lucius* 2. *§. quiſquis* 2. *verſic. item vltima pars, ff. de legatis* 2. Angelus *in lege generaliter, numero* 9. *verſ. an illa confeſſio teneat, Cod. de non num. pecunia*, Phanucius *de inuentario q.* 244. *num.* 119. *& ſeq.* & nonnulli alij relati ab eodem Phanucio, & à Surdo *d. conſ.* 169. *n.* 5. Stephano Gratiano *d. c.* 116. *n.* 44. Hodierna *in addit. ad d. dec.* 55. Surd. *num.* 11. latiſſimè à Rota illos ſequente *d. dec.* 487. *n.* 1. apud Seraphinum, & à Lancelloto Galliaci *ad conſuet. Alexandriæ q.* 2. *n.* 40. *in verbo viginti, n.* 20. *q* 8. qui eandem ſententiam loquens de confeſſione dotis ab vxore receptæ facta à marito in Teſtamento eſt amplexus, & ampliauit ſiue abſente, ſiue præſente vxore, ſibique ſtipulante, fiat à marito teſtante confeſsio, idque ex generalitate textus *in l. qui teſtamentum, ff. de probationibus, & l. cum quis decedens, §. Titia, ff. de legat.* 3.

At contrarium, & confeſsionem debiti, & etiam 92
dotis receptæ ab vxore factam in teſtamento ſuſtineri in vim legati, & fideicommiſsi, quamvis non conſtet de vero debito, neque teſtator vltra confeſsionem aliquid vlterius diſpoſuerit, tenent P. Cynus *lege generaliter, quæſt.* 8 *in fine, n.* 11. *Cod. de non num. pecunia*, Gomez *de teſtament. cap.* 12. *num.* 81. & alios referentes Surdus *d. deciſ.* 285. *num.* 6. *& d. conſ.* 169. *num.* 5. Fontanella *d. clauſ.* 14. *gloſſa vnic. part.* 2. *num.* 54. *& ſeqq.* Stephanus Gratianus *d. cap.* 116. *num.* 47. *& quatuor ſeq.* & Hodiern. *in addit. ad dec.* 55. Surd. *n.* 13. *& ſeq.* & hanc eſſe veriorem opinionem teſtantur Gratian. & Hodiern. quæ à Cyno, & aliis præclaris Doctoribus probatur, quia etſi teſtator [illegible] ſimpliciter confitens debitum, de quo non conſtat expreſsè, non diſponat, tamen confitendo videtur tacitè diſponere, & idem eſt, ac ſi poſt confeſſionem dixiſſet, & ideo dari *volo*. Quare ratio huius ſententiæ eſt quia eo ipſo, quod teſtator confitetur ſe debitorẽ, vel declarat, quod recepit pecuniã, vel tantum nomine dotis, videtur pariter mãdare hæredi vt ſoluat, ex quibus Hodierna *in d. addit. ad dec.* 55. Surdi *n.* 14. ex Ruino *conſ.* 49. *n.* 9. *lib.* 2. Manent. *deciſ.* 40. *n.* 15. Vrſillo *ad*

deciſ.

*deciſ.*359. Afflicti *num.*4. & 5. & aliis notat cautelam ab vxore in dictæ dotis confeſſatæ poſitione adhibendam, ſcilicet vt illam petat vti legatam, non vti debitam, quia alias ſuccumberet.

Confeſſio præfata dotis receptæ facta in Teſtamento à marito poteſt ab eodem reuocari, & reuocato teſtamento cenſetur reuocata.

93 Ex quibus infertur, vt præfata confeſſio debiti, vel pecuniæ mutuò acceptæ, vel dotis receptæ à teſtatore confitente poſſit, ſicut & legatum quodlibet reuocari, vt *ſup.n.*86.*fine* notatum eſt, & etiam reuocato teſtamento, in quo adeſt huiuſmodi confeſſio, cenſeatur & ipſa confeſſio reuocata, licet de ea non fuerit facta expreſſa mentio, vt Surdus latè id probauit *d.conſ.*169. *numer* 6. Cancerius *d.tit* 9. *num.* 154. Fontanella *d.p.*2. *num.*30. & 31. Gratianus *d. cap.*116. *numer.*53. & 54. Hodierna *vbi ſupra numero* 15. & Rota *dict. deciſione* 487. (vbi ex Baldo, & Angelo dicit, quod caducato legato caducatur etiam confeſſio in eo facta, & alij ab iiſdem relati; quapropter talis confeſſio facta in teſtamento cenſebitur reuocata per ſubſequens teſtamentum, cum per ſecundum teſtamentum tollatur primum, & reuocentur omnia in primo diſpoſita, & legata, quamvis in ſecundo nihil fuerit dictum de reuocatione primi, eo quod ſubintelligatur clauſula caſſans, & irritans, & primum habeat tacitam conditionem vt valeat, ſi ſecundum non fiat, *leg.ſi iure ff. de leg. tertio leg. ſi quis priore ff. ad Trebell. & §. poſteriore, Inſtit. quibus modis teſtament. infirm.* Surdus alios allegans *d.numer. ſexto,* & Gratianus pariter alios referens *dict. numero* 53. *ac ego ipſe tom. ſecund. mor. var. titul* 10. *numero* 296. ita quod etſi teſtator etiam in præſentia partis dicat, quod vt ſi teſtamentum non valet iure teſtamenti, valeat donatio inter viuos, tamen ſi contingat reuocari teſtamentum, cenſebitur etiam reuocata donatio, vt poſt Bald. *in l. hæredes palam §. in teſtam. in fine,* Mantic. *de coniect. vlt. vol. l.*12. *tit.* 1. *n.*36. & alios Surd. allegans *dict.conſ.*169.*n.*7. & Gratianus *d. c.*116.*n.*54. rationem prædictorum (ſcilicet quod teſtator per talem confeſſionem debiti factam in teſtamento nolit abſolute, & irreuocabiliter ſe obligare, vt obligaretur per talem confeſſionem inter viuos, & in contractu factam.) Surd. *d. con.*169. *n.*4. dicit eſſe, quia propter naturam vltimæ voluntatis non præſumitur in dubio, quod teſtator velit contrahere, & verba ſunt intelligenda ſecundum naturam actus, ad quem teſtator ſe parauit, *l.* 1. *§.ſin autem ff. de hæredib.inſtit.* & alij à Surd. relati, quare cũ defunctus deſtinauerit teſtamentum condere, & de ſuis bonis per vltimam voluntatem diſponere, nõ eſt credendum, quod velit confiteri animo ſe obligandi vltra quam ferat natura vltimæ voluntatis, ex quo ſequitur, & quod teſtator poſt conditum teſtamentum ſuperuiuens non poſſit conueniri vigore talis confeſſionis; & quod poſſit eam reuocare, & ipſo iure cenſeatur reuocata per ſubſequens teſtamentum, vt notatum eſt, & latius tradit cum aliis Surdus *d. conſ.*169.

94 Quod ſi talis confeſſio debiti in teſtamento facta eſſet parte præſente acceptante, tunc confeſſionem tranſire in contractum inter viuos, nec poſſe reuocari, & reuocato etiam teſtamento poſſe ex ea agi, tradunt Tiraquell. plurimos alios allegans *ad l.*16. *connub. gloſſ.* 5. *n.*102. & alios allegantes Maſcard. *concl.* 359. *n.*21. Surd. *d.conſ.*169. *n.*9. Rota *d deciſ.*487.*n.*5. Borellus *in ſumm. deciſ. tom.* 2. *d.tit.* 3.*n.*246. & 247. & Gratianus *d.cap.*116.*n.*55. addens id procedere etiamſi non ſit ſpecificata cauſa cauſæ, eo quod ſufficiat confiteri, quia dixit teſtator ſe obligatum eſſe, iuxta Bald *conſ.*488. *l.*4. & Oldradum *conſ.* 314. immo quamvis præfati Doctores videantur requirere ad id acceptationem expreſſam, & non ſufficere partis præſentiam, & taciturnitatem, quod clarè dixerunt alij relati à Maſcardo *dict. concluſ.*359. *num.*21. ipſe tamen *num.*23. poſt alios aſſerit ſufficere præſentiam partis, licet expreſſe non acceptet, cum in commodis taciturnitas habeatur pro conſenſu, per allegata ab eo *ibid.* & tradita *ſupra cap.* 9. vnde etiam confeſſionem dotis receptæ factam a marito in teſtamento vxore præſente eſſe irreuocabilem, tradunt ex Alexandro *conſilio* 45. *volum. prim.* & alij (qui tamen expreſſe non loquuntur de confeſſione dotis receptæ ab vxore facta in teſtamento a marito ea præſente, ſed in genere de confeſſione debiti, vel mutui accepti facta in teſtamento parte præſente vel Notario pro abſente ſtipulante) Borellus *d. titul. tertio, numero* 247. & 248. & Maſcard. *concluſ.*362.*n.*7. & videntur etiam ita ſentire Surdus *d. conſ.*169. *num.*9. Gratianus *d. cap.*116. *num.* 55. & Hodierna *in addit. ad dict. deciſion.*55. Surdi, *n.* 15. ſed quicquid ſit in aliis confeſſionibus debiti in teſtamento factis parte præſente, quod ſint irreuocabiles [quod tamen eſt valde controuerſum, cum contrarium tenuiſſe plurimos, quorum nonnullos refert, teſtetur Tiraquellus *d. gloſſa.*5 *n.*103.] tamen aliud dicendum in confeſſione dotis receptæ ab vxore facta in teſtamento a marito eadem vxore præſente, & acceptante, quam ex hoc non effici irreuocabilem, quaſi tranſierit in contractum, tradit Cæſar Manent. *d. deciſ.* 40. *n.*11. ab Hodierna *d.num.* 3. relatus, Rota *d.deciſ.*487. *num.*9. & 10. apud Seraphinum; & idem ſentiunt Doctores aſſerentes confeſſionem debiti factam in teſtamento parte præſente non valere in vim contractus, neque eſſe irreuocabilem, quando facta eſt inter perſonas ſuſpectas, quos refert, & ſequitur Borellus *d. tit.* 3. *num.* 250. Ratio aſſertur à Rota vbi *ſupra*, ſcilicet quia maritus vxori neque abſenti, neque præſenti donare irreuocabiliter poteſt. Vnde ſicut confeſſio dotis receptæ ab vxore facta inter viuos per ſcripturam priuatam, vel per inſtrumentum publicum à marito in vim donationis non valet irreuocabiliter, vt late in præcedentibus probatum eſt, ita nec confeſſio vxore præſente facta in teſtamento, de cuius natura eſt, vt ſit irreuocabile cum omnibus, & ſingulis in eo contentis, vt *ſupra* dictum eſt.

Confeſſio dotis receptæ facta in teſtamento vxore abſente iurata an ſit irreuocabilis.

Si etiam confeſſio facta in teſtamento fuit iurata, 95
licet parte abſente, eam eſſe validam, & irreuocabilem tradit aliis relatis Maſcard. *d. concl.* 359. *n.*8. & *duobus ſeqq.* & ſcripſerunt etiam Surdus, & Gratianus *locis n. præcedenti* relatis poſt Oldradum *conſ.* 314. *num.* 1. & idem dixit Crauetta *conſ.* 80. rationem adducit Maſcard. primo, quod iuramentum facit valere confeſſionem eo meliori modo, quo poteſt *l. cum pater §. filius matrem ff. de leg.* 2. *cap.* 4 *§. ſi verò de iureiurando*, ſecundo quia iuramentum ſupplet abſentiam partis, ex Bald. *in rub. C. res inter alios acta*: addi poteſt, quod teſtator, cum de morte cogitet, maxime ſi laboret in extremis, non eſt præſumendus velle mentiri, & periurium committere in perniciem animæ ſuæ, & ſic illa confeſſio iurata probat in præiudicium confitentis, & hæredis eius, ve ſcilicet non ipſa, nec eius hæres poſſit poſtea talem confeſſionem reuocare, & *ibidem* Maſcardus, & ſic etiam confeſſionem dotis receptæ factam in teſtamento à marito iuramento corroboratam eſſe irreuocabilem ſentire videntur Surdus, & Gratianus *locis citatis*, & Hodierna in additione *ad dict. deciſion.* 55. Surdi, *n.* 15. imo Gratianus *d.cap.*116.*n.*51. & 52. addit, & confeſſio

facta ſit parte abſente, & etiam ſine iuramento, ſi facta fuerit à laborante in extremis eam inducere plenam probationem, & hæredem teneri illi ſtare in foro, in quo ſeruatur æquitas, omiſſo iuris rigore, quaſi tunc teſtator non præſumatur mentiri, ſed eam confeſſionem facere pro exoneratione ſuæ conſcientiæ.

96 Verum ſi iuramentum additum confeſſioni debiti vel dotis receptæ (vbi de debito, vel dotis receptione aliunde non conſtat) fuerit ſolum aſſertorium, quia teſtator ſeu maritus iuraſſet ſolum pro veritate debiti ſeu dotis, cum iuramentum non reſpiciat futurum, vt ſuprà probatum eſt, & confeſſio ſic iurata adhuc eſſet legatum, ſeu ſuſtineretur ſolum in vim legati, & non vt verum debitum, vti tale, & iuxta legati naturam poſſet reuocari, vt expreſsè loquuntur de confeſſione dotis iurata Cæſar Manent. *d. deciſ.40. cit. n.*11. ab Hodierna relatus. Ad excludendum verò periurium maximè in teſtatore & marito in teſtamento confitente ſe debitorem pecuniæ vel dotis, vbi aliunde non apparet de tali debito, confeſſio illa iurata accipienda eſt in ſenſu iuxta Molinam explicato *ſuprà n.79. verſ. quartum*, ſcilicet quod teſtator, ſeu maritus confitens iuret ſe donare pecuniam, ſeu rem vti debitam confeſſatam creditori, & dotem confeſſatam vxori, quam idcirco fatetur ſe eo ipſo virtute ab illa recepiſſe, iura verò *in d. l. cum pater, & in d. cap. quartum*, loquuntur in iuramento promiſſorio.

97 Quo iuramento promiſſorio, ſcilicet de obſeruando, & non reuocando præfatam confeſſionem, ſi fuerit eadem confeſſio expreſsè, & ſpecialiter corroborata, tunc erit iuramentum obſeruandum, iuxta dicta iura, & tradita *ſuprà num.76.* & neque teſtator, neque eius hæres poterit reuocare: ſi verò iuramentum non fuerit ſpecialiter in confeſſione appoſitũ, ſed teſtator peracto teſtamento ſolum iurauerit ſe illum non reuocaturum, vel non mutaturum, ſuppoſita ſententia magis recepta (de qua poſt alios Clar. *lib.4. ſent. §. teſtamentum, q.94.* & Michaël Craſſus *de ſucceſſ. §. teſtam. q. 87.*) quod adhuc præfatum teſtamentum poſſit reuocari, & mutari, etiam confeſſio in eodem teſtamento facta erit reuocabilis.

Confeſſio dotis receptæ (de cuius receptione, ſeu ſolutione non apparet aliunde) facta à marito in teſtamento, ſi eam præcedit promiſſio dotis, an probet numerationem ſeu, ſolutionem dotis.

98 Et prædicta de confeſſione dotis receptæ ab vxore facta in teſtamento à marito, quando non apparet de dote prius conſtituta, & promiſſa eidem marito; at ſpecialis difficultas eſt, ſi dotis conſtituto, ſeu promiſſio (vt ſolet fieri vtplurimùm) præceſſerit, ſiue in capitulis patrimonialibus, ſiue extra capitula matrimonialia facta fuerit marito per publicum inſtrumentum, vel per priuatam ſcripturam, & non appareat aliunde de dotis ſolutione, an ſi maritus poſteà in vltima voluntate, ſiue teſtamento, ſiue codicillis confeſſus ſit, dotem recepiſſe, huiuſmodi confeſsio probet veram numerationem, & ita dos ſic confeſſata habeat omnia dotis priuilegia, de qua difficultate latè Fontanella *de pactis nupt. dicta clauſ.*14. *gloſſa vnica, parte* 2. *num.*33. *ad* 48. & procedit difficultas ſuppoſita communi ſententia (de qua infrà hoc capite) quod confeſsio dotis receptæ à marito facta in contractu, & inter viuos, vbi conſtat de præcedente dotis conſtitutione, & promiſsione eidem marito facta, probet veram dotis numerationem, ſeu dotem eidem marito ſolutam fuiſſe: & ſententiam affirmatiuam, quod huiuſmodi confeſſio dotis receptæ præcedente eiuſdem dotis promiſsione facta à marito in teſtamento non habeat vim legati, ſed probet veram numerationem, ſicut eam probat ſimilis confeſſio facta inter viuos, expreſſe tenet Surd. *conſ.*397. *num.*8. & eandem ſententiam innuit *d. dec.* 285. *initio*, dum ibidem probans confeſſionem dotis receptæ à marito in vltima voluntate factam habere ſolum vim legati, ſupponit expreſſe in eo caſu non apparuiſſe de dotis conſtitutione, ſeu promiſſione prius marito facta; eandem ſententiam innuit Ripa (vt idem Surdus *d. conſ.*397. *eodem num.*8. notat) *in l. fœminæ, num.*45. vbi dicit quod confeſſio de dote recepta ab vxore, de qua aliter non appareat, facta à marito in teſtamento habet vim legati, ſi non præceſſit promiſſio: inde enim innuit, quod ſi præceſſiſſet, non haberet vim legati: eandem quoque ſententiam innuit Polydorus Ripa *ſing. obſeruat.* 179. *n.* 7. *verſic. aliud*, vt notat Fontanella *vbi ſup. num.*40. in fauorem huius ſententiæ plura adducit Fontanella *d. cap.* 2. *num.* 35. *& quinque ſeqq.* & præſertim quod rationes, quibus probatur confeſſionem dotis receptæ inter viuos factam à marito præcedente dotis promiſſione probare numerationem dotis, nempe quia tunc confeſſio non cenſeatur ſuſpecta, & videatur facta animo agnoſcendi bonam fidem, militent magis in confeſſione facta in vltima voluntate, vbi teſtator non præſumitur immemor ſalutis æternæ. Præterea, quia quæ fiunt in teſtamentis per moribundos nuda & aperta veritate ſine inuolucro verborum fieri communiter ſolent: & ſic ſi maritus teſtans vellet donare vxori dotem, quam non recepit, apertè tantam ſummam legaret, mandaretque ab hæredibus ſuis ſoluendam. Demùm illud, quod ſupra traditum eſt de reuocabilitate huiuſmodi confeſſionis, ſeu de facultate illam reuocandi, non arguit, eam non probare debitum, eo quod in hoc caſu non ſit ſermo, ſeu difficultas de confeſſione, dum eſt reuocabilis, ſeu reuocari poteſt, ſcilicet ante mortem confitentis, ſed poſt eam, quando iam reuocari non poteſt: cum hæc confeſſio videatur attendenda non prout eſt, dum teſtator viuit, ſed ſecundum effectum ſuum, quem operari poteſt poſt mortem, ex Gomez *var. to.*2. *cap.*6. *initio*, & notatum eſt *ſuprà num.*88. *fine*.

At contrarium ſcilicet, quod ſi per ſcripturam priuatam, vel inſtrumentum dotale dos marito ante matrimonium, vel in ipſo contractu matrimonij, vel poſt fuerit promiſſa, confeſſio de dote recepta poſtea facta à marito inter viuos, & per viam contractus probet veram numerationem iuxta ſententiam communem, vel magis receptam: nihilominus, talem confeſſionem factam in vltima voluntate veram dotis numerationem non probare, ſed tantum donationem inducere, & vim legati habere, iuxta tradita in præcedentibus, expreſſe ſentiunt Cancerius *var. p.*1. *d. cap.*9. *num.*54. & Fontanella *d. p.*2. *n.*42. *& ſeqq.* qui *n.*47. refert & probat ita in caſibus contingentibus ſenſiſſe etiam ſuum Senatum Catalauniæ. Alios huius ſententiæ Iuriſperitos referunt iidem Canc. & Fontanella. Ratio fundamentalis eſt, quod huiuſmodi confeſſionem teſtator ad libitum poteſt reuocare, *vt ſuprà num.* 93. probatum eſt, idque propter naturam vltimæ voluntatis, vt *ibidem* notatum eſt, & probat ratio *eodem num.*93. adducta ex Surdo, quod fieri non poſſet, ſi veram numerationem probaret, *l. Publia, §. fin. ff. depoſiti*: implicat enim contradictionem, quod vnum & idem inducat veram debiti probationem, & ex alia parte ſit ad libitum reuocabile; quare Doctores *ſupra num.*89. *& tribus ſeqq.* relati abſolutè, & non diſtinguentes, an ſit facta præcedente dotis promiſſione, vel non, affirmarunt, & vti regulam generalem ſtatuerunt, confeſsionem dotis receptæ factam in teſtamento (vbi non apparet aliunde de dotis ſolutione) non probare numerationem, ſed operari ſolum in vim legati, & fideicommiſsi, 99

miſſi, vt proinde ſit ſemper reuocabilis ad nutum confitentis, a qua regula, vt recedatur propter præcedentem promiſsionem dotis, nulla cogit ratio, quidquid ſit, quando poſt præcedentiam promiſſionis dotis confeſſio dotis receptæ ſit inter viuos, & per viam contractus, eo quod de ea vt inducat probationem veræ numerationis, adducatur ſpecialis textus, licet ſatis dubius, vt notatur *infrà, in leg. in contractibus, §. ſed quoniam, Cod. de non numerata pecunia*, qui non debet extendi ad confeſſionem factam in vltima voluntate, cuius natura eſt, vt poſſit reuocari, & in qua teſtator non præſumitur velle contrahere, & confiteri, vltra quam ferat natura vltimæ voluntatis, vt *ſuprà num. 93.* ex Surdo notatum eſt. Illud autem ex Gomez *num. præcedenti in fine*, pro priori ſententia adducta confeſſionem factam in teſtamento conſiderandam prout eſt mortuo iam teſtatore, quo tempore mutari non poteſt, rectè à Fontanella *vbi ſupra num. 45. verſic. & illud*, reprobatur, cum omnes Doctores præallegati *num 93.* & alij illam conſiderent, prout eſt reuocabilis à principio, eo quod in vltima voluntate facta, & ſi alius eſſet, nec quando confeſſio facta eſſet non præcedente dotis promiſſione iidem Doctores affirmaſſent per illam non probari debitum, cum id fundent in reuocabilitate confeſsionis, vt notatum eſt *ſuprà num.* 8. quæ non eſt conſiderabilis poſt mortem confitentis: quare ſicut confeſſionem factam nulla præcedente dotis promiſsione non conſiderant, prout eſt, ante it poſt mortem teſtatoris confitentis, ſic nec confeſsionem factam promiſsione dotis præcedente, cum nulla appareat ratio diuerſitatis, nec ipſi aliud explicauerint.

Corollaria ex ſupradictis deducta.

100 Ex traditis in præcedentibus infertur, quod ſi teſtator confiteatur, ſe ab vxore recepiſſe centum aureos pro ſuis dotibus, & eos leget, ſi vxor decedat ante maritum, relictum effici caducum, nec vxoris hæredes petere poſſe dotes, ſi de eis non extat alia probatio præter teſtatoris confeſsionem, vt Surdus *d. conſ. 169. n. 9.* poſt Baldum *conſ. 262. vol. 3.*

Infertur ſecundò, quod etſi dos data primo viro cenſeatur repetita ſecūdo viro in ſecundo matrimonio, vt *ſup c. 8. n. 121. & ſeqq.* probatum eſt, hoc tamen non procedit in dote ſolum per maritum confeſſata, ſcilicet quando non conſtat, ſeu probatur dotem confeſſatam fuiſſe datam primo viro niſi per confeſsionem primi mariti factam in teſtamento, vt notaui *d. cap. 8. num. 34.* & præter Doctores *ibid.* relatos tradunt Alexāder *conſ. 122 n. 3. vol. 7.* Cephalus *conſ. 501. n. 16.* Phanucius *de lucro dotis gloſſa* 10. *n. 35.* Borell. *conſ. 19. n. 18.* (vbi dicit quod etſi in computatione Falcidiæ detrahendum primò veniat æs alienum, tamen nō deducitur dos vxoris, quæ probetur per ſolam confeſsionem mariti legantis) & Ripa *in l. fœminæ, n. 50. C. de ſecundis nupt.* vbi dicit quod talis dos confeſſata, & aliunde non probata ſolutione, eſt reſtituenda filiis primi matrimonij, & in vniuerſum, quod in omnibus caſibus, in quibus confeſſio dotis receptæ habet vim legati, vel fideicommiſſi, quia non probatur aliunde vera numeratio, ſemper eſt locus diſpoſitioni *l. hac edictali, eod. tit.* & hoc idē, quod præfata dos cōfeſſata in teſtamento (de qua ſoluta aliūde nec conſtat) à primo marito non cenſeatur ſecundo viro repetita, ſentit Rot. Rom. alios allegās *dec. 124. n. 5. ſin. p. 2. in recent.* Infertur tertiò, quod confeſsio facta per grauatum in teſtamento de dote recepta, non nocet fideicōmiſſario, ita quod ſi de ea dote confeſſata per maritum grauatum aliunde non cōſtet, non poſsit talis dos detrahi ex fideicommiſſo, nec pro ea reſtituēda fideicōmiſsi bona alienari poterunt, ita Bartol. *in l. qui vxore, in princ. ff. de aur. & arg. leg.* Padill. *in auth. res quæ, C. com. de legat. n. 119. & 120.* Surd. *d. conſ. 169. n. 10.* Peregr. *de fideicommiſſis artic. 42. n. 83.* Fontanella *d. clauſ. 14. gloſſa vnica, p. 2. n. 29.* & alij apud Padillam & Fontanellam, & Mantica loquens de confeſsione dotis receptæ conſtante matrimonio facta inter viuos, & plures alios allegans Cancerius *var. tom. 1. cap. 9. n. 182. & 183.* Vbi etiam notat ita fuiſſe deciſum per Regiam Audientiam, & declaratum fideicommiſſario non nocere confeſsionem dotis factam per maritum, licet dotale inſtrumentum præceſſerit, niſi de reali dotis numeratione conſtet, ideoque & Padilla *d. num. 120.* & idē Cancerius cum aliis ab iiſdem allegatis notant, quod ſolum in quibus caſibus confeſsio dotis receptæ probat veram dotis numerationem in præiudicium creditorum mariti confitentis, probat etiam in præiudicium fideicommiſſarij: in quibus autem caſibus confeſsio dotis receptæ facta per maritum tam conſtante matrimonio, quàm ante probet veram numerationem in præiudicium creditorum, explicatur *infra*: ſolum aduerto eſſe dubiam dictam deciſionem Regiæ audientiæ, quod confeſsio mariti poſt præcedēns dotale inſtrumentum non noceat fideicommiſſario, cum talem confeſsionem probare numerationem, & nocere etiam creditoribus mariti tradat idem Cancerius *d. cap. 9. n. 53.* & latiùs probatur *infra n. 150. & ſeqq.*

Confeſſio dotis receptæ ab vxore facta à marito in teſtamento, nulla certa quantitate expreſſa, an valeat vt legatum, anque legatum dotis ſine certa quantitate expreſſa valeat, vel ratione incertitudinis ſit nullum.

Pro cōplemento & intellectu huius dubij quarti remanet explicandum, an confeſsio dotis receptæ facta à marito in teſtamento nulla certa expreſsa illius quantitate valeat, & in vim legati ſuſtineatur, an verò ſit nulla, minimèque præiudicet confitenti, & eius hæredibus ratione incertitudinis, & præfatā confeſsionē, ſeu legatū ratione incertitudinis quātitatis non valere opinatum fuiſſe Herculanum *in l. 1. n. 42. ff. ſoluto matr.* refert Menochius *conſ. 293. num. 14.* Diſtinguit enim ibi Herculanus inter legatum pro dotis conſtitutione nulla expreſſa certa quantitate, & inter legatum pro dote reſtituenda nulla in legato expreſſa quantitate dotis receptæ, & reſtituendæ; quod in primo caſu valet legatum, licet incertum, & in poſteriori non valeat, quoad hūc poſteriorē caſum afferens rationē, quia poterit dos vel nulla, vel minor, vel maior à muliere dari à marito pacto, & conuentione, atque ita neceſſaria eſt certificatio, id quod ait in legato dotis conſtituendæ eſt diuerſum: eiuſdem opinionis fuit Alexander *conſil. 43. n. 4. iuncto num. 7.* ita etiam ſentit Rota *dicta deciſ. 487. n. 16.* apud Seraphin. allegans Baldum *conſ. 14. lib. 2.* & Boichium *d. cap. ex parte, num. 91. de confeſſ.* idem procul dubio ſentiunt Doctores tenentes promiſsionē dotis incertæ, nullaque dotis expreſſa certa quantitate à muliere factam, viro nullius eſſe momenti, qui relati ſunt *ſuprà cap. 7. num. 114.* apud quos alij, vt *dicto num. 114.* notatum eſt, ex quibus præſertim *ibidem citatis d. l. 1. parte 3. numero 50. verſiculo Quintò infertur, & numer. 51. ff. ſoluto matrimonio*, ait legatum dotis incertum ab extraneo factum, ſi concurrat fauor dotis, & ſimul vltimæ voluntatis, valere. Non autem valere, ſi concurrat ſolus fauor vltimæ voluntatis. Probatur hæc ſententia præcipuè per textum *in lege ſi non deſignata, Codice de falſa cauſa adiecta legato, & fideicom.* cuius verba hæc ſunt: *Si non deſignata certa quantitate dotem ſibi legauit maritus, ſed quodcunque ad eum dotis nomine perueniſſet, peruenturumue eſſet, ad id ex teſtamento petis, neceſſaria probatio eſt, numera-* 101

te pecunia, quod ſi quantitatem expreſſit debetur, & ſi in dotem datum non eſſet, quaſi aliud legatum non eo iure, quo dos fingitur, ità textus: ex quibus verbis reſpõſiuis videtur ſatis apertè deciſum, quod quando maritus relinquit dotem iam receptam ab vxore, atque ità facit legatum pro dote reſtituenda, ſi non conſtat de dotis quantitate, legatum vitiatur ratione illius incertitudinis. Prætetea poteſt probari ratione *d. cap.* 8. *citato numero* 114. adducta, quia hæres mariti poſſet legato ſatisfacere, & ſe liberare dans quid minimum.

102 Quibus tamen non obſtantibus contrarium, & præfatam confeſſionem, ſeu legatum dotis nulla expreſſa quantitate non vitiari, ſeu eſſe nullum ratione incertitudinis, expreſsè tenet Menochius *dict. conſil.* 81. *numer.* 8. *& ſeqq.* quia dos illa confeſſata, & legata ſine expreſſione certæ quantitatis certificari poteſt pro modo, & quantitate patrimonij, & conditione perſonarum, inſpecta etiam qualitate temporum iuxta *leg. cum poſt, §, genero, ff. de iure dotium*, vt latius aliis relatis explicatum eſt ſuperius allegato *capite* 8. *dicto numero* 114. *& numer.* 118. Quare non eſt dubium quin huius ſententiæ ſint omnes Doctores ſuſtinentes, ob eandem rationem valere promiſſionem dotis incertæ factam etiam ab extraneo ab ipſa muliere, qui *dicto numero* 114. allegantur: vbi eadem ratio latè explicatur, & etiam legatum dotis nulla expreſſa certa quantitate ob eandem rationem valere, nec vitiari propter incertitudinem., notatum eſt *eodem capite* 8. *dicto num.* 118. & præter Doctores *ibidem* relatos tradidere plurimi alij Iuriſperiti à Menochio *dicto conſil.* 293. *num.* 9. *&* 10. relati, & Zaſius *in lege legato generaliter, numero* 11. *ff. de legat.* 1. à Petr. Barboſa *dicta parte* 3. *numero* 50. *ſine* relatus. Ad intellectum autem *dict. legis ſi non deſignata*, idem Menochius *eodem conſ.* 293. *numero* 15. notat, quod vel vxor legataria petit dotem petendo certam dotis quantitatem; quæ à marito teſtatore non fuit expreſſa, & hoc caſu certa illa quantitas eſt per ipſum probanda, & hoc pacto procedit *dicta lex ſi non deſignata*, & etiam *lex vltima, Codice de falſa cauſa adiecta legato*: vel vxor petit dotem in genere, ſicut in genere maritus eam reliquit, & hoc caſu dos quidem ſic peti poteſt, & debetur, ſed requiritur quantitatis declaratio facienda à viro bono, ſcilicet iudice, conſiderata perſonarum qualitate, & quantitate patrimonij teſtatoris, & temporum conditione: illud autem, quod dos potuit eſſe nulla, vel minima, reiicit idem Menochius *d. n.* 16. eo quod non ſit præſumendum, quod maritus ducat vxorem ſine dote vel dote tenui, ac minima, & ſic velit habere vxorem indotatam, ex quo etiam ſequitur, vt hæres non poſſit ſe liberare dando quid minimum.

INSPECTIO TERTIA.

Quandonam, ſeu quibus in caſibus confeſſio dotis receptæ facta à viro extra teſtamentum, & inter viuos cenſeatur facta ex cauſa veræ numerationis, dotemque fuiſſe numeratam, & ſolutam probet.

Procedit inſpectio tam de confeſſione facta ante contractum matrimonium, vel in ipſo contractu matrimonij, vel paulò poſt contractum matrimonium ante illius conſummationem, quam in dubio præſumi factam ſpe numerationis futuræ probatum eſt *ſuprà* in prima inſpectione, quàm de confeſſione dotis receptæ facta iam conſtante matrimonio, quam in dubio præſumi factam animo donandi mulieri, iuxta ſententiam magis receptam probatum eſt præcedenti inſpectione.

Confeſſio mariti de dote recepta, quando Notarius in inſtrumento ſcripſit pecuniam fuiſſe numeratam in præſentia ſui, & teſtium probat numerationem contra maritum, & eius creditores, vbi quibus verbis à notario poſſit explicari numerationem in ſui & teſtium præſentia fuiſſe factam.

Igitur primus caſus eſt, ſi Notarius in eodem publico inſtrumento confeſſionis teſtetur, ſeu ſcripſerit maritum habuiſſe & recepiſſe pecuniam, ſeu dotẽ actualiter numeratam in ſui, & teſtium in inſtrumento ſcriptorum præſentia, confeſſio probat numerationem & dotis ſolutionem; ita quod nec per maritum, eiuſve hæredes, neque per creditores mariti poſſit opponi exceptio non numeratæ dotis, cũ Notarius loquatur per verba ad ſui, & teſtium vſum relata: ita Bartol. *in l. ſingularia, n.* 23. *ff. ſi certum petatur*, Caſtrenſ. *l.* 1. *n.* 8. *ff. ſol. matr.* Roman. *in l. prædia, n.* 4. *ff. de acquir. poſſeſſ.* Surd. *dec.* 284. *n.* 7. Cancerius *var. tom.* 3. *c.* 4. *n.* 32. *&* 33. Mantic. *de tacit. & ambig. conu. lib.* 11. *tit.* 20. *n.* 8. *verſic. Primum eſt*, Gomez *ad l.* 50. *Tauri, n.* 52. *v. quod limit.* 1. Velaſcus *conſult.* 5. *numer.* 11. Fontanell. *de pact. nupt. clauſ.* 14. *gloſſ. vnic. p.* 1. *n.* 8. 9. *&* 10. Aug. Barboſ. *collectan. ad l. ſi ex caut. num.* 3. *C. de non n. pecun.* apud quem alij communiter, ſtatur enim fidei Notarij aſſerentis nõ confeſſionem tãtum, ſed etiam numerationẽ marito factam ſe & teſtibus videntibus, vt Gomez, & Valaſc. ex Gloſſa ordinaria, Bartolo, & aliis ſcribentibus *in l. fin. C. de dot. caut. non numerata.* Præter quàm quod in dubio ſtandum eſt inſtrumento, vt Faber *lib.* 5. *C. tit.* 10. *defin.* 1. *n.* 3. *per notata in l. vltim. C. de fide inſtrumentor.* 103

Item plenè probatur dotis numeratio, & ſolutio, ſi Notarius in publico inſtrumento ſcripſerit, quod maritus confeſſus eſt ſe recepiſſe pecuniam, ſeu certum pro dote, quæ verè habuit, & recepit, etiamſi non adiecerit in præſentia mei Notarij, & teſtium, cum id præſumatur: ita Gloſſa *in l. cum Contract. lib. & in d. l. ſi ex cautione, Cod. de non numerata pecunia*, Valaſc. *d. n.* 1. & alios plurimos allegantes Mantic. *verſ.* 1. *lib.* 18. *tit.* 6. *num.* 4. & Emanuël à Coſta *in d. l. ſi ex cautione, v.* 10. *fallit, n.* 4. Aug. Barboſ. *d. collect. ad l. ſi ex cautione, n.* 4. eo quia Notarius non poſſit apponere dicta verba, niſi facta ſit vera numeratio eo loco, & tempore, & præſentibus teſtibus, cum non poſſit teſtari de eo, quod non vidit teſtibus præſentibus & intelligentibus, vt Mantic. *d. n.* 4. & allegatis *locis* Coſt. & reprobato Farinac. *de falſitate, & ſimulat. teſtium, q.* 154 *n.* 59. Auguſt. Barboſ. qui *ibid.* etiam loquens de confeſſione mutuatarij de mutuo accepto poſt Maſcard. *de probat. concl.* 1117. incipiente *numerationem probari per inſtrumentum, n.* 3. Farinac. *d. q.* 154. *n.* 55. & alios adducit, vt numeratio probetur, Notariũ, & teſtes debere videre, & cognoſcere quãta ſit pecunia, aperiendo ſacculum, in quo contineretur. Quamvis idem Maſcard. *n.* 6. *alleg.* Bald. *conſ.* 242. *vol.* 2. dicentes, pecuniam poſſe ſolui in ſacculo, & poſſe dici numerationem, ſi partes cõfiteantur, licet Tabellio cautè faceret, ſi videret actum numerationis, & ipſam pecuniam, de quo Tiraquell. *de retract. conu.* §. 4. *gloſſa* 6. *n.* 18. *ab eod.* Maſcardo. 104

Similiter ſi in publico inſtrumento ſcriptum ſit, dotem fuiſſe in tot vicibus, & in tot aureis, vel ducatis tali tempore coram teſtibus infr. ſcriptis, huiuſmodi confeſſionem, in qua exprimitur à Notario in quot vicib. dos marito fuerit numerata, & qualitas monetarum, & tempus ſolutionum factarum, probare veram numerationem, & minimè præſumi ſimulatam, aut factam ſpe futuræ numerationis, vel animo donandi, eo quod 105

quod non videatur veriſimile in omnibus ſuis capitibus inſtrumentum non eſſe verum, ſed ſimulatum aut ſuſpectum cum tantis expreſsionibus, tradunt Baldus *conſ.28.lib.* 1. Alexander *conſ.35. num.6. & ſeqq. lib.*1. Crauetta *conſ.*585. *num.*1. Mantica *d.tit.*20. *num.*8. *citato verſic.primum*, & alios allegantes Stephanus Gratianus *deciſ. Marchiæ* 103. *num.* 24. *initio*, & Borellus *in ſumma deciſ. tom.*2. *tit.*3. *n.*255.

106 Aduertendum autem, quod licet in tribus prædictis caſibus, in quibus Notarius ſcripſit dotem fuiſſe numeratam marito in præſentia ſui & teſtium, intelligatur probata numeratio, & ſolutio dotis, id tamen intelligitur, niſi probaretur contrarium, quod vt notant Cancerius *d.tit.*4.*num.*32. & Fontanella *d.p.*1.*num.*10. & conſtat ex traditis *ſuprà num.* 5. probari poteſt per teſtes inductos, qui dicant ſe interfuiſſe actui, & non vidiſſe tunc temporis pecuniam fuiſſe præſentem, vel vidiſſe, quod pecunia non fuit numerata, ſed ſolum (vt ſæpè fieri ſolet) ante oculos in quadam burſa vel ſacculo poſita; vel dicendo, quod pecuniæ illa non fuit tradita, quia poſt firmatum inſtrumentum pars recuperauit pecuniam illam, quæ ante oculos poſita fuerat; hoc enim caſu præſumptio, quæ erat pro inſtrumento, *vt ſuprà d.num.*7. *& num.* 103. notatum eſt, cederet abſque dubio veritati, vt Fontanella *loco cit.*& Notarium, vt falſarium pœna falſi punire debere, cum ſcripſerit pecuniam fuiſſe in ſui, & teſtium præſentia numeratam (quæ verba non referuntur ad confeſsionem partis, ſed ad ipſum Notarium) & teſtes aliud deponant, tradunt Surdus *d. deciſ.*284. Mantica *dicto tit.*6. *num.*4. & alios allegantes Fontanella *d. p.*1. *num.* 11. & Auguſt. Barboſa *d. collect. ad l. ſi ex cautione, num.*3. vbi tamen notat Mar. Mutam *dec.*71.*n.*16. aſſerere Notarium excuſari à falſo, ſi ita de conſuetudine poterat ſcribere, quod idem dixit Farinacius alios allegans *de pœnis temp. quæſt.*95. *n.*13. *& in tract. de falſ. & ſimulat. quæſt.* 154. *num.* 68. licet Fontanella *vbi ſuprà num.* 14. reprobet huiuſmodi conſuetudines, vt in magnum proximi detrimentum cedentes: qui *n.* 12. etſi dicat, quando Notarius atteſtatur de numeratione in ſui, & teſtium præſentia, eum non habere excuſationem, ſi contrarium probetur; ait tamen quod haberet, ſi ſolum dictum fuiſſet, quod Titius *pecuniam numerauit, exburſauit, & tradidit*, quia cum verba prædicta poſsint referri ad confeſsionem partis ſcilicet, quod pars confeſſa fuit ſibi numerata, exburſatum, & traditum fuiſſe, ex hoc ſolueretur Notarius à falſitate interpretando, quod noluit aliud dicere nempe, quod noluit loqui de vera numeratione, ſed de numeratione confeſſata, cui non officit, quod probetur veram non interueniſſe numerationem. At quando Notarius loquitur per verba reſtricta ad viſum ipſius Notarij & teſtium, ſi contrarium probetur, ait idem Fontanella poſt alios, non poſſe falſitatem euitari, cum prædicta verba non poſsint referri ad confeſſionem partis.

107 Obſeruandum etiam, quod Notarius in inſtrumento debet atteſtari de præſenti numeratione pecuniæ, vt inſtrumentum confeſsionis dotis vel pecuniæ receptæ probet numerationem, quare ſi aſſerat, ſeu dicat haberi in præſentia mei, atque talium teſtium pecunia fuit numerata, non facit fidem de numeratione, niſi aliter de ea legitimè appareat, quia cum de actu præcedenti non fuerit rogatus, non dat fidem, tanquam Notarius, & perſona publica, ſed tanquam perſona priuata, ita Mantica *d.tit.*6. *num.*5. & alios allegantes Auguſtinus Barboſa *d. collect. ad l.ſi ex cautione, d. n.*3. & Stephanus Gratianus *deciſ. Marchiæ* 11. *n.* 16. vbi propterea addit etiam quod ſi Notarius falſum diceret non præſumeretur, cum loquatur vt perſona priuata non vt iurata perſona.

Confeſſio receptæ dotis (quæ alias in dubio præſumitur facta ſpe futuræ numerationis dotis) facta in inſtrumento guarentigiato probat dotem numeratam in præiudicium mariti, & eius hæredum.

108 Secundus caſus aſsignatur, quando vir confeſſus eſt, ſe recepiſſe à muliere dotem in inſtrumento guarentigiato, quod ſcilicet (*vt ſupra num.*59. notatum eſt) ex diſpoſitione ſtatuti haberet vim rei iudicatæ, & mãdati, vel deberet mandari executioni tanquam ſententia, & ſimus in caſu, in quo alias confeſsio dotis receptæ in dubio præſumitur facta ſpe futuræ numerationis vt quando facta eſt ante contractum matrimonium, vel in ipſo contractu matrimonij, aut paulo poſt ante illius conſummationem, vt dictum eſt ſupra in inſpectione prima (nam quando confeſsio in dubio præſumitur facta animo donandi, vt facta conſtante matrimonio, eam licet factam in inſtrumento guarentigiato non probare numerationem, neque in præiudicium mariti confitentis, ſed poſſe reuocari probatum eſt *ſup. d. num.* 59.) hoc enim caſu confeſsionem probare numerationem, ſeu ex ea adeo præſumi dotem numeratam, vt nulla exceptio non factæ numerationis à marito, vel eius hærede poſsit obiici, ex Baldo *in l.vnica, num.*4.*Cod.de priuil. dotis, & in l. pecunia, Cod.de ſolutionibus*, Baldo Nouello *in l.*1. *num.*214. *ff.ſolut. matr.* & Socino *ibid.n.*79. tradit Menoch.*lib.*3.*dicta præſump.* 12. *num.* 21.

109 *Dixi à marito, & eius hærede*, quia mariti creditoribus huiuſmodi confeſsio non præiudicat; nam licet facta ſit in inſtrumento guarentigiato, poſſunt tamen ipſi opponere non numeratæ dotis exceptionem, de quo infra hoc *cap. num.*244. & ita etiam expreſsè Menoch. *lib.*3. *præſ.*13. *n.*8. *& num.*33.

Confeſſio dotis receptæ, quæ alioqui præſumitur in dubio fieri ſpe futuræ numerationis, facta cum renunciatione exceptionis non numeratæ dotis, vel ſi poſt eam lapſum ſit tempus opponendi dictam exceptionem, qua ratione probet numerationem.

110 Tertius, & quartus caſus à Doctoribus inducitur (& procedit hic caſus ſolum, quando in dubio confeſſio dotis receptæ facta à marito præſumitur facta ſpe futuræ numerationis, non verò quando præſumitur facta animo donandi, de qua in præcedenti inſpectione) quando vir poſt confeſsionem dotis receptæ renunciauit ex interuallo exceptioni non numeratæ dotis, vel poſt confeſsionem factam lapſum eſt tempus opponendi dictam exceptionem, vt in his duobus caſibus præſumatur dos numerata, nec à marito, eiuſve hærede poſsit opponi exceptio non numeratæ pecuniæ. Sed de his duobus caſibus, & qua ratione talis cõfeſsio præiudicat marito, & eius hæredibus (nam an creditoribus mariti noceat infrà in inſpectione ſequenti) latè actum eſt ſuprà in prima inſpectione, *à n.*20. *ad* 26. an etiam præiudicet creditoribus mariti, vt non poſsint in iiſdem caſibus opponere exceptionem dotis non numeratæ infrà in inſpectione ſequenti, & ex præallegatis Doctoribus, præſertim Menoch.*lib.*3. *præſumpt.*13. *num.* 30. *& quatuor ſeqq.* aſſerens non præiudicare illis, quia poſsint dictam exceptionem opponere.

Confeſſio

Confeſſio dotis recepta à muliere (vbi alias in dubio præſumitur fieri ſpe futuræ numerationis) facta à marito cum iuramento de veritate receptionis, vel cum iuramento promiſſorio de illam ſoluendo, vel non contrauenicendo renunerationi exceptionis non numeratæ dotis adiectæ confeſſioni, an probet veram numerationem dotis.

111 Quintus caſus proponitur, vt quando confeſſio dotis receptæ facta à viro aliàs in dubio præſumitur facta ſpe futuræ numerationis, vt cum fit ante matrimonium, vel in ipſo contractu matrimonij (nam de confeſſione iurata facta conſtante matrimonio, quo caſu in dubio præſumitur facta animo donandi, an iuramento aſſertorio vel promiſſorio, vel vtroque ſimul confirmetur, excuſſum eſt præcedenti inſpectione) ſi vir confeſſus fuerit, ſe dotem recepiſſe, ſeu dotem ſibi numeratam fuiſſe, & inſuper confeſſioni addiderit iuramentum aſſertorium de veritate numerationis, ſcilicet iurauerit dotem ſibi numeratam fuiſſe, vel verè eſſe omnia, & ſingula in inſtrumento contenta, tunc confeſſio ratione iuramenti additi probat numerationem dotis in præiudicium mariti confitentis, & ſuorum hæredum, vt non poſſint opponere exceptionem non numeratæ dotis dicto iuramento aſſertorio obſtante; ita alios allegantes Menochius *conſ.7.num.*11. (vbi dicit iuramentum hoc efficere, vt dos dicatur numerata non confeſſata:) idem Menochius *lib.*3.*d.præſumpt.*12. *num.*27. & P.Barboſa *in leg.*1.*p.6. num.* 46. & faciunt Doctores *leg. fin. Cod. de non numerata pecunia*, (vbi ſtatuitur ei, qui confeſſus eſt, ſe recepiſſe mutuam pecuniam ſpe futuræ numerationis, competere intra biennium exceptionem non numeratæ pecuniæ, etiamſi confeſſioni addiderit iuramentum, interpretantes procedere, quando confeſſus eſt, ſe recepiſſe mutuam pecuniam, & confeſſioni addidit iuramentum de illam ſoluendo, vt ſcilicet hoc caſu, iuxta *d. l. fin.* non obſtante tali iuramento appoſito ſolutioni, ſeu reſtitutioni non excludatur ab exceptione non numeratæ pecuniæ; at verò ſi confeſſus fuerit ſe recepiſſe mutuam pecuniam adhibito ſolum iuramento aſſertorio de veritate receptionis, tunc ratione talis iuramenti appoſiti receptioni excludi ab exceptione non numeratæ pecuniæ; ita *d. l. fin.* interpretati ſunt Ruinus *in l.nemo poteſt, num.*57. *ad finem, ff.de l.*1. Emanuël à Coſta *in l.ſi ex cautione, fallent.* 9. *Cod.de non numerata pecunia*, & plures alij relati à Vaſquio *de ſucceſſ.creat.lib.*1.*num.*19. *initio*, & à P. Barboſa *d. num.*46. & Velaſco *conſul.*5. *num.* 19. qui etiam refert Vaſquium *de ſucceſſ. creat. lib.*2. §.18. *num.* 69. qui tamen ſicut ibi ait non excludi ab exceptione non numeratæ pecuniæ, quando confeſſioni cum renunciatione dictæ exceptionis additum eſt iuramentum de non contrauenĩedo, ita etiam *d.* §.9. *num.*19. *verſic.contrariam ſententiam, & num.*20. aſſerit, quod etiamſi mutuatarius iuraſſet recepiſſe pecuniam, adhuc poteſt exceptionem non numeratæ pecuniæ intra biennium opponere, plurimos ad id Doctores allegans, etſi *eodem num.*19. *initio*, dicat contrarium tenere communiter Doctores *in d. l. fin.*

112 Contrarium tamen, & etiamſi vir iuraſſet, ſe recepiſſe dotem, adhuc confeſſionem non probare numerationem, & poſſe virum opponere exceptionem non numeratæ dotis, tenent expreſsè Socinus ſen. *in l.*1.*num.*82. *ff.ſolut.matr.* & Gomez *ad l.*50.*Tauri, num.* 52. *verſic. quod extende*, & loquentes de confeſſione mutuæ pecuniæ ſub ſpe futuræ numerationis, & ſi confitens iuraſſet ſe verè recepiſſe mutuam pecuniam, poſſe ab ipſo non obſtante eo iuramento opponi exceptionem non numeratæ pecuniæ, tradunt idem Gomez *var.tom.*2.*cap.*6.*num.*2.*verſic.quod extende*, Vaſq. *d.* §.9. *num.*19. *&* 20. Maſcardus *de probat. concl.* 695. *num.*20. Mantica *de tac. & ambig. lib.* 18. *tit.* 4. *verſic. neque illa differentia*, & plurimi alij à Gomez, Vaſq. & Maſcardo relati. Rationem eſſe aiunt, quod iuramentum intelligitur ſecundum naturam actus, ſeu contractus, ſuper quo interponitur, & ſub conditione tacita, vel expreſſa, vt aliis relatis idem Gomez *loco cit. & cap.* 10. *num.* 22. *verſic. neque obſtat*, Vaſquius *d. num.* 20. & alij quos latè refert Auguſtinus Barboſa *collect. ad d.l.fin. num.* 6. *Cod. de non numerata pecunia*, confeſſio autem de dote, vel pecunia mutua recepta facta ſub ſpe numerationis habet tacitam conditionem, ſi numeretur dos vel pecunia, quia confitens cogitat numerationem ſequuturam, & conſentit ſub eadem conditione, ſi numeretur, & numeratione ceſſante ceſſat conſenſus, ac proinde etiam iuramentum confeſſioni additum de receptione habet eandem conditionem tacitam, ſi numeratio fuerit facta, illiuſque vis à iurante confertur ad tempus dotis, vel pecuniæ recipiendæ: quapropter ceſſante numeratione iuramentum nihil operatur, & conſequenter eo non obſtante, poteſt confitens opponere exceptionem dotis, vel pecuniæ non numeratæ, vt habetur *d. l.fin. Cod. de non numerata pecunia*, quam ita eſſe intelligendam tradunt iidem Doctores.

Quin etiamſi confeſſioni prædictæ dotis, vel pecuniæ receptæ factæ ſub ſpe futuræ numerationis oppoſitum fuerit iuramentum de ſoluendo, vel reſtituendo dotem vel pecuniam, adhuc etiam nulla obſtante abſolutione à tali iuramento, poſſe iurantem intra tempus præſcriptum opponere eandem exceptionem dotis, vel pecuniæ non numeratæ, aſſerunt iidem Gomez, Maſcardus *locis allegatis*, Vaſquius *d. num.* 20. & *lib.*2. *d. cap.* 18. *n.* 69. & alij præallegati, idque ob eandem rationem, quia cum iuramentum intelligatur ſecundum naturam actus, ſuper quo interponitur, huiuſmodi iuramentum promiſſorium habet tacitam conditionem, ſi dos, vel pecunia numeretur, de qua numeratione futura confitens iurans cogitauit, atque adeo non eſt veriſimile, ſe iuramento voluiſſe obligare, ac iuramenti vim contuliſſe in idem tempus dotis vel pecuniæ recipiendæ; vnde ceſſante numeratione nullam obligationem producit iuramentum ob defectum voluntatis, ſeu conſenſus iurantis, vt *locis citatis* Gomez, & Vaſquius, & Maſcardus cum aliis à ſe allegatis: qui proinde ſentiunt *d.l.fin.C.de non num. pecunia*, procedere ſiue confeſſioni de recepta pecunia mutua factæ ſub ſpe futuræ numerationis additum ſit iuramentum aſſertorium de veritate receptionis, ſiue promiſſorium de ſolutione, & reſtitutione. Neque prædictis obſtare iura dicentia contractum nullum, & inualidum firmari iuramento, ſubdit Gomez *duobus locis ſuprà allegatis*; reſpondet enim debere intelligi, quando adeſt conſenſus abſolutus iurantis, in huiuſmodi verò confeſſione facta ſpe futuræ numerationis non adeſt conſenſus confitentis abſolutus, ſed conditionatus, ſi numeratio fuerit ſequuta. Ex quibus patet in vtroque caſu non eſſe opus abſolutione à præfatis iuramentis, vt iurans vtatur priuilegio exceptionis intra tempus præfinitum refundendo in aduerſarium onus probandi numerationem fuiſſe factam; quamuis Mantica dicat talem abſolutionem præmittendam, ſed eſſe concedendam ob præfatam rationem.

Sed quid, ſi in confeſſione dotis receptæ, quæ aliàs 113
præſumitur facta ſpe futuræ numerationis, vir non ſolum cum iuramento aſſeruerit ſe dotem recepiſſe, ſed etiam renunciauerit exceptioni dotis non numeratæ, & ſuper tali renunciatione præſtiterit iuramentum promiſſorium de non contrauenicudo tali renunciationi,

ni. Hoc caſu multò magis præſumi veram numerationem, nec poſse virum confitentem, aut eius hæredem opponere exceptionem non numeratæ dotis, aſseruut poſt alios Menochius *d. præſumpt.* 12. *numero* 29. Mantica *d. tit.* 20. *num.* 8. *fine*, & P. Barboſa *d. p.* 6. *n.* 47. eo quod directè contradiceret iuramento, ac proinde non eſset audiendus hæres, & ſi non poſset vti beneficio, ſeu priuilegio opponendi exceptionem dotis non numeratæ, poſset tamen & deberet audiri ſi vellet impugnare confeſſionem, aſsumendo in ſe onus probandi dotem non fuiſse numeratam, quia non faceret contra illud iuramentum, quod cum afficiat, ſeu reſpiciat tantum renunciationem exceptionis, obligat ſolum vt confitens non poſſit vti d. priuilegio exceptionis, non verò impedir eundem confitentem probare negatiuam, ſi velit, ſicut etiam, qui ſub ſpe futuræ numerationis confeſsus eſt recepiſse pecuniam mutuam, & cum iuramento renuntiauerit beneficio ſibi à lege conceſso opponendi intra biennium exceptionem non numeratæ pecuniæ, eo iuramento priuatur quidem priuilegio exceptionis; tamen ſi velit, poteſt probare negatiuam, ſeu pecuniam non fuiſse numeratam, vt Angelus *in d. leg. ex cautione, Cod. de non num. pecunia*, Mantica *d. tit.* 4. *num.* 7. *verſ. & ſi aliquis*, Marc. Anton. *var. reſ. lib.* 2. *reſolut.* 60. *caſu* 31. *verſic.* 3. *facit*, & alios allegans Auguſt. Barboſa *collect. ad d. l. fin. num.* 5. *Cod. de non num. pecunia.* Quare iurans, vt admittatur ad probandum negatiuam, dotemve, aut pecuniam non fuiſse numeratam, non indigebit abſolutione illa à iuramento, tametſi minus rectè Mantica, & M. Antonius putent eſſe neceſſariam, non tamen eſſe denegandam: foret autem neceſſaria abſolutio à iuramento, vt iurans poſſet vti beneficio exceptionis intra tempus à iure conceſſum ad eam opponendam transferendo in aduerſarium onus probandi dotem vel pecuniam fuiſſe numeratam, vt latè Mantica *d. tit.* 4. aſſerens tamen poſt alios, eam abſolutionem eſſe concedendam, quia cum ſimul in caſu, in quo dos, vel pecunia præſumitur non numerata, illa ſine peccato mortali peti non poteſt, ex quo fit, vt iuranti abſolutio debeat concedi.

114 Aduertendum etiam, quod licet præfata confeſſio dotis receptæ ſpe futuræ numerationis facta cum iuramento aſſertorio de veritate receptionis, vel promiſsorio de ſoluendo, ſeu reſtituendo dotem confeſsatam, iuramento confirmata noceret marito, & eius hæredibus, iuxta tradita, & varias Doctorum ſententias, vt etiam intra tempus conſtitutum ad opponẽdam dictam exceptionem nõ numeratæ dotis, eam non poſsent opponere, non tamen præiudicat mariti creditoribus, quin poſſint eam exceptionem opponere, ſi ad propriũ intereſse excipiant de non numerata dote, vt poſt Bellonum *conſ.* 48. *à num.* 5. & alios Mantica *lib.* 11. *tit.* 20. *num.* 42. P. Barboſa *ad d. l.* 1. *p.* 6. *num.* 47. *ff. ſolut. mat.* & etiam Gaſpar Theſaur. *in add. ad dec.* 112. *patris.* Nam iuramentum alteri præiudiciale, illi nihil nocet, *cap. cum contingat*, de iureiurando. Quid verò ſi etiam renunciauerit exceptioni non numeratæ dotis, an tunc confeſſio noceat creditoribus, vt intra tempora non poſſint opponere exceptionem non numeratæ dotis, infra in ſequenti inſpectione.

Confeſſio ſimplex dotis receptæ conſtante matrimonio à marito facta non ipſi vxori, ſed vxoris patri, vel fratri, aliòve extraneo, an probet dotis numerationem, an verò præſumatur ſub ſpe futuræ numerationis facta.

115 Sextus caſus eſt, quando à marito conſtante matrimonio facta eſt ſimplex confeſſio dotis receptæ (de qua receptione aliunde non conſtat) non ipſi vxori, ſed vel vxoris patri, vel fratri, alteríve coniuncto vxoris, aut tertio omnino extraneo, quo ſe dotem recepiſse maritus conſtante matrimonio confitetur, ſeu confeſsus eſt: hoc enim caſu huiuſmodi confeſſionem dotis receptæ etiam factam patri vxoris ſeu ſocero, vel fratri, alteríve coniuncto vxoris probare veram numerationem quoad omnes, ſcilicet tam in præiudicium confitentis, & eius hæredis, quàm creditorum eiuſdem mariti confitentis, vt à nullo eorum poſſit contra eandem confeſſionem opponi exceptio non numeratæ dotis, aſſerit expreſse Surdus *conſ.* 290. *num.* 52. vbi teſtatur idem tenuiſse Nouellũ, & alios Doctores, Decium, Ruinum, Alciatum, Ancharanum, quos ibidem allegat: rationem affert, quod maritus non ſit ita facilis in donando ſocero, & fratribus vxoris, ſicuti vxori. Hæc tamen ſententia communiter reprobatur quoad confeſſionem de dote recepta facta ſocero, ſeu vxoris patri; nam cum ſocero donari ita prohibeatur, ſicut propriæ vxori *leg.* 3. §. *qui in eius, ff. de donat. inter vir. & vxor.* confeſſio præſumeretur facta in fraudem legis, & animo donandi in fauorem vxoris; ita expreſſe Rolandus *conſ.* 93. *num.* 27. *lib.* 1. Vrſillus *ad deciſ.* 402. Afflicti, *num.* 5. Baldus Nouellus *de dote p.* 10. *num.* 14. Menochius *lib.* 3. *præſumpt.* 12. *num.* 83. Fontanella *de pactis nupt. clauſ.* 14. *gloſſa vnica, p.* 2. *num.* 48. Rota Romana alios allegans *deciſ.* 108. *num.* 4. *ibidem* Ferentillus *l. cit.* plures alij à Surdo *d. num.* 52. relati, & alij, qui *num. ſeqq.* referuntur.

Igitur aliorum plurimorum ſententia eſt, quod confeſſio conſtante matrimonio facta extraneo de dote ab eo accepta probat numerationem veram dotis quoad omnes, ſcilicet maritum confitentem, mariti hæredes, & creditores, ita quod ex ea confeſſione dos præſumatur verè numerata, nec facta ſpe futuræ numerationis, nec animo donandi mulieri, & ita non ſit locus exceptioni non numeratæ dotis, ita Ioannes Lupus *d.* §. 30. *num.* 12. Hippolitus *ſing.* 345. Decius *conſ.* 536. *num.* 9. Rolandus *d. conſ.* 93. *num.* 27. & 56. Surdus *d. conſ.* 290. *num.* 52. *& conſ.* 397. *num.* 6. Vrſillus *ad deciſ.* Afflicti 402. *d. num.* 5. Merlinus *de legit. lib.* 2. *tit.* 1. *quæſt.* 15. *num.* 18. Faber *lib.* 5. *tit.* 10. *definit.* 10. *fine*, Mareſcotus *var. reſol. lib.* 1. *cap.* 81. *num.* 8. (vbi addit, ita tenuiſſe Rotam in Amerienſi prætenſæ dotis 12. Nouem. 1599. coram Litta) & plures alij relati tum à prædictis, tum à Couarruuia *var. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 6. *verſ. eſt & alia*, Menochio *d. præſumpt.* 12. *num.* 78. & P. Barboſa *ad l.* 1. *p.* 6. *num.* 49. *ff. ſolut. matr.* & quamvis aliqui, qui pro hac ſententia allegantur, nomine extranei intelligant eum, qui non eſt coniunctus vxori, vt Surdus *d. dec.* 290. *num.* 52. notauit; nihilominus ferè omnes huius ſententiæ aſſertores intelligunt etiam extraneum coniunctum, & exemplificant in fratre vxoris, à quo ſe dotem recepiſſe maritus confeſſus ſit, vt idem Surdus *d. num.* 52. *& d. conſ.* 397. *citat. num.* 6. aduertit: ita etiam expreſsè Vrſillus, & Rolandus *locis allegatis*, & conſtat etiam expreſsè ex Couarruuia *d. verſ. eſt & alia, initio.* Menochio *d. num.* 78. *iuncto num.* 84. & Fontanella *loco ſupr. allegato.* Rationem afferunt, quod cum inter maritum, & fratrem vxoris, & alium extraneum non ſit prohibita donatio, huiuſmodi confeſſio caret ſuſpicione fraudis, nec poteſt præſumi facta in fraudem legis, & ſimulata, ſed facta, quia actualiter dos fuerit numerata, vel animo donandi ipſimet extraneo, cui nemo donare prohibetur, vt Faber *d. definit.* 10. *in ſcholio n.* 11. ac proinde huiuſmodi dotem, quam maritus confeſſus eſt, ſe recepiſſe ab extraneo, habere in fauorem mulieris priuilegia veræ dotis, quoad hypothecam, & prælationem, tradidit Baldus *in rub. num.* 4. *Cod. de priu. dotis*, provt illum intelligunt Baldus Nouell. *d. num.* 14. & alij relati à P. Barboſa *in l.* 1. *p.* 6. *n.* 59. *verſic. & iuxta*, *ff.*

ff. ſolut. matr. qui tamen intelligit eundem Baldum, quando maritus conſtante matrimonio confitetur recepiſſe dotem ab extraneo, qui prius eidem marito dotem promiſerat, de quo infra *n.191.& ſeqq.*

117 Et quod quando maritus confitetur ſe recepiſſe dotem à fratre vxoris, vel alia perſona extranea, cum non ſit facta inter perſonas prohibitas, hæc confeſſio plenè probat ſolutionem & receptionem dotis contra confitentem, illique præiudicat, cum excludat à beneficio exceptionis non numeratæ dotis, ſentiunt: etiam Oſaſcus *deciſ. 20. num.* 10. & P. Barboſa *d. p.6. n. 32. verſic. illud certum*, aſſerunt id certum eſſe iuxta *l. generaliter Cod. de non numerata pecunia*, ex qua Doctores intulere regulam, quod confeſſio debiti ex alia cauſa, quàm metus, vel dotis plene probat debitum contra confitentem, licet admittat probationem in contrarium. Oſaſcus verò probat *l. vir ab eo 49. & l. cum dotem 71. ff. de iure dotium*, quæ ſeatus videtur magis vigere.

118 Cæterum contrarium, & etiam ſi confeſſio conſtante matrimonio a marito facta ſit de dote recepta ab extranea perſona, ſiue coniuncta vxori, ſiue omninò extranea (vbi de receptione aliter non conſtet) talem confeſſionem non probare numerationem & ſolutionem dotis, neque maritum excludi à beneficio querelæ, ſeu exceptionis non numeratæ dotis intra tempus præſtitutum ad opponendum, tanquam ea confeſſio præſumatur facta ſub ſpe futuræ numerationis, ſi nulla præceſſit dotis promiſſio, vel alia adſint indicia nomeratæ dotis, tenent Baldus Nouellus *d.n.14.* Gomez *ad l. 50. Tauri, n. 2. verſ. tertiò limita.* Hieronymus Gabriel *conſ.* 163. *& num.* 451. Valaſcus *conſult. 5. num.* 14. Couarruuias *d. cap. 5. num. 6. de verſ. eſt & alia*, Menoch. *d. præſumpt. 12. num. 70.* P. Barboſa *d. p.6. num. 49. verſ. vltra. ad complementum, num. 50. verſ. ſi autem aliter*, & nonnulli alij ab eodem P. Barboſa, à Gomez, & à Gabriele relati: ita & etiam ſentire videntur Ioſeph. Lud. *dec. Peruſ. 66. num.* 21. *p.* 2. & Fontanella *d. p.* 2. *citato num.* 49. & pro hac ſententia videtur clarus text. *in auth. de temp. non ſoluta pecunia ſuper dote, § ſi autem neque intra decennium, verſ. in nullo diſcernentibus nobis*; vbi intra tempus ad proponendam querelam, ſeu exceptionem non numeratæ dotis decernitur querelam, ſeu exceptionem competere ſiue dotem mulieri promiſerit, ſiue alius quicumque: verba textus ſunt, *in nullo diſcernentibus nobis, ſiue mulier tanquam dotem offerens conſcribat, ſiue pater, ſiue alter quiſquam pro ea, tempore in omni caſu tali ſicuti prædiximus extendente ſuos effectus, & dante vel permittente querelam*: idem probat *leg. fin. cum auth. ibi poſita Cod. de dote cauta non numerata*, aiunt Gabriel Gomez, & P. Barboſa, cuius *l. fin. & totius d. titul.* rationem Valaſcus, & Gomez aiunt militare etiam in iſto caſu confeſſionis dotis receptæ ab aliquo extraneo, ſiue vxori coniuncto, ſiue omninò extraneo; neque ex eo, quod inter maritum, & vxoris fratrem, & alium extraneum, non eſt prohibita donatio, ac proinde in huiuſmodi confeſſione dotis receptæ ab alio, quàm ab vxore eiuſve patre ceſſat præſumptio donationis, & ſuſpicio fraudis, inferri debet, aut poteſt præſumi dotem vere numeratam fuiſſe (vt inferunt Doctores *numero* 116. relati) ſed imo ex hoc, quod ceſſat præſumptio donationis, & ſuſpicio fraudis ideo præſumitur confeſſio dotis receptæ (vbi aliunde non probatur ſolutio) facta ſpe numerationis futuræ, & propterea eſt locus diſpoſitioni *d. l. fin.* & Gabriel *d. num.* 6. & alij Doctores pro hac ſententia relati; & certe ſi admitteretur altera ſententia, quod talis confeſſio facta fratri vel extraneo, qui dotem promiſiſſet, probaret veram numerationem, huiuſmodi confeſſiones facillimè poſſent fieri ſolum intuitu vxoris, & præiudicandi creditoribus mariti, & ita via fraudibus aperietur, vt Baldus Nouellus, Ioſeph. Ludouicus, & Fontanella *locis citatis.*

119 Et Menoch. *d. præſumpt. 12. n. 82. & ſeq.* notat, præſumi in his confeſſionibus fraudem coniecturis concurrentibus, quarum primam *n. 82.* poſt Nouel. *d. n. 14.* ait eſſe quando ære alieno grauatus confeſſus ſit fuiſſe erga valde coniunctum ipſi mulieri: ſecundam *num. 84.* poſt Ioannem Lupum *d. §. 30. n. 6.* quando maritus eſt confeſſus recepiſſe dotem ab omnino extraneo, cum quo tamen habitus fuiſſet aliquis ſermo & tractatus, quod ipſe maritus cupiebat donare vxori: tertiā *n. 85. ex eod. Lupo d. §. 30. n. 12. fine, & n. 13.* quando maritus eſt confeſſus recepiſse dotem à penitus extraneo, qui deinde ius ſuum ceſſit vxori, in his enim caſibus iuxta eoſdem Doctores confeſſio cenſeretur facta animo donandi in fauorem vxoris, ſicut & quando confitetur maritus ſe recepiſſe dotem a ſocero ab vxoris patre, *vt ſupra n. 116.*

Ex quibus infertur, præfatam confeſſionem dotis receptæ ab alio, quam ab vxore, ſiue coniuncto mulieri, ſiue penitus extraneo, non nocere creditoribus mariti, nec habere priuilegia veræ dotis: id quod etiam poſt Bart. & Salicet. *in auth. ſed iam neceſſe, Cod. de donat. ante nupt.* & Bellonum *conſ. 48. num. 6.* notat Menochius *lib. 3. præſumpt. 13. n. 34.*

120 Et prædicta de confeſſione dotis receptæ ab alio quam ab vxore facta à marito conſtante matrimonio, vbi non apparet præceſſiſſe dotis promiſſionem marito factam neque ab vxore, neque à patre vxoris, neque ab alio extraneo, cui facta ſit dotis receptæ confeſſio.

Confeſſio de dote recepta per maritum facta probat numerationem fuiſſe factam, ſi vltra confeſſionem conectura, & indicia dotis numerata concurrant.

121 Septimus caſus, quando vltra ſimplicem confeſſionē de dote à muliere recepta concurrunt aliquæ coniecturę aliquáve indicia, ſeu adminicula de dote realiter ſoluta & numerata, ſcilicet, ex quibus veriſimiliter, & iuſtè poteſt præſumi dotem verè fuiſſe numeratam, maritumve confitentem vere dotem confeſſatam recepiſse, huiuſmodi confeſſionem plene probare dotis numerationem, & ſolutionem non ſolum contra maritum, ſed etiam contra quoſcumque alios, eſt communis Doctorum ſententia: ita Baldus *in l. vnica, Cod. de priu. dotis.* Baldus Nouellus *de dote p.* 10. *n.* 15. Couarruuias *var. lib. 1. cap. 7. n. 6. verſ. ſic ex confeſſione*, Tiraquellus *in l. ſi vnquam, verbo donatione largitus n.* 101. Maſcardus *de probat. concl.* 362. *n.* 14. Rulandus *conſ. 45. n.* 43. Ciaucta *conſ. 40. num.* 3. Gabriel *conſ.* 165. *fine*, Surdus *conſ. 397. n. 7. & de aliment. tit. 8. prin. 22. n. 17.* Menochius *conſ. 7. n. 10. conſ. 192. n. 17. & de præſ. lib. 3. præſ. 12. n. 22. & præſ. 13. n. 19.* P. Barboſa *in l. 1. p. 6 num. 41. fine, & n. 42.* Ioſeph. Lud. *deciſ. Peruſ. 66. n. 2. p. 2.* Mareſcottus *var. lib. 1. cap. 8. n. 9.* Steph. Gratianus *diſcept. for. tom. 2. cap. 362. n. 19. & tom. 5. c. 890. n. 24. & 25. & dec. Marchia* 103. *n.* 21. Fontanella *de pact. nupt. clauſ. 14. gloſſ. vnica, p. 2. n. 50.* Camillus Borellus *in ſumm. deciſ. tom. 2. tit. 3. n. 242. & 243.* Rota Rom. *dec.* 62. apud Ludouiſ. *deciſ.* 108. apud Buratium & alibi ſæpè, vt conſtat *ex d. deciſ.* 62. & ex Mareſcotto, & Borello *locis citatis*, & alij Doctores communiter à præallegatis relati, licet nō conueniant ſemper circa coniecturas, & adminicula, ex quibus cum mariti confeſſione de dotis receptione concurrentibus veriſimiliter, & iuſtè præſumi poſſit, & debeat verè dotem fuiſse numeratam: & ad hunc communem ſenſum Doctorum probandum faciunt tradita à Surdo *deciſ.* 105. vbi pluribus probat confeſſionem veriſimilem probare etiam contra tertium, *Cod. de reuocanda donat.*

Et

122 Et hæc communis ſententia intelligitur de coniecturis, & veriſimilitudinibus particularibus, vltra illam generalem præſumptionem, quæ ex eo oritur, quod regulariter (vt *ſupra cap.8.* notatum eſt) matrimonia ſine dote non contrahuntur, quam ſolam cum confeſſione receptæ dotis non ſufficere ad inducendam præſumptionem numeratæ dotis confeſſatæ, ſupponunt præallegati Doctores, licet eam non eſſe negligendam dicat Rota *dict. deciſ.62.n.4* & prius conſiderauit Craueta *d.conſ.40.num.2* quia concurrente alia coniectura particulari de veritate numerationis coadiuuat ad iuſtam præſumptionum ſolutionis dotis, cum in materia præſumptionum, & coniecturarum non leue argumentum ſit a communiter accidentibus ſumptum, & verum præſumatur id quod frequenter, & generaliter fieri ſolet, vt diſcurrit Craueta *d.n.2.* vnde ratione huiuſmodi coniecturæ generalis, cum confeſſione ſufficere aliam leuem coniecturam particularem, vt præſumatur dotem fuiſſe numeratam, dixit Curtius ſenior *conſ.69.* quem referunt, nec reprobant Craueta *d.conſ.40.n.5.* Menochius *d.præſ.12.citato n.22.* & faciunt tradita *ſup. cap. 9.n.161.& 163.* & Doctores *ibidem relati.* Quæ autem ſint coniecturæ particulares, à Doctoribus conſiderantur ſequentes.

Alimentorum longa præſtatio facta per virum vxori cohabitanti poſt confeſſionem de dote recepta, an efficiat, vt confeſſio probet numerationem fuiſſe factam, & an præſtatio debeat eſſe decennalis, vel ſufficiat in actis minoris temporis.

123 Prima coniectura eſt, ſi cum mariti confeſſione receptæ dotis concurrat diuturna, & longa præſtatio alimentorum poſt confeſſionem per maritum factam cohabitanti vxori, tanquam dotatæ, & dote ſoluta, vt quia maritus declarauit ea fructibus dotis eandem vxorem alere, & de dote non ſoluta nunquam ſit conqueſtus; ea huiuſmodi enim alimentorum diuturna præſtatione poſt factam cōfeſſionem receptæ dotis, etiam contra mariti creditores probari dotem fuiſſe numeratam, & ſolutam ſentiunt communiter Doctores: ita Baldus *in l. vnica, Cod. de priuil. dotis n.4.* Tiraquellus *d.n.110.* Craueta *d.conſ.40. n.4.* Natta *conſ.547.num.25.* Rolandus *conſ.85.num.43.* Menochius *d.conſ.7.n.10.& d.conſ.292. n.12.* Surdus *d. priuil.22. citat.n.17.* Gabriel *d.conſ.163. n.37.* Mantic. *de tacit.& ambig.coniect. lib.11. titul.20. n.17.* Ioſeph. Ludouic. *d.dec.66.cit. n.22.* Pet. Barboſa *d. parte 6. n.42.* Borellus *d. tit.3.n.242.* Mateſcotus *d. cap.8.n.12.* Fontanella *d.p.1.n.50.* Stephanus Gratian. *d.cap.362.n.19.& d.dec.103.n.23.* Rota *d. dec.62.n.5.* apud Ludouiſium, & alibi (vt *ibidem* notauit, & refert Mateſcotus) Decius, Aretinus, Purpuratus, & plurimi alij ea antiquioribus Doctoribus à Surdo, Menochio, Barboſa, Borello, & Rota relati, cum non ſit veriſimile maritum longo tempore noluiſſe de ſuo cum tam magno ſumptu exhibere alimenta vxori cohabitanti indotatæ ſub ſola ſpe futuræ numerationis: procedit enim hic caſus, quando ſimplex confeſſio dotis receptæ antecedens alimentorum præſtationem præſumeretur facta ſub ſpe futuræ numerationis, non ex cauſa donationis, vt *infrà* explicatur.

124 Contrarium tamen, & ſolam coniecturam diuturnæ præſtationis alimentorum (niſi cum ea concurrant aliæ coniecturæ, ſeu alia adminicula, etſi fortè leuia) non ſufficere cum præcedenti confeſſione ad inducendam præſumptionem, ſeu probationem fuiſſe dotem numeratam, opinati ſunt Socinus ſen. *lib. 1. numero 80. & n 94 ff. ſol.matr.* Bolognetus *ibidem, n 155.* Baldus Nouellus *de dote p.10.num.15.* Couarruuias *var. lib.1. cap. 7.numero 6. verſic. ſic ex confeſſione,* Menochius *lib. tertio, d.præſumpt.12.num 23.* Maſcardus *de probat. concluſ. 362.numero 14.* Merlinus *de legitima lib.2. tit.1. quæſt. 17.num.4.* Felinus, Crottus, Goadinus, Bellonus, & nonnulli alij a Couarruuia, & Maſcardo *loc.cit.* allegati, & a P.Barboſa *d.p.6.n.41. fine* relati. Probant Socinus, & Bolognetus per *auth. quod locum, C. de dote cauta non num.* vbi querela non ſolutæ dotis poteſt proponi per maritum, quantumcunque durauerit matrimonium, & vxorem aluerit, dummodo non ſit elapſum decennium a confeſſione facta, vt *ſupra num.20.* notatum eſt, ex eo quod præſumitur ſpe futuræ numerationis, & confeſſionem factam, & alimenta præſtita fuiſſe, proindeque talis confeſſio, cum præſtatione alimentorum non debet præiudicare, præſertim creditoribus mariti. Probant Couarruuias, & Menochius, quia alimenta vxori à marito amore potius coniugali, quàm ratione receptæ dotis præſtari ſoleant, & ex coniugali amore procedant. Addit Nouellus fuiſſe poſſibile, quod vir à principio vxorem duxerit indotatam, vel fortè cum parua dote, & fortè confiteatur habuiſſe maiorem dotem, quo tempore imminebant multi creditores.

Verùm prior ſententia vti communis, vel ſaltem communior, & magis recepta eſt retinenda, quam etiam tenuerunt idem Socinus ſenior *conſilio 82. num.3. lib.3.* [retractans quod dixerat *loco ſuperius citato,* aſſerens, ſe ibi illud dixiſſe ſolum diſputando] & etiam Goadinus ſibi contrarius *conſ.42. num.11.* & ab hac eadem ſententia vti communi Doctiſſimorum virorum in iudicando non eſſe recedendum teſtatur Socin. *d.conſ.82.* Craueta *d.n.3.* & Mantic. *d. n.17.* Ad *auth. quod locum,* reſpondet primò Barboſa, poſſe procedere, ſi maritus ſimpliciter præſtitiſſet alimenta, & non vxori vti dotatæ, ſed verior eſt reſpōſio *d. auth.* procedere quādo maritus impugnat confeſſionem ſuam appoſita exceptione non numeratæ dotis; tunc enim propter iſtam negationem eneruatur præſumptio, quæ erat pro confeſſione dotis, conſequenter omnia præſumentur facta ſpe futuræ numerationis, ſicut & ſi maritus tempore, quo præſtitit alimenta, vel ante mortem fuerit conqueſtus de non ſoluta dote, vt notauit Ant. Faber *l.5 C. tit.50. def.5. n.2.* At verò ſi maritus confeſſionem non impugnat, nec conſtat fuiſſe conqueſtum de dote non ſoluta, tunc ex eadem confeſſione adiuncta alia præſumptione diuturna alimentorum, confeſſio vera præſumetur, & probabit numerationem contra hæredes, & creditores mariti, cū etiam concurrat alia coniectura generalis, quod non accipientur regulariter mulieres indotatæ, ex quibus etiam videtur excludi fraus in præiudicium creditorum, vt proinde ſit ab allegante probanda, iuxta Crauetam, P. Barboſam, Gratianum, & alios Doctores primæ ſententiæ, & licet Socinus *locis ſupra num.124.* relatis, & Ioſeph. Ludouic. *d.n.22.* (addens ita tenere communiter Doctores) vt probet confeſſio cum exhibitione diuturna, & longa alimentorum, aſſerens alimenta debere eſſe præſtita à marito per decennium. Nihilominus Craueta *loco citato* ait ſufficere ſi ante lapſum decennij à confeſſione per minus tempus præſtita fuerint alimenta, & etiam Faber *dict. def.5.* dicit ſi per aliquot annos à confeſſione receptæ dotis maritus alimenta vxori præſtiterit, nec de dote non ſoluta vnquam ſit conqueſtus, & cæteri pariter Doctores pro prima ſententia allegati loquuntur ſolum de diuturna, & longa, ac per multos annos præſtatione alimentorum poſt confeſſionem, non exprimentes, quod debeat duraſſe per decennium.

Porrò eadem prima ſententia, quod confeſſio dotis receptæ adiuncta diuturna alimentorū præſtatione probet, ſeu faciat præſumere veram dotis numerationē factā fuiſſe, procedit quando confeſſio alioqui præſumeretur 126

facta ſpe futuræ numerationis, ſcilicet quando facta eſſet ante contractum matrimonium, vel in ipſo contractu matrimonij, vel paulò poſt ante conſummationem, iuxta tradita *ſupra numero* 16. nam ſi confeſſio dotis receptæ facta fuiſſet conſtante iam matrimonio (quo caſu in dubio, & vbi de receptione non appareat, niſi per confeſſionem mariti, præſumi confeſſionem factam ex cauſa donationis, ſeu animo donandi mulieri, *ſuprà numero* 29. *& pluribus ſequentibus*, *num.* 48. latè probarumeſt) tamen ſi maritus poſt confeſſionem per multos annos alimenta præſtitit vxori, eadem confeſſio cum alimentorum præſtatione non induceret præſumptionem, ſeu probationem numeratæ dotis, nec marito, & eius hæredibus, & creditoribus præiudicaret: ita expreſsè Socin. *in d.l.* 1. *n.*102. *ff. ſol. mat.* Craueta *d. conſ.* 40. *n.* 4. *fine*, & alios allegans Menoch. *d. preſ.* 12. *n.*73. vbi ex eodem Socino affert rationem, ſcilicet quia veriſimile eſt, quod ſi maritus voluit donare vxori dotem, quod eſt plus, multò magis voluerit etiam donare alimenta: ſi autem confeſſionem dotis receptæ à marito factam conſtante matrimonio dotis conſtitutio, ſeu promiſſio præceſſerit, & poſt confeſsionem maritus per aliquot annos vxori alimenta præſtiterit, nec de dote non ſoluta conqueſtus ſit, tunc confeſsionem adminiculatam, & præcedente dotis promiſsione, & ſubſequenti longa alimentorum præſtatione maximè probare, ſeu inducere præſumptionem dotem fuiſſe numeratam contra maritum, & eius hæredes, vt mulier queat ab ipſis dotem repetere, tradit Faber *dict. definitione* 5. *num.* 2. *&* 3.

Si dos à marito confeſſata ſit veriſimilis inſpectis conditione vtriuſque coniugis, facultatibus dotantis, & mariti, & conſuetudine, confeſſio ſufficienter probat dotem fuiſſe ſolutam, & excludit fraudis ſuſpicionem.

127 Secunda coniectura eſt, ſi vir, qui confeſſus eſt, ſe recepiſſe dotem, ſit honeſtus, & dos veriſimilis, inſpectis qualitate, & conditione vtriuſque coniugis, & facultatibus donantis, & mariti confitentis, & conſuetudine. Hoc ſiquidem caſu confeſsionem dotis receptæ concurrenti tali veriſimilitudine dotis confeſſatæ ſufficienter per confeſſionem probare verè dotem fuiſſe numeratam, & excludi omnis ſimulationis, & fraudis ſuſpicionem tradunt Craueta *d. conſ.*40. *numero* 4. *verſicul. ſed in caſu noſtro*, Tiraquellus *in dict. leg. ſi vnquam, verſ. donatione largitus*, *numero* 101. Ioſeph Ludouicus *dict. deciſion.* 66. Maſcardus *de probat. allegata concluſ.* 362. *numero* 14. *fine*, Surdus *deciſion.* 105. *numero* 7. Stephanus Gratianus *deciſion. Marchiæ* 103. *numero* 24. & Borellus *in ſumm. deciſ. tom. ſecund. dict. tit.* 3. *n.*256. Addunt tamen Tiraquellus, & Maſcardus hoc caſu confeſsionem dotis receptæ ſufficienter probare numerationem dotis, & excludere fraudis ſuſpicionem, vt contrarium per aduerſarium deberet probari, ſi vna cum præfata dotis confeſſatæ veriſimilitudine vxor iuraret dotem marito confitenti fuiſſe ſolutam, licet alij Doctores præallegati de talis iuramenti neceſsitate nihil dicant.

Confeſſio dotis receptæ facta à marito adminiculata vnius teſtis teſtimonio de vera numeratione, probat numeratam fuiſſe marito dotem.

128 Tertia coniectura eſt, ſi vltra mariti confeſsionem de dote à muliere recepta, acceſſerit vnus teſtis teſtimonium, quo vera dotis numeratio aſſereretur; tunc enim eſſe ſufficiens indicium ad præſumendum dotem fuiſſe marito confitenti numeratam, tradit Couarruuias *d. cap.*7. *n.*6. *d. verſ. ſic ex confeſſione*, *ad finem*, & poſt eum Menoch. *d. praeſ.* 12. *n.*26. & Stephanus Gratianus *d. deciſ.* March. 103. *num.*23. & Hodierna *ad deciſ.* 55. Surdi *num.* 4. *initio*.

Solutio totius dotis per maritum confeſſatæ præſumitur, ſi pars eiuſdem dotis probetur reuera ſoluta, & numerata, & quanta debeat eſſe illa pars.

Quarta coniectura eſt, ſi confeſſio dotis receptæ per maritum facta pro parte per teſtes, aut aliter probatur vera, putà quia probatur aliqua dotium pars ſoluta, & numerata; tunc enim confeſſionem etiam factam conſtante matrimonio præſumi in totum veram, eſt communis ſententia, ita Socinus ſen. *conſ.*82. *numero* 3. *lib.* 3. Craueta *conſ.*158. *num.*6. *fine*, Natta *conſ.*547. *numer.*26. Surdus *conſ.* 397. *num.*7. Couarruuias *d. cap.*7. *num.*6. *citato verſic. ſic ex confeſſione*, *fin.* Mantic. *de tacit. & ambig. coniect. lib.* 11. *tit.* 20. *num.*14. Menochius *d. preſumpt.* 12. *num.*25. Ioſeph Ludouic. *d. deciſ.*66. *num.*24. Maſcard. *d. concl.*362. *num.*17. Borellus *d. tit.* 3. *numer.* 254. Hodierna *in addit. ad deciſ.* 55. *Surdi*, *numer.* 21. Stephan. Gratian. *d. deciſion.* 103. Menoch. *numero* 23. *& tom.* 2. *diſcept. for. cap.* 362. *n.*18. *& tom.* 5. *c.*904. *num.*9. Merlinus *de legit. lib.* 2. *tit.* 1. *quaſt.*17. *numer.* 17. Mateſcottus *var. d. cap.*8. *num.*14. *&* 2. *ſeqq.* Molfeſius *ad conſuet. Neapolitan. p.* 6. *quaſt.*9. *numero* 16. Fontanella *clauſ.*14. *gloſſa vnica*, *p.*1. *num.*32. *& d. p.*2. *num.*53. Rota Rom. *d. dec.*62. *n.*7. apud Ludouiſium (vbi dicitur eſſe vrgentem coniecturam ſolutionis totius dotis, quando probatur ſolutio aliquarum partitarum in confeſſione enunciatarum, etſi contra hanc communem ſenſerit eadem Rota *dec.*683. *n.*12. *in recent.* Farinac. *p.*2. *quæ eſt dec.*108. *n.*18. apud Burattum, vbi contra *d. dec.* Ludouiſij dicit non præſumi numerationem totius dotis ex quietantiis nonnullarum ſummarum in confeſſione dotis incertæ, quod & aſſerunt Stephan. Gratian. *diſcept. for. tom.*3 *c.*570. *n.*31. & Fontanell. ſibi contrarius *d. p.* 2. *n.*78. exiſtimantes ex eo, quod in inſtrumento confeſſionis dotis appareat de recepta certa parte dotis, non præſumi, ſeu ſumi coniecturam, quod reliquum dotis fuerit ſolutum, ſed potius contrarium, & quod inde dici poſſit, quod ſi ſolutio fuiſſet reuera facta de reliquo, eadem diligentia, quod appareret de ea per publicum inſtrumentum facta extitiſſet, *arg. textus in l.* 1. *§. ſi ante ad deficientis*, *C. de caduc. tollend.* ad idque adducentes Imolã *conſ.*110. Decian. *conſ.*244. *n.*28. *lib.*28. & alij ab iiſdem relati, & probatur eadem communis, quia quando ſcriptura in parte probatur vera, in totum verã præſumi poſt Caſtrẽſ. *conſ.*301. *n.*4. *p.* 1. & Pariſium *conſ.*90. *n.*4. *&* 5 *l.* 1. tradunt Rot. *d. dec.*62. *n.*8. Mareſcot. *n.*15. quod procedere etiãſi partitæ illæ ſolutæ, ſeu ſolutiones illæ particulares non exprimant nomen dotis, affirmant Craueta *d. conſ.*158. *n.*13. Rot. *d. dec.*62. *n.*9. Mareſcottus *num.*16. Hodierna *num.* 2. eo quod ſufficiat, quod illæ ſolutiones aliam non exprimant ad hoc, vt cenſeãtur factæ in cauſam dotis debitæ, *l. ſi cum dotem*, *§. pater*, *ff. ſol. matrimonio*, præſertim vbi de alia cauſa non appareat, Craueta, Rota, Mareſcottus, Hodierna *locis citatis*, & Brunus *de ſtatut. exclud. fœminas*, *articulo* 6. *numero* 243. & hoc caſu præſumi ex confeſſione numerationem etiam in præiudicium creditorum, etſi imminebat æs alienum, expreſsè tradit Merlinus *loco cit.* Aduertit verò Hodiern. vbi *ſup. n.*23. ex Lancellotto Gall. *ad conſuet. Alex. in verbo viginti*, *quaſtione* 8. *numero* 72. ita eam declarante, præfatam communem ſententiam eſſe intelligendam, modò pars illa, quæ probatur 129

probatur ſoluta, & vere numerata minor non ſit dimidia totius dotis, cum appellatione partis in dubio intelligatur de dimidia vt per *leg. nomen filiarum*, *§. portionis, leg. rectæ, §. final. ff. de verb. ſignif.* Surdus *deciſion.* 102. *numero* 11. quod idem tradunt Tiraquellus *in leg. ſi vnquam, verbo omnia, vel partem numero* 8. *Cod. de reuocand. donat.* Tuſchus *lit. P. concluſ.* 103. *numero ſecundo*, *& tertio*, & alij, quos Auguſtin. Barboſa *de appellat. verb. vtriuſque iuris ſignif. appellat.* 186. *numero* 1. refert, quamvis Merlinus dicat præſumi numerationem ſi conſtet de ſolutione cõſiderabilis quantitatis dotis, ex quibus non videtur admittendum, quod dicit Vrſillus *ad deciſion.* 402. Afflicti, ſcilicet, quod ſi maritus fuerit faſſus, ſe recepiſſe centum nomine dotis, & poſt hanc confeſſionem appareant numerati tantùm quinquaginta, in reliquis arguitur contractus ſimulatus, & talis dos non admittitur in ſtatuto loquente de dote vera, repugnat enim prædictis hoc dictum niſi euidenter conſtaret alia quinquaginta non fuiſſe ſoluta, aduertit quoque *dict. numero* 16. quod ſicut vbi confeſſio mariti dotis receptæ apparet pro parte vera, tota præſumitur vera, ita è conuerſo ſi apparet pro parte falſa, in totum præſumitur falſa, vt contrariorum eadem ſit regula *leg. & ſi conſtat. ff. de vulgari & pupill.*

Confeſſio dotis receptæ pro certa quantitate præſumitur vera, ſi pro aliis partibus promiſſis non apparent confeſſiones, ſeu quietationes.

130 Quinta coniectura eſt, ſi maritus confeſſus ſit, ſe recepiſſe dotem pro certa quantitate, & pro aliis partibus dotis, quas pater vxoris in ſingulos annos ſoluere promiſerat, non appareãt aliquæ quietationes, quia ſolutũ nihil dicitur: Hoc etenim caſu præſumi debere, & veriſimile eſſe, quod illa confeſſio de illa certa quantitate facta fuerit, quia verè fuerit illa ſumma numerata, ex quo de ſolutionibus aliarum partium non factis nullæ appareant confeſſiones, ſeu quietationes, tradit Craueta *d. conſ.* 40. *num.* 8. *verſic.* 7. (cum ex ſequentibus inquit præcedentia declarantur, *l. Iulian. §. quod dicitur, ff. ad Macedon. & leg. cum quis, ante finem, Codic. de natur. lib.*) & poſt eum Mantica *dict. titul.* 20. *numero* 16.

Confeſſio dotis receptæ præſumitur vera ſi maritus pactus eſt ſe non petiturum aliquid ex bonis paternis, & maternis mulieris.

131 Sexta coniectura indicans numerationem dotis confeſſatæ approbata ab eodem Craueta *d. conſ.* 40. *num.* 8. *verſicul.* 8. & pariter à Mantica *dict. titul.* 20. *num.* 15. eſt quando maritus, qui in inſtrumento confeſſus eſt ſe recepiſſe dotem fecit pactum de non petendo aliquid ex bonis paternis, & maternis mulieris, cum enim non ſit veriſimile, quod maritus voluerit habere vxorem indotatam, & præterea omnibus iuribus, & bonis paternis, & maternis renunciare, hinc præſumi debere confeſſionem eſſe veram tradunt iidem Craueta, & Maſcard.

* *

Confeſſio dotis receptæ facta conſtante matrimonio nulla præcedente dotis promiſſione præſumitur vera, ſi aſſerat maritus redactam pecuniam ex venditione rei ad vxorem ſpectantis, remque ipſam, venditionis diem, & Notarij perſonam expreſſerit.

Septima coniectura ſumitur ex eodem Craueta *d. conſilio* 40. *numero* 4. & Antonio Fabro *lib.* 5. *Codic. titulo* 10. *definit.* 1. vbi aſſerit, licet confeſſio mariti de dote recepta facta conſtante matrimonio, ſi non conſtet aliter de numeratione, neque præceſſerit dotis promiſſio, ſit ſuſpecta ſimulationis, & animi donandi, tamen præſumitur vera, ſi habeat adiunctam probabilem, ſeu veriſimilem cauſam, ſcilicet ſi aſſerat maritus redactam pecuniam ex venditione rei ad vxorem pertinentis, remque ipſam, & venditionis diem, & Notarij, qui inſtrumentum ſcripſerit perſonam deſignauerit, ex tot enim circunſtantiis confeſſionis videtur excludi omnis ſuſpicio fraudis (vt etiã colligitur ex traditis *ſuprà numero* 105.) cum etiam ex Notarij protocollis agnoſci poſſit [inquit Faber] an vera cauſa fuerit, an ſimulata; quod tradit Faber fieri debere ſumptibus, & opera eius, qui confeſſionem impugnare voluerit, cum in dubio ſtandum ſit inſtrumento, *leg. vltima, Cod. de inſtr.* & ſi protocollum inueniatur deperditum, ſubdit idem Faber, inquirendum eſſe, an iam tum eſſet deperditum, cum facta fuit confeſſio, necne, inquiens, priori caſu nullam fidem confeſſioni adhiberi (tanquam fraudulenter colore deperditi protocolli impediatur, ne fides veri cõſtare poſſit) poſteriori autem caſu adhiberi, & præſertim quia in hoc caſu non agitur de præiudicio creditorum mariti anteriorum, ſed tantum poſteriorum, quia cum in præſenti ſpecie nec numeratio, nec dotis promiſſio vlla præceſſerit, non poteſt vxor ius illud habere, niſi ex die confeſſionis; quod ſecus foret, ſi numeratio, vel promiſſio dotis præceſſiſſet, & facilius ſit, vt mariti confeſſio noceat poſterioribus creditoribus, quàm vt anterioribus, vt not. *in auth. ſed iam neceſſe, Cod. de donat. ante nupt.* verùm an quando confeſſio dotis receptæ præſumitur vera, & probat numerationem, præiudicet ſemper anterioribus mariti creditoribus non ſolum chirographariis, ſed etiam habentibus tacitam hypothecam in bonis mariti, infrà in ſequenti inſpectione. 132

Confeſſio mariti de dote recepta præſumitur vera, quando eſt modica ſummæ, etſi facta conſtante matrimonio.

Octaua coniectura, confeſſio etiam conſtante matrimonio à marito facta de recepta dote in ſumma modica conſiſtente probat numerationem, excluditque omnem fraudis ſuſpicionem ob ſummæ modicitatem, ita per textum *in l. cum hi, §. modus, ff. de tranſactionibus, & in cap. & ſi quæſtiones, de ſimonia*, Craueta *d. conſ.* 40. *numero* 8. *initio*, Ioſeph Ludouicus *dict. deciſion.* 66. *numero* 23. & Maſcardus *d. concl.* 362. *numero* 19. quæ autem dici debeat ſumma modica, colligitur *ex dict. cap. & ſi quæſtiones*, & tradunt Menochius *de arbitr. caſu* 145. *numero ſecundo, & ſequentibus*, & Gomez *tom.* 2. *cap.* 4. *num.* 5. *fine, & in l.* 45. *Tauri, n.* 59. & verius eſt relinqui iudicis arbitrio, inſpecta qualitate, ſeu conditione perſonarum. 133

Confeſſio dotis receptæ geminata à marito facta ex interuallo etiam conſtante matrimonio probat veram dotis numerationem, niſi contrarium probetur per maritum, vel eius hæredem.

134 Nona coniectura eſt, ſi confeſſio dotis receptæ facta à marito fuerit geminata, ſcilicet duplex, & ſecunda facta ex interuallo poſt primam in alio inſtrumento. Hoc enim caſu ex geminata, & reiterata confeſſione præſumi numerationem dotis & excludi maritum confitẽtem à querela non numeratæ dotis tradunt Gloſſa, Bartolus, Albericus *in l. 3. §. ſed quoniam, verſ. illis etiam ſecuritatibus, Cod. de non numerata pecunia*, Baldus Nouellus *de dote p. 10. n. 6. initio, & num. 15.* Menochius *lib. 3. d. præſumpt. 12. num. 54.* Mantica *de tacit. & ambig. coniect. lib. 11. dicto titulo 20. num. 11.* Gomez *ad l. 50. Tauri, num. 52. verſ. quintò limita.* Couarruuias *var. lib. 1. cap. 7. num. 5.* tametſi ſecundum Gloſſam, Emanuel à Coſta *in l. ſi ex cautione, 14. fallentia, à num. 2. Cod. de non num. pecun.* Valaſc. *conſult. 5. n. 10.* & plurimi alij Iuriſperiti ab iiſdem, præſertim Mantica, Valaſco, & Barboſa *dicta part. 6. numero 56. verſiculo vltimo adde* relati, vt proinde videatur ſententia communis Iuriſperitorum, & ex Theologis ita Molina *de iuſtit. tom. 2. diſput. 439. numero 6.* qui loquuntur etiam in confeſſione geminata ex interuallo facta conſtante matrimonio, quæ alioqui præſumitur ſuſpecta, & facta animo donãdi mulieri vt ceſſet talis ſuſpicio fraudis vbi confeſſio dotis receptæ reiterata fuerit ex interuallo, & hæc ſententia corroboratur alia ſententia ſatis recepta, quod geminata confeſſio mutui recepti facta ex interuallo (licet ſimplex, & vnica confeſſio, præſumatur facta ſpe futuræ numerationis, *d. l. ex cautione*,) probet pecuniam fuiſſe numeratam, & excludat debitorem confitentem à querela non numeratæ pecuniæ intra biennium conceſſa *in d. l. ſi ex cautione.* Quam ſententiam præter plures alios quos P. Barboſa *d. p. 6. citato n. 56. verſic. qua etiam ratione*, tenent Emanuel à Coſta *in dicta lege ſi ex cautione, dicta fallentia 14. num. 1.* Rolandus à Valle *conſ. 17. num. 11. initio, libro 1.* Mantica *de tacit. & ambig. coniect. lib. 18. tit. 6. num. 26.* Grammaticus *dec. 103. num. 31.* Aloyſius Riccius *in collect. deciſ. part. 1. collect. 250.* Antonius de Amatis Ferr. *deciſ. 45. num. 3.* Auguſt. Barboſa *collectan. ad d. l. ſi ex cautione, n. 6. fine*, & apud eundem alij. Probatur hæc communis ſententia à Gloſſ. Bartolo, Baldo, Alberico, & nonnullis aliis ſcribentibus *in d. §. ſed quoniam*, per textum *ibidem d. verſic. illis etiam ſecuritatibus, quæ poſt confeſſionem dotalium inſtrumentorum de ſoluta dote*, licet enim dicta verba *dotalium inſtrumentorum*, magis communiter à Iuriſperitis intelligantur de præcedenti inſtrumento dotali, in quo dos fuit prius promiſſa marito, & poſtea maritus confitetur, ſeu confeſſus eſt, ſe recepiſſe, & de hoc præſtat, ſeu præſtitit ſecuritatem, ſeu apocham, vt tunc mariti confeſſio etiam conſtante matrimonio facta præſumatur vera vt in ſequenti coniectura decima explicatur, tamen Gloſſa, & alij Iuriſperiti allegati dicta verba intelligunt de dotali inſtrumento, in quo maritus confeſſus ſit, ſe dotem recepiſſe, & deinde idem maritus dedit ſecuritatem, ſeu apocham dotis ſolutæ, & ita geminatam fecit confeſſionem dotis receptæ, & ratione iſtius geminatæ confeſſionis præſumi *ibidem* confeſſionem eſſe veram, & maritum excludi à querela non ſolutæ dotis.

135 Gomez, & Valaſc. eandem ſententiam probari aiunt *ex l. cum ſcimus, C. de agricol. & cenſ. lib. 11. iuncto intellectu* Bartoli, & aliorum ſcribentium, qui ex eo, quod *iuxta d. l. cum ſcimus*, verba enunciatiua probent, ſi ſint geminata, inde colligunt vniuerſalem doctrinam, quod vbi cõfeſſio non præiudicat ex defectu præſumptæ voluntatis, valet tamen & præiudicat, ſi fuerit geminata: confirmat etiam Valaſc. per ſimile nudi pacti, quod ſi fuerit geminatum, parit actionem iuxta Cynum, & alios *in l. prima, ff. de verb. oblig.* & Iaſon. *in l. iure gentium, §. ſed cum nuda, n. 16. ff. de pactis.*

Eandem ſententiam probant Emanuel à Coſta, & poſt eum P. Barboſ. & Molina *locis allegatis*, alia ratione (quam Molina ait eſſe conuincentem) ſcilicet quia ſit ſpeciale in confeſſione dotis, vt includat, ſupponatque tacitam promiſſionem dotis in fauorem illius, qui confitetur eam recepiſſe, *l. ſi voluntate, C. de dotis promiſſ.* ac proinde cùm prima confeſſio contineat tacitam dotis promiſſionẽ, illique innitatur, ſi poſtea fiat ſecunda confeſſio dotis receptæ ex interuallo, præſumitur vera confeſſio ſuppoſita ſententia communi (de qua in coniectura ſequenti) quod ſi præceſſerit dotis promiſsio, confeſsio poſtea ex interuallo etiam conſtante matrimonio facta, præſumitur vera, & excludit à querela non numeratæ dotis maritum confitentem, iuxta communem intellectum *dicti §. ſed quoniam.* Hinc idem P. Barboſa *d. num. 57.* infert contra Coſtam, & alios pro eadem communi ſententia allegatos, maritum hoc caſu geminatæ confeſsionis excludi à dicta querela non numeratæ dotis, non propter geminatam confeſſionem, ſed potius, quia ſecunda confeſsio cenſetur facta poſt præcedentem dotis promiſsionem, ex quibus iterum infert geminatam confeſsionem pecuniæ mutuo receptæ, cum ceſſet ſupradicta ratio, non ſolum non excludere confitentem à querela non numeratæ pecuniæ, ſed imo magis eius intentionem adiuuare: nam ex quo (inquit) ſecunda interuenit confeſsio, apparet tempore primæ non interueniſse ſolutionem, ſed potius factam fuiſse ſpe futuræ numerationis. Quod ait eſse verum, quando ſumus in dubio, & non apparet ſecundam confeſsionem factam fuiſse animo agnoſcendi debitum, in hoc enim dubio dicit idem P. Barboſa *numer. 58. verſic. ad agnoſcendum*, non præſumi ſecundam confeſsionem factam animo agnoſcendi debitum, ſed potius cauſa oſtendendi primam confeſsionem factam fuiſse ſpe futuræ numerationis. Quod ſi conſtaret ſecundam confeſsionem fuiſse factam eo animo vt debitum agnoſceretur, tum ait, quod probaret numerationem pecuniæ.

136

Prædicta in fauorem præfatæ communis ſententiæ, cuius tamen contrarium, & quod ex ſola geminatione confeſsionis dotis receptæ non præſumatur confeſsio vera, nec maritus excludatur ab exceptione non numeratæ dotis, ſentire Cynum & Salycetum *in d. § ſed quoniam*, & alios relatos teſtatur P. Barboſa *d. p. 6. num. 57. initio*, ob eam rationem, quod alias facile eluderetur diſpoſitio iuris concedentis maritis confitentibus exceptionem non numeratæ dotis. In confirmationem addi poteſt, quod eadem ſuſpicio, quæ erat tempore primæ confeſsionis, duret ſeu duraret tempore ſecundæ, imò videatur per talem reiteratam confeſsionem ſurgere maior ſuſpicio, tanquam ex nimia cautela emanauerit, id quod ponderat Nouellus *d. n. 15.* 137

Verum licet non appareat textus euidens probans primam ſententiam communem, ab ea tamen non eſt recedendum, cum vbi textus deficit clarus, communis Doctorum ſententia, & intellectus pro textu ſupplet, & eandem ſententiam communem tenet etiam Cynus *in d. § quoniam*, quando ſecunda confeſsio habuit magnum interuallum, ſcilicet duorum annorum, per id, quod habetur *in l. ſi mulier, & in auth. ſiue à me, Codice ad Velleian.* & idem interuallum duorum annorum videtur requirere Nouellus *dicto numero 15.* Quamvis reliqui Doctores pro eadem communi ſententia 138

n. 134.

*n.*134. relati ſolum aſſerant ſecundam confeſſionem debere eſſe factam ea interuallo, & in alia ſcriptura nec explicent, quantum debeat eſſe interuallum, veniunt tamen intelligendi de notabili interuallo.

139 Aduertendum tamen, quod non obſtante præfata geminata confeſſione ea interuallo a marito facta de dote recepta, audiri debet idem maritus, vel eius hæres, ſi velit onus probandi ſuſcipere, quod dos non fuerit numerata, vt poſt alios Mantica *dicto numer.* 11. cum præſumptio numeratæ dotis ea dicta geminata confeſſione reſultans, ſit tantum iuris, contra quam probatio admittitur, *vt ibidem* ex aliis Mantica, & probant tradita *infra num.* 198.

140 Quid verò, ſi poſt confeſſionem dotis receptæ à marito facta ex magno interuallo idem maritus item recognoſceret, ſeu recognouiſſet debitum dotis, an hoc caſu confeſſio tali recognitione adminicolata probaret veritatem dotis, numeratæ, & excluderet eundem maritum à querela non numeratæ dotis, ſicut quando accedit ex interuallo ſecunda confeſſio expreſſa de dote recepta. Baldus Nouellus *d. dote p.* 10. *d. n.* 15. refert affirmaſſe Baldum *in dicta lege vnica, Cod. de priuileg. dotis* non videri indiſtinctè verum, vt ea tali recognitione debiti reſultet præſumptio veritatis numerationis dotis, quando eadem ſuſpicio, quæ erat tempore primæ confeſſionis, duraret tempore recognitionis debiti, imo videretur, quod per talem reiteratam confeſſionem tacitã ſingat maior ſuſpicio, tanquam ex nimia cautela, verum cum talis recognitio ſit noua confeſſio, idem videtur dicendum, quod iam reſolutum eſt de geminata confeſſione, ſi recognitio facta ſit poſt primam confeſſionem ex magno interuallo, ex quo excludi videtur ſuſpicio fraudis aut ſimulationis, vt in allegantem onus illam probandi non fuiſſe dotem numeratam, transferatur in impugnantem eandem confeſſionem.

Si conſtet præceſſiſſe conſtitutionem, ſeu promiſſionem dotis, an confeſſio mariti de dote recepta ex interuallo ſubſequuta, etſi facta conſtante matrimonio, habeat pro ſe præſumptionem numerationis dotis, & non ſit locus exceptioni non numeratæ dotis.

141 Decima coniectura, ſi præceſſerit conſtitutio, ſeu promiſſio dotis facta marito (ſcilicet inſtrumentum dotale, in quo dos fuerit promiſſa marito, prout communiter ante contractum fieri ſolet) & ex interuallo ſubſecuta ſit confeſſio mariti in aphoca, quod dotem receperit; hæc confeſſio dotis receptæ ex interuallo facta poſt præcedentem dotis promiſſionem non præſumitur facta ſpe futuræ numerationis, nec animo donandi, ſed præſumitur vera, probatque dotem fuiſſe numeratam, nec poteſt illi opponi exceptio non numeratæ dotis ob vehementem præſumptionem dotis numeratæ ea huiuſmodi dotis receptæ confeſſione ex interuallo facta poſt præuiam dotis promiſſionem, eſt communis Doctorum ſententia, ita Petrus, Cynus, Fulgoſius, Salycetus, Caſtrenſis *in dict. leg. in contractibus, dicto* §. *ſed quoniam, Codice de non numerata pecunia*, Baldus Nouellus *de dote parte decima, numero* 18. *verſiculo ſeptimò fallit*, Crauetta *conſilio* 40. *numero primo*, Gabriel *conſil.* 163. *n.* 1. *lib.* 2. Couarruuias *var. lib.* 1. *c.* 7. *n.* 5. *verſic. quandoque tamen*, Rolandus *conſ.* 20. *num.* 18. *libro quarto*, Menochius *libro tertio, præſumptione* 13. *num.* 53. *&* 57. Mantica *de tacit. & ambiguis coniect. lib.* 11. *titul.* 20. *num.* 12. Valaſcus *conſult.* 5. *num.* 9. Surdus *deciſ.* 55. *num.* 5. *& deciſ.* 116. *numer.* 1. *& conſ.* 397. *num.* 5. Afflictus *deciſ.* 402. Vrſillus *ibidem n.* 6. Gomez *ad l.* 50. *Tauri, n.* 52. *v.* 4. *limit.* Maſcardus *de probation. concl.* 362. *n.* 20. *concl.* 667. *n.* 6. *& conc.* 695. *n.* 10. P. Barb. *ad l.* 1. *p.* 6. *numer.* 32. & latiſſimè *num.* 50. *&* 51. *aut* 52. Faber *lib.* 5. *Codicis, tit.* 10. *definit.* 3. 9. *&* 10. *fine, & definit.* 10. *in ſcholio num.* 11. Ioſeph Lud. *deciſ.* 66. *Peruſin. num.* 25. Molfeſius *ad conſuet. Neap. p.* 9 *q.* 9. *num.* 14. *&* 15. Mareſcotus *var. lib.* 1. *c.* 8. *n.* 13. Fachineus *contr. iur. lib* 8. *cap.* 81. *&* 87. Cancerius *var. tom.* 1. *cap.* 9. *n.* 53. Camillus Borellus *in ſumm. deciſ. tom.* 2. *tit.* 3. *n.* 215. *&* 216. Hodierna *ad d. deciſ.* 55. Surdi *n.* 1. *& ſeqq.* Fontanella *de pact. nupt. clauſ.* 14. *gloſſa vnica p.* 1. *n.* 31. *cum pluribus ſeqq.* Genua *de verb. enunc. l.* 2. *q.* 32. *n.* 29. Ant. Theſ. *dec.* 112. *ibid.* in addit. Gaſpar Theſ. Vincent. de Franchis *dec.* 667. Rota Romana *dec.* 678. *n.* 10. *& dec.* 1000. apud Seraph. *dec.* 62. *n.* 6. *& dec.* 491. *n.* 7. (vbi etiã Beltramino *in addit, n.* 12.) apud Lud. & alibi ſæpiſſime vt videre eſt apud Beltraminum *loco citato*, Mareſc. Borellum, Hodiernam, & Fontanellam *locis citatis*) Gratianus *deciſ.* 103. Marchiæ *n.* 7. Magonius *dec. Flor.* 68. *n.* 10. Aloyſius Riccius *in collect. deciſ. p.* 8. *collect.* 3593. & innumeri alij Iuriſperiti ab iiſdem, præſertim à Valaſco, P. Barboſa, & Borello relati, & ex Theologis Molina *de iuſt. tom.* 2. *diſp.* 439. *num.* 5. & Sanchez *de matr. lib.* 6. *diſp.* 9. *n.* 10. Probatur hæc communiſſima ſententia à Cyno, & aliis præallegatis per textum *in d. leg in contractibus* §. *ſed quoniam, Cod. de non numerata pecunia*, cuius §. verba ſunt, *illud etiam ſecuritatibus* (inquit Imperator) *quæ poſt confeſſionem inſtrumentorum de ſoluta dote, vel ex parte vel in ſolidum exponuntur nullã non numeratæ pecuniæ exceptionem penitus opponi*, ex quibus præfati Doctores paucis exceptis, & alij communiter aiunt probari hanc communem ſententiam, confeſſionem dotis receptæ à marito factam, ſiue ante matrimonium celebratum, ſiue conſtante matrimonio, non præſumi factam ſpe futuræ numerationis nec fraudulentam ea cauſa donationis, ſed præſumi dotem viro numeratam ſi eam præceſſerit dotis promiſſio, & conſtitutio, ita quod ſecuritas, de qua ibi, ſit apocha mariti, qua ſe dotem inſtrumento dotali prius promiſſam, & conſtitutam recepiſſe fatetur, & cauet. Nam licet illa verba, *dotalium inſtrumentorum*, poſſint intelligi de inſtrumento, in quo maritus prius confeſſus ſemel fuerit ſe dotem recepiſſe, ita quod geminata ex interuallo confeſſio excludit exceptionem non numeratæ dotis, vt in præcedenti coniectura declaratum eſt, nihilominus ad probationem huius ſententiæ communiſſimæ ſufficit eundem textum præfatã interpretationem admittere, poſſeque verè dicta verba intelligi, vt ſignificent dotis promiſſionem præceſſiſſe dotis receptæ confeſſionem, de qua ibi, ſicut iuriſperiti eadem verba communiter intellexerunt, iſque ſit receptus intellectus, ac proinde per illum textum confeſſionem mariti dotis receptæ, ſi præceſſerit promiſſio dotis, non præſumi factam ſpe numerationis futuræ, vel animo donandi, etiamſi facta ſit confeſſio, ſentiunt expreſſe præallegati Doctores, & Rota locis relatis. Quin imo P. Barboſa *d. p.* 6. *n.* 53. *fine, & n.* 54. *initio* poſt Salycetum *ibidem dictum* §. *ſed quoniam*, ibi, *dotalium inſtrumentorum*, loqui de inſtrumento promiſſionis dotis probat ex eo, quod textus facit mentionem ſecuritatis receptæ dotis, ac proinde inſtrumenta dotalia debent referri ad ea inſtrumenta, quibus dos promiſſa eſt, & non ad inſtrumenta, quibus maritus confitetur ſe dotem recepiſſe, quia tunc fruſtra textus faceret mentionem de ſecuritate receptæ dotis: & vltra textum illum probandum ex illa confeſſione poſt præuiam dotis promiſsionem præſumi, & probari numerationem dotis, adducunt rationes, præſertim primò, quia talis confeſsio non debet præſumi facta in fraudem, ſed pro liberatione vxoris vel ſoceri, aut alterius qui dotẽ marito promiſit, poſtquam ſubeſt cauſa, ſuper qua verè potuit confeſsio emitti: ita poſt Caſtrenſem *in l.* 1. *n.* 8. *verſic. quartus caſus, ff. ſolut. matr.* Crauetta *loco citato*, & Surdus *dicto conſ.* 397. *citato num.* 5. alios allegans. Secundò quia maritus confitens, ſeu tempore

actum factum, vel faciendum incontinenti, modò interuallũ ſeu actũ factum, vel faciẽdum ex interuallo, iuxta ſubiectam materiam, id quod poſt alios notat Auguſt. Barboſa *de diction. dictione* 2 9. Addunt etiam ratio à Petro Barboſa *loco citato*, quia quando & promiſſio, & confeſſio incontinenti fiunt, facilè credi poteſt confeſſionem emanatam ſpe futuræ numerationis.

145 Contra præfatam communem & receptam ſententiam hucvſque explicatam ſenſere Socinus ſen. *in l.* 1. *num.* 102. *ff. ſolut. matr.* Aret. *l.* 2. §. *creditum, num.* 27. *ff. ſi certum petatur*, & Emanuël a Coſta *in d. l. ſi ex cautione, fallentia* 14. *num.* 3. *& fallentia* 15. *Codice de non num. pecunia*, & nonnulli alij à Surdo *consil.* 567. *num.* 10. relati, & ad eandem communem impugnandam primo ab Aretino & Coſta adducitur textus *in l. vltima, Cod. de dote cauta non num.* illis verbis, *in dotibus, quas dotes eſſe, dotalibus inſtrumentis conſcribi moris eſt, cum adhuc nulla datio ſed pollicitatio tantum ſubſequuta ſit, liceat non numerata pecunia exceptionem opponere*, ex quibus verbis idem Aretinus infert maximè excludi exceptionem non numeratæ dotis, licet maritus poſt dotis promiſſionem fuerit confeſſus, ſe eam recepiſſe: ſed Couarruuias, Fachineus, & Molina *locis num.* 191. relatis, & P. Barboſa *d. p.* 6. *num.* 54. reſpondent *d. l. vltimam* intelligi & loqui quando promiſſio dotis non ex interuallo (quod requirit textus *in d.* §. *ſed quoniam*, & communis ſententia) ſed incontinenti in eodem dotali inſtrumento facta eſt, ſiue immediatè præceſſerit confeſſionem, ſiue mediatè poſt mariti confeſſionem fuerit facta, quia maritus confeſſus ſit, dotem ſe recepiſſe, & deinde dotis promiſſio ſit ſubſequuta (de quo infra) vel *d. l. vltim.* loqui de promiſſione dotis tacita, quam confeſſio dotis receptæ includit, & ſupponit iuxta tradita *ſupra n.* 136.

Secundo ab eodem Aretino & Coſta adducitur textus *in auth. de temporibus non ſoluta dotis*, §. *ſin autem* ibi, *ſiue mulier tanquam dotem offerens, & in eodem* §. *generaliter*, dum ibidem elapſum decennium à confeſſione dotis receptæ requiritur, vt exceptio non numeratæ dotis non poſſit opponi à marito, & eius hæredibus, ſed ad *d.* § *ſi autem*, P. Barboſa *num.* 55. reſpondet ibi tantum loqui, quando mulier quaſi dotem offerens obligat ſe inſtrumento dotali, & in eodem maritus confitetur ſe dotem recepiſſe, tunc enim competit marito exceptio non numeratæ dotis, ſecus ſi ex interuallo confiteatur iuxta communem ſententiam, & tradita in præcedentibus. Ad §. *generaliter*, reſpondetur cum Fachineo, ibi non abrogari diſpoſitionem *d. l. in contractibus, dicto* §. *ſed quoniam*, ſed denegari exceptionem non numeratæ dotis marito poſt lapſum decennium à confeſſione dotis receptæ, vt *d.* § *generaliter*, & quando poſt dotis promiſſionem ex interuallo maritus confeſſus eſt, ſe dotem recepiſſe, vt *d.* § *ſed quoniam*, tertio à Socino adducuntur ſequentia tria motiua; primum quia etiam quando præceſſit dotis promiſſio, confeſſio conſtante matrimonio facta facile poteſt præſumi ſuſpecta, & animo donandi; cum facilius quis ſe obliget & remittat, quam actualiter donet. Secundum quia *in d.* § *ſed quoniam*, tollitur ſolum exceptio non numeratæ dotis, non verò exceptio ſimulationis. Reſpondetur ad vtrumque motiuum ea præcedentia promiſſionis dotis iuris præſumptione *in d.* §. *ſed quoniam*, à confeſſione dotis receptæ ex interuallo ſubſequuta excludi omnem ſuſpicionem, & ſimulationem, vt *ſuprà num.* 191. *&* 192. notatum eſt: & præterea ſi maritus habuiſſet animum donandi, vel fingendi, non curaſſet ſibi fieri promiſſionem dotis, cum illa non præcedente maritus abſque dubio minus impediatur donare, ſeu confiteri animo donandi. Tertium motiuum Socini eſt, quia confeſſio de dote recepta probat numerationem tempore confeſſionis: ergo præſumitur tunc pecunia numerata ab vxore, & per conſequens numerata de pecunia viri, cum eo tempore omnia bona præſumantur eſſe ipſius mariti: reſpondetur ex Menochio, & Fachineo conſequentiam tunc ſolum poſſe admitti & procedere, quando conſtaret eſſe inopem, & bonis carentem mulierem, quæ dotem ipſam promiſiſſet, ſecus quando ipſa foret diues & promittat, vel à patre, aut alio extraneo dot pro ipſa muliere fuiſſet promiſſa.

Igitur præfata ſententia *num.* 191. ſtabilita, vt communis, & recepta inter Doctores retinenda eſt, à qua etiam non eſſe recedendum in conſulendo dixerunt 146
Caſtr. *in l.* 1. *col.* 19. *in octaua lim. ff ſolut. matr.* Socinus ſen. *ibid. n.* 95. & Craueta *loco ſuprà d. n.* 141. relati, & Borellus *d. tit.* 2. *n.* 216. aſſerit, quod non foret in iudicando, etiamſi ageretur de præiudicio creditorum mariti confitentis (de quo infrà) ab eadem communiſſima ſententia diſcedẽdum iam recepta non ſolum à tot aliis Doctiſſimis in vtroque Iure conſultis, ſed etiam à Magiſtratibus Neapolitanis, Rotæ Romanæ, Pedemontanæ, Peruſinæ, Mantuanæ, Lucenſis, & iuxta quam etiam pluries iudicaſſe ſuum Senatum Cathaloniæ refert Fontanella *d. p.* 1 *n.* 3 3. *& tribus ſeqq. vbi n.* 34. addit eandem communem, & receptam ſententiam procedere non ſolum, quando maritus poſt præcedẽtem dotis promiſſionem confitetur, ſe totam pecuniam ſeu dotem recepiſſe, ſed etiam quando poſt eandem promiſſionem confitetur ſe recepiſſe certam quantitatem reſtantem pro reſiduo dotis, vt æquè per hanc confeſſionem, ſicut per illam probetur totius dotis receptio, & ita ſenſiſſe pluries ſuum Senatum: quod & confirmat eo, quod cum quis in iudicio petit certam quãtitatem ſibi debitam ex reſiduo talis debiti, ſibi præiudicat, & non poteſt aliud prætendere, quamvis plus, ſeu maior quantitas deberetur, quia tacitè fateri videtur ſolutionem reſidui non petiti, vt tradunt Natta *conſ.* 102. *n.* 6. Surd. *conſ.* 5 2. *n.* 45. Gratianus *diſcept. for. tom.* 3. *cap.* 5 8 1. *n.* 1. & alij ab eodem Gratiano, & ab ipſo Fontanella relati, & indicat Rota Romana *dec.* 1 1 30. *n.* 3.

Aduertendum etiam, quod etſi plures ex Doctoribus *ſuprà n.* 141. pro eadem ſententia communi, & recepta relati dicant confeſſionem dotis receptæ probare numerationem, quando præcedit inſtrumentum dotale, in quo dos viro promiſſa eſt: nihilominus eadem communis procedit, quamvis promiſſio dotis præcedens confeſſionem non eſſet facta per ſtipulationem Notarij, ſed ſimplex & pacto nudo inter partes conuenta, cum ex ſpeciali dotis priuilegio ex pacto nudo, & ſimplici dotis priuilegio detur actio marito, cui dos promiſſa eſt aduerſus promittentem, vt præcedenti capite *n.* 53. oſtenſum eſt, & etiam in eo fauore etiam mariti fingatur ſtipulatio, vt *eodem cap. n.* 63. probatum eſt. 147

Qua autem ratione debeat conſtare, ſeu probari dotis promiſſionem præceſſiſſe confeſſionem, præſertim ſuppoſito, quod per talem confeſſionem dotis receptæ poſt præuiam dotis confeſſionem, probet etiam contra creditores mariti numerationem dotis fuiſſe factam, paulò infra explicatur.

Cæterùm etſi iuxta præfatam ſententiam communem, & deciſionem textus *in d. l. in contractibus, d.* §. *ſed quoniam, Cod. de non num. pecunia*, maritus qui poſt præuiam dotis promiſſionem confeſſus eſt, ſe recepiſſe dotem, vel eius hæres, non poſſit opponere exceptionem non numeratæ dotis vtendo priuilegio, ſeu beneficio querelæ non numeratæ dotis ad effectum transferendi in mulierem, vel eius hæredem onus probandi dotem fuiſſe numeratam, poterit nihilominus, ſi velit, aſſumere in ſe onus probandi dotẽ non fuiſſe ſolutam, & audiri debebit, *vt ſupra tom.* 1. *cap.* .. *n.* 13. notatum eſt, & expreſsè tradunt Ant. Faber *lib.* 5. *Cod. tit.* 10. *definit.* 3. *&* 4. Gaſpar Ant. Theſaur. *in add. ad deciſ.* 11 2. *patris.* 148

P. Barboſa *in l.1.p.6.n.55. verſ.adde quod,ff ſol.matr.* & Fontanella *dict. clauſ.14. gloſſa vnica part. prim. numero* 39. & faciunt alij Doctores *dict. numero 33. & 25. relati*, ratio ſumitur ex traditis *ſuprà dict. numer.* 13. ſcilicet quia lex *d.§.ſed quoniam*, ex confeſſione dotis receptæ præuia dotis promiſſione præſumat dotem fuiſſe numeratam, & ideo denegat querelam non numeratæ dotis, vt mulier dotem petens à marito vel hæredibus mariti non teneatur probare dotem fuiſſe ſolutam; non tamen decernit omnino dotem habendam eſſe numeratam, vt non poſſit probari contrarium exiſtentibus contrariis, & vrgentiſſimis coniecturis, quibus illa iuris præſumptio elidatur, cum ſemper præſumptio cedat probationi, & ſuſpicio veritati, vt *dict. numerò* 12. notatum eſt, & expreſſe tradunt *loco citato* Fontanella, Faber *dict. definitione* 4. licet donec contrarium probetur, ſtandum ſit apochæ [vt *ibidem* aiunt Faber, & Fontanella] cui non ſtaretur ſi lex *dict. § ſed quoniam*, non denegaſſet in tali caſo exceptionem non numeratæ dotis, ſed eidem exceptioni eſſet locus iuxta *leg. vltimam Codic. de dote cauta non num.* & notatum eſt *dict. numer.* 25. Præfata autem probatio non numeratæ dotis aduerſus confeſſionem admittitur ſolum intra annum trigeſimum, quo elapſo omnes actiones finiuntur, vt pariter tradit Faber *d. defin.*4. & pariter notatum eſt *d.n.*13.

149 Ex quibus infertur multò magis creditores mariti anteriores dicta confeſſione dotis receptæ facta poſt præuiam dotis promiſſionem admittendos eſſe ad impugnandam præfatam confeſſionem, ſi velint in ſe aſſumere onus probandi dotem non fuiſſe vere numeratam, & ſolutam, vt expreſſe tradunt Gaſpar Anton. Theſaur. *in addit. ad deciſion.* 112. *patrie, verſicul. illa autem confeſſio*, Faber *dict. definitione* 4. Fontanella *d. num.*39. & Petr. Barboſa *d.numer.55.citato verſic.adde quod*, addens in hoc ſenſu admittendam opinionem Velaſci *con.6. n.*25. quod hæc confeſſio dotis receptæ facta ex internallo poſt dotis promiſſionem non noceat creditoribus mariti.

Confeſſio dotis receptæ per maritum conſtante matrimonio facta, vbi præceſſit dotis conſtitutio, ſeu promiſſio dotis, an probet dotis numerationem etiam contra creditores mariti promiſſione poſteriores, confeſſione anteriores, illiſque noceat, ſicut marito, & eius hæredibus.

150 Sed difficultas eſt (hic tanquam commodiori loco expedienda) an eadem confeſſio mariti de dote recepta ex internallo poſt dotis promiſſionem; facta, inquam, iuxta *deciſionem d. l. in contractibus, d. §.ſed quoniam, C. de non numerata pecun.* probet veram numerationem non ſolum in præiudicium mariti, & eius hæredum, ſed etiam in præiudicium creditorum mariti anteriorum dicta confeſſione, vt etiam ipſiſmet creditoribus *d. §. ſed quoniam*, ſit denegata exceptio non numeratæ dotis, eademque dos ſic confeſſata præuia dotis promiſſione habeat priuilegia veræ dotis quoad hypothecam, & prælationem, & affirmatiua ſententia eſt communis, ita Cynus, Fulgoſius, Salycetus, Caſtrenſis, Bald. Nouell. Crauetta, Gabriel, Couarruuias, Surd. Afflictus, Vrſillus, Gomez, P. Barboſa, Faber, Ioſeph. Ludouicus, Molfeſius, Marcſcottus, Cancerius, Camill. Borell. Hodierna, Fontanella, Vincent. de Franchis, vterque Theſaurus, Rot. Rom. Stephan. Gratian. Aloyſius Riccius, Magonius *locis ſuprà num.* 191. *allegatis*, Mantica *dict. l.11. tit.20. n.*40. Menoch. *l.3. præſ.13.n* 24. Genna *de verbis enunc.l.2.q.32.n.*30. Merlin. *de legitim. l.1. tit.1. q.17. n.*13. Salgado *in labyrintho l.3. c.13.n.*21. & Fachin. *contron. iuris l.8.c.*87. & plurimi alij relati à Fontanella, Borello, Mantica, Cancerio, Menochio *d. priuil.* 13 *numero* 21. Velaſco *conſ.5. num.*11. Maſcardo illos ſequente *concl.567. n.7. & 9.* & ab Hodierna *ad d. deciſ.55.n.*1. Quæ communis, & recepta ſententia probatur ex traditis *ſup.n.*191. ſcilicet tum quia confeſſio mariti dotis receptæ ex internallo poſt præcedentem dotis promiſſionem habet pro ſe præſumptionem iuris, iuxta *d. l. in contractibus, § ſed quoniam, Cod. de non num. pecun.* quod ſit vera, & facta ex cauſa veræ numerationis dotis, tum quia ſuppoſita præcedentia promiſſionis dotis cum ſubſit cauſa, ſuper qua vere potuit talis confeſſio emitti, & vir ex promiſſione habeat vxorem, vel alium, qui pro ea dotem promiſit, obligatam ſeu obligatum, non eſt veriſimile, quod confeſsio fuerit facta animo donandi, vel ſpe futuræ numerationis, ſed potius credendum, & præſumendum, quod dos fuerit numerata, prout maritus confeſſus eſt.

Quare iuxta hanc ſententiam communem, & rece- 151
ptam ſi confectum ſit inſtrumentum, quo dos promiſſa fuit marito, & ille antequam faceret confeſsionem dotis receptæ, contraxit æs alienum, & obligauit bona ſua creditoribus, ſequuta poſtea confeſsione dotis (quæ iuxta tradita præſumitur vera) melior præferri debet non ſolum hæredibus ipſius mariti, ſed etiam ipſis creditoribus, qui poſt promiſsionem cum marito contraxerunt, quia confeſsio illa retrotrahitur ad tempus promiſsionis, & quoad hypothecã pro dote reſtituenda, eiuſque prælationem attenditur tempus promiſsionis, & factæ obligationis, & non tempus ſolutionis, & ſic confeſsionis, vt *ſuprà capit. ſecund. num.* 112. probatum eſt, & tradunt Doctores *ibidem relati ex lib. prim. ff. qui potiores in pign. habeant.* quæ lex quamvis loquatur quando conſtat de vera numeratione poſt præcedentem obligationem interueniente, tamen intelligenda, & admittenda eſt etiam, quando præſumptiuè de eadem numeratione conſtat, cum à iure habeatur vti vera numeratio, donec contrarium probetur; & ita in hoc caſu dotis confeſſatæ poſt præcedentem dotis promiſsionem, hypothecam vxoris in bonis mariti pro dotis reſtitutione, quæ ex præfata confeſſione poſt præuiam illam promiſsionem oritur, currere à die factæ promiſsionis, expreſſe tradunt Afflictus *d. deciſion.*402. Couarruuias *var. libro primo, dict. cap. ſeptimo, num. ſexto, verſicul. cæterum fine*, Ioſeph. Ludouic. *dict. deciſion.66. numer.* 28. Grammaticus *deciſion.*102. *num.7.14. & 15.* Vincentius de Franchis *deciſion.*677. Faber *libro quinto, eodem titulo* 10. *definitione* 1. *numer.*6. Petr. Barboſa *ad leg. primam part. ſecund. numero* 52. *initio ff. ſoluto matrimonio*, Aloyſius Riccius *in Collect. deciſion. part.* 8. *Collectaneo* 3595. *verſ.5. quod verum*, Hodierna *ad deciſ.*55. Surdi *numero* 5. Quamvis contrarium, & præferendos mariti creditores, quibus poſt promiſsionem ante confeſsionem mariti idem maritus bona ſua obligauit, ſenſerit Baldus Nouellus *de dote parte* 10. *numero* 18. *fallentia ſeptima fine*, reprobatus tamen recte à Couarruuia *loco citato*, vbi tamen nulla præcedente dotis promiſsione apparente confeſsio mariti de dote recepta probat numerationem dotis, hypotheca mulieris in bonis viri oritur, & currit ſolùm à die confeſsionis, & ſic non præiudicat creditoribus mariti anterioribus, ſed tantum poſterioribus, vt obſeruat Faber *dict. numero ſexto*, addens facilius eſſe, vt mariti confeſsio noceat poſterioribus creditoribus, quàm anterioribus, vt not. *in auth. ſed iam neceſſe, Cod. de don. ante nupt.*

Quin etiamſi promiſsio dotis præcedens confeſ- 152
ſionem dotis receptæ non eſſet expreſſa ſtipulatione Notarij interueniente, ſeu per publicum contractum, ſed fuiſſet ſimplex per pactum nudum inter partes initum.

initum, etiam in hoc caſu hypotheca vxoris in bonis mariti curreret à die dictæ promiſsionis, vt expreſsè notarunt Grammaticus *loco citato*, & poſt eum Aloyſius Riccius, & Hodierna *locis allegatis*: & ratio eſt, quia in contractu dotis eius ſpeciali fauore ſingitur, & ineſt ſtipulatio habens adiunctam hypothecam bonorum mariti, & vxoris pro reſtitutione dotis marito ſolutæ vel exactione dotis promiſſæ, vt conſtat *ex l. vnica, in princip. §. videamus, & §. accedit, Codic. de rei vxor. actione*, *& probatum eſt cap. præcedenti 9. num. 61. & 63.* & ſic vxor ſoluto matrimonio actione ex ſtipulatu poteſt agere contra hæredes mariti ad reſtitutionem dotis eidem marito ſolutæ cum prælatione quoad creditores mariti ab eo habentes cauſam poſt dotis promiſsionem, iuxta tradita *num. præcedenti*, & expreſsè notarunt Grammaticus, Riccius, & Hodierna *locis citat.* quod ſi dos ab alio, quam ab vxore fuerit promiſſa, & non ſoluta conſtante matrimonio, an vxor poſsit pro dotis recuperatione agere directè contra dotis promiſſorem abſque hæredum mariti ceſsione, actum, & explicatum eſt *d. cap. 9. num. 47.*

153 Prædicta verò procedunt, ſi de promiſsione dotis præcedente legitimè ſeu per legitimas probationes conſtiterit, ſecus ſi ſolum per coniugum confeſſionem, ſeu aſſertionem, aut narrationem Notarij in inſtrumento, ſeu apocha facta de dicta dotis promiſſione præcedente, vel quod ipſe viderit, & legerit ſcripturam promiſſionis: nam quamvis huiuſmodi partium confeſſio, vel narratio, ſeu aſſertio Notarij probaret, non tamen præiudicaret creditoribus mariti, ſed ſolum ipſi viro, vt tradunt Faber *d. tit. 10. defin. 9.* Fontanella *d. p. 1. num. 37.* Hodierna *ad d. deciſ. 55.* Surdi, *num. 7.* & Stephanus Gratianus *d. deciſ. March. 103. n. 16. & ſeqq.* alioqui (vt *locis citatis* obſeruant Faber, & Fontanella) inuenta eſſet via fraudandorum creditorum, cum tam facilè ſit fateri promiſſionem præcedentem, quam fraudare velle, *arg. l. 5. §. ſi pupillus, ff. de reb. eorum qui ſub tutel. l. iure 21. §. 1. ff. de legit. tutorum*, & aliis iuribus allegatis per Fabrum, qui addit, quod eo magis augebitur ſuſpicio fraudis in confeſſione facta inter perſonas ſuſpectas, ſcilicet maritum, & vxorem conſtante matrimonio, ſi poſt decennium elapſum ea confeſsio facta proponatur contra mariti creditores, cum vix credibile videatur tantum temporis interuallum inter promiſsionem, & ſolutionem interceſsiſſe, ac proinde ait idem Faber, quod tunc promiſsio probanda erit per teſtes omni exceptione maiores, quia quantò eſt ſuſpectior res, tanto certiores exigit probationes, ſi tamen concurrerent alia adminicula pro probatione numerationis dotis, tunc ex enunciatione promiſsionis dotis præcedentis facta à Notario in inſtrumento confeſsionis cum iiſdem adminiculis probari ſolutionem dotis tradunt Hodierna *loco citato*, & Fontanella *d. p. 1. numero 38.* aſſerentes ita tenuiſſe Rotam Romanam apud Mohedanum *deciſ. 2. de confeſſ.* & apud Pacificum *tract. de Saluiano interd. deciſ. 18.*

154 Contra præfatam ſententiam communem, & confeſsionem mariti de dote recepta poſt præuiam dotis promiſsionem factã non præiudicare creditoribus eiuſdem mariti præſertim anterioribus confeſsione, ſcripſerunt non ſolum Doctores *ſuprà num. 195.* relati, & relati à Maſcardo *d. concl. 567. num. 10.* quorum motiuis *eod. num. 195.* ſatisfactum eſt, ſed etiam, & præcipuè Valaſcus (quem ſequitur Molina *de iuſt. & iure tom. 2. d. diſp. 440. n. 7.*) *conſult. 6. n. 15.* vbi aſſerit quod etſi per eam confeſsionem maritus, & eius hæres excludatur ab exceptione non numeratæ dotis, non tamen inde fit, vt etiam mariti creditores maximè anteriores confeſsione excludantur ab eadem exceptione, eo quod (inquit) textus *in d. l. in contractibus, §. ſed quoniam, d. verſic. illis etiam ſecuritatibus*, nil prorſus loquitur de creditoribus eorumve præiudicio, ſed tantum marito, qui poſt confeſsionem dotalium inſtrumentorum de ſoluta dote in parte, vel in ſolidum confeſsionem dotis receptæ fecit, negat exceptionem non numeratæ dotis competere: addit Valaſcus pro confirmatione, ſe non videre, quid referat dotis promiſsionem præceſſiſſe quoad creditores tertio, quia in ea re non interfuerunt, ex quibus abſurdum videtur, poſſe maritum ex confeſsione ſua præiudicare, ſiue præceſſerit dotis promiſsio, ſiue non, quinimo hoc eſſet dare cautelam, qua creditoribus præiudicium fiat, faciendo præcedere dotalia inſtrumenta, quod inciuile videtur: ita Valaſcus.

Sed etſi præfatæ rationes videantur non parum vrgere contra communem ſententiam, & bonum eſset pro certiori præſumptione numerationis, quod vltra promiſsionem præcedentem, & ſubſequentem haberentur aliqua adminicula ſeu indicia adiuuantia ex ſuprà enarratis, & explicatis, vt notauit Fontanella *d. p. 1. num. 59.* nihilominus cùm eadem communis ſententia, *vt ſup. n. 196.* notatum eſt, & obſeruauit Borrilus *d. tit. 3. num. 217.* non ſolum ſit recepta à Iureconſultis communiter, ſed etiam in praxi in conſulendo, & iudicando, vt per talem confeſsionem etiam creditores excludantur ab exceptione non numeratæ dotis, vt non poſsint in mulierem, vel eius hæredes transferre onus probandi, dotem fuiſſe numeratam, difficilè foret in praxi, & in iudiciis ab eadem diſcedere: nec eædem rationes æſtimandæ ſunt tanti ponderis & momenti, vt ob eas etiam debeat ab eadem communi ſententia recedi: primò enim non obſtat, quod ſi *in d. §. ſed quoniam*, negatur exceptio non numeratæ dotis, quia lex ex confeſsione dotis receptæ præcedente dotis promiſsione contra maritum præſumit dotem fuiſſe ſolutam, eadem totis præſumptio debet habere locum etiã contra creditores, vt dicunt Doctores communiter, & ſic ſi ob eam præſumptionem non conceditur exceptio non numeratæ dotis, etiam creditoribus denegatur, maximè quia maritus eſt principalis debitor dotis, & eius principaliter intereſt dotem ſolutam eſſe, ac proinde non debet eſſe deterioris conditionis, quàm creditores, ſed potius quodammodo melioris, vel ſaltem æqualis, vt *loco citato* notat Fachineus. Neque etiam obſtat alia ratio de occaſione cautelæ ad fraudandum creditores, cum etiam huiuſmodi ſuſpicio tollatur ex præfata præcedentia promiſſionis dotis, quæ efficit vt confeſſio ex interuallo ſubſequens habeat pro ſe iuris præſumptionem numeratæ dotis, ex quo fit, vt ſi creditores aliud prætendunt, & confeſſionem factam in fraudem, id ipſi probare debeant, vt poſſint obtinere iuxta tradita *ſupra num. 190.* & Doctores *ibid.* relatos, & magis explicatur in ſequentibus; non autem ſpectat ad mulierem, vel ad eius hæredes onus probandi dotem fuiſſe numeratam, fraudemvè non interueniſſe, & interim dum non probant, ſtandum erit præſumptioni, quæ eſt in fauorem promiſsionis præcedentis, & confeſsionis ſubſequutæ.

Vbi per creditores, quibus maritus poſt promiſſionem dotis ante confeſſionem bona ſua obligauit, conſtiterit confeſſionem factam fuiſſe in eorumdem fraudem, non eis nocebit.

Igitur præfata confeſsio dotis receptæ conſtante matrimonio facta à marito ex interuallo poſt præuiam dotis promiſsionem, non nocebit creditoribus mariti, quibus ante eam confeſsionem bona ſua maritus hypothecauerat, ſi eandem confeſsionem in fraudem eorumdem creditorum factam fuiſſe conſtiterit proba- 156

tionibus

tionibus vel coniecturis, ab ipſiſque creditoribus oſtēſum fuerit, vt præſtare poſſunt iuxta tradita *ſuprà numero* 149. & Doctores *ibidem* allegatos, & in hac ſpecie expreſsè tradunt alios allegantes, Baldus Nouellus *de dote p.* 10. *num.* 58. *poſt medium*, Surdus *deciſ.* 116. *per totam*, & præcipuè *num.* 9. 10. P. Barboſa *d. p.* 6. *num.* 40. *fine*, Fontanellæ *de pactis nuptiarum clauſ.* 14. *gloſſa vnic. p.* 1. *n.* 40. *& pluribus ſeqq.* Merlinus *de legit. lib.* 2. *tit.* 1. *q.* 17. *n.* 14. & Hodierna *ad dec.* 55. Surdi *num.* 17. *& ſeqq.* Qui omnes præter Barboſam obſeruant contra præfatam confeſsionem mariti dotis receptæ conſtante matrimonio præcedente dotis promiſsione factam tria opponi poſſe. Primum, præſumptio donationis, quæ eſt prohibita inter virum, & vxorem, ſecundum exceptio dotis, ſeu pecuniæ non numeratæ. Tertium exceptio fraudis commiſſæ in præiudicium creditorum, ad id allegantes textum *in auth ſed iam neceſſe, Cod. de donat. ante nupt.* qui licet loquatur de confeſsione augmenti dotis, tamen idem argumento eiuſdem textus videtur probari in dotis confeſsione, licet cum diſcrimine *vt n. ſequenti.*

157 Verùm cum ex vna parte dicta confeſsio dotis receptæ poſt præcedentem dotis promiſsionem facta habeat iuris præſumptionem pro ſe, quod ſit vera, & cauſa actualis numerationis facta, & ex altera fraus, ac fraudandi animus de iure non præſumatur, cum eſſet præſumere delictum: hinc fit, vt a creditore allegante & prætendente in fraudem emanaſſe confeſsionem debeat eadem fraus probari, & quod in dubio fraus non præſumatur, ſed per allegantem ſit probanda conſtat *ex lege quoties, § qui dolo, ff. de probationibus, & l. merito, ff. pro ſocio*, & tradunt Mantica *loco mox citando*, & latiſsimè Maſcardus *de probat. concluſ.* 814. Couarruuias *var. lib.* 1. *capit.* 7. *num.* 7. *initio*, Menochius *lib.* 5. *præſumptione* 3. & alij à Fontanella *vbi ſuprà numero* 43. relati, & ſingulariter in hac materia confeſsionis dotis receptæ maximè poſt præcedentem dotis promiſsionem, quod qui allegat fraudem, debeat illam probare tradunt Mantica *dicto titulo* 20. *numero* 36. Petrus Barboſa *dicta parte* 6. *n.* 38. 39. *&* 40. Stephanus Gratianus *diſcept. for. tom.* 2. *capite* 362. *numer.* 22. & Fontanella *d. p* 1. *num.* 44. licet ſecus ſit in confeſsione augmenti dotis in rebus mulieris mobilibus, vt conſtat *ex §. aliud quoque, circa finem, auth. de æqualitate dotis, & in auth. ſed iam neceſſe, Cod. de donat. ante nupt.* & ratio differentiæ aſsignatur, nam in confeſsione dotis etiam facta matrimonio conſtante non præſumitur fraus in præiudicium creditorum etiam anteriorum, in confeſsione autem augmenti dotis in rebus vxoris mobilibus facta à marito debitore præſumitur fraus in præiudicium creditorum, vt iiſdem textibus habetur, & ratio differentiæ inter promiſsionem, & confeſsionem dotis, & inter dotis augmentum illiuſque confeſsionem aſsignatur poſt alios à P. Barboſa *dict. p.* 6. *num.* 19. *initio*, & approbatur à Fontanella *d. n.* 44. ab Auguſtino Barboſa *collect. ad d. auth. ſed iam neceſſe*, & etiam à Fachineo *lib.* 8. *d. capite* 87. *fine*, & eam prius innuit Couarruuias *var. lib.* 1. *capit.* 7. *num.* 6. *verſiculo in contrariam ſententiam fit.*, ſcilicet quia in matrimoniis à communiter accidentibus ſolet dos conſtitui, & ſolui, & ideo confeſsio, quod ſit recepta præſertim poſt præcedentem promiſsionem dotis factam veriſimilis eſt, atque adeo admittenda, *capite inſpicitur, de reg. iur. in* 6. At poſtquam dos eſt, non ſolet augeri, ac proinde ex inſolitia facilius fraus præſumitur, adeo vt etiamſi conſtet vxorem dediſſe marito debitori augmentum dotis in mobilibus, adhuc fraus præſumeretur, nec noceret creditoribus anterioribus, ſic expreſsè habetur *d. auth. ſed iam neceſſe*; cum tamen ſi conſtaret dotem in mobilibus promiſſam, & datam, vel abſque antecedenti promiſsione ſolutam eſſe, certum eſſet maritum ad dotis reſtitutionem eſſe obligatum, vt de vtroque conſtat *ex dicto §. aliud quoque.* Quare diſpoſitio *dicta authentic. ſed iam neceſſe*, (vt notauit Fachineus *loco citato*, & latiùs probat P. Barboſa *dicto num.* 39. *& num.* 40.) procedit tantum in augmento dotis in rebus mobilibus conſtante matrimonio dato vel confeſſato exiſtente marito debitore, vt iuris præſumptione cenſeatur factum confeſſatū in fraudem & præiudicium creditorum mariti anteriorum, non verò procedit in dotis receptæ confeſsione conſtante matrimonio facta, etiamſi non conſtet de dotis promiſsione præcedēte, quæ licet ſi non concurrant alia adminicula, & indicia veritatis numerationis, præſumatur facta animo donandi mulieri, non poteſt tamen *ex dicta authent. ſed iam neceſſe*, probari debere præſumi factam in fraudem creditorum mariti, ſed per allegantem fraus indiciis & coniecturis fraudem perſuadentibus erit probanda. Quapropter quando Nouellus, Surdus, Merlinus *locis num.* 206. *allegatis*, dicunt confeſsionem dotis receptæ poſt præcedentem dotis promiſsionem conſtante matrimonio factam non nocere anterioribus mariti creditoribus, allegantes textum *in d. auth. ſed iam neceſſe*, debent intelligi, vt illorum dictum ſit verum, ſi per eoſdem creditores indiciis, vel coniecturis manifeſtis, vel arbitrio iudicis ſufficientibus fuerit probatum adfuiſſe fraudem, ſeu animum fraudandi eoſdem creditores; nam tunc ea confeſsio fraudulenta non nocebit creditoribus. Non enim quiſquam poteſt facto ſuo præiudicare creditoribus, *lege ſi vnus, §. ante omnia, ff. de pact.* quam ad hoc propoſitum adducit Mantica *dict. tit.* 20. *eodem num.* 36. poſt Socinum Sen. *in lege prima, num.* 8. *ff. ſoluto matrimonio.*

Probari autem fraudem indiciis, & coniecturis, cum ſit difficillimę probationis, ac proinde ea quæ ſit per indicia, & coniecturas debere haberi ſufficientem, tradunt Maſcardus *de probat. concl.* 815. & alios allegans Fontanella *dict. parte* 1. *numer.* 45. & particulariter de fraude in confeſsione dotis receptæ etiam poſt præcedentem promiſsionem tradunt Surdus *d. deciſione* 516. Valaſcus *d. conſil. ſexto, numer.* 3. Afflictus *d. deciſ.* 402. *ibidem* Viſillus *numer.* 6 *&* 7. Petr. Barboſa *d. num.* 39. *fine*, Fontanella *d. numer.* 45. Mantica, Menochius, Hodierna, Stephanus Gratianus *locis infrà allegatis*: cum verò de huiuſmodi indiciis, & coniecturis quoad vim inducendi, vel non inducendi præſumptionem fraudis non poſsit dari certa doctrina, vt expreſsè Viſillus *d. numero* 7. poſt Tiraquellum *de retractu conſang. §.* 1. *gloſſa* 18. *numero* 86. *& ſequentibus*, id iudicis arbitrio relinquitur diiudicandum attenta qualitate negotij, & perſonarum ex quibus fraus colligi poteſt, vel minimè fraus argui, *vt ibidem* Viſillus, & poſt Alciatum *in lege* 1. *ff. ſoluto matrimonio*, Valaſc. *dict. conſult.* 6. *numero* 3. *fine*, & Fontanella *d. parte prima, numero* 46. 158

Ex quibus indiciis, & coniecturis in confeſſione dotis receptæ à marito facta poſt præcedentem dotis promiſſionem præſumatur fraus, animuſve fraudandi.

In præſenti autem materia cōfeſsionis dotis receptæ etiam poſt dotis præcedentem promiſsionem factæ indicia ſeu coniecturæ fraudis, ſeu fraudulentiæ confeſsionis vel in præiudicium creditorum mariti factæ a Doctoribus conſiderantur ſequentes. Primum eſt, ſi tempore, quo illa confeſsio facta fuit, conſtet ſeu probetur maritum fuiſſe magno ære alieno grauatū & nō ſoluendo; tunc enim præſumi debere confeſsionem fraudulentam, & animo fraudandi creditores factam, tradunt 159

Baldus

Baldus Nouellus *d. p.* 10. *n.* 18. Vrſillus *loco num. præcedenti* relato (vbi loquitur de confeſſione dotis receptæ facta à marito poſtquam decoxiſſet, & præſertim quando creditores pro eorum creditis inſtarent.) Menochius *lib.* 3. *d.præſumpt.* 13. *num.* 24. *& 29.* Gomez *ad l.* 50. *Tauri, num.* 52. *verſic. item & tertiò*, Mantic *d. lib.* 11. *tit.* 20. *num.* 36. Merlinus *de legit. lib.* 2 *tit.* 1. *quæſt.* 17. *n.* 15. Hodierna *ad d.deciſ.* 55. Surdi, *n.* 18. Fontanell. *d p.* 1. *num.* 48. Faber *lib.* 5. *eod. tit.* 10. *definit.* 5. Borellus *in ſumm. deciſ. tom.* 2. *tit.* 3. *num.* 204. Stephanus Gratianus *d. cap.* 361. *num.* 23. *& d.cap.* 489. *num.* 22. Rot. Rom. *deciſ.* 683. *num.* 5. *p.* 2. *recent. quæ eſt* 108. apud Burattum, & alij apud eoſdem, præſertim Manticam, Gratianum, & Hodiernam, & ex Theologis Molina *de iuſt. tom.* 2. *diſp.* 439. *num.* 13. *& diſp.* 440. *num.* 7. *fine*, quare ſi creditor mariti probauerit eum tempore confeſſionis dotis receptæ fuiſſe tanto ære alieno granatum, vt non eſſet ſoluendo, vel quod dote ſoluta deſinebat eſſe ſoluendo, confeſſio ob præſumptionem fraudis in eorum præiudicium non nocebit eiuſdem creditoribus ea confeſſione anterioribus, vt expreſsè dicti Doctores, & præſertim Mantica, Merlinus *locis citat.* & Gratianus *d. num.* 23. *qui num.* 21. poſt alios dicit, quod ſi maritus minime grauatus eſſet magno ære alieno tempore confeſſionis, ſed tantum creditorem haberet in parua ſumma, ceſſaret præſumptio fraudis, cum pro modica quantitate non cenſeatur fraudis ſuſpicio: & idem notat Fontanella *d.p.* 1. *num.* 49. quod putarem procedere, quando ob dotem confeſſatam ſolutam non deſineret eſſe ſoluendo creditoribus.

161 Secunda coniectura fraudis eſt, ſcilicet ſi tempore confeſſionis dotis receptæ maritus non erat ære alieno grauatus, tamen ſtatim, & breui tempore poſt confeſſionem magnum æs alienum contraxit cum aliis creditoribus, vt bona eiuſdem mariti non ſufficiant ad ſatisfaciendum iiſdem creditoribus poſterioribus dote prius confeſſata ſoluta, tunc præſumitur confeſſio fraudulenta, & animo fraudandi poſteriores creditores mox, ſeu breui futuros, & ſic illis non debet nocere, ſi probauerint debita à marito contracta poſt confeſſionem ſtatim ſeu breui tempore, & bona mariti non fuiſſe ſufficientia pro ſoluendo debito poſt confeſſionem cum ipſis contracto: ita Alexander *conſ.* 86. *n.* 1. *lib.* 7. Maſcardus *de probat. concl.* 36. *num.* 13. Couarruuias *d. cap.* 7. *num.* 7. *initio*, Rolandus *conſ.* 74. *n.* 13. *lib.* 4. Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 13. *num.* 18. & alios allegantes Merlinus *d. quæſt.* 17. *num.* 15. Boſſius *in p axi, tit. de public. bonor. num.* 49. *verſic. & concluſio vid tur*, Surdus *d. deciſ.* 116. *n.* 10. Vrſillus *ad deciſ.* Afflicti 402. *num.* 1. *&* 2. Hodierna *vbi ſuprà, num.* 19. Fontanella *d.p.* 1. *num.* 50. & Botta *conſ.* 55. *num* 18. vbi dicit præſumi confeſſionem in fraudem factam, ſi eadem die, quo facta fuit confeſſio, appareat debitum contractum; ſecus autem ſi poſt longum à confeſſione interuallum puta vnius anni vel plurium, vt Rolandus *d. num.* 13. id probans, quod ſicut arguitur fraus ex breuitate temporis, ita fraudis ſuſpicio ceſſare debet ex temporis interuallo, vt idem operetur oppoſitum in oppoſito, quod propoſitum in propoſito, *l.* 1. *§. fin. ff. de legat.* 3. & quia contrariorum eadem ſit diſciplina, *l.* 1. *ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris.*

162 Tertiam coniecturam fraudis in præiudicium creditorum anteriorum exiſtimant Alexander, Maſcardus, Menochius, Hodierna, Merlinus *locis citatis*, quando confeſſio mariti erga vxorem eſſet in ſumma magna, & exceſſiua, attentis facultatibus promiſſoris dotis, & qualitatibus ſeu creditoribus eiuſdem promiſſoris & vxoris, id quod tradunt plures alij à Menochio & Merlino relati, & colligitur ex Rota *d. deciſ.* 983. *n.* 5. *& 6.* & etiam ex traditis à Fontanella *d. p.* 1. *num.* 56. *iuncto n.* 57. *fine.*

Quarta fraudis coniectura aſſignatur à Rota *d. deciſ.* 682. *num.* 7. ex Angelo *conſ.* 27. *in fine*, & Bertazolo *conſ.* 253. *num.* 8. *lib.* 2. quando confeſſio dotis ſolutæ facta fuiſset ante aduentum temporis iuxta inſtrumentum ſeu apocham promiſsoris dotis cõuenti, eo quod huiuſmodi ſolutio anticipata videatur inuerisimilis: & hanc eandem coniecturam confeſſionis ante elapſum tempus ſolutionis faciendæ inducere præſumptionem fraudis notat Fontanella *locis num. præcedenti relatis.*

Confeſſio dotis receptæ præuia dotis promiſſione poſt delictum à ſe commiſſum confiſcatione bonorum dignum facta, an præſumatur fraudulenta in præiudicium fiſci.

Aliam coniecturam inducentem præſumptionem, 163 quod confeſſio mariti de dote recepta & præcedente dotis promiſſione fuerit fraudulenta, & animo præiudicandi fiſco, ac proinde eodem fiſco non noceat, habet, & latè confirmat Surdus *d. deciſ.* 116. ſcilicet ſi confeſſio mariti ſit facta poſt commiſsum ab eodem marito delictum, propter quod omnia bona ſunt ipſo iure fiſco confiſcata; ex hoc enim ſequitur, vt iuſtè cenſeatur confeſſio facta in fraudem fiſci metu futuræ condemnationis, & ita ex hoc ſolum, quod confeſſio mariti fuerit facta poſt commiſsum tale delictum, eam vti fraudulentam non præiudicaſse fiſco, iudicaſse Senatum Mantuanum teſtatur idem Surdus, & idem tradit Peregrinus *de iure fiſci lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 184. dicens dotes confeſſatas, dotium augmenta facta per reum poſt delictum, vel etiam antè, antecedentibus aliis coniecturis ſuſpectas, & fraudulentas præſumi in fiſci fraudem, per textum *in l. ſi quis poſt hac, Cod. de bonis proſcript. & in l. res vxoris, Cod. de donat. inter vir. & vxor.* hanc eandem coniecturam fraudis in præiudicium fiſci in confeſſione mariti dotis receptæ poſt delictum aliquod commiſſum publicatione omnium bonorum dignum approbat Borellus *in ſumm. deciſ. p.* 2. *tit.* 3. *num.* 262. allegans Surdum *d. deciſ.* 116. & Plotum *in conſ.* 130. *num.* 51. *vol.* 1. præcedens enim delictum (inquit Surdus) bonorum confiſcationem ipſo iure annexam habens eſt iuſta cauſa præſumendi fraudem in confeſſione poſt illud facta, etiam præcedente dotis promiſſione, cum vna coniectura, ſeu ſuſpicio, aut præſumptio tollat aliam; & ſicut præcedens promiſſio dotis facit veriſimilem confeſſionem ſubſequentem, ita delictum præcedens confeſsionem facit illam eſse fraudis ſuſpectam: ita Surdus alia etiam adducens, contra quem, & quod præfata mariti confeſsio dotis receptæ facta poſt delictum commiſsum vetitum ſub pœna confiſcationis omnium bonorum ipſo iure incurrenda noceat fiſco, cui mulier quoad dotem confeſsatam ſit præferenda in petitione bonorum, ſentit Hodier. *in ann. ad d. dec.* 116. *eiuſd. Surdi*, qui allegat plures Doctores, illi tamen DD. loquuntur in dote confeſſata à marito cum renunciatione exceptionis nõ numeratæ dotis, vel poſt elapſa tempora marito, & eius hæredi conceſsa ad opponendam eam exceptionem, quam aſſerunt habere priuilegium veræ dotis, & nocere fiſco, ſicut nocet marito, de quo in ſequenti inſpectione prædicta quoad confeſsionem dotis receptæ poſt præcedentem dotis promiſsionem, quatenus generaliter loquendo probat numerationem dotis reſpectu mariti confitentis, & eius hæredum, & reſpectu creditorũ, & quando præſumi debeat facta fraudulenter ad præiudicandum creditoribus, quibus poſt promiſsionem, vel etiam breui tempore poſt confeſsionem maritus bona ſua hypothecauit pro pecunia accepta.

Confeſſio

Confeſſio dotis receptæ præcedente dotis promiſſione à marito binubo facta, an præſumi debeat facta in præiudicium filiorum primi matrimonij & fraudem l. hac edictali, C. de ſecund. nupt.

164 Reſtat expedienda particularis difficultas (de qua in terminis ex Doctoribus *num.* 191. *& ſequentibus* allegatis ſolus Fontanella *d.clauſ.*14.*gloſſ.vnica,p.*1.*à n.*51. *ad* 60.) ſcilicet an præfata communis ſententia *d. numer.* 191. *& num.* 200. propoſita, ac recepta in praxi, quod confeſſio mariti dotis receptæ, ſi dotis promiſſio præceſſerit, licet de eiuſdem dotis ſolutione & numeratione non conſtet, habet pro ſe præſumptionem, quod ſit vera, & probet numerationem contra maritum confitentem, & eius hæredes, & etiam contra creditores hypothecarios poſteriores promiſſione, & confeſſione anteriores, procedat, & habeat locum etiam in confeſſione dotis receptæ à marito binubo, ſeu qui ſecundas nuptias contraxit facta præcedente dotis promiſſione, de qua conſtet, ita vt talis confeſſio (etſi aliunde non conſtet de dotis ſolutione) præſumi debeat vera, & probet numerationem contra filios mariti confitentis prioris matrimonij, an verò ſit præſumenda facta in fraudem legis *hac edictali, Codice de ſecundis nuptiis*, & ſic in præiudicium eorumdem filiorum primi matrimonij, & conſequenter ſubiiciatur diſpoſitioni eiuſdem legis *hac edictali*, tanquam donatio facta nouercæ, & idem Fontanella *n.*55. *&* 56. refert ſuum Senatum habuiſſe deciſiones contrarias, vnam in qua iudicauit confeſſionem præſumi factam in fraudem filiorum, & illi obſtare diſpoſitionem *d. l. hac edictali*, alias in quibus pronunciauit præſumi veram; & ſicut præiudicat creditoribus mariti poſterioribus promiſſione dotis, ita præiudicare filiis prioris matrimonij, & in hoc caſu non habere locum diſpoſitionem dictæ legis *hac edictali*. Pro parte autem, quod ea confeſſio cenſeri debeat facta in fraudem filiorum, & ei obſtet diſpoſitio *dict. legis hac edictali*, affertur ratio à Fontanella *dicta p.*1. *numer.*52. *ſine* notata, ſcilicet quia cum maritus binubus non poſſit plus donare nouercæ, quàm vni filiorum prioris matrimonij *d. l. hac edictali*, ſi confeſſio præſumenda eſſet vera, aperiretur faciliter via fraudandi legem, & filios, ob quod periculum fraudis de iure, ſiue lege, ſiue ſtatuto prohibitus donare, non poteſt valide confiteri in alio quovis contractu, neque etiam in teſtamento, iuxta Doctores, quos refert & ſequitur Rota Romana *dec.* 121. *num.*3. *p.*2. *recentiorum, & deciſ.*2. *de confeſſis alias* 198. apud Creſcentium.

165 Verum cum Doctores *ſuprà numero* 141. *& numero* 150. relati pro communi ſententia eam non limitent in huiuſmodi confeſſione mariti binubi facta poſt præcedentem dotis promiſſionem, & diſpoſitio *legis in contractibus*, § *ſed quoniam, Cod. de non num. pecunia*, & rationes adductæ *d. num.* 141. *& d. num.* 200. æquè probent præſumptionem numerationis actualis factæ, tam in confeſſione dotis receptæ facta à marito binubo habente filios prioris matrimonij, quàm in confeſſione facta à quocumque alio marito cum præcedentia promiſſionis dotis, ſuppoſito quod adſit iuſta cauſa præſumendi ſubſequentem confeſſionem de dote recepta eſſe veram, & dotem fuiſſe numeratam, vt perinde fraus ſit per allegantem probanda, iuxta ſuperius tradita, & ita ſentit Fontanella *dicta parte* 1. *numero* 58. *&* 59. Quamvis *ibidem* addat ſecutum fore, ſi cum promiſſione antecedente, ſubſequente confeſſione concurrerent aliqua adminicula, ſeu indicia numerationis ex illis in præcedentibus explicatis, quæ adiuuarent præſumptionem numerationis. Neque obſtat ratio in contrarium *numero præcedenti* adducta, quod confeſſio binubi prohibiti donare nouercæ ratione talis prohibitionis ſit ſuſpecta fraudis, ratione cuius ſuſpicionis prohibitus ſit maritus binubus confiteri in fauorem nouercæ, ſicut prohibetur donare. Nam ſi probaret in præſenti materia, concluderet etiam confeſſionem dotis receptæ præuia dotis promiſſione conſtante matrimonio factam à marito non binubo eſſe ſuſpectam & in fraudem donationis inter virum, & vxorem, & tamen lex *dicto* §. *ſed quoniam*, noluit conſiderare aliquam fraudis ſuſpicionem, ſi præceſſit dotis promiſſio, ſed voluit præſumi numerationem, conditio igitur mariti binubi non addit ex ſe confeſſioni aliquid ſuſpicionis ad tollendam præſumptionem numerationis, quæ oritur ex præcedentia promiſſionis dotis, ſed ex aliis indiciis ſeu coniecturis, de quibus in præcedentibus, erit colligenda, ac probanda fraus, & interim donec fuerit probata per allegantem, ſtandum erit confeſſioni, iuxta tradita *in præcedentibus*.

Si maritus prius confeſſus eſt, ſe ab vxore dotem recepiſſe cum obligatione eam illi reſtituendi, & poſtea eadem mulier, vel alius, ſiue pater, ſiue extraneus, incontinenti promiſerit dotem marito à ſe certo tempore ſoluendam, an dos reſpectu mulieris habeatur pro numerata, & ſoluta, vt ei repetenti non poſſit opponi exceptio non numeratæ dotis, nec liberetur maritus ceſſione actionum contra promiſſorem.

Cæterùm poſt præcedentia tradita de confeſſione dotis receptæ, quam præceſſit promiſſio dotis certo tempore ſoluendæ marito, ſupereſt agendum de confeſſione dotis ab vxore receptæ facta à marito cum promiſſione ſeu obligatione illam reſtituendi ſoluto matrimonio, quam ſubſequitur promiſſio ab eadem vxore, vel ab alio facta eidem marito de ſoluendo eidem dotem quam confeſſus eſt ſe recepiſſe cũ obligatione reſtituendi matrimonio ſoluto, an talis confeſſio probet numerationem, vel cenſeatur facta ſpe futuræ promiſſionis, vel ſpe futuræ numerationis; atque mulieri, ſeu vxori petenti dotem conſtante matrimonio in caſu promiſſo, vel ſoluto matrimonio per mortem mariti confitentis, cui dos poſtea fuit promiſſa conſtante matrimonio, poſſit a marito, vel eius hæredibus opponi exceptio non numeratæ dotis, vel cedi actio aduerſus promiſſorem, ita vt per talem ceſſionem liberetur maritus, vel eius hæredes ab obligatione reſtitutionis dotis non ſolutæ eidem marito, an verò poſſit maritus, & eius hæredes ipſi cogi dotem reſtituere reſtituendo actionem contra promiſſorem. 166

Vbi poſt confeſſionem mariti de dote recepta ſubſequitur incontinenti promiſſio dotis, præſumitur facta confeſſio ſpe illius promiſſionis non futuræ numerationis.

In primis igitur etſi Baldus *in l. legem, n.*13. *Cod. de pactis, & in l. penultima*, § *ſi mulier, ff. ſolut. matrimon.* opinatus ſit eam confeſſionem mariti præſumi ſimulatam, ſi poſt confeſſionem incontinẽti ſubſequitur dotis confeſſatæ ſoluendæ promiſſio, ſiue in eadem ſcriptura, ſiue in alia diſtincta, ſi verò ſubſequitur promiſſio ex interuallo, præſumi confeſſionem factam ſub ſpe, ſiue ex cauſa promiſſionis, nihilominus contrariũ iuxta Doctores communiter aſſerendum eſt, ſcilicet ſi promiſſio dotis prius confeſſatæ ſoluendæ ſubſequatur incontinenti 167

tinenti ipſam confeſſionem, præſumi confeſſionem factam ſpe ſeu cauſa illius promiſſionis ſubſequutæ, ſi verò promiſſio dotis ſoluendæ facta, ſeu ſubſequuta fuerit ex interuallo, præſumi factam potius ſub ſpe numerationis futuræ (præſertim quando promiſſio facta eſt ab alio, quàm ab ipſa muliere) quàm ſub ſpe futuræ promiſſionis: ita idem Baldus *in d. l. penult. §. ſi mulier, ff. ſolut. matr.* Mantica *de tacit. & ambig. coniect. lib. 11. tit. 10. num. 6.* Menoch. *lib. 3. præſumpt. 12. num. 86.* Fontanella *de pact. nup. clauſ. 14. gloſſa vnica p. 2. num. 3. & 10.* & plurimi alij à Mantica *d. num. 6.* Menochio *d. num. 86. & num. 90.* à Fontanella *locis citatis*, & à Fachineo *lib. 8. contron. iuris cap. 74.* relati: quando enim incontinenti poſt confeſſionem fit promiſſio, tunc tempore confeſſionis cenſetur habitus reſpectus ad illam promiſſionem ſtatim ſequuturam, & contemplatione illius præſumitur maritus confeſſus, per textum *in l. minor viginti annis, cui fideicommiſſum ff. de minoribus*, vbi dicitur, quod quando præcedit confeſſio de recepto, & deinde promiſſio, ſtatim præſumitur confeſſio facta ſpe illius ſubſequutæ promiſſionis; & quia quando vnus actus fuit factus ſtatim poſt alterum, cenſentur (vt poſt Bald. & Romanum notat Menoch. *d. præſ. 12. n. 87.*) duo actus reſpectiui, ſcilicet quod vnus cauſa alterius confeſſus fuerit *leg. ſi ventri §. vlt. ff. de priu. credit.* & latè idem Menoch. *lib. 6. præſumpt. 10.* quando verò poſt confeſſionem facta eſt promiſſio ex interuallo, non cenſetur maritus confitens ad illam habuiſſe reſpectum, & ita confeſſio præcedens cenſetur potius ſpe futuræ numerationis, quam ſpe futuræ promiſſionis facta: ex quibus ſequitur, vt quando promiſſio dotis quam maritus prius confeſſus eſt, ſe ab vxore recepiſſe cum obligatione reſtituendi, ſtatim poſt confeſſionem fit ſeu facta eſt, ſiue ab ipſa vxore, ſiue à ſocero, ſiue ab extraneo ipſi mulieri dotis confeſſatæ reſtitutionem petenti, neque à marito, neque ab eius hæredibus poſſit iuxta *l. vltimam & auth. ſequutam Cod. de dote cauta non num.* opponi exceptio non numeratæ pecuniæ, quia cum confeſſio illa receptionis dotis non præſumatur facta ſpe futuræ numerationis, ſed ſpe illius promiſſionis ſtatim ſubſequutæ poſt confeſſionem, ſequuta promiſſione impleta dicitur cauta, ſub qua facta fuit, & cenſetur maritus acceptaſſe illam promiſſionem loco ſolutionis dotis, vt Doctores ſupra & infra allegati, & præſertim Fontanella *d. p. 2. num. 3.* & explicatur latius infra.

Si maritus prius confeſſus eſt ſe recepiſſe dotem à muliere, quæ poſtea marito promiſit dotem ſoluere, non poteſt mulier dotem quam non ſoluerit, repetere à marito, vel eius hæredibus.

168 Secundò ſi maritus fateatur, ſeu confeſſus ſit, ſe dotem ab vxore accepiſſe cum promiſſione illam ei reſtituendi, & illa ſtatim dotem promiſit, licet confeſſio præſumatur facta ſpe futuræ promiſſionis per ipſam vxorem, iuxta tradita, & Doctores præallegatos, & etiam P. Barboſa *ad titul. 1. p. 6. num. 56. ff. ſolut. matr.* & ſic ei non poſſit opponi exceptio non numeratæ dotis: nihilominus ipſam dotem, ſi illam nunquam ſoluerit, repetere à marito, vel eius hæredibus non poterit, vt Caſtrenſis *in d. l. penult. §. ſi vir ff. ſolut. matr.* Purpuratus *in leg. 2. §. ſi creditum, num. 29. ff. ſi certum petatur*, P. Barboſa *d. num. 56.* Antonius Faber *in Cod. titul. 10. definit. 8. in ſcholio numero 4. verſic. planè ſi mulier ipſa*, & Fontanella *d. p. 2. numero 20.* iniquum enim ſane eſſet, vt dotem à ſe promiſſam, quam non ſoluit, & ad cuius ſolutionem adhuc teneatur, poſſit efficaciter repetere tanquam ſolutam, & ei abſque dubio obſtabit regula *l. dolo facis 8. ff. de dol. mal. exceptione*, cuius verba ſunt, *dolo facit qui petit, quod redditurus eſt.*

Et pari ratione idem dicendum de patre, qui dotem 169
promiſerit pro filiafamilias; non enim dotem promiſſam à ſe nunquam ſolutam poterit à marito, vel eius hæredibus repetere. Nam cum actio ad repetendam dotem ſit communis inter patrem & filiumfamilias *l. 2. §. quod ſi in patris ff. ſolut. matr.* & ſuprà ſuo loco latè oſtenſum eſt, ratio quæ excludit filiam à repetitione dotis in ſupradicto caſu, debet etiam excludere patrem, cui pariter petenti obſtaret dicta regula *l. dolo facis*, ita poſt Bald. *in l. pollicitat. in fine, Cod. de donat. ante nup.* & Felin. *in cap. ſi cautio, num. 83. de fide inſtrum.* contra Purpuratum *loco citato*. P. Barboſa *d. n. 56.* cui addo Vrſillum *ad deciſ. 323. num. 2.* & Menoch. *d. præſump. 12. numero 92.*

Vbi confeſſio dotis receptæ facta eſt per maritum, & poſtea incontinenti extraneus dotem marito promiſit, dos reſpectu mulieris & mariti habetur pro ſoluta & numerata cum tacita hypotheca in bonis mariti, & maritus, vel eius hæres ad dotem ſoluendam tenetur, nec cedendo actiones liberatur.

Tertiò ſi maritus confitetur, ſeu confeſſus eſt, ſe 170
recepiſſe ab vxore dotem cum promiſſione reſtituendi illam, & poſtea ſtatim, & incontinenti extraneus, qui nec tutor, nec curator, nec negotiorum geſtor ſit ipſius vxoris, promittit, ſeu promiſit dotem pro muliere, num confeſſio præſumetur facta ſpe, & cauſa promiſſionis ſtatim futuræ, & non ſpe futuræ numerationis, vt tradunt Doctores *n. 217.* allegati. P. Barboſa *ad leg. 1. d. p. 6. num. 55. circa finem, verſic. adde etiam ff. ſolut. matr.* Mantica *de tac. & amb. coniect. lib. 11. d. tit. 10. num. 33.* & alij communiter, quos referunt iidem Barboſa, & Mantica *locis citatis*, Menochius *d. præſ. 12. num. 89. & 90.* Fachineus *contron. iur. lib. 8. d. cap. 74. verſic. in hac igitur*, & Fontanella *d. p. 2. num. 3.* mulieri repetenti dotem neque à marito, neque ab eius hæredibus, neque etiam à creditoribus mariti opponi poterit exceptio non numeratæ dotis, ita iidem Doctores ſupra, *d. numer. 117.* allegati, & alios allegans Couarruuias *var. lib. 1. cap 7. num. 6. §. eſt & alias, verſic. verum ſi poſt*, & probat ratio *ſupra numero 217.* adducta, ſcilicet quia cum talis confeſſio præſumatur facta non ſpe futuræ numerationis, ſed illius promiſſionis illicò poſt confeſſionem ſubſequutæ, promiſſione ſubſequuta impleta dicitur cauta, ſub qua confeſſio mulieri facta fuit, & cenſetur maritus acceptaſſe promiſſionem illam, & nomen promiſſionis dotis loco ſolutionis, atque dotis creditum tranſtuliſſe, & nouaſſe in aliam cauſam promiſſionis, ita quod ea promiſſio ab extraneo facta reſpectu vxoris, & mariti habet vicem, & vim ſolutionis ſeu cadit in ſolutum dotis, ſicut delegatio debitoris mulieris *arg. l. quamvis, §. interdum ff. ad Vellei. & l. iur ab eo ff. de iure dotium*, vt expreſſe tradidere Bartol. Caſtrenſis, Imola, & alij *in d. leg. penult. § ſi vir, ff. ſolut. matr.* Cagnolus *in leg. 1. num. 20. de pact. inter empt.* Capycius *deciſ. 183. num. 8.* Couarruuias *d. verſic. verum ſi poſt*, Mantica *d. num. 33.* Menochius *d. præſump. 12. num. 90.* P. Barboſa *d. p. 6. num. 55. fine, & num. 56. initio*, Fontanella *d. p. 2. n. 3.* Fachin. *d. c. 74.* & plurimi alij ex antiquioribus à Mant. Menoch. Barboſa, & Fachin. relati, & alij ex recentior. relati à Fontanella: eandem etiam ob rationem Couarruuias *loco citato* aducitit, idem fore dicendum, vbi ab extraneo, qui iure delegationis, vel aliàs debitor

erat dotalis quantitatis ipſi vxori, dos marito promiſſa fuerit, ac poſtea proceſſerit confeſſio mariti aſſeuerantis dotem ab vxore recepiſſe, verè enim hoc caſu (ait Couarruuias) maritus recepit loco numerationis ipſo nomine debitoris contentus, imo etiam addit idem Couarruuias, quod ſi iſthæc delegatio appareat, nihil referre quod promiſſio præceſſerit à tutore, curatore, vel adminiſtratore bonorum vxoris, & proprio eorum nomine marito ab eadem vxore delegatu dotem promiſerint.

171 Ex quo iidem Doctores, & alij ab iiſdem relati inferunt ex præfata mariti confeſſione dotis ab vxore receptæ ſub ſpe dictæ promiſſionis futuræ ab alio, ſiue ab extraneo non tutore, neque curatore, neque geſtore negotiorum mulieris faciendæ, ſubſequuta promiſſione plenum ius eſſe quæſitum vxori ad dotem, ad maritum pertinere periculum, & eundem maritum atque illius hæredes teneri, & per eandem vxorem cogi poſſe ad dotis reſtitutionem ſoluto matrimonio, vel eueniente alio caſu reſtitutionis dotis, eiuſdemque mariti bona tacitè eſſe obligata pro eadem reſtitutione, iuxta *leg. vnicam, § & vt plenius, Codic. de rei vxoriæ actione*; ac proinde in caſu reſtitutionis dotis maritum, & eius hæredes non liberari cedendo actiones cõtra dotis promiſſorem, ſed omnino teneri reſtituere dotem ſalua ſibi actione contra eundem promiſſorem: ita præfati ſcribentes *in dict. leg. penult. §. ſi vir.* Cagnolus, Capycius, Mantica, Couarruuias, Menochius, Petr. Barboſa, Fontanella, & Fachineus *locis citatis*, & centum alij relati à Menochio *dict. numero* 90. Fachineo *dict. capite* 74. *verſicul. in hoc igitur*, & Fontanella *dict. numero tertio*, inter quos Neuizanus *libro ſecundo*, Sylu. Nupt. *num* 73. vbi teſtatur ſic iudicaſſe Senatum Mediolanenſem, & etiam Fontanellam, vbi *ſuprà numero* 5. & refert ita iudicaſſe ſuum quoque Senatum. Prędicta enim Corollaria ſatis probantur ratione *numer. præcedenti* adducta, ſcilicet quod licet in præſenti caſu dos non ſit realiter ſoluta marito, tamen illa promiſſio extranei, & obligatio illam ſoluendi, & recognitio, ſeu acceptatio eiuſdem mariti habet vim ſolutionis dotis.

Referuntur contrarium opinantes, & eorum argumenta diluuntur.

172 Non defuerunt tamen plures alij Iuriſperiti, qui exiſtimarunt in caſu reſtitutionis dotis, quæ à promiſſore nunquam fuerit ſoluta, maritum, & eius hæredes liberari cedendo mulieri actiones, quas ipſi habent aduerſus promiſſorem, & eius hæredes. Ita Baldus *in dict. leg. penult. §. ſi mulier. ff. ſoluto matrim.* Angelus *ibidem*, teſtans ſic fuiſſe deciſum Peruſij, *& in conſ.* 145. & nonnulli alij relati à Menochio *d. præſumpt.* 12. *n.* 89. & Fachineo *d. capit.* 74. *verſic. ſed contrariam ſententiam.* Quorum fundamenta à Menochio, & Fachineo afferũtur, quibus ſingillatim reſpõdet Fachineus, & ex traditis eneruantur. Ad illud enim, quod tempore promiſſionis non ſit ius perfectè quæſitum ipſi mulieri, cum ante lapſum tempus præſcriptum ad opponẽdum, poſſit opponi exceptio non numeratæ dotis: Reſpondetur ex dictis ante lapſum tempus querelæ ex ipſa promiſſione ſubſequuta plenum ius eſſe quæſitum vxori, neque eſſe locum querelæ non numeratæ dotis, vt *n.* 167. *&* 170. probatum eſt. Ad aliud, quod dotem numeratio, & non ſola confeſſio facit, *l. 1. C. de dote cauta.* Reſpondetur ex traditis promiſſionem dotis confeſſioni ſubſequutam habere vim ſolutionis, eademéque in ſolutum dotis, nam eo ipſo, quod maritus, confeſſus eſt, ſe ab vxore accepiſſe dotem cum obligatione illam reſtituendi eueniente caſu reſtitutionis, contentus fuit promiſſione extranei, & in ſe ſuſcepit periculum, & obligationem dotem reddẽdi vxori ſoluto matrimonio, licet dotem realiter non receperit, ſicut ſi loco dotis maritus nomen debitoris vxoris acceptaſſet, iuxta iura *ſupra numero* 170. tradita, & *capite* 8. *numero* 142. Ad fundamentum, quod maritus in hoc caſu non tenetur ad dotis reſtitutionem, quia habet actionem contra promiſſorem, ac proinde liberetur cedendo actionem: Reſpondetur maritum teneri ratione dictæ actionis contra promiſſorem, quia loco dotis confeſſatæ cum obligatione reſtituendi acceptauit promiſſionem extranei, & ea promiſſione, ſeu nomine promiſſoris contentus fuit, quaſi creditum dotis transferens, & nouans in eam cauſam promiſſionis.

Quare ſententia *numer. præcedenti* à Doctoribus ibi relatis, & ab aliis apud eoſdem, quod maritus, & eius hæredes non liberentur cedendo mulieri actiones contra promiſſorem, retinenda eſt, vt magis recepta à Iureconſultis, ſaltem quando ſine præſentia, & conſenſu mulieris poſt confeſſionem mariti de dote recepta cum obligatione illam retinendi ſequuta eſt promiſſio extranei dotem dare debentis, ſeu ad dotem dandam ſe obligantis: At ſi poſt confeſſionem promiſſio ab extraneo facta fuerit muliere præſente, & ipſi promiſſioni conſentiente, tunc dictam confeſſionem cum illa promiſſione non tollere exceptionem dotis confeſſatæ non numeratæ, & hæredes mariti cedendo actiones ipſi mulieri liberari, tradiderunt poſt Caſtrenſem, Socinum ſeniorem, Corneum, Felinum, Vitalinum, Neuizan. in Sylua *l. 2. num.* 73 *fine*, Vrſillùs *ad dec.* 323. *num.* 2. Menoch. *dict. præſumptione* 12 *numero* 91. [*licet in additione ad dict. numerum* 91. ſe correxerit] Fontanella *de pactis nupt. clauſ.* 14. *gloſſa vnica, dict. part. ſecund. numero* 13. vbi dicit ſe indubitanter hoc tenere, & ita etiam ſentire Polydorum Ripam *in ſuis ſingularibus obſeruat.* 38. *numero tertio, & ſequentibus*, plurimos ad idem allegantem, quamvis alij Doctores *dict. numero* 175. allegati, indiſtinctè aſſerant maritum, & eius hæredes excludi etiam intra tempora ab exceptione dotis non numeratæ, nec liberari cedendo mulieri actiones ſuas contra promiſſorem, ſed ipſos teneri dotem mulieri reſtituere ſalua ſibi actione contra promiſſorem, & ita videtur aſſerendum etiam quando non ſolum confeſſio facta eſt ipſi mulieri præſenti, & ſtipulanti, ſed etiam quando ſubſequuta alterius promiſſio, cuius ſpe maritus confeſſus eſt ſe dotem ab vxore recepiſſe ipſa muliere præſente. Nam cum maritus in fauorem mulieris confiteatur recepiſſe dotem, & ſe obliget ad illius reſtitutionem ſpe promiſſionis dotis ſoluendæ ab alio faciendæ, & promiſſio ſubeat vicem ſolutionis reſpectu eiuſdem mulieris, & mariti, non apparet ratio, cur vbi ſubſequuta dotis promiſſio facta eſt muliere abſente, illi ius plenum quæritur, & dotis periculum ad maritũ pertinet, non debeat idem ius perfectum acquiri eidem mulieri, quando fuit præſens & confeſſioni, & ſubſequutæ promiſſioni, ſaltem quando ſequens promiſſio non fuit facta à mulieris Patre ipſa præſente, & conſentiente, de quo mox infrà: Illud quidem, quod Neuizanus *d. numero* 73. *fine*, & Vrſillus *dict. numer.* 5. addunt ex Corneo *conſilio* 109. *numer.* 3. *lib.* 4. & tradit etiam Menochius *d. præſumpt.* 12. *numero* 93. ſcilicet quod ſi mulier à qua maritus confeſſus eſt dotem recepiſſe ad illius reſtitutionem ſe obligans ſpe promiſſionis dotis ſibi ab altero faciendæ, & qui poſtea promiſerit, ſucceſſiſſet eidem, qui dotem conſtituit, ſeu promiſit, & non ſoluit, tunc ſatis eſſet, quod maritus, vel eius heres cedat inanes illas actiones, & huiuſmodi ceſſione liberaretur: quod idem tradit Boërius *deciſion.* 329. *numero ſecundo*, idque probant tradita *ſup. n.* 168 *&* 169. & idem dicendũ eſſet, ſi maritus prius confeſſus eſſet, ſe recepiſſe ab vxore, vel eius patre, ſeu 173

ſocero

ſocero dotem cum obligatione illam mulieri reſtituendi ſpe futuræ promiſſionis dotis ab eodem ſocero ſibi faciendæ, qui poſtea promiſerit, ſe non ſoluere, & mulier patri ſuo dotis promiſſori ſucceſſiſſet; maritus enim, aut eius hæres cedendo mulieri inanes actiones liberaretur, vt iidem Doctores aiunt, & tradit etiam Fachineus *d. cap.* 74. *in reſponſione ad ſecundum argumentum*, & tradidit etiam Boërius *d. deciſ.* 319. *eodem num.* 2. generaliter aſſerens mulierem ſuccedentem debitori dotis, qui illam non ſoluit, non poſſe illam petere à marito, vel eius hæredibus, & ſufficere ceſſionem actionum inutilem: & probant pariter tradita *d. num* 168. *&* 169. etiam ſuppoſito, quod traditum eſt *ſuprà num.* 170. *&* 171. in caſu confeſſionis dotis receptæ ab vxore ſub ſpe futuræ promiſſionis dotis faciendæ ab extraneo, qui poſtea dotem promiſerit, procedat etiam, quando maritus confeſſus eſt, ſe recepiſſe dotem ab vxore, vel à ſocero ad illius reſtitutionem mulieri faciendam ſe obligans ſub ſpe promiſſionis dotis, quam idem ſocer illi eſſet facturus, & fecerit, quod tamen eſt magis controuerſum.

Si maritus confeſſus ſit ſe recepiſſe dotem ab vxore, vel à ſocero, & poſtea ſocer illicò in eodem, vel diuerſo inſtrumento dotem promiſerit, eueniente caſu reſtitutionis ante dotem promiſſam ſolutam an maritus, vel eius hæres liberetur cedendo mulieri actiones, vel cogi poſſit reſtituere.

174 Et quidem non diſtinguentes, an poſt confeſſionem dotis receptæ cum promiſſione eam mulieri reſtituendi eueniente caſu reſtitutionis à marito factam ſpe futuræ promiſſionis dotis ſoluendi ſibi ab alio, ſiue extraneo, ſiue patre mulieris faciendæ, qui poſteà promiſerit, & dotem conſtituerit, eueniente reſtitutionis caſu maritum, vel eius hæredes non liberari cedendo mulieri actiones contra ſocerum, ſed teneri & cogi poſſe ad dotem reſtituendam ſentiunt ex Doctoribus *ſuprà num.* 170. *&* 171. relatis, Neuizanus, Capycius, Mantica, Fachineus *locis ibidem* allegatis, & Menochius *d. præſumpt.* 12. *numer.* 90. *&* 93. idem expreſsè Corneus à Menochio *d. num.* 39. allegatus, & Gaſpar Theſaurus *in annot. ad deciſ.* 112. *Ant. patris*, præter alios infinitos Iuriſperitos, quos tanquam huius ſententiæ, & loquentes indiſtinctè ſiue ſocer, ſiue extraneus fuerit promiſſor dotis poſt confeſſionem de illa recepta, latè referunt Mantica *d. tit.* 20. *num.* 33. Menochius *d. præſumpt.* 12. *num.* 90. & Fachineus *d. l.* 8. *citato capit.* 74. *verſicul. in hoc igitur*: idque ob rationem *d. num.* 171. *&* 172. adductam, nempe quod poſt confeſſionem de dote recepta ſub ſpe illius futuræ promiſſionis dotis ex promiſſione ſequuta cenſeatur facta ſolutio dotis, quia maritus cenſetur acceptaſſe promiſſionem, ſeu nomen promiſſoris loco ſolutionis: quæ ratio æquè locum habet, ſiue extraneus, ſiue pater mulieris dotem promiſerit ſeque ad illam ſoluendam obligauerit, & ex ea ſequitur mulieri quæſitum plenum ius agendi contra maritum, & eius hæredes eueniente caſu reſtitutionis, & totum periculum eſſe mariti, iuxta tradita *d. num.* 172. confirmat Theſaurus addens hanc ſententiam niti æquitate, quia mulier decepta confeſſione mariti facta ſub ſpe promiſſionis à ſocero factæ, non petendo dotem poſtea mortuo viro plerumque remaneret indotata, cum durante matrimonio diſtulerit vir dotem petere: debebit igitur (inquit *ibidem* Theſaurus *ex deciſ. ſui Senatus*) ſibi imputare maritus, qui vxori fecit quietationem ſub illa ſpe repromiſſionis factæ à ſocero. Quare iuxta hanc ſententiam, *quod l. ſi extraneus, ff. de iure dotium*, habetur, ſcilicet ſi pater dotem promiſerit, periculum dotis, vbi pater non fuerit ſoluendo, aut non ſoluerit, non eſſe mariti, ſed mulieris, nec imputari poſſe marito, qui non exegerit, ſeu coëgerit ſocerum promiſſorem ad dotem ſoluendam, ſicut etiam ſi alter à patre non ex neceſſitate, ſed ex mera liberalitate dotem promiſerit ſeu donauerit, & non fuerit ſoluendo, quem vt & patrem eadem lege dicitur non poſſe condemnari, niſi in id, quod facere poteſt, intelligendum erit, quando pater, vel alius donator dotis ſimpliciter dotem promiſit, quo caſu vir non acceptat, nec cenſetur acceptare promiſſionem, ſeu nomen promiſſoris loco ſolutionis; non autem quando poſt confeſſionem dotis receptæ à marito factam ſub ſpe, quod pater vel donator ſibi promiſſurus foret dotem ſoluere, poſtea promiſit; quo caſu maritus loco ſolutionis dotis cenſetur acceptaſſe nomen promiſſoris, & ſic ad ipſum debet ſpectare periculum dotis, iuxta tradita *d. num.* 171. ſic etiam dicitur, quod licet ſit paternum officium filium dotare, tamen filia accipiendo à patre dotem dicitur aliquod lucrum accipere, *l. vltima*, §. *ſi à ſocero, ff. quæ in fraudem creditorum*, ibi, *intelligitur quaſi ex donatione aliquid ad eam perueniſſe*, ac proinde filia debet præſtare factum patris, à quo cauſam habet, ex quo ſequitur, vt ſicut patri agenti ad receptionem dotis à ſe promiſſæ non ſolutæ obſtaret exceptio propter promiſſionem poſtea factam, ita & filiæ obſtare debet *l. apud Celſum*, §. *de authore, ff. de doli mali except. l. ex qua perſona, ff. de reg. iur. leg. Mæuia*, §. 1. *ff. ſolut. matr.* Reſpondet Fachineus *d. cap.* 74. non obſtare filiæ (quæ non eſſet hæres patris) hanc exceptionem, quæ obſtaret patri, quia non petit dotem ex perſona patris, ſed ex confeſſione mariti de dote recepta cum promiſsione eiuſdem mariti, qui ſe obligauit ad mulieri dotem reſtituendam, licet à ſocero non realiter recipiat acceptando promiſsionem ſoceri loco ſolutionis: & ſic reſpectu mulieris idem eſt, ac ſi dotem realiter accepiſſet, quare argumentum obiectum locum haberet, ſi tantum facta eſſet ſimplex confeſsio de dote recepta, quo caſu intra tempora competeret dicta exceptio non ſolutæ dotis: aliud verò eſt in præſenti caſu omninò diuerſo, in quo maritus confeſſus eſt, dotem recepiſſe, & promiſit illam vxori reſtituturum non ſpe numerationis, ſed abſolutè propter promiſsionem ſoceri, quam acceptauit pro ſolutione, & numeratione.

Contrarium, & vbi poſt confeſsionem dotis receptæ ſpe promiſsionis dotis futuræ, & pater mulieris eſt, ſeu fuit promiſſor, dotem non haberi pro ſoluta, vt periculum ſit mariti, & eueniente reſtitutionis caſu maritum, & eius hæredes liberari cedendo mulieri actiones, neque vrgeri poſſe à muliere, vt ipſi reſtituant, ſeu ſoluant dotem, quam pater promiſſor nunquam ſoluit, præter Doctores *ſuprà num.* 172. relatos, & alios à Menochio, & Fachineo *locis d. num.* 172. *citatis* allegatos ſentiunt Vrſillus *ad dictam deciſionem* 323. Afflicti *num.* 3. & Fontanella *d. p.* 2. *num.* 12. *verſic. ad hanc quæſt.* vbi etiam refert ita ſentire Additionatorem *ad d. deciſion. capitis* 183. *num.* 8. *litera C.* ad hoc idem etiam allegat Antonium Fabrum *lib.* 5. *Cod. tit.* 10. *definit.* 8. *in ipſa definitione, & in ſcholio num.* 4. vbi diſtinguit, an marito habita ſit fides de dote (ſcilicet vt idem *eodem lib.* 5. *titul.* 7. *definit.* 15. ait maritus falſus ſit, dotem, ſeque obligauerit ad illius reſtitutionem, quaſi ſolutæ, qui etiam *d. titul.* 7. *definit.* 1. *in ſcholio num.* 1. poſt Guid. Papæ *quæſt.* 565. *num.* 3. notat, quod dos, de qua fides habita eſt, pro ſoluta habetur) vel non: ſi non, & promiſſor dotis ſit pater, vel extraneus non debitor mulieris, qui ex mera liberalitate dotem promiſerit, & ſic ſit donator dotis, ſi ſit ſoluendo, poteſt cogi maritus, vel 175

eius hæredes ad dotis reſtitutionem, cum ſit habiturus vtilem regreſſum: additque Faber in hoc caſu non procedere *dictam l. ſi extraneus, ff. de iure dotium*, & hoc tradiderunt prius alij, quos refert Boërius *deciſion.* 329. *numero primo, fine:* ſi verò pater, vel donator dotis promiſſor non ſit ſoluendo dicit, quod periculum dotis ad mulierem, non ad maritum pertinet *dict. leg. ſi extraneus*, & ita idem maritus, vel eius hæres liberetur cedendo mulieri actiones, & hoc pariter dixerunt iidem, quos Boërius *loco citato* allegat, ſi autem (ſubdit idem Faber) fides de dote habita ſit, & lapſa ſint tempora opponendæ exceptionis [quam in hoc caſu ait competere] dicit, quod in hoc caſu mariti hæredes omni modo tenentur mulieri, aut eius hæredibus, ſiue extraneus, ſiue pater mulieris, ſiue donator promiſerit dotem *lege vltima, iuxta auth. ſequenti, Codic. de dote cauta*, nulla habita ratione an promiſſor dotis ſoluendo, vel non ſoluendo ſit, quod idem tradit *dict. titulo ſeptimo, definitione* 15. Quod ſi non ſint lapſa tempora opponendæ exceptionis, tunc ait ſeruandam diſtinctionem *dicta leg. ſi extraneus*, vt ſcilicet ſi extraneus fuerit promiſſor dotis, maritus vel eius hæres cogi poſſit ad dotis reſtitutionem, etiam ſi extraneus nõ ſit ſoluendo: ſi vero promiſſor ſit pater, vel donator, qui non ſit ſoluendo, maritus, eiuſve hæres non poſſit cogi ad eandem dotis reſtitutionem, quam non exegit, nec poterit exigere. Addit verò idem Faber, ſi pater, vel donator dotis promiſſor ſit ſoluendo, poſſe maritum, vel eius hæredem cogi ad reſtitutionem dotis ob illam rationem, quod habet vtilem regreſſum: verum licet Faber prædicta tradat, non tamen apparet, quod loquatur in ſpecie noſtri caſus, ſcilicet quando maritus prius confeſſus eſt, ſe dotem recepiſſe ſpe futuræ promiſſionis, & poſtea pater, vel donator promiſerit: ſed quidquid ſit de Fabro [qui videtur nimis reſtringere *dict. leg. ſi extraneus*, nolens eam procedere, quando pater, vel donator promiſſor dotis eſt ſoluendo, & maritus non exegit dotem, ad quam ſoluendam ob reuerentiam maritus poterat lege permittente non cogere iudicialiter eundem patrem, vel donatorem promiſſorem, hanc eandem ſententiam videntur tenere Couarruuias & Petr. Barboſa *locis ſuprà numero* 170. *allegatis*, dum loquuntur ſolum quando extraneus ſtatim poſt confeſſionem dotis receptæ promiſit dotem, huius ſententiæ fundamentum iuxta eoſdem Doctores ſumitur ex *d. l. ſi extraneus, ff. de iure dotium.* Nam ſi gener non vrſerit ſocerum ad ſibi dotem promiſſam ſoluendam, id non debet ſibi imputari iuxta *d. l. ſi extraneus*, quapropter non videtur iuſtum, quod ſi ipſe gener non exigit dotem, ex cauſa lege permittente contra eum, vel eius hæredes exigatur, & ſic ſufficere debet ad liberationem eiuſdem mariti vel eius hæredem, ſi mulieri cedantur actiones contra ſocerum dotis promiſſorem. At retenta altera ſententia magis recepta, quo modo illi non obſtat *d. l. ſi extraneus*, explicatum eſt *n. præcedenti.*

177 Ex traditis colligitur, quod ſi maritus confeſſus ſit, ſe dotem ab vxore recepiſſe ſpe futuræ numerationis à tertio, qui verus fuit debitor, iuxta omnes maritum non poſſe dotis confeſſaræ non numeratæ exceptionem obijcere vllo vnquam tempore, quod & expreſſe tradidit Faber *d. tit.* 10. *definit.* 10. comprobans per textum *in l. promittendo. §. ſi à debitore, & in leg. ſi pater, §. qui debitorem, ff. de iure dotium*, addens etiam, quod ſibi imputare debet maritus, qui fidem tertij ſit ſequutus *dict. § ſi a debitore:* multo autem minus habebit exceptionem non numeratæ dotis maritus, qui confeſſus eſt non interueniente numeratione ſe dotem accepiſſe, hacque de cauſa dotantem liberari per acceptilationem, ſi cõfeſſus eſt dotem ſibi ſolutam non à dotante, ſed ab aliquo dotantis debitore, qui ex ea cauſa viciſſim liberationem obtinuit per acceptilationem à dotante, ſiue debitor fuerit à dotante creditore delegatus, cum delegatio contineat nouationem, & liberationem, *leg. delegare. de nouat.* & vim ſolutionis, delegatoſque cenſeatur ſoluere, *leg. quamuis, §. interdum, ff. ad Velleianum*) ſiue etiam non fuerit delegatus, per textum *in leg. pupillo, §. ſoror, ff. de ſolut.* ita Faber *dict. definitione* 10. vbi latè de hoc caſu, & quando reſtitutio in integrum contra huiuſmodi liberationem dotantis, qui ſuum debitorem ex cauſa ſuæ liberationis liberauit, tanquam factum abſque cauſa, non eſt admittenda reſtitutio in integrum, neque etiam ſi minor ſit, qui dotantem liberauit, ſi nulla ſubſit cauſa, ob quam pariter reſtituenda ſit actio liberato contra veterem ſuum creditorem æquè liberatum, ne damnum ſuſtineat, qui nulla ſua culpa, nulloque lucro allectus debitorem ſuum liberauit ob eam tantum cauſam, quod eſſet liberatus, quæ omnia latius confirmat in ſcholio idem Faber.

Præter tradita in præcedentibus non omittam hic 178
notare ſingularem opinionem Fontanellæ, quam habet *dict. clauſ.* 14. *gloſſa vnica, prædicta parte ſecund. numero* 15. vbi aſſerit quod quando in eodem inſtrumento vel in diuerſis (dummodo inſtrumenta fiant ſtatim, ſeu incontinenti relatiue, & collectiue vnum ad aliud iuxta notata à Menochio *præſumptione* 10. *libro ſexto ſupra numero* 167. *allegat.*) ſit confeſſio à marito dotis receptæ, & poſtea ſubſequitur promiſſio à patre vel alio facta de ſoluendo dotem certo termino, teneri poteſt nullam habendam eſſe rationem de confeſſione, & negotium iudicandum fore, ac ſi ſola promiſſio dotantis adeſſet de ſoluendo dotem certo tempore, eo quod talis ſit contrahentium intentio, & quia ratione eiuſdem contextus vtraque ſcilicet confeſſio, & promiſſio vnus actus ſint, & ſic de eis ſicut de vno actu debeat iudicari, idque maximè ſi omnia fiant muliere conſentiente, & in illius præſentia: quam opinionem ſuam idem Fontanella latius explicare, & probare conatur *ad dict. numer.* 15. *&* 19. vbi propterea addit, quod ad eliminandas contentiones deberet mutari ſtylus Notariorum circa extenſionem capitulorum ſeu Inſtrumentorum dotalium, verum hæc Fontanellæ cogitatio, vtpote repugnans & Doctoribus communiter, vt ex traditis in præcedentibus conſtat, & etiam verbis, & tenoribus inſtrumentorum, in quibus præfatæ confeſſiones, & promiſſiones fiunt, ex quibus clarè apparet confeſſionem, & promiſſionem eſſe duos actus diſtinctos, licet vnus fiat ſpe alterius, ſeu cum reſpectu ad alterum, in praxi non eſt attendenda, & habenda in conſideratione.

Admittendum verò illud, quod idem Fontanella *n.* 20. 179
ſubdit, ſcilicet quod ſi facta prius confeſſione mariti de dote recepta ſpe futuræ promiſſionis dotis per patrem faciendæ, in ipſa promiſſione poſtea per patrem firmanda, & in debitorio conficiendo firmet etiam mulier, ſicut pater promittendo ſimul ambo dotis ſolutionem, tunc non poterit mulier dicere poſtea dotem fore ſolutam, niſi ſolutionem oſtendat, prout refert reſoluiſſe ſuum Senatum in certa cauſa, in qua fuit deciſum, quod in eo caſu non poterat per mulierem opponi factam fuiſſe delegationem de obligatione parentum viro per vxorem, nec tali caſu obligatio parentum haberet vim ſolutionis dotis, quaſi vir acceperit pro ſolutione dotis obligationem ſoceri, ſeu nomen debiti illorum, & ex conſequenti tali caſo vxor non poterat repetere dotem à viro, niſi alias conſtaret de ſolutione; & id probant tradita *ſuprà numer.* 268. Non enim iuſtum eſt, quod poſtquam mulier ipſa conſtituit & promiſit dotem, ſi eam non ſoluit, poſſit illam repetere, & non remaneat obligata ad ſolutionem.

Aduertit etiam idem Fontanella *dict. part. ſecunda, numero* 21. quod hæc obligatio, & hæc promiſſio, quæ poſt ſit, ſiue per patrem ſuum, ſiue per

patrem ſimol cum filia, hoc vnom ſaltem operatur in fauorem viri, quod tunc non ſit locus præſumptioni, *auth. quod locum, Codic. de dote cautu non numerata*, ſcilicet quod ex eo, quod matrimonium durauerit per decennium, vel aliud tempus, non præſumatur dos ſoluta, addit Fontanella rationem, ſcilicet quod dicta auth. loquatur in caſu, in quo ſolum adeſt confeſſio pura, & ſimplex, non quando ſubſequitur poſtea recognitio, quæ cum veritatem facti contineat, & demonſtret, cedere debet omnis prorſus præſumptio.

180 Demum aduertendum, quod cum quando maritus confeſſus eſt, ſe recepiſſe dotem ab vxore ſpe futuræ promiſſionis dotis ab illo ſubſequuta promiſſione, dos reſpectu vxoris, & mariti habeatur vt ſoluta, & oriatur tacita hypotheca in bonis mariti pro dotis reſtitutione, vt notatum eſt *ſupra numero* 171. & tradunt Doctores *ibidem, & numer. precedenti allegati*, prædicta confeſſio, & ſubſequuta promiſſio nocebit creditoribus mariti ea confeſſione poſterioribus, & etiam anterioribus nullam habentibus hypothecam, vt contra mulierē dotem à marito vel eius hæredibus repetētem non poſſit allegare dotem non fuiſſe numeratam, quia licet à muliere non fuerit realiter numerata, nec etiam poſtea à dotis promiſſore, tamen reſpectu mulieris cenſeatur tanquam vere numerata vt probatum eſt dictis numeris, & tradunt iidem Doctores, qui proinde etiam oportet, vt & ipſi etiam ſentiant talem confeſſionem nocere non ſolum marito, & eius hæredi, ſed etiam eiuſdem mariti creditoribus: quare quod dicit Gaſpar. Theſ. *in addit. ad dec.* 112. *patris, verſic. illa tamen confeſſio*, ſcilicet quod confeſſio dotis de dote recepta non nocet creditoribus mariti, ſi vellent probare dotem non fuiſſe numeratam, ex regula (inquit) quod dos confeſſata non habet priuilegia veræ dotis, cenſeo intelligendum de confeſſione dotis receptæ præcedente promiſſione dotis, & de facta à marito cum renunciatione exceptionis non numeratæ dotis, & etiam de confeſſione, poſtquam lapſa ſunt tempora opponendi eandem exceptionem, quibus in caſibus eſto, quod nec à creditoribus mariti poſſit (vt *ibid.* ſentit idem Theſ.) opponi exceptio non numeratæ dotis, vt mulier teneatur probare numerationem, poſſunt nihilominus, ſi velint probare dotem non fuiſſe numeratam, ſicut etiam poteſt maritus, & eius hæres, iuxta tradita *ſup. hoc cap. n.* 13.25. *&* 198. de quo etiam *infrà*.

Inſpectio vltima circa confeſſionem dotis receptæ factam à marito quoad præiudicium creditorum mariti, ſcilicet an, & quando mariti creditoribus noceat, vel non noceat, eiſque exceptio non numeratæ dotis competat necne aduerſus vxorem, eiuſque hæredes, ſintque vel non ſint creditores præferendi vxori ad dotem confeſſatam agenti contra maritum, vel eius hæredes.

Confeſſio dotis receptæ ſimulata, & ficta non noceat creditoribus mariti.

181 Imprimis ſi confeſſio dotis receptæ fictè fiat, quia maritus ſimulatè confiteatur dotem recepiſſe, quam non recepit, vel maiorem quam recepit abſque vero animo confitendi ſolum cauſa honoris, ſcilicet id fingens honoris gratia, vt videatur dotem recepiſſe ſuæ nobilitati congruentem, vel vt ſatisfaciat vxori, aut vxoris patri, vel conſanguineis, quibus contradicentibus vxorem vult ducere, vel iam duxit, probata hac ſimulatione neque marito eiuſve hæredibus, & multò minus mariti creditorib. tunc exiſtentibus vel futuris nocet huiuſmodi ſimulata confeſſio, vt Bald. *in l. ſi voluntate, C. de dotis promiſſ. & in l. ab Anaſtaſio, n.* 5. *verſ. item hac lex, arg. C. mandati*, & poſt eundem Baldum, & alios Valaſcus *conſ.* 6. *n.* 2. *verſ. quintus caſus*, & Boteil. *in ſum. dec. tom.* 2. *tit.* 3. *n.* 844. Molfeſius *ad conſ. Neap. p.* 6. *q.* 5. *n.* 17. Molina *de iuſt. tom.* 1. *diſp.* 439. *num.* 8. *verſic. vt quid*, & Sanchez *de matr. l.* 6. *diſp.* 9. *n.* 2. cum talis confeſſio ſimulata, & ficta non habeat conſenſum, & ſic in ea deficiat ſubſtantia, & eſſentia contractus, & ad id faciunt tradita ad Annæo Roberto *rerum iudicatarum lib.* 1. *c.* 8. vbi refert duo arreſta Pariſienſis Senatus, vnum in fauorem mariti, qui vt non contradiceret ſocero, ei occultè repromiſerat ſe petiturum dotem longe minorem, quam idem ſocer ei antea promiſerat, & iudicauit Senatus integram dotem à ſocero promiſſam exſoluendā: alterum in quo idem Senatus donationem fundi à viro factam vxori ante matrimonium, & ante facta capitula matrimonialia, in quibus nihil fuit dictum de tali donatione, declarauit nullam, dictam autem cauſam ſimulationis ſeu fictionis probari ex coniecturis, vt regulare eſt in aliis ſimulationibus notat *loco citato* Valaſcus poſt Afflictum *in cap.* 1. *de feudo dato in vim leg. commiſſ. n.* 11. notat etiam idem Valaſcus *num.* 12. *in huiuſmodi confeſſione dotis ita ſimulata non loqui tit. C. de dote cauta non num.* neque ſpectandum tempus, de quo *in auht. quod locum, eodem titulo*, & etiam cum præfata confeſſio ſimulata careat conſenſu, vtpote penitus ficta, differt à confeſſione dotis receptæ facta conſtante matrimonio, quæ in dubio præſumitur facta animo donandi vxori in fraudem edicti prohibitorij inter virum, & vxorem, quæ etiam à Doctoribus dicitur ſimulata, quia in hac non deficit conſenſus, & animus donandi, ſed adſit conſenſus, & animus verus tacitus, & præſumptus, vt in ſecunda inſpectione declaratum, & probatum eſt, atque adeo in hac confeſſione ſimulata, de qua in præſenti non habent locum corollaria, de quibus *ſup. n.* 53. *& ſeqq.*

Idem dicendum, quando maritus per errorem confeſſus eſſet, ſe recepiſſe dotem, cum vere non recepiſſet; conſtito enim poſtea, quod per errorem fuerit facta confeſſio receptionis, & promiſſio reſtitutionis per maritum, ea confeſſio, & promiſſio non nocet neque marito, neque eius creditoribus, vt late Ant. Theſ. *dec.* 212. & poſt eum Molfeſius *ad conſuet. Neap. p.* 6. *q.* 9. *n.* 17. nam & hæc confeſſio erronea caret conſenſu, & ſic non eſt obligatoria, tametſi facta ex cauſa dotis, vt Theſaurus late *d. deciſ.* 182

In omnibus caſibus, in quibus confeſſio dotis receptæ non nocet marito, neque eius creditoribus.

Secundò in omnibus caſibus, in quibus confeſſio dotis receptæ non nocet marito confitenti, & eius hæredibus, multò minus nocet creditoribus, vt in ſpecie poſt Alexandrum *conſ.* 142. *n.* 1. *l.* 5. Menoch. *l.* 3. *præſ.* 13. *num.* 1. 183

Quare confeſſio mariti de dote recepta (de cuius receptione aliunde non apparet, facta ante contractum matrimonium animo donandi mulieri non nocet creditoribus, cum non noceat marito confitenti, ſed ſit vel omnino nulla iuxta Doctores allegatos *ſuprà numero* 12. vel abſque dubio non ſit valida firmiter, ſed ſit reuocabilis per maritum, iuxta notata *ſuprà numero* 11. *&* 13. 184

Item ſimplex confeſſio mariti de dote ab vxore recepta facta conſtante matrimonio (ſi aliunde non conſtet de numeratione, ſeu ſolutione dotis) cum iuxta magis communem ſententiam Doctorum præſumatur continere donationem, ſeu facta animo donandi mulieri, vt *ſuprà num.* 29. *cum pluribus ſeqq. & n.* 48. *& trib. ſeqq.* probatum eſt, & non noceat marito, qui poteſt eam ad libitū 185

reuocare, neque etiam nocet creditoribus, & item quibuſque in caſibus, in quibus præſumitur confeſſio facta animo donandi mulieri, eſſéque tacitam donationem, qui caſus enumerati ſunt *ſupra hoc capite, num.* 36. 37. 45. *&* 46. & ita Doctores omnes *ſupra hoc capite, numero* 29. 36. 37. *&* 45. *allegati*, & alij a Borello *in ſum. dec. tom.* 2. *tit.* 3. *n.* 209. relati, quare etiamſi maritus in ea confeſſione renunciauerit exceptioni non numeratæ dotis, poterunt creditores mariti dicta confeſſione anteriores, & etiam poſteriores, antequam ea tacita donatio nunquam à marito reuocata eiuſdem mariti morte fuerit confirmata, opponere eidem confeſſioni ſimulatam, & inualidam donationem, ſicut etiam poteſt opponere idem maritus, vt *ſuprà n.* 45. *&* 46. *fine* notatum eſt, & tradunt Rota, & Doctores *ſuprà n.* 45. *&* 80. relati: qua autem ratione tacita donatio in præfata confeſſione contenta morte viri confirmata noceat mariti creditoribus confeſſione poſterioribus quoad fructus, explicatum eſt *ſuprà hoc capite, numero* 65. Tametſi etiam poſt confeſſionem præfatam mariti lapſum ſit tempus à iure præfinitum ad opponendam exceptionem non numeratæ dotis, non obſtabit temporis lapſus, ſed quocumque tempore poterunt creditores, ſicut & maritus, opponere de ſimulatione donationis, eiuſdemque donationis inualiditate, vt probatum eſt *ſuprà d. n.* 45. & tradunt Rota, & alij Doctores *d. n.* 45. *&* 60. allegati vltra quos Rota *dec. ibid. adducta* 1. 8. *n.* 17. apud Burattum *dec.* 683. *n.* 11. *part.* 2. *recentiorum* adducit Socinum *in l.* 1. *n.* 102. *in* 2. *limit. verſic. ad contraria, ff. ſol. matr.* Gozadinum *conſ.* 28. *num.* 23. Surdum *dec.* 489 *n.* 4. & nonnullos alios, ex quibus, & ex allegatis Doctoribus conſtat confeſſionem ſimplicem dotis receptæ factam conſtante matrimonio etiam poſt lapſa tempora opponendi exceptionem non numeratæ dotis, non habere priuilegia veræ dotis, quidquid ſecus ſenſerint Aretinus *conſ.* 86. *n.* 3. & Baldus Nouellus *de dote p.* 10. *num.* 52. quos refert, & ſequitur P. Barboſa *ad l.* 1. *parte ſexta, numero* 37. *verſic. nam confeſſio dotis, ff. ſol. matr.*

185 Eadem quoque ſimplex confeſſio dotis receptæ facta à marito conſtante matrimonio multò minus noceret creditoribus, tam anterioribus, quàm poſterioribus confeſſione, ſi conſtaret, ſeu probaretur præfatam confeſſionem in fraudem creditorum fuiſſe factam à marito, qui ſcilicet ſciret ſe non eſſe ſoluendo, vel videret fore non ſoluendo, vt conſtat ex traditis *ſup. n.* 154. *& ſeqq.* & expreſsè, & in ſpecie poſt Gloſſam *in auth. ſed iam neceſſe, C. de don. ante nupt.* & Socinum *in d. l.* 1. *n.* 108. notat Menoch. *l.* 3. *d. præſ.* 13. *num* 29.

186 An verò confeſſio dotis receptæ (de cuius receptione non conſtat aliunde) ſiue ante matrimonium contractum, ſiue conſtante matrimonio mulieri nobili, vel iuueni à viro ignobili, vel ſene facta noceat creditoribus confeſſione poſterioribus, affirmandum eſt ſtante communi opinione, quod talis confeſſio præſumatur facta animo donandi, ſitve irreuocabilis donatio in compenſationem nobilitatis, & iouentutis mulieris, quę ſtatim valeat, & ſit irreuocabilis, iuxta tradita *ſup. c.* 8. *num.* 27. 35. *&* 33.

Confeſſio mariti de recepto argumento dotis in rebus immobilibus conſtante matrimonio facta non nocet creditoribus mariti anterioribus?

187 Cæterùm quod dictum eſt de confeſſione dotis receptæ facta à marito conſtante matrimonio, multò magis dicendum eſt de confeſſione de augmento dotis in rebus mobilibus conſtituto à muliere recepto facta à marito conſtante matrimonio, ſcilicet huiuſmodi confeſſionem non nocere mariti creditoribus anterioribus, vt per textum *in auth. ſed iam neceſſe, C. de donat. ante nupt.* tradunt Bartolus *ibidem*, Couarruuias *var. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 6. *verſic. in contrariam ſententiam, fine*, & alios allegantes Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 11. *tit.* 50. *num.* 39. Menochius *lib.* 3 *præſumpt.* 15. *numer.* 27. Gomez *ad l.* 45. *Tauri, n.* 86. *verſic.* 7. P. Barboſa *ad l.* 1. *p.* 6. *n.* 3. *initio, &* *n.* 40. *verſic. illud tertum, ff. ſolut. matr.* & alij apud euſdem. Præſumitur enim talis confeſſio facta in fraudem creditorum, *auth. ſed iam neceſſe*, iidem Doctores, & alij ab iiſdem relati, præſertim Socinus *in l.* 1 *n.* 107. *verſ.* 3. *concluſ. ff. ſolut. matr.* qui propter *d. textum*, dixit hanc eſſe præſumptionem iuris, & de iure, vt notat Menochius: & procedit *d. præſumptio* fraudis contra creditores, etiamſi conſtaret vxorem dediſſe illud augmentum dotis in mobilibus, vt notatum eſt *ſuprà n.* 157. & conſtat *ex d. auth. ſed iam neceſſe*, & tradunt P. Barboſa *d. n.* 39. & Auguſtinus Barboſa *collectaneo ad d. auth. ſed iam neceſſe, num.* 3. & indicant alij præællegati, quod ſi nõ ageretur de præiudicio creditorum, augmentum dotis non præſumeretur in fraudem factum, iuxta Doctores *in d. auth.* & Menochium alios allegantem *d. præſumpt.* 12. *n.* 28. Procedit quoque illa præſumptio fraudis ſolum reſpectu creditorum illa cõfeſſione augmenti anteriorum, ac proinde iis tantum confeſſione, & augmento poſteriorum; non enim in horum poſteriorum creditorum fraudem mariti præſumitur facta confeſſio de augmento recepto, niſi aliunde fraudis ſuſpicio probaretur, ac proinde in hoc caſu aduerſus mulierem procederet priuilegium generale, *qui prior, de reg. iuris*, ita alios latè allegantes Menochius *d. num.* 28. & P. Barboſa *dicto num.* 40. *citato verſ. illud certum.* Notat autem *ibid.* poſt alios Menoch. quod coniecturæ fraudis in præiudicium creditorum poſteriorum eſſent, ſi poſt confeſſionem de augmento recepto ſtatim ferè magnum æs alienum cum aliis creditoribus contraxit, vel confeſſio mariti erga vxorem fuiſſet de magna ſumma, & exceſſiua, de quibus coniecturis fraudis *ſuprà n.* 160. *&* 161.

Dixi de augmento in rebus mobilibus conſtituto. Nam 188
ſi augmentum matrimonio conſtante fiat in rebus immobilibus, ceſſat omnis ſuſpicio fraudis, vt conſtat *ex d. auth. ſed iam neceſſe, verſic. & ſi debitor.* & poſt Ripam *in l.* 1. *num.* 26. *ff. ſoluto matr.* P. Barboſa *d. p.* 6. *n.* 41. *initio*, Couarruuias, Mantic. & Menochius *locis n ſeqq. citatis.*

Confeſſio mariti de dote recepta in rebus immobilibus præſumitur vera etiam in præiudicium creditorum mariti, niſi contrarium probetur.

Quare ex eadem *auth. ſed iam neceſſe*, infertur, confeſ- 189
ſionem à marito de recepta ab vxore dote in rebus immobilibus etiam ad emptionem æſtimatis carere omni fraudis ſuſpicione, cenſendamque eſſe veram, & præſumi verè dotem eſſe datam etiam in præiudicium creditorum, niſi contrarium probetur, nec impugnari poſſe exceptione non numeratæ dotis, & habere priuilegia veræ, & receptæ dotis, iuxta diſpoſitionem *l. aſſiduis, C. qui in pign. potior. habeant.* ita poſt Baldum *in l. vnica, num.* 4. *Cod. de priuil. dotis*, & Claudium Aquenſ. *in l.* 1. *num.* 30. *ff. ſol. matr.* Couarruuias *lib.* 1. *var. cap.* 7. *fine.* Mantica *d. tit.* 50. *num.* 13. Menoch. *d. præſumpt.* 13. *num.* 25. *& præſumpt.* 12. *num* 36. & Petrus Barboſa *dicto num.* 41. *initio.*

Confeſſio

Confeſſio mariti de dote recepta in fraudem creditorum facta non nocet creditoribus mariti, ſiue anterioribus, & exiſtentibus, ſiue futuris fraude probata, & quibus coniecturis fraus probetur.

190 Tertiò, quando, & quoties, & quibus in caſibus confeſſio dotis receptæ ſiue à muliere, ſiue ab alio tanquam nomine mulieris eam ſoluente facta eſt à marito in fraudem creditorum, ſi de fraude confeſſionis conſtiterit probationibus, vel coniecturis, de quibus *ſuprà hoc cap. num.* 119. *&* 158. *& ſeqq.* non nocebit creditoribus, in eorumque præiudicium nulla oritur tacita hypotheca in bonis mariti confitentis: ita expreſsè Mantica *d. tit.* 20. *num.* 35. Valaſcus *conſult.* 6. *num.* 3. Couarruuias *d. cap.* 7. *num.* 7. *initio*, Menochius *d. præſumpt.* 13. *num.* 3. P. Barboſa *d. p.* 6. *num.* 40. *fine*, Afflictus, & alij Doctores *ſuprà d. num.* 158. *& duobus ſeqq. allegati*, & à Mantica, Valaſco, & Barboſa relati. Fraus enim mariti non poteſt obeſſe creditoribus *d. auth. ſed iam neceſſe*, quando de ea conſtat: & procedit non ſolum quoad creditores mariti exiſtentes, & anteriores confeſſione, ſed etiam quoad creditores futuros & poſteriores confeſſione, ſi ſint coniecturæ confeſſionem factam eſſe in fraudem poſteriorum, & futurorum creditorum, vt conſtat ex traditis *ſuprà n.* 120. & tradunt Doctores *ibidem* allegati: iuxta quos & Gloſſa *in d. auth. ſed iam neceſſe, verbo ſuſpicio, Cod. de donat. ante nupt.* Alexand. Trentacinquium *var. lib.* 3. *tit. de iur. dot. reſolut.* 7. *num.* 16. *verſic. hec concluſio, in fine*, fraus poteſt fieri etiam reſpectu creditorum futurorum.

Mariti confeſſio de dote recepta per verba enunciatiua in contractu donationis factæ mulieri poſita non probat ad liberandum debitorem dotis abſentem, & qua ratione vxor poſſit agere contra eundem dotis debitorem, etiamſi aliquod lucrum ex donatione habuiſſet.

191 Porrò coniecturis inducentibus fraudem confeſſionis in præiudicium creditorum traditis *ſuprà n.* 159. addo hîc aliam, de qua Anton. Faber *lib.* 5. *cod. tit.* 10. *defin.* 5. vbi diſcutit caſum cuiuſdam mariti, qui ſoluendo non erat, & fortè omnium bonorum ſuorum venditionem publicam vrgentibus creditoribus iam paſſus fuerat; cum in fraudem creditorum quod reliquum habebat, vellet vxori donare, ne fraudandi animum habere videretur, in inſtrumento donationis dixerat, eam cauſam donandi habere, quod vxor ſe innumeris beneficiis proſecuta eſſet, atque dotem ampliſſimam dediſſet, quam accepiſſe debitoribus mulieris ſibi ſolutam aſſerebat vxore præſente, & ſtipulante, abſentibus tamen dotis debitoribus; huiuſmodi enim confeſſionem dotis ampliſſimæ receptæ ab vxoris debitoribus factam fuiſſe ſolum animo donandi mulieri in fraudem creditorum & vrgentium, & inſtantium, vt maritus æri alieno cum ipſis contracto ſatisfaceret, & ſic non potuiſſe nocere eiſdem creditoribus: quia autem dicta confeſſio dotis ampliſſimæ per illa verba enunciatiua mariti non præſumebatur omninò facta, ſed facta animo donandi mulieri, dubitatum fuit (vt ibidem ponit idem Faber) an per eam confeſſionem mulieris debitores liberati cenſerentur, ne ſoluto poſtea matrimonio à muliere conueniri poſſent, & refert à Senatu ſuo reſolutum, fuiſſe debitores mulieris, cum verè dotem non ſoluiſſent, non fuiſſe liberatos, quando propter mariti inopiam non poſſit vxor ad eum pro dotis reſtitutione vtiliter agere, & quia confeſſio inter alios facta non poteſt parere debitori liberationem; & quia verba enunciatiua probata incidenter inter alios, & ad alios fines non ſolent regulariter (vt ex notatis *cap.* 9. *num.* 167. *&* 168. & Doctoribus ibidem relatis conſtat) inducere diſpoſitionem, aut probationem, ne quidem ad liberandum, præſertim fauore abſentis, etſi probata ſint inter perſonas ſuſpectas: quæ omnia latè confirmat *in ſcholio* idem Faber: qui etiam addit, quod licet mulier ſua præſentia, & ſtipulatione fraudem participaſſe cum marito videretur, ob id tamen non debeat dotis iacturam debitorum commodo, cum nihil in eorundem fraudem fuerit geſtum, nec ipſa poſſet marito volenti donare non conſentire, cum non poſſit quis damnum pati ex eo quod conſenſerit, cum non potuit contradicere, *l. Caius* 39. *ff. de pign. act.*

Quin etiamſi maritus ſoluendo fuiſſet, ac proinde 192
confeſſio, etſi ſimulata in fraudem creditorum, quæ animo donandi mulieri præſumeretur facta, & morte mariti qui eam non reuocaſſet, eſſet confirmata, noceret eiuſdem mariti hæredibus: nihilominus ex eodem Fabro *d. tit.* 10. *defin.* 6. mulier, ſi vellet, poſſet agere contra dotis debitores, qui verè dotem confeſſatam non ſoluerunt, quia per illam confeſſionem non eſſent liberati; nam confeſſio in contractu inter alios inito ſoli confitenti, & contrahenti nocere debet, non aliis (& ſic in hoc caſu non mulieri) quorum poteſt intereſſe *tot. tit. res inter alios acta*, *& l. vlt. ff. de interloq. in iur. faciend.* & licet verba enunciatiua faciant plenam probationem in cauſa dotis etiam pro abſente, vt *ſuprà cap.* 9. *num.* 165. aliis allegatis probatum eſt, id fauore dotium introductum eſt, vt *eodem num.* 165. eſt notatu, ac proinde non debet torqueri in odium mulieris, vt indotata maneat, *l. quod fauore* 6. *Cod. de legib. & l. nulla* 25. *ff. eodem.*

Imò etiamſi mulier ex ea donatione in fraudem cre- 193
ditorum facta lucrum aliquod vel mortuo marito perceperit, non obſtante illa confeſſione ampliſſimæ dotis à mulieris debitoribus receptæ in inſtrumento donationis enunciata iidem debitores non remanebunt liberati, neque quoad quantitatem lucri, quatenuſve eidem mulieri donatio profuit, vt idem Faber *eod. tit.* 10. *defin.* 7. probat, cùm aliud ſit ius mulieri competens ratione donationis, aliud competens ratione dotis, ac proinde, quod mulier exegit ab hæredibus iure per donationem ſibi quæſito, non debet prodeſſe debitoribus dotis ad liberationem, ex quorum pecunia vel ipſorum nomine nihil ſolutum fuit, vrgentibus quidem mariti creditoribus, in quorum fraudem maritus donauit mulieri lucrum ex huiuſmodi donatione mulieri obuentum ipſa deberet compenſare ſeu imputare in ſolutum, ſi extra dotis cauſam aliquid ei obligatione antecedente obligationem erga cæteros debitores à marito debebatur, vt tradit idem Faber *d. definit.* 7. addens quod ſi mulier erat creditrix mariti poſterior, ab ea poterit reuocari lucrum, quod eſſet conſecuta, ſi fraudem non ignorauit, ſeu fraudem participauit, *l.* 1 *ff. quæ in fraudem creditorum.*

Confeſſio mariti de dote recepta licet facta in inſtrumento guarentigiato, non nocet mariti creditoribus, quin poſſint opponere exceptionem non numeratæ dotis.

Quartò in caſibus, in quibus confeſſio viri de dote 194
recepta præſumitur in dubio facta ſpe futuræ numerationis (de quibus caſibus ſuprà in inſpectione prima) etiamſi ſit facta in inſtrumento guarentigiato ex ſtatuti diſpoſitione habente executionem paratam, & vim

rei iudicatæ, non nocet mariti confitentis creditoribus ex eo ſolum, quod in tali inſtrumento guarentigiatio fuerit facta, nam adhuc præſumitur facta ſpe numerationis reſpectu creditorum, ita contra Baldum *in l. vnic. num. 4. Cod. de priu. dotis*, Socinus *in d. l. 1. num. 93. ff. ſolut. matr.* Baldus Nouellus *de dote p. 10. num. 20.* Menochius *lib. 3. de præſumpt. 13. num. 8.* & nonnulli alij ab eodem Menochio allegati aſſerentes ſtatutum operari in præiudicium mariti, non autem creditorum, quia vt exorbitans non debet extendi ad alias perſonas, ne duo exorbitãtia ab eodem ſtatuto introducantur, hocque Baldus Nouellus *num. 21.* & Menochius *num. 13.* aiunt procedere, etiamſi ſtatutum tribuat executionem guarentigiæ contra quoſcumque. Præterea ſicuti guarentigia non prodeſt, ita non debet nocere, & ſicut ſententia lata contra creditores non nocet marito *l. ſi cui fine, Cod. de non num. pecunia*, & è contra lata pro marito non nocet creditoribus, *l. ſæpè, ff. de re iudicata*, ita etiam guarentigia, quæ ſententiæ vim habet contra maritum adhibita nocere non debet creditoribus, vt aliis allegatis latiùs *locis citatis* Menochius. Dixi *ex eo ſolum, quod in tali inſtrumeto guarentigia fuerit facta*, nam ſi in eodem inſtrumentu guarentigiato vir renunciauit exceptioni non numeratæ dotis, vel poſt confeſſionem receptæ dotis fuerint elapſa tempora opponendi dictam exceptionem, an tunc confeſſio noceat creditoribus mariti, infrà.

Confeſſio dotis recepta ab alio, quàm à muliere nulla præuia dotis promiſſione non nocet creditoribus, nec habet dotis priuilegia.

195 Quintò confeſſio dotis receptæ ab alio (ſiue coniuncto, ſiue omnino extraneo) quàm à muliere, vbi aliunde non conſtat, ſeu probatur numeratio, ſi eam confeſſionem non præceſſerit dotis promiſſio non nocet creditoribus mariti, nec habet priuilegia veræ dotis: conſtat ex traditis *ſuprà hoc cap. num. 118.* & expreſsè tradunt Doctores relati *num. 120.* vbi hoc idem notatum eſt.

Confeſſio mariti de dote recepta quoties præſumitur vera, & probat actualem numerationem, etſi nocet mariti creditoribus habentibus tantum tacitam hypothecam, vel tantam perſonalem actionem, poterunt tamen iidem creditores probare dotem non fuiſſe numeratam.

196 Sextò, etſi in caſibus poſitis *ſuprà hoc c. n. 103. 104. 105. 123. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 136. 138. & 140.* in quibus confeſſio dotis receptæ etiam nulla præcedente dotis promiſſione probat realem dotis numerationem, ſeu præſumitur facta ex cauſa realis, & actualis numerationis, & noceat mariti creditoribus, habentibus tamen tacitam hypothecam, vt non poſſint impugnare eam confeſſionem, opponendo exceptionem dotis non numeratæ, & transferendo in mulierem onus probandi dotem fuiſſe ſolutam marito, non tamen eiſdem creditoribus nocet, quin poſſint, ſi velint eandem confeſſionem impugnare aſſumendo in ſe onus probandi dotem non fuiſſe numeratam, ad quam probationem deberent admitti: conſtat ex traditis *ſuprà hoc cap. num. 106. 129. 148. & 149.* & Doctoribus iiſdem locis allegatis. Præſumptio enim dotis numeratæ, quæ iuxta ius, & Doctores in prædictis caſibus adeſt, liberat quidem mulierem, & eius hæredes ab onere probandi dotem fuiſſe marito numeratam, non aufert tamen præſertim mariti creditoribus facultatem probandi contrarium, dotemque confeſſatam non fuiſſe numeratam probationibus, & coniecturis, quibus illa præſumptio elidatur, vt *d. num. 148.* notatum eſt: quod ſi talis probatio non ſequitur, dos confeſſata in prædictis caſibus habebit priuilegia veræ dotis, & prælationem, de qua *in l. aſſiduis, Cod. qui in pign. pot. habeant.* iuxta Doctores *in numeris citatis prællegatos.*

Eadem confeſſio elapſis temporibus opponendi exceptionem non numeratæ dotis non ita nocet creditoribus mariti, quin poſſint ipſi probare dotem non fuiſſe numeratam.

Similiter etiam quando poſt ſimplicem confeſſionem 197
de recepta dote, quæ in dubio, & non apparente aliunde de dotis numeratione, præſumitur facta ſpe futuræ numerationis (qualis præſumitur confeſſio dotis receptæ nulla præuia promiſſione dotis facta à viro ante matrimonij contractum, vel in ipſo contractu, vel paulò poſt contractum matrimonium, ante illius conſummationem, iuxta tradita *ſuprà hoc cap. num. 16. & 17.*) ſi elapſa ſunt tempora à iure conſtituta ad opponendam querelam non numeratæ dotis, eadem confeſſio non nocet mariti creditoribus, quin poſſint illam impugnare, aſſumentes in ſe onus probandi dotem non fuiſſe verè numeratam. Nam ſi huiuſmodi probatio non poteſt denegari marito confitenti, neque eius hæredibus, vt *ſuprà num. 23.* probatum eſt, & tradunt Doctores *ibidem* allegati, multo minus poterit denegari mariti creditoribus aſſumentibus in ſe onus probandi, quod dos non fuerit numerata, vt etiam per textum ſatis clarum *in l. ſi cui, penult. Cod. de non numerata pecunia*, expreſsè tradit P. Barboſa *in l. 1. p. 6. n. 36. initio, ff. ſolut. matr.* & etiam Gomez *ad l. 45. Tauri, num. 86. verſic. quintò, fine.*

Et idem dicendum, ſi nondum ſint poſt confeſſio- 198
nem lapſa tempora opponendi exceptionem non numeratæ dotis, ſed tamen poſt confeſſionem ex interuallo renunciauerit dictæ exceptioni. Hac enim exceptione nõ numeratæ dotis, & renũciatione non obſtante, confeſſio non nocebit creditoribus mariti, ſi velint aſſumere in ſe onus probandi dotem non fuiſſe ſolutam; cum enim ipſe maritus confitens cum tali renunciatione, vel eius hæres poſſit eam confeſsionem impugnare, & ſit audiendus, ſi aſſumat in ſe onus probandi, non fuiſſe dotem numeratam, vt probatum eſt *ſuprà hoc cap. num. 25.* & affirmant Doctores *ibidem* allegati, pariter multò magis creditores mariti poterunt eandem confeſsionem impugnare. quod etiam probat Textus *in d. l. ſi cui, penult. Cod. de non num. pecunia, de quo infrà.*

Confeſſio dotis receptæ, quando in dubio præſumitur facta ſpe futuræ numerationis durante tempore conceſſo ad proponendam exceptionem non numeratæ dotis, non præiudicat mariti creditoribus.

Certum eſt inſuper confeſsionem dotis receptæ, quæ 199
in dubio, & vbi aliunde non cõſtat de dotis numeratione, præſumitur facta ſpe futuræ numerationis, vt quando facta eſt ante contractum matrimonij, vel in ipſo contractu, vel paulò poſt ante illius conſummationem, non nocere creditoribus, tam anterioribus, quam poſterioribus confeſsione durante tempore à iure conſtituto ad proponendam exceptionem non numeratæ dotis, ita quod eodem tempore durante iiſdem creditoribus mariti non minus, quàm maritus confitens, &

eius

eius hæredes poterunt aduerſus vxorem vel eius hæredes opponere exceptionem non numeratæ dotis, & ad vxorem vel eius hæredes ſpectabit onus probandi dotem fuiſſe ſolutam: ita Gloſſa, Bartolus, & alij ſcribentes *in lege aſſiduis C. qui potior. in pign. habeant.* Valaſc. *conſ.*6.*n.*4. Ioſeph Lud. *deciſ. Peruſ.*66. *num.* 38.*p.*2. Couarruuias *var. lib.*1. *cap.*7. *n* 6. *verſic. de creditoribus initio.* Molina *de iuſt* 10.2 *diſp.*440.*num.* 3. P. Barboſa *in d. l.*1.*p.*6. *num.* 37. *verſic quinimo ſi ſinis,* plurimi alij relati ab eodem Barboſa *ibidem*, & Doctores omnes qui *numeris ſeqq.* allegantur, & probat euidenter textus *in l. ſi cui, penultima. Cod. de non num. pecunia,* vbi decernitur, quod non ſolum debitori principali, qui confeſſus eſt, ſe recepiſſe mutuam pecuniam, vel dotem, competit exceptio non numeratæ pecuniæ, vel non numeratæ dotis, ſed etiam eiuſdem debitoris principalis creditoribus contra alios creditores eiuſdem debitoris principalis pro ſuo intereſſe, ſi proponant eandem exceptionem intra tempora, quibus poſſet proponere, ſeu opponere idem debitor, qui confeſſus eſt, mutuum, vel dotem recepiſſe. Addit Valaſcus *d. n.*4. *fin.* poſt Socinum & Aleiat. *in l.*1 *ff ſolut. matr.* contra Paulum de Caſtro, & Baldum Nouellum *locis infra n.* 213. *allegatis*, creditoribus debitoris principalis confitentis competere exceptionem præfatam intra tempora, quibus idem debitor eam poſſet opponere, ſiue ſint creditores reales, & cum hypotheca, ſiue tantum perſonales, ita quod intra tempora, quicumque ſint, poſſint hanc exceptionem non numeratæ pecuniæ mutuæ, vel dotis opponere pro ſuo intereſſe, & hoc idem prius ſentit Couarruuias *d. cap.*7. *num.*7. *verſicul. Tertio illud*, & poſt eum Molina *d. numero* 3. idque probat Valaſcus *ex dict. l. ſi cui, verbo poſſidentes* (ſcilicet creditores) *aliquam actionem ipſi moueant, & d. lex* videtur generaliter loqui de omni creditore, & prædicta procedunt reſpectu creditorum, etiamſi vir confitens iuramentu aſſeruiſſet, ſe verè dotem recepiſſe, & promiſiſſet reſtitutionem, quia tale iuramentum non nocet creditoribus, *vt ſupra hoc c. n.* 114. notatum eſt, & notatur etiam *infra n.* 207. Aduertendum autem, quod etſi ipſi creditores debitoris confitentis intra tempora à iure conſtituta ad opponendum poſſunt opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ aut dotis, quam ipſe debitor principalis poſſet opponere, & recuſat vel differt opponere: hoc tamen intelligitur, & procedit ſine præiudicio eiuſdem debitoris; ita quod ſi iidem creditores ſuccubuerint, ſeu victi fuerint, & condemnati, ipſi tamen debitori non nocebit ſententia aduerſus creditores lata, nec propter eam impedietur ex perſona ſua exceptionem denuò opponere intra eadem tempora opponendi, vt expreſſe habetur *d. l. ſi cui penult. Cod. de non num. pecunia,* & expreſſe notarunt Menochius *lib.*3. *præſumpt.* 13. *numer.* 16. *propè finem,* & P. Barboſa *p.*6.*n.*44. *paulò poſt principium,* vbi è contrario addit, quod ſententia lata contra debitorem principalem opponentem præiudicat ipſis creditoribus, differentiæ rationem aſſignans, ſcilicet quia creditores ob proprium intereſſe admittuntur ad proponendam querelam non numeratæ pecuniæ, ſeu dotis, neque debitor ab illa proponenda eos prohibere poteſt *d. l. pen.* Ac proinde ſententia aduerſus eos lata meritò nec præiudicat debitori principali, iuxta regulam *l. ſæpe ff. de re iudicata.* At verò ſententia lata aduerſus debitorem principalem neceſſariò (inquit) nocet omnibus his qui ab eo habent cauſam, *l. apud Celſum,* §. *de autore ff. de dol. exceptione.* Quamuis contrarium, & ſententiam latam contra debitorem principalem opponentem latam non præiudicare creditoribus ſentiant alij relati ab eodem P. Barboſ. *n.*43. *verſic. contrarium colligentes ex d. l ſi cui,* vt ſcilicet, quod ibi dicitur reſpectu debitoris principalis lata ſententia contra creditores procedat etiam reſpectu creditorum, ſententia contra debitorem lata.

Confeſſio de dote recepta in caſibus, in quibus in dubio præſumatur facta à marito ſpe futuræ numerationis dotis elapſis temporibus ad opponendam exceptionem non numeratæ dotis, an præiudicet mariti creditoribus, & excludat eos à beneficio proponendæ exceptionis non numeratæ dotis, eaque dos confeſſata habeat priuilegium l. aſſiduis, Cod. qui potior. in pign. habeant.

Difficultas ergo prima eſt, an præfata ſimplex confeſſio dotis receptæ, quæ in dubio præſumitur facta ſpe futuræ numerationis, ſi poſt confeſſionem lapſa ſint tempora à iure conſtituta ad opponendam exceptionem non numeratæ dotis, quæ maritus paſſus ſit labi, nec intra ea tempora propoſuit eam exceptionem, tunc præiudicet creditoribus mariti etiam anterioribus, & non poſſit eandem exceptionem non numeratæ dotis aduerſus vxorem, vel eius hæredes opponere, ſed vxor præferri debeat eiſdem creditoribus anterioribus etiam ſi habeant tacitas hypothecas in bonis mariti, vel res, ſeu bona mariti poſſideant.

Prima ſententia affirmatiua.

Et plurimorum ſententia eſt huiuſmodi confeſſio- 200
nem poſt lapſa tempora à lege conſtituta ad opponendam exceptionem non numeratæ dotis nocere anterioribus, quibus tacita hypotheca competat in bonis mariti, ac tertio poſſidenti res, ſeu bona mariti, vt contra vxorem vel eius hæredes non poſſint ſe tueri exceptione non numeratæ dotis, ſed vxor in eadem dote confeſſata illis præferatur iuxta diſpoſitionem *leg. aſsiduis, Codice qui potiores in pignore habeantur,* nec ad id habeat vxor neceſſe probare numerationem dotis: ita Bartolus *in dicta lege aſsiduis, numer.*11. (vbi dicit, quod dos confeſſata, ſi ſit renunciatum exceptioni non numeratæ dotis, vel poſt confeſſionem mariti lapſum ſit tempus à iure conceſſum ad eam opponendam, habet omnia priuilegia dotis, tanquam ſi verè, & realiter fuiſſet ſoluta, & numerata) *ibidem* Angelus de Peruſio, Salicetus, Raphaël, & Fulgoſius, Alexander *in lege* 1. *num.*35. *ff. ſoluto matrimonio, & conſil.*90.*num.*5.*lib.*3. Rolandus à Valle *conſ.*20. *numer.*81. *& conſ.*74. *numero* 10. *lib.*4. *& conſ.*85. *numer.*42. *libro* 1. Craueta *conſ.* 40. *numer.*6. Baldus Nouellus *de dote parte* 10. *num.*12. Campeg. *eod. tract. p.*1.*q.*93. Afflictus *dec.*402.*num.* 10. *&* 11. Vrſill. *ibid. n.*1. Boërius *dec.* 330. Couarruuias *var. lib.*1.*c.*7.*n.*6. *verſic. quod ſi confeſſio, & verſic. ex præmiſſis, poſt medium.* Gomez *ad leg. Tauri* 45.*num.*86. *verſic. quinto, & ad leg.*50.*n.*52. *verſ. ſexto limita.* Menochius *lib.*3. *præſumpt.*13.*n.*14. *&* 16. Maſcardus *de probat. concluſ.*362.*n.*9. Mareſcottus *var. lib.* 1. *capite* 8. *numer.*17. Ioſeph. Ludouic. *dec. Peruſ.* 66.*n.*37. Rota Romana apud Valaſcum *deciſ.*196.*lib.*1. & alibi (vt teſtatur Mareſcotus) P. Barboſa *ad l.*1.*p.*6. *n.*35.*ff. ſoluto matr.* Oddus *de fideicomm. quæſt.*44. *num.* 131. Gratianus *deciſ. Marchiæ* 103. *n.* 18. *&* 19. Borellus *in ſumm. deciſ. p.*2. *tit.*3. *n.*214. 241. *&* 252. Ludouicus Molina *de iuſt. to.*2. *diſp.*44. *num.*4. Auguſtinus Barboſ. *ad l. ſi cui penult. Cod. de dote cauta,* & centum alij ex antiquioribus iuriſconſultis, quos referunt Craueta, Gomez, Boëtius, Menochius *locis citatis,* Couarruuias *d. cap.*7. *num.*6. *verſ. de creditoribus,* & P. Barboſ. *dicta part.*6. *numero* 34. & Valaſcus *conſultatione* 6.*n.*5. qui *num.*12. dicit eſſe communem opinionem, & communem etiam dicunt Baldus Nouellus & Craueta, & ab ea in iudicando non eſſe recedendum vult

Rolandus

Rolandus *d.numer.* 10. Probatur hæc ſententia primò, quia etſi creditor mariti poſſit pro ſuo intereſſe vti illa exceptione dotis non numeratæ aduerſus vxorem, vel eius hæredem agentem ad dotis reſtitutionem contra hæredes mariti, vel petentem rem mariti à creditore poſſeſſam, hoc tamen illi non competit niſi ex actu & perſona mariti, à quo cauſam habuerit, & proinde ſi maritus non poteſt ea exceptione vti ob lapſum temporis ad opponendum conceſſi, neque etiam poteſt mariti creditor, quia habens cauſam à marito, non debet eſſe melioris conditionis, quàm ipſe maritus *l. vlt. §. 1. ff. ad Vell. & l. ſi rem latam, ff. de exceptionibus, & etiam l. Pomponius* 13. *§. cum quis, ff. de exceptionibus*, vbi dicitur, *quod cum quis vtitur adminiculo, ex perſona auctoris vti debet cum ſua cauſa, ſuiſque vitiis*, ita Bald. Nouellus, Craueta, Boërius, & Gomez. Secundò probatur per textum *in dicta lege ſi cui, de non num. pecunia.* Quia etſi contra regulam generalem, quod alicui non liceat iure in alterius fauorem introducto, eo inuito vti ad ſuum proprium commodum, *lege ſi iudex circumuento, ff de minoribus*, creditoribus mariti propter ſuum intereſſe permittitur opponere exceptionem non numeratæ dotis, marito volente eam opponere inuito, præſente, vel abſente; tamen id debere intelligi intra ipſa tempora, quibus ipſe maritus ex iuris conceſſione poteſt opponere, vt colligi ſatis clarè videtur ex verbis finalibus *dictæ legis* ita habentibus, vt neque fideiuſſori eius aliquod præiudicium generetur, ſi is, qui eá exceptionem oppoſuerit, nactus fuerit, ſed poſſint illi poſtea, ſi conueniantur, intra ſtatuta ſcilicet tempora eadem ſe exceptione tueri: ita poſt alios plurimos Couarruuias *dicto numero* 6. *verſic. quod præterea apparet.* Menochius, Gomez, Boërius, & P. Barboſa *locis allegatis*, idem colligit Gomez *ex principio d. l. ſi cui*, quatenus dicit *ſi cui non numeratæ pecuniæ competere poſſit exceptio, & eo illa non vtente creditores eius vti poſſint:* quibus verbis tacitè innuit, quod ſi aliquo caſu non competit prædicta exceptio debitori, vel quia eidem exceptioni renunciauit, vel lapſum ſit tempus opponendi, neque etiam competit debitoris creditoribus. Tertiò probatur, quia præfata dotis confeſſio, quando poſt eam elapſa ſunt tempora à iure conceſſa ad opponendam exceptionem non numeratæ dotis, plenè probat numerationem fuiſſe factam, habeturque pro vera ſolutione, cenſeturque ſoluta, & numerata ea dos confeſſata, *authentica quod locum, Codice de non numerata pecunia, & §. ſi autem, auth. de temporibus non ſolutæ dotis;* ac proinde habet priuilegia veræ dotis, & prælationem reſpecto creditorum mariti habentium tantùm tacitam hypothecam, iuxta *d. leg. aſſiduis, Cod. qui potior. in pign. habeant.* Quæ etſi requirit dotem ſeu rem dotalem eſſe marito, vel eius patri datam, vt ſit locus priuilegio prælationis, de quo in eo texto, tamen hoc requiſitum adeſt in præſenti ſpecie dotis confeſſatę, elapſis iam temporibus opponendi exceptionem cum à iure ipſo cenſeatur verè ſoluta, & data, & præſumptio iuris pro liquidiſſima probatione habetur, Gloſſa *in lege pen. Codice de periculo tutorum*, & poſt eam Petr. Barboſa *dict. part. ſexta, n.* 37. *verſ. ſed non placet hæc concordia.*

201 Quartò quod elapſis dictis temporibus à confeſſione dotis vxor pro dote conſequenda poſſit agere cõtra creditores mariti bona illius poſſidentes, ab iiſque non poſſit opponi exceptio non numeratæ dotis, à Nouello & Craueta probatur, quia res tranſit cum ſua cauſa, & ſic bona tranſeunt in creditorem mariti cum ſua cauſa, vt opponi non poſſit. Demùm aliis rationibus omiſſis probatur ab iiſdem Nouello, & Craueta, quia in dubio pro dote videtur iudicandum: & hæc ſententia multò magis procedet quoad creditores, quia poſt elapſa tempora eam exceptionem opponendi, cauſam à marito confitente habuerint, vt notat *loco citato* Craueta, & hanc eandem ſententiam tradit Faber *libro quinto Codicis, titulo ſeptimo, defin.* 15. *& titul.* 10. *defin. ſecunda*, aſſerens per talem confeſſionem dotis receptæ poſt lapſum tempus opponendi querelam non numeratæ dotis, remanere mariti bona vxori obligata etiam in præiudicium creditorum anteriorum, *etſi ſcholio poſt dictam definitionem* 15. *numer.* 5. declaret, ſi Chirographarij tantum ſint (reſpectu quorum allegat *dict. legem aſſiduis*,) non etiam ſi hypothecarij, eo quod inter hypothecarios, qui prior eſt tempore, prior eſt iure, *l. prima, lege prior* 5. *& toto titulo qui potiores in pignor.* quæ iura ab eodem Fabro *dicto numero ſeptimo, & dicto titulo* 10. *defin. tertia, in ſcholio numero* 80. allegantur, in quo diſcrepat ab aliis Doctoribus huius ſententiæ, qui aſſerunt eandem confeſſionem præiudicare etiam creditoribus mariti habentibus tacitam hypothecam, & ita eſt ſentiendum ſuppoſita hac ſententia, quod talis dos confeſſata præfatis temporibus lapſis habeatur tanquam ſoluta, & ſic potitur priuilegio *d. legis aſſiduis.*

Et licet Aretinus *in lege primo, numero* 10. *ff. ſoluto matrimonio, ibidem* Paulus de Caſtro *numero ſexto*, Imola *numer. octauo*, & nonnulli alij relati à P. Barboſa *dicta p.* 6. *num.* 35. velint hanc ſententiam procedere ſolum quãdo creditores mariti habẽt ſolũ eiuſdẽ mariti cõfeſſionem, quia tunc ipſi, & vxor ſint in pari cauſa, ſuccedit regula *legis in ambiguis pro dote, ff. de reg. iur.* & conſequenter aduerſus eos vtetur vxor priuilegio *dictæ legis aſſiduis.* Non verò procedere, ſi creditores probent, ſe actualiter numeraſſe pecuniam habente vxore tantum confeſſionem mariti; tunc enim, inquiunt, vxor non poteſt vti priuilegio *d. legis aſſiduis*, aduerſus prædictos creditores, tametſi lapſa ſint tẽpora opponẽdi exceptionem, quia cum tunc conſtet creditores agere de damno vitando, & vxorem de lucro, inducitur regula *legis fin. §. licentia, Codice de iure deliberandi:* Nihilominus ſententiam procedere etiamſi poſt lapſa tempora opponendi creditores probant, ſe actualiter numeraſſe pecuniam marito, ſentiunt procul dubio alij præallegati Doctores, & probant rationes adductæ, cum lapſis temporibus dos habeatur vt verè ſoluta, iuxta tradita, & ſic potitur priuilegio *dict. legis aſſiduis*, contra creditores mariti habentes omnino tacitam hypothecam, ſecus ſi haberent expreſſam, nam ſi eo caſu, quo verè conſtat de dote recepta illis non præfertur iuxta communem opinionem, à fortiori non debet præferri quando tantum conſtat de dote confeſſata à marito, vt Gomez *d. n.* 52. *verſic. item & a.*

Altera opinio negatiua.

Altera ſententia tenet, præfatam ſimplicem confeſſionem receptæ dotis à marito, etiamſi lapſa ſunt tempora proponendæ exceptionis non numeratæ dotis, non præiudicare mariti creditoribus, ſed eo lapſu temporũ non obſtante quocumque tempore illis competere exceptionem non numeratæ dotis contra mariti vxorem, & eius hæredes, eoſque eſſe in huiuſmodi dote confeſſata præferendos vxori, vt hæc aduerſus eos non habeat priuilegium præfatæ *l. aſſiduis*, ita Baldus *in leg. cum aliquis, num.* 5. *fine, Codic. de iure dot.* & alibi Cynus *in auth. ſed iam neceſſe, Codic. de donat. ante nupt. ibidem* Salycetus, Angelus, Aretinus, & Iaſon. *in §. fuerat, inſtituta de actionib.* Imola, Romanus, Felinus, Gozadinos, & nonnulli alij ex antiquioribus Iuriſperitis à Sfortia Oddo *de fideicom. quæſt.* 44. *numer.* 129. à Couarrouia *dict. capit.* 7. *num.* 6. *verſicul. in contrariam ſententiam.* Gomez *d. numer.* 52. *verſic. ſextò limita*, Menoch. *d. præſumpt.* 13. Mantic. *de tacit. & ambig. coniect. lib.* 11. *tit.* 20. *num.* 41. *verſic. Sed alij*, & à P. Barboſa *d. p.* 6. *num.* 54. 202

relati

relati, præter quos ita etiã Mantic. *loco citat.* & Valaſ. *d. conſult. 6. n. 12. & duob. ſeqq.* & ita prius ſẽtit Gloſ. *in d. l. aſſiduis, in verbo datæ, C. qui in pign. pot. hab.* vbi generaliter, & indiſtinctè tradidit, cõfeſſionẽ de recepta dote, ſi de eius numeratione nõ conſtat, non nocere creditoribus anterioribus, nec præſtare vxori priuilegium prælationis in bonis mariti, ſiue ſimus intra tempora proponendæ querelæ, ſiue extra, & ſiue maritus querelæ non numeratæ dotis renuntiauerit, vel præceſſerit inſtrumentum promiſſionis dotis, ſiue non. Primum fundamentum huius ſententiæ ſumitur ex *d. leg. aſſiduis fin.* vbi dicitur oportere conſtare dotem eſſe verè datam, vt vxor habeat priuilegium prælationis *dictæ legis*, quod fundamentum manet ſolutum ex traditis in probatione primæ ſententiæ. Alterum fundamentum ſumitur ex *d. leg. ſi cui, pen. Cod. de non numerata pecunia*, vbi prius habetur, quod ſicut debitorum principalis, qui confeſſus eſt ſpe futuræ numerationis, poſſet opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, vel dotis, ita etiam eius debitor, qui ea exceptione noluerit vti, poteſt eandem exceptionem opponere, & poſtea in fine dicitur, quod ab eodem debitore principali intra ſtatuta tantum tempora poteſt opponi, ex quo datur intelligi, ſeu rectè colligi videtur, eam exceptionem à creditoribus ipſius debitoris, ſine temporis præfinitione obiici poſſe, verum etiam huic fundamento Doctores primæ ſententiæ reſpondent, *dicta lege exceptionem*, creditoribus permitti ſicut permittitur ipſi debitori, ſcilicet intra ſtatuta tempora tantum, idque probare dicta verba finalia dictæ legis, licet expreſsè loquatur in debitore principali, iuxta tradita in eadem probatione primæ ſententiæ. Valaſc. probat dicens ſe nunquam legiſſe textum, quo probatur tantum valere excluſionem prædictæ exceptionis per temporis lapſum, quantum per realem numerationem, & quia etſi *§. ſi autem, auth. de temporibus non ſolutæ dotis*, habetur, quod confitens receptionem, ſi permittit tempus opponendi exceptionem elabi, & tacet, videtur voluiſſe, quod etiam dos non ſoluta ſoluatur ab hæredibus mariti, non tamen ibi dicitur, quod præſumatur ſoluta, & iniquũ (ſubdit Valaſc.) eſt, quod hæc mariti voluntas ita propenſa in fauorem vxoris noceat tertio, & proſit mulieri, cum ex alterius facto vel dicto non debeat alteri præiudicari, *lege non debet, ff. de reg. iuris*, & inſuper quia (addit idem Valaſc.) lapſum eſſe tempus exceptionis, vel eam eſſe renunciatam, introductum ſit in præiudicium renunciantis, & eius hæredum, *auth. quod locum, Cod. de dote cauta non numerata.* Non verò tertiis, de quo lex non loquitur, & hæc ſententia valde probabilis videtur, pro qua faciunt Doctores, qui vnà cum Gloſſa *in dicta lege aſſiduis*, dixerunt, priuilegia dotis non habere locum in dote tantum confeſſata, ſed opus eſſe vt conſter de numeratione, quos Doctores latè refert Oddus *de fideicommiſſ. quæſt. 44. numero 120.* & eidem ſententiæ fauent dicta verba ſimilia *d. l. §. cuique*, dum in eis dicitur opponendam eſſe exceptionem intra tempora ſtatuta, nec faciunt mentionem de creditorib. ſeu tertiis opponentibus, ſed tantum de debitore principali, qui victis creditoribus exceptione poteſt de nouo eandem exceptionem (*vt ſuprà num. 199.* notatum eſt) allegare, dummodo intra ſtatuta tempora, cum ipſis creditoribus non ſit, quod imputetur, ſi non litigant ſuper iure, quod debitori ſuo competit, ſit autem quod imputetur ipſi debitori, qui nouit confeſſionem ſuam non fuiſſe veram, & à lege ſibi limitatum tempus intra quod exceptionem opponet.

Limitatio primæ ſententiæ.

203 Verùm retenta prima ſententia magis communiter à Iuriſperitis approbata, & etiam in praxi recepta, vt teſtatur idem Valaſc. *dicto n. 12.* reſtringenda eſt, vt ea procedat, ſi creditores intra tempora proponendæ querelæ ſciebant mariti confeſſionem, & eidem marito confitenti talem querelam non numeratæ dotis competere, & omiſiſſent opponere vxori, vel eius hæredibus quia tunc eſt, quod eiſdem creditoribus imputetur, ſecus verò ſi intra eadem tempora non habuerunt notitiã confeſſionis, & quod talis querela marito competeret: & ideo ob hanc ignorantiam intra eadem tempora omiſiſſent dictam exceptionem non numeratæ dotis proponere, & opponere; nam tunc creditores conſtito de ignorantia per reſtitutionem in integrum ex clauſula generali, *ſi qua mihi iuſta cauſa eſſe videbitur, l. 1. ff. ex quibus cauſis maior.* fore eis ſuccurrendum, eoſque admittendos ad opponendam exceptionem non numeratæ dotis, poſt Bartolum, Alexandrum, Socinum, Ruinum, Gozadinum, & alios ex Doctoribus *ſuprà num. 200.* allegatis tradunt Campegius *dicta quæſt. 39.* Craueta *d. conſ. 40. n. 6.* Vrſillus, Gomez, Menochius *locis eodem numero 250.* relatis, Mantica *dicto titulo 20. num. 43.* P. Barboſa *d. parte 6. numer. 45. & 46.* Molina *dicta diſput. 44. cit. numer. 4.* & etiam Valaſcus *dicta conſult. 6. num. 5. fine.* Quam reſtitutionem in integrum ad opponendam exceptionem poſt lapſa tempora competere etiam creditoribus, cum quibus maritus poſt confeſſionem dotis receptæ contraxiſſet, ſi intra tempora ignorauit talem confeſſionem, aſſerunt Craueta *dicto numero 6. fine*, Socinus *in dicto numero 90. ff. ſolut. matrimonio*, & Mareſcottus *var. lib. 1. cap. 8. num. 20.* ſecus ſi contraxiſſent credita cum marito poſt elapſa tempora; nam tunc vxor ratione confeſſionis anterioris præferenda eſſet creditoribus, vt idem Craueta & alios allegans Valaſcus *d. conſult. 6. numero 7.* Socinus, & Mareſcottus *locis citatis:* ſi etiam creditores fuiſſent abſentes, & ſi iuſtè impediti non oppoſuiſſent eandem exceptionem, affirmat P. Barboſa *locis citatis*, competere illis, ſicut & ignorantibus exceptionem prædictam.

Et licet contrarium, & creditores etiam data illa 204
ignorantia, vel abſentia nunquam poſſe proponere querelam non numeratæ dotis, quando principalis debitor ſeu maritus eo exceptionis priuilegio vti non poteſt, ſenſerint Baldus Nouellus *d. parte 10. numer. 12. verſic. tamen dicas*, Ant. Rubeus *conſ. 78. num. 10. ad finem*, & Boërius *dec. 330. verſic. fatetur tamen*, & Bulgarinus *in l. 1. n. 58. ff. ſol. matr.* vbi tres adducit rationes: prima quia *d. l. ſi cui, penult. Cod. de non num. pecun.* permittitur creditoribus exceptio prædicta, quando maritus illa vti poteſt: ſecunda, quia lapſus temporum conſideretur principaliter reſpectu mariti, *d. §. ſi autem, auth. de tempor. non ſolutæ dotis*, & conſequenter ignorantiæ creditoris reſpectus haberi non debet. Tertia, quia elapſis temporibus lex præſumit retro confeſſionẽ fuiſſe veram, *vt numero 200.* notatum eſt: ergo indiſtinctè debet nocere creditoribus. Nihilominus non eſt recedendum à præcedenti ſententia magis recepta, iuri, & æquitati conformi, neque illi obſtant præfatæ rationes. Nam P. Barboſa *d. n. 46.* ad primam reſpondet *d. l. ſi cui*, non negare etiam poſt lapſa tempora creditoribus ob iuſtum impedimentum poſſe ſuccurri, cum reſtitutio nunquam cenſeatur excluſa, ex *gloſſa fin. in l. poſtquam, lib. 1. Cod. de pactis.* Ad ſecundam reſpondet quod licet marito ſcienti exceptionem ſibi competere noceat irreuocabiliter lapſus temporis, non ſic tamen debet nocere creditoribus ignorantibus eam cõpetere. Ad tertiam reſpondet, præſumi veram ſolutionem in præiudicium mariti, & etiam creditorum ſcientiũ, ſi verò fuerint ignorantes ex clauſula generali ſuccurritur beneficio reſtitutionis in integrum, vt Gloſ. *in lege in contractibus, verbo potituris, Codice de non numerata pecunia*, Velaſcus *dicto numero quinto, fine*, &

& alij ab eodem Valaſco *ibidem*, & P. Barboſa *dict. num.46. verſic. ad tertium*, relati.

Confeſſio de recepta dote, quando in dubio præſumitur facta ſpe futuræ numerationis, ſi per maritum ſit renunciatum exceptioni non numeratæ dotis, an præiudicet mariti creditoribus, vt etiam intra tempora ad opponendam exceptionem non poſſint illam opponere.

205 Difficultas ſecunda, an confeſſio dotis receptæ in caſibus, in quibus aliàs in dubio præſumitur ſpe futuræ numerationis à marito facta cum expreſſa renunciatione exceptionis non numeratæ dotis non ſolum præiudicet marito, & eius hæredibus (*vt ſuprà hoc capite, numer.* 24. probatum eſt) ſed etiam mariti creditoribus, vt etiam intra tempora non poſſint excipere dotem non fuiſſe numeratam, & ſic in hac dote vxor præferatur mariti creditoribus hypothecas tantum tacitas in bonis mariti habentibus? Præiudicare affirmarunt Bartolus, Nouellus, Viſillus, Gomez, Verallus, Mareſcottus *locis ſuprà numer.* 200. relatis, Faber *lib.5. Cod.tit.*10. *definit.*3. Gutierrez *alleg.*11. *num.*14. Auguſtin. Barboſa *collect. ad l. is cui penult. num.* 8. *C. de dote cauta non num* & nonnulli alij ex antiquioribus à Gomez, Verallo, & à P. Barboſa *ad leg prim.nu. p.*6. *numero* 42. *fine*, relati. Qui moti ſunt primò, & præcipuè, quod exceptio non numeratæ dotis non competat crediroribus, quando eidem marito non competit, iuxta tradita *ſuprà numero* 250. Secundò, quia quando elapſa ſunt tempora opponendi exceptionem, ea confeſſio nocet creditoribus, iuxta tradita *d. n.* 200. & cæteros Doctores *ibid.* relatos qui tamen lapſus nihil aliud videtur operari, quam tacitam quandam eiuſdem exceptionis renunciationem, *lege prima, Cod. de in integ. reſt.* quod verò admittitur in tacita renunciatione exceptionis, à fortiori admittendum eſt in expreſſa, *lege qui certum, ff. locati.*

206 At non præiudicare creditoribus mariti, poſſeque eoſdem creditores præfata renunciatione non obſtante intra tempora ad exceptionem conceſſa aduerſus vxorem, & eius hæredes opponere exceptionem, quod dos non fuerit numerata præter Gloſſam *in dicta lege aſſiduis verbo data, Codice qui in pig. potior. habeantur*, tenent Alexander *in lege* 1. *n.*35. *ff. ſolut. matr. ibidem* Socinus *num.*89. Campegius *de dote p.*1. *q.*93. *n.*3. *fi.* Couarruuias *var. lib.*1. *capite* 7. *num.*6. *verſic. quod confeſſio, poſt medium*, Menochius *d. præſumpt.* 13. *numero* 5. Mantica *d. tit.*20. *num.*42. Valaſcus *d. conſult.*6. *numero* 6. Boërius *d. deciſ.*330. *verſic. ſi vero non eſſet*, P. Barboſa *d. p.*6. *n.* 44. *verſic. cæterum quamuis*, Molina *de iuſtitia tom.*2. *diſput.* 440. *numer. quinto*, Auguſtinus Barboſa *collect. ad legem* 3. *num.* 10. *Codice de dote cauta non numerata*, & Iuriſperiti antiquiores magis communiter à Couarruuia, & Menochio *locis citatis*, & à P. Barboſa *d. p.*6. *n.* 43. *verſiculo contrarium*, allegati, & ratio eſt, tum quia renunciatio mariti non debet obeſſe creditoribus, *argument. legis ſi vnus, §. ante omnia, ff. de pactis*, tum quia cum querela nõ numeratæ dotis intra tempora opponẽdi cõpetat creditoribus mariti etiam eo inuito, *vt ſup. n.*199. eſt notatum, non debet eſſe in facultate mariti ſua cõfeſſione fraudare creditores illiſque in illo iure præiudicare, *l.* 1. *§ ſi culpa, ff. ſi quid in fraud. cred. l. fin. ff. de pactis, lege debitorum, Codice de pactis.* Ad primam rationem prioris ſententiæ reſpondetur procedere, quando exceptio non competit ex iure ipſo præciſè, ſecus quando non competit ex propria ipſius mariti voluntate tantum. Ad ſecundam reſpondetur ex Petr. Barboſa diuerſam eſſe rationem inter tacitam renunciationem, quæ habet fomentum legis, & inter expreſſam, quæ ſolo facto hominis conſiſtit, vt in ſimili traditur *l.*1. *C. qui admitti.* Reſpondetur ſecundo confeſſionem poſt lapſa tempora nocere creditoribus mariti, quia tunc lex præſumit dotem ſolutam iuxta tradita *ſuprà numero* 200. Dum autem durant tempora non creditur dos data marito ſaltem in præiudicium creditorum, *d. l. ſi cui pen. Cod de non num. dote.*

Neque etiam præfata confeſſio, & renunciatio mariti etiamſi confeſſio, & renunciatio fuerit à marito iuramento confirmata, præiudicabit iiſdem mariti creditoribus, *vt ſupra hoc capit. numero* 114. notatum eſt, & tradunt Doctores *ibidem allegati*, ob rationem adductam, ſcilicet quia iuramentum intelligitur ſine præiudicio tertij, *cap. cum contingat, in fine, de iureiuran. cap. quamvis de pactis, in ſexto, & capit. licet de iureiurando in* 6. 207

Porrò proximè tradita, & tradita *numero* 199. limitantur, vt creditores mariti etiam intra tempora proponendæ querelæ non numeratæ dotis non poſſint talem exceptionem opponere contra vxorem, quando iidem creditores reſpondendo poſitionibus faterentur dotem verè datam fuiſſe, licet in inſtrumento contineretur ſola confeſſio: ita Angelus *in auth. de æqualitate dotis, §.*1. *ad finem*, Romanus *in l.*1. *ff. ſoluto matrimon. ibidem* Socinus *num.* 91. Campegius *d. quæſt.*93. *numer.*4. & Menoch. *d. præſumpt.*13. *numer.*17. Mantica *d. tit.*20. *numero* 8. *verſic. ſecundùm*, & alij ab eodem Mantica allegati. 208

Confeſſio mariti de dote recepta, quod ſub ſpe futuræ numerationis præſumitur facta, an præiudicet anterioribus creditoribus mariti ex ſola mariti confeſſione facta, ſiue ex cauſa mutui, ſiue ex alia, & etiam intra tempora ad excipiendum conceſſa non poſſint aduerſus vxorem excipere dotem non fuiſſe numeratam?

Difficultas tertia eſt, an præfata confeſſio mariti de dote recepta, quæ in dubio præſumitur facta ſpe futuræ numerationis, præiudicet creditoribus mariti ea confeſſione anterioribus, qui probant ſuum creditum ſolum ex confeſſione eiuſdem mariti, & non conſtat de numeratione pecuniæ, etiamſi ſimus intra tempora à iure conceſſa ad excipiendum dotem non fuiſſe marito numeratam. Dixi *etiamſi ſimus intra tempora, &c.* Nam poſt lapſa tempora iuxta tradita *num.* 200. & Doctores *ibidem* allegatos noceret, cum noceat etiamſi cõſtet creditores marito pecuniam numeraſſe, vt *d. n.* 200. *&* 201. dictum eſt: Difficultas ergo eſt, an etiam intra tempora ad opponendam exceptionem nõ numeratæ dotis præfata confeſſio noceat iiſdem creditoribus, qui contra vxorem nituntur tantum ex confeſſione mariti, quamvis non noceat creditoribus probantibus veram numerationem, *vt ſuprà numero* 199. probatum eſt, & nocere eiſdem creditoribus, vt non poſſint aduerſus vxorem opponere exceptionem non numeratæ dotis, ſed ipſi teneantur probare ſuum creditum, & pecuniam fuiſſe marito numeratam abſolutè, & indiſtinctè dixerunt Baldus, Imola, & nonnulli alij *in l.*1. *ff. ſolut. matr.* Couarruuias alios allegans *lib.*1. *var. cap. ſeptim. numer. ſexto, verſic. ex præmiſſis* ibi, *oportet tamen*, & Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 13. *numer.* 12. *&* 13. quia in pari cauſa potior debet eſſe conditio dotis, *l. in ambiguis, ff. de iure dotium:* in hoc autem caſu par eſt cauſa dotis, & creditorum, ac proinde debet præualere ipſa dos, & ob hanc rationem prædictorum Doctorum ſententiam, quando creditores mariti anteriores nituntur ex confeſſione mutui, vel dotis (contra quam debitori competit exce- 209

ptio

ptio non numeratæ pecuniæ, *l.generaliter,& l ſi ex cautione, Cod.de non numer. pecunia, l.3. Cod. de dote cauta,* approbarunt Alexander *in d.l.1. num.35. ff. ſolut. matr.* ibidem Socinus *num.* 88. Decius *conſ.96 ad finem,* Gozadinus *conſ.28.num.28.* Campeg. *de dote p.1. q 93.* & Manrica *de tac.& ambig.lib.11. tit.20.n.46.* Fontanella *de pactis nupt. clauſ.14. gloſſa vnica, p.2. num.62.* ſecus ſentientes ſi creditores nitantur ex confeſſione à marito facta ex cauſa alterius contractus, putà venditionis, depoſiti, vel commodati, aut locationis, de quo mox infrà.

210 Alij verò ſentiunt, ſiue creditores mariti anterioris nitantur ex confeſſione à marito facta ex cauſa mutui, aut dotis (cui confeſſioni poteſt opponi exceptio non numeratæ, vel non ſolutæ dotis) ſiue ſint creditores ex confeſſione ex alia cauſa, putà depoſiti, commodati, venditionis, aut locationis, vel ſimili, eam confeſſionem mariti de dote recepta, cuius numeratio aliunde non conſtat, non nocere iiſdem creditoribus anterioribus ex ſola mariti confeſſione, nec tribuere vxori priuilegium prælationis, de quo *in d.l. aſſiduis, Cod. qui in pign. pot.habeantur,* ita Cumanus *in l.1. ff. ſolut. matr. ibidem* Aretinus *num.* 7. Bulgarinus *n.* 49. à Valaſco *d.conſult.6. n.8.* relati, Valaſcus *d.n.8. & n.9.* & in hanc ſententiam inclinat Baldus Nouell. *de dote p. 10.n.16.* licet in fine relinquat cogitandum propter magnam Doctorum *numer. præcedenti* allegatorum authoritatem. Prima pars huius ſententiæ, ſcilicet ſi ſint creditores mariti ex confeſſione eiuſdem facta ex cauſa mutui vel dotis, quod mulier non debeat illis præferri, ſeu non habeat priuilegium prælationis, de quo *in d.l.aſſiduis,* probatur, quia licet creditores habeant pares titulos, nihilominus creditores, vtpote anteriores confeſſione mariti de dote recepta, ſunt melioris conditionis, cum fundetur in ipſa anterioritate temporis, & ſic in iure communi, quod vult, vt prior tempore ſit potior iure; vxor verò nititur ex iure ſpeciali, ſcilicet priuilegio dictæ *l.aſſiduis,* quod non extenditur vltra caſum expreſſum, ſcilicet dotis, quam conſtat eſſe marito datam, quodque eſt debilius & facilius tollitur, quàm ius commune *l.eius militis, §. militia miſſus, ff. de teſtam. militari.*

211 Altera pars eiuſdem ſententiæ, ſi creditores anteriores probent ſuum creditum ex confeſſione mariti facta ex alia cauſa, quàm mutui, vel dotis, ſcilicet depoſiti, commodati, venditionis, vel locationis, præferri debeant vxori nitenti ſola confeſſione mariti de dote recepta, probatur quia cum in his caſibus non ſit locus exceptioni non numeratæ pecuniæ, quæ ex conſenſu omnium Doctorum habet locum ſolum in cauſa mutui, & dotis, iuxta titulum *Cod. de non numerata pecunia, & titulum Cod. de dote cauta non num.* talis confeſsio mariti erga creditores probat veritatem, *l.generaliter, Cod. de non num.pecunia, & l.Publia, §.fin. ff. depoſiti,* donec contrarium fuerit probatum, vt iiſdem textibus, quare iidem creditores ſunt in potiori cauſa, & nituntur iure communi (vt dictum eſt) ſcilicet in anterioritatem temporis, cum mulier nitatur iure ſpeciali, *d.l.aſſiduis,* quod (vt iam dictum eſt) debilius eſt, & facilius tollitur quàm ius commune, & hæc latiùs declarant Alexander, Socinus, & Aretinus *locis allegatis.*

212 Ex quibus colligitur, quod ſi vxor ipſa prætendens, ſe præferri creditoribus ex ſola mariti confeſsione, nitatur iure communi, quia prior tempore ſit, eo quod confeſsio mariti erga creditores fuerit poſterior confeſsione erga vxorem, in dubio & antequam creditores probauerint, ſe numeraſſe marito pecuniam ipſam eſſe anteponendam, vt expreſsè Gozadinus *c.42.n.13. verſ. non obſtat ſi dicatur,* & Mantica *d.tit.20.num.47.fine.*

Eadem confeſſio dotis receptæ an præiudicet anterioribus mariti creditoribus habentibus tantùm actiones perſonales, ſiue fuerint, ſiue non fuerint poſt illam confeſſionem tranſacta tempora opponendi exceptionem non numeratæ dotis.

Difficultas quarta eſt, an confeſsio mariti de dote recepta, quãdo in dubio præſumitur facta ſpe futuræ numerationis (vt facta ante contractum matrimonium, vel in ipſo contractu, vel paulò poſt ante conſummationem, iuxta tradita in præcedentibus) noceat creditoribus mariti confeſsione anterioribus nullam habentibus hypothecam in bonis mariti, neque expreſſam, neque tacitam, ſed tantum actionem perſonalem, de qua difficultate Baldus Nouell. *d.p.10.num.10.verſ.2.caſus,* Couatruuias *d.c.7.n.7. verſ. tertiò illud,* Menochius *d. præſumpt.* 13. *n.* 18. & Ioſeph Lud. *deciſ. Peruſina* 66. *num.32.p.2.* Reſpondetur breuiter primò, ſi poſt confeſsionem mariti de recepta dote tranſacta ſint tempora à lege conceſſa ad excipiendam dotem non fuiſſe numeratam, eam confeſsionem nocere iiſdem creditoribus mariti habentibus tantùm actionem perſonalem vt non poſsint eandem exceptionem non numeratæ dotis proponere aduerſus vxorem, ſed ipſis incumbat onus probandi dotem non fuiſſe numeratam; nam ſi hoc pacto talis confeſsio tranſactis præfatis temporibus nocet creditoribus mariti habentibus tacitam hypothecam, iuxta tradita *ſuprà num.* 200. & Doctores ibidem allegatos, multò magis nocere debet creditoribus ſolum chirograhariis, & habentibus tantùm actiones perſonales: ita Couarruuias, Menochius *locis citatis,* & ita intelligendos eſſe Baldum Nouell. *loc.cit.* & Paulum de Caſtro *in l. 1. in fine, ff. ſolut. matr.* dum dicunt confeſsionem mariti de dote recepta ante matrimonium factam nocere creditoribus anterioribus, quibus hypotheca nulla tacita vel expreſſa competat. 213

Reſpondetur ſecundò, ſi poſt eam confeſsionem dotis receptæ nondum ſint elapſa tempora præfata ad opponendam exceptionem non numeræ dotis conceſſa, talem confeſsionem non nocere iiſdem creditoribus anterioribus habentibus dumtaxat actiones perſonales: nam intra eadem tempora etiam creditores mariti non hypothecarij, ſed tantùm actiones perſonales habentes contra vxorem, & eius hæredes poſſunt vti præfata exceptione non numeratæ dotis, qua vti poteſt maritus vt ſuprà *num. 199. ex l.ſi cui pen. Cod. de non num. pecunia,* probatum eſt; & ita ſentiunt Couarruuias *loco num. præcedenti allegato.* Valaſcus & Molina *locis ſup. d.n.199.* relatis, & tradidere prius Socinus *in l.1.num. 92.ff.ſolut.matr.* & Ripa *in l.quæſitum §.ſi ſponſa, in fine, ff. de priuil. credit.* à Couarruuia & Menochio relati, qui dum contra Nouellum, & Paulum de Caſtro negant eam confeſsionem dotis receptæ nocere creditoribus mariti anterioribus, licet nullam habentibus hypothecam, rectè poſſunt intelligi, ſi ſimus intra tempora à iure præfinita ad opponendam exceptionem non numeratæ dotis. Quare ſi iidem Nouellus, & Caſtrenſis velint præfatam confeſsionem dotis receptæ etiam intra tempora opponendi nocere creditoribus mariti anterioribus ſolum perſonalibus, non forent audiendi, & rectè fuiſſent reprobati ab iiſdem Socino, & Ripa. 214

Quando autem confeſsio mariti de dote recepta poſt præcedentem dotis promiſsionem facta noceat mariti creditoribus, oſtenſum eſt *ſuprà à num.* 150. *ad* 155. & etiam quando confeſsio dotis receptæ facta ſub ſpe futuræ promiſsionis à tertio faciendæ ea promiſſione ſubſequuta iiſdem creditoribus præiudicet, dictum eſt *ſuprà num.*180.

Confeſſio mariti de dote recepta, quæ non apparet, niſi ex eiuſdem mariti confeſſione, nec de reali numeratione conſtat, an & quando præiudicet fiſco.

Ex traditis in præcedentibus colligi poteſt, an, & quando confeſſio mariti de dote recepta, vbi aliunde non conſtat de reali numeratione, noceat fiſco, ſiue poſt præfatam confeſſionem, ſiue ante illam maritus commiſerit delictum habens annexam ipſo iure confiſcationem omnium bonorum.

215 In caſibus enim, in quibus confeſſio præſumitur facta animo donandi mulieri, eſtque tacita donatio iuxta tradita ſuprà in inſpectione ſecunda, ſi poſtea maritus poſt confeſſionem commiſerit delictum dignum ipſo iure bonorum omnium confiſcatione, præfata confeſſio ſicut non nocet marito, qui poteſt illam reuocare, vel illi opponere ſimulationem donationis inualidæ, vt *ſuprà n. 59. & 60.* probatum eſt, neque nocet mariti creditoribus, vt *ſupra n.* 184. notatum eſt, ita etiam non poteſt nec debet nocere fiſco, qui eam confeſſionem & tacitam donationem poterit impugnare eodem modo, quo poſſunt maritus & eius creditores, iuxta notata *ſup. d. n.* 184. cum in hoc non debeat eſſe deterioris conditionis fiſcus quàm maritus, & mariti creditores.

In caſibus verò, in quibus confeſſio mariti de dote recepta (de cuius numeratione aliunde non conſtat) præſumitur facta ſpe futuræ numerationis, ſi delictum à marito fuerit commiſſum antequam lapſa ſint tempora opponendi exceptionem non numeratæ dotis, talis confeſſio non præiudicat fiſco quin poſſit opponere præfatã exceptionem non numer. dotis aduerſus mulierem agentem ad reſtitutionẽ dotis confeſſatæ ante præfatorum temporum lapſum: nam ſicut intra eadem tempora maritus, & eius creditores anteriores, & poſteriores confeſſione poſſunt præfatam exceptionem opponere iuxta tradita *ſuprà n. 19. & 199.* ita etiam poteſt fiſcus, ita Iſernia *in conſt. regni conſtitutione cauſas,* Afflictus *dec. 402. n. 10. & 11.* Rolandus *conſ. 20. n. 16. & conſ. 84. num. 10. & 11. verſic. non obſtat lex ſi quis poſt hac,* apud eũdem Plotum *conſ. 130. n. 51.* & in ſpecie probat *d. l. ſi quis poſt hac, Cod. de bonis proſcriptorum,* dum *ibidem verſ. dos etiam,* vult quod mulier vltra confeſſionem mariti probat numerationem dotis, vt præualeat fiſco ab illoque eam vindicat, quod procul dubio intelligitur ante lapſum temporis opponendi exceptionem non numeratæ dotis.

216 An verò intelligi debeat tantum ante lapſum dicti temporis opponendi exceptionem, an verò etiamſi poſt lapſum dicti temporis à confeſſione mariti commiſerit maritus delictum habens annexam ipſo iure confiſcationem bonorum, vt etiam & tempore opponendi præfatam exceptionem non numeratæ dotis elapſo confeſſio illa non noceat fiſco, & mulier agens ad dotis reſtitutionem debeat probare numerationem contra fiſcum, idque *ex ſpeciali priuilegio,* quod fiſco fuerit conceſſum *in d. l. ſi quis poſt hac, d. verſ. dos etiam,* & verba ſunt, *dos etiam non quæ aliquoties inaniter dotalium inſtrumentorum tenore conſcribitur, ſed quam ſe corporaliter docuerit, repræſentetur.*

217 At contrarium, etſi confeſſio dotis receptæ præceſſerit, & lapſum ſit tempus à iure *leg. 3. cum auth. ſeq. Cod. de dote cauta non numerata,* conſtitutum ad opponendam exceptionem non numeratæ dotis, & poſteà ſubſequutum ſit mariti crimen, confeſſionem nocere fiſco (ſicut & nocet mariti creditoribus iuxta tradita *ſuprà num.* 200. & Doctores communiter ibidem allegatos) & non poſſe fiſcum opponere aduerſus vxorem agentem ad dotis confeſſatæ reſtitutionem præfatam exceptionem non numeratæ dotis, vt ipſa debeat, ſeu teneatur probare numerationem dotis fuiſſe factam non obſtante præfati temporis lapſu ante crimen commiſſum, ſentiunt Iſernia, Afflictus, Rolandus *locis præallegatis,* Rota Rom. apud Verállum *deciſ. 196. lib. 1.* Peregrinus *de iure fiſci lib. 5. titul. 1. numero* 82. Mareſcottus *var. lib. 1. cap. 8. num.* 18. Hodierna *ad deciſ.* 116. Surdi, Borellus *in ſum. deciſ. p. 2 tit. 3. num. 258. & ſeqq.* & Boſſius *in pract. titul. de bonorum publicatione, num.* 49. (vbi etiam ait, quidquid ſit de iure, in ciuitate Mediolani ſeruari, quod valeant tales dotes, de quarum confeſſione ſolum apparet, ſcribens *ibidem* idem ſeruari in argumento dotis confeſſato) & plures alij à Rolando *d. num.* 10. & à Borello relati: probatur quia iure communi ſi poſt eam confeſſionem dotis receptæ lapſa ſint tempora ad opponendam exceptionem non numeratæ dotis, negatur exceptio non numeratæ dotis aduerſus mulierem, & confeſſio habet plenam dotis probationem, dóſque à iure præſumitur ſoluta, iuxta tradita *ſuprà num.* 200. & Doctores *ibidem* allegatos: ius autem commune prædictum non reperitur ſpecialiter ſublatum fauore fiſci, quia *d. lex ſi quis poſt hac,* intelligitur quando ſumus intra tempora opponendi exceptionem non numeratæ dotis; ſecus autem quando crimen commiſſum eſt poſt lapſa tempora, & non inducit ſpeciale priuilegium, cum id non dicat: & fiſcus vtitur iure communi, niſi vbi eſt priuilegiatus, *l. ſi fiſcus, ff. de iure fiſci,* ita præallegati Doctores, præſertim Iſernia, Afflictus, & Rolandus.

An verò idem ſit dicendum ſi in confeſſione dotis 218
receptæ maritus renunciauerit dictæ exceptioni dotis, vt fiſcus non poſſit opponere dictam exceptionem non numeratæ dotis, etiamſi crimen mariti fuerit commiſſum ante lapſum temporis opponendi eam exceptionem, & intra idem tempus non eſſe adhuc locum exceptioni, ſicut etiam maritus confitens, qui renunciauit dictæ exceptioni, non poteſt intra idem tempus dicta exceptione vti aduerſus vxorem, vel eius hæredes, affirmarunt Paulus de Caſtro *in l. ſi marito, in princip. num. 2. ff. ſolut. matr.* relatus à Borello *d. tit. 3. n.* 260. Rota *d. deciſ.* 196. & approbat Borellus *ibidem n.* 262. addens rationem, ſcilicet quia fiſcus non debet eſſe melioris conditionis, quàm ipſe maritus, *l. fiſcus, in principio, ff. de iure fiſci:* vbi dicitur, quod *fiſcus cum in priuati ius ſuccedit, priuati iure pro anterioribus ſuæ ſucceſſionis temporibus vtitur.* Obſtare tamen videntur tradita *ſuprà num.* 206. quia cum talis renunciatio ſit voluntaria, debet obeſſe tantum ipſi renuncianti, non tertio, & ſic nec fiſco, ſicut non nocere creditoribus mariti, vt dictum eſt *eodem num.* 206. alia verò ratio eſt, quando poſt confeſſionum lapſa tempora opponendi exceptionem, quin ius ipſum negat marito exceptionem, & habet illam confeſſionem pro vera, & pro plena probatione numerationis dotis.

Quid verò ſi poſt delictum mariti, propter quod 219
ipſo iure omnia bona delinquentis confiſcantur, confeſſio dotis receptæ ab eodem marito fuerit facta, huiuſmodi etiam confeſſionem præiudicare fiſco, illique quoad dotem confeſſatam præferendam eſſe vxorem, contra Surdum nititur Hodierna probare, ſed aſſerendum eſt eam confeſſionem non præiudicare fiſco, eo quod præſumatur facta ſolum in fraudem fiſci, vt dictum eſt *ſuprà n.* 163. & tradunt Surdus, Peregr. & Borellus *locis eod. n.* 163. *allegatis,* & probat ratio *ibidem* ex Surdo adducta.

Confeſſio

Confeſſio mariti de dote recepta, ſeu dos confeſſata, an, & quado noceat fideicommiſſario, & pro ea reſtituenda poſſint alienari bona fideicommiſſi.

220 Ex traditis hueuſque pariter colligendum, quandoꝰ ã confeſſio dotis receptæ facta per maritum noceat fideicommiſſario, vt ſcilicet pro tali dote confeſſata (licet aliunde non appareat, nec conſtet de reali numeratione dotis) reſtituenda vxori marito cõfitente defuncto poſſint alienari, & ſint alienanda bona fideicommiſſo ſubiecta, ſi alia bona confitentis non exiſtant, prout pro reſtitutiuoe dotis marito vel eius patri numeratæ aliis bonis non exiſtentibus poſſe alienari, iuxta *auth. res quæ C.comm.de legatis*, tradunt communiter iuriſperiti: de qua re *infr.c.15.* licet enim pro reſtitutione dotis confeſſatæ quam ſcilicet fideicommiſſo grauatus confeſſus eſt recepiſſe, nec conſtet de reali numeratione, alienari minimè poſſe bona fideicommiſſi, iuxta *d.auth.res quæ*, tanquam regula generalis ſtatuatur à Iuriſperitis, quos latiſſimè referunt Padill. *in d.auth.res quæ, n.119.& 120.* Menoch. *de præſ. l. 4. præſ.* 190. Sfortia Oddus *de fideicom.q.44.n.119.&* 120. Peregrin. *de fideicom.art.12.n.83.* Fuſarius *de ſubſtit.q.532.num.23.* & apud eoſdem alij communiter aſſerentes rationem, quod præfatum priuilegium dotis, ſicut & alia dotis priuilegia ſunt cõceſſa doti veræ, dos verò confeſſata tantum non eſt vere, & propriè dos, ſi aliunde non conſtat de numeratione, ac proinde dotis priuilegia non habent locum in eadem dote tantum confeſſata, ſed vt habeant locum, opus eſt conſtare de numeratione, vt abſolutè dixit Gloſſa *in l.aſſiduis, verbo dote, Cod.qui pot.in pig habeantur*, vt notatum eſt *ſup.n.202.*

221 Nihilominus reſolutio tenenda eſt, quod in quibuſcumque caſibus, in quibus præfata confeſſio mariti de dote recepta, ſiue ante contractum matrimonij, ſiue in ipſo contractu, ſiue iam conſtante matrimonio facta, nõ probat numerationem in præiudicium creditorum mariti, neque illis nocet, neque etiam probat in præiudiciũ fideicõmiſſarij, illique minimè nocet, & ſic pro ea dote à grauato fideicommiſſo confeſſata alienari non poſſe bona fideicommiſſi. At verò in caſibus, in quibus probat numerationem in præiudicium creditorum mariti, & illis nocet, probet etiam in præiudicium fideicõmiſſarij, illique obſit, & ſic in iiſdem caſibus in ſubſtituti fideicommiſſarij præiudicium pro talis dotis confeſſatę reſtitutione bona fideicõmiſſi alienari poſſe, ait expreſſè Opiaonius *in l filiusfam. §. Diui, n.146.* Petra *in tr.de fideicommiſ. q.8. n.380. verſ.ſecundo autem caſu*, Padill. *d.n.120.fine*, Oddus *d.q.44.n.123.& plurib ſeqq & num.135.* Menoch *d.præſ.190.n.51.* Roland. à Valle *conſ 85. n.42.l.1.& conſ.20.n.18 fine, l.4.* Paſchalis *de virib.patria poteſt.cap.7.num.51 ad 56.* Cancerius *var.tom.1.c.9. n.183.verſ.quam concluſionem*, Peregrin. *d.n.83.* Fuſarius *d.q.332.n.26.& ſeqq.* & alij ab iiſdem relati.

222 Quare ſimplex confeſſio dotis receptæ in illis caſibus, in quibus in dubio præſumitur facta animo donandi, ſeu tacita donatio [vt ſi facta conſtante matrimonio] non præiudicat fideicommiſſario, neque pro ea reſtituenda poſſunt in præiudicium ſubſtituti alienari bona fideicommiſſi, cum non præiudicet mariti creditoribus, vt notatum eſt *ſup.n.184.& num.185.* & ita etiam expreſſè Petra *d.n.380.verſic.primum caſus*, & Oddus *d. q.44. n.123.*

223 Et ſic etiam confeſſio dotis receptæ facta in teſtamento, quæ ſuſtinetur in vim legati, non præiudicat fideicommiſſario, neque pro ea reſtituenda poſſunt bona fideicommiſſi alienari, vt dictum eſt *ſup. num.100. verſ. infertur tertiò.*

224 Neque etiam bona fideicommiſſo ſubiecta poſſunt alienari prodote à marito confeſſata, quando confeſſio præſumitur facta in fraudem creditorum, quibus non nocet, iuxta tradita *ſup.n.158.159.& n.181.* cum & fideicommiſſarij dicantur creditores, *l.irritam*, & ibi Bald. *C.ad l.falcidiam*, ita expreſſè Mantica *de tacitis, & ambiguis coniect.lib.11.tit.20.n.38.* poſt Beroum *conſ.116. n.25.cum ſeq. & n.29.l.2.*

Præiudicat verò fideicommiſſario confeſſio dotis receptæ in omnibus caſibus, in quibus ex circumſtantiis vel indiciis, ſeu coniecturis cum confeſſione concurrẽtibus probat dotis numerationẽ, cũ & in iiſdem caſibus præiudicet mariti creditoribus [qui caſus ſunt enumerati *ſup.n.103. & trib.ſeqq. & n.123. ad 158.*] ita etiam expreſſè Roland. *d.conſ.85. eod.n.42.* & Oddus *d.q.44. n.124.* Quapropter etſi Cancerius *d.cap.9.n.183.initio*, referat declaratum fuiſſe fideicommiſſario non nocere confeſſionem dotis factam per maritum, licet dotale inſtrumentum præceſſerit, niſi de reali dotis numeratione conſtet, nihilominus cum *ſup. n.150.cum plurib. ſeqq.* probatum ſit, confeſſionem mariti de recepta dote facta poſt præcedentem dotis promiſſionem nocere mariti creditoribus, debet etiam nocere fideicommiſſariis iuxta Doctores *n.221.* allegati, quod etiam alios allegans expreſſè aſſerit Oddus *d.q.44 n.133.* ſimiliter cum confeſſio dotis receptæ facta ſpe futuræ promiſſionis dotis à tertio faciendæ eiuſmodi promiſſione ſubſequuta præiudicet mariti creditoribus, vt *ſup.n.180.* dictum eſt, nocebit etiam fideicommiſſariis. 225

Quandoque poſt confeſſionem dotis receptæ ſub ſpe 226 futuræ numerationis facta ſunt elapſa tempora opponendi exceptionem non numeratæ dotis, ſicut ea confeſſio præiudicat mariti creditoribus anterioribus iuxta tradita *ſup.n.200.* & Doctores *ibid.* relatos, ita eandem confeſſionem nocere fideicommiſſariis, vt pro eadem dote confeſſata reſtituenda poſſint alienari bona fideicommiſſi, tradũt Roland. Menoch. Opizonius *locis ſup. n.221.* relatis Oddus *d.q.44.n.131.* & alij ab eodem allegati, licet cõtrariũ ſentiant Gloſſa, & alij Doctores *ſup. n.202.* allegati, & alij quos refert Oddus *d.q.44. n.129.*

Dos confeſſata an, & quando habeat priuilegiũ tacitæ hypothecæ, & prælationis, & alia priuilegia veræ dotis, de cuius reali numeratione conſtat.

Ex per tractatis in præcedentibus denique colligi- 227 tur reſolutio difficultatis, an priuilegium tacitæ hypothecæ pro illius reſtitutione in bonis mariti, & prælationis reſpectu creditorum mariti habentium tãtum tacitam hypothecam, de quo *in l. aſſiduis, C. qui in pign. pot.habeantur*, & alia priuilegia, quæ habet ipſa dos verè & realiter recepta, habeant locum etiam in dote cõfeſſata, & præſertim illud tacitæ hypothecæ, & prælationis pro dote repetenda, licet enim, ſi vltra confeſſionem non conſtat aliter per legitimas probationes de numeratione facta, negent Gloſſa *in d. l.aſſiduis, verbo data*, & plures alij, quos referunt Tiraquell. *de retractu conuentionali §.4.gloſ.6.n.14. & de retractu leg.§.1.gloſſ. 18.n.62.* Oddus *d q.44.n.119.& n.129.* Menochius *dict. præſumpt.190.n.50.* P. Barboſa *ad l.1.p.6. n.55.ff. ſolut. matr.* & Amator Rodriquez *in tractatu de concurſu creditorum, articulo 1.de priuilegiis dotis, n.28.* & è contra affirmauerint Bartol. *in d. l.aſſiduis, n.11.* & plures alij, quos referũt Tiraquell *d.gloſ.18.n.88.* & P.Barboſa *d p.6.n.26.* Nihilominus iuxta tradita *in præced.* & Doctores ſuis locis præallegatos aſſerendũ eſt, dotẽ confeſſatá per maritum nõ habere illud priuilegiũ tacitę hypothecæ, & prælationis, neq; alia priuilegia doti cõceſſa in omnib.caſib. in quibus nõ pręſumitur vera, neq, probat numerationem contra mariti creditores, illiſque nõ nocet, habere verò in omnib.caſibus ſupr.explicatis, in quib. præſumitur vera, & probat numerationẽ cõtra mariti creditores, illiſque pręiudicat; cum enim in prędictis caſibus confeſſio habeat plenam probationem, & dos

confeſſata habeantur vel ſoluta, & vere numerata marito, vt in iiſdem caſibus ſuperius probatum eſt, & Doctores in explicatione eorumdem caſuum tradunt, debeat etiam habere priuilegia conceſſa doti realiter receptæ à marito, vt iidem Doctores, præſertim *ſup. n. 150. & num. 500.* allegati tradidere.

Prædicta de materia confeſſionis mariti dotis receptæ, ſeu dotis confeſſatæ per virum tam intricata, & non parum confuſè à plurimis Iuriſperitis pertractata aliquantulum autem prolixe; ſed id fuit neceſſarium volenti maiori, qua potuit diſtinctione & claritate rem enodare. Quibus addendum duxi etiam explicationem ſequentis difficultatis de confeſſione vxoris de dote, vel eius aliqua parte recepta, ſcilicet.

Quando maritus, & vxor ſimul confeſſi ſunt recepiſſe dotem à debitore dotis, vel pretium fundi dotalis de communi conſenſu venditi ab emptore, huiuſmodi confeſſio vxoris illi præiudicet in repetitione dotis, vt non poſſit totam repetere à marito, vel eius hæredibus.

228 An ſi vir & vxor ſimul confeſſi ſint, ſe recepiſſe dotem à debitore eiuſdem dotis, vel recepiſſe pretium fundi dotalis de communi conſenſu venditi ab emptore, ex eiuſmodi confeſſione ab ambobus facta de receptione dotis, vel pretij tota dos, vel totum pretium præſumatur deueniſſe ad maritum, an verò tantum dimidia pars, & altera dimidia ad vxorem, atque ita per talem confeſſionem inferatur præiudicium vxori, vt diſſoluto matrimonio, vel aliter eueniente caſu reſtitutionis conſtante matrimonio eadem vxor nequeat à marito, vel eius hæredibus petere totam dotem, ſed tantum mediam partem, & plurium Iuriſperitorum ſententia eſt, præſumi medietatem dotis, vel pretij perueniſſe ad quemlibet ipſorum: ita Baldus *in l. mater & ſoc. 4. verſic. ſed hic quæro, quod in tali caſu maritus, Cod. de rei vendic.* Bartolus *conſ. 124.* Paulus de Caſtro *conſ. 296. lib. 1.* Franciſcus Marcus *dec. 508. n. 16 p. 1.* & alij à Tiraquel. *de retr. conſang. §. 31. gloſſa vnica, n. 4.* Craueta *conſ. 91.* Boërio *dec. 23. initio,* & Valaſco *conſult. 83. num. 7.* relati, qui probatum *argum. l. reos §. cum tabulis ff. de duobus reis,* vbi dicitur duos centum ſtipulatos in dubio viriliter obligari, ſingulosque virilem partem videri ſtipulatos, niſi aliud actum ſit.

229 Aliorum tamen ſententia (quæ videtur communiter recepta eſt) ex ea confeſſione à viro, & vxore ſimul facta præſumi totam dotem, vel totum pretium deueniſſe ad virum, & nihil ad vxorem; niſi vel vere, & expreſſe probetur, quod dimidietas ad mulierem peruenerit, vel in eius vtilitatem conuerſa ſit, vel confeſſio ſit facta in iudicio, ſcilicet coram iudice in figura iudicij: ita Baldus ſibi contrarius *in auth ſi qua mulier, verſic. pone ergo quod vir, Cod. ad Vell. per textum ibi,* & per text. *in l. cum quis decedens §. Titia ff de leg. 3.* Alexand. *conſ. 172. num. 16. vol. 6.* Baldus Nouellus *de dote p. 7. priu. 1. n. 15. circa finem verſ. & per prædicta.* Campeg. *de dote p. 4. q. 10.* Boërius *d. deciſ. 23. num. 6.* Craueta *ad conſ 91. num 11.* Tiraquellus *d. gloſſa vnica, n. 5.* Afflict. *deciſ. 209. num 3. & 4.* Vrſillus *ibidem in addit. num. 1.* Capycius *deciſ. 78. n. 9.* Oſaſcus *deciſ. 43. n. 7.* Anton. Theſ. *deciſ. 252. n. 54.* Valaſcus *conſult 83. n. 7.* Botellus *in ſumm. deciſ. p. 2. tit. 3. num. 505. & 563.* & plurimi alij ab iiſdem, præſertim à Tiraquello, Boërio, Oſaſco, & Botello relati. Probatur hæc ſententia per textum *in d. auth. ſi qua mulier,* vbi habetur, quod quando vir, & mulier in eodem inſtrumento ſe obligant, non tenetur mulier, niſi quatenus doceatur verſum in vtilitatem mulieris. Pluribus aliis rationibus probatur à Boërio, & Craueta etiam, præcipuè ea ratione *ſupra cap. præcedenti 9. num. 110.* adducta ſcil. quod quando reperiuntur duo rei ſeu obligati in caſu, in quo negotium ad alterum tantum ſpectat, is principaliter, & in ſolidum obligatur, alter autem ad quem negotium non ſpectat, videtur promittere animo intercedendi pro eo, ad quem ſpectat negotium, & pro ſecuritate, & cautela alterius partis, iuxta Textus *d. n. 110.* adductos, & Doctores ibidem allegatos, & alios à Boërio, & Craueta relatos: quare cum dos, & eius adminiſtratio conſtante matrimonio pertineat ad maritum onera matrimonij ſuſtinentem, qui eſt Dominus dotis, ſaltem quoad adminiſtrationem in ſui commodum, vxor in huiuſmodi confeſſione de receptione dotis, vel pretij fundi dotalis venditi, etiamſi venditio facta ſit ſimul à marito, & ipſa vxore, videtur, & præſumitur tantum interueniſſe pro ſecuritate, & cautela ipſius debitoris dotis, vel emptoris, ne in futurum ab vxore, vel eius hæredibus queant moleſtari dicendo dotem, vel pretium non fuiſſe ſoluta, ideo nihil præſumitur perueniſſe ad vxorem, ad quam non pertinet dos conſtante matrimonio, ſed pertinet ad maritum, & ita ad eundem maritum tota dos, vel totum pretium præſumitur perueniſſe, hocque docere experientiam traduot ipſe Bartolus *d. conſ. 124.* & poſt Imolam Afflictus *d. dec. 509. num. 3.* idem etiam confirmans poſt eundem Imolam ex eo, quod vxor non poteſt commodè voluntati mariti reſiſtere, quod etiam conſiderant Campegius, & Oſaſcus *locis citatis*, vnde Craueta *d. num. 51.* notat, quod ſi dimidia pars dotis præſumeretur perueniſſe ad vxorem, de facili vxores remanerent deceptæ, & in damno, quia de facili inducuntur à maritis ad ita confitendum: quapropter iidem Doctores aiunt ſatis iuſtum eſſe, vt mulier non teneatur medietatem dictæ dotis, vel dicti pretij in ſua dote excomputare, licet in inſtrumento ab ambobus ſimul facta ſit confeſſio de receptione dotis, vel pretij. Quod verò dicitur *in d. §. cum in talibus*, Campeg. & Afflictus aiunt procedere in his perſonis, quæ poſſunt ſe aliter obligare, non verò in vxore, quæ non poteſt ſe obligare pro viro, vt *d. auth ſi qua mulier*, nec etiam regulariter pro aliis, *vt l. 1. & toto tit. ff. ad Vellei.* procedit autem huiuſmodi ſententia non ſolum quando Notarius in inſtrumento eſſet rogatus, & teſtaretur de confeſſione viri, & vxoris confitentium pecuniam dotis, vel pretium perueniſſe ad eos, vt tunc iuxta ius tota dos, totumve pretium præſumatur perueniſſe ad manus mariti, vt probant tradita, & expreſſe notat Baldus Nouellus *loco citato*: vbi tamen ſubdit, quod ſi Notarius atteſtaretur, quod in ſui præſentia fuerit pecunia numerata viro, & vxori, illamque habuerint, & receperint, ſecus eſſet dicendum: ſed imò procedit etiamſi Notarius atteſtaretur in ſui præſentia pecuniam fuiſſe numeratam viro & vxori, vt expreſſe aiunt Campegius *d. q. 110.* & Vrſillus *ad dict. addit. ad dec.* Afflicti, *num. 5.* quia etiam tunc vrgere videtur militare ratio ſupra adducta, & credendum breui manu pecuniam ipſam de vxore ipſa deueniſſe ad virum, ad quem ſpectat dos, & illius adminiſtratio pro ſuſtinendis matrimonij oneribus, niſi alio modo probaretur eandem pecuniam verſam in eiuſdem vxoris vtilitatem, prout ita de iure requirimus, cum non ſimus in caſibus, in quibus dos ſolui poteſt mulieri, iuxta *l. maritus, § manente, ff. de iure dotium, & l. 1. Cod ſi conſtante matrimonio, & leg. quamuis, ff. ſolut. matr. cum ſimilibus.*

Ex quibus conſtat ex præfata confeſſione de pecunia 230
dotis, vel pretij fundi dotalis recepta à marito, & vxore ſimul facta quoad eoſdem maritum, & vxorem nullum fieri præiudicium vxori in receptione dotis, quin poſſit totam à marito vel eius hæredibus petere, niſi doceatur medietatem dotis, vel pretij fundi dotalis ad eam perueniſſe, & verſam eſſe in eius vtilitatem, vt expreſſe tradunt omnes præallegati Doctores, & alij apud eoſdem: at verò quoad vxorem, & emptorem fundi dotalis confeſſionem prædictam recepti pretij à marito & ab eadem vxore ſimul facta nocere mulieri reſpectu

eiuſdem emptionis, & inducere probationem, quod ipſam percepiſſet medietatem pretij, & quod non poſſet agere contra ipſum emptorem, cum cenſeatur ſe obligaſſe in ſolidum pro marito tãquam fideiuſſor pro ſecuritate eiuſdem emptoris, tradunt Bartol. & Bald. *locis ſuprà num.* 128. *citatis*, Tiraquellus *d. gloſſa vnica, num.* 4. *verſ. verbi gratia*, Valaſcus *d. conſult.* 83. *n.* 8. Afflictus *d. deciſ.* 209. *num.* 4. *& ibid.* Vrſillus alios allegans *num.* 7. qui tamen aduertit hoc intelligendum, quando mulieri ipſi poterit eſſe conſultum ſuper aliis bonis viri, vt ſibi ſatisfiat de ſuis dotibus; ſi verò ei non fuiſſet conſultum, tunc ne mulier remaneat indotata, ait idem Vrſillus, quod poteſt habere recurſum etiam ad bona alienata in ſubſidium, cum in ſubſidium, quando non adſunt alia mariti bona, vxor poſſit habere recurſum ad bona alienata ab ambobus, ſeu à marito ipſa vxore conſentiente, & renunciante ſuæ hypothecæ, vt tradunt poſt alios Afflictus *deciſ.* 311. *num.* 5. *& ibidem* Vrſillus *num.* 2. *verſic. quoad ſecundam.* Quare in tali caſu per eam confeſſionem vxori non fieret præiudicium, vt notat idem Vrſillus *ad d. deciſ.* 201. qui *num.* 5. aduertit, quod quando maritus, & vxor emunt aliquam rem, & non apparet de cuius pecunia fuerit pretium ſolutum, in dubio præſumitur ſolutum de pecunia mariti, ſecundum Baldum *conſ.* 67. Socinum *conſ.* 65. *num.* 8. *vol.* 1.

§. V. & VLTIMVS.

An ſi de dotis ſolutione facta marito non adſit confeſſio facta in inſtrumento publico, vel in alia ſcriptura, nec etiam adſint teſtes, qui clarè probent, ſeu probare poſſint ſolutionem, ſeu numerationem dotis fuiſſe factam marito, poſſit per ſolas coniecturas, & præſumptiones probari dotem fuiſſe ſolutam.

231 SVprà hoc capite dictum eſt, ſolutionem dotis probari per coniecturas, iuxta Doctores communiter, ad cuius rei maiorem intelligentiam explicare oportet, an deficientibus confeſſione receptionis, & teſtibus, qui clarè poſſint teſtificari de ſolutione dotem marito fuiſſe ſolutam, poſſit probari per ſolas coniecturas, & quæ ſint hæ coniecturæ, ſeu præſumptiones; & reſpondetur affirmatiuè cum Surdo *deciſ. iuris num.* 7. Gratiano *diſcept. for. tom.* 3. *cap.* 581. *num.* 3. & Fontanella *de pact. nupt. tom.* 2. *clauſula* 14. *gloſſa vnica, p.* 2. *n.* 77.

Coniecturæ autem ſolutionis dotis ſunt eædem quæ inducunt generaliter præſumptionem, ſeu ſufficientem probationem ſolutionis cuiuſcumque debiti, quas referunt & conſiderant aliis allegatis Maſcardus *de probationibus concl.* 1324. *num.* 27. *& tribus ſeqq.* Surdus *d. deciſ.* 105. & breuiter enumerat Fontanella *d. num.* 77. & Stephanus Gratianus *d. cap.* 581. *num.* 2. 3. *&* 4. Prima eſt diuturnitas temporis, vt quando poſt obligationem à debitore contractam elapſum eſt multum tempus, ſcilicet decem vel plurium annorum, & creditor ſemper tacuit, quia non videtur veriſimile tanto tempore fuiſſe dilatam exactionem crediti, maximè dotis, & maritus interim ſuſtinuerit onera matrimonij: ita Maſcardus *n.* 21. cum aliis Surdus *num.* 4. Gratian. & Fontanella *locis citatis.* Secunda, ſi debitor ſit diues timoratæ conſcientiæ, qui ſine incommodo poteſt, & ſolitus eſt facilè ſoluere quidquid alteri debet, & creditor non ſit multum diues & perſona cauta, & diligens exactor, vt præſertim ſolent eſſe mariti creditores dotis propter onera matrimonij, quæ ſuſtinent, ita Maſcardus *num.* 28. Surdus *num.* 1. *&* 2. Gratianus, & Fontanella *locis citatis.* Tertia, ſi in libro rationum debitoris defuncti reperitur adnotata ſolutio: hanc enim coniecturam maximè ſi conueniat præcedens, quod debitor eſſet diues, & perſona legalis, & ſolita æs alienum facilè ſoluere, probare ſolutionem plurimos alios referens tradit Surdus *num.* 4 *&* 5. & etiam Gratian. & Fontanella, aliæ coniecturæ conſiderantur à Maſcardo *loco citato*, *& concl.* 477. *& concl.* 883. & à Surdo *citata deciſ.* 104. quæ apud eoſdem videri poterunt. Quantam autem vim habeant præfatæ coniecturæ ſimul, vel ſeorſim, iudicis arbitrio relinquitur, & prædicta ſatis quoad *hoc cap.* 10.

CAPVT XI.

An is, qui dotem promiſit marito (ſiue ſit pater mulieris, ſiue ipſa mulier, ſiue extraneus) & is qui dotem recepit (ſiue ſit maritus, ſiue mariti pater) nequeat conueniri, ſeu cogi ad dotis ſolutionem, vel reſtitutionem vltra quàm facere poteſt, ita vt ſibi retinere poſſit, ne egeat, ſeu tantum, quod ſufficiat ad alimenta; & quando in ſolidum ad totam dotem promiſſam ſoluendam, vel receptam reſtituendam teneatur.

SVMMARIVM.

Socer pater mariti qui à nuru recepit dotem, conuentus per nurum pro reſtitutione dotis gaudet præfato priuilegio, iuxta omnes, n. 2.

Referuntur leges ciuiles loquentes de præfato priuilegio in marito, & in vtroque ſocero reſpectu vxoris, nurus, & generi, num. 3.

Qua ratione in præfatis legibus appareat contrarietas, num. 4.

Socero patri vxoris, ſi conſtante matrimonio per generum conueniatur pro dote promiſſa ſoluenda competit præfatum priuilegium ſecundum omnes, n. 5.

Dos promiſſa non ſoluta conſtante matrimonio, eo ſoluto regulariter peti non poteſt per maritum, n. 8. *quandonam ſoluto matrimonio poſſit per maritum peti,* ibid.

Socero patri vxoris ſi ſoluto matrimonio per generum conueniatur ex cauſa dotis promiſſæ, ſecundum vnam ſententiam, præſertim P. Barbeſæ non competit abſolutè & indiſtinctè priuilegium, vt ſolum damnetur in quantum facere poteſt, etiamſi à tempore promiſſionis dotis ex parte eiuſdem ſoceri non interuenerit dolus, n. 9.

Competit iuxta eandem ſententiam ex cauſa & perſona, & non ſufficit ſola ſoceri perſona, ſed ſimul requiritur cauſa iuſta illi tale priuilegium tribuendi, n. 10. *iuſta cauſa erit ſi poſt promiſſionem, caſu fortuito ſocer efficiatur non ſoluendo,* num. 11. fine.

Non tribuitur etiamſi adſit cauſa iuſta, ſed non abſolutè iuſta propter aliquam circumſtantiam ſuperuenientem, vt ſi ſocer ſit inſidiatus vitæ generi, vel eidem genero circa matrimonium, vel ſciens ſe non eſſe ſoluendo promiſerit genero, eum decipiens, n. 11.

Concordia legum n. 3. *adductarum iuxta eandem, ſententiam,* num. 11. fine.

Iuxta eandem ſententiam, vt ſocero patri vxoris, conſtante matrimonio, denegetur præfatum priuilegium non ſufficit culpa, ſed requiritur dolus; vt denegetur ſoluto matrimonio ſufficit culpa, num. 12.

Iuxta eandem ſententiam non denegatur ſocero, qui promiſit dotem, qui non erat ſoluendo conſtante matrimonio ob negligentiam in ſcientia bonorum ſuorum, ſoluto

matrimonio, denegatur ſi negligens in ſcientia bonorum ſuorum,& ideo promiſit dotem, quam non erat ſoluendo, n.12. *Non negatur ſi iuſto ignorantia neſciuit.* ibid.

Iuxta ſententiam communem, & veriorem poteſt priuilegium, vt ſolum damnetur in quantum facere poteſt etiam ſoluto matrimonio cõpetere indiſtinctè eidem ſocero patri vxoris, niſi à principio promiſſionis ex parte ipſius interuenerit dolus, promittendo dotem, quam ſciebat ſe non poſſe ſoluere, n.14. & 15.

Ratione doli a principio interuenientis, quia ſciens ſe non poſſe eam ſoluere promiſit dotem genero, an ſocer omittat præfatum priuilegium, tam ſi conuenitur conſtante matrimonio, quàm eo ſoluto. Negatiuè n.16. *Affirmatiuè* n.17. & 18.

Propter dolum a priuilegio, vt non damnetur niſi in quantum facere poteſt, excluduntur ſocius, maritus, ſocer pater mariti, ſeu vxor, n.17.

Socer ſciens ſe non habere bona ſufficientia ad ſoluendam dotem, quam promittit genero, poteſt puniri extraordinariè arbitrio iudicis, n.17. fine.

Contra ſocerum, qui doloſè promiſit dotem genero, qua actione agatur conſtante matrimonio, & qua eo ſoluto. ibid. *Priuilegij omiſſio an locum habeat, quando ſocer ſciens ſe non eſſe ſoluendo promiſit dotem animo decipiendi generum, non ſi bona fide, ſperans poſtea ſe acquiſiturum bona. Affirmatiua* n.19. *Negatiua* n.20.

Differentia quoad doli præſumptionem inter ſocerum vxoris patrem promittentem genero dotem, cum ſciat ſe non habere bona, ex quibus poſſit illam ſoluere, & inter ſocerum patrem mariti, maritumque recipientes dotem ſcientes ſe non habere alia bona, n.21.

Socer inculpabili negligentia putans ſe eſſe ſoluendo cum non ſit, promittens dotem, non omittit præfatum priuilegium, imò ſi ignorantia fuerit culpabilis, ſiue conſtante, ſiue ſoluto matrimonio conueniatur, n. 22.

Idem ſi ſua culpa, ſine dolo tamen, poſt promiſſam dotem inciderit in paupertatem, ibid.

Pater a filia ſoluto matrimonio conuentus ad dotis promiſſæ ſolutionem gaudet priuilegio vt damnetur ſolum in tantum, quantum facere poteſt ne egeat, num.23.

Idem dicendum de matre, quæ dotem promiſerit filiæ. ibid.

Quæ procedunt etiam ſtante conſuetudine ſeu ſtatuto, quod quilibet teneatur in ſolidum ſoluere dotem promiſſam, vel receptam, qualis conſuetudo eſt in Regno Neapolitano, ibid.

Sicut ſocer vxoris pater, ita alius ex aſcendentibus per lineam maſculinam pro dote promiſſa ſoluendo conuentus gaudet priuilegio ne damnetur vltra quam poteſt facere, num.24.

Qui ſi poſtea deueniant ad pinguiorem fortunam, an teneantur ſoluere integram dotem, n.26.

An poſſit renunciare eidem priuilegio, remiſſiuè. ibid.

Socer vxoris pater ſi per generum conueniatur ex alia cauſa, ſeu ex aliis contractibus extra dotem, an gaudeat eodem priuilegio, vt non damnetur in ſolidum ſed ſolum quantum facere poteſt. Negatiua n.27. *affirmatiua* n.28.

Vxori quæ viro dotem promiſit competit priuilegium vt damnetur in id tantum, quod facere poteſt, ſiue per maritum conueniatur ex promiſſione, & cauſa dotis ſiue ex quocumque alio contractu, & quæ ſit ratio huius priuilegij. n.29. & 30. *Priuilegium hoc omittit vxor, quæ ſciens ſe non eſſe ſoluendo dotem pro ſe marito promiſit,* n.31.

An poſſit eidem priuilegio renunciare remiſſiuè. ibid.

Fratri dotanti ſororem quando, & qua ratione competat priuilegium vt dotem teneatur ſoluere ſolum in quantum facere poteſt, deducto ne egeat. n.36. & 37.

Quid in ſpecie ſi filiusfamilias vnà cum patre ſe obligauit pro ſoluenda dote ſorori, n.37.

Filiusfamilias cum patre obligatus habet beneficium, ſeu priuilegium, vt effectus ſui iuris, & ab hæredibus patris abſtinens, teneatur ſolùm in quantum facere poteſt. ibid.

Maritus ab vxore, vel ab vxoris hæredibus, vel legatariis, vel a fiſco conuentus pro reſtitutione dotis habet priuilegium ne damnetur vltra quam facere poſſit, & quæ ſit ratio huius priuilegij, n.38. 39. & 54.

Maritus putatiuus non gaudet hoc priuilegio, n.40.

Priuilegio conceſſo veris maritis non competunt putatiuis ibid. *Habet maritus idẽ priuilegium, etiamſi pro alio cõtractu quàm conſtante matrimonio celebrato, cõueniatur per vxorem, tã conſtante, quã ſoluto matrim. ſecus ſi cõtractus fuerit ante matrimoniũ celebratus,* 41. 42. & 43.

An habeat idem priuilegium ſi ab vxore conueniatur pro contractibus, & negotiis mulieris geſtis poſt ſolutum matrimonium, n.44. *vbi de intellectu* l. non tantum, de re iudicata, & l. diuortio, ff. de negotiis geſtis. *ibid.*

Si maritus ex delicto veluti iudicio rerum amotarum condemnetur in ſolidum, n.44.

Item condẽnetur in ſolidum propter culpam ab eo commiſſam in negotiis geſtis poſt diuortiũ, & an ſufficiat culpa leuis. ibid. *Socero reſpectu nurus dotem repetentis cõpetit priuilegiũ ne damnetur vltra quàm facere poſſit, etiãſi conueniatur ſoluto matrimonio, & etiamſi conueniatur pro aliis contractibus extra cauſam dotis.* 45. 46. & 47.

In Regno Neapolitano ex conſuetudine in ſolidum condemnantur maritus, & eius pater ad dotem reſtituendã, & pariter ſocer tenentur à genero pro ſoluẽda dote promiſſa. n.40. *quæ conſuetudo non extenditur ad antefata,* ibid. *Hæredibus mariti extraneis in reſtitutione dotis nõ competit eiuſdem mariti priuilegium ne condemnentur vltra quàm facere poſſint.* n.49. *Procedit etiãſi maritus deceſſerit poſt iam conteſtatã litem ſuper exceptione priuilegij.* n. 50. *Et etiamſi maritus deceſſerit poſt latam ſententiam.* n.51. *imò etiamſi poſtquam facta eſt deductio ne egeret, idem maritus decederet.* n. 52.

Si hæredes mariti ſint filij communes ex eodem matrimonio, illis aduerſus nurũ dotem repetentem competit priuilegiũ ne condemnentur niſi in quantum poſſunt facere. n.53. *non verò competit filiis eiuſdem mariti hæredibus procreatis ex alio matrimonio ve priuigno reſpectu nouerca,* ibid. *præfatum priuilegium filiis communibus, & ex eodem matrimonio competit ex propria perſona, & vt nouum priuilegium diſtinctum à priuilegio patris.* n.56.

Idem priuilegium non competit nepotib. etſi filiis ex eodẽ matrimonio, n.57. *cum priuilegium mariti, & aliorum ne condemnentur vltra quàm poſſunt facere, fundetur in paupertate, vt ſit locus eidem priuilegio, per allegantem probanda eſt prius paupertas,* n.58.

Marito, & cuilibet alij habenti tale priuilegiũ ex dote, vel debito ſunt relinquendo, ſeu aſſignanda non ſolum neceſſaria ſimpliciter ad victum, ne quis cogatur mendicare, ſed & nec ad viuendum decenter, & honeſtè, attenta dignitate, & qualitate perſonæ. n.59. *quantum verò relinquendum in hoc, vel illo caſu remittitur iudicis arbitrio, conſiderata qualitate, & conditione mariti, alterius alimentantis, & loci conſuetudine.* n.60. *Eidem marito, & cuiuis præfato priuilegio gaudenti non eſt relinquendum tantum vt viuat ſicut alij homines eiuſdem ſtatus diuites, ſed ſolum neceſſarium, cum quo viuere poſſit eo modo, quo viuunt ſui ſtatus homines pauperes, quod exemplis explicatur.* n.61. *Non eſt relinquendum marito neceſſarium ad alendos filios ex alio matrimonio, ſed ſolùm ad alendos ſuſceptos ex eodem matrimonio,* n.62.

Ad iudicandum quantum maritus, & quilibet habens præfatum priuilegium facere poſſit ne egeat, non eſt deducẽdum æs alienum. n.63. *Excipitur donator, ſeu debitor ex liberali donatione,* ibid. *Id quod relinquitur marito ex dote ad illius reſtitutionẽ cõuento, nõ oportet ita relinqui, vt nõ poſſit ab eo auferri a creditoribus.* n.64. *In marito, & quouis alio, cui alias cõpetat conuictio ceſſat priuilegiũ illud, & facienda eſt condemnatio in ſolidũ, quãdo poteſt habere ſeu comparare decentẽ victum ex aliquo proprio artificio, & labore, & ex officio aduocati, vel cauſi di-*

ci,

ci, vel inſeruienda nobili, vel Principi in duello vel in bello. n.65. & 66. 68. *& quid ſi maritus non erat ſolitus propriis manibus operari, & quid lucrari*, n.67.

Vbi maritus & alius priuilegium illud habens poteſt ex aliquo officio, artificio, vel alio labore proprio honeſtè inſtum quærere, reliqua ipſius bona ſunt auferenda, vt creditori ſatisfiat: & ſi ex artificio & proprio labore non poteſt tantam partem ſuſtentationis habere, ex bonis relinquendum, quantum ſufficiat ad complementum ſuſtentationis, n.69. *vel tota res creditori ad iudicari, qui poſtea prouideat debitori de opportunis alimentis*, ibid.

Si marito ad decenter viuendum neceſſaria eſt tota dos, & mulier habeat alia bona, & ſit diues, tota dos ei relinquenda, n. 69. *Declaratur* ibid. fine.

Si maritus & alius gaudeas eo priuilegio habeat bona modici redditus minimè ſufficiẽtis ad competentem ſuſtentationem, ſed magni valoris, ex quorum venditione poſſit & reſtituere totam dotem, ac ſoluere debitum integrum, & ſimul habere vnde honeſtè viueret, cogendus eſſet vendere bona, &c. n.70.

Marito, & cui ob paupertatem competit priuilegium ne cogatur ſoluere vltra quàm poteſt in condemnatione relinquendum tantùm de dote, vel debito, vt ſufficiat ad competentia alimenta in totam vitam, n.71.

Qua ratione facienda alimentorum æſtimatio pro tota vita, & iuxta modum de quo in l. hæreditatum, ff. ad l. falcidiam, *vel totam relinquitur arbitrio iudicis*. ibid.

Maritus inopis habens patrem diuitem non excluditur à præfato priuilegio, num.71. *vtrum verò maritus habens debitores dicatur poſſe facere*, ibid. verſ. quod ſi.

Maritus, & alius cui conceditur priuilegium præfatum ne condemnetur niſi in quantum facere poteſt, deducto ne egeat, poſt factam deductionem ad pinguiorem fortunam veniens, tenetur vxori vel creditori ſoluere id quod deductum eſt de dote, vel ex credito, & de huiuſmodi reſtitutione antequam permittatur ei priuilegij vſus debet præſtare cautionem, n.72. *& non exigitur fideiuſſoria, ſed ſufficit iuratoria*, n.73. *ab huiuſmodi cautione eximitur donator.* n.74. *Priuilegij ne egeat à marito, & ab alio cui competit, exceptio opponẽda eſt in iudicio, nec iudex poteſt ſupplere.* n.75. *Exceptio opponi poteſt non ſolum pendente iudicio, ſed & poſt latã ſententiam ante illius executionem*, n.76. *non impugnat ſententiam, ſed modificat ſententiæ executionem.* ibid.

Si ſemel fuit in iudicio oppoſita, & à iudice expreſsè vacata non poteſt amplius opponi, n.77. *poteſt verò iterum ante ſententiæ executionem, ſi eam iudex expreſsè non reprobauerit, ſed ea oppoſita ſolùm ſimpliciter in ſolidum opponentem condemnauerit*, n.78.

Eadem exceptio non cenſetur excluſa à ſtatuto remouente omnes exceptiones aduerſus inſtrumentum, n.79.

Non poterit opponi à marito, ſi inopia obuenerit poſt ſententiam contra eum latam, ibidem.

Præfatum priuilegiũ deducendi ex dote ne egeat, an quãdo ceſſet in marito per tranſitum ad ſecunda vota, n. 80.

An idem priuilegium habeat necne maritus in dote alteri vinculata, & fideicommiſſo ſubiecta, quia dos conſiſtat in bonis, quæ poſt mortem mulieris ſine filiis ad alios debeant prouenire. Negatiua n.81. *Affirmatiua* n. 82. *ſententia authoris*, ibid. in fin. *quartam matrimonialem an habeat vxor in bonis mariti vinculatis*, n 81.

Præfatum priuilegium, ne quis egeat amittitur propter ingratitudinem, n.83. *Idem priuilegium, an ceſſet in marito & aliis debitoribus quando vxor vel eius hæres dotem repetens eſt æquè pauper ac maritus, & pariter alius actor eſt æquè pauper ac debitor reus conuentus, cõmunis opinio quod ceſſet*, n.84. & 85. *Eadem communis quoad maritum*, limit. à P. Barb. *quando vxor aliis bonis vltra dotem careat habet patrem diuitem vel alium à quo poſſit petere, & habere alimenta, etiamſi idem maritus haberet patrem diuitem*, n. 86. *quæ limitatio ab auctore non probatur.* n.87. & 88. *Si dos promiſſa non fuit tradita marito reſpectu talis dotis, non competit priuilegium ne egeat vt eam accipere valeat.* ibid.

Vxor habens mobilia pretioſa, ex quorum pretio ſi vendantur habere poteſt vnde ſe alat, cogi poteſt ea vendere, vt maritus inops fruatur ſuo priuilegio, n. 89.

Maritus ab vxore conuentus, negans ſe eſſe maritum, & quicumque negans ſe eſſe talem, quæ eſt cauſa conceſſionis priuilegij, amittit priuilegium, n. 90. & 91.

Intelligitur ſi per dolum vel latam culpam negauerit. n.92. *& ſi negauerit expreſsè, ſecus ſi ſimpliciter tantum, & generaliter negauerit expoſita in libello.* ibid.

Intelligitur etiamſi perſeuerauerit in negatione vſque ad litis conteſtationem, ſecus ſi antea negationem reuocauerit, n. 93. *etiam poſt litem conteſtatam poteſt reuocari vtiliter negatio, ſi actor adhuc onus probandi falſitatem non ſubiuit*, n. 94. *ſecus ſi actor ſtatim velit falſitatem probare.* ibid. *Maritus negans ſolùm dotem fuiſſe datam, vel quid aliud, vel alius negans debitum petitum non amittit priuilegium, ne egeat*, n.95.

Si ob culpam mariti, v g. ſæuitia vel adulterij per ſententiam Eccleſiæ fiat eorum ſeparatio quoad torum, & habitationem an tunc marito pro reſtitutione dotis, (quam reſtituere eo caſu tenetur conuento competat priuilegium retinendi ne egeat ſi ſit pauper. Negatiua n.96. *affirmatiua* n.97. *Negatiuæ adhæret auctor*. ibid.

Si neque viri, neque vxoris culpâ diuortium ad tempus contingit, dos non reſtituitur, ſed vxor ex dotis fructibus alenda, ſi in perpetuum dos eſt reſtituenda vxori, & ſi maritus egerit, erit alendus ex dote, n. 90.

Si dos non conſiſtat in quantitate, ſeu pecunia aut re conſiſtente in pondere, num. vel menſura, ſed iure immobili, & fundo dotali, an in reſtitutione maritus habeat priuilegium deducendi ne egeat? Negatiua n. 99. *Affirmatiua* n. 100. *Priuilegium mariti habet locum non ſolum quando conuenitur actione perſonali, ſed etiam quando conuenitur actione reali*, n. 100. *licet contrarium ſenſerint nonnulli*, n.99.

Maritus non poteſt vti priuilegio deducendi ne egeat, quando per vxorem, vel eius hæredem non conuenitur vt talis, ſeu vt maritus, ſed vt quilibet tertius poſſeſſor, & qua ratione poſſit hic caſus contingere, n.100. v. neque obſtat, & n.104. *Maritus non habet priuilegiũ ne egeat, quando iam reſtituit, ſeu ſoluit vxori, vel eius hæredi dotem, etiamſi habuiſſet ſententiam quod eſſet inops.* n.101. *Priuilegium deducendi ne egeat non parit actionem ad agẽdum, & repetendũ, ſed exceptionẽ ad retinendam.* ibid. *Idem priuilegium reſpicit tempus condemnationis.* ibid. *Non ceſſat ſi vxor intentet vindicationem iuxta* l. in reb. C. de iure dot. n.102. *Neque etiãſi maritus in inſtrumento dotali promiſerit dotis reſtitutionẽ, & conſtituerit ſe poſſidere nomine vxoris*, n. 103. *Si poſt traditionem, ſeu ſolutionem dotis per maritum factam vxori res dotalis poſtea ex aliqua cauſa ad eundem maritum peruenerit, non habet maritus priuilegium retentionis ne egeat*, n. 104. *Marito non ſuffragatur priuilegium ne egeat reſpectu dotis, adhuc non exactæ, vt eam valeat exigere ne egeat.* num. 105.

Quando conſtante matrim. vxor agit contra virum ad dotis repetitionem ob illius inopiam, illi non competit exceptio priuilegij ne egeat. n.106. *Marito qui ſimpliciter promiſit vxori poſt mortem dotem reſtituere, competit præfatum priuilegium*, n. 107. *competit quando maritus promiſit alteri reſtitutionem dotis, de conſenſu mulieris*, n. 109.

Præfatum priuilegium, ne quis conueniatur vltra quàm poteſt facere à marito, & quouis alio, & qua ratione amittatur propter dolum, quo factus ſit non ſoluendo, & quando dolus probetur. n.110 & 111. *Idem priuilegium non amittit, ſi maritus vel alius eo gaudens ſine culpa ſua redactus ſit ad egeſtatem, vel ſolum culpa leui*, n.113.

n.113.& 114. *Et an & quādo ob culpam latam bona ſint conſumpta, & ſuperuenerit inopia.* n.115.116.& 117.

Culpa lata commiſſa circa adminiſtrationem rerum alienarum æquiparatur dolo, ſecus commiſſa adminiſtratione propriarum. n.117.& 119.

Dolus & lata culpa mariti in adminiſtratione rerum dotalium vxoris, quibus illas diſſipauit, qua ratione eidem marito noceat, illumque priuet priuilegio ne egeat, numero 118.& 119.

Et quid ſi ſolum culpa leui, n.120. & 121.

Maritus in adminiſtratione rerum dotalium ratione contractus dotalis tenetur de dolo, lata culpa, & leui. ibid.

Priuilegio ne quis conueniatur niſi quatenus facere poteſt, & ne egeat, ſecundum communem opinionem renunciari non poteſt à marito, & aliis perſonis, quibus conceſſum eſt ob reuerentiam eis debitam, numero 122.

Renunciari poteſt ab iis, quibus alia cauſa competit. ibid.

Et erit ſufficiens renunciatio ſi promiſerint reddere dotem integram, vel omne debitum, ſecus ſi promiſeriat ſimpliciter ſoluere debitum. ibid. in fine.

Eidem priuilegio an poſſit vxor valide renunciare. Affirmatiua n 123. *Negatiua* n.124.

An poſſit validè renunciare ſocer reſpectu generi. Affirmatiua n.124. *Negatiua* ibid.

Si maritus in capitulis matrimonialibus ante contractum matrimonium renunciauerit eidem priuilegio, ne conueniatur vltra quam facere poteſt, an valeat renunciatio. Negatiua n.125. *Affirmatiua* n.126.

Etiamſi maritus renunciaſſet tantum generaliter omni iuris, & legum auxilio, n.127.

Poſt ſolutum matrimonium an maritus poſſit valide renunciare dicto priuilegio deducendo ex dote ne egeat. Negatiua n.128. *Affirmatiua* n.129.

Renunciatio præfati priuilegij in capitulis matrimonialibus ante matrimonium, vel iam conſtante matrimonio, per maritum facta cum iuramento, ſecundum vnam opinionem, & magis communem non firmatur iuramento, nec valet. n.130.

Iuxta aliam opinionem in praxi receptam valet, & eſt obſeruanda, n.131.

Et ſufficit renunciatio iurata generalis ex clauſula omnis iuris, & legum auxilio, n.132.

Pactum tacitum, vel expreſſum quod maritus dotem integram a ſe ſolutam non repetet, valet. n.133.

Priuilegium ne conueniatur vltra quam facere poteſt, marito, & cuilibet alteri competens, an & qua ratione competat eius procuratori, & defenſori, & redundet etiam in eius fideiuſſorem, vt ad ſolidum ſoluendum non damnetur, n.134.135.136.137.& n.138.

Omnes quibus competit priuilegium, ne conueniantur vltra quam poſſint facere, gaudent beneficio ne ratione debiti poſſint in carcerem detrudi, nec cogi cedere bonis, n.139.

1 POſtquam in præcedentibus actum eſt de dotis promiſſione, quibuſque probetur marito promiſſæ, & etiam ſoluta, rectè, & ordinatè annectitur proximè, qualiter ſit facienda, ſeu fieri poſſit per iudicem executio in bonis promiſſoris, vel mariti eiuſve patris, qui dotem promiſſam recepit, pro dotis promiſſæ ſolutione, vel receptæ reſtitutione. An nimirum, & quando vterque poſſit cogi ſoluere, vel reſtituere totam, & integram dotem promiſſam vel receptam, vel tantum ſoluere ſolum, quatenus facere poteſt, ſicque illi relinquendum tantùm, ne egeat, ſeu relinquendum ſit illi tantum, quantum ſufficit ad alimenta. De qua materia (vel agendo vniuerſaliter de perſonis, quibus competit beneficium ſeu priuilegium, vt non poſſit conueniri à creditore vltra quam facere poſſunt, vel ſpecialiter de promiſſore dotis, præſertim de patre vxoris, qui dotem promiſit, & de marito, vel eius patre, qui receperit dotem) diſſerunt, præter plures alios antiquiores ab iiſdem relatos Campegius *de dot. parte tertia, à quæſt.* 136. *ad* 270. Myſingerus *in inſtit. tit. de action.* §. *fuerat antea, numero* 41. & § *item ſi de dote,* Corduba x Lara *in l. ſi quis à liberis,* §. *ſed ſi filias, à num.* 69. *ad* 97. Mantica *de tacitis, & ambiguis conu. lib.* 12. *tit.* 11. *numero* 13. & *ſequentibus,* Gomez *ad l.* 50. *Tauri, num* 49. Surdus *de alimentis titul.* 1. *quæſt.* 68. & *tit.* 8. *priuil.* 74. Petr. Barboſa *in leg. maritum* 13. *ff. ſoluto matrimonio,* Philippus Paſchalis *de iuribus patriæ poteſtatis part. ſecund. capit.* 9. Ladetchius *conſ.* 30. Giurba *deciſ.* 41. *ad* 46. Fontanella *de pactis nupt. clauſula* 7. *gloſſa* 3. *parte* 11. Coſtæ *de remed. ſubſid. remedio* 28. Anton. Pichardus *in manuductionibus iuris ciuilis ad praxim, parte ſecund. Præcepto nono.* Molfeſius *ad conſuet Neap. par.* 6. *quæſtione* 9. Auguſtinus Barboſa *collectaneo ad leg. vnicam, num.* 33. & *ſequentibus, Codic. de rei vxor actione,* & ſcribentes *in dict. leg. maritum ff. ſoluto matrimonio,* & alij Iuriſperiti, quos latè cumulat Petr. Barboſa *ad d. l. maritum,* & ex Theologis Ludouic. Molina *de iuſt. & iure tom ſecund. diſputatione* 423. *numer.* 8. & *ſequentibus,* & *diſput.* 442. *num.* 6. Rebellus *de oblig. iuſtitiæ p.* x. *lib.* 5. *quæſt.* 9. Fragoſus *de regimine Chriſtianæ Reipub. p.* 3. *diſp.* 5. §. 5. & Caſtrus Palaus *de iuſt. tractat.* 32. *diſput.* 9. *puncto* 20. §. 3. iuxta quos, & alios, vt notat Surdus *d. quæſtione* 68. *numer.* 1. priuilegium ſeu beneficium legale, quod certi debitores non teneantur vltra quàm facere poſſunt, nihil aliud importat, quàm quod iidem debitores retineāt ſibi, ſeu deducant ex bonis ſuis tantum, quod ſufficiat ad alimenta, vt præfati Doctores, præcipuè Surdus *d. q.* 78. *n.* 1. & Petr. Barboſa *d. l. maritum, num.* 5. *initio.* Quare marito, ſocero, vxori, & aliis perſonis debitoribus: quibus à iure conceditur in exactione debiti, conceſſum eſt propter eorum paupertatem, ob quam ſoluto in ſolidum debito aliunde non haberent, ex quo poſſint victum ſeu alimenta ſibi ſubminiſtrare, certum etenim, & clarum eſt, quod huiuſmodi priuilegium marito, & aliis perſonis diuitibus non competit, vt conſtat ex præfatis Doctoribus, & in ſpecie notauit Fontanella *d. p.* 11. *numero* 17. & petr. Barboſa *d. n.* 5. & *ſeqq.* & explicatur *infrà.*

§. I.

An ſocero mariti patri vxoris, à genero, cui dotem pro filia promiſit, ad dotis promiſſæ ſolutionem conuento competat beneficium ſeu priuilegium vt ex cauſa dotis promiſſæ ſoluendæ non poſſit cogi ad ſolutionem integræ dotis, ſed ſolum quantum facere poteſt, vt non egeat?

NOtandum, quod etſi indubitatum eſt apud omnes iuriſconſultos ſocero vxoris patri, mariti, ab eadem nuru conuento pro dotis reſtitutione (quo caſu dos ad eum peruenit iuxta tradita *in l ſi cum dotem,* §. *tranſgrediamur,*) competere hoc priuilegium, vt non ſit condemnandus niſi in quantum facere poteſt, idque indiſtinctè, ſcilicet ſiue conueniatur conſtante matrimonio, ſiue dirempto, & diſſoluto, vt *infrà* latè probatur, & conſtat ex *l ſicut autem* (cuius verba mox *infrà*) *ff. de re iudicata,* ſocero verò ad dotis promiſſæ ſolutionem per generum conuēto an competeret & indiſtinctè, ſiue conſtante, ſiue ſoluto matrimonio eſſet conuentus, non caruit dubitatione apud Doctores propter repugnantiam, quæ videtur apparere in legibus de hoc priuilegio in ſocero mariti pro dotis promiſſæ ſolutione cō- 2

uento

nento loquentibus, vt notarunt Anton. Picbardus *d. precepto nono num. 57.* & P. Barboſa *ad dict. leg. maritum num. 59. verſic. circa quam ampliationem, qui ex eod. n. 59. ad 77.* latiſſimè rem examinat.

Pro cuius clariori explicatione, & intelligentia priùs referam verba dictarum legum, poſtea ſubdam, quid Doctores ſint opinati, quidque tenendũ vt probabilius: leges igitur ea de re loquentes ſunt ſequentes, ſcilicet.

Lege ex diuerſo 30. ff. ſoluto matrimonio, vbi Paulus *I C. ex diuerſo ſi ſocer ex promiſſione à marito conuenitur, ſolet quæri an eidem is honor* (ſcilicet vt non condemnetur in ſolidum, ſed in id ſolum, quod facere poteſt) *habendus ſit? Neratius libris membranarum, & Proculus ſcribunt hoc iuſtum eſſe.*

4 *Lege ſicut 21. ff. de re iudicata*, vbi idem Paulus; *ſicut autem cum marito agitur, ita & cum ſocero, vt non vltra facultates damnetur. An ſi cum ſocero ex promiſſione dotis agatur, in id quod facere poteſt, damnandus ſit? Quod & id æquum eſſe videtur; ſed alio iure vtimur, vt & Neratius ſcribit.*

Lege ſed hoc 22. eod. titulo, declaratiua præcedentis, vbi Pomponius *ſed hoc* (ait) *ita accipiendum eſt, ſi à ſocero dos ex promiſſione petatur ſoluto matrimonio, verùm ſi manente matrimonio dos ab eo petatur, ſuccurrendum vtique eſt, vt ne maiori ſumma condemnetur, quam quantum facere poteſt.*

Lege penultima ff. de iure dotium, vbi Labeo *ſi de dote promiſſa* (inquit) *agitur, non oportet, in quantum facere poteſt condamnari eum, qui promiſit.* Paulus: *imo quoad extraneum attinet, ſemper hoc verum eſt; cæterum ſi manente adfinitate* (ſcilicet conſtante matrim.) *dotem promiſſam gener à ſocero petit, vtique in quantum facere poteſt, ſocer condemnabitur, ſi dirempto matrimonio agitur ex cauſa & perſona id tribuendum puto. Quid enim ſi ſocer ſpeciem futuræ dotis induxerit genero, & cum ſciret, ſe præſtare dotem non poſſe, id egerit, vt generũ inſidiaretur?*

5 Quæ leges videntur continere repugnantia, ſeu contraria: nam *d. l. ex diuerſo* videtur probari hoc priuilegium, vt non conueniatur ex promiſſione dotis, niſi quatenus facere poteſt, indiſtinctè competere ſocero reſpectu generi dotem promiſſam, ſicut competit ſocero reſpectu nurus dotem ei datam repetenti: *d. autem l. ſicut*, dicitur id æquum eſſe, vt tale priuilegium ſocero competat, ſed nihilominus ex vſu tale beneficium ei denegari, ſeu adimi, quem tamen vſum *Pomponius dicta l. ſed hoc ſequenti*, addit ſeu declarat obtinere ſoluto matrimonio, & ſi dos promiſſa à genero petatur manente matrimonio, eidem ſocero competeret beneficium, vt non damnetur niſi in quantum facere poteſt. Demùm *in d. l. penultima de iure dotium* Iureconſultus videtur probare, & concludere beneficium ne conueniatur vltra quàm facere poteſt, dari ſocero, & conſtante, & ſoluto matrimonio, niſi dolus interuenerit, quia ſciens ſe non eſſe ſoluendo, promiſit dotem genero illum decipiendo.

Prædictis prænotatis conueniunt præallegati Doctores, & alij de hac re ſcribentes, & certum eſt, beneficium ne ex cauſa dotis promiſſæ ſoluendæ conueniatur, niſi in quantum facere poteſt ne egeat, competere ſocero reſpectu generi petentia dotem conſtante matrimonio, ſecluſis culpa, & dolo ex parte eiuſdem ſoceri, conſtat manifeſtè ex præfatis legibus. Cur autem hoc priuilegium conceſſum ſit ſocero reſpectu generi dotem promiſſam petentia, Doctores communiter aiunt fuiſſe conceſſum, quia ſocer reſpectu generi loco parentis eſt, *l. quia parentis 16 ff. ſolut. matr. l. fin. ff. de his, quibus vt indignis, l. non facile, §. hoc itaque, ff. de gradibus l. 1. ff. ad legem Pompeiam de parricidiis.* Alexander *in l. generaliter, num 2. ff. de in ius vocando.* Menochius *conſ. 22. n. 3.* & præter alios relatos à Menochio *ibid.* & Petro Barboſa *ad d. l. maritum, num. 60. initio, & n 64, verſ. inuenio tamen*, ex præallegatis *ſupra num. 5.* Paſchalis *d. cap. 9. num. 21.* Fontanella *d. p. 11. n. 96.* & idem P. Barboſa *d. n. 69.* Parens autem non conuenitur vltra quam facere poteſt, *l. ſunt qui, fine, & l. ſequenti, ff. de re iudicata, & §. ſunt præterea, Inſtitut. de actionibus*, Surdus, Coſta, Pichardus, & Petr. Barboſa *locis numer. 5. allegatis.*

Declarat autem Petr. Barboſa *d. l. maritum n 61. fine* 6
(quod repetit n. 63. *verſic. ſocer genero, & n. 64. verſic. quæ tamen ſolutio*) dum dicitur, ſeu aſſeritur in iure ſocerum reſpectu generi eſſe loco parentis, id eſſe intelligendum ſolum quoad affectionem, allegans *d. l. fin.* ibi, *ſola ratio paterna affectionis ff. de his, quibus vt indignis*: non vero quoad reuerentiam, ita quod gener non debeat ſocero, vel ſocrui reuerentiam tanquam parentibus, & ſuperioribus, ſed tantum debeat eis affectionem & honorem quemdam. Idem enim P. Barboſa *d. l. maritum n. 60.* ponit differentiam inter ſocerum patrem mariti reſpectu nurus, & inter ſocerum patrem vxoris reſpectu generi. *Nam* (inquit) *nurus nupta filio ſub patris poteſtate habet ſocerum loco parentis, quia ipſa accedit viro tanquam in familia mariti, l. penultima §. fin. ff. quod falſo tutore authore & l. 1. § ſi vir, ff. de Senatuſc. Syllaniano*, ac proinde ſicut maritus tenetur patri præſidenti familiæ, tanquam ſuperiori exhibere reuerentiam, ita etiam eadem nurus reuerentiam ſocero tanquam ſuperiori & præſidi eiuſdem familiæ, in quam tranſiuit, exhibere debet: & ſi nurus ſit nupta filio emancipato, licet tunc filius habeat ſeparatam familiam à paterna, *l. pronunciatio, verſ. pater, ff. de ver. ſignif.* adhuc tamen (inquit) reuerentia a nuru debita ipſi filio marito, tanquam ſuo ſuperiori *can. eſt ordo 33. q. 5.* ita eandem reuerentiam debet exhibere eius patri, qui dicitur & eſt caput familiæ, ad quod probandum, textum *in l. 1. §. ſi pater necatus, ff. de Senatuſcenſ. Syllaniano*, & alia plura adducit *d. n. 61. verſ. in ſecundo caſu, addens verſ. & hac ratione*, ob præfatam rationem Iureconſultos pro conſtanti habuiſſe prædicto ſocero reſpectu nurus competere priuilegium, ne pro dotis reſtitutione à nuru poſſit conueniri vltra quam facere poteſt. At diuerſum eſt (ſubdit idem P. Barboſa *d n. 61. verſ. & hac ratione*) in ſocero reſpectu generi, cum maritus non accedat vxori, tranſeatve in familiam vxoris, nec teneatur vxori exhibere reuerentiam, tanquam ſuperiori, *d. c. eſt ordo 33. q. 5.* Ac proinde Iuriſconſulti dubitarunt, an idem priuilegium, ne vltra quàm facere poteſt, conueniretur à genero, competeret ſocero, licèt illi ſit durante matrimonio conceſſum, quia genero eſt loco parentis quoad affectionem, etſi non quoad reuerentiam. P. Barboſa *d. n. 61.*

Nihilominus præfatum priuilegium ſocero reſpectu 7
generi competere etiam propter reuerentiam illi tanquam parenti debitam, ſeu ex eo quod ſocer genero eſt loco parentis etiam quoad reuerentiam quam illi tanquã parenti debet, tradunt Alexander *d. l. generaliter, n. 2. ff. de in ius vocando*, Paſchalis *d. cap. 9. num. 21.* Fontanella *d. p. 11. n. 96.* Giurba *deciſ. 42. n. 9. in princ.* & alij allegati à P. Barboſa *n. 6. verſ. inuenio tamen*, vbi aie magis communiter receptum. Qui etiam *n. 65. initio*, ait ſocerum à genero non poſſe in ius vocari ſine venia matrimonio durante, quia ſoceris, cum habeantur loco parentum, debetur reuerentia. Et tanquam communem Doctorum opinionem ſupponit Giurba *loco citato.* Ad cuius confirmationem facit, quod vir & vxor cenſentur vna caro, *can. vir, & vxor, 35. q. 2. ob quam rationem ibidem* dicitur ſocerum nurui eſſe tanquam patrem, ſicut filius debet reuerentiam patri, & etiam filij vxor eandem reuerentiam debet: quam rationem adduxi in *tract. de alimentis, cap. 5. n. 65. fine.*

Socer

Socer pater mulieris , ſi pro dote promiſſa conuenatur per generum ſoluto matrimonio, an teneatur ſolum in tantum , quatenus facere poteſt. Vbi quibus in caſibus dos promiſſa poſſit ſoluto matrimonio peti per maritum.

8 Tota igitur difficultas eſt, an priuilegium ſeu beneficium hoc, ne vltra quam facere poteſt , ſocer per generum nequeat conueniri, & condemnari, illi competat indiſtinctè, ſcilicet ſiue conueniatur conſtante aut ſoluto matrimonio Competit ſocero per nurum conuento, vt dicitur *dicta l. ſicut in principio ff. de re iudicata* ; nam ſequenti *l. ſed hoc*, præfatum priuilegium ſocero per generum conuento permittitur conſtante matrimonio & negatur eo ſoluto : cum tamen *dicta lege penultima ff. de iure dotium* videatur concludi idem priuilegium ſocero reſpectu generi competere non ſolum conſtante, ſed etiam ſoluto matrimonio , niſi dolus interuenerit , *vt ſupra num.*4. notatum eſt ; an proinde in textibus prædictis *ſupra num.* 3. relatis videtur eſſe antinomia ſiue contrarietas.

Ante autem difficultatis propoſitæ reſolutionem ſupponendum , vt ſupponitur in præfatis textibus , quod etſi ſoluto matrimonio dos promiſſa necdum ſoluta regulariter peti non poteſt per maritum (vt conſtare poteſt ex traditis *ſupra cap.* 3 .) tamen ſoluto matrimonio peti poteſt, ſi per maritum fuerit interpoſitum pactum de lucranda dote,vel adſit ſtatutum ; vel partem illius, ex dote promiſſa non ſoluta , quantum de ſuo maritus conſumpſerit pro oneribus matrimonij poteſt petere, & accipere, vt notarunt P. Barboſa *dicta lege maritum numero* 67. *verſiculo ex notatis*, Molina *d. diſp.*425. *n.*8. & Rebellus *d. quaſt. nona n.*17.

9 In hac igitur difficultate Petr. Barboſa *dicta l. maritum numer.*67.poſt Gloſſam 2. *in lege ex diuerſo*,Paulum de Caſtro *in l. rei iudicata* §. *ſocero numer.* 8. *ff. ſol. matrim.* & Zaſium *lib.* 1. *ſing. intellectuum capit.* 5. *numer.* 3. & alios ab eodem *num* 63. *verſic. ſed vrget in contrarium* , allegatos , tenet hoc priuilegium , ne poſſit condemnari vltra quàm facere poteſt non competere indiſtinctè ſocero patri vxoris ; ſed competere quidem illi , ſi pro dote promiſſa per generum conueniatur conſtante matrimonio non competere vero ſi matrimonio ſoluto conueniatur , etiamſi à principio ex parte eiuſdem ſoceri in dotis promiſſione dolus non interuenerit : Quod idem ſentit & Mantica *de tacitis & ambiguis conu. lib.*12. *titul.*11. *numer.* 13. Gomez *l.* 5. *Taur. num.*4. *&* 49. & finaliter idem ſentire videtur Rebellus *d. q.*9. *num.*18. Et ſecundum hanc diſtinctionem ait concordari *d. l. ſicut* , ibi *ſed alio iure vtimur , & d. l. ſed hoc ita*, ibi *verum ſi manente* : vt iuxta hanc legem priuilegium competat ſocero , ſi conueniatur conſtante matrimonio, & iuxta illam non competat, ſi conueniatur ſoluto matrimonio , & rationem huius differentiæ *n.*62. eſſe ait , quia priuilegium hoc ſocero reſpectu generi competens conſtante matrimonio non eſt fundatum in aliqua reuerentia ſeu obedientia à genero debita ſocero , ſed in affectione quadam paterna (quæ affectio durat ſolum durante affinitate ,) ea autem ceſſante & extincta per ſolutionem matrimonij, prout eam affinitatem dirempto matrimonio cenſeri extinctam tradidere Gloſſa *can. infames verbo qua quondam* 3. *q.* 7. Bartolu *in l.* 3. §. *affirmantes in princ. ff. de poſtulando* , & alij, refert idem Barboſ. *n.*64. extinguitur, & ſic ceſſat priuilegium iuxta regulam , quod priuilegium conceſſum per affinitatem principaliter , extaincta affinitate videtur ceſſare *l.*3. §. *affinitas ff. de poſtulando* , Paulus de Caſtro *in d. l. rei iudicata* §. *ſocero num.*9. *& conſ.* 80. *num.*2. *lib.*1. & alij ab eodem P. Barboſa *d. n.*62. relati. Cum verò (inquit idem Barboſa *num.*62. *initio, & num.*67. *verſic. & ſecundum*,nurus debeat reuerentiam ſocero ſuo tanquam ſuperiori, & ita priuilegium ſoceri, ne per nurum conueniatur pro reſtitutione dotis vltra quam facere poteſt, ſit fundatum in obedientia & reuerentia , idem priuilegium competit ſocero reſpectu nurus indiſtinctè , & etiamſi conueniatur ſoluto matrimonio, eo quod priuilegium fundatum in obedientia & reuerentia durat etiam ſoluto matrimonio , & extincta affinitate, iuxta rationem *l.* 2. *ff. de actione rerum amotarum*,& iura allegata à Cachetano *deciſ.*31. *num.*14. *initio*,& Doctores quos referunt *ibidem* Cachetanus , & P. Barboſa *dicto num.*62. *initio*.

Porrò ad probandum prædictis , ſeu prædictæ concordiæ non obſtare textum *in dicta lege penultim. ff. de iure dotium* , plura adducit idem Petrus Barboſa *d. leg. maritum , num.* 68. *ad* 77. in primis dicens quod ille textus non probat,ſimpliciter ſoluto matrimonio, priuilegium ne conueniatur vltra quam facere poteſt, cõpetere ſocero,ſicut competit conſtante matrimonio,ſed ſolum illi concedit ex cauſa & perſona , cum conſtante matrimonio competat ex ſola perſona , quia actu ſocer affinis , & loco parentis eſt reſpectu generi. At vero ſoluto matrimonio vt priuilegium competat *in d. l. pen.* licet conſideretur perſona , quia etſi actu ſocer non ſit poſt mortem filiæ , fuit tamen ; & aliquid adhuc affinitatis , obligationiſque reuerentialis reliquiæ permanent ; & ita non conſiderantur vt omnino extraneus , non tamen ſola perſona ſoceri ſufficit , ſed ſimul requiritur iuſta & rationabilis cauſa propter quam Iudex ei tribuat tale priuilegium , quod ſignificat textus dicens ex cauſa & perſona huiuſmodi priuilegium eſſe ſocero tribuendum ſi à genero conueniatur ſoluto matrimonio ; & conſequenter indicat nec ſolam cauſam ſufficere , ſed conſiderari perſonam , & præter perſonam requiri ſimul cauſam iuſtam, qualis eſſet ſi ſocer caſu fortuito amiſiſſet bona. 10

Addit autem idem P. Barboſa *num.*69. iuxta textum *in d. l. penult. fine*, non ſemper priuilegium tribuendum ſocero prædicto poſt ſolutum matrimonium per generum conuento , etſi iuſta cauſa adeſſet , ſi alioqui non ſit abſolutè iuſta i quia propter aliquam circunſtantiam ſuperuenientem iniuſtum reddatur prædicto ſocero ſuccurri aduerſus generum ; vt quia ſocer ſciens non poſſe ſoluere dotem promiſſam , generi vitæ inſidiatus ſit, ſcilicet per inſidias voluiſſet illum occidere, vel inſidiatus ſit genero circa matrimonium , quia perſuaſerit filiæ,vt ei repudium mitteret, vel quia ſciens ſe non eſſe idoneum ſoluendo promiſit dotem , nam ex eo quod ſciens ſe non eſſe ſoluendo,dotem promiſit, videtur (vt idem Barboſa poſt Zaſium , & alios notat *n.*57. *verſic. ad ſecundum*) inſidiatus genero,ſcilicet eum decepiſſe,& promittens genero dotem, ſciens non eſſe idoneum ad ſoluendum, cenſetur eſſe in dolo, *l. in fraudem ff. qui & à quibus,lege ſi quis cum ff. quæ in fraudem creditorum*.Notat enim Barboſa *n.*75. *verſ. ad ſecundum textum in d. l. penult.* vt priuilegium dirempto matrimonio non concedatur ſocero per generum conuento non requirere copulatiuè quod ſocer ſciens ſe non eſſe ſoluendo , etiam inſidietur genero circa vitam , vel matrimonium , maximè quia dum ſciens ſe non poſſe ſoluere promittit dotem , videtur[vt dictum eſt] inſidiatus genero illum decipiendo. Imò *n.* 72. ſentit in prædictis tribus caſibus non eſſe priuilegium tribuendum ſocero , licet conſtante matrimonio per generum conuento, eo quod dum *d. l. penult.* dicitur conſtante matrimonio ſuccurri ſocero , vt non condemnetur niſi in quantum facere poteſt,id intelligendum ſit,niſi cauſa iuſta ſuadeat illud ei non, præſtari , ſicuti etſi eidem 11

ſocero

ſocero (inqoit) negatur idem priuilegium ſoluto matrimonio *d.l.ſed hoc ita, ff. de re iudicata*, nihilominus tecipit hanc interpretationem, niſi iuſta cauſa ſuadeat, iuxta tradita ſuprà per eundẽ Barboſam *ex d.l.penult.* iuſta autem cauſa videtur, quod ſocero genero ſit inſidiatus circa vitam vel matrimonium, iuxta *d.l. penultimam*, & nulla etiam maior cauſa videtur, quàm dolus eiuſdem ſoceri promittentis dotem cũ ſcientia impotentiæ ad illam ſoluendam, iuxta *dictam l.penultimam, ff. de iure dot. & l.penult. §.fin.ff. quod falſo tutore auth.* & quia iura non ſolent ſuccurrere decipientibus, *l. ſecunda, C. ſi minor ſe maiorem eſſe dixerit*, & iuxta tradita hoc, & præcedenti numero, & notata ab eodem Barboſa, & Rebello, com *d.l. ſed hoc*, dicitur non ſuccurri ſocero, ſi dos promiſſa per generum ab eo petatur ſoluto matrimonio, ſubintelligendũ eſt, niſi cauſa iuſta obſtet, cauſa tametſi iuſta interueniente, ſuadente iudici eſſe ſuccurrendum, priuilegium tribuitur: ſimiliter cum *d.l.ſicut*, dicitur æquum eſſe, vt ſocer à genero conuentus habeat idem priuilegium, ſed illud eſſe in vſu, id intelligi debet quando præter perſonam ſoceri nulla alia iuſta cauſa illud beneficium tribuendi adeſt. Et pariter quando *d.l.ex diuerſo*, dicitur indiſtinctè ſi ſocer à genero conueniatur, iuſtum eſſe, vt habeat hoc priuilegium, eadem diſtinctio adhibenda eſt, vt conuentus conſtante matrimonio habeat illud, ſoluto matrimonio etiam tribuatur, ſi rationabilis cauſa interueniat, ſecus ſi non interueniat, ex quibus ceſſat pariter legum contrarietas.

12 Præterea idem Barboſa *numero 73. verſ. ſecunda*, ait, qood etſi vt ſocero denegetur priuilegium conſtante matrimonio non ſufficiat culpa, ſed gener debeat probare dolum, tamen ſoluto matrimonio ad illum excludendum ab eodem priuilegio, ne condemnetur vltra quam poteſt facere, ſufficiat culpa eiuſdem ſoceri, ob quam inciderit in paupertatem, vt ſi prodigè bona diſſipauerit, quia vt ſoluto matrimonio (inquit) ſocero tribuatur hoc priuilegium, oportet iuſtam cauſam interueniſſe, iuxta *d.l.penultimam, ff. de iure dotium*, & notata *ſuprà num.* 10. ex eodem Barboſa, non poteſt autem dici iuſta cauſa, quam culpa præceſſit, *l.ſi vt certo, §.quod vero, ff commodati, & leg ſi mulier, in princ. ff. quod metus cauſa*, ſubdit etiam Barboſa *eodem numero 73. verſ. tertia*, quod ſocero, ſi genero promiſit dotem, quam nõ erat ſoluendo, & ſi fuerit negligens in ſcientia bonorum ſuorum, competit nihilominus priuilegium, ſi cõueniatur conſtante matrimonio, cum ad priuilegij amiſſionem conſtante matrimonio requiratur dolus, iuxta ſuprà tradita ex eodem Barboſa. Quælibet autem cauſa etiam iniuſta, & culpoſa excuſat à dolo, *l. igitur, §.1. ff. de liberali cauſa*. At ſi ſoluto matrimonio [inquit] ſocer negligens conueniatur, non gaudebit eo priuilegio, quia cum vt ei ſoluto matrimonio priuilegium tribuatur, requiratur iuſta cauſa, iuxta tradita *ſuprà numero* 10. ex eodem Barboſa, ſi culpa vel negligentia præceſſit, non aderit iuſta cauſa, vt dictum eſt, ac proinde vt ſoluto matrimonio ſit locus priuilegio ait oportere, quod poſt promiſſionem caſu fortuito ſocer efficiatur non ſoluendo, vel quod tempore promiſſionis iuſta ignorantia neſciuerit quantitatem bonorum ſuorum, iuxta exemplum *l.in fraudem, ff. qui, & à quibus, & §.in fraudem, Inſtitut. quibus ex cauſis manum. non licet.* Prædicta Petr. Barboſa.

13 Quod ſi contra præfatam ſententiam ſuam, & aliorum, qui *ſuprà numer.* 9. ſunt relati, obiiciatur *ex d.l.penult. fine, ff de iure dotium*, colligi etiam dirempto matrimonio priuilegium, ne conueniatur vltra quam facere poteſt, competere indiſtinctè, niſi in promiſſione dotis dolus interuenerit, ſcilicet niſi ſocer ſciens ſe non habere bona ſufficiẽtia, dotem genero promiſerit illũ recipiendo, vide *ibidem*, vt cùm dicitur ſoluto matrimonio non eſſe ſocero tribuendũ priuilegium, id explicet procedere proponendo exemplum, ſi ſciens ſe non eſſe ſoluendo promiſit dotem genero, & ſic eum decepit, ex quo textu ibi videtur ſentire, non aliàs excludi ſocerum ſoluto matrimonio conuentum, niſi dolus in initio promiſſionis arguatur, quia exempla etſi non reſtringunt regulam, tamen declarant in quibus terminis ſit accipienda iuxta *gloſſ. 2. in l.vnquam plura, ff. de priuatis delictis*. Reſpondet quod cum Iureconſultus *ibidem* dixiſſet ſoluto matrimonio priuilegium non tribuendum ſocero niſi ex cauſa, & perſona, exemplum præfatum ſtatim traditum non poſſe dici poſitum vt intelligeretur priuilegium abſolutè, & indiſtinctè concedendum ſocero, niſi dolus interuenerit, ſcilicet niſi ſocer ſciens ſe non eſſe ſoluendo dotem promiſerit generum decipiendo; nam alioqui exemplum illud non ſolum non eſſet aptum, ſed eſſet deſtructiuum concluſionis, ad cuius declarationem poſitum eſt: Nam concluſio [inquit] eſt, quod regulariter ſoluto matrimonio non ſit priuilegium ſocero tribuendum, niſi iuſta cauſa, & rationabilis interueniat, ex exemplo autem intellecto, vt non ſit tribuendum ſolum ſi dolus probetur, totum contrarium colligeretur, imò ſocero ſemper eſſe præfato priuilegio ſuccurrendum, niſi probetur cauſa propter quam non debeat ei ſuccurri, cum igitur [ſubdit Barboſa] admittenda non ſit interpretatio, qua quis in continenti ſibi contradicat, *l.non ad ea, ff. de condit. & demonſtrat.* ex præfato exemplo colligi, & intelligi debet, dirempto matrimonio non eſſe ſuccurrendum ſocero, non ſolum quando non adeſt iuſta cauſa id ſuadens, ſed etiam quando illa adeſt, ſi non ſit abſolutè iuſta, tradita, & explicata *ſuprà num.* 11. ex eodem Barboſa, qui hac de re latiùs *d. l.maritum, n.* 69.

14 Prædictis tamen non obſtantibus communis Doctorũ ſententia [vt idem P.Barboſ. *d.l.maritum, n.*65.] affirmat priuilegium vt per generum non conueniatur vltra quam facere poteſt, indiſtinctè ſocero ex cauſa dotis competere, tam ſi conueniatur conſtante matrimonio, quam eo diſſoluto, niſi dolus ex parte ſoceri, qui ſciens ſe non habere bona ſufficientia ad illius ſolutionem, dotem genero promiſerit, interuenerit, & probetur, ita quod dolo ex parte eiuſdem ſoceri excluſo, non excludetur ab eo priuilegio, etiam matrimonio per mortem filiæ ſoluto, ita Gloſſa *in d. l.ex diuerſo, ff. ſolut. matrim.* Alexander *in l.rei iudicatæ, n* 9. *ff. ſol.matr. ibid.* Aretin. *§.ſocero, col.2. poſt principium.* Campeg. *de dot. p.* 3. *q.*250. Laderch. *d.conſ.*30 *n* 5. Paſchalis *d.c.* 9. *num.*21. Fontanell. *d.p.*11. *n.*96. Giurba *dec.*42. *n.*9. *initio*, Surd. *d.q.*78. *n.*14. Coſta *d.remed.*28. *n.*1. Lupus *in rub. tit. de donat. inter virum & vxorem, §.*21. *n.* 14. & plures alij Iuriſperiti à P.Barboſa *l.maritum, n.*66. *initio* relati, & ex Theologis ita Molina *d.diſp.*425. *num* 8. & Fragoſus *d.§.*5. *num.*80. *verſ. abſolutè tamen*, & ita ſentire videtur etiam Ant. Pichard. *d.precepto* 9. *n.*59. vbi oſtendit nullam eſſe repugnantiam inter *l.ſicut, & ſequent. de re iudicata, & l.penult. ff. de iure dot.* ponderans illa verba *d. l.penult. ibi ex cauſa, & perſona id tribuendũ puto*, & verba *d. l.ſicut ibi ſed alio iure vtimur*, probat conjecturam Antonij Fabri *l.*1. *coniect. c.*14. qui eadem verba *d l.ſicut ſed alio iure vtimur*, ita legit; *ſed alio, & alio iure vtimur*, cuius lectionis ait ſenſum eſſe, ſcilicet æquum quidem eſſe ſocerum ex promiſſione dotis ſoluto matrimonio in ſolidum condemnari, ſed alio iure nos vti, id eſt eum nunc in ſolidum condemnari, nunc non condemnari, & regulariter non condemnari, ex cauſa tamen, & perſona condemnari, ex cauſa ſcilicet, ſi dolo dotem promiſerit ſciens ſe non poſſe ſoluere; ex perſona verò, ſi talis perſona ſit, quæ vix aliquo honore digna videatur, iuxta *dict. leg. penultim.* ita Pichardus.

Probatur hæc ſententia, primò ex textibus *ſuprà* 15
num.

numero 3. adductis, *quia dicta lege ex diuerſo, & dicta leg. ſicut in principio*, abſolutè dicitur, quod ſocer pater vxoris ex æquitate iuris gaudet aduerſus generum beneficio, ne conueniatur niſi quatenus facere poteſt ex cauſa dotis promiſſæ, *& dicta lege penultima*, etiam concluditur eundem ſocerum habere aduerſus generum dotem promiſſam petentem & conſtante matrimonio, & etiam eo dirempto, ſi ex parte patris ab initio promiſſionis dotis non reperiatur dolus, ſcilicet ſciens ſe non poſſe ſoluere dotem genero promiſerit, illum ſic decipiendo. Et licet *dicta lege ſicut fine* ibi, *ſed alio iure vtimur, iuncta ſequenti lege ſed hoc ita*, videtur priuilegium ſocero conceſſum & ſolum ſi conſtante matrimonio pro promiſſa dote conueniatur, non vero ſi matrimonio ſoluto, & ſic dictæ duæ leges videntur contrariæ *dict. leg. penultima, & dicta lege ex diuerſo*; tollitur tamen repugnantia admiſſo intellectu *numero præcedenti* notato ex Pichardo, vel per tradita à Laderchio *dict. conſil. 30. numero quinto*, vbi explicans rem hanc iuxta *dictas leges eodem numer. tertio* adductas, notat, quod ſocer ex iuris æquitate habet hoc beneficium contra generum dotem petentem *d. l. ex diuerſo, in princ. & d. l. ſicut pariter in prin. at d. l. ſicut fine*, dicit tale beneficium ei ex vſu denegari: ibi, *Sed alio iure vtimur*, quorum verborum ſenſum eſſe ait licet de iure tale beneficium ſocero competat, nihilominus ex vſu ei denegetur, quem vſum *l. ſed hoc ita ſequenti*, Pomponius addit obtinere ſoluto matrimonio: verum quod Iureconſultus *in dicta lege penultima*, vſu poſthabito tractat, quid iuris ſit in hac re, & concludit beneficium tribui ſocero, & conſtante, & ſoluto matrimonio, & iuris diſpoſitionem temperat, niſi dolus ex parte ſoceri dotis promittentis interuenerit, ſcilicet ſciens ſe non habere bona ſufficientia ad illam ſoluendam dotem promiſerit genero, vt illum ad matrimonium cum filia induceret. Præterea probat eadem ſententia, quia hoc beneficium competit ſocero propter reuerentiam ei, vti loco parentis reſpectu generi exiſtentis, *vt ſuprà num. 7.* notatum eſt, & etiam poſt mortem filiæ, quamvis non ſit actualiter ſocer, quia fuit, adhuc eidem ſocero debetur reuerentia, cum affinitatis, & obligationis reuerentialis reliquiæ permaneant, vt *ſupra numer. 10.* notatum eſt, & priuilegia conceſſa perſonæ reſpectu reuerentiæ ex affinitate, & coniunctione ob matrimonium durent etiam ſoluto matrimonio, & ſoluta ſeu extincta affinitate, vt iuribus, & Doctoribus relatis Cacheranus *allegata deciſione 31. numer.* 14.

An ratione doli, ſcilicet quia ſciens ſe non poſſe eam ſoluere promiſit dotem genero, ſocer excludatur à præfato priuilegio, ne damnetur vltra quàm facere poteſt, tam ſi conueniatur conſtante matrimonio, quàm eo ſoluto.

16 Vtrum verò etiamſi conſtante matrimonio ſocer per generum conueniatur pro ſolutione promiſſæ dotis, à beneficio, ne condemnetur vltra quam facere poteſt excludatur ob dolum, qui ex parte ipſius interuenerit; quia ab initio promiſſionis ſciens ſe non habere bona ſufficientia ad illam ſoluendam promiſerit dotem, vel magnam dotem, quam ſciebat non eſſe ſoluendo, ſicut ob eumdem dolum excludatur à beneficio eodem ſi conueniatur ſoluto matrimonio, vt dicitur *dicta lege penultima.* Prima ſententia plurimorum Doctorum, quam communem vocat P. Barboſa *in dicta lege maritum, n. 70. initio*, tenet ratione præfati doli ab initio promiſſionis interuenientis à præfato beneficio non excludi ſoceru... conuentum conſtante matrimonio, ſed ſolum quando ſoluto matrimonio conuenitur, ita Alexander *l. rei iudicatæ, num. 9. ff. ſoluto matrimonio*, Campegius *d. p. 3. citato quæſt. 250. num. 2. verſ. in contrarium*, Brunus *tract. de ceſſione bonorum, 4. p. princ. quæſt. 22. numero 4.* Cumanus, Aretin. Connanus, Coſtalius, & alij à Petro Barboſa *dict. num. 70.* relati, quos ſequi videtur Molina *d. diſp. 425. numer. 8.* fundatur *in dicta lege penult. ff. de iure dotium*, vbi prius dicitur abſolutè priuilegium, ne pro dote promiſſa ſoluenda condemnetur, competere ſocero manẽte matrimonio per generũ cõuento. Deinde dicitur competere etiam eidem ſocero, pro dote cõuento ſoluto iam matrimonio, niſi ex parte ipſius interuenerit dolus, quia ſciens ſe non eſſe ſoluendo promiſerit dotẽ, hac ſpe inducens generum ad matrimonium, & illum ſic decipiens, ac proinde videtur ibi excludi ſocerũ propter præfatum dolum à priuilegio ſolum, quando dirempto matrimonio conuenitur, & hanc eſſe differentiam quãdo ſocer conuenitur conſtante matrimonio, & quando cõuenitur eodẽ matrimonio ſoluto, vt priori caſu competat priuilegium etiamſi doloſe promiſerit dotem, quã ſciebat non poſſe ſoluere, poſteriori vero excludatur ab eodem priuilegio ratione doli commiſſi promittẽdo dotem, ad quam ſoluendam ſciebat tunc ſe non eſſe idoneum. Vnde ſi contrarium diceretur, vt ſcilicet nulla eſſet differentia ſiue ſocer conueniatur conſtante, ſiue ſoluto matrimonio, aduerſaretur textui *in dicta lege ſicut, & lege ſed hoc ita ſequenti, ff. de re iudicata, contra dict. leg penultim.* & poſita illa differentia tollitur antinomia ſeu contrarietas, quæ dictis textibus apparet. Huic autem ſententiæ Campegius & alij à Barboſa relati aiunt nõ obſtare neque *dict. legem ſed hoc ita*, ibi *ex doli clauſula, ff. de re iudicata*; *neque lege verum initio ff. pro ſocio*, neque *l. etiam §. licet. ff. ſoluto matrim.* ex quibus apparet ratione doli denegari priuilegium ne quis conueniatur vltra quam facere poteſt: eneque etiam *leg. ſi quis dolo initio ff. de re iudicata*, vbi tanquam regula ponitur, quod dolus priuilegiati indiſtinctè excludit hoc priuilegium. Reſpondent enim diſtinguentes, an dolus à ſocero fuerit commiſſus à principio circa promiſſionem & obligationem, an verò poſt promiſſionem circa facultatem ſoluendi dotem promiſſam, ſi igitur dolus interuenerit poſt promiſſionem, aiunt iidem Doctores ſocerum ratione præfati doli non ſolum ſoluto, ſed etiã conſtante matrimonio excludi à priuilegio iuxta *dictam leg. ſi quis dolo*, & alios textus, quos dicunt loqui de huiuſmodi dolo interueniente ex poſtfacto, ſeu poſt promiſſionem dotis: ſi vero interuenerit tempore promiſſionis circa ipſam obligationem, aiunt ſocerum non excludi à priuilegio, ſi conſtante matrimonio conueniatur, ad hocque aſſerendum addunt cogere *d. l. penult.* ne contrarietur *dict. leg. ſed hoc ita.*

At longè verior ſententia contraria, quod ſocer etiãſi 17 conueniatur per generum ad dotem promiſſam ſoluendam conſtante matrimonio excludatur à beneficio ſeu priuilegio ne condemnetur vltra quàm facere poteſt, ſi à principio fuit in dolo promittendo dotem quam ſciebat ſe non poſſe ſoluere ob defectum bonorum ſufficientium: quam ſententiam tenent Gloſſa *in d. l. pen. verb. ex cauſa, ff. de iure dotium.* Paulus de Caſtro *in d. l. rei iudicatæ, §. ſocero, numer. 8. ff. ſoluto matrimonio.* Couarruuias *variarum lib. ſecundo capite 16. numero 9. verſiculo ſecundò illud adnotandum*, Gamma *deciſ. 25. numer. 2.* aſſerentes ſic etiam fuiſſe à Senatu Lucidano iudicatum, & præter plurimos alios Doctores relatos à Couarruuia *loco citato*, & à P. Barboſa *dicta l. maritum, numer. 70. verſ. contrarium* ex Doctoribus *ſupr. n. 1.* relatis, ita ſentiunt idem P. Barboſa *d. numer. 70. & ſequenti*, Laderchius *d. conſ. 30. num. 5.* Corduba à Lara *d. §. ſed ſi filius, num. 93.* Surdus *d. quæſt. 78, n. 43.* Coſta *d. remed*,

remed. 28 *n.7. verſ. quintò requiritur*, Paſchalis *d.c.9.n.25.* Fontanella *d.p.*11. *n.*22. Antonius Pichardus *dicto præcept.9. num.* 2. Rebellus *d q.9. n.*19. & Fragoſus *d.§ 5. n.8. verſ. interueniente autem.* Probatur, quia iura non fauent decipientibus [*vt ſuprà num.*11.*circa finem*, notatum eſt] & iniquum eſſet, dolum ſuum quemque releuare, vt rectè Pichardus *d. n.* 27. Quare alij, qui gaudent priuilegio, vt in id ſolum, quod facere poſſunt conueniantur & condemnentur, illud admittunt propter dolum, ſcilicet ſi ob dolum ex parte ipſorum interuenientem non poſſunt in ſolidum ſoluere, vt *locis citatis* Coſta, P. Barboſa, & Pichardus; ſic ſocius, qui habet illud priuilegium, vt non conueniatur vltra quàm facere poteſt *l. verum, in principio, ff. pro ſocio, leg. ſunt qui, ff. de re iudicata*, illud procedit propter dolum *d.l. verum, in princ. & leg. ſed hoc ita fine, ff. de re iudicata.* Similiter maritus eodem gaudens priuilegio, cum conueniatur pro dotis reſtitutione *l. ſum*, (*& infrà* probatur) illud amittitur propter dolum *d. l. etiam, §. licet, ff. ſolu. matr. & l. vnica, §. cum autem, Cod. de rei vxoriæ actione, l. ſi verum, ff. de re iudicata*, & Doctores communiter, quorum plures refert Barboſa *n.*77. Item ſocer mariti pater, qui eodẽ priuilegio quo maritus gaudet *d. l. ſicut, ff. de re iudicata*, eo priuatur propter dolum, vt tradunt Vincentius de Franchis *deciſ.*164. *n.*11. *&* 16. Coſta *loco citato*, Surdus alios referens *d. quæſt.* 78. *n.* 45. & Paſcholis *d. n.*25. Et ita fuiſſe deciſum per ſacrum Conſilium affirmat Vincentius *d. deciſ.* 164. *ſine.* Mulier quoque habens idem priuilegium, ne pro dote promiſſa ſoluenda condemnetur vltra quam facere poteſt, *l. ex diuerſo, ff. ſol. matrim.* eo priuatur ſi doloſè & ſciens, ſe non eſſe ſoluendo dotem pro ſe promiſerit, vt *ſuprà cap.*8. *n.*18. notatum eſt. Et tradunt Baldus Nouellus *de dote loco ibidem citato, & p.* 6. *priuilegio* 43. *n.*2. *verſ. neque tamen*, & plures alij, quos illis adhærens refert P. Barboſ. *d. n.*71. Ergo & ſocer vxoris pater ea cauſa doli amittet idem priuilegium: & prædicta omnia confirmãtur ex ea regula generali tradita *in d. l. ſi quis dolo, ff. de re iudicata*, quod dolus priuilegiati indiſtinctè priuat eodem priuilegio. Denique (omiſſis aliis notatis à P. Barboſa) dolus eiuſdem ſoceri patris vxoris interueniens ex poſtfacto, quo poſt promiſſionẽ dotis idem ſocer deſiit poſſe, vel recuſat in ſolidum dotẽ ſoluere, excludit illum à priuilegio; etiamſi conueniatur conſtante matrimonio, vt debeat cõdemnari in ſolidum non deducto ne egeat, vt tradunt Doctores prioris ſententiæ *n. præced.* relati, & Gaſpar Theſauros *in addit. ad dec.*119. Antonij Theſauri, vbi poſt relatam deciſionem Senatus Pedemontani, quod ſocer pater vxoris non teneatur in pluſquam facere poſſit, & ob id non poſſit in carcerem trudi, notat id verum, niſi idem ſocer fuiſſet condemnatus ad dotis promiſſæ ſolutionem, & haberet vnde ſolueret, aut doloſè ſoluere recuſaret, nam tũc ait filiæ, & genero ſuccurrendum eſſe, vt poſſit etiam carcerari pater pro ipſa conſtituenda iuxta Benedictum *in cap. Raynutius, verbo dotem, n.*25. *de teſtamentis.* Ergo multò magis ſocer amittere debet idem priuilegium ob dolum ab initio promiſſionis dotis commiſſum, dum vt ſpe futuræ dotis induceret generum ad matrimonium promiſit dotem genero daturum, quam ſciebat non poſſe dare, cum hoc pacto dicatur genero inſidiari, quia ſic illum decipit, vt *ſuprà* notatum eſt, & habetur *d. l. penultima.* Propter quem dolum Caballus *reſolut. criminalium cent.* 2. *caſu* 136. *num.*25. & poſt eum Fontanella *d. n* 22. aiunt ſocerum videri puniendum arbitrio iudicis, prout (ſubdunt) ſic puniendus eſt, qui ſciens ſe non eſſe ſoluendo facit ſe diuitem, & plura contrahit debita, vt *ibidem* tradit Caballus ex Menochio *de arbitrariis caſu* 381. *num* 25. *verſic. hoc crimine*, & Farinacio *lib* 1. *quæſt. crimin. q.* 26. *n.*28. *verſ. ſicut*, pariter alios allegante.

Neque huic ſententiæ obſtat *d. lex penultima, ff. de* 18
iure dotium, dum poſtquam dicit beneficium, ne condemnari poſſit vltra quam poteſt facere, dari ſocero vxoris patri & conſtante, & etiam ſoluto matrimonio, addit limitationem ſeu exceptionem, niſi dolus interuenerit; nam Laderchius *d. n.* 5. rectè reſpondet, quod quamvis hanc exceptionem addat in caſu ſoluti matrimonij, tamen non negat, & eam habere locum eo conſtante, ſed eſt ſenſus: *Quid ſi genero inſidiari voluit*, certè tunc ceſſabit beneficium, & de dolo agi poterit. Quaſi dicat (inquit idem Laderchius) non ſolum non fruetur beneficio, ſed & actione famoſa diſtringetur, cum ſi contra ſocerum, qui dolum adhibuiſſet conſtante matrimonio, doli actio intendi contra eum (eo quod eſt loco parentis, *l. quia parentis, ff. ſolut. matrim, & ſuprà* notatum eſt) non poſſet *lege non debet, ff. de dolo malo*, quæ eſt differentia (ſubdit Laderchius) in vtrũque caſum: nihilominus & ipſe careret priuilegio, iuxta tradita *numero præcedenti*, & textus *ibidem* allegatos, quibus probatur ſocium maritum, ſocerum mariti patrem, & alios priuilegiatos, propter dolum amittere priuilegium. Aliter reſpondet P. Barboſa *d. l. maritum, n.* 72. ſcilicet, quod quamvis dicta lex penultima dicat, conſtante matrimonio ſuccurri ſocero, intelligendum eſt, niſi iuſta cauſa ſuadeat illud non præſtari, vt in aliis priuilegiis ſolet intelligi; nulla autem maior poteſt eſſe cauſa quàm præfatus dolus ſoceri promittentis dotem, quam ſi non poſſet ſoluere vt decipiendo generum illum ſpe futuræ dotis, ad matrimonium cum filia contrahendum inducat *lege penultima, §. fin. ff. quod falſo tutore auth.*

An prædicta amiſſio priuilegij locum habeat ſolum quando ſocer ſciens ſe non eſſe ſoluendo promiſit dotem animo decipiendi generum, non ſi bona fide ſperans ſe poſtea acquiſiturum bona, quibus ſolueret.

Vtrum verò ſocer amittat priuilegium ſolum quando 19
conſcius ſe non habere tempore promiſſionis bona ſufficientia ad illam tunc ſoluendam, promittit dotem genero animo decipiendi, & inſidiandi; an verò etiamſi promiſerit ſine animo decipiendi, ſed bona fide, quia ſperabat ſe acquiſiturũ bona, ex quibus poſſet ſoluere. Zaſius *ſingul. reſponſ. cap.*9. *à num.*5. à P. Barboſa *d. l. maritũ, n.*7. tenet ſolum in primo caſu iuxta *d. l. pen.* amittere priuilegium, non in ſecundo. Primò quia in hoc ſecundo caſu non videtur eſſe in dolo ratione illius bonæ fidei, ſiue ſpei, *§. in fraudem, Inſtitut. quibus ex cauſis manumittere non liceat*: ſecundò quia verba *d. l. penult.* ibi, *genero inſidiaretur*, videntur ſignificare, quod ſi ſocer non habuerit animum inſidiandi genero, ſiue decipiendi, gaudeat priuilegio: demùm quia licet quis promittat id quod non poteſt ſoluere, non ob id debet præſumi per fraudem hoc feciſſe, ſed potius quia magis ſperabat de bonis ſuis, quàm re vera in illis eſſet, iuxta Aretinum *conſ.*47. *n.* 2. allegantem *d. §. ſi in fraudem.*

Sed verius eſt etiam in ſecundo caſu ſocerum amittere priuilegium, vt probat poſt alios idem P. Barboſ. *d. n.*75. & videntur ita ſentire cæteri Doctores *ſuprà n.*7. relati, quia non facta mentione de expreſſo animo decipiendi generum, aſſerunt ſocerum, quia ſciens ſe non eſſe ſoluendo promiſit dotem, non gaudere eodem priuilegio; & ita certè ſentit etiam Campegius *d. p.* 3. *priuilegio* 251. *verſ. ſecundus.* Ratio eſt, quia ſciens ſe nõ eſſe ſoluendo, cenſetur eſſe in dolo, *l. in fraudem, ff. qui & à quib. & l. ſi quis cum*, vbi Bartol. *ff. quæ in fraudem creditorum*, & Corduba à Lara *d. §. ſed ſi filius, n.*93. ponderans verba *d. l. penult.* ait dolum colligi & conuinci ex ipſa dictione ſciẽs, *l. hac verb. C. de adult.* ſicut etiã cõuinci ex alia dictione, niſi inſidiaretur. Primũ autẽ Zaſij

motiuum non ſubſiſtit; quia cum dos ſit danda genero, non poteſt cadere ſpes probabilis, quod ante traditionem ſocer efficiatur diues. Neque etiam ſecundum, quia ex quo ſocer ſciens ſe non eſſe ſoluendo dotem promittit, videtur inſidiatus genero, nempe eum decepiſſe, ac proinde licet non adſit animus expreſſius decipiendi, adeſt tacitus & præſumptus, præterquam quod nō videtur *d l.pen.* requiri copulatiuè, quod ſocer ſciens ſe non poſſe ſoluere etiam inſidietur genero, vt *ſuprà* notatū eſt. Denique non ſubſiſtit tertium, quia qui non habens bona ſufficientia quid promittit, verè cenſetur eſſe in dolo *d.l.in fraudem ff.qui, & à quibus*; quia præſumitur ſcire vires ſui patrimonij, *l.quiſquis, C.de reſcind. vend.* Ad textum etiam *in d. §.in fraudem*, reſpondet P.Barb. *n.76.* non probare quem ignorare vires proprij patrimonij, & ſic plus de eo ſperare, quàm ſit in bonis; ſed imo contrarium præſupponi, & ſentire non ſemper eſſe reiiciendam allegationem ignorantiæ virium patrimonij, quaſi non veriſimilem, eo quod multoties contingere poteſt, quod illa ſit veriſimilis, & debeat excuſare.

Differentia inter ſocerum patrem mariti, & ſocerum patrem vxoris.

21 Ex quibus infertur differentia inter ſocerum patrem mulieris dotem promittentem, & ſocerum patrem mariti, ipſumque maritum dotem recipientem, & quoad doli præſumptionem, nam in ſocero promittente dotē, quando ſciebat ſe non poſſe ſoluere, præſumitur dolus, & quod voluerit generum decipere, cum dotem teneatur ſtatim dare. At verò in ſocero, & marito recipiente dotem ſciente ſe eſſe inopem, nec habere alia bona vltra dotem receptam, ex hoc non præſumitur dolus, quia poteſt dotem conſeruare, & etiam cum non teneatur ſtatim dotem receptam reſtituere, ſed poſt ſolutum matrimonium, poteſt probabiliter præſumi & ſperari, quod durante dicta dilatione ante diem reſtitutionis poſſit ditari, & acquirere bona, ex quibus poſſit dotem reſtituere. Et hanc differentiam præter plurimos alios à P.Barboſa *d.n.76. fine* relatos agnoſcunt Campegius *d. q.251. verſ.2. & q.238. verſ.9. fallit*, & idem P.Barboſ. Qui propterea *n.77.* addit de dolo ſoceri, & mariti dotē recipientium oportere, vt aliunde conſtet; nam eo caſu amitteret priuilegium, vt notatum eſt *ſuprà n. 17.* & prædicta tradit etiam Rebellus *d.q.9. n.23.*

22 Quod ſi ſocer bona fide, & probabili, ſeu inculpabili ignorantia putans ſe poſſe in ſolidum ſeu integrum dotem ſoluere, illam promiſit, licet poſtea inuentus ſit ſe non poſſe ſoluere integram, tunc gaudebit priuilegio, vt ſolum teneatur quantum facere poteſt, vt non egeat, vt notatum eſt *ſupra n.12.* & vltra P.Barboſ. *ibid.* relatum aduertit etiam Molina *d.diſp.425.n.8.* imo etiamſi ignorantia culpabili ob negligentiam in ſcientia ſuorum bonorum tempore promiſſionis neſciuerit bona eſſe ſufficientia ad dotem, quam promittebat genero ſoluendam, adhuc iuxta ſententiam traditam *n. 14.* & Doctores *ibid.allegatos*, gaudebit etiam priuilegio, etiam ſi conueniatur ſoluto matrim. (quidquid ſecus ſenſerit P.Barboſa *loco ſuprà d.n.10. allegato*) nam *d.l. pen. ff.de iure dotium*, dicitur ſocero dari priuilegium, niſi dolus ex parte ipſius interuenerit, ſcienſve impotentiam ſuam ſoluendi dotem promiſit: quæ exceptio excludit omnem aliam culpam, quæ dolum non contineat: & etiam ob eandem rationem ſi culpa non doloſa, ob quam ſocer poſt promiſſionem inciderit in paupertatem & impotentiam dotem promiſſam ſoluendi, non ſufficit ad amiſſionem priuilegij conſtante matrimonio, neque etiam ſufficiet (licet ſecus *loco d. n.12. citat.* teneat P. Barboſa) ſoluto matrimonio, de quo tamen *infrà*.

Pater ſi à filia ſoluto matrimonio conueniatur ad dotis promiſſæ ſolutionem, an habeat beneficium, ne conueniatur vltrà quam facere poteſt, ne egeat.

Porrò ſocer prædictus multò magis gaudebit priuilegio, vt ſolum teneatur in quantum facere poteſt, ne egear, ſi poſt mortem generi pro ſolutione dotis conueniatur à filia, vel à nepotibus filiis eiuſdem filiæ, vt in ſpecie tradunt Lud.Mol. *d. diſp. 425. n.8.* & poſt alios Molfeſius *ad conſuetudines Neapol. p.6.q.9. n.4.* & ratio eſt, quia parentes à filiis non poſſunt conueniri niſi in quantum facere poſſunt §. *ſed etſi qui, inſtitut.de actionibus, l.ſunt qui, & l.ſeq. ff.de re iudicata.* Pater enim alendus eſt à filiis diuitibus (vt *in tract. de alimentis* probatum eſt) & poteſt vendere filios propter famis neceſſitatem, ac proinde multo magis poteſt ſibi retinere de bonis, quæ debet filiæ, præterquam quod per egeſtatem & mendicitatem reduceretur pater ad ignominiam, & tamen filij debent magnam reuerentiam, & ſic etiam magnam curam, & obſequium *in §. ſi quis ex prædictis, Authent. vt cum, de appellatione cognoſc.* vnde Doctores communiter (vt notat Surdus *de aliment. tit.1. d. q.78.n.4.*) dicunt hoc priuilegium competere parentibus reſpectu filiorum ob reuerentiam à filiis parentibus debitam. Vnde idem, quod de patre, dicendum eſt de matre, quæ dotem filiæ promiſerit; & probat textus *in d.§. ſed & ſi quis, inſtit.de actionibus*, qui loquitur non ſolum in patre, ſed in quocumque parente vtriuſque ſexus, ſeu in omnibus aſcendentibus tam paternis quam maternis ſecundum Gloſſam *in l.Patronus, verbo parentes, ff. de re iudicata*, & notant Myſingerus *d.§. ſed eſt, initio, verbo parente:* & Surdus *d. n.4.* Ob præfatas autem rationes adductas ad probandum ſocerum patrem vxoris à filia conuentum non teneri in ſolidum ad dotis promiſſæ ſolutionem, ſed ſolum in quantum facere poteſt, Molfeſius *d.q.9.d.n.4. & ſeqq.* poſt alios infert, quod conſuetudo regni Neapolitani, quæ contra ius commune habet, quod quilibet (ſiue ſocer pater vxoris, ſiue maritus, vel mariti pater) qui teneatur dotem promiſſam ſoluere, vel receptam reſtituere, teneatur in ſolidum ſoluere vel reſtituere (de qua conſuetudine *ibid.* Molfeſius, Afflictus *dec.222.* & P.Barboſa *d. l.maritum, n.108. ff.ſoluto matr.*) non habet locum, quando filia dotem promiſſam exigit à patre, vt ea conſuetudine non obſtante pater non teneatur, niſi in quantum facere poteſt, & deductis alimentis.

Tradita de ſocero quoad priuilegium, vt poſſit conueniri per generum ſolum in quantum poteſt facere, procedunt in aſcendentibus ſoceri per lineam maſculinam.

Cæterum ſicut ſocer pater vxoris, qui dotem promi- 24
ſit genero, gaudet hoc priuilegio, vt non conueniatur per generum niſi in quantum facere poteſt, & relinquendum ei, ne egeat, ita eodem priuilegio potitur quilibet alius ex aſcendentibus per lineam maſculinam, in quibus eadem ratio militare videtur, ſcilicet quia loco parentis eſſe cenſetur reſpectu generi. Et ita ex Doctoribus *n.1.* relatis, in ſpecie Molina *d.diſp.425.n.4.* & Rebellus *d.q.9.n.24.*

An autem pater habens filiam diuitem, ſi promiſerit 25
pro ea genero dotem, ſciens ſe non habere bona propria ſufficientia ad illam dotem ſoluendam, teneatur de ſuo ſoluere ſolum quantum facere poteſt, remanentibus ſibi bonis neceſſariis ad ſe alendum & familiam, & quod deeſt ſupplendum

ex

ex bonis filiæ, latè diſcuſſum eſt *ſuprà cap. 8. n.83. & tribus ſequentibus.*

26 An etiam in prædictis caſibus, in quibus gaudet priuilegio, & non conuenitur niſi in quantum facere poteſt, ſi poſtea deuenerit ad pinguiorẽ fortunam, teneatur dotem in ſolidum ſoluere, conſtabit ex tractandis *infrà.* Teneri eſt communis ſententia, per textum *in l.vnica, §.cum autem, Cod.de rei vxoria actione,* & notatum eſt *ſuprà dicto cap.8.num.81.fine,& num.86.* & tradit P.Barboſa *in l.1.p.4. num.163.verſic.item malè.* Et an etiam poſſit ſocer eidem priuilegio renunciare, *infrà numer.24.* tractatur.

Socer pater vxoris, ſi per generum conueniatur ex alia cauſa, quàm dotis, an gaudeat eodem priuilegio, vt damnetur non in ſolidum, ſed in quantum facere poteſt: vbi quid in ſocero patre mariti.

27 Hic remanet ſolum videndum, an idem ſocer pater mulieris gaudeat priuilegio, ne per generum conueniatur, niſi in quantum facere poteſt, ſolum quando cõuenitur ex cauſa dotis promiſſæ? An verò etiamſi conueniatur ex alia cauſa, ſeu pro aliis contractibus & debitis extra cauſam dotis? Et vna ſententia quoad hoc ponit differentiam inter ſocerum patrem mariti reſpectu nurus, & ſocerum patrem vxoris reſpectu generi, quod ſocero patri mariti competit priuilegium etiamſi conueniatur ex alia cauſa, quã dotis; ſocero autem patri vxoris cõpetat ſolũ quãdo conuenitur ex cauſa dotis, nõ quando ex alia cauſa. Et quoad ſocerum patrem mariti videtur apertè colligi *ex l.ſicut autẽ, in principio,* ſuppoſita *l.non tantum præcedenti ff.de re iudicata;* nam *d.l.non tantum,* dicitur idem priuilegium competere marito nõ ſolum quando mulier agit contra ipſum actione dotis, ſed etiã quando conuenitur ex quocumque alio cõtractu: & *d.l.ſicut autem dicitur,* ſicut agitur cũ marito, ita & cũ ſocero mariti patre, vt non vltra facultates dãnetur. Quo verò ad ſocerũ vxoris patrem probant Doctores huius ſententiæ *ex d. l. ſicut.* Quæ loquens de eodem ſocero patre mulieris dicit eum gaudere eo priuilegio, ſi cum illo agatur ex promiſſione dotis, quibus verbis reſtringit priuilegiũ ad caſum, in quo ſocer conuenitur ex actione dotis: ita Raphaël Cuman. *in d.l.ſicut, & in l.ex diuerſo, ff.ſolut. matr.* Paulus de Caſtro *in d.l.ex diuerſo, & in l. rei iudicatæ, §. ſocero, n.8. ff. ſol. matr.* Zaſius *lib.2.ſingul.reſp.c.9.n.4.* & nonnullos alios allegans P.Barboſ. *d.l.maritum, n.58. fine, & numer.67. verſ. Prout & primus.* Qui aſſignat rationem differentiæ, ſcilicet quia ſocer reſpectu nurus loco parentis eſt, *d.l quia parentis, ff.ſol.matr.* ſocer autem pater mulieris non cenſetur loco patris reſpectu viri ſeu mariti filiæ, eo quod vxor accedat marito, & de eius familia efficiatur, non è contra, iuxta notata *ſuprà num.6.*

28 Contrariam nihilominus ſententiam, & etiam ſocerum reſpectu generi habere idem priuilegium, etiamſi conueniatur ex alia cauſa, quam dotis, tenent Alexander *in d.l.rei iudicatæ, n.9. verſ.in duobus,* Vincentius *in d.l. ſicut, n.9.* à P.Barboſa *d. n.67.* relati, & Campegius *de dote p.3 q.251.* quia vterque ſocer *d.l.ex diuerſo, ff.ſol. matr.* æquiparantur, licet loquatur in dote; & *d.l.ſicut dicens,* ſocerum patrem vxoris eodem priuilegio, ſi conueniatur pro dote promiſſa ſoluenda, loquitur (inquit Campeg.) exemplificatiuè, ac proinde non videtur regulam antecedenter poſitam reſtringere, & per conſequens videtur idem dicendum in vtroque caſu, nec vrgens ratio in contrarium aſſignatur; nam etiam ſocer reſpectu generi eſt, ſeu cenſetur eſſe loco parentis, vt notatum eſt *ſuprà n.5. & 7.*

§. II.

Mulieri, ſeu vxori, quæ dotem marito promiſit, ab eodem marito pro dotis promiſſæ ſolutione conuentæ an competat priuilegium, vt nequeat condemnari niſi quatenus facere poſſit.

Certum eſt competere, conſtat tum ex *l.ex diuerſo, §.1. ff ſol.matr.* verba textus ſunt, *item ſi mulier ex promiſſione conueniatur, magis placuit defendendam eam per exceptionem,* idem & Proculus *ait; ſicut cum ſocia fuit, dabitur ei exceptio, quamvis ſit iure ciuili obligata,* tum *ex l.non tantum, ff. de re iudicata:* quæ ſic habet, *non tantum dotis nomine maritus quantum facere poteſt, condemnatur; ſed ex aliis quoque contractibus ab vxore iudicio conuentus, in quantum facere poteſt condemnandus, eſt ex Diui Pij conſtitutione: quod & in perſona mulieris æqua lance ſeruari, æquitatis ſuggerit ratio.* Ratio autem, ob quam præfatum priuilegium fuit vxori conceſſum, non videtur eſſe reuerentia (vt probat P. Barb. *d. lege maritum, n.53. & ſeqq.ff.ſol.matr.*) quam ei debeat maritus (cui quidem, vt ab vxore conuento pro dotis reſtitutione priuilegium, vt condemnetur ſolum quantũ facere poteſt, conceditur propter reuerentiam, quam ei vt capiti & ſuperiori debet vxor *l.alia, §. eleganter, ff. ſol.matr.& leg.vnica, §.cum autem, C.de rei vxor.actio.*) cum vxor ſubiecta ſit viro, & ſub eius dominio & poteſtate quoad gubernationem, vnde tenetur ei obedire, tanquam capiti & ſuperiori *can. & ordo 33. q.5.* non è contra maritus eſt ſubiectus vxori quoad regimen; & licet teneatur eidem vxori exhibere honorem, id tamen facere debet, tanquam vaſculo debiliori, & ſibi ſubdito, vt colligitur ex *epiſt. 1. Petri, cap. 3.* Quapropter D. Paulus *ad Epheſ. 5. & Theſſalon. 3.* iubet vxores eſſe ſubditas viro tanquam capiti, & ſuperiori; & iubet viros eas diligere, non autem timere, nec illis obedire. Et etiam maritus debet vxori reuerentiam, & honorem ratione ipſius matrimonij, ſeu coniunctionis ac vinculi matrimonij, ratione cuius cenſentur vna & eadem perſona, *lege ſecunda, ff. de actione rerum amotarum;* non tamen propter aliquam ſubiectionem mariti reſpectu eiuſdem vxoris. Videtur igitur iuxta *dict. l. ex diuerſo,* hoc priuilegium conceſſum vxori propter ſocietatem cum marito (vt etiam Campegius *de dote p.3. q.45.*) ſcilicet quia cenſetur eſſe ſocia mariti, vt dicitur *l.aduerſus, Cod.de crimine expilatæ hæreditatis.* Nam etſi inter coniuges vel non contrahitur vera ſocietas attento iure communi, vel non omnium bonorum (quæ requiritur vt ſocio competat priuilegium, ne conueniatur vltra quàm facere poſſit, *lege ſunt qui, ff. de re iudicata,*) tamen ſocietas coniugum ob commixtionem familiæ videtur habere quandam ſimilitudinem cum ſocietate, cumque ſociis omniũ bonorũ, *l.1.§.ſi vir,* ibi, *ſed quia commixta familia eſt, & vna domus eſt, ff.de Senatuſc.Syllaniano, & l.1.* ibi, *quia ſocietas viſa quodammodo dominã eam faceret, ff.de actio. rerum amotarum,* de quo plura P.Barb. *vbi ſup.n.57.* videtur quoque idẽ priuilegium conceſſum vtrique coniugi propter mutuam affectionem, & honeſtatem, ſeu amorẽ, & honorem reciprocũ ratione matrimonij ad inuicẽ exhibendũ; quæ non videtur (vt poſt Zaſium *in d.l.non tantum, n.2.* notat P.Barb. *d.l.marit.n.58.* & etiã Rebell. *d.q.9.n.4.*) pati inter coniuges rigidam & inciuilẽ exactionem, *d.l.2. ff. de act. rerum amotarum;* & ſic quoad hoc debeant maritus, & vxor iudicari ad paria, eſſe æquales, & vt quemadmodum maritus gaudet præfato priuilegio ſiue nomine aut cauſa dotis, ſiue ex aliis contractibus ab vxore conueniatur, ita quoque debeat eodem priuilegio gaudere vxor: & hæc ratio indicatur *dict. l. non tantum,* ibi, *æqua lance,* &c. Et hac 29

ratione fortè nitentes Alexander *in d.l.non tantum,num. ſecund.* Iaſon *ibidem numero ſecund.* & Decius *l.1.num. 10. Cod.de in ius vocan.* à Petr. Barboſa *in d.l.maritum, n. 53. verſ. quintò principaliter,* relati ſenſerunt præfatum priuilegium conceſſum etiam vxori gratiâ æqualitatis ſeruandæ inter maritum, & vxorem, licet non in omnibus ſeruetur æqualitas inter maritum,& vxorem, plura in iure permittantur marito, quæ non ſunt vxori conceſſa, vt latè tradit Petr. Barboſa vbi *ſuprà, numero 54. & 55.*

30 Quapropter ſicut maritus gaudet eodem priuilegio, vt ab vxore conuentus damnetur ſolum in quãtum facere poteſt, ſiue non ſolum ſi conueniatur ex cauſa dotis receptæ reſtituendæ,ſed etiam ſi conueniatur ex aliis contractibus *d.l.non tantum,*de quo *infrà,*ita etiam vxor per maritum conuenta non ſolum ex cauſa dotis promiſſæ ſoluendæ, ſed etiam aliis cauſis non poteſt condemnari vltra id,quod facere poteſt, vt expreſsè habetur *d.l.non tantum,* & latiùs tradit Petr.Barboſa *d.l.maritum, n.58.*

31 Præfatum autem priuilegium,ne conuenta damnetur vltra id quod facere poteſt, amittit vxor, quæ ſciens ſe non eſſe ſoluendo,dotem promiſit viro,& ſic illam decipit,vt *ſup.n.17.*notatum eſt,& tradunt Nouell.& cum aliis P.Barboſa *locis ibid. allegatis.*

Vtrùm autem poſſit vxor eidem priuilegio renunciare, *infra n.123.* diſcutitur.

§. III.

An extraneo dotatori, qui non ex neceſſitate, ſed ex ſola liberalitate dotem pro muliere viro promiſit, competat priuilegium, vt non damnetur, niſi in quantum facere poteſt, & deducto, ne egeat.

32 CIrca hoc videntur adeſſe iura contraria, nam *leg. Neſennius,ff. de re indicata, & Lelericus, l.pen.ff. de iure dot.* dicitur huiuſmodi priuilegium non competere extraneo dotanti etiam ex ſola liberalitate:at verò *l.ſi extraneus,eod.tit.de iure dot.* dicitur competere extraneo,qui ex liberalitate dotem promiſit,& ſic donaſſe cenſetur, vt *ſup. c.3.* dictum eſt.

33 Giurba *dec. 84. n.10.& 11.* Coſta *de remed.ſubſid.remed.18. num. 15.* & Fontanella *d.clauſ.7. gloſſa 3 p.11. n.97.* dicunt, quod extraneus,qui ex liberalitate dotem promiſit, non habet quidem hoc priuilegium vt dotans,& hoc ſenſu loqui textum *in d.l. Neſennius, & d.l. penult.*ſed habet vt donans,ſeu donator, & hoc dici *d. l.ſi extraneus,*cum id ſit generale non ſolùm in dotante, ſed in alio quovis donante,vt non exigatur, niſi quantum facere poteſt, & deducto ne egeat, *l. inter eos, §.is quoque,ff.de re iudic.& §.ſunt praeterea,§.ſed ſi quis,Inſtit. de actionib.* & hoc ſecundo ſenſu videtur intelligendus Surdus *de alimentis titulo primo, dict. quaeſtion. 78. numer.15.* abſolutè dicens præfatum priuilegium competere extraneo,qui dotat mulierem, quam dotare non tenebatur.

34 Verùm facienda eſt diſtinctio,quando extraneus præfatus,qui ex liberalitate dotē pro muliere promiſit marito,exigitur à marito vel eius filiis,& quando cõſtante poſt diuortium, vel matrimonio diſſoluto per mortem viri exigitur ab ipſa muliere.Si igitur exigatur à muliere,tenetur ſoluere ſolum quantũ facere poteſt,& deducto ne egeat,quia reſpectu mulieris dos promiſſa liberaliter ab extraneo debetur eidem mulieri ſolo titulo lucratiuo,& cenſetur donatio,& ſic procedit regula de donatore,qui non exigitur niſi quantum facere poteſt, ita expreſsè ex Doctoribus *ſup.n.1.*relatis Molin.*d.diſ.425. n.10.* & Fragoſ.*d.§.n.80.verſ.puto quando,* & hoc pacto loquitur *d.l.ſi extraneus,*& intelligũtur Doctores *num. praeced. allegati,* aſſerentes præfatum priuilegium competere extraneo liberaliter dotanti, iuxta generale priuilegium conceſſum cuilibet donatori.

At verò ſi idem extraneus conſtante matrimonio exigatur à marito, cum is non cenſeatur habere dotem titulo lucratiuo,ſed titulo oneroſo, non gaudet dicto priuilegio,ſed tenetur integram dotem eidem marito ſoluere,ita iidem Molin.Rebell.Fragoſ.*locis citatis,* & hoc caſu, ſicut & in ſequenti, intelligitur *d. l pen,ff. de iure dot.* Quod idem dicendum, ſi diſſoluto matrimonio per mortem mariti, & muliere etiam defuncta filij eorumdem ab eodem extraneo dotem exigerent, cùm iam in eoſdem filios tranſiſſet ius patris, atque adeo debitum ex cauſa oneroſa teneretur idem extraneus ſoluere in ſolidum dotem promiſſam,vt etiam iidem Molina, Rebell. & Fragoſ.& in his duobus caſibus Doctores *n.33.* relati rectè negant præfatum priuilegium competere extraneo donanti. 35

§. IV.

An idem priuilegium, ne poſſit conueniri & damnari, niſi in quantum facere poteſt, & deducto ne egeat, competat fratri dotanti ſororem,cùm ab ea exigitur.

COmpetere aſſerunt poſt plures alios Surd.*de alim. tit.1.citata q.78.n.6.*Giurba *d.dec.44 num.14.*Fontanella *d. p.11. n. 99.* & Paſchalis *de virib. patriae poteſtatis p.2.d.c.7.n.18.* Stephan.Gratian. *diſcep.for.tom.4. c.79.n.48.*Ex quibus Surdus,& Paſchalis cum aliis à ſe allegatis reſtringunt in fratre vtriuque coniuncto dotante. Et ratio propria in hac ſpecie eſt, quia ſoror diues tenetur præſtare alimenta fratri vtrinque coniuncto pauperi aliunde non habenti, iuxta iura,& communem ſententiam, vt latè probaui *in tractatione de alimentis, c.8. n.492.& 502.* ac proinde ſoror fruſtra exigeret à fratre id, quod exactum teneretur eidem dare, ex qua ratione idem priuilegium probatur competere fratri ex parte patris tantum coniuncto dotanti,cum & huic fratri, ſi pauper ſit aliunde ea non habens, ſoror diues teneatur præſtare alimenta, ſicut ſorori ex parte patris tantum coniunctæ frater diues tenetur alimenta exhibere iuxta communem ſententiam & tradita *d. cap.8. de aliment. numero 536. cum pluribus ſequentibus,* immò cum *eodem capit.8. numero 544. & nonnullis ſequentibus,* approbata ſit ſententia,quod frater diues iure humano tenetur alere ſororem vterinam, ex conſequenti iuxta regulam correlatiuorum (vt notaui *eodem capit.8. dicto numero 502.*) ſoror diues tenetur eodem iure præſtare alimenta fratri vterino,etiamſi frater vterinus dotans ſororem gauderet aduerſus eam petentem dotem eodem priuilegio, vt condemnaretur ſolùm in id, quod facere poteſt, & deducto ne egeat. 36

Quod ſi frater, qui dotauit ſororem, pro eaque dotem marito promiſit, à marito conſtante matrimonio, vel diſſoluto matrimonio per viri mortem, & ipſa ſorore etiam defuncta à filiis mariti exigeretur,teneretur in ſolidum dotem ſoluere (vt ſuprà dictum eſt de quocumque alio extraneo dotatore ex liberalitate, conuento à marito,vel eius filiis) quia ex vna parte marito dos debetur ex titulo oneroſo,& ex alia parte maritus ſororis non tenetur iure humano alere fratres eiuſdem ſororis pauperes: ita puto abſque dubio ſentire Ludouicum Molin. Rebell.& Fragoſ.*locis ſup.n.35.allegat.* excipio tamen,ſi filiusfamilias ſimul cũ patre promiſiſſet, ſeque obligaſſet pro dote ſoluenda ſorori; neque enim 37

à

à marito pro dote promiſſa ſoluenda filiusfamilias poſteà factus ſui iuris per emancipationem, vel patris mortem poſſet condemnari, niſi in quantum poſſet ob ſpeciale priuilegium, quod filiusfamilias habet ex diſpoſitione *legis 2. Cod. quod cum eo*: vbi ſpecialiter promiſſum eſt, filiumfamilias, qui ſe obligauit vna cum patre, ſui iuris effectum, vel per emancipationem, vel mortuo patre, & ipſo ab hæreditate patris abſtinente, eamve hæreditatem non adeunte, non teneri niſi in quantum facere poteſt, deducto ne egeat.

Et hucuſque quoad perſonas dotantes, quæ ex dotis promiſſione obligantur illam ſoluere. In ſequentibus agendum de priuilegio mariti, & eius patris, quando ab vxore ſeu nuru, à qua dotem receperunt, pro illius reſtitutione conueniuntur: ſit igitur.

§. V.

An marito ſi ab vxore vel ab vxoris hæredibus ſoluto matrimonio per mortem vxoris conueniatur actione pro dote, ſeu ex cauſa reſtitutionis dotis, quam receperat, competat priuilegium, vt non poſſit condemnari, niſi quatenus facere poſſit, & deducto ne egeat, & an competat, ſi maritus conueniatur ex alio contractu, & quod competat mariti patri reſpectu nurus, & eiuſdem mariti hæredibus.

38 PRima & certiſſima concluſio eſt, marito ab vxore conuento competere, vt conſtat ex textibus *in lege maritum, ff. ſoluto matrimonio, leg. patronus, & l. non tantum, ff. de re iudicata, in leg. vnica, §. cum autem, Cod. de rei vxor. actione, & in §. item ſi de dote, Inſtitut. de actionibus.* Quod enim *d. §. ad* explicationem verborum præcedentium, quatenus facere poſſit, ſcilicet maritum condemnari quatenus facultates eius patiuntur, non ſignificat facultates omnes ei auferendas eſſe, ſed quatenus facultates eius patiuntur, id eſt quatenus facere poteſt deducto, ne egeat, *vt ibid.* poſtea explicatur: id quod etiam ex Doctoribus *ſuprà numero 1.* relatis notauit Anton. Pichardus *dicto præceptò 9. numero 53.*

Priuilegium autem hoc, ne pro dotis reſtitutione condemnetur in ſolidum, ſed quantum facere poteſt, ne egeat, & mendicare cogatur, marito conceſſum fuit tanquam ob præcipuam cauſam propter reuerentiam receptam, quam vxor debet præſtare marito, vt habetur *l. alia, §. eleganter, ff. ſol. matr. & d. l. vnica, allegato §. cum autem, Cod. de rei vxoria actione*, & tradunt latè Corduba à Lara *in l. ſi quis à liberis, §. ſed ſi filius, num. 40. ff. de liber. agnoſcendis*, P. Barbuſa *d. l. maritum, num. 53. verſ. planè inter virum, & n. 56. verſ. quoad primam*, & cæteri Iuriſperiti, & Doctores *ſupra n. 1.* relati, & alij communiter, quos Corduba *d. n. 94.* cumulat. Cum enim vxor ſit ſubiecta viro, & ſub eius dominiu & poteſtate *Geneſis 3. & can. quæcumque 30. diſt.* debet vxor marito reuerentiam exhibere, & ei obedire tanquam capiti & ſuperiori *can. eſt ordo, & can. mulierem 33. q. 5.* Ne igitur contra hanc receptam reuerentiam ab vxore debitam marito cogeretur maritus mendicare, vbi facultates eius non adæquarent dotis receptæ quantitatem, ſi non deducerentur eius alimenta, indultum eſt eidem marito, vt non poſſit condemnari niſi quatenus facere poſſet deducto ne egeat: quamvis Corduba *dicto numero 94.* & P. Barboſa *dicto numero 56. d. verſic. quoad primam*, poſt alios addant idem priuilegium fuiſſe marito conceſſum etiam propter ſocietatem, eo quod vir & vxor diuinæ humanæque rei ſint ſocij; quæ ſocietas viri & vxoris colligitur *ex leg. ex diuerſo,* *ff. ſoluto matrimonio, & aliis textibus ſuprà num. 29. adductis, & ex leg. ſi rerum, ff. de re iudicata*: eodem autem priuilegio gaudet maritus aduerſus vxoris hæredes poſt eius mortem dotem repetentes, vt probatur *infra num. 54.*

Præfatum priuilegium non competit marito putatiuo, conuento pro reſtitutione dotis poſt diſſolutum matrimonium alià s nullum.

Intelligitur autem concluſio de marito vero, non verò de marito putatiuo, cuius matrimonium non fuerit validum, & verum, ſed nullum ratione impedimenti dirimentis, puta conſanguinitatis, cum quo per errorem & bona fide ſit contractum, & poſtea errore detecto diſſolutum, quod ſolet dici matrimonium præſumptum, & putatiuum. Nam etſi Gloſſ. *in capite primo de donatione inter virum, & vxorem, verbo totam,* ſenſerit maritum putatiuum ſoluto matrimonio, poſt errorem detectum teneri reſtituere totam dotem, ſi poteſt, alioqui teneri ſolùm in quantum facere poteſt, niſi dolo diminuerit ſuam ſubſtantiam, fundata in illo *§. cum autem*, quam Gloſſam ſequuti ſunt Cotraſius *in l. qui liberos, numero 51. ff. de ritu nupt.* & nonnulli alij iuriſperiti à Campegio *loco mox citando*, Tiraquello *ad legem 16. connub. gloſſa 8. numero 160.* & à Facbineo *controu. iur. libro 10. cap. 30. verſ. & in puncto*, relati: Nihilominus communis ſententia eſt, quod quando propter impedimentum dirimens, verbi gratia conſanguinitatis, vel aliud ſimile fuit diſſolutum matrimonium, vti nulliter contractum, totam dotem per maritum putatiuum eſſe reſtituendam nulla facta deductione, ne egeat, ratione priuilegij marito conceſſi in textibus initio *num. 38.* adductis. Ita Ioan. Andreas, Panormitanus *in dicto cap. 1.* & ibi ſcribentes communiter Nouellus *de dote part. 11. numero 28.* Campegius *de dote part. 3. quæſt. 258. verſic. ſeptimò*, Couarruuias *de ſponſ. part. ſecunda, cap. 6. §. 8. num. 16.* Auguſtinus Barboſa *Collectaneo ad cap. 1. n. 7.* Facbineus *d. cap. 30.* P. Barboſa *d. lege maritum, numero 43. verſiculo Primus caſus*, & plurimi alij Iuriſperiti, quos latè referunt Tiraquellus *d. gloſſa. 8. n. 235.* Campegius, & Couarruuias *locis allegatis*, & allegatur textus *in d. cap. 1. de donat. inter virum & vxorem*, vbi præcipitur totam dotem reddi mulieribus, quando pro aliqua iuſta cauſa à proprijs viris ſeparantur. Quem textum vltra Gloſſam ibi verbo *totam*, alij etiam intelligunt, quando fit ſeparatio matrimonij nulliter contracti ob occultum impedimentum dirimens, detecto impedimento, & ſic de matrimonio putatiuo, quem intellectum admittit P. Barboſa. Quamvis propter generalitatem verborum, ibi *aliqua iuſta cauſa*, intelligi etiam quando validum eſt matrimonium, ſed ex iuxta cauſa inculpabili ex parte mulieris, culpabili ex parte viri, vt propter ſæuitiam mariti coniuges ſeparantur quoad thorum, & mutuam habitationem, ſentiant P. Barboſa *dict. numero 43. verſ. ſecundus intellectus*, Auguſtin. Barboſa *d. num. 7.* & plures alij à P. Barboſa allegati. Cæterum præfata communis ſententia probatur ex Couarruuia, & P. Barboſa, quia cum non voluerit matrimonium, ſeu nunquam fuerit verum matrimonium inter coniuges, ſed verè fuerit nullum, licet ob ignorantiam impedimenti putaretur, & præſumeretur verum, vir non fuit, nec eſt maritus, nec ei debetur reuerentia ſicut marito vero, & ſic non poteſt habere locum priuilegium mariti, vt conueniatur pro dote reſtituenda, ſolùm quatenus facere poteſt, in textibus *dicto numero 38.* præallegatis conceſſum, quod ſolis maritis ibi 40

conceditur *l. 1. Cod. de condictione ob cauſam.* Quemadmodum etiam dilationem conceſſam maritis ad dotem reſtituendam, de qua *l. vnica, §. exactio, Cod. de rei vxor. act.* non competere maritis putatiuis, ſed abſque alia dilatione eos teneri dotem reſtituere, tradunt *locis citatis* P. Barboſa, & Fachineus *locis allegatis*, & plurimi alij relati à Barboſa, & à Tiraq. *d. gloſſ.* 8. *num.* 239. licet idem Tiraq. *n.* 166. referat alios Iuriſper. contrariũ ſentientes. Nonnulla quoque alia priuilegia conceſſa veris maritis non competere putatiuis notat Fachineus *loc. cit.* de quibus priuilegiis, & an maritis putatiuis competant, latè Tiraquellus *d. gloſſa* 8. *num.* 236. 237. 238. 240. 244. 245. 261. 264. *&* 265. qui etiam *numer.* 235. notat iura loquentia de marito, & vxore non habere locum in his, qui putantur tantum maritus & vxor eſſe, non ſunt tamen; licet pro dote putatiua habeat mulier priuilegium prælationis in bonis mariti, *l. ſi cum dotem, §. tranſgrediamur, ff. ſol. matr.* quod priuilegium concedere æquum fuit, ne innupta maneret, ſed ætate permittente nubere poſſet *l. 3. Cod. de priu. credit.* quæ ratio ceſſat in marito. Quod etiam filij ex matrimonio putatiuo procreati ſint, ſeu cenſeantur legitimi *cap. penult. qui filij ſint legitimi*, id ſtatutum eſt fauore prolis, & in nullius præiudicium cedit; cederet autem in præiudicium vxoris putatiuæ, ſi maritus putatiuus non poſſet conueniri pro integra dote, & vltra quàm facere poſſit maritus.

Quibus autem in caſibus maritus ab vxore conſtante matrimonio conuentus pro reſtitutione dotis gaudeat, vel non gaudeat præfato priuilegio, explicatur infrà *cap. ſeq. à num.* 97.

Marito ſi pro alio contractu, ſeu quaſi conſtante matrimonio celebrato per vxorem conueniatur etiam ſoluto matrimonio, competit idem priuilegium, vt poſſit condemnari ſolùm in id quod facere poteſt; & quid ſi alius contractus extra dotem ante, vel poſt contractum matrimonium fuerit initus.

41 Secunda concluſio, marito non ſolum ſi conueniatur per vxorem ratione ſeu nomine dotis, vt ſuprà probatum eſt; ſed etiam ſi per vxorem conueniatur ratione aliorum contractuum, ſeu alterius cauſæ quàm dotis, competit priuilegium, vt non poſſit condemnari niſi in quantum facere poteſt, & deducto ne egeat: conſtat ex *l. non tantum, ff. de re iudicata*, cuius verba notata ſunt *ſuprà num.* 29. & tradunt communiter Iuriſperiti, & præſertim alios allegantes, ex relatis *ſuprà num.* 1. Surdus *d. q.* 78. *num.* 13. Anton. Pichardus *d. præcepto* 9. *num.* 54. *&* 55. & P. Barboſa *d. l. maritum, num.* 56. *&* 90. qui *num.* 58. *verſic. quoad ſecundum*, ait hoc priuilegium *d. l. non tantum*, non videri marito conceſſum propter reuerentiam, cùm mulier contrahat cum marito, tanquam cum quolibet extraneo, & ſic ceſſat conſideratio reuerentiæ maritalis, *arg. l. Neſennius, §. 1. ff. de re indicata*, & quia ex *d. l. non tantum*, apparet, ad hoc priuilegium inducendum fuiſſe neceſſariam conſtitutionem Diui Pij, quæ neceſſaria non fuiſſet, ſi reuerentia maritalis eſſet cauſa huius priuilegij: addit igitur idem Barboſa rationem huius priuilegij fuiſſe mutuam affectionem, & honeſtatem, quæ non patitur coniuges rigidè & inciuiliter exigi; & etiam ſocietatem ſimilitudinariam mariti, & vxoris *ſuprà n.* 29. explicatam.

42 Intelligitur autem priuilegium indubitatè procedere in contractibus, & geſtis celebratis inter coniuges conſtante matrimonio, vt poſt alios Surdus *d. num.* 73. & P. Barboſa *d. num.* 56. *verſ. intelligendo ſanè, & n.* 89. *fine, verſ. ſed deſcendendo*, idque ſiue ratione contractuum, ſeu quaſi geſtorum conſtante matrimonio maritus conueniatur eodem matrimonio conſtante, ſeu iam eodem matrimonio ſoluto fiat conuentio, vt contra Gloſſ. *in d. l. non tantum, & l. maritum, ff. ſol. matr. & l. ſi vxor marito, verbo ind. ff. de don. inter vir. & vxor.* ſentientem priuilegium competere ſolùm quando ſit conuentio conſtante matrimonio, non quando fit eo ſoluto, tradunt Bartolus *in d. l. non tantum*, Alexander *ibid. num.* 8. Surdus *d. n.* 13. Anton. Pichardus *d. n.* 55. P. Barboſa *d. l. maritum, d. n.* 56. *verſ. item ſiue, & num.* 90. *initio, & n.* 94. & plurimi alij Iuriſperiti ab iiſdem allegati: & ita magis communiter tenere Doctores iiſdem locis teſtatur P. Barboſa; qui affert rationem, nempe quòd in hac materia non debeat attendi tempus, quo vxor conuenit maritum, ſed potiùs tempus, quo celebratus fuit contractus, cuius ratione fit conuentio; & ſic ſi conſtante matrimonio fuit celebratus contractus, vel quaſi, hoc priuilegium marito competit indiſtinctè, ſiue etiam conſtante matrimonio, ſiue eo iam ſoluto fiat conuentio: maritus enim etſi ſoluto matrimonio per contractum conſtante matrimonio conuentus, in memoriam (inquit Pichardus) & honorem anteacti matrimonij debet eo priuilegio gaudere.

43 An verò ſi contractus fuit celebratus ante contractum matrimonium, competat priuilegium hoc marito, affirmant Romanus *in l. maritum, n.* 15. *ff. ſol. matrim.* & Alexander *in l. quia tale, num.* 28. *fine, ff. eod.* At verò negant Aretinus *d. l. maritum*, & poſt eum P. Barboſa *d. num.* 56. *verſ. quare pro contractibus.*

An gaudeat eodem priuilegio maritus, ſi pro negotiis mulieris poſt matrimonium geſtis conueniatur.

44 Vtrùm etiam ſi maritus pro contractibus vel negotiis mulieris geſtis poſt matrimonium ſolutum conueniatur, gaudeat eodem priuilegio, vt non poſſit condemnari in ſolidum, ſed ſolùm in id, quod facere poteſt, & deducto ne egeat. Maritum non habere priuilegium hoc, ſi conueniatur pro contractu ſeu quaſi, geſto ſoluto iam matrimonio, ſentiunt Gloſſa *in l. diuortio, verb. facere, ad finem, ff. de negotiis geſtis*, Bartolus *in l. maritum, n.* 90. *verſ. ſed non placet, & n.* 94. & plurimi alij Iuriſperiti allegati à P. Barboſa *d. n.* 90. & latiùs *num.* 89. vbi teſtatur ita ſentire Doctores communiter, fundari *in l. diuortio facto, ff. de negotiis geſtis*: ibi enim inquit textus, quòd vbi maritus diuortio facto geſſit negotia mulieris, dos venit etiam in actione negotiorum geſtorum, & quòd ſi tempore quo geſſit negotia, erat ſoluendo, & poſtea efficiatur non ſoluendo, conuentus per actionem negotiorum geſtorum in ſolidum condemnabitur, non verò in quantum facere poteſt; *ſed & poſteaquam*, (inquit idem textus) *patrimonium amiſerit, plena erit negotiorum geſtorum actio, quamuis ſi dotis actione conueniatur, abſoluendus ſit.* Et rationem Gloſſa *ibi d. verbo facere, ad finem*, ait eſſe, quia maritus conuenitur per actionem, quæ oritur ex actu geſto poſt ſolutum matrimonium, & priuilegium mariti, iuxta *d. l. non tantum, ff. de re iudicata*: procedit reſpectu actuum conſtante matrimonio geſtorum, non autem reſpectu contractuum vel quaſi geſtorum poſt diuortium, ſeu diſſolutum matrimonium, & hoc pacto excludi contrarietatem, quæ videtur apparere inter *d. l. non tantum, & d. l. diuortio*: quam Gloſſæ ſolutionem approbari à Doctoribus communiter refert P. Barboſa *d. n.* 89. & ita Duarenus *ad d. l. non tantum* (prout Pichardus *loco ſuprà num.* 4. relato teſtatur) dixit Diui Pij conſtitutionem, de qua *d. l. non tantum*, intelligendam

dam

dam cum hac exceptione, niſi contractus initus ſit ſoluto matrimonio, ad quod ponderat verba: *Diuortio facto*, quæ habet Scæuola *d. leg. diuortio*, quaſi hæc ſit illius conſtitutionis limitatio. Probat etiam hanc communem ſententiam P. Barboſa *d. n. 94.* Quia honor, qui debetur pro geſtis durante matrimonio, non debetur pro geſtis poſt illud ſolutum, vt colligitur ex *l. 3. in princip. ff. de actione rerum amotarum*; quam legem ponderauit etiam Gloſſa *d. verbo facere.* Etſi Ant. Pichardus *d. precepto 9. n. 95.* dicat, quod *d. conſtitutio Diui Pij* loquatur apertè de contractibus, quod ſi ex delicto maritus conueniatur, veluti iudicio rerum amotarum, in ſolidum condemnandus eſt, vt dicitur *l. ſi verum, ff. de re iudicata*, & multis modis explicat Surd. *d. q. 78. n. 43. & trib. ſeqq.* Et hoc pacto addit intelligendum reſponſum Scæuolæ *in d. l. diuortio*, ſcilicet maritū, qui negotia vxoris geſſit, cogi poſſe ad dotis reſtitutionē, non modò dotis actione, ſed etiam negotiorum geſtorum, & tunc demùm in ſolidum, vbi non ſtatim eum adminiſtrare cœpit deſiit eſſe ſoluendo, vt iure poſſit ei imputari, cur tempeſtiuè à ſe non exegerit id, quod vxori debebat per actionem negotiorum geſtorum antequam efficeretur non ſoluendo, alioqui (ſubdit Pichardus) habebitur ratio eius, vt non conueniatur vltra quàm facere poſſit: quæ interpretatio eſt de mente Bartol. *in d. l. maritum, n. 1. ff. ſol. matr.* aientis *d. l. diuortio*, propter culpam mariti gerentis negotia vxoris poſt diuortium excludi maritum à priuilegio, & condemnari debere in ſolidum, & etiam P. Barboſa *d. l. maritum, n. 91.* requiri ſaltem culpam leuem poſſe imputari marito, cur à ſe non exegerit, vt per actionem negotiorum poſt ſolutum matrimonium geſtorum contra eum intentatam maritus condemnari poſſit in ſolidum, etſi neget requiri culpam grauem, ſeu negligentiam grauem. Plura de huiuſmodi re videantur apud eundem P. Barboſ. *d. l. maritum, n. 89. 90. & 91.*

Priuilegium præfatum competit ſocero mariti patri, à nuru conuenta ſiue ex cauſa dotis, ſiue ex alia cauſa quàm dotis.

45 Tertia concluſio, ſocero patri mariti, ad quem dos peruenit, iuxta tradita *l. ſi cum dotem, §. transgrediamur, ff. ſol. matr.* ſi conueniatur per nurum ad dotis reſtitutionem, competit idem priuilegium, vt non poſſit condemnari niſi quatenus facere poteſt, vt conſtat ex *leg. ſicut*, (cuius verba notata ſunt *ſup. n. 3.*) *ff. de re iud. & ex l. ſoci iudicata, §. ſi ſocero, ff. ſol. matr.* & tradunt omnes Doctores *ſupra n. 1.* relati, & alij omnes de hac re ſcribentes. Quod priuilegium eidem ſocero conceſſum eſt ex communi Doctorum, propter reuerentiam, quam nurus ſocero patri mariti, non minus quàm ipſi marito exhibere debet. Cuius ratio eſt, quia ſocer pater mariti nurui eſt loco parentis, *l. quia parentis, ff. ſol. matr.* filius autem non poteſt cōuenire patrem vltra quàm facere poteſt, *l. ſunt qui, & ſeqq. ff. de re iudicata.* Et quod nurus ſocero debeat reuerentiam, tanquam ſuperiori, & capiti, ſicut debet marito, explicatum ſatis eſt *ſup. num. 6.* Alia etiam ratio aſſignata eſt *ſup. n. 7.* ſcilicet quod vir, & vxor cenſentur eſſe vna caro, *c. ex publico, de conuent. coniugatorum*; vnde ſicut filius debet reuerentiam patri, ita etiam & eius vxor eandem reuerentiam mariti ſui patri tenetur exhibere, prout etiam ſocer nurui indigenti tenetur alimenta præſtare, quia ob eandem rationem eſt ei loco filiæ, vt in tractatu de alimentis *cap. 5. numero 95.* probatum eſt. Hanc rationem approbarunt Gloſſa *in d. leg. quia parentis*, & plures alij relati à Petr. Barboſa *in d. leg. maritum, numero 63.* licet eidem Barboſæ non placeat.

Competit autem hoc priuilegium ſocero patri mariti non ſolum ſi a nuru pro dotis receptæ reſtitutione conueniatur conſtante matrimonio, ſed etiam ſi conueniatur ſoluto matrimonio, vt Doctores communiter, quos refert, & approbat P. Barboſa *d. l. maritum, n. 62. & n. 67. verſ. & hanc concordiam*; fundatur enim in reuerentia debita eidem ſocero, quæ durat etiam ſoluto matrimonio, vt colligitur *ex l. 2. ff. de actione rerum amotarum*, id etiam confirmant tradita *ſup. n. 15.* 46

Idem priuilegium, vt non poſſit condemnari, niſi in quantum facere poteſt, & deducto ne egeat, competit ſocero patri mariti, etiamſi conueniatur à nuru pro aliis contractibus extra cauſam dotis, vt tradunt Doctores *ſup. n. 27. & 28.* relati, & alij communiter, & apertè colligitur ex *l. ſicut, in principio, ff. de re iudicata*, vbi dicitur quod ſicut agitur cum marito, ita & cum ſocero mariti patri, & conſequenter ſicut maritus ab vxore ex alia cauſa, quam dotis conuentus, non damnatur vltra quàm facere poteſt, vt ſupra dictum eſt, & habetur *l. non tantum*, ita nec ſocer à nuru conuentus ex alia cauſa quàm dotis. 47

Aduertendum autem, præfatam iuris diſpoſitionem, quod maritus, & eius pater nequeat pro dotis receptæ reſtitutione condemnari in ſolidum, ſed in quantum facere poteſt, & deducto ne egeat, correctam eſſe in Regno Neapolitano per conſuetudinem in ſcriptis redactam incipientem, *Vbi dos, ſub titul. de iure dotium*, qua cautum eſt, in reſtitutione dotis facienda tam à marito, quàm à quolibet alio condemnationem & exactionem in ſolidum fieri debere, non obſeruato priuilegio textus *in l. maritum, ff. ſoluto matrimon.* & aliorum iurium, ne maritus, & ſocer exigantur, niſi in quantum facere poſſunt. Quam conſuetudinem nedum comprehendere patrem mariti ſimul cū filio obligatum, vt hoc priuilegio ſeu beneficio vti nō poſſint aduerſus nurum repetentem dotem, ſed etiam habere locum contra patrem vxoris, dum ab eius genero conuenitur pro dote, quam illi promiſit, tradunt Afflictus *dec. 222. ibid.* Vrſillus, Molfeſius *loco ſup. n. 23.* allegato, P. Barboſa *in d. l. maritum, n. 108. ff. ſol. mat.* & Paſchalis *de virib. patriæ poteſtatis p. 2. c. 9. n. 22.* qui *n. 23.* addit, quod cum huiuſmodi conſuetudo ſit ſtricti iuris, & loquatur tantum de dote, non extenditur ad antefatum, ideóque ſi pater ſe obliget vna cum filio ad antefatum, & ſoluto matrimonio ad eius ſolutionem à nuru conueniatur; poterit hanc exceptionem opponere, ſubditque ita per ſacrum Concilium fuiſſe iudicatum. Et idem aliis relatis latiùs comprobat Molfeſius *ad conſ. Neap. part. 6. quæſt. 9. num. 9.* 48

Priuilegium conceſſum marito, vt non condemnetur vltra quàm poſſit in dotis reſtitutione, non competit mariti hæredibus extraneis, & quid ſi maritus deceſſerit poſt litis conteſtationem, vel ſententiam ſuper exceptione priuilegij.

Quarta concluſio, præfatum priuilegium, ne conueniatur vltra quàm facere poteſt, quo maritus gaudet, non competit mariti hæredibus extraneis, *leg. maritum, cum l. ſequenti, ff. ſolut. matr.* Quarum legum verba ſunt, *maritum in id, quod facere poteſt, condemnari exploratum eſt, ſed hoc hæredi non eſt præſtandum, quia tale beneficium perſonale eſt, & cum perſona extinguitur. Et leg. rei iudicatæ, §. hæredi, ff. eodem*, vbi dicitur, *hæredem mariti in ſolidum condemnari*: quas leges intelligi de hæredibus mariti extraneis tradunt Doctores communiter, & ex relatis *ſupra hoc capit. num. 1.* Campeg. *3. p. de dote, quæſt. 142.* Surdus *tit. 1. d. q. 78. num. 37. & tit. 8. priuil. 84. n. 2.* Gomez *d. l. Tauri 50.* 49

num.49. initio, P. Barboſa *d.l.maritum*, *n.77.& num.49. verſ præterea*, Fontanella *d.clauſ.7.gloſſ.3 p.11.num.90.* Molina *de iuſt. diſp.442. n.6.* Rebellus *de iuſt.* & probat præfata ratio *in d.l. quia*, addita *d. l.maritum*, ſcilicet beneficium præfatum competens marito reſpectu nurus eſſe perſonale, ideoque cum perſona extinguitur, Quamvis enim hæres, & defunctus cenſeantur vna perſona, *auth. de iureiur. à moriente præſt.* adeo vt iura perſonalia, ſeu actiones perſonales defuncti tranſeant ad hæredem *l. vnica, Cod. vt actiones ad hæred. ne aliis hominum commercia impediantur*: priuilegia tamen perſonalia cum perſona extinguuntur, *d. l.quia, l.in omnibus cauſis id 69. ff. de reg. iur.* quoad iura autem per mortem extincta hæres non poteſt perſonam defuncti repræſentare. Cur autem filiis mariti hæredibus idem beneficium competat, explicatur infrà.

50 Procedit autem præfata concluſio, quòd mariti hæredibus extraneis non competat illud beneficium, non ſolùm quando maritus deceſſit antequam lis per eum conteſtata eſſet ſuper exceptione præfati beneficij, ſed etiamſi poſt litis conteſtationem maritus deceſſiſſet, quidquid eo euentu ſecus ſenſerint Socinus, & Cumanus *in l.2. §. ſanè, ff. de except.* vt poſt plures alios tradit P. Barboſa *d. l. maritum 77. & 78.* & ratio eſt, quia mortuo marito poſt litis conteſtationem ante tamen ſententiam, actio remanet integra, & non eliſa: ac proinde nihil proderit litis conteſtatio hæredi, qui ex perſona ſua illam velit elidere per exceptionem huius priuilegij, ſeu beneficij, quod morte mariti fuit extinctum. Iura autem, quibus Socinus, & Cumanus fundantur, procedunt in actione competente ad aliquid petendum, ſuper qua, ſi lis conteſtatetur, illud quod aliàs non videbatur in bonis, incipit in illis videri, *l.cui 12. ff. de verb. ſignif.* quia in litis conteſtatione quidam quaſi contractus celebratur *leg. 3. §. idem ſcribit, ff. de peculio*: per quem actio ex quaſi contractu tranſmittitur ad hæredes: diuerſum autem eſt de exceptione (vt de qua in præſenti agitur) quæ non pertinet ad aliquid petendum, ſed potiùs ad elidendam actionem aduerſarij, *leg. ſi vnus, §. pactus ne peteret, ff. de pactis*: quem effectum non poterat habere, niſi ſaltem poſt ſecutam ſententiam, vt poſt alios P. Barboſa *d.n.78.*

51 Vtrùm autem, ſi non ſolùm poſt litis conteſtationem ſuper exceptione beneficij, ſed etiam poſt iam in ſui fauorem latam ſententiam maritus decederet, tunc exceptio prodeſſet mariti defuncti hæredi? Affirmat P. Barboſa *d.l.maritum, num.78. verſ. vnde infertur*, adducens rationem, ſcilicet quia iudicis ſententia hoc ſaltem efficiat, vt actio mulieris videatur eliſa, ac proinde impoſſibile ſit per eam in ſolidum poſſe fieri executionem in hærede mariti. Negant verò Baldus *l.2. num.4. Cod. quod cum eo*, & nonnulli alij à P. Barboſa relati, & Rebellus *de oblig. iuſt. p.2. lib.5. q.9. n.27. & 28.* fundati in eo, quod ſententia iudicis non tribuit hoc priuilegium, ſed beneficium iuris, *l.miles, §. decem, ff. de re indicata*, quod beneficium iuris hæres non habet, ſed maritus ipſe. Confirmant, quia marito conceditur priuilegium ob indigentiam (ne ſcilicet ſi in ſolidum damnetur, careat alimentis, vel cogatur mendicare) tanquam ob cauſam: ergo mortuo marito ceſſat tale priuilegium, cum ceſſet illius cauſa, ſcilicet mariti indigentia, ſicut cætera priuilegia ceſſant, ceſſante cauſa: vt latè Tiraquell. *in tract. ceſſante cauſa, n.210.*

62 Quid verò ſi non ſolùm ſententia iam lata, ſed etiam poſtquam deducto, ne egeat, eſt facta, maritus decedat, an tunc id, quod maritus retinuit ex dote, debeat remanere penes eiuſdem mariti hæredes. Affirmant Faber *§. ſed & ſi quis, n. 5. & ibid.* Angelus *ad finem, Inſt. de actionibus*, quos refert & ſequitur P. Barb. *d. num.78. verſ. vnde à fortiori*, quia quod iam deductum eſt ex dote, cenſetur eſſe in pleno dominio mariti, & ſic tranſmittitur ad hæredes. Sed quòd deductum debeat reſtitui vxori, probat eadem ratio, ſcilicet quia tunc ceſſat ratio indigentiæ, propter quam facta eſt deductio, & quia etiamſi maritus poſt deductionem veniat ad pinguiorem fortunam, teneretur in vtroque foro deductum ex dote reſtituere vxori, vel eius hæredibus, de quo infrà.

Ex quibus traditis à fortiori infertur, quòd neque fiſcùs, ad quem propter delictum mariti illius bona per confiſcationem ſint deuoluta, poterit vti priuilegio præfato, quod *d. l. maritum* eſt conceſſum eidem marito, ſed reſtituenda eſt in ſolidum vxori, quia ſi eo priuilegio non vtitur verus hæres, multò minus fiſcus, qui non eſt proprius hæres delinquentis: ita etiam tradunt P. Barboſa *d.l.maritum, n.79.* & Rebellus *d.q.9. num.29.* poſt Brionum *tract. de ceſſione bonor. quæſt.21. principali, num. 29.* & inſinuatur *l. ſi marito, ff. ſolut. matrim.* 53

Maritus etiam aduerſus hæredes vxoris dotem repetentes gaudet priuilegio, ne condemnetur vltra quàm facere poteſt.

Cæterùm licet extraneus mariti hæres conuentus à nuru pro dotis reſtitutione non gaudeat illo mariti priuilegio, ne condemnetur in ſolidum, vbi aliàs maritus non haberet aliunde alimenta: tamen maritus ipſe poſt mortem vxoris ab eiuſdem vxoris hæredibus conuentus pro dotis reſtitutione poteſt contra eoſdem hæredes vti eodem priuilegio, quamdiu vixerit, vt conſtat *ex l. poſt diuortium 28. ff. ſol. matr.* vbi communiter Doctores tradunt, & P. Barboſa *d.l.maritum, num. 79.* Fontanella *d. p.11. num. 89.* & apud eundem Maſtrillus *deciſ. 93. num.9.* vbi dicit ita deciſum in facti contingentia. Aduertit etiam Fontanella *d. p. 11. n.85.* quod medio hoc priuilegio maritus non ſolùm ſe defendit ab hærede vxoris, volente dotem recuperare, ſed etiam à legatariis ipſius volentibus ſua legata habere, cum eadem omninò ſit ratio. Multò autem magis maritus vti poterit eodem priuilegio aduerſus fiſcum, ſi fortè propter delictum vxoris bona eius confiſcentur, vt habetur expreſsè *l. ſi maritus, ff. ſol. matr.* & poſt alios P. Barboſa *d.num.79.* & Campeg. *de dote p.3. quæſt.238. fine.* 54

Hæredibus mariti filiis communibus, & ex eodem matrimonio contra matrem repetentem dotem competit priuilegium, vt damnentur ſolùm in quantum facere poſſunt; non autem competit nepotibus deſcendentibus ex eodem matrimonio.

Quinta concluſio, hæredibus mariti filiis communibus ex eodem matrimonio, ſcilicet procreatis ex eodem marito, & vxore ab iiſdem filiis dotem repetente competit ex propria perſona contra matrem repetentem priuilegium, ſeu beneficium, vt non poſſint condemnari niſi in quantum facere poſſunt, ita quod ipſis etiam relinqui debeant alimenta, ita expreſsè *l. etiam*, vbi Bartolus, & cæteri ſcribentes, *ff. ſol. matr.* & tradunt alij communiter, quorum plures refert P. Barboſa *d. l. maritum, num. 79. verſ. præterea, & verſ. quod tamen*, & ex Doctoribus *ſuprà num. 49.* relatis, Campegius *d. quæſt. 242. & q. 260.* Gomez *d. num. 49.* Surdus *d. quæſt.58. num. 37. & d. priuilegio 84. n.2.* P. Barboſa *locis cit.* Fontanella *d.p.11. num.90.* Molina, & Rebellus *locis d. num. 49. allegatis*, & etiam Caſtrus Palaus *de iuſt. & iure tract. 32. diſp.9. in princ. §.3. n.5.* Dixi *filiis communibus* ex eodem matrimonio; 55

nam

nam etſi Gloſſa *in d. l. etiam* ſentiat priuilegium competere etiam filiis mariti eiuſdem hæredibus procreatis ex alia vxore, & ſic priuilegium à nouerca non poſſe conueniri in ſolidum ob eam rationem quòd priuilegium hoc non conceditur marito ratione matrimonij, ſed ratione reuerentiæ; nihilominus communis opinio Doctorum eſt, quòd competat ſolis filiis mariti ex eadem vxore, eodemque matrimonio procreatis, vt aptè colligitur ex *d. l. etiam*, cuius verba ſunt, *etiam filios mulieris, qui patris heredes extiterunt, in id quod facere poſſunt, condemnandos Labeo ait.* Et ita præter Bartolum, & alios ſcribentes *in d. l. etiam*, plurimi alij, quos referunt Campeg *d. q.* 60. & P. Barboſa *d. n.* 74. *verſ.* quod tamen intelligendum: ita idem P. Barboſa *ibidem*, Gomez, Molina, Rebellus, & Caſtrus Palaus *locis citat.* & Monochius *conſ.* 40. *n.* 34.

Dixi, *etiam priuilegium præfatum competere filiis communibus heredibus patris, ex propria illorum perſona:* non enim illis competit ex eo, quòd priuilegium patris ne à nuru, vel eius hæredibus conueniatur vltra quàm facere poteſt, ad eoſdem filios hæredes transſeat, quia cum ſit priuilegium patris perſonale, non transmittitur ad filios, eo quòd cum morte ipſius extinctum ſit, *d. l. quia tale ff. ſol. matrim.* ſed nouum priuilegium propter fauorem matrimonij, & ſtrictam coniunctionem, quam filii habent cum vtroque parente, formatur à iure in eorum perſonas, ita vt ex propria perſona nouum priuilegium ſeparatum à priuilegio patris cenſeantur obtinere, vt latiùs explicat alios allegans P. Barboſa *d. l. maritum, num.* 8. ac proinde addens ex Alexandro, & Iaſone, quod ad conſtituendum quantum filij facere poſſint, non eſt habendus reſpectus ad ſolam perſonam patris, cuius priuilegium morte fuit extinctum.

Idem priuilegium non competit nepotibus, etſi filiis filiorum ex eodem matrimonio.

Ex traditis quoque infertur, quòd etſi Bartolus *l. ſi cum procuratore in fine, ff. de re iudic.* tenet idem pri-
57 uilegium competere etiam nepotibus, ſcilicet filiis filiorum eiuſdem matrimonij, idque per textum *in auth. ſi quid, Cod. qui potiores in pign. habeantur*, ibi, *ſoboles*, quod verbum omnes deſcendentes ſignificat: Nihilominus aſſerendum eſt, non competere, vt ſentiunt Angelus *in d. l. etiam, ibidem* Alexander *n.* 2. *ff. ſol. matrim.* Campeg. *d. p.* 3. *quæſt.* 261. & plures alios allegans P. Barboſa *d. l. maritum num.* 8. & ex Theologis Rebellus *loco ſupra allegato*, colligitur *ex d. l. etiam*, quæ loquitur in filiis communibus mulieris & mariti, & ſic natis ex eodem matrimonio; nepotes autem nati ſunt ex alio matrimonio. Confirmat Barboſa, tum quia in priuilegiis appellatione filiorum non veniunt nepotes, *l. ſed & milites ff. de re iudic.* tum quia cùm agatur de materia odioſa & præiudiciali vxori dotem repetenti, filiorum appellatione non comprehenduntur nepotes, *leg. quod ſi nepotes ff. de teſtam. tutel. Ad auth. ſi quid*, reſpondet P. Barboſa, loqui in priuilegio prælationis, quod habet vxor iuxta *leg. aſſiduis, Cod. qui potiores in pignore*, quod cum reſpiciat fauorem dotis, ad omnes deſcendentes extenditur, *d. auth. ſi quid*, ſcilicet deſcendentes per lineam rectam ex eodem matrimonio iuxta eumdem P. Barboſam, & alios, quos refert: in præſenti autem agitur de priuilegio, ne quis condemnetur vltra quàm facere poſſit, quod priuilegium maximè nociuum eſt mulieri, & priuilegia non ſolent ad tertij detrimentum deſcendere à patre in filios, vt Menochius *dicto conſ.* 40. *num.* 34. quapropter ſolis filiis ex eodem matrimonio conceſſum eſt *d. l. etiam*, vt ſuprà explicatum eſt.

§. VI.

Qualis debeat eſſe paupertas mariti, & aliorum, quibus ſuprà probatum eſt competere beneficium, vt pro debito dotis non conueniantur, ſeu condemnari non poſſint, niſi in quantum facere poſſunt, vt eodem beneficio frui poſſint, & debeant.

SVpra hoc capite *num.* 1. dictum eſt, beneficium ſeu priuilegium iſtud marito, & aliis debitoribus 58
competens, ne conueniantur, ſeu damnentur vltra quàm facere poſſunt, fundari in paupertate mariti, & cuiuſlibet alterius eodem priuilegio gaudentis, vt tradunt Doctores *num.* 1. relati, qui infra citantur, & communiter alij ſcribentes de hoc priuilegio (cuius paupertatis per eum allegantem probatio propterea requiritur, vt fiat deductio alimentorum neceſſariorum, ne reus conuentus egeat, vt expreſſe tradunt Io. Petrus Molignatus *tract. de retent. q.* 148. Coſta *de remed. ſubſid. remedio* 28. *num.* 6. *verſ. ſecundò requiritur*, & alios allegans P. Barboſa *d. l. maritum, num.* 23. *verſ. vlterius, ff. ſol. matr.* vbi probat marito incumbere onus probandi ſe non habere bona ſufficientia ad ſolutionem dotis, eum ſit fundamentum eius intentionis, & intentionem ſuam in paupertate, & ſic in carentia, debet probare, vt poſt alios ibidem Barboſa, & aliis relatis notaui *in tract. de alim. ſeu* 2. *p. de effect. contractus matr. cap.* 7. *n.* 348. *& cap.* 17. *n.* 1032.) idemque priuilegium nihil aliud importare, quàm quòd marito, & aliis debitoribus, quibus priuilegium competit, non ſint omnia bona auferenda, ſed ex bonis relinquendum eis tantum quantum eſt neceſſarium ad alimenta, quod tradunt iidem Doctores *d. n.* 1. relati, & alij communiter. Oportet explicare, an marito, & aliis huiuſmodi priuilegio gaudentibus pauperibus relinquendum ſit ſolùm tantum, quantum eſt neceſſarium ad victum, & ad ſuſtentationem vitæ ſimpliciter, nec aliàs maritus, aliuſve habens priuilegium, ne damnetur niſi in quantum facere poteſt; & ne egeat, cogatur mendicare, nulla habita ratione ad id, quod eſt neceſſarium ad viuendum iuxta dignitatem, qualitatem perſonæ, & decentiam ſtatus: an verò marito, & cuilibet perſonæ, cui conceditur à iure illud beneficium, & pro ſolutione debiti conuentus illius priuilegij beneficium petit, tantum relinqui & remanere debeat, ex quo poſſit viuere, & ſe alere commodè, & honeſtè, iuxta dignitatem & qualitatem perſonæ; & qua ratione huiuſmodi decentia iuxta perſonæ dignitatem debeat intelligi.

Igitur quamvis marito, & aliis perſonis conuentis 59
præfatum priuilegium excipientibus relinquendum eſſe ſolum neceſſaria ſimpliciter ad victum, & vitæ ſimplicem ſuſtentionem, nullo habito reſpectu ad neceſſaria ad viuendum iuxta dignitatem & qualitatem perſonæ, ſenſerint Gloſſa *in d. l. maritum, ff. ſol. matr. & in l. diuortio, num.* 37. *verbo facere ff. de negot. geſt.* & nonnulli alij à P. Barboſa *in d. l. maritum num.* 5. *initio* relati, quos etiam ſecuti ſunt Corduba à Lara *in l. ſi quis à liberis, §. ſed ſi filius, num.* 78. *ff. de liberis agnoſ.* & Coſta *loco num. præcedenti allegato.*

Nihilominus marito, & cuilibet alij præfatum priuilegium habenti debere remanere ſeu relinqui, & à iudice aſſignari tantum, vnde poſſit ſe decenter, commode, & honeſte attenta dignitate & qualitate perſonæ alere, aſſerunt Cumanus, Imola, Alexander *in l. ſi maritus in id ff ſol. matr.* Bald. *in l.* 2. *n.* 1. *Cod. quod cum eo*, Myſingerus *in §. item ſi de dote, in princ. inſtitut. de actionibus*, P. Barboſa *d. num.* 5. Paſchalis *de vir. patria poteſt.*

*poteſt p.2. cap.9. n.*30. Fontanella *de pact. nupt. clauſ.*7.
gloſſa 3. *part.*11. *numero* 1. dicens ita ſentire communi-
ter Doctores, & plurimi alij Iuriſperiti, quos *loco cita-
to* Petr. Barboſa refert, & ex Theologis Molina *de iuſt.
& iur. tractat. ſecund. diſputatione* 13. *numer.*6. & 7. &
Rebellus *de oblig. iuſtitia part. ſecund. lib.*5. *quaſt.*9. *nu-
mer.*3. probatur primò ex Doctrina generali, ſcilicet
quod alimenta debita iure naturæ, vel diſpoſitione le-
gis, aut hominis ſunt præſtanda iuxta qualitatem, & di-
gnitatem perſonæ, cui debentur, vt tradunt communi-
ter Doctores, quos latè refero *tract. de alimentis, ſeu* 2.
*part. de effectibus contract. matrim. cap.*3. *numero* 70. &
ſcripſerunt plurimi alij, quos referunt Petr. Barboſa *d.
numero* 6. & Paſchalis *dicto numero* 30. Præterea pro-
batur, quia egeſtas, & paupertas conſideranda eſt ſecun-
dum perſonarum qualitatem, vnde qui habet neceſſa-
ria ad vitam ſuſtentandam, non tamen ad ſe decenter
pro ſua qualitate, aut dignitate ſuſtentandum, tanquam
pauper eſt habendus, vt late declaraui, & probaui *to.*2.
*mor. var. ti.*12. *n.*258. & 261. vbi proinde dixi legatum
relictum ei, qui habet vnde ſimpliciter viuat, ſed non
vnde viuat ex dignitate ſua, ex qualitate legatarij præ-
ſumi ad piam cauſam, licèt non fuerit expreſſum relin-
qui pro anima, ex quo fit, vt vir nobilis, & illuſtris ge-
neris habendus ſit tanquam pauper, & egenus, licet ha-
beat neceſſaria ad vitam ſimpliciter, non tamen neceſ-
ſaria ad viuendum ſecũdum dignitatem, & ſtatum ſuum,
quia careret veſtimentis, & famulis ſine quibus abſque
dedecore attento ſuo ſtatu non poſſet viuere: Quapro-
pter iura dum dicunt marito, & cuilibet habenti priui-
legium, vt non poſſit condemnari, niſi in quantum fa-
cere poteſt, eſſe relinquenda neceſſaria, ne egeat, intel-
liguntur, ne egeat ſcilicet attenta qualitate ſuæ perſonę,
quia habens neceſſaria ad victum adhuc dicitur egere,
ſi non habet neceſſaria ſecundum ſuum ſtatum, ac pro-
inde eſt laudabile ei facere eleemoſynam, vt aliis relatis
latè P. Barboſa *d.n.*5. & Paſchalis *d.n.*30. & ego *tit.*12.
*dictis n.*258. 261. & *ſeqq.* confirmantur prædicta, quia
is dicitur non poſſe ſoluere, qui commodè, ideſt ſalua
dignitate ſoluere non poteſt, *l. nepos Proculo fine, ff. de
verb. ſignif.*

60 Ex quibus ſequitur non dari certam regulam circa
quantitatem relinquendam, ſeu aſſignandam in hoc,
vel illo caſu marito, & aliis præfato gaudentibus priui-
legio, vt non poſſint condemnari niſi in quantum face-
re poſſunt, ne egeat, nec cuilibet eodem priuilegio
gaudenti eandem quantitatem deberi, ſed quantum in
hoc vel illo caſu concedi debeat, remitti arbitrio iudi-
cis, habita ratione ſtatus, & conditionis mariti, & per-
ſonæ, cui ex iuris priuilegio relinquendum id, ſeu tan-
tum, ne egeat, & etiam conſuetudinis regionis, in qua
degit eo priuilegio gaudens, iuxta regulam generalem,
quod taxatio alimentorum, quæ alicui ex legis, vel ho-
minis diſpoſitione ſunt præſtanda [vbi ſunt à le-
ge, vel homine, vel conſuetudine definita, & taxata,
eorum quantitas, relinquitur ſeu commiſſa eſt arbitrio
iudicis, conſiderata qualitate, & conditione alimentarij,
& loci conſuetudine, vt tradunt communiter Doctores,
quos *d. tract. de alimentis, d. cap.*3. *n.*74. latè refero, ſicut
etiam quiſnam pauper dicatur, necne iuxta eoſdem Do-
ctores communiter relinquitur arbitrio iudicis, qui at-
tenta perſonarum, & circunſtantiarum qualitate iudi-
cet diuitem, vel pauperem, vt iiſdem Doctoribus relatis
notaui *d. tr. de aliment. c.*17. *n.*33. *verſ. nam etſi*, & tradit
etiam alios allegans Fontanella *d. p.*11. *n.*28. & etiam
Myſingerus *loco ſuprà allegato.*

61 Cæterum, quod *ſup.* ex communi Doctorũ dictum eſt,
marito, & cuilibet habenti priuilegium, ne condẽnetur
niſi in quantum facere poteſt, relinquenda eſſe neceſſa-
ria, ex quibus ſe decenter, & honeſtè ſecundum dignita-
tem, & ſtatum perſonæ alere, & viuere poſſit, accipien-
dum, & intelligendum cum moderatione, ſcilicet vt non
ſit ei relinquendum tantum vnde poſſit ſe alere, & viue-
re, quomodo homines eiuſdem conditionis, & ſui ſtatus
diuites ſolent ſe tractare, & conſumere in alendis ſe
& familiis: ſed tantum ſit ei relinquendum, ex quo
poſſit ſe alere & tractare eo modo, quo homines eiuſ-
dem qualitatis paupertate oppreſſi ſolent viuere, & de-
gere; *v.g.* ſi homines diuites eiuſdem conditionis &
dignitatis ſolent equites incedere, & tamen eiuſdem
conditionis homines paupertate oppreſſi pedites ince-
dunt, ſufficit quòd maritus habeat vnde pedes ince-
dendo viuat, quamvis non habeat vnde equum alat,
& ſic etiam tantum eſt ei relinquendum vt poſſit
ſibi prouidere veſtimenta & cibos, quibus homines
eiuſdem nobilitatis, conditionis, & ſtatus paupertate
oppreſſi ſolent vti; quæ omnia iudicis arbitrio remit-
tuntur: ita ex Doctoribus ſuprà allegatis P. Barboſa *d.
l. maritum, num.*7. Paſchalis *d. cap.*9. *num.*30. Fontanel.
*d. p.*11. *num.*33. & *ſeqq.* Cancerius *var. reſol. p.*1. *cap.*9.
*n.*108. & Iuriſperiti communiter, quos iidem, præſertim
Barboſa, & Fontanella referunt, & ex Theologis Mo-
lina, & Rebellus *locis ſupra allegatis.* Ex quibus ſequi-
tur, vt ſi homines nobiles diuites eiuſdem conditionis
ſolent habere decem aut ſex famulos, & alij eiuſdem
conditionis paupertate oppreſſi vno vel duobus eſſent
contenti, licet marito pauperi in condemnatione ad
dotis reſtitutionem non eſſet relinquendum tantum,
vnde poſſet decem, aut ſex famulos alere, tamen tan-
tum & non plus debeat relinqui, ex quo vnum famu-
lum, vel duos famulos poſſit alere, vt poſt alios tradit
P. Barboſa *d. l. maritum, num.*8. & 9. concordans contra-
rias opiniones.

*Marito pauperi pro dotis reſtitutione conuento, an
ſit relinquendum neceſſarium ad alendos filios
ex alio matrimonio.*

Aduertit quoque idem Barboſa *d.n.*9. quòd ſi ma- 62
ritus habeat filios ex alio matrimonio, non eſt relin-
quendum neceſſarium ad eos alendos, quia huiuſmodi
obligatio directè non reſpicit dignitatem, vel ſtatum
mariti, ſed magis obligationem paternam *l. fin.* §. *ipſum
autem, de bonis quæ liberis:* in hac autem deductione,
ne maritus egeat, non habetur reſpectus ad æs alie-
num, atque obligationes, & debita mariti *l. maritus fa-
cere ff. ſol. matrim.* & *l. inter eos fine ff. de re iudicata*, de
quo *num. ſeq.* Si vero liberi ſint ſuſcepti ex eodem ma-
trimonio, patri relidquendum eſt neceſſarium ad eos
alendos, vt poſt alios tradit idem P. Barboſa *d. n.*9.
quia cum patre exiſtente inope onus alendi liberos in-
cumbat matri, iuxta *l. ſi quis à liberis* §. *idem in liberis
ff. de liberis agnoſc.* & latè probaui *d. tractatione de ali-
mentis*, nullum infertur vxori præiudicium, ſi marito
relinquatur neceſſarium ad prædictos alendos filios.

*Ad iudicandum quantum facere poſſit, ita vt non
egeat, maritus, & alius habens priuilegium
&c. non eſt deducendum æs alienum, donatore
excepto.*

Portò ad iudicandum quantum facere poſſit, ita vt 63
non egeat maritus, & quilibet alius habens à iure pri-
uilegium, vt pro certo debito ſoluendo conueniatur, &
damnetur ſolùm in quantum facere poteſt, non eſt ha-
bendus reſpectus ad æs alienum, ſeu non eſt deducen-
dum æs alienum, quod maritus ab vxore conuentus
aliis debet, & ſimiliter quod aliis ab eo creditore, qui
illos conuenit, debent cæteri eodem priuilegio gauden-
tes, ita poſt poſt alios P. Barboſa *d. l. maritum, num.*9. &

num.

num. 100. verſic. item & ſecundo, Ant. Pichardus in manuductorio ad praxim part. 2. precepto 9. numero 16. fine, & duobus ſequentibus, Cancerius d. capit. 9. numer. 110. Molina de iuſtitia d. diſput. 413. num. 11. & 12. & Rebellus de obligat. iuſtitiæ part. 2. lib. 5. quæſt. 9. numer. 8. & habetur expreſsè d. l. maritus facere, ff. ſoluto matrimonio, & l. inter eos, ff. de re iudicata, vbi tamen ſpecialiter excipitur donator, ſeu debitor ex donatione, vt ſi conueniatur ex donatione facta, nondumque impleta, deducendum ſit prius totum æs alienum, totque bona eo perſoluto ei manere debeant, ne egeat. Cuius ſpecialitatis ratio eſt, quia cum ex ſola ſua liberalitate conſtitutus ſit debitor, rationi conſentaneum fuit vt conuentus non ad maiorem paupertatem ex eo donationis liberalis titulo cogeretur deuenire, quam rationem poſt alios afferr Myſingerus §. ſed & ſi quis, Inſtit. de actionibus, Molina vbi ſuprà, & Pichardus d. precepto 9. numero 19.

64 Ex hoc autem, quod in relinquendis alimentis marito, & aliis habentibus priuilegium, ne conueniantur niſi in quantum facere poſſunt iuxta d. l. maritus facere, & d. l. inter eos, Petr. Barboſa d. num. 100. infert, quod id, quod ex dote relinquitur marito ad illius reſtitutionem conuento propter illud priuilegium, non oportet ita relinqui, vt ab eo auferri non poſſit, ſed ſatis eſſe apud eum relinquere neceſſaria ad ſe alendum, quantumcumque certum ſit per eius creditores hoc eſſe ei auferendum; & idem notat Rebellus d. n. 8.

Marito, & cuilibet alij habenti alias priuilegium, vt non damnetur vltra quàm facere poteſt, an denegetur hoc priuilegium, & damnandus ſit in ſolidum, ſi ex aliquo officio, artificio, & labore proprio poſſit honeſtè lucrari victum?

65 Vtrùm autem, ſi maritus, & alij, quibus competit priuilegium, vt conueniantur ſolùm in tantum, quantum facere poſſunt, vt non egeant iuxta qualitatem, & dignitatem perſonæ, poſſint ex aliquo officio, aut miniſterio, aut artificio perſonæ cōdigno, ſeu ſuæ cōditioni congruo, ſeu ex bonorum ſuorum redditibus, & artificio ſimul ſine notabili incommoditate, & abſque dedecore (ſcilicet quia artem ſine dedecore iuxta conditionem nataliutn valeant exercere) alimenta habere, & victum ſtatui, & conditioni perſonæ congruum ſibi quærere, ceſſet priuilegium, vt nec maritus ex dote, quæ repetitur per vxorem, nec alij priuilegiati conuenti pro ſolutione debiti poſſint aliquam facere deductionem propter alimenta, & ne egeant. Huius difficultatis reſolutio facilè colligi poſſit ex iis, quæ in tract. de alimentis capit. prim. §. 5. & 6. ſcilicet à numero 27. ad 39. latè tradidi explicans, an ceſſet parentum obligatio præſtandi alimenta filiis, quando aliunde, vel ex propriis bonis, vel ex beneficio Eccleſiaſtico, vel ex aliquo officio ſuæ conditioni congruo, vel ex aliqua arte, quam ſine dedecore iuxta conditionem natalium, vel ex arte, & bonorum ſuorum redditibus ſimul poſſunt ſine notabili incommoditate habere, vnde ſufficienter, & decenter iuxta ſtatum poſſint ſe alere, & in huiuſmodi caſibus ceſſare obligationem, patremque non teneri de ſuo alere eoſdem filios, concluſi ex communi opinione Doctorum, Iuriſperitorum, & Theologorum, quos latiſſimè refero d. §. 5. n. 27. & pluribus eodem num. & ſeqq. probo.

66 Et in præſenti ſpecie, ſeu materia exceptionum priuilegij, quod quis non teneatur niſi in quantum facere poteſt, non habere locum in marito pro reſtitutione dotis conuento, qui ex aliqua arte, & ex proprio labore, & ſua induſtria, abſque dedecore, & notabili incommoditate poteſt neceſſaria ad victum decentem quærere, tradunt Gloſſa fin. in principio, l. ſi maritus in id, ff. ſol. matr. Myſingerus loco ſuprà num. 60. allegato, Surdus de alim. tit. 1. q. 68. num. 31. 32. & 33. & plurimi alij Iuriſperiti, quos d. l. maritum, n. 9. verſ. tertiò, & numero 10. verſ. ſed his non obſtantibus, refert P. Barboſa: idem Barboſa ibidem, Paſchalis de viribus patr. poteſt. p. 2. capit. 9. allegato n. 30. Coſta de remed. ſubſid. remedio 28. num. 7. Laderchius conſ. 30. num. 3. & alios recentiores allegans Fontanella de pactis nupt. clauſ. 7. gloſſa 3. p. 11. num. 41. & 42. vbi addit ita ſæpius iudicaſſe ſuum Senatum Cathaloniæ. Et probat P. Barboſa d. verſ. ſed his, quia priuilegium eſt exhorbitans, & odiòſum, cum contineat tertij præiudicium, ac proinde non debet illi eſſe locum, niſi in ſubſidium, quando ſcilicet maritus (& ſic de quovis alio aliàs illo gaudente) aliunde non poteſt commodè, & honeſtè victum quærere, ſicut etiam obligatio patris alendi filios non eſt abſoluta, ſed ſubſidiaria, vt d. c. 1. num. 27. notaui, ceſſat ſi ex proprio artificio, & labore poſſint quærere, vnde ſe poſſint alere, vt eodem n. 27. probaui, & conſtat ex textu in l. ſi quis a liberis, §. ſed ſi filius, ff. de liberis agnoſc. Per quem textum etiam vniuerſaliter vbicumque ius mandat aliquem alendum eſſe, intelligi, ſi ex arte, vel induſtria non poſſit viuere, tradunt Gloſſa ibid. initio, & in l. ſi quis argentum, §. 1. C. de don. & alij Iuriſperiti à me d. num. 27. circa medium relati.

Dicit autem P. Barboſa d. l. maritum, n. 11. in hac materia maritum differre à filiis, & aliis, quibus debentur alimenta ex diſpoſitione legis, quod filij, & alij, licet officium, vel artificium non habeant, nec ſoliti ſint ex operis manuum ſuarum proprio labore aliquid acquirere, tamen ſi ſint robuſti, & ſi velint ex illis operis, poſſint abſque dedecore attenta dignitate, & conditione familiæ eo modo victum quærere, ceſſat obligatio illos alendi, vt pluribus relatis notaui d. tract. de alim. citato cap. 1. num. 37. & tradunt nonulli alij ab eodem Barboſa d. n. 11. relati. Tamen ſi non ſolebat maritus propriis manibus operari, & quid lucrari, & de artificio viuere, non poteſt ab vxore dotem repetente ei opponi, quòd de illis viuat, quod idem alios modernos allegans ſentit Fontanella d. p. 11. n. 44. Rationem aſſignat Fontanella, quia marito dedecus eſſet ad operas illas manuales redire. P. Barboſa autem eam aſſignat rationem, quia vxor faceret contra reuerentiam maritalem, ſi vellet maritum cogere nouiter prædicto modo victum quærere, ideòque non videretur audienda, quæ ratio haberet aliquid probabilitatis. 67

An denegetur idem priuilegium, ſi maritus in conſulendo, aduocando, vel procuram exercendo, vel inſeruiendo nobili vel Principi in domo vel in bello, poteſt lucrari vnde decenter viuat.

An verò prædicta procedant etiam in marito iuriſperito, & aduocato, aut cauſidico, vel inſeruiente nobili, vel principi in domo, vt non poſſit præfatum beneficium, ne egeat, opponere in reſtitutione dotis, ſi in conſulendo, aduocando, procuram exercendo, inſeruiendo, & militando poteſt victum quærere. Pro parte quod poſſit opponere, ſtant Rota, & plurimi alij Iuriſperiti à me d. tr. de alim. citato c. 1. n. 27. verſ. itaque prædictis, & n. 35. relati, aſſerentes non ceſſare obligationem patris alendi filium, qui conſulendo, procuram exercendo, inſeruiendo nobili, vel Principi in domo, & bello poteſt victum quærere, quia huiuſmodi exercitia ex voluntate alterius dependent, & poſſunt facilè impediri, ac proinde ad hunc effectum, vt quis dicatur habere vnde honeſtè viuere poſſit, non attenduntur talia exercitia, 68

taleſve induſtriæ, & opera propter fragilitatem humanæ potentiæ, quæ variatur ex tempore, ſecus autem quando maritus artifex ex certa arte, quam exercet, victum ſibi quærit, vel quærere poteſt. Cuius tamen contrarium tenuerunt plurimi alij à me *eod. cap.* 1. *num.* 37. allegati, ob eam præcipuè rationem, quòd paria ſint, & idem omnino videatur ad hunc effectum, vt ceſſet paterna obligatio alendi filium, quod is ex arte, vel diſciplina, aliqua vel alus operis, & induſtriis victum honeſtè, & decenter quærere, & viuere poſſit, quæ ſententia eſt communis, vt *ibidem num.* 38. notaui, & de rigore, & inſpecta ratione veriorem eſſe dixi. Et in hac ſpecie, ſeu materia marito Iuriſconſulto, aduocato ad reſtituendam dotem conuento non competere priuilegiũ præfatum, ſed in ſolidum damnari, ſi ex officiò aduocationis lucratur, & poteſt commodè viuere, tradunt expreſsè Caſtrenſis *in d. l. maritum, num.* 8. *ff ſol. matr.* Socinus *in l. miles, num* 5. *ff. de re iudicata,* Laderchius *d. conſ.* 30. *num.* 3. & Fontanella *d. clauſ.* 7. *gloſſa* 3. *p.* 11. *num* 53. *fine,* vbi alios recentiores refert, qui *num.* 36. *fine*, rationem refert ex Rota Bonon. apud Cæſarem Barzium *deciſ.* 129. *num.* 3. ſcilicet quia in hac materia præſens ſtatus tantum inſpicitur, non qui alias contingere poteſt ex aliquo accidenti. Propter quam rationem *eod n.* 36. cum eadem Rota dicit non competere idem priuilegium marito militi habenti officium militare, ex quo commodè poteſt viuere, licet officium ſit ſubiectum reuocationi, ſeu beneplacito, & liberæ, ac meræ voluntati Regis, ſeu Principis.

Beneficium, ſeu priuilegium ne egeat, *quando practicandum.*

69 Ex traditis infertur modus practicandi præfatum priuilegium mariti, & aliorum, ne conueniantur vltra quàm facere poſſunt ne egeant, ſcilicet quòd ex aliquo officio, vel artificio, vel operis propriis ſine dedecore, & notabili incommoditate poteſt competenter & decenter viuere, & ſuſtentari; tunc ſunt vendenda, vel auferenda reliqua ipſius bona, vt creditori ſatisfiat, debitumve ſoluatur, ſi partem ſuſtentationis habeat ex officio, aut artificio, aut aliunde ex operis propriis, tunc ex bonis ſuis ea ſunt illi relinquenda, quæ ſufficiant ad complementum ſuſtentationis competentis, & reliqua ſunt vendenda, ſeu auferenda: ita Gloſſa *in l. ſi maritus, ff. ſol. matr.* Fontanella *de pactis nupt. clauſ.* 7. *gloſſa* 3. *p.* 11. *num.* 100. & alios allegans Molina *de iuſt. tract.* 2. *d. diſp.* 414. *num.* 8. & probant tradita à me *in tractatione de aliment.* ſeu *in* 2. *parte de effectibus contractus, matr. cap.* 1. *num* 30 Quare ſi marito ad decenter viuendum, ne egeat pars dotis ſufficit, pars tantum debet ei relinqui, & reliquum debet reſtitui, vt Fontanella *ibidem* ex diſpoſitione ſui Senatus, & conuincit manifeſta ratio, ſcilicet quia priuilegium non eſt ſimpliciter, quod dos relinquatur marito, ſed quod non conueniatur vltra quam facere poteſt deducto ne egeat; ac proinde ſi eius egeſtati poteſt prouideri cum aliqua parte dotis, non eſt quod ad totam iniiciatur manus. Aliam tamen praxim huius priuilegij ponit Laderchius *conſ.* 30. *fine*, & poſt eum Coſta *de remed. ſubſidiariis, remed.* 28. *num.* 8. *fine,* ſcilicet quod res debet dari creditoribus in ſolutum, qui poſtea debet refundere quantum deeſt debitori de alimentis ex ipſa re. Quòd ſi marito ad decenter viuendum, ne egeat, neceſſaria eſt tota dos, totam ei relinquendam, ſi vxor habet alia bona, & ſit diues tradunt Paulus de Caſtro *in l. ſi maritus in id, num.* 1. *ad finem, ff. ſol. matr.* Fontanella *d. num.* 100. & P. Barboſa *d. l. maritum, num.* 97. *& num.* 100. *initio*, vbi tamen addit, quòd ſi maritus vltra dotem aliquid vxoris habeat, quo etiam videtur indigere ſecundùm qualitatem perſonæ, debet nihilominus illud reſtituere vxori, vel tanto minus ex dote deducere, eo quod mariti priuilegium ſit reſtrictum ad dotem vxoris, non ad alia vxoris bona: vnde circa dotem tantum eo vti poteſt, & quidquid ſupra dotem eſt, debet diminuere prædictam deductionem, & prodeſſe vxori. Quid verò ſi vxor non haberet alia bona, ſed eſſet pauper, an etiam tota dos eſſet marito relinquenda, infrà.

In deductione facienda ex dote vel alio debito, ne maritus vel alius priuilegiatus egeat, an ſit habenda ratio tantum redditunm bonorum, an verò etiam valoris eorundem bonorum, ſi ſint modici fructus, ſed magni pretij, ex quorum venditione poſſint haberi alimenta mariti competentia, & etiam reſtitui dos tota, totumve debitum ſolui.

Vtrùm autem ad iudicandum, an maritus, & quivis 70 alius habens præfatum priuilegium, vt non condemnetur vltra quam facere poteſt ne egeat, ex propriis bonis poſſit ſe competenter & decenter alere abſque vlla diminutione dotis reſtituendæ, vel debiti ſoluendi, habenda ſit ratio fructuum, ſeu redditruum, qui ex bonis percipiuntur (ita vt ſi redditus ſufficiant ad competentia alimenta, nihil diminuatur de dote, vel debito, ſi verò non ſufficiant ad competentia alimenta, tunc ſit locus priuilegio, & id quod deeſt, diminui debeat ex dote, vel debito, & per maritum, ſeu debitorem priuilegium retineri) an verò habenda ſit ratio etiam valoris ipſorum bonorum, vt ſi bona ſint magni valoris, & parui fructus, ſeu redditus, ex quorum venditione maritus vel alius debitor præfatum habens priuilegium poſſit integram dotem reſtituere, aut totum debitum ſoluere: & etiam ex implicatione partis pretij in re frugifera poſſit percipere fructus ex quibus ſe competenter alere poſſit, ita quod tunc maritus, vel alius debitor cogendus ſit vendere bona, vt integram dotem, vel totum debitum ſoluat, ſunt hinc inde opiniones, quas refert & examinat P. Barboſa *d. l maritum, num.* 13 *&* 14. *ff. ſol. matr.* ſicuti etiam ſunt oppoſitæ opiniones, an alendus iure ſanguinis habens prædium magni valoris, & modici redditus non ſufficientis ad alimenta, teneatur fundum vendere, & annuos redditus emere vt alatur, ne alimenta ille cogatur præſtare, qui iure ſanguinis præbere debet: quas opiniones ego refero, & examino *tract. de alimentis, ſeu* 2. *p. de effectibus contractus matrim. cap.* 7. *num.* 794. *& nonnullis ſeqq.* Communior & verior ſententia eſt, quod maritus, & alius, cui aliàs conceditur beneficium illud, vt non condemnetur vltra quàm facere poteſt, habens bona immobilia magni valoris, & modici fructus, ex quorum venditione poſſit totam dotem reſtituere, integrumve debitum ſoluere, & etiam ſe alere, tenetur & cogendus eſt vendere bona, vt ea parte pretij emantur alia bona minoris valoris frugifera, vel annuus cenſus, vel loca montium, vel habeatur aliqua honeſta negotiatio, vnde ei ſuperſit competens ſuſtentatio; ex reliqua verò pretij parte reſtituatur dos, vel debitum ſoluatur: quia cùm hac ratione vendendo bona poſſit habere, vnde ſe alat, & dotem reſtituat, aut debitum ſoluat, pro habente bona ſufficientia reputandus eſt, argum. *l. qui poteſt* 135. *ff. de reg. iur. & cap. fin. de elect.* & ita alios allegantes P. Barboſa *d. l. maritum, d. num.* 14. & Molina *d. diſp.* 413. *num.* 7. *fine.* Et hanc ſententiam confirmant tradita à me *d. tract. de alim. citato cap.* 13. *num.* 795. vbi ea communi opinione Iuriſperitorum, & Theologorum, quos refero, probaui alimentarium iure ſanguinis alioqui ab alio alendum teneri proprietatem

tem magni valoris, & modici fructus vendere, vt ex redditibus prædiorum pretio proprietatis emptorum, vel ex lucris pecuniæ apud mercatores, vel in locis montium collocatæ ad ſuam honeſtam ſuſtentationem ſufficientibus ſe alat, ob eam præcipuè rationem, quia iure ſanguinis ab alio non eſt alendus, qui non eſt egenus, quique poteſt aliunde habere, vnde ſe honeſte & decenter alat, vt poteſt quis ex venditione prædij magni valoris, & modici fructus modo explicato: quæ ratio etiam procedit in præſenti materia: videantur, ſi placet, tradita *d.n.795.*

Marito, & cuicunque habenti priuilegium, ne cogatur ſoluere vltra quam facere poteſt, qui aliunde non poteſt habere, an in condemnatione ſit relinquendum tantum de dote, vel debito, vt ſufficiat ad competentia alimenta in totam vitam.

71 Cæterum aduertendum marito, & cuicunque habenti priuilegium, ne cogatur ſoluere vltra quàm facere poteſt, & ne egeat, qui probatus ſit pauper, & non habere aliunde vnde ſe poſſit alere facta reſtitutione doris integræ, vel totius debiti, tantum de dote, vel debito eſſe relinquendum, vt ſufficiat ad competentia in totam vitam, & non in aliquod tempus tantùm, ita loquentes de marito paupere, pro ſolutione dotis conuento Myſingerus *in inſtit. de action. d. §. item ſi de dote initio, n.10. ibid.* Angelus *n. 3.* & P. Barb. *d.l. maritum, n.11. verſ. infertur quarto ff. ſol. matr.* aiens id colligi ex generalitate *d. l. maritum*, & quia dum maritus viuit, durat maritalis reuerentia, in qua præfatum priuilegium fundatur, vt ſuprà notatum eſt: & loquens vniuerſaliter Molina *de iuſt. tract. 2. d. diſp. 413. n.7.* eo quod quando ex iuris diſpoſitione alicui ſunt relinquenda alimenta, debeant ei relinqui alimenta competentia habito reſpectu ad totam vitam iuxta Gloſſam marginalem *in d. §. item ſi de dote*: Gutierrez *ad id varia iura allegans de iuram. confir. p.3. c.15.* & alios *ibid.* ab eodem Molina *allegatos.* Quare in deductione pro alimentis mariti, & alterius pauperis condemnandi ex dote, vel alio debito facienda, conſideranda à iudice eſt ætas, & valetudo mariti, quotque annis veriſimile ſit ipſũ victurum, vt in ſe ſtatuat quantum, ſeu quanta pecunia ſufficiat in ſingulos annos ad alimenta; & & minores marito ſeni & valetudinario deducentur ſumptus, quàm robuſto, plenóque ſucco & ſanguine, quem diutiùs victurum veriſimile eſt: attendẽda quoque eſt regionis conſuetudo, ita Myſingerus *loco citato*, & P. Barboſa *d.n.11. verſ. item quod. & n.12. verſ. ſecundum cauendum*, vbi in æſtimatione huiuſmodi alimentorum pro tota vita mariti non eſſe ſeruandam eam rationem, de qua *in l. hæreditatum ff. ad l. falſid.* vt ſcilicet conſtituatur tempus vitæ mariti ſecundum modum *in d.l. hæreditatum*, explicatum, vt voluerunt aliqui ab eodem P. Barboſa *ibid.* & à Lud. Molina *de primog. lib. 1. cap. 19. n. 39.* relati, opinantes deciſionem *d. l. hæreditatum*, non ſolùm habere locum in æſtimatione alimentorum ex cauſa, vt videatur vtrum ſit locus falcidiæ, ſed generaliter quando agitur de æſtimatione alimentorum, vel alterius rei, quæ cum vita finitur: cum & plurimi alij Iuriſperiti, ab eodem P. Barboſa *d. num. 12.* & à Molina *d. cap. 19. num. 40.* illos ſequentibus *relati*, longè verius cenſeant, *d. leg. hæreditatum*, procedere tantum in caſu æſtimationis alimentorum, in quo agitur de falcidia deducenda; at verò in aliis materiis minimè ſtandum illi computationi, ſed arbitrio iudicis relicta æſtimatio, & taxatio ab eo definienda, attenta ætate & valetudine illius de cuius vita arbitranda agitur, & regionis conſuetudine: videantur præallegati Doctores, videantur quoque tradita à me *in d. tract. de alimentis, ſeu 2. p. de effectibus contract. matr. cap. 3. n.77. & 78.*

Vtrùm verò licèt maritus non habeat bona ex quibus ſe alere poſſit, neque etiam ex officio, ſeu artificio & proprio labore, ſi habeat patrem diuitem, excludendus ſit à præfato priuilegio, negat P. Barboſa *d. l. marit. num. 99. verſ. vnde infertur*, quia cum propter inopiam ſimpliciter præfatum priuilegium marito conceſſum ſit, debet attendi præſens ſtatus inopiæ, quod latius probat.

Quod ſi maritus nulla quidem poſſideret bona, ſed tamen haberet debitores, qui ſint ſoluendo, tunc eum dici habere in patrimonio, vt dicatur poſſe facere, tradit Campegius *de dote p. 3. quæſt. 267.* ſecus ſi non eſſent ſoluendo, vt idem Campegius *ibid.* quia requiritur quod vir poſſit facere de iure & de facto; nam alias inanis eſſet actio, *vt ibidem* idem Campegius.

§. VII.

Maritus, & quivis, cui conceditur priuilegium ne cogi poſſit ſoluere vltra quam facere poteſt, & propter inopiam in condemnatione ei relictum eſt ex dote, vel debito neceſſarium pro alimentis, ſi peruenerit poſtea ad pinguiorem fortunam, an teneatur vxori, & creditori reſtituere id, quod ex dote vel debito deductum eſt, & de huiuſmodi reſtitutione in tali caſu præmittere cautionem.

Certum eſt, maritum poſt deductionem factam ex 72
dote ob eius inopiam, ſi poſtea peruenerit ad pinguiorem fortunam, teneri reſtituere vxori, vel eius hæredibus, quod propter eius inopiam fuit deductum, *l. neque maritus, Cod. ſol. matr. & l. vnica §. cum autem, C. de rei vxoriæ actione*, & notarunt communiter Doctores. Cuiacius *lib. 7. obſer. 6.* Tiraquellus *tract. ceſſante cauſa, p.1. n.200.* P. Barboſa *d.l. maritum, n.11. verſ. Addendo tamen, & n.100. fine ff. ſol. matr.* Fontanella *de pactis nupt. clauſ. 7. gloſſ. 3. p.11. n. 67.* & ex Theologis Molina *de iuſt. tract. 2. diſp. 442. n.6.* & Rebellus *de oblig. iuſt. p.2. lib. q.9. n.3.* Quare maritus inops pro dotis reſtitutione ab vxore conuentus, opponens exceptionem dicti priuilegij, vt nequeat condemnari niſi in quantum facere poteſt, ne egeat, vt beneficium ei concedatur, tenetur cauere, quod ſoluet, ſeu reſtituet integram dotem, ſi ad pinguiorem deuenerit fortunam; vt expreſſe diſponitur *dicto paragrapho cum autem* ibi, in tantum quidem maritus condemnatur in quantum facere poteſt, quia hoc æquiſſimum eſt, & reuerentiæ debitum maritali, ſi non dolo malo verſatus eſt, cautione videlicet exponenda, quod ſi ad meliorem fortunam peruenerit, etiam quod minus perſoluit, hoc reſtituere procuret, ita etiam *locis citatis* Molin. & Fontanell. (qui etiam ad id refert deciſionem ſui Senatus) & Gomez *ad l.50. Tauri, n.49. verſ. limita tamen.*

Qualis autem debet eſſe cautio, an de neceſſitate fide- 73
iuſſoria, an ſufficiat iuratoria, etſi Gloſ. *in d.l. cum autem verbo caut.* videatur exigere fideiuſſoriam, longe tamen verius eſt, ſufficere iuratoriã vt tradũt Gomez *loco citat.* & Fontanel. *d.p.11. n.69.* & plures alij recentiores iuriſperiti, quos idem Fontanella, *n.72.* refert; & ratio videtur conuincere, tum quia vbi cautionis verbum à lege ſimpliciter profertur, vt *d. §. cum autem*, ponitur, intelligitur ſine fideiuſſore, vel pignore, vt idem Fontanella poſt Viuium *deciſ. 137.* Tum etiam quia cum pauperi impoſſibile ferè ſit reperire fideiuſſores (vt per ſe patet) nullius momenti eſſet hoc priuilegium, ſi ad illud conſequendum maritus teneretur cauere cum

fideiuſſoribus. Confirmatur quia vt clericus pauper nõ habens vnde ſuis creditoribus ſatisfaciat, vt potiatur priuilegio *cap. Odoardus, de ſolutionibus*, quod in condemnatione ei relinquatur tantùm ne egeat, præſtita prius cautione de ſoluendo integrum debitũ, ſi quando ad pinguiorem peruenerit fortunam, ſufficit vt præter cautionem iuratoriam, vt tradunt Couarruuias 2. *var. c. 1. n. 9. verſ. quoties verò*, Coſta *de remed. ſubſid. remedio 29. n. 1.* & plures alij Doctores relati à Fontanella *d. p. 11. n. 71.* Cum tamen textus *in d. cap. Odoardus*, non loquatur ſimpliciter de cautione, vt textus *in d. §. cum autem*, ſed de cautione idonea, ibi: *recepta prius ab eo idonea cautione.* Forma autem præſtandi hanc cautionem iuratoriam iuxta Guid. Pap. *quæſt. 189. n. 2.* & Aſinium *in praxi §. 31. cap. 2. ampliatione 9. n. 9.* ſufficiens eſt, ſi pars iuret, ſe credere, ſeu exiſtimare ſe non poſſe fideiuſſores reperire, ita quod nulla fideiuſſorum perquiſitio ſit neceſſaria. Quamvis addition. *ad dictam quæſt. 189. verbo quod credit*, dicat ex Baldo cautionem iuratoriam præſtari ſub hac forma, ſcilicet: Iuro, quod non poſſum inuenire fideiuſſorem, & quod faciam quod incumbit, ſeu quidquid opportunum eſt.

74 Quod verò in marito inope, pro reſtitutione dotis conuento, opponente priuilegium vt non condemnetur niſi in quantum facere poteſt, ne egeat, dictum eſt de præſtanda cautione, deque obligatione reſtituendi vxori id, quod ad ſubueniendum eius inopiæ ei relictum eſt ex dote, ſi peruenerit ad pinguiorem fortunam, idem dicendum in quocumque alio debitore inope, cui conceditur illudmet priuilegiũ, vt ſcilicet teneatur cauere quod ſoluet integrũ debitum, ſi ad pinguiorem deuenerit fortunam: ita communiter Doctores ex textu *in d. §. cum autem, & in d. l. neque maritus, & ex d. cap. Odoardus*, probantes, quod etiam in ſpecie notauit Rebellus *loco numer. præced.* allegato. Paupertate enim ceſſante ceſſare debent ea, quæ propter eam ſtatuta, & introducta ſunt, aut conceſſa; vt latè Tiraquellus *d. tract. ceſſante cauſa, num. 199. cum pluribus ſequentibus.* Excipitur donator, ſeu debitor ex liberali donatione, in quo ſpeciale eſt, vt licet perueniat ad pinguiorem fortunam, ſemel deductum non teneatur reſtituere, vt poſt Fabrum *in §. ſed etſi quis, n. 5.* & Angelum *ibidem ad finem, Inſtitut. de actionibus*, tradit Petr. Barboſa *d. l. maritum, num. 100. fine, ff. ſoluto matrim.* ſicut in eodem donatore conuento ad ſoluendam rem ex mera liberalitate promiſſam, vt habeatur reſpectus ad æs alienum illius, vt *ſuprà num. 63.* notatum eſt. Huic enim donatori plenius eſt ſuccurrendum, quàm ei qui verum debitum ſoluere cogitur, vt poſt alios notat Myſingerus *d. § ſed etſi quis, Inſtitut. de actionibus.*

§. VIII.

Maritus, & quivis gaudens priuilegio, ne conuentatur, ſeu condemnetur vltra quàm poteſt facere, deducto ne egeat, vt hoc priuilegium ei proſit, & habeat locum, conuentus pro dotis vel debiti ſolutione, quo tempore debeat vel poſſit actori opponere eiuſdem priuilegij exceptionem.

75 VT ſit locus eidem priuilegio oportet, vt ab eo cui competere poteſt, contra actorem petentem in iudicio dotem, vel aliud creditum, opponatur exceptio eiuſdem priuilegij, ſeu beneficij, ita quod ſi nunquam oppoſuerit, nulloque tẽpore declarauerit ſe velle vti tali priuilegio ſeu beneficio, debet à iudice condemnari in ſolidum, nec iudex non requiſitus poteſt in condemnatione habere reſpectũ ad præfatum priuilegium, vt eſt cõmunis doctrina, & expreſsè tradunt Coſt. *de remed. ſubſid. remed. 28. num. 4.* Campeg. *de dote p. 3. q. 244.* & P. Barboſa *d. l. marit. n. 50. fin. ff. ſol. matr.* poſt Alexandrum *l. rei iudicatæ, §. fin.* & Aretin. *ibid. ff. eod.* Nam iudex non requiſitus non poteſt interponere officium ſuum, *l. 4. §. hoc autem iudicium, ff. de damn. infect.*

Et licet iuſtum ſit, vt maritus, & quivis alius illo gaudens, exceptionem priuilegij ſtatim poſt conuentionem opponat, ne parti det occaſionem litigandi, vt Fontan. *de pactis nupt. clauſ. 7. gloſſa 3. p. 11. n. 101.*

76 Nihilominus opponi poteſt non ſolùm toto tẽpore, quo pendet iudicium, ſed etiam poſt ſententiam, quãvis feciſſet tranſitũ in rem iudicatam interim dũ integrè nõ eſt ſententia executioni mandata, integrè non eſt reſtituta dos, aut perſolutũ debitũ, vt Iaſ. *in §. ſed & ſi quis, n. 3. Inſtit. de actionib.* Campeg. *de dote p. 3. q. 253. & quæſt. 258.* Myſinger. *in §. item ſi de dot.* Coſt. *de remed. ſubſid. remed. 28. n. 5.* P. Barboſ. *d. l. marit. n. 47. verſ. 4. amplia.* Fontanell. *d. n. 101. & 102.* & Molin. *de iuſtit. d. diſp. 413. n. 15.* & eſt communis ſententia. Et ratio eſt, quia hæc exceptio eſt ex illis, quæ non impugnant ſententiam de iniuſtitia, ſed modificant executionẽ, & ideò poteſt opponi poſt ſententiam in executione *l. Neſennius, §. fin. de re iudicata*; eſt enim communis ſententia, quod exceptiones peremptoriæ non impugnantes ſententiam de iniuſtitia (impugnantes enim debent opponi ante ſententiam, *l. peremptorias, C. ſent. reſc. non poſſe*) ſed tantum modificantes ſententiæ executionẽ, poſſunt poſt ſententiam opponi, niſi ante ſentẽtiam oppoſitę à iudice reiectæ fuerint, de qua communi Doctores referentes Coſta *d. remed. 28. n. 6.* P. Barboſa *loco citato*, latiſſimè Stephanus Gratian. *diſcept. for. tom. 3. cap. 499. num. 1.*

77 Igitur ſi prædicta exceptio præfati priuilegij nunquã fuit a marito oppoſita in iudicio, neque de eius viribus cognitum, *l. opponi ſemp.* poteſt poſt ſententiam in ipſa ſententiæ executione iuxta communem Doctorum. At ſi fuiſſet oppoſita in iudicio ante ſententiam, & iudex expreſsè eam reſpuiſſet, ſeu reprobaſſet, vel quaſi non probatam, vel quaſi in ea dotis reſtitutione non deberet ſibi prodeſſe, nec maritus appellauit, non poterit iterum opponi in executione ſententiæ, vt Campegius *de dot. p. 3. q. 238. verſ. decimo ſept.* Coſt. *d. n. 6.* P. Barb. *d. l. marit. n. 52. v. iuxta hãc reſponſionem*, Fontanell. *d. p. 11. n. 103.* & communiter Doctores relati à Coſta, & ab eodem Barboſ. *n. 48.* Quod commune eſt in aliis ſimilibus exceptionibus, vt Coſta, & Fontanella *locis citatis*, & latè Stephanus Gratianus *diſcept. for. tom. 3. cap. 495.*

78 Quid autem ſi iudex præfata exceptione per maritũ oppoſita nõ obſtante ſimpliciter in ſolidũ maritum cõdẽnauit non expreſsè eã exceptionẽ reprobãdo, & reiiciẽdo, an tunc etiam nequeat eadẽ exceptio amplius opponi poſt ſententiã, cũ tunc iudex condẽnando in ſolidũ videatur tacitè reiicere eãdẽ exceptionẽ, & de exceptione ſemel reiecta amplius opponi non poſſit, *c. ſuborta, in fi. de re iudic.* Præfatam tacitã reiectionẽ ſufficere, vt exceptio nõ poſſit amplius opponi poſt ſententiã, ſentiunt plures Iuriſperiti, quos refert P. Barboſ. *d. l. marit.* allegato *n. 48 vbi fin.* dicit eſſe communẽ. Ipſe verò *n. 53.* poſt Caſtrenſem *l. ex diuerſo, §. fi. n. 1. ff. ſol. matr.* tenet quod ſi iudex expreſsè modo *ſup.* explicato nõ reprobauerit exceptionẽ oppoſitã, ſed oppoſitione nõ obſtante ſimpliciter tantũ nidi x maritũ in ſolidũ condẽnauerit, poteſt eadẽ exceptio, quæ videbatur tacitè reiecta, iterũ opponi poſt ſententiam. Probat Barb. Quia etſi quando opponitur exceptio, quæ non compatitur ſe cum iuſtitia ſententiæ, tunc per ſententiam exceptioni contrariam tacitè videtur reiecta exceptio, *cap. ex parte, de appellatio.* Bartolus *l. à procedente, n. 4. C. de dilat.* & Caſtr. *conſ. 311. n. 3. lib. 2.* Tamen ſi exceptio compatitur ſe cũ iuſtitia ſentẽtiæ, quia reſpicit ſolũ moderamẽ executionis, tũc ſentẽtia contraria exceptioni nõ cẽſetur eã reiicere, ſed potius nihil ſup. ea tũc fuiſſe pronũciatũ, quòd tacitè videat. reiecta ad aliud iudiciũ, vel ad executionẽ

ſententiæ

ſententiæ, vt Caſtrenſis *l. quod in diem, §. 1. n. 3. ff. de compenſat.* & alij ab eodem Barboſa relati. Quare exceptio præfata mariti cum compatiatur ſe cum iuſtitia ſententiæ in ſolidum condemnantis, vtpote reſpiciens executionem, ſi expreſsè non ſit reprobata, & reiecta, de ea poterit opponi in executione, quia hac ratione cenſetur prætermiſſa pronunciatio ſuper illa: ita Barboſa, apud quem de hac re plures *n. 39. ad 53.*

79 Deinque Coſta *d. rem. 28. n. 8. verſ. ſecundum eſt*, poſt Afflictum *in pr. §. 31. c. 44.* & Craſſuto *tr. de except. aduerſ. ſtat. exceptione 13.* aduertit hanc exceptionem non cenſeri excluſam à ſtatuto remouente omnes exceptiones aduerſus inſtrumentum, ſed imò etiam admitti aduerſus ſententiam, quia aliud eſt ſententia, aliud illius executio, ad quam moderandam conceditur exceptio beneficij, ne quis conueniatur niſi in quantum facere poteſt. Aduertit etiam Campeg. *de dot. p. 3. q. 238. verſ. decimo octauò fallit*, quod vbicumque inopia marito obuenillet poſt ſententiam contra eum latam, ſi ſine dolo obuenerit, non poterit tunc exceptione eiuſdem priuilegij vti, per textum *in leg. rei iudicata, initio, ff. ſol. matr.*

§. IX.

Exceptio præfata priuilegij, ne quis condemnetur niſi in quantum facere poteſt, ne egeat, quandonam in maritis, & alijs perſonis ceſſet, opponique minimè poſſit, priuilegiumve haud concedatur aliàs illud habenti, examinantur plures caſus, præſertim in marito.

VT clarè, & diſtinctè materia huius paragraphi explicetur, ſequentia dubia ſunt reſoluenda.

Maritus per tranſitum ad ſecunda vota non amittit priuilegium, ne egeat.

80 Dubium primum, an priuilegium ne egeat, illiuſque exceptio ceſſet in marito, qui ad ſecunda vota tranſiuit, vt conuentus ab hærede primæ vxoris pro dotis reſtitutione, debeat in ſolidum condemnari, ceſſate poſt Mier. affirmat Cancer. *var. p. 1. d. c. 9. n. 115. & 116.* ob eam rationem, quia per tranſitum ad ſecunda nuptias dicitur afficere iniuria vxorem *§. quia verò*, & ibi Gloſſa *verbo & defuncti, auth. de nupt.* confirmat Cancer. dicens quod eadem ratione filius diues non tenetur dotare matrem inopem, quæ ad ſecundas conuolauit nuptias, eo quia per nouum matrimonium fit ei iniuria, vt *ſup. c. 5. n. 35. fine*, notatum eſt. Reſpondetur tamen negatiuè ex Fontanell. *de pact. nupt. clauſ. 7. gloſſa 3. p. 11. n. 75.* ſi maritus ſic ſecundò nubens remaneat pauper, cùm in iure non reperiatur cautum, quod præfatum priuilegium à marito amittatur per tranſitum ad ſecunda vota. Neque in hac ſpecie militat ratio, ob quam *d. c. 5. allegato, n. 35.* probatum eſt filium, vel filiam non teneri dotare matrem, abſque eorum conſenſu ſecundò nubentem. Quod ſi ſecundò nuberet recepta magna dote, per quam liberaretur ab illa magna inopia, in qua erat antequam nuberet, tunc ceſſaret priuilegium, vt ex deciſione ſui Senatus tradit Fontan. *n. 76.*

Maritus an habeat priuilegium, ne egeat in dote alteri vinculata.

Dubium ſecundum, an priuilegium, ne egeat, ceſſet in marito reſpectu dotis vxoris alteri vinculatæ, ſcilicet quia forſã dos ipſa cõſiſteret in caſtris, oppidis, & bonis, quæ ex præcedenti vinculo poſt mortẽ mulieri abſque filiis decedentis ad alium debeat deuenire; an verò etiã in hoc caſu in præiudicium fideicommiſſarij vti poſſit maritus eodem priuilegio, ne pro eadem dote reſtituenda cõueniatur niſi in quantũ facere poteſt ne egeat. Ceſſare, ſeu non competere marito in hoc caſu priuilegiũ, & ex bonis dotalibus vinculatis non eſſe faciendam deductionẽ aliquã pro alimentis eiuſdẽ mariti, ſed in ſolidũ, & integrè eſſet reſtituendam cenſuerunt Ant. Olib. *in §. fuerat, relect. 2. n. 34. inſt. de action.* à Fontanel. *d. p. 11. n. 83.* relatus, & idem Fontanel. *ibid.* vbi refert plures deciſiones ſui Senatus Cathaloniæ iuxta hanc ſententiam, *& n. 84.* refert ita etiam fuiſſe deciſum in Senatu Valentino teſte Franciſco Hieronymo Leone *deciſ. 92. n. 1. & 2.* Probat Fontanel. ratione, quam ipſemet *clauſ. 5. gloſſa 8. p. 9.* adducit ad probandum, quod quartam matrimonialem promiſſam vxori inopi in bona viri defuncti *auth. præterea, C. vnde vir. & vxor.* mulier non habet ex bonis, quæ maritus poſſidebat, ſi ſint vinculata, & obnoxia reſtitutioni, ſeu fideicommiſſo, ſcilicet quia bona vincolata computantur inter æs alienum, *l. in imponenda*, ibi, *omne æs alienum deducitur* (& ibi Gloſſa *verbo* deducitur) *& l. irritum, verbo in imponenda tamen*, ibi, *fideicommiſſum debitum æris alieni loco deduci oportet, Codic. ad l. falcid.* ac proinde ex eis bonis ſic vinculatis non poteſt detrahi quarta, quæ eſt detrahenda de ſubſtantia viri, non de ære alieno, nec etiam eadem bona ſic vincolata in dotem poſſunt defuncta vxore in reſtitutione diminui, cum non eſſent bona mulieris propria ſimpliciter, & abſolutè, ſed potius quoad vſumfructum. Pro eadem ſententia, quod marito pauperi non competat priuilegium deducendi ex præfatis bonis neceſſarium, ad alimenta aliam rationem affert Franciſcus Molin. *de ritu nupt. l. 3. q. 28. n. 15. verſ. videtur*, ocmpe quia nullum ius, nulla ſeruitus, aut vſusfructus in rebus alienis conſtitui poteſt: mortuo autem fideicommiſſario, eo ipſo dominium in ſequentem tranſit ipſo iure, cui vtilis rei vindicatio competit, *l. quoties, C. de donat. quæ ſub modo*, & poſt alios Menoch. *conſ. 58. n. 3.* & Peregrinus *de fideicom. art. 42. n. 61. & art. 1. n. 16.* Quapropter in præiudicium ſequentis fideicommiſſarij, & vocati maritus præfato beneficio vti non debet.

Contrarium nihilominus, & maritum habere priui- 81
legium, ne egeat, etiã in dote præfata vxoris vinculata, ſeu in bonis dotalibus vxoris, etſi vinculo ſuppoſitis, fauore matrimonij probabilius arbitratur idem Molin. *d. q. 28. n. 16. & 4. ſeqq.* & hanc eandẽ opinionẽ, nonnullas alias Senatus Valentini ad id deciſiones referens approbat Franciſcus Hieron. Leo *loco n. præced. relato*, ſaltem in fideicommiſſis, quæ non ſit conſtituta ab homine, ſed à lege, & in quibus non fuit dictum, quod omnia bona pleno iure, & ſine diminutione perueniant ad fideicommiſſarium, & de quibus ait loqui contrarias deciſiones, *n. præced. relatas*, facta in eodem ſuo Senatu. Plures rationes pro hac opinione abſolutè, & indiſtinctè ſumpta affert numeris citatis Molin. ex quibus duas tantum reſcribo. Prima ab eodem primo loco allata eſt. Quod lege hoc beneficium à iure communi inductum reſpicit fauorem matrimonij, & eſt de appendicibus dotis: vnde cum omni iure, ſiue communi, & ſtatutario cauſa dotis, & illius fauor exceptus cenſeatur, vt in præcedentibus capitibus pluries dictum eſt, & in terminis exceptionis huius priuilegij *ſup. hoc c. n. 79.* hinc fit, vt & hoc ipſum beneficium exceptum videatur à dotis reſtitutione. Altera ratio, quam idem Molinus habet vltimo loco *n. 20. fine*, eſt quia ſi maritus eodem beneficio legali non gauderet in bonis vxoris, tametſi vinculo ſuppoſitis, multa (inquit) impedirentur matrimonia, cum viri intelligerent ſe hoc beneficio non poſſe gaudere in dote vinculata: quapropter fauore matrimonij dicendum eſt maritum habere priuilegium etiam in bonis dotalibus vinculatis. Subdit tamen Molinus contrarium fuiſſe deciſum in ſuo Senatu Cathaloniæ (vt num. præcedenti notatum eſt ex Fontanella) licet addat minus

benè fuiſſe ita deciſum. Ex his duabus opinionibus prior ſicut eſt magis communis, ita videtur verior, & tenenda in praxi.

Maritus, & quilibet, cui à lege, vel ab homine datur beneficium, ne egeat, propter ingratitudinem illo priuatur.

83 Dubium tertium: An beneficium, ne egeat, in dotis reſtitutione minimè competat marito, qui fuit ingratus vxori. Reſpondetur non competere, ita Fontanella *d. p.11. num.94.* & prius Surdus *de alim. tit. 1. quæſt. 78. n.52.& 58.* vbi generaliter aſſerit quemcumque, cui à lege vel ab homine conceditur præfatum beneficium, ſi committat ingratitudinem, eodem beneficio priuari. Quemadmodum enim [inquit] propter ingratitudinem perduntur alimenta *l. fin. C. de alen. liberis*, & latè probatur *in præcedent. tractatu de alim. ſeu in 2. parte de effectibus contractus matrimonij*, ita oportet aſſerere amitti beneficium deducendi quantum opus eſt, ne egeat.

An in marito, & cæteris debitoribus pauperibus, illo alias gaudentibus, ceſſet priuilegium, ne egeant, quando vxor dotem repetens eſt æquè pauper, & alij creditores pariter ſunt æquè pauperes.

Dubium quartum: An ſi vxor à marito dotem repetens, & quiuis alius creditor pro exactione crediti agens contra debitorem, cui alias competit priuilegium ne conueniatur niſi in quãtum facere poteſt, deducto ne egeat, ſit inops, & æquè pauper ac maritus, aliuſve debitor, ceſſet priuilegium, ita vt in tali caſu nec maritus aduerſus vxorem, nec alius debitor contra creditorem poſſit eo priuilegio vti.

84 In alijs perſonis, ſeu debitoribus extra maritum ceſſare priuilegium, quando actor eſt æquè pauper, eſt communis, & certa ſententia. Ita Laderch. *conſ.50.n.7.* Surd. *de alim tit.1.q.76.n.36.* Coſta *de rem. ſubſid. remed. 28. n.7. verſ. tertio*, Molin. *de iuſt. tr.2. diſp.442.n.6. verſ. ſi tamen*, & præter eoſdem Iuriſperiti communiter Bartol. Bald. Caſtrenſ. Iaſon, Gutierrez, & alij plures à Laderchio relati, id probantes, tum quia in hoc caſu, petentis ſeu actoris cauſa ſit potior, tum quia priuilegiatus non vtitur priuilegio contra æquè priuilegiatum, iuribus notiſſimis, tum quia in pari caſu inopiæ charitas incipit à ſe ipſo: nec quis re ſua priuari debet, vt alteri ſuccurratur, *l. præſes, C. de ſeruitutibus, & aqua.*

85 In marito quoque inope, conuento pro dotis reſtitutione ab vxore inope, & æquè paupere, ceſſare priuilegium, vt teneatur eidem vxori integram dotem, vel tantum dotis dare, quantum ei eſſe neceſſarium, vt ſe aleret, etiam faciendo vltra id, quod cõmodè facere poteſt, pariter eſt communis ſentẽtia Doctorum. Ita Doctores *n. præced.* relati, Laderch. & Coſta, qui loquuntur generaliter de omni debitore priuilegiato, quando actor eſt æquè pauper. Surd. & Molin. *locis cit.* qui etiam de marito expreſsè loquuntur, alij *eod. num. præced.* nominati à prædictis Doctoribus relatis, Campeg. *de dot. p. 3. q. 24.* Couarruuias *c. poſſeſſor. 2. p. §. 8. num. 4. ad fin. de reg. iuris.* Surdus item *de aliment. tit. 8. priuileg. 84. numero 3.* Cancerius *var. p. 1. cap. 9. num. 113.* Fontanella *de pact. nupt. clauſ. 7. gloſſa 3. p. 11. n. 93.* & plurimi alij Iuriſperiti antiqui, & recentiores à Surdo *d. num. 3.* & à Petr. Barboſa *in l. maritum, num. 96. verſ. quartò principaliter*, relati. Probatur hæc communis tum iiſdem rationibus *n. præcedenti* adductis, præſertim ea deducta ex *d. l. præſes*, tum quia in pari neceſſitatis cauſa præfertur mulier, *l. aſſiduis, §. exceptis, Codic. qui potiores in pignor.* tum demum quia cum mulier videatur agere de damno, & maritus de lucro, in pari caſu melior eſſe debet conditio mulieris, iuxta regulam *l. non debet, §. in re obſcura, ff. de reg. iur. & leg. verum, §. finali, ff. de minoribus.* Et idem iuxta eandem communem dicendum, quando mortua vxore illius hæredes dotem à marito repetentes ſunt æquè pauperes, in hac enim pari cauſa melior eſt conditio hæredum mulieris, & ceſſat priuilegium mariti, quod probant eædem rationes *ſuprà hoc & præcedenti num.* adductæ, & quia in hæredibus vxoris dotem repetentibus idem obſeruandum eſt, ac ſi ipſa peteret dotem, *l. ſi poſt, ff. ſol. matr.* & ita etiam expreſsè Baldus *in l. ſi quis crediderit, in fine, ff. de pactis*, Angelus *§. item ſi de dot. num. 2. verſ. primè, Inſtit. de actionibus*, à P. Barboſa *d. num. 96. verſ. quod amplia*, & Fontanella *d. num. 93.*

Hanc tamen communẽ, & receptam, tã quando vxor dotem repetens, quàm quando illius hæredes ſunt æquè pauperes ac maritus pro dotis reſtitutione conuẽtus, P. Barboſa *d. l. maritum, n. 98. verſ. vel verius*, limitat, vt procedat ſine dubio quando mulier pauper non habet neque alia bona præter dotem, neque patrem diuitem, neque aliũ, à quo poſſit petere, & habere alimẽta: tunc enim ait, vxori iuxta præfatam communem dotem eſſe reſtituendã ex ratione *d. l. aſſiduis, §. exemptis, C. qui potior.* ſecus verò, ſi habeat patrem diuitem, vel alium, à quo poſſit petere alimẽta, nam hoc caſu maritus (inquit Barboſa) poteſt vti priuilegio, & retinere dotem etiam totam, ſi ille indigeat ad viuendum iuxta ſtatum ſuum, quam limitationem videtur approbare Fontan. *d. n. 93. fine*, & abſolutè amplectitur Rebell. *de oblig. iuſt. p. 2. l. 5. q. 9. n. 7.* addit idem P. Barboſ. *n. 99. fine*, (& eum ſequitur Rebell. *loco cit.*) quod vxor carens bonis, habens patrem diuitem, vel alium, à quo poſſit habere alimenta, nõ excluderet maritum inopem à præfato ſuo priuilegio, quãtumcunque maritus etiam haberet patrem diuitem, eo quod in pari cauſa debeat præferri maritus poſſeſſor dotis *c. in pari, de reg. iur.* & quia reuerẽtia maritalis hoc videtur exigere, initio autẽ *n. 100.* idẽ P. Barboſ. aduertit, quod licet maritus nihil teneatur reſtituere ex dote, ſi omni ea indigeat ad viuendum ſecundum qualitatem ſuæ perſonæ (quod *ſup. n. 69. fine*, dictum eſt, ſi vxor habeat alia bona, & ſit diues) tamen ſi vltra dotem poſſideat alia bona vxoris, quibus etiam videatur indigere iuxta qualitatẽ perſonę, debeat nihilominus ea vxori reſtituere, ſiue tanto minus ex dote deducere, quia mariti priuilegium ne egeat reſtrictum eſt ad dotem vxoris, & circa dotem tantum eo vti poteſt, quod ait colligi ex *l. maritus facere, ff. ſol. matr.* Prædicta ex Barboſa. 86

Sed cum præfata limitatio ſit contra communem, & receptam, & verè illi obſtare videantur rationes pro eadem communi adductæ, licet ad eas reſpondere conatus ſit idem Barboſa, in praxi ab eadem communi non videtur recedendum, nec puto, quod iudices recederent. 87

Admittit autem abſolutè communem ſententiam etiam idem Barboſ. *n. 98. verſ. Tantum ergo*, quando dos promiſſa non fuit tradita, ita vt poſſideatur per vxorem, quia ratione poſſeſſionis debet in pari caſu præferri marito, *c. in pari, de reg. iur.* Et hoc caſu dicit propriè militare rationes adductas pro communi. Quæ tamen probant etiam, quando dos eſt penes maritum; nam etiam tunc eſt patrimonium mulieris, cui proinde in neceſſitate conſtitutæ debet potius deſeruire, quàm marito, etſi æquali neceſſitate preſſo, iuxta *d. l. præſes, C. de ſeruitutibus, & aqua.* 88

Vtrum verò ſi mulier, ſeu vxor habet mobilia pretioſa, ex quorum pretio ſi vendantur, poſſet ſe ſufficienter alere: tunc dicatur habere vnde ſe alere poſſit, & cogi poſſit ea vẽdere, vt maritus inops poſſit frui ſuo priuilegio. Bald. *conſ. 30. poſt pr.* & nonnulli alij Iuriſperiti à P. Barboſa *d. l. maritum, numer. 17. verſ. denique, dict. leg.* 89

qui

qui bonis, relati tenuerunt, colligentes *ex d. l. qui bonis 6. ff. de ceſſione bonorum*, quod mulier dicitur non habere vnde ſe alat, quando nullos peperit fructus ex bonis, quantumcunque habeat mobilia pretioſa, ex quorum pretio ſufficienter poteſt ſe alere. Nihilominus dici debet mulierem habere, vnde ſe alere poſſit, & ſic poteſt cogi ea mobilia pretioſa vendere, *vt loco citato* ſentit Barboſa, & probant apertè tradita *ſuprà hoc c. n. 20.* & pariter tradita à me *in tract. de alim. ſeu p. 2. de effect. contract. matrimonij, cap. 13. num. 795.*

Priuilegium amittit maritus, negans ſe eſſe maritum, & quicumque negat qualitatem, ſeu id, quod eſt cauſa conceſſionis priuilegij: & quid ſi reuocet negationem, & quando reuocatio poſſit fieri, vt proſit.

90 Dubium quintum: An dictum priuilegium, ne quis conueniatur niſi in quantum facere poteſt deducto ne egeat, ceſſet in marito pro reſtitutione dotis ab vxore conuento negante matrimonium, ſeu ſe cum ea contraxiſſe matrimonium, ſi poſtea conſtet de matrimonio. Reſpondetur ceſſare propter mendacium. Ita Surdus *de alimentis tit. 11. quæſt. 78. n. 29.* Campegius *de dote p. 3. q. 238. verſ. vndecimo, & quæſt. 265.* Antonius Pichardus *in manuductorio ad praxim, præcepto 9. num. 28. & duobus ſeqq.* Petrus Barboſa *d. l. maritum, num. 105. & num. 107. verſ. vltimo, ff. ſoluto matr.* & alij Iuriſperiti communiter quos iidem latè referunt, Quod probant, ſeu inferunt ex ſimili de ſocio ex cauſa ſocietatis ab altero conuento, negante ſe eſſe ſocium, cui propter mendacium non ſuccurritur beneficio præfato ne conueniatur, niſi in quantum facere poteſt, vt conſtat *ex l. ſed hoc ita, §. fin. ff. de re iudicata, & ex l. ſi vnus, §. fin in fine, §. pro ſocio,* & ex ſimili, de quo *l. ſi dubitetur, §. ita demùm, ff. de fideiuſſoribus.*

91 Hinc Doctores generaliter aſſerunt & maritum pro dote reſtituenda conuentum, negãtem ſe eſſe maritum; ſed & quemcumque negantem id, ſeu qualitatem, vnde priuilegium deſcendit tanquam à cauſa eiuſdem priuilegij, effici priuilegij indignum, & illud amittere *l. ſi ex parte, §. interdum, ff. quod cum eo, de reg. iur. in 6.* (cuius verba ſunt, ex eo non debet fructum quis conſequi quod niſus extitit impugnare.) & aliis iuribus, quæ latè referunt Surdus *d. n. 28.* & Pichardus *d. num. 28.* & prius ad id ponderarunt Iaſon *l. quod te, n. 40. ff. ſi certum petatur.* Felinus *cap. cæterùm, à num. 18. & ibidem* Decius *n. 15. de iudiciis*, pro hac generali Doctrina adducti à P. Barboſa *d. n. 105.*

92 Hoc tamen intelligendum eſt, quando per dolum, vel latam culpam negauerunt, alias pœna prædicta amiſſionis priuilegij non incurretur, vt per textum *in cap. 1. §. Vaſſallus*, ibi, *ex certa ſcientia, ſi de feudo fuerit controuerſia*, poſt plures alios Iuriſperitos Campegius *d. q. 265. n. 22.* P. Barboſa *d. n. 105. verſ. quod tamen,* & Pichardus *d. præcepto 9. n. 29.* qui pariter hic *num. 31. illo eodem n. 105. verſ. item ſecundo,* aliis allegatis ita ſentiẽtibus, & reiectis contrariam tenentibus, addunt ad amiſſionem eiuſdem priuilegij, oportere ſpecialiter negare qualitatem, ſeu id quod eſt cauſa priuilegij, ita quod ſi tantùm ſimpliciter & generaliter negat narrata in libello, non amittat priuilegium, & ſi ſocius agens contra ſocium debitorem ex cauſa ſocietatis in libello proponat talem ſuum ſocium ex cauſa ſocietatis ſibi debere tot, &c. & ſocius conuentus ſimpliciter tantum & generaliter negat eſſe verum, quod in libello exponitur: quia hæc negatio rectè poteſt intelligi de debito, ſeu quod debeat ex cauſa, non quod ſocietas non fuerit contracta. Quod igitur ita generaliter negans non amittat priuilegium, ex iiſdem Barboſ. & Pichard. probatur, quia per prædictam generalitatem non videtur negaſſe id, quod in ſpecie veriſimiliter non fuiſſet negaturus, *arg. l. obligatione generali, ff. de pignoribus,* & *c. fin. de offic. Vicarij in 6.* & quia ſub generalitate non videtur comprehendi caſus, per quem negans in pœnam incideret, *d. l. ſi procurator, ff. de condict. indebiti, & l. 3. § ſi procurator, quod quiſque iuris.*

Item intelligendum, ſi negans in negatione perſeuerauerit vſque ad litis conteſtationem; ſi enim antea negationem reuocauerit, & faſſus ſit veritatem, eum excuſari à prædicta pœna amiſſionis priuilegij, per textum *in l. electio, §. neque, verſ. & ideo, & alia iura,* & Gloſſa, ac pluribus aliis Iuriſperitis allegatis tradunt iidem Campegius, Barboſa *n. 106. initio,* & Pichardus *num. 29. & 30. fine.* 93

Quinimò etiam poſt litem conteſtatam poſſe reuocari negationem, ſi adhuc actor onus probandi falſitatem negationis non ſubiuit, tradunt poſt Gloſſam *in §. ex maleficiis, verbo diſtulerint, Inſtitut. de actionibus,* & alios P. Barboſa *d. n. 106.* & Pichardus *d. n. 30.* Nam cum reus per reuocationem, & pœnitentiam liberet ipſum actorem ab onere probandi mendacium, excuſandus a pœna videtur, ſecus iidem poſt Bartolum Alexandrum, & Brunum aiunt, ſi actor mendacium ſtatim probare velit; hoc enim caſu reuocatio mendacij nihil reuocanti proderit, quominus pœnam mendacij incurrat, vel priuilegium amittat. 94

Quod ſi maritus conuentus nõ neget matrimonium ſeu ſe eſſe maritum, ſed neget dotem datam, vel quid aliud, vel contractum fuiſſe celebratum, ob id non amittit priuilegium, vt tradunt Alex. *in d. l. maritum, ff. ſoluto matrim.* Surdus *d. q. 78. n. 29.* & P. Barboſa *d. l. maritum, n. 107. verſ. vltimò declara,* & alij relati à Surdo & eodem Barboſa, qui probat, quia pœna non habet locum, niſi in caſibus expreſſis, per iura vulgata apud eundem Barboſam, pœna autem amiſſionis priuilegij, ſeu iuris ſibi competentis ob mendacium, non reperitur in iure ſtatuta, niſi quando negatur cauſa priuilegij, ſeu id quod eſt cauſa conceſſionis priuilegij, vt conſtat ex textibus *ſuprà numero 90. & 91.* allegatis. 95

Quando ob factum diuortium, ſeu factam ſeparationem matrimonij quoad torum, & mutuam cohabitationem per ſententiam Eccleſiæ ob culpam viri dos vxori eſt reſtituenda, an maritus vti poſſit priuilegio, ne egeat, ſi ſit pauper.

Vtrùm vero ſi culpa mariti, putà propter eius ſæuitiam, per ſententiam Eccleſiæ matrimonium alias validum, ſoluatur quoad torum, & mutuam cohabitationem, (qua ſeparatione quoad torum, & cohabitationẽ per Eccleſiá facta, dos à marito habita eſt reſtituenda vxori *c. 1. de don. inter vir. & vxor. & ibid.* ſcribentes P. Barboſ. *in rubr. ff ſol. matr. p. 2. num. 39. & 40.* & alij ab Aug. Barboſa *collect. ad d. c. 1.* relati) eidem marito pro reſtitutione dotis per vxorem conuento competat priuilegium, ne damnetur ad reſtituendam totam & integrã dotẽ, ſed ſolũ in quantũ facere poteſt, ne egeat, an verò in hoc caſu ceſſet huiuſmodi priuilegium. Et maritum non poſſe in hoc caſu ſeparationis matrimonij quoad torum, mutuã habitationẽ ob culpã mariti, putà ob eius ſæuitiem, vel adulterium, per ſententiam Eccleſiæ factæ, vti præfato priuilegio, ſed cogendum reſtituere totam & integram dotem, non detracto, ne egeat, etiamſi ſit inops & careat aliis bonis, vnde ſe alat, videtur ſatis probari *d. c. 1. de donationibus inter virum & vxorem*, cuius verba ſunt *mulieres, cum pro aliqua licita cauſa à propriis viris fuerint ſeparatæ, totam dotem præcipimus ſibi reddi:* quem textum licet Gloſſa, & nonnulli alij ſentiant procedere, quando per Eccleſiam fit ſeparatio, quia matrimonium fuerat 96

nullum ob aliquod impedimentum dirimens, vt *ſuprà hoc capit. numer.* 40. notatum eſt, Doctores tamen communiter aſſerunt procedere, quando matrimonium fuit validum, & propter culpam mariti, ſiue ſæuitiæ, ſiue adulterij ſeparantur quoad thorum, & mutuam habitationem, vt pariter *eod. n.* 40. notatũ eſt; atque in hoc caſu facta per Eccleſiam ſeparatione præfata ob culpam mariti, non eſſe locum priuilegio, neque mulierem teneri dimittere marito aliquid dotis, vt ſe alat, expreſsè tenet Corduba à Lara *in l. ſi quis à liberis, §. ſi quis ex his, num.* 18. *&* 80. *ff. de liber. agnoſc.*

97 Contrarium nihilominus, & non obſtante, quod culpâ mariti ſecuta ſit ſeparatio præfata, adhuc competere marito (ſi illo vti velit) priuilegium, ne cogatur reſtituere dotem in ſolidum, ſed ſolùm quatenus commodè facere poteſt, tenuit *gloſſa* 2. *d. cap.* 1. & expreſsè tenet P. Barboſa *d. l. maritum, n.* 33. *fine, & n.* 44. cum etiã in hoc caſu, quia matrimonium fuit & verum, & validum, militet ratio priuilegij, de qua *l. alia, §. eleganter, ff. ſol. matr.* ſcilicet reuerentia debita marito, & huius ſententiæ ait eſſe omnes Doctores ſentientes textum *in d. c.* 1. procedere, quando ſeparatio per Eccleſiam fit, quia matrimonium per errorem impedimenti dirimentis fuit nullum, eo quod tunc marito denegent præfatum priuilegium, quia ob nullitatẽ matrimonij ille non eſt verus maritus (vt *ſup. d. n.* 40. notatum eſt) vnde videntur apertè ſentire, quod ſi eſſet maritus, indiſtinctè ei concederetur idem priuilegium ratione debitæ eidẽ reuerentiæ. Addit *ibid.* Barboſa *n.* 44. non repugnare textum *in d. c.* 1. *verbo totam*, quia illud verbũ (inquit) non fuit poſitum ad excludendum priuilegium præfatum mariti, ne egeat, ſed ſignificat, quod huiuſmodi caſu maritus ratione pacti, vel ſtatuti nihil poteſt retinere ex dote, vllũve lucrum prætendere, quia cum eius culpa facta ſit matrimonij ſeparatio quoad thorũ, & cohabitationem, habet locum ratio *l. ſi ab hoſtibus, §. fin. ff. ſol. matr.* vbi maritus occiſor ab actione, & lucro dotis excluditur, ne ob facinus ſuũ lucrum reportet. Quem intellectum ad *d. c.* 1. tradit non ſolũ *d. n.* 44 ſed etiã latiùs *in d. rub. ſol. mat p.* 2. *n.* 40. *fine*, pluribus relatis Doctoribus, præſertim Rolando à Valle *conſ.* 50. *n.* 10. *vol.* 1. Verùm priori ſententiæ maximè fauet *d. c.* 1. dũ abſolutè, & indiſtinctè præcipiens totã dotem debere reddi vxori, ſuppoſito quod procedat ſubſiſtente matrimonio valido, per Eccleſiam fit diuortium, ſeu ſeparatio ex culpa mariti. Et vrget illa ratio *d. l. ſi ab hoſtibus*, quod ob facinus ſuum maritus non debet commodum aliquod reportare ex dote vxoris, & ita præter Cordubam expreſsè ſentire videtur Fragoſus *de regim. Chriſtianæ Reipub. p.* 3. *l.* 2. *diſp.* 5. *de contractu dotali, §.* 5. *n.* 78. *verſ. ſi tamen.*

98 Dixi autem *ſuprà, ſi culpa mariti, &c.* Nam ſi neque viri, neque vxoris culpa diuortium contingit, & factum ſit ad tempus, dos non eſt reſtituenda vxori, ſed ex dotis fructibus eidem maritus alimenta miniſtrabit, vt poſt alios Corduba à Lara *in d. §. ſi quis ex his, n.* 36. & poſt eum Aug. Barboſa *collect. ad d. p.* 1. *n.* 5. *verſ. ſi tamen, de don. inter vir. & vxorem*, ſi verò abſque vtriuſque culpa fiat perpetua ſeparatio (putà quia coniuges ipſi facto voto caſtitatis de communi conſenſu habitent, vel quia vxor viri permiſſione ingrediatur monaſterium, & profiteatur) tunc cenſentur coniuges tacitum pactum iniiſſe, vt quilibet eorum alteri reſtituat, quod ab eo accepit, vt idẽ Aug Barboſa *ibid.* poſt Seguram, *in repet. leg. vnum ex familia, §. ſed etſi fundum, n.* 38. *ff. de legat.* 2. & Petr. Barboſa *d. verb. ſoluto matrim. p.* 2. *n.* 56. *paulò poſt initium*: ſed ſi maritus egeat, ex dote mulieris erit alendus, vt aliis relatis Corduba *d. §. ſi quis ex his, num.* 16.

Si dos conſiſtat in immobilibus, an marito conuento pro reſtitutione competat, necne priuilegium deducendi, ne egeat.

Dubium ſextum: An ſi dos tradita marito conſiſtat 9
in rebus immobilibus, eidem marito, & eius hæredibus [qui ſint filij ex eodem matrimonio] minimè competat priuilegium præfatum deducendi ex dote, ne egeat. Multorum opinio eſt, quòd priuilegium hoc marito competat ſolum quando dos tradita conſiſtit in quantitate, ſeu pecunia, aliâve re conſiſtente numero, pondere & menſura. At verò non competere, ſi dos conſiſtat in re, vel ſpecie mobili, aut immobili, ſiue fuerit tradita æſtimata, ſiue inæſtimata, ita quod hoc caſu mulier, vel eius hæres poſſit vendicare rem dotalem traditam, nulla habita ratione dicti priuilegij, tenent Campegius Baldum, & Imol. allegans *de dot p.* 3. *q.* 238. *verſ. decimo fallit*, Gomez *ad l.* 50. *Tauri, num.* 49. *verſ. tertiò limita*, & alij Iuriſperiti, quos tacito nomine refert Fontanella *de pact. nupt. clauſ.* 7. *gloſſa* 3. *part.* 11. *numero* 79. & ex Theologis Molina *de iuſtit. tractat. ſecund. diſp.* 442. *num.* 6. Rebellus *de oblig. iuſtitia p.* 2. *lib.* 5. *q.* 9. *numero* 7. *fine*, & Caſtrus Palaus *de iuſtitia, & iure tractat.* 32. *diſputat.* 9. *puncto* 20. *§.* 3. *numero* 2. fundãtur præfati Iuriſperiti in eo, quod repetitur dos actione reali ad rem, quia petitur res, ſeu fundus dotalis, non perſonali de dote, quãdo autẽ maritus cõuenitur actione in rem, tunc non habet beneficium deducendi, ne egeat, vt Bartol. *in l. maritum, ante, & poſt numerum* 1. *ff. ſol matr.* per textum *in l. Neſennius, §. fundum, ff. de re iudicata.* Quod confirmatur, quia quando agitur reali iudicio, & maritus conuenitur vti tertius poſſeſſor, non gaudet priuilegio detrahendi, ne egeat, quia non conuenitur vt vir, per Doctores à Surd. *de alim. tit.* 1. *q.* 78. *n.* 40. relatos. Quãdo enim non conuenitur maritus vt vir, ſed vt merus tertius poſſeſſor, ceſſat priuilegium, ne egeat, vt infrà probatur. Prætereà iidem Doctores hanc ſententiam probant per textum *in l. vnica, §. cum autem, initio*, ibi, *in his, quæ pondere, numero, & menſura conſiſtunt, C. de rei vxor. action.*

Contrarium, & marito competere idem priuilegium 100
deducẽdi ne egeat, etiãſi dos conſiſtat in immobilibus, affirmarunt Bartol. *in d. l. Neſennius, d. §. fundum, ff. de re iudic.* Surd. *d. q.* 78. *n.* 39. *&* 40. Fontan. *d. p.* 11. *n.* 80. *&* 2. *ſeqq.* & etiam P. Barboſa *l. maritum, n.* 30. *verſ. contrarium tamen, ff ſol. matr.* Quia non apparet ratio vlla differentiæ quoad dotem in quantitate, vel in re, ſeu ſpecie conſiſtentem, cum nihil interſit, an debeat remanere maritus pauper ex venditione, & diſtractione bonorum ſuorum pro reſtituenda dote conſiſtente in pecunia numerata, aut reſtitutione fundi dotalis, quando dos conſiſtit in immobilibus; & quia cum in vtroque caſu, & ſiue actione reali, ſiue perſonali maritus pro dote reſtituenda conueniatur, militet ratio miſerationis, & reuerentiæ, in vtroque debet maritus habere beneficium, ne egeat. Et iuxta hanc ſententiam ſemper iudicaſſe ſuum Senatum refert idem Fontanella *numero* 82. Neque obſtat fundamentum prioris ſententiæ, ſumptum ex doctrina Bartoli, *& dict. l. Neſennius, §. fundum*, quia Bartolus *dict. leg. maritum*, loquitur quando maritus actione in rem, vt quilibet poſſeſſor, non vt vir conuenitur: & ita etiam intelligitur textus *in d. §. fundum, vt ibidem gloſſ. in verbo donaui*, & etiam Bartolus. Caſus enim erat, quod maritus iã reſtituerat fũdũ dotalem, qui poſtea ad eũdem aliquo modo peruenerat: cumque peteretur ab eo, non vt viro, ſed vt quolibet alio poſſeſſore, dictum fuit non eſſe locum beneficio, de quo ſequenti dubio. Non obſtat etiam textus

in d. §. cum autem, ob illa verba initio poſita; quia Imperator Iuſtinianus abſolutè, & indiſtinctè tribuit marito priuilegium, vt ſoluto matrimonio per vxorem conuentus pro dotis reſtitutione condemnetur ſolùm in quantum facere poteſt, & affert pro ratione reuerentiam marito debitam, quæ eſt generalis.

An marito poſt dotem per eum reſtitutam vxori, vel eius hæredibus, competat priuilegium, vt poſſit repetere dotem, vel illius partem, ne egeat: & quid, ſi poſt traditionem res dotalis ad eum aliquo modo peruenerit.

101 Dubium ſeptimum, an quando maritus abſque allegatione priuilegij deducendi, ne egeat, reſtituit ſemel dotem, ſi poſtea videns ſe non poſſe decenter ſecundum ſtatum ſuum, & conditionem viuere, redeat ad vxorem, vel ad eum, cui dos fuit ſoluta, vt ſibi illam, vel partem illius reſtituat, vt iuxta illud priuilegium, ne egeat, ex ea viuat, ei id permiſſum ſit: an verò facta reſtitutione dotis ceſſet priuilegium. Reſpondetur ceſſare, ita Campegius *de dote p. 3. q. 256.* P. Barboſa *in d. l. maritum, num. 29. fine, & 30. princip. & pluribus ſeqq. præſertim num. 34. verſ. melius igitur, & num. 35. verſ. quod ampliandum, ff. ſol. matr.* & Fontanella *d. clauſ. 7. gloſſa 1. p. 11. num. 86.* Ratio aſſignatur, ſcilicet quia præfatum priuilegium ne egeat, parit, ſeu concedit tantùm retentionem, ſeu ius retentionis, non autem actionem, vt præfatis locis probat Barboſa, *præſertim d. num. 39.* ac proindè cum facta reſtitutione, ſeu ſolutione dotis ad repetendum ſit neceſſaria actio, ceſſat tunc priuilegium, tametſi dos fuerit per errorem reſtituta, ſeu ſoluta, vt expreſsè idem Barb. *d. num. 34.* qui *d. num. 35. d. verſ. quod ampliandum* (& ſequitur Fontanella *d. num. 86. fine*) extendit, vt ceſſet priuilegium, etiamſi maritus obtinuiſſet ſententiam, qua in ſui fauorem à iudice declaratum extitiſſet, eundem maritum eſſe inopem, atque ideo ei competere præfatum priuilegium ne egeat; ſi enim poſt eam ſententiam nihilominus ſolidam & totam dotem maritus reſtituat, ſeu ſoluat, non poteſt vti priuilegio, aliquidve dotis condicere, vt eſſe communiter receptum tradunt Alexander *l. rei iudicatæ, §. fin. ff. ſol. matr.* & Iaſon *leg. quod nomine, in fine, ff. de condict. indebiti*, allegata ab eodem Barboſa: qui *eod. num. 30. initio, & fine*, confirmat hanc eandem ſententiam, quia priuilegium mariti ne egeat, reſpicit tempus condemnationis, vt conſtat *ex l. maritum, & ex l. rei iudicatæ initio, ff. ſol. matrim.* ac proinde per traditionem vel ſolutionem dotis antiqua obligatio, ad quam referebatur priuilegium, fuit extincta, *Inſtitut. quibus modis tollitur obligatio.* Et prædictis conſonat reſolutio Ferdinandi Vaſquij *de ſucceſſ. creatione, §. 22. num. 82. verſ. niſi per tale pactum*, iunctis antecedentibus: quòd quamdiu res eſt integra, maritus, & quiuis alius eo gaudens poteſt vti ſuo priuilegio; ſi verò res non ſit integra, priuilegio vti non poterit.

102 Sed quid, ſi mulier vindicet à marito res dotales per rei vindicationem iuxta priuilegium ei datum *l. in rebus, Cod. de iure dotium*, an hoc caſu ceſſet priuilegium mariti, ne egeat, &c. Poteſt videri ceſſare, quia cùm tunc ea diſpoſitione legis poſt ſolutum matrimonium ſit tranſlatum dominium in vxorem, & conceſſa rei vendicatio, mulier non tanquam vxor, ſed tanquam quilibet poſſeſſor poteſt rem dotalem vendicare, & conſequenter non competet priuilegium marito, cùm non conueniatur vt maritus, ſed vt quilibet poſſeſſor. Nihilominus cum intentata vendicatione adhuc nulla facta fuerit reſtitutio, vel ſolutio dotis, per quam antiqua obligatio, quam reſpicit priuilegium, videatur extincta, locum debere habere priuilegium mariti, rectè tradit P. Barboſa *d. l. maritum, n. 31. initio*, quod & confirmat, quia licet ea diſpoſitione legis ſoluto matrimonio tranſlatum ſit dominium in vxorem, non tamen transfertur poſſeſſio, *l. dotis, Cod. ſol. matr.* quare cum adhuc maritus retineat penes ſe res dotales, poterit vti iure retentionis, quod ius tribuit ei priuilegium, vt eſſe magis communem ex Iaſone, & alijs teſtatur *ibidem* Barboſa.

Ex quibus reſoluenda eſt alia difficultas, ſcilicet ſi in Inſtrumento dotali promiſſa ſit dotis reſtitutio, & maritus conſtituerit ſe poſſidere nomine vxoris, an tunc in exactione dotis ceſſet priuilegium: etſi enim Alexander *in l. Neſennius, §. 1. num. 3. ff. de re iudicata*, & nonnulli alij à P. Barboſa *d. l. maritum, num. 3. fine*, relati ſenſerint tunc maritum non poſſe vti ſuo priuilegio ne egeat, quia tunc iure communi vxor habeat rei vendicationem propter conſtitutum, *l. quod meo, in prin. ff. de acquir. poſſeſſ.* & ſic non tanquam vxor, ſed tanquam quilibet poſſit rem vendicare, non debet competere priuilegium marito. Nihilominus longè verius eſſe videtur, quod competat, vt probat Barboſa *ibid. num. 32.* quia cum antiqua obligatio reſtituendæ dotis adhuc duret, & maritus poſſit vti iure retentionis, adhuc debet ei competere priuilegium. Neque obſtat *d. l. Neſennius*, quia vt *ſuprà num. 100.* notatum eſt, facta iam fuerat reſtitutio fundi dotalis per maritum, etſi poſtea ad eum peruenerit: ac proindè fuerat extincta antiqua obligatio dotis reſtituendæ, cui cohærebat priuilegium, vt ſupra dictum eſt, & ideo etſi ex noua cauſa res dotalis iam ſoluta, & reſtituta ad eum peruenerit, priuilegio vti non poterat, cum ceſſaſſe videatur; facta enim vera, & actuali rei dotalis traditione, extincta manet antiqua obligatio reſtitutionis dotis, & ſic euaneſcit priuilegium mariti: ſed quando adhuc durat obligatio antiqua, quia dos adhuc non fuit ſoluta, neque tradita, debet marito concedi priuilegium, ne egeat, iuxta *d. leg. maritum, & d. l. rei iudicatæ, ff. ſol. matrim.* 103

Igitur poſtquam ſemel maritus vxori actualiter reſtituit, & tradidit fundum, ſeu rem aliam dotalem, vel eadem res dotalis ad eundem maritū aliquo modo peruenerit, non habebit maritus priuilegium retentionis, ne egeat, vt tradunt communiter ſcribentes *in d. l. Neſennius, § 1. ff. ſol. matr.* (qui textus probat, quòd ſi donator tradit rem donatario, & poſtea hæc res redit ad donatorem aliquo caſu, poterit donatarius eam rem à donatore vendicare, neque hoc caſu donator conuentus habebit priuilegium, quod non debeat condemnari niſi quatenus facere poteſt) Campegius *de dote part. 3. quæſt. 218. verſ. decimoſextò fallit*, P. Barboſa *d. l. maritum, num. 30. fine, verſ. ſed reſpondetur.* Fontanella *d. p. 11. num. 81.* & alij Iuriſperiti à Barboſa relati, & conſtat *ex l. nam & maritus, ff. de condict. indebit.* *cuius verba ſunt; nam & maritus, ſi cum facere nihil poſſit, dotem ſoluerit, in ea cauſa eſt, vt repetere non poſſit.* Ratio ex ſuprà traditis eſt, quia cum per traditionem, & ſolutionem antiqua obligatio, ad quam referebatur, cuique cohærebat priuilegium, fuerit extincta, vt *ſuprà num. 101. fine*, notatum eſt, & ſic etiam remanſerit extinctum priuilegium, atque adeò ratione caſus poſtea contingentis, ſcilicet quòd res dotalis ſemel vxori tradita, & ſoluta per maritum peruenerit poſtea ad eundem, non poteſt illud priuilegium iam extinctum reuiuiſcere, *l. qui res, §. aream, ff. de ſolut.* nec ratione illius iam extincti à marito prætendi retentio aliqua. Nam cum poſt iam extinctum priuilegium maritus, ad quem denuò rediit res iam tradita vxori, non conueniatur tanquam maritus, & priuilegiatus, ſed tanquā quilibet tertius poſſeſſor, debet in ſolidū reſtituere, vt probat *d. l. Neſenn. §. 1.* & ibi ſcribentes, & alij à P. 104

Barboſa *dict. leg. num.* 31. *verſ. quod ſi dominium*, & à Surdo *de alim. titul.* 1. *quæſt.* 78. *num.* 40. relati vniuerſaliter *per dict. leg. Neſennius d.* §. 1. aſſerentes, quod quando maritus non conuenitur vt vir, ſed vt quilibet tertius poſſeſſor, non gaudet priuilegio deducendi, ne egeat, vt etiam expreſſe tradunt Barboſa, & Fontanel. *locis citatis.*

105 Ex traditis colligitur, quod ſi maritus non exegerat dotem promiſſam, vel non totam, antequam vxor decederet, non poſſit ea mortua ſub prætextu, quod ea ſit ſibi neceſſaria ad viuendum, ne egeat, dictam dotem, vel reſtantem quantitatem ex ea petere, & exigere, quia (vt *ſuprà* dictum eſt) non parit actionem ad agendum, ſed exceptionem ad retinendum: ita etiam Petr. Barboſa *loco ſuprà*, *num.* 88. relato, & Fontanella *dict. part.* 11. *num.* 87. vbi quoque teſtatur ita decidiſſe ſuum Senatum.

Quando conſtante matrimonio agit mulier contra virum ad dotis repetitionem propter eiuſdem viri inopiam, illi non competit exceptio priuilegij deducendi, ne egeat.

106 Dubium octauum: An priuilegio deducendi, ne egeat, gaudeat maritus, quando conſtante matrimonio ob eius inopiam, ad quam vergit, dos repetitur ab vxore, iuxta *leg. ſi conſtante, ff. ſoluto matrimonio*, communis Iuriſperitorum ſententia eſt, in hoc caſu præfatum priuilegium non competere marito: ita præter Gloſſam *leg. vbi adhuc, verbo ad ſuſtentationem*, *Codic. de iure dotium*, & alios antiquiores à Surdo *de alim. titulo primo*, *quæſt.* 78. *num.* 41. & Petr. Barboſa *leg. maritum*, *num.* 33. *initio relatos*, Campegius *de dote, part.* 3. *quæſt.* 258. *verſ. octauò fallit.* Petr. Barboſa *dict. num.* 33. *& num. antecedenti*, Surdus *d. num.* 41. Paſchalis *de vir. patr. poteſt. part.* 2. *cap.* 9. *num.* 28. Cancerius *var. part.* 1. *cap.* 9. *num.* 112. & alios recentiores allegans Fontanella *de pact. nupt. clauſ.* 7. *gloſſ.* 2. *part.* 3. *num.* 78. & repetit *gloſſa* 3. *part.* 11. *num.* 82. *initio.* Ratio *ex d. gloſſa*, & aliis eſt, quia cum in hoc caſu dos per vxorem recuperata debeat deſeruire oneribus matrimonij, ſcilicet pro alendis ex eius fructibus viro, & vxore ipſa, filiis, & familia, vt conſtat ex *d. leg. vbi adhuc*, *& etiam ex d. l. ſi conſtante*, nihil opus eſt marito opponere exceptionem præfati priuilegij, ne egeat: Quæ ratio vrget, & probat ſiue vxor repeteret dotem actione perſonali, ſiue actione reali, & per hypothecariam eandem dotem auocaret, vt contra Bartolum *d. l. ſi conſtante*, *num.* 105. *& ſequenti*, volentem marito competere priuilegium, ſi dos repetatur per actionem perſonalem, tenent præfati allegati Doctores, & alij communiter, quos Surdus, & Barboſa *locis citatis* referunt, quia ſemper dos recuperata debet ſeruire oneribus matrimonij, *d. l. vbi adhuc.* Qua de cauſa in huiuſmodi caſu non eſſe veram dotis reſtitutionem, ſed aſſecurationem quandam, vt de fructibus ſe, maritum, & liberos alat vxor ſaluis pactis dotalibus, dixere plurimi, quos Giurba *dec.* 16. *n.* 2. refert, etſi eſſe propriam reſtitutionem, ſicut illa eſt, quæ ſoluto matrimonio fit, licet adhuc deſeruire debeat oneribus matrimonij iuxta *d. l. vbi adhuc*, ſuſtineant alij, quos idem Giurba cumulat *d. dec.* 16. *n.* 6. *& plurib. ſeqq.* qui latiſſimè de huiuſmodi difficultate, & per totam illam *deciſ.*

Marito, qui ſimpliciter promiſit vxori dotis reſtitutionem illicò poſt mortem, competit priuilegium, ne egeat.

Dubium nonum: An maritus, qui vxori ſimpliciter promiſit illico poſt mortem dotem reſtituere, poſſit frui priuilegio deducendi, ne egeat. Reſpondetur affirmatiuè, ita Rolandus *de lucro dotis q.* 37. *n.* 5. Surdus *deciſ.* 132. *num.* 22. *fine*, *& de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 78. *n.* 51. Petr. Barboſa *d. l. maritum*, *num.* 28. *verſ. ſed ſi vxori*, *& num.* 39. *verſ. neque eſt omittendum*, Franciſcus Molinus *de ritu nupt. lib.* 3. *quæſt.* 28. *num.* 19. & alij à Surdo, & Molino relati. Quia maritus per talem ſimplicem promiſſionem non cenſetur illi priuilegio, ne contueniatur niſi in quantum facere poteſt, renunciaſſe, ſed intelligitur promiſſio de reſtitutione prout de iure debet reſtituere, & ſic ſaluo priuilegio ſibi à iure conceſſo deducendi ex dote, ne egeat. Sicut etiam maritus, qui vxori ſimpliciter promiſit reſtituere dotem in omnem caſum, & euentum dotis reſtituendæ, poteſt deducere partem ſibi à ſtatuto delatam, quia non cenſetur renunciare ſtatuto per eam ſimplicem promiſſionem, vt ex communi tradunt Rolandus *d. q.* 37. Phanucius *de lucro dotis, gloſſ.* 14. *n.* 1. *verſ. contingit dubitari*, & idem aliis relatis tradunt Surdus *d. dec.* 132. *num.* 21. & Molinus *d. n.* 19. 107

Quando dos eſt reſtituenda extraneo dotanti, cui maritus dotis reſtitutionem promiſit, an habeat maritus priuilegium deducendi, ne egeat.

Sed quid, ſi promiſit dotem reſtituere alteri? Reſpondetur, ſi maritus reſtituere dotem promiſit extraneo, qui ex mera liberalitate dotem ei tradidit pro vxore, ceſſat priuilegium, & tenebitur integram dotem reſtituere, nulla ei præmiſſa deductione, ne egeat: ita plures alios allegans P. Barboſa *d. l. maritum*, *n.* 38. *initio*, Paſchalis *de vir. patr. poteſt. part.* 2. *cap.* 9. *num.* 29. & Fontanella *de pact. nupt. clauſ.* 7. *gloſſa* 3. *p.* 11. *num.* 38. in hoc enim caſu non militat ea ratio reuerentiæ maritalis, ob quam priuilegium ne egeat, marito eſt conceſſum, & idem priuilegium ceſſat. 108

Si maritus promiſit alteri dotis reſtitutionem de conſenſu vxoris, à qua dotem recepit, deducit ne egeat.

Quòd ſi maritus alteri, qui non dotauit, promiſerit dotem reſtituere de conſenſu vxoris, tunc habebit priuilegium deducendi ex dote, ne egeat: ita P. Barboſ. *d. l. maritum*, *n.* 37. *verſ. ſuccedit igitur*, & hoc idem ait ſentire Gloſſam *in l. ſi prior*, *ff. ſol. matr.* dum dicit, quod ſi maritus promittat reſtituere centum, quæ dotis nomine accepit ab vxore, poterit vti priuilegio, & ratio eſt (iuxta eandem Gloſſam, & alios à P. Barboſa relatos) quia etſi marito non competit prædictum priuilegium aduerſus tertium, tamen maritus promittens dotem reſtituere illi tertio, intelligatur de ea dote, quam ipſe tenebatur reſtituere vxori, deducto ſcilicet ne egeat, eo quod promiſſio illa generaliter facta de reſtituenda dote accipiat declarationem à iuris diſpoſitione eodem caſu facta, *l. fin.* vbi Bald. *n.* 2. *C. ad l. falc.* & alij à Barboſa relati. 109

Maritus

Maritus, vel alius cui competit priuilegium, ne conueniatur, niſi in quantum facere poteſt, deducto ne egeat, hoc priuilegium amittit propter dolum; quo factus ſit non ſoluendo, quominus dolus probetur: & quid ſi commiſſus ſit aduerſus tertium.

110 Dubium decimum, ſi maritus dolo fecit, quominus dotem ſoluere poſſit, an propter huiuſmodi dolum priuetur priuilegio deducendi ex dote ne egeat, vel in ſolidum teneatur ſoluere, & vltra quàm commodè facere poteſt? Communis reſponſio eſt, maritum propter dolum amittere præfatum priuilegium, ita Campegius *de dote part. 3. q. 50. & q. 64.* Surdus *de alim. tit. 1. q. 78. num. 42.* P. Barboſa *lege maritum, num. 101. ff. ſoluto matrim.* Giurba *deciſ. 43. num. 4.* Fontanella *de pactis nupt. clauſ. 7. gloſſ. 3. part. 11. num. 91.* & alij iuriſperiti apud eoſdem, & alij *ſuprà hoc capite, num. 17.* relati, & ex Theologis Borellus *de oblig. iuſt. part. 2. lib. 5. quæſt. 9. num. 11.* & conſtat *ex lege etiam, §. licet, ff. ſoluto matrimonio*, & hoc eſt generale in omnibus, quibus competit priuilegium, ne teneantur vltra quàm facere poſſunt, vt propter dolum, ſeu ſi dolo malo in cauſa fuerunt, vt non poſſint ſoluere debitum, non gaudeant priuilegio præfato, vt conſtat *ex lege ſed hoc ita, §. ſimili, ff. de re iudic. & lege verùm, ff. pro ſocio*, & aliis textibus *ſuprà num. 17. adductis*, vbi probatum eſt ex cauſa doli hoc priuilegio priuari ſocerum patrem vxoris, maritum, eius patrem, mulierem, ſocium, & tradunt Doctores *ibidem* relati, Coſta *de rem. ſubſ. remed. 28. num. 7. verſ. quintò requiritur*, Vincentius de Franchis *dec. 164. num. 15. & 16. part. 1.* Surdus, & alios allegans P. Barboſa *locis paulò ante* allegatis, & Giurba *d. deciſ. n. 6.* & probat etiam ratio *ſuprà num. 17.* adducta. Hinc ſi maritus dolo diſſipauit bona propria eo animo, vt non eſſet ſoluendo dotem vxori, eodem priuilegio priuatur, vt expreſsè Surdus, Pert. Barboſa, Fontanella, Giurba, & Rebellus *locis allegatis*, & probant textus *in d. §. licet, in dicta lege verum, & lege vnica, § cum autem, Codice de rei vxoriæ actione.* Addit autem Barboſa *dicto numero 101. verſ.* & probabitur, eum animum probari ex his, quæ maritus dixit ante factam diſſipationem, iuxta Gloſſam *in lege Fulcinius, §. quid ſit autem latitare*, verbo *animus, ff. quibus ex cauſis in poſſeſſ. eatur*, & Paulus de Caſtro *in d. §. licet, numero 1.*

111 Imò præfatum priuilegium amittere maritum, etiamſi dolus eſſet commiſſus aduerſus tertium, ſcilicet maritus non diſſipaſſet bona propria animo præiudicandi vxori, ſed alteri, cuius eſſet debitor, tradit Giurba *dict. deciſ. 43. num. 7.* ex Baldo *in cap. quæ in Eccleſiarum, col. 3. verſ. quæro nunquid, de conſtitut.* & Baëza *de inop. debit. capite octauo, numero 19. in fine*, tenentibus vniuerſaliter amitti priuilegium præfatum etiam ob dolum aduerſus tertium commiſſum. Etſi Pert. Barboſa *dicto num 101. verſ. & ex hac concluſione*, poſt Baptiſtam à S. Blaſio *de priuilegiis dotal. centuria 2. num. 57.* contrarium, & ob dolum aduerſus tertium, quandoque maritus diſſipat bona propria animo præiudicandi non vxori, ſed alteri, amitti idem priuilegium teneat, dicatque à ceſſante ratione id inferri, probarique *d. § licet*, & verè videntur probare illius textus verba, ibi: *Quanquam eum dumtaxat dolum ei nocere putem, ſi facere non poſſit, quem propter vxorem adhibuit, ne ei ſolidum ſolueret, non propter quemlibet alium.* Ad textum autem (qui videtur obſtare prædictæ ſententiæ Barboſæ) *in lege ait Prætor, §. illud, ff. quæ in fraudem creditor.* vbi dicitur debitorem, qui habuit animum fraudandi vnum creditorem, & non alios, quos fortaſſe ignorabat, videri fraudaſſe omnes creditores, & ita omnibus competere remedium illius legis ad reuocandum alienata in fraudem creditorum. Reſpondet idem Barboſa, id procedere, quia talis debitor ignorans ſe habere alios creditores, ea lege præſumitur habuiſſe animum fraudandi etiam alios creditores, ſi eorum notitiam habuiſſet; ſecus verò quando debitor habens animum fraudandi vnum tantum creditorem, habet notitiam etiam aliorum; hoc enim caſu hunc dolum reſpectu vnius tantum creditoris ait non conſiderari in fauorem aliorum, cum ceſſet præfata præſumptio legis.

An verò maritus, vel eius pater, quando ſciens ſe eſſe inopem, vel habere alia bona, recipit dotem, & promittit reſtitutionem vxori, cenſeatur eſſe in dolo, & amittat priuilegium faciendi ſolum quatenus commodè facere poteſt, explicatum eſt *ſuprà hoc capite, num. 21.* & reſolutum negatiuè. 112

Idem priuilegium an amittatur propter culpam, qua maritus, & quilibet alius talis fruens priuilegio ad egeſtatem ſit redactus.

Sed quid, ſi maritus non dolo, ſed tamen ſua culpa factus ſit impotens ad ſoluendam, ſeu reſtituendam dotem? An ob talem culpam amittat priuilegium deducendi, ne egeat, & ſolidum dotis ſoluere cogi poſſit?

Dixi *ſi ſua culpa*, nam ſi maritus citra ſuam culpam, ſed caſu, & fortuitò (puta quia fortè caſmate, vel incendio perierunt eius bona) factus ſit impotens dotem reſtituere, certum eſt non amittere præfatum priuilegium, cum nullo modo imputari poſſit marito, quod ſit factus inops. Et probant latè tradita à me, Doctoribus etiam allegatis in tractatu de alimentis, ſeu *in 2. part. de effectibus contractus matrim. cap. 10. num. 677.* vbi probaui filium, quia caſu, & fortuitò bona pro legitima, & alimentis à patre aſſignata amiſerit, fore alendum à patre, & condecenter iuxta ſtatum. 113

Si etiam ex culpa leuiori ſeu amiſerit, ſeu conſumpſerit bona ſua, & redactus ſit ad inopiam, videtur etiam fore certum, non debere priuari priuilegio deducendi ex dote ne egeat, ob culpam enim leuem non priuatur maritus priuilegio iuris deducendi ex dote ne egeat; ſicut ſi ob leuem tantum culpam filius amiſerit bona ſibi à patre aſſignata pro alimentis, vel legitima, eum non debere priuari beneficio iuris, quod habet conſequendi alimenta à patre, ſi aliunde non habeat, probaui *d. c. 10. n. 676.* & tradunt communiter Doctores *ibidem* à me relati, & in præſenti ſpecie tradit alios allegans P. Barboſa *d. l. maritum, num. 104. verſ. in ſecundo autem caſu*, & etiam Borellus *de oblig. iuſt. p. 2. lib. 5.* allegata *q. 9. num. 12.* & tantè aſſerunt alij Doctores, qui *infrà* allegantur, dum ſolum aſſerunt maritum priuari eo priuilegio, ſi dolo, vel etiam lata culpa conſumpſerit, vel amiſerit bona. 114

Difficultas ergo ſolum eſt, ſi maritus ſuâ culpa lata, vel graui conſumpſerit ſeu amiſerit bona propria, factuſque ſit pauper; an hoc caſu ratione culpæ priuetur eo priuilegio deducendi ex dote ne egeat, & damnandus ſit in ſolidum ad reſtitutionem. Et multorum ſententia eſt, quod priuetur, & cogendus ſit maritus ad ſoluendam dotem in ſolidum: ita Surdus *dicta quæſt. 78. n. 4.* Giurba *d. deciſ. 43. n. 8* Fontanella *d. p. 11. n. 92.* & alij relati à P. Barboſa *d. l. maritum, num. 103.* à Giurba, & 115

à Surdo, qui etiam *num.46.* refert Lupum *in capit. per veſtras, de donation. inter vir. & vxor. §. 21. numero* 14. Baldum, & alios aſſerentes maritum priuari eodem priuilegio, quando incidiſſet in paupertatem propter maleficium (puta ob homicidium voluntarium) & pro hac opinione videntur ſtare Doctores aſſerentes filium, qui bona ſibi à patre aſſignata pro legitima & alimentis conſumpſerit, vel amiſerit culpa ſua lata cum ſcortis, ludendo, vel nimis laute viuendo, vel ex cauſa homicidij à ſe commiſſi, vt à condemnatione ſeu pœna, vel fiſci vexatione ſe redimeret, non poſſe vti priuilegio iuris conſequendi à patre alimenta, quando aliunde non habet, patremque non teneri ei alimenta amplius præſtare, quos Doctores latè refero *in d. 2. parte de effectibus contract. matrim. allegato cap* 11. *numero* 666. *& num.* 675. eo quod neceſſitas ſit illi imputanda, qui ſua culpa in eam incidit *l. ſi fideiuſſor §. neceſſaria ff. qui ſatiſd. cogantur,* quæ ratio militat etiam in marito, & aliis habentibus alias priuilegium ne cogantur ſoluere niſi deducto ne egeat, & ſic vniuerſaliter, & maritum, & alios omnes, quibus priuilegium præfatum conceſſum eſt, illud amittere, ſi ſua culpa facti ſint pauperes, expreſſe tradunt Surdus, & Giurba *locis citatis*, alios allegantes.

116 Aliorum ſententia eſt, maritum non priuari priuilegio deducendi ex dote ne egeat, etiamſi ob ſuam latam culpam [ſecluſo tamen dolo] redactus ſit ad paupertatem, malè vtendo bonis ſuis, vel ea amiſerit propter homicidium, vel aliquod aliud delictum graue à ſe commiſſum: ita Bartulus *in d. l. etiam, §. licet, ff ſoluto matrimonio, ibidem* Cumanus *numero* 3. Alexander *num.* 6. & præter plures alios à Petr. Barboſa *dict. leg. maritum, num.* 102. *verſ. Adde,* relatos, idem Petr. Barboſa *ibid. & num.* 103. *verſ. Item,* & in eo Campegius *de dote part.* 3. *quæſt.* 246. *num.* 2. Matta *de iuriſdictione part.* 4. *centuria* 2. *caſu* 186. *num.* 4. Coſta *de remed. ſubſid. remedio* x8. *n.* 7. *verſ. Quæ requiritur,* & Ladetchius *conſ.* 30. qui duo aiunt ſolo dolo amitti priuilegium, ne quis conueniatur vltra quam facere commode poteſt, & ex Theologis Rebellus *d. quæſt.* 9. *num* 12. & pro hac ſententia videntur poſſe allegari tum Doctores, tenentes patrem teneri præſtare alimenta filio, qui portionem bonorum ſibi pro alimentis aſſignatam lata ſua culpa, puta cum ſcortis, vel ludendo, aut lauté viuendo malè conſumpſit, & prodegit, & ad neceſſitatem redactus eſt, quos latiſſimè refero *dict. part. ſecund. de effect. contract. matrim. d. cap.* 10. *numero* 670. tum Doctores aſſerentes pariter patrem teneri exhibere alimenta filio, qui ex cauſa homicidij conſumpſerit, ſeu diſtraxerit eandem portionem, quos refero *d. capit.* 10. *numer.* 674. Et hanc ſententiam aiunt præfati Doctores ſatis clarè probari tum *dict. leg. etiam, §. licet ff. ſoluto matrimonio,* vbi expreſſe dicitur beneficium mariti, ne poſſit condemnari, niſi quatenus facere poteſt, ſolo mariti dolo amitti, ibi: *dolus duntaxat comprehenditur*; tum *d. l. verum §. hoc quoque, ff. pro ſocio,* vbi ſimiliter dicitur ſolum præfatum priuilegium, ne quis damnetur, niſi in quantum facere poteſt, non competere, vbi quis dolo deſiit poſſe facere, nec vlla ſit mentio culpæ. *Hoc quoque* (ait textus) *facere quis poſſe videtur, quod dolo fecit, quo minus poſſit.* Et additur ratio, ſcilicet *quia æquum non eſt dolum ſuum quemquam releuare.* Quare (notat Petr. Barboſa *d. verſ. adde*) licet lata culpa commiſſa circa adminiſtrationem rerum alienarum æquiparetur dolo, tamen commiſſa circa adminiſtrationem rerum propriarum non æquiparatur dolo; quod idem Barboſa dicit, clarè ſignificari *d. §. licèt,* & ex illis verbis *d. §. licet, quia in rerum ipſius* [ſcilicet mariti] *adminiſtratione non erat ab eo culpa exigenda,* inferunt, & tradunt *ibidem* Cumanus, Alexander, Duarenus, & alij ab eodem Barboſa relati, & hæc ſententia eſt magis communis, etiam intellecta de quocumque, cui competit priuilegium præfatum, ne damnetur vltra quam poteſt facere, vt ſcilicet ab eo amittatur tantùm quando dolo fecit ne poſſet facere, & ſoluere totum debitum; non verò quando culpa, licet lata ſecluſo dolo, licet maritus adminiſtrans res vxoris dotales, ſi illas diſſiper, efficiatur non ſoluendo, etiam per ſolam culpam latam teneatur ratione contractus dotalis integrè dotem reſtituere, ac ſi dolo diſſipaſſet, ſeu feciſſet quo minus eaſdem res dotales reſtituere poſſet, vt habetur *dict. §. licet,* de quo *poſt numerum ſequentem.*

Prædictis tamen non obſtantibus videtur poſſe diſtingui, an maritus, aliuſve, cui competit priuilegium iuris, vt nequeat condemnari, niſi quatenus poteſt facere, deducto ne egeat, factus ſit pauper, & impotens ad ſoluendum integrè dotem, vel debitum ſua culpa graui præmeditata, & ordinata ad caſum [vt ſi bona propria cum ſcortis, vel ludendo, vel laute nimis viuendo conſumpſerit, & prodegerit] an verò bona propria conſumpſerit, & amiſerit ſua culpa non præmeditata, & ordinata ad caſum [vt ſi caſu homicidium commiſerit, & vt à condemnatione, ſeu pœna, vel fiſci vexatione ſe redimeret, deſtruxit omnino bona ſua, & ad inopiam, & egeſtatem ſit redactus] ſi enim ſua culpa præmeditata, & ordinata ad caſum ſit redactus ad inopiam, videtur priuandus beneficio deducendi ne egeat, & cogendus facere, ſeu ſoluere vltra quam commodè poteſt facere, prout filio, qui ſua culpa malè diſponit bona ſibi à patre tradita pro alimentis aſſignata, nõ competere priuilegiũ iuris conſequendi à patre alimenta, maximè pinguiora iuxta ſtatum, quando aliunde non habet, tradidi *d. c.* 10. *n.* 675. vbi dixi eſſe communem Iuriſperitorum concluſionem, quos refero *eod. c. n.* 666. *&* 670. *& eod. n.* 672. Ad cuius confirmationem plures rationes cumulaui *d. n.* 666. præſertim tum quia culpa dilapidantis vxori, vel creditori innocenti noceret, contra *l. non debet alteri ff. de reg. iur.* & contra alias leges *ibid. allegatas*, & contra naturalem rationem, dicentem pœnam debere ſequi peccantem, & vnum ex facto alterius non debere lædi, *l. ex duobus in fine, ff. de negot. geſt.* Tum quia maleficus, & male merens non eſt alendus, ſed egeſtate debet laborare, iuxta *legem bona fides, ff. depoſiti.* Tum quia fruſtra auxilium legis prætextu neceſſitatis implorat, quando in talem neceſſitatem culpa ſua præmeditata præſertim cecidit *l. iam dubitari, ff. de hered. inſt.* quæ omnes rationes videntur omnino militare etiam in præſenti caſu. Si verò maritus, vel alius eo iuris priuilegio gaudens ſua culpa quidem, non tamen præmeditata, & ad caſum ordinata redactus ſit ad egeſtatem, puta occaſione homicidij caſu commiſſi, videtur non eſſe priuandus eodem iuris priuilegio, vt non damnetur niſi in quantum facere poſſit deducto ne egeat. Quemadmodum etiam filium, qui ob ſimilem culpam portionem bonorum ſibi pro alimentis aſſignatorum conſumpſerit, non priuari priuilegio conſequendi à patre alimenta, etiam decentia ſtatui, iuxta multorum ſententiam notaui *d. c.* 10. *n.* 674. eo quod culpa ad caſum non ordinata non ſit conſiderabilis, iuxta Gloſſam *c. quia diuerſitatem, verbo ſuſpenſus de conceſſione præbendarum*, & Doctores *ibid. allegatos.* Et hac diſtinctione retenta *ad d. § licet, & ad §. Hoc quoque,* procedere ſolum, quando culpa non eſt ordinata ad caſum, ſecus quando præmeditata, & ordinata ad caſum, ſcilicet paupertatem, nam tunc videtur idem cenſendum eſſe de ea, ac de dolo, quaſi illi omnino æquiparetur, illumve contineat. Et prædicta, quando maritus in adminiſtratione rerum propriarum dolo, vel culpa lata illas conſcripſerit, & ad egeſtatem redactus factus fuerit impotens dotem reſtituere. 117

Dolus

Dolus, & lata culpa mariti in adminiſtratione rerum dotalium vxoris, quibus illas diſſipauit, priuat illum priuilegio ſuo, vt cogatur integrè dotem reſtituere.

118 Quid verò, ſi maritus circa adminiſtrationem rerum dotalium dolum, vel latam culpam commiſerit, eaſdemque res dotales malè conſumpſerit, & diſſipauerit, ad quam, & quantam reſtitutionem tunc teneatur, anque deducere poſſit ne egeat? P. Barboſa *d. l. maritum, n. 103. verſ. ſecunda principalis*, primò ſtatuit concluſionem *ex dicta lege etiam allegata, §. licet, ff. ſoluto matrimon.* quod ſi maritus per dolum diſſipet res dotales, & efficiatur non ſoluendo, admittit priuilegium ne egeat, etiamſi dolus non fuerit deſtinatus adhoc, vt ipſe efficeretur non ſoluendo vxori; & licet iuxta eundem Barboſam non admittat illud, quando in adminiſtratione bonorum propriorum illa diſſipauit per dolum, non deſtinatur vt efficeretur non ſoluendo vxori, vt *ſup. n. 111.* notatum eſt. Probat Barboſa in hoc caſu ſufficere euentum ſolum ea dolo abſque conſilio, quia dolus mariti circa adminiſtrationem rerum propriarum non tendit directè ad præiudicium dotis, ſed tantùm indirectè, & in quandam conſequentiam: circa verò adminiſtrationem rerum dotalium directò tendit ad præiudicium dotis, vt Cumanus, & Alexander *in d. § licet, argum. regula l. 1 ff. de aut. tut.* Addit idem P. Barboſa, quod etſi maritus propter doloſam adminiſtrationem, & diſpoſitionem rerum propriarum, ex qua factus eſt pauper, & impotens ad dotis reſtitutionem, amittit priuilegium ne egeat in totum, tamen propter doloſam adminiſtrationem circa res dotales non amittit priuilegium in totum, ſed tamen reſpectu earum rerum dotalium, quas dolo diſſipauit, ita quod conſiderabitur valor iſtarum rerum, & quoad illas non vtetur priuilegio, ne dolus remaneat impunitus, vtetur autem quoad alias res, cum quis tantum in eo, quod deliquit, puniri debeat, *l. ſancimus, C. de pœnis, & cap. 2. de his, quæ fiunt à maiori parte Capituli.*

119 Secundò idem P. Barboſa *d. n. 103. verſ. item & in eo*, notat quod etſi ſola culpa lata ſine dolo, quo maritus malè adminiſtrauit ſua bona, & ad egeſtatem eſt redactus, non ſufficit ad amiſſionem ſui priuilegij, iuxta eius, & aliorum ſententiam *ſuprà n. 116.* propoſitam, tamen culpa lata circa adminiſtrationem rerum dotalium, vtpote alienarum ſufficit ad eiuſdem priuilegij priuationem, cum culpa lata æquiparetur dolo in rebus alteri reſtituendis, vt *ſup. dict. num. 116.* notatum eſt, & habetur *lege mulier, §. ſed enim, ff. ad S. C. Trebell. & l. 1. §. hac actio, ff. ſi menſor falſum modum dixerit*: & ſufficere culpam latam in rebus dotalibus, vt maritus prodat ſuum priuilegium, & conueniatur vltra quàm facere poſſit, tradunt etiam Campegius *de dote p. 3. q. 264.* & alij ab eodem, & à Barboſa vbi *ſupra* relati, propter eandem rationem, quod culpa lata in rebus dotalibus dolo æquiparetur.

120 Vtrum autem etiam culpa leuis circa res dotales ſufficiat, vt maritus ſuum priuilegium amittat, Gloſſa *d. l. etiam, §. licet, verbo culpam, ff. ſol. matr.* & nonnulli alij à Barboſa *d. l. maritum, n. 104.* relati affirmarunt per textum *in d. §. licet*, dum dicit *maritum in rebus dotalibus non ſolum præſtare dolum, ſed & culpam*, non ſe reſtringens ad latam, vt ſic videatur comprehendere etiam leuem: contrarium tamen, & propter culpam leuem maritum non amittere priuilegium deducendi ex dote ne egeat, ſentiunt magis communiter Doctores, quos refert, & ſequitur ideo Barboſa *ibidem*, & probant tradita *ſuprà num. 114.*

Ex qua culpa teneatur maritus circa adminiſtrationem rerum dotalium ratione contractus dotalis, & an ſi ex culpa leui eas diſſipauerit, amittat priuilegium deducendi ex dote, ne egeat.

Pro intellectu *d. §. licet*, idem P. Barboſa *eodem n. 104.* 121
& poſt eum Rebellus *de oblig. inſt. p. 2. lib... dicta q. 9. num. 13.* conſiderant duos caſus, ſeu duplicem quæſtionem quoad culpam. Primus caſus, ſeu prima quæſtio eſt, ad quam culpam teneatur maritus ratione contractus dotalis: alter caſus, ſeu ſecunda quæſtio eſt, ex quanta, qualíve culpa maritus amittat priuilegium ſuum, ita vt quamvis inops integram dotem reſtituere teneatur. Et quoad primum caſum, ſeu primam quæſtionem reſpondent, quod cum contractus dotalis vergat in vtilitatem vtriuſque contrahentis, maritus ratione eiuſdem contractus teneatur de dolo, lata culpa, & leui, iuxta regulam *l. ſi vt certò, §. nunc videndum, ff. commodati*, & in hoc caſu loqui textum *dict. §. licet, in princ.* dicit idem P. Barboſa. Quo verò ad poſteriorem caſum, ſeu alteram quæſtionem reſpondent idem mariti priuilegium non adimi, neque ob leuem, neque ob latam culpam, loquendo de culpa commiſſa ipſius mariti propriarum in rerum adminiſtratione, ſed textum ob dolum iuxta *d. §. licet*, nempe ſi maritus illas diſſipet animo ne vxori ſoluat, ſi verò ſit ſermo de diſſipatione ipſarum rerum dotalium, aiunt ſufficere latam culpam eo quod hoc caſu culpa lata æquiparetur dolo, iuxta tradita *n. 119.* ad id adductos, non autem ſufficiat culpa leuis, vt etiam Bartolus *d. §. licet, num. 2.* & probat ratio *ſuprà n. 113.* adducta.

Priuilegium, ne quis conueniatur vltra quàm facere poteſt, an per maritum, & alium, cui competit, poſſit renunciari validè.

Dubium, an priuilegium præfatum, ne quis conue- 122
niatur, ſeu condemnetur niſi in quantum facere poteſt deducto ne egeat, in marito, & alioquo vis alias tali beneficio gaudente, ceſſet, & amittatur per renunciationem eiuſdem priuilegij. Hoc dubium poſtulat reſolutionem controuerſiæ, an præfato priuilegio, ſeu beneficio iuris poſſit renunciari, renunciatioque valeat, nec poſtea impugnari per renunciatorem queat: in qua controuerſia iuriſperiti communiter diſtinguunt, an priuilegium præfatum competat perſonæ ob reuerentiam ei debitam prout competit marito reſpectu vxoris, ſocero reſpectu nurus, parenti reſpectu filiorum, paterno Domino, & aliis, quibus debeatur reuerentia, aut competat alia ea ratione, vt competit ſocio, militi, & ſimilibus, in quibus non conſideratur reuerentia, ſed alius reſpectus: Igitur ſi competat ratione debitæ reuerentiæ, non poſſe eidem, ſecus verò, ſi ea alia cauſa competat, ita Bartolus, Alexander, & alij ſcribentes *in l. alia, §. eleganter, ff. ſol. matrim.* Campegius *de dote p. 3. quæſt. 244.* & præter plurimos alios antiquiores ab iiſdem relatos Ladetchius *conſ. 30. n. 9.* Coſta *de remed. ſubſid. remed. 28. num. 8.* Vincentius de Franchis *deciſ. 164. n. 16. & 17. part. 1.* P. Barboſa *d. l. maritum, num. 27. & 28. verſ ſed etiam, n. 32. verſ. & confirmatur, & n. 53. verſ. vnde colligas, ff. ſoluto matr.* Surdus *de aliment. titul. 1. quæſt. 73. num. 55.* Marta *de iuriſd. p. 4. cent. 2. caſu 186. num 4.* Paſchalis *de vir. patr. poteſt. p. 2. cap. 9. num. 26.* Gomez *ad leg. 53. Tauri, n. 49. verſ. Tertiò extende*, Rota Romana *deciſ. 485. num. 4. p. 2. Recentiorum*, Giurba *deciſ. 42. num. 9.*

Paulus

Paulus Galleratus *de renunc. tom. 2. renunc. 182. num. 3. & 7.* Couarruuias *loco infrà allegato*, & alij recentiores à Giurba *relati*. Quæ communis aſſertio quoad primam partem probatur per textum *in l. alia, §. eleganter, ff. ſol. matrim.* qui textus maritum præfato priuilegio ſuo, vt ex cauſa dotis reſtituendæ per vxorem conueniri nequeat, niſi in quantum facere commodè poteſt, deducto ne egeat, ſibi ob reuerentiam debitam à iure conceſſo renunciare poſſe negat his verbis: *Eleganter quærit Pomp. lib. 15. ex Sabino, ſi paciſcatur maritus, ne in id quod facere poſſit, condemnetur, ſed in ſolidum, an hoc pactum ſeruandum ſit? & negat ſeruari oportere. Quod quidem, & mihi videtur verum. Namque contra bonos mores id pactum eſſe, melius eſt dicere, quippe cum contra receptam reuerentiam, quæ maritis exhibenda eſt, id eſſe apparet:* ita textus, ex quibus verbis probatur priuilegio mariti non poſſe renunciari, & etiam aſſignatur ratio, ſcilicet quia priuilegium marito conceſſum eſt propter reuerentiam, quam vxor debet marito. Qui textus licet de marito agat, tamen iuxta præfatus Doctores (vt expreſsè notauit etiam Ladecchius *d. num. 9. in princ.*) extenditur ad ſocerum, parentem, patronum, & alios, quibus ob reuerentiam debitam ſimile priuilegium eſt a iure conceſſum, cum in omnibus militet eadem ratio, ſcilicet reuerentiæ debitæ, ob quam talis pactio, ſeu renunciatio eſt contra bonos mores ciuiles. Et Couarruuias *in cap. quamvis pactum, in 2. p. relectionis in princ. ſub num. 40. verſ. poſtremò ex hoc*, addit præfatum priuilegium præfatis perſonis ob reuerentiā debitam conceſſum eſſe deductum à iure naturali, quo eiſdem perſonis debetur amor, & reuerentia. Confirmat hanc communem Ladecchius, quia iuri reuerentiali non renunciatur, vt videtur ſatis clarè conſtare *ex l. fin. Cod. de bonis libertorum*: quæ ratio reuerentiæ debitæ cum deſit in aliis perſonis, quibus ex alia cauſa præfatum priuilegium in iure reperitur conceſſum, per illos poteſt eidem priuilegio renunciari expreſsè, vel etiam tacitè renunciando omni iuris auxilio iuxta eoſdem Doctores, & alios, quos referunt Surdus *d. q. 78. num. 56.* Ladecchius & Coſta *locis citatis*, & Galleratus *d. num. 3.* & ita etiamſi promiſerint reddere totum integrum, vel omne debitum, non poterunt illo priuilegio vti, qui tali promiſſione cenſetur renunciaſſe eidem priuilegio, vt aliis pluribus allegatis tradunt Surd. *d. num. 50.* & Galleratus *de renunciat. c. 182. num. 4.* licet ſecus ſit, ſi promiſerint ſimpliciter ſoluere debitum, ſeu quod debent: quia per talem ſimplicem promiſſionem non cenſentur renunciaſſe priuilegio iuris, iuxta tradita *ſupra num. 107.* & Doctores *ibid.* relatos, & alios quos refert Galleratus *d. num. 4. fine.*

123 Ex quibus P. Barboſa *d. l. maritum, num. 57. verſ. vnde colligitur*, infert vxorem, quæ dotem marito promiſit, poſſe validè renunciare ſuo priuilegio, ne condemnari poſſit niſi in quantum facere poteſt, cum tale priuilegium non ſit illi conceſſum propter reuerentiam, quia non reperitur iure cautum, quod maritus teneatur reuerentiam exhibere vxori, ſed benè è contra, iuxta tradita *ſuprà hoc cap. num. 59.* & idem attenta hac ratione reuerentiæ non debitæ vxori marito dixit Paulus de Caſtro *in l. rei iudicatæ, §. ſocero, ff. ſol. matr.* Quamvis contrarium, & neque valere pactum vxoris, quòd in ſolidum teneatur marito, & vltra quàm poteſt commodè facere, teneat *ibidem* idem Paulus ob aliam rationem, ſcilicet propter ſocietatem, & connexitatem inter eos exiſtentem, argum. *l. aduerſus, Cod. de crimine expil. hæred.* & idem tenere Speculatorem *titul. de renunc. §. 1. verſ. item eſt beneficium*, refert Campegius *de dote p. 3. quæſt. 145.* vbi idem ſentit, addens pro hac ſententia facere, quia etiam vxori debeatur reuerentia, ſaltem ratione honoris matrimonij, & benè actæ vitæ, *l. 2. ff. de actione rerum amotar.* id quod etiam *ſupra hoc cap. d. num. 29.* circa medium notatum eſt: & Campegium ſequitur Galleratus *de renunc. c. 182. num. 8.*

Ex iiſdem ſupra traditis idem P. Barboſa *d. l. maritum, num 62. verſ. diuerſum*, colligit ſocerum generi priuilegio reſpectu eius generi, quod non conueniatur niſi in quantum facere poteſt, poſſe renunciare validè, quia & hic deſit ratio illa reuerentiæ, cum præfatum priuilegium non ſit fundatum in reuerentia à genero debita ſocero, iuxta tradita *hoc cap. num. 6.* ex eodem P. Barboſa, ac proindè valebit pactum, quo illi renunciatur, iuxta regulam *l. ſi quis in conſcribendo 29. Cod. de pactis, quod nemini liceat aduerſus pacta ſua venire, & conſcribentes decipere:* & idem ſentit Socinus iun. *in l. 1. num. 17. ff. ſol. matr.* relatus à me *ſuprà cap. 4. numero 83. verſ.* confirmat etiam Socinus iun. Quamvis contrarium, & eundem ſocerum generi non poſſe validè renunciare proprio priuilegio iuxta *d. §. eleganter*, & Capella Tholoſana *quæſt. 258.* probant tradita *ſuprà n. 5. & 7.* vbi probatum eſt ſocerum reſpectu generi eſſe loco parentis, & priuilegium, ne ex dote promiſſa conueniatur vltra quam poteſt facere, illi conceſſum eſſe propter reuerentiam ei à genero debitam. Addit Capella Tholoſana non poſſe ſocerum renunciare eidem priuilegio etiam cum iuramento, quod an debeat admitti, examinatur infra. 124

Si maritus in capitulis matrimonialibus antè contractum matrimonium renunciauerit priuilegium, ne ab vxore conueniatur vltra quàm poteſt facere, an valeat pactio, ſeu renunciatio.

Cæterùm etſi *ex d. §. eleganter*, conſtet maritum non poſſe etiam pacto expreſſo renunciare validè priuilegio ſuo, ne pro reſtitutione dotis condemnetur vltra quam poteſt commodò facere, ne egeat, & per illum textum tradunt Doctores *ſupra num. 122.* & alij communiter apud eoſdem, dubitatio non leuis eſt, an id procedat, & verum ſit, quando conſtante matrimonio per maritum fit renunciatio ſui priuilegij, an verò etiamſi fiat ante contractum matrimonium in capitulis matrimonialibus, in quibus hodie non rarò ſolent viri contrahentes huiuſmodi renunciationes, ſeu pacta abdicantia, & tollentia præfatum beneficium, ſeu priuilegium à iure maritis conceſſum, vt ex cauſa reſtitutionis dotis conueniantur dumtaxat in tantum, quantum facere poſſunt deducto ne egeat: & ex generalitate dicti textus *in d. §. eleganter*, videtur aſſerendum maritum, neque etiam in dictis capitulis matrimonialibus initis ante matrimonium poſſe validè illi priuilegio renunciare. Et ita videntur ſentire omnes Doctores *eod. num. 122. relati*, & alij communiter, cùm abſolutè, & non diſtinguentes, an renunciatio fiat ante matrimonium, an eo iam contracto, per illum textum, & rationem in eo adductam aſſirmant maritum non poſſe eidem priuilegio renunciare; & ſi fiat renunciatio etiam per pactum expreſſum, pactum ſeu renunciationem non valere. 125

Contrarium tamen, & renunciationem ſeu pactum, quo maritus renunciat præfato ſuo priuilegio, quando fit ante contractum matrimonium in capitulis matrimonialibus etiam ſine iuramento, valere tenet Fontanella *de pactis nupt. clauſ. 7. gloſſ. 3. part. 11. num. 64. & duobus ſeqq.* & etiam *clauſ. 5. gloſſ. 8. part. 12. num. 59. verſ. Rationem*, id autem idem Fontanella *d. num. 64.* ait probari iiſdem rationibus, quibus *dicta clauſula 5. gloſſ. 8. p. 12. num. 54. & ſeqq.* probat renunciationem priuilegij *in auth. præterea, Cod. vnde vir, & vxor.* conceſſum vxori inopi deducendi quartam ex bonis mariti diuitis præmorientis, ne in opprobrium vici cogatur mendicare, factam in capitulis & pactis matrimonialibus 126

bus ante contractum matrimonium initis eſſe validam, & obſeruandam, prout ipſe cenſet eſſe validam, & pro eiuſdem renunciationis in capitulis matrimonialibus factæ valore prius latè ſcripſit Franciſcus Molinus *libro tertio nupt. quæſt. 62.* & pluribus argumentis probat, reſpondetque contrariis. Rationes autem præcipuè ad caſum præſentem fauentes, & à Fontanella adductæ ad probandum, validam eſſe renunciationem priuilegij *d. auth. prætereà*, à muliere factam ante matrimonium in capitulis matrimonialibus ſunt ſequentes. Prima, quia fortaſſis, & veriſimiliter matrimonium aliàs non fuiſſet ſequutum, vt in diſſimili caſu Faber *lib. 5. Cod. titul. 9. definit. 7.* Quæ ratio videtur ſatis clarè & in præſenti noſtro caſu procedere. Secunda ratio eſt, quia mulieri renuncianti in capitulis matrimonialibus ante contractum matrimonium celebratis, tempore quo facit pactum ſeu renunciationem, nec re, nec ſpe ius aliquod competit in quarta; quia antequàm in ſpe competeret, facta eſt renunciatio; & ſic ante ſpem natam obuiatur penitus initio acquiſitionis, vt notat Baldus *in l. illud, n. 6. C. de ſacroſ. Eccl.* relatus à Gabriele *loco mox citando*, ita vt etiam ſpes amplius oriri nequeat, cum & illa impedita fuerit per pactum, ſeu renunciationem, quapropter valet pactum ſeu renunciatio, cum facta ſit de re ad ſe tunc nullo modo non etiam in ſpe pertinente, vt in ſimili Gabriel *conſ. 6. num. 3. lib. 1.* & Stephanus Gratianus *diſcept. for. tom. 1. cap. 132. num. 23.* vbi probant ſtatutum prohibens donationes, & renunciationes ſine certa ſolennitate non comprehendere renunciationes etiam iuris futuri, ſed eas valere ſine ſolennitate ſtatuti, ſi tempore renunciationis ius neque re neque ſpe renuncianti competit, & ſic non eſſe locum ſtatuto, ſi tempore, quo contrahitur matrimonium ante illum contractum in capitulis matrimonialibus, apponatur pactum vt lucro dotis aut donationis propter nuptias locus non ſit, ſecus ſi pactum illud fiat poſt contractum matrimonium, ratione cuius ius cœpit ſpe competere coniugibus, & idem notauit Polydorus Ripa *ſingul. obſeru. 8. n. 6.* vbi dicit, quod quia quando factum fuit pactum tempore quo nondum competebat diſpoſitio aut ſtatuti, aut legis, ſed demum celebrato contractu erat competitura, ideo ſequitur non poſſe dici in tali caſu promiſſionem hominis ſuſtuliſſe prouiſionem legis, quæ nondum erat, ſed impediuiſſe legis, aut ſtatuti prouiſionem naſci, iuxta Decium *reſponſ. 78. num. 26. vol. 3.* & alios à Fontanella *d. p. 12. numer. 56.* relatos: & hæc etiam ratio videtur vrgenter probare valorem renunciationis ſui priuilegij factam à marito in capitulis matrimonialibus ante contractum matrimonium, quia tunc dos neque re, neque ſpe ad maritum pertinebat, & ſic poſtea non fuit aliter acquiſita abſque iſta qualitate, & pacto appoſito in traditione rei: quam rationem Fontanella *d. parte 12. citato n. 59.* dicit conſideraſſe ſuum ſenatum in quodam caſu contingenti renunciationis ſui priuilegij factæ per maritum in capitulis matrimonialibus, & pro validitate renunciationis iudicaſſe. Prædictis duabus rationibus additur tum quia ratio reuerentiæ debitæ marito ante contractum matrimonium non habet locum: tum quia (inquit Fontanella *dicta clauſula ſeptima, gloſſa 3. part. 11. numer. 66.*) præfatum pactum, & renunciatio conferuntur in tempus ſoluti matrimonij in caſu, in quo agitur de reſtitutione, quo tempore iam ceſſat reuerentia, in qua fundantur Doctores *ſuprà numer. 122.* relati. Et ſi huic poſtremæ rationi reſponderi poſſet, ſoluto matrimonio adhuc durare reliquias matrimonialis reuerentiæ quoad id, quod geritur ex cauſa dotis, vt Campegius *de dote parte 3. quæſtione 248. numero 2.* etſi eadem ratio vrgeret, probaret etiam quando renunciatio priuilegij per maritum facta eſt conſtante matrimonio (cũ etiam tunc conferatur in tempus ſoluti matrimonij) eam eſſe validam contra textum *in dicta lege alia, §. eleganter*, & communem Doctorum ſententiam receptam. Hanc igitur ſententiam melius, & vrgentiùs probant aliæ rationes adductæ, & præſertim quod cum renunciatio fit ante contractum matrimonium, tunc ius aliquod minimè marito quæſitum eſt, nullaque debita reuerentia, cuius debitum oritur ex ipſo contractu matrimonij.

127 Et videtur eadem ſententia admittenda non ſolum, quando maritus expreſſim, ſed etiam quando tantum generaliter renũciaſſet omni iuri, & legum auxilio; quia hæc verba comprehenderent illud priuilegium marito à iure conceſſum, etſi expreſſum non fuiſſet, vt in ſimili de renunciatione *d. priuilegij d. auth. prætereà*, Molinus *d. q. 62. n. 31. & 32.* & in hac ſpecie quando mariti renunciatio eſt iurata, Laderchius *d. conſ. 30. n. 11.* dicens ſufficere etiam renunciationem generalem ex illa clauſula, *omnia, & ſingula*, attendere. Et ratio eſt, quia generalis excluſio generaliter etiam excludit ab omni remedio, & omni *capite*, vt Molinus *d. num. 32.* poſt Gloſſ. *in l. 2. §. ſed videndum, ff. de ſucceſſorio edicto*, Surdum *de aliment. tit. 9. quæſt. 306. n. 2.* & plures alios Iuriſperitos.

Poſt ſolutum matrimonium an maritus poſſit validè renunciare præfatum priuilegium.

128 Vtrum verò ſoluto matrimonio, ſi maritus paciſcatur, quod exigi poſſit in ſolidum renunciando priuilegio, ne ex cauſa reſtitutionis dotis conueniatur vltra quàm poteſt facere ne egeat. Gloſſa, & Dynus *in d. l. alia, §. eleganter*, tenent, quòd etiam ſoluto matrimonio non poteſt maritus renunciare præfato ſuo priuilegio, & renunciatio non valet, quia adhuc durant reliquiæ reuerentiæ matrimonij anteacti *leg. ſecunda, ff. de actione rerum amotarum*: idem ſentit Campegius *dicta quæſtione 246. numero 2.* ob eandem rationem, quod durent reliquiæ matrimonialis reuerentiæ, & pro confirmatione adducit textum *in lege quod ſi maritus 3. in principio, ff. de conſtituta pecunia*, vbi dicitur quod etiamſi maritus poſt ſolutum matrimonium conſtituat ſe ſoluturum dotem in ſolidum, non tenetur tamen ſoluere vxori, niſi pro ea parte, quam facere poſſit. Alios huiuſmet ſententiæ refert Petrus Barboſa *dicta lege maritum, numer. 89. verſiculo tertiò vrget, & numero 59. verſiculo ad tertium*, eandem Gloſſæ opinionem tanquam receptiorem amplectitur, declarans tamen Gloſſam loqui in caſu, in quo renunciatio ſoluto matrimonio facta habet dependentiam ab actu præterito dotis, cuius reſtitutio fuit tacitè promiſſa, quando dos fuit tradita; hoc enim caſu (inquit Barboſa) dicitur adhuc durare reuerentia *dicta lege ſecunda, ff. de actione rerum amotarum*, ac proinde non valet renunciatio; ſi verò renunciatio non habet dependentiam à caſu de præterito, ſed reſpicit nouam cauſam, putà negotiorum geſtorum circa res dotales, contingentem poſt ſolutum matrimonium iuxta tradita *ſuprà numero 44.* hoc caſu (ſubdit idem Barboſa) non durare reuerentiæ maritalis conſiderationem.

129 Contrarium tamen, & quod tale pactum, ſeu renunciatio valeat, ſuſtinent Bartolus *in dicto paragrapho eleganter, numero ſeptimo, ibidem* Gulielmus, Angelus, & Paulus de Caſtro, Surdus *de aliment. titulo primo, quæſtione 78. numero 48.* & Fontanella *dicta parte 11. citato num. 66.* ob eam rationem, quod ſoluto matrimonio verè ceſſat reuerentiæ ratio, qua ceſſante poteſt priuilegio, ne quis egeat, renunciari, vt conſtat ex traditis *numero 122. & duobus ſequentibus*, & tradunt Doctores *dicto numero* relati, Campegius *dicta part. 3. q. 245.*

q.245. & alij, quos Surdus refert. Neque obſtat *d. l. quod ſi maritus*, quia vt notauit Bartolus *in l. maritum, num.* 1. & poſt eum P. Barboſa *ibidem num.* 90. *verſ. non ſecunda difficultas, & quinque ſeqq.* in caſu ibi propoſito conſtitutum fuit ſubrogatum loco actionis dotis, & ideo illius naturam, licet ſubrogatio facta ſit poſt ſolutum matrimonium aſſumit, quia actio accumulata ſortitur naturam, cui accumulatur, ſaltem ſi tria copulatiuè concurrant, vt latè tradit P. Barboſa *d. l. maritum, num.* 92. *verſ. ſed qualem, & num.* 93. & colligit *ex d. l. quod ſi maritus, in princip.* & aliis textibus per eum *d. verſ. ſed quatenus*, allegatis: quorum primum ait eſſe, quòd eidem competat: ſecundum, quòd idem ſit petendum: tertium, quod eadem ſit cauſa petendi, & propter concurſum horum trium in ſpecie *d. leg. quod ſi maritus*, ſubdit Barboſa *d. num.* 93. *verſ. ex qua reſolutione*, quod actio conſtituti accumulata actioni dotis, eius aſſumit naturam, eidem vtraque actio competit, nempe vxori, & per vtramque actionem idem petitur, ſcilicet dotis reſtitutio, & etiam ex eadem cauſa, nimirum vt mulieri reſtituatur dos, quam marito tradidit.

Priuilegij ne vltra quàm facere poteſt ab vxore conueniatur renunciatio cum iuramento facta ſiue ante matrimonium, ſiue conſtante matrimonio, an valeat, & ſit obſeruanda; & quid, ſi renunciatio non fuerit expreſſa, ſed ex clauſula, ſcilicet renunciando omni iuri, & legum auxilio?

130 Prætereà vltra præfatas difficultates non leuis controuerſia eſt, an renunciatio priuilegij ne ex cauſa dotis damnetur in ſolidum, ſed in quantum poteſt commodè facere, facta per maritum conſtante matrimonio, quo caſu certum eſt non valere, iuxta textum *in d. l. alias, §. eleganter, ſuprà num.* 122. relatum, & iuxta Doctores *ibidem allegatos*, & alios communiter, vel etiam facta in capitulis matrimonialibus ante contractum matrimonium per verba de præſenti, quo etiam caſu per *d. §. eleganter*, non eſſe validam videntur tenere Doctores iidem *num.* 122. relati, & alij communiter, iuxta notata *ſuprà num.* 125. ſi fuerit facta cum iuramento de non contraueniendo illi, neque illam impugnando, an adhuc minimè valeat; & non valere ſentiunt Gloſſa, Bartolus, & alij ſcribentes *in d. §. eleganter*, Couarr. *loco ſuprà d. num.* 122. *allegato*, Gomez, Paſchalis, Coſta, Giurba, Vincentius de Franchis *locis eodem num.* 122. relatis, Capella Tholoſana *deciſ.* 259. (vbi tamen dicit neceſſariam eſſe abſolutionem iuramenti) Galleratus *de renunc. p.* 2. *allegata renunc.* 182. *num.* 9. *& plurimi alij recent.* à Coſta, & Paſchali relati *locis eod. num.* 122. *citatis*, & à Fontanella *de pact. nupt. clauſ.* 7. *gloſſa* 3. *p.* 11. *num.* 56. relati, & eſſe communem opinionem teſtantur Couarr. *loco d. n.* 122. relato, & Ferdinandus Vaſq. *de ſucceſſ. creatione* §. 23. *num.* 18. iuxta quam fuiſſe deciſum in Senatu Neapolitano aſſerit Vincentius de Franchis *dec.* 164. *ſuprà eodem num.* 122. *allegata*, & etiam Fontanella *d. p.* 11. *n.* 61. notat ita in caſu contingenti renunciationis priuilegij factæ cum iuramento per maritum in capitulis matrimonialibus ante contractum matrimonium ſuum Senatum in ſecunda inſtantia iudicaſſe pro inualiditate, licet in prima fuerit lata ſententia pro validitate. Fundantur prædicti Doctores in ratione à Iureconſulto aſſignata *d. §. eleganter*, ſcilicet quòd huiuſmodi pactum, ſeu renunciatio ſit contra bonos mores, qui dictant illam reuerentiam ab vxore marito fore exhibendam, ne vltra conueniatur quàm commodè facere poſſit, ne egeat, vt proptereà præfatum iuris priuilegium (vt *d. num.* 121. ex communi notatum eſt) ſit deductum à iure naturali dictante marito deberi mutuum amorem, & reuerentiam: ac proinde cùm & pactio, & renunciatio non tantùm ſit contra bonos mores ciuiles, ſcilicet quod lex ciuilis dictat eſſe bonos mores, ſed etiam contra bonos mores naturales, ſcilicet quia à dictamine, ſeu ratione naturali procedunt, non confirmabitur iuramento non magis, quam per ſimplicem pactionem, *cap. non eſt obligatorium, de reg. iuris in* 6.

Contrarium tamen, & præfatam renunciationem per 131 maritum factam cum iuramento de illius obſeruatione, eodem iuramento confirmari, & effici validam, & fore obſeruandam, tanquam æquius, & verius tenent Laderchius *d. conſ.* 30. *num.* 10. *circa finem, verſ. quod ſi iuramentum*, ex doctrina Bartoli *in leg. ſi quis pro eo, num.* 5. *ff. de fideiuſſ.* tradentis generaliter poſſe ſimilibus priuilegiis renunciari: Surdus *de alim. tit.* 1. *quæſt.* 78. *num.* 26. Vaſq. *d. num.* 18. *verſ. teneo & ſemper*, Rota *d. deciſ.* 485. *num.* 2. *p.* 2. *recent. Farinac.* Guttierrez *de iuramento confirmatorio p.* 1. *cap.* 16. *num.* 49. Fontanell. *d. part.* 11. *num.* 59. *& ſeqq.* & latè Franciſcus Molinus *lib.* 3. *de ritu nupt. allegata quæſt.* 62. *num.* 34. vbi probat renunciationem huiuſmodi priuilegiorum, quæ ſunt tantùm contra bonos mores ciuiles, ac proinde nullos, & omnes contractus attento tantùm iure ciuili inualidos, & nullos iuramento confirmari, *cap. licet mulieres de iureiur. in* 6. *cap. quamuis pactum, de pactis in* 6. & Doctores communiter quos *ibidem* refert. Ratio eſt, quia huiuſmodi iuramentum pacto, ſeu renunciationi additum, ex quo eſt præſtitum Deo, licet admittatur eſſe contra bonos mores ciuiles eam renunciationem prohibentes, quia non eſt contra ius naturale ſeu bonos mores naturales, & poſſit ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ, & ſine præiudicio, aut detrimento alicuius tertij, & abſque eo quòd inuitetur ad delinquendum, vt de ſe patet; ex conſequenti tale iuramentum eſt ſeruandum ex regula *d. cap. quamuis pactum, & cap. cùm contingat, de iureiurando*: & hanc rationem ad id ponderant Laderchius *d. num.* 10. *initio*, Vaſquius *d. verſ. teneo, & ſemper*, ac Fontanella *num.* 62. addens, quòd licet lex ciuilis, vel etiam canonica poſſit impedire obligationem faciendam patti, non tamen poteſt impedire obligationem faciendam Deo, vt fit per iuramentum, quod non eſt contra bonos mores naturales, nec vergit in detrimentum ſalutis æternæ, vel præiudicium tertij, nec delinquendi occaſionem præbet: ac proinde ea pactio, ſeu renunciatio iuramento vallata eſt ſeruanda, vt in præallegatis duobus textibus.

Imò ad excludendum præfatum priuilegium, ne 132 maritus conueniatur vltra quàm facere poteſt, non eſſe neceſſariam renunciationem priuilegij expreſſam, ſed ſufficere quod maritus cum iuramento renunciauerit generaliter omni iuris, & legum auxilio, poſt Gozanum, Corneum, & Rolandum tradunt Laderchius *d. conſ.* 30. *num.* 71. Rota *d. deciſ.* 485. *num.* 1. (licet addat in hoc contradicere Vincentium de Franchis *deciſ.* 185.) & Fontanella *d. p.* 11. *num.* 60. & confirmat ratio *ſuprà num.* 127. facitque Molinus, & alij Doctores *ibidem* relati, & alij, quos idem Molinus refert.

Pactum tacitum, vel expreſſum, quod maritus dotem à ſe iam integrè ſolutam non repetet, valet.

Vltra tradita hucuſque pro huius dubij vndecimi 13 explicatione aduertendum, quòd etſi pactum, quòd maritus pro dotis reſtitutione cõuentus non poſſit vti iure retentionis ne egeat, non valet, iuxta *d. l. alia, §. eleganter*, & Doctores communiter *ſuprà num.* 122. relatos, quia directò contrariatur priuilegio, ne condemnetur

netur vltra quam facere poteſt, ſibi à iure ob reuerentiam ei ab vxore debitam conceſſo; nihilominus pactum tacitum, vel expreſſum, quod dotem integram à ſe ſolutam non repetet, valet [vt notauit etiam P.Barboſa *l. maritum, numer.* 29. *verſ. pactum autem*] quia non contrariatur priuilegio, ſed refertur ad caſum, & ad tempus, ad quem, vel ad quod priuilegium non extenditur, iuxta tradita *ſupra hoc cap. n.* 101. *&* 104.

§. VLTIMVS.

An priuilegium, ne conueniatur, & damnetur vltra quàm facere poteſt, competens marito, & cuilibet alteri, competat etiam eius defenſori, & fideiuſſori.

134 Quoad defenſorem mariti, aut cuiuſvis alterius eo priuilegio gaudentis, ei priuilegium præfatum, non obſtante quod ſit perſonale (vt ſup. probatum eſt, & conſtat ex *l. quia tale, ff. ſol. matr.*) *competere habetur l. alia, in princ. ff. ſol. mat. l. ſi cum procuratore, ff. de re indic. & l. minor, ff. de procuratoribus, & l. verum, poſt principium ff. pro ſocio*, & tradunt Gloſſa, & Bartolus *in d. l. alia, in princ.* Brunus *de ceſſ. bonorum* 4. *parte princip. qu.* 23. P. Barboſa alios referens *in l. maritum n.*44. *&* 45. *& n.*83. *ff. ſol. mat.* & ex Theologis Molina *de iuſtitia tract.* 2. *diſp.*413. *n.*17. licet enim priuilegium mariti, & cuiuſvis alterius, ne conueniatur vltra quam facere poteſt, ſit perſonale, tamen defenſor conuenitur eadem actione in indiuiduo, qua maritus, aut alius eo priuilegio gaudens erat conueniendus [vt *Gloſſa loco citato*, & alij à Barboſa relati *d. num.*44.] ac proinde ratione eiuſdem actionis non debet condemnari vltra id, in quo maritus, vel alter eſſet condemnandus. Quæ ratio non ſolum procedit in eo, qui defendit maritum [vel quemcumque alium tale priuilegium habentem] tanquam eius procurator, oſtendens illius mandatum, iuxta *d. l. ſi cum procuratore*, nam licet hoc caſu ſententia feratur contra perſonam procuratoris *l.* 1. *C. de ſentent.* tamen attento effectu ipſe maritus videtur condemnatus, cum virtute eiuſdem ſententiæ in eius bonis fieri debeat executio *l.* 4. *in princ. ff. de re iudicata, & l. Plautius in princ. ff. de procuratoribus*, & P. Barboſa *d. num.*44. ſed procedit pariter in defenſore(de quo hic agitur) qui offerens ſe liti, ſuo proprio nomine maritum(aut alium priuilegio gaudentem)abſentem defendit, in cuius bonis propterea lata ſententia debet fieri executio, non in bonis mariti defenſi, qui tali defenſioni aſſenſum non præſtitit *l. ſi procurator* 28. *fine*, *& d. l. Plautius in princ. ff. de procurator.* id quod declarat Barboſ. *d. l. maritum, n.*45. *& d. n.* 83. ſcilicet quia defenſor abſentis non admittitur ad defendendum, niſi præſtita cautione de iudicato ſoluendo, §. *ſi vero reus, Inſt. de ſatiſdationibus, l. qui proprio § qui alium ff. de procuratoribus, ea autem cautione præſtita loco domini abſentis ſubrogatur l. Titius* 76. ibi: Iulianus reſpondit, defenſor, cum ſatiſdedit, domini loco habendus eſt, *ff. de procuratoribus.* & ratione huius ſubrogationis defenſor conuenitur eadem actione, qua maritus tenebatur, & erat conueniendus, & loco abſentis debet condemnari eo modo, quo abſens eſſet condemnandus, iuxta textum clarum *in l. minor ſi, verſic. quoniam de procurator. & l. verum* §. 1 *ff. pro ſocio.* Quare licet in ipſo defenſore, ſeu in eius bonis (in quo differt à procuratore) fiat executio ſententiæ, vt notatum eſt, tamen cum propter prædictam cautionem præſtitam de iudicato ſoluendo quoad obligationem principalem eadem ratione conueniatur qua maritus, vel alter priuilegio gaudens viuus venit condemnandus, ideo eodem modo condemnantur.

Ex quibus infertur differentia mariti viuentis, & eiuſdem mariti hæredis extranei, qui etſi ſubrogetur loco defuncti, non tamen vtitur mariti priuilegio, vt ſupra probatum; nam hæres ſubrogatur loco mariti iam defuncti, quo caſu cum iam mariti priuilegium, vtpote perſonale, illius morte iam ſit extinctum, licet idem hæres conueniatur eadem actione, qua eſſet condemnandus defunctus, ſi viueret, quia tamen conuenitur eo tempore, quo priuilegium mariti eius morte fuit extinctum, non poteſt dici ſubrogatus quoad idem priuilegium extinctum, & ſic diuerſo modo condemnari debet, ac debet condemnari defenſor, qui ſubrogatur loco mariti viui (vt probant textus *n. præcedenti allegati*) & ideo ſubrogatio operatur, vt priuilegium perſonale mariti proſit eidem defenſori, vt etiam conſtat ex præfatis textibus, & latiùs poſt alios probat Barboſa *d. l. maritum, n.*45. *verſ. neque obſtat*, vnde idem Barboſa *ibid.* infert, quod ſi pendente lite inter vxorem, vel eius hæredem, & defenſorem, maritus abſens moreretur, tunc quia ab eo tempore incipit videri defenſorem ſubrogatum loco mortui, in ſolidum condemnaretur, vt expreſſe habetur *l. ſi cum procurarore fine, ff. de re iud.* quia inciperet in eo militare eadem ratio. Præterquam quod ab eo tempore mortis mariti defenſor non videtur defendere defunctum, qui iam defendi non poteſt, *l. de qua re* 74. §. *fin. ff. de iudic.* ſed defuncti hæredem, qui ſi ſit hæres extraneus in ſolidum tenetur, vt ſupra probatum eſt, & ſic etiam illius defenſor tenebitur in ſolidum, ob quam rationem etiam procurator mariti defuncti condemnatur in ſolidum *d. l. ſi cum procuratore*, quia marito mortuo magis procurator hæredis eſſe videtur. Quod ſi hæres eſſet de filiis eiuſdem matrimonij, quibus mariti priuilegium competit, vt ſupra probatum eſt, tunc & defenſor, & procurator etiam mortuo marito non eſſent condemnandi in ſolidum, ſed quatenus facere poſſent, prout eſſet condemnandus hæres, cuius nomine iam nunc videntur defendere, vt poſt Gloſſam *in d. l. ſi cum procuratore*, & plures alios Barboſa *d. l. maritum, n.*46.

Quoad fideiuſſorem mariti, aut alterius habentis priuilegium, ne condemnetur vltra quam facere poſſit, pro reſtitutione dotis (ſcilicet in caſibus, in quibus maritus poteſt dare fideiuſſorem pro dotis reſtitutione) vel pro ſolutione dotis promiſſæ vel alterius debiti, datum à marito ſocero, vel alteri eo priuilegio gaudenti, certum eſt tale priuilegium, cum ſit perſonale, non competere eidem fideiuſſori, nec ei prodeſſe, & tradunt Campeg. *de dote parte* 3. *q* 43. Gamma *deciſion.*25. P. Barboſa *dict. leg. maritum, num.*31. *verſ. ſecundò principaliter, & ſeqq. ff. ſoluto matrimonio*, Larrea *in deciſ. Granaten. part.* 1. *diſp.* 7. *n.*3. & Iuriſperiti communiter ab iis relati, & ex Theologis Molina *loco ſuprà num.* 134. *relato*, & clarè conſtat ex *l. etſi fideiuſſor, ff. de re indic. & ex l. exceptiones* 7. *ff. de exceptionibus.* Quæ initio ſic habet, *exceptiones, quæ perſonæ cuiuſque cohærent, non tranſeunt ad alios, veluti ea, quam ſocius habet exceptionem, quod facere poſſit, vel parens, patronuſve, non competit fideiuſſori: ſic mariti fideiuſſor poſt ſolutum matrimonium datus* [quo caſu iuxta hanc *l. exceptiones, & l. ſi conſtante*, §. *quoties ff. ſol. mat.* poteſt fideiuſſor pro dote reſtituenda dari] in ſolidum dotis nomine condemnatur. 135

Quo tamen non obſtante nonnullis cautelis iuuari poteſt fideiuſſor, ne condemnetur in ſolidum, ſed eo modo, quo eſſet principalis condemnandus, vel ſi condemnetur, poſſit poſtea in ſolidum exigere à principali. Vna cautela eſt, quod tanquam defenſor principalis debitoris iudicium loco, & nomine illius ſuſcipiat, quod facere poteſt, nam tunc principalis priuilegium in ipſũ redundabitur, & erit condemnandus eo modo, quo ipſe principalis eſſet condemnandus, iuxta tradita *n.* 134. *&* 135. ita Molin. *d. diſp.*413. *n.*17. 136

Alia

138 Alia cantela eſt, quod fideiuſſor conuentus denunciet principali, vt aſſiſtat, compareatque ad eius defenſionem, qui principalis ex propria perſona poterit opponere exceptionem ſui priuilegij perſonalem ſibi competentem, ratione cuius aſſiſtentiæ, & oppoſitionis fideiuſſor priuilegio eiuſdem principalis potiri debebit, & ita condemnandus erit tantum eo modo, quo ipſe principalis condemnaretur, ita per textum clarum *in l. idemque §. generaliter ad finem ff. mandati*, Bartol. & Bald. *in l. verum in princ. ff. pro ſocio*, Campeg. *de dot. p. 3. d. q. 243.* cæterique iuriſperiti antiquiores cōmuniter relati ab eod. Campeg. Gamma *d. dec. 25.* & P. Barboſa *d. l. maritum, n. 83. verſ. ad ſecundam autem difficultatem*, Gamma *ibid.* teſtans ita in Senatu Luſitano fuiſſe iudicatum, & P. Barboſa *d. verſ. ad ſecundam, & n. 88. verſ. His ita expeditis*, & ex Theologis Molin. *loco citato.* Ratio autem cur principalis monitus à fideiuſſore poſſit opponere præfatam exceptionem ſui perſonalē, hæcque exceptio proſit fideiuſſori, ne in ſolidum condemnetur, clara, & euidens eſt, quia inutile redderetur priuilegium principalis, nam fideiuſſori ſolidum ſoluenti pro principali daretur regreſſus contra principalem, poſſetque ab eo repetere ſolutum per actionem mandati *l. indebitam ff. de condict. indebiti*, & ſic per indirectum teneretur principalis vltra quam facere poteſt, & ſic quod vna via prohibetur per aliam promitteretur, contra textum *in l. ſcire oportet §. ſi mater ff. de excuſat. tuto.* Quod ſi principalis noluerit comparere, & opponere præfatam exceptionem [quam ſolus ipſe, & non fideiuſſor poteſt opponere *§. generaliter*] tunc fideiuſſor ſolidum ſoluens ab eo repetet, ſi vero fideiuſſor ſciens præfatam exceptionem principali competere, & ei non denunciauerit quod veniret ad eum defendendum modo explicato, ſoluens ſolidum non habebit regreſſum contra principalem, vt probat textus *in d. §. generaliter*, ſi vero ignoraſſet eam exceptionem principali competere, tunc ſolidum quidem ſoluat, ſed repetet à principali, cui imputandum eſt, ſi non fecit certiorem fideiuſſorem de exceptione perſonali ſibi competente, *l. ſi fideiuſſor, verſ. ſi cum debitor ff. mandati*, Iaſon *in l. ſi cum procuratore n. 4 ff. de re iudic.* & P. Barboſ. *d. n. 88.*

Omnes, quibus competit priuilegium, ne conueniantur vltra quam facere poſſunt, ratione condemnationis ad ſoluendum debitum, carcerari non poſſunt, nec cogi cedere bonis.

Pro concluſione, & coronide huius capitis animaduertam, eſſe regulam generalem, quod quicumque (ſiue parens, ſiue patronus, ſiue maritus, ſiue vxor, ſiue ſocer, ſiue ſocius. & quiſquis alius) gaudet præfato priuilegio ne conueniatur vltra quam facere poteſt, ratione eiuſdem priuilegij (ſcilicet in omnibus caſibus, in quibus eidem priuilegio eſt locus) non poſſit detrudi in carcerem ex cauſa condemnationis ad reſtituendam, vel ſoluendum dotem, vel aliud debitum priuilegio comprehenſum, nam cum lex concedat ei priuilegium, vt non fiat executio in eius bonis in ſolidū, ſed quatenus facere poteſt, nō poteſt carcerari eo prętextu quod nō habeat bona ſufficientia ad ſoluendū debitum, vel dotem reſtituendam, vnde etiam ei non erit neceſſarium beneficium ceſſionis bonorum, ita poſt Gloſſam, & Baldum *in l. liber captus C. de captiu. & poſtlim. reuerſ.* Baptiſtam *de priuilegiis dotalibus cent. 4. n. 50.* Brunum *de ceſſione bonorum 4. parte q. 24. n. 1.* & alios à ſe allegatos Paſchalis *de vir. patr. poteſt. p. 2. c. 9. n. 10.* & P. Barboſa *in d. l. maritum, n. 2. & 3.* 139

R. P. D. IOAN. ANGELI
B O S S I I
TRACTATVS
DE DOTE
PARS ALTERA.

R. P. D.

IO. ANGELI BOSSII TRACTATVS DE DOTE.

CAPVT XII.

Quibus perſonis poßit, permittaturve dotem conſtitui & tradi, quæque perſonæ obligentur ad dotis reſtitutionem, ſeu aduerſus quas perſonas concedatur actio dotis traditæ repetendæ, vbi etiam an, & quando dotium fideiuſſores dari poßint.

SVMMARIVM.

Dos à muliere vel eius patre tradi poteſt non ſolum marito ſui iuris, ſed & cuiuis alteri eidem marito non ſubdito, vel ſubdito de eiuſdem mariti ſui iuris iuſſu, ſeu conſenſu. n. 1.

Si dos marito filiofamilias vel ſeruo dos promittatur vel tradatur, an & quando ſit periculo mariti vel mulieris. n. 1.

Marito qui ſit ſui iuris dos tradenda eſt ſecundum iuris diſpoſitionem. n. 2.

Vbi dos marito ſui iuris datur, vel alteri de eiuſdem mariti iuſſu, ſeu conſenſu, maritus ſolus obligatur ad dotem mulieri reſtituendam. n. 3.

Dos vxoris filijfamilias poteſt ſolui ipſi patri ſiue fuerit promiſſa ſiue filio. n. 4.

Dos vxoris filijfamilias cum patre habitantis ſecundum iuris diſpoſitionem eſt tradenda ipſi patri, & ſi promiſſa fuerit filio. n. 5.

Pater poteſt recipere dotem vxoris eiuſdem filijfamilias eo inuito. ibid.

Ad eiuſdem dotis à ſe receptæ reſtitutionem pater ſolus in ſolidum obligatur, nullo modo filius, niſi ſit patris hæres. ibid. *& pro reſtitutione eiuſdem patris bona ſunt obligata.* ibid. fine.

Si idem pater tempore dotationis declaret ſe recipere nomine filij tanquam eius legitimus adminiſtrator filius remanet obligatus, ſi eidem declarationi filius expreſſe conſenſerit. ibid. fine.

Prædicta procedunt iure communi inſpecto ſecundum quod per matrimonium filiusfamilias non eximitur à patria poteſtate non in locis in quibus ſecundum leges particulares filij per matrimonium liberantur à paterna poteſtate. n. 7.

In quibus locis dos eſt ſoluenda marito, nec ſocer pater marito obligatus remanet, niſi expreſſe ſe ad dotis reſtitutionem obligauerit. ibid.

Si dos de iuſſu patris ſoluatur filiofamilias cum illo habitanti, pater remanet obligatus in ſolidum ad illius reſtitutionem. n. 10. *& eiuſdem patris bona pro eadem reſtitutione ſunt tacitè hypothecata,* num. 9. *Nec habet pater beneficium execuſſionis filij, nec recuperare à filio.* ibid.

Si dos patre iubente, vel conſentiente ſoluatur filiofamilias ſeorſum à patre habitanti, vel emancipato ipſeque pater obligatur ad dotis reſtitutionem, an pro dimidia parte tantum, vel etiam teneatur ſolum tanquam fideiuſſor. n. 10.

Filiusfamilias cui de iuſſu patris tradita eſt dos ſi non patris hæres ex eo quod ſolum dotem receperit, non obligatur ad dotis reſtitutionem. n. 11. *& quid ſi patris hæredes dotem reſtituiſſent ſine cautione de eos defendendo.* ibid.

Quid ſi mulier vel eius pater ſolueris filiofam. marito dotem contemplatione ſolius filij, vel vtriuſque vel ſit dubium an voluerit vtrumque ſibi obligare an tunc ſolus filius vel vterque vel ſolus pater, de cuius iuſſu dos filio ſoluta eſt, ſit obligatus in ſolidum ad dotis reſtitutionem ſine mulieris declarationi patris conſenſus ſeu voluntas patris & filij, ſiue non. n. 12. & duob. ſeq.

Quid ſi pater iuſſit dotem ſolui filio tanquam recipienti nomine proprio ipſius patris, vel vt filius eam haberet nomine proprio, an in vtroque caſu ſolus pater ſit obligatus n. 13.

Quando dos de iuſſu patris ſoluitur filiofam. patre præſente an cenſeantur duo rei debendi in ſolidum n. 12. & 14. fin.

Si ſine iuſſu patris dos ſit tradita filiofam. pater nullo modo obligatur niſi de filij peculio, & de in rem propriam eiuſdem patrem verſo n. 15.

Si agatur contra patrem actione de peculio prius deducitur de peculio quod patri debetur ibid. fin n. 16.

Si extent res dotales pater tenetur in ſolidum illas reſtituere nec recurritur ad actiones de peculio, & de in rem verſo 16.

In iiſdem rebus mulier præfertur aliis mariti creditoribus ibid.

Non extantibus rebus dotalibus recurritur ad actiones de paulo & de in rem verſo quod caſu mulier præfertur aliis creditoribus mariti, & an, & quando præferatur patri creditori filij ibid.

Vbi tantum pater fuit præſens traditioni dotis factæ filiofam. an pro filio remaneat in ſolidum ad dotis reſtitutionem ac ſi de eius iuſſu, expreſſiore conſenſu fuiſſet tradita ſententia abſolutè affirmans. n. 17. & 18.

Altera negans hoc caſu ex ſola præſentia patrem obligari. n. 19.

Sola præſentia & ſimplex voluntas ex ea oriens non eſt iuſſus, neque patris iuſſus idem eſt cum ſimplici conſenſu. ibid.

Si pater ſimpliciter conſentit dotem tradi filiofam. an obligetur & cogi poſſit ad dotis reſtitutionem etiamſi expreſſa poteſtatis ſe nolle teneri ſubireque obligatio non pro filio. numero 18.

Si pater conſentiat filium emancipatum accipere dotem, non tenetur ad dotis reſtitutionem. ibid. fine.

Si præſente vidente, & ſciente filio, pater reciperet à muliere dotem, filius non remaneret obligatus, ſed ſolus pater ad dotis reſtitutionem. n. 20. *Si pater præſens ſit & ſimpliciter conſentiat matrimonio filiifam. an ipſo iure obligatur pro filio ad dotis reſtitutionem. Affirmatiua.* n. 27. *Negatiua.* ibid. verſ. *Nihilominus.*

Quando pater & filius ſimul in eodem inſtrumento confeſſi ſunt ſe dotem recepiſſe à muliere, vel mulieris patre, an erga mulierem & illius hæredes quilibet eorum ad dotis reſtitutionem obligetur in ſolidum tantùm pro viribus, ſeu dimidia parte, ſiue pater ſolus adminiſtrabat bona, & negotia domus, ſiue ſolus filius, ſiue vterque. numero 22. ad 28.

In præiato caſu ſimultanea confeſſionis de recepta dote facta per patrem, & filium, ſi pater gubernabat, & adminiſtrabat bona & negotia domus, tota dos præſumitur ad patrem perueniſſe, & non ſolum pro dimidia parte. numero 13.

Si adminiſtrabat filius præſumitur tota ad eius manus perueniſſe. n. 24.

Et tunc filius ipſe non poterit ante ex bonis hæreditatis illam dotem percipere, niſi doceat in communem vtilitatem patris filiorum verſam fuiſſe. ibid.

Si vero vterque adminiſtrabat præſumitur dos æqua portione ad quemlibet perueniſſe: in dubio præſumitur perueniſſe tota ad patrem ibid. verſ. *ſi vero.*

Approbatur ſententia aſſerens in prædicto caſu ſimulatæ confeſſionis patris & filij de dote recepta quemlibet eorum erga mulierem, & eius hæredes obligari tantum pro virili, quiuis illorum gubernaret, & adminiſtraret bona, niſi expreſſe actum fuerit, quod eſſent duo rei debendi. n. 26.

Vbi conſtat vel præſumitur totam dotem ad vnum perueniſſe contra hunc alter habet actionem vt eum indemnem ſeruet, ſed non mulier ad cogendum, vt totam dotem reſtituat. n. 26. *Neque mulier eundem poteſt prius executorem.* ibid. *Mulier, & ij qui illarum partes agunt ſoluendo dotem marito filiofam. & eius patri curent, vt vterque expreſſe in ſolidum obligetur ad dotis reſtitutionem.* n. 28.

Suppoſito quod pater & filius ſint ad dotis receptæ reſtitutionem obligati in ſolidum, vt duo rei debendi, ſi vterque vel eius hæres ſit ſoluendo, an mulier vel eius hæres habeat electionem conueniendi in ſolidum quem maluerit. n. 28. *Mulier habens maritum, & ſocerum vel alium obligatos pro virili, vel in ſolidum ad dotis reſtitutionem ſi alter eorum effectus ſit non ſoluendo poſſit conſtante matrimonio, iuxta* l. ſi conſtante ff. ſol. mat. *dotem repetere tam ab eo qui non eſt ſoluendo, quam ab eo qui eſt ſoluendo, explicatur pluribus concluſionibus.* numero 29.

Pater dotem vxoris filijfam. à ſe receptam non teneatur ei illam reſtituere, ſi cum eodem patre habitet n. 30.

An teneatur illi tradere, ſi ſeorſum de patris voluntate vel ex alia iuſta cauſa habitet, Negatiua, aſſerens ſatis eſſe ſi præſtet alimenta, & neceſſaria ad ſuſtinenda onera matrimonij n. 31. & 33.

Affirmatiua. n. 32.

Pater quando filiusfam. maritus ſeorſum ab eis habitat, non poteſt ſuſtinere propriè onera matrimonij, & prout onera matrimonij exigunt, & explicatur. n. 32.

Filiofam. marito ſine eius voluntate & abſque vlla iuſta cauſa habitanti ſeorſum pater non tenetur reſtituere dotem nec etiam alimenta n. 34. & 35.

Si pater filiofamilias ſeorſum de eius voluntate, vel ex iuſta cauſa habitanti de conſenſu nurus dotem reſtituerit, an remaneat liberatus à nuru. Negatiua. n. 36.

Affirmatiua etſi dotem ſine nurus conſenſu reſtituerit eidem filio. n. 57.

Iuxta hanc affirmatiuam pater reſtituens non egeret cautione à filio præſtanda de conſeruando eum indemnem nec filius ad talem cautionem tenetur. num. 37. verſ. *Quapropter.*

Filio minimè diligenti & ſuſpecto de mala adminiſtratione, & dilapidatione, pater non tenetur, nec debet dotem reſtituere. n. 37. verſ. notant.

Et quid ſi filius exhibeat cautionem. ibid.

Si pater reſtituat dotem filiofam. in caſu, in quo ſecundum iuris diſpoſitionem non tenetur etiam de conſenſu nurus non liberatur. n. 37. fine.

Conſilium Aucharani, & Vrſilli circa dotis reſtitutionem, ne pater filio reſtituens iterum poſſit cogi ad dotis reſtitutionem. ibid.

Dotis conditio non efficitur deterior ſi liberato ſocero maritus remaneat obligatus ad dotis reſtitutionem ibid.

Dotem vxoris filij emancipati pater tenetur eidem filio emancipato petenti reſtituere. n. 38.

Nec nomine vſuſfructus aliquid dotis in præmium emancipationi retinere. n. 39.

Hæredes patris filio per mortem patris affecto ſui iuris dotem vxoris à patre acceptam tenetur reſtituere. n. 40.

Pater qui filio emancipato induſtrio, & non ſuſpecto petenti reſtituit dotem ſiue de conſenſu nurus ſiue abſque eius conſenſu remanet omninò liberatus à muliere, & eius hæredibus etiamſi poſtea filius effectus ſit non ſoluendo. n. 41.

Quid ſi filius noluit vti iure ſuo, ſed voluit morari ſimul cum patre an tunc pater debeat in reſtitutione dotis adhibere nurus conſenſum, vt liberetur, vel à filio exigere cautionem. n. 42.

Maritus conſtante matrimonio conſignans dotem ſocero, ſeu patri vxoris ſine conſenſu, vel cum conſenſu vxoris quando maneat liberatus necne ab vxore. n. 43.

Pater pro dote vxoris filijfam. cum eo habitantis tenetur ſe & bona obligare. n. 44.

Pater pro dote vxoris filij emancipati, vel in poteſtate exiſtentis ab eo ſeorſum habitantis pater poteſt obligare bona ſua. n. 45.

In locis in quibus viget obſeruantia iuris communis vt pater det donationem propter nuptias pro filio dotante vxorem, non teneatur nec poteſt cogi obligare ſua bona pro dote n. 45.

Dummodo donatio ſit æqualis. ibid. & n. 50.

Vbi non eſt præfata obſeruantia nec vſus faciendi dotantionem propter nuptias, an pater pro reſtitutione dotis vxoris filij emancipati, vel ſeorſum ab eo habitantis teneatur & cogi poſſit pater obligare ſua bona Affirmatiua n. 46. *Negatiua.* n. 52. & n. 53. *& Affirmatiua procedit etiam in auo paterno* n 46. fine. *Eadem Affirmatiua ampliatur, etiamſi filius ſine conſenſu patris vxorem honeſtam duxerem honeſtam duxerit.* n. 47. & 54. *Iuxta eandem.*

Affirmatiuam bona patris furioſi & emancipati an cenſeantur obligata pro reſtitutione dotis vxoris filij etiamſi patri furioſo non fuerit datus curator. n. 48.

Iuxta eandem Affirmatiuam pater ſanæ mentis iniuſte renuens ſe obligare pro dote vxoris filij, qui aliter non poſſet doneum matrimonium contrahere eo ipſo cenſetur talem obligationem in ſuis bonis contraxiſſe, vel poteſt à iudice, etiam ex ſolo officio cogi ſe obligare imo & bona obligare. n. 49. *Iuxta eandem ſententiam bona patris ab eo ſubiecto fideicommiſſo poſſunt alienari pro reſtitutione dotis vxoris filij non ſolum accepta eodem patre viuente ſed etiam eo defuncto.* n. 51.

Limitatur

Limitatur eadem affirmatiua ſi filius ducat vxorem inhoneſtam, nec conditioni ſuæ congruam. 55. vel ſi fuerit Patri ingratus. n. 56.

Item ſi filius haberet bona propria, per quæ mulier poſſit eſſe ſecura de dote abſque patris obligatione vel poſſit reperire fideiuſſores. n. 57.

Item limitatur ſi filius ante patris obligationem inuenerit vxorem, licet mulier nolit dotem tradere filio ſine patris obligatione. num. 58. declaratur procedere limitationem ſi filius tempore matrimonij non promiſiſſet præſtare patris obligationem. ibid.

Item limitatur ſi patre volenti ſibi dotem tradi, & onera matrimonij ſuſtinere, filius nollet dotem dari patri, ſecundum plures Doctores. n. 59.

Quæ limitatio à P. Barboſa non admittitur. ibid.

Pater conſentiens dotem dari filio emancipato, an ob huiuſmodi conſenſum remaneat obligatus ad dotis reſtitutionem. Affirmatiua numero 60. Negatiua. ibid. verſ. nihilominus.

Suppoſita ſententia affirmatiua quod pater teneatur obligare ſe & bona pro reſtitutione dotis filij emancipati, & exiſtentis ſub poteſtate ſeorſum ab eo habitantis an debeat ſe obligare, & obligetur non vt principalis, ſed ſolum vt fideiuſſor pro filio, & filium excuſſum non poſſit conueniri, ſuppoſito quod pater poſſit fideiuſſor pro filio dotem recipiente, approbatur affirmatiua. n. 61.

Quæ procedit etiamſi dos de iuſſu patris ſoluta ſit, & eidem filio emancipato vel ſeorſum habitanti, numero 62.

A muliere vel eius patre, vel alio dotem viro promittente idem maritus pro dote ſibi promiſſa ſoluenda, poteſt exigere fideiuſſorem, & valide datur, & obligatur. numero 63.

Qui ſcripſerint de fideiuſſoribus de ſeruanda, vel conſeruanda dote à marito recepta. n. 64.

Communis concluſio, & cera iuris diſpoſitio eſt, quod neque maritus, neque eius pater, vel quicunque alius recipiens dotem non teneatur nec cogi poteſt dare vxori fideiuſſorem pro ſecuritate dotis, ita vt ſi detur fideiuſſio ſit irrita & nulla, & ſic fideiuſſor minime obligatus. numero 65.

Ratio prohibitionis talis fideiuſſionis dandæ à marito, & etiam ab omnibus aliis qui recipiunt dotem. numero 65. & 66.

Fideiuſſores ad quem affectum ſint à lege indocti. numero 65.

An prohibita, & irrita ſit non ſolum ſeruandæ, ſed etiam reſtituendæ dotis.

An ſit prohibita, & nulla fideiuſſio ſeruandæ vel reſtituendæ dotis, non ſolum ſi maritus inuitus fideiuſſorem det ſed etiamſi vltrò, & ſponte uxori offerat, & det. num. 79. & 80.

Si maritus dando fideiuſſorem vxori pro dote reſtituenda cum iuramento renunciauerit diſpoſitioni l. 1. & 2. Cod. ne fideiuſſores dotium dentur, vel ipſe fideiuſſor datus cum iuramento ſe obligauerit, an iuramentum obliget, & ſit ſeruandum. Negatiua ſententia. n. 71. Affirmatiua n. 72. ſufficit tamen abſolutio à iuramento, vt fideiuſſio non obliget. Fideiuſſio pro ſecuritate dotis reſtituendæ, etſi ob iuſtas & congruas dotes ſuit prohibita, non eſt tamen de ſe illicita, ſed licita. n. 72.

Præfata diſpoſitioni dictarum legum 1. & 2. non poteſt maritus valide renunciare abſque iuramento. n. 73.

Mulier ab initio poteſt expreſſe paciſci vt bona mariti ſint obligata, & hypothecata pro reſtituenda dote nulla facta traditione rei. n. 74.

An pignus ſpeciale, quod pro dote reſtituenda per maritum conſtituatur per traditionem rei ſtabilis vel mobilis propria ipſius mariti minime prohibitum ſit in l. 1. & 2. C. ne fideiuſſores dotium dentur ſententia tenens eſſe prohibitum n. 75. & 76. contraria probabilior. n. 77. Non poteſt tale pignus à marito conſtitui de re aliena neque etiam poteſt extraneus pro marito rem ſuam pignori dare pro reſtitutione dotis. n. 78.

Varia differentia inter fideiuſſionem & pignus, ob quam prohibitum fuit pro dote reſtituenda exigi fideiuſſores, & non pignus. n. 77.

Pignora pro dote reſtituenda à marito vxori conſtituta non poſſunt conſtante matrimonio liberari eodem numero 77.

Fideiuſſor vero ſi maritus labatur facultatibus, poteſt maritum cogere ad ſe liberandum, & etiamſi diu ſtetiſſet in fideiuſſione, & quoque ſi inter ipſum & maritum graues intercederent inimicitiæ. ibid.

Mulier poteſt maritum cogere vt in pactis dotalibus repromittat reſtituere eidem dotem. n. 79.

Poteſt etiam velle vt promittat alteri tertio per viam delegationis dotis reſtitutionem, ſi id illi nihil noceat. 80.

Pater mariti an pro eo poſſit vtiliter fideiubere pro ſecuritate dotis reſtituendæ. Affirmatiua. n. 81. Negatiua. n. 82. At probatur Affirmatiua. n. 83.

Quid de matre. ibid.

An extraneus ſponte dotans mulierem, pro dote ſibi reſtituenda ſoluto matrimonio poſſit ab initio exigere à marito fideiuſſorem Negatiua. n. 85. Affirmatiua n. 86. Quæ extenditur ad patrem mulieris illam dotantem. numero 88. Si extraneus ab initio promiſſionis dotis in pactis dotalibus non prouiderit ſibi de tali cautela fideiuſſionis, non poterit poſtea compellere maritum ad dandum fideiuſſorem. numero 87.

Hoc caſu ſi conſtante matrimonio ſuperueniat marito inopia vel inopiæ ſuſpicio oriatur qua ratione extraneo dotanti conſulatur remiſſiuè. ibid.

Cum marito an alius ſiue coniunctus ſiue extraneus poſſit ſe ad dotis reſtitutionem obligare principaliter: & vti correus debendi in ſolidum. Negatiuè præſertim ſi ille alius ſit extraneus n. 89. Quæ procedit ſi vterque dotem receperit ſecus ſi ſolus maritus. n. 92.

Duo correi debendi in ſolidum an cenſeantur per ſe inuicem fideiubere. n. 89. verſ. probatur hæc ſententia primo: & n. 91. regula, quod vna via eſt prohibitum alia via non eſt permittendum quando procedit. n. 89.

Poſt ſolutum matrimonium valide datur, & recipitur ab vxore fideiuſſor de dote reſtituenda. n. 93.

Si vero dos tradatur ante celebratum matrimonium datur valide fideiuſſor de dote reſtituenda matrimonio non ſequuto. n. 94. Si ante contractum matrimonium fuerit inter partes conuentum vt maritus dotis reſtituendæ fideiuſſorem daret, an fideiuſſio poſtea data valeat, & obliget. Negatiua. n. 95. Affirmatiua probata. n. 96.

Marito vergente ad inopiam poteſt vxor ante ſolutum matrimonium ab eodem repetere dotem, ſeu bona dotalia. n. 97. & etiamſi viri facultates adhuc ſufficerent pro dotis reſtitutione ſi adſit veriſimilis ſuſpicio inopiæ, & dilapidationis ſuorum bonorum ſuperuentura. ibid.

Et pariter poteſt repetere dotarium, & donationem propter nuptias ex pacto, vel ſtatuto poſt ſolutum matrimonium ſibi obuenturam. ibid.

In prædictis caſibus maritus non poteſt ſe eximere à reſtitutione dotis offerendo fideiuſſores. ibid.

Qua ratione ante dotis repetitionem debeat probare mariti inopiam, vel inopiæ ſuſpicionem. n. 97.

Plura remedia ſibi in dote conſulendi a iure ſunt vxori conceſſa, quibus poteſt proximè vti. ibid.

Ex communi ſententia legiſtarum, & canoniſtarum (quidquid ſecus ſenſerit Bartholus) in prædictis caſibus vergentia mariti ad inopiam, vel ſuperuenientis veriſimilis ſuſpicionis inopiæ etiamſi vir nondum venerit ad extremam inopiam, poteſt vxor ab eodem marito pro ſecuritate dotis exigere fideiuſſorem, vel ſequeſtrationem dotis ad honeſtum lucrum deponendæ apud mercatorem. numero 98. & 99.

Dictum caput per veſtras, etſi loquitur in extraneo dotatore qui promiſit dotem habet locum etiam quando mulier promiſit. n. 100.

Loquitur in caſu in quo dos erat promiſſa viro, qui expulerat vxorem, quia dos non ſoluebatur; & decernitur dotem eſſe ſoluendam marito, qui prius præſtet idoneam quam poteſt cautionem pro ſecuritate dotis; vel dos deponatur ad lucrum honeſtum. n. 101.

Habet locum, & ſi dos fuerit tradita, vt marito vergente ad inopiam vxor poſſit ab eo exigere idoneam cautionem, vel ſequeſtrationem dotis. ibid.

In caſu d. c. per veſtras maritus ab initio matrimonij contracti, & promiſſionis dotis erat pauper. n. 102.

Eo quoque tempore mulier ſciebat virum eſſe inopem, & non ſoluendo. n. 103.

Diſpoſitio d. c. per veſtras, fundatur in maxima æquitate. n. 104. *& illius cauſa, ſeu finis principalis fuit euitare timorem adulterij ob diuturnam ſeparationem coniugum.* ibid.

Mulier quæ contrahit cum viro inope, aut veriſimiliter ſuſpecto de dilapidatione eique dotem dedit ſciens eum eſſe inopem, & veriſimiliter facultatibus abuſurum an excludatur à repetitione dotis conſtante matrimonio, & aliis remediis iuris pro dotis ſecuritate. Negatiua. n. 105. *Affirmatiua.* n. 106. & 107. *limitatur vt* ibid.

Mulier an pacto expreſſo poſſit renunciare beneficio repetendi dotem conſtante matrimonio, vbi maritus ad inopiam vergit. n. 105. & 106. *Beneficium repetendi dotem conſtante matrimonio* l. ſi conſtante, ff. ſol. matr. *competit mulieri quoties aliquid de nouo ſuperuenit, quod veriſimiliter non ſperabatur, & explicatur exemplis.* n. 107.

Idem beneficium ſemper competit mulieri, quæ tempore matrimonij contracti, & traditionis dotis ignorauit maritum eſſe inopem, & ſuſpectum, & an in muliere in dubio præſumatur præfata ignorantia. ibid.

Mulier contrahens matrimonium cum marito inope ſcienter non excluditur ab exigenda cautione idonea à marito pro ſecuritate dotis conſeruandæ, & reſtituendæ. n. 108.

Extraneus qui ſponte dotauit mulierem cum pacto vt dos ſoluto matrimonio ſibi reſtitueretur nulla exacta cautione pro dotis ſecuritate ob ſuperuenientem mariti inopiam, vel inopiæ ſuſpicionem poteſt petere ab eodem marito ſatiſdationem de dote conſeruanda, & reſtituenda. numer. 109. *Non poteſt autem dotem repetere conſtante matrimonio.* ibidem. *An poſſit petere dotis ſequeſtrationem.* ibid.

Si idem extraneus dotem promiſit, & tradidit viro inopi, & ſuſpecto ſcienter, non poteſt petere neque fideiuſſionem, neque dotis ſequeſtrationem nomine proprio, & an poſſet nomine ipſius mulieris. n. 109.

Debitor mulieris qui pro ea nubente promiſit dotem viro pauperi, ſeu facultatibus ſuſpecto an poſſit petere fideiuſſorem, vel pignus pro ſecuritate dotis, & quando dotis periculum illi vel mulieri curat. n. 110.

Qui ex neceſſitate ſoluere debent pro muliere dotem, vt pater, patris hæres, aut debitor, ſi petunt cautionem idoneam pro dotis ſecuritate ei præſtatur iuxta praxim Senatus Sabaudiæ. n. 111.

Patris hæres, aut debitor, qui non ſit mulieris adminiſtrator manet liberatus etiamſi ſoluat dotem marito inopi. ibid.

Si in aliquo loco ſit conſuetudo, vt fideiuſſor pro ſecuritate dotis ſeruanda, & reſtituenda exigi & recipi poſſit an valeat talis conſuetudo, & fideiuſſor datus obligetur, referuntur tres opiniones, & approbatur tertia abſolutè, & indiſtinctè affirmans ſi conſuetudo arctet maritum dare, ſiue eo exigatur, ſiue tantum ſimpliciter permittat à marito ſponte dari. n. 113. ad 114.

An de facto ſit talis conſuetudo. n. 114. ad fin. *An valeat lex aut conſuetudo, vt fideiuſſor dotis omnino, & ſemper daretur.* n. 115.

Traditur de prohibitis dotis ſeruanda & reſtituenda fideiuſſoribus an habeant l. cum in augmenta dotis donatione propter nuptias & in rebus paraphernalibus & etiam pro bonorum ſecuritate à marito exigi poſſit fideiuſſio. n. 116. 117. & 118. *Augmentum dotis à muliere factum etiam conſtante matrimonio, vera dotis priuilegium habet ceſſante animis fraudis ſeu donationis prohibitæ ſuſpicione.* n. 116. *Maritus poteſt, & debet dare fideiuſſorem pro pecunia non dotali ſi eam exigat qui eandem pecuniam debet mulieri, licet eandem pecuniam debet mulieri, licet eadem muliere conſentiente maritus conuenire debitorem,* n. 116.

POST tradita de perſonis obligatis ad dotem ſoluendam, ſeu tradendam pro muliere nubente poſtulat rectus ordo, vt explicetur, quibus perſonis poſſit, vel à iure permittatur dotem tradi, quæque obligantur ad dotis traditæ & ſolutæ reſtitutionem, & aduerſus quas conceditur actio eiuſdem dotis ſolutæ, & traditæ repetendæ, caſu reſtitutionis eueniente.

§. I.

Dos ſolui poteſt nedum ſoli marito, ſed etiam cuius alteri (etiam eius filiofamilias, vel eius ſeruo) ipſius iuſſu, & voluntate quandamaritus eſt ſui iuris, & ipſe ſolus tenetur de dote.

CErtum eſt dotem poſſe promitti, & tradi non ſoli marito, verum etiam cuiuis alteri, ipſius tamen iuſ- 1
ſu, ſeu de eius voluntate, & conſenſu *l. etiam, ſi* 20. (cuius verba ſunt, *etiamſi alij iuſſu mariti dos detur, nihilominus maritus de dote obligatur*) *ff. de iure dot. l. ſi nuptura* 14. (verba ſunt *ſi nuptura* Titio voluntate eius fundum dotis nomine Mæuio tradidit dos eius conditionis erit, cuius eſſet, ſi ipſi Titio fundum tradidiſſet) *de fund. dotal.* & latius *l. ſi cum dotem, 23. §. tranſgrediamur, vbi dicitur aduerſus maritum competere actionem de dote ſiue ipſi dos data ſit, ſiue alij ex voluntate mariti, vel ſubiecto iuri eius*, ſcilicet filiofam, vel ſeruo *vel non ſubiecto*] *ff. ſol. matr.* Quæ iura procedunt, quando maritus eſt ſui iuris, vt notat Gloſſa *d. §. tranſgrediamur verbo maritus*. Poteſt etiam dos ſolui adiectæ in promiſſione dotis vnà cum marito, & ſolus vir tenetur de dote, ac ſi ipſi perſonæ adiectæ iuſſiſſet dari *l. ſi mulier* [cuius verba ſunt *ſi mulier ita dotem promiſerit, Decem Tibi, aut Titio doti erunt, hoc caſu dici poteſt, vel Titio dari poſſe, ſed de dote virum teneri, quemadmodum ſi Titio iuſſiſſet dari.*] *ff. de iure dotium.* Quod etiam filiofam. vel ſeruo mariti promitti, & dari dos poſſit conſtat *ex l. quemadmodum 47. ff. de iure dot.* vbi tamen dicitur, quod neque culpam pater vel maritus præſtare debeat, ſed dos ſit periculo mulieris, quandiu pater vel maritus ratam promiſſionẽ vel traditionem habuerit, ſcilicet, quia pater vel maritus ſerui Dominus ab initio ignorauerit [vt explicat *ibidem* Gloſſa in propoſitione caſus] promiſſionem, vel traditionem, & poſt habitam deinde ſcientiam non conſenſit, nec expreſsè, nec tacitè in eandem promiſſionem, ſeu traditionem de qua re *infrà n. 16. fine.*

Ex dictis infertur, quod ſecundùm diſpoſitionem iuris 2
in textib. prælleg. præſertim *d. §. tranſgred. in 1. parte*, vbi maritus eſt ſui iuris, ſeu filius eſt emancipatus, dos eſt tradenda eidẽ marito, & non patri, neque alteri colligitur etiam ex Gloſ. *in d. §. tranſgred. d. verbo, maritus*, & tradit expreſsè P. Barb. *in d. l. ſi cum dot. §. tranſgred. n. 25. fine. & n. 36. v. quinimo*, quod confirmat, idem P. Barb. *n. 24. initio*, quia dos iã tradita patri, quando filius ducens vxorẽ, eſt ſub eius poteſtate eidem filio emancipato eſt reddenda per patrem, vt dicitur *inf. n. 38.* à fortiori vbi à principio filius maritus eſt ſui iuris, ſeu emãcipatus dos ei tradẽda, eſt, vt ſignificatur *in d. 1. p. eiuſd. §. tranſgrediamur*, confirmatur etiã ex generali peculiari

natura

natura dotis ſcilicet, quod ibi debet eſſe dos, vbi onera matrimonij *l. ſi is qui 57. § ibi dos ff. de iure dot. & item d. §. transgrediamur*, & Doctores communiter, quando autem maritus eſt ſui iuris ad ipſum non ad eius patrem ſpectant onera matrimonij.

3 Infertur quoque ex prædictis, quod ſiue maritus ſui iuris recipiat dotem, ſiue alius quilibet de eiuſdem mariti voluntate, & iuſſu, maritus obligatur, & per actionem dotis cogetur eam dotem vxori reſtituere, poſtquam ſolutum fuerit matrim. conſtat expreſſe *ex d. l. etiā ſi ex d. l. ſi nupt. & ex d. §. transgrediamur*, & tradunt *ibid. gloſ. verbo ex voluntate mariti*, Baldus, Paulus de Caſt. & ſcribentes communiter Oſaſc. *dec. 44. n. 11.* P. Barboſ. *d. §. transgrediamur initio ante n. 1.* Paria enim, ſeu idem ſunt quod alicui tradi, ſeu ſolui, vel alteri de eius mandato, vt dictis textib. & *l. nihil C. de ſolution. l. ſolutum §. ſolutum in princip. ff. de pign. act.* item quis per ſe videtur gerere, quod per alium gerit *l. ſin autem §. geſſiſſe fallit. ff. de adminiſtr. tutor.* & aliis iuribus allegatis per Gloſſam *vbi ſup. & reg. Qui per alium de reg. iur. in 6.* & ſi autem Gloſſ. *d. verbo ex voluntate obiiciat l. Fugitiuus ff. de ſolutionib.* dicens, quod ibi fallit illud, quod ſit idem quid alicui ſolui, vel alteri de eius voluntate, vel iuſſu, dicit enim textus *in d. l. Fugitiuus*, quod ſi quis debitor Domini ex contractu ſerui ſoluerit ſeruo fugitiuo exiſtimans eſſe liberum ſolutio tenet, & liberatur à Domino, ſi verò non ſoluerit ipſi ſeruo, ſed alteri ſoluerit de iuſſu ſerui, vel idem ſeruus id ratum habuerit, per eam ſolutionem debitor non liberatur a Dominio, & affertur *ibid.* ratio, quod primo caſu quando ſoluitur ipſi ſeruo numi ſoluti facti ſunt Domini, & ſic quaſi illi ſoluti intelliguntur in alio vero caſu, quando ſeruus delegauit alterum, ſeu iuſſit alteri ſoluere, non ita eſt. De cuius textus intelligentia præſertim, quoad ſecundum caſum plurima more ſuo ſolito tradit P. Barboſa *d. §. transgrediamur n. 1. & quatuor ſeqq.* quæ apud eundem videre poterit curioſus Lector: certum eſt quod *d. l. Fugitiuus* non obſtat præfatæ traditioni de obligatione mariti ſui iuris reſtituendi dotem alteri de ipſius iuſſu ac mandato ſolutæ.

§. II.

Dos à muliere, vel ab alio pro muliere ſolui poteſt patri mariti, qui ſit filiusfamilias, ſeu in eiuſdem patris poteſtate, & qua ratione pater ipſe eam dotem recipiens licet filio in eius poteſtate exiſtenti fuerit promiſſa obligatur ad eiuſdem dotis reſtitutionem eueniente caſu reſtitutionis.

4 Certum eſt dotem, quando maritus eſt filiusfamilias poſſe ſolui patri ipſius mariti ſiue dos ſit promiſſa patri ſiue filio ipſi, conſtat, *ex l. ſi ſocero 10. C. ſol. mat.* & latè ex allegata *l. ſi cum dotem §. transgrediamur ff. eod. in ſecunda parte eiuſdem paragraphi*, vbi ſcribentes latiſſimè tradunt quando, & qua ratione ad reſtitutionem dotis à muliere promiſſa, & tradita ſocero habenti in poteſtate maritum, vel ipſi marito filiofamil. idem ſocer, & maritus obligentur, & conueniri poſſint. Verba autem *dicti §. transgrediamur in d. ſecunda parte, ſed ſi filiusfamilias maritus ſit, & dos ſocero data ſit, aduerſus ſocerum agetur: Plane ſi filio data ſit, ſiquidem iuſſu ſoceri, adhuc abſolutè ſocer tenebitur; quod ſi filio data ſit non iuſſu patris, Sabinius & Caſſius reſponderunt nihilominus cum patre agi oportere, videri enim ad eum perueniſſe dotem, penes quem eſt peculium, ſufficit autem ad id eum damnari, quod eſt in peculio, vel quod in rem patris verſum eſt, ſin autem ſocero dotem dederit, cum marito non poterit experiri, niſi patris heres extiterit.*

5 Præterea dos non ſolum poteſt tradi, quando maritus eius filius exiſtit in eius poteſtate, eſtque, filiusfam. ſed etiam iuxta iuris diſpoſitionem eſt eidem patri tradenda, ſi filiusfam. vna cum patre habitet (nam quid quando filius habitaret ſeorſim à patre infra) tameth dos niſi filiofamilias ſit promiſſa. Conſtat ex *dicta ſecunda parte dicti §. transgrediamur*, & tradunt communiter, ibi ſcribentes, Barthol. & alij, & poſt eos Petr. Ferrarius *in ſua practica in forma libelli, quo vxor agit ad dotem in verbo vxor n. 6.* P. Barboſ. *in d. l. ſi cum dotem d. §. transgrediamur n. 7. verſic. ſed quando, & n. 28. verſic. ſuccedit igitur ſecunda*, & Faber *lib. 5. Codicis tit. 6. defin. 11.* & confirmatur ex regula illa generali *ſupr. n. 1. fine* adducta, quod ibi debet eſſe dos, vbi ſunt onera matrimonij *d. l. ſi is qui eod. n. 1. allegata.* Ad Patrem autem quando habet filium in poteſtate, & cohabitant, ſpectant onera matrimonij Gloſſa *in l. ſi quis à liberis §. ſi vel parens verbo cætera in fine ff. de liber. agnoſcendis* P. Barb. *d. n. 7.* & latè tradidi *in tract. de alim. ſeu ſecunda parte de affectibus contractus matrim. cap. 4. § 1.*

Et in huiuſmodi caſu, ſcilicet, ſi filiusfam. maritus ſit & dos etſi filio promiſſa ſocero ſeu patri eiuſdem mariti data ſit, ipſe pater ad dotis reſtitutionem obligatur, vt expreſſe habetur *d. l. ſi ſocero* vbi dicitur, quod ſocer, cui dos data eſt, mortuo filiofam. marito tenetur non tantum de peculio, ſed inſolidum, & clariſſime etiam conſtat ex *d. §. transgrediamur*, tum initio ſecundæ partis, ibi, *& filiusfam. maritus ſit & dos ſocero data ſit aduerſus ſocerum agitur*; tum fine ibi *ſi autem ſocero dederit cum marito non poterit experiri, niſi patris heres extiterit* & tradunt Barthol. Bald. Paulus de Caſtr. & alij ſcribentes *in d. §. transgrediamur ibid.* P. Barboſ. *n. 6. initio*, Milanenſ. *dec. 19. n. 22.* & alij Doctores communiter. Addit P. Barb. rationem, ſcilicet, quia actio procedens ex promiſſione dotis facta filio ipſo iure tranſlata eſt in patrem *l. placet 79. ff. de adquir. hered.* & ideo eum ei tanquam Domino actionis dos tradatur, ad illius reſtitutionem tenetur, quæ ratio procedit tantum attento iure antiquo Digeſtorum. Nam modo cum dos cenſeatur quid aduentitium, *l. 1. C. de bonis, quæ liberis*, & ſic pater in dotem haberet tantum ius adminiſtrandi *l. 2. C. eod. tit.* hodie non traditur dos ſocero ea ratione, quia actio eius ſit, vt idem P. Barb. *n. 7. v.* neque obſtat notauit, quæ ratio licet hodie non probet, ſufficit tamen præfata iuris diſpoſitio, quod ipſe pater recipiens dotem filiofam. marito promiſſam teneatur ad illius reſtitutionem, & ita pater, cui data eſt dos, obligatur in ſolidum ad dotis reſtitutionem vt filius nullo modo remaneat obligatus, vt probat textus *in d. §. trāſgrediamur*, finalib. verbis iam proximè allegatis, dum in caſu, quo dos patri ſoluta ſit, obligat filium, quando fuerit hæres patris, & ex illius perſona conueniatur, & ſentiunt ibi Alex. *in princ.* alij præallegati, & præſertim expreſſe P. Barb. *d. n. 6. verſ. ex qua ratione.* Addens etiam quod pater recipere poteſt dotem inuito ipſo filiofam. marito, & conuincit ratio, nam, & ſi hodie actio de dote ſit filij, & non patris, niſi vt adminiſtratoris, vt notatum eſt, tamen ex illa regula generali quod ibi debet eſſe dos, vbi ſunt onera matrim. etiam hodie dos neceſſariò danda eſt patri, ad quam matrim. onera ſpectant, *vt ſup.* notatum eſt; Quare non eſt audiendus Raphael Cuman. *in d. §. transgred. n. 1.* dum ex eo, quod hodie pater reſpectu dotis vxoris filijfam. non eſt Dominus actionis, ſed habet, tantum ius adminiſtrādi, *vt ſup.* dictum eſt, vult, quod pater hodie cenſeatur accipere dotem non nomine proprio ſed nomine filij, tanquam eius legitimus adminiſtrator, & conſequenter, quod propter receptionem dotis non remaneat hodie obligatus pater, ſed potius filius, cuius nomine videtur recipi. Nam hæc traditio Cumani contradicit expreſſe traditioni *d. §. transgred.* & illam corrigit, cum tamen ſemper euitanda ſit legum correctio, vt in præſenti ſpecie Paulus de Caſtr. *in d. §. transgred. n. 4. ibid.* P. Barboſ. *n. 7. verſ.* neque obſtat, & licet hodie propter diſpoſitionem *d. l. 1. & 2. C. de bonis quæ liberis*, dos filiofam. promiſſa non traditur ſocero, quia actio eius ſit: nihilominus

nus cum eidem ſocero ſeu patri eo quod debeat onera matrimonij ſuſtinere, ex ipſa datione ipſe tantum debet remanere obligatus, vt idem P.Barb. vbi poſt Bart. *in d. §.transgred.n.2.* & Angelum *in §.fuerat,n.26.ad mediũ inſtit.de act.* rectè addit,quòd ſi pater tempore dotationis declararet, ſe recipere nomine filij tanquam eius legitimus adminiſtrator, tunc filius,cuius nomine reciperetur dos,remaneret obligatus iuxta *l.1. Cod.de bonis maternis,* dummodo idem filius eidem declaratione expreſſe conſentiret,ita quod non ſufficeret non contradictio,ſeu taciturnitas filij,eo quod propter reuerentiam paternam cenſeretur tacuiſſe *l.penult.ff. de furtis*, ſicuti autem in huiuſmodi caſu pater recipiens dotem tenetur ad illius reſtitutionem ita etiam eius bona pro eadem reſtitutione ſunt obligata,& tacitè hypothecata iuxta *l. vnicam,§.& vt plenius,Cod.de rei vxor.act.*& obſeruat Soc. *conſ.269. n.4.vol.2.* & P.Barb. *in d. §. transgrediamur,n.28.verſ. ſuccedit igitur.*

7 Aduertendum autem tradita hucuſque *in hoc §.* procedere iure communi inſpecto, ſecundũ quod filiusfam. per matrimon. de præſenti non eximitur à paterna poteſtate *l ſi vxor,C.de cond.inſertis,*non autem procedent in Regnis, aut Prouinciis, in quibus, ſecundùm leges municipales filij per contractum matrimonij liberantur à patria poteſtate,ſi illud contrahunt de conſenſu,& voluntate patris,nec matrimonium ſit clandeſtinum,vt in Cathalonia,& in aliis Hiſpaniæ prouinciis, in quibus propterea dos eſſet marito, vtpote ſui iuris tradenda iuxta *in præcedenti §.* nec ſocer eiuſd. mariti pater foret pro reſtitutione dotis obligatus niſi ad eam reſtitutionem expreſſe ſe obligauerit, vt tradit Fontanella *de pact.nupt. clauſ.7.Gl.ſſ.2.p.2.n.62.* de quo etiam P. Barboſa *d.§. transgrediamur,n.8.* ſed proſequamur alia, de quibus *in d.2. parte dicti §.transgrediamur,* quoad obligationem, vel de obligatione ſoceri patris mariti reſtituendi dotem ſi eidem marito data ſit, & quandonam ipſe maritus filiusfam. dotem recipiens ad illius reſtitutionem obligatus remaneat,ſit ergo.

§. III.

Si dos vxoris filijfam.detur eidem filio de iuſſu patris,an qua ratione idem pater obligetur ad dotis reſtitutionem,& pro huiuſmodi reſtitutione eius bona remaneant hypothecata, & an etiam filius dotem accipiens de iuſſu patris remaneat obligatus.

8 Certa concluſio eſt,quòd ſi dos detur filiofam.marito de iuſſu,mandato, & expreſſa voluntate, ſeu expreſſo conſenſu patris,patrem remanere obligatum in ſolidum ad illius reſtitutionem,ac ſi illi dos data eſſet: conſtat ex *d.l.ſi cum dotem,d.§.transgrediamur,*illis verbis *planè ſi filio data ſit, ſi quidem iuſſu ſoceri*, adhuc abſolutè *ſocer tenetur ff.ſol. matr.*& argum.*l.etiam ſi ſuprà n.11.*adducta probat quoque textus *in l.1.ff.quod iuſſu, vbi initio,* marito *(ait textus) ex iuſſu Domini in ſolidum aduerſus eum in iudicium datur,nam quodammodo cum eo contrahitur, quod iubet*; pariter probat ratio tradita *ſup. n.3.* & tradunt ſcribentes *in d.§.transgred.* Bald. Nou.*de dote p.7. priu.37.*P.Barb.*d.§.transgred. n.8.* Oſaſcus *dec.44.n.8. & n.11.* Milanenſis *d.dec.19.n.24.* alij à Barboſa, & Oſaſco *relati,& qui infra allegantur,*quæ tamen concluſio procedit, niſi vxor ſoluens dotem filio animum habuerit obligandi ſibi ſolum filium maritum ſuum, & de tali animo cõſtat,quia in ipſa dotis ſolutione expreſſerit ſe dotem ſoluere ſolum contẽplatione filij, de quo infra.

9 Ex hac autem concluſione,quod pater, qui iuſſit dotem filiofam.tradi obligatur ratione dotis in ſolidum, ac ſi ipſe eam recepiſſet, ſequitur vt eius bona pro eiuſdem dotis reſtitutione ſint tacitè hypothecata iuxta generalitate *l.vnicæ,§.vt plenius,Cod. de rei vxor.act.* & tradunt Bald.Nouell.*de dote,p.6. priu.20.n.8. initio,*Neguſant, *de pign.4. membro ſecundæ partis,n.36.* Oſaſc.*d.dec.44. num.11.& 12.*& P.Barboſa *vbi ſup.n.34.*item ſequitur, quod idem pater,de cuius iuſſu dos filio ſoluta eſt, conuentus non habeat beneficium excuſſionis filij, cum conueniri poſſit vt principalis actione quòd iuſſu, vt tradunt plurimi Doctores relati ab Oſaſco *d. n.12.verſ. ad id, & verſ.ſecundo reſpond.* & P. Barboſa *in dict.§. transgrediamur,n.34.initio,*& ita ſentit *loco cit.*Oſaſcus *d.verſ.ſecundo reſpond.* addens quod nec pater in tali caſu recuperare à filio poteſt ſecundum Barthol.*in l.cum filiusfam. verſ. in modo recuperandi,ff.de verbo oblig.* ita etiam ſentit P. Barb. *d.n.34.* ſi dos de iuſſu patris ſit ſoluta filiofam. marito,qui cum eo habitet,cum tunc dos de iuris diſpoſitione ſit tradenda patri. 10

Quare concluſionem ſupra poſitam,& diſpoſitionem *d.§.transgrediamur*, quod ſi dos filio ſit ſoluta de iuſſu patris,ipſe pater abſolute, & in ſolidum teneatur ad dotis reſtitutionem,ac ſi illam ipſe recepiſſet, idem P.Barboſa *d.§.transgrediamur,n.36.verſ.neque repugnat,* dicit intelligi, quando dos ſecundum ius erat tradenda in ſolidum patri,vt quia habebat filium in poteſtate, & cohabitantem, ſecus verò ſi dos erat tradenda filio, quia erat emancipatus, vel habitabat ſeorſum a patre, tunc inquit idem P. Barboſa (& dixerat etiam prius *eodem n.36.verſ.hæc tamen diſtinctio*) ſi pater iubeat totam dotem tradi filio, & ipſe ſit traditioni præſens ratione iuſſus non tenebitur niſi pro dimidia parte, ſicut quando pater, & filius in inſtrumento confitentur ſe dotem recepiſſe, vterque quidem tenetur, vt principalis, nec cenſetur pater tantum fideiuſſor, ſed tamen non in ſolidum, ſed pro parte virilli ſeu dimidia iuxta eundem Barboſam *n.35. verſ.ſed videndum,& d.verſ. hac tamen diſtinctio,* probat non obſtante iuſſu patris, quod dos filio emancipato vel ſeorſim habitanti (quibus in caſibus dos ex iuris diſpoſitione non eſt ſoluenda patri) patrem ſolum pro virili, ſeu dimidia parte dotis teneri, quia cum mulier, vel eius pater offerendo dotem duobus pro virili cenſeatur obtuliſſe *arg. l. reos,§. cum in tabulis, ff. de duobus reis*, & ſi pater iubeat dotem tradi filio, videtur quidem iubere,vt pars, quæ ei offerebatur, tradatur filio,& ſic non in ſolidum, ſed pro ea parte ratione iuſſus tenebitur,& in hoc ſenſu addit accipiendum, quod tradit Gloſſa *in d.§.transgrediamur*, quod mulier videtur vtriuſque fidem ſequuta ſcilicet, pro dimidia dotis parte,de quibus tamen infra, quinimò addit idem Barboſa *d.num.36. verſ.quia videri,* quod neque ratione iuſſus pater in aliquo teneatur, ſed ſolùm tanquam fideiuſſor, quia cum in huiuſmodi caſu traditionis dotis filio emancipato vel habitanti ſeorſum iubeat offerentem dare totam dotem, cui ſecundum ius tenebatur tradere, iuſſus patris non debet eſſe in conſideratione, & quia cum in effectu mandet fieri id, quod tradens iure ſuo facere debebat, videtur mandatum pertinere ad rem,ſeu vtilitatem mandatarij, ac proinde ille iuſſus in his terminis videtur reſolui in conſilium *l.2. §. finali ff. mandati,*& ſic mandans non poterit conueniri ratione mandati, quod non eſt obligatorium, quia nemo ex conſilio obligatur,vt dicetur *eod.§.fin.*ita P.Barboſ. *d.§. transgrediam. n.34. verſ. ſed non obſtantibus, & n.36. verſ.cæterum ſi dos,* dicit autem patrem iubentem tradi dotem filio emancipato vel habitanti ſeorſum,ſi eo præſente dos filio tradatur,& ſi non obligatur ratione iuſſus obligari tamen tanquam fideiuſſorem filij, eo quod ſua præſentia videatur obligari in ſolidum, & cum non obligatur vt principalis,quia non ratione iuſſus, debet remanere obligatus,vt fideiuſſor filij, ac proinde debeat ei competere beneficium excuſſionis filij iuxta *auth.præſente C.de fideiuſſ.* ita idem P.Barboſa *d. §. ſed his non obſtant. iunctis aliis ab eod. antecedenter traditis n.29. verſ.item loquimur,& n.33.verſ.ad Complementum,*quæ omnia an ſint admittenda conſtabit ex tradendis in ſequent. *n.17. & 18.& §. 5.* per tot. & præſertim *n.61.*

Filius

Filius maritus, cui de iuſſu patris à muliere, vel mulieris patre data eſt dos, an & ipſe remaneat obligatus ad dotis reſtitutionem.

11 Vtrùm vero etiam filius ipſe, cui datur, ſeu ſoluitur dos de iuſſu patris accipiendo remaneat obligatus ab eiuſdem dotis reſtitutionem, licet Paul. de Caſtr. *in d. l. ſi cum dotem, d. §. transſgred. n. 5. ff ſol. matr.* & Corn. *conſ. 303. n. 5. vel. 4.* relati à P. Barboſ. *in d. §. transſgrediamur, n. 18. verb. ſuccedit igitur*, dicant non ſolum patrem, ſed etiam filium remanere mulieri obligatum ad dotis reſtitutionem, patrem, quidem, actione *quod iuſſu, & filius* per actionem de dote, aſſerendum tamen abſolute loquendo, & ex hoc ſolum, quod filio traditur dos, cùm de iuſſu patris ei ſoluitur, eundem filium (ſi non ſit hæres patris) accipientem dotem non obligari mulieri: minimeque teneri ad dotis reſtitutionem, ita Campeg. *de dot. p. 3. q. 163.* (vbi etiam dicit, ita ſentire Barthol. *in d. §. transſgrediamur,*) & P. Barboſ. *d. n. 18. ver. qua tamen declaratio*, & probat manifeſtè textus *in d. §. transſgred.* dum dicit, ſi dos ſit data filiofam. marito iubente eius patre, ſeu de iuſſu patris, adhuc patrem abſolute teneri per actionem de dote ad illius reſtitutionem, *vt ſup. n. 8.* notatum eſt, *& in fine* §. dicitur, filium accipientem de iuſſu patris, non obligari, niſi ſit potius hæres, quid clarius: Addit tamen Campeg. Fallentiam, ſcilicet, quod ſi hæredes patris dotem reſtituiſſent filio licet per errorem non petierint cautionem de defendendo eos de cautione dotis, nihilominus, ſi ipſi hæredes ſoluendo nõ ſint, poterit mulier in ſubſidium agere, contra maritum per textum notabilem *in l. ſi ſer, ff. de dot. prælegata*, colligitur etiam aſſertio *ex l. etiã ſi, ff. de iure dot.* & traditis *n. 3.* & probat quoque generalis traditio, quod ſi filius accipiat mutuo pecuniam iuſſu patris, tunc non eſt obligatus filius, ſeu pater *l. 1. & tot. tit. ff. quod iuſſu*, & poſt alios Nouell. *de dot. p. 7. priuil. 37. initio.*

12 Præfatam tamen aſſertionem Gloſſ. *in d. §. transſgred. verb. abſolutè iunctis iis, quæ tradidit in l. ſi pupilli, §. 1, qui ex abundantia, ff. de neg. geſt.* Barthol. *in d. §. transſgr. n. 2. ibi* Alberic. *n. 6.* Imol. poſt principium, Bal. *col. 1. ad fin. ad quos ſe remittit* Campeg. *de dot. p. 3. q. 164.*) Bald. Nouel. *priu. 37. & priu. 38.* Corn. *d. n. 5.* & nonnulli alij relati à Nouel. & P. Barboſ. vbi *ſup. n. 29. initio* declarant procedere. niſi mulier, vel eius pater ſocer filiifam mariti, cui pater eandem dotem tradi iuſſit, ſeu mandauit contemplatione ſoliusfilij vel vtriuſq; ſcilicet filij, & patris dotem ſoluerit, ſi enim mulier vel ſocer mariti mulieris tradens dotem filio, licet de iuſſu patris, habuit animum tantum tradendi dotem filio, & eum obligandi, tunc inquiunt, non tenetur pater mulieris ſocer, & ſi habuit animum obligandi vtrumque tunc vterque obligatur ad dotis reſtitutionem pater actione, quod iuſſu, & filius nomine proprio actione de dote ob receptionem, quæ probant per text. *in d. l. ſi pupil. d. §. 1. & addunt* (& idem ſentit Menoc *d. præſ. 14. n. 14.*) quod in dubio, an mulier de iuſſu patris filio dotem ſoluens habuerit animum vtrumq; obligandi, quia in actu traditionis dotis non expreſſerit, ſpeciali fauore dotis, præſumendum eſt habuiſſe animum vtrumq; obligandi, cùm ita interſit mulieris, vt habeat duos obligatos argum. *l. in ambig. pro dot. ff. de reg. iur.* ſubdit etiam Nou. *d. priu. 37. fin.* quod quando filio de iuſſu patris mulier vel mulieris pater ſoluit dotem, ſi ambo ſint præſentes in ſolutione, & receptione dotis, eſſe ſpeciale in dote, vt cenſeantur duo rei debendi in ſolidum, *per l. fin. C. de dot. cauta*, ſecus verò ſi pater non fuiſſet præſens, quando filius recepit dotem, cùm tunc non videantur ſimul contrahere nec vnus cogitare de alio, & quod, quãdo pater, & filius fuerunt præſentes pecuniæ dotalis receptioni, cenſeantur, vt duo rei debendi inſolidum probat P. Barboſ. *in d. §. transſgred. n. 34. v. neque obſtat contraria* ſcilicet, quia cum tunc mulier videatur vtriuſque fidem ſequuta, videntur obligari tanquam duo rei.

Verum ſi volente muliere, vel eius patre tradere dotem ſocero, ſeu patri filijfamilias mariti idem pater iubeat eandem dotem tradidi filio nomine proprio ipſius patris, ſeu tanquam recipienti nomine proprio ipſius patris iubentis, & mandantis, tunc iuxta traditam aſſertionem ſolus pater tenetur ad reſtitutionem dotis inſolidum, & filius dotem recipiens in nihilo (niſi mulier, vel eius pater dotem ei tradens aliter aſtrinxerit fidem ſuam, quo caſu obligaretur per tradita *l. procurator, qui pro euictione, ff. de procuratorib.*) eſt obligatus, quia perinde eſt, ac ſi pater ipſe dotem recepiſſet ipſive patri dos immediate eſſet data iuxta *l. etiamſi, de iure dot.* & tradita *ſup. n. 3. colligitur ex Gloſſa, per textum ibi ver. quid tamen d. l. ſi pupilli §. 2. verbo ex abundanti verſ. & ſi ad certum, aut, vt nuntius ff. de negotiis geſtis*, & tradunt Bald. *in d. §. transſgred.* poſt principium Bald. Nouell. *d. priu. 37. verſ. ſed ſi expreſſit*, & P. Barb. *vbi ſup. n. 18. ver. pro concordia*, qui addit ob eandem rationem, & ſi pater iuſſerit dotem dari filio, vt filius haberet eam nomine proprio, adhuc filium non obligari mulieri, ſed ſolum patrem, quia propter fictionem breuis manus filius a patre, & non a muliere videatur dotem recepiſſe *l. 3. § ſi ſer. ff. de donat. inter vir. & vxor.* & conſequenter idem filius recipiens mulieri non tenebitur, ſed patri per actionem mandati iuxta *l. ſi procuratorem, §. ſi tutoris ver. planè habebunt ff. mandati.* 13

Quod verò Gloſſa, & alij Doctores *n. 12. relati* dicunt, ſcilicet, quod quando iuſſu patris dos filio traditur vterque ad dotis reſtitutionem obligatur, ſi mulier, aut mulieris pater dotem filio tradens habuit animum obligandi vtrumque, debet (vt notauit P. Barb. vbi *ſup. numero 19.*) intelligi, quando, cum tali voluntate mulieris, ſimul concurrat, voluntas patris, & filij iuxta *leg. quemadmodum 47. in princip. ff. de iure dot.* & ſie ſi ſecundum iuris diſpoſitionem patri (quia filius maritus ſit in eius poteſtate, & cum eo habitet) aut filio [qui ſit emancipatus, & ſui iuris, vel ſeorſum à patre habitet] debeat tradi dos, & ſic eorum alterum tantum obligari ad reſtitutionẽ dotis, volũtas mulieris, vel eius patris tradẽtis dotẽ hanc iuris diſpoſitionẽ mutare non poteſt iuxta *l. ſi filia, ff. familia erciſ.* Addit idẽ P. Barboſ. *d. n. 19. verſ. vnde prædicta*, quando dos de iuſſu, & conſenſu patris traditur filio, tunc in fauorem dotis in dubio præſumi mentem mulieris tradentis eam eſſe, vt vtrumque haberet obligatum ad dotis reſtitutionem, & etiam patrem, & filium, eo caſu animum eundem habuiſſe, & in huiuſmodi præſumptione conſiſtere ſpecialitatem dotis, licet ſecus explicet *loco citato* Nouel. Hincque, ait idem P. Barboſ. ſequi quod vterque teneatur in ſolidum, ac ſi eſſent duo rei debendi iuxta *d. l. fin. C de dot. cauta*, & Cornell *loco ſup. n. 12. allegato*, tametſi in praxi credo, quod illa ſpecialitas non admitteretur, nempe, quod vterque iudicaretur in ſolidum obligatus ad dotis reſtitutionem, niſi conſtaret de expreſſa voluntate mulieris, vel eius patris dotem tradentis, quod voluerit virum obligare, & ita in capitulis matrimonialibus communiter apponuntur ſolidi obligationes, & patris, & filij, vt notanit Coſta *de portione rata, q. 21.* & poſt eum Fontan. *de pactis nupt. clauſ. 7. Gloſ. 3. p. 12. n. 55.* qua præſiſtente ceſſant omnes ſupradictæ traditiones, ſeu difficultates, & ſemper vterque, & pater, & filius inſolidum ad dotis reſtitutionem ſunt obligati. 14

Si ſine iuſſu patris dos ſit data filiofam. qua ratione pater obligetur ad dotis reſtitutionem.

Et prædicta quando dos traditur filiofa. marito de iuſſu patris, quod ſi eidẽ filio ſine iuſſu patris tradita ſit, & ab eo accepta, pater nullo modo obligatur ad dotis reſtitut. 15

ex

ex propria perſona, conſtat ex verbis *d.§.tranſgrediamur ſupra n.5.relatis, ibi quod ſi filio data ſit non iuſſu patris, & ex l.ſi filiofamilias,ff.ſol.matr.* in quibus dicitur, patrem hoc caſu tantum de filii peculio, & quatenus aliquid dotis in rem patris verſum ſit, *& ex l.quemadmodum,* vbi dicitur, quod dos data filio in iuſſu patris illove non conſentiente non eſſe eiuſdem patris periculo, vt notatum eſt ſuprà, in hoc igitur caſu pater non tenebitur, niſi de filiufamilias mariti dotem recipientis peculio, & quatenus in rem eiuſdem patris propriam verſum eſt iuxta *d.§.tranſgrediamur, & d.l.filiofam. & etiam l.ſi filia,§.1. in fine,ff. familiæ erciſc.* & Doctores communiter, ipſe ergo filius ſolus dotem accipiens tenebitur actione de dote (*d.l. ſi filiofamilias in princ. dixi quatenus in rem patris propriam verſum eſt*, quia quamuis ea dos data filiofamilias mero iure acquiritur patri ratione patriæ poteſtatis (ſicut aliæ res, quæ per aliquem in poteſtate alterius exiſtentem acquiruntur ei, in cuius poteſtate eſt, *l.placet,79.ff.de acquir.hered.* nihilominus relinquitur in dominio, & adminiſtratione peculij ipſius filij, quaſi in peculium tranſierit, vt conſtat *ex d.l.ſi filiofamilias, & ex l.ex facto fine,ff.de peculio,* & ita mulieri aduerſus ſocerum competit textum actio de peculio, non vero actio de in rem verſo, quæ vt competat oportet verti in rem propriam Domini, quæ ſit extra peculium filij *l.ſi res.§. fin.cum l.leg.ff. de in rem verſo,* quod ſi dos verſatur in rem propriam patris extra filij peculium, competet mulieri actio de in rem verſo, etiamſi ignorante patre quid factum ſit, vt *d.l.ſi filiofam.* & P.Barb.*d.§.tranſgred.n.20. verſ. ſi ergo* & in tantum bona patris non obligatur hoc caſu, quando non iuſſu, quod de peculio ſi cum eodem patre agatur deducetur de peculio, quod patri debetur, vt habetur *d.l.ſi filiofam.* P. Barboſ. *d.§. tranſgred. n. 21.* & Milanenſis *dec.19. n.29. verſ.non iſte ſolus.*

16 Aduertendum autem, quod ſi res dotales extent, tunc non recurritur ad actiones de peculio, & de in rem verſo, ſed pater inſolidum tenebitur reſtituere mulieri, quæ ea ab eo poterit vendicare *l.depoſ.ff.de peculio,* cum non ſit habendus reſpectus ad peculium *Gloſ. in d. l. ſi cum dotem, d.§.tranſgrediamur, verbo ſufficit ff.ſol. matr.ibid.* Barthol.*n.2.*& P.Barboſ.*d.n.20.& in iiſdem reb.vti propriis mulier aliis creditoribus præfertur, l.in reb.C.de iure dot.*P.Barboſ.*loc.cit.*Non extantibus verò rebus dotalibus, recurrendum contra patrem mariti erit ad præfatas actiones de peculio, vel de in rem verſo, & mulieri hoc caſu competit priuilegium, vt præferatur aliis creditoribus peculiaribus perſonales actiones habentibus *d.l. ex facto ad finem,ff. de peculio,& l. 2. cum q. ff. de priuileg. creditorum,* non tamen patri ipſius mariti, ſi enim filius quid eidem patri debeat, hoc imprimis pater deducet ex peculio *§.cum autem inſt. quod cum eo,* in qua deductione nurui præfertur, vt *n.præced. fine* notatum eſt, colligitur ſatis clarè *in d.l.ſi filiofamilias ad finem, ff. ſol.matr.* Qui textus probat id procedere, quando pater per mulierem conuenitur per actionem de peculio, Nã ſi filius conuenitur per actionem dotis, condemnabitur quatenus eſt in peculio, & non fiet deductio de eo, quod filius debet patri, & conſequenter mulier ipſi patri præferetur, vt poſt Barthol. Caſtrenſem, & Imolam *in d.l.ſi filiofamilias* P. Barboſ. *in d.l.ſi cum dotem, d.§. tranſgrediamur,n.21.initio.* Addens quod ob prædictam rationem textus *in l.quẽadmodum,§.1. ff.de iure dot.ſup. n.1.*allegata probant, quod dos tradita filiofamilias ſine conſenſu patris ex periculo mulieris, quandiu pater non habet ratam eam traditionem, quia tunc ex periculo debet fieri ſolutio deducto eo: quod filius patri debebat, ex quo poteſt contingere, quod in effectu dos mulieri pereat.

Si pater tantam fuerit præſens actui traditionis, & receptionis dotis filiofamilias per mulierem, vel eius patrem data, an pater remaneat obligatus pro filio ad eandem dotem reſtituendam.

Sed quod ſi filiofamilias marito per mulierem, vel mulieris patrem dos tradita ſit ſine patris iuſſu, & expreſſo conſenſu expreſſave obligatione eandem dotem reſtituendi, ſed tantum ipſe pater fuerit præſenti traditioni dotis factæ filiæ recipienti, & non contradixerit, an tunc pater ad eandem dotem reſtituendam cum hypotheca bonorum ſuorum tacita remaneat obligatus, ac ſi iuſſiſſet vel expreſſe cenſenſiſſet dotem tradi filio: Prima ſententia plurimorum Doctorum eſt, patrem remanere obligatum, ac ſi iuſſiſſet, vel expreſſe conſenſiſſet dotem tradi filio: Quæ ſententia primò probatur, quia ſi mulier, vel eius pater ſoluit dotem filio præſente vel ſciente patre, & non contradicente, quando idem pater tenetur conſentire, & ſe obligare pro filio, idem pater obligatur in ſolidum pro reſtitutione dotis, nam ſi de iure cogitur pater ſe obligare, ſequitur, quod ex ſimplici conſenſu, ſimpliciter interueniendo ſe obliget per textum *in l.ſi filiusfamilias,ff.de tutelis,* vbi pater quemadmodum conſentiens, quod filiusfamilias gerat tutelam datiuam remanet obligatus, quia pater non ſolùm tenetur conſentire, quod filiusfamilias gerat tutelam datiuam, ſed etiam, & pro eo ſe obligare *l.fin.§.fin.ff.de ſuſpectis tutoribus, l.ſi quis inter,§.fin.ff.de excuſat.tutorum.* Quòd verò pater teneatur pro filiofamilias nubenti obligare ſe, & bona ſua pro dote reſtituenda, videtur communis ſententia de quo infra in peculiari difficultate, an pater cogi poſſit obligare ſe, & bona ſua ad dotis reſtitutionem pro filiofamilias nubenti præſertim cum eodem patre habitanti, & in hoc caſu dotis datæ filiofamilias nubenti ſciente, & præſente patre, qui tenebatur conſentire, & obligare ſua bona pro filio ad dotem conſeruandam, & reſtituendam, patrem remanere obligatum ſenſere Barthol. Bald. Angel. Imola, Caſtrenſ. Cumanus Alexander *in d.l.ſi cum dotem, d.§. tranſgrediamur,* Campeg.*de dot.p.3.q.168.* Corneus *conſ.256.vol.1,* Bald.Nouel.*de dot.p.6.priu.20.* & præter plures alios relatos à P. Barboſ.*in d.l.ſi cum dotem,d.§. tranſgrediamur.n.8.& 9.ff.ſol.matr.*& ab Oſaſco *dec.44.n.8.* iidem Barboſa, & Oſaſcus iiſdem locis, & Gaſpar. Theſaur.*q. for.r.2.q.46.n.3.& 4.*

Secundò probatur eadem ſententia; quia pater fuit præſens actui ſolutionis dotis factæ filiofamilias marito, & non contradixit, cùm tamen poſſet contradicere, & dicere, ac petere ſe velle dotem ſibi ſolui, ne filius illam diſſiparet, ſicut, & poterat non interuenire, ex hac patientia patris, quod dos filio ſoluatur, oritur voluntas, & conſenſus, qui habetur pro iuſſu, vt poſt Hieronymum Leonem *dec.54.* Fontanella *de pact.nupt.clauſ.7. Gloſſa 2.part.2. numer.71.* Theſaurus *d.n.3.* & Neguſan. *de pignor.in 4.memb.2.p.numer.36.* & deducitur ex regula, quod præſentia cum ſcientia rei inducat conſenſum qui ei imputatur, ſi cum recuſare poterit, maluit, vt poſt infinitos alios Maſcardus *de probat. concl.153.* Propter præfatas rationes igitur hanc ſententiam tenent omnes Doctores *numero præcedenti allegati,* cum aliis ab iis relati, Neguſantius, Hieronymus Leo, & Fontanella *locis citatis,* idem Fontanella *dict. clauſul. 7. gloſſ.3.part.11.n.56.* dicens iuxta hanc ſententiam iudicaſſe ſuum Senatum, & in hanc etiam videtur magis inclinare Hodiern.*in addit. ad dec.47.* Surd. *n.4.& ſeqq.* & iuxta hanc ſententiam fuiſſe iudicatum in ſupremo Regni Aragonum conſilio, & etiam per Senatum Valentinum teſtatur Hieron. Leo *de dec.54.* & ex traditis

Corneus

Corneus *d.conſ.* 256.& P.Barb.*d.n.*9.inferunt quod quia quãdo maritus eſt filiusfamilias,& in patris poteſtate exiſtens, quia tunc pater ipſe iuxta iuris diſpoſitionem tenetur dotem recipere, vel conſentire, vt filius illam recipiat, cogique poteſt pro eiuſdem dotis reſtitutione ſe obligare, ſi idem pater conſentit dotem filio eidem dari, ſemper remanet obligatus ad dotis reſtitutionem, etiamſi expreſsè fuerit proteſtatus, ſe nolle teneri pro filio, ſeu ſe conſentire, eo animo, ne remaneat obligatus, quia in his inquiunt, quæ pendent à diſpoſitione legis, proteſtatio hominis nihil operetur, vt Gloſ. *in l.alim.C.de negot.geſt.* & ſæpiùs notaui in tractatione de alimentis. Quam tamen illationem in dubium rectè reuocat Theſ.*d.q.*46.*n.*4. ſi proteſtatio facta eſſet præſente filia, & patre illius: infert quoque P.Barb. *d.n.*9. quod prout pater non tenetur accipere dotem, quando filius maritus eſt emancipatus, vt cólligitur *ex d.§.transgrediamur, in prima illius parte*, & conſtat ex traditis *ſup. n.*2.& conſequenter non tenetur ſe pro dotis reſtitutione obligare, ſi conſentiat filium emancipatum accipere dotem propter ſuum conſenſum non remanebit obligatus iuxta regulam *l. Lucius Tit.ff.de adminiſt.tuto*, & ita etiam ſi pater ſimpliciter conſentiat dotem dari filiofamilias habitanti ſeorſum à patre ob hunc conſenſum non remanebit obligatus iuxta huius ſententiæ Doctores, quia hoc caſu cum ſit eidẽ filiofam. tradenda iuxta notata *ſupr.n.*10.ex P.Barb. ipſe pater non tenetur ſe obligare prõ eiuſdem dotis reſtitutione, de quo in ſequentibus in quæſtione an pater teneatur ſe obligare pro filio ad dotis reſtitutionem.

19 Altera ſententia eſt, quod etſi pater ſit præſens, & ſciens, quando dos filiofam.marito traditur, ſeu ſoluitur à muliere, vel mulieris patre, non obligatur ad dotis reſtitutionem, ſi præter præſentiam non acceſſerit eiuſdem patris iuſſus, quod filio dos daretur, aut expreſſus conſenſus, aut expreſſa obligatio ad eandem dotem reſtituendam pro filio probatur primo hæc ſententia ex textib.*in d.l.ſi cùm dotem, §.transgrediamur, in 2.parte, ff.ſol.matr.* vbi diſtinguuntur tres caſus. Primus, quando dos datur ſocero, ſcilicet patri mariti filiifam.quo caſu obligatur pater: Secundus, quando dos iuſſu patris datur filio, quo etiam caſu pater obligatur: Tertius, quando filius non iuſſu patri recipit dotem, quo caſu pater tenetur ſi cum eo agatur, tantum de peculio, & eo, quo in rem eiuſdem patris verſum eſt: ex quib.conſtat, quod pater mariti filiifamilias non obligatur actione dotis ad illius reſtitutionem, ni vel ipſe dotem receperit, vel eius iuſſu dos ſit filio ſoluta, ſed quando pater ſolum fuit ſimpliciter præſens traditioni, ſeu ſolutioni dotis factæ filio non interuenit eiuſdem patris iuſſus, quia ſola præſentia, & ſimplex voluntas, ſeu conſenſus (dato quod aliqualis ex illa præſentia oriatur) non eſt iuſſus, cũ aliud ſit iubere aliquid fieri, aliud eſſe præſentem vbi aliquid ſit *l.*1.§.1.*ff. quod iuſſu*, vbi iuſſus definitur. Imo *ibid.* §. 2. dicitur, quod fideiubendo Dominus pro ſeruo non videtur iuſſiſſe, & etiam aliud ſit iubere, aliud conſentire vt Gloſ.*in d.l.ſi verbo, ſi ratum habuerit*, ibi *non agnouit pater ſed conſenſit* Boër. *dec.*221.*n.*10.& Doctores *in l. ſi quis mihi bona, §.iuſſum, ff.de acquir.hered.* Atque patris iuſſum non idem eſſe cum ſimplici conſenſu probat textus ſupraallegatus *in d. l. Lucius Tit. ff.de adminiſtr. tutor.*& conſequenter conſenſus patris non obligat, ſicut iuſſus *d.l.Lucius Titius*, & latè Boër. *d.n.*10. & Milanenſ.*dec.*19.*n.*26.*& ſeqq.*& Manent.*dec. Mantu.*52.*n.*11.*& ſeq.* vbi expreſſè dicit quod non iubet, qui conſentit, cum iuſſus expreſſus requiratur ad hoc, vt pater teneatur actione, quod iuſſu, id quod etiam notat Oſaſc.*dec.*44.*n.*15. Quapropter ſimplex interuentus patris ſolutione dotis ſimplexque conſenſus, quem talis interuentus facit præſumere, & quilibet ſolus conſenſus ſine iuſſu, aut expreſſa obligatione pro filio dotem reſtituendi cenſetur adhibitus potius ad integrandam perſonam filij, quàm vt voluerit pater ſe obligare ad dotis reſtitutionem, vt Merchieſell.*q.*74.*n.*10.relatus ab Hodiern.*in d.Addit.ad dec.*47.Surd.*n.*2.& Molfeſ. *ad conſuet. Neap. tom.*1. *p.*4. *de renunt. q.*19. *n.*23. ſecundo probatur hæc ſententia per text.*in d.l.ſi filiofam.ff.ſol.mat.* vbi ſi filiofam. dos data eſt in iuſſu patris, ipſe filius tenetur actione de dote, pater autem de peculio deducto eo, quod eidem patris ex eodem peculio debetur *vt ſupr.n.*17.notatum eſt. Tertiò probatur à Surd. *d.deciſ.*47.*n.*3.quia ſola præſentia in præiudicialibus non inducit conſenſum iuxta communem Doctrinam iuriſperitorum *in l.quæ dotis, ff.ſol.mat.* ergo multò minus inducet obligationem. Pater igitur iuxta hanc ſententiam in hoc caſu obligatur mulieri ſolum de peculio, vel de in rem verſo iuxta tradita *n.*17. Hanc ſententiam tenent Alberic.*in l.ſi cum dotem, §.transgrediamur, n.*5.*ff.ſol.matr.*Surd. *d.dec.*47.*n.*3. Milanenſ.*d.dec.*19.*n.*21.*& ſeqq.*Molfeſ.*d.p.*4.*q.*19.*n.*21. *& p.*7.*de iure quartæ quæſt.*3.*n.*11. Marchieſell. & Monent. *locis ſupra allegatis*, & nonnulli alij à Milanenſ.*d.dec.*19.*n.*31.*&* 32.relati, & hæc ſententia de rigore iuris videtur, licet contraria videri poſſit æquior, ſeu magis conformis æquitati ne mulier, quę ſoluit dotem filio in præſentia patris non contradicentis, quæ videtur facere præſumptionem ſimplicis conſenſus, tali præſentia, & conſenſu decipiatur, ſi dem pater filij mariti non teneatur mortuo filio dotem ſibi reſtituere, & ſic maneat indotata, vel eius pater debeat eam iterum dotare: quamuis dici poſſit, quod ſibi id debeant imputari mulier & eius pater, quod marito filiofamilias dotem tradiderint ſine iuſſu aut expreſſa patris obligatione eam reſtituendi. Neque huic ſententiæ obſtant fundamenta ſeu argumenta adducta ad priorem ſententiam probandam. Non primum *n.*17. adductum, tum quia valdè controuerſum eſt, an pater teneatur, & cogi poſſit ſe obligare pro filia, etiam ſi filiofam.& ſecum habitanti ad dotem vxoris filij reſtituendam, de quo *infrà* tum quia dato quod teneatur ſe obligare, non ſequitur, quod ex ſola præſentia in actu ſolutionis dotis factæ filio reſultet talis obligatio ob textum *in d.l. ſi.ff.de ſuſpect.tuto.* cum non ſit certum diſpoſitionem *d.l.ſi.* poſſit trahi ad hunc caſum, eo quod ex *d.§. transgrediamur in* 2.*part.* & *ex d. l.ſi filiofam.* conſtat vt pater teneatur ad reſtitutionem dotis requiri, vel vt ipſi patri tradatur dos, vel detur filio iuſſu patris, qui iuſſus ex ſola præſentia actui ſolutionis dotis non cenſentur interuenire, vt probatum eſt; & ſi in iuſſu patris filiofam.detur, patrem teneri ſolum de peculio filij, aut de in rem verſo; Non etiam obſtat ſecundum argumentum *n.*18.adductum, cum iam probatum ſit ex ſola illa patris præſentia non induci iuſſum, neque conſenſum ipſum ad illum obligandum ad dotis reſtitutionem. Dixi autem in propoſitione huius ſententiæ *ſi expreſſus conſenſus patris interuenerit, quod filio dos daretur.* Nam ſi conſenſiſſet expreſſè quod dos filio ſolueretur eum tunc obligari pro filio ad dotis reſtitutionem præter Fontanel.*d.gloſ.*2.*p.*2. *n.*22. (vbi dicit eſſe rem extra difficultatem) tradunt Molfeſ.*d.q.*19.*n.*21.*& d.q.*4.*n.*12. & Hodiern.*in d. dec.*47.Surd. *n.*1. Qui Doctores huius ſecundæ ſententiæ negantes conſenſum ſolum patris, quod dos filio ſoluetur non ſufficere, vt idem pater teneatur pro filio ad dotis reſtitutionem intelligit, de ſimplici, & tacito conſenſu, qui præſumitur ex ſola præſentia actui traditionis dotis factæ filio, non de expreſſo conſenſu, ſcilicet quando pater expreſſè per verba clara exprimit ſe conſentire dotem filio dare. Nam

huiuſmodi

huiuſmodi expreſſus conſenſus videtur æquiualere iuſſui,& denotare voluntatem ſuam eſſe, vt filio dos ſoluatur,& ſic tenetur pro filio, & omnia eius bona remanent obligata pro dotis reſtitutione, vt Molfeſ. *d.q.4. n.12.* notat, & in caſu huius expreſſi conſenſus loquitur Gaſp. Ant. Theſaurus *d. q.46.* vbi enim loquitur in caſu in quo dos patri, & filiofam. fuerat promiſſa per mulierem, & patrem, qui pater & filius promiſerant reſtituere in forma , & ſolutio dimidiæ partis facta fuerat patri, & altera pars filio viuo patre, & fuit dubitatum , an mulier haberet actionem, ſeu regreſſum contra ſocerum, ſeu patrem mariti(qui non erat ſoluendo) pro illa parte ſoluta filio marito & reſoluit Theſ. patrem fuiſſe in ſolidum obligatum ad reſtitutionem dotis etiam pro parte peruenta ad filium, ex quo & patri , & filio ſimul dos fuerat promiſſa , & idem pater etiam promiſerat vnà cum filio dotis reſtitutionem , & ſic expreſsè conſenſerat dotem traditam filio quàm ſibi, & iniquum eſſet mulierem, ſeu nurum , vel eius patrem decipi ex conſenſu ſoceri , ſi non teneretur mortuo filio non ſoluendo (qui erat in eius poteſtate,& cum illo habitabat) ad dotis reſtitutionem: nam mulier ex ſua bona fide priuaretur dote, vel pater eius iterum eam dotare teneretur; & ſic addit Theſaur. cenſuiſſe ſuum Senatum, nempe quòd nurus poterat repetere dotem à ſocero in ſolidum.

Si filius fuerit præſens ſolutioni dotis factæ patri non obligatur pro dote reſtituenda.

20 Ex traditis infertur, quod ſi præſente ſciente,& vidente filio pater reciperet dotẽ quam nurus, aut eius pater ſibi eodem filio præſente ſolueret, multò minus remaneret filius obligatus , neque eius bona eſſent obligata pro dotis reſtitutione, ſed ſolus pater, vt latè Surd. *d. dec.47.* vbi dicit ita fuiſſe deciſum à Senatu Mantuano,& poſt eum Fontanel. *d.p.2.n.73.* & Hodiern. *ad.d.dec.* Surdi *n.13.* nec in hoc caſu militare poteſt fundamentum *ſupr.n.17.* adductum pro prima ſententia ; cum certum ſit, quod filius non tenetur ſe obligare pro dote, quam pater recipit,& ſi valdè controuerſum eſt, an pater teneatur obligare ſe , & bona ſua pro reſtitutione dotis, quam filiusfamilias recipit, de qua controuerſia infra.

Si pater interueniat , & ſimpliciter conſentiat matrimonio filiifamilias, an ipſo iure obligetur pro filio ad dotis reſtitutionem.

21 Præterea quoque & ſi Alex. *in d.l.ſi cum dotem, d. §.transgrediamur,n.5. ff.ſol.matr.* Palacius *in rub. de don.inter vir.& vxor.§.21.n.17.* plures alij Iuriſperiti, quos Surd. *dec.62.n.33.* refert, & ſequitur, inter quos etiam enumeratur Barthol. *in d.§. transgrediamur,n.51.* (licet P.Barb. *in d.§.transgrediamur,n.33.* dicat Barthol. *n.6.* non contradicere contrariæ ſententiæ (Fontanel. *de pact.nupt.clauſ.7.Gloſ.3.p.11.n.56.* & Molfeſ. *ad conſ.Neap.tom.2. conſ.28 n.4.* (dicens eſſe veram concluſionem) aſſerant, quod pater interueniendo,& ſimpliciter conſentiendo matrimonio filiifamil propter hunc interuentum,& conſenſum ipſo iure cenſeri obligatum pro dote filio data conſeruanda,& reſtituenda, quia ex quo interuenit,& conſenſit matrimoniu filij, tacitè videatur pro eo ſe obligare: cum enim (inquiunt) pater teneatur ſe obligare pro dote filiofam. data iuxta tradita *ſupr. num.17.* & DD. *ibidèm* relatos, habetur ea obligatio pro inducta, quod effectum eo ipſo quod pater fuit præſens , & conſenſit matrimonio filij.

Nihilominus longe verius eſt, patrem ex eo ſolum quod ſit præſens,& conſentiens matrimonio filiifam. non obligari pro eodem fillo ad dotis reſtitutionem, prout ſentiunt Curt.ſen. *conſ.133.n.5.* Negui. *de pign. d.memb.2.p.n.36.* alij relati à P.Barb. *d.n.33.* idem P. Barboſ. *ibid.* Milaneſ. *d.dec.19.n.33.*& alij Doctores *n.19.* pro ſententia ibi propoſita relati, & præter tradita *eodem numero 19.* quod ad hoc, vt pater teneatur pro filio ad dotis reſtitutionem , non ſufficit ſola præſentia,& ſimplex conſenſus, ſed requiritur iuſſus, vel expreſſa obligatio : probatur , quia etiam iuxta Doctores modo allegatos , & etiam alios tenentes ſententiam , de qua *ſupra n. 17.* vt pater pro filio ad dotis reſtitutionem obligetur , non ſufficit eiuſdem patris conſenſus in matrimoniu ſolus, ſed requiritur etiam conſenſus in receptione dotis, quæ ipſi filio datur. Poteſt enim pater conſentire matrimonio, & tamen propter iuſtam cauſam recuſare , quod illi dos traditur, ac proinde exigitur etiam, vt traditioni dotis factæ filio pater conſentiat , vt pro filio obligetur, vnde ſi pater vellet ſibi dotem conſignari,& filius recuſaret, non cogeretur pater ſe obligare , data etiam ſententia, quod aliàs teneatur ſe obligare , vt Negusantius *d.n.36.* & Nouellus *de dote, p.6. priuil. 20. n.6.* loquentes etiam in filiu emancipato , licet contrarium ſentiat P. Barboſa vbi *ſupr.n.32.* de quo infrà *num.59.*

Quando pater, & filius ſimul in eodem inſtrumento confitentur ſe recepiſſe dotem à muliere, vel eius patre, vtrum erga mulierem , vel eius hæredes quilibet eorum ad dotis reſtitutionem teneatur in ſolidum, vel tantum pro virili.

Sed quid ſi pater , & filius in eodem inſtrumento confeſſi ſunt, ſe ab vxore filij, vel vxoris patre recepiſſe dotem , & promiſerunt reſtituere , an quilibet eorum ad dotis reſtitutionem , erga vxorem vel eius hæredes teneatur ſeu obligati ſint in ſolidum , vel tantum pro virili, ſeu parte dimidia, in praxi vix poteſt eſſe locus huic difficultati , cum communiter in capitulis matrimonialibus ſoleant expreſsè poni ſolidi obligationes & patris, & filij de dote reſtituenda, vt ſupra notatum eſt ; nam licet admittatur fideiuſſor de dote conſeruanda,& reſtituenda, neque etiam pater iuxta plures Doctores(de quo infrà §.6.)tamen patrem & filium , poſſe in ſolidum ex conuentione pro reſtitutione dotis obligari conſtat ex traditis *ſupra num.12. & 14.* & tradunt Doctores *ibid. relati,* Salicetus, Baldus,& alij *in leg. finali, C.de dote certa non num.* & alios allegantes P. Barboſ. *in d. §. transgrediamur, numero 38.* & Æeringius *de fideiuſſ. capite 6. num. 151.* de quo etiam infra *dict.§.6.num.58. & ſeqq.* ſed ſi huiuſmodi ſolidi obligatio non fuerit appoſitæ.

Prima ſententia(cuius mentionem facit Bald.Nouell. *de dote,p.7.priuil.38.initio*) eſt quod quilibet 22
ſcilicet, tam pater quàm filius ſit mulieri, vel eius hæredibus obligatus in ſolidum , & cenſeantur duo rei debendi in ſolidum qui(vt infrà probatur) poſſunt in dote conſtitui, licet non poſſint in eadem fideiuſſores, quæ ſententia probatur per text. *in l. fin. C.de dote, cau.non num.* intelligendum illum text. quod ibi pater,& filius ſimul obligati pro dote fuerunt facti duo rei debendi , & huius ſententiæ idem Nouel. dicit eſſe Cyn.& Bald. *in d.l.fin.* addit etiam hæc idem videri ſentiſſe Barthol. *quatenus in l.ſi conſtante, §.quoties ff.ſolut matr.* intelligit *d.l.fin.* quod ibi filius cum patre recipiendo dotem cenſentur facti duo rei debendi in ſolidum. Huiuſmet ſententiæ patremque,& filium ſimul confitentes ſe dotem recepiſſe eſſe duos reos debendi in ſolidum fuiſſe Iacob. de Aræna *in d. leg.*

l. ſi conſtante, refert Menochius *de præſ. lib. 3. præſumpt. 14. n. 9.* pro eadem ſententia videtur ſtare, & Gaſpar Anton. Theſaurus *quæſt. for. lib. 2. quæſt. 46. qui num. 4. verſic. nec obſtat quid dicitur*, ait non obſtare quod infra *n. 26.* iuxta tertiam ſententiam dicitur de parte ciuili ſeu dimidia, & quod videantur pater, & filius duo rei, illud enim dicit intelligi, quando ambo exiſtunt ſoluendo, ſecus ſi filius nihil habeat.

23 Secunda ſententia eſt, quod quando pater, & filius in inſtrumento ſimul confitentur ſe dotem recepiſſe, ſi ſolus pater adminiſtrabat, ſeu gubernabat filium, & omnia bona, tunc ſolus pater in ſolidum tenetur, cùm præſumatur ad eum totam dotem perueniſſe, ſi verò, è contra filius ipſe ſolus adminiſtrabat, & gubernabat bona (quia forte pater erat, ſenex, vel ipſe filius erat mercator, & induſtrioſus ſolus filius in ſolidum ad dotis reſtitutionem tenetur, cùm pariter ad eundem filium totam dotẽ perueniſſe præſumatur. Quod ſi vterque, & pater, & filius adminiſtrabat bona, & gerebat negotia domus, quia vterque conſueuerat recipere, & impendere pecunias, quæ eis numerabantur, tunc quilibet tenetur pro virili, ſeu dimidia parte ad dotis reſtitutionem, cùm tunc tam ad filium, quàm ad patrem dotem perueniſſe præſumatur, & ſic æquali portione; demum ſi non conſtet apertè quis eorũ gubernaret, & adminiſtraret bona, & negotia domus, in dubio præſumendum patrem, & non filiu adminiſtraſſe, & ad illum dotalem pecuniam totam perueniſſe, & ſic ad eius reſtitutionem in ſolidum teneri, ita Cynus *in l. ſi cùm dotem §. tranſgrediamur ff. ſol. mat. ibid.* Angel. & Alexander, Craueta *con. 91. n. 3.* Oſaſc. *dec. 44. per totam* Surd. *dec. 47. n. 6. & con. 290. n. 18.* Molfeſ. *ad conſuet. n. pt. tit. 1. p. 7. q. 3. n. 12. & 13. & tom. 2. p. 7. in addit. ad q. 2. n. 5.* & alij à Craueta *d. con. 91. n. 9.* Oſaſco *d. dec. 44. n. 4. & 5.* & P. Barboſ. *in d. §. tranſgrediamur n. 37. initio relati.* Qui omnes aſſerunt in hoc caſu ſimultaneæ confeſſiones in eodem Inſtrumento de dote recepta à patre, & filio factæ patrem inſolidum ad illius reſtitutionẽ teneri, ſi ſolus adminiſtrabat bona, & negotia domus, eo quod tota dos præſumitur ad eum ſolum perueniſſe, & quod ad patrem gubernantẽ, & adminiſtrantẽ præſumatur, totã dotem perueniſſe probatur argumento à ſolitis, & à communiter accidentibus quod valere tradunt communiter ſcribentes *in l. certi condictio §. ſi nummeros ff. ſi certũ pet. Gloſſa l. neque natales C. de probat.* Euerardus *loco à ſolitis*, Menoch. *d. præſ. 14. n. 13.* & alij à P. Barboſa *loco ſup. cit. allegati.* At ex vſu conſtat pecuniam dotalem, ſicut & aliam conſueuiſſe peruenire in manibus patrisfamilias qui negotia domus gerit, & adminiſtrat, ac proinde idem in hoc caſu dicendũ eſt, quod & confirmatur, tum quia, cùm ipſe pater adminiſtrator domus ſuſtineret matrimonij onera in alendis filio, nuru, & familia, præſumi debet voluiſſe apud ſe eſſe pecuniam dotalem, qua onera matrimonij ſuſtineret, tum quia ad eundem patrem, dum filiusfam. cum eo commoratur, ſpectat vſusfructus bonorũ dotaliũ, atque adeo præſumendũ nõ voluiſſe pecuniam dotalem eſſe apud filium, atque ita perdere vsũfructum *arg. l. cum de indebito ff. de probat.* confirmatur etiam, quia ſi maritus, & vxor fateantur recepiſſe pretium rei dotalis venditæ, totũ pretiũ præſumitur perueniſſe ad maritũ, qui vxorẽ gubernat, & adminiſtrat, & onera matrimonij ſuſtinet, vt latè poſt alios Oſaſc. *d. dec. 44. n. 5. & 6.* Et ſic etiamſi maritus, & vxor, & etiam filius in eod. Inſtrumento confeſſi ſint recepiſſe dotem vxoris eiuſdem filij, ad ſolum maritum cenſeri perueniſſe totam dotem, nihilque filium, & vxorem ex ea habuiſſe, eoſq; ſolum pro mariti, & patris reuerentia, præſumi interueniſſe in tali dotis receptione tradit Molfeſius *d. p. 7. citata quæſt. 3. n. 12. & 13.* proinde aſſerens ſolum patrem in ſolidum teneri ad dotem integram reſtituendam, ſi ſit ſoluendo, & ſi non ſit ſoluendo potius teneri filium, quàm matrem, quia ipſe iuuari poſſet be-neficio Vellian. de quo *ſupr. c. 9.* & quod in hoc eod. in caſu ſimultaneæ confeſſionis patris, & filij de dote recepta tota dos præſumetur perueniſſe ad patrem, ſi ſolus adminiſtrabat ſentiunt etiam Bald. Nouell. *de dote p. 6. priuil. 6.* & Menochius alios allegans *d. præſ. 14. n. 1. & 15. fine* vbi poſt relatos Doctores aſſerentes etiam in hoc caſu, quando ſolus pater adminiſtrabat, bona, & negotia domus præſumi pecuniam dotalem perueniſſe pro dimidia ad patrem, & pro altera dimidia ad filium (qui Doctores referuntur in ſequenti ſententia tertia) iuxta regulam generalem *l. reos §. cum in tabulis ff. de duob. reis*, reſpondet, quod etſi quando pater, & filius ſimul confitentur dotem recepiſſe, verborum rigor, & proprietas ſignificet ad quemlibet eorum perueniſſe partem virilem, ſeu dimidiam, nihilominus contrariis coniecturis ad ſolitum, & æquitatem ab ea recedendam eſſe & attenta æquitate eandem præſumptionem approbat Boerius *decis. 23. n. 11.*

Quod ſi filius ipſe gubernabat, & adminiſtrabat bona, & negotia domus, tunc pecuniam dotalem, quam ipſe, & pater ſimul confiſi ſunt recepiſſe, præſumi in totum perueniſſe ad eundem filium probat iuxta eoſdẽ Doctores præfatũ argumentum a ſolitis, & cõmuniter accidentibus, & quia cùm dos ipſi filio tanquam marito acquiritur conſtante matrim. iuxta *l. doce ancillã C. de rei vendic.* & alibi *ſup.* notatum eſt, præſumendum eſt, quod ipſemet receperit, & apud ſe retinuerit dotẽ; & præter Cynũ, Angelũ, Alexand. Oſaſc. & alios præallegatos, ita ſentiunt etiam Campeg. *de dot. p. 3. q. 169.* Curtius ſen. *conſ. 54.* & Menoch. *d. præſ. 14. n. 5. & trib. ſeq.* & ita vbi conſtat vel præſumi debet, dotem totam perueniſſe ad filium, tunc non poterit filius ipſe ante ex bonis hæreditatis patris illam percipere, niſi doceat in communem patris, & filiorum vtilitatẽ verſam fuiſſe, vt poſt Caball. *conſ. 62. n. 7. & 8.* & Manent. *dec. Mant. 52. n. 20. fin.* Hodierna *ad dec. 47.* Surdi *n. 11.* 24

Si verò tã pater, quã filius, qui ſimul confeſſi ſũt dotẽ recepiſſe pecuniã dotalẽ gerebant, & adminiſtrabant bona, & negotia domus æqua portione, ſeu pro parte virili, & dimidia ad patrẽ, & filiũ perueniſſe, & ſic pro ſua portione quẽlibet eorũ ad reſtitutionẽ eſſe obligatũ, probatur per dictũ textũ *in d. l. reos §. cũ in tabulis* de quo in ſequenti ſententia, cùm nulla ſit ratio, & coniectura ſuadens totam dotem ad alterutrum eorum perueniſſe, & ita etiam præter Cynum, Angelum, Alexandrum, Oſaſcum, & alios allegatos Menochius *dicta præſ. 14. n. 16.*

Denique quo in dubio (ſcilicet vbi non conſtat, quando pater, & filius ſimul confeſſi ſunt dotem recepiſſe, vter eorum gubernaret, & adminiſtraret bona] præſumi debere patrem tunc gubernaſſe filium, illique alimenta præbuiſſe, & adminiſtraſſe negotia domus, probatur pluribus ab Oſaſco *dicta dec. 44. n. 3. & 4.* ſcilicet tum argumento à communiter accidentibus ſecundum enim communem contingentiam patres-familias filiorum bona adminiſtrant tum quia regulariter patri acquiritur vſufructus bonorum; quæ filiusfam. acquiſiuit, vt *ſupr.* dictum eſt, ac proinde non præſumitur voluiſſe ſe priuare tali vſufructu, vt pariter *ſup.* notatũ eſt, Tũ demũ, quia, quod filiusfam. ſe ipsũ gubernet, & bona adminiſtret, eſt quid facti, ideoq; nõ præſumitur, niſi probetur, cũ alioqui pater filiũ fam. educat & gubernet iuxta naturæ inſtinctũ, non è contra *inſtit. de iure natur. gentium in princip.* & iuxta hanc ſententiam ſecundam, & Doctores pro ea allegatos in huiuſmodi dubio ſolus pater in ſolidum erga mulierẽ, vel eius hæredes tenebitur ad reſtitutionem dotis, quem ipſe, & filiusfam. ſimul in eodem Inſtrumento recepiſſe confeſſi ſunt. 25

Tertia, & vltima ſententia (quæ eſt magis cõmunis) eſt, quod quando pater, & filius in Inſtrumento eodẽ confitẽtur ſe dotẽ accepiſſe, quẽlibet eorũ præſumi recepiſſe partẽ, ſeu dimidiã, & erga mulierẽ, vel eius hæredes ad 26

dotis reſtitutionem obligari tantum pro parte virili, ſeu dimidia, ſiue pater ſiue filius gubernet, & adminiſtret bona,& negotia domus,niſi expreſsè actum ſit,quod ſint duo rei debendi in ſolidum ,itaDynus,Petr. Raynerius, Barthol. Bald. Romanus,Imola *in d. l. ſi cùm dotem d. §. transgrediamur ff. ſol. mat.* ijdem Dynus,Petr.Raynerius, Bald. Roman. Barthol. *in l. ſi conſtante in pr. ff. eod.* Bald. Nouell. *de dot. p. 7. priu.* 38. Campegius *de dote part. 3. quæſt.* 169. Tiraquellus *lib. 1. de retract. §. 32. Gloſſa vnica num. 4. & ſeqq.* Boërius *d. deciſ. 23. num.* 10. Menoch. *d. præſumpt.* 14. *n.* 1. Surdus *d. dec. 47. n. 9.* & latius *conſ.* 150. *n.* 34. & 35. P. Barboſa *d. l. ſi cùm dotem d. §. transgrediamur n. 35. verſic. ſed videndum eſt*, & plurimi alij ac eodem P. Barboſa *ibid.* à Boërio, Surdo,& Menochio *d. n. 1. & n. 15. relati*, probatur hæc ſententia euulgata regula *l. reos §. cum tabulis ff. de duobus reis*, vbi in dubio plures obligati cenſentur pro virili, & dimidia tantum parte,non autem in ſolidum,niſi id fuerit expreſſum(*cum tabulis, inquit textus, eſſet comprehenſum, illum, & illum centum aureos ſtipulatos, neque adiectam, ita vt duo rei ſtipulandi eſſent, virilem partem ſinguli ſtipulari videbantur)* neque contrarium reperitur in iure cautum in contractu dotis nihil etiam refert, quod poſt factam à patre, & filio ſimultaneam confeſſionem in eodem inſtrumento dos tota peruenerit, vel præſumi debeat perueniſſe ad alterum eorum , vt debeat alter tanta cenſeri in ſolidũ obligatus erga mulierem, aut eius hæredes ad dotis reſtitutionem, nam cùm ex verbis Inſtrumenti ſolutionis, & confeſſionis receptæ dotis iuxta regulam iuris cõſtet dotẽ pro virili,ſeu dimidia parte fuiſſe cuilibet eorum traditam , etiamſi ex poſtfacto partem ſuam filius conceſſerit patri , vel è contra, non ob id reſpectu mulieris debet augeri obligatio,ſed tantum ille,qui tradit partem ſuam , vel iuxta tradita *ſup. n.* 13. 14. & 15. præſumi debet tradidiſſe,habebit actionem aduerſus accipientem,ſeu eum,ad quem dos iuxta communiter accidentia,& alias rationes adductas *d. n.* 13. 14. & 15. perueniſſe præſumitur,vt eum indemnem ſeruet, vt Imola, & Alexander *in d. §. transgrediamur* P. Barboſ. *ibid. n.* 37. & latiſſimè Menoch. *d. præſ.* 14. *n.* 5. 6. 7. 8. 11. & 15. *fine*,qui etiam *n.* 1. hanc ſententiam,& quod pater,& filius ſimul confitentes recepiſſe dotem,pro virili tantum receperint,& obligati ſint erga mulierem,confirmat hac ratione, ſcilicet voluit mulier dotem vtrique numerari, & ab vtroque eorum confiteri, quo magis ſibi cautum eſſet, ac proinde non habet illa quærere, & diuinare in cuius arcam coniecta fuerit pecunia illa dotalis, & licet Roman. *in d. §. transgrediamur, n.* 16. (vt notant Bald. Nouell. *d. priu.* 38. Campeg. *d. q.* 19. & P. Barboſa *d. n. 37. verſ. qua etiam ratione*)dicat , quòd ſi appareat , vel præſumptionibus (de quibus *ſup. n. 23. & duob. ſeqq.*) probaretur totam dotem perueniſſe ad manus alterius, nempe,patris vel filij,& ſi Inſtrumentum cantet, quod ambo receperint dotem,tamen à muliere vel eius hærede repetente dotem debebit prius excuti ille, ad quem tota dos peruenerit, expenſis tamen alterius dicentis totam dotem peruentam ad alterum, per notata *in l. inde quæritur, ff. commodati*,& per Doctrinam Barthol. *in l. 3. §. fin. n. 15. ff. de duobus reis*. Nihilominus cùm in præſenti ſpecie,ſeu caſu ex verbis Inſtrumenti iuxta allegatam regulam *in d. §. cum in tabulis* , quilibet eorum teneatur tantum pro virili parte,& ſic etiam mulier,quæ tradidit dotem,non habeat actionem aduerſus quemlibet eorum, niſi pro virili,non poteſt mulier, vel eius hæres dotem repetens prius executare alterum eorum , licet ex poſt facto pecunia dotalis,ad vnum peruenerit,ita poſt alios Nouell. Campeg. *locis citatis* , & ad textum *in d. l. inde quæritur*, & Doctrinam Bartholi reſpondent procedere in duobus reis in ſolidũ obligatis, & ſi res ad vnam ſolum peruenit , non vero quando quilibet tenetur tantum pro parte, ſeu virili, vt in præſenti.

At verò ad *l. fin. C. de dote cauta non num. ſupr. n. 22. allegata*, ad probandum patrem, & filium cenſeri duos reos debendi in ſolidum. Reſpondetur, quod ex verbis *d. l. habetur quidem*, duos poſſe recipere dotem , & pro eius reſtitutione obligari, nihil tamen ibi dicitur, quod quilibet ſit obligatus in ſolidum,vel pro virili,ſed quod quilibet habeat exceptionem non numeratæ dotis , ita Bald. Nouell. *d. priu.* 38. & Mantica *de tacit. & ambig. conu. tom. 2. l. 15. tit. 2. n. 9.* reſpondet ex Bartholo *d. l. fin.* intelligi duos poſſe dotem ſuſpicere , & eſſe obligatos, tamen pro virili parte iuxta *d. §. cum in tabulis*, nec ibi dici in dote duos reos debendi vel promittendi in ſolidum poſſe conſtitui. 27

Ex quibus licet colligere mulieres,& eos,qui illarum partes agunt in contractu matrimonij , ſeu in capitulis matrimonialib. debere cautè procedere in ſoluenda, ſeu tradenda dote marito filiofamilias, & mariti patri, efficiendo , vt obligatio ſolidi ab vtroque fiat expreſsè, & apponatur in Inſtrumento ſolutionis,& receptionis dotis,ne mulier,vel eius hæres in dotis petitione damnum patiatur. Nam ſuppoſita tertia ſententia magis recepta, & veriori,quod pater, & filius ſimul confitentes in eodem Inſtrumento , ſe dotem recepiſſe tantum pro virili erga mulierem,vel eius hæredes ſint obligati,ſi vnus efficitur non ſoluendo,non poterit conuenire alterum niſi pro ſua parte dimidia,ſeu virili portione ſuppoſita autẽ ſententia prima , quod pater & filius cenſerentur obligati in ſolidum vt duo rei debendi,etiamſi vnus efficiatur non ſoluendo mater,vel eius hæres ſoluto matrimonio habebit actionem totalem contra alterum,illumque conuenire poterit pro totius dotis reſtitutionẽ, an verò ſi vterque vel eius hæres ſit ſoluendo,mulier, vel eius hæres habeat electionem conueniendi in ſolidum,quem maluerit, reſoluendum iuxta tradita *l. creditor , & ſeq. auth. Hoc ita C. de duob. reis*, vbi dicitur,quod creditor habens duos reos obligatos in ſolidum , ſi vnus eorum ſit inops, vel abſens,poteſt in ſolidum exigere dotem ab altero,ſi vero vterque ſit præſens,& ſoluendo, ambo ſimul ſunt per iudicem cogendi ad ſolutionem, vt quilibet ex æquo condemnetur : Et quando vnus tantum coactus eſt ſoluere integrum debitum, quia alter inops, vel abſens,poteſt agere contra alterum correum pro exactione medietatis debiti à ſe ſoluti, de quibus Gloſſa *in d. auth. Hoc ita.* 28

An verò quando conſtante matrimonio ob vrgentiam mariti ad inopiam promiſſum eſt repetere dotem iuxta *l. ſi conſtante 25. ff. ſol. mat.* mulier quæ habet obligatos maritum , & ſocerum , qui ſimul confeſſi ſunt in eodem inſtrumento recepiſſe dotem , ſi alter eorum ſit effectus non ſoluendo,poſſit dotem repetere eodem matrim. conſtante ab altero , qui eſt ſoluendo nec cogatur expectare,quod matrimonium ſit ſolutum,de hac re latè agit P. Barboſ. *in d. l. ſi conſtante in pr. ff. ſol. mat. n. 106. cum plurib. ſeqq. & d. n.* 106. ſi quilibet tenetur pro parte ſua iuxta tertiam ſententiam,& regulam *d. l. reos §. cum in tabulis ff. de duob. reis* , dicit tanquam certum,quod ille,qui non eſt ſoluendo , poteſt conſtante matrimonio conueniri pro ſua parte ad dotis reſtitutionem, alter verò, qui eſt ſoluendo non poteſt conueniri pro ſua parte, quia infortunium alterius ei nocere non debet per textum *in l. ſi vnius §. ante omnia ff. de pactis*,& Doctores, quos *ibidem* allegat , ſi verò quilibet eorum ſit obligatus in ſolidum, quia in inſtrumento ſolutionis dotis factæ vtriuſque id expreſſum ſit,vt vterque in ſolidum ad dotis reſtitutionem teneretur , idem Petr. Barboſa reſpondit tribus concluſionibus,quarum prima (quam habet *d. n. 106. fine*) eſt, quod ſi vxor conſtante matrimonio velit conuenire ad dotis reſtitutionem illum , qui effectus eſt non ſoluendo poteſt iuxta *dict. leg. ſi conſtante* , ſecunda concluſio (quam habet *n. 109. verſicul. ſecunda* principalis) eſt , quod ſi vxor velit conſtante 29

matrimo

matrimonio conuenire reum, qui eſt ſoluendo propter illum, qui effectus fuit non ſoluendo, non poteſt id facere, tum quia hoc caſu verba *d. l. ſi conſtante* non conueniunt, cum qui conuenitur, ſit ſoluendo, tum quia ſit regula, quod correi factum regulariter alteri correo non nocet *l. mora, §. penult. ff. de vſuris*. Tertia concluſio (quem idem P. Barboſa habet *n. 112. verſ. vltima concluſio*) eſt, quod ſi prædicti obligati erga mulierem in ſolidum non ſolùm ſint duo rei ſed etiam ſocij, tunc propter inopiam vnius alter conſtante matrimonio à muliere conueniri poteſt, quia quando correi ſunt ſocij, tunc factum vnius ſine inopia alteri nocet *l. penult.* (attento communi intellectu) *ff. de duobus reis*, & ſic inopia correi alteri correo, & ſocio nocebit, vt ipſe conueniri poſſit propter inopiam alterius quantumcunque diues. Prædicta P. Barboſa, quæ latius ipſe proſequitur, quorum examen non eſt huius loci.

§. IV.

Pater qui recepit dotem vxoris filij, an & quando teneatur vel tutè poſſit eidem filio eam reſtituere.

CVm difficultas eſſe poſſit de reſtitutione dotis reſpectu filij adhuc exiſtentis in poteſtate patris, & reſpectu filij à patre poſt dotis receptionem emancipati, ſit.

30 Dubium primum, an filio in poteſtate patris exiſtenti illam petenti pater dotem vxoris eiuſdem filij acceptam teneatur tradere. Certum eſt, ſi filius habitet vnà cum patre, non teneri patrem ei dotem tradere, vt poſt alios Baldus Nouell. *de dote, p. 7. priu. 34.* & P. Barboſa *in d. l. ſi cum dotem, §. tranſgrediamur, n. 24. ff. ſolut. matrim.* nam cùm matrimonij onera ad patrem hoc caſu pertineant, penes eum debet eſſe dos, iuxta notata *ſuprà n. 2. fine, & num. 5.*

31 Difficultas ergo eſt, an ſi filius in poteſtate de voluntate patris, vel eo inuito ex iuſta cauſa habitet ſeorſum à patre, an pater ei illam petenti teneatur dotem reſtituere, an verò ſufficiat, quod ei præſtet alimenta neceſſaria ad onera matrimonij ſuſtinenda, Ludouic. Romanus *in l. ſi cùm dotem, §. tranſgrediamur, n. 20. ff. ſolut. matrim.* cenſuit patrem filio in poteſtate ſeorſum ab eo habitanti, & ſi de eius voluntate, vel ex alia iuſta cauſa, non teneri dotem reſtituere, ſed ſolùm præſtare ei alimenta neceſſaria ad onera matrimonij ſuſtinenda, quod idem videntur voluiſſe nonnulli alij, quos Baldus Nouellus *de dote, p. 7. priuil. 34. num. 3.* prout ipſe *eodem num. verſ. & per hoc ſentiunt expreſsè* illas intelligit. Probat Romanus (vt notant Nouellus *d. priuil. 34. numer. 4. fine*, & poſt eum P. Barboſa *d. num. 24.*) quia ex quo hodie dos cenſetur eſſe peculij aduentitij *l. 1. C. de bonis, quæ liberis*, & ſic ad patrem ſpectare quoad vſumfructum (vt etiam notatum eſt *ſuprà cap. 3. num. 93. verſ. quare in dote aduentitia*) conſequens eſt, vt eius omnimodam, & liberam adminiſtrationem habeat pater *l. 1. Cod. de bonis maternis*, ac proinde per filium, quamuis ſeorſum de eius voluntate, vel alia iuſta cauſa habitantem non poſſe patrem cogi ei dotem reſtituere, ſed tantùm præſtare ei alimenta neceſſaria, & huic ſententiæ videtur fauere, quod ex *l. 2. Cod. fam. erciſ. l. filia, §. 1. l. ſi maritus, 47. ff. eodem tit. & aliis iuribus*, videtur colligi ſolùm poſt mortem patris filio in poteſtate dotem debere reſtitui.

32 Contrarium tamen, & filio ſeorſum à patre habitanti de eius voluntate, vel eo inuito ex iuſta cauſa (cùm tunc perinde haberi debeat, ac ſi de eius voluntate ſeorſum habitaret, vt tradunt Imola, Paulus de Caſtro Alexander *in dicta l. ſi cùm dotem, §. tranſgrediamur, ff. ſolut. matrim.* P. Barboſa *vbi ſuprà numerò 26. circa finem*, & alij Iuriſperiti communiter, quos ego ipſe *in tractatu de aliment. ſeu in 2. parte, de effect. contractus matrimonij, capite 11. numero 684. refero*) teneri & cogi poſſe patrem dotem reſtituere affirmant Angelus, Imola, Alexander *in dicto §. tranſgrediamur*, Baldus Nouellus *d. priuil. 34. numero 5.* P. Barboſa *d. num. 24. & duobus ſeqq. & alij ab iiſdem* Nouello, & Barboſa *relati*, huius ſententiæ ratio præcipua eſt tradita *n. 30.* ſcilicet, quia hoc caſu onera matrimonij debet filius ſuſtinere, & dos debet eſſe penes eum, qui matrimonij onera ſuſtinet; quare non obſtat illud, quod pater habeat vſumfructum dotis vxoris filiifam. ac proinde dos debeat eſſe penes ipſum quoad liberam adminiſtrationem; nam reſpondetur quod & ſi pater habet vſumfructum in dote aduentitia data filiofam. ſiue dos conſiſtat in quantitate, ſiue in ſpecie, vt notatum eſt *ſuprà capite tertio, d. numero 93. citato verſ. quare in dote aduentitia*, & contra Bartholum *l. contra, §. 1. ff. de actione rerum amotar.* tradit Baldus Nouellus *de dote, p. 6. priuil. 36. numerò 3. & 37.* & verius ac receptius eſſe dicit P. Barboſa *in d. §. tranſgrediamur, num. 25. fine*, id tamen intelligitur, ſi ipſe ſuſtineat onera matrimonij, vt notat *locis citatis* Nouellus, & poſt eum P. Barboſa *d. numero vigeſimo quinto*, ſecus verò ſi filius onera ſuſtineat, nam tunc fructus dotis ad eum debent pertinere (vt etiam expreſsè poſt alios aiunt iidem Nouellus & Barboſa) iuxta traditam regulam, quod ibi debent eſſe fructus dotis, vbi ſunt onera matrimonij *l. ſi qui, §. 1. ff. de iure dotium*, quare cùm pater conſentiendo, vel debens conſentire, ſi ſit cauſa id faciendi vt filiusfam. ſeorſum habitet ab eo, tacitè etiam velit, vel debeat velle, quod onera matrimonij in eum tranſeant, non poteſt negare filio dotis reſtitutionem ſub prætextu, quod ipſe debeat habere dotis vſufructum, & adminiſtrationem: quia cùm filius debeat onera matrimonij ſuſtinere, etiam dos penes ipſum eſſe debet ſi opponatur, quòd pater ipſe filiofam. de eius voluntate, vel ex alia iuſta cauſa habitanti ſeorſum poteſt præſtare alimenta pro eodem filio & vxore & eius familia, imò & tenetur, ſi aliunde non habeat, vt *dicto tractatu de aliment. citato capite vndecimo, numero 684.* probaui ex communi Doctorum: ergo ſi idem pater ſit paratus ſuſtinere matrimonij onera adminiſtrando alimenta, & alia neceſſaria pro filio, vxore, & eius familia, non debet cogi ad reſtituendam dotem filio, & ſic amittere ius vſusfructus ſibi quæſitum, ſed eum eo pacto ſuſtineat onera matrimonij poteſt, & debet penes ſe retinere dotem, & percipere fructus eiuſdem dotis, ſicut poterat ante diſceſſum filij: reſpondent Baldus Nouellus *d. p. 6. de dote, citato priuileg. 34. numero quinto, verſ. ſed tunc reſponde*, & P. Barboſa *in d. §. tranſgrediamur, numero 26. verſ. neque replices*, quod etiam ſi pater offerat ſe ſuſtinere matrimonij onera ſubminiſtrando alimenta pro filio, vxore & familia, non tamen hoc poteſt dici propriè ſuſtinere onera matrimonij, illave ſuſtinere, prout eadem onera exigunt: nam filiusfam. maritus ſeorſum à patre habitans cum ſua vxore, & ſua, ac vxoris familia habet (inquit Nouellus) dictum, & per continuum tempus, & continuam cohabitationem ſupportare ipſam vxorem, & in omnibus neceſſariis magnis, minimis dictum ſupplere, tam in ſanitate, quam in ægritudine ipſius vxoris, & maxime dum eſt prægnans, & in partu, & ante partum, & poſt partum, & in medicis, & medicinis, & ſimilibus vt habetur *d. l. ſi cùm dotem, §. ſin autem, ff. ſoluto matrim.* pater verò (ſubdit idem Nouellus) ab omni iſta cura erit exemptus, & ſe expediet, & liberabit, aſſignando initio cuiuſlibet anni, vel menſis, ipſi filio, quod ſufficiat ad victum, iuxta tradita à me *in dict. tractatu de alimentis, capit. 12. §. 1. & iura ibidem. numero 764. allegata*, & Doctores *ibid.* relatos

relatos. Item confirmat hanc ſententiam Baldus Nouellus tum quia inſpicienda eſt magis cauſa proxima, & immediata, quæ eſt in marito, quam cauſa remota, & mediata, quæ eſt in ſocero *arg. l. ſocium. §. fin. ff. pro ſocio,* & *l. pater, qui Caſtrenſe, ff. de Caſtrenſi pecul.* tum quia hæc ſententia magis fauet dotibus, & mulieribus quarum intereſt, vt dos potius conſiſtat apud maritum quando eſſet perſona minimè ſuſpecta, & diligens, quàm apud patrem mariti; Prædicta Nouellus.

33 Nihilominus ſi pater in principio anni daret omnia neceſſaria ad ſuſtinenda onera matrimonij, quæ dietim ſoſtinentur P. Barboſa *d. n. 26. verſ. ſi ſanè pater,* approbat Romani ſententiam, vt ſcilicet tunc pater negans reſtituere filiofam. marito dotem, ſi audiendos, ne alios ſine cauſa vſufructu ſibi quæſito priuetur; Quam rationem ait ceſſare in filio emancipato, cùm per emancipationem ius dotis in eum ſit tranſlatum *argum. l. vnica, §. videamur, Codice de rei vxor. actione* ac proinde illi præcisè dotis eſt reſtituenda, vt infrà probatur.

34 Et ſi filiusfamilias ſine conſenſu patris, & ſine iuſta cauſa ſeorſum habitaret, tunc indubitatum eſt, quod pater non teneretur ei dotem reſtituere, vt latè probat Nouellus *d. n. 5. verſ. ſed ſalua pace* & tradunt P. Barb. *n. 27.* & alij ab iiſdem relati cum filio in poteſtate diuertenti; & ſeorſum à patre habitanti ſine patris conſenſu, & abſque vlla legitima cauſa nec alimenta neceſſaria teneatur pater præſtare, vt iidem Nouell. & Barboſa, & Doctores communiter, quos ego ipſe *in d. tract. de alimentis, ſeu ſecunda parte de defect. contr. mat. cap. 11. n. 678.* refero vbi id latè probo, & *numer. 688. ad 693.* enumerantur iuſtæ cauſæ, ob quas filiusfam. poteſt ſeorſim à patre morari.

Sicut etiam certum eſt, patrem non teneri dotem re-
35 ſtituere eidem filiofamilias ſeorſum habitanti (etiam de conſenſu patris, vel ex alia legitima cauſa, ſi non eſſet perſona multùm diligens, & eſſet ſuſpectus de mala adminiſtratione, & dilapidatione, vt etiam tradunt iidem Nouellus *d. priuil. 34. n. 6.* & P. Barboſa *n. 28.* eo quod tali filio dotem reſtituens non remaneret pater liberatus *arg. l. mutus, §. 1. ff. de iure dot.* & *l. ſi cùm dotem, §. ſi poſt ff. ſol. matr.* Quare Ancharanus *conſ. 238.* & poſt eum Vrſillus *ad dec. 369.* Afflict. *n. 2.* in caſu reſtitutionis faciendæ filio requirunt filium mercatorem, & lucrantem, & induſtrium.

Si pater filiofamilias ſeorſum de eius voluntate vel alia iuſta cauſa habitanti de conſenſu, vel etiam ſine conſenſu nurus dotem tradiderit, an remaneat liberatus.

Vtrùm autem ſtante præfata communi ſententia,
35. quod filio in poteſtate marito de eius conſenſu, vel ex alia cauſa legitima pater teneatur dotem reſtituere, ſi idem pater eandem dotem filiofam. ſic ſeorſum habitanti reſtituat de conſenſu nurus vxoris eiuſdem filij, remaneat liberatus ab eadem nuru in caſu ſoluti matrimonij, vt non poſſit eadem nurus amplius dotem petere à ſocero, neque ab hæredibus. Negant manere liberatum Alexander, Ripa, Alciatus *in l. 2. in princ. ff ſoluto matrimonio,* & Baldus Nouellus *p. 7. d. priuil. 34. n. 3. initio* qui etiam *num. 5. fine verſic. an autem ſocer,* dicit hoc idem videri ſenſiſſe Dynum, Bartholum *in d. l. 2.* & hanc ſententiam videtur approbare etiam Vincentius de Franchis *d. 381. n. 2.* Probatur hæc ſententia duplici ratione; Primò, quia mulier, ſeu nurus per huiuſmodi conſenſum hancve liberationem videtur feciſſe donationem ſocero *l. ſi mulier, ff. de condit. ob cauſam,* & donatio inter ſocerum, & nurum, dum maritus eſt in poteſtate ſoceri, eſt prohibita, & non valet *l. 3. §. 2. ff. de don. inter vir. & vxor.* ſicut non valet inter virum & vxorem *lege ſi ſponſus, §. circa,* & *§. vxor. ff. eod. tit.* ſecundò quia liberando ſocerum mulier (& hanc rationem magis vrgere ait Nouellus *d. n. 3. verſ. item ſecundo*) reddit conditionem dotis deteriorem, ex ratione *l. ſi quis, §. fin. ff. de liberatione legata,* mulier verò non poteſt dotis conditionem reddere deteriorem *l. & Atilicinus, ff. de pactis dotalib.* Quare iuxta præfatos Doctores, & præſertim Dynum, & Bartholum *in d. l. 2.* & Nouellum *d. priuil. 34. n. 5. fine verſ. Tamen Dynum,* pater poteſt extorquere à filio dotem petenti cautionem de indemnitate, & ſine tali cautione non teneretur nec cogi poſſit pater dotem reſtituere eidem filio.

Contrarium, & patrem remanere liberatum, ſi de 37
conſenſu nurus filiofam. marito ſeorſum de eius voluntate, vel iuſta cauſa habitanti eam petenti reſtituat dotem tenent Bartholus *in l. ſanè, ff. de iure dot.* Socinus *in d. l. 2. in princ. n. 2. ff. ſol. mat. ibidem* Paulus de Caſtro P. Barboſ. *in l. ſi cùm dotem, d. § transgrediamur, n. 27. ff. ſol. matr.* & tandem eandem ſententiam Bartholi approbat etiam Baldus Nouellus *d. priuil. 34. n. 5. fine ibi ſed tenendo,* imò addit Barboſa remanere patrem liberatum etiam ſi dotem reſtituat eidem filio ſine nurus conſenſu, nam cùm ius in huiuſmodi caſu eum obliget ad reſtituendum dotem filiofam. iuxta tradita *num. 32.* & Doctores *ibid.* allegatos, & ſic idem pater filio illam petenti ſecundùm legis diſpoſitionem reſtitutionem dotis faciat, debet cenſeri liberatus, etiam ſi ſine nurus conſenſu eave ignorante faciat, ne alioqui ſub authoritate legis videatur decipi contra regulam *l. 1. C. de his qui veniam ætatis,* & ad id faciunt etiam, quæ *infrà n. 4.* traduntur de reſtitutione dotis, ſine conſenſu nurus per patrem facta filio emancipato illam petenti; Neque huic ſententiæ obſtat prima ratio alterius ſententiæ. Nam tunc ſolùm eſt prohibita donatio inter ſocerum, & nurum, quando per eam ſocer locupletior efficitur *l. ſi cùm mulier, ff. de donat. inter vir. & vxor.* & notat idem Nouellus *d. priuil. 34. n. 3. verſ. item ſecundo*: ſocer autem in hoc caſu reſtituendo dotem filio non remanet locupletior, licet liberetur ab obligatione, qua videbatur teneri, dum dos penes ipſum manebat. Non obſtat quoque ſecunda ratio, quia (vt ait P. Barboſa) non videtur dotis conditio deterior effecta, ſi liberato ſocero maritus remaneat obligatus ad dotis reſtitutionem, cùm per hoc in eo videatur melior effecta conditio mulieris, quod maritus commodiùs ſatisfacere poterit oneribus matrimonij, iuxta notata *n. 32.* atque adeò cùm vtiliter facta fuerit huiuſmodi reſtitutio, non debet retractari huiuſmodi liberatio ex eo, quod poſtea filius efficiatur non ſoluendo *argument. lege an vltro, §. 1. ff. de negotiis geſt.* & denotat *lege penultim. §. ſi vir à contrario ſenſu, ff. ſolut. matrim.* Quapropter iuxta hanc ſententiam, & præallegatos Doctores pater dotem filio reſtituens non egeret cautione pro indemnitate à filio præſtanda, nec ipſe filius tenetur pro eadem patris indemnitate dare fideiuſſorem, id quod tradit etiam Nouellus *dicto verſiculo tamen* Dynus, vbi dos de mulieris conſenſu filiifamilias marito fuiſſet conſignata, addens, quod ſufficeret filium nudo verbo cauere ad abundantiorem cautelam patris. Notant autem Bald. Nouellus *d. priu. 34. n. ſexto, initio,* & P. Barboſa alios allegans *numero 28.* quod ſi filius non eſſet diligens, & induſtrius, eſſetque ſuſpectus de mala adminiſtratione, pater illi dotem reſtituens etiam de nurus conſenſu, non remaneret liberatus, quia cùm tunc dotis conditio manifeſtè fiat deterior, mulieris conſenſus nil operatur *dict. leg.* & Atilicinus *ff. de pactis dotalibus,* vnde Ancharanus, & Vrſillus *locis ſuprà numer. 35.* relati in caſu reſtitutionis requirunt filium mercatorem, & lucrantem, vt pater reſtituens liberatus cenſeatur, & licet

Boetius

Bursatus *dec.* 195. *num.* 9. & alij à Petr. Barboſa *d. n.* 28. *allegato* dixerint, tunc non eſſe reſtituendam dotem filio, niſi data cautione de conſeruando patre indemnem, melius tamen eſſe ait idem P. Barboſa poſt Menochium *conſ.* 33. *n.* 26. dotem non reſtituere, ſed alimenta neceſſaria filio præſtare, vt confidendo fragilitati cautionis facilè recurratur damnum *arg. l. quis ita* §. 1. *ff. ad Trebell.* & Vrſillus *loco citato* ad euitandum periculum, litium propter Doctorum varias opiniones litium, & ne pater reſtituens filio cogatur iterum dotem dare mulieri filio facto non ſoluendo, quia reſtituerit dotem filio, qui non eſſet ſoluendo, vel eſſet perditurus, vel quia reſtituerit in caſu, in quo iuxta legis diſpoſitionem non tenebatur [quo caſu etiam licet cum conſenſu nurus reſtituiſſet, eum non liberari; quin mulier contra ipſam poſſit agere tradunt Vrſill. *loco cit.* & poſt alios Vincent. de Franchis *d. dec.* 381. & colligitur ex traditis in præcedentibus, & Doctoribus *n.* 32. relatis, loquentibus in caſu, quando filiusfam. de voluntate patris, vel ex iuſta cauſa ſeorſum a patre habitat] monet, vt reſtitutio per patrem fiat de conſenſu nurus, cum decreto iudicis, vel deponetur pecunia in publico banco conſignandam mercatori ad honeſtum lucrum; vel fiat emptio bonorum ſtabilium pro cautela, & ſecuritate dotis.

Dotem vxoris filij acceptam poſtea à patre emancipati, an Pater eidem filio emancipato teneatur reſtituere, & quid in ea reſtitutione ſeruandum, vt remaneat liberatus, ſi poſtea filius, vel eius hæredes non fuerint ſoluendo.

38 Dubium ſecundum; an pater, qui recepit dotem vxoris filij ſui, ſi eum emancipet, ſeu emancipauit, teneatur illi dotem reſtituere ſi illam petat, & velit ipſa matrimonij onera ſuſtinere viuendo ſeorſum à patre: Reſpondetur patrem teneri, ita vti rem certam tradunt Bal. Nouell. alios allegans *d. p.* 7. *allegato prin.* 34. *n.* 3. *verſic.* Nam Bald. Menoch. *con.* 1124. *n.* 4. & P. Barboſa *in d. l. ſi cum dotem d.* §. *transgrediamur n.* 23. *ff. ſol. mat.* cùm enim pater emancipando filium relinquat eum in ſua poteſtate, poteſt filius emancipatus ſeorſum a patre habitare, & ſic ſeorſum habitans non poſſit commodè onera matrimonij ſuſtinere, ſi dos penes patrem remaneat, obligatur pater ei dotem reſtituere iuxta regulam *ſuprà num.* 2. traditam, & ſæpius in præcedentibus repetitam, quod ibi dos eſſe debet, vbi conſiſtunt onera matrimonij, alias etiam rationes affert Nouellus, apud eum videndas.

39 Et quamvis pater emancipando filium in præmium emancipationis poſſit retinere ſibi dimidiam partem vſusfructus *l. cùm oportet*, §. *cùm autem*, *C. de bonis quæ liber.* eſto quod pater iuxta veriorem ſententiam [vt *ſupr.* notatum eſt] habeat vſumfructum in dote aduentitia vxoris filiifam. nihilominus [vt poſt Bald. & alios tradunt Bald. Nouel. *loc. cit.* & P. Barboſa *n.* 26.] nihil vſusfructus nomine poteſt pater retinere ex dote vxoris filij eum emancipando ob præfatam rationem.

40 Quare mortuo patre cum filius per mortem patris effectus ſui iuris ſit, eidem multò magis fratres, & qui cum patris hæredes tenentur, & præciſè cogentur dotem, quam pater receperat reſtituere, vt onera matrimonij ſuſtineat, vt colligitur *ex l. ſi maritus*, & *l. filia*, §. 1. *ff. famil. erciſcunda*, & tradunt Alexander *in d.* §. *transgrediamur*, *n.* 9. Paulus de Caſtro *in l.* 2. *n. fin. C. famil. erciſcunda*, Nouell. vbi *ſupr.* & P. Barboſa *in d.* §. *transgrediamur*, *d. n.* 23. & *n.* 25.

41 Porrò ſi pater dotem à nuru, vel eius patre acceptam filio marito emancipato ſeorſum habitanti, diligenti, & induſtrio, ac probatæ vitæ reſtituit dotem volente, & conſentiente eadem nuru, per hanc ſolutionem ſocerum, ſeu patrem mariti remanere liberatum, ita vt non poſſit amplius per nurum conueniri quantumque idem filius poſtea efficiatur non ſoluendo, tradunt Doctores communiter Bartholus *in d. l. ſanè ff. de iur. dot.* Bald. Fulgoſ. *ibid.* Bald. Nouell. *d. p.* 7. *cit. prin.* 34. *n.* 3. Afflictus *deciſ.* 349. *n.* 2. Vincent. de Franchis *d. dec.* 381. P. Barboſa *in d.* §. *transgrediamur n.* 22. *verſ. ex qua concluſione*, Molfeſius *in conſuet. Neap. tom.* 2. *p.* 6. *in add. t. au q.* 6. & 7. *n.* 3. & alij ab iiſdem relati, etiam remanere patrem liberatum etiam eidem filio emancipato eam petenti diligenti, & probatæ vitæ reſtituerit, ſine voluntate, & conſenſu nurus affirmant ijdem Nouellus *d. num.* 3. *verſic. viro fortè*, & P. Barboſa *loco citato*, tanquam benè ſoluerit filio non perdituro, & minime ſuſpecto de mala adminiſtratione & dilapidatione. Ratio iuxta eoſdem Doctores eſt, quia cùm pater filio emancipato ſeorſum habitanti teneatur dotem reſtituere, vt poſſit commodè ſuſtinere matrimonij onera, vt probatum eſt, non videtur etiam neceſſarius conſenſus nurus ad reſtitutionem eidem filio faciendam, vt in ſimili dicitur in *l. quamuis ff. ſol. matr.* ſubſiſtente in præſenti (vt notat Nouell.) eadem ratione, quæ ibi, & quia cum ſecundum legis diſpoſitionem pater reſtitutionem fecerit, liberatus debet cenſeri, tametſi ignorante nuru id fecerit, ne aliàs ſub authoritate legis videatur decipi contra in præcedentibus *num.* 37. *allegatam regulam l.* 1. *C. de his qui veniam ætatis*, & etiam quia cùm ex iuſta, & probabili cauſa reſtituerit filio, debet manere liberatus iuxta notata, ſeu argumento *d. l. quamuis*, *neque debet* [inquiunt Baldus Nouellus *d. verſic. imò fortè*, & poſt alios P. Barboſa *n.* 23.] conſiderari quod poſtea filius reperitur non ſoluendo, quia ſemper debet attendi vtrum initium negotij fuerit bonum, & vtile *l. ſed an vltro* §. 1. *ff. de negot. geſt.* quòd ſi reſtitueret ſine iuſta cauſa, & filio perdituro, vel appareret reſtitutionem eſſe in damnum vxoris, tunc eidem vxori non noceret reſtitutio, vt ex ſuprà traditis conſtat, & poſt alios tradit Vrſill. *ad d. dec.* 349. Afflicti, & etiam Molfeſius *vbi ſup. n.* 4. qui etiam addit tutius eſſe vti cautela eiuſdem Vrſilli *ſup. n.* 37. *fine* notatum ſcilicet; vt reſtitutio dotis fiat cum decreto iudicis, vel dos deponetur in publico banco, vt conuerti poſſit in emptionem tot annuorum redditum, vel deponatur apud mercatorem ad honeſtum lucrum.

Quod ſi filius emancipatus noluit vti iure ſuo, neque ſeorſum à patre habitare prout ei licitum erat; ſed voluit ſimul cum patre morari, tunc ſi idem pater paratus ſit onera matrimonij ſuſtinere, eundem patrem non teneri filio dotem reſtituere rectè tradit P. Barboſa *d. n.* 23. cum Baldo Nouello *d. prin.* 34. *n.* 5. *ad medium*, cùm ceſſat ratio ſupra adducta, quia licet pater dotem retineat penes ſe, ex illa poterunt commode ſuſtineri onera matrimonij filio cum eo ſimul degente vitam, ac proinde tunc lex non obligat eundem patrem dotem filio emancipato reſtituere, & cum hoc caſu lex præciſè non obliget patrem filio dotem reſtituere, ſi velit mutare debitorem nurus ſeu vxoris tradendo dotem filio, idem Barboſa dicit eſſe neceſſarium eiuſdem vxoris conſenſum iuxta *l. ſi mandato*, §. *fin. ff. mandati*, & conſonant notata *ſup. n.* 37. *fine*, & reſtituendo dotem filio cum eiuſdem nurus conſenſu remanebit omnino liberatus, vt non ſit ei opus exigere à filio cautionem de conſeruanda dote: vt poſt Bartholum *in d. l. ſanè* Bald. Nouell. *d. n.* 5. *circa medium*, & poſt eum P. Barboſa *d. n.* 23. Quam tamen cautionem, ſi velit ſibi eſſe cautum, debebit exigere, ſi dotem reſtituat ſine nurus conſenſu, cùm tunc non remaneat liberatus, vt *argumento*, *l. pater dotem ff. de dot. prælegata* idem Barboſa *d. n.* 23. *fine*, ex Baldo, & Paulo Caſtrenſi *in l.* 2. *C. famil. erciſcunda*. 42

Maritus conſtante matrimonio conſignans dotem ſocero vxoris patri, an, & quando remaneat liberatus à muliere?

43 Quid vero, ſi maritus conſtante matrimonio dotem ab vxore acceptam conſignet ſocero patri mulieris, an remaneat liberatus ab ipſa muliere, Baldus Nouellus *p.7.dict.priuilegio 34.num.7.* reſpondet, ſi conſignatione iuſtis cauſis, de quibus *in l.quamuis cum ſeq.ff.ſolut. matrim.* abſque voluntate mulieris certum eſſe maritum non liberari ab ipſa muliere, ſi autem cum voluntate, & conſenſu filiæ videri liberatum ab ipſa filia, vt ſic poſtea ſoluto matrimonio non poſſit mulier dotem à viro petere, etiam mortuo patre allegando dotem in eum eſſe conſolidatam iuxta *l.1.§.videamus C.de rei vx.act.* quòd ait probari *l.2.§.1.ff.ſol.mat.* à cõtrario ſenſu, quod maritus accepto ferendo dotem à ſocero conſtante matrimonio de conſenſu vxoris liberetur ab vxore, eo quòd talis conſenſus mulieris tendit in fauorem patris, quo caſu mulier poteſt conditionem ſuæ dotis facere deteriorem *l.quoties ff.ſol.matrim.& l. cum dos ff. de pactis dotalibus*, & latius idem Nouellus *d.p.7.priuil.11.limitatione 5.& 10.* & ad id Petr. Barboſa *in lib. ſecund.d. §.1. quod ſi patris n.47. verſicul. his ita explicatis cum ſeqq. ff.ſol.mat.*

§. V.

Vtrum pater pro filio teneatur obligare bona ſua pro recepta dotis reſtitutione facienda nurui, vel eius hæredibus eueniente caſu reſtitutionis.

44 Certum eſt, quando filius eſt in poteſtate, neque ſeorſum à patre habitat, cùm tunc dos ſit tradenda patri (vt *ſuprà n.5.* probatum eſt per textum *in d.§.transgrediamur in ſecunda illius parte*) pro dotis reſtitutione patrem teneri, & eius bona eſſe obligata, iuxta *l.vnicam §.& vt plenius Codic.de rei vxor.act.* & pariter *ſup. n.6.* probatum eſt.

45 Procedit ergo difficultas [vt aduertit Petr. Barboſa *in leg.ſi cum dotem d.§.transgrediamur n.28. verſ. ſuccedit igitur*] quando filius eſt emancipatus, vel de voluntate patris, aliaue legitima cauſa ſeorſum à patre habitat, quibus in caſibus ſecundùm iuris diſpoſitionem, & Doctores communiter dos tradenda eſt filio non patri, vt oſtenſum eſt *ſup.n.2.10.* & 32. ideòque in iiſdem caſibus difficultas locum habet: Neque procedit difficultas, an ſocer paterve mariti pro conſeruatione, & reſtitutione dotis vxori filij teneatur præſtare cautionem, fideiuſſoresve dare [de hoc enim an ſocer vel maritus pro dote, nurus, ſeu vxoris conſeruanda, & reſtituenda teneantur, & cogi poſſint dare cautionem, & fideiuſſores infra] ſed ſolum procedit an ſocer pater mariti teneatur obligare bona ſua, & ſi enim controuerſum eſt, ân ſocer, & maritus pro dote, à muliere recepta prohibeantur dare etiam ſponte cautionem, ſiue fideiuſſores, non tamen prohibentur obligare bona pro reſtitutione dotis, vt conſtat ex *d.l.vnica §.& vt plenius C.de rei vxor. act.l.vbi adhuc Cod.de iure dotium & l.1. ff. qui potior. in pignor. habeat*, & poſt alios tradunt Baldus Nouellus *de dote p. 6. priuil.21.n.10.* & Petr. Barboſa *vbi ſuprà n.29.* Neque etiam habet locum eadem difficultas in locis, in quibus ſeruaretur ius commune obligans patrem ad dandam donationem propter nuptias pro filio [de qua obligatione, & donatione *ſup.cap.8.n.162.& ſeqq.* actum eſt, & iure eodem communi tenebatur pater eandem donationem propter nuptias præſtare pro filio emancipato *l.fin.C.de dotis promiſſ.*] quia cum dicta donatio propter nuptias à iure communi fuerit inducta principaliter pro ſecuritate dotis, & cautela mulieris, vt *ſuprà eodem c.8.n.163.* probatum eſt, vnde & debebat eſſe æqualis, ſeu æquiualere doti, vt *eodem cap.8.n.162.* notatum eſt]. Pater qui iiſdem locis tantam tenebitur ad conſtituendam pro filio donationem propter nuptias doti æquiualentem, nequaquam autem poterit cogi etiam bona ſua obligare pro dote vxoris filij, ne alias duplici onere grauetur contra regulam *l. Titia cum teſtamento §.qui in vita ff.de leg.2.& l. pen. ff.de dote prælegata*, & cum mulier per donationem propter nuptias, ſit iam ſecura de dote, non debet exigi alia cautio, & ita expreſſe tradunt Barthol. *in d. l. ſi cum dotem §. transgrediamur n.6. ibidem.* Imola, Romanus, & alij ſcribentes communiter, Bald. Nouell. *de dote p. 6. priuileg.20. n.1.* Campeg. *de dot.p.3.q.266.* & alios allegans P. Barboſa *in d.l.cum dotem d.§.transgrediamur n.15.& n.29. circa finem*. Procedit ergo difficultas, vbi præfata donatio propter nuptias non eſt in vſu neque obſeruatur, quam de generali conſuetudine, non eſſe in vſu neque obſeruari notatum eſt *d.c.8.n.164.*

Prima Sententia.

Prima ſententia eſt, quod vbi non eſt obſeruantia, 46
vt pater det donationem propter nuptias, pro filio etiam emancipato tenetur, & cogi poteſt pater pro filio obligare ſe, & bona ſua pro dotis reſtitutione, ſi abſque tali obligatione patris pro dotis reſtitutione non poſſit filius matrimonium contrahere, ita Barthol. *in d. l. ſi cum dotem §.transgrediamur n.6.ff.ſol.matr.ibid.* Dynus Baldus, Alexander, Angelus, Ioannes de Imola, & Paulus de Caſtro, idem Paulus *conſ.176.* Baldus Nouell. *de dot. p.6.priu.20.n.1.* Campegius *de dote p.3.d.q.66.* Neguſantius *de pign.4.memb.2.p.n.36.* Surdus *dec.62.n.32. & ſeqq.* Petrus Barboſa *in d. §. transgrediamur n.31.& 32.* Gaſpar Theſaurus *quæſt.for.l.2. q.46.n.4.* Borellus *in ſumma dec.p.3.tit.5.n.340.* Hodierna *ad dec.47.* Surdi *n.5.& 6.& dec.62.* eiuſdem Surd. *n.58.& ſeqq.* & plurimi alij iuriſperiti, quos referunt Surdus, Borellus *locis citatis*, Menochius *con. 33.n.23.* & P. Barboſa *d.§.transgrediamur n. 30. ver.ſecunda concluſio.* Pro hac ſententia & Hodierna allegantur etiam Peregrin. *de fideicommiſſ. art.42.n.15.* Fuſarius *de ſubſtit.q.532.n.8.in fine*, vbi aiunt patrem non poſſe cogi obligare omnia ſua bona pro dote vxoris filij, ſed ſatis eſſe, quòd eam aſſeueret ſuper tanta parte, quæ ſufficiat ad dotis reſtitutionem, & eſſe communem iuriſperitorum ſententiam ait Barboſa, & communem dicit *loco citato* Theſaurus, quæ ſententia probatur primo à Bartholo, quia pater pro filio vxorem ducente, & dotem accipiente tenebatur donationem propter nuptias conſtituere *d. l. fin. C. de dotis promiſſ.* donatio autem propter nuptias inducta fuit pro cautione dotis [vt ſupra notatum eſt] ergo vbi donatio propter nuptias non eſt in vſu, & tenetur pater, & compelli poteſt pro cautione dotis bona ſua obligare nurui loco donationis propter nuptias, ſecundò probatur, quia pater non poteſt matrimonium filij impedire *l. qui liberos 19. ff. de ritu nuptiarum*, videtur autem impedire, quando pro eo ad dotis eius vxoris reſtitutionem non vult ſe obligare, & filius aliter non poteſt idoneum matrimonium inuenire *arg.l.ſi in tres.18.§.fin. ff. de excuſat. tut.* tertio probatur, quia pro tutela per filium adminiſtranda in eiuſdem tutelæ fauorem pater tenetur ſe, & bona ſua obligare *l. fin. §. fin.ff. de ſuſpect.tuto* ergo multo magis in fauorem matrimonij contrahendi tenetur ſe obligare pro dote vxoris filij reſtituenda, cùm hoc publicam vtilitatem concernat, vt matrimonia

contra

contrahantur, & ciuitates liberis repleantur, vt in præcedentibus capitibus ſæpè notatum eſt. Confirmatur ex Bartholo, quia ſi filius de voluntate, ſeu conſenſu patris eove non contradicente, cùm ſciret, factus eſt decurio, obligatur pro filio fauore Reipublicæ *l. 2. in princ. ff. ad municipalem l. ſpurij, §. pater & l. honores, §. vltimo, ff. de decurionibus*, ergo tenetur obligare ſe pro dote data filio in fauorem matrimonij, cùm & id contineat fauorem Reipublicæ. Quod autem dictum eſt de patre iuxta hanc ſententiam, procedit etiam in auo paterno (deficiente, vel impotente patre) vt & ipſe teneatur ſe obligare pro dote vxoris nepotis, ſi aliter non poſſit matrimonium contrahere vt expreſsè notat Hodierna *vbi ſuprà n. 57.* Quòd ſi contra hanc ſententiam opponatur textus *in dicta l. ſi cùm dotem, d. §. transgrediamur* in ſecunda parte, vbi habetur (vt *ſuprà n. 19.* notatum eſt) patrem tunc obligari ad dotis reſtitutionem, quando ipſe accepit dotem, vel eius iuſſu tradita fuit filio, reſpondet P. Barboſa *d. n. 32. verſ. nec repugnet* (& reſponſionem approbat Hodierna *ad d. deciſ. 62.* Surdi *n. 60.*) quod dictus textus procedit quoad effectum, vt pater poſſit conueniri per actionem de dote, ſecus quando pater conuenitur, ſeu debet conueniri ex propria obligatione, quam pro filio facere tenetur, iuxta hanc communem ſententiam.

Hæc autem ſententia ampliatur, vt pater teneatur
47 ſe obligare pro dote vxoris filij, etiamſi filius ſine eius conſenſu vxorem acceperit, honeſtam tamen, ita Ruinus *conſil. 144. num. 18. lib. 5.* P. Barboſa *num. 33. verſ. & expendend. num. 3.* dicit idem Barboſa, quod licet ſi pater conſenſeri matrimonio filij eo ipſo non remaneat obligatus pro dote vxoris filij, tamen ſiue matrimonio conſenſerit, ſiue non, ſi filius duxit vxorem honeſtam, & condignam pater tempore dotis tradendæ filio tenetur conſentire, & ſi non conſentiat, ad hoc compelli debet.

Ex eadem ſententia inferri, quòd ſi filius mente cap-
48 ti, vel furioſi recipiat dotem vxoris, & de proprio non habet, ex quo mulier ſit cauta de dote cenſebuntur bona patris obligata, licet pater non potuerit, vt expers rationis, ſe obligare, tradidere Paulus de Caſtro *d. conſ. 176.* Baldus Nouellus *d. priuil. 20. num. 9.* Neguſantius *de pign. 4. memb. 2. part. num. 39.* Hodierna *ad deciſ. 47. Surdi num. 5.* & P. Barboſa *in d. §. transgrediamur, n. 17.* inde probantes, quia etſi pater mente captus non poterat conſentire, & ſe obligare, tamen ſi fuiſſet ſanæ mentis, teneatur conſentire, & obligare bona ſua iuxta præfatam ſententiam, & tradita ad eius probationem, ac proinde eius bona cenſeri debent obligata, ac ſi conſenſiſſet, & ſe obligaſſet *arg. l. 2. §. fin. ff. ſolut. matr.* & licet Campegius *de dote p. 3. quæſt. 267.* & nonnulli alij à P. Barb. relati dixerunt bona furioſi non cenſeri prius obligata, quàm detur curator, qui nomine furioſi ſe obliget *l. 1. & l. admonendi C. qui petant tutores*, dictum reiicit P. Barboſa in hoc caſu, vbi filius aliter non potuiſſet contrahere matrimonium idoneum, tunc enim, inquit, bona mente capti cenſentur eo ipſo obligata, quia quando requiritur conſenſus, & præſenti non concederetur contradictio, tunc furioſus pro conſentiente habetur iuxta Bartholum *in d. l. 2. d. ff. fin. n. 5. Ad d. l. 1. & l. admonendi* reſpondet idem P. Barboſ. loqui in iudicialibus, in quibus perſona legitima adeſſe debet *l. 1. C. qui legitimam perſonam*, quando furioſus non habet *l. in negotiis ff. de reg. iur.* ſecus verò in extraiudicialibus (vt in præſenti) & in quibus furioſus, ſi eſſet ſanæ mentis, non poſſet contradicere, nam tunc interpretatiuum conſenſum cenſetur habere ex diſpoſitione legis *l. 3. §. fin. ff. de negot. geſt.*

Quin etiam ſi pater ſanæ mentis recuſaret, ſe obli-
49 gare, & iniuſtè quia aliàs filius nó poſſet matrimonium idoneum contrahere, ex quo tenetur pater ſe, & bona ſua obligare, haberi eam obligationem pro inducta quoad effectum, tradit vti communem Doctorum Surdus *d. dec. 62. n. 33.* & Baldus Nouellus *de priuil. 20. n. 8. fine* dicit, quod ſi pater legitimè requiſitus coram Iudice nollet conſentire, & ſe obligare, tunc haberetur pro conſentiente, & ſe obligante, *arg. ius quod habetur, in l. eum, §. qui iniuriarum, ff. ſi quis, caut. eod.* & *n. 8. verſ. Adde dicit Nouellus*, quod patre iniuſtè recuſante ſe obligare iudex ex officio ſuo etiam filio non petente poſſet eundem patrem, & eius bona obligare pro reſtitutione dotis, ſicut poteſt dotem conſtituere, pro filio in bonis paternis, quando pater recuſaret dare, vel eſſet abſens & non de proximo reuerſu, vt *ſupr. c. 4. n. 21.* notatum eſt.

Iuxta eandem ſententiam, vbi donatio propter nup- 50
tias eſt in vſu, ſi donatio per patrem facta, vel promiſſa non fuerit doti æquiualens, pro eo, quod deeſt teneri patrem obligare bona ſua *arg. lege, quæ de tota. ff. de rei vendic.* tradit poſt Corneum *conſ. 265. n. 49. lib. 1.* P. Barboſa *d. §. transgrediamur, n. 29. in fine.*

Ex hac quoque ſententia, quod pater teneatur pro 51
filio obligare bona ſua pro reſtitutione dotis vxoris eiuſdem filij inferri, & probari bona patris non ſolum cenſeri obligata pro dote filij recepta ipſo patre viuente, ſed etiam pro dote filij, qui poſt patris mortem ducat vxorem, quòd ſi pater ipſe ſuper omnibus bonis ſuis conſtitueret fideicommiſſum, pro tali dotis reſtitutione (ſi filio deſint alia bona, quibus talis reſtitutio fieri poſſit) bona fideicommiſſo ſubiecta, quaſi tacitè ipſo iure ad beneficium nurus, ſeu vxoris filij obligata alienari poſſint ex diſpoſitione *auth. res quæ, C. comm. de legat.* tradidere Baldus Nouellus *de priuil. 20. n. 8.* Surdus *ibidem* Hodierna *in annot. n. 61.* & *ad dec. 47. n. 6.* & plures alij relati à Menochio *d. conſ. 53. n. 23.* & *de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 190. n. 12.* & Peregrino *de fideicommiſſ. artic. 42. n. 13.*

Altera ſententia præcedenti oppoſita eſt, quod pater 53
non teneatur pro filio emancipato, nec viuente ſub eius gubernatione bona ſua obligare pro reſtitutione dotis per eundem filium à ſua vxore, vel vxoris patre acceptæ, ita Iacobus de Arena, Albericus, Cumanus Duarenus *in d. l. ſi cùm dotem, §. transgrediamur, ff. ſol. matrim.* Angelus *in §. fuerat, n. 27. inſtitut. de act.* Menoch. *conſil. 33. n. 23. & trib. ſeqq.* & *de præſ. l. 4. de præſumpt. 190. n. 25. verſ. quem quidem*, Cauagnolus *in annot. ad dict. conſ. 33. n. 31. verſ. hanc argumenti ſpeciem.* Fachineus *contr. iuris, lib. 4. c. 47. in reſponſione ad quartum*, & nonnulli alij à Baldo Nouello *d. priuil. 20. n. 2.* à Menochio *d. n. 23.* & P. Barboſa *vbi ſuprà, n. 30.* relati. Probatur hæc ſententia primo, quia nullibi in iure reperitur cautum, quod pater cogatur bona ſua pro dote filij, quam ipſe non accepit, nec de eius iuſſu filio ſoluta ſit, ſed imò reperitur contrarium *in l. ſi cùm dotem, §. transgrediamur, in 2. p. ff. ſolut. matrim.* vbi dicitur, quòd tunc demùm pater obligatur ad dotis reſtitutionem, quando ipſe dotem accepit, vel eius iuſſu ſoluta fuit filio, & Gloſſa P. Barboſa *ſupr. n. 46. fine* adducta videtur voluntaria, & minimè conſonans verbis dicti textus. Secundò probatur quia donatio propter nuptias fuit à iure inducta, vt cautum eſſet mulieri pro reſtitutione dotis, vt *ſuprà* dictum eſt, ſed vbi dicta donatio non eſt in vſu alia via, abſque obligatione bonorum patris poteſt eſſe ſuccurſum mulieri, poteſt ve mulier fieri cauſa pro dotis reſtitutione, nempè ſi [vt Albericus Menoch. & Fachin. aiunt] dos conuertatur in emptionem fundi ſeu prædiorum, quæ mulieri obligata ſint, vel alio in loco tuto ad lucrum ponatur, vbi aliter ab ipſo filio, qui dotem accepit, caueri nequeat, nam ſi ab eodem filio poſſit dari cautio, quia propria bona haberet, vel fideiuſſores qui pro ipſo ſe offerret pro dotis ſecuritate etiam, iuxta Doctores alterius ſententiæ, pater non teneretur

Sſ 4 neque

neque cogi poſſet pro filio bona ſua obligare, vt infrà notatum.

53 Ex quibus ad primam probationem prioris ſententiæ reſpondetur, abſque obligatione bonorum patris poſſe reddi mulierem cautam pro dotis reſtitutione modis mox explicatis, ad ſecundum reſpondetur, ex eo quòd pater non obliget ſua bona, non impediri matrimonium, cùm mulier fieri poſſit cauta abſque ſoceri obligatione iuxta tradita, præterquam quod ratio illa, ne impediatur matrimonium filij ſumpta *ex d. l. qui liberos,* non habet locum niſi in filio, in patris poteſtate exiſtente, cui debita eſt legitima. Cuique cùm ſit ſub eius regimine, & gubernatione, pater tenetur quærere vxorem *d. l. qui liberos, ff. de ritu nupt.* quam tamen non tenetur filio emancipato quærere iuxta *d. l. qui liberos,* vbi etiam Coraſius *num.* 10. & tradita *ſupr. cap.* 4. *numero* 22. & notauit etiam Menochius *dict. conſ.* 33. *numer.* 25.

54 Ad tertiam probationem primò reſponderi poteſt ex traditis à Baldo Nouello *de priuil.* 20. *n.* 2. diſpoſitionem ſpecialiſſimam *d. l. fin. Cod. de ſuſpect. rubr.* non debere trahi in conſequentiam contra vulgares iuris communis regulas, & contra titulum *Cod. ne filius pro patre,* & *in l. cùm filius, in princ. ff. de verb. oblig.* ſecundò ad eandem probationem, & ad confirmationẽ reſpondetur prædictas leges loqui, quando filius cui demandatur tutela, vel factus eſt decurio, non habet, vnde vel pupillo cuius bona adminiſtrat, vel Reipublicæ, cuius honores gerit, caueat quod in præſenti ſpecie non contingit, quia ſatis cautum eſt mulieri, ſi ex dote prædium ematur, & ei ſit obligatum, vel in alio loco tuto ad lucrum ponatur, & hæc poſterior ſententia in rigore iuris videtur verior, licet altera ſit magis recepta.

Limitationes ſeu declarationes primæ ſententiæ.

55 Quæ tamen prior ſententia, magis recepta pluribus modis limitatur & declaratur, & primò declaratur, vt procedat, quando filius ſiue in poteſtate, ſiue emancipatus ducat vxorem honeſtam, & ſuæ conditioni congruam, tametſi ſine patris conſenſu, nam ſi ſine patris conſenſu duxerat inhoneſtam, non teneri patrem pro eo ſe obligare, tradunt Bartolus, & alij Scribentes, *in dict. §. tranſgrediamur.* & Baldus Nouellus *d. priuil.* 20. *limit.* 1. Quòd ſi pater in eo matrimonio filij cum vxore indigna conſenſerit, tum Bartolus *in d. §. tranſgrediamur, n.* 6. Corneus *conſ.* 256. *lib.* 1. & P. Barboſa *vbi ſupr. n.* 33. *verſ. neque contradicit,* aiunt quod pater eidem matrimonio nihil opponere poteſt.

56 Secundò limitatur, ſi filius fuiſſet ingratus patri, qui poſſet ei denegare alimenta, & ſic poſſet etiam denegare donationem propter nuptias, & obligationem pro dote vxoris, vt idem Baldus Nouellus *d. priuil.* 20. *limitatione ſecunda.*

57 Tertiò limitatur, ſi filius in poteſtate ſeorſum habitans vel emancipatus haberet bona, per quæ mulier poſſit eſſe ſecura de dote abſque patris obligatione, non enim hoc caſu tenebitur pater pro filio dotem recipiente bona obligare, vt Imola *in d. §. tranſgrediamur,* Baldus Nouellus *d. priu.* 20. *limit.* 3. & P. Barboſa *in d. §. tranſgrediamur. numero* 16. *verſic. vnde filius*: & licet Imola id relinquat iudicis arbitrio, & Nouellus innuat patrem teneri etiam in hoc caſu obligare bona ſua, ſi mulier nolit eidem filio habenti bona nubere, niſi pater pro eo ſe obligaret; tamen rectius P. Barboſa ſentit patrem non teneri obligare bona ſua, ex eo quod mulier aliter nolit nubere eidem filio; quia tunc non poteſt dici ſtare per patrem, quominus filius contrahat matrimonium, ſed potius per importunam, & minimè neceſſariam mulieris petitionem, quæ non debet onerare patrem mariti, argum. *l. non debet alteri, ff. de reg. iur.* Potius igitur (ſubdit Barboſa ex Angelo *in §. fuerat inſtit. de act.*) filius debet compelli aliud matrimonium quærere, in quo non prætendatur id, quod ad dotis ſecuritatem non eſt neceſſarium. Quin etiam idem P. Barboſa *numero* 17. *putat*, tanquam veriùs non poſſe patrem cogi pro filio obligare bona, quando filius poſſet reperire fideiuſſores; nam quamuis maritus fideiuſſores dare non poſſit vxori, ob prohibitionem *l.* 1. *&* 2. *Cod. ne fideiuſſores dotium dentur,* hoc non debet onerare patrem, inquit Barboſa; qui ex eodem Angelo *in §. fuerat, num.* 27. *inſtit. de act.* addit idem dicendum ſi quocumque alio modo præter obligationem patris mulier poſſet eſſe ſecura de dote: vnde concludit *ibidem* Barboſa, quòd etiam retenta præfata prima ſententia communi pater non tenebitur ſe obligare pro ſecuritate dotis, niſi quando aliàs impediretur matrimonium culpa, ſiue dolo præſumpto patris argum. *l. ſi quis inter §. fin. ff. de execut. tutorum.*

Quartò limitatur, ſi filius ante omnem patris obligationem inuenerit vxorem, ſeu contraxerit matrimonium cum aliqua muliere, tunc enim licet mulier poſtea aut eius pater nolit tradere dotem, niſi pater pro eodem filio ſe obliget, non poſſe compelli patrem ad ſe obligandum pro filio, cùm iam vxorem inuenerat, & ceſſet ratio illa dictæ ſententiæ communis, ne matrimonium filij impediatur, tradunt Angelus *in d. §. fuerat, num.* 27. *inſtit. de act.* & Franciſcus Tigrini *in l. fin. ff. de ſuſpect. tut. allegatus* à Nouello *d. priuil.* 20. *num.* 5. vbi tamen addit Nouellus contrarium voluiſſe Bartholum *in d. §. tranſgrediamur, num.* 6. quia ibi loquitur in filio, qui iam acceperat vxorem dignam, & aſſerit patrem pro eo debere obligare bona ſua; quod & ſentire videtur, idem Nouellus & approbat etiam P. Barboſa *in d. §. tranſgrediamur,* ſi tempore matrimonij filius promiſiſſet præſtare hanc ſecuritatem obligationis patris, quia alioqui videretur impediri matrimonium, ſi filius non poſſit aliter habere dotem, ſine qua onera matrimonij ſuſtineri non poſſunt: ſi verò filius non fecerit talem promiſſionem, ait idem P. Barboſa, non poſſe patrem cogi obligare bona ſua pro filio, quia ſine præfata promiſſione iam duxit vxorem, quia tunc iuſtè non poteſt vxor, vel ſocer recuſare dotis filio promiſſæ ſolutionem eo prætextu, quod ei præſtatur pro dote ſecuritas, quam tempore promiſſionis non exegerunt, *l. ſi creditores, ff. de priuil. credit.* 58

Quintò limitatur, ſeu declaratur præfata prima ſententia, vt procedat ſi dos vxoris filij etiam emancipati tradatur patri, qui ipſam velit penes ſe habere, & onera matrimonij ſuſtinere: ſi vero filius recuſaret, nolletque patri dotem tradi, eundem patrem non teneri, neque cogi poſſe, ſe bonaque ſua obligare pro ſecuritate dotis cum periculo eandem dotem ſoluendi dixere Dynus *in d. §. tranſgrediamur,* Socinus *conſ.* 269. *num.* 3. *lib.* 2. Neguſantius *de pign.* 4. *memb.* 2. *p. n.* 36. & Bald. Nouellus *d. priu.* 20. *n.* 6. per textum *in d. §. tranſg. in* 2. *p. dum ibi dicitur* patrem obligari ad dotis reſtitutionem quando ipſe accepit dotem, vel eius iuſſu tradita fuit filio, & hæc limitatio, ſeu declaratio indubitata eſt, quando filius eſſet ſuſpectæ vitæ propter manifeſtum periculum, cui pater ſe obligando ſe exponeret vt Nouellus *d. num.* 6. & P. Barboſa *vbi ſup. n.* 32. quod ſi filius non eſſet ſuſpectæ vitæ, P. Barboſa *ibidem* retenta eadem prima ſententia non admittit hanc eius declarationem, eo quod controuerſia, an pater teneretur pro filio obligare ſua bona pro ſecuritate dotis procedat ſolum in filio emancipato, vel in filio in poteſtate ſeorſum à patre habitante (*vt ſuprà n.* 45. eſt notatum) quibus in caſibus dos iuxta iuris diſpoſitionem eſt tradenda filio, 59

filio, & non patri, vt *ſup.n.2. 10. & 32.* Atque adeò dum præfata ſententia communis vult, quod in prædictis caſibus pater tenetur obligare bona ſua pro dote filij, Doctores eiuſdem ſententiæ exiſtimant, quod dos tradenda ſit filio, & tamen ipſe pater teneatur pro ea dote obligare bona ſua. Textum verò *in d. §. tranſgrediamur* ait Barboſa *(vt ſuprà num. 46. fine* notatum eſt) procedere, quoad effectum, vt pater conueniri poſſit, per actionem de dote, non verò, quando conueniri debet ex propria obligatione, quam pro filio facere teneatur iuxta præfatam communem ſententiam: ſed quidquid ſit de hoc, ſi pater ipſe eſſet ſuſpectæ vitæ certum eſt, quod ei non eſſet dos tradenda, vt Nouellus *dict. num. ſexto.*

Pater conſentiens dotem dari filio emancipato, an ob huiuſmodi conſenſum remaneat obligatus ad dotis reſtitutionem?

66 Ex traditis inferenda eſt ſolutio illius difficultatis factæ *ſup.n.18. fine*, ſcilicet, an ſi pater conſentiat dotem dari filio emancipato, propter hunc conſenſum remaneat obligatus ad dotis reſtitutionem, & ſi enim Alexander *in l. ſi cùm dotem §. tranſgrediamur n.6. ff. ſolut. mat.* Caſtrenſis *ibid. n.5.* Campeg. *de dot. p.3. q.168. n.2.* affirmarunt remanere obligatum, quia ex quo tenetur ſe obligare iuxta primam ſententiam communem conſentiendo cenſetur obligationem contraxiſſe iuxta tradita *ſup.n.17. ex l. ſi filius-familias ff. de tutelis*; Nihilominus admiſſa ſecunda ſententia *n.52.* explicata, & approbata aſſerendum, patrem ex tali conſenſu non obligari, cùm iuxta eandem ſententiam non teneatur pater ſe obligare pro dote vxoris filij emancipati, & ſic ceſſat ratio fundata *in d.l. filius-familias.* Retenta etiam prima ſententia *ſup.n.46.* Petr. Barboſa *in d. §. tranſgrediamur, num.9. verſiculo infertur, ſecundo num. 10. 11. & 15. & verſicul. ſed opinio, & numero 16. poſt Speculatorem tit. de dote poſt diuortium §. formatis*, exiſtimat verius eſſe patrem conſentientem dotem tradi filio emancipato ob talem conſenſum non obligari ad dotis reſtitutionem, niſi quando filius nullo alio modo poſſet reddere vxorem ſecuram de dote, & ſine obligatione patris non poſſet inuenire vxorem dignam, cùm enim pater non teneatur accipere dotem, quando filius eſt emancipatus, & ſui iuris per textum in *dict. §. tranſgrediamur in eius parte prima*, & tradita *ſup.n.1. & 2.* inde conſequitur, vt ſi conſentiat eundem filium emancipatum accipere dotem; propter hunc conſenſum non remaneat obligatus pro dotis reſtitutione. Quod, & confirmat Barboſa ex traditis *in l. Lucius Titius ff. de adminiſt. Tutor. & l.1. Codic. de filiisfam.* & quemadmodum pater *lib. 10.* in quibus habetur, quod ſi pater conſentias filio ſuo emancipato deferri tutelam teſtamentariam, vel Magiſtratum, non ob id cenſetur pro filio obligatur, quia non tenebatur pater ſe obligare, & ſic etiam pater conſentiens dotem dari filio emancipato, quando non tenetur, ſe prò dote obligare, quia filius poteſt ex bonis ſuis, vel aliter reddere vxorem ſecuram, non obligabitur pro filio: Ad textum verò *l. 2. ff. ad municipalem*, vbi dicitur, quod pater ſi conſentiat filium emancipatum fieri decurionem (etſi alioqui non teneatur conſentire, vt fiat decurio, & ſe obligare pro eo *l. honores in fine ff. de decurion.* cenſetur obligatus pro filio: Reſpondet idem Barboſa *d. numero 11.* id eſſe ſpeciale ibi in filio ſuſcipiente decurionatum publicumque Magiſtratum fauore Reipublicæ, vt eius indemnitati conſulatur, extra verò hunc caſum patrem conſentientem filio aliquid deferri propter hunc conſenſum non remanere obligatum, ſi alias pro eo munere non tenebatur pater ſe pro filio obligare, vt probat textus *in d.l. Lucius Titius, ff. de adminiſt. tut.* vbi pater conſentiens filium ſuſcipere teſtamentariam tutelam non ob id obligatur, quia quamuis tutela ſit officium publicum authoritate, eſt tamen priuatum vtilitate *inſtit. de excuſat. tuto. in principio*, & ideo ſpecialitas, quæ inducitur in officio authoritate, & vtilitate publico, ad iſtum caſum extendi non debet, ita P. Barboſa. Verum breui reſponderi poteſt, *deciſionem, d.l.2. ff. ad municipalem*, non poſſe trahi ad hunc caſum dotis datæ filio emancipato patre conſentiente, cùm ita ſæpius *allegata l. ſi cùm dotem d. §. tranſgrediamur, ff. ſoluto mat.* habeatur, patrem obligari ad dotis reſtitutionem, ſolum, quando ipſe accepit dotem, vel de eius iuſſu tradita fuit filio, vt etiam *ſuprà §. ſecundò, & tertio* probatum eſt.

Suppoſita prima ſententia numer 46. *explicata an pater pro dote vxoris fily emancipat:, vel exiſtentis n p eſtate ſeorſum à patre habitante debeat ſe obligare, vt principalis vel ſolum tanquam fideiuſſor.*

Cæterum ſuppoſita prima, & magis recepta ſententia *num.46.* explicata quod pater pro dote vxoris filij emancipati vel in poteſtate exiſtentis ſeorſum à patre habitante teneatur ſe obligare pro filio ad eiuſdem dotis reſtitutionem, controuertitur, an pater debeat ſe obligare pro filio, ſolum tanquam eius fideiuſſor, an vero tanquam principalis ſuppoſito, quod pater poſſit intercedere, ſeu fideiubere pro filio de vxoris eiuſdem filij dote reſtituenda (quod tenent Bartholus, Alexander, Ripa, & alij *in l. ſi conſtante §. quoties ff. ſol. mat.* idem Alexander *in leg. ſi cùm dotem d. §. transgrediamur n.6. poſt medium ff. eod. & ibidem* Caſtrenſis *num.5.* Baldus Nouellus *de dot. part.6. priuileg. 21. num.4.* Gomez *ad l. 50. Tauri, num. 26. verſicul. quarto limita* Petr. Barboſa *in d. leg. ſi cùm dotem d. §. transgrediamur num. 29. verſ. item loquimur*, & alij, *de quo in ſequenti Paragrapho*) approbo tanquam veriorem ſententiam, quòd pater non teneatur, ſe obligare tanquam principalis, ſed ſat eſſe, ſi ſe obliget, vt fideiuſſor, & vbi ſpecificè obligauit bona ſua pro dote filio emancipato, vel in poteſtate exiſtente ſeorſum a patre habitante, cenſeri ſe obligaſſe, & obligatum eſſe ſolum tanquam fideiuſſorem pro filio, atque adeo ei competere beneficium excuſſionis, ſeu vt ante filium excuſſum, conueniri non poſſit, iuxta *auth. præſente, C. de fideiuſſoribus, & lib. 1. C. de decurion. l. 10.* ita poſt Angelum *in d. §. tranſgrediamur, n.2.* Caſtrenſem *ibidem num. 1.* Campegium *de dot. part. 3. q. 168. fine*, & alios P. Barboſa *in d. §. tranſgrediamur, num. 33. verſ. ad complementum, & num. 34. & 35.* Probat idem Barboſa *d. num. 33. & 35.* ex regula generali, quod quando pater pro filio ſe obligat, & non conſtat, quod voluerit ſe obligare, tanquam principalis, cenſetur eſſe fideiuſſor, & non principalis *l. cùm filiusfamilias 49. in principio, ff. de verb. obligat. l. penult. §. taberna ff. de inſtitutoria act. & d.l. 1. C. de decurionibus lib. 10.* confirmatur, quia ex ſola patris fideiuſſione vxor filij ſufficienter redditur ſecura de dote, & etiam de prælatione, cum ob talem patris fideiuſſionem, ſeu obligationem fideiuſſoriam eius bona remaneant tacite hypothecata iuxta *l. vnica, §. & vt plenius, C. de rei vxor. actione*, dum ibi diſponitur, quod non ſolum bona viri, ſed etiam omnium ſe obligantium ex parte viri contrahatur talis tacita hypotheca bonorum, & notarunt etiam Baldus Nouellus *d. priu. 20. n.8. initio*, Neguſantius *de pignor. 4. memb. 2. partis, n. 36. &* (ſuppoſita ſententia, quod pater poſſit eſſe fideiuſſor pro dote vxori filij reſtituenda) expreſsè Heringius *de fideiuſſoribus, cap.6. num. 223. vbi num. 244.* addit, quod fideiuſſor pro 61

dote

dote reſtituenda [ſuppoſito quod vtiliter detur fideiuſſor pro dotis reſtitutione] non poteſt agere, vt liberetur etiàmſi diu ſtetiſſet in obligatione, cum caſus ille reſtituendæ dotis nondum ſe obtulerit, vt Cynus, Bald. & alij *in l. ſi pro ea Cod. mandati*, & Bertazolus in tractatu de clauſ. inſtrument. *clauſula 43. Gloſſa 3. numero 4.*

62 Hinc licet, quando dos de iuſſu patris ſoluitur filiofám. cum patre habitante idem pater teneatur in ſolidum vt principalis ad dotis reſtitutionem, quia ſecundum ius ipſi patri erat dos tradénda, *vt ſup. n. 9. & 10.* notatum eſt, & ſic ratione talis iuſſus poteſt vt principalis conueniri, aliud tamen eſt quando pater obligatur nòn ratione iuſſus, ſed ex propria obligatione pro filio, ad quem dos eſt tradenda, & ſic cenſetur interuenire tanquam fideiuſſor; ac proinde ante filium excuſſum non poteſt conueniri, iuxta *d. auth. præſente, & d. l. 1.* & ita Barboſa *d. n. 35.* Quin etiam, ſi pater iuſſerit dotem tradi filio emancipato, aut in poteſtate ſeorſum tamen à patre habitante hoc caſu patrem obligari in ſolidum tantum, vt fideiuſſorem, & ei competere beneficium excuſſionis filij tradit idem P. Barboſ. *d. num. 34.* & notatum eſt *ſuprà num. 10.* vbi & ratio eiuſdem Barboſæ notatur, ſed occaſione eorum, quæ ſupra tradita ſunt.

§. VII.

An maritus, vel pater mariti, vel alius dotem recipiens pro dote conſeruanda, & poßit vtiliter dare, vel cogi dare fideiuſſores, ſeu an ex parte mariti pro dote conſeruanda, & reſtituenda poßint vtiliter dari, vel exigi fideiuſſores ita vt fideiuſſor datus obligetur.

63 Dixi, *ex parte mariti*, Nam ex parte mulieris pro dote marito ab ipſa muliere, vel eius patre, vel ab alio promiſſa, & conſtituta ſoluenda poſſe à marito exigi & vtiliter dari fideiuſſores, ita quod obligentur ad dotem ſoluendam, & conſignandam eidem marito eſt communiſſima ſententia contra Cuiacium *ad titulum ne fideiuſſores dotium dentur* quem ſequi videtur Fachineus *loco inf. citato*, ita Gloſſa & alij ſcribentes *in l. 1. Codic. ne fideiuſſores dotium dentur, Placentinus in ſumma Codicis lib. 5. tit. 20. fine* Azo. *ibidem in princ.* Duarenus *c. 4. de dotibus, & dotium iure tit. ſol. matr.* Bald. Nouellus *de dote parte 6. priuil. 21. n. 9.* Gomez *ad l. 50. Tauri, n. 26. initio.* Stephanus Gratianus *diſcept. for. tom. 2. cap. 233. n. 44.* Heringius *de fideiuſſoribus cap. 6. num. 166.* (vbi ait *id omni dubitatione carere,*) *& n. 176. & c. 10. num. 269.* Fontanella *de pact. nupt. clauſ. 12. Gloſſa vnica n. 16.* Antonius Merenda *controu. iuris lib. 6. cap. 12. n. 4.* Camillus Borellus *in ſumma deciſ. p. 3. tit. 5. n. 357. & 358.* Larea *in deciſionib. Granatenſib. p. 1. diſp. n. 13.* & alij iuriſperiti ab iiſdem relati, & ex Theologis Ludouicus Molina *de iuſt. & iure tom... diſp. 425. num. 1.* Rebellus *de obligat. iuſt. p. 2. lib. 5. quaſt. 9. n. 32. verſic. pro dote,* Caſtrus Palaus *de iuſtitia diſp. 9. puncto 8. n. 1.* Probat hanc communiſſimam textus *in leg. profectitia §. ſi pater, non quaſi pater ff. de iure dotium, & in leg. fin. Cod. ad Velleianum,* vbi habetur mulierem maiorem 25. annis non ſolum poſſe obligari, ſi dotem pro alia muliere promiſerit, ſed etiam ſi pro alia muliere, aut alia perſona dotem promittente fideiuſſerit, nec iuuari Velliano *vt ſuprà cap. 9. n. 95.* probari & eſt communis ſententia iuriſperitorum, quorum plurimos *ibidem* allegari. Hanc communiſſimam Doctores communiter aiũt probari *l. cum dotis ff. de iure dotium*, cuius verba ſunt *Cùm dotis cauſa aliquid expromittitur fideiuſſor eo nomine datus tenetur,* Quod tamen negat Cuiacius *loco citato*, & poſt eum Fachineus *controuerſ. iuris lib. 8. cap. 76. verſic. tertium argumentum eſt,* quia (inquiunt) textus non loquitur de vxore, ſed de eo, qui dotem viro promiſſam ab vxore ſcilicet, qui dotem, quam debuit vxor expromittit: expromittere autem [aiunt] eſt nouandi animo ſuſcipere alienam obligationem, & ſe facere reum principalem pro alio ſoluto ab omni obligatione; cùm nouatio liberet debitorem prius obligatum; Quapropter dicunt hunc eſſe ſenſum illius legis nempe, ſi quis dotem debitam ab vxore promiſerit viro nouandi animo, & fideiuſſorem dederit, vtique fideiuſſor tenebitur, quia non eſt ab vxore datus, ſed ab extraneo promiſſore, ita præfati Doctores, ſed eadem communiſſima probatur, quia in vxore dante fideiuſſorem marito de ſoluenda dote promiſſa non militat ratio, ob quam legibus infra allegatis prohibetur à marito exigi, & dari fideiuſſorem de dote accepta conſeruanda, & reſtituenda, ſcilicet quia cùm mulier commiſerit ſe, corpuſque ſuum fidei mariti, pariter & dotem debet confidere, miniméque fideiuſſorem exigere, vnde oriatur occaſio & cauſa perfidiæ diffidentiæ & rixæ inter eoſdem coniuges. Quæ ratio ceſſat, quando à muliere dotem promittente fideiuſſor datur, & exigitur, tum quia illa obligatio, (vt notat Nouellus) non eſt, habitura cauſam perpetuam (vt quando à marito exigitur pro ſecuritate dotis conſeruandæ, & reſtituendæ ſoluto matrimonio] ſed ſtatim deſitura atque dos fuerit ſoluta, cuius ſolutio non multum differtur, cùm detur ob onera matrimonij ſuſtinenda: tum quia [vt poſt Caſtillum *tom. 5. controuer. 2. p. capite 168. §. vnico num. 8. aduertit.* Larea *dict. diſp. 7. numero 13.*] ex fideiuſſione ex parte mulieris non videtur poſſe naſci diſſidium, & diffidentia; nam cùm maritus teneatur alere vxorem, & ſuſtinere matrimonij onera, quibus dos deſeruit, potius vxoris intereſt pro dote promiſſa fideiuſſorem dari, vt ſecuritati dotis conſulatur: tum quia [vt ait Merenda mulier quidem marito ſe ſe tradit non autem maritus mulieri ſe committit. Tum demum quia non ita maritus vxori reuerentiam exhibere cogitur, ſicut vxor ipſi marito obligatur, & mulier eſt ſubiecta viro, vt notum eſt, ac proinde ex eo quod maritus exigat fideiuſſorem pro dotis promiſſæ præſtatione, non ita facilè poteſt dari aut præſumi cauſa diſſidij, & maleuolentiæ inter eoſdem coniuges.

Difficultas igitur ſolum eſt, an ex parte ipſius mariti, ſcilicet, an ipſo marito vel eius patre aut auo vel alio recipiente dotem poſſit exigi, & vtiliter; ita vt obligetur dari fideiuſſor pro dote conſeruanda, & reſtituenda ſoluto matrimonio, de qua ſcribentes *in lege 1. & 2. Cod. ne fideiuſſores dotium dentur & in lege ſi conſtante §. quoties ff. ſolut. matr.* Baldus Nouellus *dicto priuil. 21.* Campegius *de dote p. 2. quaſt. 172. ad 183.* & ex iuriſperitis recentioribus latè Gomez *numero 26.* Heringius *de fideiuſſoribus capite ſexto à num. 104.* Faber *lib. quinto cod. titul. 14. de fideiuſſoribus dotium* Camillus Borellus *dicta titul. quinto num. 344. ad 422.* Merenda *dicto lib. 6. citato capite 12. & capite ſequenti,* & Larea *dicta diſp. 7.* per totam. 64

Et communis, ac certa concluſio eſt, quod licet regulariter pro quolibet obligato poſſit fideiuſſor accedere, vt in toto *titul. ff. & Cod. de fideiuſſoribus,* tamen pro ſecuritate dotis tempore matrimonij, eoue conſtante à marito vel eius patre aut auo, vel alio dotem recipiente non poteſt mulier, vel eius parens fideiuſſorem exigere; & ſi datus fuerit non obligatur, conſtat hæc concluſio *ex lege 1. & 2. Cod. ne fideiuſſores dotium dentur,* & tradunt ſcribentes *ibidem, & in l. ſi conſtante §. quoties ff. ſoluto matrimonio* Doctores ſupra allegati & alij omnes, qui *in ſequentibus* allegantur, & hanc concluſionem 65

eſſe

eſſe in ſcholis inueteratam opinionem, ſcribit Hotomanus *in ſuis diſputationibus, in diſputatione de dotibus, pag. 106. initio*, fundatam in dictis duobus legibus, & verba *dictæ legis primæ* à Gratiano, Valentiniano, & Theodoſio Imperatoribus conditæ ſunt, *ſiue ex iure, ſiue ex conſuetudine lex proficiſcatur, vt vir vxori dotis ſeruandæ fideiuſſorem exhibeat, eam iubemus aboleri*, *dicta verò l. 2.* quæ eſt conſtitutio Iuſtiniani Imperatoris, in qua comprobat, & ampliat præcedentem, continetur his verbis: *Generali definitione conſtitutionem priſtinam ampliantes ſancimus, nullam eſſe ſatiſdationem, vel mandatum pro dote exigendum vel à marito, vel à patre eius, vel ab omnibus qui dotem ſuſcipiunt. Si enim credendam mulier ſeſe ſuamque dotem patris mariti exiſtimauit, quare fideiuſſor exigitur, vt cauſa perfidiæ in connubio eius generetur*; vbi etiam Imperator aſſignat rationem ſuæ conſtitutionis; ne pro dote à marito poſſit vxor exigere fideiuſſorem, ſcilicet, quia mulier, quæ ſe & ſuo marito committit, non debet diffidere de adminiſtratione, & conſeruatione petendo fideiuſſorem pro dotis ſecuritate, vnde videatur potius fidem habere fideiuſſori, quàm marito, & magis fidei alienæ, quam amicitiæ fideique communi, vnde perfidia, diſſidiumve in matrimonio generetur. Quapropter cauſa finalis præcipua & potiſſima, vt Imperatores in præfatis legibus conſtituerint, ne fideiuſſores, aut mandatores dotium exigantur, & dentur fuit timor perfidiæ, ſcilicet prouidere, ne inter coniuges oriatur occaſio diſcordiæ, vt tradunt Heringius *d. c. 6. n. 111.* Merenda *dict. c. 12. n. 2.* Larea *d. c. diſput. 7. num. 8. & 9.* & communiter Scribentes *in l. 1. & 2. Cod. de fideiuſſores dotium dentur.* Cùm enim inter coniuges debeat eſſe fides, charitas, & concordia, propterea meritò Imperatores voluerunt remouere illud, ex quo inter eoſdem coniuges perfidia, & diſcordia oriri poteſt, & tale illis viſum eſt à marito per vxorem exigi pro dotis ſecuritate fideiuſſorem, quem quis non præſumit exigere, niſi quia alterius fidem in dubium vocet; fideiuſſio enim id recipit, vt quod in obligatione deductum eſt, cautius, & ſecurius debeatur, *l. 1. §. verbis, in fine de obligat. & act. & inſtit. de fideiuſſoribus, in princip.* Vnde dicti fideiuſſores, vt quod à debitore promiſſum eſt, in ſuam fidem ſuſcipiant, vt ſecurum ſit atque adeò vbi fideiuſſio exigitur pro dotis ſecuritate, neceſſariò fides mariti in dubium reuocatur; quaſi de eo ſecura vxor non exiſtat, bona dotis eſſe conſeruanda nec dilapidanda, & reſtituenda, cùm pro marito alterius perſonam interponat, ex quo videtur inferri iniuria marito, & ſic dari cauſam diſſidij, & diſcordiæ, quod latius proſequuntur Heringius; & Larea.

66 Quare autem Iuſtinianus prohibuerit, non ſolùm à marito, ſed neque à petente, neque ab his omnibus, qui dotem ſuſcipiunt fideiuſſorem pro dotis ſecuritate exigi ratio [vt notant Heringius *d. diſp. 7. n. 216.* & Merenda *d. lib. 6. cap. 12. num. 23.*] eſt, quia cùm quando non à marito, ſed ab alio dos ſuſcipitur, ſemper commodum eiuſdem mariti ſuſcipiatur, & ſuſcipiens ſit veluti procurator mariti, ſi ab eo fideiuſſor exigatur, & ſic de eius fide dubitatur, in conſequentiam de fide mariti dubitari cenſetur: Quod enim per alium qui accepit, ipſe accipere cenſetur *l. 3. §. ſed debitorem, ff. de donat. inter virum & vxorem*, & prædicta quidem, quoad præfatam concluſionem, & diſpoſitionem dictarum legum *1. & 2. Cod. ne fideiuſſores dotium dentur*, ab omnibus admittuntur, ſed quia eiuſdem concluſionis, & diſpoſitionis earumdem legum, ab Imperatoribus, & aliis Doctoribus datæ ſunt limitationes, & declarationes ideò pro pleniori intelligentia concluſionis, & præfatarum legum enodanda ſunt ſequentia dubia.

Dicta lege 1. & 2. *an prohibeatur, & irritetur fideiuſſio tam dotis reſtituendæ, quàm conſeruandæ.*

Dubium primum an prohibitio exigendi, & dandi 67
à marito fideiuſſorem pro dote procedat non ſolùm in fideiuſſore de dote conſeruanda (ſcilicet quod maritus conſeruet, neque corrumpat vel dilapidet dotem) ſed etiam in fideiuſſore de dote ſoluto matrimonio reſtituenda; ita vt nec pro reſtitutione dotis à marito exigi, & vtiliter dari poſſit fideiuſſor. Nonnulli relati à Gloſſa *in dict. l. 1. C. de fideiuſſ. dot. dentur*, Cynus, Dynus *in d. l. 1.* & quidem alij à Baldo Nouello *d. priuil. 21. n. 1.* & Campegio *d. p. 3. quæſt. 173.* relati affirmarunt ſolùm prohiberi exigere, & dari fideiuſſorem de conſeruanda dote, non verò de reſtituenda, quia *dicta leg. 1.* prohibetur ſolùm exigi fideiuſſorem dotis ſeruandæ; nulla facta mentione reſtitutionis, quæ lex, cùm videatur odioſa, & exorbitans à regulis iuris communis, ſtrictè, & propriè, & iuxta terminos eius eſt intelligenda *lege quod vero, ff. de legibus.* Confirmatur, quia cùm permiſſum ſit exigere, & dari fideiuſſorem de reſtitutione dotis matrimonio ſoluto [vt infrà dicitur] erit etiam durante matrimonio permiſſum exigi, & dari fideiuſſorem dotis reſtituendæ, cùm in tempus ſoluti matrimonij fideiuſſio conferatur.

Communis tamen ſententia interpretum, & aliorum 68
iuriſperitorum eſt, prohiberi *in dict. legibus* à marito exigi, ita vt nulla ſit fideiuſſio, fideiuſſorem etiam de dote ſoluto matrimonio reſtituenda, ita Gloſſa *in d. l. 1.* & *in lege ſi conſtante, §. quoties. ff. ſoluto matrimonio, ibid.* Bartholus, Paulus de Caſtro, Romanus, Cumanus, & alij *ibidem* Scribentes, & communiter alij iuriſperiti antiquiores, quos latè *locis ſuprà allegatis* referunt Nouellus, & Campegius idem ſentientes, ita etiam communiter iuriſperiti recentiores Petr. Barboſa *in dicta lege ſi cùm dotem, §. transgrediamur, num. 29. ff. ſoluto matrimonio* Gomez *ad dictam leg. Tauri 50. num. 26.* Heringius *dicto cap. 6. à numero 104.* Antonius Faber *d. tit. 14. de fin. 1.* Fontanella *d. Gloſſa vnica, num. 17.* Merenda *d. lib. 6. cap. 13. num. 2. & pluribus ſequentibus* Borellus *d. t. t. 5. num. 347. & ſequentibus* Larea *diſp. 7. n. 14.* & alij apud eoſdem, & ex Theologis Molina & Rebellus *locis ſupr. num. 63. allegatis.* Quæ communis probatur primò, quia conſtitutio Iuſtiniani *in d. l. 2.* ampliatiuè præcedent. *leg. 1.* loquitur generaliter, omnemque fideiuſſionem pro dote exigi à marito prohibet, vt conſtat ex illis verbis *nullam eſſe ſatisdationem, vel mandatum pro dote exigendum*: ſecundò quia illa ratio, ne ex fideiuſſione generetur cauſa, deturve occaſio perfidiæ & diſſidij inter coniuges æquè viget in fideiuſſione dotis reſtituendæ, ac conſeruandæ, ac proinde in vtraque idem ius eſt *lege ſi à Titio, ff. de verborum obligationibus.* Tertiò quia ſub obligatione de conſeruando includitur etiam obligatio de reſtituendo, vt probat Nouellus exemplo fideiuſſionis dandi per vſumfructuarium de vtendo, & fruendo ſalua rerum ſubſtantia, qui neceſſariò videtur obligatus de reſtituenda ipſa corpora ſalua, & illæſa *lege 1. & per totum, tit. ff. vſufructuarius quemadmodum caueat.* Hinc quartò probatur, quia alioqui præfatæ conſtitutiones *d. l. 1. & d. l. 2.* nihil operentur, cùm nil referat habere fideiuſſorem dotis ſeruandæ & non reſtituendæ, ſi quidem non alia de cauſa ſeruari dotem mulier curet, quàm vt poſſit reſtitui. Quare verba *d. l. 1.* ibi dotis ſeruandæ, rectè exponi (vt notat Merenda *dict. c. 13. num. 5.*) poſſunt ſcilicet, dotis recuperandæ à marito: ex quibus ad fundamentum contrariæ ſententiæ reſpondetur *d. l. 1.* prohiberi etiam fideiuſſorem dotis reſtituendæ, vt probant addu-

ctæ rationes,& etiam conceſſo quod dictæ leges 1. & 2. ſint contra regulas iuris communis, & correctoriæ (ad quod probandum plura adducit Nouellus. *d. priu.* 21. *numero* 5.) nam quod prohibitio fideiuſſoris dotis reſtituendæ contineatur in iiſdem legibus non venit per viam extenſionis, ſed per viam comprehenſionis ex verbis generalibus,& ratione *d.l.* 2. quo caſu etiam lex correctoria extenditur , vt Baldus Nouellus *numero* 2. & Gloſſa *in auth.minor.debit. Cod. qui dari tuto.poſſunt*, & ſuprà in hoc opere & alibi à me notatum eſt. Ad confirmationem reſpondetur eſſe diſcrimen, quia fideiuſſio data poſt ſolutum matrimonium non præbeat occaſionem diſſidij , quoad leges voluerunt impedire, dat aut fideiuſſio tam dotis conſeruandæ , quàm reſtituendæ ſi exigatur,& datur conſtante matrimonio , vt ſuprà probatum eſt.

Iiſdem legibus 1. & 2. an prohibita & irrita ſit fideiuſſio dotis ſeruanda, vel reſtituenda non ſolùm ſi maritus coactus, ſed etiam ſi vltrò & ſpontè fideiuſſorem vxori dederit.

69 Dubium ſecundum an prædictis legibus 1.& 2. *Cod. ne fideiuſſores dotium dentur* prohibeatur, & annulletur fideiuſſio de dote recepta conſeruanda , & reſtituenda ſolùm , quando fideiuſſor à marito inuito exigitur , & datur, non verò ſi ipſe maritus vltrò , & ſponte vxori, vel eius patri offerat, & det fideiuſſorem pro ſecuritate dotis ſeruandæ, & reſtituendæ : & plurimorum ſententia eſt præfatis legibus prohiberi tantùm exigi & dari fideiuſſorem a marito inuito , talemque fideiuſſionem à marito coacto datam eſſe nullam , datumque fideiuſſorem non obligari , non verò prohiberi , & annullari fideiuſſionem dotis ſeruandæ & reſtituendæ, ſi maritus ſponte offerat , & det fideiuſſorem , atque adeò fideiuſſorem ſpontè datum obligari , & conueniri poſſe , ita Iacobus de Ranen. Cynus, Ioan. Andreas, Romanus Raphael Cumanus, à Campeg *d. part. 3.q.* 176. Menochio & Gomezio *locis infrà allegatis relati*, Duarenus *loco ſuprà num.*63. *allegato*, Conanus *lib.* 8. *comment. cap.* 9. *numero* 8. Baldus Nouellus *d. priu.* 21. *num.* 5. Menoch. *de præſumpt. lib.* 4. *præſ.* 190. *n.* 43. *fine*, & *lib.* 6. *præſ.* 1. *n.* 17. Ant. Picchard. *in §.in omnibus,num.*12.*inſtit.de fideiuſſor.* & alij , quos Heringius *d. cap.* 7. *n.* 155. & Larea *d.diſp.*7.*n.* 161. *referunt* , & ita ſentire videtur etiam Faber *d. tit.* 14.*definit.* 4. *n.* 4. dum dicit *dotis fideiuſſorem à muliere peti non poſſe , ſi non vltrò offeratur.* Probatur hæc ſententia primò, quia *d.l.* 1. prohibetur ſolum maritum cogi , vt exhibeat vxori fideiuſſorem ſeruandæ dotis, & *l.* 2. decernitur, nullam eſſe ſatisdationem, vel mandatum pro dote exigendum , ac proinde dictis legibus non continetur ſeu comprehenditur fideiuſſio dotis ſeruandæ , & reſtituendæ.ſi maritus,vltrò,& non rogatus,ſeu coactus, & exactus fideiuſſorem offerat, & det : neque conſtitutiones earumdem legum ſint extendendæ ad ſatisdationem ſpontè à marito datam,nam cùm de iure Digeſtorum,& ante diſpoſitionem *d.l.* 1. & 2. *Cod. ne fideiuſſ. dotium dentur* , non reperiatur cautum , quod fideiuſſor non poſſit accedere pro dote à marito accepta , vel conſeruanda,vel reſtituenda (vt notat Nouellus) præfatæ leges ſunt contra rationem iuris communis, & correctoriæ, & conſequenter odioſæ , & minimè extendendæ ad caſus , qui expreſsè in illis non continentur , quod latius,& pluribus proſequitur Nouellus *d.n.* 5. neque obſtare debet generalitas tituli , ſeu rubricæ inſcriptæ, ne fideiuſſores dotium dentur, nam Menoch. *d. præſ.* 1. *per totam,& præſertim,d.num.*17.*probat argumentum ſumptum à rubrica* non ſemper probare,ſed ſæpè nigrum eſſe magis reſtrictum ; ſecundò probatur quia ratio in dictis duabus legibus aſſignata ſcilicet perfidiæ , & diſcordiæ remouendæ ceſſat, quando maritus fideiuſſorem vltrò & ſponte offert , tunc enim non adeſt occaſio , & iuſta cauſa perfidiæ , & diſſidij , cùm maritus nequeat rectè vxori obiicere illam obligationem maiorem ex fideiuſſione reſultante , quando ipſe fideiuſſorem ſpontè dando in neceſſitatem illam ſe coniecerit,illamque comprobauerit arg. *l. cùm mulier,ff.ſolut.matrim.* nec lex faueat illi, qui ſe ipſum poſuit in neceſſitate *l. Imperatores, ibi ipſe te huic pœna ſubdidiſti, ff. de iure fiſci* , addit Nouellus aliam rationem nempè quod cùm hæc ſententia ſit fauorabilis mulieribus & dotibus , in dubio eſt tenenda iuxta regulam *l.in ambiguis, ff.de regim. iuris.* Præter quæ & alia quæ *d.n.* 5. adducit , idem Nouellus *d.n.*5. *circa finem*, dicit, hanc ſententiam eſſe in puncto iuris veriſſimam.

Contrariam ſententiam, & *d.l.* 1.& 2. prohiberi,ac 70 annullari fideiuſſorem dotis ſeruandæ vel conſeruandæ quamcunque etiam ſi maritus ſpontè fideiuſſorem offerat,& det,tenent Gloſſa *in d.l.fin.Cod.ne fideiuſſ. dotium dentur*, Azo *in ſumma eiuſdem tituli* , Bartholus , Alexander,& alij Scribentes *in l.ſi conſtante, §. quoties, ff. ſolut.matr.* (vt Nouellus *d.num.*5. *notat*) Cuiacius *ad eundem titulum,Cod. ne fideiuſſores* , & Harmneopolus *lib.* 4. *tit.* 8. (vbi *latinè* redditus vir dotem recipiens (ait) *fideiuſſores exhibere non cogitur , numque enim pro mulieris dote fideiuſſor datur, niſi antequam ſponſalia contraherentur, id conuenerit* : quibus verbis oſtendit ſe ſentire non valere fideiuſſoris dationem conſtante matrimonio,niſi ante ſponſalia,vt præſtetur , fuerit conuentum, Campegius *d.q.* 173. Gomez *ad d.l. Tauri* 50. *d. n.* 26. Fachin. *lib.* 8. *controu. iur. allegato cap.* 76. Borellus *d.tit.*5.*n.* 346. *ad* 352. Hering. *d.c.*6.*n.*156. *ad* 184. Fontanel. *d.Gloſſ.vnica, n.* 17. Larea *d. diſp.*7.*n.*16. P. Barboſa *ad l.ſi cùm dotem,§.tranſgrediamur,d. n.*29. *ff. ſolut. matrim.* & plures alij Iuriſperiti à Burello & Heringio relati,& ex Theologis Molina, Rebellus , & Palaus *locis ſuprà num.*63. *allegatis* , & eſſe communem ſententiam teſtantur Nouellus *d.n.* 5. *ſuprà allegato* , & Picchardus *in d.§.in omnibus, num.* 11. *à quo*, propterea in iudicando,& conſulendo non eſſe recedendum idem Nouellus *ibid.* fatetur. Hæc ſententia , præter argum. ſumptum à generalitate *tituli Cod.* qui eſt, ne fideiuſſores dotium dentur,probatur primò,quia *d.l.* 1. *generaliter*,abolcuir omnis lex , quia vir vxori ſeruandæ dotis fideiuſſorem exhibeat , ergo vetat etiam fideiuſſorem à viro ſpontè dari,id quod confirmatur , quia in Codice Theodoſiano,(ex quo illa lex ſumpta eſt) *lib.* 3 *tit.* 15. *tit.de fideiuſſ.dotium*, ita legitur, *omnium ſponſorum vel fideiuſſorum deinceps in cauenda dotis ſponſione , promiſſiones abolemus.* Secundò probatur , quia alioqui data priori ſententia facilè fieri poſſet fraus prohibitioni, ne fideiuſſores dotium dentur *in d.l.* 1. & 2. factæ , eadem facilitate, qua maritus inducitur ad dandum fideiuſſorem, induceretur ad dicendum,ſe vltrò & ſpontè illum obtuliſſe , ob quam fraudem euitandam præſumendum eſt fuiſſe legiſlatorum voluntatem comprehendendi quamcunque fideiuſſionem pro dote recepta ſeruanda, vel reſtituenda, quæ voluntas eſt attendenda , quamvis legis verba non ita expreſsè illam exprimant *capite* 6. & 8. *de verb.ſignificatione,& l.ſcire leges,ff.de legibus*; demùm omiſſis aliis latiſſimè , ab Heringio traditis , quibus reſpondet omnibus argumentis Nouelli , probetur hæc ſententia , quia etiam ſi maritus fideiuſſorem ſeruandæ , & reſtituendæ dotis ſpontè offerat , & det,militat eadem ratio prohibitionis,de quâ *d.l.* 1.& 2. ſcilicet,remotio occaſionis perfidiæ,& diſſidij inter coniuges ex differentia vxoris de marito ; nam vxor accipiens fideiuſſorem tametſi ſpontè oblatum oſtendit ſe de merito diffidere ; hæc pro huius ſententiæ confir-

matione

matione, quæ tamen non videtur, ita vrgere, quin altera ſententia ſit validè probabilis, & conformis textibus *dictal. 1. & 2. Cod. ne fideiuſſ. dotium deutur*. Aduertit tamen Heringius *n. 261.* vix poſſe euenire, vt fideiuſſio ſpontè, & vltrò nec à marito afferatur, quia non ſit credibile maritum futurum tam ſtultum vt ſua liberalitatè in ſatiſdationis neceſſitatem ſe conijciat, nec etiam addit *n. 180.)* vt faueat vxori, illamque morigeratam habeat, cùm ſtultorum ſit ſuam conditionem ſpontè facere deteriotem *l. 4. ff. quod vi aut clam, & l. cùm de indebito, §. 1. ff. de probat.* Quare *d. n. 261.* concludit non habendam in conſideratione priorem ſententiam ob raritatem caſus, in quo poſſit habere locum.

Si maritus in datione fideiuſſionis dotis ſeruandæ, vel reſtituendæ deſpoſitioni dictæ legis 1. & 2. Codice ne fideiuſſores, &c. *cum iuramento renunctauerit, vel ipſe fideiuſſor datus iureiurando ſe obligauerit, an valeat fideiuſſio.*

71 Dubium tertium, an fideiuſſor de dote conſeruanda, & reſtituenda a marito datus obligatur, fideiuſſioque ſubſiſtat, ſi maritus renunciauerit diſpoſitioni, ſeu priuilegio *d. l. 1. & 2. C. ne fideiuſſ. dotium dentur*, vel ipſe fideiuſſor cum iuramento ſe obligauerit ſententiam negantem eſſe obligatoriam præfatam fideiuſſionem factam cum dicta renunciatione iurata, vel iuramento fideiuſſoris de illa obſeruanda, amplexi ſunt Bartholus *in l. ſi quis pro eo, n. 9. ff. de fideiuſſoribus* Bald. Ant. de Butrio Alciatus, quos Baldus, Nouell. *d. priuil. 21. n. 24.* refert Couarru. *in c. quamuis pactum, p. 2. §. 2. n. 9.* & ex Doctorib. *ſupr. n. 54.* relatis Hering. *d. c. 6. n. 202. cum pluribus ſeqq.* Larea *d. diſp. 7. n. 17. & plurib. ſeqq.* qui alios referunt. Quæ ſententia præcipuè probatur, quia præfata fideiuſſio dotis ſeruandæ, vel reſtituendæ, ſiue exacta, ſiue ſpontè (iuxta ſententiam *n. præced.* tradita) eſt contra bonos mores, publicam vtilitatem, & maritalem reuerentiam, cùm occaſionem perfidiæ, & odij inter coniuges præbeat, & nutriat iuramentum autem non tribuit vim actui, ſuper quo interponitur, neque eſt obligatorium, quando adijcitur actui aduerſanti bonis moribus *c. non eſt obligatorium de regulis*, neque quando apponitur actui prohibito a legibus principaliter propter publicam vtilitatem *c. ſi diligenti vbi Scribentes de foro competenti, & l. 2. & l. quemadmodum, C. de agricolis, & cenſitis*, & Doctores communiter à Gallerato *de renunciat. lib. 5. c. 4. n. 79.* & Larea *d. diſp. 7. n. 15.* Secundò probatur eadem ſententia, quia iuramentum contra leges, ſeu prohibitionem legum præſtitum eſt nullum, omnique effectu caret *l. non dubium, C. de legib.* cum aliis adductis ab Hering *d. c. 6. cit. n. 4.* & Larea *d. n. 15.* ſicut, & Borell. pluribus aliis conati ſunt hanc ſententiam ſtabilire. Quam admitti poſſe dicit Bald. Nouell. *d. priuil. 21. n. 18.* ſi maritus inuitus, & coactus præſtaret talem fideiuſſorem; ſecus verò ſi maritus ſpontè, & vltrò maritus afferat talem fideiuſſorem; nam tunc ait (ſuppoſita ſententia communi de qua *n. præced.*) iuramentum fideiuſſionem firmaret.

72 Sed prædictis non obſtantibus puto tenendam appoſitam ſententiam abſolutè & indiſtinctè aſſerentem iuramentum valere, eoque fideiuſſorem teneri, & conueniri poſſe, ſi *diſp. d. l. 1. & 2.* à marito cum iuramento renunciatum fuerit, vel fideiuſſor ipſe iureiurando ſe obligauerit, tenent Abbas, Imola *in c. cùm contingat, de iureiurando*, Angelus, Paulus de Caſtro, Baldus, Alex. Cureus, Socinus à Baldo Nouello *dicto priuileg. 21. n. 15.* Campegio *d. parte 3. quæſtione 175.* & Couarr. *dicto numero 9. fine* relati idem Campegius *ibidem* idem etiam Couarruuias *ibidem* Gomez *dicto num. 26. verſic. quinto, limita.* Ioſeph. Ludouicus *deciſione 59. Peruſin. n. 5.* Parladorus *rerum quotidianarum, lib. 2. c. 4. n. 27.* Fontanella *d. Gloſſa vnica, in n. 18.* Faber *lege quinta, Codice d. titulo 14. defin. 4. numero 3.* Facl. in *contr. iuris, lib. 3. cap. 18.* Seraph. Gratian. alios latiſſimè referens *diſcept. forenſ. tom. 2. cap. 233. num. 34. & duob. ſeqq.* alij Iuriſperiti ab Heringio *d. c. 7. num. 201.* relati, & eſſe communem ſententiam Iuriſperitorum teſtantur Campeg. Couarru. & Faber, & ex Theologis eandem tenent ſententiam, Molina, Rebellus, & Palaus *locis ſupr. n. 63.* allegatis. Probatur, quia hoc iuramentum non eſt de re illicita repugnatiue iuri diuino, aut naturali, ſed de re ex ſe licita nullum continente peccatum ſe obligat, ergo & eſt omninò obſeruandum iuxta tradita *c. quamuis de pactis, in 6. & cap. cùm contingat de iureiurando*, vbi definiunt Pontifices ſeruanda eſſe omnia iuramenta ſine vi, & dolo ſponte præſtita, quæ in alterius præiudicium non reſultant, neque obſeruata vergunt in diſpendium ſalutis æternæ. Antecedens, quod huiuſmodi iuramentum non ſit de re illicita, & ex ſe continente peccatum, probatur, quia licet lex ciuilis eſſe iuſtam, & honeſtam cauſam prohibendi, ne dentur fideiuſſores ex parte mariti pro dotis ſecuritate iudicauerit illam rationem, vt à marito, cui vxor committitur, & cuius poteſtati creditur abſque vlla alia cautione, quam quæ a natura ineſt non fuerit ab eadem vxore exigenda fideiuſſoria cautio dotis ſeruandæ, vel reſtituendæ, quæ eſt multò minoris æſtimationis, quam ipſius vxoris perſona, & ne fideiuſſio, ob quam videtur vxor reuocare in dubium fidem mariti, eſſet cauſa, præberetve occaſionem perfidiæ, & odij inter eundem maritum, & vxorem, non tamen hinc fit fideiuſſionem eſſe de ſe illicitam, & contra bonos mores naturales, & talem ob Imperatoribus dictarum legum *primæ & ſecundæ, Codice ne fideiuſſores dotium dentur*, conditionibus fuiſſe exiſtimatum. Vnde & conſuetudine induci poſſe, vt fideiuſſores dotis à marito receptæ ſeruandæ dari vtiliter poſſint, verior eſt opinio, vt dicitur *infrà* & à Republica (vt notat Couarruuias *dicto numero 9.*) idem contra præfatas duas leges, ſtatui poſſet, & fieri expediret eo vel opporteret tempore (addit idem Couarruuias) quo facillimè ob maritorum culpam mulieres dotibus iniquè ſpoliarentur; Neque etiam illa ratio remouendi diſcordiam, & odium inter coniuges & ſi ſit congrua, non tamen eſt neceſſaria, vt ex Imola *vbi ſuprà* notat Nouellus *dicto numero 15.* & Couarruuias *dicto numero 9.* Etenim an neceſſariò, ſed contingenter ex malitia ipſius mariti ratione fideiuſſionis datæ diſſidium ſequeretur abſque vxoris culpa, ſi quidem quilibet (vt aduertit Couarruuias recto præditus iudicio exiſtimauerit nullum eſſe dignum culpa, ſi proprium patrimonium abſque tutoris cautela nolit alteri tradere. Prohibitio igitur dationis fideiuſſorum pro dote ſeruanda, & conſeruanda æqua quidem fuit, vtpotè honeſtati, & claritati coniugali congruens, & remotrix occaſionis remotæ, & contingentis diſſidij inter coniuges, non tamen facta quia eadem datio fideiuſſionis eſſet ex ſe illicita, & contra bonos mores, & ſic ſi enim fideiuſſioni accedat iuramentum mariti, vel ipſius fideiuſſoris modo ſuprà explicato, iuramentum eſt obligatorium, & ſeruandum. Neque etiam poteſt dici idem iuramentum eſſe nullius momenti tanquam appoſitum actui prohibito, ob publicam vtilitatem, cùm leges prohibentes præfatam fideiuſſionem non recipiant principaliter fauorem publicum, ſed potius priuatim coniugum, vt Parladorus *loco citato*, quo caſu iuramentum obligat, iuxta iura *numero præcedenti* allegata, & notata a Gallerato vbi ſupra, & Doctores ab eodem Gallerato allegatos ex qui-

bus præcipuo fundamento prioris ſententiæ ſatisfactum eſt: Ad ſecundum argumentum reſpondetur iuramentũ contra leges eſſe nullum, quando prohibitio legis reſpicit principaliter fauorem publicum, ſecus quando reſpicit fauorem priuatũ & iurantis, vt Galler. *de renunc. lib. 3. c. 38.* poſt alios, & ſic qui vſuras promittit cum iuramento obligatur eodem iuramento, licet faciat contra legem, vt *in c. debitores, de iureiurando*, & licet lex prohibeat fundum dotalem alienari, tamen alienatio confirmatur iuramento, vt *in d. c. cùm contingat*, vt ergo maritus vel fideiuſſor poſſit vti beneficio *d. leg. 1. & 2.* impetranda erit abſolutio à iuramento, quæ ſufficiet, vt tradit Faber *dict. titul. 14. definition. 1. n. 3. in Scholio.*

73 Porrò diſpoſitioni *dictarum legum prim. & ſecund. C. ne fideiuſſores dotium dentur*, quod à marito pro dote vxoris recepta, ſeruanda vel reſtituenda fideiuſſor exigi non poſſit, neque vtiliter etiamſi ſpontè maritus fideiuſſorem offerat iuxta ſententiam *numero* 70. traditam non poſſe abſque iuramento validè renunciari tradunt Gloſſa *in dict. leg. ſecund. Codic. ne fideiuſſores.* Cynus, Dynus, Bartholus, Angelus, Baldus, Nouellus *dict. parte ſexta, allegato priuilegio 21. numero 14. initio* Gratianus *dicto capite 233. numero 34. iuncto num. 37.* Gomez *dicto numero 26. paulò ante primam limitationem, verſic. & in tantum*, Heringius *dicto capite 6. numero 182.* & ita ſentire communiter iuriſperitos præſtantur Nouellus, & Gomez, ita etiam ex Theologis Molina Rebell. & Palaus *locis ſuprà numer. 63. relatis*, eo quod, inquiunt, iuri prohibitiuo, etiam ex parte fauore renunciantis emanato non poſſit renunciari (id quod per præfatam Gloſſam tradunt non ſolùm allegati Doctores ſed etiam Tiraquellus *de iure primogen. quaſt. 24. n. 9. & 10.* Michaël Graſſus *tom. 1. comm. opin. lib. 1. tit. 17. de legibus, n. 247.* & P. Barboſa *in l. cùm pater, §. 1. n. 98. ff. de iudic.*) præſertim quando verba prohibitionis diriguntur in perſonas, ſeu perſonam, diſpoſitio autem dictarum *l. 1. & 2.* & procedit prohibitiuè, & verba prohibitionis diriguntur in perſonas, vt patet *ex d. l. 2. ibi iubemus nullam eſſe ſatiſdationem à marito, &c. exigendam, & ex ipſa Rubrica, ne fideiuſſores dotium dentur.*

Pro ſecuritate dotis reſtituendæ an poſſit exigi aliquod ſpeciale pignus, & dari vtiliter vxori.

74 Dubium quartum, an quando dum *dictis legibus 1. & 2. C. ne fideiuſſor.* prohibitum eſt fideiuſſorem à marito exigi, & dari pro dote reſtituenda, ſit etiam prohibitum exigi, & dari aliquod ſpeciale pignus.

Accipiendo pignus, *pro hypotheca ſine rei, ſeu rerum traditione, prout pignoris nomine intelligitur etiam hypotheca leg. 1. ibi pignus, ſiue hypothecam, ff. qui potiores in pignore, & leg. res hypotheca, §. prim. vbi dicitur inter pignus, autem, & hypothecam tantum nominis ſonus differt, ff. de pignorib.* conueniunt Doctores, poſſe mulierem expreſsè paciſci ab initio, vt bona mariti ſint obligata pro dote reſtituenda, quia cùm iam ex conſtitutione Iuſtiniani mulier in bonis viri ipſo iure tacitam hypothecatam habeat pro dotis reſtitutione *l. vnica, §. 1. C. de rei vxoriæ actione l. vbi adhuc, C. de iure dotium, & l. aſſiduis, C. qui potiores in pignore habeant.* & in præcedentibus capitibus ſæpè dictum eſt, ex hoc quod mulier exigat, & recipiat hypothecam per pactum expreſſum, non præbetur marito occaſio perfidiæ, & maleuolentiæ, cùm iam bona ſint ipſo iure hypothecata, & exigat, ac recipiat, quod iam ex iuris diſpoſitione illi competit, & præterea etiam, per hypothecam non generatur cauſa alicuius perfidiæ inter coniuges, cum bona hypothecata remaneant in plena poſſeſſione apud maritum, & ſic ceſſat ratio, ob quam *d. l. 1. & 2. C. ne fideiuſſores*, prohibitum eſt à marito fideiuſſorem pro dotis ſecuritate exigi, & dari, & conſequenter etiam ceſſat dictarum legum diſpoſitio, ita Bald. Nouel. *de dot. p. 6. de priu. 21. n. 10.* Merenda *d. l. 6. c. 12. n. 14.* Heringius *de fideiuſ. dicto capite ſexto, num. centeſimo trigeſimo quarto.*

Controuerſio ergo eſt, an ſicut cum irritatione fideiuſſionis *d. l. 1. & 2.* eſt prohibitum per vxorem exigi, 75
& recipere fideiuſſorem, pro ſecuritate dotis ſeruandæ, & reſtituendæ ob illam rationem, quia inde generatur cauſa perfidiæ, & diſſidij inter vxorem, & maritum de cuius fide circa dotis conſeruationem, & reſtitutionem, per fideiuſſionem præſumitur dubitare, & diffidere, ita etiam ſit prohibitum à marito exigere, & recipere pignus ſpeciale, & proprium ab hypotheca diſtinctum, quod ab eodem marito, pro cautela dotis reſtituendæ, fieret, ſeu conſtituetur vxori per actualem traditionem alicuius rei immobilis vel mobilis quaſi ex huius pignoris receptione cenſeatur vxor diffidere, ac dubitare de fide mariti, cui committit perſonam, & ita inde oriatur perfidiæ, & diſſidij occaſio, ob quam remouendam à coniugibus prohibita fuit fideiuſſio de dote reſtituenda *in d. l. priu. & ſecund.* Huiuſmodi agitur pignus à marito exigi, & vxori dari pro cautela dotis reſtituendæ eſſe præfatis legibus prohibitum, ſicut, & fideiuſſio, ſentiunt Romanus *in l. ſi conſtante, §. quoties, ff. ſolut. matrim.* Bald. Nouell. *d. numero 10. verſ. ſed quando*, & Merenda *loquens in pignore rei mobilis d. lib. 6. citato cap. 12. à numero 5. ad 19.* & Fontanella *d. clauſul. 12. citata Gloſſa vnica, numero 18.* refert pro hac ſententia Mier. alios etiam refert Merenda *dicto capite 12. numero 15.* Probat Nouellus, quia cùm, quando, pignus datur, ſeu conſtituitur pro dotis ſecuritate, tradendo vxori rem ſtabilem, vel mobilem tranſeat in vxorem omnis traditæ rei poſſeſſio, tam ciuilis, quàm naturalis; & ſic nulla remaneat penes virum *leg. prim. §. per ſeruum qui pignori, ff. de acquir. poſſeſſ. & leg. cùm notiſſimi, §. illud, ff. de praſcript. triginta annorum*, non videtur poſſe negari mulierem oſtendere ſe dubitare de fide mariti, prout quando à marito exigit, & recepit fideiuſſorem, & ita præbere occaſionem perfidiæ, nempè, vt ipſe maritus concipiat aduerſus eandem vxorem non paruam indignationem, & odium, ac proinde cùm iura velint nullam eſſe inter coniuges perfidiæ, vel indignationis occaſionem, atque de cauſa Imperatores *d. l. 1. & 2. C. ne fideiuſſores*, prohibuerint fideiuſſionem pro dotis reſtitutione, licet in illius legibus nihil dicetur de pignore, nihilominus poſſunt verba illa generalia *dict. leg. 2.* nullam ſatiſdationem accommodari etiam ad pignus, cùm in pignore, quando facta eſt rei traditio vxori, adſit eadem ratio prohibitionis ponderata *d. l. 2.* & ſic non ſit extenſio, ſed comprehenſio. Confirmatur hæc ſententia quia ſi Imperatores *dictis legibus 1. & 2.* non comprehendi voluiſſent pignus aperta eſſet via eaſdem leges fraudandi, nam mulier non fideiuſſorem peteret ſed pignus.

Quod ſi obiiciatur pignora pro dotis cautione, & reſtitutione poſſe à marito validè dari, & recipi à muliere, 76
conſtare *ex l. quod autem, §. ſi vxor à marito ff. de donat. inter vir. & vxor. ibi ſi vxor à marito ſuo prædia, quæ ob dotem pignori acceperat, & ibi ſi tibi maritus pignora propter dotem vendidit, ex l. vir vxori, §. ſi mulier, ff. ad Velleianum, ibi, qui idem pignus acciperet, & ex allegata l. prius, ff. qui potiores in pignore ibi pignus, ſiue hypothecam de reſtituenda ſibi dote, & ex leg. quamnis 45.* vbi apparet virum poſſe bona ſua pro dote vxori obligare, reſpondent Nouellus *d. n. 10.* & Merenda *d. c. 12.*

num

num. 18. præfatos textus de hypotheca bonorum immobilium, quæ abſque traditione rerum ſolo conſenſu contrahitur,& eadem bona vxori obligentur,& in duobus poſterioribus textib. non apparet, quod res obligata fuerit tradita: Addit Merenda, quod textus loquuntur in rebus immobilibus, & pignus, tradi ſolet eum in re mobili conſiſtit *§. item Seruiana inſtitution. de act.*

77 Quibus tamen non obſtantibus communis Iuriſperitorum ſententia eſt, pignus etiam per traditionem rei ſiue ſtabilis, ſiue mobilis mariti ipſius ab eo conſtitutum pro reſtituenda dote non eſſe in dictis legibus 1. *&* 2. *Cod. ne fideiuſſores*, fideiuſſionem vetantibus prohibitum ſed poſſe rectè, & valide dari à marito, & recipi ab vxore, ita Gloſſa *in dict. leg. prim. ibidem* Dynus, Cynus, & communiter ibi ſcribentes, ſicut, & Bartholus *in dict. leg. ſi conſtante §. quoties ff. ſoluto matrimonio*, & communiter alij ſcribentes, *& interpretantes, textum illum*, *& teſtatur* Nouellus *dict. numer.* 10. *paulo poſt principium*, Hotomanus *d. diſputatione de dotibus allegata pagina* 106. Campegius *dict. part. tertia quæſtione* 181. Cuiacius *ad dict. titul. Codicis ne fideiuſſores dotium, & in explicatione dict. leg. vir. & vxori §. ſi mulier tractat. quart.* ad Affric. Franciſcus Balduinus *in tractat. de pignoribus capite ſecund.* Faber *allegato libro quinto Codic. titul.* 15. *definition. tertia in textu*, & Scholio Fontanella *loco ſupra numero* 75. *relato*, Heringius *dict. capite ſext. de fideiuſſ. à numer.* 121. *ad* 147. Larea *allegata diſputation. ſeptim. numero* 22. *&* 23. & alij recentiores ab iiſdem Heringio, & Larea allegati: Qui primo probant iure antiquo ante *dict. librum prim. & ſecund. Cod. ne fideiuſſores*, erat permiſſum exigere, dare, & recipere à marito pignus pro dote reſtituenda, iuxta iura numero præcedenti adducta, quæ præſertim in duobus textibus primo loco adductis videntur loqui etiam in pignore pro dote reſtituenda conſtituto per traditionem rei vxori, de quo Heringius, quibus iuribus non fuit derogatum *dictis legibus prim. & ſecund.* poſterioribus vetantibus, & irritantibus fideiuſſorem pro dote ſeruanda, & reſtituenda exactam vel datam à marito vxori, & cur pignora pro dote reſtituenda ſint permiſſa vetitum autem exigere, & recipere fideiuſſores, plures aſſignantur differentiæ inter pignoris dationem, & dationem fideiuſſionis, ob quas ex prohibitione fideiuſſionis, non licet inferre prohibitionem pignoris, prima eſt quia cùm hic ſermo ſit de pignore rei, quæ ſit ipſius mariti, & ſic in eo conſtituendo non interueniat extrinſece alia perſona, & poſſit remotis arbitris mulieri dari, nihil eſt, quod poſſit perfidiæ cauſam præſtare, ſicut contingeret ſi maritus rem alienam pignori ſopponeret, in datione autem fideiuſſionis neceſſaria eſt extrinſecæ, & extraneæ perſonæ interuentio, & conſequenter nequit dari niſi palam id fiat, ac proinde in exigendo fideiuſſore apparet quædam differentia, ignominia, & contumelia, quæ non eſt in exigendo pignora, & quod in dando fideiuſſore ſit aliqua contumelia, quæ non eſt in pignore, vt latius explicat Heringius *numero* 144. Qui etiam *numero* 138. confirmat ex Baldo *in leg. teſtamento in fine ff. de teſtamentaria tutela*, vbi dicit, quod ſatiſdatio eſt grauamen honeſto, & probato viro, quia maritus obligatur fideiuſſoribus, & quaſi ſeruus eorum, cùm ſic non ſint diſſimiles creditoribus, reſpectu quorum debitor eſt quodammodo ſeruus iuxta plurimos Doctores ab eodem Heringio ad id allegatos ſecunda differentia, quia pignus rei mariti ab vxore acceptum remanet in dominio eiuſdem mariti debitoris *leg. reſcriptum in principio ff. de diſtract. pignor.* & vt plurimum etiam in eius poſſeſſione, vnde non videtur poſſe eſſe perfidiam inter maritum, & vxorem quæ non rem alienam, ſed ſuam accepiſſe videtur, cùm pignus rei debitæ locum teneat *leg. legata §. vltimo ff. de ſuppell. leg.* Fideiuſſor vero tenet locum debitoris, quem vxor accipiens videtur debitorem verum, ſcilicet, maritum ſuum repudiare, & alium accipere, eique magis fidere, quàm primo. Hinc tertia differentia eſt, quia pignus loco rei cedit, fideiuſſio autem loco debitoris, & ideo non reuocat in dubium fidem marito, vt fideiuſſio, quæ ſubrogatur pro perſona, & quoties ſatiſdatio prohibetur eſt referenda ad eam quæ reſpicit perſonam, non ad pignora, vt *argument. lege prætoria ſeptim. ff. de prætoriis ſtipulationibus* poſt Oſualdum ad Donellum *libro tertio capite* 11. *in notat. littera A.* alios referentem tradit Larea *dict. diſputatione ſeptim. numero* 23. cùm ergo pignoris datio, vtpote, quæ loco rei ſubrogatur, non reuocet in dubium perſonam, vt fideiuſſio. Neque etiam in pignore dando, & vel inueniendo eſt eadem difficultas, aut contumelia, quam cum ab alio exigitur vel petitur, vt fideiuſſorem exhibeat, quia pignora conſtante matrimonio non æque poſſunt liberari ſicut fideiuſſor, qui, ſi forte maritus labatur facultatibus, poteſt eum cogere ad liberandum vel ad dandam aliam ſatiſdationem *argument. leg. ſi ab arbitrio §. ex cauſa ff. qui ſatiſdare cogantur*, & communiter Doctores, quos Larea *dicto numero* 23. latè refert, & etiamſi diu ſtaret in fideiuſſione poteſt, *petere liberari lege Lucius Titius ff. mandati*, & Doctoribus allegatis Larea *eodem numero* 23. (quamuis fideiuſſorem pro dote reſtituenda non poſſe agere, vt liberatur, etiamſi diu ſtetiſſet in obligatione, cùm caſus ille reſtituendæ dotis nondum ſe obtulerit tradidiſſe, Cynum, Baldum, & alios *leg. ſi pro ea Cod. Mandati*, & Bertazolum *in tract. clauſul. inſtrument. clauſ.* 43. *Gloſſa tertia numero quarto* referat Heringius *dict. capite ſexto numero* 224.) & ſimiliter poſſet fideiuſſor petere, vt à fideiuſſione liberetur, ſi inter maritum, & fideiuſſorem graues inimicitiæ intercederent *leg. ſanè* 23. *ff. mandati*, & poſt Ioan. Andream, Donellum, Heringium, Gratianum, & alios à Larea *dicto numero* 23. Quæ omnia grauamen, moleſtiam marito afferre poſſunt in fideiuſſore inueniendo, & ſic apta ſunt inducere maritum ad indignationem, & odium erga vxorem: Ceſſant vero in datione pignoris, quibus differentiis inter pignus, & fideiuſſorem (omiſſis aliis aſſignatis, ab Heringio *d. diſputation. ſeptim. numero* 146.) ſtantibus, patet longè diuerſam eſſe rationem pignoris, & fideiuſſionis, & ſic non ſequi, quod prohibita fideiuſſione pro reſtitutione dote ſit etiam prohibitum pignus, & ex eo, quod permiſſum eſt a iure pignus pro dotis reſtitutione non debuerit prohibere fideiuſſio, vel debeat cenſeri permiſſa fideiuſſio, licet pignus, & fideiuſſio æquiparentur, vt quemadmodum fideiuſſoribus, ita quoque pignore caueatur *lege prima §. iubet* 9. *ff. de Collatio. & leg. promiſſor* 21. *§. finali, ff. de conſtituta pecunia*, immo etiam plus cautionis in rem ſit, quam in perſonam *lege plus* 25. *ff. de regulis iuris*, ex hoc non valet argumentum, aut pignus ſit prohibitum, ſi prohibita fideiuſſio; vel è contra permiſſa ſit fideiuſſio, vbi promittitur pignus, nam huiuſmodi argumenta non procedunt, vbi diſſimilis ratio ſuadet, cum quælibet diſpoſitio ex ratione debeat regulari, vt Surdus *conſilio.* 96. *numero* 20. & poſt alios Barboſa *axiomate* 197. *numero* 10.

In propoſitione vero ſupradictæ ſententiæ dictum eſt *per traditionem rei ſtabilis, vel mobilis ipſius mariti ab eo conſtitutum*, nam ſi maritus obligaret, & vel pignori daret bona, ſeu res alienas, non valeret pignus, quia pignori quis non poteſt ſupponere rem alterius, vt alienam *leg.* 2. *ff. de pignoratitia actione*, Larea *dict.* 78

D. Ioan. Angel. Boſſius, de Dote. Tt 2 *diſp.*

diſp.7.n.22. Item ſi extraneus amicus mariti rem propriam daret vxori in pignus, pro ſecuritate dotis reſtituendæ tunc idem, quod in fideiuſſore eſſet cenſeretur vel fideiuſſio iuxta *d.l.2.Cod. ne fideiuſſores*, & ſic non valeret, & ita expreſſe Gloſſa *in l.1.verbo vir vxori verſic. niſi dicamus Cod.eod.tit.* Campegius *dicta quaſt.* 181. & Fontanella *dicta clauſul.* 12. *Gloſſa vnica numero* 20.

79 Cæterum eadem ratione, qua traditum eſt maritum pro ſecuritate dotis reſtituendæ pignus dare poſſe, etiam poſſe eum cogi, vt in patris dotalibus vxori dotem ſaluam reſtitui repromittat rectè notauit Heringius *numero 146. fine*, cùm facilius nuda ſponſio, ſeu promiſſio præſtetur, quam cautio cum pignoribus *lege 1.§.1. cum aliis ff. de pactis dotalibus, & toto titulo de pactis conuentis.*

80 Item ab initio mulier dando dotem marito poteſt velle, vt idem maritus promittat alteri tertio per viam delegationis ipſam dotis reſtitutionem, ſi eidem marito hoc nihil noceat *l.2.ff.ſoluto matrimonio.* Baldus Nouellus *d.priuilegio 21.numero 5.initio*, & Heringius *d. capite 6.numero 179.* cùm in delegatione non militet ratio, ob quam prohibita eſt fideiuſſio; Nam quando maritus muliere delegante alteri dotem reſtituere promittit, non vocatur in dubium eius fides, ſed potius fidei ſuæ relinquitur, & ſic non datur occaſio perfidiæ ſicut quando cogitur dare, vel dat fideiuſſorem, cùm tunc fides extranei fidei eiuſdem mariti, præferatur, & præterea maritus, cæteris paribus, alieni ſoluto matrimonio dotem reſtituere debet, ac proinde nihil refert mulieri, vel alteri dotis reſtitutionem promittat, ſi nullum incommodum ſuſpectum habet.

Pater mariti, an pro eo poßit vtiliter fideiubere pro dote vxoris filij reſtituenda.

81 Dubium quintum, an in diſpoſitione dictarum *legum 1. & 2. Cod. ne fideiuſſ. dotium dentur*, comprehendatur etiam pater mariti, vt nequeat eſſe fideiuſſor pro reſtituenda dote vxoris filij. Non comprehendi, ſed dictam diſpoſitionem limitari in patre, poſſeque patrem valide eſſe fideiuſſorem pro filio in dote reſtituenda ſentiunt Doctores *ſupra numer.61.* relati ſcilicet Bartholus, Alexander. Ripa, & communiter ſcribentes *in lege ſi conſtante §. quoties ff.ſoluto. matrimonio* Paulus de Caſtro *in lege ſi cum dotem §. tranſgrediamur n.5.ff.ſoluto mat.* Baldus Nouellus *d. priu.21.n.4.* Gomez *ad l.Tauri 50.n.27.verſic. quarto limita* P.Barboſa *in d.l.ſi cum dotem §.tranſgrediamur n.29. verſic. item loquimur*, & etiam Io.Boſcheius *de legitimis nuptiis libr.4.num 56.* Probant, quia patre fideiubente ceſſat illa ratio prohibitionis fideiuſſionis pro dote reſtituenda *in d.l.2.* ne ſcilicet, ex fideiuſſione generetur cauſa perfidiæ, indignationis, & odij viri erga vxorem quod de eo non confidat in dote, cui etiam commiſit corpus, & perſonam ſuam. Nam naturalis charitas, & fortiſſimus amor patris erga filium, & è contra non patitur eſſe, vel præſumi inter eos aliquid ſiniſtræ ſuſpicionis, aut perfidiæ. *arg. l. Aurelius §. Titius ff.de liber. legitim. & leg. & iſti quidem ff. quod metus cauſa.*

82 Contrarium & etiam patrem comprehendi, neque poſſe pro filio patrem eſſe, ſeu dari vtiliter fideiuſſorem pro dote reſtituenda tenent Heringius *dicta cap.6. numer.150.* Borellus *dicta part. 3. ſumma deciſ. allegat. titulo quinto numero 46.& ſeqq.* Merenda *lib.6. allegat. capite duodecimo num.28.& 29.* & allegans Caſtillum, & Angelum Laram *dicta diſputat. 7. num. 33.* & ex Theologis Caſtrus Palaus *puncto ſuprà n.63. allegato:* Probant primo *ex dicta lege 2.Cod. ne fideiuſſores*, ibi enim Iuſtinianus expreſſe ſancit nullam ſatisdationem vel a marito, vel a patre eius exigendam; ergo limitatio quod pater poſſit eſſe pro filio fideiuſſor pro dote reſtituenda expreſſè *dicta lege 2.* aduerſatur. Secundo probant, quia illa ratio, ob quam *d. l.2.* prohibetur dari fideiuſſorem pro dote reſtituenda, ne perfidiæ occaſio detur adhibito fideiuſſore, æquè militat in patre mariti cùm etiam tunc vxor recipiens fideiuſſorem ipſum patrem mariti videatur dubitare de fide mariti, cum tamen illi corpus, & perſona committat, ac fidat; Quare hæc occaſio perfidiæ *in d. l.2. conſiderata*, in datione fideiuſſionis non enim ex qualitate, vel perſona eius qui fideiubet, ſed ex eo quod mulier petendo fideiuſſore de fide mariti videtur dubitare; & ſic ex datione fideiuſſionis paternæ præbetur occaſio perfidiæ, & odij inter coniuges, de qua perfidia egit *d.l.2.* Iuſtinianus non de perfidia inter patrem, & filium.

Verum prior ſententia confirmari rectè poteſt, quia cùm pater non ſit perſona extranea, ſed maximè filio coniuncta, & ob naturalem charitatem erga filium non videatur præſumendum, quod filium facultatibus labentem vel cogere ad ſe liberandum ex illius fideiuſſore, non videtur ita graue eſſe filio dare fideiuſſorem patrem, ſicut dare extraneum, & ſic videtur ceſſare illa ratio contumeliæ, & contemptus mariti, quæ in dando fideiuſſore extraneo; & eadem prior ſententia magis communis præſertim videtur, admittenda, quando pater filius ſimul habitaret vt notat Nouellus *d.n.4.* Neque eidem ſententiæ obſtat primum argumentum præcedentis ſententiæ, quod *d.l.2.* dicitur à patre mariti non eſſe exigendam fideiuſſionem pro dote, quia ibi eſt ſermo de patre recipiente dotem; nemo enim poteſt pro ſe ipſo fideiubere, ſecus ſi fideiubeat pro filio accipiente dotem de eiuſdem dotis reſtitutione: Non Negandum tamen præcedentem ſententiam eſſe maximè probabilem. Quod autem dictum eſt de patre, Bald. Nouell. *d. priuil.21.n.11.* ob eandem ſtrictam coniunctionem cum filio, & naturalem erga eum charitatem, & amorem extendit etiam ad matrem, vt pro filio poſſit validè fideiubere pro dote vxori filij reſtituenda, Negans de aliis coniunctis remotioribus. 83

Quod igitur iuxta priorem ſententiam dicitur de patre non habet locum in fratre, & aliis coniunctis, vt tradunt *locis citatis* Baldus Nouellus, & Gomez. Nam in his ceſſat ratio, quæ eſt in patre, cùm reputentur extranei *l.vnica §.accedit verſic. extraneus Cod. de rei vxor. act.* & ſic inter eus, & maritum non eſt ea charitas, & amor, qui inter patrem, & filium, & inter fratres ſit vt ait Nouellus, ſtimulus, vt frater nolit eſſe obnoxius, & obſequioſus erga alterum fratrem, nec pati alium fratrem eſſe ſibi ſuperiorem, & ſic inæqualem *l.cum pater §.euictis ff. de leg.2.* ac proinde ſi mulier nollet dare dotem marito, niſi illius frater fideiuſſione ſe obligaret ad dotis reſtitutionem, præberet occaſionem perfidiæ, & indignationis viri erga eandem vxorem, quod de fratre potius confidat quam de ſe pro dotis ſecuritate, cùm alioqui eidem viro corpus ſuum committat. 84

An extraneus ſponte dotans mulierem poſſit ab initio exigere à viro fideiuſſorem de dote ſibi reſtituenda ſoluto matrim. & an etiam pater dotans filiam.

Dubium ſextum. An extraneus ſponte, & ex liberalitate dotans mulierem qui ab initio promittendo dotem 85
pro

pro muliere poteſt paciſci ſibi dotem reddi ſoluto matrimonio iuxta *l.vnicam,§.accedit,C.de rei vxor.* & latè tradita *ſuprà cap. 3.* poſſit pariter ab initio, dum dotem pro muliere promittit marito ab eo exigere fideiuſſorem de dote ſoluto matrimonio ſibi reſtituenda, negatiuam partem ſuſtinent Gloſſa *in d.l.1.C.ne fideiuſſores dotium dentur* Salicet. *ibid. num.3.fine* Gutierez *de iuram. confirm.p.1.c.21.n.12.* & Heringius *d.c.6.de fideiuſſ.n.199.* & Baldus Nouell. *p.6. allegato priu. 21. n.12. initio,* dicit quod Doctores communiter pertranſeunt cum præfata Gloſſa, quæ ait in extraneo dotem dante videri eſſe eandem æquitatem quæ in muliere, vel mulieris patre dante dotem, & ſic debere etiam eſſe idem ius, quare probat hanc negatiuam Hering. quia ratio prohibitionis fideiuſſionis pro dote reſtituenda iuxta eas leges *1.& 2.C.ne fideiuſſ.* non eſt, vt vitetur occaſio perfidiæ inter dotantem & maritum, ſed vt præcidetur omnis moleuolentiæ occaſio inter vxorem, & maritum, ad quam inducendam nihil videtur intereſſe, maritus ne ipſi vxori, vel alteri dotanti det fideiuſſorem, cum ſemper hoc ipſius incommodo cedat, cuicunque fideiuſſorem præſtet.

Verior nihilominus eſt pars affirmatiua, quam am-
86 plexi ſunt Barth. Alexan. Iaſon, Ioann. de Imola Ludo. Romanus, & alij Scribentes *in l. ſi conſtante, ff. ſolut. matr.* Bald. Nouell. *d.priuil.21. eod.n.12.* Campegius *de dote, p.3.q.177.* Hottomanus *in diſp.de dotibus, pagina 106.* Gomez *ad l.50.Tauri,n.26.limit.6.* Merenda *d.lib.6.c.13. n.12. & quatuor ſeqq.* & Vaſſelius ab Heringio *d.cap.6. n.198. relatus*, qui probant primò, *quia d. leges 1.& 2.C.ne fideiuſſ.* loquuntur in vxore, & marito, nam *l.1.habetur vt vir vxori dotis ſeruandæ fideiuſſionem exhibeat, & l.2.* pariter ſe reſtringit ad vxorem, ibi ſi *enim credendum mulier ſe ſe, & c.2.* probat quia ratio earundem conſtitutionum ſcilicet, ne generetur cauſa perfidiæ, & diſſidij inter virum & vxorem, quia vxor ipſa petendo fideiuſſorem non videtur confidere de marito &c. non militat, quando extraneus ſpontè dotans mulierem promittendo, & dando dotem viro paciſcens dotem ſibi reſtitui ſoluto matrim. exigit à viro fideiuſſorem de reſtituenda dote alias nolit dotem pro muliere dare, non enim præbetur occaſio diſſidij, quia non poteſt rationabiliter vllo modo aliquid impingere mulieri, ſi extraneus de ſuo, & ex liberalitate eam dotans voluit eſſe bene cautus, & ſibi prouideri de ſecuritate dotis ſibi reſtituendæ, licet ipſius mariti incommodo cedat eidem extraneo dotanti fideiuſſorem dare, cùm præfatæ leges 1.& 2. non conſiderent mariti incommodum, ſed periculum & occaſionem diſſidij intèr maritum, & vxorem, quæ hoc caſu non præbetur ex parte mulieris, in cuius poteſtate non eſt impedire, ne extraneus illam dotans ſibi de reſtitutione dotis caueat per fideiuſſores præſtationem, quare non eſt eadem æquitas in extraneo, quæ in vxore, & ſic neque idem ius; & hanc ſententiam ex Theologis tenent Molina, Rebellus, & Palaus *locis ſuprà n.63. relatis.*

87 In propoſitione autem dubij dixi *ab initio,&c.* nam ſi extraneus dotans ab initio dotem viro promiſerit non petita dicta ſatisdatione pro ſecuritate dotis ſibi reſtituendæ, non poſſet poſtea illam à marito inuito petere, ſed compelli poſſet promiſſionem adimplere, ne mulier maneat indotata: ita non ſolùm Hering. *d.c.6. numer.200.* ſed etiam Nouell. *d.n.12.* qua autem ratione ei conſuli poſſit ac debeat in caſu ſuperuenientiæ inopiæ mariti vel ſuſpicionis inopiæ conſtante matrimonio contingentis latè tradit Nouell. *d.n.12. de quo infrà hoc §, n.109.*

88 Quod verò proximè ante numerum præcedentem dictum eſt de extraneo dotante, Hottom. *loc. allegato,* & Merenda extendunt etiam ad patrem mulieris illam dotantem, vt ab initio dotationis, ſeu promiſſionis dotis poſſit pro cautela dotis reſtituendæ exigere à viro fideiuſſorem, cum hoc caſu militent eædem rationes, ſcilicet, quod *d. l.1. & 2. Cod. ne fideiuſſ.* loquuntur de vxore, & quod etiam hoc caſu ex parte mulieris non præbeatur occaſio diſſidij, & maleuolentiæ, in cuius poteſtate non eſt impedire patrem, ſi velit præfatam cautelam ſatiſdationis pro ſecuritate dotis, aliter nolit filiam tali viro dare in matrimonium: nam licet paternum officium ſit collocare filiam in matrimonium, non poteſt tamen cogi, vt alicui perſonæ in indiuiduo tradat, cum id iure cautum non reperiatur, nec ratio hoc ſuadeat, ſed ſolum poteſt cogi vt filiam honeſto viro nuptui tradat, & ſic pater viro nolente exhibere fideiuſſionem pro ſecuritate dotis poteſt dicere, nolo huic dare filiam meam in vxorem, quia de eius fide dubito, quæ ratio, vbi mulier eſt filiofam. & ſub patris poteſtate videtur ſatis clare concludere; non ita ſi mulier eſſet emancipata & ſui iuris, quæ quoad contrahendum matrimonium non habet à patre dependentiam, quam habet filiusfam. vt ex traditis *ſuprà cap.4.* conſtat, & licet non ita concludat, ſi filia eſſet emancipata, pro qua pater dotem marito promitteret, & traderet ſicut ex officio paterno præſtare tenetur; cum ſi ſolueret viro inopi, vel dos periret, cogeretur ſoluto matrimonio per viri mortem iterum dotare filiam, vt *cap.4.* dictum eſt & notat Faber *d. lib.6. ſui Cod. allegato titulo 14. definit. 4. numero decimo quinto*, poteſt idoneam cautionem à marito exigere pro ſecuritate dotis, eſto filia non poſſit talem cautionem ſaltem fideiuſſoriam exigere.

An cum marito alius, ſiue coniunctus, ſiue extraneus poſsit interuenire, qui ſe ad dotis reſtitutionem principaliter obliget, vt ipſe & maritus teneantur, vt duo rei debendi in ſolidum.

Dubium ſeptimum, an licet pro marito recipiente 89
dotem non poſſit interuenire fideiuſſor pro marito, ſe obligans ad dotis reſtitutionem, poſſit tamen interuenire alius (ſiue coniunctus ſiue extraneus) qui principaliter ad dotis reſtitutionem ſe obliget vnà cum marito, itavt ſint duo rei debendi in ſolidum. Dixi ſiue coniunctus, ſiue extraneus, quia nonnulli admittunt ſanguine coniunctum marito, puta, patrem, fratrem, patruum, nepotem, poſſe vnà cum marito conſtitui correum debendi in ſolidum cauſa dotis reſtituendæ, quia tunc cauſa perfidiæ generari non poſſit, negant verò extraneum poſſe ſe cum marito obligare vt principalem, & correum debendi in ſolidum, ita Bartholus *in l. ſi conſtante, in principio, numero 34. & 35. ff. ſoluto matrimonio.* Mantica *de tacit. & ambig. conuent. libro quinto, titulo ſecundo, numero nono, verſiculo ſecundo reſpondetur*, & alij antiquiores *numero ſequenti* alleg. ſed iam *ſuprà numero quadrageſimo octauo*, oſtenſum eſt, ſi frater, aut alius ſanguine coniunctus marito præter patrem à muliere exigatur, & recipiatur fideiuſſor pro reſtitutione dotis, inde præberi occaſionem perfidiæ & maleuolentiæ: vnde idem dicendum, ſi à muliere exigatur, vt cum marito ſe obliget, vt principalis, & correus debendi in ſolidum, ſuppoſito, quod ſicut fideiuſſores dotium reſtituendarum dari non poſſunt, ne inde oriatur occaſio perfidiæ inter maritum & vxorem, ita etiam ob eandem rationem non poſſint conſtitui pro dotis reſtitutione duo rei principaliter in ſolidum obligati. Dubium ergo procedit ſiue alius adiunctus marito ſit illi ſanguine coniunctus ſiue etiam extraneus, poſſit ſe vnà cum marito obligare principaliter tanquam correus debendi in

ſolidum ad dotis reſtitutionem, circa quod dubium ſunt oppoſitæ opiniones, quarum quælibet habet authores plurimos, eoſque graues.

89 Prima igitur opinio eſt, quod ſicut pro reſtitutione dotis non poſſunt à marito exigi nec validè dari fideiuſſores iuxta *lib. 1. & 2. Codic. ne fideiuſſores*, & tradita *in præcedentibus*, ita non poſſit alius præſertim extraneus, & qui non ſit pater mariti) interuenire, & vna cum marito ſe vt principalis validè obligare, vt ambo ſint duo rei debendi in ſolidum ad dotis reſtitutionem obligati, ita Bartholus *in dict. leg. ſi conſtante §. quoties n. 6.* Ioannes Andreas, Paulus de Caſtro, Alexander, Bald. Romanus, Imola, Ripa à Mantica *d. titulo 2. n. 8. Redina in Promptuario receptarum titulo 34. de dotibus num.* 8. Campegio *de dote part. 3. priuil.* 179. & Larea *part. prim. deciſ. Granat. d. diſp. 7. numero 28. relati*, Baldus Nouellus *part. 6. dict. priuileg. 21. num. 10.* Campegius *d. quæſtio.* 179. Mantica *d. num.* 8. Merenda *dict. lib. 6. contron. cap. 12. num. 21.* & latiſſime plures alios recentiores allegans Larea *d. diſp. 7. num. 24. cum plurib. ſequentibus*, dicens hodie hanc opinionem eſſe communem, & ex Theologis *ſuprà numero 63. allegatis* Rebell. *quæſt. 9. ibi allegata numero 33.* & Caſtrus Palaus *puncto 8. ibidem allegato num. 9.* Probatur hæc ſententia, primò, quia duo rei debendi in ſolidum pro ſe inuicem fideiubere cenſentur *l. vir vxeri ff. fin. ff. ad Velleianum*, ergo, & conſtitutio rei principalis debet cenſeri comprehenſa ſub prohibitione, nè fideiuſſores dotium dentur facta, in *dict. lib. 1. & 2. Cod. ne fideiuſſores*, quod confirmatur, quia alias, quod eſt directè prohibitum per indirectum permitteretur contra regulam, cùm quid vna via eſt prohibitum; alia non ſit permittendum *reg. cùm quid de reg. iuris in 6.* ex quo facilè legi prohibenti fideiuſſores fraus fieret, cùm mulieris nihil interit reum debendi habere aut fideiuſſorem, & ita conſtitutiones dictarum *legum 1. & 2. C. de fideiuſſ.* nihil operarentur, confirmatur præterea, quia prohibita fideiuſſionis acceſſoria obligatione ad euitandum perfidiæ occaſionem multò magis cenſeri debet prohibita obligatio correi, quæ eſt principalis, & magis apta ad generandam perfidiam, cùm grauius ſit reum debendi in ſolidum offerre, quàm fideiuſſorem. Quare ſecundò probatur eadem ſententia, quia eadem perfidiæ ratio *in d. l. 2. C. ne fideiuſſores*, conſiderata multò magis oriri poteſt ex rei debendi in ſolidum obligatione, nam tantò magis à muliere videtur reuocari in dubium fides mariti, quantò eſt grauius inuenire correum debendi in ſolidum, quàm fideiuſſorem, fatendum ergo neceſſariò videtur interuentionem correi, ſe in ſolidum, & vt principalem obligatis ad dotis reſtitutionem comprehendi *in l. prohibente fideiuſſionem Ad l. fin. Cod. de dote cauta non num. ibi omnique perſona, quam dotem ſuſcepiſſe vna cùm marito conſcribitur*, quam Doctores ſequentis, & oppoſitæ ſententiæ probant nomine dotis reſtituendæ poſſe conſtitui duos rei debendi in ſolidum, reſpondent Nouellus, & Mantica, prout notatum eſt *ſuprà num.* 27. ſi etiam obiiciatur, eſſe diuerſam rationem correi debendi in ſolidum, & fideiuſſoris, cùm correus non poſſit aliquid petere ab eo, cùm quo, & pro quo eſt obligatus, vt poteſt petere fideiuſſor, ſi ſoluerit, quia correorum obligatio ſit gratuita, & quaſi in ſe correus principalem ſuſcipiat obligationem. Reſpondet Larea *dict. diſputatione ſeptim. n. 25. quod in dict. lib. ſecund. Codic. ne fideiuſſores* fideiuſſor pro dote reſtituenda non prohibetur ex eo, quod ſi ſoluerit poſtea petat à marito, quod ſoluerit, ſed ne inter virum, & vxorem ad dotis ſecuritatem alia perſona extranea interponatur, quæ ratio cum ſimiliter vrgeat, quando correus ad obligationem mariti firmandam accedit, & etiam ſi ſponte ſua noluit ſe obligare pro dotis reſtitutione, æque correi obligatio pro dotis reſtitutione erit prohibita, & non valebit. Dicunt verò Rebellus, & Palaus poſt Gutierrez *de iuram. confir. cap. 21. num. 10.* quod etiam in hoc caſu maritus, & extraneus, qui ſe cum eo obligauit pro dotis reſtitutione, obligandi non ſunt in ſolidum, quia alioqui in effectu vterque eſſet alterius fideiuſſor, vterque tamen obligandus eſt pro ea parte, quam recepit, licet non in plus.

Altera ſententia oppoſita (in quam potiùs inclino) 90 affirmat pro reſtitutione dotis poſſe validè interuenire alium etiam extraneum, qui vna cum marito ſe obliget, principaliter, & vt correus debendi in ſolidum, ita Gloſſa *in lib. prim. verbo vir vxori, verſic. item an alius, Codic. ne fideiuſſores dotium*, Bartholus *ſibi contrarius* poſt Dynum *in dict. leg. final. per illum textum numer. ſecund. Codic. de dot. cau. & in leg. ſi id quod numero 4. ff. de duobus reis*, Cynus, Iaſon, Salycetus, Angelus à Redina *dict. numero 8.* & à Larea *d. diſp. 7. numero ſecund. relati ex antiquis numero præcedenti relatis [qui in eadem opinione non fuerunt conſtantes]* Baldus, Imola, Paulus de Caſtro, Romanus, Ripa *locis* ab eodem Redina, & à P. Barboſa *in leg. ſi cùm dotem §. tranſgrediamur numero 38. verſic. ex proximè ff. ſoluto matrimonio allegatis* Natta *conſ.* 55. Ronchegalus *in dict. leg. ſi id quod numero 22.* (Cacheranus *deciſio 44. num. prim.* Redina *d. num. 8.* Petr. Barboſa *dict. num. 38. verſicul ſed non eſt recedendum*, Faber *d. lib. 5. ſui Codicis titul. 14. definition. 1. numero 7.* in Scholio Gayllus *lib. ſecund. obſernat. pract. obſernat. 84. numer. 11.* Auguſtinus Barboſa *Collectaneo ad d. l. 1. num. 6. Cod. ne fideiuſſ. dotium dentur*, & alij à Fabro, & Larea relati, & eſſe opinionem magis communem ex Romano Iaſone, & Ripa teſtatur Redina *dict. numero 8. fine*, Omiſſo textu *in dict. leg. fin. Cod. de dote cauta*, ſatis dubio in fauore huius opinionis, probatur opinio à Gloſſa *loco citato, quia dictis legibus 1. & 2. Codic. ne fideiuſſores pro reſtitutione dotis* prohibetur ſola ſatiſdatio, quæ non eſt niſi quando vnus acceſſoriè accedit alterius obligationi, ſeu acceſſoriè ſe pro altero ſe obligat, non quando vna cùm altero ſe obligat principaliter, & cùm diſpoſitio dictarum legum ſit contra regulas iuris communis & correctoria, non eſt extendenda, vt Nouellus *dict. priuilegio 21.* ſecundò probatur à Petr. Barboſa *num. 39.* quia illa ratio, ob quam datio fideiuſſionis prohibita eſt, ſcilicet, quia cùm mulier commiſerit corpus ſuum fidei mariti, dotem quoque debet confidere, non militat in reo principali, qui ſponte ſua voluit ſe obligare pro dotis reſtitutione (vt etiam Paulus de Caſtro *conſ. 188. numero ſecund. lib. prim.*) neque in eo reo, cui traditur pars dotis, quia ratione dotis receptæ obligari marito debet, nec obſtat obiectio Merendæ *dict. capite 12. numero 27.* in hoc particulari contra Barboſam, nempe, quod correus dotem ſuſcipit nomine mariti, non vt ſibi retineat atque adeo idem ſit, ac ſi non habuiſſet iuxta regulam iuris *non videtur quiſquam id capere, quod ei neceſſe eſt alteri reſtituere leg. non videtur quiſquam 52. de reg. iur. Nam* [vt ſubdit idem Barboſa] quamuis correus poſtea eam dotem receptam tradiderit marito, nihilominus debet remanere obligatus argumento *leg. debitorum Cod. de pactis dicentis, quod debitorum pactionibus creditorum petitio, nec tolli, nec mutari poteſt.* Præterea hanc ſententiam confirmat illud, quod correus debendi in ſolidum cenſeri debet ſemper ſpontè, & gratuitè ſe obligare, dum in ſe ſuſcipit principalem obligationem, cùm ſi coactus fuerit ſoluere debitum, ab eo, cum quo vel pro quo eſt obligatus non poſſit petere ſolutum ſaltem in totum, ſed ad ſummum tantum ad eiuſdem debiti ſoluti medietatem iuxta notata *ſuprà numero 28. fine*, cùm tamen fideiuſſor poſſit repetere totum id, quod pro principali debitore ſoluerit, ex quo patet differentia inter fideiuſſorem, & correum, & marito ex acceſſione correi non obuenire incommodum

dum aliquod [ſicut ex acceſſione fideiuſſoris] quod iuſtè præbere poſſit anſam, & occaſionem perfidiæ, & indignationis erga vxorem, cui nihil rationabiliter poteſt maritus impingere ex eo, quod alius ſponte, & gratuite voluerit, ſe cum eo obligare, & eius obligationem in ſe ſuſcipere cum periculo ſui damni, ſcilicet, ſoluendi debitum mariti abſque facultate ab eo repetendi ſolutum.

91 Ad fundamentum autem primæ ſententiæ reſpondet P. Barboſa *d.n.38.fin.* quod rei videntur fideiubere inter ſe, vt quod vnus ſoluit pro alio ex cauſa oneroſa poſſit ab alio repetere tanquam eius fideiuſſor, reſpectu vero creditoris non conſiderantur, tanquam fideiuſſores, ſed vti principales iuxta Bartholum *in lege reos num.1.ff. de duobus reis.* ſed melius reſpondetur iuxta mentem Gloſſæ ſupraallegatæ, negando, quod duo rei in ſolidum, & principaliter ſint etiam, ſeu cenſeantur mutui fideiuſſores inter ſe, cum fideiuſſio ſit quid acceſſorium & correorum inſolidum obligatio ſit principalis, nec coactus ſoluere totum debitum poſſit illud repetere, ſicut fideiuſſor vt ſupra notatum eſt. Quare Heringius *d. cap.6. de fideiuſſoribus, num.196.* Negat illam conſequentiam, duo ſimul dotem ſuſcipiunt, & in ſolidum, & vti principales ſe obligant ad illius reſtitutionem, ergo licet maritus non præſtet fideiuſſorem, tamen is, qui cum eodem marito ſuſcipit, & ſe cum eo obligat principaliter, & inſolidum præſtat. Ad regulam *cap. cum quid* adductam in confirmatione reſpondetur eam procedere, quando in vtroque caſu militat eadem ratio diuerſam verò eſſe rationem in fideiuſſore pro dote reſtituenda, & in correo ſupra oſtenſum, & declaratum; Ad alteram etiam confirmationem, & ſecundam probationem. Reſpondetur ex traditis, ex concurſu correi non ſequi incommodum, neque etiam præberi ex parte mulieris occaſionem perfidiæ & indignationis mariti.

92 Dixi verò proximè ante *duo ſimul ſuſcipientes dotem &c.* quia hæc ſecunda opinio procedit quando vterque ſcilicet, & maritus, & alius, qui eum eo ſe obligat principaliter, & in ſolidum ad dotis reſtitutionem, ſimul dotem receperunt tempore obligationis, ita quod maritus ſolus non receperit totam dotem, ſed vterque eiuſdem dotis partem receperit à muliere: Nam procederet prima ſententia, vt notat Petr. Barboſa *dicto numero 39.verſiculo poterit ſanè* (& tradit etiam Nouellus *d.priuil.21. numero 11.*) ſi alius obligans ſe cum marito nihil dotis recepiſſet, & tamen ſe obligaſſet principalis tanquam. Tunc enim eadem militaret ratio, quæ in fideiuſſore [vt idem Barboſa ex Ripa *in leg. ſi conſtante numero 55. ff. ſoluto matrimonio obſeruat*], quia iſte, quamuis reus dicatur, tamen attenta veritate eſt fideiuſſor, vt Gloſſa *in authentica de fideiuſſoribus verbo fideiuſſorem ad finem collat.1.* & Nouellus *dicto numero 11.* Quod ſi tempore obligationis vere receperit à muliere, vel eius patre dotem ſimul cum marito, & poſtea marito tradiderit, hoc non debet nocere mulieri cui, vt principalis ſe ad reſtitutionem obligauit vt *ſupra n.90.* ex Barboſa notatum eſt & colligitur ex *dicta l.debitorum, de duobus reis*, & confirmant etiam tradita *ſupra numero 26. verſiculo etiamſi ex poſtfacto.*

Si ante matrimonium inter partes conuenerit vt dotis reſtituendæ fideiuſſor daretur, an fideiuſſio poſtea à marito data valeat, & obliget.

Dubium octauum, an conſtante matrimonio pro reſtitutione dotis à marito poſſit dari fideiuſſor & valeat fideiuſſio, ſi ante ſponſalia, ſeu matrimonium inter partes conuentum fuerit, vt dotis reſtituendæ fideiuſſor daretur. Ante huius dubij ſolutionem aduertenda ſunt duo certa, & ab omnibus admiſſa.

Primum eſt, quod poſt ſolutum matrimonium validè datur à marito, & accipitur ab vxore fideiuſſor de dote reſtituenda, ita Gloſſa *in d. l.1. C.ne fideiuſſores* Bartholus & alij *in lege ſi conſtante, §. quoties, ff.ſoluto matrimonio* alij antiquiores ab Heringio *d.cap.6. de fideiuſſoribus, numero 147.* relati Nouellus *dicto part.6. citato priuil.21. numero 3.* Gomez *ad leg.50. Tauri d. n.26. verſ.Tertio limitatur* Pichardus *in §. in omnibus, numero 9. inſtitut. de fideiuſſoribus,* Heringius *dict.numer.147.* & ex Theologis Molina, & Rebellus, & Palaus *locis ſuprà n.63. allegatis* ceſſat enim hoc caſu ratio perfidiæ in connubio inter coniuges conſiderata *in leg.2. C.ne fideiuſſor.* cùm iam non ſit amplius connubium, & etiamſi fideiuſſor non exigatur poſt diuortium vxor, & maritus ſibi inuicem vt plurimùm capitales ſunt inimici, vt pluribus iuribus allegati notat præfatus Heringius. 93

Alterum eſt, quod ſi dos viro tradatur ante celebratum matrimonium, tunc poteſt validè dari fideiuſſor dotis reſtituendæ, ſi fortè matrimonium non ſequitur *l.Titio centum, §.Titio genero verſic.ſed cùm ante nuptias ff.de conditionibus, & demonſtr.* Bartholus, & Alexand. & communiter Doctores *in l. ſi conſtante, §.quoties, ff. ſoluto matrimonio*, vt idem aſſerens teſtatur Gomez *d. num.26. verſic. primo, vt non proced.* & tradunt etiam ex Theologis Molina, & Rebellus, & Palaus *locis ſup. d. n.63. allegatis.* 94

Difficultas igitur eſt, an conſtante matrimonio poſſit per maritum validè dari vxori conſtante matrimonio fideiuſſorem dotis reſtituendæ, ſi vt daretur, fuerit conuentum ante matrimonium, & negat Merenda *dict. lib.6. controu.citato capite 12.numer.19. & 20.* volens id eſſe prohibitum *in d.l. 1. & 2. C. ne fideiuſſores*, eo quod hoc caſu, inquit, eadem prorſus ratio, occaſionis perfidiæ, & diſcordiæ inter maritum & vxorem vigeat ac proinde lex, ob remouendam præfatam occaſionem prohibens fideiuſſorem dotis reſtituendæ dari conſtante matrimonio, hunc etiam caſum comprehendere debeat, quemadmodum ſubdit lex Iulia de fundo dotali, etiamſi ſit contra rationem iuris, & loquatur de marito, tamen & in ſponſo ſibi locum vendicat *l.4. ff. de fund.dotal.* confirmat, quia alioqui facillimum eſſet eludere diſpoſitionem præfatarum *leg.1. & 2.* quia mulier ante celebratum matrimonium conueniret, vt fideiuſſores darentur. 95

Affirmarunt Harmenopulus *loco ſuprà numero 70* allegato (dum dixit pro mulieris dote non dari *fideiuſſores, niſi antequam ſponſalia contraherentur, id conuenerit,* quem iiſdem verbis referunt Fachin.*lib.8. controuerſiarum, cap.76. verſic. ſed hac noua*, & Borellus *in ſumma deciſ. tit. quinto, numero 351.* nec refutant vnde idem ſentire videtur) Cuiacius poſt eundem Harmenopulum *ad titulum Cod. ne fideiuſſores dotium dentur*, & Faber *de dicto lib.5.ſui Codicis, tit.14. d.fin.1.n.7. in Scholio*, qui ita ſcribit *ſanè ſi ante ſponſalia, vel in ſponſalibus ipſis conuenerit, vt fideiuſſor dotis detur à marito, cui alioqui nec dos, nec mulier traderetur nihil cauſæ eſt*, Cur non debeat valere *fideiuſſio, ne alioqui decipiatur, qui non aliter fuit contracturus arg.legis vltima, Cod.de pactis inter empt. & vendit.lege 5. §. pen. ff.d. doli mali except.* idque demonſtrat *ratio ipſa poſita in lege ſecunda, Codice ne fideiuſſor dotium dentur*, ita Faber, quibus etiam ſatisfit fundamento Merendæ, quia ratio *d. l. 2.* procedit, quando iam mulier per matrimonium actu ſe ſe crediderit marito nulla requiſita cautela dotis reſtituendæ; præſens autem dubium 96

procedit, quando ante contractum matrimonium, & traditionem ſuæ perſonæ marito ſibi prouidit per præfatam conuentionem aliàs non contractura matrimonium, nec datura dotem, ac proinde debet constante matrimonio, dum dos marito traditur, dari fideiuſſor, & valere fideiuſſio, quod ſi ante matrimonium vxor dotem abſolutè, & ſine tali cautela viro promiſerit, tunc non poterit fideiuſſorem exigere iuxta *d. l. 2.* & tradita *ſuprà n. 87.* de extraneo ſpontè dotante.

Quandò maritus conſtante matrimonio vergit ad inopiam, vel incipit malè vti ſua ſubſtantia, eſtque veriſimiliter ſuſpectus dilapidationis, an pro ſecuritate dotis vxor poſsit ab eo validè exigere fideiuſſorem, vbi de repetitione dotis conſtante matrimonio.

Dubium nonum, an quando maritus conſtante matrimonio vergit ad inopiam vel incipit malè vti ſubſtantia ſua, vel dilapidationis eſt veriſimiliter ſuſpectus, vxor ab eodem marito poſſit exigere, & validè recipere fideiuſſorem pro ſecuritate dotis confirmandæ, & reſtituendæ.

97 Certum eſt, marito conſtante matrimonio vergente ad inopiam poteſt vxorem ante ſolutum matrimonium ab eodem marito exigere, & repetere dotem, ſeu bona dotalia, ſi deducto ære alieno non ſint remanſura marito bona, ex quorum redditibus onera matrimonij ſuſtineri poſſent, vt *leg. ſi conſtante in princip. ff. ſoluto*, & ibi ſcribentes præſertim P. Barboſa, Baldus Nouellus *de dote part. 7. priuilegio 24.* Gayllus *obſeruat. pract. lib. ſecund. obſeruat. 83. num. ſecund.* Rota Romana *deciſ. 292. part. prim. recent.* Giurba *deciſione 16. numer. prim.* alios latiſſimè referens, & ego ipſe alios allegans *in præcedenti tract. de alimentis ſeu 2. parte de effectibus contractus matrimonij cap. 13. numero 832. verſic. tertio, & numero 835.* quod procedit etiam cum facultates viri adhuc ſufficerent pro dotis reſtitutione, dummodo tamen vir incipiat labi facultatibus, vel ex aliquo infortunio, vel ex ſua culpa, quia maritus cœperit malè vti ſua ſubſtantia, illamque dilapidare, vel dilapidationis eſſet ſuſpectus, his enim caſibus poteſt mulier repetere dotem, bonave dotalia conſtante matrimonio, etiamſi maritus hic, & nunc eſſet diues, vt habetur *dict. leg. ſi conſtante, & l. vbi adhuc Codic. de iure dotium, & l. in rebus eodem tit. & in auth. quod locum Cod. de collat. ſcribentes in d. l. ſi conſtante in princ. præſertim* P. Barboſ. *n. 10. 28. & 30.* Nouellus *d. priuil. 24.* Gayllus *d. obſeruat. 83. numero 11.* & alios latiſſimè cumulans Giurba *d. deciſ. 16. & d. n. 1. verſiculo immo.* Quæ procedunt etiamſi maritus, vel ſocer ad inopiam vergens, vel dilapidationis ſuſpectus vxori repetenti dotem conſtante matrimonio afferat fideiuſſores de dote conſeruanda, vel reſtituenda, vt propterea non ſit audiendus, nec dotis exactionem ob talem oblationem euitet, cùm fragilitatis ſit cautio, vt Gloſſa *in dict. leg. vti adhuc verbo ad inopiam,* & Gayllus iura, & Doctores allegans *dict. obſeruat. 83. num. 7.* & pariter Doctores communiter referentes Redina *in promptuario receptor. titulo 47. numero ſecund.* & Giurba *d. verſic. immo, & ego quoque d. cap. 13. citato numero 385.* licet contrarium ſenſerit Nouellus *dict. priuileg. 21. citato numero 6.* dicens quod maritus vergens ad inopiã euitabit reſtitutionem dotis, quàm vxor iuxta *d. leg.* ſi conſtante poteſt exigere, ſi offerat, & præſtare velit cautionem, ſeu ſatiſdationem pro ſecuritate dotis, idque per textum *in cap. per veſtras de donation. inter vir. & vxorem*, quod tamen falſum, & à præallegatis Doctoribus præſertim à P. Barboſa *loco citato* reprobatum, vbi reſpondet *d. cap. per veſtras* ſpecialiter procedere, quando mulier ſcienter contrahat cum viro paupere, quo caſu non eſt locus remedio *d. l. ſi conſtante* pro ſecuritate dotis, de quo infrà, & etiam in prædictis caſibus inopiæ mariti, vel mali vſus ſuæ ſubſtantiæ, & dilapidationis poſſe mulierem à marito petere, & exigere conſtante matrimonio dotarium, & donationem propter nuptias, quæ ex pacto vel ſtatuto vxoris lucro ſoluto matrimonio cederet, & pariter bona paraphernalia, quæ vxor marito vltra dotem dediſſet, per textum *in d. l. vbi adhuc* tradit alios referens Gayllus *d. obſeruat. 83. numero 2. & 3.* & etiam Giurba *dicta deciſ. 16. num. 1.* In prædictis quoque caſibus mariti vergentis ad inopiam, vel ſuſpicionis inopiæ mali vſus bonorum ſuorum, & dilapidationis poteſt etiam mulier conſtante matrimonio, petere ſequeſtrationem dotis contra maritum malè vtentem bonis, & dilapidantem bona dotalia etiamſi de ſuo patrimonio eſſet diues *dict. leg. vbi adhuc, & §. illud auth. de æqualitate* Baldus Nouellus *de dote part. 6. priuil. 70. & parte ſeptim. priuil. 25.* Plura enim remedia in præallegatis legibus conceſſa ſunt vxori in prædictis caſibus inopiæ mariti imminentis, vel ex infortunio, vel culpa mariti, quibus poſſit ſibi conſulere, ſcilicet, vt vel poſſit petere alimenta vel dotis recuperationem, vel ſequeſtrationem, vel cautionem dotis conſeruandæ, quibus promiſcuè mulier poteſt vti, & vno adhibito remedio non tollitur aliud, vt Nouellus *locis citatis*, & latius Franciſcus Molinus *de ritu nupt. lib. 3. quæſtione 52. numero 41.* debebit autem prius vxor probare vergentiam mariti ad inopiam, vel ſuſpicionem inopiæ imminentis, malum vſum, vel dilapidationem, aut dilapidationis ſuſpicionem, vt Gayllus *d. obſeru.* & alios referens Heringius *de fideiuſſor. dict. cap. 6. n. 184.* vbi etiam dicit requiri, vt vxor concludenter probet, Maſcard. *de probat. concluſ. 576.* diſtinguens dicit, quod ſi agatur de modico præiudicio, ſatis eſſe quod probetur per famam maritum abuti ſua ſubſtantia, & eius bona non ſufficere ad dotis reſtitutionem, ſi verò agatur de magno præiudicio, requiri plenam probationem, ſcilicet, quod per inſtrumentum, & per teſtes deponentes virum habere tot debita, & tot bona, quæ ad dotem non ſufficiunt, ex Bartholo *in dict. l. ſi conſtante numero ſeptim. ad 13.* Quamuis Gayllus *d. obſeruation. 83. numero 12.* abſolutè dicat ad probandam viri inopiam, vel prodigi vt mulier poſſit agere ad repetitionem dotis, ſufficere vulgi opinionem, & famam, & ſemiplenam probationem, quia non infertur marito magnum præiudicium cùm dos à muliere conſtante matrimonio regulariter alienari nequeat, ſed in cauſam alimentorum conſeruanda ſit, vt tradit eadem *obſeruatione 83.* & notaui aliis relatis *in d. tract. de alimentis allegato cap. 13. numero 842. & tribus ſequentibus*, & Giurba *dict. deciſ. 16. præſertim numer. 11.* etiam Rota *d. deciſ. 292. numer. prim.* dicit inopiam viri probari per notorium, & famam, immo etiam cenſeri probatam eo ipſo, quod maritus incipiat re ſua malè vti. Addit autem Gayllus, quod ſi vxor contra extraneos mariti creditores pignorum poſſeſſores hypothecaria ageret tunc plena, & concludenti probatione opus eſſet per ſigna externa, puta quia maritus vendit, vel dilapidat bona ſua inutiliter, vt etiam Gloſſa *in dict. leg. vbi adhuc*, Bartholus *in dict. leg. ſi conſtante n. 13. & 16. & ibid.* Iaſon *n. 157.* prædictis prænotatis.

Circa dubium propoſitum, Bartholus *in dict. leg. ſi* 98
conſtante in principio numero ſexto, ſentit neque in prædictis caſibus vergentiæ mariti ad inopiam etiam ex ſua culpa, & mali vſus ſuorum bonorum, & dilapidatione mulierem non poſſe à marito exigere, neque maritum etiamſi ſpontè velit, poſſe præſtare eidem vxori conſtante matrimonio fideiuſſorem de dote conſeruanda vel reſtituenda, idque ad diſpoſitionem dictarum legum *1. & 2. C. ne fideiuſſores dotium dentur*, atque adeo neque in huiuſ

huiuſmodi caſu vxorem vti poſſe remedio *l. in omnibus* 41. *ff. de iudiciis* vbi generaliter habetur, quod debitor propter ſuperuenientem cauſam tenetur præſtare fideiuſſores creditori.

Verum communis ſententia eſt, vxorem à marito qui conſtante matrimonio vergit ad inopiam, vel ſubſtantia dotis malè vti incipit, vel ſit ſuſpectus de dilapidatione, poſſe exigere fideiuſſorem pro ſecuritate dotis conſeruandæ & reſtituendæ in hocque caſu limitari diſpoſitionem dictarum legum *1. & 2. Cod. ne fideiuſſor.* eſſeque locum dictæ *l. in omnibus*, ità Bartholus ſibi contrarius *in d. l. ſi conſtante §. quoties num. 8. ibid.* Alexander, Iaſon. *& cæteri ſcribentes Canoniſtæ communiter in cap. per veſtras de don. inter vir. & vxor.* & præter plurimos alios Iuriſp. & Canoniſtas à P. Barb. *in d. l. ſi conſtante in princip. n. 20. circa finem*, & Heringio *d. c. 6. n. 184. relati*, Baldus Nouell. *d. p. 6. priuil. 21. num. 6.* Gomez *ad l. Tauri 50. n. 26. verſ. ſecundo limit.* Gayllus *obſeru. pract. lib. 2. obſeruat. 84. num. 9. & 10.* P. Barboſa *loco citato*, Faber *lib. 5. ſui Cod. tit. 14. de fin. 1. num. 7. in ſcholio, & defin. 3. num. 7.* Franc. Molinus *locis ſuprà allegatis*, Heringius *d. cap. 6. citato num. 184.* & alij recentiores communiter. Probatur quia licet iure ciuili regulariter maritus non poſſit ab vxore exigi, vt præſtet illi fideiuſſorem de dote conſeruanda, vel reſtituenda, id tamen limitatur, niſi maritus pauper fiat, & ob eiuſdem mariti inopiam præſentem, vel probabiliter imminentem vxor ſit in periculo remanendi ſine dote, tunc enim cogitur præſtare vxori fideiuſſorem pro ſecuritate dotis, quod etiam (quatenus de iure ciuili non eſſet permiſſum) probatur ex iure canonico per text. *in d. cap. per veſtras de donat. inter vir. & vxor.* vbi maritus pauper iubetur præſtare vxori cautionem de dote conſeruanda, & reſtituenda, & appellatione cautionis idoneæ venit etiam cautio cum fideiuſſore *l. ſi mandauero 59. §. fin. ff. mandati, & omnes ſcribentes in d. cap. per veſtras.* Confirmatur hæc communis ſententia, quia hoc caſu ſatiſdatio eſt fauorabilis marito, vt euitet reſtitutionem, vel ſequeſtrationem dotis, quæ eſt ſibi magis damnoſa, & ignominioſa, & ceſſat ratio perfidiæ conſiderata *in d. l. 2. Cod. ne fideiuſſ.* quinimo talis fideiuſſio permittitur à iure vt euitetur maior perfidia vt poſt Abbatem *in d. cap. per veſtras notat d. num. 6.* Nouell. qui addit, quod maritus, qui per diſpoſitionem *d. cap. per veſtras*, poteſt cogere mulierem recipere cautionem idoneam pro ſecuritate dotis; vt mulier teneatur illi dare dotem promiſſam nondum ſolum ex cauſa paupertatis eiuſdem mariti, ſi non poſſet inuenire fideiuſſorem, non deberet, nec poſſet recurri ad cautionem iuratoriam quia per eam non eſſet conſultum indemnitati mulieri, ſed quanta cautio ſufficiat vbi requiritur idonea, & non præſcripta eſt, relinquitur arbitrio iudicis, iuxta Panormitanum *in d. cap. per veſtras* Gayllum *obſeruat. pract. lib. 2. obſeruat. 84. num. 11.* Barboſ. *Collect. d. cap. tranſmiſſa n. 9. de reſtit. ſpoliator*, & Sanchez *alios allegantem de matr. lib. 10. diſp. 18. num. 2.* qui iudex, ſi videat aliter non poſſe eſſe benè conſultum mulieri, debet iubere dotem deponi apud mercatorem ad honeſtum lucrum, quo à viro poſſint onera matrimonij ſuſtentari vt habetur *d. cap. per veſtras* quinimo cum textus *in d. cap. per veſtras* loquatur de cautione idonea, vel de ſequeſtranda dote, & deponenda apud mercatorem ad honeſtum lucrum, Gayllus *d. obſeruat. 84. num. 12.* dicit in poteſtate iudicis eſſe pro dotis ſecuritate iuberi dari aliam cautionem idoneam vel ſequeſtrari dotem, & deponi apud mercatorem ad lucrum licitum, eo quod in alternatiuis iuris optio iudici detur, niſi verba ad partem dirigantur per text. *in cap. à Crapula de vita, & honeſtate cleric. Gloſſam ibidem verbo, vel beneficio*, Panormitanum *in d. cap. per veſtras num. 15.* & alios Doctores ab eadem Gayllo relatos, quamuis Faber *lib. 5. ſui Cod. d. tit. 14. definit. 4.* ſi maritus antea tempore matrimonij contracti, & promiſſione dotis diues ante acceptam dotem incipiat labi facultatibus, vnde euidens, iamque emergens periculum dotis amittendæ ſit, dicat æquius eſſe, vt mulieri conſulatur per dotis retentionem non obſtante, quod per numerationem dotis mariti bona remaneant hypothecata à die promiſſionis, quam pati, vt dotis retentio, cum hypothecaria actione commutetur, cùm mariti commodo aliter conſuli poſſit, ſcilicet perceptione fructuum dotis ad eundem maritum ſpectantium pro oneribus matrimonij.

Dixi *vel ſi ſuſpectus de dilapidatione*, quia licet Bald. 99
Nouell. *d. p. citato priuilegio 21. num. 6. initio dicat* mulierem iure antiquo *d. l. in omnibus* potuiſſe vti remedio dictæ legis ob periculum vergentiæ mariti ad inopiam, addit tamen non eſſe hodie locum *d. l. in omnibus*, vt mulier cautionem pro ſecuritate dotis à viro exigere poſſit ſi nondum vir veniſſet ad extremam inopiam per textum *in l. 2. Cod. ne fideiuſſ. dotium*, quod eſt falſum, vt rectè obſeruat P. Barboſa vbi *ſuprà num. 28. verſ. quæ tamen*, nam *d. cap. per veſtras* expreſsè habetur, quod maritus propter iuſtam cauſam tenetur cauere pro ſecuritate dotis, ac proinde ſi probabile periculum dotis amittendæ ſuperueniat, tenebitur maritus cauere iuxta regulam *d. l. in omnibus* etiamſi adhuc diues ſit, quod ſentiunt etiam alij Doctores *ſuprà n. 97. relati*, quatenus ſentiunt, quando maritus eſt dilapidationis ſuorum bonorum, & dotalium ſuſpectus poſſe eum cogi dotem reſtituere, vel poſſe bona eius ſequeſtrari, quantum ſatis ſit ad dotem conſeruandam; quare, quod Faber *d. definit. 4. num. 24.* dicit, nempe, quòd fideiuſſorem dare non teneatur maritus, qui eo tempore, quo accepit dotem idoneas habet facultates, ex quibus mulieri, ſatis cautum eſſe poſſit, licet fieri queat, vt fiat pauperior, intelligendum eſt, niſi eo tempore ſit iam ſuſpectus de abuſu ſuæ ſubſtantiæ, & dilapidationis bonorum ſuorum, & dotalium.

Pro pleniori autem intellectu *d. cap. per veſtras* ad- 100
uertendum, quod licet in caſu *d. cap. per veſtras* extraneus dotem pro muliere promiſiſſet, quàm nolebat marito ob eius inopiam ſoluere, niſi præſtita cautione pro ſecuritate dotis, & non mulier ipſa, vt colligitur ex textu, ac poſt Ripam *in l. ſi conſtante initio num. 49.* & alios tradit P. Barboſa *in d. l. ſi conſtante in princip. numero 27. verſ. ex qua concordia:* nihilominus idem dicendum, ſi mulier ipſa dotem promiſiſſet ob eandem rationem, nam cùm extraneus ſimpliciter dotando cenſeatur mulieri donaſſe *l. vnic. §. accedit Codic. de rei vxor. actione*, & traditum eſt *ſuprà cap. 3.* omnia quæ facit, nomine ipſius facere videtur, iuxta regulam *cap. qui per alium de reg. iur. in 6.*

Præterea aduertendum, quòd & ſi in ſpecie eiuſd. *c. per* 101
veſtras dos tantum fuerat promiſſa, & nondum tradita viro, qui propterea, quòd ei dos promiſſa non ſoluebatur expulerat vxorem à domo ſua (vt tradunt Palatius Rubens *in d. cap. §. 15. num. 4.* & P. Barboſa *in d. l. ſi conſtante in princ. n. 22. verſ. neque repugnat*) & ſic ibi agatur de impedienda adminiſtratione, vt non incipiat concedi marito, ad inopiam vergenti, vel ſuſpecto de malo vſu & dilapidatione dotis, poſtquam fuiſſet illi tradita; tamen idem aſſerendum etiamſi dos fuiſſet iam tradita, & ageretur de auferenda adminiſtratione iam marito competente datis paribus terminis ob identitatem rationis, cùm *d. cap. per veſtras* iubeatur dari cautionem per maritum inopem, vt dos ſit in tuto, quæ ratio procedit tam ſi dos fuerit ſoluta, & tradita marito pauperi, quàm ſi ſolùm promiſſa eidem marito pauperi, ſic contra Crotum *in l. ſi conſtante in princip. 2. lect. num. 70.* P. Barboſa *vbi ſuprà num. 27.* quare licet *d. cap. per veſtras* S. Pontifex velit, vt marito volente

volente cautionem præſtare vxori non retineri promiſſa non ſequitur, vt ſi fuerit iam tradita eidem marito inopi cùm ſcientia, & cognitione paupertatis illius non poſſit eadém cautio exigi, vel fieri ſequeſtrationem dotis, & depoſitionem apud mercatorem ad honeſtum lucrum, quod etiam colligitur ex traditis à Franciſco Molino *de ritu nupt. lib. 3. d. quæſt. 52. n. 53.*

102 Vtrum autem in eadem ſpecie *d. cap. per veſtras*, ille maritus tempore promiſſionis dotis, & contracti matrimonij eſſet iam pauper Franciſcus Molinus *dict. q. 52. n. 34.* dixi non conſtare, quod in eo textu maritus eſſet pauper, quando cum eo mulier contraxit, & dos fuit promiſſa, & confirmari videtur, quia licet in principio textus, maritus vocetur pauper, id fuit poſt duas ſententias latas, quibus pronunciatum fuerat, eum vergere ad inopiam; At etiam tempore promiſſionis dotis, & contracti matrimonij maritum fuiſſe pauperem tradit P. Barboſa *in d. l. ſi conſtante in principio num. 23. verſic. item Secundo, & n. 25. quia d. cap. per veſtras* appellat maritum pauperem, quaſi ſemper fuerit pauper, & quod poſtea ſubiicit, iudices pronuntiaſſe maritum vergere ad inopiam, exponendum eſt, taliter pauperem eſſe, vt ei tuto non poſſit dos tradi atque adeo iuſſerunt eum idoneam præſtare cautionem pro ſecuritate dotis, & conſequenter intelligendum eſt ſemper eo modo fuiſſe pauperem, cùm hodie pauper præſumatur ratio, eodem modo fuiſſe pauper *lege ex perſona Gloſſa fin. ibidem Cod. de probat.* & poſt Alciatum *de præſumpt. reg. 2. præſumpt. 26. n. 2.* P. Barboſa *d. n. 25.*

103 Vtrum etiam in caſu eiuſdem textus *cap. per veſtras* mulier, ſeu vxor tempore dotis promiſſæ, & contractus matrimonij cum eo initi ſciret maritum eſſe pauperem, & non ſoluendo, necne præfatus Franciſcus Molinus *d. n. 34.* dicit ex eo textu non apparere, & in dubio præſumi ignorantiam *lege verius ff. de probat. & cap. ignorantia de reg. iur.* At P. Barboſa *d. n. 25. & n. 28.* tenet mulierem ſciuiſſe tunc viri inopiam, & aſſerit, quod *dictum c. per veſtras* ſpecialiter procedit, quando mulier ſcienter contraxit cum paupere, & aſſerunt etiam plures alij Doctores relati à P. Barboſa *in d. l. ſi conſtante in princip. n. 23. verſic ſed quia hoc eſſet*, & ita etiam præſupponunt Doctores (qui *infrà num.* 108. referuntur tenentes vxorem, quæ ab initio contraxit cum viro paupere, vel ſuſpecto de dilapidatione, & ei tradidit dotem non poſſe tunc vti remedio *d. l. ſi conſtante ff. ſoluto matrimonio* repetendi dotem datam ſcienter tali marito cognito inopi, & dilapidationis ſuſpecto, nec remedio generali *d. l. in omnibus ff. de iudiciis*, cogendi maritum ad præſtationem cautionis pro ſecuritate dotis, poſſe tamen petere à tali viro cautionem de dote conſeruanda iuxta diſpoſitionem, & terminos *dicti capitis per veſtras* ac proinde ſupponunt *d. c. per veſtras* loqui ſpecialiter, & etiam quando tempore, in quo mulier contraxit cum marito paupere, ſcienter, & cum ſcientia illius paupertatis fuit illi promiſſa dos, id quod aſſerunt præter Pet. Barboſam immediate ante *d. num. 28.* Gayllus *d. lib. 2. allegata obſeruatione 84. num. 9.* & idem Franciſcus Molinus *d. quæſtio 52. numero 39. & ſeqq.* & apud eoſdem alij.

104 Fundatur autem (quidquid ſit, an mulier, quæ ſcienter contraxit cum viro paupere ſciens eſſe pauperem, & non ſoluendo poſſit hoc non obſtante vti remediis iuris ciuilis *in dicta lege ſi conſtante, & dicta lege in omnibus pro ſecuritate dotis*) diſpoſitio *dicti capitis per veſtras* in maxima æquitate, & honeſtiſſimo fine inducta eſt. Nam ibi mulier, quæ cum marito paupere contraxit facta illi promiſſione dotis licet cum ſcientia paupertatis eiuſdem mariti, viuebat ſeparata à marito, qui eam expulerat, eo quod dos promiſſa ei non ſoluebatur (vt ſuprà dictum eſt) quique petebat ſibi dotem tradi, quam, & iudices pronuntiarunt illi eſſe tradendam, ſi idoneam cautionem præſtaret de dote conſeruanda, ſed quia erat pauper vt initio textus habetur, & ſupra dictum eſt, non inueniebat idoneam cautionem, vnde per indirectum, ex ſententia illi reſultabat coniuges perpetuo remanere ſeparatos, ex quo reſultabat timor adulterij ex vtraque parte; ad illum timorem euitandum S. Pontifex decreuit, quod non cogeretur maritus idoneam cautionem præſtare pro dote, vt iudices pronunciauerant, ſed tantum eam, quàm dare poſſet. Quod ſi per illam non videretur congruenter cautum eſſe ſecuritati dotis, tunc deponeretur apud mercatorem ad honeſtum lucrum; Quapropter timor adulterij ad hoc ſpecialiter, & præcipuè fuit conſideratus, vt maritus non teneatur præſtare niſi illam cautionem, quàm præſtare poteſt, & illa debeat eſſe contenta mulier. Nec etiam cum tempore promiſſionis dotis eſſet maritus pauper & cognitus vt talis iuxta tradita ſuprà, videbatur, quod prætextu paupertatis poſſet ei dos denegari, quia iam perſona videbatur approbata per dotis promiſſionem iuxta regulam *ſi creditores ff. de priuileg. credit. & lege ſi is à quo §. fin. ff. vt in poſſeſſor. legat.* præſtita tamen priùs [vt in *dicto capite per veſtras* iubetur] cautione idonea pro ſecuritate dotis, quia alioqui traditio fuiſſet nimis præiudicialis conſeruationi dotis, in qua vertitur publica vtilitas, ita poſt Butrium, & allegantem alios Panormitanum *in dicto capite per veſtras*, & nonnullos alios Petr. Barboſa *in d. lege ſi conſtante numero 23. per totum.* Per quæ probatur, quod quando maritus ab initio erat diues, & minime ſuſpectus de dilapidatione, & poſtea vergat ad inopiam, multò magis mulier non tenebitur illi dotem promiſſam tradere, niſi præſtat cautionem idoneam: vel erit dos deponenda apud mercatorem ad honeſtum lucrum, quo matrimonij onera ſuſtineantur. Prædicta quoad pleniorem intellectum *dicto capite per veſtras.*

Mulier, quæ ſcienter contraxit cum viro obarato & paupere, vel ſuſpecto, eique dotem dedit, an poſtea conſtante matrimonio poſsit dotem repetere, & vti remediis pro ſecuritate dotis ſibi à iure ciuili conceſsis.

An verò mulier, quæ ſcienter contraxit cum viro obærato, & paupere, vel rationabiliter ſuſpecto de dilapidatione, & malo vſu bonorum, eique dotem dedit, poſſit pro ſecuritate dotis vti remediis iuris ciuilis *in dicta lege ſi conſtante, & aliis textibus adductis ſuprà n. 97.* illi conceſſis, nempe dotem repetere, vel petere eam ſequeſtrari, vt permittitur *in dicta lege ſi conſtante, & in dicta lege vbi adhuc*, vel exigere à marito cautionem pro ſecuritate eiuſdem dotis iuxta regulam generalem allegatæ *legis in omnibus ff. de iudiciis.* Poſſe mulierem vti dictis remediis, & repetere dotem affirmarunt Bartholus *in dicta lege ſi conſtante num. 22. & ſeqq. ibidem* Alexander *n. 17.* Nouellus *n. 53.* Baldus, Ripa, Crotus, Panormitanus, Palacius, & alij à Gayllo *d. obſeru. 84. n. 5.* P. Barboſa *in d. l. ſi conſtante in princip. n. 24. verſiculo* obſtat etiam, & à Franciſco Molino *de rita nupt. lib. 3. dict. quæſt. 52. num. 24.* relati, *ea ratione probantes, quia vxor* pacto expreſſo non poteſt conditionem dotis facere deteriorem, ſibique in ea præiudicare *lege Atilicinus ff. de pactis dotalibus* (vnde pactum inter maritum, & vxorem ab initio matrimonij initum, quod vbi maritus vergeret ad inopiam, mulier promittit non repetituram dotem renuncians beneficio *dictæ lege ſi conſtante ff. ſoluto matrimonio* non valere nec poſſe mulierem eidem beneficio renunciare tradunt Bartholus *d. l. ſi conſtante d. numer. 22. & 23. ibidem* Alexand. 105

Iaſon.

Iaſon, Decius, Crotus, & alij à Franciſco Molino *dict. q.52.n.5.relati*, Puteus *dec.364.n.4.* & contra oppoſitum tenentes defendit Molinus *d. q.52. n.13. ad* 24. ergo multò minus tacito pacto poterit vxor dotis conditionem facere deteriorem, argumento à maiori ad minus, quod in iure validiſſimum eſt *auth. multò magis, C. de Sacroſ. Eccleſ.* & latè Euerardus *in loco à maiori*, pactum autem tacitum cenſetur initum, eo ipſo quod mulier ſcienter nubit viro inopi, & qui abutebatur ſua ſubſtantia eique dotem dat. Confirmatur hæc affirmatiua, quia intereſt Reipublicæ, vt mulieres ſuas dotes ſaluas habeant, vt facilè inuenire poſſint maritos *l. 1. ff. ſolut. matr.* ac proinde eadem ſententia vt fauorabilis matrimonio, & publico bono videtur tenenda, & hanc ſententiam eſſe communiter receptam, & in iudicando, & conſulendo eſſe tenendam ſcribit Nouellus *d.n.53.* & teſtantur Crotus, & Palacius *locis* à P. Barboſa *relatis*.

106 At alij Iuriſperiti, & non pauci negarunt hoc caſu poſſe mulierem contra virum inopem vti remedio *d.l. ſi conſtante, & aliarum legum num.97. adductarum* aſſerentes propterea hoc caſu eam excludi à repetitione dotis, ita Cynus *in d.l. vbi adhuc ff. de iure dotium*, Dynus, Albericus, Imola, Bald. Angelus, Iaſon, Ripa, Claudius Coraſius *in d.l. ſi conſtante, ff. ſolut. matr.* Ioann. Andreas, Butrius, à Gayllo *d. obſeruat.* 84. *num.1.* Gomez *d.l.50. Tauri n.33. verſ. tunc* P. Barboſa *vbi ſupr. num.25. verſ. non obſtat*, & Franciſco Molino *d.q.52. num.35. relati*, probant, quia mulieri ſuccurritur dotis repetitiones propter inopinatum inopiæ mariti caſum ſuperuenientem, ſecus vbi fuit prouiſus *in l. ſi is à quo §. finali, ff. vt in poſſeſſ. legat. & l. fin. § his, illud quoque Cod. de ſponſal.* mulier enim contrahendo cum inope, & paupere ſcienter, illique dotem tradendo videtur illius approbaſſe perſonam, & mores iuxta regulam *l. ſi creditores, ff. de priu. creditor.* vt *ſuprà num.* 104. *fine* notatum eſt, & tradunt Baldus *in auth. quod locum numero 10. Cod. de collat.* Iaſon *in d.l. ſi conſtante, n.171.* & P. Barboſa *loco ſupr. d. num.97. allegato, & etiam numero 27. verſ. infertur etiam*: ac proinde non poteſt dari locus dotis repetitioni à qua, quod mulier hoc caſu excludatur, meritò ſtultitiæ, & leuitati ſuæ imputare debet iuxta Text. *præallegatos*. Prædictis, additur quod nemo videtur fraudare eos, qui ſciunt, & conſentiunt *l. nemo videtur, ff. de reg. iur.* & quod ſcienti, & nolenti regulariter non fiat iniuria *c. ſcienti, de reg. iur. 6.* alias rationes ſcribunt Gayll. *n.2.3. & 4.* & Molin. *numer.37.* apud quos poterunt videri à curioſo lectore; ad tationem prioris ſententiæ commiſſa reſponſione, quod Picchard. de Malumb. quem refert & ſequitur Angelus *in d.l. & heredi, §. filiafam. ff. de pactis dotalib.* opinati ſunt mulierem pacto expreſſo poſſe renunciare beneficio *d.l. ſi conſtante*, repetendi dotem, ſi maritus vergeret ad inopiam, quos refert Molinus *d.q.52.n.9.* eoſque reprobat illorum fundamentis reſpondens *à n.15. ad* 24.) iuxta Doctores huius ſententiæ reſpondetur non ſemper valere argumentum de pacto expreſſo ad tacitum, cùm multa in conuentionem deduci prohibeantur, quæ tacitè non ſunt interdicta quod pluribus exemplis adductis poſt Tiraq. *ad leges connub. Gloſſa 7. n.74. & ſeqq.* oſtendit Molin. *d.q.52.n.26. cum plurib. ſeqq.* vnde licet Prælatus Eccleſiæ in damnum illius paciſcendo non præiudicet illi, poteſt tamen tacitè præiudicare, vt cùm rem Eccleſiæ petere, & interim præſcribit alter eam *c. de quarta, & c. veniens de præſcriptionibus*, & ita quoque & ſi mulier expreſsè in dote non poteſt ſibi præiudicare, poteſt tamen negligendo ſi nolit vti beneficio *d. l. ſi conſtante*, vt tradunt Iaſon, Ripa, Coraſius *in d.l. ſi conſtante*, P. Barboſa *d. num. 37.* & Molin. *d.q.52.n.30. relati*, id colligentes ex illis verbis *d. l. ſi conſtante*, ſi agere nollet: declarat tamen Barboſa mulierem per talem negligentiam vtendi beneficio *d. l. ſi conſtante*, non excludi ab eodem beneficio, quin quandocumque velit, eo vti poſſit, ſed ſi interim maritus efficiatur non ſoluendo ſibi imputare debet; præterea prohibita renunciatione expreſſa non prohibetur (vt idem Molinus *d. num.30.* ex Baldo *in l. 2.4. oppoſ. Cod. de pactis*) eo ipſo tacita, quæ venit in conſequentiam ad alium actum; in præſenti autem tacitum pactum venit in conſequentiam ad matrimonium ſcienter contractum cum viro inope, ex quo videtur eius perſonam approbaſſe, & ſic ſibi præiudicaſſe circa dictum remedium *d. l. ſi conſtante*, proinde non poteſt prætextu paupertatis ab eodem dotem repetere, vt notauit etiam P. Barboſa *in d.l. ſi conſtante, num.27. verſicul. infertur etiam* ad id allegans *leg. fin. Codic. de ſponſ. & can. horrendus 32.q.5.* denique Bartholus, Iaſon, Ripa *in d.l. ſi conſtante* a Molino *d.q.52. num.31. & 32. relati*, etiam Molinus *ibid. & n.37. verſ. tertio* reſpondent mulierem per pactum tam expreſſum, quam tacitum poſſe ſibi præiudicare in dote, quando facit dotem reuerti ad ſuam primariam, & propriam naturam & de natura dotis eſt, quod non reſtituatur, niſi ſoluto matrimonio quod idem notat Molin. *quæſt.57. numer.59. verſ. nam vt ille*.

Et hanc in ſententiam (licet dicat eſſe articulum du- 107
bium) magis inclinat Molinus *d.q.52. & d.q.57. d.n.39.* eandem ſententiam approbat Gayllus *d. obſeru.84. num.7. verſ. ſed vtroque*, quando vxor ante matrimonium plene cognouiſſet, & exploratam habuiſſet viri conditionem, eumque plene obæratum, & inopem fuiſſe, vt hoc caſu vxori agenti ad repetitionem dotis conſtante matrimonio iuxta *d.l. ſi conſtante* maritus poſſit excipere illi non competere actionem contra eum, quia conditionem, & mores ſciuit, & ſibi imputare debet, quod dotem tradiderit omiſſa omni cautione, aut pacto, quòd poſſet, per repetitionem, vel depoſitionem apud mercatorem ſibi conſulere: ſecus vero ſentit idem Gayllus ſi mulier viro de dilapidatione tantum propalari rumore ſuſpecto ſcienter nuberet, quo caſu cum facultatibus tempore matrimonij maritus nondum lapſus ſit, ſed matrimonio conſtante finem prodigalitatis ſuæ nullum faciat, ſed omnia conſumere & in fumum cineremque reducere pergat, tunc mulier poterit vti beneficio iuris communis *d.l. ſi conſtante, & d.l. vbi adhuc* dotemque repetere, vel eius ſequeſtrationem obtinere; idque confirmat Gayllus per notata à Baldo *in d.l. ſi pro ea Cod. mandati num.1.* vbi dicit, quod ex continua dilapidatione noua oritur ſuſpicio, quæ nouam producit actionem, idem, quod Gayllus, habet Gomez *d.num.33. fine* vbi dicit, quod ſi maritus tempore matrimonij eſt pauper, & ſuſpectus, & poſtea non incipiat male vti ſua ſubſtantia, nec incidat in nouam cauſam ſuſpicionis, mulier, quæ ſciens eius conditionẽ, cum eo contraxit, non poteſt agere pro dote conſtante matrimonio, vt aſſerunt Doctores huius ſecundæ ſententiæ, ſi vero incipiat vti male ſua ſubſtantia, tunc poſſit mulier agere pro dote conſtante matrimonio, & gaudere beneficio dictarum legum, *ſi conſtante, & l. vbi adhuc*, quibus conſonant, quæ ex Saliceto *in d.l. vbi adhuc num.8. Cod. de iure dot.* & nonnulli alij notat P. Barb. *in d. leg. ſi conſtante num.27. verſ. quod ſi de nouo*, ſcilicet, quòd ſi maritus tempore, quo mulier ſcienter contraxit cum eo, deditque ei dotem, erat luſor, vel aliàs malis moribus præditus & contracto matrimonio in illis perſeuerauit, mulieri competit beneficium iuris *d.l. ſi conſtante*, ac ſi de nouo aliquid ſuperueniſſet, quia potuit ſperare mulier quod poſt matrimonium mores mutaret, vt ſæpius contingit, atque adeò ſi ſecus eueniat, quaſi de nouo ſuperuenerit, quod veriſimiliter non ſperabatur, in fauorem mulieris locum habere debet beneficium *d.l. ſi conſtante*. Quod remedium etiam

ſemper

ſemper competat mulieri, quæ tempore matrimonij & traditionis dotis ignorauit maritum eſſe inopem, & ſuſpectum iuxta Doctores præallegatos pro vtraque ſententia, & alios communiter, & expreſse notauit P. Barboſa *n.* 28. vbi cum Croto addit, quod in dubio, an mulier ſciret, vel ignorauerit maritum eſſe inopem, in ea præſumatur ſcientia iuxta regulam *l. qui cum alio,* 19. *ff. de reg. iuris, adiuncta regula l. quod te. ff. ſi certum petat*, & ait præterea videri expreſſum *in l. ſi is à quo*, *§. fin. ff. vt in poſſeſſio legat.* Quamvis contrarium teneant Iaſon. *in d. l. ſi conſtante, n.* 186. *ibid.* Romanus *n.* 27. *ad fin.* Claudius *n.* 32. *ad finem*, Gayllus *d. obſernat.* 84. *n.* 8. & Franciſc. Molinus *d. q.* 52. *n.* 34. *eo quod ignorantia regulariter non præſumatur, niſi probet ſcientia l. verius, ff. de probationibus*, *§. non ſolum verſ. quod autem inſtituta de legatis cum ſimilibus*, & Gloſſa *in d. l. verius, verbo obligatum*; ideoque maritus ſcientiam inopiæ vxore ignorantiam allegante probare debet iuxta eoſdem Doctores, & allegata iura.

108 Cæterùm, & ſi vxor, quæ cum marito inope, & ſuſpecto matrimonium contraxit, & ei dotem dedit ſciens ipſum tunc eſſe inopem, & non ſoluendo, & ſuſpectum excludatur à repetitione dotis, & remedio iuris ciuilis *d. l. ſi conſtante, ff. ſol. matrim. & d. l. vbi adhuc, C. de iure dot.* iuxta præfatam ſecundam ſententiam, & Doctores eiuſdem ſententiæ *n.* 106. relatos, eam tamen non excludi, quia à viro cautionem de dote conſeruanda, & reſtituenda exigere poſſit, eamque maritus præſtare teneatur, quia non videatur remiſiſſe talem cautionem *arg. l. Sabinus, §. ſed, & ſi ff. comm. diuidend. & l. Labeo, cum l. ſeq. de aqua pluuia arc.* tradit poſt alios Gayllus *d. obſeruat.* 84. *n.* 9. *fine*, & quod licet excludatur in tali caſu à repetitione dotis, & remediis iuris ciuilis, eam poſſe à marito paupere, & ſuſpecto præfatam cautionem pro ſecuritate dotis petere, & maritum teneri eam præſtare iuxta diſpoſitionem & æquitatem Canonicam *in dicto capite per veſtras de donat. inter vir. & vxorem* ſentiunt DD. communiter Alexander *in dicta leg. ſi conſtante, num.* 17. Iaſon. *ibid. num.* 178. Gayllus *d. n.* 9. P. Barboſa *in d. l. ſi conſtante, allegato n.* 27. *fine* Franciſcus Molinus *d. ct. quæſt.* 52. *n.* 39. & alij apud eoſdem; cùm enim vxori pro ſecuritate dotis competant ex iure (vt *ſuprà n.* 97. dictum eſt) plura remedia, ſublato vno per renunciationem, vel pactum tacitum nubendo & tradendo dotem ſcienter viro inopi, & ſuſpecto, alia ſublata non cenſentur, vt poſt alios Molinus *d. q.* 52. *n.* 41. Præſertim quia dantur non ex vna cauſa tantùm nempè, propter conſeruationem quæ tamen eſt præcipua, ne mulier indotata ſed, & propter alios vt ex dote mulier ſe ipſam, filios, & maritum alere teneatur, vt ex *d. l. ſi conſtante, & d. l. vbi adhuc, & etiam ex d. c. per veſtras*, conſtat. Neque obſtat regula illa, quod ſublato vno remedio tollitur aliud, nam intelligitur, quando remedia ſunt incompatibilia [vt notat Molinus *d. q.* 52. *numer.* 42.] ſecus vbi inuicem ſe compatiuntur *l. poſt diem, ff. de leg. commiſſoria l. fin. C. de Codicillis, l. in delictis, §. de tractato, ff. de noxal. act.* vt Becius latè declarat *conſ.* 87. *num.* 9. in præſenti autem ſpecie remedia ſunt compatibilia; nam beneficium *l. ſi conſtante, & l. vbi adhuc* procedit in dotis reſtitutione, diſpoſitio *d. c. per veſtras*, principaliter in cautione præſtanda per maritum vxori fundatur, & conſequenter vnum aliud non excludit, imò fauore dotis mulieri concedi plures actiones incompatibiles, tradit, & explicat Bald. Nouell. *de dote, p.* 7. *priu.* 25. & latius *p.* 8. *priuil.* 35. vbi etiam an & quando mulier eligit vnam, poſſit ad alteram redire.

Extraneo, qui ſponte dotauit mulierem cum pacto, vt dos ſoluto matrimonio per mortem mulieris ſibi reſtituatur, & tempore dotationis non exegit à viro cautionem pro ſecuritate dotis, qua ratione conſulatur.

Remanet hic explicandum id, quod *ſupr. num.* 87. *fine*, erat explicandum, qua ratione pro ſecuritate dotis, 109
conſeruandæ, & ſibi reſtituendæ conſulatur extraneo, qui ſponte dotauit mulierem cum expreſſo pacto, vt dos ſoluto matrimonio ſibi reſtitueretur, à principio, & tempore dotationis pro ſecuritate eiuſdem dotis à marito non exigit idoneam cautionem, aut ſatisdationem, quam eum poſſe exigere *ſupr. n.* 86. probatum eſt, de qua re Bald. Nouellus *p.* 6. *allegato priu.* 21. *num.* 12. certum eſt, quod ſi poſt dotationem, cùm tunc maritus eſſet diues ſuperuenerit inopia, vel ſuſpicio inopiæ, poterit præfatus extraneus exigere à marito ſatisdationem, ſeu fideiuſſionem de dote conſeruanda, & reſtituenda iuxta regulam generalem ſæpius allegatæ *l. in omnibus, ff. de iudiciis*, & poſt Bartholum *in d. l. ſi conſtante*, tradit Nouellus *d. n.* 22. ſicut etiam videtur certum eidem extraneo non competere contra maritum remedium *d. l. ſi conſtante*, dotem ſcilicet repetendi expreſse, & ſoli mulieri permiſſum, vt poſt Gloſſam *in l. vbi adhuc, C. de iure dotium*, Bartholum Romanum, & Doctores communiter idem Baldus Nouellus. Poſſe etiam petere ſequeſtrationem dotis deponendæ apud mercatorem ad honeſtum lucrum, quod inſeruiat pro oneribus matrimonij ſuſtinendis tradit idem Nouellus *d. n.* 12. per notata *in l. fideiuſ. §. fin. ff. qui ſatiſdare cogan.* addens tamen per notata *ibid.* quod ſequeſtratio reuocabitur, ſi maritus afferat idoneam cautionem, intelligit autem Nouell. poſſe peti ab extraneo ſequeſtrationem ob ſuperuenientem inopiam mariti, vel inopiæ ſuſpicionis ex culpa eiuſdem mariti: Nam ſi ex alio caſu fortuito circa mariti culpam ait ſequeſtrationem iure non permitti eidem extraneo, cùm regulariter ſit prohibita *l.* 1. *C. de prohib. ſequeſt.* ac proinde in tali caſu extraneum habere tantùm remedium *d. l. in omnibus*, verum, & ſi non nomine proprio, poſſet tamen nomine ipſius mulieris petere ſequeſtrationem, quando maritus non inueniret idoneum fideiuſſorem, nec aliter dotis ſecuritati poſſet conſuli, vt probant notata *ſupr. n.* 100. & prædicta procedunt ſi tempore dotationis factæ ab extraneo maritus erat diues, vel ſi inops, & ſuſpectus de dilapidatione extraneus dotans eum eſſe inopem, & ſuſpectum non cognouit. At ſi veriſimiliter eſſe inopem, ac ſuſpectum ſciuit, non poſſe amplius eum petere fideiuſſorem, neque ſequeſtrationem tradunt Bartholus *in dicto §. ſi conſtante, n.* 6. *quæſt.* 1. *partis*, & Nouellus *d. num.* 12. & debet ſibi imputari, quare à principio ſibi non prouidit, iuxta notata *in l. ſi creditoris, ff. de priuil. creditorum*, ſic enim approbando perſonam mariti potuit ſibi præiudicare, dotiſque conditionem facere deteriorem, eſto mulier ipſa non poſſet, ſed etiam in hoc caſu poſſet extraneus dotator nomine mulieris petere à marito idoneam cautionem pro dotis ſecuritate iuxta tradita *ſuprà eodem numero* 100.

Prædictis de extraneo dotante, qui à principio nouit 110
maritum inopem, & labentem facultatibus conſonat, quæ Faber *d. l.* 5. *ſui Codic. dict. titul.* 14. *definit. tertia*, tradit, nempè, quod mulieris debitor, qui eiuſdem mulieris nubentis nomine dotem promiſit viro tunc facultatibus ſuſpecto pro cautione dotis, non poteſt petere ſibi dari fideiuſſorem, neque pignus, eo quod neque dotis neque mulieris, ſed ipſius debitoris periculo futurum ſit, ſi maritus non erit ſoluendo, cùm debeat ſibi imputare, quod tali viro dotem promiſerit nec ſibi idonea cautione

cautione prouiderit, quod tamen intelligi niſi mulieris debitor marito dotem promiſerit per delegationem à muliere factam, cùm debitor delegatus à creditore alteri ſoluens à priori creditore libere *l. doli exceptio ff. de nouationib. & delegationibus 6.* vel niſi muliere nubente mandante, & ex neceſſitate dotem pariter promiſerit, cum etiam inuitus debitor cedi poſſit, & in dotem dari *l.1.C.de nouat.& l.ſi debitor 83. ff. de iure dot.*

101 Ex traditis colligitur, quàm ſoliciti fuerint legiſlatores, vt dotes mulierum eſſent ſaluæ, & conſeruarentur, nec maritis traditæ periclitarentur tot remedia præſcribentes pro earundem dotium conſeruatione, quod merito factum, cum ex vna parte maximè mulierum interſit dotes ſaluas eſſe, vt facilius, & commodius poſſint nubere *auth. quamuis C.de rei vxor.act.* & id vtilitatem publicam concernat, vt matrimoniis ciuitates ingenuis hominibus repleantur *l.1. ff. ſol. mat. & l.intereſt ff.de rebus authoritate iudicis poſſidendis* (quæ in primis capitibus ſupra ſæpe ſunt notata) & ex altera parte experientia conſtet dotes ſæpe ex maritorum, ſiue præſenti, ſiue superuenienti inopia deperdi, quàm etiam ob cauſam Faber *d.l.5.C.ſui eod.tit.4. defin.4.* notat ſuum Senatum quoties de dote agitur, ſolicitè procedere, vt quantum fieri poteſt in tuto collocetur, proque eius ſecuritate idonea cautio præſtetur, ſi eam petat quicumque qui ex neceſſitate dotem ſoluere debeat, vt pater, patris hæres, aut debitor *l. ſi extraneus ff. de iure dot.* & pro cautione, ait idem Faber honeſtius, & æquius eſſe, ſi dentur pignora potius, quàm fideiuſſores, & quod plus cautionis ſit in rem, quàm in perſonam iuxta in præcedentibus tradita, *& l.plus cautionis ff. de reg. iur.* Addit idem Faber Senatum prædictis perſonis ex neceſſitate dotem ſoluentibus præfatam cautionem concedere, ob præfatam, cauſam, quia publici intereſt dotes mulieribus eſſe ſaluas, non verò quia ſi ſoluerint [excepto patre] ſemel marito licet inopi, iterum ſoluere cogi poſſint, cùm non ſit quicquam imputandum ei, qui ſoluit marito habenti ius dotis exigendæ, cùm ad ipſum ſpectat ius dominij vel ſaltem adminiſtrationis dotis iuxta tradita in præced. capitibus, quare hæres patris [ſubdit idem Faber] aut debitor, ſiue ille ſit mulieris frater, ſiue extraneus, manet liberatus, & tutus, ſi ſoluerit marito exigenti quamuis iam egeno, dummodo non ſit aut mulieris adminiſtrator, aut procurator, vt aſſecurationem, quam ipſa mulier exigere poteſt, teneatur petere, cùm vterque mulieri, cuius bona adminiſtrat, proſpicere debeat, quomodo deberet, ſi eſſet eiuſdem mulieris curator *l.ſiue generalis ff.de iure dot. & l.cum poſt mortem §.1.ff. de admin. tut.* ita Faber.

Si in aliquo loco ſit conſuetudo, vt fideiuſſor pro ſecuritate dotis vxori à marito dari poſſit, an valeat talis conſuetudo, & fideiuſſor datus obligetur.

102 Dubium decimum, vtrum fideiuſſor pro reſtitutione dotis à marito exigi, & vtiliter dari poſſit, ſi ſit talis conſuetudo in aliquo loco. Prima opinio eſt continens duo membra. Primum, quod ſi conſuetudo arctat maritum, vel ſocerum ad præſtandum fideiuſſorem pro dote reſtituenda, ita vt etiam inuiti cogi poſſint ad illum exhibendum, conſuetudo non valet: Alterum eſt, quod ſi conſuetudo præciſè non arctat, ſed ſimpliciter permittit dare fideiuſſores, tunc ſi maritus vigore huius conſuetudinis fideiuſſorem ſponte dederit, valet conſuetudo & fideiuſſor obligatur, ita Bald. Nouell. *de dot. p.6. allegato priu.21.fine.* Primum membrum probat, quia tunc ſubeſt ratio perfidiæ, cùm maritus cogitur ad dandum fideiuſſorem, & etiam videtur ſatis probari per textum [quem etiam ad id ponderat Hering. *de fideiuſſ. cap.6. n.215. & 216.*] *in l.1. C. ne fideiuſſores dotium dentur,* dum ibi reprobatur, & aboletur conſuetudo illa, ex qua proficiſcitur lex, quæ iubet, vt vir vxori fideiuſſorem pro ſecuritate dotis conſeruandæ exibeat, & ſi dicatur ibi, aboleri, conſuetudinem præteritam non futuram, reſpondet Hering. leges extendi etiam ad futura negotia, quando prohibitionis ratio cauſam habet perpetuam, vt *d.l.1.& 2.C.ne fideiuſſores dotium dentur,* quæ fuit velle remouere cauſam perfidiæ, & diſſidij inter coniuges, quæ ex fideiuſſione gignitur, qua de cauſa etiam talis conſuetudo, vtpote contra bonos mores eſt dicenda potius corruptela, quæ neque ex longo tempore neque ex longa conſuetudine confirmatur *l.11. in fine C. de fundis patrim.* Alterum membrum probat Nouell. quia tunc non ſubeſt tanta ratio perfidiæ, quando maritus ſponte offert mulieri fideiuſſorem, iuxta tradita *ſup. hoc c. n.69.*

Secunda opinio negat valere etiam conſuetudinem permittentem, quod maritus ſponte fideiuſſores dotis reſtituendæ dari poſſit, ita in puncto iuris Hering. *d. c.6. n.217.* id probans, quia nec ſponte poſſit maritus dari vxori fideiuſſorem de dote reſtituenda iuxta *d.l.1.& 2. C. ne fideiuſſores,* ob illam rationem perfidiæ, cuius occaſio etiam ex fideiuſſione ſpontanea datur, iuxta tradita *ſup. hoc c.n.30.* vnde talis conſuetudo vti praua, & contra bonos mores, vtpote nutritiua, ſeu inductiua diſcordiæ, quæ ob fideiuſſionem inter coniuges generatur, non poteſt eſſe valida, ſicut non valet pactum contra bonos mores. 113

Tertia opinio communis, & vera aſſerit abſolutè valere conſuetudinem, vt fideiuſſor pro dotis reſtitutione vtiliter dari poſſit, ſiue ſimpliciter permittat dari à marito, ſiue etiam arctet maritum, vt ad mulieris petitionē dare teneatur, ita præter Ioannem Andream Romanum, Decium, Caſtrenſ. & alios ab Heringio *d.c.6.n.211. & 220. & 224.* relatos, Menoc. *de præſ. l.4. præſ.190.n.43. verſ. verum reſpondetur,* & Gomez *ad l.50. Tauri n.26. verſ. ſeptimo limita,* & ex Theologis *ſup.n.63. allegatis* Rebell. *q.9. ibi allegato n.32.* & Caſtrus Palaus *puncto 8. ibid. relato n.11.* Probatur quia talis conſuetudo non eſt contra bonos mores, ſeu de re illicita, ſed de re ex ſua natura licita, vt *ſup.c.n.72.* probatum eſt, ac proinde nihil obſtat, quin valeat, ſicut, & non obſtat, quod *d.l.1.* aboleat conſuetudinem, vt vir vxori exhibeat dotis fideiuſſorem. Nam intelligitur de præterita, & quatenus etiam comprehendiſſet futuram, nihilominus cōtra *d. l.1. & 2.* & conſuetudinem ibi damnatam poteſt induci conſuetudo alia oppoſita valida, maximè ex aliqua noua cauſa ſuperueniente (ſicut etiam poteſt contraria lex ſtatui vt *ſup.n.72.* probatum eſt) vt poſt Gloſſam *in clem. ſtatutum de elect. verbo conſuetudine,* & Doctores *ibid.* communiter tradit Gomez, & nullam legem poſitiuam eſſe, quæ non poſſit contraria conſuetudine tolli ſcripſit Bald. *in c. imperialem §. præterea de probat. feud. alien. per Frider.* & dixerunt etiam alij, quos Heringius *d.c.6.n.222.* refert. Quinimo Vveſenbecius [vt refert Heringius *d.c.6.n.220.*] in additione ad Bartholum *in d.l.2.C.ne fideiuſſores dotium dentur,* ait, quod de facto illa lex hodie per conſuetudinem ſit antiquata, præcipuè inter nobiles, qui fideiuſſores dandæ, muniendæ, reddendæ dotis dant, & accipiunt. 114

Nam verò valida foret lex, aut conſuetudo, vt fideiuſſores pro ſecuritate dotis conſeruandæ, & reſtituendę dari omninò, & ſemper deberent, videtur dicendum non fore validam ob eam rationem, quod libertas matrimoniorum nimis reſtringeretur, eo quia multis facilius eſſet vxorem nolle ducere, quam aut ducere ſine dote aut dotis fideiuſſorem inuenire *l.2.§.ſed ſi dubitatur, verſic. ſed verum ff.de iudiciis,* ita ſentire videtur Faber *d. l.5. ſui C. allegato tit.14. defin.1.n.7. in Scholio.* 115

Tradita de prohibitis dotium ſoluendarum, & reſtituendarum fideiuſſoribus an habeant locum in augmento dotis donatione propter nuptias, & rebus paraphernalibus.

116 Dubium vndecimum, an tradita in præcedentibus de prohibitione fideiuſſoris dotis ſeruandæ, & reſtituendæ extendenda ſint ad augmentum dotis, donationem propter nuptias, & ad res paraphernales, vt neque pro ſecuritate horum reſtituendorum, vel ſoluendorum a marito exigi, & validè dari poſſit fideiuſſor.

Si ſermo ſit de augmento dotis, quod poſt illam conſtitutam fit à muliere, videtur dicendum pro eo à marito non poſſe exigi, & dari vtiliter fideiuſſorem, cùm ſortiatur naturam dotis, & idem ius ſit de tali augmento, ac de dote vt *ſuprà cap. num.* 60. & 61. notatum eſt (& etiam habeat veræ dotis priuilegia, vt *ibid.* notatum eſt, & habere dotis priuilegia, etiamſi factum ſit conſtante matrimonio, ſi ceſſet omnis ſuſpicio fraudis, ſcilicet, quod ſit ſimulata donatio in fraudem legis prohibentis donationem inter coniuges conſtante matrimonio, tradit Cancerius *var. reſol. tom.* 1. *cap.* 9. *n.* 4. ex Caſanate *conſ.* 50. *num.* 34. *& ſeqq.* Marc. Anton. de Amatis *deciſ.* 34. *fraudis coniecturas adducente* Gabriele *conſ.* 10. *num.* 3. *&* 4. *lib.* 1. & Menochio *conſ.* 33. *num.* 22.) & in eo habeat locum ratio ponderata *in d. l.* 2. *Cod. ne fideiuſſ. dotium dentur*, ſcilicet, quod mulier, quæ marito ſuum corpus confidit, non debet diffidere de fide mariti circa præfatum augmentum: & procul dubio ſentit Heringius *de fideiuſſoribus d. cap.* 6. *num.* 227. *&* 230. *& ſeqq.* in augmento autem quòd fieret à mulieris patre, vel ab alio mulieris coniuncto, vel extraneo, licet & hoc augmentum induat naturam dotis, & dotis priuilegiis gaudeat iuxta tradita *d. cap.* 1. *alleg. num.* 60. *&* 61. Nihilominus ſuppoſitis traditis *ſuprà hoc cap. num.* 86. *&* 88. pater vel alius doti muneris tale augmentum addens poterit exigere à marito fideiuſſorem pro ſecuritate dicti augmenti, cùm ratio prohibitionis militans in ipſa muliere, ceſſet in patre, & alio, vt *d. numeris* 86. *&* 88. explicatum eſt.

117 Si verò loquamur de dotis augmento, quod à marito mulieri fiat ex liberalitate; certum eſt non teneri maritum pro tali augmento dare fideiuſſorem, ſi verò fiat ex pacto mutuò inter coniuges inito, vel neceſſitate, cauſave oneroſa iuxta tradita *ſuprà cap.* 8. *num.* 166. *&* 170. ſi ſupponamus tale augmentum eſſe propriè donationem propter nuptias, vt ſcribunt Doctores *dict. cap.* 8. *num.* 159. relati, de eo idem dicendum, quod mox explicatur de donatione propter nuptias: ſi verò ſupponamus eſſe vere, & propriè augmentum dotis, naturam dotis habens, & priuilegia, vt *traditum eſt eodem cap.* 8. *num.* 165. *ad* 173. ſicut pro dote à marito non poteſt exigi, & dari vtiliter fideiuſſor mulieri, ita nec pro tali augmento, quod verè, & proprie dos eſt: ac proinde quoad hoc debet eſſe idem ius & ita etiam citra dubium ſentit Heringius *numeris ſuprà allegatis.*

118 Quoad donationem propter nuptias, vbi ſit in vſu cùm habeat naturam ſeparatam à dote, & augmento dotis, à doteque in pluribus differat, vt conſtat ex traditis *ſuprà eodem cap.* 8. *d. num.* 259. & Doctoribus *ibidem allegatis*, ius ſtatutum prohibens dotis fideiuſſores non videtur extendendum ad donationem propter nuptias, & hoc probabile eſt; Nihilominus valde probabiliter idem Heringius *d. cap.* 6. *num.* 231. *& ſeqq.* putat eſſe extendendum etiam ad donationem propter nuptias, eo quod dos & donatio propter nuptias à pari procedant, & regulariter idem ſit ius de donatione propter nuptias, quod de dote, vt quod prohibetur in dote cenſeatur prohibitum in donatione propter nuptias, Nouella 61. & permiſſum in dote, permittatur in donatione propter nuptias *l. vbi adhuc C. de iure dot. leg.* 19. *l.* 20. *Cod. de donat. ant. nupt.* & ſicut pater ſimpliciter dans vel promittens dotem pro filia cenſetur facere de ſuo, ita etiamſi ſimpliciter donationem propter nuptias pro filio dederit, vel promiſerit, id de ſuo feciſſe cenſetur *leg. fin. Cod. de dotis promiſſ.* & quia etiam mulier pro tali donatione tacitam hypothecam in bonis mariti habet *d. l. vbi adhuc leg. ſi conſtante §. iura Cod. de donat. ant. nupt. & auth. ſiue à me Cod. ad Vell.* qua videtur ſatis cautum mulieri abſque fideiuſſoribus, ſine quibus occaſio perfidiæ *in d. l.* 2. *Cod. ne fideiuſſ. dotium dentur* vitatur; & quod in donatione propter nuptias mulier non habeat prælationem, vt notatum eſt *d. cap.* 8. *eodem num.* 159. *verſic. donationem*, non debet obſtare, quia neque in bonis fideiuſſoris prælationem haberet.

Denique quoad bona paraphernalia Hering. *d. cap.* 6. *num.* 230. putat neque pro his à marito poſſe exigi fideiuſſorem ob rationem *in d. l.* 2. conſideratam, ſcilic. vt occaſio perfidiæ inter coniuges vitetur, quàm generaret talis fideiuſſio, ſed verius eſt poſſe exigi, vt ſenſiſſe Senatum Sabaudiæ refert Faber *d. l.* 5. *ſui Codicis tit.* 14. *defin.* 2. cùm diuerſa ratio ſit dotis, & rerum paraphernalium, quæ dotales non ſunt, in quibus maritus nihil omninò iuris habet, niſi muliere conſentiente, quæ earumdem rerum paraphernalium administrationem marito tacitè, vel expreſſe permiſſam, aut conceſſam iuxta tradita *ſuprà cap.* 8. *num.* 109. *verſic. paraphernalia*, poteſt ad libitum reuocare & prohibere virum in illis ſe immiſcere, vt pariter *d. num.* 109. *verſic. hoc autem* notatum eſt, & tradunt per Textum *in leg. hac lege Cod. de pactis conuentis* Doctores *ibid.* allegati; cùm rerum paraphernalium dominium omninò remaneat ſemper penes mulierem, vt pariter *d. num.* 109. notatum eſt, & iuribus *ibid.* allegatis conſtat.

Quare præfatus Senatus Sabaudiæ (referente eodem 119
Fabro *d. defin.* 2.) in caſu contingenti, cùm mulieris debitor pecuniæ non dotalis, quem maritus etiam ipſa muliere conſentiente, & eius nomine conueniebat pro eadem pecunia recuſaret eam ſoluere, niſi idem maritus daret fideiuſſorem pro ſecuritate illius pecuniæ vxori ſeruandæ, non obſtante quod maritus diceret liberationem illi faciendam ab vxore creditrice vel eius nomine, idem Senatus inquam pro cautione mulieris iudicauit, vt debitor ad ſolutionem cogi non poſſet prius, quàm ipſa oſtenderet, qua ratione pecuniam in vtilitatem ſuam poſſet implicare, vel mariti pater aut alius idoneus fideiuſſor pro marito ſe obligaſſet pro ſecuritate eiuſdem pecuniæ non dotalis, & ſi id fieri non poſſet, pecunia deponeretur penes ſequeſtrum virum probum, per cuius manus eiuſdem pecuniæ lucrum mulier perciperet, cùm res mulieris etiam non dotales ſecuras conſeruari multum publicè interſit, & etiam eiuſdem pecuniæ debitoris, qui pecunia male ſoluta marito, & apud eum pereunte poſt matrimonium ſolutum iterum à muliere conueniri poſſet, ſi poſtea conſtaret mulieris conſenſum occulto mariti dolo, aut metu extortum iuxta notata *in l.* 1. *§. qua oneranda ff. quar. rerum act. non dat.* & hanc ſui Senatus deciſionem æquitati maximè conformem dicit *loco citato* Faber, & præcipuè talis cautio per ſatiſdationem, vel depoſitionem &c. adhibenda foret, ſi mariti perſona eſſet ſuſpecta.

CAPVT XIII.

De quantitate, & congruitate dotis filiabus, ſeu fœminis legitimis debitæ.

SVMMARIVM.

Dos quæ dicatur, & ſit, ſeu in quanta quantitate debeat conſtitui vt dicatur, & ſit congrua boni viri, ſeu iudicis arbitrio definiendum relinquitur, inſpectis facultatibus, ſeu patrimonio dotantis, dignitate parentum, familiæ conditione, & dignitate mulieris, & mariti, numero liberorum, conſuetudine regionis num. 1. 2. *& 3.*

Cum aliquid remittitur iudicis arbitrio, hoc arbitrium debet eſſe diſcretum, & regulatum, & rationibus ſuffultum.

In dote congrue æſtimanda conſideranda ſunt facultates patris, vel aui, dotantiſue, & pro illarum modo conſtituenda, vel à iudice taxanda, & facultatum nomine intelliguntur bona, diuitiæ, & hæreditates. n. 4.

Dos à muliere adulta excedens eius facultates promiſſa, & cum interuentu curatoris non ſuſtinetur quoad exceſſum. n. 6.

In conſtituenda dote congrua non eſt habenda ratio valoris proprietatum, ſed fructuum, & redditnum deductis expenſis. num. 7. *An & quando proprietas magni valoris, & modici fructus à patre vendi debeat pro dote congrua filiæ conſtituenda.* num. 8.

In conſtituenda, & taxanda dote congrua non eſt habenda ratio bonorum feudalium quoad æſtimationem proprietatis, ſed fructuum feudi. n. 9. *ſicut nec habenda eſt ratio bonorum ſubiectorum fideicommiſſo, quoad valorem proprietatis, ſed quoad fructuum illorum.* ibidem.

Licet pater ſaltem de conſilio debeat ſeruare æqualitatem inter filias, poteſt tamen maiorem dotem dare ſecundæ filiæ quàm primæ iam nuptæ ſi eius facultates ſint auctæ. num. 10.

Dos modica reſpectu ad facultates patris dotantis, poteſt eſſe non modica propter ſpem generi ſuccedendi in bonis ſoceri. num. 11.

Gener dolo inductus ad aliquam ducendam in vxorem ſub ſpe, ſeu prætextu, quod eam hæredem ſocer inſtitueret, licet id poſtea non faciat ſocer, non poteſt conqueri de eo. ibidem.

Teſtator qui aliquem inſtituit hæredem ſub conditione quod filiam vel quamdam conſanguineam ſuam duceret in vxorem ſi in vita illius hæres inſtitutus adimplet conditionem, teſtator poteſt mutare teſtamentum alium hæredem inſtituendo in alio teſtamento, & ſi mutet prius inſtitutus hæres non poteſt agere ad illius nullitatem numero 11.

Dignitas parentis, & familiæ dotantis attendenda eſt in dote congrua filiæ æſtimanda, & conſtituenda, numero 12.

Si pater, vel auus paternus filiæ vel nepti reliquiſſet dotem non competentem, ſeu condecentem dignitati perſonarum, & familiæ poſſunt illi aſſignari alia bona, & fideicommiſſo paterno, vel auito ſubiecta, & vltra legitimam ibidem.

Qualitas, dignitas, & conditio mulieris, & mariti inſpicienda eſt in taxanda, & conſtituenda dote congrua. numero 13.

Neque filiæ aufertur dignitas, licet pater amiſiſſet. ibid.

Ex parte matris conſiderari debet pulchritudo, virtus, an ſit virgo, vel vidua, vel fuerit corrupta, an legitima, vel illegitima, naturalis, vel ſpuria num. 13.

In vidua maior dos requiritur, quam in Virgine. ibid.

Ex parte viri vltra illius nobilitatem inſpiciendum cuius ſit ingenij vel peritiæ in aliquo artificio, an eius patrimonium amplum, vel tenue, an ære alieno grauatus, an bonus adminiſtrator ſui patrimonij. n. 13.

Si mulier aliter non poſſit inuenire virum ſuæ nobilitati parem, bona omnia ſubiecta fideicommiſſo paterno vel auito in dotem dari poſſunt. n. 14.

Declara vt ibid.

Et multo magis ſi legitima non ſufficiat, augenda erit dos ex bonis eiuſdem fideicommiſſi. ibid.

An ſi deficiant bona allodialia ad conſtituendam dotem, vt mulier viro pari nubere poſſit, poſſint alienari bona feudalia, referuntur oppoſitæ ſententiæ eodem n. 74. *& declaratur etſi feudum eſſet hæreditarium tranſiens tam ad fœminas quam ad maſculos poſſit ex eo detrahi legitima.* ibid.

Pater poteſt inæqualem dotem filiabus conſtituere propter inæqualitatem virorum quoad nobilitatem, & diuitias num. 17.

In æſtimanda, & conſtituenda dote filiabus conſiderari debet numerus liberorum. n. 18.

Et eorum artificium & peritia, negotium, ætas, valetudo, robur, ingenium. ibid.

Et quod alij poſſunt ſuperuenire. ibid.

Si filia ſit vnica dos pinguior ei dare debet, quàm quando filij maſculi ſuperſunt. n. 19.

Filiabus excluſis à ſucceſſione patris per maſculos collaterales dos maior debet conſtitui. n. 20. *Item dos debet augeri ſi filiorum numerus ſit diminutus.* n. 21.

In æſtimanda dote congrua inſpici debet conſuetudo regionis, & ſecundum eam conſtitui. n. 22.

Et attendenda conſuetudo de tempore dotationis non quæ antea viguit. ibid.

Dotes quoad quantitatem habent varietatem non ſolum in diuerſis locis, ſed etiam in eodem loco diuerſis in temporibus, & quare olim videbantur magnæ, hodie cenſentur tenues. ibid. *Conſuetudo & variatio dotium ab allegante probandas an ſatis proponere.* n. 22.

Dos conſuetudini regionis conformis dicitur ordinaria, extraordinaria dicitur quæ iudicis arbitrio declarari debet. ibidem.

Ordinarium & extraordinarium quodnam dicatur. ibid.

Decretum ſac. congregationis quod puellis ingredientibus monaſterium detur dos ordinaria, intelligitur de dote quæ ex conſuetudine loci & monaſterij ſolet dari ibid. num. 22. fine.

Conſuetudo generalis magis inſpicitur quàm patris in æſtimatione dotis. numero 23. *& quàm quantitas patrimonij & legitimæ.* num. 24. *Et ſi dos eſt minor legitima iuxta conſuetudinem eſt ſeruanda conſuetudo* ibid. *ſicuti eſt obſeruanda quod dos non ſit minor legitima, ſi exiet.* numero 25. *Pater poteſt dotem inæqualem conſtituere filiabus, quæ vel diuerſo tempore, vel in diuerſis ciuitatibus ſunt nuptæ ratione diuerſæ conſuetudinis dotandi* num. 26. *Alius poſt mortem patris hanc inæqualitatem facere non poteſt.* ibid.

In æſtimatione congruæ dotis conſiderari debet conſuetudo & regionis, & familia n. 27.

Dos quando congrua eſt incongrua eſt indicanda, attendendum eſt ad id quod pater eſt ſolitus dare aliis filiabus pro dote. num. 20.

Niſi medio tempore aliquo fortunæ euentu facultates patris diminutæ ſint. ibidem. *Pater poteſt maiorem dotem vni ex filiabus dare quam aliis ſecundum concurrentia temporis, & circunſtantias facti.* numero 29. *Neque tunc filiæ prius dotatæ cum minori dote poſſunt conqueri, & petere ſupplementum dotis ad inſtar aliarum filiarum vltimo loco dotatarum.* ibidem. *Pater inter filios debet ſeruare æqualitatem.* numero 28. *Hic eſt conſilium, non præceptum.* n. 27.

Et ſic pater de iure communi pro libito poteſt vni filiæ dare maiorem dotem quam alteri, dummodo omnibus det congruam. ibid.

Vt dos dicatur congrua non debet attendi quod pater alteri aſſignauerit, ſed quantum ſibi aſſignandum fuiſſet. numero 30.

Exceſſus in dote non conſideratur habito reſpectu ad aliam dotem, ſed ad ipſam, quæ conſtituitur. ibid.

Filiæ æque dotantur modo æque benè in matrimonio collocentur, licet plus vni quam alteri tradatur numer. 30. fine.

Dos non ex eo dicitur congrua, quo cum illa reperit maritum n. 31, Nec etiam poteſt exigua etiam in congrua, quando eius redditus non ſufficiunt pro alimentis. n. 32. Sicut nec poteſt dici congrua ex eo ſolum quod illius redditus ſufficiunt pro iiſdem alimentis, ſed ad congruitatem ſunt attendendæ circunſtantiæ & qualitates ſuprà explicatæ eodem. n. 32. Dos ſcutorum mille pro qualibet filia dicitur congrua etiam pro magno comite ſecundum aliquos, qui tamen reprobantur. n. 33.

Dos non poteſt dici & eſſe congrua ſi ſit minor legitima iuxta ſententiam plurimorum ita indiſtinctè aſſerentium quorum plures referentur, n. 34. & ſtantibus oppoſitis opinionibus in dubio ſuſtinendum eſt, quod dos non deberet eſſe minor legitima ſecundum Manticam ibid fine.

De dote congrua an debeat eſſe æqualis legitimæ vel poſſit eſſe minor diſtinguitur attenta tantum diſpoſitione iuris communis quoad effectum vt mulier congruenter dotata nubat, & attentis ſtatutis excludentibus fœminas dotatas à ſucceſſione parentum propter maſculos numero 35.

Dos congrua iuxta diſpoſitionem iuris communis & ſecluſi omnis ſtatu & conſuetudine non debet eſſe minor legitima ſecundum aliquos qui referuntur numero 36. eorum fundamenta adducuntur ibidem. Dos filiabus à patre vel auo paterno debita, & præſtanda inſpecta ſola diſpoſitione iuris communis vt ſit congrua non debet commenſurari legitima vel in ea conſtituenda, & taxanda, non enim habenda ratio qualitatis legitimæ, ſed poteſt eſſe minor legitima & latè probatur. numero 37.

Dos iniuridica & inofficioſa dicitur non quæ legitimam excedit, ſed quæ lædit ſeu minuit aliorum liberorum legitimam num. 87. Dos à patre promiſſa genero pro filia etiam eiuſdem patris arbitrio intelligitur pro modo facultatum & dignitate viri & vxoris, num. 37. fine. Filia nupta cui pater non conſtituit dotem congruam attentis facultatibus, dignitate perſonarum, numero liberorum, & conſuetudine poteſt viuo patre petere ſupplementum vſque ad congruitatem num. 38. Filia congruenter dotata ſi dos fuit minor legitima poſt mortem patris ab illius hæredibus poteſt petere ſupplementum vſque ad quantitatem legitimæ ſibi debitæ in bonis patris defuncti. num. 39. Dos congrua filiabus debita quandoque poteſt & debet eſſe maior legitima. num. 40. Ex cauſa dotis congruæ conſtituendæ ſi legitima non ſufficit ex bonis fideicommiſſo paterno, vel auito ſubiectis poteſt dos vltra legitimam conſtitui ibidem. Hæres patris tenetur dotare ſororem vltra legitimam, ſicut & pater viuens tenebatur aut teneretur ſi viueret. numero 41. & ad hunc effectum ſi legitima filiæ relicta non ſufficit ad dotem congruam inſpectis matrimonij circunſtantiis & perſonarum dignitate, an poſſit & teneatur hæres bona fideicommiſſo ſubiecta alienare pro ea quantitate quæ vnà cum legitima ſufficiat ad dotem congruam etiamſi filia vltra legitimam habeat alia bona propria. n. 42.

Filia nupta abſque dotis conſtitutione vlla quæ nupſit de conſenſu patris vel abſque eo conſenſu, viro tamen digno, pater an teneatur dotem conſtituere, & dare vltra legitimam, ſi tanta dos attentis circunſtantiis patrimonij, qualitatis matrimonij, dignitatiſve perſonarum æſtimatur congrua & tandem dotem in tali caſu tantam dotem legitima maiorem filiæ nupturæ dare cogeretur. Negatiuè. num. 43.

Dotationis & nuptiarum tempus inſpiciendum & attendendum ne ſit, an mortis patris ad iudicandum, & æſtimandum congruitatem dotis à patre conſtitutæ, & datæ filiæ, ſiue attento ſolum iure communi, ſiue ſtante ſtatuto excludente filiam dotatam à ſucceſſione: ſententia quod dos congrua iudicetur ſecundum facultates patris de tempore mortis, vt ſi poſt dotationem auctæ ſint facultates augeri debeat dos. num. 45. & ſeqq. Sententia quoad congruitatem dotis attendatur tempus dotationis, & auctis poſt patris facultatibus non debeat viuente patre augeri dos ſemel congruè data. numero 48. & 49. defuncto patre poteſt, inſpecto iure communi filia auctis facultatibus petere augmentum vſque ad legitimam ſibi debitam. numero 50. ſtante ſtatuto ſi non excludat à legitima poteſt petere pariter ſupplementum vſque ad legitimam, ſecus ſi ſtatutum excludat à legitima filiam à patre congruenter dotatam. ibidem. Si ſtante ſtatuto excludente filiam congruenter à patre dotatam ab illius ſucceſſione, dos congrua non debet eſſe minor legitima ſufficit quod ſit æqualis legitimæ debitæ filiæ tempore dotationis, ſi tunc pater decederet, & auctis poſtea facultatibus non debet augeri poſt mortem patris. numero 51. Filiæ dotatæ à ſucceſſione per ſtatutum poſſunt habere dotes inæquales. numer. 52. Dato quod legitima filio aſſignata in vita patris, ſi poſt auctæ ſint facultates debeat mortuo patre augeri: non ideo tamen dos data filiæ excluſæ à ſucceſſione, quæ fuit congrua iuxta paternas facultates illius temporis: ſi poſtea ſint auctæ non debet poſt patris mortem augeri num. 53. Vbi aſſignatur differentia inter legitimam, & dotem. Pater qui tempore dotationis pro modo facultatum ſuarum illius temporis & aliis circunſtantiis inſpectis filiæ dotem congruam conſtituit liberatus eſt ab onere dotandi n. 48. verſ. quarta, & n. 53. fine.

Dos congrua tempore dotationis conſtituta filiæ habito reſpectu ad facultates patris ſecundùm illud tempus diminutis poſtea facultatibus non poteſt à viro auferri vel reuocari quoad patrem. numero 54. ipſi filiæ diſſoluto matrimonio per mortem viri quando poſſit à patre minui, eius facultatibus caſu fortuito diminutis ibidem. Dos à patre relicta vel taxata longè ante matrimonium tunc congruè tempore nuptiarum & dotationis augeri debet, auctis poſtea facultatibus patris, vel dotibus iuxta conſuetudinem. n. 55.

Dos ſtante ſtatuto fœminas excludente à ſucceſſione patris cum reſeruatione dotis ex eo quod ſuccedat loco legitimæ non ſequitur quod debeat in quantitate æquali ipſimet legitimæ. num. 56. & 62. Statutum poteſt diminuere dotem in quantitate & ex illa minori quantitate ſubrogare legitimæ, vt ſicut legitima non ſubiicitur oneri vlli, & ſit tranſmiſſibilis ad hæredes mulieris. ibidem. Dos poteſt intelligi æqualis legitimæ vel ex eo tempore, quo dotatur à patre ſi tunc moreretur, vel poſt mortem patris ſequatur ex interuallo poſt dotationem. numero 57.

Dos filiabus per ſtatutum illas excludens propter maſculos à ſucceſſione patris debita debet eſſe congrua. num. 59. & 62.

Dicta dos congrua ex ſtatuto excludente, quando pater viuens filiam excluſam dotat, an poſſit ab eodem patre aſſignari minor legitima, ſiue quæ eo tempore dotationis deberetur de iure communi tunc pater moreretur, ſiue quæ eſſet debita poſt mortem patris dotantis, opinio quod non debeat eſſe minor. numero quingenteſimo octauo.

Contraria & verior, quod poſſit eſſe minor. numero 60.

Suppoſito

Suppoſito quod filia congruenter dotata per ſtatum excludens à ſucceſſione patris ab inteſtato, & etiam legitima ſi dos à patre viuente eidem filiæ excluſæ data fuit de tempore donationis congrua, attentis patrimonio perſonarum conditione & aliis circonſtantiis, &c. filia ſic dotata neque viuente patre, neque eo mortuo à fratribus patris heredibus poteſt petere aliquod ſupplementum, numero 61.

Suppoſito quod non ſit excluſa à legitima poteſt poſt mortem patris petere ſupplementum vſque ad legitimam. numero 61.

Ratio diuerſitatis cur pater viuens filiam à ſtatuto ab eius ſucceſſione excluſam poſſit dotare in quantitate minore legitima & poſt vero eius mortem fratres, vel multi tenent, non poſſint illi aſſignare dotem minorem legitima. 261. verſ. Contra eandem, & n. 74.

Dos filiabus excluſis per ſtatutum à ſucceſſione patris propter maſculos, poſt mortem patris aſſignanda per fratres vel alios agnatos, eam excludentes à paterna ſucceſſione, an debeat eſſe non minor legitima: ſententia affirmans. n.63.

Quæ ampliatur etiamſi dos à ſtatuto collata ſit in arbitrium alterius propinquorum. ibid. verſ. & ampliatur oppoſita ſententia tenens poſſe eſſe minorem legitima. numero 64.

Suppoſita ſententia quod ſtatutum excludens fœminas à ſucceſſione patris vel aui ab inteſtato nil dicens de legitima non excludat à legitima, filiæ ſeu ſoror poſt mortem patris à fratre, vel alio agnito excludente debet dotari dote non minore legitima portione & in minori quantitate dotata poteſt petere ſupplementum vſque ad legitimam. n.69.

Si fuerit dotata à patre viuente cum dote congrua non commenſurata legitimæ poſt eius mortem poteſt petere ſupplementum vſque ad legitimam ſi vero dos non fuerit congrua viuente patre poteſt petere vſque ad congruitatem. n. 71.

Si conſuetudo habeat quod filia à ſtatuto excluſa dotetur dote non minore legitima, erit ſeruanda, & dotata cum minori poſt mortem patris poterit petere ſupplementum vſque ad legitimam. n.72.

Suppoſito quod filia per præfatum ſtatutum à paterna ſucceſſione ab inteſtato excluſa maſculis extantibus, ſit excluſa etiam à legitima: ſententia plurimorum eſt quod filia antea à patre viuente non dotata debeat à fratre, alioue maſculo illam excludente poſt mortem patris dotari non minori portione legitima. n.73.& 74.

Lex & ſtatutum quod dotationem non tantum confidit de fratribus & propinquis, & aliis ſicut de patre. num.74. Lex confidit de facto patris. ibid.

Præfata ſententia quod filiæ etiam à legitima excluſæ per ſtatutum non debeatur dos minor legitima limitatur, ſi extarent filij & deſcendentes patris heredes. n.75.

Et ſi aliter habeat conſuetudo patriæ. n.76.

Eadem ſententia ſuppoſita filia in dote minore legitima à fratre dotata poteſt petere ſupplementum vſque ad legitimam, n.77. An hoc ius petendi huiuſmodi ſupplementum tranſeat ad eiuſdem filiæ heredes Negatiua ibid. Affirmatiua ibid.

Suppoſito quod ſtatuto excludente fœminas à ſucceſſione, ſit pariter excluſa à legitima ſententia aſſerens filiæ excluſa neque à patre viuente, neque eo mortuo à fratribus, aliiſque agnatis eam excludentibus non debere conſtitui dotem ad menſuram legitimæ, ſed poſſe conſtitui minorem legitimæ, licet aliquando debet conſtitui maior ad eam legitima. n.78.

Limitatur hæc ſententia quando extranei heredes à patre eſſent inſtituti, tunc enim licet extarent maſculi, qui ab inteſtato deberent ſuccedere dos filiæ excluſæ non debet eſſe minor legitima ſiue à patre ſiue à fratrib. aſſignetur. n.79.

Item limitatur & dos aſcendere debet ad legitimam & etiam excedere, ſi filia excluſa non inueniet ſibi parem cum minori dote. n.80.

Quando ſtatutum diſponit filias, ſeu fœminas debere eſſe contentas dote data, vel promiſſa à patre, vel auo viuente vel ex voluntate relicta, an dos poſſit eſſe minor portione legitima & etiamſi ſit tenuis, & minima, filiis non poſſit vltra eam dotem petere quicquam prætextu ſupplementi legitimæ vel congruæ dotis. num. 82. ad 87. Et quid ſi ſtatutum dicat, quod filia ſit contenta dote data etiam ab extraneo. n.88.

Dos à patre, vel auo paterno viuente filiæ ſiue nepti conſtituta, vel in vltima voluntate relicta præſumitur congrua iuxta communem Doctorum, nec filia præſumitur à ſtatuto excluſa à ſucceſſione ab inteſtato, ſic à patre dotata poteſt conqueri & petere aliquod ſupplementum. numero 89.

Lex multum confidit de prouidentia & facto patris eodem. n.89.

Circa congruitatem dotis à patre vel auo paterno dotata non requiritur ſubtilis indagatio, & ſatis eſt vt ſit tanta, vt filia, vel neptis honeſtè nubat. n.89.

Si dos à patre filiæ data ſiue conſtituta ſit modica & tenuis, filia licet à ſtatuto excluſa à ſucceſſione patris ab inteſtato, poteſt à patre, vel eius herede petere ſupplementum vt efficiatur congrua. n. 90. idque etſi ſtatutum iuberet eſſe contentas quacunque dote à patre, ipſive patri concederet facultatem dotandi filias ad libitum. ibid. fin.

Dos à patre conſtituta, quandonam ſit dicenda immodicè tenuis, an quando conſtet filiam eſſe enormiter læſam, an verò quando enormiſſimè, an remittatur arbitrio iudicis, numer.91.

Quod dos à patre conſtituta præſumatur congrua, vt filia non poſſit aliquod dotis ſupplementum petere, niſi conſtet eam fuiſſe enormiter, vel enormiſſimè læſam, an procedat etiam ſi nullum extet ſtatutum excludens fœminas dotatas à ſucceſſione patris ab inteſtato. Affirmatiua. numero 93. Negatiua numer.94. Imo etiam exiſtente eodem ſtatuto validè probabile eſt filiam notabiliter, licet non enormiter, vel enormiſſimè læſam in dotis tenuitate poſſe petere ſupplementum congruæ dotis, & iuxta plures Doctores etiam vſque ad legitimam patre defuncto. n.95. Idque etiamſi ea parua, & exigua dote filia reperiatur nupta viro digno, & qui ex propriis bonis poſſit ſuſtinere onera matrimonij. ibid. fine. Et quando dos data filiæ excluſæ non ſufficeret ad eius alimenta poſſet petere ſupplementum vſque ad ſufficientia alimenta iuxta multorum ſententiam, licet non poſſit petere ſupplementum legitimæ. num.96. Si dos à patre filiæ innuptæ relicta in vltima voluntate fuiſſet congrua, eo tempore inſpecto, ſed tempore matrimonij & dotationis ob rerum mutationem reperiatur incongrua, augenda vſque ad congruitatem. numero 97.

Filia quæ à patre dotata incongruenter cum enormi, vel enormiſſima læſione, renunciauit patri, omnibus bonis paternis cum iuramento an poſſit petere renunciationis reciſſionem & ſupplementum dotis congruæ Negatiua. numero 98.

Affirmatiua, n.99.

Conſtante tanta læſione non obſtat cap. quamuis de pactis, in 6. ibid.

Dolus & fraus ex enormiſſima læſione filiorum præſumitur in patre, ibid.

Dictum c. quamuis excludit pactum initum, n.99. fine.

Enormiſſimæ læſionis expreſſa renunciatio an & quando ſubſiſtat vel non. n. 160. Læſio enormis, vel enormiſſima reſpectiue ad dotem vel legitima, ſtante renunciatione omnium bonorum à filia patri facta an ſecundum facultates, & valorem bonorum patris tempore renunciationis, vel tempore mortis paternæ conſiderari debeat. n. 101.

Dos conſtituta à patre cur non poſſit diminui, facultatibus patris poſtea diminutis, poſſit vero, & debeat augeri, auctis poſtea paternis facultatibus, num. 102. fine.

Leges ciuiles, & ſtatuta municipalia, quæ certas dotes taxant filiabus, cum prohibitione ne detur à parentibus maior ſumma, valeant, nec libertatem matrimonij impediant, ſed adiuuant, & proſunt vtilitati reipublicæ, & cenſentur fauorabilia. n. 103.

POST tradita in præcedentibus capitibus de dotis eſſentia, ſpeciebus præcipuis, de perſonis ex neceſſitate, vel ſpontè dotantibus, de dotis promiſſione, ſolutionis Probatione, & aliis circa ſolutionem dotis, & obligationem illam ſoluendi, vel ſolutam reſtituendi; rectus ordo poſtulat, vt agatur de dotis quantitate, ſeu congruitate, & aliis quibuſdam reſpectu filiarum, ſeu fœminarum legitimarum dotandarum; nam de congrua dote filiarum illegitimarum latè actum eſt ſuperiùs *c. 4. & nonnullis ſeqq.*

§. I.

Quænam generaliter loquendo dicatur, & ſit dos congrua.

1 COmmunis eſt Iuriſperitorum ſententia: congruitatem, ſiue condecentiam dotis, ſeu quæ ſit nec ne dos congrua in iudicis arbitrio poſitum eſſe; ita quod ea dos dici debeat, & habenda ſit congrua, & competens, & in debita quantitate conſtituta, quàm talem iudex omnibus circumſtantiis, quæ infrà deſcribuntur, conſideratis fuerit arbitratus: ita aliis Iuriſperitis antiquioribus relatis Menochius *de arbitrariis caſu* 149. *n.* 1. & 36. *& de præſ. lib.* 4. *præſ.* 189. *num.* 10. *& conſ.* 149. *n.* 2. Mantic. *de tac. & amb. conuent. lib.* 12. *tit.* 21. *n.* 1. & 2. Maſcardus *de probat. concl.* 571. *n.* 12. Sfortia Oddus *de fideicomm. quæſt.* 465. *art.* 4. *num.* 79. Carpanus *ad Statut. Mediol. tom.* 1. *c.* 278. *numer.* 213. & 214. Tuſchus *verbo dos, concl.* 733. *& concl.* 780. *n.* 175 *& concl.* 179. *n.* 6. 8. & 18. Laderch. *conſ.* 127. *n.* 1. Camillus Borell. *in ſum. dec. p.* 2. *tit.* 4. *n.* 132. 133. & 139. Faber *lib.* 5. *ſui Codicis, tit.* 6. *defin.* 4. *n.* 29. *in ſcholio*, Fontanella *de pact. nupt. tom.* 2. *clauſ.* 5. *Gloſſ.* 8. *p.* 1. *n.* 2. Fuſarius *de ſubſt. q.* 531. *n.* 163. *conſ.* 38. *n.* 11. *conſ.* 117. *n.* 4. *conſ.* 121. *n.* 4. *& conſ.* 171. *n.* 9. Mareſcot. *var. lib.* 2. *c.* 69. *n.* 26. & 27. Ant. Theſaur. *deciſ.* 192. *initio*, Hodierna *controuerſ. forenſ. lib.* 1. *c.* 9. *num.* 29. *& alij apud eoſd.* & Rota Rom. *dec.* 131. *n.* 1. *parte* 4. *dixi.*

2 Dixi, *omnibus circumſtantiis, &c.* quia hoc arbitrium iudicis debet eſſe diſcretum, & regulari, ac intelligi ſecundùm rationem, & æquitatem, vt *ſuprà cap.* 9. *n.* 83. oſtenſum eſt, & notant in ſpecie poſt alios Oddus *numer.* 81. *& ſeqq.* & Mantica *d. tit.* 21. *n.* 3. & 42. vbi poſt Baldum & alios aduertit, nihil aliud eſſe iudicis arbitrium, quàm æquitatem quandam iure naturali, gentium, & ciuili ſubnixam, & communitam: ideoque iudicis arbitrium probabilibus rationibus debere eſſe ſuffultum: atque ideò, etſi iudex liberum habeat arbitrium, non tamen iniuſtè poſſe arbitrari.

3 Igitur in præſenti ſpecie iudex, ad dirigendum ac regulandum arbitrium in definienda, ſeu taxanda dotis quantitate, debet conſiderare patrimonium, ſeu facultates patris, vel aui, & cuiuſuis dotantis, ſeu qui dotare tenetur, conditionem, ſeu qualitatem ac dignitatem perſonarum, ſcilicet dotantis, & dotatæ ſeu dotandæ, ac ipſius mariti, numerum filiorum patris, conſuetudinem regionis ſeu loci, & aliarum mulierum in eadem familia, & conſuetudinem patris: ita pro modo facultatum dotantis, & iuxta conditionem & dignitatem dotantis, mulieris, & mariti, liberorum maiorem vel minorem numerum, ac conſuetudinem & familiæ, & ipſius patris dotantis arbitrari, & definire ſeu taxare dotis quantitatem, ita omnes Doctores *num.* 1. *relati*, Viuius *dec.* 260. *part.* 1. Faber *etiam lib.* 3. *Cod. tit.* 12. Martius Venturinus *conſ.* 12. *n.* 24. & 25. Molfeſius *ad conſuet. Neapol. p.* 4. *q.* 16. *n.* 3. *& ſeqq.* Peregrinus *deciſ.* 3. *n.* 8. Rota *dec.* 249. & 683. *part.* 2. *recent. & deciſ.* 107. *n.* 8. apud Burattum, & conſtat ex iuribus ſequentibus, ſcilicet *l. cùm poſt, §. gener. ff. de iure dotium*, ibi *dotis enim quantitas pro modo facultatum patris, & dignitate mariti conſtitui poteſt, ex l. quæro, eod. tit.* vbi Iuriſconſultus habet hæc verba, *quæro quanta pecunia dotem promittenti adultæ mulieri curator conſenſum accommodare debeat; Reſpondeo modus ex facultatibus, & dignitate mulieris maritique ſtatuendus eſt, quouſque ratio patiatur, ex l. ſi filia pater, verſ. Labeo, ff. de legat.* 3. *vbi Labeo quærit* (inquit Textus) *quemadmodum appareat, quantam dotem cuique filiæ viri boni arbitratu conſtitui oporteat? ait, non eſſe difficile ex dignitate, ex facultate, ex numero liberorum teſtamentum facientis æſtimare, ex auth. res quæ, Cod. comm. de legatis*, vbi diſponitur, ſi legitima ad dotis, & donationis propter nuptias obligationem non ſufficit, poſſe alienari, & obligari bona fideicommiſſi pro modo honeſtati perſonarum congruo, & *ex l. quod ſi nolit, §. quia aſſidua, ff. de ædilitio edicto* ibi, *ea enim, quæ ſunt moris & conſuetudinis, in bona fidei iudiciis debent venire.*

Prima conſideratio facultatum dotantis.

4 Igitur primò pro cognitione, & taxatione congruæ dotis conſiderandæ ſunt facultates dotantis, ſiue ſit pater, vel auus paternus, aut alius dotans, qui dotare dotemve dare teneatur; vt pro modo facultatum dotis quantitas competens, & congrua definiatur, ita *d. leg. cùm poſt, §. gener, d. l. quæro, & d. l. ſi filia pater*, & Doctores *num.* 1. *& præcedenti relati*, & præſertim latè Mantica *d. tit.* 21. *n.* 5. *& ſeqq.* & Molfeſius *d. q.* 16. *n.* 3. & Borellus *d. tit.* 4. *n.* 147. *& pluribus ſeqq.* qui *àn.* 149. *ad* 155. rectè notat, quòd licet facultas in numero ſingulari capi poſſit pro pignore artium, & ſcientiarum ſicut dicimus, facultas Dialectica, Rethorica eſt facultas dicendi, facultas Theologica, & ſic de ſimilibus, quæ in numero ſingulari dici ſolent, plurali tamen numero *d* vt loquuntur præfata iura, & iuriſperiti prælegati in præſenti ſpecie (facultates intelliguntur bona, diuitiæ, & hæreditates, vt facultates idem ſint quod patrimonium.

5 Ex hoc autem, quod in conſtituenda, & taxanda dote facultates patris, vel aui, ſeu dotantis ſunt conſiderandæ, ſequitur in huiuſmodi conſideratione habendam eſſe rationem æris alieni, vt ſcilicet, eo priùs deducto, facultates æſtimentur, ita poſt alios Mantica *d. tit.* 21. *n.* 5. & 6. Borellus *d. tit.* 4. *n.* 167. & Rota *d. dec.* 131. *n.* 6. *p.* 4. *diuerſ.* dos enim non poteſt conſtitui, niſi ſoluto ære alieno, *l. vltima, ff. quæ in fraudem creditor.* Nec pater dicitur poſſe filiam dotare, niſi deducto ære alieno ſalua dignitate viuere poſſit *l. nepos Proculo, ff. de verb. oblig.* & conſtat ex traditis *ſuprà c.* 11 & quando mulier bona omnia in dote promiſit, non cenſetur promiſiſſe, niſi deducto ære alieno *l. mulier* 73. *ff. de iure dotium*, & notatum eſt *ſuprà c.* 4. *n.* 157. *fine.* Neque enim in fraudem, ſeu præiudicium creditorum dos a patre, aliove dotante poteſt conſtitui *l. ait Prætor, §. ſi cùm mulier, & l. vltima, §.* 1. *ff. quæ in fraudem credit. & l.* 2. *& ibi* Baldus *in princ. C. de reuocandis iis, quæ in fraudem credit.* Mantica, & Rota *locis ſuprà allegatis.*

Præterea

6 Præterea deducitur quod ſi minor adulta etiam cum interuentu curatoris promiſerit dotem excedentem eius facultates, non obligatur quoad exceſſum, de quo Mantica *dict. titul.* 21. *num.* 7. *& ſuperiùs capit.* 3. *num.* 108. *& c.* 8. *n.* 187. *& duobus ſequentibus*, latè actum eſt.

7 In æſtimatione vero facultatum, vt pro earum modo dos congrua tenetur & conſtituatur, non eſt habenda ratio proprietatum ſeu pretij aut valoris proprietatum patris vel aui, ſed fructuum, & redditunm bonorum, ita vt dos non debeat taxari iuxta æſtimationem, valoris proprietatum, ſed iuxta æſtimationem, & valorem fructuum, & redditunm, qui ex proprietatibus percipiuntur, vt notat poſt alios Borel. *d. tit.* 4. *n.* 160. *& nonnullis ſeqq.* ſicut enim alimenta, debita ſiue ex iure ſanguinis, ſiue ex diſpoſitione legis non ſunt ſoluenda ex patrimonio, ſeu patrimonij, & proprietatum alienatione, ſed ex fructibus neque in illorum quantitate taxanda habetur reſpectus ad valorem patrimonij, & proprietatum, ſed ad quantitatem valoris fructuum, & reddituum vt aliis relatis latè probaui *in tractatu de alimentis, ſeu in ſecunda parte de effectibus contractus matrimonij, quæ eſt de alimentorum obligatione c.* 13. *n.* 782. *& pluribus ſeqq.* ita etiam dos, quæ ſuccedit loco alimentorum non debet ſolui ex proprietatibus ſed ex fructibus, & redditibus, nec in eiuſdem dotis quantitate congrua habenda eſt ratio valoris patrimonij, & quod qui dotare tenetur poſſideat plura bona & magni valoris ſed inſpici, & conſiderari debet quantitas valoris fructuum, & reddituum, ſeu quantum ex fructibus poteſt redigi, ita Bartholus per eundem textum, dicens adeſſe adhuc mirabilem & ſingularem *in l. qui bonis ff. de ceſſio. bonorum*, Lud. Roman. *conſ.* 510. *n.* 31. & alios allegans Borell. *d. tit.* 4. *n.* 163. 164. *&* 165. Fructus autem in propoſito, ſicut & in præſtatione alimentorum debitorum intelliguntur, qui omnibus expenſis factis pro collectione, & conſeruatione deductis ſuperſunt, cum impenſa diminuatur fructus *l. fructus ff. ſol. matr.* & latiùs probatum eſt *d. c.* 13. *n.* 788.

8 An verò, ſi pater, vel auus haberet prædia, & ſtabilia magni valoris, ſed modici redditus, ex quo non poſſet ſibi prouidere de neceſſariis ad ſuum decentem victum, & dotem filiæ, aut nepti dare, teneretur ea vendere, ſi pretium retractum implicans in emptione prædiorum magis frugiferorum poſſet ex illorum redditibus ſe decenter alere, & etiam filiæ vel nepti de dote prouidere; Reſpondetur, quod poſſet cogi vendere, & pretium conuertere in emptionem prædiorum magis frugiferorum, aut illud collocare apud mercatores, vel in locis montium, vt ex redditibus, aut lucris pecuniæ honeſtè ſe aleret, & dotem filiæ vel nepti daret, ſicut poſſet ad idem cogi, vt poſſet ſe decenter alere, & præſtare alimenta filiis, etiam iuxta qualitatem, & dignitatem ſtatus, quando aliunde non poſſet, & venditione bonorum magni valoris, & modici redditus, & implicatione pretij in emptionem aliorum bonorum magis frugiferorum, vel collocatione apud mercatores, aut in locis montium, ex redditibus vel lucris inde perceptis habere poſſet ſui decentem ſuſtentationem, & etiam vnde alimenta filiis vel neptibus iuxta qualitatem perſonarum præſtare, ita in *d. tract. de alimentis dict. c.* 13. *n.* 890. probatum eſt, vbi ex Natta *conſilio.* 48. *numero prim. libro prim.* Corduba *in leg. ſi quis à liberis §. ſed ſi filius numero* 41, *&* 42. & Surdo *de aliment. titul.* 4. *quæſt.* 9. *num.* 12. notaui non ſolum redditus bonorum ſtabilium, & prædiorum, ſed etiam lucrum mercaturæ conſiderari debere in taxandis alimentis iuxta qualitatem alimentarij ex facultatibus illius, qui alere debet, præſtandis, quod idem procedere debet in taxanda dote, quæ loco alimentorum ſuccedit, videantur tradita *dicto capite* 13.

Num etiam in conſtituenda ſeu taxanda congrua dotem habenda ſit ratio bonorum feudalium, ſeu feudi cuius dominium directum ſpectat ad dominium, & vtile poſt mortem poſſeſſoris ad alium, vel alios tranſire debet. Reſpondetur, non eſſe habendam rationem bonorum feudalium quoad æſtimationem proprietatis; ſeu quoad valorem ipſorum bonorum feudalium, ſeu feudorum; habendam vero eſſe rationem fructuum, quo ex illis bonis, ſeu ex feudo pater, vel auus, aut alius poſſeſſor, qui dotare tenetur, percipit, quia eorundem fructuum eſt Dominus, & inter ipſius patrimonium, ſeu facultates iidem fructus computantur, de quibus poteſt liberè diſponere, ita poſt alios Mangilius *de imputationibus q.* 38. *n.* 10. *fine*, Borell. *d. tit.* 4. *n.* 160. & Mantic. *d. tit.* 21. *n.* 15. *&* 16. *Qui n.* 17. rectè addit idem eſſe dicendum de bonis ſubiectis fideicommiſſo, ſiue relicto ab aſcendentibus, ſiue ab extraneo, vt in æſtimanda, & taxanda congrua dote non debeat haberi reſpectus ad proprietatem, & eorundem bonorum valorem, ſed ad fructus, qui à poſſeſſore fideicommiſſi, donec viuit, percipiuntur, nec eos poſſeſſor fideicommiſſo grauatus tenetur reſtituere, cùm ſit illorum Dominus abſolutus *l. in fideicommiſſarium, & l. mulier, §. ſi hæredes, & l. poſtulante, §. ſed & huiuſmodi ff. ad Trebell.* An verò quando ex bonis fideicommiſſi, vel ex eorum alienatione poſſit dos conſtitui filiabus poſſeſſoris, vel ipſi mulieri fideicommiſſariæ, agitur infra poſt hoc, & ſequens caput. 9

Ex eo quoque, quod dos congrua debet taxari, & conſtitui, ſeu æſtimari pro modo facultatum, ſeu habita conſideratione facultatum patris, vel aui, Mantica *dict. titulo* 21. *numer.* 8. poſt Ruinum *conſ.* 56. *num.* 16. *fine*, ait deduci, quod licet pater inter filios ſaltem de conſilio ſeruare debeat æqualitatem *l. vltima ff. com. vtr. iud. l. illud, l. vt liberos C. de collat. & l. cum pater §. euictis ff. de l. ſecund.* nihilominus ſi patris facultates ſint auctæ poſt dotem datam primæ filiæ, rationabiliter poteſt maiorem dotem conſtituere ſecundæ filiæ; ſicut etiam poteſt inæqualem dotem dare ob diuerſam maiorem, vel minorem dignitatem viri, vel ob diuerſam conſuetudinem dotandi in diuerſis locis, vel in eodem loco ſub diuerſo tempore, vt idem Mantica *d. tit.* 21. *numero* 34. *&* 35. 10

Denique aduertendum, quod dos aliàs modica habito tantum reſpectu ad facultates patris dotantis poteſt eſſe non modica propter ſpem ſuccedendi in bonis ſoceri, qua ſpe illectus maritus mulierem ſiue filiam duxerit in vxorem, vt ſi filia ſit vnica, & pater diues, vnde vir illam ducens conceperit ſpem futuræ ſucceſſionis, ita poſt Corneum *conſilio.* 282. *numer. ſexto ante finem. libro prim.* Rota Romana *part. ſecund. recentior. deciſion.* 195. *num. ſecund.* vbi etiam cum eodem Corneo dicit, quod talis ſpes paternæ ſucceſſionis poteſt præbere cauſam viro ducendi filiam etiam ſine dote. Sed prædictorum occaſione notandum, quod ſi pater futuro marito filio præſente, & acceptante condidiſſet teſtamentum, in quo eum conſtituiſſet hæredem cum conditione, quod teneretur ducere in vxorem teſtatoris filiam vnicam, vel filiam aliam ſpiritualem, & ipſe conditioni paruiſſet in vita patris teſtatoris, & ipſe pater poſtea mutauerit teſtamentum, in quo alium hæredem inſtituerit, maritus licet ſub illa, & quaſi fide data pro teſtatore contraxerit, alias non contracturus, matrimonium, & ſic à teſtatore per nouum teſtamentum alio hærede inſtituto videatur deceptus, nihilominus non poterit dicere de nullitate ſecundi teſtamenti, nec excludere poſteriorem hæredem inſtitutum, vt tradit Peregrinus *dec.* 50. quia voluntas vltima deambulatoria vſque ad mortem, & ſibi imputare debet maritus inſtitutus hæres in primo teſtamento, quod non conſiderauerit 11

potuiſſe teſtatorem ad libitum mutare teſtamentum, & tam facilis ad credendum contrarium. Et ita etiamſi quis dolo generum induxit ad accipiendam filiam ſuam in vxorem,ſub ſubpromiſſionis de faciendo illam hæredem per illum factæ,generum non poſſe conqueri, per textum *in leg.pactum quod dotali Cod.de pactis* tradunt *ibidem* Iaſon, Decius *num.*8. & prius Baldus *in l. cum Achimedoram Codic. vt in poſſeſſ. legat. numero* 11. *&* 12.

Secunda conſidera io dignitatis parentis,& familiæ dotantis,& dotatæ.

12 Secundò in æſtimanda,& conſtituenda dote congrua attendenda eſt dignitas parentis, familiæque dotantis, & dotatæ *d.l.ſi filiæ,ibi non eſt difficile ex dignitate, & facultatibus,Doctores n.*1.*&* 3.*relati.* præſertim latiùs Mantica *d.tit.*12.*n.*18. Theſaurus *d.dec.*192.*n.*3. & Molfeſius *d.q.*16.*n.*4.& etiam Rota Romana *dec.*249. *p.*2.*recent.& dec.*412. apud Seraphinum. Ratio enim dignitatis parentis,& familiæ perſuadet maiorem dotẽ, debere conſtitui, cum honorabilia matrimonia dotem honorabilem requirant, vt poſt alios Mantica *d.n.*18. & matrimonium dicitur honorabile reſpectu patris, quia eius dignitas in filiam deſcendit *l.filiam ff.de ſenat, & ſup.c.*6.oſtenſum eſt.Et hinc ſequitur,quod ſi pater, vel auus filiæ,vel nepti reliquiſſet dotem, licet alioqui talis dos, vtpotè à patre conſtituta in dubio præſumatur congrua (de quo infra) nihilominus ſi attenta dignitate perſonarum,& familiæ illa dos reuera non ſit competens,poſſunt illis aſſignari alia bona,vt poſt Reg. de Pont. *tract. de poteſtate proreg.in tit. de ſucceſſ. mulier. in pr.n.*3.Molfeſ. *d.n.*4. addens poſſe aſſignari alia bona,etiamſi eſſent ſubiecta fideicommiſſo auito,vel paterno,quod ipſe *ibid.*& Theſaur. *d.num.*3.probant per textum apertum *in auth.res quæ C.com.de legatis*,vbi dicitur (vt *n.*3.notatum eſt) pro conſtituenda dote filiæ, vel nepti congrua,& condecenti honeſtati perſonarum, ſi legitima patris,vel aui,vel ipſius filiæ,aut neptis non ſufficiat,poſſe vltra legitimam capi,& alienari bona fideicommiſſo paterno vel auito ſubiecta,quod communiter tradunt Iuriſperiti,de quo, *infrà capite* 15. *numero* 118.

Tertia conſideratio dignitatis,& conditionis mulieris, & mariti.

13 Tertiò in æſtimanda,& conſtituenda dote reſpici debet qualitas coniugum,& ipſius ſcilicet mulieris,& viri *d.l.quæro,ibi ex dignitate mulieris maritique,d.l.cum poſt* §.*gener,ibi,& dignitate mariti,& d.authores quæ,ibi pro modo honeſtati perſonarum congruo. Doctores, ſup. n.*1. *&* 3.relati,& Oddus *d.q.*43.*cit.art.*4.*n.*87.*&* 88.Mantic.*d.tit.*21.*n.*20.*ad* 30.Molfeſ.*d.q.*16.*n.*6.*&* 7.& Rota *d.dec.*249.& ex parte mulieris licet pater amiſiſſet dignitatem,dignitas tamen quæſita filiæ non aufertur, vt conſtat ex traditis *ſup.c.*6. de obligatione fiſci dotandi filias delinquentis,cuius bona ob delictum fiſco remanent applicata,calamitas enim patris (vt Mantica *dicto numero* 20.notat) non debet filiæ obeſſe *l.filiam ff. de ſenat. nec etiam calamitas matris inſtitut. de ingen. poſt principium verſicul. & è contrario*, ex parte ipſius mulieris conſiderari debet, an pulchritudo, & virtus mereantur, vt cùm minore dote puella accipiatur, vt Oddus *dict. numero* 87. item inſpici debet, an ſit vidua, vel virgo, nam maior dos in vidua, quam in virgine,vt poſt Baldum *conſ.*102. *numero prim. verſic. ſecundo caſu lib.*4. notant Mantica *d.titul.*21. *n.*11.& Hodierna *controu.for.lib.*1.*dict. lib.primo,dicto capit.*9. *n.*26. viduæ enim non facilè virum inueniunt,niſi magnam ſecum afferant dotem, vt dicunt Decius *in lege quæ mulier numero* 5.*fine Codice de ſecundis nuptiis* Baldus *conſ.*48.*lib.*1.Caſſaneus *conſuetud.*Burgaud.*rubr.*7. *numero* 7. & Hodierna *dicto capite* 9.*num.*25.& pariter mulier corrupta & ſtuprata maiori dote, quam virgo indiget, vt Mantica *dicto titulo* 21.*numero* 22. poſt Oſaſcum *dec.*79.*num.* 10. *&* 11. de qua re egi *in tractat. de contractu matrim.cap.*1. vbi latè de obligatione ſtupratoris erga Virginem a ſe ſtupratam. Denique incipiendum, an mulier ſit legitima, an illegitima naturalis tantum, vel ſpuria, vt *ibid.* Mantica,de quarum filiarum illegitimarum dote, late actum eſt *ſupr.cap.*4. ex parte viri vltra eius nobilitatem inſpiciendum cuius ſit ingenij,vel peritiæ in artificio aliquo, an patrimonium eius ſit amplum, vel tenue, an multo ære alieno grauatus, vel non, & cuius ſpei circa patrimonium pro ſe, & filiis ampliandum; & an dos danda à muliere poſſit reddi ſecura & in quantum, ita poſt Petram de fideicommiſſis *quæſt.*8. *n.*465. Oddus *dict. q.*43.*citato art.*4.*n.*88.*&* 91.

Ex quibus Mantica *dicto titul.*21.*n.*26 poſt Baldum 14
*in auth.res quæ n.*4.*Cod. comm. de legatis*, Iacobum de Beluiſio Caſtrenſem,& Alexandrum notat inferri,quod ſi mulier non poteſt aliter inuenire virum parem ſuæ nobilitati, omnia bona ſubiecta reſtitutioni fideicommiſſo paterno vel auito poſſit mulier dare in dotem: quod idem tradit Rota Romana *deciſ.*131.*n.*15.præter Alexandrum allegans etiam Rolandum *conſ.*19.*n.*10. & Rimin.iun.*conſ.*215.*num.*48.& alios referens Tuſchus verbo,Dos.*concl.*733.*num.*7.Menochius *conſilio.* 247.*num.*46.& Pauilla *in d.auth. res quæ,num.*9. licet ſecus, ſi facultates propriæ patris poſſint ſufficere ad congruam dotem ſecundum dignitatem familiæ,& conſuetudinem regionis,quia tunc bona reſtitutioni ſubiecta non debent dari pro augmento dotis, inquit idem Mantica iuxta *d. auth.res quæ*, ibi, *pro modo honeſtati congruo.* Addit idem Mantica in hoc caſu ſolam viri conditionem non debere conſiderari; quia non debet eſſe in poteſtate mulieris ex bonis ſubiectis fideicommiſſo maiorem ſibi dotem conſtituere,quam conueniat arbitrio boni viri,vt virum in maiore dignitate conſtitutum poſſit inuenire, & fideicommiſſarios excludere, quod ex Iacobo Beluiſio, Caſtrenſi, Corneo, Decio, Pariſio,& Deciano idem Mantica confirmat. Eandem ob cauſam quantitas legitimè ſibi ex hæreditate patris debitæ non eſſet dos ſufficiens ad inueniendum maritis æquale ſecundum eius,ex bonis fideicommiſſo ſubiectis augendam dotem vltra legitimam tradunt Peregrinus *d.deciſ.*192.*num.*3.& communiter Doctores(*vt infra*) & habetur *dicta auth.res quæ,& ex* §.*quamobrem*,(vnde *dicta auth.res quæ* ſumpta eſt)*auth.de reſtitut.* vbi Imperator conſiderat fauendum potius eſſe dotibus, quàm fideicommiſſis, vt poſt Fulgoſium *conſ.*32. & Baldum Nouellum *de dote p.*5.*priuil.*16.notat idem Theſaurus *d.n.*3.Qui *n.*4.addit,quod vbi deficerent bona allodialia,talis dos in bonis feudalibus,quæ ad maſculos tantũ excluſis fœminis tranſire debent, conſtitui poſſet,ſi illa legitima patris filiæ debita non ſit ſufficiens ad dotandum,idque non ſolum virtute Decretorum antiquorum Sanchez *lib.*6.*&* 8.ſed etiam iure communi iuxta Abbatem *conſ.*12.*in dub.*7.quia licet primogeniti ſuccedant in Comitatu, & Baronia, non debent alij filij mendicare,& filiæ indotatæ remanere,& idem ex traditis à Panormitano *dicto conſ.*12. Alexandro *conſ.*208. *n.*7.*libro ſecundo*,& Curtio iun.*conſ.*21.*num.*3.ſentiunt poſt Theſaurum *loco citato*,Hartmanus Piſtor, *lib.*2.*q. iur.p.*2.*q.*37. *&* 38. Molfeſius *dicto capite* 16.*num.*9. & Fachineus *controu. iur.lib.*7. *cap.*46.*fine.* Quamvis Mantica

Mantica *d.titul.* 21.*num.*10. *verſ.ſecund, igitur*, neget bona feudalia alienari poſſe ex cauſa dotis conſtituendæ, ſicut poſſunt alienari bona fideicommiſſo ab aſcendente inſtituto ſubiecta, & probat ex eo quod ratio, ob quam promiſſa eſt alienatio ex cauſa dotis in bonis fideicommiſſo ſubiectis, ceſſat in feudis. Nam ideò (ſubdit) permiſſa eſt alienatio in bonis ſubiectis fideicommiſſo, quia is qui fideicommiſit, tenetur dotem pro ſua progenie conſtituere *leg. qui liberos, ff. de ritu nupt. & fin. ff. de dotis promiſſ.* Et bona cum ſuo onere tranſire debent, vt ſi fideicommiſſum ſit relictum ab extraneo, qui non tenebatur dotare, alienatio non eſt promiſſa, vt Bartholus *in dict. auth. res qua, numero tertio, & quarto*, & alij ab eodem Mantica *ibidem relati*. At plene Dominus, qui feudum conceſſit, non tenetur dotare filias, & alias deſcendentes vaſſalli inueſtiti, vt Baldus *in cap. imperialem, in princ. numer.* 6. *de probib. feud.* per Frideric. ac proinde feudum ſine eius conſenſu ex cauſa etiam dotis alienari non poteſt: iuxta *c.* 1. *§. donare. Qualiter olim, feud. poteſt alien.* ita Mantica. Aduertit autem Molfeſius *d.n.*9. ſententiam Theſauri, & aliorum procedere, quando feudum ſiue nouum ſiue antiquum eſt hæreditarium tranſiens ad ſolos maſculos, (nam ſi tranſiret ad omnes hæredes, tam maſculos, quàm fœminas, ex tali feudo, cùm ſit pars hæreditatis poſſe etiam legitimam detrahi tradit Fachin. *d. cap.* 46. *initio*) vt tunc non ſufficientibus bonis allodialibus ad congruam dotem ſupplendum eſſet ex bonis feudalibus, ſupplementum tamen ſolui debere in pecunia, non in corpore feudi, ne feudi deciſio, & diſmembratio ſequatur. Sed an, & quando, & qua ratione pater non habens facultatem aliunde dotandi honeſtè filiam, poſſit per illam dare in dotem bona feudalia, agitur late *infrà c.* 15. *§.* 5. *n.* 92. *&* 93.

15 Idem Mantic *d. tit.* 21. *n.* 27. ex ſupradictis infert, quod mulier omnia bona ſua præſumitur dediſſe in dotem, ſi vir ea præditus ſit dignitate, vt tali, & tanta dote dignus exiſtimetur. Cuius contrarium tamen approbaui *ſupr. c.* 8. *n.* 90. *& n.* 108.

16 Ex ſupradictis deducitur, non ſolùm propter viri nobilitatem, ſed etiam propter eius diuitias dotem augeri poſſe vt Odd. *d. art.* 4. *n.* 88. *&* 91. & Mantic. *d. tit.* 21. *n.* 28. mulier enim propter maiorem dotem nubit viro ditiori *§. quia verò, auth de æquali dot.* ſicut è contrario minor, ſi vir non ſit nobilis, ſi verò mulier, dos dari ſolet, vt conſtat ex traditis *c.* 8. etſi filia nobilis genere ſine patris conſenſu nubat viro indigno, minor dos iuxta viri qualitatem, & conditionem conſtitui poteſt, & debet, vt conſtat ex traditis *c.* 4.

17 Denique ex traditis deduci, quòd pater poſſit inæqualem dotem filiabus conſtituere propter diuerſam conditionem vnius, vel alterius viri poſt Baldum *conſilio* 328. *libro tertio*, Corneum *conſil.* 115. *libro tertio.* & Ruinum *conſ.* 56. *libro* 3. tradit idem Mantica *d. tit.* 21. *n.* 29.

Quarta conſideratio, numeri liberorum.

18 Quartò, in æſtimanda, & conſtituenda congrua dote conſiderandus eſt numerus filiorum vtriuſque ſexus, ſcilicet an mulier dotanda habeat fratres, & alias ſorores non nuptas, & quot, & ex eorum numero dos æſtimari debet, ita *d. l. ſi filia, ff. de legat.* 3. Doctores *ſuprà numer.* 1. *&* 3. relati, & præſertim alios etiam allegantes Oddus *d. q.* 43. *art.* 1. *numer.* 92. 93. *&* 94. Mantica *d. tit.* 21. *n.* 30. *& trib. ſeqq.* & Rota Rom. *d. deciſ.* 249. *p.* 2. *recentiorem.* Quare dos talis, & tanta conſtituenda eſt, vt aliæ ſorores, quæ matrimonio iungi velint, poſſint ſuo tempore congruas habere dotes, & fratres poſſint viuere condecenter; & etiam ſi nubere velint, ſecuram facere eorum futuram dotem vxoribus ſuis, ita poſt Baldum Oddus *d. n.* 92. *&* 93. *Qui n.* 94. addit, quod cum prædictis confugere etiam debet prudens iudex fratrum artificium, & peritiam, otium, vel negotium ætatem, valetudinem, robur, ingenium, vt ex iis conijcere an poſſit plus, vel minus patrimonij eiſdem fratribus, vel fratri relinquendum ſit, ad hoc vt ipſi quoque ſuo tempore honorificè viuere, ſplendorem domus conſeruare, & cum dignitate vxores accipere valeant. Rota etiam *d. dec.* 249. *n.* 3. ait conſiderandum præter filios vtriuſque ſexus iam natos, poſſint veriſimiliter ſuperuenire alij. An autem filiabus ingredientibus monaſterium minor eſt, quam matrimonium contrahere volentibus poſſit conſtitui (de qua re Mantica *d. n.* 3n.) actum eſt latè *c.* 4.

Ex hoc autem, quod dotis congruitas ex numero liberorum æſtimari debet, deducitur filiam vnicam non extantibus maſculis pinguius fore dotandam, ita poſt Menoch. *conſ.* 247. *n.* 53. *fine, & n.* 54. Bald. Alexand. Ruinum, & Decium, Mantic. *d. tit.* 21. *n.* 33. & etiam Tuſchus *verb. dos, concl.* 789. *n.* 1. 19

Item maiorem dotem eſſe conſtituendam filiabus excluſis à ſucceſſione parentum à maſculis collateralibus vt etiam Mantica *n.* 32. ex Ruino *conſ.* 34. *n.* 3. *l.* 2. & Crauetta *conſ.* 718. *n.* 14. 20

Item liberorum diminutio debere augeri dotem, cùm contrariorum ſint contraria conſequentia *l. cùm quidam ff. de liber. & poſth.* & quod operatur propoſitum in propoſito, operetur oppoſitum in oppoſito, *leg. ſi ita pro bonis, Cod. de nupt. & leg. fin. §. vlt. ff. de legat.* 3. ita ex Socino ſen. *conſ.* 288. *n.* 10. *lib. ſecund.* Mantica *dicto num.* 33. 21

Quinta conſideratio, conſuetudinis regionis, ſeu ciuitatis, aut loci, & familiæ.

Quintò, in iudicanda, & conſtituenda dote congrua attendi debet mos, & conſuetudo regionis, ſeu terræ, vt ſcilicet ea dotis quantitas detur, quæ ab hominibus ſimilis conditionis filiabus, ſeu mulieribus ſimilis conditionis nubentibus viris ſimilis pariter conditionis ſeruatur, & ſolet dari colligitur ex *d. ℓ. leg. quod ſi nolit ſupra n.* 3. adducta, & tradunt communiter Iuriſperiti antiqui, & moderniores, Menoch. *de arbitr. dict. caſu* 149. *n.* 38. *& conſ.* 251. *numero* 10. Laderchius *conſilio* 35. *numero* 11. Mantica *de tacitis, & ambiguis, conn. lib.* 12. *dict. titul.* 21. *numero* 34. *&* 39. *titul.* 22. *num.* 31. *verſic. ſed hæc ſententia, & tit.* 23. *n.* 9. Oddus *de fideicomm. q.* 43 *d. art.* 4. *n.* 89. *&* 90. Theſaurus *deciſ.* 192. *n.* 6. Merlinus *de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *q.* 13. *n.* 15. Peregrinus *dec.* 3. *numero* 8. Rota Romana *dec.* 131. *n.* 17. *p.* 2. *recentior.* Mareſcottus *var. l. ſecund. cap.* 69. *n.* 28. Molfeſius *ad Conſ. Neapol. tom.* 1. *p.* 4. *q.* 16. *num.* 10. Stephanus Gratianus *dec.* 19. *& diſcept. forenſ. tom.* 5. *c.* 945. *n.* 1. *& ſeqq.* Fontanel. *de pact. nupt. clauſ.* 5. *Gloſſ.* 8. *allegata, p.* 1. *n.* 36. Martius Venturinus *conſil.* 12. *n.* 24. & alij Doctores *ſupra num. ſecund. & tertio* relati, & plurimi alij, quos ſuprà allegati referunt. Attendi autem debet præſens conſuetudo, & quod ſeruetur in ciuitate, vel loco eo tempore, quo dos conſtituta fuerit, vel conſtitui debet, non autem conſuetudo, quæ anteactis vel poſterioribus temporibus inoleuit in eodem loco, ita Ioſeph. Ludouicus *deciſione Peruſ.* 28. *numero* 25. *Petra de fideicomm. quæſt.* 8. *n.* 77. Menoch. *caſu* 149. *numero* 39. Mantica *dict. tit.* 21. *n.* 38. Baeza *in tractat. de non melior. filiabus cap. primo n.* 14. Fontanella *cap.* 1. *citato numer.* 36. Oddus *d. num.* 90. Steph. Gratianus *dict. deciſion.* 19. Rota *deciſion.* 412. apud Seraphin. & alij ab iis allegati. Dotes enim mulie- 22

rem

tem quoad quantitatem, experientia conſtat variationem habere non ſolum in diuerſis locis, ſed etiam in eadem regione, ſeu vnitate diuerſis in temporibus, vt Menochius *d.caſu* 149.*num.*40.*&* 41. Simon de Prætis *de interpr.vlt.vol.lib.*4.*interpret.*2.*dub.*10.*num.*24. Caualcanus *dec.*5.*num.*99.Theſaurus *d.n.*6. Stephanus Grat.*d.num.*19.*num.*10.*& d.tom.*5.*capit.*984.*num.*14. *&* 15. vnde quæ dotes olim videbantur magnæ, hodie cenſentur tennes; vt notat Menochius, & etiam noſtris temporibus dotem mille aureorum dari mulieribus etiam ignobilibus, nec reputari exceſſiuas, ſed modicas & congruas tradunt *locis citatis* Simon de Prætis, Theſaurus, Gratianus *d.deciſ.*19.*numero* 38.*& d.cap.*984.*num.*15. & Rota Rom. *deciſ.*249.*num.*5. *p.*2.*recent.* ab allegante autem eſſe regionis & terræ conſuetudinem de eo tempore dotis conſtitutæ, vel conſtituendæ probandam, tradit Baeza *loco citato*, & poſt eum & alios Fontanella *d. num.*36. & quamvis Gratianus(& approbat Martius Venturinus *d.conſ.*12. *num.*25.) *d.deciſ.*19.*num.*10. *& duobus ſeqq.* cùm experientia conſtet quotidie & in dies dotes variari, & augeri, vt Simon de Prætis, Menochius *locis citatis*, & Rolandus *conſ.*25.*num.*19.*lib.*4. dicat non eſſe opus alia probatione de tali variatione, tanquam de re notoria, cum ſit probatio probata per Doctores, quos *ibidem num.*12.allegat præſertim Maſcard. *concl.*1101. *num.*5.*& concl.*1103.*num.*3. & ſufficiat notoriam allegare etiam poſt concluſum in cauſa, & etiam parte non monita; vt idem Gratianus latiùs proſequitur. Nihilominus veriùs videtur talem conſuetudinem fore probandam, & Mantica *d. tit.*21. *num.*36. ex Crauetta id latè probante *conſ.*765.*n.*13.*cum pluribus ſeqq.* aduertit difficile eſſe probare conſuetudinem, quod minor dos, quam ſit legitima, conſtituatur. Notat idem Gratianus *d.tom.*5.*allegato cap.*945.*num.*6.dotem ſtatuto, & conſuetudini conformem dici ordinariam; quia ordinarium dicatur, quod eſt ſolitum & aſſuetum ſecundùm ordinem, & regulas iuris, & conſuetudinis compoſitum *l. in cauſa* 2.*ff. de minoribus*: dici autem extraordinariam dotem, quæ non habet certam, & determinatam taxationem, ſed extra ordinem, & iuxta arbitrium iudicis debet declarari, iuxta *l.penult.* vbi Gloſſa *verbo eadem ff.de præuaricatoribus, & leg.*1.*&* 2. *ff.eodem titul.* & vocatur extraordinarium, quod præter regulas, & conſuetudines, & ſolitum ordinem eſt concinnatum *leg.*3.*ff. de crimin. expilat. hæred. cum aliis ibidem allegatis* ab eodem Gratiano; qui propterea *eodem cap.*945. *eod. numero* 6. *initio* Decretum S. Congregationis, quòd puellis ingredientibus detur dos ordinaria, ait intelligi de dote, quæ ex conſuetudine loci, & Monaſterij ſolet dari.

23 Porrò in conſtituenda, & agnoſcenda dote congrua ex Baldo *conſ.* 386.*lib.*4. Mantica *d.tit.*21.*num.*37.*& tit.*23.*n.*9. aduertit, quòd conſuetudo generalis magis inſpicitur, quàm patris.

24 Et *eod.tit.*21.*n.*4.aduertit magis debere ſpectari conſuetudinem regionis & terræ, quàm quantitatem patrimonij, ſeu legitimæ (quod idem tradit Gratianus *d. tom.*5.*cap.*945.*n.*2.cùm dos etiamſi ſit minor legitima, congrua dici poſſit, ſi moribus, ſeu conſuetudine regionis recepta ſit ex Corneo *conſ.*107.*n.*11.*lib.*2. *conſ.* 162.*eod.lib.& conſ.*155.*lib.*3.Raphaële Cumano *conſ.* 46.*fine*, & Ruino *conſ.*56.*n.*18.*lib.*3. *& plures alij relati* ab eodem Mantica *tit.*22.*n.*31.*verſic. ſed hæc ſententia*; vbi etiam cum præfatis Doctoribus allegatis, & alij ab eodem relati, addit talem conſuetudinem in conſtituenda dote ſine dubio debere obſeruari. Quod idem tradit Tuſchus *verb.dos, concl.*789.*n.*18.& plures alios allegans Merlinus *de legit.lib.*3.*tit.*1.*q.*13.*num.*15.vbi propterea dicit dotem ſtante etiam ſtatuto excluſiuo fœminarum à patris ſucceſſione non eſſe menſurandam ad quantitatem legitimæ, quando extet mos, ſeu conſuetudo regionis ad legitimam, ratio non habeatur, ſed ad quantitatem patrimonij, & perſonarum conditionem.

Sicut etiam obſeruandum eſſe, ſi extaret aliqua conſuetudo, quòd dos non poſſit eſſe minor legitima, non obſtante etiam ſtatuto excludente fœminas à legitima maſculis extantibus, tradit Merlinus *d. num.*20. ita quòd in hoc caſu iuxta quantitatem legitimam non obſtante ſtatuto foret commenſuranda, vt poſt Corneum, & Socinum Crauetta *conſ.*236.*n.*6. Grammat. *deciſ.n.*8. & idem Merlinus *eos referens eod.n.*20. addens rationem, ſcilicet, quia conſuetudo tollit legem *l.de quibus ff.de legibus*, Menochius *d.præſumpt. lib.*2. *præſumpt.*8.& probatum eſt *cap.præcedenti* §.*vltim.* vbi de conſuetudine, quod fideiuſſores dotium ex parte mariti dari poſſint. 25

Ex hoc vero, quod in conſtituenda dote congrua reſpici debet conſuetudo regionis & terræ, & quæ ſeruatur eo tempore conſtitutionis dotis, deduci, quod pater poſſit inæqualem dotem dare filiabus, quæ vel diuerſo tempore, vel in diuerſis ciuitatibus nuptæ ſunt, tradunt Decius *conſ.*26.*num.*3. Ruinus *conſ.*56. *n.*10. *&* 17.& eos referens Mantica *d.tit.*22.*n.*35.qui addit aliam poſt mortem patris non poſſe introducere inæqualitatem dotium, quam ipſe pater ex variis cauſis explicatis poteſt ſeruare in conſtituenda filiabus dote, vt etiam tradunt Decius *d.conſ.*26.*num.*2. Caſtrenſis *conſ.*275.*num.*6.*lib.*1.& Rota Rom.§.*die* 24.*Februar.* 1594.coram Seraphino, ab eodem Mantica *relati*, & Merlinus *d.tit.*1.*q.*12.*n.*33.quare fratres & agnati eandem conſtituere tenentur dotem vni filiarum, quam vel pater, vel ipſi aliis conſtituerunt, vt in terminis idem Merlinus *ibidem*, aſſerentes ita ſe obtinuiſſe in facti contingentia Foroliuij, & poſtea ſententiam ibi à ſe obtentam a Gubernatore fuiſſe confirmatam à Rota *deciſ.*63.*num.*20.coram Greg.XV. 26

In conſtituenda etiam dote congrua conſiderare debere iudicem conſuetudinem & regionis, & etiam familiæ, ſcilicet quæ dotes in eadem ciuitate ſeu loco præſertim ab his ex eadem familia ſoleant conſtitui tradunt Menochius *conſ.*293.*num.*7. & Mantica *d.lib.*12.*titul.*22. *num.*31. *verſ.ſecundo reſtringitur* ex Corneo *conſ.*316.*lib.*1.Ruino *conſ.*152.*num.*8. *lib.*5. Crauetta *conſ.*11.*n.*15.Pariſio, Socino iun.Bruno, & Deciano, ab eiſdem Menochio, & Mantica *relatis*, aſſerentibus iudicem debere conſuetudinem regionis, & familiæ in dote taxanda attendere. 27

Sexta conſideratio moris, ſeu conſuetudinis patris circa dotaticnes filiarum, ſcilicet quid pater aliis filiabus ſolitus ſit dare pro dote, ad agnoſcendam, & iudicandam dotis congruitatem, ſeu quanta dos ſit aſſignanda, vt ſit congrua.

Sexto & vltimo in arbitranda, & æſtimanda, ſeu conſtituenda dote, quoad quantitatem congruam oportet conſiderare morem, & conſuetudinem patris circa dotes aliis filiabus conſtitutas, & datas; vt ſcilicet tanta dos dari debeat filiabus maritandis, quantam pater ſolitus fuit dare aliis antea nuptui traditis, ſi non erat immoderata, & exceſſiua, ita præter Socinum ſen. *conſ.*160.Socin.iun.*conſ.*55.*n.*6.*&* 7.*vol.*1.Hondedeum *conſ.*63.*num.*85.*vol.*1.Alciatum *de præſ. reg.*1.*præſ.*2. & alios antiquos Iuriſperitos, quos Borginus, Caualcanus *deciſ.*5.*n.*99.*p.*3.Mareſcot. *d.cap.*69.*num.*28.& 28

Borellus

Borellus *in ſumma dec. part. 3. allegato tit. 4. n. 135. 137. & 138.* referunt iidem Caualcanus, & poſt Borell. iiſdem locis, Rota Romana allegata *deciſ. 131. num. 16. part. 4. diuerſ.* Faber *lib. 5. ſui Codicis, tit. ſexto, defin. 7. num. 12.* Breza *de non melior. dot. filiar. c. 1. num. 14.* & Fontanella *de pact. nupt. clauſ. 5. Gloſſa 8. dict. parte 1. num. 21. & 23.* Vnde Faber *ibidem* dicit, quod ſi tantam dotem de ſuo aliis filiabus dare pater probatur, nihil de modo facultatum ipſius vltra inquirendum erit, cùm ſoleant patresfamilias frugi facere patrimonij ſui æſtimationem *leg. cum pater 77. §. pater qui filio, ff. de legat. ſecund.* Quod idem Faber rectè addit intelligendum, niſi medio tempore aliquo fortuito fortunæ euentu facultates patris diminutæ ſint, iuxta notata *in auth. ſed quamuis, C. de rei vxor. act.* & tradita *ſupr. cap. 2. n. 106. & cap. 3. num. 160.* Et quod conſideratio conſuetudinis patriæ circa dotationes aliarum filiarum ſit habenda a iudice ad arbitrandum, & iudicandum congruitatem dotis, poteſt confirmari ex vulgata regula, quod inter filios ſeruanda ſit æqualitas, vt *ſup. n. 10.* notatum eſt per iura *ibid. allegata, & item per l. inter filios, C. famil. erciſcunda*, & per alia iura, quæ ad id adducit Decius *conſ. 43. & conſ. 49.* ex quibus vterque Socinus *locis ſuprà allegatis* concludunt, quod filia, quæ non fuit dotata, poteſt petere dotem ſibi conſtitui in ea quantitate, prout alia ſoror dotata fuit. Quæ tamen iura hic, *& num. 16.* adducta non adſtringunt patrem, vt ſemper teneatur ad conſtituendum filiabus ſuis dotes æquales cùm ex variis circumſtantiis, & diuerſis cauſis alterari, & variari poſſint, & debeant dotes, vt *ſupr. dict. numer. 17. & 26.* notatum eſt.

29 Quare prædicta conſideratio moris, & conſuetudinis patriæ circa dotes aliis filiabus datas ad dignoſcendum, an dos alicui filiæ nuptæ data, vel maritandæ multum iuuet, & habenda ſit, id tamen intelligitur, ſi aliud non obſtet, & ex circumſtantiis diuerſa dos conſtitui poſſit, vel debeat. Non tenetur igitur ad conſtituendum filiabus ſuis dotes æquales, ſed poteſt maiorem dotem vni ex filiabus, quam alteri dare, & donare ob varias circumſtantias, poſſunt enim talia accidentia concurrere in vno matrimonio, quæ obligent ad maiorem dotem quàm in alio, iuxta notata *ſupr. numero 17.* & etiam poteſt talis variatio, & mutatio quoad facultates patris, vel quoad conſuetudinem, & ſolidum regionis circa quantitatem dotium contingere inter vnum, & alterum matrimonium, vt quæ in primo matrimonio omnibus conſideratis viſa fuit, & erat dos congrua, meritò cenſeatur incongrua in ſecundo, puta quia paternæ facultates poſt dotem datam filiæ prius nuptæ notabiliter ſint auctæ, vel aucta dotis quantitas ex noua conſuetudine regionis, & terræ, ob quas variationes in poſteriori matrimonio dos congrua cenſeri, & eſſe debeat maior, quam data alteri filiæ quando, & facultates patris erant tenuiores, & magis moderata dotis quantitas iuxta regionis conſuetudinem tunc receptam. Quapropter filiæ prius dotatæ cum minori dote non poſſent augmentum, ſeu ſupplementum dotis ad inſtar aliarum filiarum vltimo loco dotatarum poſtquam tempore earum dotationis, & matrimonij, vel patris facultates non patiebantur maiorem, vel conſuetudo dotandi non erat tam exceſſiua, & ſic fuerunt congruenter dotatæ ſecundum illud tempus, dictas rationes, & varias circumſtantias conditionis iugalium, facultatum paternarum, vel conſuetudinis dotes inæquales filiabus poſſe conſtitui, præter Doctores *ſuprà n. 10. 17. & 27.* allegatos tradunt Bald. *conſ. 328.* Decius *conſilio 17.* Socinus ſen. *conſ. 57. numero ſecund. libro 4.* Cephal. *conſ. 280. libro primo*, Caualcanus latiſſimè alios referens *d. dec. 5. n. 99. & 101.* Merlinus *de legitima, lib. 3. tit. 1. quæſt. 12. n. 31.* & Fontanell. *d. p. 1. n. 22.* & probatur magis in ſequentibus. Et aduertendum etiam patrem abſolutè non teneri dare tantam dotem vni filiæ quam alteri, ſed iure communi pro libito poteſt, vni dare dotem maiorem quam alteri, dummodo omnib. filiabus det congruam, & non fraudet filiam in legitima, ita Baldus *conſ. 328. lib. 3.* Bartholus *in l. Titia, §. Imperator, ff. de leg. 2.* Decius *conſ. 26. & 547.* Corneus *conſil. 66. lib. 2.* & Tuſchus *verb. dos, concl. 884. n. 26.* Qui propterea aiunt circa *præcedent. n.* relata de ſeruanda æqualitate inter filias continere conſilium, non Præceptum. Quod confirmatur ex eo quod pater poteſt plus, quàm alteri dare, & relinquere, dummodo cuilibet relinquat legitimam. Parentes enim iure communi tenentur ſolum relinquere filiis legitimam, qua eis relicta poſſunt alia bona alienare, etiamſi in mare illa proiiciant, vt ex textu *in §. 1. auth. de hæredibus*, & Falcid. communiter iuriſperiti, quos allegant & ſequuntur Rolandus *conſ. 62. num. 25. vol. 1.* & Surdus *deciſ. 21. numer. 14.* & eſſe communem Doctorum tradunt etiam Molfeſius *ad conſ. Neapol. tom. 1. p. 3. quæſt. 7.* & Merlinus *d. n. 31. initio.*

Aduertit etiam Rota Romana *dec. 60. numer. 4. p. 2. recentior.* ex Baldo *conſ. 386. fine lib. 4.* vt dos dicatur congrua non debere attendi, quod pater alteri filiæ aſſignauerit, ſed quantum ſibi aſſignandum fuiſſet. Quia non conſideratur exceſſus in dote habito reſpectu ad aliam dotem, ſed ad ipſam, quæ conſtituitur, ex Ruino allegato *conſ. 56. num. 16. lib. 3.* Cum filiæ æque dotentur modo æque benè in matrimonio collocentur, licet plus vni, quam alteri tradatur iuxta Aleiatum *de præſ. reg. 1. præſumpt. 7. numer. 3.* ita Rota *dict. num. 4.* Aduertendum etiam, quod etſi in taxanda ſororis dote congrua contra fratrem hæredem patris debet attendere ad dotem, quam pater ſolitus erat dare aliis filiabus, & ſecundùm eam taxare, vt notat Peregrinus *conſil. 71. numero 10. vol. 1.* id tamen intelligendum, niſi ſint mutata tempora, & in poſteriori, & nouiſſimo maiores vel minores vel ſoleant dari dotes, prout in patre *num. præced.* dictum eſt, nam tunc & mutari oportet conſuetudinem dotandi. 30

Dos non diiudicatur congrua eo ipſo, quod cum ea mulier inuenit maritum, nec poteſt dici incongrua ex eo ſolum quod illius redditus ſufficiant, vel non ſufficiant pro alimentis mulieris, nec quod attingat vel non quantitatem alimentorum.

Ex traditis hucuſque colligitur, quod congrua dos 31
non diiudicatur eo ipſo quod cùm ea mulier inuenit maritum parem, nam pater non ſolum tenetur filiam collocare in matrimonio, & ſic dare dotem ſolùm vt nubat, ſed etiam tenetur ex officio filiam congruenter dotare, & ſic etiam filiæ nuptæ ſine dote tenetur dotem congruam dare, vt probatum eſt *c. 4. n. 98.* & etiam filiæ nuptæ ab extraneo dotatæ, vt probatum eſt *eod. c. 4. n. 100.* & præterea datur & danda eſt dos non tantùm vt nubat, maritumve poſſit inuenire, ſed etiam vt cum ea maritus ſuſtinere valeat onera matrimonij, vt *d. c. 4.* allegato *n. 98.* notatum eſt, & præter Doctores *ibidem* relatos tradunt Crauetta *conſ. 653. num. 9. & conſ. 765. numero 13.* Menochius *conſ. 8. num. 18.* & Fontanella *dicta part. 1. num. 7.* Sed dotis congruitas in hoc vel illo matrim. attentis qualitatibus & circunſtantiis, quas ad congruitatem dotis æſtimandam reſpiciendas & attendendas eſſe in præcedentibus traditum, & probatum eſt, diiudicatur; Quare quod dixit Laderchius ex Decio, & Socino *conſ. 227. num. 1. verſic. & magnam habet rationem*, eam dotem, dici congruam, quæ ſufficit, vt mulier nubat viro pari pro ſua dignitate, cùm (inquit) dos detur mulieri, vt nubat pari intelligendum eſt

eſt de dote non in quacumque quantitate, ob quam mulier virum parem, & pro dignitate duxerit, ſeu inuenerit, ſed de dote conſtituta in quantitate habito reſpectu ad facultates patris, & qualitates perſonarum & conſuetudinem, & Merlinus *de legit.lib.3. tit.1.q. 12.num.30.* dicit, quod quando filia honeſtè in matrimonio collocata reperitur, non admittitur contra patrem inquiſitio an dos ſit congrua, vel incongrua; vbi ex ſtatuto filia dotata excluditur à ſucceſſione, quod confirmat ex eodem Laderchio *conſ.126. numer.2.* ac ex Decio, & Socino dicit in patre dotante ſubtilem indagationem circa dotis quantitatem, & ſatis eſſe vt tanta ſit dos, vt ea honeſtè filia nubat, adeo vt aliquando maior ſit legitima. Addit etiam Merlin. rationem, ſcilicet quia intentio volentis ſtatuti fœminas excluſas à ſucceſſione patris dotari, ea ſit vt honeſtè in matrimonio collocare poſſint, ac proinde cùm ſunt viro digno nuptæ, non ſit diſputandum de congrua vel incongrua dote, cùm ſtatuti intentio ſit impleta. Verum Laderch. non excludit dotem congruam, cum loquatur de dote, qua filia excluſa honeſtè nubat, ſed vult congruitatem non attendi ex quantitate legitimæ, cùm congruitas poſſit adeſſe licet dos ſit minor legitima, & poſſit requirere, vt dotis quantitas legitimam excedat. Neque etiam admittitur intentionem ſtatuti eam ſolum eſſe in dotis reſeruatione, vt fœmina excluſa honeſtè in matrimonio collocetur; quia non cenſetur ſtatutum immutare naturam dotis, quæ eſt vt ea mulier poſſit inuenire virum dignum, & etiam vt matrimonij onera poſſint ſuſtineri. Non negandum tamen in patre dotante in dubio præſumi dotatam dotem congruam, præſertim cum filia reperitur viro digno nupta, cuius bona ſufficiunt ad onera matrimonij, de quo *infr.§.3.*

32 Quare etiam & ſi Bald.Nouellus *de dot.p.6. priuil. 17.num.6.* & Menochius *conſ.251.n.8.& 9.* (vbi plurimos alios iuriſperitos, tanquam eiuſdem ſententiæ allegat) dixerint congruitatem dotis æſtimandam eſſe iuxta menſuram, & quantitatem alimentorum, ac proinde ſentiant tenuem, modicam, & indiſcretam dotem eſſe, quando eſt ex illius redditibus mulier alimenta habere non poteſt conſequenter eam poſſe petere à patre ſupplementum dotis pro menſura alimentorum: Nihilominus ex traditis in præcedentibus colligitur dictum, ſeu ſententiam Nouelli, & Menochij non debere admitti, & reprobat Mantica *d.l.12.tit.23.n.15.* quia cum pro modo facultatum patris, & ex numero liberorum dos æſtimari & conſtitui debeat iuxta tradita, *n.4. & 18.* ſi admodum tenues ſint facultates patris, dos congrua dici poteſt, licet non ſufficiat pro alimentis, & multo magis ſi plures filij ei ſuperſint, & è contrario etiam dos inſpectis facultatibus, & dignitate viri, & vxoris, poteſt dari exigua, & incongrua, quamvis ex illius fructibus poſſit mulier ſe alere; vt colligitur ex traditis ſuprà prima & tertia conſideratione, & in terminis tradit Hieron. Gabriel *conſ.142.num.7. & ſeqq.lib.1.* & poſt eum Mantic. *d.n.15.*

33 Licet quoque nonnulli iuriſperiti dixerint dotem ſcutorum mille pro qualibet filia dici debere congruam etiam pro magno comite, vt Fulgoſius *conſ. 22.* Decian. *conſ.26. num.3.* Burſatus 223. *num.18.* Marcus Antonius de Amatis *dec. Prouerb.* March.29. *num.23.* quos refert Fontanell. *d.clauſ.5.gloſſ.8.part.1. num.3.* ex traditis tamen reiicitur eorum dictum, quia cùm æqualem in omnibus dotem faciant, nec facultates, quantitáſve patrimonij, dignitas perſonarum & familiæ, numerus filiorum, & conſuetudo regionis, familiæ, & patris in æſtimanda, & conſtituenda dote congrua attendi deberent contra diſpoſitionem tot legum *ſuprà num.3.* adductarum, & communem Doctrinam auctoritatémque tot & tantorum iuriſperitorum, qui *in præcedentibus à n.1.ad 20.* ſunt relati.

§. II.

An dos dici, & eſſe poſſit congrua, licet ſit minor legitima, an verò debeat commenſurari, ſeu eſſe æqualis legitimæ, vt debeat dici, & ſit congrua.

Eſt autem legitima triens, vel ſemis patrimonij, ſeu hæreditatis patris, vel aui paterni, vel matris, triens, ſi ſint quatuor, vel pauciores liberi, ſemis, ſi ſint quinque, vel plures; vt notatum eſt *ſuprà capite 7.* & conſtat ex *authent.nouiſſima, iuncta, lege quæritur 6. & lege, qua nuper, Codice de inoffic. teſtam. & l. quoniam nouella 29. cod.titul.* Quare in legitima inſpicitur ſolum quantitas patrimonij, & numerus liberorum, & quantitatis eiuſdem, ac liberorum numero habito reſpectu eſt certa, ac ſemper eadem triens, vel ſemis, idque ſiue filij ſint nobiles ſiue ordinis equeſtris, ſiue ſenatores, ſiue humiles, ſiue infamia notati; vt Corneus *conſ.91.numer.4.& ſeqq.lib.2.* Mantica *de tacitis & ambiguis lib.12.dicto titulo 22.numero 1.* Molſeſius *ad conſt.Neapol.tom.1.p.3. de ſucceſſion.ab inteſt. qu.7. numero 11.* & Antonius Faber *lib.3.ſui Codicis tit.12. defin.10.num.8.* ex quo patet legitimam differre (vt *d. n.21.* notat Mantica) à dote, quæ vt conſtat ex traditis *num.3.* & tot ſequentibus, non ſolum ex quantitate patrimonij, & numero liberorum, ſed etiam ex qualitate & conditione perſonarum, & conſuetudine regionis vel familiæ vel patris quoad congruitatem æſtimari debet. 34

In hac difficultate, & valide inter iuriſperitos controuerſa, & à pleriſq; eorum ſatis confusè & indiſtinctè pertractata plurimi dixerunt, quod etſi quæ ſit, & dicatur dos congrua relictum ſit arbitrio boni viri, ſcilicet iudicis, nihilominus bonus vir dotem congruam arbitrari debeat, eam, quæ non ſit minor quantitate legitimæ, ſicque opinatur dotem congruam non debere eſſe minorem legitima, ſed ei æqualem; licet aliquando poſſit, & debeat conſtitui vltra quantitatem legitimæ, ſi alioqui tanta ſit condecens honeſtati, & tanta dote mulier dignitati ingalium, & ſiue nequeat inuenire virum, & nubere. Pro hac opinione adducitur Salycet. *ad dictam auth. nouiſſima Cod.de inoff.teſtam.* (vbi dotem congruam intelligit etiam viuo patre, quæ legitimæ portioni reſponderet, ſi pater tunc moreretur] & *in auth.res quæ num.1.Cod.comm.de legat.* Adducuntur Baldus *conſ.167.num.323. lib.3.* Iaſon *in dicta authentica res quæ in 6. notab.* Paulus de Caſtro *conſil.362. num.1.lib.2.* Alexander *conſ.69.num.2.lib.1.& conſ.7. num.quinto,& ſeqq. lib.2.& conſ.83.num.1. & 2.lib.4.* Corneus *conſ.66.num.23.& ſeqq.& conſ.262.num.14. lib.2.& conſ.290. num.14.lib.3.* Socinus ſen.*conſ.57. numer.29.lib.4.* Crauetta *conſ.236.num.3.* Decius *conſ. 276. num.2.* quos ad id allegans ſequuntur Rota Romana *deciſ.131.num.13.p.4. diuerſorum*, Mareſcottus *var.lib.2.capite 69.numer.27.* & Stephanus Gratianus *deciſ.19.numer.4.* eadem Rota *deciſ.195. numer.3.* ad idem allegat Afflictum *deciſ.19. deciſ.160. numero 3.* Grammaticum *deciſione 101.numer.14.* Nonnullos ex præallegatis & alios ad idem refert Tuſchus *v.dos conc. 784.* Alios tanquam ſentientes congruam dotem non poſſe nec debere eſſe minorem legitima referunt Socin. ſen. *citato num.29.* Decius *allegato conſilio*, & præterea *conſ.106.col.2.& conſ.180.n.2.conſ.57.* & Menochius *de arbitr.caſu 149.num.8.verſ. quibus conſtat*, & innumeros alios cumulat Mantica *de tacit.& ambig. conu. lib.12.tit.22.n.13.* aſſerens poſt plures alios eſſe ſententiam communiter receptam quod repetit *n.31.* quam vti congruam & dotibus fauorabiliorem exiſtimat eſſe 35

ample

ampleċtendam:licet plurimi alij iuriſperiti ſentiant congruam dotem poſſe eſſe & dici eam, quæ non ſit æqualis legitimæ, ſed ea minor, quia in dubio & in ambiguis, pro dotibus reſpondere tutius eſt *l. in ambiguis ff. de iure dot.& l.in ambiguis de reg. iur.* Denique hanc ſententiam loquens in patre dotante filiã tenet ex Theologis Molina *de iuſt.& iur.tr.2.diſp.424.n.2.* vbi aſſerit menſuram, vſque ad quam pater poteſt compelli dotare filiam, eſſe legitimam tali filiæ debitam in bonis patris, ſi idem pater poteſt eandem integram legitimam ei dare, refertque hoc idem cum Salyceto & Alexandro tradere Greg. Lopez *d.l.8.tit.4.p.5.verbo,à otro.*

35 Verùm quia plurimi, & fere omnes præallegati Doctores loquuntur de dote congrua fœminarum per ſtatuta [qualia ſunt in tota ferè Italia] excluſarum a ſucceſſione patris, & aui, aliorumve aſcendentium ab inteſtato exiſtentibus maſculis, & nonnulli etiam confusè, & non diſtinguentes de dote iure communi [ſecluſo quocumque ſtatuto excluſiuo fœminarum à ſucceſſione paterna exiſtentibus maſculis] debita filiabus à parentibus patre, & auo, & ab illis præſtanda ad effectum, vt nubere valeant, ſeu dote præſtanda filiabus fœminiſve per ſtatuta à ſucceſſione patris, & aui propter maſculos extantes excluſis: maioris claritatis gratia prius hoc paragrapho ſequenti agendum de dote congrua à patre, vel auo paterno danda filiabus, aut nepotibus ex diſpoſitione iuris communis [ſemoto quocumque ſtatuto excluſiuo fœminarum a ſucceſſione, & ſecluſis ſtatuto, & conſuetudine regionis de certa dote fœminis præſtanda, vt non poſſit eſſe minor] ad effectum vt congruenter dotare maritum dignum inuenire, & decenter nubere valeant, poſtea de dote congrua præſtanda filiab. & mulierib. per ſtatuta excluſis à ſucceſſione paterna.

Dos congrua, à patre vel auo paterno debita filiabus iuxta iuris communis diſpoſitionem, poteſt eſſe minor legitima.

36 Igitur quod ſemoto quocumq; ſtatuto de excluſione fœminarum à ſucceſſione parentum extãtibus maſculis, & de certa dote mulierib. cõſtituenda, iuxta diſpoſitionẽ iuris cõmunis de dote congrua debita, & præſtanda filiæ vel nepti à patre, vel auo [quod enim dicitur de patre dicendum de eo qui tanquam pater eſt filiæ, vt auus paternus, prout poſt Curtium ſeniorem notat Merlin. *de arbitr.d.caſu* 149.*n.*14.] viuo patre [nam eo mortuo, iuxta terminos iuris communis debetur filiæ legitima in bonis patris, quæ non poteſt ei auferri, nec diminui, & ita ab hæredibus patris teſtamentariis non poteſt conſtitui ei dos minor legitima, vel legitima illi eſt aſſignanda, vbi in nulla alia re pater filiam inſtituiſſet] debere reſpondere legitimæ portioni, quæ filiæ deberetur, ſi tunc pater moreretur, Salycet. Greg. Lopez & Mol. *locis ſupr. allegatis* expreſſe ſentiunt, & ſentiunt etiam Socin. ſen. *d.conſ.*57.*n.*29.& Decius *d.conſ.*116.*n.*3. *& conſ.*181. *n.*5.& Cur. ſen. *conſ.*27. à Menoch. *d.caſu* 149.*n.*8.*verſ. quib. conſtat.* relati, vbi ſtatuto filiæ dotatæ excludente à patris ſucceſſione excluduntur, & videntur ſentire etiã Rota, Mareſcot. & Gratian. *locis citatis*: probatur primo ex Rota, & Mareſcot. ex textu *in auth. ſi qua mulier. C. de ſacroſan. Eccleſiis.* At ibi ſolum diſponitur, quod parentes ingreſſi monaſterium, qui ante ingreſſum non diſpoſuerunt; poſſunt diſponere inter liberos legitima nulli diminuta, & quod eis non dederint, monaſterio competat; ex quo ſolum deducitur patrem teneri ſeruare integram legitimam filiis debitam nec in vltima voluntate minuere etiam fauore cauſæ piæ, vt latè Tiraquell. *in l.ſi vnquam verbo libertis n.*83.*& n.*88.*& verb. don. largitus n.*326.*& de priu. cauſæ piæ priuil.*17. & etiam ego *tom.*2.*moralium tit.*12. ex quo tantum ſequitur vt ſi dos à patre viuo data filiæ non ſit æqualis legitimæ portioni, ei poſt mortem patris debitæ, eodem patre defuncto poſſit ab illius hæredibus petere ſupplementum dotis vſque ad quantitatem portionis legitimæ ſibi debitæ *vt infrà* explicatur. Secundò probatur per textum *in authentic. res quæ communia de legatis, & in §.quamobrem in auth. de reſtit.* & ea quæ peti ex quo ſumpt. titul. *d. auth. res quæ,* vbi promittitur alienatio bonorum, quæ fideicommiſſo ſunt ſubiecta, ex cauſa dotis vſque ad legitimam, & non vltra, niſi legitima non poſſit ſufficere vt mulier nubat iuxta ſuam dignitatem viro æquali. At Socin. ſen. *con.* 288.*n.*15.*l.*2. & poſt eum Menoch. *d. caſu* 149.*n.*13.*fine,* & Mantic. *d.tit.*22.*n.*3. reſpondent, inde non probari, quod dos congrua non poſſit eſſe minor legitima, ſed quod vſque ad legitimam alienatio bonorũ fideicommiſſo ſubiectorum ſimpliciter, & in omnẽ caſũ eſt promiſſa, idq; ob rationẽ, quia in eã filia non potuit grauari, cum nullũ legitimę grauamẽ poſſit imponi *l. quoniam in priorib.& l. ſcimus §.cum autem C. de inoff. teſtam.* & conſtat ex traditis *ſup.c. Præterea reſpondetur ibid.* dici, quod dos poteſt excedere legitimam, quando dignitas perſonarum, ſcilicet dotantis, & mulieris, ac viri id perſuadet, ſed non dicitur, quod minor eſſe non poſſit, quinimo, ſicut conditio perſonarũ efficit, vt dos poſſit legitimam excedere, ita etiam efficere debere, vt poſſit eſſe minor tradunt Socin. *loco cit.*& Ruin. *con.*37.*n.* 13.*ver. nec obſtat l.*3. à Mentic. *d.n.*3. relati. Tertio probatur, quia legitima appellatur minuſcula portio *l. ſi quis in ſuo C. de inof. teſtam.* ergo ſi dos minor legitima conſtituatur, congrua dici non poteſt. Sed reſpondent Socin. *d.n.*15.& Mantic *d.tit.*22.*n.*10. legitimã dici modicã portionẽ nõ ſimpliciter, ſed reſpectu totius hæreditatis, nam poteſt eſſe magna, & maior vnius locupletis, quam ſit tota hæreditas alterius inopis, & conſequenter poteſt excedere quantitatẽ congruæ dotis, quæ debet æſtimari ſecũdum qualitatẽ perſonarum, & cõſuetudinem regionis iuxta tradita ſuperius. Quarto probatur ex eo quod dos loco legitimæ ſuccedit, & ſubrogatur *d.l. quoniam nouella C. de inof. teſtam.* ergo ad eius quantitatem æſtimari, & metiri debebit: verum reſpondetur ex traditis *ſup.c.*6.*n.*12. ex Rota, & aliis, quod quando dicitur dotem ſuccedere loco legitimæ intelligitur non viuo patre (cum eo viuente nulla debeatur legitima) ſed patre mortuo, quia tunc competit ius legitimæ iure communi inſpecto (quidquid ſit iuxta ſtatuta excluſiua fœminarum dotatarum à ſucceſſione patris) & tunc filia, quæ habuit dotem minorem legitima, poteſt petere ſupplementum vſque ad legitimam ab hæredibus patris iuxta ea, quæ infra notantur. Omitto alias probationes, quas addit Mantic, *d.tit.*22. cum procedant ſtante excluſiuo fœminarum à paterna ſucceſſione.

Vera itaque ſententia eſt iuxta ius commune, dotem, 37
congruam non ſemper eſſe ex legitimæ quantitate, quæ filiæ contingeret, ſi eo tempore dotationis pater moreretur, æſtimandam, & filiabus à patre legitimæ portioni æqualem conſtituendam, & præſtandam, ſed poſſe dici, & eſſe congruam dotem, quæ ſit minor legitima, ſi pater legitime, & congrue filiam dotet, ſeu dotauerit pro modo ſuarum facultatum, & inſpectis, & ſeruatis circunſtantiis dignitatis perſonarum eiuſdem patris, filiæ, & mariti, numeri filiorum, & aliis, quas præcedenti paragrapho in æſtimanda, & taxanda, ac conſtituenda dote filiabus attendendas, & obſeruandas eſſe oſtenſum eſt, ita ex Iuriſperitis præter innumeros alios, quos Socin. Sen. *con.*288.*n.*17. Boërius *dec.*188.*n.*2. Tiraquell. *de primog.q.*54. Menoc. *d.caſu* 149.*n.*5. Mantic. *d. tit.*22. *n.*27.*verſ. hanc vere* Marius Antoninus *var. lib ſecund. reſol.*27.*n.*11.& Peregrinus *dec.*3.*n.*7. referunt, ita, inquam, Menochius, Peregrinus, Marius Antoninus *locis citatis,* Baëza *de non meliorandis filiabus cap.*1. *num.*6. *cum ſeqq.& c.*2. Faber *lib.*3. *ſui Codicis tit.*12. *defin.*2. *& lib.*5. *titul.*6. *defin.*4. *num.*26.& Fontanella *de pactis*

nupt.clauſ.5.Gloſſa 8.p.1.n.6.verſ.certè mihi.& n.50.& ex Summiſtis, & Theologis Angelus *verbo dos num.5.* Sylueſter *verbo eod.q.3.*Sanchez *de matr.lib.4.diſp.26.num.8.*& Caſt.Palaus *de iuſt.& iur.diſ.9.punct.6.n.25.* Probatur hæc ſententia primo,quia in iure nõ reperitur cantum, quod dos in quantitate debeat commenſurari legitimæ portioni,ſed bene legib. *ſupr.n.3.* adductis & ex Doctorib.relatis eodem *n.& praced.& ſeqq.*conſtat, quod iudicis arbitrio eſt conſtituenda attentis & conſideratis circumſtantiis,& qualitatibus *d.n.3.* relatis,& in ſequentibus explicatis, quas Doctores communiter eſſe attendendas ad æſtimandum,& iudicandum dotem eſſe congruam aſſerunt, quæ, ſi dos deberet eſſe æqualis legitimæ, non eſſent in æſtimanda dote congrua attendendæ,præter quantitatem patrimonij,& liberorum numerum,vt conſtat ex notatis *num.34.* Secundo probatur,quia dos præſtanda eſt viuente patre,legitima vero non debetur filiis in vita patris,ſed poſt eius mortem *l.1.§.ſi impubere ff.de collatione l.cum quaritur 6.iuncta auth.nouiſſima Cod.de inoffic.teſtam.* & exploratum eſſe tradunt omnes iuriſperiti, & notatum eſt *ſuprà cap.6.n.numer.*112.quia legitima eſt quota portionis ab inteſtato contingentis *lege parentibus 8.lege qua nuper 31.Cod.eodem,* inteſtati autem ſucceſſio niſi mortuo patrefamilias defertur, *l.1.§.ſciendum, lege 2.§.proximum ff.de ſuis, & legit.* Ac proinde nullus iudex compellit, cogereve poteſt præcisè patrem dare dotem filiæ æqualem legitimæ iure communi attento, vt Faber *d.tit.12.& defin.23.*& poſt alios Fontanell. *d.p.1.n.10.* Tertiò probat hanc eandem ſententiam Faber *d.defin.20.* quia dos iure communi in legitimam imputatur,quando mulier petit ſupplementum legitimæ *l.quoniam nouella 29.ff. de inoffic. teſtamento,* quod fruſtra eſſet diſpoſitum, ſi dos congrua deberet eſſe æqualis legitimæ & etiam fruſtra,ſubdit idem Faber,diſtingueretur, An dos data ſufficeret ad legitimam necne,ſi congrua dos dici non poſſet,quæ legitimæ æqualis non eſſet : & è contrario dos immodica dicenda eſſet, ſi legitimam excedat, cum tamen iure communi immodica, & inofficioſa dicatur, non quæ legitimam excedit, ſed quæ lædit aliorum liberorum legitimam *l.vnica Cod.de inoffic.teſtam.*& etiam certum ſit dotem congruam poſſe eſſe, quæ legitimam excedit iuxta *auth. res qua C.comm.de legatis, & infra* exploratur. Et denique probatur hæc ſententia, nam dos congrua poteſt taxari,& conſtitui vltra legitimã,ſi dignitas iugalium id poſtulat; ergo poteſt,& debet eſſe,& dici congrua,etiãſi ſit minor legitima,ſi conſtituatur attentis circumſtantiis facultatum, & perſonarũ paragrapho præcedẽti explicatis, vt notarunt Socin.& Ruin. *locis n.praced.allegatis,* & alij Doctor. huius ſententiæ: cum iuſtum, & æquum videatur, quod dos, quæ iuxta circunſtantias,& qualitates matrimonij, ratione cuius dos datur, & præſtari debet, poteſt conſtitui & taxari vltra legitimam, poſſit etiam æſtimari, & conſtitui minor legitima,ſi vir bonus ſeu prudens iudex in tali matrimonio inſpectis circunſtantiis,& qualitate perſonarum maiorem non fore conſtituendam arbitrabitur,cum iiſdem circunſtantiis conſideratis non ſit maior ratio arbitrandi maiorem dotem,quam minorem iuxta earundem circunſtantiarum exigentiã. Ad prædictas rationes nonnullas reſponſiones ex Socin.ſen. *d.conſ.*288.*n.*17. & ex propriis poſuit Mantic.*d.tit.*22.quas omitto, quia non vrgent,& apparentiam potiùs habent, quam probabilitatẽ ad eaſdem rationes eneruandas. Quare tenẽdũ omnino videtur iure communi inſpecto, dotem à patre filiæ conſtitutam, & præſtitam fore congruam, ſi pro modo ſuarum facultatum,& attentis & conſideratis aliis circunſtantiis, & qualitatibus, dignitate iugalium, & familiæ perſonarum, numeri liberorum, & regionis ac familiæ conſuetudine, quas conſiderandas in dote congrua taxanda, & æſtimanda *pracedenti paragrapho* probatum eſt,eandẽ conſtituerit, ſiue dos fuerit conſtituta vltra legitimam, ſiue minor legitima,quia per talem dotationem pater (vel qui loco patris eſt, vt auus paternus) dicitur adimplere, & vere adimpleuit debitum ſuũ, & ſatisfeciſſe paterno officio erga filias quoad eas dotandas,licet non fuerit habita ratio legitimæ,quæ vt dictum eſt,non debetur filiis,niſi poſt patris mortem, neque propter hoc, quod dos non ſit legitima, quæ eo tempore dotationis, ſi pater tunc moreretur,ei deberetur,æqualis,poteſt filiã conqueri quod non fuerit ſufficienter dotata. Ex hoc autem, quod dos congrua à patre debita eſt arbitrio viri boni,ſeu iudicis menſuranda, & æſtimanda inſpectis eius facultatibus,dignitate natalium viri,& vxoris, & aliis enarratis circunſtantiis,infertur,quod ſi à patre marito filiæ ſit promiſſa dos eiuſdem patris arbitratu,hoc arbitrium debere intelligi de arbitrio boni viri pro modo facultatum, & dignitate natalium vxoris,& viri,& idem dicendum, ſi detracto arbitrio dos ab eo fuerit promiſſa, id quod etiam expreſſe tradunt Aretinus *conſ.*17.*n.*20. & alios allegans Mantica *de tacit.& ambiguis conu.lib.*12.*tit.*23.*n.*5.

38 Quod ſi pater non dotauerit congrue filiam pro modo facultatum, & habito reſpectu ad alias circunſtantias,& qualitates obſeruandas in æſtimatione congruæ dotis *dicto §.precedenti* explicatas,poterit filia etiã adhuc viuente patre petere ſupplementum dotis, vt Baldus *in l.finali num.4.Cod.de dotis promiſſione,*idem Baldus *in auth.res qua n.14.comm. de legatis, ibidem* Salicetus *n.5.*Paulus de Caſtro *n.15.*Mantica *de tacitis,& ambiguis,conu.lib.12.tit.23.n.16.* alios allegans, Antonius Sola *ad conſuet.Sabaudia, tit. de alienatione bonorum minorum mulierum Gloſſa 1.n.1.& 13.*& Fontanella *d.1.n.10.*Cum enim pater viuens ex officio paterno filiam dotare obligetur *l.qui liberos ff. de ritu nupt. & leg.dedit dotem ff.de collat.& l.fin.de dotis promiſſione* & latè probatum eſt *ſuprà cap.4.* non diceretur ſatisfeciſſe ſuæ obligationi,ſi illam incompetenter dotaſſet; vt etiam in ſpecie dixit Sola *ad conſtit..Sabaudia tit.de alienat.bon.min.mulier.Gloſſa 2.n.13.*

39 Poſt mortem autem patris, ſi dos congrua iuxta facultates, & inſpectis aliis circunſtantiis a patre filiæ data ſit minor legitima, eidem filiæ ex diſpoſitione iuris communis debita, ſiue quia tempore dotationis non aſcenderet ad valorem legitimæ inſpectis facultatibus paternis tempore dotationis, ſiue quia eiuſdem patris facultates poſt mortem, ſint auctæ, poterit filia (perſiſtendo in iure communi, & ſecluſo omni ſtatuto fœminas à ſucceſſione propter maſculos excludentes, & nulla renunciatione per filiam facta) petere (quod ſecus ſentiant Peregrinus *conſ.86.numer.11.lib.1.)* ſupplementum vſque ad quantitatem legitimæ, ita Mantica *d.tit.23.num.16.*dicens eſſe indubitatum, Faber *d.defin.20.n.12.* Fontanella *d.p.5.n.52.* Rota Rom.apud Statilium Pacificum poſt *tract.de Saluiano interdicto dec.60.* ab eodem Fontanella allegata, & probant *l.quoniam nouella ff.de inoff.teſtam.*diſponẽs filiam petentem ſupplementum dotis mortuo patre debere illam imputare in legitimam, & communis Doctorum iuriſperitorum(quorum plures refert Fontanel. *d.n.11.*)in huiuſmodi caſu procedere illud,quod dos in legitimam debet computari,ſiue dos ipſa adæquet legitimã,ſiue fuerit minor. Sed & ratione probatur euidenter,quod filia in hoc caſu poſſit petere ſupplementũ legitimæ;quia ſine cauſa in iure expreſſa vel ſaltem ſimili expreſſis filia non poteſt legitima priuari; *l.quoniam in priorib.l.ſcimus,l.ſi quis in ſuo,C.de inof.teſt.& l.cum donat.C.de inof.donat.& §.hac autem diſpoſuimus, & §.caterùm auth.vt cum de appell.cognoſcitur.*debet tamen (vt iam notatũ eſt)eadem dos in legitimã imputari *d.l.quoniã nouel.*Mantic.*d.tit.12.defin.31.*alios allegãs Fontan. *d.n.11.*& Doctor.communiter,vt index eſt apud Mãgil.

da

*de imput.q.*14.& conſtat etiam ex traditis *ſuprà cap.*3. *num.*89.

Dos congrua à patre, vel auo debita filiabus an poßit eſſe, & quandoque conſtituenda ſit maior legitima.

40 Certum ſicut vt dos dicatur congrua non eſt neceſſe, vt ſit æqualis portioni legitimæ, quæ filiæ contingeret ſi tunc pater decederet, iuxta quantitatem ſeu valorem bonorum per eumdem patrem tunc poſſeſſorum, ſed poteſt dos eſſe minor legitima, dummodo taxata, & conſtituta iuxta facultates, dignitatem dotantis, vxoris, & viri, & habito reſpectu numeri liberorum, & conſuetudinis regionis, & familiæ, *vt in præcedentibus* latè probatum eſt, ita etiam poteſt dos congrua eſſe maior legitima, & vt dicatur congrua, vltra quantitatem legitimæ eſt taxanda & conſtituenda, ſi circunſtantiæ concurrentes, qualitas & honeſtas perſonarum, ſeu vxoris, & viri (quia ſcilicet alias filia ſine tanta dote legitimam excedente non poſſet dignè nubere) ita exigant, vt *ſupra cap.6.numer.*14. notatum eſt, & communiter Doctores tradunt, ita Menochius *de præſ.lib.*4. *præſ.*189.*num.*104. Mantica *d.tit.*22.*n.*24. Padilla *in auth.res quæ C.d.comm. de legatis numero* 109. Oddus *de fideicomm.quæſt.*43.*num.*72.*&* 77. Afflictus *deciſio.* 160. Theſaurus *deciſione* 192. *numero* 3. Petr. Barboſa *in lege* 1.*p.*4.*num.*10.*ff.ſol.matr.* Molfeſ. *ad conſuetud. Neap.tom.*1.*p.*6. *q.*4.*n.*2.*& p.*3.*q.*7.*n.*5. *& tom.*2.*p.*3. in addit. *ad q.*7.*n.*7. Merlinus *de legitima lib.*3.*tit.*1. *q.*13.*n.*22. Marius Antonius *var.reſol.lib.*2. *reſol.*27. *n.*11.*& reſol.vltima caſu* 48.*verſ. Nihilominus* Fontanella *de pactis nupt.clauſ.*5.*Gloſſa* 8.*p.*1.*num.*20. Rota Romana *deciſ.*131.*n.*13.*p.*4. *diuerſorum.* & apud eoſdem alij iuriſperiti antiqui. Et per eoſdem primo probatur ex textu claro *in d.auth.res quæ co.nm.de legatis, & ex §.quamobrem in auth.de reſtitut. & ea quæ parit,* vnde ſumpta eſt *dicta authentica res quæ*, vbi diſponitur ex cauſa dotis conſtituendæ poſſe alienari bona fideicommiſſo à patre, vel auo ſubiecta, ſi legitima filiæ, vel poſſeſſori fideicommiſſi debita non ſufficiat ad dotem congruam iuxta qualitatem, & honeſtatem perſonarum verba *Auth.ſunt. Res, quæ ſubiacent reſtitutioni, prohibentur alienari quidem, vel obligari, promittitur res prædictas in eam cauſam alienare, vel obligare pro modo honeſtati congruo, &c.* Quæ lectura ab omnibus approbatur. Secundo probat Menochius, quia pater, vel auus paternus (qui eſt loco patris) tenetur filiam tradere nuptui, ſeu collocare matrimonio *l.qui liberos ff.de ritu nuptiarum*, & probatum eſt *ſuprà cap.*4. Ergo ſi filia non poſſet inuenire maritum dignum, & ſuæ conditioni parem abſque dote, quæ non excederet legitimam tenetur illam dotare vltra legitimam, ne alioqui nubere nequeat. Cui rationi non obſtat quod dicitur, Patrem non teneri vltra legitimam aliquid relinquere filiis? Nam id [inquit Menochius *ibidem num.* 105.] non habet locum in hoc caſu, quia pater tenetur primo loco, & principaliter matrimonio collocare filiam & ſecundario dotare, ac proinde dotatio regulari debet iuxta matrimonium, cui locus ſi eſſe non poteſt, niſi dos excedat legitimam cogi poſſet pater, ſi pro modo facultatum poſſit, in conſequentiam augere, ita Menochius. Sed vera ratio eſt; quia pater tenetur collocare filiam matrimonio, & dotare congruentem, & competentem dotem illi præſtando *dicta lege qui liberos*, & Doctores communiter, & congrua dos iudicis arbitrio æſtimatur attentis facultatibus patris, qualitate & dignitate perſonarum ſcilicet patris, vxoris, & mariti, habito etiam reſpectu numeri liberorum & poſſit ac debeat iuxta exigentiam qualitatum, & circunſtantiarum à iudice taxari, & diiudicari, poterit & debebit iudex, ſi inſpectis circunſtantiis matrimonij, & perſonarum ita iudicauerit conuenire, æſtimare dotem congruam in quantitate legitimam excedente, & incongruam, ſi foret minor legitima, vel illi æqualis alioqui fruſtra iura iudici in arbitranda dote congrua præſcripſiſſent, vt attenderet ad præfatas qualitates, & circunſtantias: ideóque in tali caſu dos congrua eſt conſtituenda, & præſtanda à patre etiam vltra legitimam, & in hac ratione, iuncta etiam ratione à Menochio aſſignata, fundata eſt diſpoſitio *d.auth. res quæ* vt indicant illa verba, *pro modo honeſtati congruo.* Quia quemadmodum teneretur pater viuens, & cogi poſſet dare filiæ nubenti dotem in quantitate excedente legitimam eo tempore dotationis filiæ debitam, ſi tunc pater decederet, ſi tantam dotem exigeret qualitas, & honeſtas perſonarum, ſcilicet vt filia nuberet decenter viro æquali, ita ipſa filia grauata onere reſtitutionis, ſeu fideicommiſſi, ſi portio legitimæ ſibi debitæ non ſufficit ad conſtituendam ſibi dotem congruam inſpecta qualitate perſonarum, ſcilicet dignitate & honeſtate propriæ perſonæ, & ſponſi, poteſt vltra legitimam ex bonis fideicommiſſis ſupplere vſque ad quantitatem congruæ dotis, dummodo id bona fide fiat, vt diſponitur *dicta auth.res quæ*, & tradunt prææallegati Doctores præſertim Menochius *d.n.*104. & Marius Antonius cum aliis *d.caſu* 48.

Ex quibus infertur, quod ſicut pater ipſe viuens tenetur filiam dotare vltra legitimam, ſi id eſt neceſſarium ad conſtituendam illi dotem congruam, inſpecta dignitate filiæ, & ſponſi, & vt nubat pari viro, ita patre mortuo eius hæres in tali caſu non ſatisfaceret ſuæ obligationi tradendo pro eiuſdem filiæ dote ſolam legitimam, eidem in bonis patris defuncti debitam, ad dotem congruam non ſufficientem, ſed tenetur etiam [quemadmodum pater] aliquid addere legitimæ, quod cùm ea dotem congruam attenta qualitate perſonarum ſponſæ, & ſponſi conſtituat, vt probatum eſt *ſuprà cap.*6.*n.*14. & expreſſe tradunt P. Barboſa, & Fontanella *locis ibidem citatis.* Et ratio euidens eſt, quia obligatio dotandi, qua ipſe pater viuens tenebatur, non extinguitur eius morte, ſed tranſit ad ipſius hæredes, vt *d. cap.*6.*n.*4.*& ſeqq.* latè probatum eſt, & ſic tranſit cum ſuis qualitatibus, & eo modo, quo patrem ipſum afficiebat, cum nulla diuerſitatis ratio aſſignari queat; hæres enim abſolutè in eadem obligatione patris ſuccedit, vt etiam in hac ſpecie P. Barboſa *loco d. num.*14. allegato, & Fontanell. *d.clauſ.*5.*Gloſſa* 8.*p.*1.*n.*79. 41

Num verò patris hæredes filiam, cui pater reliquit ſolum legitimam, ſi illa non ſufficiat ad congruam dotem inſpecta dignitate filiæ, & ſponſi, teneantur vltra legitimam dotare eandem filiam, & ad hunc effectum poſſint, & teneantur alienare bona fideicommiſſo ſubiecta, pro ea quantitate, quæ vna cum legitima conſtituat dotem congruam, ſi ipſa filia præter legitimam habeat alia bona propria, quibus cum legitima poſſit ſibi dotem congruam non conſtituere. Negarunt Fontanell. *d.clauſ.*5.*Gloſſa* 1.*p.*1.*n.*112. (quem etiam allegaui *ſuprà d.c.*6.*n.*14.*fine*) & plures alij quos *eod. c.*6. *n.*15. pariter allegaui cum ſuis fundamentis; ſed contrarium probaui *eod.n.*15.*verſ.verum hæc declaratio.* Ad ibi pro vtraque parte recurrat lector. 42

Vtrum etiam ſicut pater filiæ non nuptæ volenti nubere tenetur conſtituere dotem vltra legitimam, ſi inſpectis circunſtantiis matrimonij, & dignitate & honeſtate perſonarum ſponſæ & ſponſi dos non diiudicetur congrua, etiamſi ſit æqualis legitimæ, ſed ad congruitatem conſtituendam aliqua alia quantitas requiratur, *vt ſuprà* probatum eſt, & ſentiunt Doctores communiter; ita etiam filiæ iam abſque vlla dote ſibi à patre conſtituta nuptæ de conſenſu patris, teneatur & cogi 43

poſſit pater dotem conſtituere vltra legitimam, ſi dos attentis matrimonij contracti circunſtantiis, & dignitate vtriuſque coniugis ſola legitima nequeat eſſe congrua & competens perſonarum honeſtati, ita quod ſi filia non eſſet nupta, & vellet tale inire matrimonium pater vltra legitimam deberet illam dotare, Afflict. *in dec.* 160. *n.* 2. *&* 3. dixit in non maritata dotem congruam poſſe eſſe vltra legitimam, in maritata verò eſſe vt legitima, non tamen minorem legitima, & ita fuiſſe pluries iudicatum per ſacrum Concilium. Idem, quod Afflictus, tradit Molfeſius *ad conſuet. Neapol. tom.* 1. *part.* 3. *q.* 7. *n.* 5. *& p.* 4. *q.* 16. *n.* 1. 15. *&* 16. vtrobique enim ait, quod paragium, ſeu dos de paragio iuxta regni conſuetudinem filiabus à ſucceſſione patris excluſis, ſi extent maſculi, danda in muliere nupta poteſt eſſe minor legitima, in nuptura vero poteſt excedere legitimæ quantitatem, ſi abſque tanta dote non poſſit nubere pari; & *d. quæſt.* 7. *eod. num.* 5. addit vtrumque dictum probari ab Andrea Iſernia in conſtitutione regni, *in aliquibus q.* 12. & ab aliis *ibid.* allegatis. Pro eadem ſententia, quod filiæ iam maritatæ non teneatur pater ſicut nupturæ conſtituere dotem vltra legitimam, Cancerius *variar. tom.* 3. *cap.* 11. *num.* 7. & Fontanella *de pactis nupt. clauſul.* 5. *Gloſſa* 8. *p.* 1. *num.* 37. allegant Bald. *in d. auth. res quæ Cod. comm. de legatis*, Bomb. *conſ.* 55. *n.* 5. & Menoch. *de arbitr. caſu* 140. (qui tamen ibi de hoc nil dicit) Ratio diuerſitatis in iam maritata, & nuptura aſſignatur, quia in nupta ceſſat illa ratio obligationis patris collocandi decenter matrimonio filias, & ſufficit, quod dotem conſtituat ad ſummam in quantitate legitimæ cum etiam multi ſenſerint patrem filiam iam nuptam ſine dote, & dotis promiſſione non teneri dotare, vt *ſuprà cap.* 4. *num.* 97. notatum eſt.

44 Verius nihilominus videtur patrem ſicut filiæ nupturæ, ita iam nuptæ de eius conſenſu ſine dote conſtituta teneri dare dotem vltra legitimam, ſi tanta dos congrua æſtimatur inſpectis circunſtantiis matrimonij, & dignitate filiæ, & mariti. Nam pater tenetur & cogi poteſt conſtituere dotem congruam non ſolum filiæ nondum nuptæ, vt nubere valeat, ſed etiam filiæ iam nuptæ de eius conſenſu nulla ſibi dote conſtituta, vt eſt communis opinio, & late probatum eſt *ſup. c.* 4. *n.* 98. cùm teneatur pater non ſolum collocare filiam in matrimonio, ſed & filiam congruenter dotare, vt notatum eſt *ſuprà n.* 31. & probatum *d. c.* 4. *d. num.* 98. *&* 99. & etiamſi eadem filia nupta congruenter ab extraneo fuiſſet dotata, vt pariter probatum eſt *eod. c.* 4. *n.* 100. & ſi eadem filia nupſiſſet cum modica & incompetenti dote, tenetur & cogi poteſt pater ad ſupplementum, ſeu augmentum vſque ad congruam dotem, vt *eod. c.* 4. *n.* 101. oſtenſum eſt; ita quod Doctores *eod. c.* 4. allegati in præallegatis numeris quoad obligationem patris conſtituendi congruam dotem filiabus nullam faciunt differentiam, diuerſitatemque agnoſcunt, ſiue filia ſit nuptura, ſiue iam nupta: ergo ſi attentis matrimonij contracti circunſtantiis, & qualitate ſeu dignitate perſonarum patris, filiæ nuptæ, & mariti. viri boni ſeu iudicis prudentis arbitrio dos congrua diiudicetur & taxetur in quantitate legitimam excedente, tenetur & cogi poteſt pater dotem vltra legitimam eidem filiæ nuptæ conſtituere, & dare, & ita expreſſe ſentiunt Cancer *d. n.* 7. & Fontanella *d. p.* 1. *n.* 38. *&* 39. Qui etiam idem ſentiunt, tametſi filia abſque dote ſibi à patre conſtituta ſine eiuſdem patris conſenſu nupſiſſet viro digno, cui ſe de conſenſu patris nupſiſſet, fuiſſet à patre danda dos vltra legitimam, vt eſſet congrua inſpectis circunſtantiis, & dignitate vtriuſque coniugis, & teſtantur ita deciſiſſe Senatum Cataloniæ in facti contingentia; cuius deciſionis verba a Fontan. *d. p.* 1. *n.* 20. poſt medium relata ſunt, ſcil. *& attento quod pater, qui filiam, quæ viro nupſit digno, competenter dotare recuſat, cogi poteſt congruam dotem illi conſtituere, ideſt pro modo facultatum patris, & dignitate natalium viri, & ſecundum numerum liberorum, etiam vltra legitimam portionem in bonis paternis filiæ debitam, ſi perſonarum qualitas & merita id requirant.* Et ratio eſt, quia iuxta ſententiam communem *ſuprà d. c.* 4. *n.* 119. approbatam etiam filiam minorem 25. annis ſine patris conſenſu nubentem viro digno idem pater tenetur, & cogi poteſt dotare congruenter.

§. III.

Ad congruitatem dotis diiudicandam, ſeu vt dos congrua dicatur, & ſit; attendi debent tempus nuptiarum, & dotationis facta per patrem; vt ſi tempore dotationis habito reſpectu ad patris facultates, dignitatem natalium & perſonarum, numerum liberorum, & conſuetudinem regionis vel familiæ, congrua dos fuit, etiamſi ex poſt aucta ſint patris facultates, ratione talis augmenti non deſinat eſſe congrua, nec filia poſſit petere ſibi augeri dotem viuente patre, iuxta iuris communis diſpoſitionem; neque etiam poſt mortem patris, ſi exiſtat ſtatutum filias congruenter à patre dotatas à ſucceſſione patris, & aſcendentium ab inteſtato excludens, queant petere augmentum dotis vſque ad quantitatem legitimæ, quæ alioqui illis mortuo patre dabitur ſemoto tali ſtatuto.

NE bis de eadem difficultate agatur, ſemel pertractata repetantur; *hoc* §. diſcutiendum dixi coniun- 45
ctim de congruitate dotis, a patre filiabus debitæ ex iuris diſpoſitione; & debitæ ſtante ſtatuto, à ſucceſſione patris excludente filias congruenter, & competenter dotatas.

Igitur ſi ſtatuto filia congruenter dotata propter maſculos excludatur à patris ſucceſſione, ad congruitatem dotis æſtimandam, vt ne dos filiæ dicatur, & ſit congrua, attendi debere non tempus nuptiarũ & dotationis factæ per patrem viuentem, ſed tempus mortis eiuſdem patris, vt ſi poſt dotationem auctæ facultates patris reperiantur, filia petere poſſit ſibi augeri dotem pro ratione augmẽti opinati ſunt Paulus de Caſtro *conſ.* 10. *& conſ.* 265. *lib.* 1. Bald. Nouell. *de dote p.* 6. *prin.* 17. *n.* 4. Decius *reſpondens contrariis conſ.* 276. Decian. *conſ. n.* 24. *vol.* 1. Cranetta *conſ.* 778. *n.* 10. & nonnulli alij à Menochio *de arbitr. caſu* 149. *n.* 16. & à Mantica *de tac. & amb. conu. lib.* 12. *tit.* 24. *n.* 7. *verſ. & hanc*, & à Molfeſio *ad conſu. Neap. tom.* 1. *p.* 3. *de ſucceſſ. ex teſt. q.* 7. *n.* 7. *relati*, ex quibus.

Primò probatur ex eo quod dos congrua filiæ debita præfato ſtatuto fœminarum dotatarum excluſiuo à patris ſucceſſione non debeat eſſe minor legitima, & à ſucceſſione eo tempore excluditur, quo pater decedit, ergo illud tempus ad congruitatem dotis inſpiciendum eſt, cum qualitas adiuncta verbo, debeat intelligi ſecundum tempus verbi *l. Titius, ff. de milit. teſtam. l. in delictis* §. *ſi damnum extraneus ff. de noxal. act.*

Secundò probatur, quia alioqui filiæ, quæ poſt mor- 46
tem patris dotari deberent, maiorem dotem conſequerentur, quàm filiæ prius dotatæ auctis poſtea patris facultatibus, ſi tempus mortis patris ſpectandum ſit, cum tamen filiæ nuptæ non debeant eſſe deterioris conditionis, quam nondum nuptæ, eo quod eodem modo excludantur, & lex inæqualitatem inter liberos reprobet iuribus *ſup. n.* 10. *&* 28. adductis.

Tertiò probatur etiã iure communi inſpecto, ſecluſo 47
ſtatuto excluſiuo filiarum à ſucceſſione patris, probatur inquã, quod etiãſi dos à patre viuente tẽpore dotationis

fuerit

fuerit congrua habito reſpectu ad facultates tunc à patre poſſeſſas, ſi poſtea eiuſdem patris facultates auctæ ſint, & poſt mortem patris auctæ reperiantur, filia poſſit petere augmentum dotis pro ratione augmenti facultatum. Nam filius, cui pater viuus aſſignauit legitimam correſpondentem bonis eo tempore à patre poſſeſſis, & filius eam acceptauerit ſimpliciter, & abſque iuramento de non petendo ſupplementum vllum, auctis poſtea patris facultatibus poteſt petere augmentum legitimæ iuxta quantitatem bonorum, quæ pater moriens reliquit, vt tradidere Socinus *conſ.* 100. *n.* 9. & 10. *vol.* 3. Couarruuias *in cap. quamuis pactum* 3. *p.* §. 1. *n.* 2. *de pactis in* 6. & *in cap. Raynutius* §. *n.* 8. *de teſtam*, & plurimi alij iuriſperiti relati à Vaſquio *de ſucceſſionum progreſſu* §. 3. *n.* 26. Mantica *d. tit.* 24. *n.* 13. & 14. Laderchio *conſ.* 35. *n.* 6. & 7. Antonio Sola *ad conſuetudines Sabaudiæ tit. de alienationib. bonorum minorum n.* 10. & Michaël Graſſo *de ſucceſſion.* §. *legitima q.* 13. *initio*, & tanquam opinionem æquiorem approbant, & tenent iidem Vaſquius *n.* 26. latè eam deferens, & Graſſus *d. quæſt.* 13. *verſ. contrarium fine*, ergo etiam dos à patre viuente conſtituta tempore dotationis fuit congrua habito reſpectu ad facultates quas tunc pater habebat, ſi facultates poſtea auctæ ſint; poterit filia petere augmentum dotis iuxta quantitatem facultatum quas pater in morte reliquit, cùm dos, & legitima æquiparentur, & præſertim ſtante ſtatuto filias dotatas à ſucceſſione parentum excludente dos ſuccedet loco legitimæ iuxta tradita *ſuprà cap.* 7. *num.* 44. & 50. & iuriſperitos vtrobique relatos.

48 Quarto, auctis poſtea patris facultatibus, non obſtante congruitate dotis conſtitutæ à patre viuente habito reſpectu patrimonij eo tempore à patre poſſeſſi probatur argumento Socini *d. conſil.* 100. *n.* 10. *vol.* 3. à Sola *dicto titulo num.* 11. *adducto*. Scilicet, quia ſi ex cauſa ſuperueniente dos primo viro conſtituta poteſt diminui paternis facultatibus diminutis *authentica ſed quamuis Codice de rei uxor. actione*, & *ſuprà capite* 2. & 3. notatum eſt, ita ſuperueniente augmento bonorum videtur augenda dos, vt idem operetur propoſitum in propoſito quod oppoſitum in oppoſito, vt contrariorum eadem ſit diſciplina *lege inter* & *ſtipulantem* §. *ſacram. ff. de verb. oblig.*

49 Verùm prædictis non obſtantibus communis iuriſperitorum ſententia loquens non ſolum de congruitate dotis filiarum iuxta iuris communis diſpoſitionem nullo exiſtente ſtatuto fœminarum dotatarum excluſiuo à paterna ſucceſſione, ſed etiam de congruitate dotis filiarum à ſtatuto excluſarum à ſucceſſione patris eſt, quod congruitas dotis, ſeu dos congrua dicitur, & eſt habito reſpectu ad tempus dotationis, & aſſignationis cum dotatio & aſſignatio tempore nuptiarum fit à patre viuente vt ſi dos ſit conſtituta pro modo facultatum eo tempore à patre poſſeſſarum, & inſpectis aliis qualitatibus, & circunſtantiis dignitatis natalium, perſonarum conſuetudinis regionis, vel familiæ dicatur, & ſit abſolutè congrua, nec ob augmentum facultatum patris poſtea ſequutum deſinat eſſe congrua, & incipiat eſſe incongrua, ita Baldus *in authent. res quæ numero* 16. *Cod. comm. de legat. ibidem* Paulus de Caſtro *numer.* 9. & innumeri alij ex iuriſperitis à Menochio *de arbitr. caſu* 149. *num.* 16. & *conſ.* 371. *numero* 11. Laderchio *conſ.* 35. *num.* 10. *fine* Peregrino *deciſ.* 3. *n.* 10. Mantica *d. tit.* 24. *n.* 6. & 7. & 14. Merlino *de legit. lib.* 3. *titul.* 1. *q.* 12. *numer.* 26. & à Borello *in ſumma deciſ. tom.* 3. *titul.* 4. *num.* 180. & 181. relati. Thomas Grammaticus *deciſ.* 17. *num.* 30. Peregrinus *conſ.* 14. *num.* 14. & 17. *lib.* 2. & *deciſ.* 3. *eodem n.* 10. Menochius *loco citato* Laderchius *conſil.* 35. *numero* 7. 9. & 15. Fuſarius *de ſubſtit. quæſtione* 571. *num.* 164. Merlinus *d. num.* 26. Molfeſius *ad conſuet. Neapol. tom.* 1. *p.* 3. *q.* 7. *numero* 9. & 12. & *tom.* 2. *q.* 2. *addit. ad q.* 7. *n.* 4. Caualcanus *deciſ.* 5. *numero* 100. & 105. Rota Romana *dec.* 195. *numer.* 4. *p. ſecund. recent.* Antonius Faber *lib.* 3. *ſui Cod. tit.* 12. *defin.* 23. Borellus *dict. num.* 180. & 189. Stephanus Gratian. *deciſ.* 19. *numero* 36. *diſcept. forenſ. tom.* 1. *c.* 146. *n.* 9. Fontanella *de pactis nupt. clauſ.* 5. *Gloſſa* 8. *p.* 1. *n.* 16. & alij recentiores apud eoſdem, & ita etiam ſentiunt Mantica *d. tit.* 24. *n.* 8. & *ſeqq.* & Sola *ad dictas conſtit. Sabaudiæ, d. tit. de alienat. bonorum minorum, num.* 12. *verſ. ſed re vera.* Probatur hæc ſententia *primo argumento*, *l.* Rutilia *Poll.* 69. *ff. de contract. empt. l. ſi voluntate* 8. *C. de reſcind. uend. l. quæ legata* 10. *l. non omne* 149. §. *de reg. iuris*: ex quibus locis apparet regulare eſſe in omnibus contractibus, vt contractus tempus obſeruari debeat, & ſic ad agnoſcendam, & æſtimandam læſionem in pretio rei venditæ, attendendum eſſe tempus contractus, ſcilicet conſiderandam æſtimationem pretij communis ipſius rei venditæ currentis tempore venditionis latè tradit Maſcard. *de probat. concl.* 963. per totam. Secundò, quia ab initio legitimè factum eſt, ex caſu ſuperuenientis non debet irritari, *l. nec enim, ff. de itiner. actu qq. priuat.* Bald. *conſ.* 19. *vol.* 4. & alij à Sola *vbi ſupr. num.* 7. *relati*. Tertiò, quia ſi minor tempore contractus non læditur in integrum non reſtituitur Albericus, de Roſat. *in l. & ſi ſine*, §. *quæſitum, ff. de minoribus*, Caſtro *conſ.* 101. *lib.* 2. Afflictus *deciſione* 350. & alios allegantes Menoch. *dict. caſu* 149. *num.* 19. & Sola *vbi ſupr. numer.* 7. Et ſic etiam in æſtimanda læſione dotis per patrem conſtitutæ filiæ, quæ accepta dote renunciauerit, & quietauerit patrem, attendendum eſſe tempus renunciationis, haberique rationem tantum bonorum, quæ tunc poſſidebat, non autem bonorum quæ poſtea ſuperuenerint tradunt Decius latè comprobans *conſ.* 6. *num.* 59. & 78. *vol.* 1. Sola *d. tit. de alien. bonor. minor. allegato n.* 52. *cit. verſ. ſed re uera*, plurimi alij ab eodem Sola *num.* 7. relati & de rigore iuris loquens Faber *d. definit.* 23. *num.* 13. & *d. l. Rutilia*. Quartò, quia vbi pater dotem filiæ dedit pro viribus patrimonij, quod habuit tempore nuptiarum & dotationis, non poteſt dici dolo malo verſari, quia non potuit diuinare ſe poſſe fieri locupletiorem. Tiraquellus *in l. ſi vnquam, in princ. n.* 36. *de reuoc. donat.* Menochius *d. caſu* 149. *n.* 16. & alios allegans Mantica *d. tit.* 24. *n.* 8. & ſic cum tunc inſpectis ſuis facultatibus, & aliis circunſtantiis matrimonij ſufficienter ſatisfecerit paterno officio dotandi filiam, *vt ſuprà n.* 37. *fine* notatum eſt, & conſequenter fuit ab onere dotandi liberatus *inſtit. quibus modis toll. obligat.* vt expreſsè tradunt Ruinus *conſ.* 56. *n.* 13. *lib.* 3. & *in l. Gallus*, §. & *quid ſi tantum, n.* 115. *fine, ff. de liber.* & *poſth.* & alios referens Mantica *d. tit.* 24. *n.* 14. *verb. ad alias etiam.* Obligatio autem dotandi ſemel extincta non reuiuiſcit *l. ſi quis res*, §. *aream, ff. de ſolutionib.* & iidem DD. Denique ſicut ſi poſt dotationem congruam ſi patrimoniũ patris imminuitur, dotis congruitas non immutatur (ſi enim poſt dotis conſtitutionem facultates patris ſint diminutæ, paterque pauperior ſit factus, non idcircò dos minui, & auferri marito debet, etiamſi nondũ ſoluta fuiſſet *l. T. t.* 64. *ff. de iur. dot. l. ſi don.* 9. *ff. de cond. cauſ. data*, & *l.* 5. §. *pen. ff. de dol. mali except.* Mant. *d. tit.* 24. *n.* 12. Fab. *de defin.* 23. *n.* 4. & *lib.* 5. *tit.* 6. *defin.* 4. *n.* 32. Molf. *d. q.* 7. *n.* 13. & nec etiã ſolut. matrim. dos filiæfam. viduæ reuerſa ad patrẽ minui in præiudicium eiuſdẽ filiæ poteſt, niſi vt in neceſſitate ſuborta ſibi ſuiſque ſubuenire poſſit *auth. quamuis, C. de rei vxor. actione*, vbi decernitur, vt ſi patris ſuſtantia fuerit diminuta aliqua fortuita clade, pro filia ſecundo nubente non amplius ſecundo marito dare cogatur, quam quantum facultates eius patiuntur (*vt ſuprà cap.* 2. & *c.* 3. notatum eſt) ita quoque ſi patrimonium creſcat non debet congruitas dotis antea conſtitutæ immutari, & certè (vt benè Laderch.) niſi

niſi ita ſit, non poſſet matrimonij tempore dos congrua conſtitui; ſed res tota ab euentu penderet, quod (inquit idem Laderchius) eſt ridiculum, & abſurdum; atque adeo vt dos, quæ in contrahendo matrimonio datur, ſit congrua ſat eſt, quòd ſecundùm tempus matrimonij, & dotationis ſit legitime & congruenter conſtituta pro modo facultatum & bonorum, quæ tunc pater habebat, & ſeruatis aliis circunſtantiis *ſuprà* §. 1. explicatis: & ab hac ſententia non videtur recedendum.

49 Quare vbi à tempore nuptiarum, & principio dotationis dos ipſa conſtituta & data fuit congrua reſpectu facultatum patris, dignitatis perſonarum, numeri liberorum, & conſuetudinis loci, auctis poſt facultatibus patris non poteſt conqueri filia ſe tenuem dotem conſecutam, nec dotis augmentum viuente patre dotatore petere, etiamſi eſſet minor legitima habito reſpectu ad bona, quæ tempore dotationis pater habebat, & hoc non ſolum inſpecto iure communi; ſed etiam ſtante ſtatuto filiam dotatam excludente à ſucceſſione patris, vt expreſſe tradunt Baldus, Ruinus, Grammaticus, Peregrinus, Caualcanus, Menochius, Laderchius, Borellus, Fontanella, Faber *locis allegatis*, & alij communiter ab iiſdem, præſertim à Peregrino *d.d. ciſ. 3. num.* 10. Menochio *d.conſ.* 371. *num.* 12. Caualcano *d.num.* 10. & Borello *d.tit.* 4. *num.* 181. *& quatuor ſeqq.* & probant rationes numero præcedenti adductæ, maximè quarta, & vltima.

50 Dixi viuente patre: nam eo defuncto, ſi dos ab initio congrua a patre data non aſcendit ad quantitatem legitimæ filiæ in bonis à patre defuncto relictis poterit attento iure communi, & ſecluſo omni ſtatuto ab hæredibus patris petere ſupplementum vſque ad legitimam, ſeu petere legitimam ſibi debitam imputando dotem in eandem legitimam iuxta tradita *ſuprà n.* 39. & Doctores *ibidem* allegatos, ſtante autem ſtatuto filiam dotatam à ſucceſſione patris excludente, ſuppoſito quod per tale ſtatutum filia non excludatur a legitima iuxta Iuriſperitos *ſupra cap.* 7. *num.* 47. *& n.* 50. *ſiue relatos*, & alios quos Michaël Craſſus, & Merlin. *locis dictis num.* 47. *&* 50. *allegatis* referunt, non poterit quidem filia, quæ à principio habuit congruam dotem reſpectu facultatum patris, & loci conſuetudinis viuente patre ob facultates poſtea auctas petere ſibi augeri dotem, cùm iam habuerit congruam; nec etiam ſupplementum vſque ad legitimam, cum legitima non debeatur in vita patris, vt *ſuprà num.* 38. exploratum eſt, & expreſſe notat Faber *d.defin.* 23. *num.* 7. poterit tamen poſt mortem patris fratribus patris hæredibus petere ſupplementum vſque ad legitimam, à qua non eſt excluſa. Suppoſito autem, quòd pro tale ſtatutum filia congruenter dotata à patre excludatur etiam à legitima, licet dos congrua ab initio à patre filiæ conſtituta non aſcenderet ad quantitatem legitimæ, ſiue reſpectu bonorum, quæ tempore dotationis pater poſſidebat, ſiue bonorum quæ decedens reliquit, nullum augmentum ob facultates patris poſt dotationem auctas, poterit petere nec in vita patris, qui cum illam iam congruenter dotauerit, liberatus fuit ab onere dotandi, neque poſt patris mortem, cùm à ſtatuto ſit excluſa à legitima.

Reſponſio ad fundamenta ſuperiùs numero 45. & tribus ſeqq. *adducta.*

51 Superiùs autem traditis non obſtant fundamenta alterius ſententiæ. Ad primum enim, dato quod filiæ dotatæ à ſtatuto propter maſculos à ſucceſſione patris excluſæ debeatur dos non minor legitima (quod an ſit verum, mox infra) reſpondet Mantica *d.tit.* 24. *n.* 8. *verſic. neque etiam*, id intelligi debere, quod dos non debeat eſſe minor legitima, quæ tempore dotis conſtitutæ deberetur, ſi pater tunc temporis eſſet defunctus, nam dos non per omnia poteſt legitimæ comparari, cùm legitima tempore mortis ſolum debeatur, vt *ſuprà num.* 38. dictum eſt, dos autem debeat conſtitui tempore nuptiarum, vt deſeruiat oneribus matrimonij *l. ſi pater in fine ff. de iure dotium, & l. pro oneribus, Cod. eod. tit.* & latè *cap.* 1. *&* 2. traditum eſt: quare ſuppoſito quod dos ſtante præfato ſtatuto ad quantitatem legitimæ debeat commenſurari, fingitur legitima deberi eo tempore, quo dos conſtitui debet, & ſi eo tempore inſpecto fuit congrua, licet poſtea facultates patris ſint auctæ, non poteſt filia amplius petere ſupplementum congruæ dotis, quia iam illam habuit, & pater liberatus eſt, vt ſuprà dictum eſt, ita Mantica poſt Ruinum *d. conſ.* 56. *num.* 13. *&* 15.

52 Ad ſecundum reſpondetur ex traditis *ſupra hoc cap. num.* 10. 17. *&* 26. patrem pro modo facultatum diuerſo tempore à ſe poſſeſſarum, iugalium dignitate, conſuetudine diuerſorum locorum, vel eiuſdem loci in diuerſo tempore poſſe filiabus inæquales dotes conſtituere, nec vlla ex filiabus poteſt conqueri, vllumue inconueniens inde ſequitur, ſi omnes tempore dotationis habuerunt congruam dotem, & licet filia nupta viuente patre congruenter iuxta illud tempus dotata, auctis poſtea facultatibus patris conſecuta ſit minorem dotem, quam nuptæ poſt patris mortem, potuerit habuiſſe maiorem dotem, ſi patris facultates fuiſſent poſtea diminutæ.

53 Ad tertium reſpondetur primò legitimam à patre viuente aſſignatam filio, ſi adſignatio fuit valida vt à patre non poſſit reuocari, & ea accepta filius quietauit patrem, & aliis bonis paternis renunciauit etiam abſque iuramento, auctis poſtea patris facultatibus non poſſe cogi patrem, vel eius hæredes illam augere, vt tradunt Laderchius *d.conſ.* 35. *num.* 7. Tuſchus *verbo legitima concl.* 193. *n.* 23. & plurimi alij Iuriſperiti ab eodem Laderchio, Vaſquio *de ſucceſſionum progreſſu, allegato* §. 3. *num.* 26. *fine*, & Graſſo §. *legitima, citata quæſt.* 13. *verſ. contrarium relati.* Et eſſe opinionem magis communem contendit idem Laderchius. Secundo, admiſſa ſententia (quam communiorem dicit Mantica *d.titul.* 24. *numero* 13.) quod legitima in vita patris filio aſſignata, auctis poſtea facultatibus tempore mortis patris debeat augere: reſpondetur cum Laderchio *d.conſ.* 35. *n.* 7. *& duob. ſeqq.* diuerſam eſſe rationem legitimæ viuente patre aſſignatæ filio, & dotis congruæ à patre viuente tempore nuptiarum filiæ conſtitutæ, & datæ, nam legitima ex ſui natura, & de iure debetur tantum tempore mortis patris, ſeu poſt patris mortem, vt *ſuprà num.* 38. *& n.* 51. dictum eſt, & communiter Doctores tradunt, & conſequenter ſi tunc facultates patris reperiuntur auctæ, poteſt filius petere legitimæ ſupplementum, niſi expreſſe ſit renunciatum, vt expreſſe iidem Faber, Molfeſius, & Laderchius, *qui citato n.* 7. ex Caſtro, & Alexandro notat ſimplicem dationem, & aſſignationem legitimæ abſque renunciatione vlla vlterioris ſupplementi cenſeri collatam in tempus mortis patris, cum eo tempore debeatur, & ideo, ſi poſt creuerunt patris facultates, poſt illius mortem poterit filius petere legitimam augeri: at vero dos non confertur in tempus mortis, ſed ex natura ſua, & de iure debetur in vita patris, & conſtituenda eſt tempore nuptiarum, cum inducta ſit propter onera matrimonij ſuſtinenda, ac proinde tempus dotationis ad illius congruitatem æſtimandam inſpiciendum eſt, quo ſi filia fuit congruenter dotata, ſat eſt, & pater dotandi onus adimpleuit, ſicque manet liberatus ab vlteriori dotatione, licet poſtea eius facultates augeantur. Neque obſtat conſideratio Baldi Nouelli, dicentis qualitatem congruitatis debere ineſſe

tempore mortis reſpondetur enim cum Loderchio, quod verè ineſt, etenim quæ fuit initio dotata congruenter adhuc pariter congruè dotata eſt, inſpecto ſcilicet tempore matrimonij: & ipſius dotationis; quod in dote congrua conſtituenda attenditur, vt probatum eſt.

54 Ad quartum negatur dotem congruam tempore matrimonij, & dotationis conſtitui poſſe diminutiuam diminutis ex poſt patris facultatibus, vt *n.48. fine* probatum eſt, vnde retorquetur argumentum, dos congruè tempore matrimonij, & dotationis conſtituta non debet nec poteſt minui ſi deuenerint poſtea patris facultates, ergo nec debet augeri, ſi nouæ facultates ſuperuenerint, vt idem operetur propoſitum in propoſito, quod oppoſitum in oppoſito, & quia non debet, nec poteſt, quis petere id, cuius contrarium in caſu contrario non fuerat poſtulaturus, *leg. penult. C. de ſolution.* Neque obſtat, quod *dict. auth. ſed quamuis, C. de rei vxoriæ actione*, ſcilicet dotem filiæfamilias ſoluto matrimonio per mortem viri reuerſam ad patrem poſſe à patre minui in ſecundo matrimonio, ſi eius ſubſtantia caſu fortuito fuerit diminuta, quia caſus ille eſt ſpecialis. Nam cùm dos data pro filiafamilias nupta diſſoluto matrimonio per mortem viri reuerſa ad patrem vel confundatur, & tranſeat in patrimonium, & ſubſtantiam eiuſdem patris iuxta Paulum de Caſtro, & Tuſchum *locis à me ſuprà cap. 2. n. 144. allegatis*, vel ſi adhuc remanet in patrimonio, & eſt patrimonium filiæ iuxta tradita, & Doctores allegatos tum *dicto numero* 144. tum eodem *cap. 2. numero* 106. *fine, & numero* 117. *circa finem*, cum cæteris bonis patris commiſceatur, & vniatur quaſi effecta paternæ ſubſtantiæ (vt dicitur *leg. vltima, verſic. ſin autem, Codice communia vtriuſque iudicis*, & notatum eſt *dict. capite ſecund. citato numero* 144.) non ſecus, fere eſt; quam ſi data non eſſet, & ſic ſi patris ſubſtantia ſit diminuta, alioqui caſu fortuito, lex permittit patri, vt in ſecundo matrimonio dotem diminuat, & tantum det, quatenus tunc patiuntur eius facultates, quod ſi non omninò dos congrua filiæ data in primo matrimonio, eo ſoluto non ſit ad patrem reuerſa, ſed ad filiam ipſam ſit reſtituta, quia illi ſit totaliter acquiſita, vel quia emancipata, vel quia ex patris ſtipulatione acquiſita fuerit tota dotis actio iuxta tradita *ſuprà capite tertio*, vt ſic de eadem dote filia poſſit liberè diſponere, tunc non poſſet ob facultates ſuas poſtea diminutas eam dotem ſemel filiæ datam diminuere ſeu reuocare quoad aliquam partem, vt notarunt Boërius *deciſione* 62. à Sola *loco ſuprà n.*48. & Laderchio *dict. conſ.* 35. *n.* 8. *fine relatus*, vbi dicit ſe nunquam vidiſſe in praxi talem diminutionem ſeu reuocationem, & idem ſentiunt iidem Sola, & Laderchius, & etiam Merlinus *de legit. l. 3. tit. 1. d. q. 12. n. 35.*

55 Porrò ex ſuperius traditis, quod dotis congruitas attenditur tempore dotationis, deducitur, quod licet dos à patre legata, vel taxata filiæ nondum nuptæ, tempore teſtamenti, ſeu relicti, & taxationis fuerit congrua habito reſpectu ad facultates, vel conſuetudinem ſecundum illud tempus, nihilominus ſi poſt relictum, & taxationem ante matrimonium filiæ auctæ fuerint patris facultates, vel auctæ dotes iuxta nouam conſuetudinem tempore matrimonij, & dotationis augenda erit filiæ dos antea à patre legata, & taxata, vt expreſſe tradunt Tuſchus verbo dos *concl.* 784. *n.* 1. poſt Crauettam *conſil.* 291. & *n.* 11. poſt Surdum *conſ.* 14. *num.* 3. & Caualcan. *dicta deciſ.* 5. *num.* 105. Fuſarius *de ſubſtit. dicta quæſt.* 571. *num.* 117. & 164. Martius Venturinus *conſil.* 12. *numer.* 25. & latè Stephanus Gratianus *dec.* 19. Quod iuxta eoſdem, & tradita in præcedentibus procedit etiam ſtante ſtatuto excludente à ſucceſſione patris filias congruenter dotatas, nametiam eo ſtatuto ſtante dotis congruitas attenditur tempore dotationis.

Vtrùm verò dos à patre viuente filiæ tempore nuptiarum conſtitutæ in dubio præſumi debeat congrua, vt etiamſi ex poſt auctæ ſint illius facultates, non poſſit eo viuente petere ſibi dotem augeri attento iure communi & etiam poſt mortem patris, ſi extet ſtatutum excludens filiam à ſucceſſione patris, *tractatur infrà in ſequentibus paragraphis.*

§. IV.

Dos congrua debita filiabus, vbi eas dotatas ſtatutum loci excludit à ſucceſſione parentum ab inteſtato, an non debeat eſſe minor legitima de iure communi filiabus debita, vel poſſit eſſe eadem legitima minor, ſiue pater ipſe viuens illis nubentibus dotem conſtituerit, ſiue poſt illius mortem illas dotent fratres, aut agnati patris hæredes, propter quos ſtatutum illas à ſucceſſione patris excludit.

Rememorandum, quod *ſuprà c. 7. n. 35. fine* notatum eſt, ſcilicet, quod quamuis ſtatutum filias dotatas congruè excludens à ſucceſſione patris propter maſculos velit dotem reſeruatam filiabus ſuccedere, & ſubrogatam eſſe loco legitimæ iuxta tradita *ſupr. c. 7. §. 2.* & varias iuriſperitorum opiniones *eod. §. 2.* examinatas, & diſcuſſas, non tamen ex ea ſubrogatione poteſt inferri, quod ſtatutum omninò velit dotem congruam filiabus reſeruatam debere eſſe in quantitate æqualem quantitati legitimæ de iure communi secluſo ſtatuto ipſis debitæ, nam ſicut poteſt ſtatutum diminuere in quantitate, vt *eod. cap. 7. num.* 56. probatum eſt, ita poteſt, velle eandem dotem, licet in quantitate minorem, legitima aliàs iure ciuili debita, eius loco ſuccedere, & ſubrogatam eſſe ad eum effectum, vt non poſſit à patre dotante grauari, ſicut nec legitima vllo oneri ſubiicitur, vt *dicto numero* 35. dictum eſt, & tradunt Doctores *ibidem relati*, & eſſe eandem dotem reſeruatam minor legitima, & mortua filia tranſmiſſibilem, ſicut eſt legitima, ad illius hæredes, vt *d. c. 7. n. 9. & ſeqq. & n.* 49. traditum eſt, & aliis allegatis Borell. *in ſumm. dec. tomo 3. tit. 4. n. 188. trib. ſeqq.* 56

Præthereà dum quæritur: An dos congrua filiabus reſeruata à ſtatuto illas excludente à ſucceſſione patris debeat non eſſe minor legitima, poteſt intelligi (vt colligitur ex traditis in præcedentibus, ſcilicet *n.* 36. & 51.) vel quod debeat eſſe æqualis portioni legitimæ: quæ tempore dotationis filiæ pro modo facultatum paternorum illius temporis iure communi eſſet aſſignanda, & danda, ſi tunc pater moreretur, vel quod debeat eſſe æqualis legitimæ, quæ tempore mortis patris etiam longè poſt dotationem contingentis iure communi foret aſſignanda inſpecta facultatum quantitate à patre defuncto relictarum. His prænotatis, primò agendum de dote congrua, quam pater ipſe dotans teneatur aſſignare, & conſtituere filiæ ſtante præfato ſtatuto filias dotatas excludente à paterna ſucceſſione ſtantibus maſculis, ſecundò de dote congrua, quam fratres, vel agnati hæredes patris, qui viuens illam non dotauit, debeant aſſignare, & conſtituere ſorori, ſeu nepti, aut ſobrinæ excluſæ à ſucceſſione paterna propter ipſos: An in vtroque caſu vſque ad quantitatem legitimæ debeat aſſignari ſit igitur. 57

Dos congrua, quam pater viuens conſtituit filiæ excluſæ per ſtatutum ab eius ſucceſſione ab inteſtato ſtantibus maſculis, an debeat eſſe non minor legitima, vel poſſit eſſe eadem legitima minor.

58 Prima difficultas, an dos congrua, quam pater tenetur conſtituere filiæ à paterna ſucceſſione ab inteſtato excluſæ per ſtatutum congruam dotem reſeruans eidem filiæ excluſæ, debeat eſſe æqualis portioni legitimæ, vel poſſit eſſe minor legitima, Salicetus,& alij Doctores *ſuprà hoc cap.num.36.relati locis,num.35.allegatis*, Mantica *de tacit. & ambig.conuent. lib.12. tit.24. n.8. verſ.neque etiam, & tit.23.num.48.& 9.* opinati ſunt, dotem congruam filiæ excluſæ etiamſi à patre viuente dotetur, non debere eſſe minorem legitima portione, quæ tempore dotationis eſſet aſſignanda, ſi tunc pater moreretur. Quorum ſententia probatur argumentis *ſuprà eodem, num.36.* adductis, & etiam reiectis; & eandem ſententiam non improbabilem putat Faber *lib.3.Cod.tit.12.defin.20.fine*, Nouellus,& alij Doctores *ſuprà num.45. relati* ſentiunt dotem congruam, quam pater tenetur filiæ præfatæ excluſæ nubenti conſtituere, non debere eſſe minorem legitima portione, quæ eidem filiæ iure communi debetur tempore mortis iuxta quantitatem facultatum ab eodem moriente relictarum;cui ſi dos priùs data non ſit æqualis, debeat ab hæredibus patris illam excludentibus à ſucceſſione augeri; quorum etiam fundamenta ſunt adducta *d.n.45.& tribus ſeqq.* & reiecta *num.51.& tribus ſeqq.* & præter illos plures alij Iuriſperiti ex antiquis, quos referunt & ſequuntur Socinus ſen. *conſ. 100. lib.3. & conſ.59.n.20.lib.4.* & Decius *conſ.106.n.3. conſ.180. num.2. & conſ.181.num.5.* & Curtius ſenior *conſ.27.* (quos refert Menochius *d.conſ.149.num.8.*) & Antonius Theſaurus *deciſ.192. num.2.* dixerunt abſolutè, ſtante ſtatuto excludente à ſucceſſione patris filiam dotatam, patrem non poſſe filiæ conſtituere dotem legitima minorem; quod & ſenſerunt alij à Menochio *de legitima lib.3. tit.1.qu.12.n.7.relati.* Poteſt id vltra adducta *locis citatis* confirmari, quia dos à ſtatuto reſeruata filiabus excluſis a paterna ſucceſſione per idem ſtatutum ſuccedit, ſeu ſubrogatur legitimæ iuxta tradita, & Doctores allegatos *ſuprà capite ſeptimo, numero 43. 44. & 50.* ergo non poteſt eſſe, legitima minor.

59 In hac difficultate (ſicut & in ſequenti) primo certum eſt, dotem filiabus à ſucceſſione parentum extantibus maſculis per ſtatutum excluſis (ſiue illis ſtatutum expreſſe dotem reſeruet, ſiue ſimpliciter eas excludat nulla expreſsè dote reſeruata) debitam debere eſſe congruam; vt conſtat ex traditis *ſuprà cap.6.num.36.* & præter plures alios Doctores *ibi.* allegatos expreſsè tradunt Carpanus *ad ſtatutum Mediolani cap. 268. num.172. & 212.* Tuſchus *verb.ſtatutum. concl. 662.num.2.* poſt Alexandrum *conſ.69. lib.1. & conſ. 121.num...lib...* (vbi propterea addit, quod ſi dos non eſſet congrua à patre conſtituta, poſſet filia petere ſupplementum) Mantica *de tacit. & ambig. conu.lib.12. tit.23.num.18.*(vbi alios allegat) Merlinus *etiam alios referens de legit.lib.3. tit.1.quaſt.12.n.18.* Mangillius *de imputationibus,quaſt.53.num.47.* Borellus *in ſumma dec. tom.3. tit.4.num.146.* nam ſtatutum propter maſculos excludens filias à ſucceſſione parentum vel reſeruans dotes filiabus non exprimit illas fore congruenter dotandas, vel ſimpliciter excludens ſine mentione & reſeruatione expreſſa dotis non excludit filias à dote congrua, iuréve petendi dotem cogruam iure communi debitam, ſaltem vbi ſtatutum expreſsè non iubet filiam eſſe contentam quacunque dote, cum ſtatutum debeat intelligi in dubio, vt quam minus fieri poteſt, corrigat, ſeu lædat ius, ac proinde per l.milia ſtatuta ſemper intelligitur filiabus reſeruata dos congrua ſaltem conſtituenda arbitrio iudicis attentis paternis facultatibus,& aliis qualitatibus, & circunſtantiis *ſuprà §.1.*explicatis,vt expreſſe *loco citato* Mantica, quia intelligitur reſeruata illa dos, quam pater ex officio patris debet, & ex officio iudicis cogi poteſt conſtituere filiabus nubentibus, vt Merlinus *d.num.1.* pater autem ex obligatione paterna tenetur conſtituere filiabus dotem congruam arbitrio iudicis habito reſpectu ad paternas facultates,& ad alias qualitates, & circunſtantias *eod.§.1.* explicatas, & conſtat ex legibus *ſup. num.3.* adductis, & ex traditis *in numeris ſequentibus*, & ex traditis latiſſimè *cap.4. per totum*; quare ſi dos filiæ à patre conſtituta non fuerit congrua,præfato ſtatuto non obſtante poterit filia, non ſolum poſt eius mortem, ſed etiam eodem patre viuente petere ſupplementum vſque ad dotis congruitatem, vt in hac ſpecie Baldus *in l. vltima num. 3. Cod. de dotis promiſſ. & in authent. res qua numero 16. & 17. Cod. comm. de legatis*, & alios allegans Mantica *dict. titul. 23. citato, num.12. & num.18.* & probant tradita *ſuprà num.38.*

Secundo, communis ſententia Iuriſperitorum eſt, 60
præfatam dotem congruam filiæ reſeruatam à ſtatuto illam à ſucceſſione parentum excludente, quam pater tenetur illi conſtituere, non debere quoad quantitatem commenſurari portioni legitimæ, quæ ei de iure communi contingeret, ſi tunc eodémve tempore dotationis per patrem factæ idem pater moreretur, aut poſt eiuſdem patris dotantis mortem longè poſt ſecutam foret ei aſſignanda, ſed poſſe eſſe minorem eadem legitima, ſicut aliquando debet eſſe maior legitima. Doctores antiquos huius ſententiæ latè referunt Laderchius *conſ. 35.num.4.& conſ.27.num.1.circa finem vtrobique*, notans eſſe communem opinionem, Menochius *d. conſ. 149.num.5.& nonnullis ſeqq. & num.34.* Merlinus *de legitima lib.3.tit.1.q.12.num.13.* Peregr. *deciſ.3.nu.1.* & Gaſpar Ant. Theſaurus *quaſt.for. lib.4.q.4.num.11.* ſentiunt ita iidem Laderchius vtrobique Menoch. Merlinus,Peregrinus, Theſaurus *locis citatis*, Mangilius *d. q.53.citato num.47.* (vbi ait dotem filiæ ſtante ſtatuto illam excludente à ſucceſſione conſtituendam eſſe arbitrio boni viri, per notata in legibus *ſuprà num.3.* adductis) Molfeſius *ad conſuet. Neapol. p.3.q.7. n.8. 9.& 10.*Caualcanus *deciſ.5.num.100.p.3.*Carpanus *ad d. cap.268. 218.* apud eundem Virginius Bocatius *in conſtit. Marchi. Gloſſa 9.num.40.* Rota *deciſ. 195. fine p.2. recent.* Stephan.Gratianus *diſcept.for. tom.1. cap. 148.num.12.* Faber,Marius Antonius Baeza *locis ſup. n.37.relatis*,Fontanella *de pact.nupt. clauſ.5. Gloſſa 8. p.1.num. 14.15.& 16.* Borellus *in ſumm.deciſ.part.3. tit.4. num.168. & num.178. & alij apud eoſdem.* Probatur hæc communis ſententia ex traditis *ſuprà n.37.* quia ſtante præfato ſtatuto filias dotatas excludente à ſucceſſione pater filiæ excluſæ nubenti tenetur ſolum dotem congruam conſtituere (hæc enim intelligitur reſeruata à ſtatuto, vt notatum eſt) & ſic eam dotem congruam, quam quoque ex ſuo officio paterno tenetur filiabus dare, dum illas collocat in matrimonio, ſed dotis congruitas non attenditur reſpectu quantitatis legitimæ, ſed habito reſpectu ad facultates, quas habet pater tempore dotationis, & ad alias circunſtantias ſcilicet dignitatem natalium, perſonarum dotantis, mulieris, & viri, conſuetudinem regionis, & familiæ & ipſius patris,vt *eodem num.37.*latè probatum eſt; ergo ſi prædictis omnibus inſpectis tempore dotationis fuerit dos à patre condecenter, & competenter in quantitate conſtituta,vt non aliter fuiſſet arbitratus vir bonus, ſeu iudex, dos erit congrua, & erit ſatisfactum ſtatuto,licet dos ipſa ſit minor portione legitima, quæ

filiæ

filiæ deberetur, ſi eo tempore dotationis pater eſſet defunctus. Confirmat Laderchius *dict. conſilio.* 127. *num. prim.* ex Socino *conſilio* 287. *in ſecundo*, quod ea dos dici debet congrua, quæ ſufficit vt filia tradatur viro pari, cum dos detur, vt mulier pari nubat iuxta illud, ſi neſcis nubere nube pari, cum ergo dos conſtituta habito reſpectu ad facultates patris, & ad conditionem coniugum, & conſuetudinem, æſtimetur, & ſit ſufficiens vt filia ducat virum parem, & pro dignitate, erit congrua ſiue ſit minor, ſiue ſit maior legitima. Præterea ſi dos à patre conſtituenda non deberet eſſe minor legitima, ſequeretur, quod legitima viuo patre deberetur (cum teneatur pater viuens dotare filiam, dum nuptui tradit) contra diſpoſitionem iuris volentis legitimam deberi poſt mortem patris, vt *eodem numero* 87. notatum eſt. Et licet Mantica *dict. libro* 12. *titulo* 22. *numero* 27. reſpondeat, legitimam poſſe conſiderari dupliciter primo, vt eſt certa portio bonorum patris ſimpliciter, & hoc ſenſu dotem congruam filiæ a ſtatuto excluſæ debere eſſe æqualem quantitati legitimæ, ſcilicet illi portioni, quam pater, ſi decederet, ei relinquere teneretur, ſecundo poſſe conſiderari legitimam in propria forma, & natura, prout ſecundum numerum liberorum eſt triens, vel ſemis illius portionis; quæ filiis debetur in ſucceſſione parentum ab inteſtato iuxta textus *ſuprà numero* 37. adductos, & hoc modo deberi legitimam tempore mortis, reiicitur tamen hæc reſponſio, tum quia illud, quod legitima non debetur viuo patre, intelligitur abſolute, tum quia legitimæ quantitas non poteſt æſtimari, niſi habito reſpectu ad quantitatem patrimonij patris, & numerum liberorum, & ſic quatenus eſt triens, vel ſemis iuxta notata *ſuprà numero* 34. demum ſi ſupponatur per ſtatutum filias dotatas excludens à ſucceſſione parentum filias eſſe excluſas etiam à legitima ſi dos, propter quam filia excluditur à ſucceſſione in bonis parentum, debeat eſſe æqualis ipſi legitimæ habito præſertim reſpectu ad tempus mortis, nihil videretur operari ſtatutum excludendo à legitima, cum aliud vltra legitimam non ſit filiæ debitum in dictis patris bonis, quia iam haberet per illam dotis legitimæ æqualis conſtitutionem. Huic etiam argumento Mantica *dicto tit.* 22. *n.* 20. *verſic. ſecundo ſuppoſito, & tribus ſequentibus*, reſpondet quod ex ſtricta ratione contra naturalem æquitatem intelligeretur excluſa à legitima, vt eſt portio ſucceſſionis, quæ ab inteſtato debetur, non tamen inde ſequi, quod eadem quantitas legitimæ ſub diuerſa ſpecie, ſiue via, ſcilicet nomine dotis non debeatur, cum dos non ſit pars ſucceſſionis: Additque hinc non reddi cluſorum ſtatutum, tum quia legitima pure, & de corporibus, non de fructibus debetur, dos autem defertur ſub conditione, ſi filia nupſerit, & poteſt conſtitui in quantitate, & de fructibus: Tum quia in legitima debet relinqui titulo inſtitutionis, dos autem etiamſi à ſtatuto ſit reſeruata, quocumque modo relinqui poteſt, & eodem modo eidem argumento reſpondet Menochius *d. caſu* 149. *numero* 28. *& ſequentibus*. Sed contra hanc reſponſionem eſt, quod ſtatutum excludens filiam dotatam à legitima primo, & principaliter reſpicit legitimæ quantitatem, cum intentum ſtatuti ſit excludere filiam à bonis patris, excepta congrua dote, cuius congruitas non æſtimatur à commenſuratione ad quantitatem legitimæ, vt probatum eſt.

61 Suppoſito itaque, quod filia dotata excluſa per ſtatutum à ſucceſſione ab inteſtato in hæreditate patris, intelligatur etiam excluſa à legitima, ob eam rationem quod legitima ſit portio ſucceſſionis, ſcilicet tertia, vel medietas hæreditatis paternæ, quæ ab inteſtato debetur, iuxta notata *ſupra hoc capite numero* 34. *& capite ſeptim. numero* 58. & excluſus à toto intelligatur etiam excluſus à patre *leg. fundi in fine ff. de fundo inſtructo l. prim. & ſecund. ff. de pecun. leg. & leg. in toto ff. de reg. iuris*, ſi dos à patre nuptæ excluſæ data fuerit tempore dotationis congrua iudicis arbitrio habito reſpectu ad patrimonij quantitatem, & circunſtantias ſupra ſæpe notatas, & in æſtimationem dotis congruæ obſeruandas, eadem filia neque viuo patre poterit aliquod ſupplementum dotis petere, cum habuerit dotem congruam, neque etiam eo defuncto poterit petere ſupplementum vſque ad legitimam, cum ab ea ſit per ſtatutum excluſa maſculis exiſtentibus, vel (vt loquitur Molfeſius *dict. quæſtio. ſeptim. numero* 17.) dos congrua loco legitimè vigore ſtatuti ſubrogetur, ſuppoſito autem quod eodem ſtatuto illam à ſucceſſione excludente non intelligatur excluſa a legitima, poſt mortem patris, ſi dos congrua illi conſtituta non fuerit in quantitate æquali portioni legitimæ tunc ſibi debitæ poterit petere ſupplementum ad legitimam, ſeu petere legitimam imputando in ea dote habitam iuxta tradita *ſuprà numer.* 39. in hac ſpecie ſtatuti excludentis fœminas propter maſculos Borell. poſt alios *d. n.* 174. An vero, & quando filia per ſtatum à ſucceſſione excluſa, intelligatur etiam necne excluſa à legitima infra.

Præfatæ autem ſententiæ non obſtat argumentum pro confirmatione primæ ſententiæ *ſuprà numero* 58. adductum, nam dos congrua filiabus excluſis à ſucceſſione parentum ex ſtatuto excludente poteſt ſuccedere, & eſſe ſubrogata loco legitimæ ad eum effectum, vt grauari nequeat, licet ſit minor quantitate legitimæ alias ſecluſo ſtatuto de iure communi eidem filiæ debitæ vt notatum eſt *ſuprà hoc cap. num.* 56. *& cap.* 7. *num.* 35. *fine*. Alia reſponſio ad idem argumentum videatur *infr. num.* 78. *fine*.

62 Contra eandem communem ſententiam videtur poſſe opponi, quod ex ſententia plurimorum Iuriſperitorum, quos referunt Merlinus *de legitima dicto titul. primo quæſtio.* 13. *numero primo, & ſecundo*, & latius Mantica *dicto titulo* 22. *numero* 13. dicens eſſe communem, ſi filia ſtante ſtatuto filias dotatas excludente à ſucceſſione patris dotetur à fratre, vel ab agnato, propter quos à ſucceſſione excluditur à ſtatuto, dos congrua non poteſt eſſe minor legitima, ſed illi æqualis eſſe debet, non apparet autem, cur dos congrua à fratre debita, & conſtituta poſt mortem patris debeat aſcendere ad quantitatem legitimæ non autem data à patre viuente. Verùm Doctores tenentes dotem congruam à patre viuo dotante conſtitutam poſſe eſſe minorem legitima, non poſſe vero eſſe minorem legitima, quando poſt mortem patris conſtituitur à fratre, vel agnato, aſſignant rationem diuerſitatis à Merlino *dicta quæſtione* 13. *numero* 8. *verſicul. ex hac opinione*, notatam ſcilicet quia viuente patre non eſt diſputandum de legitima, atque ideo non mirum, ſi dos non eſt tunc commenſuranda ad eandem legitimam, cum etiam poſſint variari facultates, & bona eiuſdem patris, quando vero pater mortuus eſt, quo tempore de iure debetur legitima, aliud videtur ſtatuendum in huiuſmodi dote congrua à ſtatuto filiabus dotatis à ſucceſſione paterna excluſis aſſignanda per fratres. Quod an ſit verum, & admittendum, oportet examinare. Sit igitur.

Stante ſtatuto à ſucceſſione patris ab inteſtato excludente filias extantibus maſculis Dos congrua mortuo patre per fratres, vel alios aſſignanda filiæ, ſeu ſorori excluſæ debet eſſe non minor legitima.

63 Difficultas ſecunda: An ſtante ſtatuto filias dotatas (ſiue ſtatutum prius iubeat eas dotari, poſtea excludat,

ſiue

ſiue prius excludat poſtea mandet dotari) excludente à ſucceſſione patris, dos congrua filiæ, quæ a patre viuente non fuit dotata, a fratre vel alio agnato, illam vigore ſtatuti à ſucceſſione patris excludente debita, & conſtituenda debeat commenſurari, & eſſe æqualis legitimæ illi de iure communi in bonis à patre defuncto relictis debitæ, an verò poſſit eſſe minor. Dixi dos congrua, quia iuxta notata *ſupra n.* 59. dos filiabus reſeruata intelligitur de congrua, licet non exprimeretur in ſtatuto, quia faceret tantum mentionem de dote, etſi multis ſtatutis loquentibus in ſpecie de dote danda, & conſtituenda a fratribus, & agnatis, propter quos filiæ excluduntur à ſucceſſione patris, præſcribatur ſorores, & alias fœminas excluſas cum reſeruatione dotis fore à fratribus, & agnatis congruè dotandas, nam in ſtatuto Patauino dicitur, vt condecenter dotentur, in ſtatuto Regienſi mandatur, vt legitime dotentur (vt de vtroque refert Merlinus *de arbitrariis caſu* 149. *n*. 24.) & in ſtatutu Mediolanenſi *cap.* 278. præcipitur, vt fœminas ex linea maſculina deſcendentes eodem ſtatuto propter maſculos a ſucceſſione aſcendentium excluſas teneantur ipſi maſculi dotare temporaliter, vel ſpiritualiter decenter ſecundum qualitatem perſonarum, & vires patrimonij ipſius aſcendentis decedentis.

63 In hac igitur difficultate plurimorum (& ſic prima) ſententia fuit, licet aliquando dos filiæ, ſeu ſorori, fœminæ vel excluſæ a ſtatuto à fratre, vel alio agnato excludente debeat aliquando conſtitui, & dari maior legitima, ſi facultates patiantur, & dignitas ſponſæ, & ſponſi tantam exigant dotem, vt aliter mulier non poſſet nubere viro pari, & pro dignitate iuxta tradita *ſuprà numero* 44. non poſſe conſtitui dotem minorem legitima, ita quod dos congrua in hoc caſu dotationis faciendæ per fratrem, vel alium agnatum non iudicanda ſit congrua niſi in quantitate æquali legitimæ, alioquin iuxta iuris communis diſpoſitionem eidem filiæ, ſeu ſorori à ſtatuto excluſæ debitæ, ita omnes Doctores *ſuprà n.* 34. *vela i*, Decius *conſ.* 179. *numero ſecund.* dicens eſſe communem opinionem Bertus *conſ.* 51. *numero* 20. *& ſequenti lib. prim.* Tuſchus *verbo dos, concluſ.* 784. *numer. quarto, & quinto* Vaſquius *de ſucceſſionum creatione* §. 20. *numer.* 239. Anton. Theſaurus *deciſ.* 192. *numer. ſecund.* Gaſpar. Anton. Theſaurus *for. quæſt. lib. quart. q.* 4. *numer.* 17. Carpanus ad ſtatut. Mediolan. *tom. prim. cap.* 278. *numero* 214. Mangilius *de imputat. quæſt.* 57. *n.* 28. Borellus (loquens de paragio, ſeu dote paragij iuxta conſuetudinem Regni Neapol. reſeruata filiabus propter maſculos a ſucceſſione parentum excluſis, ſentiens non poſſe eſſe tale paragium minus legitima) *in ſumma deciſ. tom. tertio titul. quart. numero* 172. Afflictus de eodem paragio loquens *deciſ.* 160. *fine*, & centum alij relati à Vaſquio *loco citato*, Tuſcho *verbo dos concl.* 789. *numero* 1. 3. *&* 5. Theſauro *quæſtio for. libro quarto q.* 4. *numero ſexto* Menochio *de arbitr. caſu* 149. *numero* 28. Carpano *ad dict. capit.* 278. *cit. numero* 214. Mantica *de tacit. & ambig. conu. libro* 12. *titulo* 22. *numero* 13. *verſ. hanc tamen*, Merlino *de legitima libro tertio titul. prim. quæſt.* 13. *numero prim.* & Borello *dict. numero* 173. vbi etiam refert Socinum iun. *conſil.* 150. *vol. prim.* aſſerentem oppoſitam ſententiam de iuris rigore eſſe communem, hanc tamen eſſe communem, & benigniorem, & communem, ac crebriori calculo receptam eſſe ex aliis notat Mantica loco citato, qui *numero trigeſimo primo*, arbitratur eam vti magis receptam, & benigniorem, & dotibus fauorabiliorem, eſſe amplectendam. Ad quam probandam adferuntur argumenta *ſup. num.* 36. adducta, & nonnulla alia, a Mantica, & Merlino locis allegatis regiſtrata, & pariter examinata, & diſcuſſa.

Et ampliatur hæc ſententia, vt etiamſi ſtatutum filias à ſucceſſione patris excluſas mandaret dotari arbitrio propinquorum, non poſſint propinqui arbitrari minus legitima, licet poſſint plus ſecundum ſtatum, & qualitatem, & dignitatem perſonarum ſponſæ, & ſponſi, ita expreſſe Iaſon *in auth. res quæ, in ſeptimo notab. lib. n.* 28. Gaſpar Theſaurus *d. lib.* 4. *qq. for. citata quæſt.* 4. *n.* 16. *verſ. tertius*, & Tuſchus *verbo dos, concl.* 789. *num.* 11. vbi dicit dotem non debere eſſe minorem legitima, quando a ſtatuto eſt collata in arbitrium alterius, & ad id allegat Angelum *con.* 357. *num.* 4. Ruinum *conſil.* 26. *libro tertio*, & Alexandrum *conſ.* 69. *numer. ſecund. lib. prim.* idem tradunt plures alij à Peregrino *deciſ.* 3. *n.* 9. relati.

Oppoſitam ſententiam, & quod dos congrua à ſtatuto illas excludente à parentum ſucceſſione filiabus, quibus pater viuens illam non conſtituit, debitam à fratribus, vel agnatis illas excludentibus non debeat commenſurari quantitati legitimæ, ſed poſſit eſſe minor legitima alias de iure communi tunc illis debita, ita vt iuxta tale ſtatutum dos congrua etiam à fratre, vel agnato filiæ excluſæ conſtituenda debeat dici, & ſit congrua, ſufficiat in ea conſtituenda attendere facultates à patre relictas, qualitates perſonarum, & dignitatem familiæ, morem ſeu conſuetudinem patriæ, & patris, vt ſi iis circumſtantiis inſpectis dos conſtituta arbitrio viri boni, ſeu iudicis æſtimetur congrua, & ſatis ſit vt filia excluſa nubat viro pari, & pro dignitate, per huiuſmodi dotem ſatisfiat tali ſtatuto, licet non ſit commenſurata legitimæ portioni, ſed ea minor, neque ideo poſſit filia ſic a fratre, vel ab agnato dotata petere ſupplementum vſque ad legitimam, vltra cuius etiam quantitatem foret dos conſtituenda, ſi dignitas iugalium id requirat, vt ſine tanta dote filia excluſa non poſſet nubere viro pari, & pro dignitate natalium, & perſonæ, vt etiam cenſent Doctores prioris ſententiæ, & ex traditis *ſuperius num.* 40. conſtat, ita Socinus ſen. *conſilio.* 288. *num.* 17. *verſ. quare viſum ſemper fuit lib. ſecund.* Ruinus *conſ.* 34. *conſ.* 27. *numero tertio, & conſ.* 56. *num.* 11. Socinus iun. *conſ.* 61. *num.* 8. *lib.* 4. Alexander *conſ.* 69. *n. ſecund. lib.* innumeri alij ex antiquis à Menochio *d. caſu* 149. *n.* 24. *& ſequentibus & conſil.* 168. *numero* 25. Theſauro *qq. for. lib.* 4. *quæſt.* 4. *num. quarto* Merlino *d. quæſtione* 12. *num* 9. Borello *d. tit.* 4. *num.* 172. & M. Antonino *var. lib.* 2. *reſol.* 27. *num.* 11. *relati*, iidem Menochius *d. caſu* 149. *numero* 24. *& ſequentibus*, Merlinus *dict. quæſt.* 12. *dict. num.* 9. *& ſequentibus* M. Antonius *dict. num.* 11. Vrſillus *ad annot. ad dict. deciſion.* 160. Afflicti, *loquens de dote paragij*, Peregrin. *deciſ. tertia num.* 9. *fine* Molfeſius *ad conſuet. Neap., art.* 3. *quæſtio. ſeptim. numero* 17. Laderchius *conſilio.* 127. *num. prim. & ſequentibus* Rota Romana *deciſ.* 195. *numero tertio part. ſecund. recent.* & Fontanell. *de pactis nupt. clauſul.* 5. *Gloſſa* 8. *part.* 12. *numero* 16. Qui præcipue fundantur, quia ſtatutum reſeruat ſolum dotem congruam iuxta Doctrinam *ſuprà numero ſecundo, tertio* §. *prim. & num.* 37. *&* 60. traditam, & communiter approbatam. Congruitas autem dotis non diiudicatur habito reſpectu ad quantitatem legitimæ, ſed boni viri, ſeu iudicis arbitrio æſtimatur habita conſideratione, & ratione ad vires facultatum dotantis, qualitatem natalium, & conditionem perſonarũ, virique, & vxoris dignitatem, numerum filiorum, conſuetudinem patriæ, & familiæ ac patris. Quibus omnibus inſpectis dos, & poteſt æſtimari congrua, licet ſit minor legitima, & quandoque poteſt, & debet æſtimari minus congrua, niſi excedat legitimæ quantitatem, vt ſæpius dictum eſt. Addit Molfeſius *dicto n.* 17. illam dotẽ filiabus excluſis à ſucceſſione parentum à ſtatuto, vel conſuetudine loci reſeruatam reſeruari, & ſubrogari à ſtatuto loco legitimæ, non tanquam legitima, & ſic ſatis eſſe, vt tempore dotationis ſit congrua conſideratis præfatis circumſtantiis, licet ſit in quantitate minor legitima, & aliud ſit dos congrua, aliud legitima, & ex diuerſis

conſidera-

diuerſis conſiderationibus & reſpectibus quantitas dotis,& quantitas legitimæ æſtimentur iuxta notata *ſupr. num.* 34. confirmat hanc ſententiam Honded. *conſilio* 10.*n.*21.*&* 22. & poſt eum Melinus *de legit. n.*3. *q.*12.*num.*8. quia ſtatutum dotem filiæ excluſæ reſeruans conſiderat tantùm actum dotationis, non quantitatem.

65 Verùm, vt ſemotâ omni confuſione, quæ apud nonnullos Iuriſperitos de hac congruitate dotis, præſertim reſeruatæ fœminis excluſis à ſucceſſione, & quæ fieri poteſt maiori claritate difficultas propoſita reſoluatur; duo dubia videntur diſcutienda, primum an per ſtatutum à ſucceſſione parentum exiſtentibus maſculis excludens filias dotatas, ſiue priùs excludat, & poſtea mandet dotari, filia excluſa à ſucceſſione, cenſeatur etiam vigore ſtatuti excluſa necne à legitima illi de iure communi poſt mortem patris debita in bonis à patre defuncto relictis. Alterum ſuppoſito, quod intelligatur excluſa à legitima adhuc dos congrua, quam eidem filiæ excluſæ à viuente patre, non dotatæ dare tenentur, non debeat eſſe in quantitate minor legitima de iure communi illi debita patre defuncto in eius hæreditate, ſeu in eius bonis relictis: licet aliquando debeat eſſe maior ſic exigente iugalium conditione.

Per ſtatutum excludens fœminas propter maſculos à ſucceſſione patris, vel aui ab inteſtato; ſiue excludat reſeruando illis dotes; ſiue excludat ſimpliciter nihil illis reſeruans, an cenſeantur fœminæ excluſæ etiam à legitima.

66 Quoad primum dubium, an per ſtatutum excludens à ſucceſſione parentum ab inteſtato filias dotatas (ſiue priùs mandet dotari, & poſtea excludat, ſiue priùs excludat, & poſteà iubeat dotari) extantibus maſculis, filiæ ſeu fœminæ à ſucceſſione excluſæ cenſeantur, & ſint excluſæ etiam à legitima, alioqui illis ex iuris communis diſpoſitione ſibi debita poſt mortem patris in eius bonis, vna plurimorum Iuriſperitorum ſententia eſt, filiam à ſucceſſione parentum ab inteſtato excluſam intelligi etiam per ſtatutum excluſam à legitima, ita Bartholus *in l. Titio centum, §. Titio genero, ff. de condit. & demonſtrat. ibidem* Paulus de Caſtro, *ibidem* Baldus, Imola, Aretinus, Alexander, idem Paulus de Caſtro *conſ.*59.*conſ.*196. *conſ.*276. *& conſ.*324. *circa finem, lib.*1.*conſ.*6.*per totum, conſ.*7.*in princip. conſ.*9. *in princ. conſ.*16.*in princip. & conſ.*146. *lib.*2. Alexander *conſ.*69.*in princip.* Decius *conſ.*297. Decianus *conſ.*6. *num.*13.*& ſeqq.* Craueta *conſ.*236. Socinus ſen. *conſilio* 288.*n.*13.*lib.*2. Berous *conſ.*51.*n.*21.*lib.*1. quos & alios ex antiquis Iuriſperitis innumeris referunt Lud. Ioſeph. *deciſ. Peruſ.*21.*n.*41. Menochius *conſ.*8.*n.*3. Laderch. *conſ.*127.*num.*2. *verſ. non obſtat.* Tiraquel. *de primog. q.*55. *num.*9. Vaſquius *de ſucceſſionum creatione §.*20. *num.*237. *& §.*21. *num.*136. *verſ. contrariam partem*; Tuſchus *verbo ſtatutum, concl.*861.*n.*53. *&* 54. Mareſcottus *variar. lib.*2.*c.*8.*n.*2. *&* 3. Peregr. *deciſ.*3. *num.*4. & Merlinus *de legit. lib.*3. *titul.*1.*q.*2. *n.*42. *& q.*13. *n.*11. Præter quos ita etiam Laderch. Lud. Ioſeph. Mareſcot. Merlinus, Peregrinus *locis allegatis*, Vaſquius *d.§.*20.*n.*238.*& d.§.*21. *citato n.*136. *d. verſ. contrariam partem*, Carpanus *ad ſtatut. Mediol. tom.*1. *cap.*278. *num.*179. & Fontanella *de pact. nupt. clauſ.*5. *Gloſſa* 8.*p.*1. *num.*16. atque certè ita ſentire videntur omnes Iuriſperiti relati *ſuprà c.*7.*n.*44.*&* 46. ſentientes, dotem non ſuccedere loco legitimæ ſtante ſtatuto priùs excludente à ſucceſſione fœminas, poſteà mandante eas dotari, & alij *ſuprà eod. cap.*7. *num.*48. relati, tenentes, etiam ſtante ſtatuto excludente filias dotatas à ſucceſſione, dotem non ſuccedere loco legitimæ. Et hanc ſententiam eſſe in puncto iuris veriorem, & magis receptam teſtatur Vaſquius *d.§.*20.*num.*239. & contrariam, quod filia excluſa per tale ſtatutum non excludatur à legitima, communiter improbari tradit Socinus ſen. *d. num.*17. Ratio, qua iidem Doctores omnes innituntur, eſt, quæ *ſuprà cap.*7.*num.*58. habetur, ſcilicet quia legitima eſt tertia, vel medietas portionis, quæ debetur ab inteſtato iuxta omnes, & iura *dicto n.*58. allegata, & conſequenter per ſtatutum ſublato iure ſuccedendi ab inteſtato, cenſetur ſublatum ius petendi legitimam, vel eius ſupplementum, & ſeu facta excluſio à legitima, quæ eſt portio ſucceſſionis ab inteſtato: excluſus enim à toto intelligitur excluſus etiam à parte *l. fundi in fin. ff. de fund. inſtruct. l.*1.*&* 2. *ff. de pecun. leg. & l. in toto, ff. de reg. iur.* extendit Vaſquius *d. §.*21. *citato verſ. contrariam partem*, vt dum ſtatutum ſimpliciter & generaliter aliquem excludit à ſucceſſione paterna ab inteſtato, etiam in dubio per ſtatuentes intelligatur facta excluſio à legitima filia igitur quæ, illi reſeruata dote per ſtatutum, eſt excluſa à ſucceſſione paterna, intelligitur etiam excluſa à legitima.

Et ob eandem rationem, quia legitima eſt portio 67
ſucceſſionis ab inteſtato, & conſequenter excluſus ſimpliciter & abſolutè à ſucceſſione ab inteſtato intelligitur excluſus à legitima, etiam quando ſtatutum nulla dotis facta mentione, nullave dote illis expreſsè reſeruata ſimpliciter excludit fœminas, ſeu filias à ſucceſſione parentum extantibus maſculis, filias intelligi, & eſſe excluſas à legitima ſentiunt Caſtro *conſilio* 6. *in princip. lib.*2. à Tuſcho *d. concl.*661. *num.*18. *relatus*, Vaſquius *d.§.*20.*num.*238.*&* 239. Mareſcot. *d. cap.*8. *n.*3. Laderch. *loco citato alij ſuprà d. cap.*7.*n.*58. *allegati*, & ad id faciunt omnes Iuriſperiti à Menochio, Vaſquio, Tiraquello, & Mareſcotto *locis num. præcedenti relatis*, abſolutè & indiſtinctè aſſerentes excluſum à ſucceſſione ab inteſtato, excludi etiam à legitima, quæ eſt portio, ſeu pars eius; quod debetur ab inteſtato, idque ſiue teſtamentum ſit factum, ſiue non ab eo, à cuius ſucceſſione ſtatutum excluditur. Quod ſi contra prædicta obiiciatur, ſtatutum ſemper oportere interpretari, vt minus à iure communi recedat quam ſit poſſibile; ac proinde cùm ſtatutum poſſit capi, vt tantùm excludat à ſucceſſione, interpretandum eſſe vt à legitima (ſaltem cùm dotem expreſsè reſeruat) non excludat fœminam, & ius commune in hoc nam corrigat; prout quando ſtatutum poteſt operari duos effectus ad correctionem iuris, eſt capiendum; vt in vno tantùm caſu corrigat, in alio verò non deuiet à diſpoſitione iuris communis vt Rolandus *conſ.*72. *numero* 38.*lib.*3. Oſaſcus *dec.*167. *num.*22. & alij apud eoſd. & Merlin. *d.q.*13. *n.*4. Reſpondetur hæc procedere in dubio, non in claris, cum ex ſupra traditis videatur ſatis clarè conſtare, in excluſione vniuerſali à ſucceſſione includi legitimam confirmatur eadem ſententia, quod per eadem ſtatuta ſimpliciter vel reſeruatis dotibus excludentia fœminas à ſucceſſione patris ab inteſtato propter maſculos, illæ excludantur pariter à legitima; quia huiuſmodi ſtatuta omninò fauorabilia iudicanda ſunt, licet contra ius commune ſint, & aliquo modo odium contineant: nam ſtatuentium finis præcipuus eſt agnationis conſeruatio, quamvis ea ſtatuta in fœminarum odium incidenter conuertantur, nihilominus fauorabilia, non odioſa cenſenda ſunt conſiderata principali ſtatuentium intentione, vt aliis Iuriſperitis relatis Lud. Molina *de primog. lib.*1. *cap.*18. *num.*4. Steph. Gratianus *diſcep. for. tom.*1. *c.*148. *n.*4. & Rota Rom. *dec.*457. *num.*6. vbi enim lex partim eſt fauorabilis, partim odioſa, ſi præponderat fauor (vt in præſenti præponderat fauor filiorum in conſeruanda agnatione) lex dicitur, & eſt abſolutè fauorabilis ſum-

pta

pta denuminatione à potiori, & à principali intentione legiſlatoris, vt poſt alios Molina *d.c.* 18. *n.* 2. *&* 3. Menoch. *de recuper. poſſeſ. remed.* 1. *n.* 37. Molin. *de ritu nupt. lib.* 2. *differ.* 7. *n.* 34. *& loco cit.* Gratian. ſuppoſito autem, quod huiuſmodi ſtatuta excludentia fœminas propter maſculos ſint fauorabilia, ſunt etiam amplianda, vt excludant etiam à legitima.

68 Quibus tamen non obſtantibus oppoſitam ſententiam, & filiam, à ſtatuto illi dotem reſeruante excluſam à parentum ſucceſſione, non eſſe excluſam à legitima ſibi de iure communi in bonis patris defuncti debitã, vbi ſtatutum de ea non facit mentionem, amplexi ſunt Salicet. *in l. ſancimus, n.* 5. *C. de nupt. in l. ſi ſerui veſtri, n.* 27. *C. de nox. act. & in auth. nouiſſima, n.* 50. *C. de inoff. teſtam. ibid.* Iaſon. *n.* 53. 54. *&* 57. Bald. *conſ.* 273. *& conſ.* 452. *lib.* 5. *& conſ.* 71. *num.* 2. *& ſeqq. libro* 4. Cæphalus *conſ.* 117. *num.* 9. *& conſ.* 120. Aleſander *conſ.* 7. *n.* 6. *& ſeqq. lib.* 2. Caſtrenſis *conſ.* 73. *conſ.* 266. *lib.* 1. *& conſ.* 363. à Tuſcho *verb. ſtatutum, concl.* 661. *num... relatus*, & plurimi alij ex antiquis Iuriſperitis à Tiraq. *de primog. allegata q.* 55. *numero* 8. Menochio *d. conſ.* 8. *num.* 13. Merlino *de legitima, lib.* 3. *tit.* 1. *q.* 2. *n.* 29. & Vaſq. *de ſucceſſ. creat. d.* §. 21. *num.* 136. & Fuſario *de ſubſtit. q.* 297. *numero* 26. *relati*, idem Menoch. *dict. num.* 53. Fuſar. *d. num.* 26. & Mantica *de actu. & amb. conn. lib.* 12. *num.* 13. *& n.* 20. *verſ. ſed reſpondetur primo*, & eſſe opinionem magis æquam, licèt altera ſibi videatur verior in puncto iuris, tradit Vaſq. §. 20. *num.* 239. & etiam quando ſtatutum priùs excludit fœminas, & poſtea mandatur dotari, tali ſtatuto filiam à ſucceſſione excluſam non cenſeri excluſam à legitima expreſſè ſentit Caſtrenſis *d. conſ.* 73. Probatur hæc ſententia præcipuè, quia legitima, vti ſpecialiter priuilegiata non comprehenditur ſub generalitate verborum, ſtatutore generaliter loquente, & nullum verbum de eadem legitima faciente; ac proinde ſtatuto, vel renunciatione non tollitur, ſeu ab ea quis non excludit, ſine ſpeciali expreſſione legitimæ facta in ſtatuto, vel renunciatione *l. ſi quando*, §. *& generaliter, &* §. *illud, C. de inoff. teſtament.* & expreſſe Iaſon. & Cæphalus *locis allegatis*, & alij *ex allegatis d. c.* 7. *citato n.* 60. & quando ſtatutum excludit dotatas, ſcilicet prius iubet dotem dari filiabus, & poſteà excludit, probat ratio *dicto capite* 7. *numero* 44. adducta ſcilicet, quia tunc fœmina non dicitur totaliter excluſa à ſucceſſione, vt proinde poſſit etiam dici excluſa à legitima, cùm ſtatutum priùs det dotem tanquam legitimam, & ex poſt à reliquo excludat. Et licet Ludou. Ioſeph. *dec. Peruſ.* 21. *n.* 48. ex Cæphal. *conſ.* 220. *n.* 10. *lib.* 1. *d. leg. ſi quando*, §. *generaliter*, ex qua videtur conſtare in legitimæ renunciatione, & priuatione ſpecialem expreſſionem requiri, dicat id intelligi quoad diſpoſitionem hominis, vt putà teſtatoris, ſeu filij viuentis, non autem diſpoſitione legali, & ſtatutaria, id tamen præallegati Doctores, & alij apud eoſdem nolunt procedere, & in diſpoſitione legali & ſtatutaria, quando ſtatutum vltra excluſionem à ſucceſſione patris, aut aui, non addit alia verba, ex quibus plane conſtet filiam dotatam à legitimæ petitione excludi, vt euenit quando iubet filiam excluſam debere eſſe contentam dote à patre datà vel promiſſa, vel nihil vlteriùs poſſe petere, de quo infrà *n.* 84. *& ſeqq.*

69 Propter præfatam autem rationem, quod legitima neque in ſtatuto, neque etiam in renunciatione non comprehenditur, aut tollitur, ab eave quis excluditur, niſi ſit facta ſpecialis expreſſio, & mentio eiuſdem legitimæ contra tradita *ſuprà num.* 67. etiamſi ſtatutum nulla dote illis reſeruata, nullaque dotis mentione filias ſimpliciter excludat ab hæreditate, ſeu ſucceſſione patris, filias non intelligi neque eſſe excluſas à legitima, eiuſque petitione, ſentiunt abſque dubio Salic. Iaſon, Cæphal. *locis allegatis*, & alij ex antiquis Iuriſperitis à Tiraquello, Menochio, Merlino, Fuſario, & Vaſquio *locis num. præcedenti relati* à Graſſo §. *legitim. q.* 3. *n.* 6. & Borello *in ſumma dec.* 10. 3. *tit.* 4. *n.* 146. *relati*, Socin. Corn. *locis ſuprà d. c.* 7. *n.* 67. *allegati*, cùm ob præfatam rationem generaliter ſentiant legitimam ſtatuto non tolli, niſi ab ea expreſſè, & ſpecialiter excludat. Et loquentes expreſſe, & ſpecialiter, quando ſtatutum ſimpliciter, & abſolutè, ac generaliter nihil illis reſeruando pro dote à ſucceſſione patria excluderet filias, nihil dicens de legitima, eas non intelligi, neque eſſe excluſas à legitima, tradunt Menoch. *conſ.* 168. *n.* 26. Gaſpar. Theſaur. *q. forenſ. lib.* 4. *alleg. q.* 4. *num.* 9. *&* 10. & alios allegans Merl. *d. q.* 2. *n.* 53. quos ad id allegaui etiam *d. c.* 7. *cit. n.* 60. vbi præter illam rationem generalem quod legitima non tollitur ſine ſpeciali expreſſione probatur tum ratione à Merlino adducta, & ibi notata, tum alia ratione Menochij *conſ.* 168. *dicto num.* 26. ſed quia quando ſtatutum excludens fœminas propter maſculos non prouidet illis de dote, tunc videtur voluiſſe quod illis ſalua eſſet legitima reſiduo reſeruato maſculis. Porrò ad illud quod ſtatuta excludentia à ſucceſſione patris ab inteſtato fœminas propter maſculos ſint fauorabilia, & extendi propterea debeant ad legitimam, reſpondetur ex traditis *ſuprà cap.* 7. *n.* 73. huiuſmodi ſtatuta dici fauorabilia vbi conſtet ſtatuentes voluiſſe excludere propter maſculos & agnationem fœminas à ſucceſſione, ſecus quando dubium remanet de intentione.

70 Suppoſita igitur præfata ſententia quod per ſtatutum excludens fœminas à ſucceſſione patris propter maſculos, ſiue excludat reſeruando illis dotes, ſiue excludat ſimpliciter & abſolutè, non faciens mentionem de legitima, filia excluſa à ſucceſſione non ſit excluſa à legitima illi debita in bonis patris defuncti, certum eſt filiæ, ſeu ſorori excluſæ fratrem, vel alium agnatum, propter quos à ſtatuto à ſucceſſione patris, vel aui paterni excluditur, illi poſt mortem patris, vel aui dotantem debere dare dotem non minorem legitima, & ſi dederit in minori quantitate, illam poſſe petere ſupplementum vſque ad quantitatem legitimæ ſibi in bonis patris, vel aui paterni defuncti relictis.

71 Si verò à patre, vel auo viuente eadem filia excluſa à ſucceſſione, & non a legitima dotetur, dos congrua non erit commenſuranda iuxta quantitatem legitimæ (ſine habito reſpectu ad legitimam, ſi eo tempore dotationis pater, vel auus moreretur, ſine ad legitimam, quæ bonis paternis poſt dotationem auctis ei poſt mortem eiuſdem patris, vel aui debetur) ſed ſufficiet, vt dos ſit congrua inſpectis viribus patrimonij, dignitate natalium, & perſonarum, liberorum numero, & conſuetudine patriæ, familiæ, & patris *ſuprà hoc. c.* §. 1. *& n.* 37. *&* 60. licet fuerit minor legitima. Quod ſi illis circunſtantiis non fuerit congrua eadem dos à patre, vel auo viuente conſtituta, poterit filia etiam viuo patre, vel auo petere ſupplementum dotis vſque ad congruitatem iuxta tradita *ſuprà hoc cap. num.* 38. & Doctores *ibid.* allegatos, ſi verò fuerit licet viuente patre, vel auo dotante, non poſſit filia petere ſupplementum vſque ad legitimam; hoc tamen poterit petere à fratre, vel agnato illam excludente eodem patre vel auo defuncto iuxta ſupra *num.* 39.

72 Prædicta tamen, vt ſtantibus præfatis ſtatutis quibus ſupponitur filiam excluſam à ſucceſſione non eſſe excluſam à legitima, filia excluſa, quæ habuerit (ſiue à patre viuente, ſiue eo defuncto à fratre, vel ab alio agnato) dotem legitima minorem, poſſit poſt mortem patris petere ſupplementum vſque ad quantitatem legitimæ, non procedunt, ſi conſuetudo patriæ poſt conditum ſtatutum introducta habeat, vt filiæ ſimili ſtatuto excluſæ detur dos minor legitima tam à patre quam

à

à maſculis, propter quos ſit excluſa, quæ ſit congruà inſpectis ſupradictis qualitatibus, & circumſtantiis, & tali dote congrua filiæ conſtituta iuxta eandem conſuetudinem loci non admittetur ad vlteriorem petitionem ſupplementi vſque ad legitimam contra fratres, alioſve maſculos hæredes patris illam a ſucceſſione patris excludentes. Conſuetudo enim patriæ quoad congruam dotem, ſiue introduxerit, vt dos filiabus excluſis à ſucceſſione patris debita ſit minor legitima, ſiue æqualis, & ſiue conſtituatur à patre, ſiue à fratre, vel agnato hærede patris poſt patris mortem, & ſeruanda, vt conſtat ex traditis *ſupra numero* 22. & Doctoribus *ibidem & numero* 27. allegatis, & tradunt expreſsè Cumanos *conſilio* 46. *fine*, Grammaticus *decif.* 10. à Tuſcho illos approbante *verbo Dos, concluſ.* 789. *numero* 18. *& verbo ſtatutum, concluſ.* 601. *numero* 14. & alios allegans Merlinos *de legitima, libro tertio, titulo* 1. *allegata quaſt. decima tertia, numero decimo quinto.* Conſuetudo enim poteſt inducere aliquid contra legem communem, & etiam contra legem municipalem, & ſtatutariam antea conditam: & ſic eſt attendenda, & ſeruanda tanquam noua lex, vt alibi ſuprà probatum eſt.

Suppoſita ſententia, quod filia per ſtatutum nihil dicens de legitima excluſa à paterna ſucceſſione ab inteſtato, ſit etiam excluſa à legitima; An vbi pater viuens ei dotem non conſtituit, dos illi poſt mortem patris per fratrem, vel alium agnatum eam excludentem aſſignanda debeat eſſe non minor legitima.

73 Quoad alterum dubium, An ſuppoſito, quod per ſtatutum, ſiue ſimpliciter, & nihil illis reſeruando excludens filia propter maſculos à ſucceſſione patris ab inteſtato, intelligatur, & ſit filia a ſucceſſione excluſa, & etiam à legitima excluſa, nihilominus vbi pater viuens eam non dotauit, dos congrua, quam frater vel alius agnatus patris hæres tenetur illi dare, non debeat eſſe minor legitima alioqui de iure communi debita, & ſi minor fuerit illi conſtituta, poſſit petere ſupplementum vſque ad quantitatem legitimæ, plurimi Iuriſperiti amplexi ſunt ſententiam affirmatiuam, ita omnes iuriſperiti qui ſtante tali ſtatuto diſtingunt inter patrem, & fratres, & aſſerunt patrem filiæ excluſæ non teneri dare dotem pro portione legitimæ, ſed vt dotata à patre non ſuccedat, nec poſt illius mortem poſſit petere aliquod augmentum, ſeu ſupplementum vſque ad legitimam, ſatis eſſe, quod fuerit competenter & congruenter dotata pro modo facultatum eodem tempore dotationis à patre poſſeſſarum, & habito reſpectu ad dignitatem naturalium, & conditionem perſonarum, numerum, liberorum, & conſuetudinem patriæ; fratres verò ſorori à patre viuente minimè dotatæ non debere dare dotem minorem legitima: quos Doctores latè refert Laderchius *conſilio trigeſimo octauo, numero quarto*; inter quos præcipuè Corneus *conſilio centeſimo ſeptimo, fine vol ſecund. & conſilio centeſimo decimo quinto, fine vol.* 3. Riminald. *conſi io trecenteſimo trigeſimo nono; numero ſexto*; & Alexander *conſilio centeſimo ſexageſimo tertio, numero tertio*, ità etiam Afflictus *deciſione* 160. Grammaticus *deciſione quinquageſima ſeptima, numero* 21. 40. *&* 41. *& deciſione* 101. *numero* 67. Comanus *conſilio decimo ſexto, circa finem*, Caſtrenſis *conſilio* 363. *in principio, lib.* 1. Decios *conſilio* 179. *numero ſecundo*, Crauetta *conſ.* 276. *numer.* 1. 2. *&* 3. Boërius *conſil.* 51. *numero* 20. *& ſequentibus* [loquens tamen ſtante ſtatuto non excludente ſimpliciter] & in totum, ſed mandante filiam excluſam dotari, & idem ſentit Tuſchus *verb. Dos, concluſione* 784. *num.* 4. *& concluſ.* 789. *numero* 26. & eundem Berous referens] Carpanus *ad dictum cap.* 278. *ſtatutum Mediolani, numer.* 214. & omiſſis pluribus aliis à Mantica *de tacitis & ambiguis, conu. lib.* 12. *tit.* 22. *numero* 13. Menochio *de arbitr. dict. caſ.* 149. *num.* 221. *& d. conſ.* 8. *n.* 14. Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *quaſt.* 13. *n.* 1. & Borello *in ſum. dec. tom.* 3. *tit.* 4. *n.* 173. relati iam etiam ſentiunt iidem Mantic. *d. tit.* 22. *n.* 20. *verſ. ſecundo præſuppoſito, & tit.* 23. *per tot.* Borell. *d. n.* 179. Vaſquios *de ſucceſſionum creat.* §. 20. *n.* 239. [dicens, quod licet in tali ſtatuto legitima non videatur excepta, tamen nomine dotis eam conſequitur filia], Menoch. *d. conſ.* 8. *n.* 13. *&* 14. Mengil. *de imputationib. q.* 57. *n.* 28. Gaſpar. Theſaur. *q. for. lib.* 4. *d. q.* 4. *n.* 17. Rot. Rom. *dec.* 131. *n.* 13. *p.* 4. *diuerſorum* Marelcot. *var. lib.* 2. *c.* 69. & Steph. Gratian. *dec.* 19. *n.* 4. Ita denique Anton. Faber *lib.* 3. *ſui Cod. tit.* 1-2. *definit.* 20. *fine*, vbi ita ſcribit ſi ex lege municipali cautum ſit, vt filia congruenter dotata excludatur a iure petendæ legitimæ [cuiuſmodi ſtatuta, ſubdit in Scholio *n.* 13. ſunt in Italia] non improbabiliter defendi poteſt, dotem in hoc caſu ſuccedere legitimæ, ideoque nec aliter congrua videri debere, quam ſi legitimæ reſpondeat, non vt maior eſſe nequeat, ſed vti ne minor tempore dotis conſtitutæ inſpecto. Et licet oppoſitam ſententiam de iuris rigore eſſe communem, & magis receptam dicant Socinus ſen. *conſ.* 150. *vol.* 1. Vaſquius & Borel. *locis alleg.* hanc tamen aſſerunt, & eſſe communem, & magis æquam ac benigniorem. Hæc ſententia omiſſis aliis rationibus *ſup. n.* 36. adductis, & *ibid.* reiectis, & nonnullis aliis relatis a Mantic. *d. tit.* 22. & Merlin. *d. q.* 13. qui pariter ad illos reſpondent. Probatur præcipue, quia dum ſtatutum fœminas à ſucceſſione excludit mediante dotatione, reſeruando illis dotes congruas, ex eodem ſtatuto, & ſtatuentium mente dos reſeruata cenſetur ſuccedere & eſt ſubrogata loco legitimæ iure communi illis debitæ iuxta tradita *ſupr. cap.* 7. *n.* 43. 44. 50. *&* 69. ac Doctores *ibid.* allegatos, & conſequenter non debet eſſe in quantitate minor legitima iure communi debita, nam ratione ſubrogationis eiuſdem debet dos habere omnes illas qualitates, quæ legitimæ inſunt, cùm ſubrogatum ſortiatur naturam, & ius illius, in cuius locum ſubrogatur *l. ſi eum, §. qui iniuriarum. ff. ſi quis caut. & §. fuerat inſtitut. de action.* Et ſi aliter diceretur, non ſaperet præfatum ſtatutum æquitatis, & iuris naturalis rationem ac interpretationem, quæ reiecta verborum cortice ſumenda eſt: & hoc argumento vtuntur Alexand. *d. c.* 7. *n.* 2. Cort. ſen. *conſil.* 38. *n.* 3. & alij relati à Mantic. *d. tit.* 22. *n.* 11. Merlin. *dict. q.* 13. *n.* 8. & à Menoch. *d. conſ.* 8. *n.* 14. qui poſt illos eodem argumento hanc ſententiam confirmat. Confirmat Berous *d. conſ.* 51. *n.* 20. Quia quando ſtatutum excludens fœminas propter maſculos mandat eas dotari, non excludit in totum à ſucceſſione paterna, ſed illis reſeruatur ſucceſſio quoad dotem, ideoque dote non debet eſſe minor legitima. Hæc tamen ratio niſi coniuncta cum præcedenti poteſt probare. Extenditur verò hæc ſententia, vt dos non debeat teneri, & eſſe minor legitima, etiamſi ſtatutum mandaret filias excluſas dotari arbitrio alterius puta propinquorum, vt expreſsè tradunt Doctores *ſuprà n.* 64. relati.

Contra hanc ſententiam ſi obiiciatur quod quando filia tali ſtatuto excluſa à ſucceſſione ſi dotatur a patre 74
viuente, dos congrua potuit eſſe minor legitima, vt *ſupr. n.* 60. probatum eſt, nec mortuo patre poteſt filia à fratribus, aliiſve maſculis propter quos à ſtatuto exclúditur à paterna ſucceſſione, poteſt petere ſupplementum vſque ad legitimam, vt ſentiunt Iuriſperiti *dicto numero ſexageſimo*, & alij apud eoſdem, reſpondetur eſſe diuerſam rationem in patre dotante, & in fratribus, & aliis agnatis dotantibus poſt mortem

 patris

patris; Primò quia (vt notatum eſt *ſuprà n.61. verſ. contra eandem communem*) viuente patre non debetur legitima filiæ, ac proinde dos non eſt commenſuranda ad eandem legitimam; & eo mortuo non habetur conſideratio legitimæ, cùm ipſe iam congruenter dotauerit; at verò quando pater mortuus eſt, nondum dotata ab ipſo viuente filia, quo tempore de iure debetur legitima, aliud ſtatuendum videtur in huiuſmodi dote à ſtatuto reſeruata, filiæ aſſignanda & conſtituenda per fratres vt ſit congrua: nam cum eo tempore legitima debeatur, eidem videtur debere commenſurari dos congrua, quam tunc frater, filiam ſeu ſororem à ſucceſſione excludens dare tenetur, ita expreſsè Decius *conſilio 35. ad finem, conſilio 89. ad finem, & conſ. 26.* & poſt eum Tuſchus *verbo dos, concluſione 784. numero 28.* Secundò ratio diuerſitatis eſt, quia quoad dotem congruam filiæ excluſæ aſſignandam lex, ſeu ſtatutum non tantùm confidit de fratribus, & propinquis & aliis, quorum arbitrio remiſſa ſit aſſignatio, & conſtitutio dotis fœminis excluſis dandæ, ſicut de patre: lex enim multùm confidit de patris facto *leg. nec ea, ff. de adulteriis, leg. patre furioſo, ff. de iis, qui ſunt ſui, vel alien. iuris*, ita Gaſpar. Theſaurus *d. n. 17.*

75 Limitatur verò prædicta ſententia ab Alexandro *conſ. 69. numero ſecundo, libro primo*, à Tuſcho *verbo ſtatutum, concluſione 661. numero 15.* vt dos non debeat eſſe quantum legitima, ſi extarent maſculi filij, ſeu deſcendentes hæredes patris, propter quos à ſtatuto filia à ſucceſſione excluderetur, quod idem tradit Berous *dicto conſilio 451. numero 20.* & poſt eos Tuſchus *verbo dos, concluſione 784. numero 3. & 16. & concluſione 789. numero 26. & verbo ſtatutum, concluſione 661. numero 16.* ſecus verò filia excluderetur à ſucceſſione patris propter extantes maſculos extraneos, quique non eſſent filij, & deſcendentes maſculi, nam tunc dotem non debere eſſe minorem legitima, tradunt Berous *dicto conſilio 51. numero 19.* & Tuſchus *locis citatis*, qui etiam *dicta concluſione 789. dict. num. 26.* ad id refert Ruinum *conſ. 27. numero 10. libro 3.* & Socinum *conſilio 75. numero octauo, & ſequentibus, lib. 3.*

76 Limitatur etiam, vbi conſuetudo patriæ haberet, quòd dos congrua poſſit eſſe minor legitima habita tamen ratione patrimonij, & conditionis perſonarum, ita Cumanus, Grammaticus, & Tuſchus *locis ſuprà n. 72 allegatis*, & probant *ibidem* tradita.

77 Ex prædicta autem ſententia ſequitur (quod aſſerunt omnes eius aſſertores) vt ſi filia excluſa à fratre, vel agnato habuerit dotem minorem legitima, poſſit ſupplementum vſque ad legitimam petere. Quod ſi viuens non petierit, ea mortua hoc ius petendi ſupplementum non tranſmittatur ad eius hæredes, tradit Theſaurus *d. quæſtione 4. numero 19. & 20. ex deciſione Senatus Sabaudiæ*, & approbat Merlinus *dicta quæſtione 13. numero 18.* at ſuppoſito, quod dos ex ſtatuto reſeruata fœminis excluſis ſuccedat loco legitimæ, ius filiæ excluſæ prætendendi illud ſupplementum tranſmitti ad illius hæredes probant tradita *ſuprà cap. 7. numero 45. verſ. ſecundum*, vbi enim dos ſuccedit loco legitimæ vigore ſtatuti, eſt tranſmiſſibilis ad hæredes, vt tradunt Doctores *ibid.* citati, & alij, quos Borellus *in ſum. deciſ. tom. 3. tit. 4. n. 188. & 189. refert*, & ſic idem Theſaurus *dicto numero 20.* dubitat de illa deciſione ſui Senatus, cui obſtat præfata traditio doctrinæ, de qua Vincentius de Franchis *deciſ. 618.* ab eodem Theſauro *d. numero 20. allegata*, & etiam à me *d. capite 7. citato num. 45.*

78 Prædictis tamen non obſtantibus, contrariam ſententiam, & ſuppoſito quòd per ſtatutum fœminas excludens propter maſculos à ſucceſſione patris, vel aui paterni (ſiue excludat illis reſeruando dotes, ſiue excludat ſimpliciter, & abſolutè, nihil reſeruando), ſint fœminæ excluſæ a legitima, non ſolùm ſi à patre viuente, ſed etiam cum mortuo patre dotantur à fratre, aut agnato, ſeu maſculo illas à ſucceſſione excludente, dotem congruam non debere eſſe æqualem legitimæ, ſed poſſe eſſe minorem, & ad earum excluſionem ſatis eſſe, ſi dos arbitrio viri boni, ſeu iudicis diiudicetur, & ſit congrua habita ratione non ad legitimæ quantitatem, ſed ad vires patrimonij à patre relicti, perſonarum qualitatem, & morem regionis; tametſi ſit in quantitate minor legitima, tenent omnes Doctores *ſuprà numero 64. allegati*, & plurimi alij à Gaſp. Anton. Theſauro *dicta quæſtione 4. numero 8.* à Menochio, Merlino, Mario Antonino, Borello *locis eod. numer. 64. allegatis*, & Peregrino *d. dec. 3. numero 6. relati*, quam ſententiam puto veriorem, & probatur, quia, dum ſtatutum propter maſculos filiam excludit à ſucceſſione, & etiam à legitima (ſiue fœminæ excluſæ dotem reſeruet, ſiue expreſsè non reſeruet) intelligitur reſeruata filiæ dos congrua à patre, & à maſculis illam excludentibus aſſignanda, & conſtituenda (vt omnes Doctores, & etiam alteram ſententiam tenentes ſentiunt) at dotis congruitas iuxta iuris diſpoſitionem, & Doctores communiter non attenditur conſideratione ad quantitatem legitimæ (quam aliquando dos debet excedere, vt ſit congrua) ſed habita ratione de tempore dotationis ad vires patrimonij, dignitatem natalium, conditionem perſonarum, numerum liberorum, & morem ſeu conſuetudinem patriæ, vt conſtat ex traditis *ſuprà hoc capite toto, §. 1. & numero 37. & 48.* Quare ſi huiuſmodi circunſtantiis in æſtimanda dote congrua obſeruandis inſpectis dos æſtimetur congrua, licet non aſcendat ad quantitatem legitimæ, ſat erit ad ſatisfaciendum ſtatuto excludenti à legitima (vt etiam in ſpecie Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. tomo primo, capite 148. n. 12.*) ſiue dos detur à patre viuente, ſiue à fratribus, maſculiſve aliis agnatis, propter quos filia à ſucceſſione, & etiam à legitima in bonis patris excluditur, & ſi non æſtimetur congrua, niſi in quantitate non ſolùm ſit æqualis legitimæ, ſed etiam aliquid vltra legitimam addatur, talis dos maior legitima erit aſſignanda, vt ſtatuto ſatisfiat, quod ſemper intelligitur velle, vt filiæ excluſæ habeant dotem congruam. Et certè iuxta tale ſtatutum excludens etiam à legitima, dos filiæ excluſæ à fratribus, aliiſve agnatis danda deberet in qualitate eſſe non minor, ſed æqualis legitimæ, nihil operetur idem ſtatutum excludendo à legitima, vanaque eſſet excluſio, vt *ſuprà numero ſexageſimo* dictum eſt, & plures alios allegans Peregrinus *dicta deciſione tertia, numero ſexto*, cùm adhuc legitima eſſet debita; & ſi dicatur deberi non vt legitima, ſed nomine dotis, nil iuuat, quia deberetur quantitas legitimæ, à qua ſtatutum fauore maſculorum intendit excludere fœminas, dummodo alioqui habeant congruam dotem, ſcilicet condecentem habita ratione patrimonij patris decedentis, qualitatis perſonarum, & conſuetudinis, vt in ſpecie loquitur ſtatutum Mediolani *dicto capite ducenteſimo ſeptuageſimo octauo*, & nonnulla alia ſtatuta aliorum locorum, vt videre eſt apud Menochium *dicto caſu 149.* & Laderchium *conſ. 35. & conſ. 127.* Neque huic ſententiæ obſtat ratio pro priori ſententiæ, quòd ex ſtatuto, & ſtatuentium mente dos congrua reſeruata filiabus excluſis ſuccedat, & ſubrogata ſit loco legitimæ. Reſpondetur enim primo retorquendo argumentum, nam ſi dos eſt reſeruata, & ſubrogata loco legitimæ, ergo non tanquam legitima, ſed vt dos quæ poteſt eſſe congrua, licet minor legitima iuxta tradita. Secundo reſpondetur ex traditis *ſuprà cap. 7. n. 35. fine & hoc c. n. 56. & 62.* Quod cùm ſtatutum poſſit legitimam diminuere in quantitate, ſicut & in tempore, dum ſtatutum reſeruando ſolum illis dotes excludit fœminas

ſtantibus

ſtantibus maſculis à ſucceſſione paterna, & etiam à legitima, intelligendum eſt velle quod dos congrua ſit, licèt minor legitima, & ſic quod non habeat qualitatem & naturam legitimæ quoad quantitatem; & nihilominus eiuſdem legitimæ loco ſit ſubrogata in dicta minori quantitate, ita vt ſicut legitima nullo oneri, & grauamini ſubiiciatur, vt Bartholus *in leg. Titia centum, §. Titio genero, num. 6. ff. de condit. & demonſtr.* Socinus *conſ. 282. numer. 16. verſ. præterea*, Mantica *d. tit. 22. num. 12.* & conſtat ex late traditis *d. cap. 7. §. 2.* Tertiò addo reſponſionem ab eodem Menochio eidem argumento datam *conſ. 168. num. 22.* ſcilicet, quod tunc ſubrogatum non ſapit naturam eius, cuius loco ſubrogatur, quando adeſt diuerſa qualitas in ſubrogato ab eo, in cuius locum facta eſt ſubrogatio, iuxta Alexandrum *conſ. 106. n. 17. lib. 3.* & Parisium *conſ. 49. n. 78. lib. 3.* in præſenti autem caſu patet diuerſa qualitas dotis à legitima, cùm legitima ſit certa à lege communi præſtituta (*vt ſuprà hoc cap. num. 34.* notatum eſt) dos verò incerta, ex patris ſcilicet arbitrio & ordinatione inſpectis patrimonio, & aliis qualitatibus & circunſtantiis in conſtituenda congrua dote obſeruandis *ſuprà §. 1. explicatis*, & in præcedentibus ſæpiùs repetitis.

79 Limitatur verò hæc ſententia, quando pater excluſis maſculis, propter quos ſtatutum filiam excludit à ſucceſſione paterna ab inteſtato, inſtituiſſet ſibi extraneos hæredes; hoc enim caſu licèt exteri maſculi, qui ab inteſtato excluderent filiam, eidem filiæ non deberi ſiue à patre, ſiue à fratribus dotem minorem legitima; tradunt Alexander *allegato conſ. 69. in princ. lib. 1.* Tuſchus *verbo dos, concl. 789. num. 16.* Marſecot. *var. lib. 2. c. 8. n. 2. initio*, & Merlinus *dict. quæſt. 13. num. 23.* in huiuſmodi enim caſu ſtatutum non habet locum, ideoque dos ad legitimam ſaltem aſcendere debet, cùm pater eam cogatur relinquere, niſi ex cauſa ingratitudinis exhæredationi eſſet locus.

80 Limitatur quoque quando cum portione, quæ eſſet legitima minor, filia, ſeu ſoror excluſa non inueniret virum nobilitate parem, & condignum; tunc enim dos deberet conſtitui non ſolùm legitimæ æqualis, ſed etiam legitimam excedens, prout iugalium honeſtati eſſet condecens, ita Marius Antonius *var. lib. 3. reſol. 27. n. 11.* Mantica *de tac. & ambig. conuent. lib. 12. tit. 23. n. 18. verſ. ſecundus*; Merlinus *d. q. 13. numero 22.* nonnullos alios allegans, & conſtat ex traditis *ſuprà hoc cap. numero 40.* ſentiuntque ita Doctores *ibidem* relati, & alij apud eoſdem.

81 Et prædicta de dote congrua, ſeu dotis quantitate à patre, vel auo, aut fratre, vel agnato patris vel aui hærede aſſignanda filiæ, vel nepti exſtantibus maſculis à ſucceſſione patris, vel aui ab inteſtato excluſæ per ſtatutum, ſiue ſtatutum priùs iubeat fœminas dotari, poſtea illas excludat; ſiue priùs excludat, & poſtea mandet dotari, ſiue ſimpliciter excludat à ſucceſſione, nulla facta dotis mentione, quæ dos licet minor portione legitima (prout eſſe poteſt iuxta tradita) an ex eodem ſtatuto in ea minori quantitate legitima conſtituta ſuccedat, & ſubrogata ſit loco legitimæ, vt excepta æqualitate quantitatis habeat omnes alias legitimæ qualitates, & ſic nulli ſubiiciatur conditioni & oneri, & ſit tranſmiſſibilis (tametſi non nupſerit) ad hæredes, ſicut legitima, & filia ſic excluſa faciat partem in computatione legitimæ filiorum eorum fauore, actum eſt latiſſimè *ſupra c. 7. à num. 43. ad 70.*

Quando ſtatutum ſiue nulla præmiſſa excluſione ſucceſſionis patris, vel aui ab inteſtato propter maſculos, ſiue præmiſſa excluſione diſponit filias, ſeu fœminas debere eſſe contentas dote ſibi à patre, vel auo viuente data, vel promiſſa, vel in vltima voluntate relicta, nec vltra dotem illam poſſe quicquam petere; an dos poßit eſſe minor legitima, & minima, ac leuiſſima.

Modò reſtat explicandum, quanta debeat eſſe dos à 82
patre aſſignanda, & conſtituenda, & an poſſit eſſe minor quantitate legitimæ, quando ſtatutum mandat fœminas debere eſſe contentas dote à patre data, vel conſtituta, promiſſa, vel relicta. Quod pluribus modis poteſt in ſtatuto exprimi; primò, ſi ſtatutum nulla antecedenter facta expreſſa excluſione filiæ, vel neptis à ſucceſſione ab inteſtato diſponit fœminas à patre, vel auo paterno dotatas debere eſſe tacitas, & contentas dote à patre inter viuos data, vel promiſſa, vel in vltima voluntate relicta. Secundò, ſi nulla præmiſſa expreſſa excluſione, &c. dicat ſtatutum filiam debere dote à patre, vel auo inter viuos conſtituta, vel in vltima voluntate relicta eſſe tacitam, & contentam, & vlteriùs addat, quod vltra dotem datam, promiſſam, vel relictam nihil aliud poſſit ab eodem patre, vel à fratribus, maſculiſve patris hæredibus petere. Tertiò, ſi pariter nulla facta antecedenter excluſione &c. ſtatutum dicit, & mandat fœminas debere eſſe tacitas, & contentas quacunque dote, ſeu de eo, quod pro dote pater, vel auus paternus inter viuos, vel in vltima voluntate conſtituerit, vel reliquerit, nec vltra dotem promiſſam, vel relictam quicquam poſſint petere. Inter quos tres modos (licet aliqui à Menoch. *de arbitr. caſu 149. numero ſexto*, tacitis nominibus relati diuerſimodè locuti ſint de primo: & duobus aliis) nulla videtur eſſe differentia, vt *ibidem* obſeruat idem Menochius: nam etſi ſtatutum primo modo ſtatuens ſimpliciter filiam debere eſſe tacitam, & contentam dote à patre data, vel relicta nil aliud addens, tamen ſi vult ſtatutum filiam contentam eſſe debere, ſequitur prohibere nil vlteriùs poſſe petere, idque ſiue mandet eſſe contentam dote data vel relicta; ſiue de eo quod pro dote datum inter viuos vel in vltima voluntate fuerit relictum. Quartò, ſi ſtatutum priùs excludat à ſucceſſione fœminas, dicens quod filiæ ſeu fœminæ ſtantibus maſculis non ſuccedant, & poſteà mandet eas eſſe debere contentas dote eis à patre inter viuos data, vel relicta eo modo, & forma, prout diſpoſitum fuerit in teſtamento patris, vel aui; aut vltra dotem datam, vel relictam nil poſſe petere.

Igitur licèt ſtante ſtatuto diſponente fœminas eſſe debere tacitas, ſeu contentas dote, ſeu quacunque dote, vel eo, quod pro dote à patre viuente datum, vel promiſſum, vel in vltima voluntate relictum fuerit, ſiue nulla antecedenter facta, ſiue priùs facta ab eodem ſtatuto excluſione à ſucceſſione patris, vel aui ab inteſtato, licèt (inquam) ſenſerint eodem ſtatuto non obſtante debere dotem eſſe non minorem portione legitimæ, ſi de ea ſtatutum mentionem non fecerit puta dicens filiam excluſam debere eſſe contentam dote à patre data, vel relicta, nec poſſe aliud petere pro ſupplemento legitimæ aut impugnare patris teſtamentum, ita Alexand. *conſilio ſeptimo, numero ſeptimo; libro primo*, à Tuſcho *verbo dos, concluſ. 789. numero 15. relatus*, Curtius ſenior *conſilio 25.* à Menochio *dict. caſu 149.*

numero 4. fine relatus, & alij citatis nominibus à Gaſparo Anton. Theſauro *quæſt. forenſ. lib. 4. n. 5. allegati.*

84 Nihilominus ſententia communis, quam tam in legendo, quàm in conſulendo (vt loco citato notat Theſaurus) Doctores ſunt ſecuti, eſt, quod dos, iuxta tale ſtatutum diſponens fœminas eſſe tacitas, & contentas dote à patre data, promiſſa, vel relicta, ſiue à patre viuente detur, vel promittatur, ſiue in vltima voluntate relinquatur, non debere eſſe æqualem legitimæ, ſed poſſe eſſe minorem portione legitima, ita idem Alexander *conſilio* 121. *l. 6.* Bald. *in l. fin. n. 4. C. de dotis promiſſione*, Ruinus *conſilio* 56. *n. quarto*, & 13. *conſilio* 68. *numero quarto*, *lege tertia*, Socinus iun. *conſilio decimo quinto, numero* 8. *lib.* 1. Cumanus *conſ.* 125. *numero* 3. Fulgoſius *conſ.* 91. *numero* 2. à Surdo *conſilio* 148. *n.* 1. & 2. à Tuſcho *verbo dos, concluſ.* 784. *numero* 22. & *verbo ſtatutum, concluſione* 661. *numero* 18. & 19. relati Ludou. Ioſeph. *deciſ. Peruſ.* 21. *n.* 4. Antonius Theſaurus *deciſione* 192. *numero* 2. Surdus *dicto numero* 1. & 2. Menochius *d. caſu* 149. *n.* 2. 3. & 4. & *conſ.* 168. *numero* 15. & 16. Mantica *de tacitis, & ambig. conu. l.* 12. *tit.* 23. *numero* 17. Gaſpar. Anton. Theſaurus *dict. numero* 5. & 12. Merlinus *de legitima, lib.* 3. *tit.* 1. *quæſtione* 2. *numero* 18. & *quæſtione* 13. *numero* 16. Stephanus Gratianus *diſcep. forenſ. tomo primo, capite* 148. *numero primo, & ſequentibus*, alij Doctores *à me ſuprà capite* 7. *numero* 77. 80. & 81. & innumeri alij à Ludou. Ioſeph. Menochio, Mantica, Merlino, & Gratiano relati. Ratio eſt, quia dum ſtatutum diſponit filiam debere eſſe tacitam, & contentam dote à patre data, promiſſa, vel relicta, apertè excludit filiam à legitima quoad quantitatem legitimæ iure communi filiæ debitæ, vt *dicto cap.* 7. *numero* 77. notatum eſt, & multò magis ſi ſtatutum addat, vt filia non poſſit vlterius aliquid petere, vel impugnare patris teſtamentum, licet expreſsè non dicat vt nihil vltra dotem à patre datam promiſſam, vel relictam poſſit ad ſupplementum legitimæ, vel aliquid aliud pro ſupplemento legitimæ petere, vt *dicto numero* 77. & dictis *num.* 80. & 81. dictum eſt, & tradunt Doctores *ibidem citati*, & etiam Theſaurus *d. numero* 12. [Quam diminutionem legitimæ quoad quantitatem ſtatutum ex cauſa poſſe facere, oſtenſum eſt *dict. cap.* 7. *numero* 56. & *d. n.* 77. 80. & 81. & alios allegans tradit Menochius *dict. caſu* 149. *num.* 3. & *ſeqq.* & Gaſpar. Ant. Theſaurus *d. q.* 4. *cit. num.* 12. vbi addit, à ſtatuto cenſeri diminutam legitimam, quotieſcunque in amplo matrimonio vel minimo indifferenter iubet filiam debere eſſe dote contentam, & multò magis ſi ſtatutum addat etiam, vt filia nihil vlteriùs poſſit petere. An verò dos ſtantibus prædictis ſtatutis mandantibus fœminas debere eſſe contentas dote à patre data, promiſſa, vel relicta, nec vltra illam dotem poſſe quicquam petere, nec impugnare patris, vel aui teſtamentum, licet minor legitima ſuccedat loco legitimæ, vt non ſubiiciatur conditioni, & vlli oneri, & ſit ad hæredes filiæ tranſmiſſibilis actum eſt *d. c.* 7. *numeris citatis.*

85 Ampliatur eadem communis, ſi ſtatutum mandaret filiam à patre dotatam non poſſe habere regreſſum ad bona patris, ita Curtius ſenior *con. n.* 10. *n.* 2. *verb. concurrit*, & poſt eum Merlin. *d. q.* 12. *numero* 39. vel prohiberet fœminas aliqua de cauſa venire contra bona patris, ita Hondedeus *conſ.* 10. *n.* 25. *fine lib.* 2. & poſt eum Merlinus *d q.* 12. *n.* 40. idem enim important verba illa generalia, quod alia, ſcilicet vt filia à patre dotata nihil vltra dotem poſſit petere, ita quod ſtatutum omnibus illis clauſulis generalibus vult, vt filia à patre dotata vltra dotem ſibi datam, promiſſam, vel relictam non poſſit quicquam ex bonis paternis, vel à patre defuncto relictis petere prætextu ſupplementi legitimæ, ſi ea dos non fuerit legitimæ portioni æqualis.

An verò etiam velit ſtatutum, vt non poſſit vltra dotem præfatam à patre viuente, vel in vltima voluntate conſtitutam aliquid petere prætextu ſupplementi congruæ dotis, ſed debeat filia eſſe contenta quacumque cuiuſvis quantitatis à patre conſtituta, ſitve, vel non congrua, Alexander *conſ.* 121. *l.* 6. à Tuſcho *verb. ſtatutum, concl.* 661. *n.* 19. relatus dicit; quod ſtante ſtatuto, quod filia non ſuccedat, & ſit contenta dote data, vel promiſſa, aut legata à patre, filia nihil poteſt petere, etiamſi dos ſit non congrua, quia ſtatutum licet ſit rigoroſum, non tamen eſt contra bonos mores, ideoque ſeruandum iuxta *l. proſpexit, ff. qui, & à quibus.* Stante eodem ſtatuto vltra eandem dotem à patre datam, vel promiſſam, vel relictam, quamvis fuerit minor legitima, nec fuerit congrua, filiam quicquam prætextu legitimæ, vel congruæ dotis petere non poſſe, poſt plures alios ex antiquis iuriſperitis à ſe allegatos tradunt Menoch. *dicto caſu* 149. *n.* 2. & *d. conſ.* 168. *n.* 16. Surd. *d. conſ.* 148. *n.* 1. Mantica *d. tit.* 23. *n.* 17. Merlin. *d. q.* 12. *n.* 38. & 41. & Gratianus *d. c.* 148. *n.* 1. vbi & *num.* 2. dicit ſimilia ſtatuta fundata eſſe in prouidentia paterna, ac proinde non poſſe dici de incompetentia dotis, quaſi nullus capere poſſit melius conſilium, quam pater de filia, ita vt quod illi viſum fuerit competens, non debeat alteri contrarium videri iuxta tradita *infrà ſequenti* §. & *numero tertio, quarto, & quinto*, confirmat ex notatis *ſuprà numero* 67. *fine*, ſcilicet quod cùm ex intentione ſtatuentium excludantur fœminæ propter maſculos huiuſmodi diſpoſitio non ſolùm valet, ſed eſt amplianda, tanquam fauorabilis, quamvis alio reſpectu quoad fœminas, ſit odioſa iuxta Baldum *in l.* 2. *ad finem, n.* 4. Iaſonem *ibid. Cod. de in ius vocan.* Molinam *de primog. libro* 1. *capite* 18. *num.* 4. *relatum ſuprà num.* 67. & Rotam Rom. *dec.* 457. *n.* 6. *p.* 1. *diuerſ.* vbi de ſtatuto vrbis prohibente in dotem vltra ſummam ſcutorum bis mille, vt pariter *d. n.* 67. notatum eſt. Et cùm præponderet fauor filiorum, ſtatutum (ſubdit idem Gratian.) erit potiùs fauorabile, quia à potiori ſit facienda denominatio *cap. ad quæſtiones de rerum permut.* & Tiraquel. alios allegans *de retract. lignager p.... c... n.* 9. & 10. & Menoch. *de recup. poſſeſſione remedio* 1. *n.* 37. & alios relatos *ſuprà d. n.* 67. *fine.*

Addit Menochius *dict. conſ.* 168. *dicto numero* 16. 86
iuncto numero 15. quod ſtante eodem ſtatuto, filia ſit contenta de eo, quod datum erit à patre pro dote, etiamſi dos eſſet valdè tenuis, non poſſe filiam conqueri, nec petere aliquod ſupplementum, quod ait ſignificari illis verbis *de eo quod &c.* quæ verificantur etiam in re minima iuxta Decium *in lege cùm quid, numero ſeptimo*, & Cranettam *conſilio* 294. *numero quarto*, & quia ſtatutum licet rigoroſum eſt obſeruandum *dict. leg. proſpexit*, & ita videtur ſentire etiam Alexander *conſilio* 121. Nihilominus traditionem communem Doctorum numeri præcedentis vt filia à patre dotata non poſſit vltra dotem à patre conſtitutam petere quicquam prætextu ſupplementi congruæ dotis, eſſe limitandam, & reſtringendam, ſi dos à patre conſtituta eſſet minima, & leuiſſima, ita vt conſtaret filiam enormiter, vel enormiſſimè læſam, tradunt Corneus *conſilio* 77. *libro ſecundo*, Curtius ſenior *conſilio vigeſimo ſecundo, numero* 28. Grammaticus *d. dec.* 101. *n.* 32. Cæphalus *conſil.* 34. *n.* 35. & *conſilio* 467. *n.* 88. dicens eſſe communem Ant. Theſaur. *d. dec.* 192. *n.* 2. [vbi in caſu ſtatuti diſponentis filiam à ſucceſſione excluſam debere eſſe contentam dote à patre data, ita vt nihil aliud petere poſſit ſi conſtaret de magno exceſſu, eſſet etiam augenda dos] & præter præfatos Doctores & alios à Theſauro *d. n.* 2. allegatos, Mantic. *d. tit.* 23. *n.* 17. *ver. ſed hæc opin.* & colligitur etiam ex eodem Menochio *de arbitr. dicto caſu* 149. *numero* 8. & probatur, tum quia minima dos

dos non apta inſeruire oneribus matrimonij non poteſt dici dos; iuxta tradita *ſuprà cap. prim. numero* 85. & Doctores *ibidem relatos*, inter quos idem Menochius *conſilio* 93. *numero* 45. & 46. vbi ait dotatam dici non poſſe mulierem, quæ habuit dotem tenuiſſimam; quod idem dicit Theſaurus *dicto numero ſecund.* Tum etiam quia ſimilia ſtatuta fundantur in prouidentia patris, qui ſoleat capere bonum conſilium pro filia, vt *numero præcedenti* dictum eſt, & tradit idem Menochius *dicto caſu* 149. *numero ſexto*. Quod patris conſilium bonum pro filia iudicari non poteſt, vbi pater minimam, & leuiſſimam dotem illi conſtituit, ob quam debeat à petitione non ſolum ſupplementi legitimæ, ſed etiam congruæ dotis excludi, vt idem Menochius *dict. caſu* 149. *dict. numero quinto fatetur.* Quare in huiuſmodi caſu magni exceſſus in tenuitate dotis à patre datæ dos erit augenda, vt dixit Theſaurus *dicto numero ſecund.* vbi etiam ex relatione Oſaſchi *conſilio.* 26. *numero* 23. ait in hoc caſu fuiſſe ita iudicatum per Senatum Pedemontanum, ſcilicet vt dos valde exigua à patre conſtituta reduceretur ad congruitatem non obſtante ſtatuto fœminarum excluſiuo, eo quod mulier dotata non dicitur, niſi ei data dote congruenti iuxta tradita *d. c.* 1. *d. num.* 95.

88 Vtrum autem prædicta procedere debeant, etiam quando ſtatutum iuberet filiam eſſe contentam dote non ſolum à patre data, ſed etiam data ſeu conſtituta ab extraneo, vt etiam tunc vltra dotem ab extraneo conſtitutam nihil poſſit filia petere etiam prætextu ſupplementi congruæ dotis, ſi dos conſtituta fuerit incongrua, Menochius *dict. caſu* 149. *numero quarto* refert aliquos Doctores loquutos eſſe eodem modo in vtroque caſu, eo quod ratio excluſionis factæ à ſimili ſtatuto vtrumque caſum videatur comprehendere, & ita ſentire videtur Ludouicus Ioſeph *deciſion. Peruſ.* 21. *numero* 52. *fine.* At idem Menochius ſubdit rationem; ob quam debeant procedere ſolum in patre de cuius prouidentia, & facto lex multum confidit, vt *ſuprà numero* 74. dictum eſt, non ſic de extraneis. Ad cuius rei declarationem, & pleniorem explicationem ſpectantium ad dotis congruitatem ſecundum tam iuris communis diſpoſitionem, quam ſtatutorum fœminas extantibus maſculis à ſucceſſione patris, & aui paterni ab inteſtato excludentium, ſiue ſtatutum prius reſeruet dotem, poſtea excludat, ſiue prius excludat, poſtea dotem reſeruet, ſiue ſimpliciter excludat, ſit

§. IV.

An dos à patre filiabus data, & conſtituta, dum illas nuptui tradidit, vel in vltima voluntate relicta præſumi, & cenſeri debeat congrua, & non debeat in dubium reuocari, vel inueſtigari, an fuerit congrua, vel incongrua; nec filia poſſit petere ipſo patre viuente, vel eo defuncto aliquid aliud prætextu ſupplementi dotis congruæ, ſtante ſtatuto, excludente fœminas dotatas à ſucceſſione patris, vel aui ab inteſtato, neque etiam prætextu ſupplementi legitimæ, ſuppoſito quod per ſtatutum ſint etiam à legitima excluſæ.

89 DOtem, quæ filiæ conſtituta fuit à patre in vita, vel fuit in teſtamento aſſignata, præſumi congruam, nec filiam poſſe conqueri de patris arbitrio, quaſi fuerit indecenter à patre dotata, & ſtante ſtatuto filias dotatas à ſucceſſione patris: vel aui excludente, filiam excluſam vltra prædictam dotem ſibi à patre conſtitutam nihil aliud poſſe petere in ſupplementum congruæ dotis ſiue viuente patre, ſiue eo defuncto à maſculis patris hæredibus filiam excludentibus; & multo minus ab iiſdem maſculis hæredibus poſſe petere ſupplementum legitimæ videtur communis ſententia, ita Baldus *in auth. res quæ*, & ibi Paulus de Caſtro *num.* 8. *Codic. comm. de legat.* idem Paulus de Caſtro *conſilio* 275. centum alij ex antiquis à Maranta *diſputatione* 10. poſt *tractat. iud. num.* 21. Menochio *de arbitr. caſu* 149. *numero quinto.* Laderchio *conſilio* 35. *numero tertio & quarto*, & *concluſ.* 126. *numer. primo*, Surdo *concluſ.* 148. *numer.* 3. Tuſcho *verbo dos concluſ.* 784. *num.* 6. & 12. & *concluſ.* 789. *num.* 22. & 23. Maſcardo *concluſ.* 571. *numer.* 1. & *quatuor ſequentibus*, Mantica *de tacitis, & ambig. conu. libr.* 12. *titulo* 23. *n.* 3. Antonino Sola *ad conſtitutiones Sabaudiæ tit. de alien. bonorum minorum mulierum Gloſſa ſecund. num. ſecund.* & 12. Antonio Theſauro *deciſion.* 192. *numero ſecund.* Gaſpar Anton. Theſauro *quæſtio. for. libro quarto quæſt. quart. numero* 11. 12. & 13. Merlino *de legitima libro tertio, titulo primo, quæſt.* 12. *numero tertio*, & ab aliis, qui *infrà* allegantur, relati, iidem Menoch. Laderchius. Surdus, Tuſchus, Sola, Gaſpar Ant. Theſaurus, & Merlin. *locis citatis*, Ludouic. Ioſeph. *dec. Peruſ.* 21. *num.* 52. Fontanella *de pactis nupt. clauſ.* 5. *Gloſſa* 8. *part. prim. numero* 24. & *quatuor ſequentibus.* Mareſcottus *var. lib. ſecund. cap.* 68. *numero* 29. Martius Venturinus *conſ.* 12. *numero* 25. & Stephanus Gratianus *diſcept. for. tom.* 1. *cap.* 148. *numero prim. ſecund.* & 3. Fundamentum, ſeu ratio præfatæ præſumptionis congruitatis dotis, & quod pater noluerit velle fraudare filiam ſuam, ſed potius illi fauere eſt, quod nullus amor vincat paternum ad §. *fin. de nouell. act.* & *leg. iſti quidem in fine, cum Gloſſa ibid. ff. quod metus cauſa*, & quia pater propter eandem paternam affectionem erga filios bonum, & ſalubre conſilium, capere ſolet, & creditur pro filia *argument. textus in l. nec in ea ff. ad legem Iul. de adult.* & quia etiam filiis amicus fidelior inueniri nequeat ipſo patre *leg. quidam cum filium ff. de hæredibus inſtitut.* vbi Gloſſa, & Angelus, & Alciatus *de præſ. reg.* 1 *præſ.* 2. *n.* 1. & *ſeqq.* ex quo fit, ſeu infertur non debere alteri videri incongruum, quod patri congruum viſum fuit, atque ideo dos ab eo conſtituta cenſeri debet congrua, & præſumi filiam fuiſſe legitimè dotatam, cum de patris prouidentia erga filios lex multum confideat, ideoque præſumat, quod in dotatione benè prouiderit filiæ propter amorem, quo eam proſequitur ex quibus Paulus de Caſtro *d. conſilio:* 275. *numero quinto*, & Decius *conſ.* 26. *num.* 2. dixerunt tantam eſſe præſumptionem, quæ facit pro patre erga filiam, vt licet quando dos ab alio donatur poſſit conqueri de dote non congrua ad effectus, quos iura permittunt: & beneficia, quæ mulieribus minus legitimè dotatis tribuantur, quando tamen à patre dos data eſt, nullo modo valeat ei opponi de incompetentia, & ita quoque vbi pater filiam dotet, ſubtilem inquiſitionem circa dotis congruitatem non debere fieri, ſed modo dolus abſit, dotationem non oportere infringi, ex eodem Caſtrenſ. *d. conſ.* 275. dicit Laderch. *d. conſ.* 35. *n.* 4. *initio*, & repetit *d. conſ.* 126. *n.* 2. vbi ait ſubtilem indagationem in patre dotante non deſiderari, & ſatis eſſe, vt tanta ſit dos, vt filia honeſtè nubat. Et prædicta idem Laderchius *dict. conſil.* 126. *num. ſecund.* ait præſertim procedere vbi pater initio, ſeu tempore dotationis non haberet filios maſculos, quo caſu dicit, quod quamcumque dotem filiæ à ſtatuto à ſucceſſione paterna excluſæ decreuerit, ea debeat eſſe contenta: Quod ſi pater maſculos habeat tempore, quo dote pro filia in teſtamento conſtituit, quo caſu veriſimile (ait Laderchius) eſt in gratiam maſculorum, qui magis diligi ſolent minorem,

minorem reliquiſſe portionem, quàm illis deficientibus relicturus eſſet, ideo (ſubdit idem Laderch.) ſi poſt talis càſus emergat, quaſi ex patris mente filiæ permiſſum eſt ex ſtatuto illam à ſucceſſione paterna excludente, vt congruam dotem ſibi ſuppleri petat, ſcilicet tam (inquit) quàm veriſſimè erat patrem datum, ſi liberos maſculos non habuiſſet. Huiuſmodi autem ſententiam procedere non ſolùm in patre dotante, ſed etiam in eo, qui vicem patris gerat, vt in auo paterno, vt & ipſe etiam præſumatur competenter neptem, nec de tali dote neptis poſſit conqueri tradunt. Curtius Senior *conſ.* 81. *fine*, Menochius *d. caſu* 149. *n.* 14. & Maſcardus *d. conc.* 571. *n.* 11.

90 Reſtringitur autem (contra Paulum de Caſtro, & Decium, quatenus hic *d. con.* 26. *n.* 2. & ille *d. conſ.* 275. *num.* 5. videntur ſenſiſſe quod vbi dos à patre data eſt, nullo modo valeat ei opponi de incompetentia) eadem communis ſententia, quando in dote a patre data indiſcretio patris manifeſta appareret, maximuſve exceſſus eſſet in patre dotante filiam in minori ſumma, quam exigat congrua dos, ita quod ea dos à patre data eſſet immoderatè tenuis, tunc enim poſſe filiam etiam per ſtatutum excluſam à paterna ſucceſſione petere ſupplementum dotis, vt efficiatur congrua, ſentiunt Iuriſperiti communiter, ita Paulus de Caſtro *con.* 276. *n.* 6. *l.* 1. *&* *con.* 403. *n.* 1. *l.* 2. Decius *d. con.* 26. *num.* 3. *&* *con.* 180. Socin. *conſ.* 75. *n.* 11. *l.* 4. *&* *conſ.* 288. *n.* 21. *l.* 2. Alexand. *conſ.* 33. *n.* 4. *l.* 4. Cæphalus *conſ.* 95. *n.* 20. & plurimos alios antiquos Menoch. *d. caſu* 149. *n.* 15. Lud. Ioſeph *d. deciſ.* 21. *n.* 54. *&* *trib. ſeqq.* Maſcard. *d. concl.* 571. *n.* 5. Laderch. *d. con.* 35. *n.* 3. *&* 4. *&* *conſ.* 126. *n.* 1. Sola *loco ſuprà allegato*, Tuſchus *d. verbo dos con.* 784. *n.* 5. 12. *&* 29. *&* *concl.* 789. *n.* 20. Merlin. *d. q.* 12. *n.* 10. *&* 11. Fontanell. *d. p.* 1. *n.* 31. & communem eſſe opinionem teſtatur Gaſpar. Ant. Theſaur. *d. q.* 4. *n.* 15. Præſumptio enim, quæ eſt pro parentibus erga filias, per probationem contrariam elidi poteſt, & vna coniectura aliam tollit *l. licet Imperator ff. de legat.* 1. vt poſt alios Fontan. *d. n.* 31. & Merlin. *d. n.* 11. & coniectura illa, quod pater præſumatur capere bonum conſilium pro filia, tollitur ex facto ipſo, ſcilicet ex magna læſione manifeſta, ex qua apparet patrem non rectè prouidiſſe filiæ; ſed imò in prædicta læſione dolum concurre, vt aliis allegatis idem Merlin. *d. n.* 11. & etiam Fontan. *d. n.* 31. vltra alios à Maſcardo *d. concl.* 571. *n.* 7. *relatos*. Neque enim pater ſemper rectè conſulit filio, vt notauit Iacob. Ferrarius *in addit. nouiſſ.* ad Guid. Papam. Nam alioquì, inquit, veteres legiſlatores tot tractatus non edidiſſent de inofficioſo teſtamento, nec ſtatuiſſent ea, quæ ſcripta ſunt *l.* 2. *&* 3. & aliis *Cod. de dote inofficioſa*. Neque eſt nouum, aliquos reperiri patres, qui maligno animo, & intenſo odio filias proprias proſequuntur, vt dicit textus *in l. non eſt enim ff. de inoff. teſtam.* & poſt alios notat Maſcard. *d. n.* 7. Quare etiamſi ſtatutum concedat patri facultatem dotandi filias pro libito voluntatis, mandatve filias debere eſſe tacitas, & contentas dote à patre data, nihilque vlterius poſſe petere, huiuſmodi tamen ſtatutum non habet locum, vbi in patre eſt magnus exceſſus, & in filia magna deceptio, & læſio, iuxta tradita *ſup. n.* 187. & Doctores *ibid. relatos*, quibus addo Angelum *con.* 59. *n.* 4. *&* *ſeqq.*

91 Quandonam autem adſit in paruitate dotis magnus exceſſus ſeu immoderata tenuitas dotis (in qua æſtimanda inſpiciendum eſt tempus dotationis quoad iudicandam, ſeu æſtimandam, & conſtituendam dotem cõgruam, ita vt ſi tunc conſtituta ſit iuxta facultates, quas eo tempore dotationis habebat, ſemper ſit habenda congrua, etiamſi facultates poſtea ſint notabiliter auctæ oſtenſum eſt *ſuprà hoc cap.* & tradunt iuriſperiti *ibidem relati*) Senatus Cataloniæ in quadam cauſa dotis incongruæ, vt refert Fontanella *d. part.* 1. *num.* 35. dixit adeſſe immoderatam tenuitatem, vt filia dotata à patre, vel eius hæres poſſit conqueri, quando pater dediſſet adeo modicam dotem, cùm eſſet diues, vt præſumeretur dolus re ipſa in patre, de quo dolo (ſubdit) & læſione debet docere filia, vel eius hæres, oſtendendo qualia, & quanta bona habebat pater tempore dotationis, & quot filios, & an tantam, vel ſimilem dotem dederit aliis filiabus, Menochius *d. caſu* 149. *d. num.* 15. dicit cenſeri adeſſe immoderatam tenuitatem dotis, quando pater conſtituiſſet filiæ à ſtatuto excluſæ ab eius ſucceſſione tenuiſſimam dotem, itavt conſtaret, ſeu conſtare poſſet filiam in dote enormiter læſam. Alij Iuriſperiti ſupra relati fere omnes, & alij communiter ab iiſdem præſertim à Merlind, Gaſp. Anton. Theſauro *locis allegatis*, Maſcardo *dict. concluſ.* 571. *num.* 8. *&* 9. & Laderchio *d. conſ.* 126. *num. prim.* dicunt magnum eſſe exceſſum, immoderatamque dotis tenuitatem, vt ceſſet illa præſumptio boni conſilij patris in dotanda filia à ſtatuto excluſa, quando filia fuiſſet enormiſſimè læſa, & de tali enormiſſima læſione conſtaret. Quare cum in caſu enormis læſionis iuxta Menochium, & multo magis in hoc caſu læſionis enormiſſime ceſſet coniectura boni conſilij paterni, ſed potius appareat conſilium fraudis ad filiam lædendam [vt poſt alios Maſcardus *dict. concluſ.* 571. *numero ſeptim.*] filia iuxta eoſdem Doctores opponens de incompetentia dotis contra paternam dotationem, eſſet audienda. Quæ autem ſit enormis, quæ enormiſſima læſio mox infra. Alij dixerunt; quod quamuis dos à patre data in dubio præſumatur congrua, nihilominus ſemper eſſe locum arbitrio iudicis, vt iuxta regulas *ſuprà* §. 1. traditas, [ſcilicet conſideratis patris facultatibus de tempore dotationis, numero filiorum, conſuetudine terræ, dotibus aliis filiabus datis, & aliis circunſtantiis matrimonij conſiderandi definiat, an dos fuerit congrua, & competens, vel congrua, & tenuis, ac indiſcreta necne, ita Maſchard. alios allegans *d. concl.* 571. *num.* 12. Tuſchus *verbo dos concl.* 584. *n.* 12. *fine*, Steph. Gratian. *dec.* 19. *num.* 37.

Quæ autem ſit dicenda læſio enormis, quæ enormiſſima; Doctores communiter aſſignant tres ſpecies læſionis, ſcilicet vt alia læſio ſit enormis, alia enormior, nempe maior, alia enormiſſima, ſcilicet maxima, quas explicant Laderch. *d. conſ.* 126. *n.* 4. Merlin. *d. q.* 12. *n.* 16. & latiſſimè Aug. Barboſ. *Collect. ad l.* 2. *n.* 111. *C. de reſcind. vendit.* enormis quæ dicatur, Barboſa alios allegans dicit iudicis arbitrio relinqui, Merlin. poſt plures alios dicit eſſe, quãdo priuat ſexta parte iuſtæ æſtimationis, ſeu rei læſo debitæ; enormiorem vero eſſe, quæ priuat dimidietate iuſtæ æſtimationis, ſeu rei læſo debitæ, dicit Merlinus cum pluribus aliis, & Barboſa *d. n.* 111. addit appellari læſionem enormiorem etiam quando eſt non notabiliter vltra dimidium iuſtæ æſtimationis. Quæ vero dicatur enormiſſima, variæ, & multiplices ſunt iuriſperiorum opiniones, quas Laderch. & Barboſa *locis citatis* afferunt, conueniunt autem communiter eſſe eam, quæ excedit dimidiam iuſtæ æſtimationis, ſeu rei debitæ, præſertim ſi exceſſus vltra dimidiam rei æſtimationem ſit in notabili quantitate, puta in duplo, vel in triplo, aut quadruplo, vel vltra, ita Laderch. & Merlin. *locis citatis*, & Maſcard. *d. conſ.* 571. *n.* 15. alios referentes. Quamuis verius videatur arbitrio iudicis relinqui, quæ læſio dicatur enormiſſima, qui attentis qualitate perſonarum, & circunſtantiis negotij, ac damni quantitate declarabit interueniſſe, vel non interueniſſe læſionem enormiſſimam, & maximam, ita poſt Roland. *conſ.* 7. *n.* 55. *l.* 3. Sfortiam Oddum *de in integ. reſtit. p.* 1. *q.* 4. *n.* 121. & plurimos alios Barboſa *d. n.* 111. *verſ. ſexta eſt.* Plura exempla læſionis enormiſſimæ in dote à patre conſtituta ſcribit Laderch. *d. conſ.* 126. *cit. n.* 4. *&* *ſeqq.* apud ipsũ videnda.

Deficiente

Deficiente ſtatuto, quod fœminas dotatas exclu-dat à ſucceſſione paterna ; an dos à patre viuente filiæ data, vel in vltima voluntate ei à patre conſtituta præſumi debeat congrua; vt filia patre viuente non poſſit petere aliquod dotis ſupplementum, niſi dos fuerit tenuiſſima.

93 Illud examinandum, quod tradit idem Laderchius *d.conſ.126. num.1. verſ. hi enim omnes*, ſcilicet prædicta, quod dos à patre data præſumatur legitima, & congrua, & quod filia contra paternam dotationem non poſſit opponere de incompetentia, & peterè dotis ſupplementum, niſi fuerit maximus exceſſus, & immoderata dotis tenuitas, vt conſtet filiam fuiſſe à patre in dote enormiſſimè læſam, præcedere iuris diſpoſitione ſolà inſpecta, & etiam nullo exiſtente ſtatuto filias dotatas à ſucceſſione patris, vel aui paterni excludente; quod aſſerere plures alios ex præallegatis à ſe *dict.n.1.* pro ſuprà poſita ſententia communi *num.89.* explicata allegatos, & in ſpecie Corneum *conſ.115.vol.3.* & poſſet ad idem allegari Maſcardus *d. concl.571.* vbi nullam facit mentionem ſtatuti, ſed generaliter & indiſtinctè loquitur.

94 Hæc enim ampliatio præfatæ communis ſententiæ de præſumptione congruitatis dotis à patre datæ, ſeu conſtitutæ, & excluſione oppoſitionis de incompetentia, & petitionis alicuius ſupplementi niſi filia fuerit enormiſſimè læſa, etiam deficiente omni ſtatuto, quo fœminæ dotatæ excludantur à ſucceſſione paterna, reiicienda omninò videtur, pro vt expreſsè illam reprobat Gaſp. Ant. Theſaurus *d.lib.4.citata quæſt.4.num.18.* dicens nullo exiſtente ſtatuto facilius contra dotis aſſignationem factam à patre filiarum querelam admitti, & admittendam tradit etiam Ant. Theſaur. *d. dec.192. numero* 2. & ita à fortiori ſentiunt Doctores, qui etiam ſtante ſtatuto præfato aſſerunt filiam etiam à patre dotatam, ſi dos fuerit incongrua, & minor legitima (ad cuius quantitatis menſuram ipſi putant dotem filiæ à ſtatuto excluſæ debitam debere attingere) poſſe petere ſupplementum dotis etiam vſque ad legitimam ab hæredibus patris, quos Doctores referunt Menoch. *d. caſu* 149.*num.*15. Merlinus *d. q.12.num.7.* & eos ſequens Mantica *de tac.& ambig.conu.lib.12.tit.23. nu-n.12. verſ. & hæc quidem ſententia.* Ratio autem ſatis euidens, quod etiamſi dos filiæ conſtituta ſit à patre, ſi appareat probeturve eam fuiſſe tempore dotationis non congruam, tametſi filia non ſit in ea dote enormiter, vel enormiſſimè læſa, tamen dos ipſa ſaltem notabiliter fuerit incongrua, poſſit filia (& ſic etiam eius hæres illa defuncta) petere ſupplementum dotis vſque ad complementum congruæ dotis ipſo patre viuente, & eo defuncto ab eius hæredibus) qui etiam iuxta ius commune debebunt eidem filiæ dare ſupplementum vſque ad quantitatem portionis legitimæ iuxta tradita *ſupra num.36.*) ratio, inquam, eſt, quia pater ex officio paterno obligatur dotare congruenter, & decenter, congruave dote filiam *leg.qui liberos,ff. de ritu nuptiarum, l. dedit dotem,ff.de collat. & l. fin. Codice de dotis promiſſ.* & probatum eſt *ſuprà cap.4. numero* 98. & etiam filiæ iam nuptæ dotem congruam dare debet, vt etiam probatum eſt *dicto cap.4. numero* 100. *& hoc capite à num.31.38.& 40.* & etiamſi ab extraneo fuiſſet dotata, vt oſtenſum eſt *d.cap.4. cit.n.*100. ac proinde vbi pater filiam incompetenter dotauit non dando illi dotẽ tempore dotationis congruam pro modo facultatum, quas tunc poſſidebat, & inſpectis qualitate perſonarum, numero liberorum, & conſuetudine regionis & familiæ, & ipſius patris (quæ omnia in cõſtituenda congrua dote attendenda eſſe conſtat ex traditis in præcedentibus) non poteſt dici ſatisfeciſſe ſuæ obligationi, vt etiam expreſsè *ſuprà hoc cap. d. num.*38. notatum eſt: ergo ſi conſtet, ſeu appareat dotem à patre datam fuiſſe notabiliter minùs congruam, poterit filia etiam viuente patre opponere de incompetentia, & petere ſupplementum vſque ad congruitatem dotis; & eo mortuo ab hæredibus illius vſque ad legitimæ quantitatem iuxta tradita *ſuprà hoc cap. num.38. & 39.* & Doctores *ibidem* allegatos. Neque obſtat illud, quod præſumatur capere bonum conſilium pro liberis, & ſic etiam præſumatur legitimè dotaſſe filiam, & vt proinde dos, quæ ei congrua viſa eſt, non debeat aliis incongrua videri; non obſtat inquam, quia quamvis dos à patre data in dubio, & legis præſumptione regulariter cenſeatur congrua, tamen non pro hoc prohibetur iudex requiſitus à filia, quæ minùs competenter dotatam fuiſſe conqueritur, arbitrari, an verè dos fuerit necne competens, & congrua tempore dotationis attentis facultatibus, quas pater eo tempore poſſidebat, qualitate perſonarum, numero liberorum, conſuetudine regionis, & dotibus, quas aliis filiabus dedit, vt in ſpecie tradunt, alios referentes Maſcardus, Tuſchus, & Gratianus *locis ſuprà numero 91. fine allegatis* Anton. Theſaurus *dict. deciſ.192. numero* 2. & Mantica pariter alios referens *d. tit.23.n.13.*

An etiam ſtante ſtatuto excluſiuo fœminarum à ſucceſſione paterna, ſi dos à patre viuente data, vel relicta in vltima voluntate fuerit notabiliter incongrua, licet abſque læſione enormi, vel enormiſſima, poſſit filia, vel eius hæres petere ſupplementum congruæ dotis à patre viuente, vel hæredibus.

Quinimò etiam extante ſtatuto, quod vel ſimplici- 95
ter, & abſolutè nulla expreſsè dote reſeruata, vel cum expreſſa reſeruatione dotis fœminas à ſucceſſione patris, vel aui, & etiam à legitimæ petitione excluderet, non iubens eas debere eſſe contentas dote à patre data, ſeu conſtituta, nilque vlterius poſſe petere, adhuc ob ſuprapoſitam rationem videtur aſſerendum filiam excluſam à patre viuente dotatam, ſi dos fuerit notabiliter incompetens, & congrua habito reſpectu ad tempus dotationis, licet filiæ non adſit enormiſſima, vel enormis læſio, poſſe (non obſtante illa iuris præſumptione boni conſilij patris pro filia, & congruitatis dotis ab eodem patre conſtitutæ) & viuente patre, & multò magis eo defuncto opponere de dotis incongruitate, & petere ſupplementum vſque ad congruitatem æſtimandam à iudice (cuius arbitrium circa dotem etiam paternam, an fuerit congrua, vel incongrua non prohibetur ex illa præſumptione boni conſilij patris pro filiis, vt dictum eſt) habita ratione facultatum, quas pater tempore dotationis habebat, dignitatis perſonarum, & conſuetudinis patriæ, familiæ, & patris. Nam cùm dos per ſtatutum filiabus excluſis reſeruata (vbi non iubet eas eſſe debere contentas dote à patre conſtituta) intelligatur de congrua, quam alioqui pater de iure communi, & ex officio paterno filiabus, cùm eas in matrimonio collocat, dare obligatur, vt dictum eſt *ſuprà cap.6. numero 36. & hoc capite n.59.* & tradunt Doctores vtrobique allegati, & alij apud eoſdem; quemadmodum ob rationem ſuprà adductam filia deficiente omni ſtatuto, vbi dos à patre ſibi conſtituta ſit notabiliter incongrua, licèt ſine enormiſſima læſione, poteſt petere eiuſdem dotis ſupplementum, etiam viuo eodem patre; ita etiam exiſtente præfato

ſtatuto poterit idem ſupplementum petere, ſi apud iudicem probauerit dotem ſibi datam de tempore dotationis fuiſſe notabiliter minùs congruam; quamvis non contineat enormem, vel enormiſſimam læſionem & ita prorſus tenet Ant. Theſaurus *d.dec.* 192.*num.*2. & ita etiam ſentiunt iuriſperiti, qui contra Caſtrum opinantur exiſtente præfato ſtatuto, ſi dos à patre filiæ excluſæ conſtituta ſit incongrua (quam eſſe incongruam exiſtimant, ſi ſit minor legitima) filiam defuncto patre poſſe ab eius hæredibus maſculis eam excludentibus petere ſupplementum vſque ad legitimam. Qui iuriſperiti ita opinantes ſunt Socinus ſen. *conſ.*57. *n.*28.*lib.*4. Grammaticus *dec.*101. *numer.*21.22.23. 40.41.*&* 42. plures alij quos refert, & ſequitur Mantica *d.tit.*23.*num.*12.*&* 13. & alij relati à Merlino *de legitima, lib.*3.*tit.*1.*d.q.*12. *num.*12. & plures ex Doctoribus *n.*89.*&* 90. relatis, aſſerentibus filiam à ſtatuto excluſam à patre dotatam non poſſe opponere de incompetentia dotis, & petere ſupplementum, niſi filia eſſet enormiſſimè læſa, loquuntur ſtante ſtatuto, quod iubeat filiam eſſe contentam dote à patre data, nilque poſſe vlterius petere. Quare etſi Merlinus *d.q.*12.*n.*37. *&* 38. dicat, quando filia reperitur honeſtè in matrimonio collocata, & nupta viro digno, cuius bona propria ſufficiunt ad onera matrimonij ſuſtinenda, filiam non eſſe audiendam, ſi velit opponere de dotis incongruitate, & intendat petere ſupplementum prætextu quòd dos à patre (imò etiam addit idem Merlinus à quovis alio qui dotauerit) data fuerit incompetens, & incongrua; idque probet ea ratione, quod intento ſtatuti volentis fœminas excluſas dotari, ſit, vt honeſtè, viroque digno nubant: nihilominus ſi verè dos fuit incongrua habito reſpectu ad facultates patris de tempore dotationis, & ad alias circumſtantias in congruitate dotis diiudicanda obſeruandas, ſcilicet dignitatis perſonarum, numeri liberorum, conſuetudinis loci, & patris circa dotationes aliarum filiarum, poterit filia à patre dotata cum dote incongruenti opponere de incongruentia dotis apud iudicem, & patre etiam viuo petere ſupplementum vſque ad dotis congruitatem, ſi iudex præfatis circunſtantiis de tempore dotationis conſideratis eam dotem fuiſſe incongruam arbitratus fuerit, vt probatum eſt *ſuprà num.*31.*&* 44. & ſentit Menochius *conſ.*8.*n.*18. & probat ratio hoc, & præcedenti numero adducta, ſcilicet quod pater ex officio paterno obligatur dare filiæ dotem congruam, que obligatio non tollitur neque diminuitur per ſtatutum excludens filiam à patris ſucceſſione, quando non mandat eſſe contentam quacunque dote à patre data, nilque vlterius poſſe petere; conſtat ex traditis *d.cap.*6.*n.*56. *& hoc cap. num.*59. atque ideò ſi pater dotem incongruam dederit, & id filia coram iudice probauerit, cùm non ſatisfecerit pater ſuæ obligationi dotandi competenter filiam, eidem petenti debebitur ſupplementum congruæ dotis, etiamſi maritus ſit vir non ſolùm dignus & par quoad dignitatem, ſed etiam ex ſolis propriis bonis poſſit onera matrimonij ſuſtinere, diuitiæ enim viri non debent excludere filiam à iure ſuo petendi, & habendi dotem congruam alioqui ſibi debitam, ſicut neque ex eo quod filia nupta habuerit ab extraneo dotem, impeditur quominus poſſit petere à patre dotem congruam ſibi debitam, vt *cap.*4.*num.*100. probatum eſt.

Quando etiam dos à patre præſertim diuite conſtituta non ſufficeret ad alimenta filiæ, licet eadem à ſtatuto à patris ſucceſſione excluſa propter maſculos à patre dotata non poſſet petere ſupplementum legitimæ, eam tamen poſſe petere ſupplementum vſque ad alimenta ſufficientia tradit Lud. Ioſeph. *d. dec. Peruſina* 21.*num.*53. poſt Socinum *conſ.*100. *lib.*3. Bald. *conſilio* 465.*fine lib.*3. & Crauettam *conſ.*256. *num.*4. & Brunum *in tract. de ſtatut. excluſ. fœminarum artic.* 9. *quaſt.*1.*num.*19.

Quando quoque dos filiæ à ſtatuto ab eius ſucceſ- 97
ſione excluſa non fuit à patre data, ſed à patre in teſtamento fuit matrimonio poſt eius mortem contrahendo relicta & conſtituta, ſi tempore matrimonij & actualis dotationis non reperitur congrua attentis facultatibus à patre relictis, liberorum numero, & conſuetudine patriæ tunc vigente, eam dotem in teſtamento paterno conſtitutam fore augendam, vt efficiatur congrua eodem tempore matrimonij inſpecto, cùm ſecundùm illud tempus contractus matrimonij, & actualis dotationis mulieris dos ſuam habeat dimenſionem & regulanda ſit quoad congruitatem iuxta tradita *ſuprà num.*48. *& ſeqq.* conſtat ex traditis *ſuprà hoc c.n.*55. & tradunt Doctores *ibidem* relati, & in ſpecie Tuſch. *verbo dos, conc.*784. *num.*11. poſt Surdum *conſ.*148. *num.*3. *&* 4. Stephan. Gratian. *deciſ.*19. & Martius Venturinus *conſ.*12. *num.*25. allegans Alciatum *de praſ.reg.*1.*praſumpt.*2. *num.*7. vbi diſtinguit inter dotem à patre conſtitutam filiæ in vita patris nuptæ, & conſtitutam in teſtamento filiæ maritandæ; & dicit, quod præſumptio, quæ ſtat pro patre filiam in vita maritante, non ita concludit in dote filiæ innuptæ in teſtamento conſtituta, & ratio eſt, quia quando pater filiæ innuptæ in teſtamento dotem conſtituit, ſcire non potuerit cuius qualitatis, & conditionis futurus eſſet maritus, & quæ conſuetudo, aut rerum viciſſitudo tempore matrimonij filiæ eſſet futura, maximè cùm, vt experientia conſtat, dotium quantitates in dies augeantur, vt *ſuprà num.*22. notatum eſt, & præter Menoch. Rolandum, Gratianum, & alios Doctores *ibid.* allegatos Anton. Theſaur. *d.deciſ.*192.*num.*6. & alij relati à Gratiano *d.deciſ.*19. & à Venturino *d.num.*25. & in conſtituenda, & æſtimanda congrua dote temporum qualitas circa dotationes eſt attendenda iuxta tradita *d.n.*22. & Doctores *ibidem* allegatos.

Filia in dote ſibi à patre viuente data enormiter, vel enormiſſimè læſa, ſi renunciauerit patri omnibus bonis paternis, an poſſit agere ad reſciſſionem renunciationis, & petere ſupplementum congruæ dotis.

Sed quid, ſi filia per ſtatutum excluſa à paterna ſuc- 98
ceſſione à patre viuente dotata, dùm eam in matrimonio collocauit, dixerit ſe dote ab eodem patre ſibi conſtituta eſſe contentam, & omnibus bonis, etiam legitimæ, ac cuilibet dotis ſupplemento, adhibito ad validandam renunciationem iuramento, ſine quo alioqui non valeret *cap.quamuis* 2.*de pactis in* 6. an ſi filia in dicta dote ſit enormiter, & immodicè, aut enormiſſimè læſa, ex cauſa talis enormis, & immodicæ ſeu enormiſſimæ læſionis poſſit agere ad reſciſſionem renunciationis implorato beneficio *l.*2.*Cod.de reſcind.vend.* (quam Iuriſperiti volunt in omnibus contractibus cum enormi, vel enormiſſima læſione alterius ex contrahentibus initis locum habere, vt notat Antonius Faber *libro* 3 *ſui Cod.tit.*12.*defin.*23.*num.*12. *in ſcholio,*) & petere dotis ſupplementum Gaſpar. Ant. Theſaurus *d. lib.*4. *quaſt.for. allegata quaſt.*4. *num.*16. arbitratur læſione etiam enormiſſima in dote à patre conſtituta exiſtente non eſſe locum petitioni ſupplementi dotis, quando pater viuens filiam matrimonio collocauit, & maritus fuit vnà cum filia vxore contentus dote aſſignata, & ipſa filia non eſt conqueſta, ſed conſentiente marito renunciauit bonis paternis, & maternis, quia (inquit) non poteſt poſteà contra renunciationem venire, &

conſequenter nec dotem congruam petere, & in iſto puncto idem Theſaurus monet iudicem omnino aduertere, ne ſub hoc prætextu temerariæ filiarum querelæ audiantur, & maſculorum [propter quos eædem filiæ ſunt à ſtatuto à ſucceſſione paterna excluſæ] patrimonia in incerto ſemper conſtituantur aſſiduis mulierum querelis aduenientibus, ita Gaſpar Theſaurus *dict. numero* 16.

Alia vero communis iuriſperitorum ſententia eſt, etiamſi filia poſt dotem ſibi à patre viuente datam fecerit renunciationem patri de omnibus bonis paternis, etiamſi expreſsè renunciaſſet legitimæ, & dotis ſupplemento, ex cauſa enormis, & immodicæ, atque enormiſſimæ læſionis, quæ in ipſa reperiatur, poſſe filiam enormiſſimè læſam agere ad reſciſſionem renunciationis, ac petere ſupplementum dotis: læſio enim enormiſſima quamcumque renunciationem reſcindit, vt communiter Doctores, quos referunt, & ſequuntur Couarruuias *var. lib.* 2.*c.*4.*num.* 5. Sola *ad conſtitut. Sabaudiæ tit. de alien. bonorum minorum mulier. Gloſſa* 2.*n.*4.*&* 5. & Merlin. *de legitima.* Quod idem tradunt Ladereh. *d.conſ.* 126. *n.*2.*&* 3. & Faber *d.l.*3.*C.tit.*12.*cit.defin.*23.*n.*12. & ratio eſt, quia huiuſmodi læſio enormiſſima arguit dolum etiam in patre, qui cum locuples ſit *v.g.* decem millium aureorum habens vnicum filium, & vnicam filiam, eidem filiæ in dotem ducentum conſtituit, cui mille quingenti ſaltem ad ratam ſuæ legitimæ debebantur, in qua indiſcreta & modica dote manifeſtum eſt in damnum filiæ patris conſilium captum, & ſatis euidenter conſtat filiam fuiſſe in renunciatione circumuentam, dolum enim ineſſe, vbi tanta ac talis læſio adeſt, ſeu læſionem enormiſſimam non interuenire abſque dolo tradunt Barthol. *conſ.* 17.*&* *conſ.*66. Caſtrenſis *conſ.* 305. *l.* 2. Dec. *conſ.* 180.*n.*7. & plurimi alij, quos referunt Sola *d.num.*4. & Merlin. *d.q.*12.*n.*17. & certum eſt, dolum omnem renunciationem annullare, vt Couarruuias *in d.c.quamuis p.*3.§.4.*n.*5. Sola, & Merlin. *locis allegatis*, & apud eoſdem alij communiter, ita quod ſtante præfata enormiſſima læſione, licet renunciatio facta fuerit cum iuramento, filia contra eandem renunciationem venire, & agere poteſt ad illius reſciſſionem, quia tanta læſio facit ceſſare diſpoſitionem *d.c.quamuis*, ſeu potiùs facit locum exceptioni *d.c.quamuis*, excludentis pactum dolo initum, ita Barthol. & Caſtrenſ. *locis allegatis*, idem Caſtrenſis *conſ.* 279.*n.*6.*vol.*1. Rota *dec.*624. *n.*3.*p.*1. *in nouiſſ.* Couarruuias *d.n.*5. Merlin. & Sola *locis allegatis*, & apud eoſdem alij.

100 Imò etiamſi expreſſe eidem enormiſſimæ læſioni fuit renunciatum, renunciationem non ſubſiſtere ſentiunt Alexander *conſil.* 130.*l.*7. Iaſon *conſ.* 135.*l.*4. Crauetta *conſ.* 142.*n.*23.*&* *conſ.* 192. Cæphalus *conſ.* 34.*n.*25. & plures alij iuriſperiti, quos referunt Sola *d. Gloſſa* 2.*n.*5. *verſ. cuius enormiſſima*, poſt Gabrielem *comm. concl. l.* 2. *tit. de arbitris concl.* 3.*n.*44. *initio*. Qui tamen *eod.n.*44. *verſ. contrariam*, refert alios aſſerentes poſſe illi renunciari. Quod verum putat Sola *d. Gloſſa* 2. *citato n.*5. *fine*, ſi enormiſſimæ læſionis renunciatio fiat ab eo, qui de valore bonorum, pretione rei informatus ſit, vt Crauetta *conſ.* 151.*n.*25. eo quia ſi quis poteſt donare, moltò magis renunciare aliquo accepto, ſi certus ſit valoris, ſeu pretij rei, quam remittit. Hoc tamen dictum Solæ non procederet, ſi in renunciante concurrat aliquis metus, puta reuerentialis, qui facilè in filia renunciante in fauorem patris, quæ læſionem enormiſſimam agnoſceret, poteſt præſumi.

Ad æſtimandum, & probandum læſionem immodicam filia, quæ renunciauit bonis paternis: An attendendæ ſint facultates patris tempore dotationis, an verò tempore mortis?

Ad agnoſcendum autem, & æſtimandum enormem, 101
vel enormiſſimam læſionem in dote à patre viuente conſtituta filiæ inſpiciendum, & attendendum eſt tempus matrimonij, & dotationis (ſcilicet conſiderandum quas facultates tunc pater dotans haberet, quot filios, quas dotes aliis filiabus dederit, quæ conſuetudo regionis circa ſimilium perſonarum dotationes vigeret) iuxta tradita *ſupr. num.* 48. & Doctores *ibid. verſ. & ſic etiam*, & plurimos alios, quos *dict. Gloſſa ſecund. numero ſeptim.* refert.

Non deſunt plures iuriſperiti in hac ſpecie renun- 102
ciationis bonorum paternorum, ac etiam legitimæ licet lutatæ à filia enormiter, vel enormiſſime in dote data læſa factæ ad agnoſcendam læſionem renunciationem reſcindentem attendendum eſſe tempus mortis patris, ita quod læſio commenſoranda, & conſideranda ſit habito reſpecto ad facultates patris tempore mortis relictis. Eo quia huiuſmodi renunciationes conferuntur in tempus futurum, quo hæreditas, ſeu legitima debebitur, & ſic tempus mortis, cum habeant tacitam conditionem, ſi hæreditas, aut legitima renuncianti aliquando debebitur, ſeu deferatur Bartolus, Caſtro, Imola, & alij *in l. qui ſuperſtitis* 94.*ff. de acquirenda hæreditate*, Hondedeus *conſil.* 293. Baldus *in l. vltima Codic. de pactis, &* *conſ.* 437. Faber *lib.* 3. *Codic. tit.* 12. *allegata defin.* 23. *n.*18. Sola *d. gloſſa* 2.*n.*9. Hodierna alios allegans *controuerſ. foren. cap.* 34. *numero* 14. Nam prius eſt, vt hæreditas, vel legitima debeatur, ſeu deferatur, quam vt ei renuncietur *leg. ſi ita* 45. §. *ſi ſub conditione ff. de legat.* 2. *leg. qui poteſt* 174. §. *quod quis ff. de reg. iuris* Baldus *dict. conſilio.* 437. & alij à Sola relati aſſerentes eſſe impoſſibile, quemlibet renunciatione excludi à ſucceſſione, quæ illi non deferatur, & ſubintelligatur in ipſa renunciatione clauſula *rebus ſic ſtantibus*, vt Decian. *conſilio.* 54. *numero* 26. *volum. prim.* Grammaticus *in allegata deciſ.* 101. *numero* 26. aſſerens ſic fuiſſe iudicatum, & alij à Sola *eod. n. allegati.* Quare ſi tempus mortis ſpectatur ſubdit Sola, quo hæreditas, vel legitima patris filiæ defertur, illius temporis attendatur valor bonorum, non tempus renunciationis *leg. prim. ff. de hæreditate, vel actione vendita.* Nec per renunciationem remittatur ſpes ſucceſſionis, ſed poſt ſucceſſionem ipſam quæſitam donentur bona hæreditaria Socin. *conſil.* 183. *volum. ſecund.* & alij ab eodem Sola relati. Quibus tamen non obſtantibus idem Sola *d. gloſſa ſecund. numer.* 12. approbauit opinionem aſſerentem attendendum tempus renunciationis (eſto, quod poſtea patris facultates fuerint auctæ) vti æquiorem, & ſtabilitam fortioribus argumentis (quæ ſunt adducta *ſuprà hoc cap. dict. num.* 48.) & magis receptam. At verò Faber. *dict. defin.* 23. *numero* 20. *& ſequentibus*, refert ſuum Senatum in facti contingentia fuiſſe ſecutum hoc temperamentum (quod vocat æquiſſimum) ſcilicet vt ſi filia, quæ renunciauerit, & habuerit ab initio congruam dotem, nempè quæ reſpondeat legitimæ, quam habitura erat, ſi tunc pater obiiſſet, aliud illi non debeatur, ex eo quod poſtea pater ſit factus locupletior, per iura, & alia *ſup. d. n.* 48. adducta, & tunc ſi dotando filiam ſatisfecerit officio ſuo pater, quod de eo in dubio præſumendum eſt iuxta tradita *ſup. n.* 86. ſi verò filia renunciatrix fuit minus congrue dotata, tametſi non immodice læſa, reſtituatur in integrum ex cauſa læſionis æſtimandæ pro quantitate

bonorum

bonorum, quæ pater moriens reliquerit, vt ita patris impietas (cùm dicatur, inquit Faber, *n.* 24. in Scholio, patet contra officium pietatis, iniquè, & indignè feciſſe minus legitima portione filiæ aſſignans *leg.* 2. 3. 4. *&* 5. *ff. de inoffic. teſtam.*) qui propriam filiam circumuenerit, & ad iurandam renunciationem induxerit, ſeu potiùs adegerit, ita Faber *d. defin.* 23. qui obiectioni quod non eſſet audienda filia, quæ peteret ſibi augeri dotem auctis poſtea paternis facultatibus, cùm dos ab ea accepta non poſſit diminui patris facultatibus poſtea diminutis iuxta tradita *ſuprà d. num.* 48. *verſ. denique, & numero* 54. Reſpondet, fauore dotis inductum eſſe, vt non poſſit diminui, ideoque filiæ nocere non debere, ne amplius quicquam petere debeat, ſi ſubſit petenti ratio (ne inducta ad fauorem afferant detrimentum contra *leg.* 3. *ff. dua autem ff. de carbon. edic. lege generaliter* §. *fin. Codice de ſecundis nuptiis & lege plures fine ff. de fide inſtrumentorum*, ſubeſt autem ratio petendi ſupplementum (inquit) ſaltem cum filia reperitur immodicè læſa eo tempore (ſcilicet mortis patris) quo de legitima quæri oportet, ſi ab initio non habuit filia congruam portionem. Prædicta Faber. Et certe cùm eiuſmodi renunciationes à filiabus patri factæ non videantur carere aliqua præſumptione, quòd ad eas ſint reuerentiali metu inductæ, & ſint odioſæ, vtpotè iuris ciuilis rationi contrariæ *l. vltima de ſuis & legitim.* & Faber *d. definit.* 23. *numer.* 15. non malè faciet iudex, ſi in iudicando partem filiæ renunciatrici fauorabilem ſequatur.

Leges ciuiles, & ſtatuta municipalia quæ taxant certam quantitatem pro dotibus, An lædant, vel potius adiuuent matrimonij libertatem, & valeant necne, & Reipublicæ vtilitati inſeruiant.

103 Denique vtrùm à Laicis lege municipali ſtatui poſſit, ne vltra certam quantitatem poſſint parentes filiabus ſuis dotem conſtituere ſub certa pœna, & ſic præfigere dotibus quantitates certas iuxta ſtatum cuiuſque contrahẽtis matrimonium. Hyppolitus a Marſilio *ſingulari* 589. Couarruuias *de ſponſ. parte* 2. *cap.* 3. §. 9. *num.* 3. opinatus eſt, huiuſmodi legem taxantem, & præſcribentem certam quantitatem dotibus eſſe nullam, eo quod impediat matrimonij libertatem, lex enim ciuilis, ſiue vniuerſalis, ſiue ſtatutoria, quæ matrimonij libertatẽ impedit, eſt nulla, vt latè probam *in tract. de matr. c.* 11. Cæterum contrarium, & huiuſmodi legem licitè à laicis poſſe condi, & eſſe validam ſentiunt Couarruuias *dict. n.* 3. Curtius ſen. *conſ.* 27. *num.* 28. Franciſcus Molin. latiſſimè probans *de ritu nuptiarum lib.* 2. *differentia* 7. *n.* 72. *& nonnullis ſequentibus*, & Stephanus Gratianus *diſcept. foren. tom.* 1. *c.* 148. 4. & ex Theologis Rebellus *de obligat. iuſt. p.* 2. *lib.* 5. *quaſt.* 8. *num.* 1. & Caſtrus Palaus *de inſtit. diſput.* 9. *puncto* 6. *numer.* 1. Per talem enim legem neque libertati matrimonij, neque iuriſdictioni Eccleſiaſticæ præiudicatur, ſed intuitu boni publici Reipublicæ vtilitati, commodo parentum occurritur, qui ſtudio & deſiderio, vt filiæ nubãt maritis, genere, & nomine, ac diuitiis nobiliorib. & ſublimiorib. ſæpius dotes promittunt ingentes, quas nec ipſi, aut eorum patrimonia ferre poſſunt, & ſic miſeri poſt pauperes inopem vitam degere coguntur; præfatæ etiam leges dotiũ quantitatem iuxta ſtatum contrahentium matrimonium, & regionis cuiuſque facultates menſurandam, non ſolum non impediunt matrimonia, ſed potius illa adiuuant, & faciliora reddunt, quia vbi minorem dotem mulier eſt allatura, pluries poteſt nubere, & plures etiã maritos inuenire, ex eadem taxatione fit; vt pater plures habens filias congruam vnicuique dotem dare poſſit, quod requiret, ſi vni ampliſſimam daret, ex quo pariter fit ſæpiùs vt cæteræ filiæ inuitæ compellantur in religionem intrare eum cum illarum pernicie. Pluribus aliis confirmat Molinus, quæ omitto. Solùm aduerto de facto talem legem eſſe, & ſeruari apud Venetos, ſcilicet ne quis etiamſi ſit patritius diues vltra ſex millia ducatorum aureorum dotis nomine filiæ auſit dare, vt refert *d. nu.* 3. Couarruuias ex Poſtello de Magiſtratibus Athenienſium *capite* 33. ſimilem etiam legem latam fuiſſe à Carolo V. qua definiuit, quanta in regnis Hiſpaniæ foret filiabus aſſignanda dos à parentibus refert *ibidem* idem Couarruuias. Extat etiam ſtatutum vrbis prohibens dari in dotem vltra ſummam duorum millium ducatorum, de quo ſtatuto Ruta Romana *deciſ.* 457. *numero* 6. & alias ſimiles leges variis in regionibus ſancitas eſſe refert Molinus *dict. diff.* 7. *numero* 72. *fine*, vbi etiam refert plures alios iuriſperitos præfatam legem de certa dote danda filiabus defendentes. Quia talis lex taxans dotem, & prohibens dari dotem vltra certam ſummam inſpecto ſtatu contrahentium matrimonium reſpiciat publicam Reipublicæ vtilitatem, & faciliora reddat matrimonia, ob quam cauſam Rota *dicta num.* 6. dixit eandem legem inſpecta principali intentione ſtatuentium eſſe fauorabilem.

CAPVT XIV.

De inofficioſa dote.

SVMMARIVM.

Querela inofficioſa dotis, & inofficioſa donationis fuerunt inſtituta ad inſtar & ſimilitudinem inofficioſi teſtamenti dotationibus & donationibus reuocandis vſque ad legitimam filiis debitam, num. 1.

Non deſtruit in totum dotationem, & donationem ſed vſque ad legitimam, n. 1. & 4.

Cur duo tituli de inofficioſis donationibus, & inofficioſis dotationibus ſeorſim fuerint inſtituti n. 4.

Querela inofficioſa dotis intrat, quando mulier ſe ipſam immodicè dotat cum præiudicio legitima ſuorum filiorum. ibid. *Donatio, & dotatio, ſeu dotis datio dicitur non quæ legitimam excedat, ſed quæ efficit, ne alij filij ſuas legitimas integrè habeant*, n. 2.

Et quando ſit talis. ibid. & n. 1.

Filiis competit querela inofficioſa donationis, & dotationis, vt ea inofficioſa donatio, vel dotatio reuocetur ad iuſtam legitima quantitatem, n. 1. & 2.

Dicta querela competit etiam aſcendentibus ad reuocandum vſque ad legitimam ſibi debitam donationes, vel dotationes inofficioſas à deſcendentibus factas n. 3.

Donatio, & dotatio inofficioſa re & conſilio quæ dicatur, num. 4.

Et quando necne poſſit reuocari. ibid.

Inofficioſa donationis vel dotationis reuocationi (etiamſi ſit re tantum inofficioſa) non obſtat iuramentum patris de non reuocando. ibid.

Inofficioſitas probanda eſt ab allegante, & quando probetur donationem fuiſſe re, & conſilio inofficioſam n. 5.

Et quando probanda à muliere, vel à debitore dotis. n. 6.

Inofficioſa dotatio, ſeu donatio cauſa dotis facta per patrem filiæ non poteſt ab aliis per præfatam querelam reuocari niſi vſque ad legitimam, etiamſi fuerit inofficioſa re & conſilio. n. 7.

Eadem querela eſt remedium ſubſidiarium, ſcilicet quando pater non poſſit alia bona vltra donata & data in dotem, vel quæ poſſidet non ſunt ſufficientia pro legitima numer. 8.

Ceſſant ſi ſint, vel ſuperuenerint alia bona ibid.

Reuoca

Reuocatoria per præfatam querelam inofficioſæ &c. non competit filiis præſertim contra maritum, cui dos ſoluta eſt, ſi iidem filij conſenſiſſent tantam dotem à patre dari. num. 9.

Eadem querela durat ſolum quinquennio, quò elapſo expirat. n. 10.

Quando incipiat currere quinquennium. ibid.

Filiis læſis inofficioſa donatione, vel dotatione ad legitimam, vel illius ſupplementum conſequendum competit etiam actio condictionis ex l. omnimod. C. de inoff. teſtam. num. 11.

Quæ durat ſpatio annorum 30. & eo ſpatio elapſo expirat. n. 11. & 12.

Vt eadem actio præſcribatur, debet currere in eo, qui allegat præſcriptionem. n. 12. circa finem.

Eadem actio, ſeu condictio ex l. omnimodo Codic. de inoff. teſtam. *an competat pro legitima, ſeu eius ſupplemento quoad bona à patre donata, quæ poſſidentur a donatario, an vero requiratur prius reuocatoria per querelam inofficioſæ donationis intra quinquennium* n. 13. 14. & 15.

Quoad computationem patrimonij paterni pro detractione legitimæ, vel illius ſupplementi bona inofficioſè donata non cenſentur exiiſſe paternum patrimonium. numero 14.

Quando filij per donationem inofficioſam ſunt læſi in legitima tam ex bonis per donationem antea factam alienatis, quàm ex bonis tempore mortis patris ab eo relictis, vno cumulo ex illis facto condictione ex d. l. omnimodo poſſunt integram legitimam conſequi, num. 15. & 16.

Si ob inofficioſas donationes à patre viuente factas inſpecto ſolum tempore mortis patris filij parum haberent, pro legitima attenditur etiam tempus donationis. numero 16.

Factis per patrem pluribus donationibus, ſi prima per ſe non fuit inofficioſa, ſed effecta eſt inofficioſa ob ſubſequentes donationes, vltimæ donationes tantum ſunt pro legitima reuocandæ, numero 15. fine, & numero 16. fine.

Non reuocatur donatio, quæ non fuit inofficioſa licèt poſtea pater conſumpſerit reſiduum bonorum. numero 16. fine.

Querela inofficioſæ donationis non tranſmittitur ad hæredes extraneos. n. 19.

Nec competit tertio, vt poſſit opponere de donationis, & dotationis inofficioſitate. n. 20.

Pater donator, & dotator non poteſt opponere de inofficioſitate dotis, aut donationis, & reuocare donationem, & dotationem quoad exceſſum. n. 21.

Patri in Regno Caſtellæ, ſi conſtituerit filiæ dotem inofficioſam excedentem metam à lege illius Regni taxatam, an liceat de inofficioſitate dotationis etiam contra generum dotem promiſſam petentem opponere, & reuocare dotationem quoad exceſſum. ibid.

Dotem inofficioſam à matre conſtitutam ſecundo viro poſſunt filij primi matrimonij ex cauſa ſuæ legitimæ conſequendæ impugnare querela inofficioſæ dotationis condictione ex l. omnimodo, & ex l. hac edictali Cod. de ſecundis nuptiis. n. 22.

Dos à patre vel matre carentibus filiis data filia inofficioſa & immodica ob ſuperuenientiam filiorum reuocari poteſt vſque ad legitimam eiſdem filiis debitam querela inofficioſæ dotis conditione ex l. omnimodo, & condictione ex l. ſi vnquam Codic. de reuocandi donat. numero 23.

Actio querelæ inofficioſæ dotationis ad detrahendam legitimam non competit filiis in vita patris dotatoris, ſed poſt eius mortem. n. 24.

Dotatio, & donatio remanet in ſuſpenſo vſque ad tempus mortis patris, vel matris dotatoris, vel donatoris, vt iudicetur nec ne inofficioſa. ibid.

Quid in Regno Caſtellæ. n. 25.

Dotationem, vel donationem per patrem, vel matrem factam ſi illi conſenſerint, an filij in patris, vel matris vita poſſint agere ad detractionem legitimæ, numero 26. & 27.

Poſt mortem patris, vel matris dotantis filij conſtante matrimonio à marito non poſſunt reuocare quoad exceſſum dotem inofficioſam, niſi dos fuiſſet inofficioſa re, & conſilio, & maritus participaſſet de fraude patris. numero 29.

Alij putant etiam conſtante matrimonio; numero 30.

Maritus conſtante matrimonio an ex titulo oneroſo, vel lucratiuo habeat dotem inofficioſam quoad exceſſum vltra congruitatem, n. 28. & 31.

Variæ aſſignantur, & examinantur differentiæ rationes, cur à marito conſtante matrimonio poſſint filij reuocare dotem inofficioſam, quatenus eorum legitimæ præiudicat, creditores autem patris non poſſint à marito non participe fraudis reuocare dotem per patrem in eorum fraudem datam vel promiſſam, numero 32. ad 38.

An ſubſiſtant dictæ rationes, differentiæ. n. 38.

Admiſſa ſententia aſſerens filios poſſe conſtante matrimonio reuocare à marito dotem inofficioſam vſque ad legitimam, quomodo fieri poſſit, quod iidem filij deducant ſuas legitimas ante mortem patris, creditores verò non, præſuppoſito quod legitimæ non poſſint detrahi niſi deducto ære alieno. n. 39.

Admiſſa eadem ſententia, an filij poſt mortem patris conſtante matrimonio poſſint à marito reuocare dotem inofficioſam à patre datam eidem marito in pecunia, quam idem maritus bona fide conſumpſerit, numero 39.

Legitima à filiis ex exceſſiua, & inofficioſa dote detrahitur nulla habita ratione ad lucrum dotis ſiue ex ſtatuti diſpoſitione, ſiue ex pacto ſoluto matrimonio debeatur, & ſic detractio legitimæ præcedit lucrum dotis. numero 43.

Aſcendentes in iiſdem caſibus, & eiſdem modis detrahunt legitimam ex inofficioſa dote prout deſcendentes num. 44.

Filij an, & quando, quaue ratione vna cum exceſſu dotis inofficioſæ dotis poſſint à marito reuocare, & exigere fructus ipſius exceſſus dotis etiam conſiſtentis in pecunia. n. 45. 46. & 47.

Creditores patris vel matris an, & quando dotem ſiue in re immobili, ſiue in pecunia numerata per patrem, vel matrem in eorum fraudem datam genero poſſint vel non poſſint ab eodem genero reuocare. n. 48. & tribus ſeqq.

Et quid ſi gener fraudis non fuerit particeps, numero 52.

De fraudis probatione. n. 53.

Dotanti, qui promiſit, vel dedit dotem exceſſiuam, & immodicam, an competat exceptio contra promiſſionem, & reuocatio exceſſus dotis. n. 55.

Remiſſiuè quoad patrem, & ipſam mulierem tam minorem, quàm maiorem dotantes exceſſiuè. ibid.

Frater minor reſtituitur in integrum aduerſus dotem exceſſiuam pro ſorore promiſſam vel datam, numero 56.

Idque non obſtante iuramento petita prius abſolutione. ibidem.

Reſtitutionis eiuſdem priuilegium etiam maioribus, qui cum minoribus promiſerunt competit. ibid.

Quantus exceſſus, ſeu quanta læſio minoris requiratur, & ſufficiat ad præfatam reſtitutionem, explicatur multis exemplis, & an ſufficiat modica læſio, vel debeat eſſe enormis, & grauis. n. 56.

Si

quapropter inofficioſa dotatio, aut donatio dicitur & eſt, quæ ſi adſint quatuor filij, vel pauciores excedit dodrantem ſcilicet nouem vncias, quia tunc legitima eſt triens, & ſi adſint filij pluſquam quatuor, excedit medietatem patrimonij, cùm tunc legitima ſit ſemis; id quod etiam expreſſe notauit Merlinus *d. tit. 1. quæſt. 21. num. 11.* poſt Gloſſam, Bartholum, Azonem *in leg. 1. §. 1. ff. ſi quid in fraudem patroni*, & Clarum *in §. donatio quæſt. 24. verſ. aut verò.*

Non ſolùm filiis, & deſcendentibus, ſed etiam aſcendentibus competit dicta quarela inofficioſæ donationis, vel dotationis ad reuocandum vſque ad legitimam inofficioſam donationem & dotationem eorum legitimæ præiudicantem.

3 Dixi immediatè ante per quærelam inofficioſæ dotis, vel donationis tantum de dote, vel donatione detrahi, quantum requiritur ad conſtituendam legitimam filiis, vel *aliis perſonis debitam*, quia non ſolum deſcendentibus, ſed etiam aſcendentibus competit eadem quærela inofficioſæ dotis vel donationis, & ius reuocandi vſque ad legitimam ſibi debitam dotationem, vel donationem factam ab ipſis deſcendentibus lædentem legitimam iiſdem aſcendentibus debitam; vt conſtat ex textu *in l. ſi filius Cod. de inoff. donat.* vbi eſt vſus in donatione filij, quam mater allegat inofficioſam, & tradunt *ibid.* Gloſſa 1. Coſta *de rata port. qu. 113. in fine*, Rota Rom. *dec. 668. n. 3. p. 1. in nouiſſimis*, Fontanella *d. p. 2. num. 16. & 27.* & latè alios allegantes Mangilius *de imput. quæſt. 10. n. 27. & 28. & q. 44. num. 11.* & Merlinus *d. tit. 1. quæſt. 20. num. 18. & q. 21. num. 2.* qui aſſignant rationem, ſcilicet quia quærelæ inofficioſæ donationis, & dotationis introductæ ſunt ad inſtar quærelæ inofficioſi teſtamenti, illiúſque ſequuntur naturam reſpectu perſonarum, quibus dantur: ac proinde ſicut quærelæ inofficioſi teſtamenti tam aſcendentibus datur, quàm aſcendentibus *l. cum te C. de inoff. teſtam.* ita quoque dabitur quærela donationis inofficioſæ, & quærela inofficioſæ dotis. Addit Mangilius *d. quæſt. 10. n. 29.* ex Cæphalo *conſ. 278. n. 49. & 50. vol. 2.* & Petra *de fideicom. quæſt. 15. n. 78.* difficiliùs minui legitimam parentibus debitam, quàm liberis, quia hæreditas parentibus delata eſt luctuoſa *l. fin. Cod. de inſtit. & ſubſtit.* Quare non eſt audiendus Butius (quem refert, & ſequitur Tuſchus *verbo quærela concl. 42.*) *conſ. 12. n. 3. verſ. breuiter* aſſerens ſi filia conſtituerit ſibi dotem inofficioſam, & præiudicantem legitimæ parentum, non habere parentes quærelam inofficioſæ dotationis, quia id non reperiatur iure cautum, ſicut reperitur filiis talem quærelam conceſſam eſſe.

Quærela inofficioſi teſtamenti datur ad annullandum inofficioſum teſtamentum, quærela inofficioſæ donationis, & dotis datur ſolùm ad reuocandam donationem, & dotem vſque ad legitimam: & quando donatione, & conſilio inofficioſa reuocetur in totum, & an donatio inofficioſa per quærelam reuocetur etiamſi pater iurauerit non reuocare.

4 Differunt verò præfatæ quærelæ, quod quærela inofficioſi teſtamenti datur ad reſcindendum, & annullandum totum teſtamentum, quærelæ verò inofficioſæ dotationis, & inofficioſæ donationis dantur ſolùm ad reuocandam dotem, vel donationem vſque ad iuſtã quantitatem legitimæ filiis, vel parentibus debitam. Niſi donatio fuerit inofficioſa non ſolum re (ſcilicet tanta, vt non ſuperſint bona ſufficientia pro legitima filiis, vel aliis debita) ſed etiam conſilio, & mente teſtatoris, ſcil. facta animo, & propoſito fraudandi filios in ſua legitima (de qua donatione inofficioſa re, & conſilio latè Tuſch. *verbo donatio concl. 685.* Clarus *§. donatio q. 24.* Mangil. *de imput. q. 93. n. 20. & 21. & plur. ſeq.* Fontan. *d. p. 21. n. 22. & quatuor ſeq. & n. 47.* Merlin. *de legit. lib. 2. tit. 1. q. 21. n. 18. ad 30. & alij ab iiſdem relati*) nam ſi conſtet donatione, & conſilio inofficioſam, licet ſi ſit facta in fauorem vnius ex filiis non reuocetur in totum, ſed tantùm vſque ad debitum ſubſidium bonorũ ſcilicet vſque ad legitimam, vt poſt alios tradunt Tuſchus *d. concl. 685. n. 27. & 41.* Clarus *d. q. 24.* Io. Bapt. Lup. *de illegit. & natural. lib. com. 4. §. 2. n. 16.* Fontan. *d. p. 2. n. 26.* Mangil. *d. q. 93. n. 25.* & Merlin. *d. q. 21. 22.* & alij ab iiſdem relati, per text. *in l. ſi liqueat C. de inoff. don.* Quam legem loqui de huiuſmodi donatione re, & conſilio inofficioſa, quæ fit à patre vni ex filiis ſuis ſentiunt Barthol. & alij Iuriſperiti à Fontan. *d. n. 26.* eos ſequente, & Mangilio *d. n. 25.* relati, pariter ſi donatio re, & conſilio inofficioſa ſit à patre facta in fauorem extranei, & pro filiis aliquid eſſet à patre reſeruatum; vel ſi facta in teſtamento filiis aliquid eſſet relictum, etiam hoc caſu reuocatio non fieret in totum, ſed tantum vſque ad legitimam, vt poſt alios communiter tradunt Io. Bap. Lup. *d. §. 2. n. 19.* Mangil. *d. q. 93. n. 23.* Fontanel. *d. n. 26.* & Merlinus *d. q. 21. n. 23.* tamen ſi eadem donatio re & conſilio inofficioſa facta a patre ſit in fauorem extranei nulla facta mentione filiorum, quibus nil ſit reſeruatum, vel relictum, etſi hoc in caſu ſit inter Iuriſperitos controuerſia, an in totum poſſit donatio reuocari, vel ſolum vſque ad legitimam filiis debitam, nihilominus Doctores magis communiter inclinant, vt donatio in totum reſcindi, & annullari poſſit, ſicut in totum annulletur teſtamentum paternum, in quo filij omnino ſunt præteriti, Doctores ita ſentientes referunt, & ſequuntur Mangil. *d. q. 93. n. 21.* Io. Bapt. Lup. *d. §. 2. n. 18. verſ. ſed quod donatio*, Fontan. *d. n. 26.* & Merlinus *d. q. 21. n. 18. verſ. hoc itaque n. ſeq. 19.* addunt Merlin. Io. Bap. Lup. *locis cit.* & Fontan. *d. p. 2. n. 39.* ex Bartholo *in l. Titia Seio §. Imper. n. 5. ff. de l. 2. & plurib. aliis*, id procedere etiamſi pater donator iureiurando promiſerit donationem non infringere, ſeu non reuocare, & reuocationi renunciauerit, quia quando contractus infirmatur ratione, & cauſa alterius nullum robur præſtat ipſi contractui iuramentum *c. quamuis de pact. c. licet de iureiur. in 6.* quod procedit in quacumque donatione inofficioſa à patre etiam vni ex filiis facta, cuius reuocationi non obſtat patris iuramentum de non reuocando; vt expreſſe Clarus *d. q. 24. n. 3.* & alios referens Fontan. *d. n. 39.* & probat Clarus, quia cùm diſpoſitio *titul. de inoffic. donat. & dotationibus* ſit in fauorem filiorum introducta *l. fin. C. de inoff. donat.* & ſupra dictum eſt; non debet patris iuramentum in eorum præiudicium quicquam operari. Hic tamen caſus raro, & vix poteſt in praxi contingere; cum non videatur veriſimile patrem ita ſui officij futurum immemorem, vt omnia bona ſua donet extraneo filiorum ſuorum omnino oblitus.

Inofficioſitas à quo probanda, & quomodo probetur fuiſſe re, & conſilio inofficioſa.

Cum autem inofficioſitas donationis, & dotationis 5
non præſumatur, ſed ab allegante ſit probanda, vt Gabriel *conſ. 137. n. 20. lib. 2.* Tuſch. *verbo quærela concl. 8.* & poſt alios Fontanella *d. p. 2. num. 23.* & Merlin. *d. quæſt. 21. numero 27.* an etiam ſit probandum fuiſſe factam conſilio, & animo fraudandi filios, & qua ratione hic animus debeat, ſeu poſſit probari

vt poſſit in totum reuocari, ſi facta ſit extraneo filiis omnino prætcritis Fontanella *dict. part. ſecund. numer.* 35. ex Becio *conſil.* 68. *numero* 8. generaliter dicit eam omnem donationem dicendam eſſe re, & conſilio inoſſicioſam, quæ fuerit facta expreſſe de omnibus bonis *lege omnes* §. *Lucius ff. de his, quæ in fraud. creditorum.* At Merlinus *dict. quæſtio.* 21. *numero* 28. 29. & 30. ex immenſa donatione (non exprimens, quod ſit de omnibus bonis) filiis de tempore donationis extantibus, & capacibus aſſerit citra dubium præſumendam fraudis ſuſpicionem, quæ eſt præſumptio iuris, & de iure *leg. prim. & leg. ſi vt proponis, leg. cum donationibus, leg. ſi vir. Codic. de inoffic. donat. & authent. ſi parens Codic. de inoſſicioſ. teſtamento fundata*, & Clarus *dict. quæſt.* 24. Quod etiam probatur, quia per præfatam donationem inoſſicioſam filij enormiſſime lædantur in ſuam legitimam, ex ipſa verò enormiſſima læſione præſumitur fraus, & dolus, ſeu animus fraudis in patre, vt præter alios Doctores à Merlino *d. quæſt.* 21. *n.* 30. relatos, tradunt alij *cap. præcedenti n.* 99. allegati.

6 Circa verò quod paulò ante dictum eſt, inoſſicioſitatem dotis, vel donationis eſſe probandam ab allegante, id citra omne dubium verum eſt, quando dos iam ſoluta ſit marito, qui illius poſſeſſionem obtinuerit, cum nemo à ſua poſſeſſione turbandus ſit, niſi apertè conſtiterit, eum non habere cauſam poſſidendi, neque actus factus inualidus iudicandus ſit, dum non conſtiterit de nullitate, cùm ſemper pro valore actus præſumptio ſumenda ſit, verum ſi dos inoſſicioſa ſoluta non eſt, ſed tantum promiſſa, & mulier, pro qua eſt promiſſa petat ſibi dotem dari. Mulieres *tr. de maiorat.* 1. *p. q.* 52. *n.* 17. loquens de dote a patre conſtituta filiæ excedente taxã Regni Caſtellæ, ait onus probandi dotem non eſſe inoſſicioſam, miniméque excedere taxam legis incumbere mulieri dotem petenti, quia inquit, eſt fundamentum ſuæ petitionis, cum nullum (addit) ius habeat ad dotis ſolutionem, niſi quatenus ſub meta legis comprehenditur. At contrarium tenent Baëza *tr. de non melior. filiab. c.* 36. *num.* 16. Matienzo *l. prim. Gloſſa* 7. *fine lib.* 5. *nouæ Collect.* & Gutierrez *pract. lib.* 3. *quæſtio.* 40. *circa finem*, & merito tum ob generalem regulam, quod inoſſicioſitas ſit probanda ab eo, qui illam allegat, tum quia fundamentum, cui innititur mulier in petenda dote, eſt ſola promiſſio ſibi facta de dote ſoluenda, ac proinde probata promiſſione nihil aliud probare tenetur è contra impugnans promiſſionem, & ſolutionem renuens nititur in exceſſu, quem dos promiſſa creditur continere, ac proinde ipſi incumbit huius exceſſus probatio, vtpote fundamentum ſuæ intentionis, nam licet ipſa excipiens ſit reus, & mulier actor, nihilominus regula generalis eſt, quod quem in aliqua qualitate ſe fundat tam agendo, quàm excipiendo, tenetur illam qualitatem probare, Gloſſa *in l. ſi vero* §. *qui pro rei qualitate ff. qui ſatiſdare cogantur*, Gutierrez *vbi ſup. &* 1. *p de iuramento c.* 1. *n.* 2. & Couarruuias dicens eſſe communiter receptum 2. *var. cap.* 6. *n.* 2.

7 Ex prædictis infertur, quod inoſſicioſa dotatio, ſeu donatio ex cauſa dotis facta per patrem filiæ non poteſt ab aliis filiis per præfatam quærelam inoſſicioſæ dotationis, ſeu donationis reuocari, niſi vſque ad legitimam, etiamſi fuerit inoſſicioſa non tantum re, ſcilicet eorundem filiorum legitimam lædens, ſed etiam conſilio, ſcilicet facta animo eoſdem filios fraudandi in eadem legitima, cum filiis facta donatio inoſſicioſa ſiue re tantum, ſiue re, & conſilio non reuocetur, niſi vſque ad legitimam, vt notatum eſt; & ita expreſsè ex Bartho. lo, Saliceto, & aliis *in l.* 1. *C. de inoff. donat.* Tuſchus *d. concl.* 685. *n.* 27.

Quærela inoſſicioſæ dotationis, & donationis eſt remedium ſubſidiarium conceſſum filiis ad reuocandam donationem, & dotationem vſque ad legitimam ipſis debitam, quando pater non habet alia bona, vel non habet ſufficientia pro legitima, & in quibuſnam aliis caſibus ceſſet dicta quærela.

Porrò præfatum remedium quærelæ inoſſicioſæ donationis, & dotationis ad illam reuocandam vſque ad legitimam in præfatis titulis *de inoff. don. & de inoff. dotat.* eſt ſubſidiarium, ſcilicet conceſſum ſolum in ſubſidium, quando nullum aliud remedium competit, & ceſſat, quando aliud extat, ſeu competit filiis remedium conſequendi legitimam ſibi debitam, vt proinde tunc ſolum per huiuſmodi quærelam inoſſicioſæ dotationis, ſeu donationis poſſint reuocare dotationem, ſeu donationem inoſſicioſam vſque ad legitimam ſibi debitam, quando vel pater non habet alia bona, vel quæ idem pater poſſidet, eiſdem filiis non ſufficerent pro eorum legitima, in cuius tantum ſupplementum iura conceſſerunt præfatum remedium quærelæ dotis, & donationis inoſſicioſæ, vt dictum eſt, & ſic eſſe remedium ſubſidiarium, videtur ſententia communis Doctorum, quos referunt, & ſequuntur Coſta *de remed. ſubſid. rem.* 108. *n.* 1. Fontanella *de pact. nupt. clauſ.* 5. *gloſſ.* 8. *d. p.* 7. *n.* 7. & Molfeſ. *ad conſuet. Neap. tom.* 1. *p.* 4. *q.* 26. *n.* 22. vbi, & confirmat ex eo, quòd cùm omnis reuocatoria competat in ſubſidium aliorum bonorum, ſcilicet non extantibus aliis bonis, vt Gloſſa *in l.* 2. *Codic. de haredit. act.* Guido Papa *q.* 105. *& q.* 460. & loquentes in reuocatoria rei hypothecatæ, Cynus, Bartholus, Caſtrus, & alij *in l. fin.* §. *& ſi præfatam C. de iure deliber.* & alij ab eodem Molfeſio relati, multo magis hoc procedere debet in præſenti caſu, vt tunc ſolum filij habeant reuocatoriam, quando alia bona, quæ poſſidet pater illis non ſufficerent pro eorum legitima, ſecus ſi ſufficerent, tunc enim non competeret illis reuocatoria: Neque etiam competeret, quando pater poſt dotationem, vel donationem ab initio inoſſicioſam alia bona acquiſiiſſet, eiuſque facultates eſſent auctæ, vel ex bonis acquiſitis filij ſuam legitimam poſſent conſequi, quia tunc deſinit dotatio, vel donatio eſſe inoſſicioſa, ac proinde non dabitur quærela inoſſicioſæ dotationis, vel donationis, vt poſt Becium *conſ.* 68. *n.* 2. & alios Mangil. *de imput. q.* 94. *n.* 10. & Gomez *ad l.* 29. *Tauri n.* 35. *verſ. tertio infero*, de quo etiam *infr.* §. *ſeq.* 8

Sicut etiam eiſdem filiis non competeret præſertim contra maritum reuocatoria dotis inoſſicioſæ vſque ad legitimam aliis bonis paternis non extantibus, ſi ijdem filij conſenſiſſent tantam dotem à patre dari, tunc enim illos eandem dotem, tametſi tantum vſque ad legitimam, quaſi inoſſicioſam non poſſe reuocare per textum clarum *in leg. non videtur* §. *ſi quid in fraud. cred.* tradit Petr. Barboſa *in leg. ſecund. in princ. numero* 173. *verſicul. quod ſi facta Digeſt. ſoluto matrimonio* poſt Xuarez *in leg. quoniam in prioribus* 10. *ampliatione num.* 46. *Codic. de inoſſicioſ. teſtamento*, & Baëzam *de non melioran. filiab. cap.* 10. *n.* 64. 9

Quærela

Quærela inofficioſi teſtamenti, & quærela inofficioſæ donationis, & dotis durant tantum quinquennio, quo elapſo expirant, & quando incipiat currere quinquennium.

10 Cùm autem huiuſmodi remedium, ſeu quærela inofficioſæ donationis, & dotationis æquiparetur quærelæ inofficioſi teſtamenti, ſit introducta, vt ſupra notatum eſt, & tradunt communiter Doctores, & dicitur expreſsè *l.fin.Cod.de inoff.donat.* quemadmodum quærela inofficioſi teſtamenti durat tantum quinquennio, & eo elapſo præſcribitur; vt non poſſit intentari vltra quinquennium *l.ſi quis filium in fine* ibi; *vel quinquennio tacuit C. de inoff. teſtam.* & tradunt communiter Doctores Bartholus *ibidem, & conſ.*105.*volum.*1. Surdus *conſ.*148.*n.*13. Anton.Gomez *var. tom.*1. *cap.*11. *n.*16. Rot.Rom.*poſt tract.*Merlini *de legitima deciſ.*65. *num.*12. Mangilius *de imput. qu.*10. & alios allegantes Fontanella *de pact.nupt.tom.*1.*clauſ.*5.*gloſſa* 8. *parte* 2. *n.*18. & Aug.Barboſa *collect. ad d. l.ſi quis filium num.*8. ita etiam quærela inofficioſæ donationis, & dotationis tantum quinquennio durat; vt quinquennio elapſo vi eiuſdem quærelæ non competat actio ad reuocandam inofficioſam donationem, ſeu dotationem neque in totum, neque vſque ad legitimam id quod probatur ex textu *in d. l. fin. Cod. de inoff. donat.* vbi prius dicitur quærelam inofficioſæ donationis inductam fuiſſe ad ſimilitudinem inofficioſi teſtamenti; poſtea ſubduntur hæc verba, *vt ſit in hoc actio vtriuſque vel vna cauſa, vel ſimilitudinis exiſtimanda, vel idem & tempor. & mor.* & per eundem textum tradunt communiter Doctores. Tuſchus *d. verbo donatio, citata concl.*685.*num.*49. Surdus *d.conſ.*148.*n.*14. Mangilius *de imput.d.q.*10.*num.*35. alij à Surdo allegati ſcribentes *in d.l.fin. & in allegata l.ſi quis filium,* Rota *d.deciſ.* 65.*numero* 12. *poſt tractat.* Merlin. *de legitima,* & cæteri paſſim, quos referunt, & ſequuntur Aug. Barboſa *collect.ad d. l. fin. Cod. de inofficioſis donat.* Fontanella *d.p.*2.*num.*18. & Ioan. Baptiſta Lupi *d.* §.2. *num.*26. vbi dicit, quod iſtud quinquennium conceſſum ad intentandam quærelam inofficioſæ donationis ad reuocandam donationem vſque ad legitimam ad ſimilitudinem inofficioſi teſtamenti incipit currere à die captæ poſſeſſionis à donatario iuxta Cæphalum *conſ.*141. *num.*40.*lib.*1. & à die ſcientiæ iuxta Decium *conſ.*530. *num.*8. & Ruinum *conſ.*5. *num.*18.*lib.*3.

Ad petendum, & conſequendum legitimam, vel legitimæ ſupplementum filiis in ea ob inofficioſam donationem, vel dotationem læſis competit etiam ius, ſeu actio ex condictione ex lege, omnimodò Cod. de inoff. teſtamen. *quod, ſeu quæ durat vltra quinquennium.*

11 At licet petitio legitimæ, vel eius ſupplementi, ſi agatur per quærelam, inofficioſæ donationis, vel dotationis ad reuocandam inofficioſam donationem, vel dotationem ad ſimilitudinem inofficioſi teſtamenti ſit reſtricta, ad quinquennium, & eo elapſo non competat filiis in legitima læſis iuxta tradita; nihilominus filij, & alij, quibus legitima debetur in eadem legitima per immodicas, & inofficioſas donationes, aut dotationes læſi, relicto dicto remedio quærelæ inofficioſæ donationis, vel dotationis; ſi nihil eis ſit relictum poſſunt petere integram legitimam, vel ſi aliquid ſit relictum vel datum, poſſunt petere ſupplementum condictione ex lege iuxta *leg.omnimodò Cod. de inoff. teſtam.* quod remedium, ſeu quæ actio ad legitimæ ſupplementum petendum non eſt reſtricta ad quinquennium (vt voluit Bartholus *in d. leg. ſi quis filium Codic. de inoffic. teſtamento,* & etiam Romanus *in leg.certi condictio in princip. Digeſt.ſi certum petatur* ob eam rationem, quod huiuſmodi actio videatur ſubrogari in locum quærelæ inofficioſi teſtamenti, & conſequenter ſapere debeat illius naturam, vt ſicut illa quinquennij temporis ſpatio clauditur) ſed vltra quinquennium extenditur, vt contra Bartholum ſentiunt communiter Doctores, Paulus de Caſtro *in d.leg.fin. Codic.de inoff.donat.* Guido Papa *quæſtio.*82. Surdus *d.conſil.*148.*numero* 13. Tuſchus *d.verbo, donatio, concluſ.*685. *numero* 50. Merlinus *de legitima libro* 3.*titul.*3.*quæſtio.*7.*numero* 5. & latiùs *lib.*5.*titul.*3.*quæſt.*10.*numero* 11. *& tribus ſeqq.* Ioann.Baptiſt.Lup.*d.*§.2.*numero* 26. *verſicul.ſimiliter,* Mangilius *de imput.d.quæſt.*10.*numero* 37. Fontanella *de pact.nupt.clauſ.*5.*Gloſſa* 8. *d.part.*2. *numero* 48. & alij, quos latè referunt *locis citatis* Surdus, & Ioan. Bapt.Lup. & Fontanella, & Auguſt. Barboſa *collect.ad d.l.omnimodò num.*11. *& tribus ſeqq.* & Rota Rom.*deci.* 419.*num.*1. & 2. *p.* 2. *recentior.* vbi ad rationem Bartholi reſpondet, quod tantum abeſt quod petitio ſupplementi legitimæ ſubrogatur loco quærelæ inofficioſi teſtamenti, quod imo ius petendi ſupplementum legitimæ fuit inductum ad illam excludendam, & habent inuicem oppoſitam naturam, & contrarium effectum operantur; cum quærela producta fuerit ad annullandum teſtamentum *l.poſthumus* §.*ſi quis, & l.Papinian.* §. *ſi ex cauſa ff. de inoff. teſtam.* ſupplementum autem legitimæ ad illud ſuſtinendum *d. l. omnimodò C. de inoff. teſtamento;* ac proinde inter ea non poteſt cadere ſubrogatio; quæ præſupponit eandem naturam *leg. ſi eum* §. *ſi quis iniuriarum ff. ſi quis cautio;* & eandem reſponſionem poſt alios habet Merlinus *d. quæſt.*10.*num.*13.

Præfata actio ex condictione ex lege cum ſit perſonalis non hypothecaria durat ſpatio triginta annorum, & eo elapſo præſcribitur, ſicut cæteræ actiones, & condictiones perſonales

Cùm autem filij pro legitima non habeant in bonis 12
patris hypothecam, minimèque illis competat actio hypothecaria (ad cuius præſcriptionem foret neceſſarium quadraginta annorum ſpatium) vt notat Merlinus *d. quæſt.*10. *num.*9. & Fontanella *d. part.*2. *num.*52. ſed tantum actio perſonalis (vt *ſuprà cap.*4. *num.*19. & *in tract. de alimentis cap.* 7. *num.*354. *fine, & numero* 484. & 486. notatum eſt, & poſt innumeros alios Iuriſperitos tradit Fontanella *d.part.*2.*num.*53. & 54.) huiuſmodi actio ad petendum legitimam, & ſupplementum legitimæ non durat quidem tempore annorum quadraginta, durat tamen ſpatio triginta annorum, & ſolùm poſt triginta annos expirat; ita quod huiuſmodi actio perſonalis ad petendum legitimam, vel legitimæ ſupplementum condictione ex lege non tollitur, neque præſcribitur minore ſpatio triginta annorum (ſicut omnes actiones, & condictiones perſonales eod. ſpatio triginta annorum præſcribuntur *l.ſicut C.de præſc.*30.*vel* 40.*ann.*) ita contra Barthol.*loco num. præcedenti allegato* Doctores communiter, Baldus, Salicetus, & alij *in d.l.ſi quis filium C.de inoff.donat.* Guid. Papa *d.quæſt.*82. Boërius *deciſ.* 250. (qui duo dicunt ita contra Bartholum fuiſſe iudicatum) Surdus *d.conſil.* 148.*num.*13. Tuſchus *d.numero* 50. Mangil. *d.quæſt.*10.

dicto num. 37. *&* 47. Io. Baptiſta Lup. *d.* §. 2. *numer.* 26. *verſ. nam remedium*, Rota Romana *d. deciſ.* 419. *allegatis num.* 1. *&* 2. Merlinus *d. quæſt.* 7. *citato numero* 5. Fontanella *d. p.* 2. *num.* 48. *&* 54. Auguſt. Barboſa *ad d. l. omnimodo citatis numeris* 11. *& tribus ſeqq.* & alij communiter, tum ex antiquis, tum ex recentioribus iuriſperitis quos latè referunt *locis allegatis* Surdus, Rota, Io. Baptiſta Lupus, Fontanella Barboſa, & Merlinus, Qui tamen, & alij apud eoſdem volunt præfatum ius ſeu præfatam actionem petendi legitimam eodem ſpatio 30. annorum præſcribi, vt vltra eoſdem annos 30. ceſſat, quia ad petendam legitimam, vel eius ſupplementum competunt, ſeu dantur [vt dictum eſt, & tradunt Surdus *d. n.* 13. Fontanella, & alij *ſuprà relati* & præſertim Merlinus *dicta q.* 10. *numero* 9.] actiones perſonales conditionis ex lege, & petitionis hæreditaris (vt Rota *d. deciſ.* 419. & Merlinus *d. num.* 9.) & dicendi) vt Merlinus *ibidem*) nullum teſtamentum, contra quas actiones præſcribitur (vt notatum eſt) ex curſu triginta annorum allegata *lege ſicut*, *& lege ſi quis emptionis Cod. de praſcript.* 30. *vel* 40. *annorum l. licet Cod. de iure de liber. & l.* 2. *Cod. de conſtitut. pecun.* & id tradunt expreſſe etiam Surdus *d. num.* 13. Merlinus *d. n.* 9. & latius Menochius *conſ.* 411. *n.* 38. Quòd ſi pro legitima daretur actio hypothecaria, vt ſcribit Menochius *d. conſ.* 411. *num.* 39. (cuius tamen contrarium eſt verius, & magis receptum, vt initio huius numeri notatum eſt, & conſtat ex traditis *loco ibidem relato*) ad illius præſcriptionem eſſent neceſſarij quadraginta anni, vt pariter notatum eſt, & traditis etiam Menochius *dicto numero* 39. Aduertit tamen Merlinus *dicto lib.* 3. *tit.* 3. *allegata quæſt.* 7. *num.* 6. & Xuarez *in l. quoniam in prioribus ampliat.* 10. *numero* 8. quòd eadem actio petendi legitimam, vel eius ſupplementum nec etiam triginta annis præſcribitur, vbi ex parte eius, qui allegat præſcriptionem, non concurrit poſſeſſio; Ac proinde ſi fuerit prohibitum ſupplementum, vel non fuerit à filio petitum, dato quòd ipſe filius hæres inſtitutus, & grauatus de reſtituendo non petierit per ſpatium 30. annorum, non remanet præſcriptum aduerſus illum; quia ex parte fideicommiſſarij non concurrit poſſeſſio neceſſaria ad præſcribendum. Imò idem Merlinus *d. lib.* 5. *tit.* 3. *allegata quæſt.* 10. *num.* 34. & Menochio *conſ.* 1019. *numero* 4. Stephanus. Gratiano *diſcept. for. capit.* 602. *num.* 3. & Rota *deciſ.* 489. *n.* 11. coram Ludouiſio etiam aduertit in ipſa præſcriptione 30. annorum non eſſe habendam rationem temporis, quo filius hæres inſtitutus & grauatus de reſtituendo poſſedit, eò quòd contra ſe ipſum non currat præſcriptio; cùm à ſe ipſis contra ſe ipſos actio non poſſit intentari.

Reiicitur limitatio Surdi.

Limitat autem Surdus *d. conſ.* 148. *numer.* 13. *verſic. tamen in præſenti*, *& num.* 14. præfatam ſententiam, quod per actionem ex conditione *ex d. leg. omnimodo C. de inoff. teſtamento*, peti poſſit legitima, vel eius ſupplementum omiſſa quærela inofficioſæ donationis, vel elapſo quinquennio, quo tantùm durat dicta quærela, vt procedat quando bona donata non exierunt patrimonium paternum ante mortem patris; concludens, & volens, quod ius, ſeu actio ad petendum legitimam vel eius ſupplementum ex dicta conditione ex lege non competat filiis per immodicam & odioſam donationem in eadem legitima læſis pro eadem legitima, vel eius ſupplemento quoad bona, quæ iam ante mortem patris per donationem exierunt patrimonium paternum, cum ex eis non poſſit fieri repletio, eò quòd ſupplementum legitimæ, ac eius repletio ea conditione ex lege *per l. ſcimus* §. *repletionem Codice de inoffic. teſtamento* fiat ex ſubſtantia, ſeu ex bonis, quæ pater decedens dimiſit in ſua hæreditate iuxta *legem quæratur Codice eodem titulo*: Ac proinde idem Surdus dicit, quod prius donatio inofficioſa debet reſcindi per quærelam inofficioſæ donationis, & poſtea agi ad ſupplementum, quod ſi iam elapſum ſit quinquennium, quo quinquennio tantùm durat præfata quærela, ait idem Surdus, non poſſe amplius ſupplementum peti, cùm ad legitimam, vel eius ſupplementum filij læſi non poſſint aſpirare, niſi quærela inofficioſæ donationis; qua elapſo quinquennio non poſſunt vti.

At Mangilius *de imput. d. quæſt.* 10. *num.* 44. *&* 45. 14
reſpondet prædicta tradita à Surdo poſſe procedere, quando à donante (ex cuius bonis debetur alius legitima) ſiue ſit pater, aut mater, ſiue deſcendens filius, vel filia, nihil datum, aut relictum eſt filio, vel filiæ, vel alij, cui debita eſt legitima, ſecus ſi aliquid ſit relictum, ſed minus legitima; nam ſicut ceſſat quærela inofficioſi teſtamenti, & agitur ad ſupplementum legitimæ; quando pater aliquid in teſtamento reliquit filio, ſed minus legitima, ita etiam quando, in donatione aliquid reſeruatur filio, licet minus legitima, competit ius agendi actio ad ſupplementum condictione ex lege *omnimodo* igitur reſpondetur, quod quando agitur de reſcindenda in totum donatione inofficioſa, vt quando eſt inofficioſa re, & conſilio facta extraneo nihil reſeruato, ſeu relicto filio, ſeu ei cui debetur legitima, ad id requiritur quærela inofficioſæ donationis, ſi verò agatur tantum de reſcindenda donatione inofficioſa vſque ad legitimam, prout contingit, quando non eſt inofficioſa re, & conſilio, vt legitima præſtetur, ſeu compleatur, filiis, & aliis, quibus debetur, competit & remedium quærelæ inofficioſæ donationis, & etiam remedium *dicta l. omnimodo*, ſcilicet ius agendi, ſeu actio ad legitimam, eiuſue ſupplementum condictione *ex d. l. omnimodo*, quod remedium non tollitur, niſi ſpatio 30. annorum iuxta tradita, ita Mangilius *locis citatis* ex Bartholo, Corneo, & aliis iuriſperitis communiter, & colligitur ex traditis *in præcedentibus*.

Reſpondetur ſecundo, quod quoad ſupputationem 15
patrimonij paterni pro detrahendo legitimam, vel eius ſupplementum bona inofficioſè, & fraudulenter donata non cenſentur exiiſſe dictum pátrimonium vt tradit Caſtrenſis *conſ.* 82. *num.* 1. *vol.* 1. à Mangilio *d. q.* 10. *num.* 49. relatus, ac proinde in calculo pro agnoſcenda, & detrahenda legitima debere fieri cumulationem tam bonorum, quæ erant tempore donationis quam eorum, quæ remanſerunt tempore mortis tradit idem Mangilius *d. n.* 49. 50. Confirmat ex reſponſione ſeu Doctrina Baldi Nouelli inter conſil. Socini ſenior. *conſ.* 148. *vol.* 1. dicentis legitimam eſſe tertiam partem totius patrimonij compenſatis etiam bonis priùs donatis, quia in nullo debet lædi filius, vel nepos, & ideo legitima reſeruatur in bonis remanentibus, cui conſonat Corneus *conſ.* 198. *n.* 8. *vol.* 4. pariter à Mangilio *dicto n.* 50. relatus, dicens in legitima debere computari bona donata ante teſtamentum, at nihil debere minui de bonis donatis, ſed integram legitimam eſſe detrahendam de reſiduo.

* *
*

Pro computatione legitimæ, in qua filij ſunt læſi ob immenſam donationem, an attendatur non ſolùm tempus mortis patris, ſed etiam tempus donationis, vt ex bonis donatis, & relictis tempore mortis patris fiat vnus cumulus, ex quo legitima detrahatur.

16 Quare etſi legitimæ computatione inſpicitur tempus mortis patris, ſcilicet quæ bona habebat pater tempore mortis per textum in *leg. cum quæritur Codic. de inoffic. teſtamento*: Nihilominus ſi pater fecit immodicam, & immenſam donationem, ita quod ſi poſtea inſpiciatur tempus mortis patris filij parum haberent pro legitima in *authent. vnde ſi parens Codic. eodem* ſtatuitur inſpiciendum eſſe tempus donationis iuxta declarationem, ſeu intellectum Iaſonis *in dict. authent. num. prim.* Paul. de Caſtro *in rub. Codic. de inoffic. teſtam.* Velaſchi *conſilio.* 189. ab Auguſtin. Barboſa *Collectan. ad dict. authent. vnde ſi parens numero* 9. *relati*, Mangil. *dict. quæſt.* 10. *numero* 47. *& aliorum, qui infrà citantur.* Ac proinde quando filij per talem immodicam donationem læſi in legitima condictione ex lege petunt ſuam legitimam, vel legitimæ ſupplementum, in cumulo bonorum, ſeu patrimonij patris, debent poni etiam bona immodicè donata, & ſic de eis legitima detrahatur, ſicut de reliquis, quæ penes parentem remanſerunt tempore mortis, ita per textum *in d. auth. vnde ſi parens* præter Doctores *num. præcedenti, & hoc eod. num.* allegatos Bartholus *in leg. prim. ad finem Codic. de inoff. donat. ibidem* Baldus *numer.* 8. Hieron. Gabriel *conſ.* 137. *num.* 11. *vol. ſecund.* Tuſchus *verbo, quærela inofficioſa donationis concl.* 41. *numero* 3. Gomez *ad l.* 29. *Tauri numero* 35. *verſ. ſecundò infero*, Ant. Faber *in ſuo C. lib.* 3. *tit.* 20. *definit.* 7. Fontanella *de pact. nupt. clauſ.* 5. *Gloſſa* 8. *d. part. ſecund. n.* 49. Alexander Trentacinq. *var. reſol. lib. prim. titul. de legitima, reſol. ſecund. num.* 9. & Io. Baptiſta Lup. *d. tract. de illegit. & natur. liber. comm.* 4. *d.* §. 2. *num.* 29. *verſ. & quando*, vbi ſic habet, *quando ob donationes factas imminuta foret legitima, æſtimari deberent tempore mortis bona tam non donata, quam donata*, licèt cùm plures ſunt donationes, vltima tantùm reuocetur, ſi prima non fuit inofficioſa, ad id allegans Bartholum, Baldum, & Gabrielem *locis citatis*: Quare Trentacinq. *d. num.* 9. & poſt eum Fontanella dicunt regulam, quod legitima reſpiciat tempus mortis *dict. leg. cum quæritur* limitari, vt non procedat, quando antea pater feciſſet immenſam donationem, nam tunc tempus donationis eſſet attendendum, vt ſtatuitur *dict. authent. vnde ſi parens*, per quam limitatur, *dict. leg. cum quæritur*, vt etiam notauit Mangilius *dict. numero* 47. Quod autem quando prima donatio non fuit inofficioſa, ſed ob ſubſequentes donationes efficitur inofficioſa, vltimæ donationes ſint pro legitima reuocandæ, non prima donatio tradidit etiam Gabriel *dict. conſilio.* 137. *numero* 11. Tuſchus *verbo, quærela concluſ.* 41. *numero* 12. Mangilius *de imput. q.* 109. & Merlinus, & rationem reddit Gabriel *dict. conſilio* 137. *numero* 25. & poſt eum Tuſchus, & Fontanella *dict. part. ſecund. numero quart.* quia cum prima ſit valida, & legitimè facta non reuocatur per ſubſequentem, niſi appareat aliter de fraude patris, vt Gabriel *dict. conſil.* 137. *num. tertio*, & Tuſchus *dict. concluſ.* 41. *numer.* 13. Quare quando donatio à patre fuit legitimè facta, quia tempore donationis fuit per patrem, quod ſufficeret tunc ad legitimam reſeruatum, non reuocatur donatio, licèt poſtea pater donator conſumpſerit reſeruatum, cum talis conſumptio damno liberorum, non donatarij cedat, ita expreſſe Fontanella *d. p.* 2. *num.* 40. *verſ. reſpondemus*, vbi aſſerit ita per ſuum Senatum fuiſſe iudicatum.

Aduertit autem Ioan. Baptiſta Lup. *dict.* §. *ſecund. numer.* 26. *verſicul. & actio*, quod huiuſmodi ius, ſeu actio conditionis ex lege petendi legitimæ ſupplementum licet regulariter detur contra hæredes *leg. ſcimus* §. *repletione Codic. de inofficioſ. teſtamento*, tamen in ſubſidium vbi contra hæredes nequeat experiri, competit etiam contra legatarios, vel alios tertios poſſeſſores, vt etiam Angelus *in leg. Papinianus* §. *ſi conditioni numer.* 5. *ff. de inoff. teſtam.* & Surdus *d. conſil.* 148. *num.* 11. 17

Ius, ſeu actio conditionis ex leg. omnimodo Codic. de inoffic. teſtamento, *petendi ſupplementum legitimæ filius tranſmittit ad quoſcumque hæredes.*

Aduertendum etiam, quod idem ius petendi legitimæ ſupplementum tranſmittitur ad quoſcumque hæredes filij, & eius, cui competebat, ſi priuſquam legitimam ſuam habuerit, vel eam petierit, aut eius ſupplementum moriatur, quia huiuſmodi ius petendi legitimæ ſupplementum competit ex beneficio *d. leg. omnimodo Cod. de inofficioſ. teſtamento* (vt ſupra dictum eſt) & ſic actione perſonali (vt pariter *ſuprà* notatum eſt) quæ actio ad quoſcunque hæredes tranſmittitur, ſicut, & quælibet actio perſonalis, vt Auguſtin. Barboſa *Collectan. d. leg. omnimodo numero* 15. poſt Vezinum *tom.* 1. *commun. opin. l.* 3. *tit.* 16. *n.* 104. 18

Quærela inofficioſæ donationis, & dotationis non tranſmittitur ad hæredes extraneos eorum quibus ea competit, neque tertius de inofficioſitate donationis, aut dotationis poteſt opponere.

Quærela autem inofficioſæ donationis, & dotationis ad reuocandum donationem, vel dotem inofficioſam vſque ad legitimam, ſi filij in legitima læſi, quibus dicta quærela competit, & in quorum fauorem eſt introducta, deceſſerint non præparata quærela, non fit tranſmiſſio, quærelæ non præparatæ, vt Baldus *conſ.* 163. *n.* 7. *ver. non obſtat l.* 4. & poſt eum Tuſchus *verbo donatio concluſ.* 685. *n.* 10. 19

Vnde etiam cùm quærela inofficioſæ donationis ad reuocandas inofficioſas donationes introducta ſit tantum in fauorem filiorum, quibus in ſuis legitimis per eas præiudicatur, aduerſus non officioſas parentum, vel eorum qui legitimam debent, factas, vt ſupra dictum eſt, & conſtat *ex l. Titia* §. *finali, ibi ſubueniendum ſit liberis ff. de leg.* 2. *ſequitur*, quod ius reuocandi donationes inofficioſas, vel contra eas opponendi per quærelam prædictam non competat tertio, vt latè Fontanella *dict. parte ſecund. num.* 28. ex regula, quod ius tertij non licet allegare nec de eo opponere *leg. loci corpus* §. *competit ff. ſi ſeruitus vendicetur, & leg. ſi alienam* (vbi Gloſſa ad id multa iura allegat) *ff. ſolut. matrim.* Quam regulam addit Fontanell. procedere etiamſi ius tertij ceſſet excluſiuum iuris agentis, ſi excluſio non fiat, nec fieri poſſe, niſi accedente voluntate, & declaratione eius, cuius intereſt, *& n.* 29. *& ſeqq. ad* 34. adducit *ibid.* Fontanella plura exempla: Primò quod oppoſitio facta Emphyteutæ, quod res ceciderit in commiſſum non valet, niſi tertius prius id petierit *leg. ſecund. Cod. de iure emph.* quia vt ad caducitatem agi poſſit, requiritur declaratio ipſius Domini, ſecundo quod vbi filius eſt incapax, de ea 20

ea incapacitate ſolum filius poteſt opponere, cui bona propter dictam incapacitatem eſſent applicanda, non alius tertius. Tertio adducit exempla in donatione, quæ propter ſuperuenientiam filiorum reuocari poteſt, in teſtamento, quod poteſt dici nullum ob filij præteritionem, & in alienatione rei minoris ſine decreto facta, de quibus opponi à tertio non poteſt, ſed ſolum ab eo, cuius intereſt, quia exigunt illius voluntatis declarationem, de qua re, & quando non liceat allegare ius tertij Bartholus *in leg. ſecund. ff. de except. rei iud.* Surd. *deciſ.* 280. Aoerius *deciſ.* 25. Peregrinus *de iure fiſci libr.* 3. *tit.* 19. *de relict. clam. & palam.* Petr. Barboſa *ad d. l. ſi alienam, ff. ſoluto matrim.* & alij ab eodem Fontanella *n.* 31. *&* 33.

Pater, vel alius, qui facit donationem, vel conſtituit dotem inofficioſam, non poteſt opponere de inofficioſitate, & an id procedat in regno Caſtellæ, quando pater conſtituit filiæ dotem excedentem taxam, ſeu metam legis illius regni.

21 Quinetiam, vt notat Fontanella *d. p.* 2. *n.* 34. & prius Baëza *de non melior. filiab. c.* 32. *num.* 21. & P. Barboſa *ad d. l.* 2. *in princ. n.* 171. *verſ. item quod* §. *ſolut. matrim.*) nec pater donans, vel dotans inofficiosè poteſt de inofficioſitate opponere, nam licèt poſſit quantùm ad ſe bona ſua donare ſimpliciter, vel ex cauſa dotis, cum ſit rerum ſuarum liber moderator, & arbiter, non tamen promittitur ei factum proprium impugnare *ex l. poſt mortem, ff. de adoptionib.* & *l. poſt perfectam, C. de don. quæ ſub modo*, & ex Bartholo *in l. Titia,* §. *Lucius ante n.* 1. *ff. de l.* 2. & confirmatur quia quærela inofficioſæ donationis, & dotationis non competit niſi poſt mortem patris; vt ſequenti paragrapho probatur, & ſic dum viuit, non poteſt pater facere, ſeu intentare reuocationem. Neque his obſtare, inquit Fontanella *numero* 36. *& duobus ſequentibus*, quod plures ex Doctoribus Caſtellanis ſentiant in caſu quo parens maiorem filiæ dotem conſtituit, quam ſit taxatum per iura regni, licere patri eam dotationem quoad exceſſum impugnare, ac contra eam venire, generoque talem dotem exigere volenti opponere, ſic Baëza *de non melior. filiab. cap.* 34. *numero primo, & ſeq.* Matienzo *lib.* 3. *titulo* 8. *libro* 5. *noua Collectan. gloſſ.* 7. *numero* 6. Azeuedo *l.* 1. *titul.* 2. *numero* 21. *& ſequenti, lib.* 5. *noua Collectan.* & alij Doctores Caſtellani ab eodem Fontanella *dict. part.* 2. *numero* 36. *&* 37. relati. Nam reſpondet idem Fontanella ideo eos Doctores ita ſenſiſſe, quia talis dotis conſtitutio vltra taxam legis regni ſit nulla, vtpotè facta contra legis prohibitionem, ac proinde pater ipſe poteſt illam reuocare, quia bene poteſt contra proprium factum venire, quoties eſt nullum, in præſenti autem ſpecie res aliter ſe habet, quia ſolum in fauorem filiorum fuit introductum, quod poſſint, & valeant donationes, & dotationes immodicas impugnare, ac proinde nec patri, nec alteri eſt permiſſa huiuſmodi donationum, & dotationum inofficioſarum impugnatio, ſed ſolis filiis volentibus reſeruatur. Quamvis etiam præſatam dotem excedentem taxam legis regni patrem impugnare, & reuocare non poſſe opinati ſint Ayora *in tractat. de partit. ſecund. part. quæſt.* 20. Guttierrez *practicarum quæſtionum lib.* 3. *q.* 41. *num.* 19. & ex Theologis Caſtrus Palaus *de iuſt. & iure diſp.* 9. *puncto* 7. *n.* 15.

Si mulier ſecundo nubens conſtituerit viro dotem exceſſiuam, & inofficioſam cum præiudicio legitimæ filiorum primi matrimonij, ijdem filij poſſunt agere pro ſua legitima, vel legitimæ ſupplemento per quærelam inofficioſæ dotationis actione conditionis ex l. omnimodo, & ex l. hac edictali, C. de ſecundis nuptiis.

Aduertendum inſuper, quod ſi mulier tranſiens ad ſecunda vota fecerit ſecundo viro donationem, vel dederit, ſeu conſtituerit dotem inofficioſam, vt filiis primi matrimonij non remaneat ſalua legitima, filij primi matrimonij læſi in legitima ſua ad reuocandum donationem, ſeu dotationem præfatam, & detrahendam legitimam, vel legitimæ ſupplementum habent ſua remedia, primum, quærelam inofficioſæ donationis, & dotationis, vt tradunt Baldus Nouellus *de dote parte prim. priuilegio* 55. & Conſtantius Rogerius *de dote quæſito ſexto*, & Tuſchus *verbo, quærela concl.* 412. 22
Secundum, dictam actionem ex condictione *ex lege omnimodo, Codic. de inofficioſo teſtamento*, in præcedentibus explicatum; quæ eſt vniuerſalis competens filiis ex teſtamento paterno, vel donatione læſis in legitima, ad eiuſdem legitimæ ſupplementum conſequendum: Tertium remedium *ex lege hac edictali, Cod. de ſecundis nuptiis*, iuxta quàm mater plus relinquere non poteſt ſecundo viro, quam filiis ex primo matrimonio, ac proinde licet quærela inofficioſæ dotationis, & actio *ex l. omnimodo* detur tantùm aduerſus dotes inofficioſas reſpectu legitimæ obtinendæ, cui nocere non licet, actio tamen ex *dict. leg. hac edictali*, datur filiis primi matrimonij ad reuocationem eius, quod mater ſecundo nubens marito donauit, vel ex cauſa dotis debet, etiamſi legitimæ non nocuerit, ita Merlinus *de legitima libro ſecund. titul. prim. quæſt.* 22. *numer.* 24. Caldas Pereira *ad rub. tit. inſtit. de inoffic. teſtamento, numer.* 35. *&* 37. & & Auguſtinus Barboſa *Collectaneo ad leg. vnicam, n.* 7. *Cod. de inoffic. dotationibus*, qui præſertim Merlinus, poſt alios addunt huiuſmodi remedia, quia deſcendunt ex diuerſis cauſis, non inuicem confundi, nec electione vnius tolli alterum, ſed ſimul concurrere, & quod competat etiam remedium *d. l. hac edictali* tradit etiam Afflictus *deciſ.* 86.

Si pater, vel mater non extantibus aliis filiis conſtituerint filiæ dotem exceſſiuam, & inofficioſam, & alij filij ſuperuenerint, quibus remediis ijdem filij pro ſua legitima, vel legitimæ ſupplemento poſſint agere.

Denique aduertendum, quod ſi pater, vel mater carens aliis filiis maritaſſent filiam, & conſtituiſſent, ſeu dediſſent dotem exceſſiuam, & poſtea patri, vel matri alij filij ſuperuenerint, & non ſupereſſent alia bona patris, vel matris pro illorum legitima, vel non ſufficientia pro integra legitima, eiſdem filiis ad conſequendam ſuam legitimam, vel eius ſupplementum competeret, tum remedium inofficioſæ dotationis, tum condictio *ex l. omnimodò, Cod. de inoff. teſtam.* tum remedium ſeu actio *ex l. ſi totas, Cod. de inoff. donat.* & etiam remedium *l. ſi vnquam, Cod. de reuocand. donat.* ita alios allegans Molfeſius *ad conſuet. Neapol. tom.* 1. *p.* 4. *quæſt.* 26. *n.* 2. 7. *&* 10. P. Barboſa *ad l.* 2. *in princ. numer.* 168. *verſ. ſed pro vera*, Merlinus *de legit. lib.* 2. 23
tit.

tit.1.quaſt.20.num.13.verſ. ad vltimum, & Fontanell. *de pactis nupt. clauſ.5. Gloſſa* 8.*p.3. num.*70.*&* 75.& quod dicta donatio ex cauſa dotis facta per patrem, vel matrem inofficioſa, & exceſſiua poſſit etiam vigore *d.l. ſi vnquam* à filiis ſuperuenientibus reuocari vſque ad legitimam eis debitam probatur ex ſententia Doctorum, qui opinantur diſpoſitionem *d.l. ſi vnquam fuiſſe in fauorem liberorum introductam*; quos referunt & ſequuntur Anton. Theſaurus *deciſ.*121. & Gaſpar Anton. *in additione ad dict. deciſ.* & dato quod in fauorem patris principaliter ſit introducta, vt tenent plures, quos ſequitur Fontanella *d.p.3.* ſaltem ſecundario eſt introducta in fauorem liberorum, vt ſalua ſit eorum legitima, vt tradit Fontan. *eod.p.3.*

§. II.

An querela inofficioſa dotationis ad reuocandam dotem inofficioſam à patre filia conſtitutam, ab eaque detrahendam ſuam legitimam, vel legitimæ ſupplementum à filiis ſolùm poſt mortem patris dotantis poſſit proponi; ita vt patre viuente non poſſint filij petere dotis inofficioſæ reuocationem vſque ad legitimam ſibi debitam, nec agere pro legitima, vel eius ſupplementi conſecutione.

24 Communis ſententia eſt, præfatam quærelam inofficioſæ dotationis non dari, competeréve filiis, niſi mortuo patre, ſeu poſt mortem patris; vel poſt mortem matris, quando ipſa dotem inofficioſam filiæ dediſſet de ſuis bonis, ita Gloſſa *in l. vnicam, Cod. de inoff. dotat. ibidem* Paulus de Caſtro, Odoffredus, & Salicetus, Becius *conſ.*68.*num.*2. Vincentius de Franchis *dec.* 170. P. Barboſa *ad l.2. in princip. num.*171.*verſ. quinimò* Tuſchus *verbo dos, concl.*734. Molfeſius *ad conſuet. Neap. p.4.q.26. num.8. verſ. nihilominus*, Merlinus *de legit. l.2.tit.1.q.20.n.4.* Fontanella *de pact. nupt. clauſ.5. Gloſſa 3.p.3. num.24.* & latius *Gloſſa* 8. *p.2.num.14. &* 15. Stephan. Gratianus *diſcept. for. tom.5.c.950.n.4. & duob. ſeqq.* Aug. Barboſa *Collectaneo ad d.l. vnicam num.8. Cod. de inoff. dotat.* & alij apud eoſdem, præſertim apud Fontanellam, & late alios allegans plures Iuriſperitos Sanchez *in conſ. moral. lib.4.cap.3.dub.*39. *num.*5. & idem in donatione inofficioſa (quod magis confirmat hanc communem,) quod per quærelam inofficioſæ dotis non poſſit reuocari viuente patre, aut matre, donatore, ſeu donatrice; ſed eorum mortem eſſe expectandam, vt filij poſſint agere ad legitimam præfata quærela inofficioſæ donationis, ſentiunt pariter Doctores communiter, ita Baldus *in l.1. num.13. Cod. de inofficioſis donat.* Bartholus *in leg.1.§. ſi impubers per textum ibi de collat. bonor.* Becius *conſ.*63.*num.*3. Viuius *deciſ.434.n.9.* Ant. Faber *in ſuo Cod. lib.3.tit.20. defin.* 7. Fontanella *d.p.2. dictis num.14. &* 15. Steph. Gratian. *d.cap.950.num.7.* Sanchez *d.dub.39. num.6.* & alij à Viuio, Gratiano, Fontanella, Fabro, & Sanchez relati. Probatur hæc communis ſententia, primò, quia quærela inofficioſæ dotationis, & quærela inofficioſæ donationis introductæ ſunt ad ſimilitudinem, & exemplum quærelæ inofficioſi teſtamenti; vt in præcedentibus pluries dictum eſt, & tradunt præter ſupra allegatos Gloſſa *in l. ſi totas verbo, detractum, ad fin. Cod. de inoff. donat. ibidem.* Barthol. *num.*2. & Salicetus *num.*1. Faber *d. defin.7. num.6. in ſcholio*: quærela autem inofficioſi teſtamenti non poteſt viuo patre prop[illegible] *[illegible]um quæritur, Cod. de inoff. teſtam.* ergo neque q[illegible] ficioſæ donationis, aut dotis viuo don[illegible] re proponi poteſt. Et omnium ratio (& ſit ſecunda probatio) eſt, quia omnes præfatæ querelæ dantur, ne filij in ſuis legitimis fraudentur, ſed legitima, ad cuius recuperationem præfatis quærelis agitur, filiis incipit deberi non niſi poſt mortem patris, aut matris, non autem ipſis viuentibus *d.leg.1. §. ſi impubers ff. de collat. bonor. & d.l. cùm quæritur*, Becius *conſ.*68.*num.*2. Gloſſa, Faber, Fontanella, Gratianus, & alij ſupra allegati, in æſtimandis ergo inofficioſis dotationibus & donationibus, quæ fraudandæ legitimæ cauſa factæ ſint, ſeu quibus legitima filiis debita in totum tollitur, vel diminuitur, mors dotatoris, ſeu donatoris expectari oportet: nam licet ſi dotatio, vel donatio pro tempore, quæ fuit facta, ſi tunc computatio pro legitimæ detractione facienda eſſet, fuit inofficioſa, puta quia pater totum patrimonium, vel vltra nouem vncias ſimpliciter donauerit, vel ex cauſa dotis dederit, tamen ſi poſtea creſcunt bona, & facultates, vt ex bonis poſtea acquiſitis, ſeu auctis filij poſſint ſuas conſequi legitimas; tunc ceſſat dotatio, ſeu donatio eſſe inofficioſa, nec eſt locus quærelæ inofficioſæ dotationis, vel donationis, vt tradunt Becius, Gomez, Mangilius *locis ſuprà num.8. fine relatis*, Gloſſa *in d.leg.1. Cod. de inoff. dotat. ibid.* Paulus de Caſtro, Cynus, Baldus, Salicetus, & alij ſcribentes; Gabriel *conſ.137.n.26.lib.2.* Tuſchus *verbo quærela concl.41. num.16.* Faber *d. defin.7.* & Fontanel. *d.p.2. num.46.* & alij Doctores *ſupra num.16.* relati. Cum igitur poſt quamcunque dotationem, vel donationem immenſam, & immodicam viuente patre dotatore, vel donatore vſque ad mortem illius poſſint augeri facultates, & bona, vt ſufficiant pro legitima filiorum, dotatio, ſeu donatio immenſa, & immodica, puta omnium bonorum, vel vltra nouem vncias patrimonij paterni, non ideo ſtatim eſt iudicanda inofficioſa, vt tunc competat quærela inofficioſæ dotationis, vel donationis ad legitimæ recuperationem; ſed oportet vt maneat in ſuſpenſio vſque ad tempus mortis, quo tantum tempore filij poſſunt ſuas petere legitimas; ita quod ſi eo tempore mortis patris non deficiant bona, vel bona ſint aucta, ex quibus eiſdem filiis ſoluatur, ſeu ſolui poſſit legitima, dotatio, vel donatio non erit iudicanda inofficioſa, ſecus ſi eo tempore deficiant alia bona paterna, vel non ſufficientia ad legitimam ſoluendam, vt expreſsè declarat Faber *d. defin.*7.

Prædictæ communi non obſtat quod Iuriſperitis 25
conſultis Caſtellanis Azeuedo *in leg. prim. numero* 21. *& ſequentibus titul. ſecund. lib.5. nouæ Collectionis* ſentiat, filios poſſe viuente patre exceſſum dotis datæ filiæ vltra metam à lege illa Regni Caſtellæ præſcribam. Nam ideo ita ſentiunt, quia putant dotationem præfatam metam legis excedentem eſſe nullam ipſo iure, & ſic filios illum exceſſum tanquam rem ſibi propriam vendicare poſſe. Neque obſtare in vita patris non eſſe debitam filiis legitimam, quia, inquiunt, filij non agunt de reuocando exceſſu titulo legitimæ, & hæreditatis ſibi competentis, ſed titulo nullitatis à lege inductæ. Quamuis contrarium, & filios in vita patris dotatoris non poſſe illum dotis exceſſum petere ob rationes *præcedenti numero* adductas teneant plures alij iuriſperiti Caſtellani Gaſpar Baeza *de non meliorand. filiabus cap.34. num.9. & ſeq.* Ayora *de partitionib. q.20.* Matienzo *in d.leg.1. Gloſſa 4. num.2. & in leg.3. tit.8. l.5. gloſſa 7. num.2.* Guttierrez *l. pract. q.41. fine.* & eſſe communem opinionem teſtatur Matienzo *d. num.2.*

***

Ex conſenſu patris, vel matris, qui inofficioſam dotem dederunt pro filia, vel inoffieioſam donationem fecerunt, poſſint filij reuocare dotationem, vel donationem vſque ad legitimam ſibi debitam.

26 Vtrum autem ex conſenſu patris, vel matris, ſcilicet ſi pater, vel mater, qui inofficioſè dotarunt filiam, declarent ſe conſentire, quod filij agant ad reuocationem eiuſdem dotationis illis viuentibus; filiis prodeſſet hic conſenſus ad reuocandam dotationem quoad exceſſum, ſeu quatenus eſt inofficioſa. Negat Vincentius de Franchis *deciſ.* 170. *fine* per huiuſmodi conſenſum matris (loquitur enim ibi de dote inofficioſa, quam filiæ, ſeu pro filia dederat) poſſe filios agere ad reuocationem dotis inofficioſæ, eo quod patris, vel matris, qui inofficioſè dotarunt, non poſſit conſenſus operari aliquid in præiudicium tertij, cui ius eſt acquiſitum. Et confirmari poteſt hæc ſententia, quia cùm ipſe pater, vel ipſa mater dotationem, & donationem inofficioſam à ſe factam non poſſit reuocare, vel contra eam opponere) cùm nequeat factum ſuum impugnare, vt probatum eſt *ſupra num.* 20. & tradunt Doctores *ibidem* allegati) neque ex eius conſenſu poterunt filij ipſo, vel ipſa viuente; nam quod quis per ſe ipſum non poteſt facere, eidem non permittitur, ſeu licitum eſt facere per alium.

27 Nihilominus Stephan. Gratianus *diſcept. for. c.* 950. *num.* 8. *&* 9. loquens in caſu donationis inofficioſæ per matrem factam filiæ, cui omnia bona donauerat, contra Vincentium aſſerit ex conſenſu matris præfatæ filios ipſa viuente poſſe reuocare donationem quoad legitimam; quia reuocatio (inquit) non diceretur fieri per filios, ſed per eandem matrem in ſuſtentationem filiorum, qui fortè aliàs non poſſent ſuſtentari, & ex cauſa liberorum permittitur (ſubdit) parentibus talem conſenſum præſtare, & contra factum proprium venire etiam in præiudicium tertij, vt Gloſſa *in l. ſi totas, verbo ad ſubmouendum, & in verbo detractam ad medium, verſ. item nota Cod. de inoff. donat. iuxta leg.* 2. *Cod. de patribus, qui filios diſtraxer. & d. num.* 8. dicit filios de præſenti non accipere legitimam, ſed poſt mortem matris, quæ illis eam reſeruare tenetur, cum ipſorum filiorum contemplatione, & fauore talem reuocationem per legem ipſi matri, vel patri concedatur, quod ait notaſſe Salicetum *in d. l. ſi totas num.* 1. *fine*, ita Gratianus. Sed prædicta traditio, ita vniuerſalis, quod bona per patrem, vel matrem inofficioſè, & cum præiudicio legitimæ filiis debitæ poſſint ex conſenſu eiuſdem patris, vel matris filij reuocare patre vel matre viuente, deſtrueret doctrinam, ſeu ſententiam communem *ſuprà d. num.* 20. traditam, quod pater non poſſit impugnare donationem, aut dotationem inofficioſam à ſe factam. Quare non videtur recedendum à ſententia Vincentij de Franchis. Gloſſa autem & Salicetus *in d. l. ſi totas* loquuntur in donatione immodica per patrem facta vni ex liberis, poſtquam ſuperuenerunt filij, ob quam ſuperuentionem liberorum aiunt viuente patre poſſe donationem reuocari vſque ad debitum bonorum ſubſidium, ſcilicet legitimam filiorum per *l. ſi vnquam Cod. de reſcind. donat.* iuxta quam vel donatio ipſo iure reuocatur, vel poteſt à patre donatore reuocari, & iuxta *d. l. ſi totas*, vbi permittitur à patre reuocari vſque ad legitimam aliis filiis, qui poſt donationem ſuperuenerunt, debitam, quæ licèt in vita patris non debeatur filiis, neque ipſi filij poſſint illam petere, ob ſuperuenientiam aliorum liberorum permittitur *dict. l. ſi totas* patri donationem antea factam reuocare vſque ad quantitatem legitimæ filiis debitæ in ſuſtentationem eorumdem filiorum, qui fortè aliàs non poſſent ſuſtentari; neque filij in huiuſmodi caſu, inquit Salicetus *in d. l. ſi totas, n.* 1. *verſ. ſed Gloſſam*, de præſenti legitimam percipiunt, ſed poſt mortem patris, qui eiſdem filiis illam reſeruare tenetur, quia eorumdem filiorum contemplatione, & fauore *lex præfata ſi totas* hoc, ſcilicet eam reuocationem vſque ad legitimam patri concedit, id quod latiùs explicat idem Salicetus *ibid.* Nos autem hic loquimur in dotatione, & donatione inofficioſa, poſtquam non ſuperuenerint filij, & de reuocatione ipſis filiis permiſſa, & *d. l.* 2. *Cod. de patribus, qui filios diſtraxerunt*, loquitur in patre, qui cauſa famis, ſeu propter magnam paupertatem vendiderat filium, cui ſicut & eidem filio vendito, & cuicunque alteri permittitur *ibidem*, pretio oblato, vel alio mancipio æquè bono reſtituere eundem filium in priſtinam libertatem, & ſic in huiuſmodi caſu pater poteſt contra proprium factum venire.

§. III.

An mortuo patre, qui dotem immodicam, & inofficioſam pro filia dedit, vel promiſit marito, filij aduerſus maritum conſtante matrimonio inter maritum, cui dos fuit tradita, & mulierem ſeu filiam, pro qua tradita eſt, poſſint querelam inofficioſæ dotationis proponere, & intentare reuocationem eiuſdem dotis, quatenus eſt inofficioſa, & petere ac conſequi detractionem legitimæ ſibi debitæ; an vero ad faciendam præfatam reuocationem, & detractionem debeant expectari, quod ſit ſolutum matrimonium, vt tunc tantum filij poſſint legitimam recuperare ab hæredibus mariti, vel ab ipſa filia, ad quam ſoluto matrimonio dos ſit reuerſa, & reſtituta.

IN hac difficillima, & multum inter Iuriſperitos controuer quæſtione, vna plurimorum, ac grauium Doctorum ſententia eſt dotem inofficioſam per patrem, vel matrem traditam marito filiæ, neque etiam poſt patris, vel matris mortem poſſe filios agere contra maritum pro detractione legitimæ, vel eius ſupplementi à præfata dote inofficioſa, ſed id concedi filiis ſolum diſſoluto matrimonio contra hæredes viri, vel contra filiam ſuperſtitem dote ad ipſam reuerſa, ita tenere Seguram *in l. cohæredi, §. cum filia num.* 130. *ff. de vulg.* Bernardum Diaz, *reg.* 215. Palacios *in leg. Tauri* 17. *num.* 4. refert P. Barboſa *ad l.* 2. *in princip. n.* 171. *ff. ſol. matrim.* ita etiam tenere Bartholum, Baldum, Aretinum, Angelum, Campegium, Antonium, Neguſantium ex relatione Matienzo *lib.* 5. *de ordine in tit.* 1. *l.* 5. *Gloſſa* 4. *num.* 7. teſtatur Sanchez *in conſ. mor. lib.* 4. *c.* 3. *dub.* 39. *num.* 2. referens ita tenere pariter Olanum *in concordia iuris litera D. verbo dos num.* 79. Caſtillo *in leg.* 10. *Tauri num.* 32. Gratianum *regula* 310. *num.* 6. ita Natta *conſ.* 90. *num.* 6. *&* 7. *vol.* 1. referens etiam Iaſonem *conſ.* 111. *lib.* 4. Surdus *de alimentis tit.* 5. *quæſt.* 7. *num.* 12. *verſ. hæc tamen*, Afflictus *deciſion.* 86. (vbi aſſerit iuxta hanc ſententiam fuiſſe iudicatum) Thomas Gramm. *deciſ.* 90. *num.* 3. qui dicit eſſe communem opinionem, & communem opinionem dicit etiam Matienzo *d. Gloſſa* 4. vt teſtatur Fontanella *de pact. nupt. clauſ.* 5. *gloſſ.* 3. *part.* 3. *num.* 23. vbi etiam refert in hanc eandem ſententiam inclinare Andr. Angulo *de melior. lib.* 7. *gloſſa* 1. & Alexandrum Trentacinq. *lib.* 3. *var. tit. de iure dotium reſolut.* 3. *num.* 2. *&* 3. & ita ſen- 28

tiam

tire videtur Tuſchus *verbo dos, concluſ. 734. numero 3.* & alios tanquam huius ſententiæ refert Merlinus *de legitima, lib. ſecund. titul. prim. quæſt. 20. n. 9.* & in hanc eandem ſententiam ego pariter inclinari *in 2. p. de effectib. contractus matrimonij quæ eſt de alimentis cap. 6. numero 211.* Probatur hæc ſententia, quia maritus conſtante matrimonio habet dotem ex titulo oneroſo, ſeu cauſa oneroſa, ſcilicet vt ſuſtineat onera matrimonij iuxta Doctores communiter, quos *ſuprà c. 1. n. 106. & d. tract. de alimentis, d. cap. 6. num. 205. 207. 208. & 211.* allegaui, quibus addo Vincentium de Franch. (loquentem in marito, cui tradita eſt dos inofficioſa, & læſiua legitimæ filiorum) *dec. 558. n. 11.* At ex cauſa oneroſa poteſt inferri præiudicium legitimæ, cum ex alienationibus titulo oneroſo factis non deducatur legitima, vt expreſsè Merlinus *d. c. 20. num. 6.* & conſtat, quod pater, vel mater, vel quilibet debitor poteſt bona ſua alienare titulo oneroſo etiam in fraudem filiorum, vel creditorum, vt alienata non reuocentur, quando recipiens non particeps fuit fraudis *l. finali, ff. de his, quæ in fraudem creditoris leg. penult. C. de reuocan. his, quæ in fraudem creditorum geſta ſunt leg. fin. in fin. ff. ſi quid in fraud. patron.* & Gloſſ. ac Doctores communiter per eundem textum *in §. item ſi quis in fraud. inſtitut. de actionibus*, ergo nec conſtante matrimonio concedi debet reuocatio dotis inofficioſæ contra maritum, in illiuſque præiudicium, qui ex cauſa oneroſa eandem dotem habet. Secundò probatur hæc eadem ſententia, & confirmatur præcedens ratio per textum *in l. fin. §. ſi à ſocero, ff. quæ in fraud. creditor. verſicul. in maritum*, vbi habetur, quod ſi per patrem, vel matrem data ſit dos marito filiæ in fraudem creditorum eo inſcio, & ignorante fraudem filiis contra eundem maritum matrimonio conſtante non eſt concedenda actio reuocatoria dotis [de quo latè Borgninus Caualcanus *dec. 29. à num. 35. part. 3.*] & tamen ius creditorum eſt potius, & fortius iure filiorum in bonis patris, cùm legitima non debeatur niſi detracto ære alieno, ſeu deductis debitis *in leg. Papinianus, §. quarto, ff. de inoffic. teſtam.* ergo multò magis, & à fortiori neque filij reuocabunt eandem dotem conſtante matrimonio, licet eis in legitima damnum inferatur, *quia ſi vinco vincentem te, à fortiori vinco te &c.* Sed quia textus *in d. §. ſi à ſocero*, & ratio ibi a iureconſulto valdè vrget per hãc ſententiam, ponderandus eſt, verba textus ſunt, *in maritum autem, qui ignorauerit, non dandam actionem, non magis, quam in creditorem, qui à fraudatore, quod ei deberetur, acceperit, cum is indotatam vxorem ducturus non fuerit*, igitur Iuriſconſultus *in d. §. verſ. 1.* reſoluit non poſſe creditorem patris contra maritum, qui ignorans fraudis accepit dotem à patre pro filia in fraudem creditorum dotem, agere, & eius vita durante ad recuperationem dotis eidem marito traditæ, quia, inquit, ſimilis eſt in hoc caſu maritus creditori qui à fraudatore, quod ſibi debebatur, accepit, ex quo iuxta eundem Iureconſultum maritus tanquam creditor habet in dotem cauſam oneroſam, vt ex ea ſuſtineat onera matrimonij, ac proinde ſi non participat de fraude, ab eo non poteſt reuocari dos iuxta tradita in prima probatione, ſecundo idem Iureconſultus ſuæ reſolutionis aliam addit rationem, ſcilicet quia *maritus indotatam vxorem ducturus non fuiſſet.* Huiuſmodi autem rationes cum ſint generales, & abſque reſtrictione, videntur omninò æquè militare reſpectu filiorum dotem inofficioſam reuocare volentium, tanquam in fraudem ſuarum legitimarum conſtitutam, ſeu datam, atque reſpectu creditorum patris, qui putant in eorum fraudem eandem dotem pro filia conſtitutam, & ſolutam marito. Non debetur igitur per filios dos inofficioſa quoad exceſſum eorum legitimam lædentem marito ignoranti fraudem data conſtante matrimonio reuocari ab eodem marito, quia illam habuit titulo oneroſo, & ne alioqui maneat deceptus, qui ſine tanta dote eam mulierem non duxiſſet, & maximè ſi ipſe tanta dote erat dignus: Quemadmodum nec per creditores patris dotatoris ab eodem marito, qui ignorauit fraudẽ patris, dos in fraudem ipſorum pro filia ſoluta reuocari non poteſt matrimonio conſtante, iuxta *dec. d. §. ſi à ſocero.* Nec videatur poſſe conſtitui differentia inter filios, & creditores abſque abſurdo. Nã dato caſu, quod filia ſit inofficioſe dotata reſpectu aliorum filiorum, & in fraudem etiam reſpectu creditorum patris dotantis, & traditis marito bonis dotalibus, ſeu pro dote promiſſis, ſi mortuo patre, & filij petant donationis inofficioſæ, vſque ad legitimam, & etiam creditores petant eiuſdem dotationis, ſeu dotis in totum reuocationem, admiſſa differentia inter filios, & creditores, quod illi, & non creditores conſtãte matrimonio poſſint agere ad reuocationem, iidem filij audientur, creditoribus verò denegabitur audientia, donec maritus moriatur: Quod videtur non poſſe admitti abſque abſurdo, cum excludantur qui de iure debent eſſe potiores, nam conſtat, quod creditores excludunt filios, cum creditoribus ſit priùs ſoluendum, & poſtea deducto ære alieno computatio legitimæ ſit facienda, eò quòd legitima non debeatur mortuo parte, niſi de eo, quod dicto ære alieno patris deducto ſupereſt in hæreditate, vt dictum eſt, & conſtat ex *d. l. Papinianus, d. §. 4.*

Quod ſi dos fuiſſet inofficioſa re, & conſilio, & maritus participaſſet de dolo, conſilio, & fraude patris, tunc ab eodem marito poſſe reuocari dotem, quatenus lædit legitimam filiorum tradit Tuſch. *d. concl. 734. fine*, & ſupponunt alij Doctores. Denique hanc ſententiam confirmat alia ſententia, quòd dos exceſſiua vltra quantitatem alimentorũ à lege ſibi promiſſam per patrem data filiæ ſpuriæ marito ab eodem conſtante matrimonio non poteſt reuocari quoad illum exceſſum per legem ciuilem patri prohibitum, præſertim ſi maritus idem ignorauit eſſe ſpuriam, & legis prohibitionem, & eo magis ſi maritus erat tanta dote dignus, vel ipſa filia ſpuria ſine tanta dote non potuiſſet maritum inuenire, quam ſententiam innumeri Doctores ſunt amplexi, quos refero *d. tract. de alimentis, d. c. 6. n. 205. 206. 207. 208. & 209.* vbi latè præfata ſententia declaratur, & probatur, ſicut *n. 204.* referuntur Doctores contrariam ſententiam tenentes, cum ſuis fundamentis. Porrò diſpoſitioni *l. vnica, C. de inofficioſis dotibus*, quæ videtur huic ſententiæ obſtare, dum ibi ſtatuitur dotem, ſeu dotationem ex cauſa dotis factam inofficioſam poſſe per filios reuocari vſque ad eorum legitimam poſt mortem patris, vel matris, reſpondetur primo ex *d. l. 1.* non conſtare, quod talis reuocatio poſſit fieri conſtante matrimonio, ſecundò ſi eadem *lex vnica*, intelligatur, quod filij reuocent ſiue conſtante, ſiue ſoluto matrimonio Afflict. *dict. dec. 86. num. 3.* dicit iuxta Baldum *in dict. leg. vnica.* deciſionem eiuſdem legis tunc habere locum contra maritum, quando doti permixta eſt donatio, puta pactum de lucranda dote: vltima reſponſio eſt, *deciſionem dict. leg. vnicæ* intelligi, quando dos datur filiæ, non quando datur marito, quia filia habet eam dotem titulo lucratiuo, & ſic reuocari poteſt, quatenus lædit legitimam filiorum: Quam reſponſionem habeo *dict. tract. de alimentis, citato cap. 6. num. 211. fine*, & noto Doctores ex quibus colligitur.

Altera Sententia.

Altera ſententia pariter plurimorum, & grauium Doctorum prædictæ contraria eſt, filios mortuò patre dotatore, vel mortua matre dotatrice poſſe reuocare à

viro

viro dotem inofficioſam quoad exceſſum, quatenus eorom legitimæ læſiuam etiam conſtante matrimonio ita Paulus de Caſtro in dicta l. vnica, ad finem C. de inofficioſis danationibus ibidem Fulgoſius Vrſillus ad d. deciſ. 86. Afflict. Antonius Gomez ad d.l. 29. Tauri numero 34. §... verſ. ſed his non obſtantibus Vincentius de Franchis dec. 104. Molfeſ. ad conſuet. Neap. tom. 1. p. 4. q. 26. num. 8. & ſeqq. & tom. 2. p. 4. q. 26. n. 3. Matienzo lib. 3. Gloſſ. 6. tit. 8. à num. 3. l. 5. P. Barboſa ad leg. 2. in princ. n. 172. & ſeqq. ff. ſolut. matrim. Baeza de non melior. filiabus, cap. 32. num. 3. & n. 8. Fontanell. de pactis nupt. clauſ. 4. Gloſſ. 28. num. 9. & clauſ. 5. Gloſſa 3. p. 3. num. 24. & duobus ſeqq. & Gloſſa 8. p. 2. num. 21. & p. 6. num. 18. & ſeqq. Merlinus de legitima, lib. 2. titulo 1. quæſt. 20. n. 9. ad finem Stephanus Gratian. diſcept. forenſ. tom. 3. cap. 472. num. 8. & ſeqq. Auguſt. Barboſa collect. ad d. l. vnicam. num. 8. C. de inofficioſis dotib. Sanchez conſ. mor. lib. 4. cap. 3. dict. dub. 39. num. 3. & non pauci alij à P. Barboſ. Vincentio de Franchis, Fontanella, Baeza, Merlino, Auguſt. Barboſa, & Sanchez relati, & iuxta hanc ſententiam fuiſſe ſæpios iudicatum teſtantur Molfeſius, & Fontanella, & etiam Vincentius de Franchis, & eſſe etiam ſententiam communem refert Baeza. Probatur hæc ſententia primò per textum in dicta l. vnica, Cod. de inoffic. dotibus, vbi ſtatuitur dotem inofficioſam per patrem, vel matrem datam pro filia viro lædentem legitimam filiorum poſſe per filios reuocari, quatenus eorum legitimam lædit. Nam licet textus non dicat apertè, & expreſsè reuocationem fieri poſſe non ſolùm ſoluto matrimonio, ſed etiam matrimonio conſtante, nihilominus cùm textus loquatur ſimpliciter, indiſtinctè, & generaliter, ex ipſa generalitate colligitur debere intelligi in vtroque caſu, & tam conſtante, quàm ſoluto matrimonio. Secundò, qnia ſi filij non ſtatim poſt mortem patris, vel matris, ſed ſolum ſoluto matrimonio per mortem viri, cui tradita eſt dos inofficioſa poſſent ſuam legitimam recuperare, hoc eſſet ponere grauamen in legitima quoad tempus, cùm tamen mortuo patre legitima debeatur ſine grauamine, & dilatione iuxta l. quoniam in prioribus, C. de inoffic. teſtam. Tertiò probat Vrſillus ad dict. deciſ. 86. Afflicti n. 1. quia ea priori ſententia datur materia, vt filij priuentur legitima tempore labente ſine culpa, & ſine cauſa, qnod admitti non debet, quæ tamen ratio videtur defraudari in ſuis creditis propter dotem filiæ debitoris, & nihilominus creditores tenentur expectare mortem mariti, iuxta dec. dict. §. ſi à ſocero atque ideò idem videtur debere facere filios.

31 Quartò probatur ex Baeza d. c. 32. allegato n. 8. vbi dicit in præſenti caſu non agi de reuocanda dote conſtante matrimonio, ſed de reuocanda immodica dote quoad exceſſum, quem non cenſetur maritos babere ex cauſa oneroſa, ſed ex cauſa lucratina, quia (inquit) donatio ob cauſam ſolum dicitur titulus oneroſus pro proportione æquiualenti cauſæ, quantum tamen excedit, dicitur titulus lucratiuus, & mera gratuita donatio: vnde [ſubdit idem Baeza] diſpoſitio dict. §. ſi à ſocero lege final. ff. quæ in fraud. credit. vt conſtante matrimonio à creditoribus dotatoris non reuocetur dos à marito illam habenti titulo oneroſo non poteſt applicari, ſeu procedere in filiis agentibus contra maritum ad reuocandam dotem inofficioſam pro quantitate legitimæ ſibi debitæ, quia hoc caſu non agitur de dote ſed de dote immodica, quæ eſt titulus lucratinus pro portione, quæ eſt immodica, ita Baeza, & idem habent Merlinus dicta quæſt. 20. num. 9. verſ. Nam reſpondetur, & Sanchez d. n. 3. vbi dicit hic non agi de reuocanda à marito dote, ſed de reuocando exceſſu dotis, & licet dos habeatur ex contractu oneroſo; exceſſus tamen habetur (inquit) ex contractu lucratino. Verùm hæc ratio non probat generaliter per filios poſſe agi contra maritum ad reuocandam dotem inofficioſam, & lædentem eorum legitimam, ſcilicet quandò tanta, & tota dote dignus eſſet, nam tunc tota dos eſſet pro portionata, & æquiualens cauſæ, ob quam data fuiſſet, ſcilicet dignitati viri, & ſic neqne quoad exceſſum cenſeretur donatio gratuita reſpectu eiuſdem viri, & conſequenter tota dos à viro haberetur pro titulo oneroſo, vt notauit Cumanus in d. §. ſi à ſocero num. 2. ad finem, & poſt eum Petr. Barboſa d. n. 172. verſ. ſed neque. Quare Gomez d. n. 34. verſ. & ſi quæras, aliter probat titulum dotis non eſſe reſpectu mariti oneroſum, vt ucquear ex dote detrahi legitima filiorum, ſcilicet qnia titulus dotis non eſt ita oneroſus, ſicut alius titulus ſcilicet emptionis, quia in alio titulo emens, vel recipiens dat, ſeu dedit verum pretium loco rei, & tranſiuit in patrimonium alienantis, quod non euenit in dote, ac proinde licet creditores veri non reuocent alienata per ſuos debitores titulo oneroſo, niſi vterque participet de fraude tam debitor, quam recipiens, nihilominus filij reuocant dotem inofficioſam quoad exceſſum etiam fraude mariti non interueniente, neque probata, quia ex parte mariti nihil interuenit, ſeu traditur loco dotis, quod in patrimonium dotantis tranſeat, & idem tradit Merlinus d. q. 20. n. 10. vbi notat, quod ex titulo oneroſo legitima non detrahatur, non ſufficit titulus quicumque oneroſus, ſed ille tantum quando concurrit pretium, quod ſuccedat loco alienationis rei, ex quo pro filiis detrahitur legitima, quod ait Merlinus colligi ex traditis à Menochio conſ. 691. num. 4. & ſeqq. Rota Romana deciſ. 488. n. 6. p. 1. diuerſor. vbi expreſsè dicit non eſſe abſolutè verum, quod quæuis cauſa oneroſa faciat vt detrahi non poſſit legitima, ſed ea tantum, quæ eſt verè, & merè oneroſa, non autem vbi adeſt lucrum admixtum, quia tunc dicitur cauſa quaſi lucratiua, ita Rota: quæ tamen loquitur in caſu quando ex pacto præcedente vxore maritus habet lucrum dotis, tunc enim licet conſtitutio dotis habeat ſpeciem oneris, tamen pactum de lucranda dote dicitur mere lucratiuum, vt poſt alios Mangilius de imput. quæſt. 10. n. 33. Alio etiam modo Lupus in capite per veſtras not. 3. §. 24 de donat. inter vir. & vxor. & Couarruuias de ſponſ. p. 2. cap. 8. §. 6. num. 12. probant dotis titulum non eſſe totaliter oneroſum, quia (vt etiam notaui in d. tract. de alimentis cap. 6. num. 206. fine) etſi dos datur marito pro oneribus matrimonij miniſtrandis, non tamen inde (aiunt) ſequitur, maritum conſequi dotem omninò titulo oneroſi contractus, quia ratione coniugij tenetur alere vxorem; vnde [concludunt] dos marito promiſſa nec defertur vetè gratia lucri, nec omninò contractus oneroſi conditionem ſequitur, ex quo infertur, quod quoad exceſſum lædentem legitimam poteſt eadem legitima detrahi. Denique Molfeſius d. q. 26. n. 11. probat dotem inofficioſam reſpectu viri non eſſe cauſam oneroſam, ſed lucratiuam; Nam vir [inquit] recipiendo dotem cenſetur illam recipere ſeruata forma iuris, quia contrahentes ſemper præſumuntur contrahere ſecundum formam iuris, cùm igitur in hoc caſu ex iuris diſpoſitione dos reuocanda ſit vſque ad legitimam filiorum, vtique [ſubdit Molfeſius] in omni eo, quod legitimam filiorum concernit, dicitur maritus eſſe in lucro, cùm illud detineat contra iuris diſpoſitionem, & conſequenter non eſt in damno ſi reuocetur ab eo, ita Molfeſius d. n. 11. & addit n. 12. ſi dos efficiatur inofficioſa per ſuperuenientiam filiorum, præſumendum eſſe, talem eſſe mentem patris dotantis, vt non præſumatur priuare filios legitima, ſi caſu ipſos ſuſcipiat poſt dotationem filiæ, vt poſt Decium conſ. 56. & Tiraq. Vrſillus ad d. dec. Afflicti 86. n. 6. prædicta Molfeſius. Sed contra omnes præfatas declarationes adductas à præfatis Doctoribus, quod dos reſpectu viri non ſit titulus oneroſus ſtat d. §. ſi à ſocero; vbi maritus æquiparatur

paratur

paratur creditori,& conſequenter aſſeritur,quod habeat in dotem cauſam oneroſam vt *numero præcedenti* oſtenſum eſt; ſiue enim dos data marito debuiſſet eſſe tanta, ſiue non,reſpectu mariti eſt titulus oneroſus,& ex titulo oneroſo, ſcilicet pro oneribus matrimonij acquiſita, & ideo intrat regula,quod niſi probetur maritum fuiſſe participem fraudis patris dotatoris, non poteſt dos neque quoad exceſſum ab eo auferri,vt etiam Petr.Barboſa *dicto numer.*172.*verſic.item licet.* Ad Molfeſium reſpondetur,non eſſe certum quod ex diſpoſitione iuris ea dos inofficioſa ſit à marito reuocanda conſtante matrimonio. Prædictis fundamentis nituntur huius ſententiæ aſſertores.

Reſponſio ad textum in §. ſi à ſocero lege final. ff. quæ in fraudem creditor. & varij eius intellectus.

32 Ad textum autem *in dicto* §. *ſi à ſocero lege finali ff. quæ in fraudem credit.* qui maxime fauet primæ ſententiæ, & vrget contra hanc poſteriorē, dum vult ibi iureconſultus, quod creditores donatoris conſtante matrimonio non poſſint à marito non participe fraudis dotatoris reuocare dotem, & rationes *ibidem* à iureconſulto adductæ videntur probare, idem dicendum eſſe de filiis per dotem inofficioſam, & eorum legitimam lædentem à patre pro ſorore datam eius marito, & viro magis concludere reſpectu filiorum quam reſpectu creditorum patris dotantis, *vt ſuprà numero* 28. in confirmatione prioris ſententiæ notatum eſt. Doctores huius ſententiæ poſterioris varias reſponſiones, diuerſoſque intellectus afferunt, vt appareat differentia inter filios, & creditores patris dotatoris, vt illis conſtante matrimonio conceſſum ſit reuocare donationem inofficioſam vſque ad legitimam, ſeu quoad exceſſum lædentem legitimam; non autē ſit permiſſum creditoribus patris dotatoris reuocare dotem marito pro filia datam in fraudem, & præiudicium eorumdem creditorum.Prima igitur reſponſio eſt Baëzæ, & Sanchez *loc.n.præced. allegati*, quod dos inofficioſa quoad exceſſum cenſetur donatio, & titulus lucratiuus reſpectu mariti, ideò à filiis poteſt ab eodem reuocari, *in d.§.verò ſi à ſocero* ſermo eſt de dote quoad quantitatem iuſta,& congrua, quam maritus totam habet ex titulo oneroſo, & ita creditores dotatoris non poſſunt reuocare,vbi maritus non participauit de fraude. Hunc etiam intellectum *dicto §. ſi à ſocero dant.* poſt alios Vincentius de Franchis *d.deciſ.*104.*numero* 3. & Merlinus *d.quæſt.*20.*num.*10.*verſ.& propterea.* Vnde idem Vincentius addit, quod quando filia à patre debitore fuiſſet incongruè, & exceſſiuè dotata, exceſſus etiam conſtante matrimonio poſſet à creditoribus reuocari à marito: At hæc reſponſio manet relecta ex traditis *numero præcedenti*,vbi contra Baëzam, & alios probatum eſt dotem ſiue tanta, ſiue non tanta deberetur reſpectu mariti eſſe titulum oneroſum; & ex cauſa oneroſa haberi, ſcilicet oneribus matrimonij miniſtrandis. Præterea vbi dos datur marito in fraudem creditorum ſemper ſiue in parua, ſiue in magna quantitate poteſt dici incongrua, exceſſiua, & immodica, vt ex Andrea Angulo *Gloſſa ſuprà numer.*28. *allegata numer.*9. notauit Fontanella *dicta clauſ.*5. *Gloſſa* 8. *p.* 6. *num.*12. ac proinde ſi filiis conceditur reuocatio propter exceſſum dotis, idem deberet eſſe promiſſum creditoribus, cùm etiam reſpectu ipſorum adſit exceſſus & in dote tota, cum tota præiudicet eiſdem creditoribus.

33 Secunda reſponſio [quam habent Gomez. & Andreas de Angulo] eſt, quod in ſpecie *dict.* §.*ſi à ſocero*, non conceditur creditoribus dotatoriis reuocatio,ſeu reuocatoria conſtante matrimonio, quia creditores indiſtinctè [reuocant in totum dotem,vnde conceſſa illis reuocatoria]cogeretur maritus habere vxorem indotatam, quod videtur inconueniens conſiderabile,cùm maritus noluerit accipere niſi dotatam, filij verò non reuocant totam dotem, ſed quoad exceſſum tantùm, ſeu quoad aliquam partem pro ſua legitima, & ſic mulier non remanet indotata,nec tantum, tamve conſiderabile præiudicium ſequitur marito: At P. Barboſa *vbi ſuprà numer.*173. *verſ. Tertio ergo* huic reſponſioni ait obſtare regulam *leg. quæ de tota, ff.de rei vendic.* quia idem priuilegium debet habere quælibet dotis pars, quod tota dos. Obſtat etiam ratio eiuſdem §. *ſi à ſocero* ibi expreſſa, *& ſuprà n.*28. adducta non admittens huiuſmodi conſiderationem, obſtat etiam; quia ſæpè debitum patris dotatoris poteſt eſſe minus ipſa dote data,& ſic tunc creditores haberent reuocare dotem tantum quoad partem,& tantum vſque ad ſua credita; & nihilominus *d.*§. *ſi à ſocero* abſolutè excluduntur à reuocatione dotis conſtante matrimonio, & ideò idem videtur dicendum de filiis,quoad reuocationem tantum quoad legitimam.

Tertia reſponſio deducitur ex Vrſillo *ad d. dec.*86. 34
Afflict. *num.*6. ſcilicet diſpoſitionem *dicti* §.*ſi à ſocero* non comprehendere filios dotantis reſpectu ſuarum legitimarum poſt mortem patris ſibi debitarum, quia ille textus loquitur tantùm de aliis creditoribus,nil dicens de legitima filiorum,quæ de iure non venit in generali ſermone *l.ſi quando,* §.*cum ſimili*, *Cod.de inoffic. teſtamento, & in præcedentibus capitibus* notatum eſt; ſed hanc reſponſionem, ſeu reſtitutionem illius §. *ſi à ſocero* non patitur ratio *ibidem* expreſſa, *& numer.*28. adducta,dicitur enim ibi, à marito per creditores dotatoris non poſſe dotem conſtante matrimonio auferri; quia maritus ſimilis eſt creditori, qui à ſuo debitore, quod ſibi debebatur, recepit; & quia indotatam non duxiſſet, atque ideò non eſſe iuſtum,quod in dote moleſtiam patiatur: quæ rationes, vti generales ſufficienter etiam filios prætendentes ſuas legitimas comprehendunt conſtante matrimonio. Præterquam quod ſi concurrentibus filiis petentibus ſuas legitimas, & creditoribus petentibus ſua credita filij eſſent audiendi, & creditores,qui potius ius habent, eſſent repellendi, quod videtur non carere notabili abſurdo *vt ſuprà numero* 28.notatum eſt.

Quarta reſponſio (quam affert Gomez *d.n.*34.eſt,) 35
quod filij habent pro legitima ius in re in bonis patris, vel matris; quia debent habere legitimam in ipſis rebus,& ſubſtantia,& patrimonio eorum *lege ſcimus,* §. *repletionem,C.de inofficioſo teſtament.*vnde meritò tanquā reales creditores poſſunt reuocare immensè donatum,vel datum, pro dote,alij verò creditores ſunt merè perſonales reſpectu perſonæ; nam reſpectu bonorum,ideo non ita facile reuocant iuxta deciſionem *d.*§. *ſi à ſocero.* Sed contra hanc reſponſionem eſt primò; quia neque filij viuente patre habent actionem realem, ſeu hypothecariam pro legitima,ſed tantùm perſonalem *vt ſuprà hoc capite n.*12. initio notatum eſt; Secundò quia qualecunque ſit ius pro ſuis legitimis, non eſt potius iure creditorum, ſed è contra ius creditorum eſt eo potius,& illi præfertur,nam vt *ſuprà numero* 28.dictum eſt, & conſtat *ex lege Papinianus,* §. *quarta ibidem allegata*] mortuis parentibus ad computationem legitimæ faciendam priùs deducitur æs alienum: & ſic patris ſoluuntur debita, & tantùm de reſiduo detrahitur legitima,ac proinde ſine abſurdo non videtur poſſe admitti, quod mortuo patre filij deteriores in iure poſſint agere contra maritum, & non poſſint creditores iure potiores.

Quintò Petr.Barboſa *dicta lege ſecund. in principio,* 36
*numer.*34.*ff. ſoluto matrimonio* & poſt eum Stephanus Gratianus *d.capite* 472. *à numer.* 8,*ad* 16.quod *d.*§.*ſi*

à

à ſocero non procedat, quando reuocatio fit ſub eo prætextu, quod per dotem ſit præiudicatum legitimæ aliorum fratrum reſpondent rationem eſſe, quia filia tenetur dotem conferre fratribus, quamvis adhuc duret matrimonium *leg. dotis quint.* vbi Baldus, & Caſtrenſis *numero primo, Cod. de collat.* & licet (ſubdunt) ab iſta obligatione conferendi, ſe poſſit liberare abſtinendo ab hæreditate paterna *leg. final. Cod. de collat. dotis*, id tamen ei permittitur, ſi ex dote exceſſiua ſuppleat legitimam aliorum fratrum, *authent. vnde parens, Codic. de inoff. teſtament.* & Baldus *in leg. ſi emancipati in fine verſicul. vltimo vnum ſcias, numero* 16. *Codice de collation.* ideò merito (ſubſumunt) ad hoc poterit compelli non obſtante, quod duret matrimonium, cum ipſa ſit, quæ tenetur conferre dotem, quæ illius reſpectu dicitur titulus lucratiuus, quamvis (*vt ſuprà capite primo, dicto numero* 106. probatum eſt) ſit filia dotantis, vnde etiam [addunt] ob hanc rationem *in dicta lege vnica. Cod. de inoffiocioſ. dotibus* diſponitur generaliter, quod dos inofficioſa reuocetur, quatenus eſt, vt legitima aliorum filiorum ſuppleatur, & ſic (aiunt) apparet, quod in huiuſmodi terminis non obſtat, quod reſpectu mariti dicatur dos oneroſa *dict.* §. *ſi à ſocero.* Quia in præſenti materia reuocatoria non dirigitur aduerſus maritum, ſed potius contra mulierem, quæ tenebatur conferre dotem fratribus, à qua obligatione non poteſt ſe liberare, niſi ſupplendo legitimam aliorum fratrum, vt dictum eſt per *dict. authent. vnde ſi parens*, & cum eadem conditione videtur talis dos ad maritum tranſiniſſe *leg. Pomponius* §. *cum quis ff. de acquir. poſſeſſion.* Quaſi vtens acceſſione ſui auctoris debeat vti cum ſua cauſa, ſuiſque vitiis *leg. dol.* §. *final. ff. de contrah. emptio.* Bartholus *in dict.* §. *cum quis*, & Decius *in leg. omnibus officiis* 135. §. *non debeo, ff. de reg. iur.* Prædicta Petr. Barboſa, & Gratianus. Quæ tamen Fontanell. *dict. clauſul. quint. gloſſ.* 8. *allegata part.* 6. *num.* 17. ait probare ad ſummum, filios ad reuocandum donationes, & dotes inofficioſas non teneri expectare diſſolutionem matrimonij per mortem mariti ſororis, cui dos data eſt, non tamen probare cur id filiis promittatur, & non aliis creditoribus, ſed illis vigore *d.* §. *ſi à ſocero* denegetur à marito viuente, & conſtante matrimonio, fraudis paternæ non participe reuocare dotem in eorum fraudem à dotatore debitore datam. Addit Fontanella; non apparere quare illud, quod eſt à filiis, ſeu fratribus agentibus pro recuperatione legitimæ ex dotibus inofficioſis non dirigi reuocatoria contra maritum, ſed contra ſororem vxorem, quæ obligata cenſetur, & illud, quod res tranſeat, & tranſlata cenſeatur cum onere, non poſſit, aut non debeat appellari etiam reuocatoriis, quæ dantur creditoribus aduerſus alienata pro dote in illorum fraudem.

37 Denique Fontanella *dicta parte ſexta, numero* 20. reſpondet, cum multa, quæ conueniunt creditoribus, præſertim propter hypothecam bonorum debitoris, quam habent quæ non poſſunt applicari filiis, qui hypothecam non habent in bonis parentum pro ſuis legitimis, vt ſuprà dictum eſt, reſpondet, inquam, (licet non ſine titubatione, & hæſitatione) non eſſe iuſtum velle filios ſub diſpoſitionibus de creditoribus loquentibus comprehendere; ſed cum in præſenti ſpecie rationes à Iureconſulto *in dicto* §. *ſi à ſocero* adductæ ad probandum non poſſe, aut debere creditores donatoris agere contra maritum matrimonio conſtante ab eo auocare dotem, militent etiam in filiis, *vt ſuprà numero* 28. oſtenſum eſt, illos ſub diſpoſitione *dicto paragrapho ſi à ſocero* comprehendere æquum, & rationabile videtur.

38 Ex traditis facilè colligi datur, vix, vel ſaltē difficillimè poſſe aſſignari differentiæ rationem, cur creditoribus patris dotatoris, qui in eorum fraudem pro filia dotem eius marito fraudis inſcio tradidit denegetur reuocatio dotis ab eodem marito matrimonio conſtante iuxta diſpoſitionem *dict.* §. *ſi à ſocero*, filiis vero debeat eſſe promiſſum contra maritum pariter inſcium fraudis patris inofficioſe dotantis conſtante matrimonio reuocare, ſeu agere ad reuocandam dotem inofficioſam quoad exceſſum, vt ex eo ſuam legitimam, vel eius ſupplementum conſequantur, & non potius idem de filiis reſpectu ſuæ legitimæ, quod de creditoribus reſpectu ſui crediti ſtatutum eſt, *dict.* §. *ſi à ſocero*, ſit dicendum vt ſentiunt Doctores prioris ſententiæ, quam proinde nemo negabit eſſe valdè probabilem, & in praxi ſecuram, tum propter rationes *numero* 28. adductas, & tradita contra præcedentes reſponſiones, tum propter numerum, & grauitatem auctorum qui eam ſunt amplexi, tum etiam propter rem iudicatam. Quamuis hodie poſterior ſententia videatur magis communis, & recepta, & ſæpius ac frequentius iuxta eam in diuerſis Parlamentis fuerit iudicatum. Et ex rationibus *numero* 30. ad eius confirmationem adductis probabilior videatur quarta, quod dos inofficioſa quoad exceſſum, ſeu id omne, quod excedit congruitatem dotis in præiudicium legitimæ filiorum, non ſit vere dos, ſed gratuita donatio, & ex titulo lucratiuo à marito habeatur, & ideo ab eodem marito conſtante matrimonio a filiis reuocari poſſit, non poſſit vero à creditoribus patris dotatoris à marito conſtante matrimonio auferri dos, ſi congrua ſit, quia illam habet titulo oneroſo, & vt verè dotem, non vt gratuitam donationem. Quod ſi eſſet immodica, & excedens quantitatem dotis congruæ etiam creditores conſtante matrimonio poſſent, illiſve permittendum eſſet reuocare, & auferre à marito illum exceſſum, vt tradit Vincentius de Franchis *d. deciſ.* 104. & notatum eſt *ſuprà numero* 32. Idque ob eandem rationem, ſcilicet, eſſet gratuita donatio, & titulus lucratiuus reſpectu mariti.

Præfata autem poſteriori ſententia retenta, & quod *leg. vnica Codic. de inofficioſis dotibus*, intelligatur tam conſtante, quam ſoluto matrimonio, vt ſentiunt hodie magis communiter Doctores, euitari abſurdum (de quo *ſuprà numero* 28. *in fine*) hoc modo notat Fontanella *dicta parte ſexta numer.* 19. ſcilicet, quod ſi concurrant filij, & creditores patris dotatoris ad reuocationem dotis inofficioſæ contra maritum conſtante matrimonio filij audientur, & repellentur creditores, ſeu eorum exactio differetur vſque ad tempus ſoluti matrimonij iuxta diſpoſitionem *d.* §. *ſi à ſocero*, ſed tamen in computatione legitimæ habeatur ratio æris alieni prædicti, non ad effectum ſoluendi creditoribus, ſed vt eis reſeruetur in tempus ſoluti matrimonij, quo capere poterunt, & hac ratione nulli fiet præiudicium. 39

Si dos inofficioſa ſit data per patrem in pecunia marito, qui eam bona fide conſumpſerit, an filij poſt patris mortem conſtante matrimonio poſſint illam à marito auocare pro quantitate ſua legitimæ.

Vtrum verò eadem poſterior ſententia Caſtrenſis, & diſpoſitio *dicta l. vnica Cod. de inofficioſis dotibus* [ſuppoſito magis communi intellectu, quod loquatur tam conſtante, quàm diſſoluto matrimonio] quod filij dotem inofficioſam per patrem pro filia datam marito, conſtante matrimonio poſſint reuocare vſque ad legitimam, procedat, ſeu intelligi debeat, ſiue dos conſiſtat in rebus immobilibus: ſiue in pecunia, Vrſillus annotatione *ad d. deciſ.* Afflicti *in fine* dicit, procedere, & debere intelligi, ſi dos ſit data marito in bonis immobilibus, vt tunc filij poſt mortem patris dotatoris 40

poſſint

poſſint conſtante matrimonio contra maritum agere ad detractionem ſuæ legitimæ; non vero procedere, & intelligi, ſi dos conſignata ſit marito in pecunia, quæ amplius non extaret, ſed bona fide à marito conſumpta eſſet: nam tunc (inquit Vrſillus) maritus à filiis, ſeu fratribus vxoris non poſſet moleſtari pro recuperatione ſuæ legitimæ: qua diſtinctione idem Vrſillus præfatas duas ſententias concordat, vt prima procedat quando dos eſt data in pecunia, quæ poſt mortem patris dotatoris ſit conſumpta, poſterior quando dos data eſt, & conſiſtit in rebus immobilibus: idem poſt eundem Vrſillum ait Coſta *de remedio ſubſidiar. remedio* 108. *numero quinto*, addens idem dicere Carocium *deciſione* 78.*numer*.14. & Peregrinum *de iure fiſci libro tertio*, *titul*. 18. *numer*.79. Quod autem pro legitima non detur reuocatio, quando dos inoffici ſa fuit data marito in pecunia, quæ nullo modo extiſteret, ſed ab ipſo fuiſſet bona fide conſumpta confirmat Vrſillus annotatione *ad dictam deciſionem* 86. Afflicti *fine* ex his, quæ vna cum Afflicto ibi latè tradidit in annotatione *ad deciſionem* 190. eiuſdem Afflicti, ſcilicet quia quando per debitorem bona fide facta fuit ſolutio poſteriori creditori in pecunia, à quo bona fide ſit iam conſumpta, auocat primus pecuniam conſumptam, de qua re præter Afflictum *dicta deciſio*.190. & Vrſillum *ibidem*, Hondedeus *conſil*.18. *numer*.66. *libr*. 1. Mareſcottus *var. libr. ſecund. capite tertio*. Caualcanus *dicta deciſ*. 29. *numer*. 36. *parte tertia*. Iacobus Cancerius *var. parte ſecund. capite ſexto, de reſolutionibus*, *numer*.165. Fontanella latiſſimè *de pactis nupt. clauſula quinta*, *gloſſa* 8. *parte* 6. *&* 7. Rota Romana *deciſ. quæſt*. 8. *parte* 3. *diuerſorum*, & alij ab iiſdem, præſertim à Caualcano, & Fontanella relati; & latè etiam Molfeſius *ad conſuetud. Neapolitan. tom*. 1, *parte* 4. *quæſt*.26. *à numero* 16. *vbi numer*. 15. ipſe aſſerit, quod ſi dos inofficioſa per patrem pro filia data eſſet marito in pecunia, & eadem pecunia nullo modo extaret, ſed iam conſumpta eſſet bona fide à marito, filij non habent vllum remedium ad auocandam pecuniam conſumptam, ob præfatam rationem ab Vrſillo adductam & alias, quas numeris ſequentibus affert; ſi verò pecunia extaret virtualiter, vt quia ex illa empti eſſent annui introitus, vel alia bona ſtabilia, quæ ſuccedunt loco dotis (vt *ſuprà capite primo*, probatum eſt) vel dos aſſecurata eſſet ſuper bonis mariti; tunc ait quod filiis poſt mortem patris contra maritum conſtante matrimonio competeret reuocatoria pro quantitate legitimæ ſibi debitæ. Vt etiam quando per debitorem facta eſt poſteriori creditori ſolutio in pecunia, ſi illa virtute extet, vel quia ex illa empta ſunt bona ſtabilia, vel aliis modis, de quibus Fontanella *dicta parte ſexta*, *numer*.37. *cum pluribus ſequentibus*: primum creditorem poſſe illam à poſteriori reuocare, videntur ſentire Doctores communiter, de quo Fontanella *dict. part*.6. *num*.32. *&* *d. part*.7.

41 Contrarium reiicientes præfatam diſtinctionem Vrſilli, tenent Petrus Barboſa *ad dictam leg. ſecund. in princip. num*.174. *fine*, & Gratianus allegato *titulo* 3. *capite* 72. *n*.17. aſſerentes, filios poſſe agere ad recuperationem ſuæ legitimæ conſtante matrimonio, etiamſi dos data ſit marito in pecunia, quæ conſumpta ſit, idque probatur ex generalitate *dictæ legis vnicæ*, *C. de inofficioſ. dotibus*; quia ſimpliciter, & abſolutè, ac indiſtinctè loquitur, ſeu promittit filiis poſt mortem patris reuocare vſque ad ſuas legitimas dotem inofficioſam ab eodem patre pro filia conſtitutam, & traditam marito. Pro hac ſententia videtur poſſe allegari Paulum de Caſtro, & alios Doctores *ſuprà n*.30. relatos, qui pariter indiſtinctè, & generaliter dicunt, poſſe filios etiam conſtante matrimonio vſque ad ſuas legitimas reuocare dotes inofficioſas. Addit Fontanella *d. p*.6. *num*. 26. quòd ſubſiſtente illa diſtinctione Vrſilli fruſtra laboraſſent Doctores circa intelligentiam, & applicationem *d. §. ſi à ſocero, lege fin. ff. quæ in fraudem credit*. caſu filiorum agentium contra maritum pro deducenda legitima ex dote inofficioſa per patrem pro filia eidem marito data; quia parificarentur hi duo caſus inter ſe; nam quando à patre debitore dos in re ſtabili data eſt marito pro filia, non procedere textum *in d. l. ſi à ſocero*, ſed patris creditores poſſe dotem à marito reuocare innuunt Vrſillus *loco citat*. Angelus *in l. Lucius*, *n*.2. *ff. quib. modis pignus, vel hypoth. ſoluit*. Hondedeus *loco citat*. Merlinus *ſingul*.67. & idem Fontanel *d. p*.6. *n*.24. contra Vrſillum ſentit etiam Merlinus *de legitima lib*.2. *tit*.1. *allegata q*.2. *num*.15. *&* 16. dicens rationem illam Vrſilli generalem, quod quando debitor ſoluit poſteriori creditori in pecunia, quæ poſtea ſit ab eo conſumpta, non poſſit à primo creditore ab eodem poſteriori repeti, non adaptari ad caſum dotis inofficioſæ per patrem datæ marito filiæ; quia in poſteriori creditore, cui à debitore fuit facta ſolutio, apud eum non dicitur extare ad effectum repetendi, nam ſi extaret, ſecus, inquit, concluderetur, ex traditis à Cephalo *conſ*.86. *n*.12. *circa finem*: ſecus verò ſubdit, eſt in dote ſoluta viro, quæ nunquam dicitur conſumpta, ſed extare, cum vir ſemper maneat obligatus ad eius reſtitutionem, & propterea dominium dotis ab eo non dicitur irreuocabiliter acquiri, prout in poſteriori creditore, cui fuit ſolutum à debitore: & propterea (ſubdit) quamuis dos ſit in pecunia, quia tamen dicitur eſſe patrimonium filię, dicitur extare, & obligat, ac proinde non adaptatur ratio Vrſilli, ſed ſequitur, quod ſicut legitima detrahitur de omnibus bonis, iuribus, & actionibus, ita & ex exceſſu dotis congruæ erit etiam conſtante matrimonio detrahenda, quamuis ipſa dos ſit in pecunia, ſiue etiam ſoluta, vel non ſoluta, & ſiue ſciuerit maritus, ſiue ignorauerit qualitatem ſoceri: ita Merlinus *d. quæſt*.20. *numer*.16. *&* 17.

Quibus tamen non obſtantibus adhuc remanet valde probabilis, & tuta in praxi ſententia Vrſilli, vt 42
per filios non poſſit moleſtari maritus, ſi dos illi à patre illius debitore ſit ſoluta in pecunia, quæ ſit conſumpta, in quam Vrſilli ſententiam inclinat etiam Fontanella *dicta clauſula quinta*, *gloſſa* 8. *p*. 7. *numero ſeptimo*, aſſerens, quod quoties dos conſiſtit in pecunia, & eam bona fide recepit maritus, & conſumpſit, filij conſtante matrimonio non poſſunt moleſtare maritum, neque facere auocationem prætextu inofficioſæ dotis, aut alias, quia & maritus ipſe eſt, & reputatur creditor ex cauſa onєroſa, & etiam ipſi filij in hiſce rebus reputantur vt creditores, prout præter Vrſillum aiunt Hondedeus *d. conſ*.18. *num*. 66. Angelus loco ab Vrſillo allegato, & Hippolytus de Marſilio *ſingul*. 67. Ac proinde iuſtum eſt, quod omnes ſtent regulis de huiuſmodi creditoribus quoad has auocationes loquentibus. Regula autem generalis reſpectu omnium creditorum eſt, quod pecunia à debitore ſoluta poſteriori creditori ſi conſumpta fuit bona fide, ab aliis creditoribus non repetitur. Afflictus *dicta deciſ*. 190. *& ibidem* Vrſillus. Hondedeus *d. conſ*.18. *n*.66. Mareſcottus *d. cap*.36. Molfeſius *d. q*. 26. *n*. 10. *& ſeqq*. idem Fontanella *d. cap*.6. *&* 7. & alij communiter ab iiſdem relati.

Legitima à filiis ex exceſſiua, & inofficioſa dote detrahitur nulla habita ratione ad lucrum dotis ſiue ex ſtatuti diſpoſitione, ſiue ex pacto ſoluto matrimonio debeatur, & ſic detractio legitimæ præcedit lucrum dotis.

43 Circa prædicta deducenda per filios ex dote inofficioſa per patrem, vel matrem datam marito aduertendum quod ſi ex ſtatuto, vel pacto debeat maritus dotis partem lucrari & dos fuerit inofficioſa, prius eſt deducenda, ſeu detrahenda legitima filiorum, ita quod legitima filiorum procedat, & præiudicium inferat lucro dotis, illudve minuatur, ita Mangilius *de imput. quæſtion.* 10. *num.* 26. 30. 32. & 40. Merlinus *de legitima lib.* 2. *tit.* 1. *quæſt.* 20. *fine, & quæſt.* 22. *num.* 1. *& quatuor ſeqq. & num.* 10. *ad* 17. *& num.* 27. & 28. Stephan. Gratianus *diſcept. for. tom.* 5. *cap.* 950. *num.* 10. & alij ab iiſdem relati; & notatum eſt contra nonnullos *ſupra cap.* 1. *num.* 106. Dotis enim lucrum, quod facit maritus ex ſtatuto, vel pacto habet titulum lucratiuum, vt ſentiunt magis communiter Doctores, Baldus, & Caſtrus *in l.* 1. *Cod. de inoffic. dotibus*, Rota Romana *deciſ.* 888. *num.* 6. *part.* 1. *diuerſorum.* Mangil. *dict. quæſt.* 10. *num.* 9. & 32. & 33. Merlin. *dict. quæſt.* 22. *num.* 4. 13. 27. & 28. & alij à Mangilio & Rota allegati: neque obſtat ſuſtentatio oneris matrimonij marito incumbens, quia in eius compenſationem habet maritus dotem, & eius fructus, quæ propriè dantur ad hunc effectum, vt conſtat *ex l.* 1. *ff. ſoluto matrimonio*, & tradunt *ibidem* ſcribentes, & alij Doctores *ſupr. dict. cap.* 1. *num.* 106. *allegati*, ideo benè dicuntur fructus debiti titulo oneroſo, cum deſeruiant oneribus matrimonij: diuerſum eſt in lucro dotis, quod non datur viro niſi ſoluto matrimonio, & ſic poſtquam ceſſant onera matrimonialia, & ex ipſo nomine idem colligitur, cum appelletur lucrum dotis, ac proinde ex cauſa lucratiua defertur à ſtatuto, vel acquiritur ex pacto: Quemadmodum igitur non præiudicant legitimæ huiuſmodi lucratiuæ alienationes, vt ex præcedentibus conſtat, & *in dict. l. vnica, Cod. de inoffic. dotibus*, tradunt Bald. & Caſtrenſis, ita etiam delatio lucri dotis ex ſtatuti diſpoſitione, vel ex pacto, cum ſit lucratiua, non impediet prius detrahi legitimam ex dote inofficioſa per querelam inofficioſæ, iuxta *dict. l. vnicam, Cod. de inofficioſ. dotib.* vt tradunt etiam expreſſe Baldus *conſ.* 495. *num.* 2. *vol.* 5. & Phanucius *de lucro dotis gloſ.* 5. *num.* 38. & Mangilius *dict. num.* 32. relati, vbi aſſerunt, quod nec ſtatutum, nec conuentio iugalium tollit, quo minus (quando dos eſt inofficioſa) poſſit contra virum querela inofficioſæ dotis proponi, iuxta *dict. leg. vnicam*, idque ob illam rationem iam tactam, ſcilicet quia per viam querelæ reiicitur de legitima omne grauamen, quod non continet cauſam neceſſariam, & merè oneroſam, vt Rota *dict. num.* 6. & poſt Crauetam *conſ.* 141. *num.* 5. & Couarruuiam *in cap. Raynutius*, §. 10. *num.* 9. *de teſtam.* Mangilius *dict. num.* 32. & ſpecialiter quod ſtatutum lucrum dotis deferens in dubio, & vbi aliud non conſtat ex verbis ſtatuti, non cenſeatur derogare diſpoſitioni iuris communis, per quod legitima non ſubiacet tali lucratiuæ cauſæ, (vt notatum eſt) probatur ex eo, quod ſtatuta ſunt interpretanda, vt non recedant à iuris communis cenſura, iuxta Doctores *in lege omnes populi, ff. de iuſtitia & iure.* Neque prædictis obſtat, quod legitima non dicatur propriè æs alienum (*vt ſupra capite quarto* probatum eſt) nec eius appellatione comprehendatur (vt etiam Surdus *conſilio* 141. vbi quando ſtatutum diſponit, quod extantibus etiam filiis vir lucretur certam partem dotis, ſentit eſſe locum ad fauorem filiorum primi matrimonij alicui legitimæ detractioni, ſed æqualiter diuidant filij, detracta prius illa parte dotis à ſtatuto delata marito:) non obſtat, inquam. Nam quidem comparatiue ad verum æs alienum filius in legitima non dicitur verus creditor, tamen ceſſantibus veris creditoribus titulum oneroſum habentibus, reſpectu aliorum, qui de lucratiua cauſa agunt, vt maritus pro lucro dotis, & legatarij, legitima dicitur verè æs alienum, vel quaſi æs alienum, vt *dicto capite quarto* notatum eſt, & tradunt Merlinus *dicto libro ſecund. titulo primo, quæſt.* 16. *& quæſtione* 22. *numero* 16. & colligitur ex Mangilio, & aliis *ſuprà allegatis.*

Aſcendentes in iiſdem caſibus, & iiſdem modis detrahunt legitimam ex inofficioſa dote, prout deſcendentes.

Aduertendum quoque, quæ in præcedentibus tradita ſunt de filiis, & deſcendentibus, procedere etiam in aſcendentibus, vt in quibuſcumque caſibus competit deſcendentibus ius petendi, & detrahendi legitimam ex dote inofficioſa à patre, matre, vel alio aſcendente pro muliere conſtituta; & data eius marito, competit iiſdem aſcendentibus ius petendi, & detrahendi ſuam legitimam ex dote inofficioſa conſtituta, & data à deſcendentibus; vt conſtat ex notatis *ſupra numero tertio*, & expreſſe tradunt Doctores *ibidem* allegati, præſertim Merlinus, & Mangilius *locis ibidem* relatis. 44

Filij conſtante matrimonio poſt mortem patris, vel matris, qui inofficioſam dotem dederunt pro filia, an vna cum exceſſu dotis poſſint reuocare etiam fructus ipſius exceſſus dotis.

Vtrum verò conſtante matrimonio poſt mortem patris, vel matris (qui inofficiosè, & immodicè dotarunt filiam) filij in legitima læſi poſſint reuocare non ſolùm dotem ipſam inofficioſam quoad exceſſum vltra congruitatem, iuxta ſententiam & tradita *numero* 30. & Doctores *ibidem* allegatos, ſed etiam fructus ipſius exceſſus. Reſpondetur non poſſe reuocari, nec eſſe reuocandos fructus in vita patris, vel matris dotantis ex eo dotis exceſſu collectos: ita Vincentius de Franchis *deciſione* 558. *numero quinto, parte ſecunda*, & poſt alios Sanchez *libro quarto conſil. mor. capite tertio, dicto dubio* 39. *numero ſeptimo.* Quia legitima non debetur niſi poſt mortem patris, vel matris, & ita ſicut viuente patre, vel matre dotatore legitima non debetur, nec etiam fructus exceſſus dotis debentur. 45

Reſpondetur ſecundò, per filios conſtante matrimonio poſſe reuocari fructus exceſſus dotis collectos poſt mortem patris, vel matris dotantis: ita Vincentius de Franchis *dicta deciſione* 558. Molfeſius *ad conſuetud. Neapolitan. tomo primo, parte quarta, quæſt.* 26. *numero duodecimo fine.* Sanchez *dicto numero ſeptimo*, & apud eundem Matienzo *libro quinto ordinament. titulo* 8. *lege tertia, gloſſa ſeptima numero ſexto & ſeptimo*, & Baëza *de non melior. filiabus capite* 33. tunc enim incipit deberi filiis legitima 46

legitima. Limitat Sanchez cum Baëza, ſi gener ignorabat exceſſum, neſciens fieri contra legem, eo quòd fructus bona fide percepti ex contractu etiam nullo non ſint reſtituendi, iuxta Baldum *in. l. Celſus. ff. de vſucap.* Fellnum *in cap. de quarta, num. 5. de præſcr.* & Couarruuiam *1. var. cap. 3. num. 8.* quod citra dubium procedit, ſi maritus bona fide eos fructus poſt mortem patris perceptus ante filiorum interpellationem conſumpſiſſet, miniméque factus eſſet locupletior.

47 An autem procedat ſecunda reſponſio, vt fructus exceſſus dotis poſſint reuocari, & debeant filiis reſtitui, etiamſi dos immodica conſiſteret, ſeu data eſſet in pecunia; & ſic non de proprietate aliqua, ſed de pecunia eſſet ſoluenda, Angelus *conſ.* 101. à Vincentio de Franchis *d. deciſ.* 558. *n.* 3. relatus tenet non procedere; eo quia pecunia non parit fructus, at idem Vincentius poſt Fabian. *in auth. nouiſſima num.* 347. & Napodanum *in conſuet. quartam autem, verbo fructus*, affirmat procedere, & deberi intereſſe, ſeu interuſurium quod loco fructuum ſubrogatur *leg. vſuræ vicem, ff. de vſuris*, & ita ſentiunt etiam *locis citatis* Matienzo, Baëza, & Sanchez; dicunt tamen Baëza, & Sanchez deberi fructus, ſeu intereſſe, aut interuſurium exceſſus dotis in pecunia conſiſtentis, non à die mortis patris, ſeu matris dotantis, ſed à tempore moræ, ſcilicet petitionis, & interpellationis per filios factæ coram iudice: ſed an fructus exceſſus dotis ſiue conſiſtentis in proprietate, ſiue in pecunia debeantur à die mortis parentis, qui inofficiosè dotauerit filiam, an verò tantum à die petitionis inchoati iudicij, latè Vincentius *d. deciſ.* 558. in vtramque partem, & ponit reſolutionem S. Concilij Neapolis, ad quem remitto Lectorem.

Creditores patris, vel matris an, & quando dotem per patrem, vel matrem in eorum fraudem datam genero poſſint ab eodem genero conſtante matrimonio reuocare.

48 Ex traditis colligendum, & reſoluendum, an, & quando creditores patris, vel matris dotem per eundem patrem, vel matrem in pluſquàm deberetur datam filiæ, ſeu genero pro filia in fraudem eorumdem creditorum poſſint conſtante matrimonio reuocare à marito; de qua re *in d. l. fin. §. ſi à ſocero, ff. quæ in fraudem credit.* Doctores *in præcedentibus, num.* 28. 30. *& ſeqq. vſque ad* 42. allegati, præſertim Fontanella *d. clauſ. 5. gloſſa* 8. *p.* 6. & Borgninus Caualcanus *p. 3. dec.* 29. *numero* 35. *&* 36.

39 Et quidem ſi creditores patris, vel matris haberent pro ſuo credito hypothecam in bonis eorum, & non ſolum actionem perſonalem contra eoſdem, bona ſic hypothecata data, ſeu conſtituta genero in dotem pro filia, certum eſt poſſe reuocari conſtante matrimonio à marito, licet ignoraſſet fraudem, & in dote ſibi conſtituta ineſſet æs alienum, bona enim tranſeunt ad maritum cum onere ſuo: ita Caualcan. *d. n.* 35. Hypolitus Marſilius *ſingulari.* 67. Fontanella *d. p.* 6. *n.* 24.

Quod ſi creditores patris, vel matris haberent hypothecam, ſed tantum actiones perſonales pro ſuis creditis, ſi maritus ſciuit patrem, vel matrem dotantem plus debito tanto ære alieno grauatum, vel grauatam, & fraudis particeps fuerit: tunc etiam certum conſtante matrimonio locum eſſe reuocationi, ſiue dos conſiſtat in fundo, ſiue data fuerit in pecunia, quæ etiam fuerit à marito conſumpta, ita Caualcanus *d. numero* 35. Fontanella *d. clauſ. 5. gloſſa* 8. *p.* 7. & Doctores communiter tum relati *ſupra n.* 28. 30. *&* 40. tum innumeri alij à Caual. relati, & conſtat *ex d. §. ſi à ſocero.*

Si verò gener, ſiue maritus ignorans æs alienum 50 patris vel matris dotantis accepit bona fide dotem iuxta ſententiam traditam *ſupra numero* 28. & Doctores *ibidem* allegatos, ſiue in dotem datus ſit fundus, ſiue data pecunia, non poterunt creditores conſtante matrimonio eam dotem reuocare à marito, eo quòd dotem habeat titulo oneroſo, iuxta tradita *d. num.* 28. & Doctores *ibidem* allegatos, & hoc probare videtur textus *in d. §. ſi à ſocero*, vbi abſolutè & indiſtinctè dicitur à marito, qui ignorauit fraudem patris ære alieno grauati in fraudem creditorum dotantis, non poſſe per eoſdem creditores conſtante matrimonio dotem ab eo acceptam reuocari: & eumdem textum ſecundùm eamdem generalitatem videntur intellexiſſe Doctores *ſupra numer.* 30. *& ſex ſequentibus* allegati.

At verò iuxta Angelum, Vrſillum, Hyppolitum Marſilium, Fontanellam *locis ſuprà num.* 40. *&* 41. *allegatis*, diſtinguendum eſt inter dotem datam genero, ſeu marito conſiſtentem in aliquo fundo, vel alia re immobili, ſeu in pecunia numerata: vt vbi dos conſiſtit in pecunia numerata, quæ à marito non participe fraudis patris dotantis fuerit bona fide conſumpta, creditores conſtante matrimonio non poſſint agere contra maritum ad reuocationem dotis, propter tradita *ſupra numero* 40. *&* 42. ad probandum, quòd nec filij poſſunt conſtãte matrimonio reuocare dotem inofficioſam quoad exceſſum à patre, vel matre genero datam in pecunia, quæ à genero fuerit bona fide conſumpta. Si verò dos data marito conſiſtat in re immobili, aliquóve fundo, creditores patris, vel matris, qui in fraudem eorumdem creditorum talem dotem pro filia dederunt, poſſint creditores à genero, ſeu marito eam dotem, ſiue rem illam immobilem, aut fundum reuocare; quia cùm ea res immobilis, ſeu fundus ibi tranſeat, & tranſiſſe ſit iudicandus cum ſuo onere, habent creditores (inquit Hyppolitus Marſilius *d. ſingul.* 67. & poſt eum Fontanella *d. p* 6. *num.* 24.) ſubiectum, contra quod ſuas dirigãne actiones; vnde iuxta eoſdem Doctores (vt etiam notat Fontanella *d. num.* 13. *initio*) limitatur ſeu declaratur dictus textus in allegato. *§. ſi à ſocero*, dum ibi dicitur creditores patris filiam dotantis in eorum fraudem non poſſe agere contra maritum fraudis non participem ad dotis reuocationem, vt non procedat, vbi dos conſiſtit in fundo, aliáve re immobili, ſed quando conſiſtit in pecunia numerata, quæ bona fide à genero fuerit conſumpta. Et prædicta de reuocatione dotis per patrem, vel matrem in fauorem filiæ datæ genero in fraudem creditorum, eiſdem creditoribus prohibita, ſeu non promiſſa conſtante matrimonio, ſi maritus, cui dos eſt conſtituta, fraudis particeps cum ſocero non fuerit, iuxta diſpoſitionem *d. §. ſi à ſocero.*

Verùm verò diſſoluto matrimonio iiſdem cre- 52 ditoribus patris, vel matris, cui in eorumdem fraudem dotem pluſquam deberetur pro filia conſtituerunt genero fraudis ignaro, concedatur reuocatio, Fontanella *dict. clauſ. 5. gloſſa 8. allegata part. 7. numero* 75. reſpondet citra dubium concedendam reuocationem, ſi re vera in fraudem creditorum dotatio probetur facta: cùm dos non ſit conſtituenda cum præiudicio creditorum, vt ſæpiùs in præcedentibus notatum eſt, & tradunt Doctores communiter.

Addit tamen idem Fontanella vix poſſe dari 53 caſum, in quo fraus probari poſſit, eo quia dotatio ipſa habeat præſumptionem pro ſe, quòd non fuerit

in fraudem facta. Nam quando aliæ alienationes ex aliquibus circonſtantiis præſumuntur fraudem continere, hæc tamen quæ fit pro dote cum aliis cauſis neceſſariis ſunt in iiſdem terminis, & cum iiſdem circunſtantiis fraudulenta non præſumitur, cùm neceſſitas alienandi tollat fraudis ſuſpicionem, vt alios allegantes Menochius *de præſumpt. lib.* 8. *præſumptione* 124. *numero* 17. *&* 67. Peregrinus *de iure fiſci titul. de public. bonorum*, *numero* 117. Farinacius *in tract. de ſimulat. & falſit. quæſtio.* 164. *§. neceſſaria*, *numero* 107. *relati* à Fontanella *dicta parte ſeptima*, *numer.* 76. vbi etiam affert regulam à Farinacio *dicto §. neceſſaria num.* 66. traditam, ſcilicet quod donatio, ſiue alienatio facta à delinquente, ſiue antè, ſiue poſt delictum etiam in caſu, in quo fraus in ea præſumitur, valet, & tenet, ſi facta fuerit ex cauſa neceſſaria. Cuius tamen regulæ variæ limitationes, & ampliationes ab eodem Farinacio adducuntur apud eum videndæ.

54 Idem Fontanella *d. p.* 7. *numero* 77. excitat dubium an conſtitutio, ſeu augmentum dotis facta viro per mulierem, & eadem ratione ſponſalitium factum eidem mulieri per virum de medietate dotis, aut alia quota dotis parte iuxta conſuetum regionis factum paulò antequam vir decoxerit, dici debeant facta in fraudem creditorum? & reſpondet, Franciſcum Hieronymum Leonem *deciſione Valent. nona*, dubium latè examinantem, aſſerere pro muliere reſolutum fuiſſe, ex eo præſertim, quod exiſtimatum fuerit fraudem non eſſe conſiderabilem in actu, qui fit iure permittente.

Dotanti, qui promiſit, vel dedit dotem exceſſiuam, & immodicam, an competat exceptio contra promiſſionem quoad exceſſum, & reuocatio exceſſus dotis datæ.

55 An autem, ſicut dos immodica, & inofficioſa per patrem, vel matrem promiſſa, vel data poteſt per filios in legitima læſos reuocari quoad exceſſum, ita etiam ſi dotans promiſerit, vel dederit dotem immodicam, poſſit agere ad dotis diminutionem, vel reuocationem exceſſus, ſeu reductionem ad congruitatem? De patre, qui promiſerit dotem exceſſiuam actum eſt *ſuprà capit.* 4. *numero* 84. 85. 86. *capite* 8. *numer.* 190. *& capite* 11. *num.* 17. De muliere minori, quæ etiam dotem immodicam dederit, vel promiſerit marito, pariter actum eſt eodem *capite* 8. *à numer.* 194. *ad* 198.

Frater minor, qui pro ſorore promiſit, vel dedit dotem exceſſiuam, & immodicam, an, & quando debeat in integrum reſtitui aduerſus promiſſionem, & dotationem, ſeu dotem eandem exceſſiuam, vt dos reducatur ad congruitatem.

56 De fratre quoque minore, qui cum tutoris authoritate pro ſorore promiſit, vel dedit eius marito dotem exceſſiuam, & immodicam (de quo in præcedentibus non eſt actum) ei competere remedium reſtitutionis in integrum aduerſus præfatam dotem exceſſiuam promiſſam, vel datam, vt non poſſit cogi ad ſoluendum exceſſum dotis promiſſæ, & illi debeat reſtitui exceſſus dotis datæ, tradunt alios allegantes Natta *conſ.* 658. *n.* 1. *lib.* 4. Hondedeus *conſ.* 18. *numero* 33. *& quatuor ſequentib.* Oddus *de reſtit. in integrum parte* 2. *quæſtione* 59. *artic.* 5. Molfeſius *ad conſuet. Neapolitan. tomo primo, part.* 4. *quæſtio.* 16. *n.* 13. & Merlinus *de legitima lib.* 2. *tit.* 1. *quæſt.* 20. *num.* 1. & eſt communis ſententia. Minoribus enim læſis eo remedio reſtitutionis in integrum ſubuenitur, vel aliàs damnificatur, *lege minoribus* 25. *annis*, *& lege penultima ff. de minoribus*; & paſſim Doctores, quæ reſtitutio etiam aduerſus conſtitutionem dotis competit, vt conſtat ex traditis *cap.* 8. *n.* 287. & ex iuribus *ibidem allegatis*, ſcilicet *l.* 1. *Cod. ſi aduerſus dotem*, vbi ſcribentes, *& l. ſi ex cauſa §.* 1. *ff. de minorib.* & procedit hæc ſententia vt debeat frater minor reſtitui aduerſus dotem exceſſiuam promiſſam, vel datam pro ſorore non obſtante iuramento ſuper promiſſione, ſeu conſtitutione eiuſdem dotis, impetrata tamen prius abſolutione: ita Natta, Hondedeus, Oddus *locis allegatis*, Coſta *de portione rata, quæſt.* 126. *n.* 2. & Merlinus *d. q.* 20. *n.* 2. qui quoque *n.* 3. vnà cum eodem Coſta *ibid.* addit procedere, ſi ſint plures fratres qui exceſſiue dotarunt ſororem, quorum alij ſint maiores, alij minores; quia maiores iuuantur priuilegio minorum, & quilibet non tenebitur niſi ad debitam dotem, per textum *in. l. iure ſuccurſum, §. ſi in dote ff. de iure dot.* etenim ea reſtitutio, quæ conceditur minoribus, extenditur etiam, vt competat maioribus litis conſortibus. De quo latè Oddus *de reſtit. in integrum p.* 1. *q.* 49. & de extenſione de caſu ad caſum, latè Menochius *conſ.* 242. & quando plures fratres minores, vel partim minores dotem exceſſiuam conſtituerunt, & quilibet eorum ſe obligauit in ſolidum, & eorum vnus licet maior, conuenitur, vel ſoluit eam dotem, & petit reſtitutionem aduerſus eam dotem immoderatam, alios etiam omnes fratres poſſe comparere in iudicio ad illius defenſionem, cum ſint plures rei debendi, & qui ſoluit in ſolidum, poſſit ab alio repetere, quod plus pro portione ſua ſoluit, latè probat Natta *dicto conſilio* 658. *num.* 4. Addit idem Natta *num.* 15. fratri, qui ſe obligauit ad dotem exceſſiuam in minori ætate, competere reſtitutionem in integrum, licet poſtea vigore dictæ obligationis confectum ſit inſtrumentum eo exiſtente maiore, quia attenditur initium, non vero finis, quod venit in conſequentiam *lege* 3. *§. ſcio, ff. de minoribus.* Quantus autem exceſſus, ſeu quanta læſio minoris requiratur vt poſſit, & debeat reſtitui aduerſus dotem immoderatam promiſſam vel datam pro ſorore eius marito, Oddus *dicta quæſtio.* 59. *citat. artic.* 55. *numero* 27. & poſt eum Fontanella *dicta p.* 2. *num.* 29. dicit fore exceſſum, ſeu læſionem ſufficientem ad reſtitutionem in integrum, ſi ipſi minores dotantes remaneant ſine patrimonio ſufficienti, ex quo viuere poſſint ſecundum eorum conditionem, & nobilitatem: vel quod habeant alias ſorores, quas non poſſint poſtea æqualiter tractare, & ex quo inuidia merito inter eas, & primam nuptam induceretur; vel quod ſi iam aliæ dotatæ ſint, poſſint quandoque hac de cauſa aut ſupplementum congruæ dotis, vel legitimæ petere, & denique ſi fratres propter ſororis donationem in graue damnum incidant. Hondedeus *dicto conſilio* 28. *numero* 33. dicit in dotis conſtitutione adeſſe exceſſum ſufficientem ad reſtitutionem in integrum, ſi ſoror à fratre dotata longè plus habuerit quàm ſit portio maſculorum; cum debeat ſoror de portione ſua tantum dotari, & *numero* 34. ait ſufficere enormem læſionem. Addit etiam cum Natta *dicto conſ.* 650. *numer.* 7. *& duobus ſequentibus*, ſufficere, vt minores reſtituantur in integrum, ſi damnum modicum ſit, licet pro minimo degeneretur: & hoc idem

ait

ait Natta habere Gloſſam *in leg. penultim. ff. de minoribus, & in leg. prima, verbo magno detrimento, Codic. ſi aduerſus venditiom. pignor.* & etiam probari *in l. minoribus 25. annis, ff. de minoribus*, cum ibi dicatur *minoribus 25. annis* ſubueniri pro in integrum reſtitutione, vbi aliquid ex eorum bonis diminuatur: dictio autem illa aliquid, verificatur etiam in modico *leg. ſi ſeruum §. prætor ait*, vbi Bartolus *ff. de acquir. hered.* Sed an dotis exceſſus, vel læſio ſufficiat ad reſtituendum minorem dotantem in integrum videtur relinqui iudicis arbitrio iuxta tradita *capit. præcedenti numero 92. ad 95.*

57 Cæterum Molfeſius *allegato numero tertio* limitat, ſeu declarat præfatam ſententiam communem, vt quidem ſi frater minor cum tutoris authoritate dotauit ſororem vltra vires ſui patrimonij, reſtituatur in integrum ad reuocandum illud plus, quod excedit dignitatem ſeu nobilitatem viri. At verò ſi dos excederet quantitatem patrimonij ipſius minoris, eſſet tamen ſecundum qualitatem viri, ſubdit idem Molfeſius, quod non competit minori reſtitutio, quia non dicitur læſus. Quod confirmat, tum quia vt ſoror nubat æquali, dos poteſt excedere illius legitimam, vt capite præcedenti dictum eſt, & frater ſi ſit diues, tenetur ſupponere de proprio. Tum quia quamuis in hoc caſu frater ſit læſus in bonis, tamen in honore maximum lucrum facit (quoniam, inquit idem Molfeſius *tomo ſecundo, parte quarta, additione ad dict. quæſtionem 29. numero 9.* mulieres præcipue conſeruant honores, & dignitates familiarum) qui honor præfertur diuitiis, *§. cum autem, inſtitut. de adoption.* & Iaſon *in lege reprehendenda, Codic. de inſtitut. & ſubſtitut.* verum talem limitationem non reperiri apud alios Doctores, ac proinde ſi exceſſus ſit talis, ac tantus, qualis, quantuſque eſt *numero præcedent.* ex Oddo explicatus, & in graue detrimentum, & incommodum minoris, iudicis arbitrio competit reſtitutio, etiam ſi viro æquali ſoror nupſerit: & illud de danda dote vltra legitimam mulieris intelligitur, vt illud plus ex bonis fideicommiſſo ſubiectis poſſit detrahi, & quando obligatus dotare poſſidet suorum patrimonij, vt poſſit commode, ſeu ſine graui incommodo illud plus vltra legitimam date: & licet honor præferatur diuitiis, tamen ex diuitiis conſeruatur, & eis diminutis diminuitur, vt idem Molfeſius notat ex textu *in §. hoc quoque, inſtitut. per quas perſonas nobil. acquiratur.*

Ex traditis conſtat fratrem minorem reſtitui, & quando promiſit vel dedit dotem excedentem facultates ſororis, & etiam quando dedit excedentem proprias, & quando promiſit, vel dedit dotem vltra facultates ſororis, & proprias ſimul.

Maiori, ſi pro ſorore promiſerit, vel dederit dotem exceſſiuam, & immoderatam, ſubuenitur pro reductione ad congruam menſuram, ſi læſio eſſet vltra dimidium congruæ dotis.

58 An vero etiam fratri maiori 25. annis, qui pro ſorore promiſerit, vel dederit dotem exceſſiuam, & immoderatam, ſuccurratur contra maritum ad dotis diminutionem, & reductionem ad menſuram congruam. Reſpondetur, ſi exceſſus, ſeu læſio eſſet vltra dimidium congruæ dotis, ei ſuccurri remedio *leg. ſecund. Codic. de reſcindenda venditione*, ſicut eodem remedio ſuccurri mulieri maiori ad reducendam exceſſiuam dotem ad congruitatem, dictum eſt *ſuprà capit. 8. num. 193.* Ita Baldus Nouellus *de dote part. ſexta, priuilegio 42. & 43.* Phanucius *de lucro dotis gloſſa 10. num. 22.* Bapiſta à S. Blaſio *de priuil. dotis cent. prim. num. 18.* Peregrinus *deciſion. 93. num. 5.* Borellus *in ſumma deciſion. tom. tertio, titul. 5. numer. 206. & ſequentibus*, & Fontanella *de pact. nupt. clauſul. 5. gloſſa 8. part. 8. num. 23.* idque ex æquitate illius legis, quam habere locum in omnibus bonæ fidei iudiciis, etiam in contractu conſtitutionis dotis, tradunt iidem Doctores, & alij *dict. cap. 8. n. 193.* relati, & alij apud eoſdem: & id probant etiam textus *dict. num. 193.* allegati, præſertim *in l. ſuccurſum, §. fin. de iure dot.* vbi ſuccurritur tam mulieri, quàm viro maioribus læſis circa dotem. Hactenus de dote inofficioſa, vel incongrua quoad exceſſum.

CAPVT XVI.

Ex quibus rebus, ſeu bonis poſſit, & aliquando debeat conſtitui dos.

SVMMARIVM.

Dos conitui poteſt in rebus corporalibus mobilibus, & ſi in rebus incorporalibus, n. 1. & 2.

Et quando periculum rerum mobilium, & immobilium ſpectet ad maritum, n. 1.

Debitor mulieris eo etiam inuito poteſt à muliere cedi marito in dotem, num. 2.

Sine tamen conſenſu eiuſdem delegatio debitoris fieri non poteſt; nominis autem debitoris venditio eo etiam ignorante, & inuito fieri poteſt, num. 2.

Res alienæ poſſunt dari in dotem, num. 4.

Maritus, qui ignoranter, & bona fide accepit à muliere in dotem rem alienam, facit fructus ſuos, & cognita veritate tenetur domino reſtituere fructus perceptos extantes, ſed non conſumptos, n. 5.

Ex perſona mariti mulier non obſtante eius mala fide conſequitur partem fructuum pro rata, quo matrimonium fuerit ſolutum, ibid.

Præſcriptionem rei alienæ à marito propter illius bonam fidem inchoatam conſtante matrimonio, an ſoluto matrimonio mulier, quæ ſciens tradidit marito, poſſet perficere, num. 6.

Præſcriptio rei alienæ ſibi in dotem datæ à marito conſtante matrimonio perfecta, & completa prodeſt vxori etiam habenti malam fidem, num. 7.

Quantum temporis ad eam præſcriptionem requiratur, ibid.

Maritus facit fructus ſuos etiam hodie, non obſtante mala fide vxoris, ibid.

Mulier, quæ ſcienter dedit marito in dotem rem alienam, ſi ſoluto matrimonio per actionem ex contractu dotis agat contra maritum, vt ſibi reſtituatur, ei reſtituenda eſt, nec poteſt maritus opponere, quod non ſit Domina, ſecus ſi repeteret res vindicatione quaſi domina, num. 8.

Propoſita per mulierem actione dotis ad recuperandam rem alienam datam in dotem marito, ſi coram eodem iudice compareat rei dominus allegando proprium dominium, impedict rem reſtitui mulieri, n. 9.

Cum marito in dotem data eſt res aliena, an intelliga-

tur dos conſtituta, & res v. g. fundus in dotem traditus ſit dotalis, & alienari non poſſit, numero 10. & 11.

Maritus ſtante ſtatuto de lucro dotis non lucratur dimidium rei alienæ datæ in dotem, num. 11. fine.

Qui tamen talem dotem dediſſet, teneretur de euictione, ſi dolus tradentis interceſſerit. ibid.

Hæreditatem alienam hominis defuncti ſibi relictam quis poteſt dare in dotem, donare, vendere, cedere, & alio quouis modo alienare, numero 12.

Hæreditatem ſuam quis poteſt valide dare in dotem, & in donatione cauſa dotis hæreditas quid ſignificet, & comprehendat. n. 17.

Si pater pro vnica filia nubente dediſſet hæreditatem ſuam marito, ſuppoſita inualiditate donationis dos congrua arbitrio iudicis eſſet marito conſtituenda. numero 18.

Vſusfructus diuiſio, definitio, illius commoditas, an quoad ius alienari poſſit ſine Domini proprietatis conſenſu, quando extinguatur, & plura alia de vſufructu. n. 19. ad 31.

Quando à proprietario marito in dotem datur vſusfructus, intelligitur datus ius vſusfructus, & non ſola commoditas percipiendi fructus. numero 32. & 33.

Item quando mulier habet vſumfructum fundi, cuius maritus eſt Dominus, illum dat marito in dotem. numero 34.

Si ſimplex vſufructuarius de conſenſu proprietarij dat in dotem vſumfructum, in maritum transfertur ipſum ius vſusfructus, & non ſola commoditas. numero 35.

Si ſine conſenſu Domini det in dotem, intelligitur datus vſusfructus ſolum quoad commoditatem percipiendi fructus. n. 36.

Vxor ex cauſa dotis in maritum, & maritus ex cauſa donationis propter nuptias non poteſt transferre vſumfructum proprium, ſeu ius vſusfructus. ibid. fine.

Si nudæ proprietati datæ in dotem acceſſerit vſusfructus, acceſſio non eſt noua dos, ſed dotis augmentum, numero 37.

Res dotales de rigore iuris eueniente caſu reſtitutionis debent reſtitui eo modo, quo à marito ſunt acceptæ. numer. 38.

Quando mulier tantum vſufructuaria fundi, cuius Dominus erat maritus, eidem marito dedit in dotem vſumfructum, pro reſtitutione facto diuortio debet maritus mulieri conſtituere nouum vſumfructum, & ea mortua eius hæredi nihil debetur, & quid ſi maritus fuerit in mora reſtituendi. n. 39.

Si maritus antequam veniret dies reſtitutionis dotis, alienauit proprietatem, debet reſtituere commoditatem vſusfructus mulieri, quæ ea mortua ad eius hæredem tranſit educatura, dum maritus viuit. n. 40.

Quando maritus accipit in dotem vſumfructum proprietatis, cuius vxor eſt Domina, facto diuortio debet ei cedere, ſeu reſtituere eundem vſumfructum, & ea mortua eius hæredi. n. 41.

Et ſi maritus vſufructu non fuerit vſus longo tempore ex ſua culpa, tunc etiam conſtante matrimonio, etiam facto diuortio ad mulierem reuertetur, & cum proprietate conſolidabitur. ibidem.

Si manente matrimonio mulier alienauit proprietatem, facto diuortio maritus ei, & eius hæredi cedere debet commoditatem vſusfructus. n. 41.

Et ſi non vtendo amiſerit eundem vſumfructum, debet reſtituere æſtimationem. ibidem.

Si non amiſit per non vſum, etſi non amittit per mortem vxoris, tenetur tamen illius commoditatem percipiendi fructus reſtituere duraturam dum ipſe viuit, ibidem.

Hoc etiam caſu poterit mulier pro dotis reſtitutione Domino proprietatis vendere vſumfructum ipſo volente emere, & ſic habebit pretium vſusfructus, quod ad illius hæredes tranſibit. n. 42. circa finem.

Si nudam proprietatem ſibi donatam dedit in dotem, & donator pro ea dedit in dotem etiam vſumfructum, & ante diuortium mulier vendidit ſolam proprietatem, maritus illi, & eius hæredi reſtituet commoditatem vſufructus, vel eius æſtimationem, num. 43.

Si vendidit pretio æquiualenti proprietati, & vſufructui ſimul, cenſebitur dotem recepiſſe, ibid.

Maritus, cui mulier dedit in dotem vſumfructum, cuius neque maritus, neque ipſa habebat Dominium directum, tenetur reſtituere, ſeu cedere vxori commoditatem vſusfructus, vel eius æſtimationem, & ea mortua eius hæredi, num. 44.

Idem ſi extraneus vſufructuarius fundi alieni vſumfructum in dotem marito dediſſet pro muliere, numero 45.

Si extraneus ſuper proprio fundo conſtituat vſumfructum ex cauſa dotis pro muliere, facto diuortio maritus non poteſt transferre in mulierem vſumfructum, ſed tenetur illi cedere commoditatem, & ea mortua patri, vt eandem commoditatem habeat mulieris hæres, dum ipſo maritus viuit, num. 46.

Quo caſu de conſenſu Domini poterit maritus vxori reſtituere ipſum vſumfructum, num. 47.

Poterit etiam vendere vxori vno nummo, & ſic ob vtilitatem pretij cenſebitur mulieri reſtitutus vſusfructus quoad vtilitatem, num. 50.

Reſtitutio dotis ſi non poteſt fieri eo modo, quo dos accepta eſt à marito, fieri debet eo modo, quo fieri poteſt, num. 42. & 46.

Maritus poteſt vſumfructum ſibi datum in dotem amittere non vtendo per conſtitutum tempus, n. 51.

De emphyteuſi, & an ſine conſenſu Domini directi poſſit in alium transferri, numero 53. & duob. ſequentibus.

Mulier ipſa nomine dotis poteſt marito dare proprium fundum, vel caſtrum in emphyteuſim, vel feudum, & etiam quilibet alius proprietarius, numero 57. & 58.

Et quid inde ſequatur ſi maritus amitteret emphyteuſim, vel feudum ob non ſolutum canonem, ibidem.

Cum in dotem marito, qui eſt Dominus directus, datur emphyteuſis, vel feudum, vtile dominium reintegratur cum dominio directo, num. 59.

De conſenſu Domini directi res emphyteutica poteſt dari in dotem quoad ius emphyteuticum, numero 60.

Et quomodo fieri poſſit reſtitutio poſt ſolutum matrimonium, ibid.

Maritus non poteſt impedire emphyteuſis dotalis reſtitutionem eo prætextu, quod mulier illam amiſerit ob commiſſum, vel quod ſibi à Domino fuerit conceſſa, numer. 61.

Sola commoditas emphyteuſis ſine Domini directi conſenſu poteſt in dotem dari in emphyteuſim æſtimatam, numero 62.

Extraneus pro muliere ſine conſenſu Domini non poteſt in dotem dare emphyteuſim ineſtimatam, numero 63.

An poſſit dare in dotem emphyteuſim ineſtimatam, numer. 64. & 65.

Ipſamet mulier ſine Domini directi conſenſu poteſt ſuam

ſuam emphyteuſim & proprium feudum dare in dotem, dummodo det ineſtimatam, & ſine pacto de lucranda dote, ſecus ſi æſtimatam, n.65.

Pater etiamſi habeat bona allodialia ſine conſenſu Domini directi poteſt bona emphyteutica etiam æſtimata dare in dotem pro filia, quæ eſt ex paternis in ſucceſſione ſeu inueſtitura comprehenſis, & ſimiliter ſi emphyteuſis ſit hereditaria tranſitoria ad quoſcumque hæredes, num.67. *&* 68.

Et pariter ſi ſit accepta pro ſe & vno ex filiis, numero 67.

Quid ſi filia nullo modo ſit comprehenſa in inueſtitura, numero 69. 70. & 71.

*Pater an pro filia non vocata poſſit dare in dotem feudum ineſtimatum, & non appoſito pacto de lucranda dote.*n.69.*&* 70.

Si non habet bona allodialia pro filia non comprehenſa in inueſtitura poteſt dare in dotem bona emphyteutica vel feudalia. n. 72.

Emphyteuta an rem empyhteuticam onere fidei commiſſi grauatam poſſit dare in dotem pro filia, & mortua filia ad quos tranſeat. numero 73.fine.

Pro re emphyteotica, vel feudali data marito in dotem an ſit ſoluendum laudimium latè, à numero 75. ad 84.

Pro reſtitutione ſummæ dotalis ob defectum allodialium à patre poſſunt dari bona emphyteotica, vel feudalia æſtimata vel donatione in ſolutum, & non debet ſolui laudimium. n.82.fine.

*Quando ob defectum bonorum allodialium bona emphyteotica, vel feudalia per patrem dantur in dotem pro filia, dos debet eſſe diſcreta, congrua, & minime exceſſiua.*n. 79.fine.

Quilibet poteſt pro dote mulieris dare fundum ſuum in feudum. n. 85.

Vaſſallus, & feudatarius poteſt de Domini directi conſenſu dare in dotem rem feudalem. numero 86.

Et ſine Domini conſenſu poteſt dare in dotem feudi commoditatem pro tempore vitæ ſuæ, vel donec ipſa filia vixerit, vel ad vitam mariti. numero 87. & 88.

Mulier ipſa proprium feudum abſque Domini directi conſenſu poteſt dare in dotem pro ſe, ineſtimatum tamen, & abſque pacto lucrandi dotem. numero 89.

*Pater ſine conſenſu Domini directi ſuum feudum poteſt dare in dotem pro filia comprehenſa in inueſtitura.*numer.90.

Et ſi feudum ſit hæreditarium tranſitorium ad quoſcumque hæredes, & quibus dederit. numero 91.

Pro filia non comprehenſa poteſt dare in dotem feudum ineſtimatum ſine pacto de lucranda dote. numer.92. *&* 93.

*Differentia inter res fideicommiſſo ſubiectas, & feudales reſpectu dotis ex ipſis conſtituendæ.*ibid.

*Pro dote congrua filiæ aliis bonis deficientibus poſſe patrem dare bona feudalia ad maſculos tantum tranſitoria tenent plures.*n.93.

*Et feudum poſſe dari, vt perpetuo maneat apud mulierem.*ibid.

De alienatione bonorum feudalium ex cauſa conſtitutionis & reſtitutionis dotis iuxta Regni Neapolitani, & decreta antiqua Sabaudiæ qui agant. n.94.

Vaſſallus, ſeu feudatarius, qui non tenetur mulierem dotare, non poteſt pro ea dare in dotem bona feudalia. n.95.

Valet conſuetudo, quod bona feudalia poſſint dari in dotem, & alienari. num.96.

Doctores ſcribentes de alienatione rerum fideicommiſſi ex cauſa conſtitutionis, & reſtitutionis dotis. n.77.

Regula generalis eſt, quod ex cauſa dotis bona fideicommiſſo ſubiecta poſſunt per grauatum alienari. numero 98.

Referuntur Textus iuris ciuilis de hac regula in auth. res quæ, & in aliis legibus, & explicantur, & afferuntur rationes huius diſpoſitionis legalis. n.98.99.100.

Diſpoſitio Iuſtiniani in d.auth.res quæ, quod bona fideicommiſſi poſſint alienari pro dote, & donatione propter nuptias, & deſcendentium ex teſtatore fideicommittente, non eſt correctoria iuris communis, ſed exorbitans, & fauorabilis, & poteſt extendi, numero 101. 102. & 103.

Procedat ne etiam in fideicommiſſo iniuncto ante matrimonium, & dotis conſtitutionem. numero 104. & 105.

Loquitur de dote congrua. num.106.

An iuxta eandem diſpoſitionem pro conſtituenda dote fœminis deſcendentibus ex teſtatore fideicommittente poſſit totum fideicommiſſum alienari, numero 107. & 108.

Poteſt ex fideicommiſſo alienari quantum ſufficit ad congruam dotem, & ſi dotatio fuerit exceſſiua, reuocatur quoad exceſſum. n.109.

Et ad congruam dotem ſufficit pars fideicommiſſi, & ſi totus fundus fideicommiſſi inalienabilis in parte tantum fuerit alienatus, ſuperabundans pretium erit inueſtiendum in alio fundo pro re fideicommiſſi. ibidem.

Pro apparatibus, & arredio ſolitis dari mulieri ob cauſam matrimonij, & pro feſtiuitatibus nuptialibus bona fideicommiſſi alienari poſſunt. n.110. *&* 111.

Item contrà pro dote, vel antefato, ſeu augmento dotis ex parte mariti. num.112.

An etiam pro fructibus, & intereſſe dotis marito non ſolutæ, & pro intereſſe reſtitutionis dotis retardatæ. numero 113. *&* 114.

Fructus, & intereſſe dotis an veniant dotis appellatione, eiuſque priuilegia habeant. n.113. *&* 114.

Bona fideicommiſſi obligari poſſunt pro aſſecuratione rerum, quæ in dotem data ſunt. n.114. fine.

Super iiſdem bonis an grauatus poſſit conſtituere cenſus, ſeu annuos redditus pro capitali dotis & pro annuo intereſſe. num.113.114.

Dos filiæ vel nepti ingredienti monaſterium poteſt conſtitui in bonis, vel ex bonis fideicommiſſi, & pro regalibus ſolitis dari cauſa ingreſſus. n.115.

Hæres, ſeu pater grauatus fideicommiſſo ab aſcendente poteſt etiam in teſtamento filiæ conſtituere, & relinquere dotem in bonis fideicommiſſi. n.116.

Quid ſi viuens, vel in teſtamento neglexerit, poſſet filia ex iiſdem bonis dotem deducere. num.117.

Si dos à patre, vel auo paterno relicta non ſit tempore nuptiarum congrua, poteſt augeri ex bonis fideicommiſſi. num.118.

Secus ſi eſſet tanta, vt filia, vel neptis poſſet honeſtè nubere. num.119.

Si filia eſt iam nupta cum tenui, & minus congrua dote, an poſſit augeri ex bonis fideicommiſſi. n.120.121.

Filia nupta ſine vlla dote eſt congruè dotanda ex bonis fideicommiſſi. num.122.

Diſpoſitio d. auth.res quæ, de dote, & donatione propter nuptias liberorum, & deſcendentium teſtatoris ex fideicommiſſo detrahenda an procedat tantum in ſubſidium aliis bonis liberis non extantibus, à numero 125. ad 137.

Grauatus à patre, vel auo ſi ex legitima, & Trebellianica, aliiſue bonis liberis poteſt congrue dotare deſcendentem teſtatoris, an ex illis, & non ex bonis fideicommiſſi debeat dotare, & etiam filiam teſtatoris, n. 124. 125. & 126.

Filia, vel neptis teſtatoris diues an poſſit conſequi dotem ex bonis fideicommiſſi paterni, vel auiti, & etiamſi iam eſſet nupta, n. 128. 129.

Etſi eius legitima, & Trebellianica non ſufficeret ad congruam dotem, & haberet alia bona libera, an poſſit ſupplementum ſumere ex bonis fideicommiſſi, num. 132. & 133.

Si teſtator fideicommittens ad fauorem maſculorum expreſſe diſpoſuerit, & mandauerit fœminas deſcendentes dotari, an dos debeatur ex bonis fideicommiſſi, licet ex legitima, & Trebellianica, vel aliis bonis liberis grauati congruè dotari poſſent, n. 134. & 135.

Caſus, in quibus dos eſt conſtituenda ex fructibus fideicommiſſi, licet teſtator expreſſe mandauerit fœminas dotari, n. 134. fine.

Caſus, in quibus dos relicta à teſtatore fœminis eſt deducenda ex bonis fideicommiſſi, tametſi extarent legitima, & Trebellianica grauati, n. 136.

Diſpoſitio auth. res quæ, an ſit remedium ſubſidiarium, vel ordinarium. n. 137.

Si grauatus fideicommiſſi velit obligare, vel alienare bona fideicommiſſi cauſa dotis, ei incumbit onus probandi non extare alia bona libera, n. 138.

Si mulier ipſa à fideicommiſſario petat ſibi dotem conſtitui ex bonis fideicommiſſi, an ad ipſam vel fideicommiſſarium ſpectet onus probandi non extare bona libera, n. 139. & 140.

Si mulier fuit iam dotata in bonis fideicommiſſi, vel bona fideicommiſſi ex cauſa dotis mulieri conſtituta fuerint alienata in tertium, qui illa poſſideat, an ad mulierem, vel ad tertium poſſeſſorem, vel ad agentem ad vendicationem eorundem bonorum ſpectet onus probandi tempore dotationis adfuiſſe bona libera, numero 141. & 142.

Si fœmina dotata heres grauata dicat non extare alia bona libera ſufficientia ad dotem congruam, non eſt vltra quærendum, n. 144.

Si legitima à fideicommittente relicta filio vel filiæ non ſufficeret ad congruam dotem, an heres grauatus coniunctus, vel extraneus teneatur de bonis fideicommiſſi tribuere ſupplementum, numero 146. & 147.

Et quid ſi ſubſtitutus ſit alius filius teſtatoris, numero 147.

Si filius grauatus legitimam, & Trebellianicam malè conſumpſerit, an eius filia nuptura dos conſtitui poſſit ex bonis fideicommiſſi, n. 148. & 149.

Approbatur affirmatiua, d. n. 149.

Quæ procedit etiamſi poſt conſtitutionem dotis nondum ſoluta filius grauatus legitimam, & Trebellianicam conſumpſiſſet, vt tunc ſolutio ſit facienda ex bonis fideicommiſſi. n. 150.

Si teſtator dixiſſet filias eſſe dotandas de bonis fideicommiſſi, eſſent dotandæ, licet grauatus legitimam & Trebellianicam conſumpſiſſet etiam ſine culpa, n. 151. & 152.

Idem ſi filia grauata ſuam legitimam, & Trebellianicam ſine ſua culpa amiſiſſet, ſecus ſi dolo, vel culpa, n. 152. & 153.

Quid ſi culpa leuiſſima conſumpſiſſet, vel amiſiſſet, n. 154.

dolo, & culpa lata, an dos ex fideicommiſſa illi danda ſit iuxta quantitatem alimentorum ſimpliciter vitæ neceſſariorum, ibidem.

Legitima, & Trebellianica non ſufficientibus ad congruam dotem conſtituendam filiæ teſtatoris, vel ipſius filij grauati, vel filiæ grauatæ, an dos debeat conſtitui ex fructibus fideicommiſſi ab ipſo grauato vel grauata extantibus tempore donationis, n. 156.

Secus ſi fructus tempore dotationis ſint conſumpti non doloſè, nec malitioſè, n. 157.

Licet fructus ex bonis fideicommiſſi percepti non imputentur in legitimam, & Trebellianicam, imputantur tamen in dotem, ibid.

Si teſtator mandauit fœminas ſuas deſcendentes dotandas ex fructibus ſuæ hæreditatis, ex iiſdem extantibus, non ex corporibus ſunt dotandæ, ſecus ſi tempore dotationis non extarent, n. 158.

Si mandauit ſolui dotes ex pecuniis, non ſunt ſoluendæ ex bonis ſtabilibus, ſi adſint pecunia à teſtatore relicta, vel poſſint retrahi ex venditione fructuum, vel mobilium hæreditatis, n. 159.

Inſtitutis per patrem pluribus, puta tribus, vel quatuor filiis heredibus, & fideicommiſſo reciproco grauatis, an vnus ex fratribus grauatis poſſit dotare filiam etiam de portione fideicommiſſi alterius fratris alias prædefuncti ad ſe peruenta, ſi ſua portio vna cum legitima non ſufficit ad dotem congruam, approbatur affirmatiua, n. 160. & 161.

Diſpoſitio d. auth. res quæ, an procedat in nepotibus, & pronepotibus poſt teſtatoris fideicommittentis obitum natis & conceptis, & in aliis omnibus teſtatoris deſcendentibus in infinitum, n. 162. 163. & 164.

Approbatur affirmatiua recepta apud Doctores, & in iudicando tam quoad dotes, quam quod donationem propter nuptias, ibid.

Fauor dotis, & publicæ vtilitatis reſultantis ex eo quod mulieres ſint dotatæ, & poſſint honeſtè nubere, præualet, præponiturque priuatæ commoditati fideicommiſſary, & ſplendori agnationis, num. 163. & 164.

Minus abſurdum eſt fideicommiſſum euerti, quam deſcendentes teſtatoris non poſſe nubere, vel cogi impudicè viuere, num. 164.

Diſpoſitio authent. res quæ, an habeat locum in primogeniis, & maioratibus, & eorum bona poſſint, & debeant vel dari in dotem, vel alienari pro dote conſtituenda fœminis ex teſtatore deſcendentibus, etiam poſt eius obitum natis, & conceptis, omnibuſque filiabus cuiuſcumque poſſeſſoris, maioratus aliis bonis deficientibus, n. 165. & 166.

Bona primogenituræ poſſunt alienari pro conſtituenda dote filiæ teſtatoris, etiamſi ipſa conſtitutioni primogenituræ conſenſiſſet. n. 167.

Et etiamſi Princeps eam confirmaſſet. n. 168.

Fideicommiſſi bona pro dotibus deſcendentium ex teſtatore an poſſint alienari, etiamſi teſtator expreſſe prohibuerit alienari, ſiue prohibitione generali tantum, ſiue etiam ſpeciali ex cauſa dotis vel donationis propter nuptias latè. n. 168. ad 177.

Diſpoſitio dicta authent. res quæ de detractione dotium, &c. an habeat locum etiam quando fideicommiſſum venit reſtituendum Eccleſiæ, vel pio loco, numero. 173. 174.

An in fideicommiſſo particulari, in legatis particularibus, & fideicommiſſo puro, numero 175. & ſequentibus.

An in actibus inter viuos, ſeu contractibus ex cauſa onéroſa, in quibus facta ſit prohibitio alienationis bonorum. n. 177.

An in donationibus, ſeu contractibus lucratiuis, in quibus facta ſit prohibitio alienationis. n. 178. 179. 180.

Donatarius omnium bonorum mortuo donatore tenetur eiuſdem filiabus dotem conſtituere. n. 179. fine.

Fideicommiſſi à deſcendente conſtituti bona an ab aſcendente grauato poſſint alienari cauſa dotis, vbi an mater volens ſecundò nubere poſſit,

&c.

& debeat dotari ex bonis fideicommiſſi relictis etiam à patre relicti filio.n.182.

Diſpoſito auth. res quæ, an procedat in fœmina deſcendente teſtatoris nondum nubili, vt poſſit à fideicommiſſario petere dotem non expectato tempore aptitudinis ad matrimonium. n.183.184.

Pro conſtituenda dote fœminis ſterilibus deſcendentibus teſtatoris poſſunt alienari bona fideicommiſſi, n.185.

Etiam pro conſtituenda dote filia naturali, & etiam ſpuria deſcendenti teſtatoris, & filiæ legitimatæ. numero 186.187.188.

An pro conſtituenda dote deſcendenti teſtatoris hæreticæ, & in Catholica filia hæretici.nu.189.190.

Et pro conſtituenda dote deſcendentibus teſtatoris Iudæi. numero 191.

Quando fideicommiſſum relictum eſt hæredi extraneo, vel tranſverſali pro dotandis filiab.teſtatoris, alienari poſſunt bona fideicommiſſi, ſi legitima non ſufficit, n.192.

An etiam ex cauſa dotis, donationis propter nuptias, & reſtitutionis dotis fauore filiorum, & filiarum ipſius extranei grauati poſſint alienari, & obligari bona fideicommiſſi aliis bonis deficientibus, numero 193. & 194.

An pro conſtituenda dote, vel donatione propter nuptias ipſi extraneæ vel extraneo vel tranſverſali, grauatis præſertim cum conditione ſi ſine liberis deceſſerit.num. 195.196.197.

Grauatus reſtituere quod ſupererit de hæreditate poteſt alienare vſque ad dodrantem excluſiue, quartam vero partem tenetur reſtituere fideicommiſſario, numero 198.

Et ex quibus cauſis poſſit alienari etiam quarta. ibid.

Bona fideicommiſſi conſtituti à tranſverſali, puta fratre, patruo an alienari poſſint ex cauſa dotis, vel donationis propter nuptias, vel reſtitutionis dotis in fauorem non deſcendentium ex fideicommittente. n.199.200.

Quando maſculi vigore ſtatuti, vel conſuetudinis excluſis fœminis ſuccedunt in tota hæreditate, ex fideicommiſſo à fratre conſtituto, ſeu alteri fratri poteſt detrahi dos ſororis excluſæ, etiamſi ipſa haberet matrem diuitem, vel bona materna, vel frater grauatus haberet alia bona, n.201.&202.

Poſſunt alienari à fratre grauato pro reſtituenda dote ſorori ipſius grauati pauperi, & an etiam pro dotanda ſorore vterina eiuſdem grauati,nu.203.

Tradita de alienatione bonorum fideicommiſſi à fratre alteri fratri relicti ex cauſa dotandæ ſororis pauperis habent locum in fideicommiſſis conſtitutis à ſororibus diuitibus, n.204.

Bona fideicommiſſi à patruo, vel auunculo relicta alteri collaterali an poſſit grauatus alienare pro conſtituenda dote ſobrinæ, vel nepti teſtatoris, quæ aliunde habere non poteſt, & quid ſi fideicommiſſum ſit conſtitutum ab amita, vel ſobrina diuitibus, numero 206.

Bona à matre ſuppoſita fideicommiſſo relicto filiæ, vel filio non poſſunt alienari pro dotanda filia in caſu, quo ipſa non tenebatur, vel ſi viueret, non teneretur dotare filiam,n.212.

Poſſunt alienari pro conſtituenda dote filiæ, quæ aliunde ea habere non poteſt, n.214.

Filia à matre grauata poteſt alienare bona fideicommiſſi pro dotandis filiabus ſuis pauperibus, aliunde habere nequeuntibus, ibidem.

Bona fideicommiſſi an poſſint obligari pro reſtituenda dote vxori filij pauperis, n.215.

Si adeſſent bona paterna libera, fideicommiſſo ſuppoſitâ, hæc prius eſſent alienanda pro dote filiæ, quam bona materna, n.216.

Bona à matre Iudæa ſuppoſita fideicommiſſo an poſſint alienari pro conſtituenda dote filiæ Catholicæ, tametſi pater Catholicus ſit diues, n.217.

Bona ab auo, vel proauo materno ſuppoſita fideicommiſſo an poſſint alienari pro dote neptis, vel proneptis ex fœmina, quæ ex bonis patris ſui, vel alterius aſcendentis per lineam paternam, vel ex bonis matris, vel ſuis propriis poteſt dotari, n.213.& 219.

Quid ſi neptis, vel proneptis aliunde non poſſit dotari, nu. 218. & an poſſint obligari pro reſtituenda dote vxori neptis ex fœmina pauperis, qui aliter non poſſet inuenire vxorem, n.220.

Tradita procedunt etiam in fideicommiſſo conſtituto ab auia materna, vel ab auia paterna, n.221.222.

Ad alienationem rerum fideicommiſſi faciendam ex cauſa dotis an ſit neceſſarium iudicis decretum, n.223.

Pactum factum inter coniuges de dote, & donatione propter nuptias lucranda locum habet in bonis fideicommiſſo ſubiectis in dotem traditis, vel cauſa dotis obligatis, n. 224.

Etiam ſtatutum de lucro dotis habet locum in dote conſtituta ex bonis fideicommiſſi, n.225.

Etiamſi fideicommiſſum ſit relictum loco pio, n.226.

Leges, ſeu iura, quæ dicunt bona fideicommiſſi non poſſe alienari, intelliguntur ex alia cauſa, quàm dotis, n.225.

Et quæ volunt bona fideicommiſſi poſſe dari in dotem, intelliguntur ad perpetuam ſubſtitutorum excluſionem, ibidem.

Statutum de lucro dotis habet locum in dote conſtituta ex bonis fideicõmiſſi, etiamſi pater, vel alius aſcendens bona alienari prohibuiſſet ſiue generaliter, ſiue ſpecialiter ex cauſa dotis, n.226.& 227.

Secus ſi extraneus fideicommittens ſpecialiter prohibuiſſet alienationem etiam ex cauſa dotis, numero 227.

Dotis exceſſiuæ de bonis fideicommiſſi, ſeu reſtitutioni obnoxiis conſtitutæ non maius lucrum faciet maritus, quam de dote congrua, n.228.

Statutum de lucro dotis non habet locum in dote à muliere grauata de bonis fideicommiſſi, ſi ad dotem congruam ſufficiebant legitima, & Trebellianica, neque in dote conſtituta à fratre grauato, qui habebat bona libera, ex quibus poterat congruè dotare ſororem, n.229.

Quid ſi mulier grauata habebat alia bona propter legitimam, & Trebellianicam, quibus poterat congruè dotari, n.230.

In prædictis caſibus maritus ratione dotis euictæ poterit agere de euictione ſuper reliquis bonis mulieris, vel fratris, vel qui dotem dedit ex bonis fideicommiſſi, & in eis conſequi lucrum ſibi à ſtatuto conceſſum, nu. 229.230.

Quando pater legauit filiæ dotem, & in ea dote ei poſt mortem ſubſtituit alium, in hac dote habet locum ſtatutum de lucro dotis, nu.231.

Prædicta ſubſtitutio intelligi debet de eo qui reſtitui poteſt de iure, vel de facto, ibid.

Pater filiæ dotem relinquens cum expreſſa ſubſtitutione cenſetur reliquiſſe ſecundum naturam ipſius dotis, & materiam ſubiectam, n.231. verſ. ſecunda.

Statutum de lucro dotis dat legem, & naturam dotibus, ibid.

Si extraneus mulieri reliquit dotem, & in ea eidem poſt mortem ſubſtituit, in hac dote non habet locum ſtatutum de lucro dotis. n.232.

Si non fecit ſubſtitutionem in tota dote, ſed mulieri reliquit bona, vel hæreditatem cum onere reſtituendi poſt mortem, conceſſa eidem mulieri facultate ſe dotandi de illis bonis, in hac dote habet locum ſtatutum de lucro dotis. ibid.

Alia de lucro dotis conſtitutæ ex bonis fideicommiſſi, remiſſiuè, n.233.

Ius detrahendi dotem ex bonis fideicommiſſi paterni mortua filia ante dotis conſtitutionem, & detractionem, ſi ipſa filia fuit grauata quoad legitimam, & Trebellianicam nõ detractã tranſmittitur ad illius heredes, n.234.

Quod poterat filia detrahere pro ſua dote congrua vltra legitimam, & Trebellianicã, non tranſmittit iuxta vnam ſententiam, num. 235. *Secundam aliam ſententiam filia tranſmittit ad ſuos filios, & etiam ad heredes extraneos ius deducendi ex bonis fideicommiſſi eam bonorum partem, quam ipſa viuens pro ſua dote detrahendi facultatem, ſeu priuilegium habebat*, numero 236.237.

Filia innupta, & nondum nubilis, cui competebat ius detrahendi dotem ex bonis fideicommiſſi paterni, defuncta, quibus in caſibus ius illud ad eiuſdem filia heredes tranſeat, & quando non, n.238.239.

Ius ſiue actiuum, ſeu priuilegium deducendi dotem ex fideicommiſſo paterno an ſit perſonale, vel reale, n.235. & 236.

Ius competens vxori in bonis fideicommiſſi, quod poſſidet maritus a patre vel auo paterno grauatus, pro recuperanda dote eidem marito tradita, ea defuncta tranſmittitur ad heredes ſuos, numero 240.

Ius alienum, ſeu priuilegium dotis conſequenda, vel reſtituenda ex bonis fideicommiſſo ſubiectis iuxta diſpoſitionem auth. res qua, mulieri competens poteſt mulier cedere filiis ſuis, n.241.

Extraneo poteſt cedere ex neceſſitate, & in commodum ſuum, non ex mera voluntate, & principaliter in commodum ceſſionarij, num. 242.243.244.

Bona fideicommiſſi à patre grauato legitimè data in dotem genero, & poſt mariti mortem ad eundem patrem reuerſa, viuente filia non debent reſtitui fideicommiſſario, n.245.

An veniat reſtituenda, ſi ad patrem reuertantur mortua filia, n.246.247.

Vbi negatiua approbatur.

Bona fideicommiſſi à muliere grauata legitimè data in dotem marito poſt mortem mariti ad eandem reuerſa, illa defuncta non reuertantur ad fideicommiſſarium, ſed tranſeunt ad heredes mulieris extraneos, numero 248.

Fideicommiſſi bona legitimè, & ex iuſta cauſa à lege approbata ſemel alienata ex cauſa dotis ſiue conſtituenda, ſiue reſtituenda, vel ex cauſa lucri dotis ſtatutarij ſunt perpetuo, & irreuocabiliter alienata, & non reuertuntur amplius ad fideicommiſſarium, fideicommiſſóve incorporari non debent, numero 247. 249. 250.251.

Neque etiam fideicommiſſarius poteſt illa vendicare offerendo pretium, num.252.

Niſi detegeretur alienationem fuiſſe factam in fraudem fideicommiſſi, & quando detegeretur fraus, ibidem fine.

Pro reſtitutione dotis vxoris filij à patre fideicommiſſo grauati recepta ante conſtitutum fideicommiſſum, bona fideicommiſſi deficientibus bonis liberis poſſunt alienari, n.253.

Si dos ſit recepta poſt iniunctum onus fideicommiſſi, & mortem patris fideicommittentis, an pro reſtitutione eiuſdem dotis bona fideicommiſſi poſſint alienari, vel in ſolutum dari, n.254.255.

Vbi quod affirmatiua eſt communiter recepta.

Bona fideicommiſſi dotis vxori filij grauati reſtituendæ cauſa an alienari, & in ſolutum dari poſſint, licet mulier ab initio matrimonij ſciuerit extare fideicommiſſum, & dotem dederit, num.258.& 259.

Vbi approbatur affirmatiua, etiamſi totum fideicommiſſum foret neceſſarium ad congruam dotem, n.260.

Si fuerit dos amplior doloſè à filio grauato accepta quoad exceſſum congruitatis non reſtituitur ex fideicommiſſo, n.261.

Dos data filio grauato, qui ante matrimonium, & dotem receptam iam conſumpſerat legitimam, & Trebellianicam, mortuo marito reſtituenda eſt ex bonis fideicommiſſi, n.262.

Si etiam tempore dotis data maritus habebat bona libera, quæ tempore reſtitutionis dotis ſint iam conſumpta, dos eſt reſtituenda ex bonis fideicommiſſi. n.263.

Quid ſi mulier conſenſerit malæ conſumptioni. n.266.

An in mulieris electione ſit pro conſequenda ſua dote agere directè contra bona fideicommiſſi, vel contra tertium poſſeſſorem, in quem bona libera, quæ tempore dotis data extabant, à marito fuerunt tranſlata. num.264. & 265.

Fideicommiſſarius, cum ex bonis fideicommiſſi dos eſt reſtituta, poteſt agere contra tertium poſſeſſorem bonorum, quæ erant mariti grauati. n.265.

Licet melius ſit, quod mulier illi cedat ſua iura, & ex iuribus ceſſis agat contra tertium poſſeſſorem. ibid.

Non debet dos reſtitui ex bonis fideicommiſſi, ſi extent bona mariti libera, ex quibus dos poteſt reſtitui. n.267.

Neque quando maritus in hypotheca dotali expreſſe declarauit, & dixit nolle comprehendi bona fideicommiſſi. n.268.

Dos, quæ reſtitui debet in bonis fideicommiſſi, quod filius maritus poſſidebat, erit reſtituenda etiam ex portione, quam maritus habuit a coherede ex fideicommiſſo reciproco, ſi ſola portio propria non ſufficit ad dotis reſtitutionem. n.269.

Bona maioratus, & primogenituræ poſſunt alienari pro reſtitutione dotis. n.270.

Et etiam ſubiecta fideicommiſſo cum ſpeciali prohibitione alienationis ex cauſa dotis. n. 271. *niſi ſit prohibita alienatio omnium bonorum, ſiue rei particularis*. ibid.

Et etiamſi maritus grauatus dederit fideiuſſores de dote reſtituenda, mulier poterit agere directè contra bona fideicommiſſi, & ex illis conſequi dotis reſtitutionem, nec tenebitur agere contra fideiuſſores. n.273.

Diſpoſitio auth. res quæ, qua ratione dicatur, & ſit ſubſidiaria. n. 275.

Mulier conſequens dotis ſuæ reſtitutionem ex bonis fideicommiſſi tenetur cedere iura ſua ad fauorem fideicommiſſarij aduerſus fideiuſſores, n.276.

Quando poteſt imputari culpa mulieri, quæ conſtante matrimonio potuit exigere dotem à marito ad inopiam vergente, dilapidatore, & rebus ſuis malè vtente, & neglexit, an ei dos mortuo marito ſit reſtituenda ex bonis fideicommiſſi. n.277.

Et admiſſa affirmatiua erit probanda ſcientia mulieris, de fideicommiſſo, & negligentia culpabili exigendi dotem. ibid.

Dos à marito grauato confeſſata an ſit reſtituenda ex bonis fideicommiſſi. n.278.

Vxor pro dotis reſtitutione tenetur recipere in ſolutum bona fideicommiſſi pro iuſta æſtimatione, ſi non inueniatur iuſtus emptor. n.279.

Diſpoſitio auth. res quæ, & §. quamobrem, quoad reſtitutionem dotis ex bonis fideicommiſſi procedit non ſolum in prima vice, ſed in ſecunda, & tertia, numero 280.

Ius recuperandi dotem marito grauato traditam ex bonis fideicommiſſi competens mulieri tranſit ad eius heredes etiam extraneos. n.281.

Dos ab vxore marito grauato tradita an poſſit, & debeat reſtitui ex bonis fideicommiſſi à tranſverſali conſtituti. n.282. 283.

An ex bonis fideicommiſſi à matre, vel auo materno relicti. n.284. 285.

Bona

Bona fideicommiſſi à deſcendente ad beneficium aſcendentis an poſſint alienari pro reſtituenda dote vxori eiuſdem aſcendentis defuncti, n. 286.

Dos conſiſtit & in rebus corporalibus immobilibus, & mobilibus.

1 CERTVM eſt in dotem conſtitui, ſeu dari res corporales, non ſolum immobiles, vt conſtat *ex titulo ff. & C. de fundo dotali l. æſtimatis, & leg. ſequenti, ff. ſoluto matrimon. & leg. vnica §. cum autem, verſ. exactio, C. de rei vxor. actio.* ſed etiam mobiles, veluti quæ pondere, numero, & menſura conſtant, de quibus *in l. res in dotem ff. de iure dotium: & d. l. æſtimatis, & d. verſicul. exactio.* Quarum rerum periculum ad maritum ſpectat, vt dicitur *d. l. res in dotem*, quia [inquit *ibid.* Gaius] *in hoc dantur, vt ex eis maritum ad arbitrium ſuum diſtrahat, & quandoque ſoluto matrimonio eiuſdem generis, & qualitatis alias reſtituat vel ipſe, vel hæres eius.* An verò, & quando periculum rerum immobilium quoad peremptionem, & deteriorationem pertineat ad maritum, *infrà cap. ſequenti*, vbi de dote æſtimata, & inæſtimata.

Dos poteſt conſtitui in rebus incorporalibus, vt ſunt iura, actiones.

2 Certum quoque eſt dari in dotem poſſe etiam res incorporales: ſcilicet iura, & actiones, vt ſunt redditus cenſuales, vel libellarij, nomina debitorum, hæreditas, vſusfructus, vt notatum eſt *ſuperius cap. 1. num.* 10. & hæreditatem poſſe dari in dotem conſtat *ex l. nec vllam § apud Marcellum ff. de petitione hæreditatis*, item vſumfructum conſtat *ex l. dotis fructum §. 2. & l. 66. ff. de iure dotium, l. vſufructu, ff. ſol. matr. l. intereſt 6. & l. ſi ſocrus* 18. *Cod. de vſufructu*: nomina pariter debitorum poſſe dari in dotem conſtat ex *l. promittendo, §. ſi à debitore, l. ſi is qui Stichum, l. debitor mulieris, l. ſi debitor mulieris* 80. *l. ſi debitor mulieris* 83. *ff. de iure dotium, & l. 2. Cod. de obligat. & action.* & licet delegatio debitoris fieri non poſſit, niſi conſentiente debitore *l. 1. & l. nec creditoris C. de nouationibus*, nihilominus debitor mulieris etiam inuitus à muliere cedi, & dari in dotem poteſt, vt *ſupr. cap. 12. n.* 110. notatum eſt, & tradunt Faber *loco eod. nu.* 110. *allegato*, & poſt alios Mantica *de tacit. & ambiguis conu. lib. 12. tit. 10. nu.* 40. & conſtat *ex d. leg. ſi debitor* 80. *& l. ſi debitor* 83. *ff. de iur dot. ex allegat. l. 2. C. de obligationibus, & actionibus*, & etiam *ex d. l. 1. C. de nouat.* vbi etſi dicatur debitoris delegationem ſine eius conſenſu non poſſe fieri, ſubditur tamen nominis debitoris venditionem eo etiam ignorante, & inuito fieri poſſe, vt aduerſus eumdem debitorem detur actio, vnde *d. l. 2. C. de obligat. & action.* Imperatores Valerianus, & Gallienus dixerunt, quod nominibus in doté datis, quamuis nec delegatio præceſſerit, nec litis conteſtatio ſubſecuta ſit, vtilis tamen marito actio ad ſimilitudinem eius, qui nomen emerit, datur. Quaſi ceſſio nominis per mulierem facta marito in dotem habenda ſit tanquam venditio.

3 An vero, & quando mulier nomen ſui debitoris cenſeatur dediſſe marito in dotem, vel dediſſe æſtimatam, vel inæſtimatam, & periculum nominis debitoris pertineat ad maritum, vel ad vxorem ipſam, latè actum eſt *ſuprà cap. 8. num.* 141. *ad* 156. An debitor mulieris nubentis, qui eiuſdem mulieris nubentis nomine dotem promiſerit viro tunc facultatibus ſuſpecto, poſſit pro cautione dotis ſoluendæ petere ſibi dari fideiuſſorem, vel pignus, declaratum eſt ſuperius *cap. 12. n.* 110. de delegato à muliere nubente nihil illi, vel minorem ſummam debente, qui conſentiens delegationi promiſit marito dotem, an à marito conuentus habeat exceptionem, vel actionem contra mulierem delegantem, actum eſt *ſupra c. 3. n.* 33. Si mulier, cui debebat filiusfamilias, & pater cauſa filij filiofamilias nubens dediſſet ſocero in dotem quod ſibi debebatur à filiofamilias, in dubio an in dotis conſtitutione veniret totum debitum, an vero ſolum quod pater debebat de peculio filij, cenſeatur totum, quod filius debebat, datum in dotem, explicatum eſt pariter eodem *c. 9 num.* 136.

Et prædicta vti certa in genere præter ea, quæ de nominibus debitorum ſunt notata, modo deueniendo ad particularem tractationem rerum, ex quibus dos conſtitui poſſit, ad quarum perfectam cognitionem explicatam, vti exactior ſequitur explicatio. Sit

§. I.

An res alienæ dari in dotem poſſint.

CVm res aliæ ſint propriæ conſtituentis dotem, aliquando aliæ communes, & aliæ alienæ, de proprijs nulla dubitatio eſt, quin dari poſſint in dotem: 4
de communibus vero rebus ratione ſocietatis an, & quando ex ipſis poſſit filiabus ſociorum dos conſtitui, late explicatum eſt *ſuperius c. 5. à n. 103. ad finem capitis*, de alienis explicandum eſt: An ex ipſis conſtitui dos poſſit.

Poſſe rem alienam dari in dotem notatum eſt *ſupra cap. 1. num.* 9. & tradunt Hotomanus *diſp. de dotibus*, vbi de rebus, quæ in dotem conſtituuntur. Mantica *de tacit. & ambig. conuent. lib. 12. tit. 3. num. 19. & tit. 10. n.* 10. Petrus Barboſa *in l. ſi alienam rem: & ibid. cæteri ſcribentes, ff. ſoluto matrimonio*: conſtat, ſeu colligitur tum ex *tit. ff. pro dote*, vbi maritus præſcribit rem alienam ſibi in dotem datam, & bona fide acceptam, tum *d. l. ſi rem alienam*, vbi dicitur rem alienam à muliere etiam ſciente eſſe alienam, in dotem marito datam ipſi reſtituendam eſſe, quaſi ſuam dediſſet, ſcilicet per actionem dotis, ſeu ex contractu dotis (de quo infra) tum ex *l. iure ſuccurſum 6. §. 1. ff. de iure dot.* vbi ſcribitur, quod ſi pater alienum fundum bona fide emptum in dotem dedit, ab ipſo profectus intelligitur, ſcilicet intelligitur dos profectitia, tum *ex l. mater, & l. Proculus, ff. eod.* tum ex *l. ſi à matre, C. eodem.*

Maritus ignorans rem ſibi à muliere datam in dotem eſſe alienam, fructus ex ea perceptos facit ſuos, & ſuperueniente Domino ſolum extantes, nullo modo conſumptos tenetur reſtituere.

Porrò etſi mulier ſcienter poſſidens rem alienam, fundum ſcilicet alienum, non faceret (ſicut quilibet 5
malæ fidei poſſeſſor rei alienæ) fructus ex ea perceptos ſuos, ſed teneretur, & per Dominum rei cogi poſſet rem, & omnes fructus perceptos tam extantes, quàm conſumptos reſtituere §. *ſi quis à non Domino, verſicul. ei vero, inſtituta de rerum diuiſione, & leg. certum, C. de rei vendicatione*, & fructus extantes rei vendicatione, conſumptos verò condictione ex *leg. mala fide condictione ex leg. & l. aduerſus in fine, C. de crimine expilatæ hæreditatis*, nihilominus maritus rem alienam, licet ſcienter ſibi à muliere in dotem datam accipiens bona fide fructus ex ea perceptos facit ſuos *l. bonæ fidei ff. de adquir. rerum dominio.* & ſuperueniente domino rei fructus quidem rei extantes tenebitur reſtituere officio

Iudicis

iudicis, non vero conſumptos, *d. §. ſi quis à non domino initio*, *& d.l. certum*: Bartolus *l. ex diuerſo, num. 9. & 10. ff. de rei vindicatione*, & Petrus Barboſa *in d. l. ſi alienam rem, in princ. immediate ante num. 1. ff. ſol. mat.* Quilibet enim poſſeſſor bonæ fidei rei alienæ, superueniente domino, licet fructus extantes eidem domino teneatur reſtituere, non tamen tenetur reſtituere fructus conſumptos, niſi quatenus factus fuerit locupletior, vt latè ego probaui *tom. 1. moral. var. tit. 1. §. 50. num. 1865.* maritus verò ex fructibus conſumptis propter onera matrimonij, quæ ſuſtinet, non efficitur locupletior. Ex quo ſequitur, vt etiam ipſa mulier, quæ ſciens alienam rem dedit in dotem marito, qui bona fide eam accepit, ex perſona eiuſdem mariti conſequatur partem fructuum pro rata anni, quo matrimonium ſolutum eſt, vt *d. l. ſi rem alienam*, dicitur; quam partem ex perſona ſua propter malam fidem non fuiſſet habitura, vt notat Petr. Barboſa *in d. l. alienam rem, n. 1. initio, & n. 3. verſ. ſed vltra*, eo quòd quis ex perſona alterius poſſit conſequi id, quod ex ſua non eſſet habiturus, *l. Ariſto fine ff. quæ res pignori*, *& l. cum hereditate ff. de adquir. hæredit.* & per dicta iura Gloſſa *in l. Pomponius §. in dotem verbo acceptam fine ff. de adquir. poſſeſſ.* & Petr. Barboſa *vbi ſupra.*

Præſcriptionem rei alienæ datæ in dotem à marito propter eius bonam fidem iuſte inchoatam, ſoluto matrimonio re mulieris reſtituta, an poſſit eadem mulier non obſtante ſua mala fide continuare, & perficere, vel rem domino teneatur reſtituere.

6 Cum verò maritus propter bonam fidem poſſit præſcribere rem alienam ſibi datam in dotem, vt præfato titulo pro dote Gloſſa *in d. l. Pomponius d. §. in dotem, allegato verbo Accepta.* Mantica *allegato titul. 3. n. 19.* P. Barboſa *in d. l. ſi alienam rem, allegato num. 1.* & alij ab eodem allegati. An ſi maritus cœperit præſcribere præfatam rem alienam ſibi datam in dotem, & non præſcripſerit ante ſolutum matrimonium, vxor ipſa, quæ ſcienter illi rem alienam dedit in dotem, poſt rem ſibi ſoluto matrimonio ſolutã poſſit præſcriptionem continuare, & perficere. Affirmauit Gloſſa *d. verb. acceptam*, ob eam rationem, quia eidem vxori accedit bona fides mariti, qui præſcriptionem inchoauerat: & præfatam Gloſſam conatur defendere Aretinus *d. §. in dotem.* Ac aſſerendum tanquam certum vxorem, cum ſcienter dederit in dotem marito rem alienam, & ſoluto matrimonio eandem ſibi reſtitutam ſciat eſſe alienam, non poſſe continuare, & perficere præſcriptionem, quam maritus viuens iuſtè illam poſſidens propter bonam fidem, quam habebat, quod non eſſet aliena, legitimè & iuſtè inchoauerat, ſed teneri domino rem reſtituere, ita Bartolus, & Alexãder *in d. §. in dotem, ibidem* alij ſcribentes, & latè P. Barboſa *in d. l. ſi alienam rem, n. 1. & 2.* Ratio eſt, quia cum vxor ſibi reſtituta re aliena poſt ſolutum matrimonium ſit in mala fide, ſeu cum mala fide, & ſic vitiosè illam poſſideat, ſicut poſſidebat antequam illam rem daret marito in dotem; ſicut antequam cum rem daret marito, non poterat inchoare præſcriptionem propter illam malam fidem, ita etiam ob eandem malam fidem perſeuerantem non poteſt continuare, & perficere præſcriptionem à marito ratione bonæ fidei, quam habebat, iuſte inchoatam; ita vt eidem mulieri mala fide, & vitiosè poſſidenti non poſſit accedere, & prodeſſe poſſeſſio mariti minimè vitioſa propter eius bonam fidem, *l. Pomponius. §. fin. ff. de adquir. poſſeſſ.* vbi generaliter ſcribitur, ſeu traditur tanquam regula, *quod vitioſæ poſſeſſioni nulla vis poteſt accedere, & nec vitioſa ei, quæ vitioſa non eſt.* Textus autem *in d. §. in dotem eiuſdem l. Pomponius*, non fauet opinioni Gloſſæ, & Aretino, quia non loquitur quando mulier rem alienam datam in dotem poſſidebat ſcienter & cum mala fide; cum hæc in dubio non præſumatur, *l. pen. C. de euict.* ſed intelligi ideo debet, quando mulier cum bona fide poſſidebat, & maritus etiam cum bona fide; quo caſu cum vtraque poſſeſſio careat vitio, & ſit iuſta, vna poteſt alteri accedere, vt poſt Zaſium *in d. §. in dotem, numer. 2.* notauit P. Barboſa *d. n. 2.* Et certum eſt, poſſeſſorem rei alienæ ab initio malæ fidei non poſſe inchoare poſſeſſionem; & ſi ab initio fuerit poſſeſſor bonæ fidei, & inchoauerit præſcriptionem, poſtea ſuperueniente mala fide ante præſcriptionem, eandem præſcriptionem impediri, nec poſſe continuari, ſed poſſeſſorem teneri eandem rem alienam domino reſtituere vtroque foro exteriori, & interno conſcientiæ inſpecto, vt conſtat ex latè traditis à me *tom. 1. var. moral. tit. 1. §. 50. n. 1836. & 1837. & n. 1893. & 1894. in quo num. 1890. verſ. quod idem*, poſt alios expreſsè notaui hæredem mala fide incipientem poſſidere rem aliquam, quam defunctus bona fide poſſidebat, teneri ad illius reſtitutionem, & ſic non poſſe continuare præſcriptionem à defuncto inchoatam. Quod eſt certum iuxta ius Canonicum, & quoad forum conſcientiæ, vt tradunt Doctores *d. n. 1894.* à me relati. Quamuis iuxta ius ciuile *in l. 2. §. ſi defunctus, ff. pro emptore, & in l. vnica, verſ. vt in omnibus, C. de vſucapione transformanda*, hæres malæ fidei poſſeſſor defuncto, qui à principio poſſeſſionis habuit bonam fidem, & ſic iuſtè potuit præſcribere, ſuccedens non obſtante ſua mala fide præſcriptionem à defuncto inchoatam propter eiuſdem defuncti bonam fidem poſſit continuare, & perficere: & Iaſon *in d. l. Pomponius, §. in dotem, n. 3. ff. de acquir. poſſeſſ.* ac P. Barboſ. *in d. l. ſi alienam rem, n. 1.* aiunt, ius ciuile ideo voluiſſe hęredem non obſtante ſua mala fide perficere præſcriptionem à defuncto, qui ab initio habuit bonam fidem inchoatam, quia repræſentat perſonam defuncti, *auth. de iureiur. à moriente præſtito, in princip.*

Præſcriptio rei alienæ à marito bonæ fidei poſſeſſore non ſolum inchoata, ſed & perfecta conſtante matrimonio, prodeſt vxori etiam habenti malam fidem.

Quod ſi maritus rei alienæ ſibi à muliere ſcienter datę in dotem bonę fidei poſſeſſor ante ſolutum matrimonium perfecerit præſcriptionem, matrimonio per eius mortem ſoluto proderit eidem mulieri, ſeu vxori, licet habenti malam fidem, vt tradunt Bartolus, & Alexander *in d. §. in dotem, n. 2. fine, & n. 3. initio*; ob eam rationem, quia maritus præſcribens non cenſetur præſcribere ad propriam vtilitatem, ſed potius ad vtilitatem mulieris, à qua rem alienam in dotem recepit, iuxta tradita *in l. ſi alienam, & l. qui alienam, ff. de mortis cauſa donationibus, & in l. indebiti, §. ſed etſi nummi, ff. de condict. indebiti, & in l. Proculus, ff. de iure dotium*; in quibus iuribus habetur, poſſeſſorem bonę fidei pręſcribentem rem alienam ſibi ab altero datam, non cenſeri recepiſſe rem à domino rei, ſed ab eo, qui tradidit, & præſcriptionis occaſionem præſtitit, quique proinde poteſt rem condicere, ſeu per condictionem repetere, quaſi ſine cauſa, & per errorem traditam. 7

Aduertunt autem Alexander *in dict. §. in dotem, num. 5.* P. Barboſa *dict. num. 3.* quod licet iure Digeſtorum rem ſibi in dotem datam, & bona fide acceptam maritus ob ſuam bonam fidem poſſet pręſcribere longo tempore, ſcilicet decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes, quia eodem iure Digeſtorum mala fides authoris non nocebat particulari ſucceſſori bona fide poſſidenti, vt conſtat *ex l.* 8

an vitium ff. de diuerſis & temporalibus præſcript. & *ex l. quam rem ff. de vſurpationibus , & vſucapionibus*, hodie tamen, ſi dominus rei ignoret factam eſſe prædictam alienationem, ad eandem rem præſcribendam nõ ſufficit longum tempus, ſed requiritur tempus triginta annorum ; ſi verò dominus rei nouit rem ſuam alienatam, ſufficit longum tempus, ita decernitur *auth. malæ fidei, Cod. de præſcript.* longi temporis. Putat tamen P. Barb. *d.n.3. verſ. ſed vltra*, quod etiam hodie non obſtante mala fide vxoris maritus fructus ex re perceptos faciet ſuos, & quoad eos acquirendos pro rata anni iuxta *d.l ſi alienam rem ff. ſol. matrim.* eiuſdem mariti bona fides proderit vxori, eo quod *d. auth. malæ fidei*, locum habeat tantùm, quando poſſeſſor bonæ fidei prætendit præſcribere dominium rei, extra verò prædictum caſum mala fides authoris nihil noceat particulari ſucceſſori, quapropter bonæ fidei poſſeſſor etiam hodie faciet fructus ſuos non obſtante vitio reali rei, quod impedit illam præſcribere, vt conſtat ex allegata *leg. bonæ fidei ff. de acquirendo rerum dominio :* ac proinde pari ratione licet bonæ fidei poſſeſſor non poſſit rem præſcribere longo tempore propter authoris malam fidem, nihilominus faciet fructus ſuos, quod & aliis confirmat P. Barboſa *d.num.3.*

Soluto matrimonio ſi mulier rem alienam datam in dotem repetat actione dotis, ei reſtituenda eſt, ſecus ſi repetat rei vindicatione.

8 Cæterum quod *d.l. ſi alienam rem ff. ſolut. matr.* dicitur, ſcilicet mulieri quæ rem alienam etſi ſcienter in dotem tradidit, poſt factum diuortium repetenti illam eſſe reſtituendam quaſi ſuam dediſſet, ita quod maritus non poſſit ei obiicere exceptionem, quod illa non ſit domina illius rei, ſed illa res pertineat ad dominium alterius (& pariter ſi vxoris pater rem alienam dediſſet in dotem, & diuortio facto repeteret, ipſi per *d.leg. ſi alienam rem*, eſſet reſtituenda, vt notat Hotomanus *d.diſput. de dotibus verſ. aliena verò*) intelligendum eſt, ſi mulier repetat per actionem dotis, ſeu conueniat maritum actione ex contractu dotis: ita Hotomanus *loco citato*, & P. Barboſa, id colligentes, & probantes tum *ex l.1. §. ſi prædo ff. depoſiti*; vbi rem à prædone ipſo depoſitatam eſſe illi reſtituendam ſemota exceptione, quod non ſit dominus, ſi prædo repetat actione depoſiti; tum ex *leg. commodare cum ſequenti ff. commodati*, vbi habetur, quod ſi fur, vel prædo commodauerit rem alienam, habet commodati actionem ad eam repetendam; tum ex *leg. ſi pignore, §. ſi prædo ff. de pignoratitia actione*, vbi habetur, quòd ſi prædo rem pignori dederit, competit ei de fructibus pignoratitia actio, quamuis ipſe fructus ſuos non faciat, & ab eo fructus extantes poſſint vindicari, & conſumpti condici. Quod ſi mulier maritum ad reſtituendam eandem rem alienam in dotem ei datam non ex contractu dotis, ſed rei vindicatione tanquam eiuſdem rei domina, tunc poterit maritus ei obiicere de dominio alieno; quod latè probat P. Barboſa *in d. l. ſi alienam rem, num.4. & 5.* vbi aſſignat rationem differentiæ inter petitionem reſtitutionis rei alienæ traditæ actione ex contractu, & petitionem rei vindicatione agente actore tanquam domino, ſcilicet quia quando quis agit actione ex contractu, vt res ſibi reſtituatur, exceptio, quod res ſit aliena, non concludit agenti non competere actionem ex contractu, cum contractus regulariter celebratus etiam ſuper re aliena valeat, *leg. rem alienam ff. de contrahenda emptione*; atque ideo tanquam ex contractu valide orietur actio, qua cogatur reus rem reſtituere; & exceptio dominij alieni non admittetur, quia cùm probata non concludatur actionem ex contractu non competere ad rem reſtituendam, iuxta regulam, quod exceptio, quæ probata non releuat, non eſt admittenda *l. ad probationem dominij Cod. de probat. & cap. cùm contingat ad fin. de offic. deleg.* at verò quando agitur rei vindicatione aduerſus poſſeſſorem etiam cauſam habente ab actore (quia actor illi tradiderit) actor prætendit eſſe dominum rei, & pro tali poſtulat declarari *leg. ex diuerſo §.1. ff. de rei vindicat.* ac proinde vt obtineat, oportet probare ſe dominum eſſe, *leg. vnica Codic. de alienatione iudicij mutandi, cap. examinata de iudic.* & conſequenter exceptio, quod res ſit aliena, probata concludit eam actionem vindicanti non competere, quia ſi alius eſt dominus, agens eiuſdem rei dominium habere non poteſt, *leg. ſi vt certo §. fin. ff. commodati*; actor autem ſine actione agere non poteſt, neque obtinere quod petit, *l. ſi pupilli §. fin. ff. de negotiis geſtis*, ita P. Barboſa plura alia hac de re ſcribens apud eum videnda.

Propoſita per mulierem actione dotis, ſi coram eodem iudice compareat dominus rei alienæ allegando proprium dominium, impedit rem reſtitui mulieri.

Quod vero ſi poſt propoſitam à muliere aduerſus maritum actionem dotis, & intentatum iudicium, ipſe rei alienæ in dotem traditæ dominus compareat coram eodem iudice, & alleget proprium dominium, an ſit audiendus, & impediat rem ſuam à marito reſtitui mulieri? De hac difficultate late agit P. Barb. *in d.l. ſi alienam rem n.8. & plurib. ſeq.* qui *eod. n.8. verſ. ſecundò principaliter*, proponit ſententiam affirmatiuam Gloſſæ finalis, Bartoli, Caſtrenſis, Duareni, & Zaſij, & communem ſcribentium *in d.l. ſi alienam rem*, fundatam *in l. bona fides, verſ. incurrit, ff. depoſiti*, vbi ſi dominus, & prædo, qui depoſuit, concurrant ad petendam rem depoſitam, debet præferri dominus, & ipſe etiam *n.11. initio* concludit dominum opponentem de proprio dominio eſſe audiendum, etiamſi non offerat probationem ſui dominij incontinenti iuxta ea, quæ *n.10.* tradit. Quamuis addat faciliorem modum, quo tertius, ſeu dominus poſſit impedire, ne res in dotem data reſtituatur mulieri, quam ipſe ſuam eſſe prætendit, nempe vt impetret mandatum iudicis directum ad eum, qui rem detinet, ne eam rem alteri reſtituat, antequam is de iure ſuo doceat, iuxta notata *in leg. fin. in fine, ff. de lege commiſſoria*, & Bartolum *ibidem*, & *in lege non ſolum §. morte, numero 33. ff. de noui operis nunc.* & Iaſonem *ibidem.* Plura videri poſſunt apud eundem Barboſam.

Cùm marito in dotem datur res aliena, an intelligatur dos conſtituta, & res efficiatur, & ſit dotalis.

Reſtat explicandum, cum mulier rem alienam marito in dotem datam poſſit repetere actione dotis, vt probatum eſt; an res illa data in dotem ſit propriè dotalis, ita vt ſi traditus in dotem fundus alienus efficiatur proprie dotalis. Gloſſa *in l. dotale §. dotale ff. de fundo dotali*, & Bartol. *in rubr. ſol. matrim. num.16. fine*, dixerunt fundum alienum traditum in dotem eſſe dotalem: quia vbi res aliena in dotem data eſt, habet locum titulus dotis *d. l. alienam rem*, & *aliis iuribus ſuprà num.4. allegatis*, & etiam præſcriptio reſpectu mariti, qui bona fide accepit, iuxta tradita in præcedentibus. 10

11 Contrariam ſententiam vti veriorem tenuit Ruinus *in d. rubricam ff. ſol. matrim. num.*299. & aſſerit etiam Hotomanus *d. diſp. de dotibus, loco citato.* Probat Ruin. primò per textum *in d. leg. dotale §. dotale*, reprobata ſubauditione Gloſſæ, verba Vlpiani ibi ſunt; dotale prædium ſic accipimus, cum dominium marito quæſitum eſt; in maritum autem non transfertur dominium rei alienæ licet ignoranter acceptæ. Secundò, quia ſicut donatio impropriè dicitur, ſi res aliena donatur, vt ſcribentes *in l. ædibus §. vltimo ff. de donat.* ita etiam impropriè dos dici debet, cum res aliena in dotem datur, quia in vtroque caſu nullum dominium rei acquiritur accipienti. Quod autem habeat locum titulus dotis, & præſcriptio, Ruinus ait non obſtare, quia vſucapio habet locum etiam pro donato *l. 1. & toto titul. ff. pro donato.* Etſi etiam fundus alienus in dotem datus dici poteſt dotalis, quoad hoc, vt alienari non poſſit iuxta eandem Gloſſam *in d. leg. dotale §. dotale*; ex hoc tamen non ſequitur (inquit idem Ruinus, vt notat Mantica *de tacit. & ambig. conu. lib.*12.*tit.*10. *n.*9.) vt intelligatur proprie dotalis; quia lex Iulia, quæ prohibet fundum dotalem alienari, locum habet tametſi fundus improprie ſit dotalis *l.* 4. *de fundo dotali*, Mantica cum aliis *d. num.* 9. Qui tamen *n.*10. ait, vt dos intelligatur conſtituta, non requiri, quod dominium ſit tranſlatum, quod ſuperiùs in prioribus capitibus probatum eſt, & certa in *n.* 4. allegata, & præſertim *d. l. ſi alienam rem ff. ſol. matrimonio*, habens quod mulieri competat actio dotis ad repetendam rem alienam à ſe datam in dotem, videntur probare per traditionem rei alienæ intelligi dotem conſtitutam, & rem effectam dotalem, ex traditis in præcedentibus. Quòd ſi mulier dediſſet in dotem rem alienam, ſtante ſtatuto de lucro dimidiæ dotis, maritus vxore præmoriente non lucraretur dimidiam partem dictæ dotis; quia non eſt vere dos, & quia lucraretur dimidiam rei alienæ, quod ſtare non poteſt, quia id, quod eſt noſtrum, ſine facto noſtro nobis auferri non poteſt: ita Rolandus *de lucro dotis q.*57.*n.*6. *fine*, addens tamen, quòd ille, qui talem dotem dediſſet tanquam de re ſua, teneretur marito de euictione, ſi dolus tradentis interceſſit *l. 1. C. de iure dotium.*

§. II.

Hæreditas quænam in dotem dari poſſit.

SVperiùs *num.*2. dictum eſt, hæreditatem poſſe dari in dotem: hîc oportet explicare, quænam hæreditas in dotem dari poſſit.

Hæreditatem alienam hominis defuncti ſibi relictam quilibet poteſt dare in dotem, ſicut & donare, vendere, & cedere.

12 Certum eſt hæreditatem, & rem defuncti ſibi relictam quemlibet, ſiue ipſam mulierem nubentem, ſiue ipſius patrem, ſiue extraneum, ad quem ex teſtamento defuncti, vel ab inteſtato deuenerit hæreditas eiuſdem defuncti, poſſe illam dare marito in dotem. Ratio eſt, quia nullus prohibetur hæreditatem ſibi relictam alteri donare, vel vendere, & cedere, & alio quouis modo alienare, vt tradunt Hotomanus *in diſputatione de donationibus verſ. deinceps igitur*, & Mantica *de tacit. & ambig. conu. lib.* 13. *titul.* 33. *numero* 1. & quod poſſit donari, conſtat *ex leg. hæreditatem ff. de donationibus*; vbi pater hæreditatem alienam defuncti ſibi relictam donat. Quod vero poſſit vendi, cedi, & alio quouis modo alienari, conſtat *ex l.* 2. *ff. de hæred. vel act. vend.* ergo etiam quilibet hæreditatem alienam ſibi relictam poteſt dare in dotem, vt per ſe patet. Quemadmodum vero is, cui alius hæreditatem defuncti donauit, tenetur creditoribus defuncti, ſeu hæreditariis ſatisfacere, vt dicitur *d. l. hæredit.* ita etiam maritus iiſdem creditoribus ſatisfacere debet: quod ſi non fecerit, ſicut in tali caſu iidem creditores poſſunt agere contra donatorem hæreditatis alia bona habentem, vt *d. l. hæreditatem* ſubditur, ita quoque poterunt conuenire eum, qui in dotem hæreditatem dedit.

Hæreditatem ſuam an quis poſſit validè dare in dotem, vbi an hæreditas propria poſſit donari alteri, & valeat donatio.

Sed difficultas non leuis eſt, an quis hæreditatem ſuam poſſit valide dare in dotem, puta ſi pater (vt caſum ponit Baldus Nouell. *de dote p.*6.*prin.* 43.*n.*3.) habens vnicam tantùm filiam vt eam bene collocaret, dixerit in inſtrumento dotali, vel in præſentia teſtium, quòd pro dote dabat hæreditatem ſuam poſt eius mortem, an valeat datio, & idem ſi mulier ipſa pro dote ſua, vel extraneus pro dote mulieris nubentis eodem modo dederit hæreditatem poſt eius mortem, an datio, ſeu donatio hæreditatis propriæ ex cauſa dotis valeat, doſque cenſeatur conſtituta. Cuius difficultatis reſolutio dependet ex reſolutione difficultatis generalis, an hæreditas propria poſſit alteri valide donari, ſeu ſi quis donauerit alicui hæreditatem ſuam, donatio valeat. 13

Donatio hæreditatis propriæ inter viuos non valet iuxta plurium Doctorum ſententiam.

Et huiuſmodi donationem propriæ hæreditatis inter viuos non valere opinatus eſt Bartolus *in l. fin. n.*11.12.*&* 14.*Cod. de pactis*, & eandem ſententiam tenent Hotomanus *in d. diſput. de donationibus, citato verſ. deinceps igitur*, Cagnolus *in d. l. fin. num.*223. *& ſeqq.* Clarus *in §. donatio quæſt.*19. *num.*6. Mantica *de tac. & ambig. conu. lib.*13.*d. art.* 133. *num.*7.8. *&* 10. Mich. Craſſus *de ſucceſſionibus §. hæreditas quæſt.*2. *num.*3. Ceuallus *comm. contra comm. quæſt.* 140. Facbinens *controu. iur. lib.*5.*cap.*84. *& lib.*6. *cap.*94. Camillus Borellus *in ſumma deciſionum p.*3. *tit.*10. *num.*353. *ad* 370. Vaſquius *de ſucceſſ. creat. lib.*2.*§.*18.*n.*206. Sanchez *lib.*3. *ſumma, cap.*2.*num.*44. & alij à Mantica, & Borello relati, & eſſe communem Iuriſperitorum ſententiam refert Fachineus ex atteſtatione Cagnoli *in d. l. fin. n.*276. *Cod. de pactis.* Probatur hæc ſententia; primo quia non pactis, ſed teſtamentis hæreditas dari poteſt *l. hæredibus*, vbi Gloſſa *Cod. de pactis comment.* vbi quod hæreditas extraneis teſtamento datur, quæ eſt forma à iure inſtituta ad diſponendum de ſua hæreditate, & illam transferendi in alium poſt mortem, vt notat Alciatus *in l. pactum quod dotali n.*22. *C. de pactis*; repugnat enim (inquit Hotoman.) ſuperſtitem eſſe, & hæredem habere, cum hæreditas nonniſi defuncti intelligatur *leg.*1. *ff. de hæreditate, & actione vendita*: quare Vaſq. *d. num.*206. dicit, quod non licet cuiquam alio modo, quàm per modum vltimæ voluntatis de hæreditate ſua diſponere, & quod pactis hæreditas dari valide non poſſit, tanquam hoc proprium iuri teſtamentorum ſit attributum, probatur non ſolum ex *d. leg. hæreditas, & ex d. l. pactum quod dotali*, ſed etiam ex *l. ex eo, Cod. de inutilibus ſtipulat.* ex *l. cum donationis, C. de tranſact.* ex *d. l. final. Cod. de pactis*, ex *leg. ſtipulat.* 61. *ff. de verborum obligationibus*, & aliis iuribus ab Hotomano *loco citato* adductis. Si ergo hæreditas pacto valide dari non poteſt, ergo nec donatione, quia donatio fit inter viuos non ſolum per 14

ſtipulationem,

ſtipulationem, ſed etiam per pactum nudum, *lege ſi quis argentum §. ſed ſi quidem verſ. ſin autem minimè Codice de donationibus*, poſt alios tradunt Clarus *paragrapho Donatio q.14. n.primo*, & Baldus *dicto titulo* 10. *num.* 30. Secundo probatur eadem Bartoli, & aliorum ſententia, quia hæreditas nil aliud eſt, quàm ſucceſſio in vniuerſum ius, quod defunctus habuit, vt dicit Caius *in lege nihil aliud* 25. *ff. de verborum ſignificatione.* Quare hæreditas, ſeu ius hæreditarium comprehendit omnia bona, quæ quis reliquit tempore mortis, & ſic complectitur omnia bona, & iura, præſentia, & futura; ita quod in hæreditate comprehenduntur & res ſingulares, & etiam debitorum nomina, obligationes, & actiones omnes *lege hæres* 37. *ff. de acquir. hæreditate, & lege cum hæres ff. de acquir. poſſeſſ.* ex quo ſequitur, quòd donatio hæreditatis ſit donatio omnium bonorum & iurium, præſentium & futurorum, & ſic nullo modo valeat, vtpote contra bonos mores, cum adimat teſtandi facultatem, iuxta ſententiam communem, quod donatio omnium bonorum, & iurium non valet, quia tolleret facultatem teſtandi, de qua communis. Clarus *dicta quæſt.* 19. Mantica *dicto lib.* 13. *titulo* 26. *à numero* 14. Cenallos *dicta quæſt.* 180. *numero* 1. & Borellus *d.tit.*10.*num.* 310. *cum pluribus ſequentibus.* Huic ſententiæ ait Hotomanus non obſtare *leg. ſi quis argentum §. ſed etſi quis, Codice de donationibus*, vbi Imperator Iuſtinianus ſtatuit aſſem bonorum rectè donari poſſe, eo quod ibi non de hæreditate viuentis, ſed de bonis omnibus iam alicuius propriis agitur. Addit non obſtare etiam *leg. his verbis ff. de hæredibus inſtituendis*, vbi Vlpianus dicit his verbis, *Titius hæreditatis meæ dominus eſto*, inſtitutionem fieri; quia prædicta verba non donationis, & pacti, ſed teſtamenti ſunt.

Donatio hæreditatis propria cauſa mortis an valeat.

14 Extenditur à pluribus, vt nec per donationem cauſa mortis poſſit hæreditas valide dari, ſeu donari: ita Bartolus, Alexander, Iaſon, Paulus de Caſtro, Angelus, Corneus, Curtius *in lege licet, Cod. de pactis*: idem Alexander *conſil.* 18. *lib.* 3. quos referunt Fachineus *d.lib.6.cap.*95. & Sanchez *d.cap.*2.*n.*48. Borellus *d.tit.*10.*n.*371. *fine*, Auguſtin. Barboſa *collectaneo ad d.l. licet n.*3. *& collectaneo ad d.l. hæreditas n.*4.*fine, Cod. de pactis conuentis*, & Sanchez *d. n.*48. ex quibus aliqui probant quod *d. lege licet* ſpeciali priuilegio permittitur vt milites donatione cauſa mortis poſſint hæreditatem ſuam in alium transferre: alij probant, quod dicta donatio omnia bona præſentia, & futura comprehendit; quæ non valet, vt dictum eſt; alij, quod hæreditas teſtamento, datur non pacto, iuxta iura *numero præcedenti*, præſertim *d. l. hæreditas Cod. de pactis conuentis* allegata; donatio autem etiam cauſa mortis fit pacto nudo, & ſimplici, vt aliis allegatis Clarus *d.§. Donatio n.*2. & Borellus *d.tit.*10. *n.* 31. Quare licet per donationem cauſa mortis non tollatur libertas teſtandi non tamen ob id valere debet, eo quia ratio præcipua cur prohibitum ſit hæreditatem pacto transferri, ſit quia hæreditas pacto non datur *d.l.hæreditas*, ſed alij ſũt modi ſolennes conſtituti diſponẽdi de bonis poſt mortem omnino obſeruandi. Quamuis contrarium, & donatione cauſa mortis poſſe dari hæreditatem affirment Decius *in d.l licet, n.* 10. Cagnolus *in d.l.fin.n.*278. *Cod. de pactis*, Clarus *§.donatio d.q.* 19. *n.* 7. & plures alij à Claro *d.n.*7. Borello *d.n.*371. & Sanchez *d. cap.*2. *n.*47. relati Fundantur, quia donatio cauſa mortis ſi reuocabilis *§.1 inſtituta de donat.* non aufert poteſtatem teſtandi, quæ videtur fuiſſe ratio prohibitionis donandi omnia bona præſentia, & futura inter viuos: præterea non conſtante ea donatione, poterit donator (inquiunt Decius, Clarus, & Fachin.) alium hæredem inſtituere; qui licet teneatur poſtea donatario tradere eam hæreditatem iuxta conuenta in donatione, poterit tamen detrahere Trebellianicam, quartam partem ex Trebelliano Senatuſconſulto. Quare iuxta hos Doctores *d.l. hæreditas*, & alios textus, quatenus decidũt hæreditatem non poſſe dari pacto, intelliguntur de pacto irreuocabili & tollente prorſus teſtandi libertatem, qualis eſt donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum inter viuos, non vero de donatione reuocabili, & quæ relinquit teſtandi poteſtatem, vt eſt donatio hæreditatis cauſa mortis. Dictam vero *l. licet*, ait Fachineus loqui non de donatione cauſa mortis, quæ eſt reuocabilis, ſed de pacto irreuocabili, ſeu per quod ſucceſſio irreuocabiliter trãsfertur, & ſic de pacto inter viuos, quod late probat Sanchez *d.c.*2.*n.*46. contra Alexandrum *d.conſ.* 28. *lib.* 3. ſed proinde non valet niſi inter milites, vt dicitur in eadem *lege licet.*

Donatio ſolius partis hæreditatis inter viuos an ſit valida.

Extenditur præterea, vt ſicut tota, & integra hæreditas non poteſt donari, & pacto inter viuos dari non poteſt, ita etiam neque hæreditatis pars donari, & in pactum deduci poſſit: ita expreſſe Mantica *d.lib.*13.*citato tit.* 33. *num.* 10. Fachineus *controu. iur. lib.*5. *allegato cap.*48. & plures alij Iuriſperiti à Mantica allegati. Nituntur ea ratione, quod modus transferendi hæreditatem à iure præſcriptus eſt per teſtamentum, non per pactum, iuxta *d.l.hæreditas, Cod. de pactis conuentis*, & alia iura *num.* 13. allegata, & alia *ibidem* tradita: quod autem ius eſt de toto, rectè intelligitur etiam de parte *l.quæ de tota ff. de rei vindic. & l.qui ſic, in princ. ff. de vſuris.* Quæ regulam maxime in propoſito debet procedere, cum non recipiatur lex, quæ dicat valere pactum, per quod ſola pars hæreditatis propriæ in aliũ transferatur. 15 Verum contrarium, & hæreditatis partem valide donari, & in pactum inter viuos deduci poſſe, ſentiunt Cynus, & Baldus *in d.l. fin. Cod. de pactis*, Decius *conſ.* 30. *num.* 2. Alexander *conſ.* 29. *num.* 10. *li.*5. & plurimos alios allegans Menochius *conſ.* 1.*n.*150. & etiam *conſ.*923.*num.*13. *verſ. ſecundo conſiſtit.* Qui probant ea ratione, quia inde non impeditur libera teſtandi facultas, quia donator de alia parte hæreditatis poterit teſtari, & ſic ea donatio, ſeu pactum de ſola hæreditatis parte valet. Dictam vero *l. hæreditas*, & alia iura reprobantia donationem, & pactum, qua ſeu quo detur hæreditas, aiunt præfati Doctores procedere, quando donatori teſtandi facultas auferetur, & horum Doctorum ſententia eo magis deberet procedere, ſi donatio non eſſet formaliter, & expreſſe de parte hæreditatis, ſcilicet parte iuris hæreditarij, ſed eſſet de parte bonorum hæreditatis, per ea quæ *num. ſequenti* traduntur.

Donationem hæreditatis propriæ inter viuos valere, eſt plurimorum Iuriſperitorum ſententia.

Cæterum contrariam ſententiam, & quod ſi quis donauerit etiam donatione inter viuos hæreditatẽ ſuam, 16
huiuſmodi donationem ſimpliciter de tota hæreditate factam valere, contra Doctores *numer.* 3. relatos aſſerũt Crotus *in dicta l. ſtipulatio* 61. *ff. de verbor. obligatione, num.* 52. Alciatus *in d. l. fin. num.*81. *C. de pactis, ibidem*

hæreditatem ſuam factam eſſe dotis peomiſſionem ſine expreſſione certæ quantitatis, quæ poſſet,& eſſet certificanda, & taxanda habito reſpectu ad facultates patris, dignitatem coniugum, & loci morem, vt explicatum eſt *ſupra cap.*8.

§. III.

Qua ratione vſusfructus poſſit pro muliere dari marito in dotem,& facto diuortio debeatur mulieri reſtitui, vel eius hæredi ea mortua.

VSumfructum poſſe dati in dotem ſuperiùs *num.*2. notatum eſt; & eſt res certa, vt ex textibus *ibid.* allegatis; hîc explicandum quomodò, ſeu qua ratione vſusfructus debetur in dotem, & etiam reſtitui debeat mulieri matrimonio ſoluto. Pro qua explicatione præmittenda ſunt aliqua ſpectantia ad ipſius vſusfructus cognitionem.

Vſusfructus duplex, cauſalis, & formalis; & quomodo differant.

19 Ante omnia, licet inter Iuriſperitos valde controuertatur, an ſit duplex vſusfructus, cauſalis ſcilicet & formalis, de qua controuerſia latiſſimè Ioan. Caſtillo *de vſufructu cap.*1.*vbi n.*24. refert tenentes eſſe tantùm vnum vſumfructum proprie, nempe formalem, inter quos ex recentioribus Antonius Picchard. *in princ.tituli inſtitut. de vſufructu n.*10.*&* 11.*n.autem* 16 *& pluribus.ſeqq.* refert Iuriſperitos aſſerentes vſumfructum proprie eſſe duplicem,cauſalem,& formalem. Nihilominus magis communis,& recepta ſententia eſt.quòd vſusfructus diuidatur in cauſalem, & formalem, tanquam in duas ſpecies; quam ſententiam, propter innumeros ab eodem Caſtillo latiſſime relati probant Petrus Barboſa *in l. vſufructu* 58. *num.*1.*ff.ſol. matrim.* & Sanchez *in ſumma tom.*2. *lib.*7.*cap.*13.*n.*3 Formalis dicitur, & eſt, qui eſt ſeparatus à proprietate, ſeu rei dominio, eſtque in alia perſona à domino rei, ita quod fundi proprietas eſt apud vnum, & apud alium eiuſdem proprietaris vſusfructus: quod multis modis contingere poteſt, vt *d. titul. inſtitut. de vſufructu* §.1. Cauſalis appellatur,& eſt is vſusfructus, quẽ quilibet Dominus habet in re propria, ac proinde non eſt ſeparatus, ſed coniunctus cum proprietate: quare dicitur cauſalis, quia pendet ab eadem cauſa proprietatis, & dominij, ſeu quia dominium, & proprietas eſt illius cauſa, nec à proprietate & dominio eſt ſeparatus,etſi enim Dominus rebus ſuis,quas habet & poſſidet, vtatur non iure ſeruitutis (quæ in re propria non conſiſtit, vt certum eſſe ait idem Caſtillo *n.*26.*&* 35. *fine*) alióve, quod rem afficiat, ſed tanquam Dominus, adhuc tamen (vt explicat Caſtillo *d.cap.*1.*n.*34.) dici poteſt vſusfructus cauſalis, qui à dominio, & proprietate dependet, & cauſatur, & eſt diuerſus ab alio vſufructu,quem non domini habent in rebus alienis,& licet etiam (ſubdit idem Caſtillo *n.*3.) habens dominium alicuius rei habeat ſupremum ius,ſiue poteſtatem, non ideo tamen dominus deſinit habere ius vſusfructus cauſalis, qui non eſt extra dominium,ſed potius pars dominij, & illi coniunctus, & ab eo vt à cauſa dependens, ſeu illius occaſione cauſatus. Et is vſusfructus cauſalis non dicitur ita propriè vſusfructus, ſicut vſusfructus formalis à proprietate ſeparatus: de quo procedit difficultas propoſita *in titulo* §. & procedunt etiam tradita *tit. & Cod. de vſufructu, & inſtit. de vſufructu*, vnde definitio vſusfructus *ibidem* tradita eſt ſolius vſusfructus formalis, & in alienis rebus conſiſtentis, & quamuis in iure non reperiatur ſpecialis definitio vſusfructus cauſalis,non ideo tamen eſt negandus, nec à iure excluditur, quia enim cum dominio, & proprietate coniungitur (vt dictum eſt) ſpeciali aut particulari definitione (vt præfatus Caſtillo *d.cap.*1. *num.*32. notat) declarari non debuit, cùm non ſit res ſeparata à proprietate & dominio, ſed potius cum illis coniuncta, & ſic contineatur in definitione dominij, & proprietatis, quæ eſt, quòd *ſit ius, ſeu facultas vtendi, & fruendi re, & ad libitum de ea diſponendi.*

Definitio vſusfructus formalis, & differentia inter vſumfructum, & nudum vſum.

20 Igitur vſusfructus formalis *d. inſtitut. de vſufructu, & quemadmodum quis eo vtatur*, definitur his verbis, *vſusfructus eſt ius alienis rebus vtendi, fruendi, ſalua tamen ſubſtantia*: vbi ius accipitur pro facultate (vt *ibidem* notat Myſingerus, & Picchardus,) dicitur verò *rebus alienis*, quia vſusfructus formalis diſtinctus eſt à dominio (vt *num. præcedenti* dictum eſt) & denotat ſeruitutem, quam quis habet in rebus alienis à proprietate ſeparatam, vt poſſit illarum fructus percipere, idque nequeat impedire dominus proprietatis. Additur, *vtendi*, ad differentiam iuris, quod habet creditor in rebus alienis pignoratus, quibus præter domini voluntatem non poteſt vti, & vtendo furtum committit, § *furtum inſtitut. de obligat. quæ ex delicto naſcuntur*, §. *fin. inſtit. quibus modis re contrah. obligat. & l. ſi pignore, ff. de furtis.* Subditur, *fruendi*, ad differentiam, ſeu excluſionem *nudi vſus*, minus enim habet, qui habet vſum tantùm, quàm qui habet vſumfructum, vt dicitur §. 1. *inſtitut. de vſu, & habitatione.* Nam qui habet nudum vſum, nihilo magis iuris habet quàm vti prædio, vel domo ad neceſſitatem, vt *eod.* § 1. notatur, quare ille, cui conceditur vſus, ſeu ius tantùm vtendi re aliena, non plus habet, quam id, quod opus eſt, vt neque deſit aliquid, neque abundet ad vitæ neceſſaria pro cuiuſque dignitate, & ita nec licet ei vſum vendere, nec locare, nec gratis transferre in alium *d.* §. 1. *inſtit. de vſu, & habitatione*; at vſusfructus plenior eſt, & continet omnem rei vtilitatem ſiue fructus ſint naturales, ſiue induſtriales, ſiue ciuiles *l. vſufructu legat.* 7. *ff. de vſufructu*;) præſtatque ius vtendi, & fruendi tam ad voluptatem, quàm ad neceſſitatem, & ſic rei fructibus in quoſcunque vſus, & in quacumque quantitate vti poteſt,qui habet vſumfructum, & etiam illos alienare, & alteri etiam gratis concedere, & omnino, & omnibus modis re vti, ſalua eius ſubſtantia, ita quod dominus proprietatis ius in re, viuente vſufructuario, nullum retineat, vt Myſingerus *in d.* § 1. *inſtit. de vſufructu*, & Caſtillo *de vſufr. cap.*28.*n.*12. *qui d. cap.*28. *à num.*70. latè agit de differentiis inter vſum, & vſumfructum. Denique adiiciuntur illa verba, *ſalua rerum ſubſtantia*, quia in hunc modum vti frui licet, ne quicquam de ſubſtantia pereat, per quod emphyteuta, & ſimiles perſonæ (vt notat Myſingerus) excluduntur, quibus non eſt neceſſe rerum ſubſtantiam ſeruare, vſufructuarius enim cogitur ſatiſdare ſe vſurum re aliena boni viri arbitratu, ſcilicet ſe rem non deteriorem facturum, quàm in re ſua faceret, *leg* 1. *ff. vſufructuar. quemadmodum caueat*, quam cautionem non eſſe de ſubſtantia vſusfructus,tenent aliqui Iureconſulti à Myſingero relati, de quo idem Myſing. & alij ſcribentes *in d.* § 1. *inſt. de vſufr.* & Pinell. *in d.l.*1.*p.*2.*à n.*75. Prædictam autem definitionem vſusfructus defendunt communiter Doctores ſcribentes *in d. titulum inſtitut. de vſufructu*, præſertim Myſinger. & Picchard & latius Caſtillo *de vſufructu c.*4.*& ſeq.*, *iuncto cap.*28.

Vſusfructus eſt ſeruitus perſonalis , & ius perſonale , non reale.

21 Ex præfata definitione colligitur, vſumfructum eſſe perſonalem ſeruitutem, ita cohærentem perſonæ, vt ab ea ſeparari nequeat, vt etiam conſtat *ex l. 1. ff. de vſu, & fructu , & l. 4. ff. de nouat. & ex l. 1. ff. de ſeruitutibus* , vbi Marianus ita ſcribit , *ſeruitutes aut perſonarum ſunt, vt vſus, aut vſusfructus ; aut rerum , vt ſeruitus vrbanorum prædiorum*, per quem textum Gloſſa, & alij ſcribentes ibi, & communiter Iuriſperiti à Caſtillo *d. c. 8. n. 4.* relati ſentiunt vſumfructum eſſe ſeruitutem perſonalem: quod idem tradit idem Caſtillus *ibidem , & cap. 1. n. 4.* Petr. Barboſa *d. leg. vſufructu, num. 1. verſicul. ſecundò præmittendum* , Picchardus *in §. finitur, num. 2. inſtituta de vſufructu.* Sanchez *d. l. 7. ſummæ, citato cap. 2. num. 5.* & Myſingerus *in rubr. inſtit. de vſufructu* , vbi dicit tres eſſe ſeruitutum perſonalium ſpecies, *vſufructus, vſus, habitatio.* Dicitur autem ſeruitus perſonalis, quia à perſona, cui debetur, non à re, ſiue à prædio ſeruiente nomen accipit , ſcilicet quia perſonæ debetur, licet à re obueniat , ſicut & vſus , & habitatio ſunt , & dicuntur ſeruitutes perſonales, quia perſonæ debentur , etſi à re obueniunt , vt enim ſcripſi *tom. 3. mor. tit. 6. n. 382.* & præter Doctores *ibid. relatos* , notat Myſingerus *in rub. de ſeruitutibus prædiorum n. 4. & in d. rubr. de vſufructu,* ad iudicandum qualitatem vtriuſque ſeruitutis, inſpicitur id, cui debetur, ſiue ſit perſona, ſiue ſit res : dicuntur etiam *vſusfructus, vſus, & habitatio*, perſonales ſeruitutes, quia cum perſona extinguuntur, vt *num. ſequenti :* non defuerunt tamen, qui vſumfructum eſſe ſeruitutem mixtam maluerunt , de quibus tacitis nominibus mentionem facit Caſtill. *d. cap. 8. n. 3.* & etiam Myſingerus *in d. rub. inſtit. de vſufruct. n. 4.* vbi dicit præfatos Doctores *vſumfructum, vſum, & habitationem* appellaſſe ſeruitutes mixtas, vtpote quæ (ſubdit idem Myſingerus) partim à realibus, partim à perſonalibus naturam participent, ſcilicet perſonales ſunt, quia cum perſona finiuntur, reales, quia vt iura realia vindicentur, *leg. vti frui in princ. ff. ſi vſusfruct. petat.* & Cynus *in rubr. C. de vſufruct.* ſed nihilominus ſimpliciter, & abſolute ſunt, & appellari debent ſeruitutes perſonales , vt probant iura prææallegata , & affirmant Doctores communiter, quos Caſtillo *d. c. 28. n. 2. & duob. ſeqq.* refert , ideoque vſusfructus ſimpliciter , & abſolutè eſt , & dicitur ius perſonale, non reale , vt poſt alios *ibid.* Caſtillo.

Vſusfructus cum perſona vſufructuarij , eiuſue morte extinguitur : quid ſi de conſenſu Domini à fructuario alteri cedatur , vel conceſſus ſit pro ſe , & ſuo hærede , vel relictus alicui, & ſuis hæredibus , vel Monaſterio , aut ciuitati ?

22 Cum itaque vſusfructus ſit ſeruitus perſonalis, ideo cum perſona, ſcilicet vſufructuarij morte extinguitur, & finitur , & cum proprietate conſolidatur id , quod etiam conſtat *ex l. ſicut §. fin. ff. quibus modis vſusfructus amittatur , l. non ſolum 2. §. tale ff. de liberatione legata l. corruptionem C. de vſufructu , & §. finitur inſtit. de vſufruct.* & tradunt Gloſſa *in d. §. fin. ſcribentes in l. 1. ff. de ſeruitutibus, & in d. §. finitur*, & alij communiter , quorum plures referunt Picchardus *in d. §. finitur*, & Caſtillo *d. c. 1. de vſufr.* Barboſa *Collect. ad d. l. corruptionem num. 12.* idem Caſtillo, & Picchard. iiſdem locis, Myſingerus *in d. §. finitur.* P. Barboſa *ad d. l. vſufructu, n. 1. verſ. ſecundo præmittendum*, & Sanchez *l. 7. ſumm. d. c. 2. n. 5.* Ex eo enim quod vſusfructus eſt ſeruitus perſonalis, ſequitur quod eius duratio non pendeat à vita Domini rei, ſed à ſola vſufructuarij vita, qua proinde extincta, extinguitur quoque vſusfructus, & reuertitur ad proprietatem , ſeu Dominum nudæ proprietatis , qui tunc incipit plenam in re habere poteſtatem, vt dicitur *d. §. finitur , de vſufructu.*

23 Ita verò eſt perſonalis vſusfructus, vt ſi concedatur alicui pro ſe, & pro ſuo hærede , morte quidem illius prioris vſufructuarij extinguitur vſusfructus, & ratione ſtipulationis nouus conſtituetur in perſona hæredis, *l. ſtipulatio iſta 38. §. ſed ſi quis , ff. de verb. obligat.* P. Barboſa *d. n. 2. verſ. ſecundò præmittendum*, & ſimiliter ſi Dominus proprietatis conſentiat in alium transferri vſumfructum (vt transferri poſſe conſtat *ex l. vſufructu, verſ. vel ſi ſe non , ff. ſolut. mat. & ex l. quod noſtrum ff. de vſufructu*) idem vſusfructus non videbitur tranſlatus , ſed potius nouus conſtituetur in perſona illius , in quem voluntate Domini tranſlatus eſt : ita per eum Textum Bartolus *in l. 4. ff. de nouationib.* Gomez *var. tom. 2. c. 16. num. 17. verſ. quod primò limita* , & alios allegantes P. Barboſa *d. verſ. ſecundo præmittendum*, & Sanchez *d. cap. 2. n. 5.* aientes fingi vſumfructum prius traditum Domino , & breui manu per Dominum de nouo conſtitutum in perſona ceſſionarij. Quapropter deinde vſusfructus non finitur , & extinguitur morte cedentis , ſeu transferentis , in cuius perſona eſt iam per ceſſionem , ſeu tranſlationem extinctus ; ſed morte ceſſionarij, in cuius perſona nouus conſtitutus eſt, vt etiam iidem Doctores notarunt.

Quod ſi teſtator legauerit alicui, & eius hæredibus vſumfructum , legatum extenditur tantum ad primum hæredem, vt eidem primo hæredi dumtaxat vſusfructus debeatur, *l. antiquitas C. de vſufructu* , Picchardus *in d. §. finitur n. 6. inſtit. de vſufruct.* & ſcribentes *in d. l. antiquitas*, & alij relati ab Aug. Barboſa *Collect. ad l. antiquitas.* Quod l. cautum eſt, ne ex vna parte proprietas remaneat prorſus, & perpetuo inutilis ſublato vſufructu, & ne ex altera parte legatum reſpectu hæredis omnino inualidum ſine effectu ſit, vt explicatur *d. l. antiquitas, & ibid.* notat Barboſa.

24 Si vero vſusfructus relinquatur ſimpliciter , & ſine præfinitione temporis Eccleſiæ, vel Monaſterio, aut ciuitati, ſeu communitati , valet quidem legatum, ſed ne proprietas remaneat omnino inutilis , ſemper abſcendente vſufructu, durabit vſusfructus legatus tantum ad centum annos, quia is finis vitæ longæui hominis eſt, ſcilicet non præſumitur homo viuere vltra centum annos: ita expreſſe *l. an vſusfructus*, & alios allegans Anton. Picchardus *in d. §. finitur , n. 7. inſtituta de vſufructu.*

25 Quod autem ſuperius dictum eſt, vſumfructũ morte vſufructuarij extingui , & reuerti ad Dominum proprietatis , ſeu conſolidari cum proprietate, iuxta Iura *n. 22.* adducta, Antonius Gomez *var. tom. 1. cap. 1. de iure accreſcendi n. 41.* ait præfata iura intelligi debere, quando vni tantum vſusfructus eſſet relictus , ſecus ſi pluribus; nam ſi duobus , vel pluribus relinquatur legatum vſusfructus alicuius rei , & vterque acceptet, & acquirat ſuam partem , & poſtea vnus repudiet, vel moriatur, vel alias deficiat, tunc (ait Gomez *ibid.*) eius portio accreſcit alteri ſocio , ſeu aliis , & non conſolidatur cum proprietate , quouſque aliquis ex ſociis ſuperſtes remanſerit, id quod expreſſe conſtat *ex l. 1. §. penult. ff. de vſufructu adcreſcendo* ; & tradunt etiam Sanchez *d. c. 2. n. 3. fine* , & Rebellus *de obligat. iuſtitiæ p. 1. l. 1. q. 7. n. 24.* Rationem autem reddit Gomez, ſcilicet quia præfata portio deficiens non eſt rei plenè, & perfectè domino , ſeu quoad dominium acquiſitæ, ideoque in illius rei vſufructu habet locum ius accreſcendi, tanquam in re non plenè, & perfectè Domino quæſita : verum quando ius accreſcendi habeat locum latiſſimè explicat Caſtillo *de vſufruct. c. 48. per totum.* Et illud quod vſusfructus extinctus redeat ad Dominum proprietatis, intelligi , ſi totus vſusfructus extinctus

extinctus ſit, notat Sanchez *dict. num.5.* colligitur ex *dict. §.finitur in fine inſtit. de vſufruct.* ibi: *cum autem finitus fuerit totus vſusfructus reuertitur ad proprietatem*: vbi gloſ.fin.ait,ſecus ſi pro parte.

Vſufructuarius an ſine Domini proprietatis conſenſu poſſit valide alienare, & in alium à Domino proprietatis transferre, non ſolum commoditatem vſusfructus, ſed etiam ipſius ius vſusfructus, ſeu actionem ad eum.

26 Prædictis vero præſuppoſitis, ſcilicet, quod vſusfructus ſit ſeruitus perſonalis,iuſve perſonaliſſimum, licet nonnulli Doctores relati à me *tom. 3. moralium. titul.6. num.351.fine*,Corduba *in l.ſi quis à liberis §.parens num.66.ff.de lib.agnoſc.* Pinellus *in l.1. C.de bonis maternis pag.39.* Caſtillus *de vſufruct. cap.69. num.12. vbi vide vſque ad finem numeri*, & plures alij Iuriſperiti à Petro Barboſa *in dicta l.vſufructu 58. num.2.* Sanchez *dict. lib.7.ſummæ,dict. cap.2.n.13.* & Caſtillo *dict. cap.69.n.15. relati*, quos ſequitur Antonius Picchardus *in d. §.finitur, num.14. inſtit. de vſufruct.* ſimpliciter & abſolutè aſſerunt vſufructuarium abſque Domini conſenſu poſſe impune & valide alteri alium transferre vſumfructum quoad ius ipſum vtendi, & fruendi, ſeu quoad actionem ad eum, & non ſolum quoad commoditatem, & fructus fundati. Textus *in l.arborib.13.ff.de vſufructu*,& plurib. aliis Text.à P.Barboſ.& Sanch. *vbi ſup.* adductis, in quibus expreſſe dicitur vſufructuarium poſſe alij vſumfructum concedere, locare, vendere,donare,quos Textus intelligere.& exponere non de vſufructu quoad ius vtendi, ſed de commoditate fructuum, magnam eſſe verborum improprietatem aiunt Pinellus & Caſtillo, & præterea dato tali intellectu, leges, de quibus in prædictis Textibus, viderentur impoſitæ verbis, & non rebus,contra regulam *l.2.in fine, Cod. communia de legat.* & hanc ſententiam tenere videtur Ioan. Baptiſta à S.Blaſio *de priuil.dotal.centur.3.priuileg.221.* vbi aſſerit, quod mulier vſumfructum,quem ab alio habet ſine Domini voluntate, poteſt dare in dotem marito, dummodo non det æſtimatum, nec apponat pactum de dote lucranda, ſi ſine filiis deceſſerit. Ad Textus autem *in l.ſi vſusfructus 66. de iure dotium,& in l.vſufructu mariti,C.de vſufructu*, & alios ſimiles, in quibus dicitur vſumfructum in aliam perſonam alienari non poſſe,Pinellus *d.p.3. n.40.verſic. inde ſimul*, & Caſtillus *d.c.69.n.16.* reſpondent in illis dici non poſſe in alium extraneum vſumfructum alienari ſolum ad ſignificandam talem alienationem(licet valeat)non nocere proprietario, quia effectus, & tempus,quo vſusfructus durare debet, non attenditur ex perſona illius in quem fuit facta tranſlatio, ſeu alienatio, ſed tantum ex perſona fructuarij alienantis. Cum quis non poſſit plus iuris in alium transferre quàm ipſe habet, regula *nemo poteſt plus 79. de reg.iur. in 6.* & ita negotium ipſum, ac ius Domini ſic manet, ac ſi alienatio non fieret, factáve eſſet. Limitat tamen præfatam ſententiam Caſtillus *d.cap.69. n.19.* (& idem dicit Riccardus *loco citato*) vt quamuis vſufructuarius poſſit alienare in extraneum vſumfructum venditione, donatione, aut alio modo, non tamen poſſit extraneo cedere, quia ceſſio ſit actus, quo iure ciuili omni modo Dominium transfertur,& ſic Domino tantum competit, & id docere Hotomanum, Pratenum, & Briſon. *de verbor. Iur.verb. cedere, & ceſſio*, & eumdem Briſon. *lib. 1. Selectarum, cap.7.* refert Picchardus *dict. num.14.*

27 Nihilominus Doctores communiter ſentiunt vſufructuarium ſuum vſumfructum quoad ius vtendi, & fruendi abſque conſenſu Domini non poſſe valide alienare,ſeu transferre in extraneum, ſcilicet non Dominum proprietatis, vendendo, donando, aut alio contractu, nec etiam alteri cedere; poſſe verò pro tempore ſuæ vitæ in alium transferre commoditatem vſusfructus; ſcilicet fructus ipſos,ſeu facultatem percipiendi fructus non ſolum per locationem, ſed etiam per venditionem & donationem, & etiam per ceſſionem: ita ex Doctoribus in præcedentibus allegatis Myſingerus *in d.§.finitur,inſtit. de vſufruct.* Gomez *var.tom.2. c.15 n.17.& in l.70.Tauri n.35.* P.Barboſa *in d.l.vſufructu 58. n.2.& 3.* Sanchez *d.c.2.n.15.* Auguſtinus Barboſ. *collectaneo ad l.vſufr. mariti,n.8.C.de vſufructu*, & centum alij à Patre Barboſa *d.l.vſufructu,n.1.verſ. præterea,& d.n.2.* Sanchez *d.c.2.d.n.15.& n.14.antecedenti.* Auguſtino Barboſa *allegato collectaneo n.3.& d.n.8.* & à me *tom.3. mor. var. tit.6.n.331.fine* relati. Prima pars huius communis ſententiæ, quod vſufructuarius ſuum vſumfructum non poſſit ſiue vendendo, ſiue donando, ſiue cedendo, ſiue quouis alio contractu alienare, & in alium transferre ſine Domini conſenſu, ita quod ſi alienet, alienatio ſit irrita, primò videtur ſatis aperte conſtare ex *d §.finitur,inſtit.de vſufruct. & ex d.l.vſufructu mariti C.de vſufructu.* Secundò probatur ex traditis, ſcilicet quia vſusfructus eſt ſeruitus perſonalis, iuſve perſonaliſſimum perſonæ cohærens,vt conſtat ex Textibus *ſuperius n.21.* adductis, & clare etiam *ex l.4.ff.de nouat.* & tradunt Doctores *ibidem* relati, & alij communiter, & conſequenter ad alium abſque conſenſu Domini non poteſt tranſire. Nec etiam nouus vſusfructus poteſt conſtitui per fructuarium, qui rei Dominus non eſt,ex quo fit, vt fructuarius ſine Domini proprietatis conſenſu nullo modo poſſit ſuum vſumfructum in alium transferre, & hanc ſententiam ſum ſequutus *d.c.6.n.282.& d.n.351.* Quæ magis confirmatur, quia ſi vſufructuarius poſſet validè vendere ſuum vſumfructum,iúſve ſuum vtendi,& fruendi, facta venditione iam non ipſe, ſed emptor eſſet vſufructuarius, ac proinde tantum per illius mortem extingueretur vſusfructus(quidquid ſecus dixerint Pinellus, & Caſtill.)non vero per vendentis mortem, vt probat *l.4.ff.de nouat.* & notat bene P.Barboſa *d.n.6.verſ. tamen*, cum iam non haberet vſumfructum,& ſic vera non ſunt tradita *ſupra n.22.* de extinctione vſusfructus morte vſufructuarij, nec etiam extingueretur per mortem proprietarij, quia vſusfructus morte proprietarij non finitur, ſed durat quouſque vſufructuarius viuit,*l.3.C.de vſufruct.* Caſtill. *de vſufruct. c.61. n.14.* P.Barboſa *in d.l.vſufructu,n.3. verſ. & quoad propoſitum*, & alij ab eodem P.Barboſa *ibidem*, & Auguſtino Barboſa *collectaneo ad d.l.3.n.3.* relati. Dixi initio *numeri,in extraneum*, quia in proprietarium à fructuario poteſt transferri vſusfructus proprius & quoad ius vtendi,vel fruendi, vt *infrà n.34.* notatur.

Altera pars communis ſententiæ, quod vſufructua- 28
rius licet non poſſit alienare, & in alium transferre ſuum vſumfructum iure vtendi,& fruendi, poſſit vero alteri vendere, cedere, locare, donare commoditatem percipiendi fructus,& vtendi,ac pro toto tempore vitę ſuæ,probatur, quia vſufructuarius transferens in aliũ ſolam commoditatem percipiendi fructus,& vtendi re non amittit vſumfructum, nec transfert in alium, ſeu abdicat à ſe ius ſuum vtendi,& fruendi,ſed in eo manet vſusfructus priſtinus, impeditus tamen quoad exercitium, ſeu quoad actum vtendi, & fruendi fructibus propter tranſlationem commoditatis in alium: quare vſufructuarius concedendo alij commoditatem, ſeu vtilitatem vſusfructus confert illi ius ad percipiendos fructus, eiſque fruendum, non nomine proprio,quod eidem vſufructuario ſolum competit ratione vſusfructus,ſed nomine ipſius vſufructuarij concedentis; nec eſt nouum, quod prohibitus alienare rem, retinendo ius quod habet in re quam nequit alienare,poſt vita ſua durante,aut pro tempore iuris ſui, alteri dare,concede-

re, aut cedere commoditatem percipiendi fructus, & vtendi re, vel ſeruitute ibi competente. Beneficiarius enim, ſeu Prælatus licet ſine ſolemnitate iuris non poſſit res Beneficij, ſeu Eccleſiæ alienare, vel ad longum tempus locare, poteſt tamen ad longum tempus, & ad totam vitam ſuam locare, & alteri concedere eorum commoditatem, fructus, & penſiones, ſeu redditus, vt aliis relatis probaui *d.tom.3.mor iur.tit.6.allegato,n.*351. Item licet Prælatus prohibitus alienare rem Eccleſiæ, & quiuis alius prohibitus alienare rem non poſſit ius vſusfructus, aut ius ſeruitutis perſonalis, vel prædialis in re conſtituere, poteſt tamen vita ſua durante, aut pro tempore ſui iuris alteri dare, concedere, aut cedere commoditatem percipiendi fructus, & vtendi re, ſeu ſeruitute, vt aliis relatis probaui *eodem tit.6.num.*282. *& d.n.*351. vnde emphyteuta, vel feudatarius prohibitus alienare res feudales, vel emphyteuticas ſine conſenſu Domini earum commoditatum pro tempore vitæ ſuæ, & ſui Iuris, poteſt alteri concedere, vt iiſdem *n.*282. *&* 351. notaui, & aliis Doctoribus relatis adiuncta etiam ratione *ibidem* videnda probaui, & quod vſusfructus quoad commoditatem percipiendi fructus, poſſit etiam locari, & ad longum tempus, & pro tota vita fructuarij, conſtat ex *leg.ſi quis domum,*§.1.*ff.locati, & l.nemo prohibetur,C.de locato*, & tradunt Garzias *de expenſis,c.*10.*n.*31. Petr.Barboſa *in d.l.vſufructu,n.*32.& alios allegans Sanchez *d.c.*2.*n.*16. & probant tradita à me *d.tit.6.n.*352.& Doctores *ibidem relati*, vbi probaui Beneficiarium iure Canonum antiquo poſſe ad longum tempus, etiam vita ſua durante locare commoditatem rerum ſui Beneficij, & ratio eſt, quia per eam locationem vſusfructus, non alienatur ipſe vſusfructus, ſed transfertur tantum facultas percipiendi fructus.

29 Hinc ad leges ſuperius *numero* 26. adductas, & ſimiles, in quibus dicitur vſufructuarium poſſe vendere, locare, donare vſumfructum ſuum, reſpondent P.Barboſa *d.l.vſufructu, n.*2.*verſ.non obſtant, & n.*6. Sanchez *d.c.*2.*n.*15. & alij Doctores huius poſterioris ſententiæ communis, intelligi non de vero vſufructu, ſeu vtendi, vel fruendi iure, ſed de commoditate percipiendi fructus, quam reſponſionem P.Barboſa *in d.l.vſufructu, n.*2.*fine*, confirmat ex traditis *in d.l.arboribus*, §.*vſusfructus, & non vtitur, ff.de vſufructu*, in quibus dicitur, *quod ſi fructuarius vendat vſumfructum, vel donet, non amittit vſumfructum, quaſi eo non ſit vſus, quia ſatis eſt per alium vti*: etenim inepta eſſet dubitatio Iureconſulti vtrum fructuarius videretur vti vſufructu, niſi intelligat non obſtante venditione vſumfructum quoad ius remanere adhuc in perſona fructuarij vendentis, quia ab eius perſona ſeparari non potuit quoad ius, ſed tantum quoad commoditatem fruendi. Neque huic reſponſioni, ſeu expoſitioni præfatarum legum obſtat illud, quod eſſet magna verborum impropriatio, nam illæ leges generaliter loquentes recte intelliguntur ſentire, quod licet fructuarius dicat ſe vendere, vel donare vſumfructum, valeat quidem donatio, & venditio, quia vt actus valeat exponitur, ſeu intelligi debet quod vendit, & donat vſumfructum quoad commoditatem fruendi, vt poſt plurimos alios Iuriſperitos notat P.Barboſa *n.*3.*& n.*6. eandem quoque expoſitionem fore admittendam Sanchez *d.n.*75.*fine*, confirmat ex eo, quod omnes leges eò tendunt, vt conſtituant differentiam inter vſuarium, & vſufructuarium, vt conſtat ex *inſtitut.de vſu, & habitatione, in fine principij*, quod (vt etiam ſuprà notatum eſt) conſiſtit in eo, quod vſuarius mero potiatur vſu, & nullam alienandi facultatem habeat, vſufructuarius verò habet aliquam facultatem alienandi, non ius vſusfructus, quod ſoli Domino proprietatis competit, ſed eiuſdem vſusfructus commoditatem, ac proinde vſufructuarius eſt medius inter Dominum, & vſuarium, & de eadem commoditate poteſt intelligi Ioan. Baptiſta de S.Blaſio *loco ſupra numero* 26. *allegato*, dum dicit mulierem vſumfructum ab alio acquiſitum ſine Domini conſenſu poſſe dare in dotem marito inæſtimatum, & ſine pacto de lucro dotis. Quamuis autem facienda ſit præfata interpretatio, ſeu expoſitio, ſi tamen conſtaret vſufructuarium voluiſſe vendere, & donare vſumfructum quoad ius vtendi, vel fruendi, non valeret talis venditio, & donatio iuxta *n.*27.& communem ſententiam, & expreſsè notat Barboſa *d.n.*3.*verſ. ſi autem, & n.*6.*verſ.quare ſi in ſpecie.* An vero ob talem venditionem, vel donationem ſeu tranſlationem eiuſdem vſusfructus quoad ius vtendi, & fruendi eo ipſo amittat illud ius, & vſusfructus redeat ad Dominum proprietatis, ſunt Doctores, & pro affirmatiua, quos referunt P.Barboſa *in d.l.vſufructu, n.*4.*initio*, & Sanchez *d.c.*2.*n.*20. & pro negatiua, quos referunt, & ſequuntur idem P.Barboſa *d.n.*4.*verſ.contrarium tamen*, & idem Sanchez *d.capit.ſecund.n.*21. ad quos recurrat lector. Ex prædictis colligitur id quod habetur *l. ſi is* §. *vſusfructus, ff.de pignoribus*, nempe quod vſusfructus dari poſſit pignori, vel hypothecæ, debere intelligi quoad commoditatem, quia cum ius vſusfructus perſonæ inſeparabiliter inhæreat (vt *ſupr. n.*21. probatum eſt) nullo contractu, nec etiam iure pignoris in alium transferri poteſt, vt aliis relatis P.Barboſa *d.l.vſufructu, n.*2.*verſ. vlterius*, & Sanchez *d.c.*2.*n.*16. & confirmat regula, quod prohibita alienatione cenſetur prohibita pignoratio, & hypotheca: de qua regula ego cum aliis *ibidem* relatis *d.tom.*3.*mor. var.tit.*5.*n.*277.*&* 278. confirmat etiam P.Barboſ. *in d.l.ſi is*, cum ibi dicatur creditorem ratione hypothecæ tuendum eſſe in vſufructu eadem ratione, qua emptor vſusfructus eſt in illo tuendus. Emptor autem non eſt tuendus, niſi quoad commoditatem vſusfructus, vt exprimitur *lege neceſſario*, §.*final. ff.de pericul.& commod.rei*, & ita etiam creditor ratione hypothecæ tuendus eſt quoad commoditatem fruendi, eodem modo idem P.Barboſa *ibidem* ait eſſe explicandam *l.ſed an via* 12.*de pignor.* dicentem etiam ſeruitutes ruſticas poſſe hypothecæ concedi, & illas poſſe creditorem vendere, ſi pecunia debita non ſoluatur, ſcilicet debere intelligi quoad commoditatem, id quoque colligit P.Barboſa ex illis verbis *creditor vtatur.* An verò etiam ſeruitutes vrbanæ hypothecari poſſint quoad commoditatem, ſunt opiniones oppoſitæ, de quibus latè idem P.Barboſa *n.*8. qui tenet negatiuam, & aſſignat differentiam quoad hoc inter ſeruitutem ruſticam, & vrbanam.

Diſcrimen inter vſumfructum, & eius commoditatem, & quandonam vſusfructus à proprietario alteri venditus, & commoditas vſusfructus in alium tranſlata ab vſufructuario extinguantur.

Ex traditis colligitur non eſſe verbalem differentiam 30 (vt Pinellus & Caſtillus *locis n.*26. relatis voluerunt) aſſerere, poſſe commoditatem vſusfructus alienari, non autem vſumfructum, ſeu ius vſusfructus; ſiquidem vera eſt differentia inter vſumfructum, & commoditatem; nam vſusfructus eſt ius vtendi, vel fruendi, commoditas eſt vtilitas, & facultas ſolum percipiendi fructus, vnde quod habet vſumfructum, habet ius vtendi, & fruendi proprio nomine. Is verò, cui eſt ab vſufructuario conceſſa commoditas, quam ipſe habebat percipiendi fructus, nomine ipſius vſufructuarij concedentis fructus percipit, & eis vtitur. Item ſi venditio vſusfructus à fructuario facta foret valida, emptor cenſeretur vſufructuarius, & illius, non venditoris morte finiretur vſusfructus, vt *ſuprà num.*28. notatum eſt, conceſſa autem alteri ſola commoditate, ſeu facultate

facultate percipiendi fructus, cum vſusfructus non amittatur, ſed maneat penes concedentem, vt *n.* 28. notatum eſt, eiuſdem concedentis morte extinguetur vſusfructus, & ex conſequenti commoditas, ſeu facultas percipiendi fructus per eum alteri conceſſa, vt notauit P. Barboſa vbi *ſup. n.* 3. *circa finem*, & clarè conſtat *ex l. neceſſario, §. fin. ff. de periculo, & comm. rei venditæ.* Item licet maritus, cui in dotem pro muliere vſusfructus fundi, cuius proprietatem mulier non habebat, à Domino proprietatis datus eſt, facto diuortio non poſſit transferre ius vſufructus in vxorem, poteſt tamen transferre commoditatem vtendi, ſeu percipiendi fructus *leg. ſi vſusfructus* 66. *ff. de iure dotium*, & *leg. vſusfructu* 58. *fine, ff. ſolut. matrimon.* & Petr. Barboſa *in d. leg. vſusfructus, numero tertio fine.* Quod ſi ius pateretur talem vſumfructum poſſe transferri in vxorem, ille non reuerteretur ad Dominum per mortem primi fructuarij, ſeu mariti, ſed potius per mortem vxoris, in quam ius vſusfructus eſſet tranſlatus, iuxta *l.* 4., *ff. de nouat.* & *notata ſuprà n.* 27. *fine.*

31 Ex quibus, & ex traditis in præcedentibus numeris notanda eſt differentia, quando qui habet in fundo alieno vſumfructum, ſeu ius vſusfructus, vſumfructum ſuum alteri vendit, & quando Dominus proprietatis vſumfructum eiuſdem proprietatis vendit alter (de quibus duobus caſibus agitur *d. leg. neceſſario, §. final. ff. de pericul. & commod. rei.*) Quando enim habens tantum vſumfructum illud vendit (quæ venditio cum fructuarius vendens habeat tantum ius vſusfructus à perſona inſeparabile, intelligenda eſt de commoditate, & perceptione fructuum, vt actus valeat iuxta notata *n.* 29.) morte vendẽtis etiam ſtatim poſt venditionem ſequutã extinguitur omnino vſusfructus, & ſic etiã cõmoditas tranſlata in emptorem, nã cũ hæc cõmoditas dependeat à iure vſusfructus, extincto vſufructu per mortem fructuarij vendentis ex neceſſitate extinguetur commoditas, ſeu facultas percipiendi fructus ab ipſo vſufructu dependens *leg. cum principalis, ff. de reg. iur.* & ſic venditoris hæres nihil emptori debebit, vt dicitur *dict. leg. neceſſario d. §. fin.* licet dum ipſe venditor viuit, etiamſi moriatur qui vſumfructum emit, vſusfructus venditi commoditas debeat remanere penes hæredem emptoris, vt *eodem §. fin.* exprimitur, & quod quando ab vſufructuario vſusfructus ſolum quoad commoditatem fructus percipiendi conceſſus alteri eſt contractu locationis, morte conductoris locatore viuente non extingui vſumfructum, neque illius commoditatam, conſtat etiam *in leg. ſi ſocius, in fin. Codic. de iure dotium.* At quando Dominus proprietatis eius vſumfructum alteri vendit, per mortem vendentis non extinguitur vſusfructus, & conſequenter etiam eiuſdem venditoris hæres debet pati vſumfructum manere apud emptorem, vt *eodem §. fin.* eſt expreſſum (qui tamen vſusfructus eiuſdem emptoris morte finitur: nec ad illius hæredem tranſit, iuxta tradita *num.* 22. & text. *ibidem* adductos) quia etiam vſusfructus magis pendet à cauſa dominij, *leg. quod noſtrum, ff. de vſufruct.* ſicut dominium non extinguitur morte proprietarij, *l. cum hæredes in principio, ff. de acquir. poſſ.* Ita quoque neque vſusfructus ab eodem Dominio dependens: ſic proprietarij hæres debet pati emptorem retinere vſumfructum, venditionémve ratam habere, vt conſtat etiam ex *l.* 3. *Cod. de vſufruct. fine*, vbi quod dum viuit legatarius vſusfructus, illum retinet, licet moriatur Dominus proprietatis. Ex traditis quoque infertur, quod ſi ſola commoditas vſumfructus ſit locata alteri cum morte conductoris non extinguatur vſusfructus, ſeu ius vſusfructus, quod manet penes locantem, etiam locatio non extinguitur, ſed tranſit ad conductoris hæredes, iuxta regulam generalem *leg. viam Codic. de locat.* Si verò proprietatis Dominus alteri locet vſumfructum proprium, ſeu ius vtendi, & fruendi, quia morte conductoris extinguitur vſusfructus iuxta tradita, quod morte vſufructuarij finitur vſusfructus, etiam locatio extinguitur, neque tranſit ad hæredem conductoris, vt per text. *in leg. ſi Domino, Codic. de vſufructu*, tradunt Gloſſ. Bartol. & Baldus ibidem, & alij quos refert, & approbat Petr. Barboſa *in d. leg. vſufructu, numero ſexto fine.* Colligitur etiam ex traditis, quod non inconuenit apud vnum eſſe ius vſusfructus, & apud alium commoditatem percipiendi fructus, & conſtat quoque *ex leg. neceſſario, §. final. ff. de pericul. & comm. rei*, & notauit Ludouicus Molina *de primogenitis libro prim. capit.* 20. *numer.* 11. poſt Oldradum *conſilio.* 102. *prope finem.* Plura de iis apud eumdem Petr. Barboſ. *in dict. l. vſufructu, numero quinto, ſexto, & ſeptim.* quæ tamen compendiosè ſuprà traditis perſtringuntur. Prædictis præmiſſis deueniendo ad reſolutionem difficultatis in titulo huius paragraphi tertij propoſitæ.

Cum in dotem datur vſusfructus, quando nam cenſeatur datus verè vſusfructus, ſeu ius vſusfructus traditum pro dote, & quandonam intelligatur data ſola commoditas, ſeu facultas percipiendi fructus.

32 Si Pater mulieris vſumfructum rei, ſeu fundi, cuius ipſe eſt Dominus, pro ea in dotem marito, vel alius à Patre Dominus proprietatis eiuſdem proprietatis vſumfructum pro muliere conſtituit marito in dotem, non ſola commoditas percipiendi fructus, ſed ipſe vſusfructus, ſeu ipſum ius vſusfructus datur, ſeu ipſum ius vſusfructus cauſa dotis transfertur in maritum, vt conſtat *ex leg. ſi vſusfructus* 66 & colligitur etiam ex *leg. vſufructu, ff. ſolut. matrimon.* & probant etiam tradita in præcedentibus, quia Dominus proprietatis non prohibetur in proprio fundo conſtituere ſeruitutem dando alteri fundo vſumfructum; ſeu ius vtendi, & fruendi, reſeruato ſibi Dominio, cum quilibet pro libito de re ſua poſſit diſponere, dummodo non contra leges.

33 Ob eamdem rationem mulier pro dote ſua dans marito vſumfructum fundi, ſeu rei, cuius ipſa eſt domina, non commoditatem ſolam fructuum percipiendorum, ſed verum vſumfructum, iúſve vſusfructus cenſetur dare, & conſtat pariter ex *dicta lege vſufructu.*

34 Item ſi mulier habens vſumfructum fundi, ſeu proprietatis, cuius Dominus eſt maritus, eidem marito pro dote dederit vſumfructum, ius ipſum vſusfructus transfertur in maritum, vt pariter conſtat *ex d. leg. vſufruct.* & aliis iuribus *ſuprà numero* 27. adductis, & ſimilibus, ex quibus patet ſolum in extraneum non poſſe alienari, & transferri vſusfructus ſine conſenſu Domini proprietatis, in ipſum verò proprietarium transferri poteſt vſusfructus venditione, vel donatione, alióve contractu *§. finitur, inſtitut. de vſufruct.* & *leg. ſi vſusfructus* 66. *ff. de iure dotium*, quo caſu vſusfructus in dotem datus conſolidatur cum proprietate, cum in vniuerſum vſusfructus in dotem datus proprietario conſolidetur cum ipſa proprietate *§. finitur inſtitut. de vſufruct. leg. cum in fundo* 78. *ff. de iure dotium*, & *leg. vti frui in princip. ff. ſi vſusfructus*, quia nemo in rem ſuam habet ſeruitutem, ſed in alienam, vt dicitur *d. l. vti frui*, & notatum eſt *ſup. n.* 19.

35 Si habens tantum vſumfructum fundi, ſeu proprietatis, cuius alius à marito ſit Dominus (ſiue habens talem vſumfructum ſit mulieris pater, ſiue alius, ſiue ipſa mulier) det eumdem vſumfructum marito pro dote de conſenſu, & voluntate Domini proprietatis, non ſolum commoditas fructuum, ſed ipſe vſusfructus,

quatenus

quatenus eſt ius vtendi, & fruendi, marito acquiritur nomine dotis, non quia prior viuſfructus ſit in maritum translatus, ſed quia nouus cenſetur in illius perſonam nomine dotis conſtitutus, vt conſtat ex notatis *ſup.numer.*23.

36 At vero ſi idem pater mulieris, vel extraneus, vel eadem mulier habens vſumfructum proprietatis, cuius alius à marito eſt dominus, nomine dotis marito det talem vſumfructum, intelligi, & cenſeri debeat dediſſe tantum commoditatem percipiendi fructus proprietatis, non ipſum ius vſusfructus, quod omnino perſonæ inhæret, neque ſine conſenſu domini poteſt in alium transferri, licet poſſit transferri commoditas ipſa ſola ſine iure vſusfructus. Quæ omnia conſtant ex traditis *ſuprà numero* 27. 28. 29. *&* 30. & hoc caſu commoditas extinguitur, & ceſſabit morte dotantis, iuxta tradita *numero* 30. *&* 31. Quare quod Ioan. Baptiſta à S. Blaſio *de priuilegiis dotalibus cent.* 3. *numero* 21. dixit, ſcilicet eſſe ſpeciale in vxore fructuaria, vt poſſit ex cauſa dotis vſusfructus transferri in maritum abſque domini conſenſu, & ſimiliter, vt maritus poſſit transferre in vxorem vſumfructum ex cauſa donationis propter nuptias ſine domini conſenſu, allegans Textum *in cap.nuper, de donat. inter vir. & vxor.* non poteſt eſſe verum ſi intelligatur de tranſlatione, ſeu conſtitutione veri vſusfructus, qui debeat durare in vita illius, in quem transfertur, cum hoc caſu requiratur Domini conſenſus, vt ex traditis ſupradictis numeris conſtat. Verum autem erit dictum Io.Baptiſtæ, ſi intelligatur de tranſlatione iuris vſusfructus ſolum durante vita transferentis, cum huiuſmodi translatio aſſimiletur commoditati fructuum, vt bene P. Barboſa *in d.l.vſufructu n.* 21.*ver.& iuxta*, quia paulo ante *d.n.* 21. notat Textũ *in d.c.nuper*, procedere in illis caſibus, in quibus in effectu ſola commoditas cenſetur donata vxori, quæ debeat tantum durare, dum maritus viuit.

37 Aduertendum, quod ſi nuda proprietas in dotem data ſit (quod fieri poſſe conſtat *ex l.* 4. *ff.de iure dotium*) ſi poſtea vſusfructus acceſſerit, incrementum, ſeu acceſſio vſusfructus non eſt noua dos, ſed veteris dotis augmentum, quemadmoudm ſi quid alluuione acceſſiſſet. Ita *d.leg.quart.* vnde Bartolus *ad titul. in d. leg. quart.* ait, quod ſi ille, qui emit, vel in dotem accipit nudam proprietatem ſoluit gabellam (vbi ex ſtatuto debet ſolui pro extraneo) vſufructu redeunte ad proprietatem non tenetur pro eo ſoluere gabellam, quia non eſt noua acquiſitio, ſed prima res acquiſita, re ipſa aucta abſque hominis facto. Cum autem nuda proprietas ſine vſufructu datur, & accipitur in dotem, illius vtilitas, ſeu fructus conſiſtit partim in ſpe vſusfructus accedendi, partim in eo, quod ſi proprietas illa nuda data ſit æſtimata, ſeu ipſa æſtimatio data ſit, obligari, ſeu oppignorari poteſt à marito, cum ſoluto matrimonio ſit eius æſtimatio reſtituenda, *leg.ſext. Codic. de vſufructu*, cum tamen maritus habens in dotem ſolum vſumfructum proprietatis mulieris, ſeu cuius mulier eſt domina, nec in dotem eam dedit, nullo modo poſſit eam proprietatem pignori dare, vt eadem *l.*6. dicitur.

Vſusfructus in dotem datus, quomodo facto diuortio debeat reſtitui mulieri, vel ea mortua eius hæredi.

38 Supradicta quoad ipſam conſtitutionem dotis ſuper vſufructu tradito, ſeu translato in maritum ex cauſa, ſeu nomine dotis; reſtat explicandum, quomodo vſusfructus in dotem datus debeat facto diuortio reſtitui mulieri, vel ea mortua eius hæredi; qua de re agitur *in d. l. vſufructu* 58. *ff. ſol.mat.* vbi ſcribentes, & etiam *in l.ſi vſufr.*66.*ff.de iur. dot.* & difficultatem quoad huiuſmodi reſtitutionem vſusfructus in dotem dati facit quod ex vna parte res dotales reddi debeant poſt diuortium, vel ſolutum matrimonium eo modo, quo à marito acceptæ ſunt, vt Petr.Barboſa *in d.l.vſufr. principio* colligit *ex l.*2.*in princ. ff.ſol. matr.& ex l.in rebus, C.de iure dot.* Ex altera vero parte, cum vſusfructus ſit ius inhærens perſonæ vſufructuarij, à qua non poteſt ſeparari, & ſic nec transferri in eum, qui non ſit dominus proprietatis, non videtur in vſufructu in dotem dato poſſe cadere reſtitutionem veram, & propriam. Quæ tamen difficultas ex traditis ſupra, & mox tradendis in explicando qualiter vſusfructus in dotem datus debeat reſtitui vxori, vel eius hæredibus, remanebit ſoluta.

Igitur ſi mulier, quæ habet vſumfructum proprietatis, cuius maritus erat dominus, iuxta *n.*34. illum dedit 39
in dotem eidem marito, cum in tali caſu vſusfructus fuerit conſolidatus cum proprietate, facto diuortio, pro reſtitutione dotis maritus debet denuò cõſtituere vſũfructum ipſi vxori viuenti, vt dicitur *l. cum in fund.*78. *in princ.ff.de iur.dot.*& aliis relatis Petrus Barboſ.*in d.l. vſufr.n.*20.*ff.ſol.mat.*& ſic fiet reſtitutio dotis, ſeu vſusfructus eo modo, quo in dotem datus eſt: At mortua vxore nondum illi vſufructu de nouo conſtituto, hæredi mulieris non debetur, ſeu relinquitur vſusfructus, *d.l.cũ in fundo,& d.l. vſufructu.* Nã ſi maritus vxori vſũfructum reſtituiſſet, eiuſdem vxoris morte finiretur, & conſolidaretur cum proprietate *d.* §. *finitur, Inſtit. de vſufructu*, atque adeo illius hæredi non eſt reſtituendũ. Quod ſi maritus fuerit in mora reſtituendi vxori vſumfructum, tenebitur tantum ſoluere hæredi vxoris id, quod mulier fuiſſet habitura, ex vſufructu mora reſtitionis ſecluſa, & probant notata *d. l. vſufr. ſine verſic. quippe ſi l. ſi pater C. de vſufr. & l.ſi filiofam.* §. *marit. ff.ſol.matr. vnde quod d.l. vſufr. verſ. ſi cum haberet*, ſcilicet quod mulier nihil hæredi ſuo relinquet, intelligitur de ipſo vſufructu, non de emolumento, quod fuiſſet conſequutura vxor ſi maritus in mora reſtituendi illi vſumfructum non fuiſſet.

Quod ſi maritus ante diuortium, ſeu antequam ve- 40
niret dies reſtituendi dotem alienauit proprietatem fundi, quia tunc ipſe eſt ſolus fructuarius, & ſic non poteſt cedere ipſum ius vſusfructus, iuxta tradita, tenebitur commoditatem vſusfructus eidem vxori tradere, & cõſequenter etiam vxoris hæredi (quidquid ſecus ſenſerint Bartolus *in l.vſufr.n.*3.*ff. ſol. mat. & ibidem* Imola *n.*3.) apud eum manſuram, dum ipſe maritus viuit, conſtat ex *d.l.vſufr.fine*,& tradit *ibidem Gloſſa* 1. *ad finem*,& Petr.Barboſa *n.*12. *verſ.* 2. *infertur.* Neque obſtat, quod ſi alienatio per maritum non fuiſſet facta, vſusfructus eſſet duraturus tantum in vita mulieris, quia cum ob alienationem maritus non poſſit amplius reſtituere verum, & proprium vſumfructum, ſcilicet ipſum ius vſusfructus abſque domini conſenſu, eius loco tenetur commoditatem vſusfructus vxori concedere, quæ commoditas natura ſua tranſit ad hæredes, *l. neceſſario* §.*fin.ff.de pericul.& comm.rei.* Cũ enim onus ſit mulieris, vt in tali caſu fiat ei tantum reſtitutio commoditatis percipiendi fructus, debuit in alio releuari, vt hanc commoditatem hæredi ſuo poſſet relinquere. Neque etiam obſtat, quod *d.l.vſufr. verſ.ſed puto*, dicit generaliter maritum hæredi vxoris non teneri vſumfructum reſtituere, non diſtinguens vtrum maritus alienauerit proprietatem necne, nam Textus ibi loquitur in caſu quo maritus retinet proprietatem; & ſic poteſt facere propriam reſtitutionẽ vſusfructus, tunc enim hæredi mulieris eam facere non tenetur, vt dictum eſt; at vbi ob alienationem proprietatis non poteſt fieri vſusfructus reſtitutio, ſed tantùm commoditas reſtitui

tui

tui poteſt, quæ iuxta ſuam naturam eſt ad mulieris hæredem tranſmiſſibilis, ac proinde ei poteſt relinqui.

41 Si vxor dedit in dotem ſeu ex cauſa dotis marito conſtituit vſumfructum proprietatis, cuius ipſa eſt domina, maritus facto diuortio ſic debet cedere eundem vſumfructũ eidem mulieri cum proprietate, qui conſolidabitur cum proprietate *d.l.vſufr.ff.ſol.matrim.*& ſic etiam in hoc caſu erit vſusfructus vera, & propria reſtitutio, & ſimiliter poſt mortem vxoris maritus eundem vſumfructum debet reſtituere vxoris hæredi, cum ad ipſum tranſeat proprietas, vt conſtat ex *lege vſufructu verſ.quod ſi fundi*, vbi licet Textus dicat hoc caſu fundum eſſe reſtituendum hæredi mulieris, quia ſi maritus non fuiſſet in mora reſtituendi mulieri vſumfructum, deberet nihilominus maritus illum reſtituere hæredi vxoris, ad quem ipſa tranſmiſit proprietatem, & illa ratio Textus videtur addita maioris claritatis gratia, vt notauit P. Barboſa *n.*11. Additur, quod ſi maritus eodem vſufructu fundi, cuius proprietatem mulier retinuit, non vſus fuerit longo tempore ex ſua culpa, tunc etiam conſtante matrimonio & nondum facto diuortio vſusfructus reuertetur ad mulierem, & conſolidabitur cum proprietate, *d. l.cum in fundo ff. de iure dot.* Boſcherius *de legitimis nuptiis lib.6. num.*58.

42 Quod ſi eadem mulier proprietaria conſtante matrimonio fundum, ſeu proprietatem alienaſſet, licet poſt factum diuortium ei à marito non poſſet reſtitui propriè vſusfructus, vtpote perſonæ inhærens, nec in aliũ abſque proprietarij conſenſu tranſmiſſibilis, iuxta tradita in præcedentibus, tamen eidem marito erit reſtituenda (cum dotis reſtitutio fieri debeat eo modo quo fieri poteſt) commoditas percipiendi fructus, quam fructuarius in alium transferre poteſt, vel eiuſdem commoditatis pretium ſoluendum, ſi in hoc partes conuenerint. Ita colligitur ex *d. l.vſufructu, verſ. ſi vero alienata in fine*, & conſtat ex *l. cum in fundo §. quod ſi mulier verſ.quod ſi alienauerit ff.de iur.dot.* Et ſi maritus non vtendo per tempus longum amiſerit vſumfructũ (vt poteſt amittere *d verſ.quod ſi alienauerit*) tenebitur vxori æſtimationem vſusfructus ſoluere, quia ſi non amiſiſſet, tenebatur illum vxori reſtituere eo modo, quo de iure poſſet, vt *d.§. Quod ſi mulier allegato verſ. quod ſi alienauerit eodem §. ſi mulier, verſ. ſin autem vſumfructum.* Additur ſi maritus vſumfructum non amiſit, eundem maritum non amittere vſumfructum per mortem vxoris, quia vſusfructus non amittitur, ſeu finitur, niſi morte vſufructuarij. Etſi autem morte vxoris non amittat vſumfructum maritus ſuperſtes, tenebitur tamen illum reſtituere hæredi mulieris quoad commoditatem fruendi, ſeu percipiendi fructus, cum commoditas ſit tranſmiſſibilis ad hæredem, vt *n.*31. notatum eſt, debet enim fieri reſtitutio dotis eo modo, quo fieri poteſt, & extinguetur in eodem hærede commoditas per mortem mariti vſufructuarij, vt conſtat ex traditis *dicto num.*31. *& numeris antecedentibus.* Poterit etiam, vt conſtat ex *d.l.vſufructu, & l. cum in fundo §. quod ſi mulier verſ. ſed etſi non ff.de iur. dotium*) hoc caſu mulier pro reſtitutione dotis vti alio remedio, ſcilicet domino proprietatis à ſe venditæ vendere vſumfructum (ſi ipſe emere voluerit) cum domino poſſit vendi vſusfructus, *vt ſupra num.*34. notatum eſt, & ſic mulier habebit pretium vſusfructus, & ſi maritus fuiſſet in mora reſtituendi vſumfructum quoad commoditatem vxori, & mulier interim moriatur, tenebitur maritus hæredi vxori reſtituere pretium, quod proprietarius volebat mulieri dare, quod ipſa fuiſſet habitura, ſi maritus ſuo tempore ei reſtituiſſet vſumfructum, vt colligitur ex *d.l. vſufructu*, & tradit Caſtrenſis *ibidem n.*3. & poſt Caſtrenſem P. Barboſa *in d.leg. vſufructu, num.*21. *verſiculo additur.*

Porrò ſi mulier domina nudæ proprietatis ſibi dedocto vſufructu à donatione illam marito dediſſet in dotem, & donator quoque vſumfructum ſibi reſeruatum dedit in dotem pro eadem muliere, & deinde conſtante matrimonio mulier vendidit nudam proprietatem; facto diuortio commoditas vſusfructus, vel æſtimatio reſtitui debet mulieri, & ea mortua eius hæredi, apud quem eadem commoditas durabit, dum viuit maritus. Si autem mulier vendidit fundum tanti quanti venire debet, non detracto vſufructu, itavt pretium æquiualeat proprietati, & vſufructuario ſimul, tunc mulier intelligitur conſtante matrimonio dotem recepiſſe, ita Hotomanus *diſp. de dotibus*, vbi de qualitate rerum, quæ in dotem dari poſſunt.

Si verò mulier, quæ habebat tantum vſumfructum, dedit illum in dotem marito, qui non erat proprietarius, quo caſu intelligitur dediſſe ſolum commoditatẽ percipiendi fructus, *vt ſuprà n.*36. notatum eſt, maritus facto diuortio tenetur reſtituere, ſeu cedere eidem vxori eandem commoditatem, & ea mortua illius hæredi remanebit, iuxta tradita *in d.l.vſufr.ff.ſol.matr.* cum talis commoditas ſua natura in alium transferri poſſit *d.l.neceſſario, § fin.ff.de pericul. & comm.rei*, & ex traditis conſtat. Vnde erit propria reſtitutio, ſcilicet eiuſdem rei omnino, quæ data fuit in dotem. 43

Et ob eandem rationem, ſi extraneus, qui habebat vſumfructum fundi alieni, cuius maritus non erat dominus, dedit illum eidem marito in dotem pro muliere, cum extraneus is non potuerit in maritum transferre ius ipſum vſusfructus, poſt diuortium tenebitur eandem commoditatem in vxorem transferre, & ea mortua in illius hæredem tranſibit, quæ omnia conſtant *ex d.l. vſufructu.* 44

Si extraneus aliquis dominus fundi ſuper eodem ſuo proprio fundo conſtituit, & dedit marito vſumfructum pro muliere (quo caſu non ſola commoditas, ſed ipſum ius vſusfructus in maritum transfertur iuxta tradita *ſuprà n.* 33.) poſt diuortium licet non poſſit vſumfructum formaliter, & quoad ius ipſum vtendi, & fruendi (quod eſt perſonaliſſimum, in aliumque ſine domini conſenſu nequit transferri, vt *in præcedentibus* probatum eſt) tenebitur tamen maritus cedere mulieri commoditatem vſusfructus, præſtita cautione de ea non moleſtanda, vt dicitur *d.l.vſufr. ff. ſol. matrim.* Quia vſufructuarius iuxta *d.l.neceſſario, §.fin. ff.de pericul.& comm rei*, & tradita *in præcedentibus*, etſi non poteſt vſumfructum in alium transferre, poteſt tamen commoditatem fructuum, ac proinde maritus debet facere reſtitutionem, quã poteſt cedendo mulieri commoditatem vſusfructus, cum non poſſit ipſum ius vſusfructus ad eandem vxorem transferri, vt ex eadẽ *l.vſufr.* conſtat, vt etiam *ibid.fine* dicit Iureconſultus, quod maritus fructuarius eandem commoditatem percipiendi fructus vxori viuenti ceſſam, mortua eadem vxore eius hæredi tenebitur præſtare, ſeu pati hæredem percipere vtilitatem vſusfructus, quia hæc commoditas non extinguitur, (*vt ſupr.* notatum eſt) morte eius, cui à fructuario conceditur, & ſic tranſmittitur ad illius hæredem duratura, dum viuit fructuarius ipſe concedens, cuius morte extinguitur vſusfructus; & ex conſequenti etiam commoditas ab eo dependens, *vt ſuprà* notatum eſt, & traditur *d.l.neceſſario, §.fin.ff de peric.& comm. rei*, & ſi maritus poſt diuortium fuerit in mora reſtituendi eam commoditatem vxori, cum interim conſequatur vtilitatem, quæ ad vxorem pertinebat, illam commoditatem eiuſdem mulieris hæredi obligatur reſtituere, iuxta *d.l.vſufructu fine*, & notata *ſupra n.*39. 45

Poterit autem in hoc caſu à marito etiam reſtitui ipſe vſusfructus de conſenſu, ſeu voluntate proprietatij, vt *in l. vſufructu verſ.vel ſi ſe accommodauit* conſtat. Et ſi non idem vſusfructus, qui erat penes maritum, ſed 46

alius

alius nouus cenſetur per proprietariom conſlinitus in perſona vxoris,iuxta tradita *ſuprà n.*23.Ita quod vſusfructus cenſetur prius à marito traditus Domino rei conſentienti, & conſolidatus cum proprietate, & rurſus breui manu in perſona mulieris de nouo conſtitutus,*vt eodem num.*23. explicatum eſt. Atque ideo talia vſusfructus non extinguetur morte mariti, ſed morte vxoris, iuxta notata *eodem num.*23.

48 Item in hoc eodem caſu pro dotis reſtitutione poterit mulier voleuti emere domino proprietatis vendere Illi vſumfructum iuxta notata *ſuprà numer.* 41. *verſ. poterit*, & ita habebit pretium, quod etiam ea mortua ad eiuſdem mulieris hæredem tranſibit,prout *eodem num.*42. explicatum eſt, & colligitur ex *d. lege vſufruct. verſiculo nam & finge ff. ſoluto matrimonio, & ex lege cum in fundo §. ſi quod mulier verſ. ſed & ſi non ſit ff. de iure dotium*, ac notarunt Doctores *eodem numero* 42. allegati.

49 Rurſus in hoc eodem caſu Maritus pro reſtitutione dotis poteſt vſumfructum ab extraneo proprietario ſibi in dotem datum locare vxori, vt expreſsè habetur *l. ſi vſusfructus 66. ff. de iure dotium*, quia etſi vſusfructus vendi non poteſt iuxta notata *ſuprà n.*27. poteſt tamen locari *l. ſi quis domum* § 1. *ff. locati, & l nemo prohibetur, C. de locato*, & tradunt Doctores relati *ſuprà n.*8. *fine*,quia per huiuſmodi locationem non alienatur ipſe vſusfructus, ſed tantum transfertur facultas percipiendi fructus, vt *eod. n.*28. notatum eſt.

50 Denique *d. l. vſusfructus* in hoc eodem caſu additur aliud remedium reſtituiionis dotis, ſcilicet quod Maritus vendat vxori vſumfructum vno nummo; quo caſu tamen non eſt vera vſusfructus venditio, quam fructuarius non poteſt facere extraneo, ſed venditio ficta, & ſimulata, ſcilicet ſub nomine venditionis in mulierem transfertur non ius vſusfructus, ſed tantum facultas percipiendi fructus, vt poſt alios explicat latius Petrus Barboſa *in dicta lege vſufr. dicto n.*22. Cum enim vxor ſit emens vno nummo nihil conſiderabile pro vſufructu, ſcilicet illius commoditatem ſoluat, eidem perfectè videtur reſtitutus vſusfructus quoad illius vtilitatem.

51 Quod autem *ſuprà n.*42. dictum eſt, ſcilicet vſumfructum ſibi in dotem datum poſſe maritum amittere, ſi illo non vtatur per longum tempus (quod expreſsè habetur *l. cum in fundo §. quod ſi mulier verſ. quod ſi alienauerit ff. de iur. dotium*, & innuitur *lege 3. §. penultimo verſ. an ergo ff. de rebus eorum*) an habeat locum etiam in ſeruitute reali fundo cohærente, an vero ſicut res dotales prohibentur alienari, & ſic non poſſunt tempore amitti *lege ſi fundo ff. de fundo dotali, & lege vbi lex ff. de vſucap.* ita etiam ſeruitutes reales fundo dotali debitas, eique cohærentes non [illegible] ſint à marito amitti per non vſum, latè pertractat Petrus Barboſa *in dicta lege vſufr. n.*22. *verſ. his ita explicatis, & n.* 23. *ff. ſol. matrim.* ad quem recurrat lector, non enim huius loci eſt huiuſmodi difficultatem explicare; ſat eſt innuere vtramque opinionem eſſe probabilem, & idem Petr. Barboſa concludit non poſſe amitti per non vſum.

§. IV.

An, & qua ratione emphyteuſis poſſit dari in dotem.

52 PLura ex traditis *in præcedenti paragrapho* inſeruiunt reſolutioni præſuppoſitæ quæſtionis, cum vſusfructus,emphyteuſis, feodum ſint iura perſonalia, & in pluribus à pari procedant, licet in aliquibus differre probet P. Barb. *in l. vſufr. n.*29. *ff. ſol. mat.*

Sola commoditas emphyteuſis ſine Domini directi conſenſu poteſt in alium transferri.

Quare etiam hic aduertendum eſt, aliud eſſe ius emphyteuticum ſuper re emphyteutica, aliud commoditas,ſeu facultas percipiendi fructus ex re emphyteotica,vt notaui *in tom. 3. mor. tit. 6. n.* 282. *& n.* 351. & tradunt Ludouic. Molina *de Primog. lib. 1. cap. 20. n. 2. ad* 14. P. Barboſa *in d. l. vſufr. n.* 14. *& n.* 27. *verſ. quatenus ſi agatur, & verſ. quod ſi tranſactio*, Corbulus *cap. de cauſa priuationis ob alienationem irrequiſito Domino factam, limitatione* 26. & alij Doctores à me *dictis numeris* 282. *&* 373. relati, & alij qui infrà allegantur aſſerentes emphyteutam quidem non poſſe alienare ius emphyteoticum, poſſe vero commoditatem prædicti iuris, facultatemque ex re emphyteotica fructus percipiendi in alium transferre ſine conſenſu Domini pro tempore vitæ eiuſdem emphyteutæ transferentis. Et huius diſcriminis rationem *dictis numeris* adduxi, ſcilicet quia tranſlatio iuris emphyteotici in alium, ſiue per venditionem, ſiue ceſſionem, ſiue donationem, aut alium contractum eſt vera alienatio [quæ ſine Domini conſenſu fieri nequit] quia per huiuſmodi venditionem donationem,vel ceſſionem vtile Dominium, & ius in re transfertur, alteri autem dare, concedere, vel cedere commoditatem percipiendi fructus, & vtendi re pro tempore iuris ſui, & tantum in ſui præiudicium non eſt vera alienatio, quia non transfert Dominium vtilum, aut ius aliquod in re [quod manet in ipſo emphyteuta, non obſtante conceſſione commoditatis] ſed inducit tantum obligationem perſonalem ad fructus percipiendos, quæ perſonam tantum aſtringit: vnde eſt diuerſum ab ipſo iure emphyteotico, quia non ipſam rem, ſed ſolum perſonam concedentis ſequitur. 53

Emphyteuta, vel feudatarius, an ſine Domini directi conſenſu poſſit conſtituere vſumfructum ſuper re emphyteotica, vel feudali.

Hinc inferri poteſt reſolutio illius quæſtionis, an emphyteuta,vel feudatarius in re emphyteotica poſſit conſtituere ſeruitutem vſusfructus, iuſve vtendi & fruendi, ſeu vſumfructum rei emphyteoticæ ſine conſenſu Domini in alium transferre: negant enim Clarus §. *feudum quæſt.* 37. *n.* 2. & alij ab eodem *ibidem*, & à P. Barboſa *d. num.* 14. allegati, & probat Clarus ea ratione, quod vſusfructus ſit pars dominij, ac proinde ſicut emphyteota, vaſſalluſve prohibitus eſt alienare vtile domini m ſine Domini directi conſenſu, ita etiam non poteſt alienare eius partem. Affirmant vero [ſi ſeruitus, ſeu vſusfructus imponitur, & in alium ſuper re emphyteotica, vel feudatario durante tantum iure emphyteutæ, vel feudatarij imponentis, ſeu transferentis, & in ſui tantum præiudicium] Ludouic. Molina *d. cap. 20. num. 6. & pluribus ſeqq. vſque ad num.* 13. & plurimi alij ab eodem *dict. num.* 6. & à P. Barboſa *d. num.* 14. *allegati*, & alij quos referunt, & ſequuntur Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 12. *tit.* 21. *n.* 13. & Camillus Borellus *in ſumma dec. tom.* 3. *tit.* 4. *n.* 247. Reſolutio eſt, ſententiam negatiuam procedere, ſi per conſtitutionem vſusfructus transfertur ius ipſum emphyteoticum, & in re alterum, & cum præiudicio domini,vel ſucceſſoris, vt notat Additionator ad Clarum. Sententia vero affirmatiua aſſerens ſuper fundo emphyteotico, vel feudali poſſe ſine conſenſu Domini imponi ſeruitutem, conſtituique vſumfructum durante vita ſiue iure emphyteutæ, vel feudatarij 54

feudatarij (quod & fieri poſſe habetur *l.lex vectigali, ff.de pign.* vt etiam notauit P. Barboſa) valereque huiuſmodi conſtitutionem irrequiſito domino probatur, quia hæc conſtitutio vſusfructus, potius eſt conceſſio commoditatis percipiendi fructus & vtendi, quam veri, & proprij vſusfructus, vt poſt Pinell. *in l. 1.C.de bon.matern. 3.p.n.71. verſ.addi etiam,* & text. *in l.Tauri 5.n.8.* notat P. Barboſa *vbi ſupra,n.15. & 16.* quia ſi eſſet propriè vſusfructus non extingueretur morte concedentis, vt volunt eiuſdem ſententiæ aſſertores *l. 3. Cod.de vſufruct. & §.præcedenti* dictum eſt, quia verò cenſetur potius commoditas fructuum percipiendorum conceſſa ſub nomine, ſeu titulo vſusfructus, extinguitur (vt volunt iidem Doctores poſterioris ſententiæ affirmatiuæ) morte concedentis *l.neceſſario §.fin.ff.de peric. & comm. rei, & præcedenti §.* notatum eſt. Quare licet ſub nomine vſusfructus fiat conceſſio, tamen valet, quia attento effectu reſoluitur in commoditatem, ſeu facultatem percipiendi fructus, vt idem P. Barboſa *d.n. 16.* notat.

55 Aduertit etiam P. Barboſa *vbi ſupra num. 28. initio* poſt Imolam, & Romanum, quod quando emphyteuta ſine conſenſu domini directi transfert in alium rem emphyteoticam, vel ius vtendi, & fruendi rem emphyteoticam abſque conſenſu domini, in dubio videtur facta tranſlatio ſolius commoditatis fructuum, etiam verba impropriando, vt actus valeat.

Emphyteuta de conſenſu domini directi poteſt alienare, & transferre in alium ius emphyteoticum, & quando præſumatur dictus conſenſus interueniſſe.

56 De conſenſu autem Domini, ſicut in alium ab vſufructuario poteſt in alium transferri vſusfructus, quoad ius ipſum vſusfructus, vt *præcedenti §.* dictum eſt, ita etiam de domini conſenſu emphyteuſis, vel feudum quoad ius emphyteoticum, & feudale poteſt ab emphyteuta, vel feudatario in alium transferri, iuxta omnes Doctores, licet P. Barboſa *d.l. vſufr. n. 29.* notet diuerſo modo vſumfructum & emphyteuſim de conſenſu domini in alium transferri: nam quando de conſenſu proprietarij vſusfructus transfertur in alium, non idem vſusfructus videtur tranſlatus, ſed nouus conſtituitur in perſona illius, in quem fit tranſlatio, vt *ſuprà n.23.* notatum eſt, ſi verò emphyteuſis de domini conſenſu transfertur in aliam perſonam, eadem emphyteuſis (inquit idem Barboſa) quæ erat apud emphyteutam, videtur tranſlata, non autem noua conſtituta in perſona emptoris, ſeu eius, in quem tranſlata eſt; quod ait colligi ex *l.fin. C.de iur. emphyt.* ex quo plura *eodem n. 26.* colligit apud eum videnda. Hic enim non debet agi de vniuerſa materia emphyteuſis; circa præfatum verò conſenſum aduertendum, quod ſi emphyteuta ius ſuum emphyteoticum in alium venditione, vel ceſſione, aut alio contractu tranſtulit, nec appareat dominum directum fuiſſe requiſitum, ſi idem dominus diù, longóve tempore, perque annos decem recepit canonem ab eo, in quem emphyteuſis tranſlata eſt, præſumitur præſtitiſſe conſenſum. Mantica *de tac. & ambig. conuent. lib.22.tit.28.n.7.* Gamma *deciſ.283. num.3.* Borellus *in ſumm.deciſ.tom.2. tit.23. n.353.* Corbulus *vbi ſupra limitat. 31.* & alij apud eoſdem Manticam, Gammam, & Corbulum.

***

Mulier ipſa nomine dotis poteſt marito dare proprium fundum vel caſtrum in feudum, vel emphyteuſim, & quilibet alius dotans mulierem poteſt cauſa dotis dare fundum proprium in emphyteuſim marito.

Certum eſt, quod ſicut mulier poteſt in dotem dare marito vſumfructum fundi proprij, cuius ſcilicet ipſa 57 eſt domina (vt *ſupra nu. 33.* dictum eſt) ita etiam poteſt nomine dotis marito dare fundum, vel caſtrum (cuius ipſa eſt abſoluta domina) in emphyteuſim ob rationem *num. 32.* aſſignatam, & etiam tradit Ioannes Boſcheius *de legit.nupt. lib.6.n.58.* vbi ait, ſi dederit, quod poſtea ob non ſolutum à viro canonem, aut quia non requiſita vxore fundum, ſeu caſtrum ſibi in emphyteuſim ex cauſa dotis datum vendiderit, ad ipſam vxorem reuertetur tanquam inciderit in commiſſum, iuxta *d. leg.fin. Cod. de iur. emphyteutic.* Quibus caſibus (addit idem Boſcheius) mulier non eſt in damno, cum dominium vtile cum directo reintegretur, mulierque acquirat plenam proprietatem, allegata *leg.cum in fundo, ff de iur.dotium.*

Certum etiam eſt, quod pater mulieris, vel quiuis alius extraneus fundum vel caſtrum in emphyteuſim ex cauſa dotis, ſeu nomine dotis mulieris marito dare poteſt, iuxta tradita *ſupra num. 32.* & notat idem Boſcheius *d.num. 58.* vbi pariter aduertit, quod poſtquam vir acceperit pro dote huiuſmodi emphyteuſim, contingat ob non ſolutum ab eo canonem, vel fundi, aut caſtri alienationem ſine domini conſenſu, dominij vtilis cum directo fieri, tunc quidem conſtante matrimonio mulier manebit indotata, marituſque tenebitur onera matrimonialia ſubire, ſicut prius cum mulier eſſet dotata, facto autẽ diuortio, ſeu ſoluto matrimonio vir, aut eius hæres tenebitur mulieri reſtituere dotem eo modo, quo fieri poteſt, æſtimationem ſcilicet emphyteuſis iuxta diſpoſitionem *d. leg. cum in fundo §. quod ſi mulier verſ. quod ſi alienauerit* (& notata *ſupra n.42. verſ. & ſi maritus non vtendo*) niſi ipſa mulier fuerit hæres ſui patris, ſeu illius, qui ſuper ſuo fundo conſtituit emphyteuſim, maritoque dedit pro dote, ſuccedatque eadem mulier in plenam proprietatem, quia tunc, ſubdit idem Boſcheius, cenſetur eam dotem à principio dediſſe. 58

Cum in dotem marito, qui eſt dominus directus, datur emphyteuſis, vel feudum, vtile dominium cum directo reintegratur.

Item ſi poſſidens emphyteuſim [ſiue ſit pater mulieris, ſiue ipſa mulier, ſiue alius] conſtitutam in fundo, cuius maritus eſt Dominus directus, illam in dotem dederit eidem marito, erit datum in dotem ipſum ius emphyteoticum, & dominium vtile remanet vnitum dominio directo mariti, iuxta tradita *ſupra n. 34. & d.leg. cum in fundo ff. de iur. dot.* quando enim emphyteuſis reuertitur ad dominum directum, vtile reintegratur cum directo, vt *n.57.* notatum eſt. Poſt diuortium verò maritus reſtituet vxori eamdem emphyteuſim, vel eius æſtimationem, quam æſtimationem etiam tenebitur reſtituere, ſi totaliter alienauerit fundum, antequam veniret dies dotis reſtituendæ. 59

De conſenſu Domini directi res emphyteutica poteſt dari in dotem quoad ius emphytheuticum dominiúve vtilis.

60 Poteſt prætereà mulier (ſicut & quilibet alius emphyteuta poſſidens emphyteuſim ſibi ab alio conceſſam de conſenſu domini eandem emphyteuſim, ſeu rem emphyteoticam quoad ius emphyteoticum dare in dotẽ marito, cum emphyteuſis, ſeu ius emphyteoticum, ſicut & vſusfructus poſſit de conſenſu domini directi, & proprietas transferri in alium, dummodo id fiat tantum in præiudicium ipſius emphyteutæ alienátis, & transferentis iuxta Doctores communiter: quo caſu emphyteuſis de nouo reformatur in perſona mariti. Præfatus autem conſenſus domini directi, ſi ipſe per decem annos recepit penſionem, ſeu canonẽ à marito, cui emphyteuſis data eſt in dotem, præſumitur interueniſſe, & expreſſè Gamma, & Botellus *locis ſup. n. 56. allegatis*, & probat doctrina generalis ibi tradita: quomodo verò in hoc eod. caſu facienda ſit emphyteuſis in perſona mariti reformatæ reſtitutio poſt diuortium, ſeu ſolutum matrimonium, Bart. *in d. l. vſufru. fin. ff. ſolut. matr.* quem ſecuti ſunt Campeg. *de dote p. 3. q. 189.* & Corbulus *de emph. c. 14. de cauſa priuationis ob alienationem irrequiſito domino factam, limit. 10. n. 3. fine*, dixit reſtitutionem debere fieri per modos *in d. l. vſufr.* expreſſos, *vt ſupra, n. 46. & ſeq.* notatos, ſcilic. quod debet transferri commoditas emphyteuſis, vel quod ſi transfertur proprietas, ſeu ius ipſum emphyteuſis, ſeu emphyteuticum, accedere debeat domini conſenſus, vt in vſufructu reſtituendo notatum eſt *ſupra n. 47.* & dicitur *d. l. vſufr. verſ. vel ſi accommodauerit*, ſed P. Barb. *in d. l. vſufr. n. 29. fine, & num. 30. initio relatis.* Afflict. *deciſ. 335.* Molina *de primog. lib. 4. cap. 5. n. 8. & pluribus alijs*, negat hunc nouum conſenſum domini requiri, vt in mulierem trãsferatur emphyteuſis, etiam quoad proprietatem, & ius emphyteoticum, & reddit rationem ſcilic. quia cum dominus conſenſerit, vt emphyteuſis reformaretur in perſona mariti, qui poſt diuortium ſolutumque matrimonium tenebatur reſtituere vxori dominus qui conſenſit, vt emphyteuſis tranſiret ad maritum, tacitè etiam videtur conſenſiſſe, vt poſt ſolutum matrimonium illam reſtituat vxori iuxta naturam dotis per notata *in leg. ſi pupillorum §. ſi pupillus de ff. rebus eorum*, & ita ſine domini conſenſu erit verè & propriè emphyteuſis reſtitutio: vnde differt à reſtitutione vſusfructus, qui idem transferri non poteſt, ſed nouus conſtituitur, *vt ſupra num. 23. & 56.* dictum eſt.

61 Pro traditis, & iis, quæ infra traduntur de reſtitutione emphyteuſis in dotem à muliere datæ, idem P. Barboſa *d. num. 30. fine* proponit obſeruandum dictum notabile Baldi *conſ. 426. num. 1. lib. 4.* ſcilicet quod maritus non poteſt impedire emphyteuſis dotalis reſtitutionem eo prætextu, quod mulier amiſerit emphyteuſim propter commiſſum, & quod dominus directus de nouo illum marito conceſſit, ne aliàs aperiatur via, qua impediatur dotis reſtitutio *arg. leg. vnica §. taceat, C. de rei vxor. actione.*

In dotem ſine conſenſu domini directi poteſt dari ſola commoditas emphyeuſis.

62 Inſuper indubitatum eſt, emphyteutam (quiuis ille ſit, pater mulieris, ipſa mulier, vel extraneus) poſſe abſque domini directi conſenſu marito in dotem dare ſolam emphyteuſis commoditatem, ſcilic. commoditatem percipiendi fructus ex re emphyteotica, retento ſibi iure emphyteotico dominiúve vtilis, & ſecluſa fraude: ita Doctores cõmuniter *ſup. n. 53.* relati, & alij aſſerentes emphyteutam ſine domini directi conſenſu non poſſe in alium transferre ius emphyteoticum, poſſe verò transferre ſolam commoditatem fructuum, ita etiá in ſpecie, & expreſſè loquentes de tranſlatione commoditatis in maritum nomine dotis, Bart. *in d. leg. vſufr. ff. ſol. matr.* Io. Boſchetus *de legit. nupt. lib. 6. n. 59.* Ouid. de Amicis *in repetit. cap. potuit de locato, & conducto, q. 16. & q. 19.* Auguſt. Barb. *collect. in d. cap. potuit, n. 57. fine*, & alij ab eodem allegati, & ratio eſt, quia huiuſmodi datio ſolius commoditatis fructuum emphyteuſis in dotem non eſt alienatio emphyteuſis, vt *ſupra n. 53.* probatum eſt. Quare poſt diuortium, ſolutúmve matrimonium maritus reſtituet vxori eamdem commoditatem.

Extraneus pro muliere non poteſt ſine domini directi conſenſu in dotem dare emphyteuſim æſtimatam.

63 Difficultas ergo prima eſt, an extraneus ſine Domini directi conſenſu poſſit fœminæ, ſeu pro muliere dare in dotem marito emphyteuſim, ſeu rem emphyteoticam, transferendo ius emphyteuticum, & ipſum dominium vtile in maritum, & quidem emphyteute extraneus ſine domini directi conſenſu non poteſt dare in dotem bona emphyteutica æſtimata, vt ſentiunt Doctores communiter. Ita Imola, Speculator, Io. Andreas, Iaſon à Maſcardo *de probat. concl. 664. n. 3.* & Mantic. *de tac. & ambig. conu. lib. 12. tit. 28. nu. 40. & 42.* relati, iidem Maſcardus, & Mantica *iiſdem locis* Corbulus *de cauſis, ex quibus emphyteuta iure ſuo priuatur cap. 14. de cauſa priuationis ob non ſolutum canonem facta limit. 10.* Additionator ad Clarum *§. emphyteuſis q. 15. littera B.* P. Barboſa, alios allegans *in d. l. vſufr. n. 24. fine, ff. ſol. matrim.* & ex Summiſtis Syluester *verb. dos q. 8. fine.* & ratio eſt quia æſtimatio emptionem facit. Gloſſ. *in l. 1. in leg. quoties, & l. ſi inter vir. C. de iur. dot.* Maſcard. *d. concl. 664. initio*, Mantica *d. n. 40.* & alij Iureconſulti communiter ab eiſdem allegati, ac proinde in huiuſmodi datione bonorum emphyteoticorũ æſtimatorum, quæ ab extraneo cauſa dotis fit, requiritur aſſenſus domini directi, ſicut in aliis meris venditionibus bonorum emphyteoticorum, quæ nequeunt fieri abſque domini directi conſenſu, *cap. potuit de locato, & l. fin. C. de iur. emph.* & Doctores communiter, quos latè referunt Corbulus *d. cap. de cauſa priuationis ob non ſolutum canonem, initio n. 1.* & Mantica *d. tit. 28. n. 5. & plur. ſeq.* qui tamen *n. 43.* declarat æſtimationem facere emptionem, ſi res iuſto pretio fuerit æſtimata, nam ſi longè pluris valeat, æſtimationem non facere emptionem eſt communis, & indubitata ſententia Doctorum, quos *ibid.* refert idem Mant. de quo *infrà cap. 16.* item idem Mant. *n. 44* declarat æſtimationem facere emptionem, quando æſtimatio fuit facta ex cauſa venditionis, ſcilicet ad hunc effectum, vt pretium reddatur, aliud vero eſt ſi fuit facta cauſa intereſſe ad effectum vt cognoſcatur, an res ipſa deterior facta ſit *d. l. inter virum C. de iur. dot. l. cum poſt, §. res in dotem ff. eodem.* Roland. *conſ. 92. n. 6. l. 2.* & alij ab eodem Mantica allegati.

Extraneus an ſine conſenſu domini directi pro muliere poſſit emphyteuſim inæſtimatam. dare in dotem.

Difficultas eſt ſolum, an emphyteuſis inæſtimata quoad ius emphyteuticum, vtiléve dominium, & non ſolum quoad commoditatem fructuum ſine domini directi conſenſu ab extraneo poſſit pro muliere dari marito 64

marito, & affirmarunt Speculator *titul. de locato* §. *nunc aliqua numero* 109. Corbulus *d. limitatione* 20. *num.* 2. Mantica *d.titul.* 28. *numero* 42. Gamma *deciſ.* 127.*num.* 2. *& deciſ.* 242. *numero* 1. *&* 2. Additionator ad Clarum *loco num. præcedenti allegato*, alij Iuriſperiti à Mantica *d.tit* 28. *numero* 30. a Gamma *d. dec.* 127. *eodem num.* 2. ab Additionatore ad Clarum *relati*, & ex Summiſtis Syluester *in ſumma d. verbo dos, quæſt.* 8. *in fine*. Probant primò Mantica *d. titul.* 28. *numero* 43. & Corbulus *d.num.* 2. quia Dominus in hoc caſu non poteſt interpellari, an velit pro eodem pretio præferri, vt requiritur allegata *l. fin. Cod. de iur. emphyteotico*, cum pretium non intercedat. Probant ſecundò, quia extraneus dotans mulierem intelligitur ei donare, *leg. vnica*, §. *accedit*, *Cod. de rei uxor. actione*, donationem verò emphyteuſis valide, & ſine periculo caducitatis poſſe fieri Domino directo irrequiſito poſt Gloſſam *in d. leg fin. verb. vendere*, *C. de de iure emphyteotico*, tradunt idem Mantica *d. tit.* 28. *num.* 53. *cum pluribus ſeqq.* idem Corbulus *d. cap. de cauſa priuationis emphyteuſis ob alienationem irrequiſito domino factam limitatione* 13. & plurimi alij Iuriſperiti ab iiſdem, præſertim à Corbulo, & à Claro *d.* §. *emphyteuſis allegata quæſt.* 15. *num.* 1. relati, & eſſe communem ſententiam teſtantur Clarus, & Mantica. Quæ ſententia probatur, quia ratio, ob quam *d. leg. finali*, prohibetur alienatio emphyteuſis, niſi prius fuerit requiſitus Dominus directus, ſcilicet vt videat an velit eodem pretio emere, & præferri, ceſſat ex quo nullum pretium interuenit, cum donatio fiat propter affectionem perſonæ, quæ etiam affectio in Domino ceſſat, ac proinde diſpoſitio illius legis *fin. Cod. de iure emphyt.* donationi adaptari nequit. Intelligitur tamen iuxta eoſdem Doctores, vt emphyteuta emphyteuſim in dotem dans, vel alia ratione donans, non transferat plus iuris, quàm ipſe habeat, & ſic eodem modo debeat finiri, ac ſi data non eſſet, & dummodo donatio fiat ſaluo iure domini, & citra fraudem. Gãma verò defendit præfatam dationem emphyteuſis in dotem, ſi ipſemet emphyteuta remaneat obligatus ad ſoluendum canonem, quia ſic non videtur aliquod præiudicium illatum Domino directo, ſed ipſi emphyteutæ, qui integram penſionem domino ſoluturus eſt: nam (inquit) quando ſolus emphyteuta ſibi præiudicium infert, & non domino, poteſt alienare ſine conſenſu Domini: quod confirmat eo quod in emphyteuſi priuari ea eſt ratio caducitatis, & commiſſi, quando Domino irrequiſito res emphyteotica fuit alienata, quia Dominus cõtra eum, in quem fit alienatio, non poteſt agere actione perſonali ad ſolutionem canonis, & ob id ad præiudicium Domino obuenturum euitandum requiritur directi domini conſenſus: vnde (ſubdit Gamma) ſequitur, quod ideo ſine fiſci conſenſu emphyteuta eius rem emphyteoticam poteſt alienare *l.* 1. *C. de fundis patrim. lib.* 11. & Iaſon poſt Bartolum *in d. l. fin. numero* 54. *verſ.* 3. *Cod. de iur. emphyt.* quia contra quemcunque poſſeſſorem, in quem alienata eſt emphyteuſis, poteſt fiſcus agere ad canonis ſolutionem.

65 Contrarium, extraneumque, ſi velit emphyteuſim ipſam alicui fœminæ in dotem concedere, debere requirere domini directi conſenſum, tanquam certum, & indubitatum aſſerit P. Barboſa *in d.l. vſufructu, num.* 28. *verſ. illud certum*; idque ob eam rationem *n. præcedenti* adductam, ſcilic. quod ibi emphyteuta videatur donare emphyteuſim mulieri *d.l. vnica*, §. *accedit*, *C. de rei vxoriæ actione*, & ſic ſuccedat diſpoſitio *d. l. fin. C. de iur. emphyt.* quod emphyteuſis non poſſit alienari irrequiſito domino directo, quam legalem diſpoſitionẽ ait Barboſa habere locum etiam in donatione emphyteuſis quoad effectum, ne fiat ſine conſenſu Domini directi, quod idem ſenſere Angel. *in d. l. fin. C. de iure emphyt. ante n.* 1. Iaſon *ibid n.* 108. Bartol. *in l. ſi domus*, § *fin. n.* 2. *ff. de legat.* 1. Roman. *in d.l. vſufructu, n.* 14. *ff. ſolut. matrim.* & Imola *in d. cap. potuit, de locato*, quam ſententiam eſſe valde æquam aſſignat Clarus *d. quæſt.* 15. *fine*, & ita obſeruare conſuetudinem teſtatur *loco citato* Angelus.

Ipſamet mulier ſine conſenſu Domini directi poteſt ſuam emphyteuſim dare in dotem, dummodo det inæſtimatam, & ſine pacto de lucranda dote.

Difficultas ſecundò eſt, an ipſamet mulier, quæ eſt vtilis domina emphyteuſis, ſeu rei emphyteoticæ, poſſit ſine domini directi conſenſu dare in dotem, videtur negaſſe Bartolus *in d. l. vſufructu fine, ff. ſolut. matrim.* 66
prout eum refert P. Barboſa *ibid n.* 24. *verſ. præterea*, & id poteſt confirmari ex traditis *nu. præcedenti*, ſcilicet, quod diſpoſitio *d. l. fin. C. de iur. emph.* habeat locum etiam in donatione, quoad effectum, ne fiat ſine Domini conſenſu. Verùm emphyteuſim, cuius domini vtilis ipſa eſt domina, poſſe mulierem ſine conſenſu domini directi dare in dotem, inæſtimatam tamen, etſi non apponatur pactum, quod maritus emphyteuſim lucrari debeat, ſentiunt Io. Bapt. à S. Blaſio *de priuil. dotalibus cent.* 2. *n.* 28. & alios allegans P. Barboſa *in d. leg. vſufructu, d. n.* 24. Poteſt enim mulier feudum ſuum, cuiuſque ipſa eſt vtilis domina ſine domini directi conſenſu dare marito in dotem, dummodo det inæſtimatum, & non apponat pactum de dote per maritum lucranda, vt conſtat *ex cap. vnico de inueſtitura, quam Titius accepit a Sempronio*, & aliis allegatis, tradunt Io. Baptiſta à S. Blaſio *d. cent.* 2. *n.* 26 Roland. à Valle *de lucro dotis quæſt.* 54. *num.* 6. *&* 18. Clarus §. *feudum quæſt.* 36. *ibid.* Additionator *litera B* & Barboſa *d. n.* 24. *verſ. quia mulier.* At eadem eſt ratio emphyteuſis, & feudi, vt expreſſe Io. Baptiſta, & P. Barboſa *locis citatis*, & diſpoſito *d.l. fin.* procedit in alienatione perpetua, non verò in temporali, quamdiu durauerit matrimonium, quo ſoluto emphyteuſis, ſicut feudum, quæ à muliere fuerint in dotem data, debent redire ad mulierem, vel eius hæredes, vt dicitur *d. cap.* 1. *de inueſtitura quam Titius*. Dixi *inæſtimatam*, quia ſi emphyteuſis, vel feudum detur in dotem æſtimata, cum æſtimatio faciat emptionem, iuxta tradita *ſupra n.* 63. neceſſarius erit Domini directi conſenſus, vt iidem Doctores notant; & ſimiliter ſi ex pacto maritus deberet lucrari emphyteuſim, vel feudum, cum ageretur de perpetua alienatione, foret neceſſarius conſenſus Domini directi, vt iidem Doctores, & colligitur *ex cap. nuper, de donat.*

Pater emphyteuta ſine conſenſu domini poteſt rem emphyteoticam dare pro dote filia, quæ ſit comprehenſa in ſucceſſione, ſeu inueſtitura, etſi emphyteuſis ſit hæreditaria.

Difficultas tertia eſt, an pater ſuam emphyteuſim ſine domini directi conſenſo poſſit dare in dotem pro filia, vel nepte, conueniunt Doctores, quod pater ſine alio conſenſu domini directi poteſt ſuam emphyteuſim remve emphyteoticam dare in dotem filiæ, & nepti legitimæ, & naturali, quæ ſit de perſonis comprehenſa in conceſſione, ſeu in inueſtitura. Ita Speculator *de locato* §. *nunc aliqua, n.* 109. Crauett. *conſ.* 215. Mantica *de tacit. & ambig. lib.* 22. *tit.* 28. *n.* 42 *verſ. ſed conſidera, art.* 4. *n.* 54. Menoc. *de praeſ. lib.* 4. *præſ.* 189. *n.* 164. 67

Corduba *d.cap. de cauſa priuationis ob alienationem irrequiſito Domino factam, allegata limitatione* 20. *nu.* 4. P.Barboſa *in d.leg. vſufructu.n.* 25. *ver.pro concordia,ff. ſolut.mat.* & alij à Corbulo, & Barboſa allegati. Nam inter perſonas comprehenſas in eadem inueſtitura eſt conceſſa omnis alienatio abſque alio conſenſu Domini directi, cum à principio videatur Dominus directus dediſſe licentiam, vt emphyteuſis poſſit tranſire ad prædictas perſonas, ac proinde vlterior conſenſus non requiratur, ob quam rationem, & alias à Corbulo *d.allegato cap.de cauſa, limit.* 6. adductas emphyteuſim ſine Domini conſenſu poſſe alienari, & transferri in perſonas in inueſtitura comprehenſas, ſentiunt communiter Doctores, quos late referunt illos ſequentes Clarus §. *emphyteuſis quaſt.*14. Mantica *d.tit.* 28. *numer.*45. Corbulus *d.lim.*6. *numero* 1. & Petr. Barboſa *d. verſic. pro concordia.* Et procedit hæc communis ſententia, etiamſi Pater haberet alia bona allodialia, ex quibus poſſet filiam dotare, vt in terminis Craueta *d.conſ.*215. *num.*8. & Antonius Faber *de laudimiis decade* 3. *errore* 6. *nu.* 12. Quare fundum quoque emphyteuticum etiam æſtimatum abſque Domini conſenſu poſſe Patrem dare in dotem pro filia in inueſtitura comprehenſa, tradunt expreſſe Craueta *d. conſil.* 215. & Corbulus *d. limitatione* 20. *numero* 1. *verſ. ampliatur ſupradicta*, ex quibus Petr. Barboſa *nu.*28. *verſ. poteris*, poſt Brunum *con.* 44. *fine*, notat, quod quando emphyteuſis accepta eſt pro Patre, & vno ex filiis, cum tunc perſona filiæ videatur comprehenſa in inueſtitura, licite poterit in eam emphyteuſim titulo dotis, vel ſimili abſque Domini conſenſu transferre, quia idem conſenſus tempopore primæ conceſſionis videtur interueniſſe quoad perſonas comprehenſas in ipſa conceſſione, vnde addit idem Barboſa cum Valaſco *de emphyteuſi quaſt.* 18. *num.*28. *ad finem*, receptum eſſe, quod comprehenſi in Inueſtitura poſſunt apprehendere poſſeſſionem emphyteuſis Domino irrequiſito, quia is conſenſus à principio conceſſionis videtur datus.

68 Pariter ſi emphyteuſis ſit hæreditaria, ſcilicet tranſitoria ad quoſcumque hæredes, poteſt pater talem emphyteuſim abſque conſenſu Domini directi dare in dotem filiæ quaſi hæredi, & comprehenſæ in inueſtitura: ita expreſſe Felinus *in cap.quæ in Eccleſiis, numero* 110. *de conſtitut.* Oddus *d.art. quarto, numero* 52. Mantica *d.tit.* 28. *numero* 41. *verſic. quod nullam dubitationem*, & Petr. Barboſa *in d. l. vſufructu, numero* 28. *verſ.& pari ratione*, idque probatur à ſimili de feudo hæreditario, ſeu tranſitorio ad quoſcumque hæredes etiam extraneos, conceſſumve pro ſe, & quibus dederit, quod cum ſit alienabile, poſſe ſine Domini conſenſu à vaſſallo feudatario dari in dotem, & etiam per quamcumque diſpoſitionem ſiue inter viuos, ſiue per legatum, & vltimam voluntatem irrequiſito Domino poſſe in alium alienari, & transferri tradunt cõmuniter Doctores, quos referunt, & ſequuntur Rolandus à Valle *de lucro dotis q.*54. *numer.* 19. Clarus §. *feudum quaſt.* 31. *num.*89. & 40. & Menochius *conſ.*8. *n.*19. *ver. reſpondeo ſecundo.*

Pater an poſſit ſine Domini directi conſenſu dare in dotem emphyteuſim pro filia, quæ nullo modo ſit ex perſonis in inueſtitura comprehenſis.

69 An verò ſi filia nullo modo ſit ex perſonis comprehenſis in inueſtitura emphyteuſis, pater poſſit ſine Domini conſenſu eam emphyteuſim inæſtimatam dare filiæ in dotem, Affirmant Speculator *de locato d.* §. *nunc aliqua, num.*109. Mantica *de tacitis & ambiguis lib.*22. *tit.*28. Padilla *in authent.res quæ, numero* 103. *C. commun. de legatis*, Corbulus *d. cap.de cauſa priuationis emphyteuſis ob alienationem factam irrequiſito Domino, limitatione* 20. *num.*2. Gamma *deciſ.* 127. *numer. ſecund.& deciſ.*244. *numer.* 6. & plurimi alij Iuriſperiti à Mantica, Padilla, & à Gamma, & etiam à Petr. Barboſa *in dict.leg.vſufructu, num.*25. & à Sfortia Oddo *de fideicomm. quaſt.*42. *art.*4. *numero* 48. relati, qui omnes volunt diſpoſitionem *l.fin.Cod. de iure emphyteotico*, de non alienanda emphyteuſi, ſeu re emphyteotica Domino irrequiſito, non habere locum in ea alienatione, quæ fit per patrem pro dote filiæ, idque probant Speculator, & nonnulli alij *argument. auth. res quæ, C. communia de legatis*, vbi fauore Patris poſſunt à Patre alienari res prohibitæ alienari, & ſubiectæ reſtitutioni, cui tamen probationi obſtare videtur, quod (vt contra Speculatorem obiicit Petr. Barboſa *in dict. leg.vſufructu, numero* 26. *verſicul. neque in his terminis*) vt illius authent. diſpoſitioni ſit locus, duo copulatiuè requirantur, & quod aſcendens fecerit prohibitionem, & agatur de dote deſcendentium ab illa, vnde ex cauſa dotis ſororis, quæ non ſit deſcendens prohibentis, non poſſe fieri alienationem tradit *ibidem* Barboſa ex Bartolo *in dict. authent. numero quarto*, & Molina *de primogen.lib.*4. *cap.*6. *numero quart.* Mantica, & Corbulus probant rationibus *ſuprà numero* 64. adductis, ſcilicet, quia Dominus in hoc caſu non poteſt interpellari, an velit pro eodem pretio præferri, & quia dotare eſt donare, & donatio emphyteuſis, ſeu rei emphyteuticæ *dict. leg. finali, Codic. de iure emphyteut.* permittitur ſine Domini conſenſu, iuxta *ibidem* tradita, & ſi donans non transfert in alium plus iuris, quam ipſe habet. Et eo magis procedit hæc ſententia ſi pater dans filiæ in dotem rem emphyteuticã remaneat obligatus ſoluere canonem Domino directo, cum tunc nullum eidem Domino inferatur præiudicium, iuxta tradita *d. n.* 64.

Contrarium tamen, & Patrem non poſſe cauſa dotis ſine conſenſu Domini directi transferre filiam non comprehẽſam in Inueſtitura emphyteuſim ſeu rem emphyteoticam, tametſi inæſtimatã, aſſerit P.Barboſ. *in d.l. vſufructu nu.* 25. *ver.ſi autem filia ff. ſol. mat.* & probat primò, quia pater ſuum feudum, ſeu ſua bona feudalia nõ poteſt filiæ, ſeu genero dare in dotẽ, ſi filia non ſuccedit in feudis, & minime ſit comprehenſa ſub perſonis, quæ vocantur *ad feudi ſucceſſionem, cap.*1. §. *dotare, qualiter olim feudum poterat alienari*, & præter relatos à P.Barboſa, tradunt plurimi alij à Menochio *con.*8. *n.*6. à Claro §. *feudum, quaſt.*36. & Padilla *vbi ſuprà, n.*105. initio, & alij qui infra ſequenti paragrapho *num.*92. referuntur: vnde idem videtur dicendum in emphyteuſi, in cuius inueſtitura filia minimè comprehenſa eſt. Secundo probat Barboſa *num.* 27. *verſ. quare*, quia in præiudicium Domini directi ſine eius conſenſu alienatio poteſt fieri, vt *dict. num.*64. notatum eſt. In alienatione autem rei emphyteoticæ agitur de præiudicio Domini directi, quia non habebit pro ſolutione canonis obligatum perſonaliter eum, in quem emphyteuſis transfertur, vt pariter *dict. numero* 64. ex Gamma notatum eſt, & hanc ſententiam approbat Oddus *dict. art.* 4. *num.* 57. quando Pater habet alia bona, ex quibus filiam condecenter dotare poteſt.

71 Verum, etſi quoad extraneum volentem propriam emphyteuſim, ſeu rem emphyteoticam dare in dotem, eſſe neceſſariũ Domini conſenſum videatur non minus probabile, quam oppoſitum, exiſtentibus pro vtraque parte defenſionibus non leuis authoritatis, vt conſtat ex traditis *ſuprà num.*64. & 65. nihilominus quoad ipſum patrem præferendam puto priorem ſenten-

tiam

tiam aſſerentem ipſummet patrem abſque conſenſu Domini directi, poſſe ſuam emphyteuſim, bonave emphyteotica, cuius ipſe eſt vtilis dominus dare in dotem filiæ, licet non comprehenſæ in inueſtitura, dummodo pater det bona emphyteotica inæſtimata in dotem, & non apponat pactum, quod maritus debeat dotem lucrari: tum quia eſt communis & recepta: tum etiam quia ipſi mulieri permiſſum eſt, duabus illis conditionibus ſeruatis, bona emphyteotica, quorum ipſa eſt vtilis domina, dare pro dote ſuo marito, vt *ſupra num.66.* probatum eſt: ergo iiſdem duobus concurrentibus, ſcilicet, & quod bona emphyteotica dentur in dotem inæſtimata, & ſine pacto de lucro dotis, etiam ipſi patri debet eſſe permiſſum, cum non appareat ratio diuerſitatis, vt in feudo Clarus *§.feudum, quæſtione 36.* vbi ex eo quod ipſa mulier proprium feudum poteſt ſine conſenſu Domini directi dare pro ſe in dotem inæſtimatum, & ſecluſo pacto de lucranda dote, concludit etiam patrem, ſi duo illa concurrant abſque Domini conſenſu poſſe feudum dare pro filia in dotem, cum difficile, inquit, ſit allegare concludentem rationem diuerſitatis. Et quamuis negetur patrem poſſe abſque domini conſenſu dotare filiam de feudo, non ideo tamen ex conſequenti negandum eſt non poſſe dotare de emphyteuſi, quia illud de feudo reperitur expreſsè deciſum *dict. cap. 1. §. donare, qualiter olim feudum potuerit alienari*, non autem reperitur expreſſum de emphyteuſi.

72 Multò magis verò, & certius procederet prima, & communis ſententia, quod pater ſine conſenſu domini directi poſſit filiæ, vel genero pro filia dare in dotem bona emphyteotica, ſi alia bona libera non haberet, vnde poſſet honeſtè filiam dotare, vt expreſsè Corbulus *d. limit.20.n.3.* poſt Crauetam *conſ.215.num.8.* & Antonius Faber *de laudimiis decade 3. errore 6. num.4.* ait fauore dotium ita in praxi ſeruari, quemadmodum & bona feudalia ſine conſenſu domini poſſe filiæ non vocatæ dari in dotem à patre feudatario, quando non habet alia bona libera, tradunt Abbas *in cap. ex parte, de feudis*, Craueta *conſ. 215.* Padilla *in d. auth. res quæ, num. 105.* Rolandus à Valle *de lucro dotis allegata quæſt.54. num.6.* & alij relati ab Abbate, & etiam tacitis nominibus à Rolando, ab Amadeo à Ponte *quæſtione laudimial.29. num.3.* & à Fabro *dict. errore 6. num.6.* neque obſtare textum *in d.cap.1. §.donare, qualiter olim*, ait Padilla, quia (inquit) minime conſtat ex *illo §. donare*, non habuiſſe feudatarium alia bona libera, & cur pater bona emphyteotica, vel feudalia (quando non habet alia bona libera, quibus honeſtè dotet) ſine domini directi conſenſu poſſit dare in dotem pro filia: ratio eſt, quia talis alienatio fit ex neceſſitate, cum pater iudicis officio cogi poſſit ex præfatis bonis dotare filiam, quando non habet alia bona, ex quibus poſſit eam honeſte dotare; & alienatio neceſſaria dicitur, quæ fit ab illo, qui ſcit ſe poſſe compelli, & ſi hic, & nunc per iudicem non cogitur, *leg. nouiſſimè ff. quod falſo tutore*, Bald. *in l. fideicommiſſa §. ſi rem ff. de legat.2.* Decius *in auth. præterea num.12. Cod. vnde vir, & vxor.* Hieronym. Gabriel *conſ.92. num.5. & 6.* Corbulus *de emphyt. d. cap. de cauſa priuationis ob alienationem irrequiſito domino factam, limitatione 30.* & alios allegans Coſta *de remed. ſubſid. remed.52. num. 20.* Prohibitio autem alienationis intelligitur de voluntaria, non de neceſſaria, *leg.3. §.3. ff. de rebus eorum, l. peto, §. prædium ff. de legat.2. leg. alienationes ff. familiæ erciſ.* prællegati Doctores, & alij à Petro Barboſa *in d. l. vſufructu num.27. initio* relati, præſertim Tiraquellus *poſt leges connub. gloſſ.5. num.223. & lib.1. de retractu §.1. gloſſa 14. à num.11.* vnde in alienatione emphyteuſis neceſſaria non requiri conſenſum domini directi, in ſpecie Corbulus *d. limitat.30.* & Bartolus *in lege & ideo, ff. de condictione furtiua*: & hanc ſententiam etiam approbat Oddus *de fideicommiſſ. d. quæſt. 42. allegato artic.4. num.57.* ſi in inueſtitura comprehenſi ſunt agnati proximiores, & exiſtant filij maſculi, qui alioquin tenerentur dotare mulierem, ſi pater hoc non feciſſet, & ſic illis nullum præiudicium, ſecus ſentiens, ſi exiſterent ſolum alij agnati vocati, ſeu comprehenſi, qui dotare non tenerentur. Quamuis autem P. Barboſa *dict. num.27.* ſentiat etiam alienationem emphyteuſis neceſſariam iuxta regulam ſæpius allegatam *leg. fin. Codic. de iur. emphyteotico,* fieri non poſſe abſque Domini conſenſu, ſi non agatur de transferenda ſola commoditate fructuum, ſed de tranſlatione iuris emphyteutici, quia etiam in tali alienatione agitur de præiudicio domini directi, qui non habebit perſonaliter obligatum eum, in quem transfertur emphyteuſis, & doctrinam generalem, quod alienatio neceſſaria non comprehendatur ſub prohibitione alienandi, ait idem P. Barboſa intelligi ſolum, quando res alienatur tantum in præiudicium poſſidentis, ſecus vbi alienatio etiam neceſſaria ſit, ſeu fiat in præiudicium alterius; nam tunc requiritur illius conſenſus. Addit P. Barboſa non obſtante prohibitione alienationis, ne res alienentur, nihilominus poſſe alienari ob cauſam neceſſariam, dummodo accedat conſenſus domini, de cuius etiam præiudicio videtur agi. Attamen à priori ſententia non eſt recedendum, quia præfatum præiudicium Domini directi rerum emphyteoticarum poteſt euitari, ſi pater remaneat obligatus ad ſolutionem canonis, vt *ſupra numer.64.* notatum eſt, vel cum ſit paruæ conſiderationis, cum & maritus accipiens in dotem à patre emphyteuſim, teneatur, & cogi poſſit ſoluere canonem; vnde ratione neceſſitatis præfatum præiudicium non eſt habendum in conſideratione, & ſi ratio à Barboſa ſumpta ex eo præiudicio vrgeret, probaret etiam ipſam mulierem non poſſe abſque domini conſenſu propriam emphyteuſim dare marito in dotem, quod tamen idem P. Barboſa negat, vt *ſupra n.66.* notatum eſt. Aduertendum autem dotem debere eſſe congruam, & non exceſſiuam, vt notatur infrà *num.79. fine.*

Cæterùm circa prædicta de tranſlatione emphyteuſis in alium ex cauſa dotis ſine domini conſenſu, aduertendum quod emphyteuta transferens (quiſquis 73
ille ſit) non poteſt plus iuris in alium transferre, quàm ipſe habeat, vt Speculator, Clarus, Syluester, & alij Doctores *ſupra n.64.* relati aiunt; quare debet finiri eodem modo, ac ſi data non eſſet in dotem, & ſic extincto iure transferentis extinguitur etiam ius illius qui accepit in dotem emphyteuſim, iuxta regulam *leg. lex vectigali, ff. de pign.*

Quod ſi etiam conſenſu domini transferat, etiam 74
tunc non transfert plus iuris, quam ipſe habeat, vt probat *leg. traditio ff. de acquirendo rerum dominio*, & poſt Corneum *conſ.250. num.1. lib.3.* tradit P. Barboſa *in d.leg. vſufructu, num.29. verſ. illud ſanè.* Quapropter ſi transferens habebat ius pro tribus vitis, & ille in quem fit tranſlatio habebit etiam pro tribus vitis, vt iidem notant; vtrum verò huiuſmodi tranſlatione de conſenſu domini facta quoad ius pro tribus vitis, debeat haberi reſpectus ad perſonam illius, in quem facta eſt tranſlatio, & non ad perſonam transferentis, latè pertractat P. Barboſa *d.num.29. verſ. primus eſt, & verſ. ſecundus eſt,* ſi tamen emphyteuta, ſeu poſſidens emphyteuſim ſubieciſſet fideicõmiſſo omnia ſua bona etiam bona emphyteotica, non obſtante duplici prohibitione, iuxta *auth. res quæ C. com. de legatis,* dari in dotẽ pro filia non extãtibus aliis bonis liberis, poſt alios tradunt

dunt Oddus *d. art. 4. num. 59.* & Menoc. *d. præſ.* 189. *n.* 165. vbi in hoc caſu dicit quoad ipſum emphyteutam nullam eſſe differentiam inter hunc caſum, & illum, quando teſtator reliquit fideicommiſſum ex bonis ſuis liberis allodialibus, cum illa emphyteotica ſint (inquit) in teſtatoris diſpoſitione ratione vtilis Dominij, ſicut reliqua bona, vnde idem Menochius addit hæc bona emphyteotica fideicommiſſo ſubiecta in dotem data, mortua ipſa muliere non reuerti ad eos, ad quos, ſi mulier innupta deceſſiſſet, reuerſa eſſent, ſed transire ad hæredes ipſius mulieris, vel mariti, ſi is dotem lucratus eſt, & refert ita ſentire Corbulum *d. tract. de iure emphyteotico lim. 20. n. 5.* & plures alios, præſertim Felinum *in cap. quæ in Eccleſiarum n. 75. de conſtit.*

Pro re emphyteotica vel feudali data in dotem an ſoluendum ſit laudimium directo Domino.

75 An vero pro re emphyteotica data in dotem ſoluendum ſit laudimium, Antonius Faber *tract. de laudimiis decade 3. errore 6. num. 17.* abſolute, & indiſtincte affirmat, quod pro re emphyteutica, vel feudali in dotem data debet ſolui laudimium, non illud (inquit) ſoluatur ex omni dominij vtilis tranſlatione, per quam nouus emphyteuta, aut vaſſallus conſtituitur, ſed ex omni dotali contractu, ſi modò res dotales traditæ ſint, transferunt earum dominium in maritum: ergo & laudimium Domino directo debebitur nulla habita ratione diſtinctionum, quas faciunt communiter Doctores, qui infra citantur de re data inæſtimata, vel æſtimata, de dotatione neceſſaria, vel voluntaria. Quod ſi fundus emphyteoticus, vel feudalis à Patre traditus eſſet ipſi filiæ non genero, tunc idem Faber *eodem errore 6. numero 37. admittit non fore ſoluendum laudimium*, quia, inquit, cum in hoc caſu nulla fiat tranſlatio dominij, neque in filiam obſtante iuris poteſtate, neque in maritum, quia traditio ei facta non ſit à Patre, licet maritus etiam ex voluntate, & mandato ſoceri eius fundi fructus, & redditus exegerit, nullum quoque laudimium ex conſequenti debetur.

76 Verum ſi res emphyteutica (& idem ſi feudalis) cuius ipſamet mulier eſt vtilis Domina, per eam ſit data in dotem marito inæſtimata iuxta tradita *ſuprà numer. 66.* puto tanquam fere indubitatum non eſſe ſoluendum laudimium, & procuIdubio ſentiunt Doctores volentes eſſe ſpeciale priuilegium dotis, vt de ea non ſoluatur laudimium, eo quod ea alienatio eſt neceſſaria, & in Reipublicæ vtilitatem, cum per matrimonia multiplicentur ciues *leg. 1. ff. ſolut. matrimon.* & alienatio neceſſaria à laudimiis immunis eſt, vt idem Faber *libro 4. ſui C. titul. 43. defin. 55.* Guido Papæ *q. 48. n. 2.* Maynardus *deciſion. 44. lib. 4.* Amadeus à Ponte *in quæſtionibus laudimialibus quæſt. 29. num. 4. fine ibidem*, Carolus Antonius Blancardus *num. 1. alij in ſequentibus allegati*, & alij relati à Fabro *d. errore ſexto, numero 7. & 8.* & ab eodem Blancardo *d. num. 1.* vbi addit aliam rationem, ſcilicet quod mulier adhuc remanet Domina dotis *l. ſi conſtante §. ſi maritus ff. ſol. matrim. & l. in rebus 30. Cod. de iure dotium*: Præſatos Doctores huiuſmodi dotis priuilegium immunitatis à laudimiis vltra Guidonem Papæ *d. numero* 2. refert, & ſequitur dictus Blancardus *in dictis annotationibus ad d. quæſtion. 19.* Amadei à Ponte *d. num. 1. & num. 7.* Quibus addo Gammam *dec. 127. num. ſecund.* omiſſa præfata ratione ſumpta ex cauſa neceſſitatis, probo in hoc caſu non deberi à marito laudimium de re emphyteotica, vel feudali data in dotem ab vxore, quæ ante dotis conſtitutionem erat vtilis Domina, quia quando mulier dotem de re propria dat marito, ipſa mulier etiam conſtante matrimonio retinet dominium naturale, vt notatum eſt *ſup. cap. 2. num. 46.* & per text. *in d. l. in rebus, & in l. Pomponius* Philadelphus *ff. famil. erciſc.* tradunt Doctores magis communiter (vt eodem *n. 46.* pariter notatum eſt, & latiùs probatur *infra cap. 16. numero 72.*) licet Dominus dotis dicatur maritus, quia habet dominium adminiſtrationis, & percipiendi fructus dotis, vt *infrà num. 88.* Præterea alienatio huiuſmodi in maritum non eſt perpetua, ſed temporalis, ſcilicet pro tempore matrimonij, vt *ſupra n. 66.* notatum eſt, ac proinde non debetur laudimium.

Si etiam Pater rem emphyteoticam, vel feudalem propriam pro dote dederit filiæ, vel nepti, vel eius marito, ſi filia, vel neptis ſit de comprehenſis in prima inueſtitura, nullum debetur laudimium Domino directo, vt expreſsè Caueta *conſ. 215.* Amadeus à Ponte *d. q. 29.* Viuius *dec. 496. n. 5.* Pariſ. de Puteo *de reinteg. feud. cap. 261.* & alios allegans Gaſpar Anton. Theſaur. *qq. for. l. 4. quæſt. 14. numero quart.* Ad perſonas enim in inueſtitura comprehenſas ſine obligatione laudimij tranſit, ſeu transfertur res emphyteotica, vel feudalis, vt Caueta *d. conſ. 213. num.* 8. Decius *conſ. 331.* & plures alios allegans Borellus *de magiſt. l. 4 cap. ſecund. n. 126. & 127.* cum ex neceſſitate pacti initi ab initio cum Domino directo debeat tranſire, neque ſit noua acquiſitio, ſed continuata. 77

Idem dicendum, ſi emphyteuſis, vel feudum iuxta inueſtituram fuerint hæreditaria, & tranſibilia ad quoſcumque hæredes, vt aliis relatis Amadeus à Ponte *in prææallegatis quæſtionibus laudimialibus q. 31. n. 1. & 2.* & Viuius *d. dec. 496. d. numero 5. & num. 6.* quia præfata alienatio eſt neceſſaria, & fieri poteſt ex tenore primæ inueſtituræ, ac proinde non debetur laudimium. 78

Si verò res emphyteotica, vel feudalis per Patrem non habentem allodialia bona in dotem data ſit filiæ, vel pro filia, quæ nullo modo ſit de perſonis in inueſtitura, ſeu conceſſione emphyteuſis, vel feudi comprehenſis, hoc caſu Doctores magis communiter diſtinguunt, ſcilicet ſi bona emphyteutica, vel feudalia per Patrem dantur inæſtimata, vel æſtimata æſtimatione, quæ non facit emptionem in dotem genero pro filia non debetur laudimium; ſi verò dantur æſtimatione, quæ facit emptionem, ita vt debeant remanere penes maritum etiam ſoluto matrimonio, ſolui debet laudimium. Ita Speculator *tit. de locat. §. nunc aliqua, numero 110.* Mantica *de tacit. & ambig. conu. l. 22. tit. 28. num. 40.* Faber *d. defin. 55.* Anton. Theſaurus *dec. 139. numer. ſecund.* Borellus *de magiſtr. l. quart. numero 87. & 117. & 118. & in ſumma deciſ. tom. 3. titul. 5 n. 467. cum pluribus ſequentibus*, & innumeri alij, quos referunt Mantica, Borellus vtrobique Amadeus à Ponte *d. quæſt. 29. num. 3.* Coſta *de remed. ſubſ. rem. 52. n. 7.* Antonius Faber *de laudimiis decade 3. d. errore 6. n. 6.* Primum membrum diſtinctionis, ſcilicet quando pater dat in dotem bona emphyteotica, vel feudalia inæſtimata, probatur, quia huiuſmodi alienatio eſt neceſſaria, cum Pater ex diſpoſitione legis officio Iudicis cogi poſſit ad dotandam filiam ex præſatis bonis emphyteoticis, vel feudalibus, ſi allodialia deficiant, vt notatum eſt *ſuprà n. 7.* & præter Doctores hic, & ibi allegatos dotem filiæ, vel neptis in ætate nubili conſtitutæ dici debitum neceſſarium, & ſic alienationem bonorũ emphyteuticorum vel feudalium ad ſatisfaciendum dicto debito fieri ex cauſa neceſſaria tradit Coſta *d. rem. 51. n. 2.* ex Decio, Iaſone, & aliis *in auth præterea, C. vnde vir, & vxor.* Oſaſcho *dec. 167. & ſeq.* Maſcardo *concluſ. 333. numero ſexto*, & Menochio *de præſumpt. l. 4. q. 110.* Quando autem alienantur bona emphyteotica, vel feudalia ex cauſa neceſſaria, non eſt obligatio 79

ſoluendi laudimium iuxta præallegatos Doctores & alios communiter, & tradit etiam Coſta *d. remedio* 52. *numero primo*, allegans etiam Rotam Auenionenſem *deciſ.* 147. *num.* 2. Quare quamuis Faber *d. errore* 6. *num.* 17. dicat huiuſmodi cauſam neceſſitatis, ob quam alienatio eſt neceſſaria, non voluntaria operari ſolùm, quod alienatio poſſit fieri abſque conſenſu Domini directi abſque periculo commiſſi, non autem, vt non debeatur laudimium, tamen cum loquatur contra communem ſententiam non videtur audiendus. Probatur etiam à multis in caſu huius primi membri diſtinctionis non deberi laudimiū, quia quando dantur marito pro dote bona inæſtimata, vel ea æſtimatione, quæ non facit emptionem, remanent in dominio mulieris iuxta notata *ſuprà num.* 76. *fine, & notata etiam ſuperius cap.* 2. *num.* 146. ex P. Barboſa, & plures alios allegans tradit etiam Coſta *d. remed.* 52. *n.* 7. Aduertendum tamen, quod dotatio ex huiuſmodi bonis emphyteoticis, vel feudalibus non debet eſſe exceſſiua, ſed debet eſſe diſcreta, & congrua, ne per indirectum dentur bona maximi valoris in dotem cum præiudicio directi Domini. Ita Amadeus à Ponte *d. q. laudimiali* 29. *num.* 5. Coſta *d. remedio* 52. *num.* 3. & plures alij apud eoſdem, ac proinde idem Amadeus *ibidem* poſt Pariſium *conſ.* 16. *num.* 32. *vol.* 1. & Purpurat. *conſil.* 43. ait non licere vaſſallo totum fundum feudalem in dotem dare, ſi de parte filia congruè poſſit dotari, ſecus verò vbi congruè dotari non poteſt, niſi totus fundus detur, vt etiam Rolandus *conſil.* 19. *num.* 10. *vol.* 4. In omnem autem caſum maximè ſi feudum æſtimatum (iuxta ea quæ *infrà n.* 81. traduntur) in dotem pater dare velit, agnatos eſſe præferendos, ſi offerant ipſi pretium, ex Puteo *conſil.* 79. *num.* 40. notat Amadeus à Ponte *d. quæſt.* 29. *num.* 6. & confirmat per textum *in dicto cap.* 1. §. *porro, qualiter olim feudum poterat alienari.*

80 Alterum membrum, ſcilicet quod ſit ſoluendum laudimium à marito ſi illi in dotem data ſint bona emphyteotica, vel feudalia æſtimata ea æſtimatione, quæ facit emptionem, iuxta eoſdem Doctores, probatur, quia ſic bona omnino tranſeunt in maritum, & remanent in eius dominio, ſicut ex quacumque alia emptione fiunt emptoris, & omnino tranſeunt in eius dominium; ac proinde ſoluendum eſt laudimium à marito, ſicut à quocumque alio emptore, nec cauſa neceſſitatis excuſat, quia neceſſitati ſatisfit tradendo bona inæſtimata, cum neceſſitas non ſit in æſtimatione, licet ſit in conſtitutione dotis. Secus autem ſi bona data eſſent marito æſtimata æſtimatione non faciente emptionem, per quam eo ipſo eidem marito non eſſent abſolutè acquiſita, ſeu idem maritus non eſſet effectus Dominus, ita vt poſſet ea penitus retinere apud ſe etiam matrimonio ſoluto, vt expreſsè Coſta poſt alios *d. remed.* 52. *numero ſeptimo in fine*, videtur etiam colligi ex Papone *de arreſtis lib.* 13. *titul.* 2. *arreſto* 5.

81 Quamuis contrarium, & nullum deberi laudimium etiamſi prædium emphyteoticum, vel feudale fuerit per Patrem marito pro dote filiæ datum æſtimatione quæ facit emptionem, ſeu dationem in ſolutum (quæ æquiualet venditioni, & emptioni) pro dote ſeu ſumma dotis pro filia promiſſæ, dummodo patri deficiant alias bona allodalia, tenet Iaſon *in l. fin. n.* 49. *Cod. de iure emphyteotico*, Craueta *conſil.* 215. Viuius *dicta deciſ.* 496. *num.* 9. Ludouicus Molina *de iuſtit. & iur. tract.* 2. *diſp.* 461. *n.* 8. [vbi etiam allegat Syluestrum *in ſumma, verb. dos, quæſt.* 8. qui tamen hoc non habet expreſsè, ſed tantum dicit Patrem poſſe dare in dotem rem emphyteoticam ſine conſenſu Domini, nec ſoluet laudimium] & Amadeus à Ponte *d. quæſt. laudimiali* 29. *num.* 4. [vbi etiam allegat Paponium *d. arreſto* 25. ſicut & ad id eundem Paponium *eodem arreſto* 25. refert Faber *d. errore* 6. *n.* 9. qui tamen Paponius loquitur in caſu, in quo domus emphyteotica fuerat data in dotem æſtimata 300. libris, ea tamen lege, vt idem pater ſolutione dictarum librarum 300. poſſet domum ſuam redimere, & ſic non fuit domus abſolutè acquiſita marito, & ita res in ſuſpenſo erat] & addit idem Amadeus *ibidem*, ita iudicaſſe Cameram Regiam, ſcilicet non deberi laudimium, quando ob defectum bonorum allodialium in conſtitutione dotis aſſignantur, ſeu dantur bona emphyteotica, vel feudalia æſtimata, vel dantur in ſolutum pro dote ipſa, idque ex eo quod concurrat duplex ratio, videlicet fauor dotis, & cauſa neceſſaria, & etiam quod æſtimatio neceſſaria eſt in dote conſtituenda propter modum conſtitutionis, vt ſcilicet non detur totum prædium, ſi pars ſufficit pro dote congrua. Igitur probatur hæc ſententia de obligatione ſoluendi laudimium in præſenti caſu, & quia alienatio eſt neceſſaria, & quia neceſſe ſit dotes dari vt poſſint mulieres nubere ad propagandam, & replendam liberis, & hominibus ciuitatem, in quo [vt *n.* 76. dictum eſt] verſatur Reipublicæ fauor, & vtilitas *dicto lib.* 1. *ff. ſoluto matrimonio*, & quia pater ex iudicis officio cogitur honeſtè filias dotare, & hanc eſſe rationem palpabilem dicit Viuius *dicto n.* 9. eo quòd magis ſuccurratur facienti actum ex neceſſitate, quam ex voluntate *lege fin. C. de alim. pupill. præſt.* cum aliis ab eodem Viuio adductis. Additur alia ratio à Paponio *d. arreſto* 25. *fine* adducta, ſcilicet quod dos ſuccedit loco legitimæ quam filia poteſt capere etiam in corporibus hæreditatis. Præferendi tamen erunt Agnati offerentes pretium, iuxta notata *n.* 69. *fine.*

Ex quibus etſi Antonius Faber *d. lib.* 4. *Codicis d. titulo* 43. *allegat. diffinit.* 55. quem approbant Boïſius 82
additione ad illud remedium Coſtæ 52. *num.* 7. & Additionator *ad dictam quæſt.* 29. Amad. à Ponte litera E) dicit, quod quando dos in pecunia numerata promiſſa à Patre fuit, & poſtea fundus emphyteoticus, vel feudalis datus fuit, licet conſtante matrimonio, debeatur laudimium ob eam potiſſimum rationem, quia licet neceſſitas cogat ad dotis reſtitutionem, non tamen cogit, vt dos quæ ex pecunia ſolui debuerat, in fundo ſoluatur, & eſt nouus contractus dationis in ſolutum emptioni in cæteris omnibus ſimillimus, & cóſequenter ex eo, ſicut ex emptione laudimium debet præſtari; nihilominus ſi pater ob defectum aliorum bonorum allodialium pro pecunia dotali promiſſa det in ſolutum fundum emphyteoticum, vel feudalem, cum ſit alienatio neceſſaria pro dote, videtur dicendum non deberi laudimium, iuxta præallegatos Doctores. Quemadmodum etiam vbi contingeret pro reſtitutione ſummæ dotalis ob defectum allodialium dari bona emphyteotica, vel feudalia æſtimata, vel datione in ſolutum, non debere ſolui laudimium ſentit expreſsè Amadeus *dicta q.* 29. *num.* 4. *verſ. vbi contingeret*, quod idem tradunt Coſta *d. remed.* 52. *numero ſeptimo in fine*, Blancard. *in annotat. ad dict. quæſt.* 29. Amadei, *num.* 7. *verſic. quid de dotis reſtitutione*, & plures alij ab iiſdem Coſta, & Blancardo relati.

Vtrum verò ſi bona emphyteotica, vel feudalia in 83
dotem pro muliere dentur ab extraneo, ſeu ab eo, qui dotare non tenebatur, nec inuitus cogi poſſit dotare, licet non prohibeatur dare dotem ſi velit, tunc debeatur laudimium, ſiue bona dentur æſtimata, ſiue inæſtimata. Affirmant licet dentur inæſtimata) Bertrand. *conſ.* 315. *vol.* 3. *p.* 2. *& conſ.* 57. *vol.* 7. Brunus *conſ.* 44. *in fine*, Amadeus à Ponte *d. quæſt. laudimiali* 29. *num.* 7. Syluester *in ſumma verb. Dos allegata quæſt.* 8. *fine.* Molina *de iuſtit. & iur. d. quæſt.* 461. *allegato num.* 9. Cum quod de iiſdem bonis per patrem datis in dotem non debeat ſolui laudimium, probet ea ratione, quod magis fauendū

ſit facienti actum neceſſarium, quàm volenter *dicta allegata lege final. Codice de aliment. pupillo præſt. & lege ſi fideiuſſor §. ſi neceſſaria ff. qui ſatiſdare cogantur.* Ratio huius affirmatiuæ ſententiæ eſt, quia huiuſmodi alienatio non fit ex cauſa neceſſaria, quod enim de re emphyteotica, vel feudali data in dotem non ſoluatur laudimium, ſolus fauor dotis non eſt ſufficiens, & potiſſima ratio, ſed quia fiat ex cauſa omnino neceſſaria iuxta præfatos Doctores, & communem ſententiam inquit Faber *d. errore 6. num.* 13. & etiam Amadeus *d. num.* 7. & Coſta *d. remed.* 52. vt quando dantur in dotem à Patre pro filia.

84 Contrarium, & nullum eſſe ponendum diſcrimen, an dos à Patre vel ab extraneo conſtituatur, & detur in bonis emphyteoticis, vel feudalibus, cum in vtroque caſu adſit æqualis dotis fauor, Carolus Antonius Blanchardus *in annotat. ad d. quæſt.* 29. Amadei *num.* 7. teſtatur fuiſſe deciſum in Curia Pariſienſi, & Toloſana, & refert Maynardum *deciſ.* 41. *& lib.* 4. & Charondam Ranch. ita ſentire videtur etiam P. Iacobus *in tit. de act. in rem pro re emphyteutic. verſ. item excepta datione in dotem*, ab Amadeo *d. quæſt.* 29. *num.* 3. *relatus*, dum ibi dicit immunitatem à laudimiis pro re emphyteotica data in dotem inductam fauore dotis, vt ſic neque à muliere dotata, neque à marito laudimium præſtetur: vnde illa ratio Viuij (vt notat Blancard. *d. n.* 7.) non facit ad hanc rem, quia laudimium non foret præſtandum à dotante, qui facit actum, ſed à dotata, vel eius marito; fauor autem, vt laudimium non præſtetur, non eſt dotantis, ſed dotatæ, cum ab eo dandum ſit laudimium, in quem res transfertur, *l. fin. C. de iur. emphyt.* ita etiam ſentire videntur Guido Papæ, & Gamma *locis ſupra n.* 76. cum ibi dicant abſolutè de re emphyteotica data in dotem non ſolui laudimium, & ſic videntur ſentire eſſe ſpeciale dotis priuilegium eius fauore inductum. Hanc eandem opinionem ſatis probabilem putat Blanchardus *d. n.* 7. Quamuis addat cum Bimio *conſ.* 228. *num.* 27. alteram eſſe receptiorem, vt vere eſt. Plura de præfata quæſtione, an pro re emphyteotica, vel feudali data in dotem ſit ſoluendum laudimium, videantur apud præallegatos Doctores, præſertim in annotat. Caroli Antonij Blancardi *ad dictam quæſtionem laudimialem Amadei à Ponte.*

§. V.

An, & qua ratione feudum, ſeu res feudalis poſſit dari in dotem.

85 MVlierem, & quemcumque alium, ſiue Patrem mulieris, ſiue extraneum poſſe fundum proprium quoad dominium directum & vtile pro dote mulieris dare marito in feudum conſtat ex traditis *ſupra hoc capite n.* 57. *&* 58. vbi etiam quid ſi maritus culpa ſua amiſerit feudum.

86 Item mulier feudataria, & quilibet feudatarius poteſt de conſenſu Domini directi dare in dotem rem feudalem quoad ipſum ius feudale, vtiliſve dominij, dummodo reſultet tantum in præiudicium ipſius feudatarij dotantis, conſtat ex traditis *ſuprà num.* 60.

87 Poteſt quoque vaſſallus, ſeu feudatarius ſine conſenſu Domini directi dare in dotem commoditates ipſius feudi, ſeu rei feudalis, vt probant tradita *ſupra num.* 62. ſicut enim emphyteuta poteſt alienare commoditates emphyteuſis pro tempore vitæ ſuæ, *vt ſuprà dict. num.* 53. *& dict. num.* 52. notatum eſt, ita etiam vaſſallus ſine conſenſu Domini directi poteſt alienare commoditates ipſius feudi, ſeu rei feudalis pro tempore ſuæ vitæ, & tantum in præiudicium ſui, & non eius, qui eſt ſucceſſurus in feudo, vt poſt Bald. *in c.* 1. *§. aut ſi libellario, num.* 3. *fin. quibus mod. feud. amit.* & Ruin. *conſ.* 276. *num.* 13. *lib.* 1. tradit Clarus *§. feudum quæſt.* 31. *num.* 9. vbi teſtatur eſſe communem Doctorum ſententiam, & tradunt etiam Oddus *de fideicom. quæſt.* 42. *art.* 3. *num.* 30. & Menochius *de præſumpt. lib.* 4. *præſ.* 189. *n.* 172.

Patrem quoque de feudo inueſtitum poſſe illud dare in dotem pro filia, donec ipſa vixerit abſque Domini conſenſu tradunt Gloſſ. *in c. ex parte, de feudis*, Felinus *in cap. quæ in Eccleſiarum, num.* 109. *de conſtit.* Iaſon *Auth. res quæ, n.* 26. *ad finem verſ. ſecundo limita, C. comm. de legat.* & alij quos refert, & ſequitur Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 12. *tit.* 21. *n.* 13. id etiam probans per Textum *in cap. nuper, de donat. inter vir. & vxorem.* Poſſe etiam Patrem ſine conſenſu Domini directi dare in dotem filiæ feudum ad vitam ipſius mariti tradit Borellus *in ſumma deciſ. tom.* 3. *tit.* 4. *n.* 247. ex Rota *deciſ.* 199. Curtio *de feudis p.* 4. *verſ. quartò principaliter quæro*, Pariſio de Puteo *de reintegr. feud. cap.* 29. & ex aliis ab eo *ibidem allegatis.* Quæ tamen iuxta tradita *ſupra num.* 54. ſunt intelligenda ſolum durante vita & iure ipſius Patris dotantis, vt conſtat ex *d. cap. nuper*, & expreſſe notat Padilla *in d. Aut. res quæ, n.* 105. *C. comm. de legatis*, & in his caſibus valet dotatio, ſeu dotis conſtitutio ſuper feudo, ſeu re feudali irrequiſito Domino directo, quia reſoluitur in conceſſione commoditatis percipiendi fructus ex re feudali, non verò eſt alienatio iuris feudalis, *vt eodem num.* 54. explicatum eſt. 88

Mulier item habens feudum proprium tradendo ſe nuptui abſque conſenſu Domini directi poteſt illud in dotem pro ſeipſa dare, dummodo det inæſtimatum, & ſine pacto de lucranda dote, ſi ſine liberis deceſſerit, *vt ſuprà n.* 66. notatum eſt & conſtat *ex c.* 1. *de inueſtit. quam accepit Titius à Sempronio, ibidem allegato, & ex cap.* 1. *de eo, qui ſibi, & hæredibus ſuis*, & præter Doctores *eodem n.* 54. allegatos tradunt Mantica *dict. tit.* 21. *n.* 12. allegans Baldum *in d. Aut. res quæ, n.* 14. & Iaſon *ibid. n.* 26. Sforriam Oddum *d. art.* 3. *n.* 32. *& ſeqq.* Menoch. *de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 289. *n.* 167. & plurimos alios cumulatos, Camillus Borelius *dict. titul.* 4. *n.* 248. *&* 249. *& n.* 250. addit id ſeruari etiam in Regno Neapolitano; & quod ſolus Iacobus de Beluiſio *in d. c.* 1. *de Inueſtit. quam Titius*, cenſuit mulierem nec feudum ſuum poſſe in dotem dare ſine Domini directi aſſenſu, quem tamen (ſubdit) nullus ſequitur, & affert rationem Oddus *n.* 33. *&* 34. *&* 35. ſcilicet quia dominium verum, quod habet, licet illa in dotem det, remanet apud eam, vt notatum eſt *ſupra n.* 76. *&* 79. & *cap.* 2. *num.* 146. *l. in rebus, Cod. de iure dot.* & maritus dicitur abuſiuè dominus dotis reſpectu fructuum percipiendorum ex rebus dotalibus, donec mulier vixerit ſecundum veram opinioné (inquit idem Oddus) quem amplexi ſunt *Igneus in l.* 1. *§. ſi vir vxori, n.* 6. 22. *&* 50. *ff. ad S.C. Syllanianum*, & Zaſius *lib.* 2. *ſingul. intellectuum cap.* 5. *ad finem*, ita declarantes *l. doce, Cod. de rei vindic.* quæ videtur dicere dominium transferri in maritum, quod tamen (ſubdit Oddus) intelligendum eſt reſpectu adminiſtrationis, & fructuum, & concordat cum *dicta lege in rebus*, & idem ſentit, & tradit Menoch. *n.* 158. *&* 164. 89

Abſque conſenſu pariter Domini directi poteſt pater dare feudum, ſeu rem feudalem in dotem pro filia, quæ ſit vna ex perſonis in prima inueſtitura comprehenſis, *vt ſuprà num.* 67. dictum eſt, & præter P. Barboſam, & alios Doctores *ibidem* relatos ſentiunt alij Doctores *ſuprà num.* 77. relati, & alij à Borello *locis eodem num.* 77. *citatis* allegati, aſſerentes de feudo à Patre dato in dotem pro filia in prima inueſtitura, ſeu cóceſſione feudi comprehenſa non eſſe ſoluendum laudimium, inter comprehenſos enim in conceſſione feudi, ſicut & inter comprehenſos in conceſſione emphyteuſis licita eſt alienatio, & tranſlatio ſine Domini directi conſenſu 90

ſu per rationem *dicto n.67.* adductam, quia ſcilicet cenſetur Dominus directus dediſſe licentiam alienandi, & talis alienatio, ſeu tranſlatio inter comprehenſos in prima inueſtitura eſt potius feudi continuatio, quam non acquiſitio. Procedit etiam ſi daretur feudum æſtimatum, & etiamſi pater haberet alia bona allodialia, & libera vt *eodem num.67.* notatum eſt.

91 Similiter abſque conſenſu Domini directi poteſt dare in dotem filiæ feudum hæreditarium tranſitorium ad quoſcumque hæredes etiam extraneos, conceſſum vero pro ſe, & quibus dederit, *vt ſuprà num.16.* Huiuſmodi enim feudum, vti de ſe alienabile, poteſt Vaſſall. ſine Domini conſenſu pro libito in alium transferre, & de eo diſponere etiam per vltimam voluntatem, vt tradunt Rolandus, & Menochius *locis dicto n.68. allegatis,* Oddus *d.art.3.num.22.* alios allegant Clarus *§. feudum, quæſt.31. num.8. & quæſt.40.num.2.* Additionator ad eundem Clarum *dict. quæſt.31. littera H.* Molfeſius *ad conſuetud. Neapolitan tom.1.part.4.quæſt.16. n.9.* Fachineus *controu. iuris lib. 7.cap. 46. fine,* quos duos allegaui *ſupra cap.13. num.14.* & alij communiter, quos referunt idem Clarus *dicto num. 8.* Rolandus & Menochius *locis dicto n 68. relatis,* & ex Summiſtis Sylueſter *verbo dos, quæſt.9.* Dominus enim concedendo feudum cum illa clauſula *pro ſe, & pro quibuſcumque hæredibus,* vel *pro ſe, & quibus dederit,* ab initio cenſetur præſtitiſſe conſenſum cuicumque alienationi, quem de ipſo feudo faceret vaſſallus, vt notat Clarus *dict. num.8.*

92 Difficultas eſt, an Pater poſſit feudum ſeu bona feudalia dare in dotem pro filio nullo modo comprehenſa in inueſtitura, ſeu conceſſione feudi, ſi non habet alia bona libera, & aliunde vnde poſſit filiam honeſtè dotare, & ſententiam negatiuam tenent plurimi iuriſperiti, ita Gloſſa *in cap. imperialem, in princip. verbo alienare de prohibita feudi alienatione per Fridericum,* Bald. *ibidem in principio num.6.* Decius *conſil.586. & in cap. quæ in Eccleſiarum in ſexto notabili de conſtit.* Ioan Bapt. de Beluiſio *de priu. dotal. cent.2.n.6.* Oſaſchus *deciſ.68. num.21.* P. Barboſa *loco ſuprà num.10.* Mantica *d.tit.21. n.9. & duobus ſeqq.* Camillus Borellus *d.tit.4. n.245. & 246.* Peguera *dec.117.* Oddus *d.art.3.n.41.* & centum alij relati præſertim à Padilla *in Auth. res quæ, num.105. C. comm. de leg.* partim ab Oſaſcho *dict. n.21.* partim à Claro *§. feudum, quæſt. 36. num.1.* & partim ample à Borello *dictis duob. numeris* relati, & eſſe communem iuriſperitorum ſententiam teſtatur Clarus *dict. quæſt. 36. & ibidem* Additionator *littera B.* & ex Summiſtis idem tradit Sylueſter *verbo dos, quæſt. 8.* quæ ſententia ab iis probatur per Textum *in cap.2. §. donare, qualiter olim feudum poterat alienari,* vbi expreſſe prohibetur feudum dari in dotem pro filia abſque Domini conſenſu, & per Textum *in eodem cap. primo, §. neceſſitate, & in cap. imperiale, de prohibita feudi alienatione per Fridericum:* nec obſtare ait Mantica *d.tit.21. n.20.* quod res prohibitæ alienari, poſſint ex cauſa dotis alienari, *Auth. res quæ C. comm. de leg.* Nam iuxta notata *ſuprà cap.13.n.14.* ex eodem Mantica, *& hoc cap. n.69.* ex P. Barboſa reſpondet, rationem cur permiſſa ſit alienatio ex cauſa dotis in bonis fideicommiſſo ſubiectis, ceſſare in feudo; permittitur enim in bonis fideicommiſſi, quia fideicommittens tenebatur dotem pro ſua progenie dare, & bona cum ſuo onere tranſire debent, vnde ſi fideicommiſſum, ſubdit, ſit relictum ab extraneo, qui non tenebatur dotare, alienatio non eſt permiſſa, vt Bart. *in dict. Auth. res quæ num. 3. & 4.* Alexander, Ruinus, & Socinus *locis* ab eodem Mantica *allegatis.* At verò Dominus, qui feudum conceſſit, non tenetur dotare filiam, & alios deſcendentes vaſſalli inueſtiti, ac proinde ſine eius conſenſu ex cauſa etiam dotis alienari non poteſt, vt dicitur *d.§. donare.* Addit idem Mantica *n.11.* quod ſi feudum ſit antiquum, non poteſt etiam cum Domini conſenſu in dotem dari in præiudicium agnatorum, qui ſunt comprehenſi in prima inueſtitura, iuxta collegium Bononienſe *inter conſ.* Curtij ſen. *conſ.70. num.24.* & Ruinum *conſ. 203. n.15. & ſeq. lib.1.* & Clarus quoque *§. feudum quæſt.32. num. 5.* tradit iuxta Doctores communiter (quorum plures refert) feudum antiquum, ſi paternum, non poſſe ſubinfeudari in præiudicium agnatorum, quibus feudum debetur ex pacto, & prouidentia primi concedentis, & ideo eiſdem non poteſt præiudicari per ſubinfeudationem. Quod idem tradit Oddus *dicto artic. tertio, num.17.*

Contrarium tamen, & quod quando vaſſallus, ſeu feudatarius non habet aliunde facultatem honeſtè, & congruè dotandi filiam, poſſit ſine Domini directi conſenſu pro ea date in dotem bona feudalia, dummodo inæſtimata, & abſque pacto de lucranda dote, ſi ſine filiis deceſſerit, ſentiunt non pauci Iuriſperiti. Abbas, Crauetta, Padilla, Rolandus à Valle *locis ſuprà n.72. allegatis,* Amadeus à Ponte *d. q. laudimiali 29. n.4. & ſeqq.* Menoch. *de præſ. l.4. præſ.189. n.72.* & plures alij ab eodem Menochio, & ab Amadeo *n.3. & 8.* Antonio Fabro *de laudimiis decade 3. errore 6. n.6.* præter alios ab Abbate *loco ſuprà d.n.72. cit.* & ab Oddo *d.art.3. n.36. verſ. limitatur ſexto* relati, & etiam Clarus *§. feudum d. quæſt.36. verſ. re vera,* vbi quod dictum eſt de ipſamet muliere, quod poſſit abſque Domini conſenſu dare marito in dotem proprium feudum, dummodo det inæſtimatum, & ſine pacto de lucro dotis, putat poſſe dici etiam in patre, ſi concurrant illa duo, dicens difficile eſſe allegare concludentem rationem diuerſitatis, licet addat, poſſe dici in hoc differre Patrem à filia, quia filia dans in dotem non videtur alienare feudum, ſed tantum illius commoditates pro oneribus matrimonij, & quia licet proprie poſſeſſio rei dotalis dicatur eſſe apud maritum, tamen etiam mulier dicitur quodammodo poſſidere dotalem fundum, ſecus autem eſt in Patre. Vnde concludit tutius eſſe requirere Domini conſenſum fundamentum huius poſterioris ſententiæ adductum eſt *ſuprà d.n.72.* vbi etiam ex Padilla notatum eſt, huic ſententiæ non obſtare textum *in d.c.1. §. donare,* quia non conſtat, ibi vaſſallum non habuiſſe alia bona libera, ex quibus poſſet filiam honeſte dotare, & huiuſmodi ſententia procedit etiam in feudo antiquo, vt expreſſe Rolandus *de lucro dotis q.54. n.6.* & Theſaurus poſt Abbatem, cum militet eadem ratio. Intelligitur tamen hæc ſententia, vt dos debeat eſſe diſcreta, & congrua, non exceſſiua iuxta *ſup. n.29. fine,* & quod Pater non transferat in filiam, vel maritum plus iuris, quam ipſe habeat, iuxta notata *ſuprà n.69. & 73.* nec inferatur præiudicium agnatis, quando ipſi tantum, & non fœminæ ex pacto in inueſtitura feudi antiqui, ac paterni appoſito debent in feudo ſuccedere, quibus, vt *ſupra numero præcedenti* dictum ex Claro, vaſſallus poſſidens feudum non poteſt præiudicare, neque etiam de conſenſu Domini. Et ſic quando deficientibus bonis allodialibus, vel neque etiam legitima filiæ in bonis Patris debita ſufficiente ad eam honeſte, & congrue dotandam, dotem congruam in bonis feudalibus quæ ad maſculos tantum excluſis fœminis tranſire debent, conſtitui poſſe tradunt poſt Panormitanum, Alexandrum, & Cuttium Antonius Theſaurus, Hartmanus, Fachin. & Molf. *locis ſup. c.13. n.14.* allegati ob rationem *ibid.* adductam, nempe quia licet Primogeniti ſuccedant in Comitatu, & Baronia non debent alij filij mendicare, & filiæ indotatæ remanere, ob quam rationẽ idem ſentit Fontan. *de pact. nupt.* Clarus *gloſſ.1. p.2. n.103.* imo hoc caſu feudum ita in 93

dotem

dotem marito dari poſſe, vt non ſolum veniente patre donante maneat apud filiam dotatam, eiuſve maritum, ſed etiam vt perpetuò ſit apud mulierem, quando ſcilicet pater dotans non habet alia bona, contra Camerarium *in cap. Imperialem*, tradit Menochius *d. num. 73. verſ. & traditionem*, & ait ita ſentire Afflictum *in c. 1. §. donare n. 7. qualiter olim feudum alienari poterat*, & alios iuriſperitos ab eodem *d. num. 73.* relatos.

94 Iuxta autem iura Regni Neapolitani, qua ratione poſſint, & debeant à vaſſallo dari feuda in dotem pro filia, vel ſorore ſine aſſenſu vel conſenſu Domini directi, vel aſſenſu Regio, & quando talis aſſenſus debeat præſtari, & quando alienari pro dotis reſtitutione latè agit Camillus Borellus *in ſumma deciſ. tom. 3. allegato tit. 4. à n. 252. ad 298.* Qua etiam ratione iuxta antiqua decreta Sabaudiæ *de alienatione feudorũ* cõdita à Yolãt à Carolo & Blanca confirmata, latiſſimè ſcribit Antonius Sola *in commentariis ad Sabaudiæ Ducum decreta tit. de feudis*, vbi & de alienatione feudorum ex cauſa dotis conſtituendæ ac reſtituendæ, & de aſſenſu requiſito, & neceſſariò præſtando pro alienatione bonorum feudalium iuxta dicta decreta pro conſtitutione, & reſtitutione dotis.

95 Porro extraneum, eumve, qui eam dotare non tenetur, neque inuitus cogi poteſt, abſque Domini directi conſenſu non poſſe pro muliere dare feudum, ſeu rem feudalem, & quoad ius ipſum feudale (nam quoad ſolam commoditatem durante ſua vita, ſuove iure poſſe dictum eſt *ſuprà n. 87. & duobus ſeqq.*) eſt communis ſententia fundata *in d. cap. 1. §. donare, Qualiter olim feudum poterat alienari*, & *in d. cap. Imperialem de prohibita feudi alienatione per Federicum*, & expreſſe Bertrandus Brunus, Amadeus à Ponte *locis citatis ſupra n. 85.* Antonius Faber *de laudimiis decade 3. errore 6. n. 13. & 14.* & à fortiori omnes Doctores *ſup. num. 92.* allegati, & alij aſſerentes neque Patrem id poſſe pro filia non comprehenſa in inueſtitura feudi, & ratio eſt, quia in hoc caſu eſſet cauſa neceſſitatis, ob quam Doctores communiter admittunt poſſe irrequiſito Domino dotis fauore dare in dotem bona feudalia, vt *d. n. 13.* notat Faber.

96 Cæterum ſi ſit conſuetudo, vt bona feudalia in dotẽ dari poſſint, valebit dotis conſtitutio; ita expreſſe Mantica *de tacit. & ambig. conuent. lib. 12. allegato tit. 21. n. 14.* & probat communis ſententia à Claro *§. feudum q. 31. n. 12.* tradita, quod valeat conſuetudo, quod vaſſalli poſſint alienare feuda abſque conſenſu Dominorum; ſicut enim feuda ex conſuetudine originem habuerunt *cap. 1. de feudi cognitione*, ita temperat, & tollit iura feudorum, & nihil eſt in feudis ita perpetuum, quod conſuetudine non poſſit obligari, vt aliis relatis *locis allegatis* Mantica, & Clarus: & ſicut in cæteris feuda reſpicientibus, & in eorum alienatione conſuetudo vincit legem, & pro lege habetur, vt *d. n. 12. fine* Clarus notat.

Vtrum verò pro re feudali data in dotem ſoluendum ſit laudimium, explicatum eſt ſatis *præcedenti paragrapho.*

§. VI.

An dos conſtitui poſſit ex bonis fideicommiſſo ſubiectis, & reſtitutioni obnoxiis, eorumve alienatione.

97 DE hac materia ampla, ſolenni, & difficultatibus plena diuerſimodeque à Iuriſperitis explicata, & in foro frequentiſſima agunt Iuris interpretes ſcribentes *in auth. res quæ Cod. communia de legatis*, ex quibus præcipuè Antonius Padilla *commentario in d. Auth. res quæ*, & præter eos Petrus Antonius Petra *tract. de prohibita alienatione quæſt. 8. à n. 335. ad finem*, Ioannes Boſcherus *de legitimis nupt. lib. 6. n. 20.* Baldus Nouellus *de dote p. 6. priuil. 13.* Campeglus *de dote p. 5. q. 18.* Peregr. *de fideicom. art. 42.* Menochius *de arbit. caſu 182. num. 68.* latiſſimè *de præſ. lib. 4. præſ. 189.* Ludouic. Molin. *de Primog. lib. 4. c. 6.* Surd. *dec. 62.* Fõtanell. *de pact. nupt. clauſ. 5. gloſ. 1. p. 2.* Vincentius Fuſarius *de ſubſtit. q. 531.* Sfortia Oddus *de fideicomm. q. 37. & plurib. ſeqq. ad 47.* Anton. Faber *lib. 6. Cod. tit. 23. defin. 4. & 19. & de error. pragmat. lib. 1. decade 20. errore 6.* Marelcotus *var. reſol. lib. 2. cap. 69.* Marta *de ſucceſſorib. ab inteſtato tom. 2. p. 4. q. 21. art. 10.* Hodierna *in annotat. ad d. deciſ. Surdi 67. & in controuerſ. forenſib. lib. 1. cap. 9. & cap. 31.* Iulius Cæſar Caluinus *de æquitate lib. 1. cap. 90.* Camill. Borellus *in ſumma deciſ. tom. 3. tit. 4. n. 44. & plurib. ſeqq.* & plurimi alij ab iiſdem, præſertim à Fuſario, & Borello relati.

Ex cauſa dotis bona fideicommiſſo, ac reſtitutioni ſubiecta poſſunt per grauatum alienari.

Conueniunt Doctores, & ſupponunt tanquam regulam generalem, 98 quod bona fideicommiſſo, & reſtitutioni ſubiecta (quæ regulariter non poſſunt alienari, neque hypothecæ dari per ipſum hæredem grauatum, vt habetur *in l. fin. §. ſed quia noſtra, & § ſi autem Cod. commun. de legat.*) ſpeciali priuil. ob cauſam dotis & donationis propter nuptias poſſunt alienari à grauato, de quo ſpeciali, ſeu priuilegio eſt Textus formalis, & expreſſus *Auth. res quæ C. comm. de legat. & in corpore, & in Auth. de reſtitutionib. & ea quæ parit, §. Quamobrem, vnde ab Irnerio ſumpta eſt*, cum quo concordat *L. mulier, §. cum proponeretur, ff. ad S.C. Trebell.* verba textus *in d. Auth. res quæ*, ſunt: *Res quæ ſubiacent reſtitutioni prohibentur alienari quidem, vel obligari, ſed ſi liberis portio legitima non ſufficit ad dotis, ſiue donationis propter nuptias obligationem, permittit res prædictas in eam cauſam alienare, vel obligare pro modo honeſtati perſonarum congruo; ea enim, quæ communiter omnibus proſunt, iis, quæ ſpecialibus quibuſdam vtilia ſunt præponimus.* Verba verò *d. §. Quamobrem*, ſunt: *Quamobrem præſentem proponimus legem, omnia alia prioris à nobis poſita conſtitutionis rata manere volentes; hoc vero innouantes ſolummodo, vt ſi quis de cætero reſtitutionem fecerit ſuarum rerum, primùm quidem ſeruet filio legitimam partem, non quartam (hoc enim emendauimus inopiam eius plurimum reprehendentes) ſed tertiam modis omnib. aut mediam ſecundum filiorum numerum. Deinde ex reliqua ſubſtantia parte, ſi non ſuffecerit legitima pars ad dotis, aut antenuptialis donationis obligationem honeſtè & ſecundum perſonarum qualitatem, & merita excipere, etiam hoc ad reſtitutionem ſecundum quod adiectam legitimæ parti dotem, aut antenuptialem facit donationem. Sancimus enim ſecundum hunc modum excipi modis omnibus ad reſtitutionem nuptialia documenta, & ſuper his factas alienationes, aut hypothecas, & vel ſi grauata ſit perſona, aut viri, aut mulieris reſtitutione tali, liceat ei etiam nunquam antenuptialem, ſeu propter nuptias donationem offerre, niſi quantum in illis rebus reſtitutione valente: Et ſi mulier reſtitutione grauetur, non impedimentum ad dotis obligationem fieri. Ea enim, quæ communiter omnibus proſunt iis, quæ ſpecialiter quibuſdam vtilia ſunt, præponimus, ſicque hoc nuptialibus donationibus, & harum exactionibus priuilegium, &c.* Verba denique *dict. l. mulier, §. cum proponeretur*, ſunt: *Cum proponeretur, quendam filiam ſuam hæredem inſtituiſſe, & rogaſſe eam vt ſi ſine liberis deceſſiſſet Titio reſtitueret, eamque dotem dediſſe marito certa quantitatis, mox decedens ſine*

liberis

liberis hæredem inſtituiſſe maritum ſuum, & quæreretur an dos detrahi poſſit: dixi non poſſe dici in euerſionem fideicommiſſi fuiſſe factum, quod & mulieris pudicitiæ, & patris voto congruebat, quare dicendum eſt, dotem decedere, ac ſi quod ſuperfuiſſet rogata eſſet reſtituere, quod ſi tantos fructus ex hæreditate mulier percepit, vt inde potuerit doti ſatisfieri, dicendum eſt, potius fructibus hoc expenſum ferendum, quàm fideicommiſſo: ita Vlpianus *d. §. cum proponeretur.*

99 Ex prædictis igitur iuribus conſtat pro dotis conſtitutione poſſe alienari bona fideicommiſſo ſubiecta, & etiam pro donatione propter nuptias, & quidem *d. §. cum proponeretur*, Vlpianus loquitur ſolum in filia grauata à Patre teſtatore onere reſtitutionis, & cenſuit filiam potuiſſe ſibi dotem conſtituere ex bonis fideicõmiſſi: Iuſtinianus verò extendens reſponſum Vlpiani *in d. auth. res quæ, & d. §. Quamobrem*, loquitur etiam in aliis deſcendentibus ex teſtatore fideicommittente: colligitur ex illa dictione, *liberis*, quæ deſcendentes comprehendit, vt notat Menochius *d. præſ.* 189. *n.* 2. & dictum eſt etiam *ſup. cap.* 4. *&* 5. & quod diſpoſitio *d. Auth. res quæ, & d. §. Quamobrem* procedit non ſolùm in filia, ſed etiam in aliis deſcendentibus Teſtatoris fideicommittentis, eſt communis opinio Doctorum, de qua infra. Decernit ergo Iuſtinianus primo, vt non ſolum pro filia Teſtatoris grauata onere fideicommiſſi à Patre, ſed etiam pro aliis deſcendentibus Teſtatoris fideicommittentis poſſint alienari bona cauſa conſtituẽdi, ſeu dandi dotem; ſecundo addit huiuſmodi alienationem permitti tantum, quando legitima filiorum grauatorum non ſufficit, vt per eam dos congrua perſonarum conditioni, & honeſtati conſtituatur, ex quo conſtat de bonis fideicommiſſo ſubiectis, & alienari prohibitis licitè alienari poſſe pro dote ſufficiente, & & congrua conſtituenda, etiam vltra legitimam, & Trebellianicam, ſi illæ non ſufficiãt pro dote congrua mulieris ex Teſtatore deſcendentis. Quod etiam tradunt communiter Doctores ſcribentes *in d. Auth. res quæ, in l. à filia, ff. ad Trebell.* & alij moderni omnes, quorum plures allegaui *ſupra cap.* 13. *n.* 40. Tertio ſubdit eamdem alienationem bonorum fideicõmiſſi poſſe fieri cauſa donationis propter nuptias, quam iure communi vxori maritus, vel eius pater tenetur facere. Denique iuxta communem Doctorum adiunxit, vt etiã pro dotis reſtitutione queant bona fideicõmiſſi alienari, de qua re *ſequenti paragrapho.* His prænotatis diſpoſitio dictorum iurium, præſertim *d. Authentica res quæ, & §. Quamobrem*, vnde eadem Authentica ſumpta eſt, & regula ex eiſdem Textibus à Doctoribus firmata quod ex cauſa dotis bona fideicommiſſo, & reſtitutionis ſubiecta alienari poſſint explicatur ſequentibus quæſitis.

Rationes, ob quas Iure diſpoſitum eſt bona fideicommiſſi poſſe alienari pro dote filiarum deſcendentium ex Teſtatore Fideicommittente.

100 Primum quæſitum, quæ fuerit ratio, ob quam prædictis Iuribus ſtatutum ſit vt bona fideicommiſſo ſubiecta, & aliàs prohibita alienari, poſſint alienari pro dote conſtituenda pro deſcendentibus (& loquuntur dicta Iura in deſcendentibus per lineam rectam à Teſtatore fideicommittente, iuxta Doctores communiter, de quo infra) ab ipſo Teſtatore, qui fideicommiſſum reliquit, de qua re ex profeſſo Petra *d. q.* 8. *à n.* 336. Oddus *d. tract. de fideicomm. q.* 37. *art.* 2. & Merenda *controu. to.* 1. *li.* 4. *cap.* 27. vna ratio aſſignatur, vtilitas publica, ſeu fauor publicus Reipublicæ, qui verſatur circa dotes mulierum, ſine quibus difficile, & vix fiunt matrimonia quibus ciues multiplicantur, & Reſpublica hominibus liberis repletur. Hæc ratio adducitur *in d. Auth. res quæ, & §. in Quamobrem* ibi, ea enim, quæ communiter; hanc eamdem rationem publicæ vtilitatis aſſignant Menochius *d. præſ.* 189. *n.* 4. Surd. *d. dec.* 62. *n.* 22. *& n.* 28. Fontanella *d. p.* 2. *n.* 2. *& n.* 44. Rota apud Manticam *dec.* 152. & plures alij relati ad Oddo *d. art.* 2. *n.* 15. Alia ratio aſſignatur, ſcilicet ficta, ſeu præſumpta, ac veriſimilis voluntas Teſtatoris, quia cum ad officiũ parentum ſpectet dotare filiam vel neptem ex filio (vt late *ſuprà cap.* 4. *&* 5. probatum eſt) veriſimile eſt, & præſumẽ ſum parentem Teſtatorem, dum fideicommiſſum ordinauit noluiſſe in eo comprehendere bona neceſſaria pro congruentibus dotibus illarum, ſuarumq; deſcendentium, quibus, ſi eo tempore viueret eaſdem dotes date coactus fuiſſet, & daturus fuiſſet, ita probant Textus *in d. l. mulier, §. cum proponeretur*, ibi *quod & mulieris.* Ludouicus Molina *d. c.* 6. *n.* 5. Menochius *dicta præſ.* 189. *n.* 5. *&* 6. Fontanella *d. p.* 2. *n.* 2. *& n.* 7. Marta *d. art.* 10. *n.* 3. Rota *dec.* 556. *p.* 1. *diuerſ.* Merenda *d. c.* 27. & alij communiter quos referunt *locis citatis*, Molina, & Menochius, Oddus *d. art.* 2. *n.* 18. & etiam Fuſar. *conſ.* 7. *n.* 10 Quare quod Hodierna *in annotatione ad d. dec.* Surd. 62. *n.* 13. dicit, ſcilicet, dictã diſpoſitionẽ *Auth. res quæ*, non eſſe fundatam, nec in veriſimili mente Teſtatoris, nec in publica vtilitate, fauoréve dotis, ſed fauore dotis mediante legali obligatione, quam habet, & adſtringitur aſcendens ad dotãdam filiã, neptem, aliaſque deſcendentes à qua non poſſet ſe eximere, ſi fuiſſet viuens pariter, eſſentialiter non eſt quid diuerſum a traditione communi aliorum Doctorum dicentium, eam diſpoſitionem eſſe fundatam in veriſimili mente Teſtatoris, iuxta *d. § cum proponeretur*, cum eam præſumptionem voluntatis Teſtatoris, de qua *d. §. cum proponeretur*, dicant deduci ex officio paterno, & ſic ex eius obligatione legali dotandi filias, & neptes ab eo deſcendẽtes. Ex quo additur Tertia ratio (quam proponit, & approbat Oddus *d. art.* 2 *n.* 26.) nimirum quia dos cenſetur æs alienum reſpectu Patris, iuxta tradita *ſup. c.* 6. *n.* 12. *&* 16. *fine*, & Doctores *ibidem* relatos, & alios, quos idem Oddus *n.* 27. allegat, idem ex iiſdem Doctoribus dicens de donatione propter nuptias, quam pater tenetur facere filiis ſuis nubere volentibus, & ſic quemadmodũ æs alienum non continetur ſub prohibitione alienandi, & ſub vinculo fideicommiſſi, ita & dos nunquam videtur eſſe, ſeu comprehenſa in fideicommiſſo, nec eſt veriſimile Teſtatorem voluiſſe ſub fideicommiſſo à ſe relicto contineri, vt notaui *d. n.* 12. *&* 13. & tradunt communiter Doctores *ibidem* à me, & ab Oddo *d. num.* 27. relati, ac propterea in hoc fundari *d. Auth. res quæ*, dum diſponit bona fideicommiſſo ſubiecta poſſe alienari ad conſtituendam congruam dotem filiæ, quando legitima ei relicta, ſeu debita non ſufficit ad dotem congruam. Demùm bona prohibita alienari (vt emphyteotica, & feudalia, & ſic etiam fideicommiſſo ſubiecta) poſſunt alienari ex cauſa neceſſitatis, ſeu neceſſaria, *vt ſupr. hoc n.* 72. probatum eſt, & tradunt Doctores *ibidem* relati, & alij communiter relati à Menochio *de arbitr.* 182. Pater verò ex neceſſitate, & iuris naturalis, & obligationis legis ciuilis, & Canonicæ ad id cum obligantis tenetur filiam dotare, vt latè *cap.* 4. *&* 5. probatum eſt: quam neceſſitatem legalem vocant præciſam Menochius *d. caſu.* 182. *n* 66 Crauetta *in reſponſo pro genero in corollario, n.* 4. Oſaſch. *dec.* 167. *n.* 4. & Fontanella *d. p.* 2. *n.* 2. *fine.* Propterea rectè dici poteſt in huiuſmodi neceſſitate fundatam eſſe diſpoſitionem *dictæ Auth. res quæ*, licet Merenda *d. c.* 27. conetur multis reprobare hanc rationem fundatam in obligatione Parentum dotem, & donationem propter nuptias exhibendi pro ſua progenie, volens vnicam rationem, qua motus fuit Iulianus, eſſe præſumptã Teſtatoris voluntatem

tatem. Qui tamen loquitur contra communiſſimam ſententiã, ideoque minime audiendus. Præter præfatas rationes aliæ adducũtur à Petra, & ab Oddo, quas omitto, cum prædictæ ſufficiant, præſertim ſi omnes, vel plures iunctæ ſint.

Diſpoſitio Iuſtiniani in dict. authent. res quæ, *non eſt iuris communis correctoria, ſed exorbitans, eſt fauorabilis, & extendi poteſt.*

101 Ex traditis in numeris præcedentibus colligitur diſpoſitionem prædictorum iurium præſertim *d. auth. res quæ, & d. §. Quamobrem,* non eſſe iuris communis correctoriam ſed (vt dicunt Iuriſperiti) exorbitantem, ſcilicet ipſum ius commune, vt ex Doctoribus *n.* 97. allegatis poſt alios notarunt Menoch. *d. præſ.* 199. *n.* 4. Oddus *d. quæſt.* 37. *art.* 1. & Fuſarius *d. quæſt.* 531 *numero.* 4. & *numero* 81.

102 Cum etiam cauſa publicæ vtilitatis (vt *nu. præced.* dictum eſt) & conſtat ex illis verbis finalibus *d. auth. ea enim: quæ communiter omnibus proſunt, &c.* eandem diſpoſitionem eſſe fauorabilem, non odioſam ex Doctoribus *d. n.* 97. *allegatis* tradunt idẽ Menoc. *d. n.* 4. Fuſarius *d. q.* 531. *n.* 5. Marta *præfato artic.* 10. *ſup. n.* 98. *allegato n.* 3. Surd. *d. dec.* 26. *n.* 28. Paſchalis *de viribus patriæ poteſtatis c.* 7. *n.* 50. & alij Doctores communiter ab iiſdem relati, inter quos Rota Romana alios allegans *dec.* 37. *n.* 3. *in prima parte diuerſorum, & etiam in eadem prima parte dec.* 556. *n.* 30. vbi dicit eam diſpoſitionem haberi pro fauorabili, cum lex præſumat congruere voto aſcendentis teſtatoris, quod dos deſcendentium conſtituatur ex bonis fideicommiſſi, *d. l. mulier §. cum proponeretur ff. ad Trebell.*

103 Ob quam rationem fauorabilitatis eamdem diſpoſitionem extendi poſſe ex præfatis Doctoribus eodem *numer.* 97. relatis tradunt Peregrinus *dict. art.* 52. *num.* 59. Surd. *dict. dec.* 92. *num.* 27. Paſchal. *dict. num.* 50. Fuſar. *dict. num.* 531. *num.* 5. *fine*, cum in materia exorbitanti fauorabili licita ſit extenſio, ſi adſit eadem ratio, ſeu rationis identitas, non ſolum in exorbitantibus vt allis relatis Peregrinus *d. n.* 59. & Fontanella *d. p.* 2. *n.* 95. Fuſar. *d. q.* 531 *num.* 81. *ſed etiam in correctoriis*, vt alios allegans Surd. *d. dec.* 62. *n.* 25. & 26. & Fuſar. *d. num.* 81. & licet præfatam diſpoſitionem Iuſtiniani, tametſi concernentem fauorem publicæ vtilitatis, quia tamen contradicit tribus regulis iuris, videlicet, *quilibet eſt rei ſuæ moderator, & arbitrer, quod diſponat teſtator, & fiat lex, & quod pium eſt morientium voluntates ſeruari*, tanquam exorbitantem recipere ſtrictam interpretationem dixerint Alexander *conſil.* 56. *num.* 3. *vol.* 1. & nonnulli alij à Vincentio de Franchis *deciſion.* 613. *num.* 9. relati. Prior tamen ſententia eſt communiter recepta.

Diſpoſitio Iuſtiniani in d. Authent. res quæ, *de dote, & donatione propter nuptias detrahenda ex fideicommiſſo an procedat etiam in fideicommiſſo iniuncto ante matrimonium, & dotis conſtitutionem.*

104 Quæſitum ſecundum, an diſpoſitio præfatæ *Auth. res quæ, & §. Quamobrem*, vnde ille ab Irnerio, vt bona fideicommiſſo ſubiecta ex cauſa doris, & donationis propter nuptias poſſint nedum obligari, ſed etiam alienari, & etiam totum fideicommiſſum (vt *infr.* explicatur) dari in dotem, ſi aliter fieri non poſſit, vt perſona dotanda matrimonium æqualibus conditionibus contrahat, procedat ſiue fideicommiſſum præcedat dotis conſtitutionem, & donationem propter nuptias, ſiue ſubſequatur. Communis ſententia Iuriſperitorum eſt quod procedat etiamſi grauamen, ſeu fideicommiſſum præcedat dotis conſtitutionem & donationem propter nuptias, quam communem ſententiam reprehendit Antonius Faber *d. lib.* 6. *ſui Codicis, tit.* 23. allegata *defin.* 4. vbi dicit, quod licet hæc ſententia communis videatur habere æquitatis, & humanitatis colorem, euidenter tamen iniqua eſt, cum nihil (ait) abſurdius videatur, quam in fauorem fideicommiſſi ex alterius bonis ſibi quem vel alteri dotem conſtituere, vel donationem propter nuptias, ſiue ab aſcendente, ſiue ab extraneo, aut (quod hac parte idem eſt) à collaterali inductum proponatur. Addit idem Faber errore lapſum fuiſſe Irnerium in concipiẽdis verbis dictæ *Auth. res quæ*, aliter quàm habeatur in corpore vnde ſumpta eſt, conaturque pluribus argumẽtis probare mentem Iuſtiniani *in d. §. Quamobrem Auth. de reſtitutionibus, & ea quæ parit.* fuiſſe aliter quam per Irnerium *in d. Auth. res quæ*, ſit perceptum. Dicit ergo quod *ibidem* mens Iuſtiniani alia non fuit, niſi vt vbi grauatus, vel grauata ante grauamen, ſeu iniunctum fideicommiſſum dotem, vel donationem propter nuptias conſtituerunt, vel acceperunt (vult enim Faber diſpoſionem Iuſtiniani procedere etiam quoad dotis à viro acceptæ reſolutionem) non noceat ſubſequens fideicommiſſum mulieri, vel viro quominus donatio propter nuptias facta, & dos à marito poſtea grauato, vel ab eius Patre accepta reſtitui debeat, vel ſi mulier ipſa, quæ viro dotem dedit, rogata ſit à Patre hæreditatem reſtituere, non ſolum cenſeatur rogata reddere dotem, ſed etiamſi expreſsè rogata ſit, fideicommiſſum quod hoc ſpectat, non valeat, & ſic diſpoſitio dicti Textus *in §. Quamobrem*, ſecundum eumdem Fabrum procedit in dote, & donatione propter nuptias conſtituta, & accepta ante iniunctum fideicommiſſum (quæ fuit etiam ſententia Angeli *in d. Auth. de reſtit. & ea quæ parit*, & Iaſonis *in d. Auth. res quæ*) non de conſtituenda poſt iniunctum fideicommiſſum, & poſt iniunctum fideicommiſſum vult Faber habere locum ſolum, quando mulier, vel vir ignorans fideicommiſſũ iniunctum matrimonium contraxiſſet. Quod expreſsè tradit idem Faber *d. defin.* 4. *verſ. itaq.* ex quo ſubdit idẽ Faber, apparet non tam ad id reſpexiſſe Iuſtinianũ quo Iuriſconſulti potiſſimum mouentur, ne ſcilicet propter fideicommiſſum filia maneat indotata (quia indotata, ait eſſe non poteſt, quæ vel inuito Patre legitimam habere debet ex paternis facultatibus æſtimandã, ſiue pauperiorem, ſiue ditiorem annum habuerit) quam ad id potius, ne ex tali fideicommiſſo decipiatur maritus, qui vel ante fideicommiſſum contraxerat, vel poſt inductum quidem fideicommiſſum, ſed eo tempore, quo fideicommiſſum probabiliter ignorabat: ſicut & quod in præiudicium fideicommiſſi marito iniuncti Iuſtinianus conſtituit non ad matris fauorem reſpicit, ſed ad commodum mulieris, ne aut propria dote aut ſibi facta per maritum donatione propter nuptias priuetur: ita Faber plura alia congerens ad pręfatam ſuã ſenteniam confirmandam. Quibus tamen à ſe adductis non obſtantibus idem Faber [*in fine dictæ definitionis quartæ* teſtatur ſuum Senatum fuiſſe ſequutum communem Iuriſperitorum ſententiam in omnibus [inquit] iampridem Tribunalibus receptiſſimam.

105 Igitur quod diſpoſitio Iuſtiniani *in d. Auth. res quæ & d. §. Quamobrem*, vnde illa eſt ſumpta, procedat in dote conſtituenda, & donatione propter nuptias facienda, & in reſtitutione (ſuppoſita communi Doctorum ſententia, quod Iuſtinianus diſpoſuerit, non ſolum pro conſtitutione dotis, ſed etiam pro dotis reſtitutione, poſſe alienari bona fideicommiſſo ſubiecta, quando grauati

grauati legitima portio non ſufficit, nec grauatus fideicommiſſo habet alia bona libera, vel ſi habet non ſufficientia, de qua re §. *ſequenti*) dotis datæ, & à marito acceptæ etiam poſt iniunctum grauamen, ſeu fideicommiſſum ex Doctoribus *ſuprà num.*97. relatis tradunt Petra *d. num.*98. *& num.* 352. Peregrinus *d. artic.*42. *num.*3.10. *&* 17. Padilla *in d. auth. res quæ num.*48. Rolandus *conſ.*85. *num.*29. *vol.*1. Ludouicus Molina *d. cap.*6. *num.*4. *verſ. cæterum*, Menochius *de arbitr. d. caſu* 182. *num.*7. *d. præſumpt.*189. *num.*18.19. *& ſeqq. præſumpt.*190. *& conſ.*33. *num.*12. *& immediate ante num.*15. Oddus *quæſt.*40. *art.*2. *&* 3. *& quæſt.*43. *artic.*7. Milanenſis *deciſ.*7. *num.*40. Fuſarius *d. quæſt.*131. *num.*7. *& quæſt.*532. *num.*5. Martha *d. art.*10. *num.*4. *&* 5. Fontanella *d.p.*2. Hodiern. *in annotat. ad d. deciſ.*62. *Surdi num.*31. *& d. cap.*9. *lib.*1. *controu. iuris*, præter quos Rota *d. deciſ.*37. *n.*5. *t.p. diuerſor.* Rolandus à Valle *conſ.*85. *n.*29. *vol.*1. & alij Iuriſperiti communiter, quos latè Peregrinus, Menochius, Hodierna, & Fuſarius referunt, & conſtat *ex d. auth. res quæ*, *& ex §. quamobrem, auth. de reſtit. & ea quæ parit*, vbi in rebus fideicommiſſo ſubiectis filius grauatus poteſt conſtituere dotem pro filia. Cum ergo dicta iura permittant dotis conſtitutionem fieri poſſe non obſtante, quod bona ſint ſubiecta fideicommiſſo, clarè conſtat, quod loquantur, quando grauamen fideicommiſſi iam erat iniunctum, & præcedebat dotis conſtitutionem; & probant etiam rationes dictæ diſpoſitionis Iuſtiniani *ſuprà num.*100. adductæ, quæ militant etiamſi fideicommiſſum præceſſerit matrimonium, & dotis, ac donationis propter nuptias conſtitutionem; & conuincit ratio illa, quod pater, & cæteri aſcendentes per lineam paternam in defectum patris tenentur fœminas à ſe deſcendentes, filiam, neptem, proneptem congruenter dotare, vt *ſuprà cap.*5. *num.*8. *& aliis numeris præcedentibus* probatum eſt, ac proinde aſcendens teſtator, qui fideicommiſſum reliquit, ſi eo tempore quo fœmina à ſe deſcendens dote indiget ad nubendum, viueret, eam congruenter dotare adſtringeretur, ideoque ratione illius obligationis, quod eſt neceſſarium pro congruenti dote deſcendentis, non cenſetur comprehenſum in fideicommiſſo, vt *ſuprà num.*100. notatum eſt, & talis etiam præſumi debet voluntas teſtatoris, ſcilicet quod dotes ſuarum deſcendentium exciperentur à fideicommiſſo. Neque obſtat illud, quod filia teſtatoris etſi propter dotem ei conſtituendam non ſit fideicommiſſum diminuendum, non remanet indotata, cum ei omninò debeatur legitima in bonis teſtatoris, qua poteſt ſibi dotem conſtituere, quia ſi legitima non ſufficit ad conſtituendam filiæ dotem congruam, tenetur pater vltra legitimam filiam dotare addendo legitimæ ex aliis ſuis bonis, quantum ſufficit ad dotis congruitatem, vt *ſupra cap.*13. latè probatum eſt, & præſertim *num.*40. *ex hoc cap. infrà* 131. & ſentiunt Doctores *in d. auth. res quæ* ſcribentes, & certum eſt oneri paterno dotandi filiam & conſtituendi donationem propter nuptias filio non ſatisfieri ſola legitima, vbi ipſa pro dote congrua, & donatione propter nuptias non ſufficit, quo caſu etiam indubitatum eſt poſſe filiam agere contra hæredes patris ad dotem, vt omnes Doctores *dict. cap.* 13. *num.* 40. allegati, & præter illos Gloſſa *in dict. §. quamobrem*, *verbo maritus*, Socin. Sen. *conſ.* 57. *num.*8. *lib.*8. Hodierna *annotat. ad deciſion.* 62. Surdi *num.*53. *& ſeqq. &* 95. & Peguera *deciſ.*116. *num.*2. *& verſic. & quamuis*, & hoc additamentum ſi à teſtatore non fuerit vltra legitimam expresſè relictum, debet ex fideicommiſſo detrahi, vt expresſè diſponitur *in dict. auth. res quæ*, *& dict.* §. *quamobrem*, *& etiam ſupra cap.*13. *num.*36. *&* 40. notatum eſt. Et ſentiunt communiter Doctores, tum *dictis numeris* 36. *&* 40. *relatis*, tum alij, *hoc numero, & numero* 97. allegati: ſed de hoc quæſito infrà etiam in quæſito, an dicta diſpoſitio Iuſtiniani procedat etiam in teſtatoris deſcendentibus eo mortuo conceptis, & natis.

An pro conſtituenda congrua dote fœminis deſcendentibus ex teſtatore fideicommittente poſſit totum fideicommiſſum alienari.

Quæſitum tertium, an iuxta diſpoſitionem Iuſtiniani *in dicto auth. res quæ Codic. comm. de legat. & in dicto paragrapho quamobrem*, *auth. de reſtitut. & ea quæ parit*, ad conſtituendam congruam dotem fœminis à teſtatore fideicommittente poſſint alienari etiam omnia bona fideicommiſſi, itavt totum fideicommiſſum poſſit dari in dotem, ſi aliter dos congrua conſtitui non poſſit, ſupponitur hic patrem, & quemlibet alium aſcendentem per lineam paternam teneri filiabus, neptibuſve legitimis, & naturalibus dare dotem congruam, vt *ſuprà cap.*4. *cap.* 5. *& cap.*13. latè probatum eſt, & congruam dici, & eſſe, quam talem arbitratur iudex habita ratione qualitatis perſonarum, quantitatis patrimonij, numeri liberorum, & conſuetudinis regionis, provt latiſſimè *d. cap.*13. explicatum eſt. Item ſupponitur vti certum Iuſtinianum in dictis Textibus, dum diſponit bona fideicommiſſo ſubiecta poſſe alienari (quando legitima portio non ſufficit) pro conſtituenda dote fœminis à teſtatore fideicommittente deſcendentibus, loqui de dote congrua, & condecenti conditioni, & honeſtati perſonarum, vt conſtat ex illis verbis *dict. auth. res quæ*, pro modo honeſtati perſonarum congruo, & ſentiunt Doctores communiter, & in ſpecie tradit Oddus *q.*43. *art.*4. *num.* 71. 106

Igitur etſi alicui videri poſſit totum fideicommiſſum vltra legitimam & Trebellianicam non poſſe iuxta diſpoſitionem *d. auth. res quæ*, dari in dotem, ſeu alienari pro dote deſcendentis teſtatoris, etiamſi aliter dos congrua non poſſet conſtitui, primò quia hoc pacto ſubuerteretur totum fideicommiſſum, & eluſorium redderetur. Secundò quia quando grauatur filia, vel filius fideicommiſſo, intelligitur grauatus reſtituere id quod ſupereſt detracta legitima, & Trebellianica donatione propter nuptias, & dote allegata, *leg. mulier*, *paragrapho cum proponeretur.* Quando autem quis grauatur reſtituere id, quod ſupererit, poteſt alienare vſque ad drodrantem, ſed tenetur reſeruare fideicommiſſario ſaltem quartam partem *auth. contra rogatus*, *Codice ad Trebellianum*, licet vſque ad drodrantem alienare poſſit iuxta eandem Auth. & Doctores communiter, vt teſtatur Martha *de ſucceſſionibus part.*4. *quæſtione* 21. *allegato artic.*10. *numer.* 20. 83. *&* 84. & ita poſt Cuttium Iun. *in d. auth. res quæ*, *numer.* 30. Merenda *controu. tom.*1. *lib.*4. *cap.* 31. *numer.* 22. *& ſeqq.* Qui proinde *num.* 22. concludit, eam tantum dotem ex fideicommiſſo eſſe deducendam, quæ ſatis ſit, ne mulier inhoneſtiſſimè nubat, ſi totius fideicommiſſi, vel magnæ partis alienatio neceſſaria eſſet, vt honeſte nubat. 107

Nihilominus Doctores cōmuniter ſentiunt pro congrua dote cōſtituenda deſcendentibus ex teſtatore, qui reliquit fideicōmiſſum, poſſe omnia bona fideicōmiſſi, 108

ipſumque totum fideicommiſſum dari in dotem, ſeu alienari, ſi pars bonorum non ſufficiat ad congruam dotem: ita ex Doctoribus *ſuprà n.*97. relatis Campegius *d.queſt.*18. Padilla *in d. Auth. res quæ*, *n.*19. Peregrinus *d.art.*42.*n.*26. *&* 78. *fine*, *& deciſ.*62. *num.*2. Lud. Molin. *d.cap.*6.*n.*16. Menochius *d.præſumpt.*189. *n.*8. *fine*, *& n.*21. Sfortia Odd. *q.*40.*art.*3.*n.*50. *&* 81. & latius *q.*43.*art.*6. *n.*121. *& ſeqq.* Fuſarius *conſ.*121. *num.*5. Fontanell. *d. clauſ.*5. *gloſſ.*1.*part.*2.*n.*79. *&* 81. (vbi dicit ita fuiſſe deciſum à ſuo Senatu) Hodierna *in d. annotatione ad deciſ.*62. *Surdi*, *n.* 83. Rota apud Manticam *deciſ.*152.*n.*3. præter quos Baldus, Caſtrenſis, Iaſon *in d. Authentic. res quæ*, Cumanus, Alexander *in d. l. mulier*, §. *cum proponeretur*, *ff. ad Trebell.* Rolandus à Valle *conſ.*85. *n.*4. *vol.*1. & plures alij à ſupradictis Doctoribus, præſertim ab Oddo, Peregrino, & Fuſario relati. Probatur hæc communis ſententia, quia Iuſtinianus diſponit vltra legitimam non ſufficientem ad dotis vel donationis propter nuptias obligationem, poſſe alienari bona fideicommiſſi pro dote congrua honeſtati perſonarum: ergo ſi pars bonorum fideicommiſſi non ſufficeret ad conſtituendam congruam dotem pro honeſtate, & qualitate perſonarum, ſed omnia bona requirerentur, ita quod aliter nec mulier virum condignum, nec vir mulierem condignam reperiret, totum fideicommiſſum poterit alienari pro dote congrua conſtituenda, vel propter donationem propter nuptias faciendam. Prætetea fideicommiſſo non comprehenditur æs alienum, *l. à filia ff. ad Trebell.* & notatum eſt *ſuprà n.* 100. ergo dos filiabus debita, quæ cenſetur quaſi æs alienum, vt *eod. n.*100. dictum eſt, cenſetur excepta in fideicommiſſo filia, vel filiæ impoſito, ita quod intelligatur, vt filius, vel filia reſtituat, quod ſupererit, deducta congruenti dote. Neque obſtat illud, quod fideicommiſſum euerteretur, & redderetur eluſorium; tum quia fideicommiſſa ſæpè redduntur eluſoria propter æs alienum Teſtatoris, vt *in l. peto*, §. *prædium*, *ff. de legat.*2. Tum quia minus inconueniens (vt rectè inquit Oddus) ſeu abſurdum eſſet, deſtrui fideicommiſſa, quam deſcendentes Teſtatoris non poſſe nubere vel cogi impudicè viuere, vt notant Vlpianus *in d.* §. *cum proponeretur*, & Iuſtinianus *in d. Auth. res quæ fin.* Tum demum quia non euerteretur (reſpondit Menoch. *d.n.*21.) fideicommiſſum, quod fideicommiſſum dici non poteſt ſecundum Teſtatoris voluntatem propter illam præſumptionem, quod ſi teſtator viueret, dotem conſtitueret, nec bona oneri reſtitutionis ſubiiceret; ac proinde quòd alienantur (inquit idem Menochius) ex mente Teſtatoris alienentur adhibita legis præſumptione, & diſpoſitione iuxta notata *n.*100. non etiam obſtat illud de quarta iuxta *Auth. contra rogatus*, debita fideicommiſſario, cui reſtitui debet id, quod ſupererit. Nam ſi illa quarta quoque à grauato ex legitima, vel neceſſaria cauſa puta ex cauſa dotis conſtituendæ, vel reſtituendæ alienata fuerit, non dicitur ſupereſſe aliquid, & reſtitui non debet, vt Oddus *d. art.*6. *n.*126. & Menochius *de præſ. lib.*4. *præſ.*188. *vbi à n.*21. tradit grauatum reſtituere, quod ſupererit, poſſe alienare etiam quartam omnium bonorum ex quatuor cauſis: & *d.n.*21. primam cauſam aſſignat cauſam dotis, quam ait poſſe hæredem grauatum conſtituere filiæ, nepti, & ſimilibus in dicta quarta; & eandem quartam alienare pro dote reſtituenda, iuxta Bartol. *in dict. auth. res quæ, num.*6. & Caſtrenſem *ibidem in d. auth. contra rogatus fine.*

Pro dote deſcendentis ex Teſtatore ex fideicommiſſo ſumi poteſt ſolum tantum quantum ſufficit ad congruam dotem, & ſi dotatio ex bonis fideicommiſſi fuerit exceſſiua, reuocatur quoad exceſſum.

Ex quibus cum menſura diminutionis fideicommiſſi 109
pro dote conſtituenda ſit ſumenda, ſeu attendenda reſpectu congruitatis dotis deſcendentis Teſtatoris, ſi tantum aliqua pars bonorum fideicommiſſi ſufficit ad conſtituendam dotem honèſtam, & condecentem pro modo honeſtati perſonarum congruo, illa pars tantum ex fideicommiſſo ſumenda ſeu detrahenda erit, vt pariter conſtat ex *dicta Auth. res quæ*, & ſentiunt omnes prææallegati DD. Peregrin. *d.art.*42. *num.*108. Menochius *d. præſumpt.*189. *num.*10. Oddus *dict. queſt.*43. *art.*4. Fontanella *d. num.*79. Martha *loco*, *qui infra allegatur*; vltra quos Rota Romana *deciſ.*131.*p.*4. *diuerſor.* Coſta *de remed. ſubſidiariis, remedio* 6.*n.*7. Mareſcott. *d. cap.*69. *num.*32. & plures alij ab eodem Coſta & Fontanella relati, vbi enim non fuerit ſeruata præfata menſura in conſtituenda dote, cenſetur dotatio facta euertendi fideicommiſſi cauſa, vt Rota *d. deciſ.*131. Quare mulier ab aſcendente grauata non debet coniungi viro dignitate eam longè excedenti, vt inde ſub colore congruæ dotis iuxta viri dignitatem ſibi ex fideicommiſſi bonis conſtituat auctiorem dotem, quàm alias ſua dignitate inſpecta ſibi debeatur, & ſimiliter filius à Patre grauatus non debet quærere vxorem, quæ dignitate illum notabiliter præcellat, vt inde ſumat occaſionem, ſeu prætextũ faciendi ex bonis fideicommiſſi ampliorem donationem propter nuptias, ita expreſsè Peregr. *d.art.*42.*n.*78. *fine*, & alios allegans Fuſar. *d. q.*531.*n.*170. Quod ſi dotatio ex bonis fideicommiſſi, ſeu ex eorum alienatione conſtituta fuerit exceſſiua, & vltra congruitatem iudicis arbitrio, illam eſſe retractandam, reuocandamve pro quantitate excedente congruitatem, tradunt Peregr. *d.n.*108. Fuſar. *d.q.*531. *n.*173. Fontanell. *n.*81. Mart. *de ſucceſſ.p.*4. *q.*21.*art.*10. *n.*32. poſt Nouellum *de dot.p.*6. *priuil.*41. *n.*1. Rolandum *conſ.*85. *in fine*, *vol.*3. & Cacheranum *d.*171.*n.*18. *& ſeq.* Rota Rom. *d.deciſ.*131. vbi dicitur fuiſſe deciſum, annullandam, ſeu reuocandam fore dotationem filiæ per Patrem factam de omnibus bonis fideicommiſſo ſubiectis, ex quo cum minori dote, qualitate perſonarum attenta, poterat mulier nubere. Vnde etiam ſtante ſtatuto de lucro dotis maritus non lucratur bona fideicommiſſi data in dotem, quoad exceſſum moderatæ & cõgruæ dotis, neque aliquid fideicommiſſi datum in dotem, vti ad conſtituendam congruam dotem nulla erat neceſſaria alienatio bonorum fideicommiſſi, vt Peregr. *d.n.*108. Ex quibus colligitur, quod ſi pater omnia bona fideicõmiſſi aſſignaret filiæ pro eius dote, retento ſibi vſufructu in vita, diceretur factum in fraudem fideicommiſſi, vt ait Rot. *d. dec.*131. Quemadmodum etiam ſi pater vnam filiam dotauit in certa quãtitate, & poſtea aliã dotauerit dote longe excedenti dotẽ primæ filiæ datã ex bonis fideicõmiſſi, id cenſeri factũ in fraudem fideicõmiſſi dicit Rot. *d. dec.* 131. & poſt eã Fuſar. *d.q.*531.*n.*167. Qui etiam *n.*122. ex Decio *conſ.*409. Viuio *dec.*185.*n.*11.*p.*1. addit, ſi pro dote data, vel alienata ſint bona fideicommiſſi minori pretio, quàm res valeret, præſumeretur fraus, & alienatio foret nulla. Hic autem aduertendum, quod ſi ad congruam dotem conſtituendam ſola pars fideicommiſſi ſufficiat, & totus fundus fideicommiſſarius non poſſet pro parte tantum alienari, totus, ſeu in totum alienari poſſet, ſuperabundans tamen pretium ſupra dotis congruitatem erit inueſtiendum in aliquo

alio

alio minori fundo pro re fideicommiſſi, vt notauit Peregrin. *dict. art.* 42. *num.* 67. poſt Riminaldum iun. *conſ.* 485.

Vtrum verò ſi teſtator fideicommittentis reliquerit filiæ certam dotem, quæ tempore nuptiarum non ſit ſufficiens ad congruam dotationem, poſſit, & debeat ex fideicommiſſi bonis ſumi ſupplementum, ſeu augmentum vſque ad dotis congruitatem, ita quod *d. auth. res quæ*, procedat non ſolum in dote, ſed etiam augmento dotis, *infrà num.* 118. licet Merenda *tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 33. *num.* 6. dicat quod mulier, quæ cum minori dote nubere honeſte poterat, amplius nomine dotis promiſerit, vt honeſtiorem virum inueniret, tametſi modum congruæ dotis non exceſſerit, nō poſſit illud amplius deducere ex fideicommiſſo, contrarium tamen, & mulierē poſſe illud deducere, aſſerendum eſt iuxta tradita, & Doctores *initio huius numeri* 109. allegatos, quia hoc caſu dos tota cum ſupponatur congrua, & non exceſſiua, permittitur detrahi tota ex fideicommiſſo.

Pro apparatibus, acconcio, arredio, quæ dantur mulieri ob cauſam matrimonij, bona fideicommiſſi alienari poſſunt, item & pro feſtiuitatibus ſolitis in nuptiis.

110 Porrò ſicut pro dote mulieris ex teſtatore fideicommittente deſcendentis poſſunt alienari bona fideicommiſſi, ita etiam alienari poſſunt pro ſolito ex conſuetudine, accōcio, arredio, ſeu hæredio, aut apparatu mulieris, ſcilicet cophinis, veſtibus, ſuppellectili, & aliis apparatibus, quæ dantur mulieri ob cauſam matrimonij, vt ſponſa magis congruè nubat, id quod notatum eſt *ſup. c.* 4. *n.* 155. & præter Doctores, & Rotam *ibid. & num. præced.* 155. allegatos, tradunt Rota *d. dec.* 556. *p.* 1. *diu.* Roland. à Valle *de lucro dotis quæſt.* 52. *num.* 4. Steph. Gratian. *tom.* 3. *diſcept. forenſ. cap.* 498. *num.* 58. & ex Doctoribus *ſupra num.* 97. relatis Peregrin. *d. art.* 42. *num.* 8. Menochius *dict. præſumpt.* 189. *numer.* 14. *verſ. cæterum*, Surd. *d. deciſ.* 62. *num.* 28. Oddus *q.* 43. *art.* 10. Marta *d. art.* 10. *num.* 46. Fuſar. *d. q.* 531. *n.* 41. Hodierna *ad d. deciſ.* 62. Surdi *num.* 113. Fontan. *d. clauſ.* 5. *gloſſ.* 1. *p.* 2. *n.* 8. *& n.* 88. Mareſc. *d. c.* 69. *n.* 14. & alij ab iiſdem præſertim Menoch. à Rota, & à Marta allegati, cum enim huiuſmodi acconcium, ſeu arredium ſeu apparatus cēſeantur appendices dotis, vel dotis additamentum, aut pars dotis, vt Rota aliis allegatis *d. deciſ.* 556. *n.* 2. Rolandus *d. num.* 4. Oddus *d. art.* 10. *num.* 173. *& tribus ſequentibus*, Mantica *de tacit. & ambig. lib.* 12. *tit.* 1. *num.* 19. (vbi dicit appellatione dotis contineri etiam præparamenta) & alij Doctores hîc, *& d. cap.* 4. *citato num.* 154. idem de ipſis, quod de dote iudicandum eſt, & licentia alienandi pro dote ipſa à teſtatore conceſſa intelligitur etiam pro prædictis appenditiis, vt præallegati Doctores præſertim Menochius, & Rota: & ſi huiuſmodi apparatus ex conſuetudine dari ſoliti nō darentur, dos maior eſſet conſtituenda, vt *d. n.* 154. notaui, & tradunt præter alios Doctores *ibidem* allegatos Rota *d. deciſ.* 556. quæ proinde ſubdit eiuſdem apparatus cadere ſub permiſſione teſtatoris alienandi bona fideicommiſſi cauſa dotis; dicit tamen Gratian. *d. cap.* 498. *num.* 57. & poſt eum Fontanella *d. n.* 88. ſi pater conſtituiſſet congruam dotem filiæ, qua poſſit honeſte nubere, non deberetur acconcium, ſeu apparatus, quia ſtante congruitate dotis nō debet fieri alia ſuppletio, qualis eſſet hæc, quæ fieret de iſtis apparatibus, ſeu appenditiis, quia hæc bona mobilia, in quibus conſiſtit acconcium ſolitum dari mulieribus, ſunt pars dotis, ſeu ſupplementū illius, ac proinde ſi ſit filiæ conſtituta dos omninò congrua, non debentur præfata appenditia. At alij Doctores, vt dicta appenditia debeant dari, conſiderant tantum conſuetudinem, & quod ſint moderata, non exceſſiua, nec illorum prætextu fiat fraudulenta detractio, ſeu diminutio fideicommiſſi.

Item pro aliis expenſis nuptialibus, ſcilicet pro feſtiuitatibus, & conuiuiis tempore nuptiarum, dummodo ſint moderatæ, & ſolitæ, ſeu neceſſariæ ex parte mulieris ſecundum conſuetudinem patriæ, poſſe bona fideicommiſſi alienari, ſicut pro dote, tradunt Peregr. & Menoch. *locis alleg.* Oddus *d. quæſt.* 43. *art.* 9. Fuſar. *d. quæſt.* 531. *num.* 40. Hodierna *vbi ſupra num.* 112. & plures alij à Peregrino, Menochio, & Oddo allegati. Ratio eſt, quia hæ expenſæ cenſentur de appenditiis, & connexis doti, quia ſine iſtis expenſis nuptialibus pro parte mulieris ex conſuetudine patriæ faciendis, non poſſet illa condecenter nubere, & dici congruenter dotata, vt notat Oddus; & ideo permiſſa alienatione bonorum fideicommiſſi pro dote, cenſetur etiam permiſſa alienatio pro eiſdem expenſis, quas quoque ſi teſtator ipſe viueret, facturus eſſet. Doctores autem à Menochio, Oddo, & Fuſario relati contrarium tenentes rectè intelligi poſſunt, quando non adſit conſuetudo patriæ de præfatis expenſis, vel de impenſis immoderatis, & exceſſiuis. 111

Bona fideicommiſſi ſicut pro dote, ita pro donatione propter nuptias, ſeu contradote, vel antefato, ſeu augmento dotis alienari poſſunt.

Item diſpoſitio *d. Auth. res quæ*, procedit in donatione propter nuptias, vt propterea filius à patre, vel auo grauatus fideicommiſſo poſſit alienare de bonis eiuſdem fideicommiſſi, non ſolum ex cauſa conſtituendæ dotis ſorori filiæ teſtatoris, vel filiabus, ſed etiam pro facienda vxori ſuæ donatione propter nuptias, quæ hodie dicitur contrados, vel antefatum, vel augmentum dotis ex parte mariti: conſtat expreſsè ex *dicta Auth. res quæ*, & loquuntur etiam expreſsè de contradote, ſeu antefato, vel augmento dotis, quod loco donationis propter nuptias à iure communi ſtatutum hodie ſubrogatur ex pacto contrahentium, vel ex ſtatuto: tradunt Oddus *de fideicomm. quæſt.* 43. *art.* 7. Vincentius de Franch. *deciſ.* 613. Seraph. *deciſ.* 481. Vincentius de Franch. *deciſ.* 613. *num.* 9. *fine*, Hodiern. Annot. *ad deciſ.* 62. *Surd. num* 110. Rota Roman. *deciſ.* 209. *num.* 2. *part.* 1. *recent.* Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 532. *num.* 36. poſt Burattum *conſ.* 179. *num.* 16. *lib.* 2. Paſchalis *de viribus patr. poteſt. capit.* 7. *num.* 56. & alios allegans Marta *de ſucceſſ. p.* 4. *quæſt.* 21. *allegato art.* 10. *n.* 47. *&* 48. vbi expreſſe dicit hoc procedere & in augmento proueniente ex pacto, & etiam in taxato per ſtatutum, iuxta Baldum *in d. Auth. res quæ*, n. 13. Curtium iun. *conſ.* 46. & Crauettam alios allegantem *conſ.* 186. *num.* 4. Et tradit etiam Oddus *dict. art.* 7. addit Marta rationem, ſcilicet quia priuilegia dotis ſunt communicata contradoti, ſiue quartæ, ſiue antefato *l. fin. Auth. ſed iam neceſſe, & l. cum multa, Cod. de donat. ante nupt.* Afflict. alios allegans *deciſ.* 154. *fine*, & Menochius *conſ.* 93. *num.* 13. *ſupra cap.* 8. *num.* 158. relatus. Aduertit autem bene Oddus *dict. art.* 7. *fine*, cum Purpurato *conſ.* 395. *num.* 6. *vol.* 1. in quantum dotis augmentum fieri poſſit in præiudicium fideicommiſſi, iudicandum iuxta conſuetudinem, vel ſtatutum de hoc, & perſonarum conditione. Vnde *eodem artic.* 7. *num.* 136. notat quod ſi filius fideicommiſſo grauatus à patre poſt mortem patris vellet huiuſmodi donationem propter nuptias, ſeu dotis augmentum facere, nullo iure pacti, vel ſtatuti, vel conſuetudinis coactus, ſed vt fideicommiſſum ſub hoc colore diminueret, tunc diceretur 112

ad euertendum fideicommiſſum, non ex cauſa neceſſaria facere: addit idem Oddus, ſi viuente marito hoc antefatum non fuit conſtitutum, non poſſe poſtea mulierem petere cum diminutione fideicommiſſum, vt contra Neuizanum *conſ.* 45. *num.* 17. aiunt Afflictus *deciſ.* 242. *in princ.* & Petra *d. quæſt.* 8. *num.* 360. niſi ſecundum conſuetudinem loci intelligatur ipſo iure factum tempore dotis conſtitutæ.

Pro fructibus, ſeu intereſſe dotis marito non ſolutæ an poſſint obligari, & alienari bona fideicommiſſo ſubiecta.

13 Vtrum verò ſicut iuxta *d. Auth. res quæ*, bona fideicommiſſi reſtitutioni ſubiecta poſſunt obligari, & alienari pro dote deſcendentis à teſtatore conſtituenda, & marito ſoluenda, ita etiam poſſint obligari, & alienari pro fructibus, ſeu intereſſe ipſius dotis marito non ſolutæ decurſo, & quando primus fideicommiſſarius propter moram in ſoluendo dotem ad eius intereſſe ſoluendum teneretur, an pro intereſſe retardatæ ſolutionis dotis in præiudicium ſecundorum fideicommiſſariorum poſſit fieri alienatio bonorum fideicommiſſo ſubiectorum, ſuper eiſve fieri exequutio pro ſolutione talis intereſſe decurſi. Hac de difficultate agunt Seraph. *dec.* 481. Paſchalis *de plen. poteſt. c.* 7. *n.* 32. *ad* 76. Milanenſis *dec.* 8. *n.* 360. *ad* 380. Peregr. *d. art.* 42. *n.* 96. *in princ.* Vinc. de Franch. *d. deciſ.* 613. Marta *dict. art.* 10. *n.* 51. *& ſeqq.* Steph. Gratian. *diſcept. for. tom.* 1. *c.* 43. *a num.* 27. *ad* 34 & Fuſar. *d. q.* 531. *n.* 42. ac Cancer. *var. reſol. p.* 1. *c.* 9. *n.* 85. & pro vtraque parte plura afferuntur argumenta à Vincent. Peregrino, & Gratiano. Igitur quod pro fructibus dotalibus, ſeu pro intereſſe dotis iuxta diſpoſitionem, priuilegiumve *d. Auth. res quæ, C. comm. de leg.* bona fideicōmiſſario ſubiecta non poſſint obligari, ſeu alienari, tenet expreſſe Seraph. *d. dec.* 481. & idem ſentire videtur Vincent. *d. deciſ.* 613. *fine*, licet dicat, quod in caſu ibidem propoſito per Sacr. Concilium caſus principalis (qui erat an pro intereſſe dotis retardatæ, & non ſolutæ poſſet fieri exequutio ſuper bonis fideicommiſſo ſubiectis in præiudicium ſecundorum fideicommiſſariorum) non fuerit deciſus, & huius ſententiæ videtur eſſe Mareſc. *variar. reſol. lib.* 2. *c.* 67. *n.* 47. dum ibidem aſſerit, quod fructus dotis non veniunt dotis appellatione, nec habent eius priuilegia, omiſſis pluribus aliis argumentis apud Vinc. & Grat. videndis, hæc ſententia probatur in primis præcipuè, quia Iuſtinianus *in d. Auth. res quæ*, & *d. §. Quamobrem*, vnde illa ſumpta eſt, loquitur tantum in dote, & donatione propter nuptias, vt pro his conſtituendis poſſint bona fideicommiſſo, ac reſtitutioni ſubiecta alienari: ergo non procedit in intereſſe dotis, quia licet intereſſe ſit acceſſorium doti, & vt vnum reputetur, non eſt tamen vera dos; & eſt longe diuerſa ratio inter dotem, & donationem propter nuptias, ſeu antefatum, & intereſſe dotis, ac antefati, vt proinde priuilegium *in d. Auth. res quæ*, doti, & antefato conceſſum non debeat extendi ad dotis, & antefati intereſſe; etenim per diſpoſitionem *d. Auth. res quæ*, prouiſum eſt, quod bona fideicommiſſo ſubiecta poſſint alienari, vel obligari pro dote, & antefato, quia ſine dote, & donatione propter nuptias, ſeu antefato, vtplurimum matrimonia non fiunt: hoc autem non procedit in intereſſe, ad quod tempore matrimonij contrahendi non habetur neceſſaria conſideratio, vt ex hoc retrahantur contrahentes à contrahendis matrimoniis. Sed intereſſe venit tantum in conſequentiam ex mora non ſoluentis, quæ non debet nocere ſecundo fideicommiſſario, poſtquam primus fideicommiſſarius fructus bonorum fideicommiſſi, qui vendi poterant ad ſoluendum intereſſe, percepit, alioqui ex hac mora, & culpa in ſoluendo lucraretur, quod non eſt permittendum. Præterea ſi etiam pro intereſſe dotis poſſunt obligari, & alienari bona fideicommiſſi, hoc (ait Seraphinus) eſſet nimis præiudiciale, & de facili per indirectum poſſent ſubuerti omnia fideicommiſſa, quod eſt à iure alienum. Ad quam etiam ſubuerſionem euitandam dotes non præſtantur ex bonis fideicommiſſi, vbi ex eorum fructibus habere poſſunt. Additur quod ſicut priuilegium creditori pro ſorte conceſſum non profertur ad pœnas *l. & ideo. ff. de compenſ.* & ibi Caſtrenſis, ita priuilegium doti conceſſum non debet extendi ad eius intereſſe, & iuxta hanc ſententiam grauatus fideicommiſſo non poterit ſuper bonis fideicommiſſi conſtituere annuos redditus pro capitali dotis, ita vt ipſa bona fideicommiſſaria ſint creditori dotis obligata, tam pro capitali dotis, quàm pro redditibus, ſeu præſtationibus annuis, iuxta eandem ſententiam ſuppoſito, quod diſpoſitio *d. Auth.* habeat locum etiam in reſtitutione dotis, vt tenet ſententia magis recepta, licet maritus grauatus fideicommiſſo poſſet obligare, vel alienare bona fideicommiſſi pro dotis reſtitutione, non tamen pro intereſſe ex cauſa retardatæ reſtitutionis.

Verum contrariam ſententiam, & quod ſicut pro dote conſtituenda, ita etiam pro intereſſe dotis non ſolutæ decurſo poſſint alienari bona fideicommiſſo ſubiecta, tenent Peregr. *d. num.* 96. *verſ. ex aduerſo.* Cancer. *dict. n.* 185. *fine*, Paſchalis *d. cap. ſeptim. n.* 40. *& ſequent.* Milanenſis *d. deciſ.* 8. Fuſarius *dict. quæſt.* 531. *n* 43. *fine*, Marta *d. art.* 10. *num....* *& duobus ſequent.* Hodierna *in annot. ad dict. deciſ.* 62. Surd. *n.* 110. *& contr. iur. lib.* 9. *c.* 31. *n.* 30. & Stephan. Grat. *dict. cap.* 43. *num.* 31. *& ſequent.* (qui ſicut & Peregr. loquitur in conſtitutione cenſus ſuper bonis fideicommiſſi pro fructibus, & intereſſe dotis marito non ſolutæ) & plures alij à Cancerio relati. Probatur hæc ſententia à Peregrino, & Gratian. quia qui poteſt alienare poteſt obligare ſub vſuris, *leg. magis puto §. Nemo Prætor, ff. de reb. eorum*, & priuilegium hypothecæ conuentionalis pro ſorte prodeſt etiam pro vſuris conuentis, *leg. Lucius, ff. qui potiores in pignor.* & quamvis poſſet contingere (ſubdunt Peregr. & Gratian.) hæredem grauatum ceſſare in ſolutione penſionum, ſeu cenſuum in ſubuerſionem fideicommiſſi, hoc tamen non accidit ex partium intentione, & promiſſio eſt potius conſideranda tempore contractus, cuius initium, & origo inſpici debet, *leg. nam origo, ff. quod vi, & clam. cap. factum legitimè, de reg. iuris:* allegata autem lex *ſi ideo* procedit (inquiunt) in pœna omnino odioſa, ad quam non debet extendi priuilegium ſortis, neque interuſurium annui redditus eſt pœna, ſed præſtatio quædam, quæ ſoluitur loco ſortis, cum ipſa ſors non poſſit repeti, comprobat Marta, quod de natura contractus bonæ fidei, vt intereſſe debeatur ex mora *leg. mora, §. in bonæ fidei, ff. de vſuris, & leg. in bonæ fidei, Cod. eodem tit.* & ſcribentes *in §. actionum, Inſtit. de action.* & natura contractus ſit qualitas innata à principio generationis ipſius, iuxta Bald. *in prælud. feud. quæſtione quarta*, & Decium *in leg. cum quid, num.* 41. *ff. ſi certum petatur*, & obligatio bonorum pro obſeruantia contractus comprehendat intereſſe, iuxta Cynum *in leg. pignoribus, Cod. de vſuris*, Baldum *in leg. per retentionem, initio, Codic. eodem titulo*, & Socin. *conſ.* 41. *num.* 19. *volum. quart.* & obligatio bonorum reſpiciat futurum euentum, & quando non fuit adimpletum illud, quod in contractu promiſſum fuit, vt Ripa *in l.* 1. *ff. de pign.* Ideoque diſpoſitio permittens alienationem pro dote, cenſetur etiam permittere pro vſuris, & intereſſe dotis non ſolutæ: neque de hoc dotis intereſſe oportebat *in d. Auth. res quæ*, fieri expreſſam mentionem, quia erat, vt dictum eſt, annexum naturæ ipſius contractus dotis, & propterea diſpoſitum

in

in dote, cenſebatur etiam diſpoſitum in annexo naturæ ipſius, cum omnia cenſeantur expreſſa, quæ ius intelligit. Alia argumenta pro hac ſententia videantur apud Vincentium *d. deciſ.* 613. *num.* 2. *& quatuor ſeq.* vbi alios huius ſententiæ Doctores refert. Hæc tamen ſententia, quod pro intereſſe decurſo dotis non ſolutæ marito poſſint bona fideicommiſſi alienari debet intelligi, vbi negligentiæ mariti non poſſet imputari non facta exactio dicti intereſſe decurſi, vel ipſius dotis. Nã hæc ſententia non procederet, ſi maritus fuiſſet in culpa exigendi dotem tempore debito, & ſimul non curaſſet de tẽpore in tempus ſibi ſolui intereſſe. Hoc enim caſu in damnum eiuſdem mariti negligentis haberi dotem, & intereſſe pro exactis, ſi interim debitor factus ſit non ſoluendo ex bonis liberis, nec poſſe fieri alienationem bonorum fideicommiſſi pro dote, & intereſſe, tradunt Fuſar. & Hodierna *loc. citat.* Mart. *d. art.* 10. *n.* 54. & etiam Barzius *dec. Bonon.* 108. *n.* 15. ab Hodierna *d. n.* 110. relatus, iuxta etiam hanc ſententiam ſuppoſito, quod *d. auth. res quæ*, procedat etiam in dotis reſtitutione; etiam pro intereſſe dotis non reſtitutæ, vbi negligentiæ vxoris non reſtitutio nequeat imputari, ſecus ſi eadem vxor, quæ potuit exigere, & conſequi dotem à marito, quem videbat bona ſua dilapidare, & ad inopiam vergere, & tamen exigere neglexerit; tunc enim non poſſet mulier vti diſpoſitione *d. auth. res quæ*, ſuper bonis fideicommiſſo ſubiectis pro dote reſtituenda, vt alios allegans Hodierna *d. cap.* 31. *cit. num.* 50. *& ſeq.* ex quibus recte etiam poteſt concludi, quod ſicut in omni caſu, in quo bona fideicommiſſi poſſunt alienari pro dotis conſtitutione, & reſtitutione, poſſunt etiam obligari pro earum rerum, quæ in dotem ſunt datæ, aſſecuratione, ſeu manutentione, ſi forte euincerentur, vt expreſſe Ant. Faber *lib.* 6. *ſui C. tit.* 27. *defin.* 10. *in ſcholio, n.* 1. afferens rationem, ſcilicet, quod non videtur datum in dotem, quod non durat datum, quodque euictum eſt, *l. qui res* 98. *in princ. ff. de ſolut.* Hoc tamen intelligendum, vt ſi culpâ mulieris dos accepta periiſſet, ea culpa non debeat nocere fideicommiſſario, *leg. ex exceptione* 67. *ff. de fideiuſſor. leg. quod quis* 103. *ff. de reg. iur.* Faber *d. n.* 1.

Dos filiæ, vel nepti teſtatoris fideicommittentis ingredienti Monaſterium poteſt conſtitui in bonis vel ex bonis fideicommiſſi.

115 Cæterum ſicut pro dote filiæ, ſeu neptis deſcendentis ex teſtatore volentis contrahere matrimonium carnale, ita etiam pro dote deſcendentis ex teſtatore ingredientis, vel iam ingreſſæ Monaſterium poſſunt bona fideicommiſſo ſubiecta alienari, vt *ſupra cap.* 4. *num.* 155. probatum eſt, & præter Doctores *ibidem* relatos tradunt quoque Gomez *ad l.* 40. *Tauri, num.* 87. *verſ. ſeptimò intellige*, Gaillus *pract. obſeru. lib.* 2. *obſeruat.* 137. *n.* 7. Coſta *de remed. ſubſid. remed.* 6. *nu.* 1. & ex allegatis *ſupra num.* 97. Peregrin. *d. artic.* 42. *num.* 57. Oddus *quæſt.* 40. *artic.* 12. Fuſarius *d. quæſt.* 531. *nu.* 28. & Fontanella *d. clauſ.* 5. *gloſſ.* 1. *par.* 2. *num.* 65. apud quos, præſertim Fuſarium nonnulli alij. Et eadem alienatio fieri poteſt pro apparatu, ſeu regalibus ſolitis dari cauſa ingreſſus Monaſterij, vt pariter *d. n.* 155. probatum eſt. Quæ autem conſenda ſit dos congrua, quæ debet dari filiæ ingredienti Monaſterium, explicatum latè eſt *eodem cap.* 4. *à num.* 151. *ad* 163.

***

Hæres, ſeu pater fideicommiſſo aſcendente grauatus etiam in vltima voluntate, ſeu teſtamento poteſt filiæ conſtituere, ſeu relinquere dotem in bonis fideicommiſſi.

Quæſitum quartum, an pater fideicommiſſo grauatus, non ſolum viuens, poſſit filiæ dotem conſtituere in bonis, vel ex bonis fideicommiſſi, ſed etiam ſi viuens non conſtituerit, poſſit in teſtamento relinquere, ſeu conſtituere dotem in eiſdem bonis fideicommiſſi, ſeu mandare, vt illi dos detur in bonis fideicommiſſi: reſpondetur affirmatiuè ex communi Doctorum Bartoli *in d. auth. res quæ, num.* 5. Angeli *num.* 4. *ibidem*, Saliceti, Cornei, Curtij, & aliorum communiter, quos referunt, & ſequuntur ex Doctoribus *ſupra numero* 97. relatis, Menochius *d. præſumpt.* 189. *num.* 44. *ad* 52. Padilla *in d. auth. res quæ num.* 68. Oddus *quæſt.* 46. *art.* 14. & Hodierna *d. cap.* 31. *controu. iuris, num.* 57. plures rationes afferunt Menochius, & Oddus. Præcipua videtur, quia *d. auth. res quæ*, datur grauato facultas alienandi bona fideicommiſſi pro dote filiæ deſcendentis ex fideicommittente; ea autem mulier dicitur dotari, cui pater in teſtamento aliquid dotis nomine reliqui, vt *ſupra cap.* 1. *& ſeqq.* notatum eſt, & notat Padilla ex Bartolo *in leg. Titio centum*, §. *Titio genero, num.* 5. *ff. de condit. & demonſt.* & etiam data facultate alienandi bona, intelligitur tam in vltima voluntate, quàm inter viuos, & ex Bartolo *in leg. peto*, §. *fratre, num.* 2. *ff. de legat.* 2. Menochius *d. præſumpt.* 189. *num.* 51. Imò quia alienatio, quæ fit in vltima voluntate ſit fauorabilior ea, quæ fit inter viuos *l. quidam ita ſi quis filium ad Trebell.* cum bona fideicommiſſo ſubiecta alienari poſſint inter viuos pro dotis conſtitutione iuxta *d. auth. res quæ*, etiam teſtamento poterit pater grauatus dare, & alienare bona fideicommiſſi pro dotis conſtitutione, vt idem Menoch. *d. n.* 51. ex Bartolo argumentatur. 116

Quod ſi pater fidicommiſſo grauatus non dediſſet in vita dotem, vel in teſtamento filiæ reliquiſſet, poſſet ipſamet filia eam ex fideicommiſſo, ſeu ex bonis, quæ pater grauatus erat reſtituere, deducere *allegato* §. *quamobrem, auth. de reſtit. & ea quæ parit*, & tradunt Bartolus *in d. auth. res quæ, num.* 5. *ibidem* Padilla *numer.* 69. Crauetta *conſ.* 291. *ſecundo dubio*, & Oddus *dict. art.* 12. *num.* 97. An verò poſt mortem filiæ, quæ in vita non detraxerit, poſſet eius hæres eandem dotem deducere ex eiſdem bonis fideicommiſſi, explicatur infrà. 117

Si dos filiæ à patre in teſtamento relicta tempore nuptiarum non ſit congrua, vt honeſtè poſſit nubere, poterit augeri vſque ad congruitatem ex bonis fideicommiſſi à patre relicti.

Vtrum verò ſi pater, vel auus teſtator inſtitutor fideicommiſſi filiæ vel nepti (quam dotare erat obligatus) reliquerit certam dotem, tunc quidem congruam, ſed ob temporum mutationem tempore nuptiarum incongruã, poſſit filia, vel neptis (ſi non adſint alia bona libera à patre, vel auo relicta) habere ſupplementum, ſeu augmentum dotis vſque ad congruitatem ex bonis fideicommiſſi communis, Doctorum ſententia eſt, quod dos à patre, vel auo relicta poteſt ſuppleri, vel augeri vſque ad congruitatem ex bonis fideicommiſſo ſuppoſitis 118

ſuppoſitis. Ita quod ſicut pro dote, ita etiam pro augmento dotis debitæ deſcendentibus Teſtatoris poſſint iuxta diſpoſitionem *d.auth.res quæ*, bona fideicommiſſi alienari. Ita Baldus, Caſtrenſis, Curtius Iunior *in d.auth. res quæ*, & ex Doctoribus *ſuprà n. 97. relatis*, Menoch. *d.præſumpt.* 189.*n.*156. Peregrin. *d.art.* 41. *n.* 72. Oddus *q.*43.*art.*3.*n.*60.*& ſeqq.* Fuſar. *d.q.*531. *n.* 117. Marta *d. art.*10.*n.*30. Fontan. *d.clauſ.*5.*gloſſ.*1.*p.*2.*n.*83 Hodiern. *in annot.ad d.dec.*62. Surdi, *n.*65. & centum alij à me *c.* 13.*n.*12. à Menochio, Oddo, Marta, Fuſario, & Hodierna relati, & etiam latè Rota Rom. *dec.*889.*p.*4.*diuerſ.* probatur primò quia congruitas dotis attẽditur de tempore dotationis, ac proinde ſi dos à Patre relicta, licet tũc congrua, tempore tamen nuptiarum incongrua debet augeri ex bonis à Patre relictis, vt *ſup.c.*13.*n.*55. notatum eſt, cum pater teneatur dare filiæ dotem congruã: ergo ſi poſt mortẽ patris non extant alia eius bona libera, poteſt dos augeri vſque ad congruitatem ex bonis fideicommiſſi iuxta diſpoſitionem *d.auth.res quæ*, dum permittit bona fideicommiſſi poſſe alienari pro dote deſcendentis à teſtatore, quia loquitur de dote congrua, vt ſupra dictum. Secundo in huiuſmodi augmento neceſſario dotis, vt filia congrue poſſit nubere militat eadem ratio dictæ *Auth. res quæ*, ſcilicet vt poſſit puella honeſtè nubere, provt decet pudicitiam eius, & votum patris, qui ſi viueret veriſimiliter, imo certe augeret dotem, vt honeſte nubere poſſet. Demum probatur, quia idem iudicatur de augmento dotis, quod de ipſa dote, *l. inter ſocerũ* §.*cum inter ff.de pactis dotalibus*, *l. etiam C. de iure dotium, & l.vltim.C.de don.ant. nupt.* & late explicatũ eſt *ſup. c.*1.*n.*61. & præter Doctores ibidem relatos tradunt alij à Marta, & Fuſario *locis allegatis relati*, & confirmatur, quia augmentum dotis eſt eadem dos, ſcilicet pars dotis, non noua dos, vt poſt alios Marta eodem *n.*3. & notatum eſt *ſup.c.*8.*n.*157.

119 Quod ſi dos à patre, vel auo paterno relicta ſit tanta, qua ipſa filia, ſeu neptis congruè, & honeſtè, & commodè nubere poſſit, tunc filia, aut neptis non poſſet alienare, vel petere alienari bona fideicommiſſi, vt ſibi dos augeatur, quia videretur fieri alienatio in fraudem, & euerſionem fideicommiſſi, vt notatum eſt *ſupr.c.*4.*n.*103. poſt alios Menoch *d.præſ.*189.*n.*159. & Oddus *d.art.*3.*n.*66 hoc pacto intelligentes tantum in *Auth. de reſtit. & ea quæ parit.* §. *Quamobrem verſ. hac igitur omnia.* Quamuis ſibi de augmento dotis mulieris iam nuptæ loquatur Iuſtinianus, iuxta Doctores communiter, vt notatum eſt *ſuprà d. cap.* 4. *num.* 161. *& duobus ſequentibus.*

Si filia eſt iam nupta cum minus ſufficienti, ſeu congrua dote, an pro ea augenda, ſeu ſupplenda poſſit fieri detractio ex bonis fideicommiſſo ac reſtitutioni ſubiectis.

120 Quapropter ſpecialis difficultas eſt vtrum ſi filia iam nupta eſſet cum dote tenui à patre ab initio data, & maritus in illa conſenſiſſet, poſſit filia, vel marito inſtante dos illa tenuis augeri ex bonis à Patre fideicommiſſo ſubiectis. Et Baldus *in d.auth. res quæ C. comm. de legat. n.*10. & Caſtrenſ. *ibid. n.*7. à Padilla *in d. Auth. res quæ n.*121. relati à Marta *allegato art.*10. *cit. n.* 31. ſentiunt (ſi non extent alia bona libera teſtatoris) poſſe dotem vſque ad congruitatem augeri ex bonis fideicommiſſo ſuppoſitis, & reſtitutioni ſubiectis, & Marta allegat Rotam Romanam *dec.*642.*n.*6.*p.*1.*diuerſ.* Vbi ſolùm dicitur, quod quando filia eſt nupta cum minus ſufficienti dote, maior eſt difficultas apud Doctores, an poſſit fieri detractio ex bonis fideicommiſſi pro ea ſupplenda.

At vero huiuſmodi augmentum dotis tenuis filia iam nupta non poſſe fieri ex bonis fideicommiſſi, tradunt Curtius iun. *in d.auth.res quæ n.*25. Padilla *ibidem n.*121. Menoch. *allegat.præſumpt.*189.*n.* 71. 74. *&* 160. Oddus *allegato art.*3.*n.*67. Fuſar. *d.q.*531. *n.* 118. Cancerius *var.reſol.l.*1.*c.*9.*n.*116. & alij ab eodem Fuſario, à Cancerio relati, id probantes per textũ *in d.*§.*Quamobrem, d.verſ. hac igitur omnia.* Vbi hoc idem expreſſe ſancitum eſt à Iuſtiniano, & ibi indicatur ratio, ſcilicet ne prætextu talis augmenti fideicommiſſum ſubuertatur, quod etiam notatum eſt *ſuprà c.*4. *nu.* 101. & 103. vbi aſſignata eſt diuerſitas rationis, cum ab initio dos filiæ permittatur conſtitui ex bonis fideicommiſſi, & ea iam nupta cum tenui dote marito conſentiente non poſſit fieri augmentum ex eiſdem bonis fideicommiſſi. Addit tamen Padilla *d.n.*121. iuxta priorem ſententiam poſſe ex bonis fideicommiſſi fieri dotis tenuis augmentum, quando conſtaret minime fieri ex cauſa fraudand fideicommiſſarij, eo quod Text. *in d.verſ.igitur hac omnia*, videatur prohibuiſſe augmentum ex bonis fideicommiſſi, ſolum quando aliqua fraudand fideicommiſſi ſuſpicio ex probabilibus conſurgeret coniecturis: ſubdit tamen etiam hoc caſu dubium eſſe Curtium, etiam Oddus *d.art.*3 *n.*68. quod ſi mortuo marito, qui conſenſit in illa dote tenui, mulier vellet ſecundo nubere, & non poſſet honeſte cum illa modica dote, qua primus maritus fuit contentus, tunc de bonis fideicommiſſi poſſet congrua dos conſtitui, & maxime quando dotes poſtea creuerint, iuxta Crauetam *conſil.* 291.*lib.*2.

Quod ſi ab initio filia, vel neptis, vel alia deſcendens 122
ex teſtatore ſit nupta abſque vlla dote, erit illi dos congrua conſtituenda ex bonis fideicommiſſi paterni vel auiti, vt notatum eſt *ſup.c.*4 *n* 102. & tradunt Doctores *ibid.* relati, & alij ab Oddo *q.*40.*art.*9.*n.*99. allegati, cũ Pater filiam de ſuo conſenſu abſque dote nuptam teneatur congrue dotare, iuxta tradita *d.c.*4.*n.*98. & communem Doctorum, qui ibidem referuntur, & etiam ſine eius conſenſu nuptam viro digno iuxta tradita *eodem c.*4.*n.*119.

Bona fideicommiſſo ſubiecta iuxta diſpoſitionem Auth. res quæ, *ex cauſa dotis fœminarum deſcendentium ex teſtatore fideicommittente, an poſſint alienari ſolum in ſubſidium, ſcilicet quando non extant alia bona libera grauati, vel mulieris dotandæ.*

Quæſitum quintum: An vbi legitima, & Trebellianica 123
non ſufficiunt ad conſtituendam dotem congruam mulieri deſcendenti ex Teſtatore, qui fideicommiſſum reliquit, ſi grauatus fideicommiſſo habeat alia bona libera, ex quibus capi poſſit dos, vel illius ſupplementum poſſint adhuc bona fideicommiſſo ſubiecta alienari pro conſtituenda congrua dote, an vero dos tunc debeat conſtitui ex bonis liberis grauati, ita vt diſpoſitio *dict. auth. res quæ*, & *d.*§.*Quamobrem*, quod pro dote, & donatione propter nuptias deſcendentium ex teſtatore bona fideicommiſſo, ac reſtitutioni ſubiecta, & alienari prohibita poſſint alienari, procedat tantum in ſubſidium, ſcilicet quando nulla alia bona libera grauati extant. Pro dilucidiori explicatione quæſiti ſeorſim, & diſtinctè ſunt reſoluenda ſequentia dubia.

Si

Si filius à Patre, vel auo paterno onere fideicommiſſi grauatus ex legitima, & Trebellianica, aliiſve bonis ſuis liberis poteſt congruè dotare deſcendentem Teſtatoris, an ex illis, non ex bonis fideicommiſſi debeat dotare.

125 Primum dubium: an ſi filius à Patre ſit grauatus fideicommiſſo pro congruè dotanda filia, poſſint alienari bona fideicommiſſi, ſi legitima filiæ debita non ſufficit ad congruam dotem, & filius hæres grauatus fideicommiſſo habet bona libera, ex quibus remanente illæſo fideicommiſſo dos congrua eidem filiæ Teſtatoris poteſt conſtitui, & in hoc dubio ſententia Doctorum communis eſt, quod bona fideicommiſſi non poſſint alienari, ſed dos ſit conſtituenda ex bonis liberis filij hæredis Patris: ita Angelus, Salicetus, Iaſon, Curtius, & alij ſcribentes *d. Auth. res quæ C. commun. de legat.* ex Doctoribus *ſuprà num.*97. relatis Padilla *in dict. Auth. res quæ, num.* 42. Peregrin. *d. art.*42. *num.*66. Menochius *dict. præſ.*189. *num.*8. *& conſ.*95. *n.*134. Ludouicus Molin. *d. l.* 4. *cap.*7. *num.*2. Fuſarius *dict. quæſt.*531. *num.*121. *conſ.*7. *num.*16. *& conſ.*166. *num.*5. Marta *de ſucceſſ. parte* 4. *quæſt.*21. *d. art.*10. *num.*6. Mareſcot. *d. cap.*69. *num.*25. Fontanella *dict. clauſ.*5. *gloſſ.*10. *part.*2. *num.*9. *& clauſ.*4. *gloſſa* 10. *part.*2. *num.*30. Cancerius *variar. reſol. tom.*1. *c.*9. *n.*173. Camillus Borell. *d. tom.*3. *tit.*4. *num.*45. & apud præfatos, præſertim Menochium, Fuſarium, & Fontanellam *locis citat.* centum alij præter plures alios ex antiquioribus ab Oddo de Feder. *quæſt.*39. *art.*4. *num.*41. relatos, & alios innumeros, qui vt præfati Doctores modo allegati aſſerunt, diſpoſitionem *d. Auth. res quæ*, quod pro dote & donatione propter nuptias alienari poſſint bona fideicommiſſi, quando legitima portio liberorum teſtatoris non ſufficit ad congruam dotem, procedere ſolum in ſubſidium, deficientibus grauato bonis liberis, ex quibus dotatio congrua, & donatio propter nuptias fieri poſſit, & ſunt Surd. *deciſ.*62. *n.*4. *&* 10. Milanenſis *deciſ.*7. *n.*58. Vincentius de Franch. *deciſ.*519. *num.*3. Coſta *de remed. ſubſid. remed.*6. *num.*1. Giurba *deciſ.*31. *num.*10. & alij relati ab iiſdem à Fontanella *d. num.*9. & à Fuſar. *d. quæſt.*531. *d. num.*121. *& conſ.*7. *num.*1. & quod de Auth. procedat ſolum in ſubſidium, & quando grauatus non habet alia bona libera, probatur ex verbis textus *in dicta Authent.* ibi, *ſi liberis portio legitima non ſufficiat ad dotis, & donationis propter nuptias conſtitutionem*, & ex verbis §. *Quamobrem*, vna illa authentica ſumpta eſt, ibi. *Aliam non habens ſubſtantiam.* Confirmatur ex Textu *in leg. Pater filiam, in fine principij*, ibi, *ſi non erat aliud in hæreditate, vnde debitum exſolueret*, & ratione quæ *infra num.* 130. adducitur, iuxta quam communem ſententiam ſi fiat alienatio bonorum fideicommiſſi pro dotatione retentis bonis liberis alienata, poſſe vindicari tradit alios allegans Fuſarius. *d. quæſt.*531. *num.* 122.

126 Quibus tamen non obſtantibus Oddus *d. quæſt.*39. *allegato articulo* 4. *num.*43. aſſerit contrarium, & filiam hæredem Patris fideicommiſſo grauatam, licet diuitem, & alia bona habentem vbi legitima filiæ non ſufficiat ad eius congruam dotem, poſſe pro dote congrua filiæ patris Teſtatoris, & grauari conſtituenda alienare ex bonis fideicommiſſi, dicitque ita ſentire Decianum *conſ.*10. *num.*8. *& duobus ſeqq. lib.*1. & Corneum *in lege voluntas, num.* 10. *Cod. de fideicomm.* & in hoc nullum eſſe ſcrupulum, & probat quia Pater (ſi ſit diues) tenetur dotare filiam ſuam, tametſi diuitem [vt late iuribus, & Doctoribus allegatis probatum eſt *ſupra cap.*4. *n.*25. *& ſequent.*] ergo (concludit Oddus) hoc ipſo, quod hæres grauatus ſit diues, vel non, nihil impediet quominùs iuxta *d. Authent. res quæ*, poſſit filiam Teſtatoris grauantis dotare congruenter ex bonis fideicommiſſi, ſi legitima filiæ non ſufficit ad dotis congruitatem. Quæ Oddi ſententia confirmatur ex traditis *ſupra cap.*6. *num.*12. *& hoc cap.*15. *num.*100. ſcilicet, quod dos filiæ debita cenſetur æs alienum reſpectu Patris, vt ideò nunquam videatur comprehenſa in fideicommiſſo.

Communem verò opinionem idem Oddus *eodem art.*4. *n.*44. ait procedere, quando agitur de dotandis filiabus ipſius hæredis grauati, vt tunc ſi hæres Teſtatoris grauatus habet bona libera, ex quibus filia ſua poſſit dotare, non poſſit dotare ex fideicommiſſi bonis, ſeu eorum alienatione, & idem tradit *quæſt.*40. *art.*1. *n.*2. & probat *d. n.*44. ex eo quod ceſſant omnes rationes, in quibus fundatur diſpoſitio *dict. Auth. res quæ*, ſcilicet fauor publicus dotis, pudicitia mulieris, & votum paternum, quia ſi pater filiarum, qui à ſuo Patre fuit grauatus fideicommiſſo, habeat vnde illas dotare congruenter poſſit, ceſſant omnes prædictæ legiſlatorum conſiderationes, quibus ceſſantibus non debet intelligi Teſtatoris diſpoſitio. Confirmatur, quia auus paternus non tenetur de ſuo dotare neptem ex filio, quando filius eſt diues, & habet bona propria, quibus ei poteſt dotem congruam conſtituere, vt *ſupra cap.*4. *num.*12. *& cap.*5. *num.*3. latè probatum eſt, & conſequenter filius fideicommiſſo à Patre grauatus diues filias ſuas de propriis bonis debet dotare, nec poteſt de bonis fideicommiſſi paterni; nam ſi Pater teſtator viueret, non teneretur illas dotare. Quod ſi filius à Patre grauatus eſſet inops, tunc ex bonis fideicommiſſi paterni poteſt filias congruè dotare, quas ſi auus paternus Teſtator viueret, dotaret, ac dotare teneretur iuxta tradita *ſuprà cap.*5. *num.* 1. 3. 5. *&* 7. vbi probatum eſt, auum paternum, neptem exiſtente filio inope teneri dotare congruenter; imò etiam ad idem teneri proauum, & cæteros aſcendentes per lineam paternam probatum eſt *eodem cap.*5. *num.*8. 127

An filia Teſtatoris, vel neptis ex Teſtatoris filio diues habens, bona aduentitia, putà materna, ex quibus poteſt congruè dotari, poſſit conſequi dotem ex bonis fideicommiſſi paterni, vel auiti paterni, & quid ſi nupta ſine dote fuerit.

Dubium ſecundum an filius hæredis Patris fideicommiſſo à Patre grauatus poſſit, & (ſi non habeat alia bona libera) teneatur ex bonis fideicommiſſi dotare ſororem filiam Teſtatoris fideicommittentis legitimam & naturalem, ſi legitima eidem à Patre relicta non ſufficiat ad congruam dotem, tametſi filia ſit diues, habeatque bona materna, aut feudalia, vel alia aduentitia, ex quibus poſſit ſe congruè dotare. De hac re actum eſt *ſuprà capite* 6. *num.* 16. vbi notaui negatiuam ſententiam tenere Peregrinum *dict. art.* 42. *num.*68. (Quod & repetit *num.* 108. Fontanella *clauſula* 3. *gloſſa* 1. *part.* 1. *num.* 112. *& part.* 2. *num.*11. *part.*1. *rec.* Farinacij) *num.*5. *& tribus ſequentibus.* Quibus addo eamdem ſententiam tenentes expreſſe eandem Rotam Roman. *dec.*737. *part.*1. *diuerſ.* Iaſonem *conſil.* 131. *num.* 4. Crauettam *conſil.* 19. *num.*18. Fuſarium *conſil.*166. *num.*7. & plures alij pro hac negatiua ſententia allegantur à Rota *citatis deciſionibus*, & à Fuſario *dict. conſ.* 166. *num.* 5. *& conſ.*7. *num.* 1. & ita ſentiunt omnes Doctores *ſupra n.*24. allegati aſſerentes vniuerſaliter, & indiſtinctè diſpoſitionem *dicta Authentica res quæ*, procedere ſolum in ſubſidium, quando non extant bona libera ad congruæ dotis, vel donationis propter nuptias conſti- 128

tutionem ſufficientis. Pro hac negatiua addocitur primò à Iaſone, quod Pater non tenetur dotare de ſuo filiam diuitem, vt tradunt Doctores *ſuprà num.* 24. allegati, ſecundo quia etſi Pater viuens teneatur dotare filiam diuitem, non tamen patris hæres poſt eius mortem grauatus fideicommiſſo pro dote filiæ, cui reliquit pater legitimam tenetur, vel poteſt alienare bona fideicommiſſi, ſi filia habat bona aduentitia ex quibus ſe poteſt dotare congruè ſi legitima ſua non ſufficit: ratio differentiæ inter Patrem viuentem, & eius hæredem poſt illius obitum explicatur *ſupra dict. cap.* 6. *allegato num.* 16.

128 At Affirmatiuam ſententiam, & patris fideicommittentis hæredem (ſiue ſit filius, ſiue extraneus) poſſe, & teneri congruè dotare ex bonis fideicommiſſi filiam Teſtatoris diuitem ex aliis bonis quàm paternis, ſi legitima ei à Patre relicta non ſufficit pro dote congrua tenui, *dicto cap.* 6. *citato num.* 16. & præter Doctores *ibidem citatos*, tenent Decian. *conſil.* 17. *libro ſecund.* Oldus *de fideicommiſſ. quaſt.* 39. *allegato articulo quarto*, & Fuſarius *conſ. ſeptimo per tot.* præſertim *numero tertio & ſequentibus numero* 20. & 24. & *de ſubſtitutionibus dicta quaſtio.* 531. *num.* 145. & *quinque ſequentibus*. Hanc ſententiam *dicto capite ſeptimo num.* 16. probaui ratione *ſupra hoc capite numero* 25. adducta, ſcilicet quod Pater tenetur de ſuo dotare congruè filiam legitimam, & naturalem etiam diuitem, & habentem bona materna, vel alia aduentitia, vt late *ſuprà capite quarto, numero* 25. & *pluribus ſequentibus*, probatum eſt, quod onus tranſire in Patris hæredem poſt patris obitum probatum eſt *dicto capite ſexto, allegato numero* 16. *iunctis numeris præcedentibus & eodem num.* 16. reſpondetur fundamento à Rota & Fontanel. adducto, & *in fine* additur hanc eandem ſententiam probari eadem *Auth. res quæ*, dum abſolutè diſponit bona fideicommiſſo ſubiecta poſſe alienari ad conſtituendam congruam dotem filiæ Teſtatoris fideicommittentis, quando legitima ei relicta, ſeu in bonis Patris debita non ſufficit ad congruam dotem, ex quo Textu vnà cum Fuſario vtrobique magis confirmatur hæc ſententia, quia enim ibi conſtituatur regula, quod bona fideicommiſſi alienari poſſint pro conſtitutione dotis liberorum, ſi portio legitimæ non ſufficiat ad dotis obligationem, & ſic excipiatur caſus, quando legitima ſufficit pro dotis congruæ conſtitutione [quod idem dicitur *in leg. mulier*, §. *cum proponeretur, ff. ad Sen. conſ. Trebell.*] ideo non erit facienda extenſio ad alium caſum, ſcilicet quando mulier, ſeu filia Teſtatoris non poteſt dari in legitima, maxime quando ipſa non fuit grauata (nam quando eſſet grauata dubio ſequenti) ſed habeat bona aduentitia. Neque obſtat, quod *ſup. n.* 102. & 103. ſcilicet diſpoſitionem *Auth. res quæ*, etſi exorbitantem, eſſe tamen fauorabilem, ideóque poſſe extendi: nam dicitur fauorabilis in his, quæ concernunt fauorem ipſius dotis, & matrimonij, vt expreſſe loquuntur Doctores, qui dicũt eſſe fauorabilem & poſſe extendi; at verò extendere limitationem *dictæ Auth.* ad caſum, quando legitima ſufficit ad dotem conſtituendam ad alium caſum quando filia dotanda non poteſt dotari congrua ex ſola legitima, ſed ex propriis bonis, eſſet valde odioſum ipſi doti, & filiæ dotandæ. Quod etiam huic ſententiæ non obſtet *dicta Auth. res quæ*, confirmatur quia *d. Auth.* eſt fundata in præſumpta mente Teſtatoris ab obligatione ſeu neceſſitate legali proueniente, cum Teſtator cenſeatur id voluiſſe ab hæredib. fieri, quod ipſe facere tenebatur, ſi viuus fuiſſet, [hanc enim obligationem, ſeu neceſſitatem legalem dotandi fideicommittentis eſſe vnam ex rationibus diſpoſitionis *d. Auth.* tradũt communiter Doctores *vt ſuprà n.* 100. notatum eſt, huiuſmodi autẽ obligatio, ſeu neceſſitas dotãdi habet locũ, quando filia eſt diues, *vt ſuprà* dictum eſt, ac proinde non eſt conſiderandum, an filia habeat bona propria aduentitia, ſed ſolum iuxta communem ſententiam, de qua *ſupra n.* 124. an hæres Patris ab eo grauatus fideicommiſſo habeat bona libera, in quibus poſſit dos congrua conſtitui filiæ Teſtatoris, vbi eius legitima non ſufficiat ad congruam dotem, vel ſi agatur de filia grauati nepte fideicommittentis, ac ipſemet grauatus, & ſic filius fideicommittentis, non auus paternus fideicommittens teneatur dotare filiam ſuam, vbi non ſit inops [*vt ſupra hoc capite num.* 126. & *capite quarto, num.* 12. & *cap.* 5. *n.* 3. probatum eſt] ſed habeat bona libera, ex quibus poſſit dotem filiæ ſuæ nepti Teſtatoris dotem congruam conſtituere.

Extenditur enim hæc ſententia etiam ad neptem, vt etiamſi ſit diues habens bona adventitia, poſſit, & debeat dotari ex bonis fideicommiſſi ab auo paterno conſtituti, & eiuſdem neptis patri relicto, idem Pater neptis ſi grauatus eſt pauper non habens alia bona libera propria aut ſufficientia pro congrua dote ſuæ filiæ & Teſtatoris neptis, ita Fuſarius *d. conſil.* 7. vbi per totum agit de dote neptis diuitis detrahenda ex fideicõmiſſo auito paterno patre neptis grauata paupere, & bona libera non habente, & reſoluit eandem neptem non obſtãte quod haberet bona materna, & alia a Patruo ſibi relicta, debuiſſe congruè dotari ex bonis fideicommiſſi, quod probat argumentis *num. præcedenti* adductis. Nam auus paternus tenetur dotare congruè neptem, quando neptis pater eſt inops, *vt ſupra, num.* 126. notatum eſt, & latè probatum *ſupra capite* 5. *num.* 1. & 3. & etiamſi neptis ſit diues habens bona propria aliũde, quàm ex Patre, vel auo paterno acquiſita, iuxta communem ſententiam *eodem capite quinto n.* 5. traditam, & probatam. Quod onus dotandi neptem etiam diuitem filio patre neptis propriis bonis carente eidem auo paterno incumbens tranſit in illius hæredem, *vt ſupra capite ſexto, num.* 16. probatum eſt, & ſic filio grauato bonis liberis carente, debetur eidem nepti diuiti dos cõgrua ex bonis fideicommiſſi auiti paterni, & in hoc etiam procedit ratio, in qua fundatur *d. Auth. res quæ*, ſcilicet præſumpta voluntas Teſtatoris, nam Teſtator cenſetur voluiſſe ab hæredibus fieri, quod facere tenebatur ſi ipſe viueret, teneretur autem auus paternus diues, ſi viueret dotare congruè neptem etſi diuitem, ſi vel Pater neptis eſſet defũctus non relictis bonis, vel viuens non haberet bona propria. Et idem videtur dicẽdum, ſi fideicommiſſum relictum fuiſſet à proauo, aut alio vlteriori aſcendente per lineam paternam, & tunc proneptis, etſi diues, ſit dotanda ex bonis fideicommiſſi, & fideicõmiſſarius proneptis pater non haberet bona libera, cum eamdem obligationem dotandi neptem, quam habet auus paternus, habeant etiam proauus, & cæteri aſcendentes paterni, *vt ſupra cap.* 5. *n.* 8. traditum eſt. 129

Extenditur quoque eadem ſententia ad Teſtatoris fideicommittẽtis filiam ſine dote nuptam [quam Patrem teneri dotare congruè, & etiamſi fuiſſet dotata ab extraneo, probatum eſt *capito quarto, numero* 98. & 100.] vt non ſolum patris hæres grauatus poſſit & teneatur illi dare dotem congruam ex bonis fideicommiſſo reſtitutionis ſubiectis, ſaltem quando non habet alia bona [*vt dicto capite quarto, numero* 102. dictum eſt, & tradunt communiter Doctores *ibidem* relati, ſed etiam ex eiſdem bonis fideicommiſſi eamdem filiam Teſtatoris ſine dote nuptam, tametſi diuitem, & habentem alia bona adventitia dotare cõgruè debeat, id enim probant tradita *duobus numeris præcedentibus*. Nam Pater eodem modo tenetur filiam ſine dote nuptam dotare, quo filiam nondum nuptam, ac proinde ſicut filiam nondum nuptam tametſi diuitem tenetur congruè dotare, ita etiam filiam ſine dote nuptam: quod 130

confirmant

confirmant tradita *dict. capite* 4. *num.* 100. ad probandum filiam ſine dote paterna nuptam congruenter ab extraneo dotatam poſſe cogere patrem, vt ſibi dotem de propriis bonis conſtituat, quæ obligatio Patris vt inhærens bonis tranſit ad Patris hæredem, *vt ſupra capite ſexto, numero* 12. *&* 16. probatum eſt. Vnde etiam hoc caſu habet locum ratio *dict. Authent. res quæ*, ſcilicet quod Teſtator voluerit dotem ex bonis ſuis conſtituere, cum ſi viueret, id facere teneretur.

Filia, vel neptis à Patre, vel auo paterno hæres inſtituta, & fideicommiſſo grauata, ſi legitima, & Trebellianica non ſufficiant ad dotis congruæ conſtitutionem, & habeat vnde poſſit ſe congruè dotare de bonis propriis, an poſſit nihilominus congruam dotem ſibi conſtituere ex bonis fideicommiſſi.

131 Dubium tertium an filia à Patre, vel neptis ab auo paterno hæres inſtituta fideicommiſſo grauata, ſi legitima, & Trebellianica ſibi in bonis patris, vel aui paterni grauantis debita non ſufficiunt ad dotem congruam ſibi conſtituendam, poſſit ſe vſque ad congruitatē dotare ex bonis fideicōmiſſi, tametſi habeat bona propria aduentitia, ex quibus cum legitima, & Trebellianica poſſit congruam dotem conſtituere. Certum eſt quod filia, vel neptis grauata non habens alia bona propria, & eius legitima, vel legitima, & Trebellianica (quando poteſt à fideicommiſſo detrahi) non ſufficiunt ad dotem congruam, poteſt ſibi congruam dotem conſtituere ex bonis fideicommiſſi, vel eorum alienatione, vt ſunt Textus clari *in lege mulier §. cum proponeretur ff. ad Trebellian. & in lege à filia, ff. eodem*, aſſignaturque *dict. paragrapho cum proponeretur*, duplex ratio tam voluntatis paternæ, quam pudicitiæ, & concordant omnes ſcribentes, tam ibi, quàm *in dicta Authentic. res quæ, Cod. commun. de legat.* notant etiam Petra *de fideicommiſſ. quæſtione* 8. *numero* 459. Rolandus *conſil.* 85. *numero tertio, volum.* 1. *& nono*, Hieronymus Gabriel *conſil.* 111. *numero tertio vol. ſecund.* Oddus *de fideicom. quæſtio.* 39. *numero* 13. *&* 14. Mareſcottus *var. lib. ſecund. capite* 69. *numero* 21. filia enim, vel neptis non poteſt à patre, vel ab auo (cum non habet bona) priuari dote congrua, *vt in præcedentibus huius capitis, & d. capite* 13. *eodem n.* 40. probatum eſt, ac proinde ſi legitima, vel legitima, & Trebellianica non ſufficiunt ad dotem congruam, poſſet vſque ad congruitatem conſtitui ex bonis, in quibus filia, vel neptis fuit grauata onere reſtitutionis, non credi poteſt Teſtatorem voluiſſe ſuam filiam, vel neptem fraudare dote congrua, vt aliis remotioribus faueret.

132 Difficultas ergo ſolum eſt, an quando filia, vel neptis grauata fideicommiſſo haberet alia bona propria materna, vel à patruo acquiſita, ex quibus vnà cum legitima, vel cum legitima, & Trebellianica poſſet cōgruè dotari, poſſit nihilominus ex bonis fideicommiſſi detrahere quantum vnà cum legitima & Trebellianica dotem congruam conſtituit; & negant Doctores communiter: ita omnes relati *ſupra hoc capite, num.* 126. & alij *num.* 127. allegati & in ſpecie, ſeu terminis loquentes de dote filiæ à Patre grauatæ Petra *d. num.* 459. Roland. *d. conſ.* 85. *dicto numer.* 9. *& ſeqq.* & Fuſarius *d. conſilio* 7. *numer.* 15. Petra *dict. quæſtione* 8. *& verſ. Hieronym. Gabr.* Qui Petra, Rolandus, & Gabriel probant ratione *ſuprà numer.* 124. adducta, quod diſpoſitio *d. authent. res quæ*, eſt ſubſidiaria, ſcilicet quando non extant alia bona libera grauati, vel grauatæ, ac proinde ceſſat, quando filia, vel neptis habet vnde ſe poſſit congruè dotare de propriis bonis, Fuſarius *d. conſ.* 7. non affert vllam rationem ſpecialem diuerſitatis inter caſum filiæ, vel neptis non grauatæ, & caſum filiæ, vel neptis grauatæ, licet teneat filię, vel nepti non grauatæ ab hærede Patris, vel aui paterni grauato (ſi eius legitima ad id non ſufficiat) debere conſtitui dotem congruam ex bonis fideicommiſſi paterni, vel auiti, tametſi ipſa filia, vel neptis habeat vnde ex propriis bonis poſſet ſe congrue dotare, filiam vero, vel neptem hæredem patris, vel aui paterni fideicommiſſo granatam, ſi habeat bona propria, quibus vna cum legitima, vel legitima, & Trebellianica poſſit honeſte dotari, non poſſe conſtituere ſibi dotem congruam ex bonis fideicommiſſi, quam tamen diuerſitatis rationem debuiſſet aſſignare.

Igitur primò mihi videtur dici poſſe, quod ſicut hæres grauatus teſtatoris fideicommittentis habens bona libera, quibus poſſet eandem filiam congruè dotare, ſi eiuſdem filiæ legitima non ſufficiat ad congruam dotem, poteſt nihilominus illam dotare congrue ex bonis fideicommiſſi, iuxta ſentiam Oddi *n.* 125. traditam ob eam rationem, quod pater tenetur ex propriis bonis dotare congrue filiam naturalem, & legitimam, & quia dos congrua filiæ debita vti æs alienum non cenſetur in fideicommiſſo contineri, ita ob eaſdem rationes filia hæres à Patre vel auo paterno inſtituta, & onere fideicommiſſi grauata habens alia bona propria poſſit ſibi dotem congruam conſtituere ex bonis fideicommiſſi, quando eius legitima vnà cum Trebellianica non conſtitueret congruam dotem. 133

Sed quia communis Doctorum opinio tenet contrarium, & quod filia, vel neptis ipſa fideicommiſſo à Patre, vel auo hæres inſtituta, & onere reſtitutionis grauata habens alia bona propria vltra legitimam, & Trebellianicam (quæ ad congruam dotem non ſufficit) quibus poſſet ſe dotare congruè, non poſſit ſibi dotem congruā conſtituere ex bonis fideicommiſſi, ſed debeat ex propriis, eandem communem opinionem vti probabiliorem, & veriorem ſuſtinendo rationem diuerſitatis inter caſum filiæ, & neptis non grauatæ, & caſum filiæ vel neptis hæredis inſtitutæ à Patre, vel auo paterno, & grauatæ, puto eſt, quia in ſecundo caſu filia, vel neptis vltra legitimam, & trebellianicam habet commoditatem fructuum reliquorum bonorum paternæ, vel auitæ hæreditatis liberalitate Patris, vel aui paterni ſibi prouenientem; & ideo ſi legitima, & Trebellianica non ſufficiunt ad congruæ dotis conſtitutionem, debet ex propriis bonis ſe dotare vſque ad congruitatem, cum quod ex propriis bonis contribuit, ſuppleatur, ſeu compenſetur ex commoditate aliorum bonorum hæreditatis Patris, vel aui, quorum etiam voluntatē talem fuiſſe ratione talis cōmoditatis, rectè præſumi poteſt, & debet, & hæc eadem ratio poteſt aſſignari, cur hæres filiam teſtatoris, qui eum grauauit fideicommiſſo, quando filiæ legitima ad eius congruam dotem non ſufficit, ſi habeat bona libera, non poſſit eandem filiam teſtatoris dotare congruè ex bonis fideicommiſſi, ſed debeat de propriis bonis, iuxta Doctores *ſup. nu.* 124. relatos, & communem ſententiam, quia id, quod grauatus de ſuis bonis liberis inſumit in dote congrua filiæ teſtatoris, ſatis compenſatur commoditate bonorum fideicommiſſo ſubiectorum. 134

Si

Si teſtator inſtitutor fideicommiſſi ad fauorem maſculorum expreſſi diſpoſuerit, & iuſſerit fœminas deſcendentes dotari, an dos debeatur ex bonis fideicommiſſi, licet ex legitima, & Trebellianica, vel alijs bonis grauati, vel dotandæ dos congrua conſtitui poſſit.

Stante verò ſententia communi (de qua *numero* 134 124.) quod hæres grauatus fideicommiſſo, ſi habeat bona propria, & legitima filiæ vel neptis teſtatoris ex filio ad dotem congruam non ſufficiat, debeat de ſuis bonis, non de bonis fideicommiſſi conſtituere dotem congruam eidem filiæ, vel nepti teſtatoris, & etiam tertia ſententia (*de qua numero* 127.) quod hæres teſtatoris non teneatur, nec poſſit ex bonis fideicommiſſi dotare filiam, vel neptem teſtatoris diuitem habentem alia bona propria, licet legitima non ſufficiat ad congruitatem dotis, eo quod diſpoſitio *dict. authent. res quæ* procedat ſolum in ſubſidium, quando non extant bona libera hæredis grauati, vel alia bona mulieris dotandæ, controuertitur, an dicta ſententia, ſeu diſpoſitio *d. authent. res quæ*, vt dos mulierum tantum in ſubſidiū, & deficientibus bonis liberis, poſſit conſtitui ex bonis fideicommiſſi, procedat etiamſi teſtator fideicommittens legauit ſuas dotes fœminis, ſeu eas dotari mādauit, an verò quando teſtator expreſſe diſpoſuit, & mandauit fœminis dotari, poſſit, vel debeat dos conſtitui de bonis fideicommiſſi, quamuis grauatus poſſit in bonis ſuis filiam ſuam, vel neptem teſtatoris congrue dotare, ita vt hoc caſu, quo teſtator mandat filiæ, vel nepti dotem præſtari, & inſtituit fideicommiſſum fauore maſculorum, deducatur ex perſona filij grauati legitima, & Trebellianica, & ex perſona filiæ, ſeu neptis dos, deinde reſiduum hæreditatis teſtatoris reſtitui debeat fideicommiſſario, & plurium Iuriſperitorum ſententia eſt, quod ſi ex legitima, & Trebellianica, alijſve bonis liberis grauati, vel mulieris dotandæ, poſſit congrua dos conſtitui, dos non poſſit ex bonis fideicommiſſi, illorumue alienatione cōſtitui. Ita Paulus de Caſtro, Robeus, Alexander, Cephalus, Natta, Simon de Prætis, & alij à Marzario *in epitome de fideicommiſſis quæſtione* 48. Peregrino *de fideicommiſſis articulo* 42. *numer.* 96. *verſicul. verum*, Ludouico Molina *de primogen. libro quart. cap. ſeptim* Menoch. *libro quart. præſumptione* 189. *numer.* 9. & à Fuſario *conſilio* 121. *numero prim. conſilio.* 151. *numer.* 11. *& de ſubſtitutionibus quæſtio.* 531. *numero* 129. relati, Marzarius Ludou. Molina *in locis modo allegatis.* Peregrin. *dicto numero* 76. (vbi dicit ita fuiſſe iudicatum à Rota Romana) Peta *de fideicom. quæſtione* 8. *numero* 497. (vbi dicit eſſe communem opinionem) Menochius *conſilio* 704. *numero* 16. *& conſilio* 852. (vbi dicit eſſe magis receptam ſententiam) Fontanella *d. clauſul.* 5. *gloſſa* 1. *parte ſecund. numer.* 31. (vbi teſtatur ſuum Senatum hanc ſententiā approbaſſe & in iudicando pluries fuiſſe ſecutum) Hodierna *controuerſiis libro primo, capite* 31. *num* 85. & alios recentiores allegans Fuſarius *dict. conſilio* 151. *dicto numero* 11. *& d. quæſt.* 531. *dicto numero* 129. (vbi dicit ſecundum hanc ſententiam ſe ſæpius conſuluiſſe, & obtinuiſſe, & Venetis fuiſſe iudicatum à Conſeruatoribus legum) *& numero* 151. *fine*, & hanc ſententiam procedere, etiamſi teſtator fideicommiſſū relinquens iuſſerit filias, vel neptes ſuas de bonis fideicommiſſi dotari, vt id debeat intelligi, niſi ex bonis liberis dotari valeant, tradunt Molina *dicto numero ſecund.* & Menoch. *d. præſumptione* 189. *numero* 9. Hodierna alios allegans *dicto numero* 85. Anton. Rubeus *conſilio* 124. *numero tertio*, Marzarius *dict. quæſtione* 48. Ruinus, Gratus, Cephalus, & alij. Probatur hæc ſententia à Peregrino, & Fuſario, quia teſtator ſic relinquendo voluerit fœminis prouidere id, ſeu ſecundum id, quod leges diſponunt, adeo vt teſtatoris prouiſio ad mentem legis ſit referenda, & ideo ſicut lex in ſubſidium vult fœminas dotari de fideicommiſſo, ita teſtatorem ſenſiſſe cenſeri dicendum eſt. Confirmatur à Menochio *d. conſilio* 704. *numer.* 17. & Fuſario *d. numero* 531. *dicto numero* 129. Quia ſi de fideicommiſſo aſſerit conſtituendas dotes ſingulis fœminis deſcendentibus teſtatoris, facile, & cito fideicommiſſum deſtrueretur, quia progreſſu temporis bona omnia in dotem conuerterentur. Addit *num.* 130. Fuſarius poſt Menochium *conſilio* 852. *numero quarto*, hanc ſententiam ſine dubio procedere, quando teſtator filiæ natæ conſtituiſſet dotem in fructibus, mandando ſibi fructus quotannis deponi in aliquo loco pro eius dote, nam poſtea mandando fœminas naſcituras dotari, intelligi debet de bonis liberis, non de bonis fideicommiſſi & idem ſi teſtator inſtituens Primogenitura mandaſſet fratres à Primogenito pro tempore alendos fore, cum id intelligatur non ex proprietate bonorum, ſed ex eorum fructibus, & redditibus, ſi deinde mandaſſet fœminas dotari, præſumi teſtatorem dotes reliquiſſe ex fructibus Primogenituræ, tradit idem Fuſarius *numer.* 131. poſt Menochium *d. conſilio* 852. *numero quinto*, vbi probat ex eo, quod de alienatis eſt diſpoſitum, dicendum ſit de legato dotium facto in eodem capitulo, vt ſit eadem iuris determinatio, ex quo probabilis differentiæ ratio aſſignari non poſſit, *leg. rem hoc iure, ff. de vulg. & pupill.* & alijs iuribus per eumdem Menochium adductis.

Contrariam ſententiam, & dotem debere conſtitui de 135 bonis fideicommiſſi, quamuis ex legitima, & Trebellianica, alijſve bonis liberis maſculi grauati, vel fœminæ dotandæ dos præſtari poſſet, plurimi quoque tenent: its Ioannes de monte Sperello *conſilio* 212. Caſtrenſ. *conſilio* 102. *numero ſecund. libro ſecundo*, Crottus *conſilio* 283. *libro ſecundo*. Decianus *conſilio* 10. Corneus *conſilio.* 197. *libro primo*, Ceph. *conſilio* 485. *numer.* 48. *&* 49. *libro quart.* Menochius *d. præſumptione* 189. *dict. numero* 9. *verſicul. verum*, *conſilio* 88. *numero* 50 *conſilio* 151. *dub. prim. conſ.* 183 *num.* 30. *conſil.* 237. *numero* 3. 24. *& ſequentibus. conſ.* 327. *num.* 127. *conſilio* 796. *nu.* 13. *conſil.* 1037. *num.* 10. *& conſ.* 1039. *num.* 8. Oddus *de fideicom. quæſt.* 39. *art.* 4 *n.* 45. *&* 46. Folarius *conſ.* 121. *n.* 2. & plures alij à Menochio *d. præſ.* 189. *num.* 9. *ab eodem* Fuſario *d. num. ſecund. & conſ.* 7. *num.* 11. *& d. quæſt.* 531. *numero* 128. allegati, & idem Fuſarius *d. conſilio* 7. *num.* 12. *& dict. quæſtione* 531. *d. numero* 451. tanquam rem indubitatam tenet, ſi non extent bona grauati, nec legitima, nec Trebellianica, vel non ſufficiant ad dotem congruā, filiam, vel neptem, licet diuitem, & habentem bona propriè ſufficientia pro dote eſſe dotandam ex bonis fideicommiſſi. Probatur hæc ſententia primò nam alioqui ordinatio, ſeu diſpoſitio teſtatoris per illa verba expreſſe mandantis filias, vel neptes dotari, eſſet ſuperflua, ſtante legis diſpoſitione, quod in ſubſidium fœminæ teſtatoris deſcendentes debeant ex bonis fideicommiſſi ab ipſo teſtatore relicti dotari, ſecundo quia cum teſtator iniuria affecerit fœminas non ſubſtituendo eas in partibus ſuis, ſed alios de agnatione, videtur in compenſationem huius iniuriæ eas dotem reliquiſſe in eiſdem bonis, à quibus eas excluſit propter maſculos vel alios filio ſuo ſubſtituto. Tertio probatur argumento à Menochio *d. conſilio* 1037. *n.* 21. & à Fuſario *d. quæſt.* 531. *n.* 128 adducto, ſcilicet, quia de iure ſuper legitima filiis debita non poteſt imponi grauamen, *leg. quoniam in prioribus, Codic. de inoffícioſ. teſtamento*, & conſtat

ex

ex traditis *ſupra cap.7.* & idem in Trebellianica quoad liberos primi gradus, *l. iubemus Cod. ad Trebell.* & ibi ſcribentes, at verò non præſumitur voluiſſe facere, & diſponere, quod lex ei facere prohibet, *l. Luc.§ pro infante ff. ad municip.& l.1.C. de bonis vacantib. lib.10.* Addit Menoch. *d.conſ.1057.d.n.10. & d. conſ.1039.d.n.8.* aliam rationem, quod Teſtator expreſſè diſponendo fœminas dotari voluerit ſummam pro dotibus præſtandam non ſubiacere fideicommiſſo, ſed eſſe exceptam, quia ſic voluit proſpicere, & prouidere filiabus, neptibus, & proneptibus, quemadmodum prouidit, & proſpexit filiis maſculis eos inſtituendo hæredes vniuerſales, & quod ſic teſtari, & diſponere ſolent viri prudentes, qui dum dubitant, ne filij, & deſcendentes maſculi fideicommiſſo grauari dilapidando eorum portiones legitimæ, & Trebellianicæ, ita efficiantur pauperes vt nequeant ex portionibus illis dotare filias, quæ poſtmodum in maximas coniiciantur anguſtias, ſi nubere, & dotari cupiant & volunt, dotem ideò eiſdem fœminis in Teſtamentis conſtituunt, vt ait in caſu, de quo vtrobique idem Menochius ſcribit.

136 Et hanc ſententiam ſecundam Fuſarius *dict. q. 531. num.122. ad 141.* dicit procedere, & eſſe retinendam, vt dos à Teſtatore relicta fœminis in fideicommiſſi bonis ſit danda, tametſi extaret legitima, & Trebellianica grauati. Primò ſi Teſtator certam ſummam pro dote fœminarum reliquiſſet: ita *num.131.* ex Cephalo *conſil.485.num.62.* & Peregrino *d.art.41. allegat. num.76. fine,* & idem poſt Monteſperellum tradit Hodierna *d. n. 85. verſus finem.* Secundò ſi Teſtator grauaſſet fideicommiſſarios ad dandam dotem, ita *num.133.* ex Menochio *conſil.796. num.12. 15.& 25. fine.* Tertiò ſi Teſtator dixiſſet dotandas filias iuxta Teſtatoris conditionem, ita *num. 134.* ex Menochio *d.conſ.151.num.6.* & Deciano *d.conſ.10. n.15.* Quartò ſi Teſtator mandaſſet fœminas eſſe debere tacitas, & contentas pro omni eo, & toto, quod petere poſſent in bonis ſuis, vel pro bonis paternis, & maternis, ita *n.135.* ex Menoch. *d.conſ.185.n.16.conſ.1037. n.17.* & Crauetta *conſ.84. n.4. & ſeq.* Quintò ſi dos relicta ſit contemplatione fœminarum non grauati, ita *n.136.* ex Menochio *d.conſ.796.n.12.& d.conſ. 1037. dubio, ſeu caſu ſecundo.* Quando autem dos ab auo paterno relicta dicatur contemplatione filij vel neptis, latè explicatum eſt *ſuprà cap.5.* Sextò ſi Teſtator dixit fœminas dotari in bonis ſuis, ita *n.138.* ex Menochio *d.conſil.151. n.7.& d.conſ.185.n.16. d.conſ.796.n.3. & d. conſ.1037. n.16. & præſumpt.17. n.13. lib.5.* Septimo ſi Teſtator hæredibus grauatis prohibuit detractiones legitimæ & Trebellianicæ mandando fœminas dotari etiam in caſu, in quo legitima, & Trebellianica non poſſent detrahi; eo quod etiam ex actu nullo colligatur qualis fuerit voluntas Teſtatoria, *l.vltima ff.de reb. eorum,* & alibi *in precedentibus capitibus* notatum eſt: ita *n.139. & 140.* ex Menochio *d.conſ.1057. n.19. & 20.* vnde *n.142.* ſi extraneus eſſet grauatus fideicommiſſo ſucceſſiue ad fauorem maſculorum de familia, & ordinatum à teſtatore fœminas eſſe dotandas, idem Fuſarius putat in bonis fideicommiſſi poſſe dotari, quamuis parentes haberent bona libera aliunde prouenta, quam à Teſtatore; nam dum Teſtator vult fœminas dotari, cenſetur velle dotari in bonis ſuis, cum autem grauatus non habeat de bonis Teſtatoris, niſi bona fideicommiſſaria, ex illis conſtituenda erit dos, ſuppoſito quod Trebellianica ab extraneo grauato non poſſit deduci, vel quia prohibita ſit, vel quia fructus in eam imputati conſumpſerint hanc detractionem: quia, inquit, Doctores, qui tenent primam ſententiam *n.131.* traditam, loquuntur in caſu quando fœmina poteſt conſequi dotem in bonis teſtatoris liberis peruentis ad eius Patrem, vt in legitima, & Trebellianica, quaſi tunc prouiſio teſtatoris de dotandis fœminis effectum ſortiatur in bonis fideicommittentis, vt Petra *d.q.8. num. 497.* & aliis allegatis declarauit idem Fuſar. *d.conſ.7.num.18. verſ. non obſtat.*

Diſpoſitio Authent. res quæ, *an ſit reſiduum ſubſidiarium, vel ordinarium.*

Cæterum cum dicta diſpoſitio *auth. res quæ, C.comm.* 137
de legat. iuxta Doctores *ſuprà num. 124. 127. 152. & 134.* procedat tantum vbi nulla alia bona grauati, vel dotandæ præter fideicommiſſaria extant, & etiam ſecundum omnes extra caſus, de quibus *ſuprà n.125. & 128.* eandem diſpoſitionem *d. auth. res quæ,* eſſe ſubſidiariam, ſeu remedium ſubſidiarium tradunt communiter iuriſperiti numeris præallegatis relati, & alios referens Coſta *de remed. ſubſid. remed.6. numero primo.* Quamuis Oddus *de fideicom. quæſt.37. articul. quarto,* velit potius debere dici remedium ordinarium; quia remedium ordinarium, inquit, in iure ciuili dicitur illud, quod iure actionis ordinariæ competit; extraordinarium, quod officio iudicis; ſubſidiarium, quod datur, vbi deficit remedium ordinarium, & extraordinarium, de quo *in l. fin. ff. de eo, per quem factum erit*: igitur, ait Oddus, remedium non dicitur ſubſidiarium ex eo, quia in facto mulier habeat, vel non habeat, vnde ſe dotet; ſed ex eo, quia deficiente actione, vel officio iudicis, lex ex æquitate ſuccurrit ipſi damnum paſſo *d. l. fin.* in præſenti autem ſpecie datur remedium legis, ſeu conditio ex *leg. noua Iuſtiniani in d. auth. res quæ,* caſu quo mulier non habeat bona propria, ex quibus poſſit ſe dotare. Ita Oddus. Mattha tamen *de ſucceſſ. p.4.q.21. art.10. num.7.* defendendo contra Oddum communem opinionem, quod diſpoſitio *d. auth. res quæ,* ſit remedium ſubſidiarium, ad rationem eiuſdem Oddi reſpondet, quod etſi deſcendentes habeant actionem ordinariam, vt dotes habeant, tamen vt dotes habeant ex fideicommiſſo eſt ſubſidiaria, & concernit potius executionem actionis: item ſubdit Mattha, quia actio ordinaria poteſt omni tempore intentari, mulier autem agens, vt ſibi conſtituatur dos ex bonis fideicommiſſu ſuppoſitis, cum ipſa probare debeat qualitatem legis, in qua ſe fundat, ſcilicet non extare alia bona, ex quibus dotem conſequi poſſit, quia regula prohibitiua eſt in contrarium, vt bona fideicommiſſo ſubiecta alienari non poſſint, ac proinde qui ſe fundat contra regulam, legis qualitatem probare debet. Pro cuius rei cognitione ſit.

Quiſnam ſiue ante, ſiue poſt alienationem bonorum fideicommiſſi cauſa dotis conſtituenda, vel iam conſtituta teneatur probare alia bona extare, vel extitiſſe, ex quibus dos poſſit, vel potuerit dari abſque alienatione bonorum fideicommiſſo ſubiectorum, ſiue ipſemet onere fideicommiſſi grauatus velit alienare, vel mulier petat alienari bona fideicommiſſi pro dote conſtituenda; ſiue mulier ſit iam dotata, & eadem bona cauſa dotis conſtituenda iam fuerint alienata?

Dubium quartum. Cui incumbat onus probandi 138
præter bona fideicommiſſaria adeſſe, vel non adeſſe alia bona, ex quibus mulier congruè dotari poſſit, difficultas prima procedere poteſt, antequam res fideicommiſſo ſubiecta alienata ſit, & grauatus, vel mulier grauata

uata prætendat, ſeu velit alienare bona fideicommiſſi pro dote filiæ, vel pro ſua dote, vel mulier agat ad dotem ſibi conſtituendam in bonis fideicommiſſi contra grauatum. Secundo procedere poſt alienationem iam factam, ſcilicet quia mulier iam eſt dotata in bonis fideicommiſſi, & eſt in illorum poſſeſſione, vel in eorum poſſeſſione ſit alius, cui à poſſeſſore fideicommiſſi bona ex cauſa dotis mulieri conſtitutæ fuerint vendita, & fideicommiſſarius actor agat ad vendicationem eorumdem bonorum, tanquam male alienatorum, prætextu quod adeſſent alia bona libera grauati alienantis, vel mulieris dotatæ, ex quibus dos congrua conſtitui poſſit intactis relictis fideicommiſſi bonis. Igitur ſi fideicommiſſarius ipſe alienare prohibitus exiſtens in poſſeſſione bonorum fideicommiſſi prætendat alienare bona fideicommiſſi pro dote filiæ, vel mulier fideicommiſſaria prætendat ex bonis fideicommiſſi, illorumve alienatione conſtituere ſibi dotem, & fiat contradictio ab habente ius ad fideicommiſſum poſt grauati mortem, ad fideicommiſſarium grauatum ſpectare onus probandi non eſſe alia bona libera tradunt expreſsè Coſta *de remed. ſubſidiariis numero quarto* (vbi dicit quod probatio, quod non ſint alia bona incumbit prohibito) Peguera *deciſ.* 116. *num.* 3. (vbi ex Marzario *in epitome de fideicommiſſ. quæſt.* 48. *numero ſeptimo*, dicit quod onus probandi non eſſe alia bona libera incumbit prætendenti diminuere fideicommiſſum) Vincentius de Franchis *deciſ.* 241. *num.* 2. Crauета *conſil.* 72. *num.* 4. & alij Iuriſperiti aſſerentes ad mulierem à fideicommiſſario grauato reſtituere petentem dotem ſibi conſtitui in bonis fideicommiſſi ſpectare onus probandi non extare alia bona libera, ex quibus dotari congruè poſſit, quorum Iuriſperitorum plures *infrà* allegantur. Probatur hæc ſententia, quia licet grauatus, & prohibitus alienare habeat pro ſe regulam, quòd dotes poſſint detrahi ex fideicommiſſo, in contrarium tamen eſt regula prohibitiua, vt bona fideicommiſſi alienari poſſint ſolùm deficientibus bonis liberis *dict. authent. res quæ*, quæ regula cum ſit fundamentum intentionis grauati volentis alienare bona fideicommiſſaria, debet ab eo probari, quia qui ſe fundat contra regulam, legis qualitatem probare debet, vt iidem Doctores, & alij ab iiſdem relati, & Martha *de ſucceſſ. part.* 4. *quæſt.* 21. *dict. art.* 10. *num.* 9. Fontanella *d. clauſ.* 5. *gloſſa* 1. *p.* 2. *num.* 19. *&* 24. vbi ex Rota Romana *deciſ.* 210. *part.* 2. *diuerſ.* & Ioſepho Ludouico *comm. concl.* 14. *illatione* 108. quod ſe fundans in diſpoſitione qualificata (qualis eſt diſpoſitio *d. auth. res quæ*, permittens alienationem bonorum fideicommiſſi ex cauſa dotis, ſi non extant bona libera) debet probare diſpoſitionem, & qualitatem.

139 Si vero mulier à fideicommiſſario grauato onere reſtituendi petens ſibi dotem conſtitui ex bonis fideicommiſſi, ad hanc conſtitutionem faciendam contra eundem grauatum in iudicio agat, vna opinio eſt, quod ad mulierem ſpectat onus probandi non extare alia bona libera, alioqui obtinere non poſſit, ita Decius *conſ.* 519. *n.* 7. Socinus *conſ.* 104. *num.* 11. *lib.* 3. Curtius Sen. *conſ.* 27. *n.* 17. Natta *conſ.* 238. *n.* 6. *&* 7. Marzarius *quæſt.* 48. *n.* 74. Ludouic. Molin. *de primogen. lib.* 4. *cap.* 7. *num.* 32. *verſic. contrarium*, Oddus *de fideicom. quæſt.* 43. *art.* 5. *n.* 105. Martha *d. n.* 7. *&* 8. Stephanus Gratianus *diſcept. forenſ. tom.* 2. *cap.* 331. *n.* 23. Fontanella *de pact. nupt. d. clauſ.* 5. *gloſſa prima, part.* 2. *n.* 18. *& plurib. ſequentibus vſque ad* 34. Hodierna *controu. iur. lib.* 1. *cap.* 31. *n.* 34. & plurimi alij Iuriſperiti à Molina, Martha, Gratiano, Fontanella, Hodierna *locis allegatis*, & à Fuſario *de ſubſtit. q.* 531. *n.* 124. relati. Probant ratione *numero præcedenti*, quod mulier petens, & agens fundat ſe in diſpoſitione *d. auth. res quæ*, quæ eſt qualificata; & regula eſt, quod quando diſpoſitio eſt qualificata, qui in ea ſe fundat, debet probare diſpoſitionem, & qualitatem, vt Bartol. *in leg. non ſolum, §. ſed & probari, n.* 9. *ff. de oper. nou. nunciat.* Felinus *in cap. auditis, num.* 13. *de præſumption.* Rota *d. deciſ.* 210. *part.* 2. *diuerſ.* & alij à Rota, & Fontanella relati.

Altera ſententia oppoſita eſt, onus probandi alia bona adeſſe, ex quibus dos mulieri poſſit conſtitui abſque alienatione, ſeu diminutione bonorum fideicommiſſo ſubiectorum, ſpectare ad fideicommiſſarium, non ad mulierem agentem ad dotem ſibi conſtituendam, ita Curtius Sen. *conſil.* 27. *n.* 17. Curtius Iun. *in dict. authent. res quæ, num.* 50. Crauеta *conſil.* 19. *num.* 18. Ferdinandus Loazes *repetit. in leg. filiuſfamilias §. Diui, num.* 138. *ff. de legat. prim.* quos refert Rota Romana *deciſ.* 66. *num.* 4. *prima parte rec. Farin. quæ eſt deciſ.* 1483. apud Ludouiſium, eadem Rota *ibidem, & deciſ.* 152. *num.* 5. *verſ. & ſi aliquis*, Decius *conſ.* 819. *num.* 7. plures alij ex antiquioribus à Ludouico Molina *dict. cap.* 7. *num.* 32. *verſ. per quæ iura*, & à Fuſario *dict. q.* 531. *num.* 123. & Borello *in ſumm. deciſ. p.* 3. *tit.* 4. *num.* 48. *& quatuor ſequentibus*, & à Cancerio *var. reſ. part. prima cap.* 9. *num.* 174. *initio* relati, Cancerius eodem *num.* 74. *verſ. cenſeo tamen*, & alij recentiores à Fontanella *d. part.* 2. *num.* 13. & à Fuſario *dict. num.* 123. relati, & idem ſentire videtur Borellus *dict. tit.* 4. *num.* 51. *fin.* & Cancerius *dict. num.* 174. *fine* ait hanc ſententiam approbatam videri in Cathalonia. Probatur præſertim à Cancerio *d. num.* 174. & à Borello *num.* 48. *& tribus ſequentibus.* Quia etſi onus probandi non extare bona libera incumbat (inquit Cancerius) prætendenti diminuere fideicommiſſum, cum id ſit fundamentum ſuæ intentionis, nihilominus (ſubdit idem Cancerius) eo ipſo quod mulier dicit non eſſe alia bona præter illa, quæ ſunt ſubiecta fideicommiſſo, habet ſuam intentionem fundatã iuxta Decium, & alios Iuriſperitos relatos, & dicenti alia bona extare incumbit onus probandi, & dicta bona oſtendendi. Hocque confirmatur ſequentibus. Primò quia ſi hæres dicat tantum eſſe in hæreditate, & non plus, dicenti eſſe plus incumbit onus probandi. Gloſſa *in leg. cum de lege, verb. hæredis probatio, ff. de probat.* Quod admittitur communiter, ſi hæres fecerit inuentarium, tunc enim dicenti eſſe plus in hæreditate, quam haberetur in inuentario incumbit probatio pluris, vt poſt alios idem Cancerius *ibidem*, Ludouic. Molina *d. cap.* 7. *num.* 13. Borellus *d. tit.* 4. *n.* 52. & Fontanella *d. part.* 2. *n.* 33. & quod ſi mulier dicat ſe habere talem domum, vel vineam, vel fundum, vel pecuniam, & non aliud, hos ſibi ſufficere, & fideicommiſſarium prætendentem mulierem habere alia bona, teneri id probare præter Gloſſam vbi ſupra tradunt plurimi alij Iuriſperiti latè ab Oddo *dicto articulo quinto n.* 107. *relati.* Secundò quia ad faciendam executionem bonorum alicuius poſt factam excuſſionem principalis, ſi agens dicat talia bona eſſe in bonis excuſſi, & non plura, qui plura eſſe velit intra terminum à iudice præfigendum id probet, neceſſe eſſe iuxta Gloſſam *in leg. à Diuo Pio §. in venditione verbo capiantur, ff. de re indic.* & Angel. *ibidem.* Tertio quia qui dicit, quod capitale eſt maius, quam dicat pars, ipſe probare tenetur, Alexander *conſil.* 34. *volum.* 4. à Borello *num.* 5. relatus ſicut & qui dicit, ampliora eſſe bona à teſtatore relicta, probare debet, vt Ludouic. Romanus *conſil.* 122. *fine* à Borello *num.* 51. *allegatus.* Demum quia in ciuitatibus in quibus fit æſtimum commune bonorum, illud quod apparet ex æſtimo, dicitur eſſe probatum, & dicens adeſſe alia bona debet probare, Bartolus *in leg. decem, numero tertio ff. de verb. obligat.* & Decius *loco citato* à Borello *n.* 49. *relati*, & licet Fontanella ad aliquas ex dictis rationibus reſpondeat afferendo caſum

diſ

diſparitatem, nihilominus propter ess negari non po-
teſt hanc ſententiam habere ſuam probabilitatem, con-
ſiderata autoritate Doctorum illam tenentium addu-
ctis rationibus iunctis.

141 Denique ſi mulier iam fuit dotata in bonis fidei-
commiſſi, vel à ſeipſa, quia ipſa eſſet grauata fideicom-
miſſo, vel à Patre onere fideicommiſſi grauato, vel
tam bona fideicommiſſaria cauſa dotis conſtitutæ mu-
lieri fuiſſent alienata in tertium, qui eſſet in poſſeſſione
& contra mulierem dotatam, vel contra poſſeſſorem,
in quem cauſa conſtituendæ dotis facta fuit alienatio,
ageretur ad vindicationem eorumdem bonorum fi-
deicommiſſi à ſucceſſore in fideicommiſſo, vel alio
prætendente ius ad eadem bona fideicommiſſaria data
in dotem, vel cauſa dotis alienata, prætendente, ſeu di-
cente adfuiſſe alia bona libera, quibus dos poterat
conſtitui, eum in hoc caſu poſt factam alienationem
cauſa dotis ad mulierem dotatam, & ad grauatum
dotantem, vel ad tertium poſſeſſorem ſpectare onus
probandi non extitiſſe tempore dotationis affirmarunt
Vincentius de Franchis, Peguera, Rota Romana *lo-
co ſupra numero* 183. *relatis*. Natta *allegato conſi-
lio* 238. *numero ſexto, & ſeptimo*, vbi non facit dif-
ferentiam, an qui dicit non eſſe bona, ſit actor, vel
reus, & alios allegans Fontanella *dict. clauſul. quin.
gloſſa prim. part. ſecund. numero* 36. *& tribus ſequen-
tibus*. Probatur hæc ſententia, quia quando conſtat,
ſeu probatum eſt, quod tempore mortis teſtatoris fi-
deicommiſſi inſtitutoris res pro dote alienata erat in
bonis fideicommiſſi ſubiecta, & habens ius ad fidei-
commiſſum ex teſtatoris diſpoſitione petit à poſſeſſo-
re rem fideicommiſſi pro dote alienatam, tanquam
malè alienatam, quia erat ſubiecta fideicommiſſo, &
prohibita alienari, & poſſeſſor excipit tempore dotis
non adfuiſſe alia bona libera, ex quibus dos conſtitui
poſſet, in hac exceptione conſiſtit fundamentum ſuæ
intentionis, & ideo illud probare debet, cum qui di-
cit, probare debeat, *leg. ſecund. ff. de probat*. Neque
in hoc ſit differentia inter actorem, & reum, eo quod
reus etiam quod excipiendo deducit, probare de-
beat; quia in exceptione ſua fungitur partibus acto-
ris, *leg. in exceptionibus*. Natta allegatis *numeris* 6. & 7.
& alios Doctores, & deciſiones iuxta prædicta ſequu-
tus Fontanella *parte* 2. *iiſdem numeris* 36. 37. *&* 38.
Qui etiam *d. n.* 36. *initio*, confirmat quia alioqui fru-
ſtra laboratum eſſet à Doctoribus in inquirendo, cui
incumbat onus probandi extare alia bona libera, cum
huiuſmodi quæſtiones ferè ſemper ſuccedant reo exi-
ſtente illo, qui iuſtam alienationem fuiſſe debet dicere.

142 Contrarium tamen, & ad fidiecommiſſarium eum-
ue qui agit ad nullitatem alienationis allegans tempo-
re dotationis præter bona fideicommiſſi adfuiſſe alia
bona libera ad congruam dotem cōſtituendam mulie-
ri ſufficientia, non ad mulierem aliumue poſſidentem
bona fideicommiſſi ex cauſa dotis alienata, & defen-
dentem alienationem vti validam, ſpectare onus pro-
bandi extitiſſe alia bona, præter Doctores *ſupra nume-
ro* 140. relatos ſentiunt Ludouicus Molina *dict. capit.
ſeptim. numer.* 36. Petra *de fideicommiſ. dict. quæſtione*
8. *numero* 460. *fine*, Menochius *de præſumpt. lib.* 4. *d.
præſumptione* 189. *numer.* 9. *verſic. porro* (ambo enim
dicunt ibi aſſerentem extare alia bona, ex quibus dos
poſſit conſtitui, probare debere.) Peregrinus *de fideic.
art.* 42. *numer.* 73. Oddus *de fideicom. quæſt.* 43. *art.* 5.
num. 102. *& duobus ſequentibus*, Raudenſis *deciſ. Piſana*
29. *num.* 177. *& deciſione* 31. *n.* 271. Fuſar. *de ſubſtitut.
d. quæſt.* 531. *n.* 125. Stephanus Gratianus *allegato cap.*
231. *numer.* 23. Maſcard. *de probat. concluſ.* 206. *numero*
12. (vbi aſſerit, quod quando quis ſuſtinet partes rei
ſatis eſt dicere, bona non ſufficere, nec aliud tenetur
docere, ſecus ſi ſit actor) Milanenſis *deciſione* 5. *nu-
mero* 56. & plurimi alij apud eoſdem: probatur præ-
cipuè ab iiſdem Doctoribus hæc ſententia, quia dum
quis agit ad nullitatem alienationis bonorum fideicō-
miſſi ex cauſa dotis, allegans tempore alienationis, ſeu
donationis adfuiſſe alia bona, ex quibus dos poterat cō-
ſtitui, id quod adfuiſſent alia bona, eſt fundamentum
ſuæ intentionis, ac proinde illud probare tenetur, maxi-
me cum ſtet præſumptio pro poſſidente. Probat Oddus
quando agitur contra mulierem dotatam ex doctrina
Bertaxxoli *conſ.* 249. *criminal. n.* 1. ſcilicet, quod qui agit
contra aliquem, tanquam diuitem, debet probare eum
eſſe diuitem, quia cum hac qualitate nemo naſcitur, vt
etiam latè Maſcard. *concl.* 1154. *n.* 7. confirmat idem Od-
dus, quia actor facilè poteſt probare ſuam affirmationem
conſiſtentem in opulentia mulieris, quæ eſt quid in fa-
cto poſitiuo, & permanente conſiſtens, eſtque funda-
mentum ſuæ intentionis, ac proinde probare debet, non
autem cogitur mulier probare contrarium, & ſic factum
negatiuum, ſcilicet tempore dotationis non habuiſſe
alia bona, quod eſt difficillimæ probationis, vt tradit
Hercules Peruſinus *de probanda negat. n.* 12. *&* 13.

Porrò ſi oſtenderetur inuentarium bonorum, in quo 143
eſſent deſcripta bona libera, ei ſtandum fore, donec
contrarium eſſet probatum, notat Fuſar. *d. q.* 531. *n.* 127.
& colligitur ex traditis *ſup. n.* 140. *verſ. primo*, & Do-
ctoribus *ibid. relatis*, præſertim ex Molin. *d. c.* 7. *n.* 25. vbi
poſt alios dicit, tantam eſſe præſumptionem inuētarij,
vt transferat onus probandi contrarium in aduerſariū.

Notat quoque idem Fuſar. *d. q.* 531. *n.* 126. quod ſi 144
ageretur cum fœminis dotatis, vel dotandis, quæ eſ-
ſent etiam hæredes grauati, & illæ dicerent non exta-
re bona libera ſufficientia, non eſſet vltra quærendum,
quia fatentur omnia eſſe fideicommiſſo ſubiecta, nec
aliud ipſæ prætenderent, quam dotes congruas.

An vero adfuiſſe, vel non adfuiſſe bona libera, atten- 145
dendum ſit tempus dotationis, non vero an ante illud
tempus fuerint, vel poſt dationem ſuperuenerint, con-
ſtabit ex tradendis infrà.

*Si legitima à teſtatore fideicommiſſi inſtitutore re-
licta filio, vel filiæ non ſufficeret ad dotis con-
gruæ, vel donationis propter nuptias conſtitutio-
nem, hæres grauatus, ſiue filius, vel nepos, ſiue
extraneus tenentur de bonis fideicommiſſi tri-
buere ſupplementum.*

Quæſitum ſextum: An ſi pater teſtator fideicom- 146
mittens reliquerit legitimam filio, & filiæ, ſiue inſtitue-
rit hæredem filium, ſiue extraneum, ſi legitima non ſuf-
ficeret ad dotem congruam conſtituendam, hæres ſiue
filius, ſiue extraneus ſuppleret ex bonis fideicommiſſi,
& ſimiliter ſi legitima filij non ſufficiat ad conſtitutio-
nem donationis propter nuptias, poſſit ipſe hæres fi-
deicommiſſarius, vel hæres extraneus teneatur ſupplere
ex bonis fideicommiſſi. Negant Faber, Aug. & Iaſon
locis ſuprà, n. 104. *relatis*, & Peregr. *art.* 42. *num.* 55. quia
hoc nulla lege reperitur prouiſum, imo contrarium de-
terminatum; nam relicta legitima filiis extraneo hæ-
rede inſtituto, teſtamentum manet ratum, nec vllus
recurſus tribuitur eis aduerſus Patris teſtamentum, *l.
omni modo, & l. ſcimus, C. de inoff. teſtam.*

At affirmandum eſt, prout affirmant expreſſe Pe- 147
tra *dict. quæſtione* 8. *numero* 209. & Oddus *quæſtion.* 42
artic. 6. *numer.* 80. & eſt communis, & certa ſententia
ſcribentium *in d. authent. res quæ*, vt conſtat ex notatis
ſuprà hoc capite, numer. 105. *& capit.* 13. *numer.* 40. *& ex
dict. authent res quæ*, & vt pariter notatum eſt *ſup. hoc
capit.* 1. *num.* 99. & tradit etiam Fachineus *controuerſ.
Iuris lib.* 4. *capit.* 48. *verſic. ſecundò*, quia officium

paternum dotandi congruè filias, vel neptes, vel faciendi donationem propter nuptias non verificatur in ſola legitima, vbi ipſa non ſufficeret pro dote congrua, & pro donatione propter nuptias, ac proinde Patre, vel auo pater o (in caſu quo in defectum filij teneretur ad dotis congruæ, & donationis propter nuptias conſtitutionem) mortuo, onus illud tranſit ad Patris, & aui hæredes, vt *ſupra hoc capite, & cap.6.* latius probatum eſt. atque ideo ſi legitima filij, vel filiæ ad congruam dotem non ſufficit, ſupplementem detrahendum eſt ex bonis fideicommiſſi paterni, vel auiti, quia tunc etiam non ceſſat officium prædictum patris, vel aui, idque eſt, quod conſiderauit Iuſtin. *in dict. Authent. res quæ, ſeu in §. Quamobrem Auth. de reſtit. & ea quæ parit*, dom voluit, quod ſi legitima, & Trebellianica non ſufficerent, quod poſſit imponi manus ſuper bonis ſubiectis fideicommiſſo, quia tunc non ceſſat officium aſcendentium: & tradita *hoc num 99. & 131.* & quod ſi legitima, & etiam Trebellianica (quando competit grauato, vel grauatæ) non ſufficit ad congruam dotem, poſſe pro illius conſtitutione alienari bona fideicommiſſi per grauatum, vel grauatam, iuxta *dict. Authent. res quæ*, procedere etiam ſi ſubſtitutus fuit alius filius teſtatoris, tradunt expreſſe poſt alios Peregr. *d. art. 42. num. 56.* & Oddus *quæſt. 41. art. 2. num. 21.* Padilla *num. 45. fine*, Fuſar. *dict. quæſt. 531. num. 30.* & eſt communis ſententia, & certè, cum Iuſtinianus *in d. Auth. res quæ*, loquatur in his terminis, & abſolutè, & indiſtinctè filias deſcendentes teſtatoris debere dotari à grauato de bonis fideicommiſſi, ſi legitima non ſufficit: idque, ait, quia quod mulieres ſint dotatæ, vt poſſint commodius nubere, expedit publicæ vtilitati, quæ præualere debet priuatorum vtilitati, quæ ideo à Iuſtiniano ibi poſtponitur dotationi mulieris, vti vtilitati publicæ, ideoque non refert, an ſit ſubſtitutus alius filius teſtatoris, vel alius, cum non ſit par ratio ſubſtitutorum, & dotis.

Si filius à Patre grauatus fideicommiſſo legitimam, & Trebellianicam conſumpſiſſet, an eius filiæ dos poſſit, & debeat conſtitui ex reſiduo bonorum fideicommiſſi, & quid ſi eadem filia ſuam legitimam conſumpſiſſet?

148 Quæſitum ſeptimum, ſi filius teſtatoris onere fideicommiſſi grauatus habuit legitimam, & etiam Trebellianicam (ex quibus poterat filiam, vel filias congruè dotare) & eas male conſumpſit, vt non poſſit filia à Patre dotari, niſi de bonis fideicommiſſi, an Pater filiam volentem nubere poſſit dotare congruè ex bonis fideicommiſſi, vel ipſi filiæ mortuo Patre dilapidatore dos congrua ex iiſdem bonis fideicommiſſi conſtitui. Prima ſententia eſt negatiua. Ita Paulus de Caſtro *in dict. Authentica res quæ, num. 11.* Iaſon *ibidem column. final. verſ. quartodecimo*, Padilla *in dict. Authentica res quæ, numero 121.* Peregrinus *de fideicommiſſ. dict. artic. 42. num. 72. verſic. Item ſi pater*, Marta *de ſucceſſ. part. 4. quæſtione 21. num. 62.* & plures alij ab iiſdem, & ab Oddo *de fideicommiſſis, quæſt. 46. artic. 5. num. 39.* & à Fuſario *de ſubſtitut. dict. quæſt. 531. num. 157.* Quamvis Padilla, Marta, & alij relati ab iiſdem, & ab Oddo *dict. num. 39.* ſecus ſentiant in reſtitutione dotis, ſi maritus fideicommiſſo grauatus poſt dotem receptam, legitimam, & Trebellianicam male conſumpſiſſet. Probatur hæc ſententia primò, quia ſicut ſi pater filiæ malè conſumpſerit ſuam legitimam, non eſt danda ei alia legitima [vt *in tract. de alimentis, cap. 10. n. 666.* notauí ex Menochio *de arbitr. caſ. 182. num. 56.* & Merlino *de legitima, lib. 2. tit. 2. quæſt. 30. num. 4. & ſeq.* ita nec hoc caſu debetur dos eius filiæ in aliis bonis ſubiectis fideicommiſſo in detrimentum ſubſtitutorum. Secundò, quia alioqui aperiretur via ad ſubuertenda fideicommiſſa in ſubſtitutorum præiudicium. Tertiò, quia filius grauatus poteſt renunciare fauori ſuo, & ſuorum hæredum in præiudicium ſui ipſius, & eorum, licet non in præiudicium alterius, vt contingeret, inquiunt, in caſu reſtitutionis dotis, in qua diſſipatio noceret nurui, ſi nurus non poſſet repetere dotem ſuam ob diſſipationem legitimæ, & Trebelianicæ poſt dotis receptionem factam. Quartò quia auus Teſtator nepti etiam natæ nihil tenebatur relinquere, dum eius Pater viuebat, cui legitima, & Trebellianica relicta fuit. Demum quia Teſtator magis præſumitur diligere eum, cui plura reliquit. Menochius *conſil. 344. num. 41. & vna præſumptio tollit aliam, lege Diuus, ff. de in integr. reſtit.*

Altera ſententia probabilior, & verior eſt affirmatiua: ita Cephalus *conſil. 105. num. 18.* Menochius *conſil. 33. num. 38. verſic. non obſtat ſecundum, & de præſumption. libro quarto, præſumptione 189. num. 128.* Petra *de fideicommiſſ. quæſt 8. num. 460. verſ. contrarium*, Oddus *dicto artic. 5. num. 43. & 44.* Rota Romana *deciſ. 457. & 889. part. 4. diuerſor.* Fuſarius *conſil. 7. num. 27.* & *de ſubſtit. dict. quæſt. 531. num. 158.* Iulianus Cæſar Caluinus *de æquitate libro 1. cap. 12. num. 12. 13. 50. & 51.* Merenda *controuerſ. iuris tom. 1. libro 4. capite 30. num. 2. & ſequentibus*, & plurimi alij relati à Rota, & Fuſario *dicto num. 158.* vbi dicit eſſe opinionem receptam in iudicando; & primò probatur à Menochio, & Rota, quia culpa filij dilapidatoris ſibi nocere debeat, non debeat vero, ne poſſit nocere filiæ. Secundo quia ipſe auus Teſtator hoc caſu ſi viueret teneretur dotem conſtituere nepti, *vt ſupra hoc capite num. 100.* dictum eſt, cum auus paternus in defectum Patris teneatur dotare neptem, vt *d. num. 100. & capite 5.* latè probatum eſt. Nec præſumi poſſit eſſe mentem ipſius Teſtatoris, quod ex facto fideicommiſſarij filia, vel neptis dote ſua ſpoliata remaneat, vnde conſumpta legitima, & Trebellianica à grauato ſecundum mentem Teſtatoris ex reſiduo fideicommiſſo dos poteſt & debet conſtitui. Tertio *in §. Quamobrem Authentica de reſtitutionibus, & ea quæ parit*, vnde ſumpta eſt *Authent. res quæ*, dicitur ſimpliciter, ſi legitima portio liberorum non ſuffecerit ad dotis conſtitutionem, poſſint bona fideicommiſſi alienari & obligari, neque Textus diſtinguit, vel quia legitima ſit modica ab initio, vel ex poſtfacto culpa, vel facto grauati: Ergo indiſtinctè intelligi debet, dum per aliam legem non diſtinguitur: Idque quoque confirmat ratio *dict. Authent.* ne ſcilicet mulieres dotibus ſuis fraudentur, quas eſſe dotatas intereſt Reipublicæ, vt ſæpius dictum eſt. Demùm non minus filiæ grauati debetur, & conſeruanda eſt dos ſua, quam debetur, & conſeruandum ſit fideicommiſſario ſubſtituto reſiduum vltra legitimam & Trebellianicam pro ſuo fideicommiſſo, ſed imo magis, cum doti accedat fauor publicus, fideicommiſſo verò priuatus tantum, *dict. Authent. res quæ fine.* Ergo ſi filius grauatus non poſſet diſſipare reſiduum fideicommiſſarij ſubſtituti, ita neque legitimam in præiudicium filiæ, vt Oddus *dict. art. 5. num. 44.* 149

Qui *eodem art. 5. num. 4.* aduertit, quod licet prima opinio negatiua procederet, quando dos eſſet conſtituenda, non tamen haberet locum in dote conſtituta, quia ſi poſt illius conſtitutionem, & pendente adhuc conditione fideicommiſſi pater mulieris grauatus 150

diſſiparet

diſſiparet legitimam, & Trebellianicam, mulieri iam dotatæ non fieret (inquit præiudicium, ſed ſuppleri deberet de bonis fideicommiſſi, ſi mulier inſtaret pro dote ſua conſeruanda, vel vellet ſecundo nubere cum ea, vel in cœlibatu viuere, quia in præiudicium dotis iam conſtitutæ filiis, pater nòn potuerit alienare de portione legitimæ, vel Trebellianicæ iam deſtinatæ filiæ pro dote ſua.

153 Aduertit etiam Fuſar. *d. quæſt. 531 n. 159.* poſt Simonem de Pretis, quod ſi teſtator dixiſſet filias grauati eſſe dotandas, ſine ſcrupulo in fideicommiſſi bonis eſſent dotandæ, licet grauatus conſumpſiſſet legitimam, & Trebellianicam.

154 Aduertendum pariter, quod ſi filius grauatus citra dolum, & culpam, ſed caſu, & fortuito (puta quia forte caſmate, vel incendio perierunt) bona pro legitima, & Trebellianica ex hæreditate patris detracta amiſerit, hoc non nocebit filiæ, quia ex bonis fideicommiſſi eius dos detrahi poſſet, quia tunc nec filio, nec eidem filiæ imputari poteſt, vnde etiam filio qui ſimili caſu fortuito bona pro legitima, & alimentis à Patre viuente aſſignata amiſit, tenetur Pater ad præbendum ei alimenta, non ſolum ſimpliciter neceſſaria, ſed & condecentia, habita ratione eiuſdem Patris, vt probaui *in tract. de alimentis, cap. 10. n. 677.* & ſic in hoc caſu nullo modo procederet prima ſententia negatiua *num. 148.* explicata; & idem eſſet ſi filia legitimam ſuam, & etiam Trebellianicam eodem modo ſine ſua culpa amiſerit, poterit enim dotari ex bonis fideicommiſſi paterni, vel auiti, & probant etiam tradita *ſuprà capit. 4 num. 214.* vbi late probatum eſt, Patrem teneri redotare filiam, quæ abſque culpa dotem amiſit, aut conſumpſit.

Quid vero ſi filia fideicommiſſo eſſet grauata, & ſuam legitimam, & Trebellianicam dolo, vel culpa ſua conſumpſiſſet, an tunc de bonis fideicommiſſi poſſet ſibi dotem conſtituere: Reſpondent negatiuè. Bald. *in Auth. contra rogatus, num. 7. Cod. ad Trebell.* Caſtrenſ. *in dict. Authent. res quæ, num. 11. & conſ. 80.* Peregrinus *dict. artic. 2. num. 71. initio*, Matta *dict. artic. 10. num. 65.* Fuſarius *d. conſil. 70. num. 23.* & alij à Peregrino, & Fuſario relati, & probant tradita *ſuprà capite quarto, num. 118.* ad probandum Patrem non teneri redotare filiam, quæ dolo, & ſua culpa dotem ſemel datam conſumpſit, & *in d. tract. de alimentis, cit. cap. n. 666.* ad probandum patrem, qui filio, pro alimentis aſſignauit ſuam legitimam ab eo poſtea doloſe, & ſua culpa conſumptam, non teneri noua alimenta præſtare, vt enim ibi dictum eſt, prætextu neceſſitatis non ſubueniendum ei, qui culpa ſua in talem neceſſitatem cecidit, ſeu ſe coniecit per iura *ibidem allegata*, & præſertim ad præiudicium tertij iuxta notata *in leg. ſi neceſſaria, ff. qui ſatiſdare cogantur.*

155 Suppoſito autem, quod Pater teneatur redotare filiam, quæ amiſit, ſeu conſumpſit dotem ex ſola leuiſſima culpa, vel ex culpa non præmeditata, & ordinata ad caſum iuxta notata ſupra dicto *cap. 4. n. 219. & 220.* & Doctores *ibidem* relatos, in iiſdem caſibus poſſet dotari ex bonis fideicommiſſi, licet legitimam ſua culpa conſumpſerit.

Cum etiam Pater filiæ, quæ dolo, & culpa ſua dotem datam conſumpſit, vel amiſit, nubere volenti teneatur dare nouam dotem congruam, & accommodatam ad alimenta dictæ filiæ ſuſtentationi ſimpliciter neceſſaria, vt probatum eſt *ſuprà d. cap. 4. num. 221.* etiam eidem filiæ, quæ ſua culpa, & doloſe conſumpſiſſet, vel amiſiſſet legitimam ſuam ei à Patre fideicommittente relictam dos aſſignari poteſt, & debet ex bonis fideicommiſſi, cum eius Pater, ſi viueret id facere teneretur, & ipſa aliunde habere non poſſet. Hoc autem in filia grauata fideicommiſſo, quæ ex fructibus, ſeu redditibus bonorum fideicommiſſi poteſt alimenta habere, locum non haberet.

Quando legitima, & Trebellianica non ſufficiunt ad conſtituendam congruam dotem filiæ teſtatoris, vel ipſius grauati, ipſiuè filiæ grauatæ, ſi filius hæres grauatus, vel filia grauata percepiſſent multos fructus ex bonis fideicommiſſi, qui tempore dotis conſtituendæ extayent, an ex eiſdem fructibus dos debeat conſtitui.

Quæſitum octauum, an quando legitima, & Trebellianica non ſufficiunt ad congruam dotem conſtituendam filiæ teſtatoris, vel ipſius grauati, ipſius filiæ grauatæ, ſi ipſe filius grauatus, vel ipſa filia inſtituta percepiſſet multos fructus, & tantos ex bonis fideicommiſſo ſubiectis, qui tempore dotationis extarent, ex quibus dos congrua poſſit conſtitui ex iiſdem fructibus, non ex bonis ipſis fideicommiſſo ſuppoſitis, ipſorumve alienatione dos debeat conſtitui, communis ſententia eſt, quod tunc bona fideicommiſſi non ſint diminuenda pro dote, ſed ipſa dos conſtituenda ſit ex ipſis fructibus collectis, & extantibus. Ita per Text. ſatis clarum *in leg. mulier, §. cum proponeretur, ff. ad Trebellian.* (cuius verba relata ſunt *ſuprà num. 98.*) ibi, *quod ſi tantos fructus ex hæreditate mulier percepit, vt inde poterit ſatisfieri, dicendum eſt potius fructibus hoc expenſum ferendum.* Ita inquam Cumanus *ibidem in fine*, Caſtrenſis *num. 6.* Alexander *num. 3.* Menochius *præſumptione 189. numero 161. & 162.* Peira *de fideicommiſſ. dict. quæſt. 8. num. 384. 460. & 489.* Peregrinus *de fideicommiſſ. dict. art. 42. num. 71.* Ludouicus Molina *de primogen. libro quarto, cap. 6. num. 15.* Fontanella *de pact. nupt. clauſ. 5. gloſſa 1. part. 2. num. 76.* Rota Romana *deciſ. 66.* (*quæ eſt deciſ.* 1483. apud Seraphin.) *num. 3. & 9. parte prima recent.* & apud eoſdem alij Iuriſperiti. Hæc communis præter textum expreſſum *in dicto §. cum proponeretur*, confirmatur ex communi Iuriſperitorum ſententia (de qua in præcedentibus quæſitis) quod bonorum fideicommiſſi alienatio pro dote conſtituenda permiſſa non ſit, niſi in ſubſidium, ſcilicet quando nulla alia bona libera reperiuntur; quando vero extant ipſi fructus ex bonis fideicommiſſi percepti ad dotem congruam ſufficientes, ij dicunt conſtituere ipſi hæredi grauato, vel grauatæ quoddam patrimonium ex teſtatoris bonis proueniens, ex quo grauatus filiam, vel ipſa grauata ſeipſam dotare poteſt, & licet fructus ex bonis fideicommiſſi per filium, vel filiam primi gradus percepti non imputentur in legitimam, nec in Trebellianicam fideicommiſſi firmandi, & non diminuendi cauſa, *leg. ſcimus, C. de inoff. teſtam. & leg. iubemus, C. ad Trebell.* imputantur tamen in dotem ex qua fideicommiſſum diminui poſſet, vt poſt alios Peregr. *dict. art. 71.* & Rota *d. deciſ. 66. n. 9.* neque obſtant tradita *ſuprà num. 128.* quod teſtatoris filia, vel neptis diues, & habens alia bona propria debeat adhuc dotari ex bonis fideicommiſſi, ſi legitima non ſufficiat ad dotem congruam, quia intelligitur quando habet bona materna, vel alia non prouenientia ab ipſo teſtatore fideicommittente; ſecus verò quando eſt diues ex bonis ipſius teſtatoris, ſeu prouenientibus ab ipſo teſtatore, vt ſunt fructus ex bonis fideicommiſſo ſuppoſitis collecti. Tunc bona fideicommiſſi non debent diminui pro conſtituenda dote, quæ ex fructibus congruè conſtitui poteſt. 156

Dictum eſt, *Si fructus ex bonis fideicommiſſi percepti tempore dotationis, ſeu dotis conſtituendæ*, extarent. Nam ſi tum iam eſſent ab hærede grauato, vel grauata conſumpti, nec adſint, alia bona grauati, tunc pro dote conſtituenda ipſa bona fideicommiſſi poterunt alienari, vt *in dicta Authentica res quæ*, expreſſe deciſum eſt, & pariter tradunt communiter Doctores, Cumanus *in d. §. cum proponeretur ibidem*, Angelus Molina *dicto num.* 15. Menochius *dict. præſumpt.* 189. *num.* 162. *& conſ.* 247. *num.* 39. Fuſarius *dict. quæſt.* 531. *num.* 120. & alij relati à Fuſario & Menochio *dict. num.* 162. vbi addit, quod quando fructus ſunt conſumpti, conqueri nulla ratione poteſt fideicommiſſarius ſubſtitutus, cui fieri debet reſtitutio, ex quo hæres ipſe grauatus, pendente ipſa conditione reſtitutionis fructus ſuos facit *l. in fideicommiſſarium, ff. ad Trebellian.* idem Menochius cum aliis *de arbitr. caſu* 256. *n.* 8. & alij relati à Tiraquello *in l. ſi vnquam, verb. reuertitur, num.* 248. intelligitur tamen huiuſmodi communis, niſi doloſè, & malitioſè fructus conſumpti fuiſſent animo ſubuertendi fideicommiſſum, vt expreſſe Peregrinus *dict. num.* 71. & poſt eum Fuſarius *dict. quæſt.* 531. *numero* 121. Quo caſu procederent quæ tradit Merenda *controuerſ. iuris tomo* 4. *lib.* 19. *cap.* 28. *numero ſecundo & tertio.*

Si teſtator mandauit fœminas ſuas deſcendentes dotari de fructibus hæreditatis, ex fructibus dos eſt conſtituenda, ſi tempore dotationis extant fructus ſufficientes.

158 Multò magis autem non ex bonis fideicommiſſo ſuppoſitis ſed ex eorum fructibus à grauato perceptis erit dos mulieris ex Teſtatore deſcendentis conſtituenda, ſi ipſe Teſtator expreſſe mandaſſet fœminas ſuas deſcendentes dotari de fructibus hæreditatis ſuæ, non ex illius corporibus, vt poſt Albam *conſil.* 273. *num.* 8. & alios Oddus *de fideicommiſſ. quæſt.* 45. *art.* 7. *num.* 93. *&* 94. vbi propterea addit ſe ita conſuluiſſe cuidam Teſtatori Pontremlenſi deſideranti, ne fideicommiſſum quoddam perpetuum, quod facere intendebat, à dotibus conſumeretur; & aliis allegatis Merenda *dict. cap.* 28. *num.* 1. Declaratur tamen dummodo tempore, quo contingit dotatio fœminis adſint tot fructus, qui ſufficiant pro eius dote congrua, alioqui de corporibus fideicommiſſi ſuppleri debet, vt notat idem Oddus *eod. art.* 2. *n.* 95. ſecluſa tamen malitioſa conſumptione animo ſubuertendi fideicommiſſum, *vt num. præcedenti* notatum eſt.

159 Item ſi Teſtator mandauit ſolui dotes in pecuniis, hæres iuxta eius mentem non poteſt conſtituere dotes bonorum ſtabilium fideicommiſſi alienatione, ſed diſtractione fructuum hæreditatis, ſi extent, vel alienatione rerum mobilium eiuſdem hæreditatis, vel pecuniis à Teſtatore relictis, quibus deficientibus tantum, vel non ſufficientibus ad dotes congruas, poterit hæres ſatisfacere dotibus alienatione bonorum immobilium, vt per Textum *lege magis puto, paragrapho non tamen, ff. de rebus eorum*, poſt Gabrielem *conſ.* 118. *numero* 5. *princip. lib.* 1. Stephanus Gratianus *diſcept. forenſ. tom.* 3. *cap.* 570. *numero* 12. addens in hoc caſu hæredi, qui alienauit bona ſtabilia fideicommiſſi incumbere onus probandi non adfuiſſe, niſi dicta bona alienata pro dictis dotibus ſoluendis, iuxta Surd. *conſ.* 148. *num.* 12. *lib.* 1. & quod aliunde ſolui non poterant ex Caſtro, *conſ.* 147. *lib.* 1.

Inſtitutis per Patrem pluribus, puta tribus, vel quatuor filiis hæredibus, & fideicommiſſo reciproco grauatis, an dos filiæ vnius ex fratribus grauatis poſſit detrahi etiam de portione fideicommiſſi alterius fratris prædefuncti ad ſe peruenta, ſi ſua portio vnà cum legitima non ſufficiat.

Quæſitum nonum, ſi plures fratres, puta tres, 160 vel quatuor à Patre inſtituti ſint hæredes æquis portionibus, eóſque, & eorum filios, & deſcendentes in iiſdem portionibus in perpetuum fideicommiſſo reciproco vnum alteri inuicem ſubſtituendo grauauerit, an ſi legitima vnius cohæredis grauati, & eius portio fideicommiſſi non ſufficiat ad dotem congruam conſtituendam ſuis filiabus, & teſtatoris deſcendentibus, poſſit dos de portione fideicommiſſi aliis cohæredibus relicta eiſdem filiabus conſtitui: ſit exemplum. Pater puta, Titius habens tres filios Sempronium, Lucium, Troianum, illis hæredibus inſtitutis, & viciſſim eis, ac eorum deſcendentibus maſculis ſubſtitutis perpetuum conſtituit fideicommiſſum: vnus eorum puta Lucius deceſſit ſine filiis, cuius portio ex ſubſtitutione ad alios pertenit fratres ſuperſtites, ex quibus vnus, puta Caius habens filiam vel filias, illam, vel illas dotauit, non ſolùm de ſua portione fideicommiſſi, ſed etiam de ea, quæ ad eum peruenit de portione Lucij fratris ex ſubſtitutione poſt mortem eius, & deceſſit ſine maſculis. Tertius frater Troianus ſuperſtes, vel eius filij maſculi poſt Lucij obitum petunt fideicommiſſum quoad portionem primi fratris, ſcilicet Sempronij defuncti ad ipſum Lucium peruentam, & filia dotata à Lucio dicit ſe poſſidere omnia bona patris etiam ad eum peruenta ex morte Sempronij pro ſua dote congrua iuxta diſpoſitionem *Authent. res quæ, Codice commun. de legatis*; controuertitur an à Lucio potuerit conſtitui filiæ dos etiam ex portione Sempronij cohæredis fideicommiſſarij ad illum peruenta? & negatiuam ſententiam tenent Paulus de Caſtro *conſil.* 43. *lib.* 2. ab Oddo *de fideicommiſſ. quæſt.* 24. *art.* 6. *num.* 75. relatus, Peregrinus *dict. art.* 42. *num.* 55. dicens eſſe de mente Angeli *in dicta Authentica res quæ*, & Oddi *dicto articulo* 6. *num.* 83. *& quæſtione* 46. *art.* 15. *num.* 105. Cancerij *variar. reſolut. parte prima, capit.* 9. *num.* 165. *fine*, Fuſarij *conſilio* 166. *num.* 4. & iuxta hanc ſententiam per Sac. Conſilium Neapolitanum fuiſſe iudicatum teſtatur Hodierna *in annotatione ad deciſion.* 62. Surdi *num.* 89. & ab ea in iudicando non eſſe recedendum dicit etiam Oddus *dicto numero* 83. Probat Peregrinus ex eo, quod *dicta Authentica res quæ*, procedat ſolum reſpectu filiorum, & filiarum grauantis, vt etiam ſentiunt Angel. Iaſon, & Faber *locis ſupra numero* 104. *relatis.* Verùm procedere etiam vltra filios, & filias grauantis, nempe etiam in filios, & filias filij grauati, & deſcendentibus, natis, & conceptis etiam poſt obitum Teſtatoris mox infrà probatur, & tenent Doctores communiter. Poſſet pro hac ſententia adduci ratio, de qua Padill. *in d. l. res quæ, n.* 111. ex Iacobo de Beluiſ. *in d. Auth. res quæ, n.* 6. ſcilicet quia cum Teſtator eoſdem fratres ſuos filios fecerit hæredes, eoſdemque in aliorum portionibus fideicōmiſſarios, magnam dilectionem erga eos eſt Teſtatus, ac proinde contra defuncti mentem agi videtur, ſi in eorum fraudem fideicommiſſum euertatur. Et hanc ſententiam loquens de reſtitutione dotis à marito fideicommiſſo paterno grauato acceptæ tenet Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.* 532. *numero* 42. aſſerens cum Peregrino

Peregrino, & Angelo *locis citatis*, bona fideicommiſſi pro reſtitutione dotis alienari non poſſe niſi pro portione relicta grauato, non verò pro portione cohæredis ad alium grauatum peruenta.

161 Sententiam affirmatiuam longè veriorem aſſerunt Petra *de fideicom.q.8.n.409.* Iacobus de Bellouiſu *loco ſupra citato*, Padilla *d.num.* 111. Rota Romana *deciſ.859.num.7.part.4.diuerſ.* Hodierna *in d.annot.n.98. & n.*100. & æquiorem putat Oddus *d. art.6. n.82.* & probant rationes, quibus nititur diſpoſitio *d. auth.res quæ, ſuprà num.99.* adductæ, quibus illa præſumptio maioris dilectionis teſtatoris erga fideicommiſſarios ſuperatur, & vincitur, vt Padilla *loc.cit.& d.n.*88. Quare confirmatur hæc ſententia ex notatis *ſuprà d.n.99.* & in aliis præcedentibus quæſitis repetitis, ſcilicet quia portio illa cohæredis fideicommiſſarij primò prædefuncti, peruenta ad fratrem, qui etiam ex ea (cum ſua portio non ſufficeret ad congruam dotem) dotauit filiam de bonis teſtatoris, proceſſit; qui ſi viueret huiuſmodi neptem, ſeu neptes dotare teneretur non ſolum de portione patris eius, vel earum, ſed etiam de aliis bonis, ſi illa non ſufficeret, neque frater defuncti conqueri debet, quia ipſe teneretur neptem ex fratre dotare, ſi illa congrue nubere alioqui non poſſet, vt *ſupra cap.5.* latè probatum eſt.

An diſpoſitio Auth. res quæ, *quod bona fideicommiſſi poſſint alienari pro dotandis deſcendentibus teſtatoris fideicommiſſi inſtitutoris, procedat in neptibus, & proneptibus natis, & conceptis poſt illius obitum, & in aliis omnibus deſcendentibus teſtatoris in infinitum.*

162 Quæſitum decimum, vtrum diſpoſitio *d.auth.res quæ, C. comm.de legat.* quod pro dote, & donatione propter nuptias cõſtituenda pro deſcendẽtibus teſtatoris fideicommittentis poſſint obligari, & alienari bona fideicommiſſo ſuppoſita, non extantibus aliis bonis liberis, vel non ſufficientibus ad congruam dotem fœminis eiuſdem teſtatoris deſcendentibus, procedat non ſolũ in filiis, filiabuſve ipſius teſtatoris, nec ſolum in filiabus grauati, ſeu neptibus eiuſdem teſtatoris natis, vel conceptis ante obitum eiuſdemmet teſtatoris, ſed etiam in neptibus natis, & conceptis poſt teſtatoris qui fideicommiſſum reliquit, obitum, & in aliis omnibus fœminis ex ipſo teſtatore per lineam maſculinam deſcendentibus in infinitum. De hoc quæſito latè egi in tractatu *de alim.cap.7.§.25.à nu.391.ad* 400. & nonnulla notata ſunt *ſuprà cap.6.n.53.* & plurimorum ſententia eſt, diſpoſitionem *d.auth.* procedere ſolum in filiis, & filiabus grauatis, & in eiuſdem teſtatoris grauatis nepotibus, & neptibus, vel pronepotibus, & proneptibus habentibus primum locum in ſucceſſione aſcendentis teſtatoris, qui iure filiorum ſunt, & illis legitima debetur ab ipſo aſcendente teſtatore fideicommittente, vel ex perſona eorum, aut earum propria (vt ſunt filij fideicommittentis) vel ex perſona patris, vel aui paterni (vt ſunt filij, & filiæ nepotis eiuſdem fideicommittentis, ſi illi iam ante mortem eiuſdem fideicommittentis nati, vel natæ, vel ſaltem concepti, & conceptæ ſint, & eorum patres ante ipſummet aſcendentem teſtatorem fideicommittentem ſint defuncti) & vlterius ad alias perſonas ex eodem teſtatore fideicommittente deſcendentes, in cuius bonis non debebatur legitima (vt fœminæ, vel maſculi nati, vel concepti ante eiuſdem teſtatoris obitum, eorum patre ſuperſtite teſtatoris morti) non extendi. Ita Angelus *in d. auth. res quæ*, loquens in filiabus grauati [vt eum & alios de filiabus grauati loquentes refert Oddus *de fideic.q.40.art.1.n.4.*] & loquentes de fœminis teſtatoris fideicommittentis deſcendentibus conceptis poſt eiuſdem fideicommittentis obitum, Alciat. *reſp.*640. Pariſ. *conſ.52.n.34.& conſ.63. n.46. vol.2.* Peregr. *de fideic.d.art.42.n.36.& n.37. verſ. contrarium*, Menoch. *conſ.95.n.132.* Honded. *conſ.77. n.13. vol.1.* [vbi dicit ita iudicatum in Ciuitate Eugubij] Marzarius *in epiſ. de fideic. q.48. in fine* [vbi ait ita fuiſſe reſolutum à Rota Florentina, quod idem notat Romana *deciſ.27. p.1.diuerſ.*] Merenda *controu. iuris tom.4. lib.12. c.36. per totum*, Peguera *deciſ.116.n.4.* & nonnulli alij relati à me *d.tract. de alimentis, cap.7. n.389.* & plurimi alij, quos referunt Peregrin. *locis citatis, & deciſ.62.n.3.* Oddus *d.quæſt.40. art.3. num.36.* Menochius *de præſumpt. lib.4. d. præſumpt.189. num.19* Molina *d.n.4. & ſeqq.* & Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.531.n.10.* inter quos allegantur Bald. *in d. auth. res quæ, in lectura antiqua*, & Corneus *ibid.n.4.* quos tamen id non ſentire teſtatur Rota *d.deciſ.37.n.5.* & hanc ſententiam procedere præſertim in pronepte nata ex patre nato poſt mortem teſtatoris, & in ſecundo gradu ſubſtitutionis grauato, tradit Honded. *d. conſ.76.n.14.* dicens in his terminis rem eſſe ſine difficultate. Probatur hæc ſententia primò ex textibus *in d. leg. mulier, §. cum proponeretur, ff. ad Trebell. & d.§. quamobrem, auth. de reſtit. & ea quæ parit*, vnde ſumpta eſt *auth. res quæ*, *nam d. §. cum proponeretur*, loquitur in filia teſtatoris grauata, *& d §. quamobrem, & d.auth.res quæ*, loquitur expreſsè in filio, & filia, & neptibus, ac proneptibus fideicommittentis, quibus debetur legitima; vult enim ibi Iuſtinianus vt teſtator fideicommittens non ſolum de fideicommiſſo excipere debeat legitimam filiis debitam, ſed & tantam ſubſtantiæ partem, quæ adiecta legitimæ ſufficiat ad dotem, & donationem propter nuptias honeſtè, & ſecundum merita perſonarum, ex quibus verbis (inquit Peregrinus *d.num.36. verſ. non etiam*) plenè deprehenditur Textum illum præcisè loqui de perſonis, quibus legitima debetur; non ergo poteſt extendi ad nepotes ex eis non tenentibus primum locum in ſucceſſione, quibus legitima non debetur, *ad l. ius ſingulare, ff. de legibus*, cùm non ſit noſtrum extendere ſcripturas. Secundò probatur, quia nepotes, & neptes, pronepotes, & proneptes concepti, & nati poſt obitum fideicommittentis, non ſunt illi agnati, vel cognati, ſed habentur pro extraneis, *l. Titius 6. & leg. item Prætor 8.ff. de ſuis, & legitimis hæredibus*, cum aliis à Merenda *d.cap.* 36. adductis, ac proinde in perſona fideicommittentis non poteſt conſiderari aliqua obligatio dotem, vel donationem conſtituendi, quæ ad illius hæredes debuerit tranſire. Quare tertiò probatur, quia nec auus, nec proauus tẽpore mortis tenebatur præfatas neptes, & proneptes dotare, cum eo viuente nondum eſſent natæ, nec conceptæ, & ſic nullum vnquam habuerunt ius ad dotem contra eundem auum, vel proauum fideicommiſſi inſtitutorem, & ſic nec poſt eius mortem contra illius hæredes, & poſſeſſores bonorum, quæ ipſe reliquit; cum obligatio nondum nata ante mortem teſtatoris contra eius hæredes tranſmitti non poſſit: ita Peguera, & Merenda poſt Peregr. & alios antiquiores. Quartò probatur ab Alciato, & aliis, quia alioqui facilè per indirectũ deſtruerentur omnia fideicommiſſa, ſi de bonis fideicommiſſi deberent dotari fœminæ ex teſtatore deſcendentes ipſi non cognitæ, quales ſunt neque natæ, neque conceptæ tempore conditi teſtamenti, quod nõ eſt dicendũ, vtpote quod videtur contra mentẽ ipſius teſtatoris, qui fideicommiſſum in fauorem maſculorum inſtituit, quæ in hoc intendit, vt bona ſua fideicõmiſſo ſuppoſita penes familiam in agnationis memoriam illæſa, & integra conſeruentur, & perpetuò maneant.

Quibus tamẽ non obſtãtibus, quod diſpoſitio *d.auth.* 163
res quæ, vt de bonis fideicõmiſſi, aliis bonis liberis non

extantibus dotari poſſint fœminæ ex teſtatore per maſculos deſcendentes teſtatoris neptes, vel proneptes, tametſi natæ & conceptæ poſt eius obitum in infinitum, & cuiuſcunque poſſeſſoris fideicommiſſi filiæ, qui neque ex aliis bonis liberis, neque ex fructibus bonorum fideicommiſſi tempore dotis conſtituendæ extantibus illas poſſit congruè dotare, eſt ſententia magis communis longè probabilior, & verior, & ita Bartolus *in l. à filia, ff. ad Trebell. & in d. auth. res quæ*, Curtius Iun. *ibid. num.*13. Paulus de Caſtro *in d. §. cùm proponeretur, in principio*, Ludouic. Molina *d. cap.6. cit.n.4. verſ. cæterum*. Menoch. *d. præſ.*189.*n.*18. *& ſeqq.* Petra *d.q.n.*400.*& ſeqq.* Odd. *d.q.*40.*n.*10.34. 45. *& ſeq.* Padilla *in d. auth. res quæ,n.*57. *&* 58. Rota Rom. *deciſ.*37.*n.*2. *ad finem deciſ.*642. *n.*4. *part.*1. *diuerſ.* (quæ eſt *deciſ.*461. apud Seraphinum) *deciſ.*889. *n.4.verſ. non obſtat,p.4. diuerſ.* & in Romana dotis coram Veroſpio, Theſaurus *deciſ.*92. *n.*9. (vbi dicit ita fuiſſe iudicatum per Senatum Pedemontanum) Peregrinus *dec.*62.*n.*3. (vbi dicit quod practica ita obſeruat.) Martha *de ſucceſſ. p.*4. *q.*21.*art.*10. *n.*4. Fontan. *de pact. nupt. clauſ.*5.*gloſſ.*1.*p.*2. *n.*77. Mateſcot. *var. lib.*1.*cap.*69. *n.*23. Hodierna *annot. ad deciſ.* 62. Surdi *n.*33.34.73.74.*&* 75. Milanenſis *deciſ.*7. *n.*50. Ferentillus *in annot. ad deciſ.* 641. Buratti *n.*27. & plurimi alij relati ab iiſdem, & à me *d.tract. de alim.c.*7.*n.*396. *&* 398. & à Fuſario *d. q.*531.*n.*9. vbi & ipſe hanc ſententiam ſequitur, & dicit ſe nunquam vidiſſe contrarium in praxi attentari, ſed bene hanc opinionem ſeruari, & etiam Peregrinus *d. artic.*42. *num.*37. licet putet alteram ſententiam veriorem: addit tamen in practica ſe vidiſſe in ſuo foro Patauino hanc ſententiam dotibus fauentem fuiſſe ſeruatam. Probatur primò *ex d. auth. res quæ, & alia auth.* vnde illa ſumpta eſt (quas certum eſt habere locum in deſcendentibus ex ipſo teſtatore, iuxta Bartolum *ibidem*, & alios communiter, vt notat Rota *d.deciſ.*37. *num.*2. & conſtat ex traditis *ſuprà num.*99. *& in ſeqq.*) dictæ enim Authenticæ loquuntur *de liberis*; quod verbum regulariter ad omnes deſcendentes refertur, vt *d. n.*99. notatum eſt, præter Menochium tradunt communiter alij ſcribentes *in d. auth. res quæ*, vt notat Oddus *d. q.*40. *num.*26. ac proinde *d. auth.* reſtringere ad liberos natos, vel conceptos viuente auo, vel proauo teſtatore, eſſet reſtrictio aduerſus ea quæ communiter eueniunt; neque obſtat, quod Iuſtinianus fecerit mentionem legitimæ, non enim ex hoc ſequitur diſpoſitionem *d.auth.* non militare vltra perſonas filiorum fideicommittentis & aliorum deſcendentium, quibus teſtatore mortuo ſtatim legitima in eius bonis debetur, ſed dixit ibi Iuſtinianus *ſi portio legitima*, &c. quia aſcendens auus, vel proauus non tenetur dotare neptem, vel proneptem, niſi in ſubſidium, vbi filius, vel nepos bona libera aliunde non habeter (iuxta ſuperius tradita, & tradita etiam *cap.*5.) cumque legitima, & Trebellianica apud filium, vel nepotem ſint libera, illis non ſufficientibus ad congruam dotem, tenetur fideicommittens, ac ſi grauatus ipſe nihil haberet; quare Iuſtinianus fecit mentionem legitimæ non ad excludendum deſcendentes, quibus non eſſet à teſtatore debita legitima, ſed ſolum vt declararet non debere diminui ficicommiſſum pro dotis, vel donationis propter nuptias conſtitutione, quando legitima, & Trebellianica non ſufficerent. Secundò probatur quia in omnibus deſcendentibus ex teſtatore fideicommittente militant rationes præcipuę diſpoſitionis *dict. authent. res quæ*, ſcilicet primò fauor dotis, & vtilitas publica reſultans ex eo, quod mulieres ſint dotatæ, vnde honeſtè poſſint nubere, & præponenda ſunt quæ communiter omnibus proſunt his, quæ aliquibus vtilia ſunt, inquit Iuſtin. *d. auth. res quæ & d*

§. Quamobrem, qui etiam paulo ſuperius dixerat, maximè in nuptiis, quibus *nihil eſt hominum vitæ vtilius, vt quæ ſolæ homines procreare, & producere poſſint*, ex quo apparet dotes fœminarum deſcendentium præferendas vtilitati maſculorum, quibus relinquitur fideicommiſſum, & fauori agnationis, & cognationis. Præterea in præfatis fœminis omnibus deſcendentibus Teſtatoris per maſculinā lineam militat alia ratio præcipua dictæ diſpoſitionis, ſcilicet neceſſitas legalis, & naturalis, nempe quod ſi viueret Teſtator dictas eius deſcendentes dotare teneretur; non enim hæc ratio præſupponit fœminas deſcendentes eſſe neceſſariò viuas & cognitas à Teſtatore tempore ſuæ mortis, ſed eſſe tales, quas ſi viueret, dotare teneretur, quæ obligatio ita procedit in iis, quæ natæ, vel conceptæ tēpore Teſtamēti, ſicut in aliis non natis: lex enim non tantū habet rationem actualis amoris, & dilectionis paternæ, quantū charitatis affectionis radicalis & voti præſūpti naturalis debiti erga filias, & deſcendentes; quod propterea debitum bonorū ſubſidium nūcupatur, vt Odd. *d.q.*40 *n.*47. ex quibus tertio probatur eadē ſententia, quia in hac materia, ſeu cōtrouerſia à Doctoribus non conſideratur, an Teſtator fideicōmittens de præſenti, & tempore Teſtamenti conditi teneatur neptē, vel proneptem dotare, ſed quid eſſet facturus, & facere teneretu, ſi viueret, & poſſeſſor fideicōmiſſi aliunde non haberet, vnde filias ſuas, neptes, vel proneptes Teſtatoris poſſet dotare, hoc enim caſu ſi viueret, teneretur illas congrue dotare, cum in defectum Patris, auus paternus, & proauus, & cæteri aſcendentes dotare teneantur ſuas deſcendentes, vt conſtat ex traditis *ſup.c.*5. hanc rationem ſic conceptam tradunt Curtius, Caſtrenſis, Menochius *locis allegatis*, & Rota *d. deciſ.*37. *n.*5. *verſ. Rurſus contra colligitur*, ex Molina, Oddo, & aliis; denique fauore dotis in praxi tenenda eſt hæc affirmatiua *l. ambiguis, ff. de reg. iur.*

Neque obſtant adducta pro priori ſententia negatiua; nam primum argumentum tollitur per tradita in prima probatione affirmatiuæ, neque etiā officit, quod nepotibus & pronepotibus tempore Teſtamenti à fideicommittente conditi non ſit debita legitima, quia hic non conſideratur, an tunc dotare teneretur, ſi viueret; ſecundum procedit reſpectu coniunctionis, & proximitatis, quoad ſucceſſionem ab inteſtato vel edictum ſucceſſorium *d.l. Item Prætor, & l.*1. *ff. de legitimis, & ſuis hæredib.* non quoad alias materias, præſertim alimentorum, & dotium, quæ deſcendentibus aliunde non habentibus præſtari debent, vt etiam notaui *in d.cap.*7.*de alimentis n.*399. vbi etiam dixi agnatum alicuius dici etiam illum (licet non ita propriè) qui per lineam maſculinam eo mortuo naſcitur, ex textu *in l. quam Tuberonis, ff. de peculio, & in d. lege item Prætor*, & ex traditis a Fuſario *conſ.*56. *n.*6. & præterea hic conſideratur præſumpta Teſtatoris voluntas; & licet tempore conditi Teſtamenti non teneretur, ſi tamen viueret tempore conſtituendæ dotis ſuæ deſcendenti, quæ habere non poſſet ex bonis liberis patris fideicommiſſi poſſeſſoris illis carentis, dotare teneretur, vt in tertia probatione affirmatiuæ. Ex quibus etiam tollitur tertium argumentum eiuſdem negatiuæ, cum hîc non conſideretur, an cum viueret Teſtator teneretur, ſed an teneretur ſi viueret tempore dotis conſtituendæ. Quartò argumento reſpondetur ex traditis *ſup.n.*108. abſque abſurdo euerti fideicommiſſū, quia maius eſſet abſurdum deſcendentes Teſtatoris non poſſe nubere, vel cogi impudicè viuere, quod etiam conſiderarūt Oddus *d. q.*40.*n.*50. & Hodierna *dict. annotatione ad deciſ.*62. Surdi *numer.* 88. Quæ ratio pudicitiæ mulierem, & fauor dotis concernens publicam vtilitatem præualent commoditati priuatæ fideicommiſſariorum, & conſeruationi ſplendoris agnationis, 164

agnationis, ac præſumptioni magnæ dilectionis teſtatoris ergo fideicommiſſarios, vt dictum eſt in ſecunda probatione affirmatiuæ, & notatum eſt *ſupra num.* 161. & notarunt etiam Padilla poſt Iacobum de Bellouiſio *loco eodem num.* 161. *allegato.* Plura alia de hac materia videantur *allegato tractatu meo de alimentis, d. capit. ſeptim. num.* 398. *&* 399. vbi latius tolluntur fundamenta Mercadæ. Quod autem dictum eſt de dote, idem dicendum de donatione propter nuptias vbi iuxta ius commune eſt in vſu, vel ex ſtatuto, aut conſuetudine ſolet, & debet à marito fieri; bona enim ab aſcendente fideicommiſſo ſubiecta poterunt alienari ad conſtituendam donationem propter nuptias etiam pro maſculis poſt obitum teſtatoris natis, & conceptis in infinitum volentibus nubere, vt expreſsè Oddus *quæſt.* 43. *art.* 7. *num.* 134. & eſt communis ſententia Doctorum fundata *in d. auth. res quæ*, & in corpore vnde ſumpta eſt, vbi quod dicitur de dote, dicitur etiam de donatione propter nuptias, vt *ſuprà num.* 112. probatum eſt, & tradunt Doctores *ibidem relati*, atque ideo ſicut bona fideicommiſſi poſſunt alienari pro conſtituenda dote fœminis teſtatoris deſcendentibus poſt illius obitum natis, & conceptis, ita etiam pro conſtituenda donatione propter nuptias, ſeu antefato, pro maſculis poſt teſtatoris obitum natis, & conceptis, vbi ſeruatur ius commune, vel debet conſtitui iuxta ſtatutum, & conſuetudinem.

Diſpoſitio Auth. res quæ, an habeat locum etiam in primogeniis, & maioratibus, vt primogenituræ, & maioratus bona poſſint, & debeant vel dari in dotem, vel alienari pro dotandis fœminis teſtatoris deſcendentibus etiam poſt eius obitum natis, & conceptis, omnibuſque filiabus cuiuſuis poſſeſſoris primogenituræ, & maioratus aliis bonis deficientibus.

165 Et ex traditis ſupradictis duobus numeris magis confirmatur ſententia tradita *ſuprà cap.* 6. *num.* 51. *& in dicto tractatu de alimentis, allegato cap.* 7. *num.* 395. ſcilicet, quod ex bonis primogenituræ, & maioratus non ſolum poſſunt, & debent conſtitui dotes filiarum inſtitutoris primogenij, aut maioratus, & neptum eiuſdem inſtitutoris, quæ eo viuente natæ, & conceptæ fuerint, quibuſque ab eodem teſtatore legitima erat debita, ſed etiam poſſunt, & debent conſtitui dotes filiarum cuiuſcumque ſucceſſoris, ſeu poſſeſſoris primogenij, aut maioratus in infinitum, non extantibus bonis liberis, vel fructibus ex maioratu collectis ad congruam dotem ſufficientibus. Quamvis enim in Hiſpania adeſſe antiquiſſimam conſuetudinem, vt diſpoſitio *authent. res, Cod. comm. de legat.* non habeat locum in primogeniis, & maioratibus tradant Couarruuias *var. lib.* 3. *cap.* 6. *fine*, & alij qui mox citantur, & propterea pro dotandis filiabus ſucceſſoris, & poſſeſſoris primogenij, & maioratus dotandis minimè alienari poſſe bona primogenij, & maioratus, etiamſi poſſeſſor non habeat bona libera, neque fructus maioratus extantes, ex quibus filiam, vel filias dotare poſſit. ſentiunt idem Couarruuias *dicto capite ſexto, num.* 10. Pinellus *in leg. prim. parte quarta, numer.* 131. *ff. ſoluto matrimonio*, Ludou. Molina *de primog. libro quarto, capite ſexto num.* 21. Petr. Barboſa *in leg. prim. parte* 4. *num.* 131. *ff. ſoluto matrimonio*, Alueradus *de coniectura mente defuncti libro ſecundo, cap.* 2. *§. prim. numer.* 108. *verſic. quia ſi inſtituens, & verſ. de qua frequentiſſima*, & nonnulli à me *dict. capit. ſeptim. allegat. num.* 389. relati volentes diſpoſitionem *dict. authent. res quæ*, non poſſe ad Hiſpanorum maioratus adaptari. Quod probant Pinellus, & Barboſa, nam in aliis fideicommiſſis permittitur alienatio rerum fideicommiſſo ſubiectarum ex cauſis *in dicta authent. expreſſis*, quia ex hoc reſultat tantum præiudicium ipſius fideicommiſſarij, qui eſt perſona particularis; ſi autem idem reciperetur in bonis maioratus, non ſolum præiudicaretur omnibus ſucceſſoribus in maioratu, ſed etiam ipſum maioratum conſtituentis memoriæ, qui ad conſeruationem ſuæ familiæ, & memoriæ inſtituit maioratum, *argument. l. hoc iure, §. fin. ff. de donation. & leg. regulas, §. penultimo, ff. de iuris, & facti ignor.* probat Molina *dict. num.* 21. magis præcedentem probationem declarans, nempe quod *d. authent. res quæ* loquitur tantum in his fideicommiſſis, in quibus non fauor publicus, ſed ſola vtilitas priuata verſatur, qua ratione eadē Auth. permittitur, vt bona fideicommiſſi ex cauſa dotis, & donationis propter nuptias alienentur, ne priuata vtilitas publicæ vtilitati, quæ verſatur in dote, & donatione propter nuptias, præferatur, vt faciunt *in dict. authent. res quæ.* Cum igitur d. Auth. in his tantum fideicommiſſis loquatur, in quibus priuata tantum vtilitas verſatur, conſequens eſt, vt ad Hiſpanorum primogenia trahi non valeat; cum in illis non fauor priuatorum, ſed publicus verſetur, vt latè idem Molina *libro prim. cap.* 18. *num.* 1. Imò cum in hoc caſu concurrat dotis priuilegium cum maioratus conſeruatione, & in vtroque vtilitas verſetur, confunduntur priuilegia, vel attendendum eſt ſolum priuilegium maioratus, in quo de damno vitando, non autem de lucro captando agitur, prout idem Molina *d. lib.* 4. *cap.* 3 *num.* 4. ita Molina *d. n.* 11. vbi fine addit, quod ſic ſemper vidit in forenſibus controuerſiis deciſum *d. auth. res quæ*, in Hiſpanorum maioratibus non admitti. Præterea probat Alueradus, quod in filiabus ſucceſſoris in maioratu ceſſat ratio illa, & obligatio dotandi reſpectu inſtitutionis maioratus; & ſic non poteſt ad eius hæredes tranſire. Denique probatur, quia in his maioratibus ſemper adeſſe ſolet prohibitio alienandi etiam ex cauſa dotis, & ceſſat præſumpta voluntas teſtatoris.

Nihilominus contrarium, & etiam in his maioratibus habere locum diſpoſitionē *d. auth. res quæ*, & ſicut ex aliis fideicommiſſis ſimplicibus, ita & ex bonis bonorum maioratuum poſſe, & debere dotari filias ſucceſſoris, & cuiuſcumque poſſeſſoris maioratus eiuſdem teſtatoris deſcendentes, licèt poſt eius obitum natas, & conceptas, vbi poſſeſſor non habet alia bona libera, nec tantos fructus ex maioratu perceptos extantes, ex quibus dos congrua poſſit conſtitui, præter Doctores relatos à me *in dicto tract. de aliment. dict. cap.* 7. *n.* 398. tenent Menochius *de præſumption. lib* 4. *dict. præſumption.* 189. *num.* 75. Oddus *de fideicomm. quæſt.* 41. *art.* 3. Antonius Theſaurus *deciſ.* 192. *num.* 4. Peira *de fideicommiſſ. dict. quæſt.* 8. *num.* 500. Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.* 531. *num.* 60. & plures alij Doctores ab iiſdem, & à Ludouico Molina *eodem tract. de primogen. lib.* 2. allegati; eædem enim rationes, quæ militant in aliis fideicommiſſis, militant & in primogeniis, & maioratibus, nempe fauor dotium, & publicæ vtilitatis conſiſtentis in nuptiis (quæ mediante dote regulariter fiunt, non alias, vt *ſupr. c.* 1. *&* 8. notatum eſt, & in hoc propoſito conſiderauit Surdus *deciſ.* 61. *num.* 22. *verſ. quarta ratio*) quibus replentur ciuitates liberis hominibus, quibuſve propterea nihil eſt hominum vitæ vtilius, vt dixit Iuſtin. *in d. auth. de reſtit. & ea quæ parit, verbis ſuprà num.* 163. *verſ. ſecundo probatur*, adductis, quæ vtilitas, vtpote longè vniuerſalior, quam illa vtilitas, quæ conſiſtit in ſola conſeruatione ſplendoris familiæ, & memoriæ inſtitutoris primogenij, & maio- 166

ritus,debet prævalere,& anteponi vtilitati,quę verſatur in iis primogenio,& maioratu,maior enim vtilitas publica præfertur minori *c.bene de poſtul. Prælat. & l. cætera §. ſed & ſi quis*,vbi Caſtrenſis,& alij ſcribentes *ff. de l.*1. & certum eſt propter eandem publicam vtilitatem reſultantem ex eo , quod mulieres ſint dotatæ , & poſſint nubere,& procreare,priuilegium dotis à Iuſtin. *in d.auth.* conceſſum eſſe potius,& maius priuilegium, quam priuilegium maioratus;& ſic illi debet præferri, cum ex duobus priuilegiatis , ſemper id quod magis priuilegiatum eſt, præferri ſoleat , vt Barboſ. *in d. l.*1. *p.*7.*n.*17.*ff. ſol. matrim.* & Peregrin. *de iur. fiſci l.*6. *titul.*6. *n.*33. *verſ. adducunt* : militat etiam in primogenio , & maioratu alia ratio *dict. authent. poſita ſuprà d.n.*163. *verſ. præterea*, à Doctoribus relatis *d. n.*163. conſiderata,ſcilicet illa obligatio ,qua teſtator primogenij & maioratus inſtitutor (etſi tempore inſtituti primogenij , & maioratus non tenebatur) ſi tempore ſuarum deſcendentium dotandarum viueret , teneretur illas congruè dotare) vbi pater illarum maioratus poſſeſſor, neque ex bonis liberis , neque ex fructibus maioratus poſſet dotare. Tertiò militat illa ratio pudicitiæ, quia eædem fœminæ inſtitutoris maioratus deſcendentes dotibus pro ſua collatione deſtitutæ manerent expoſitæ periculo meretricandi , & peccandi in corpus ſuum , vt non raro ob defectum congruæ dotis ad nubendum euenit. Denique ſi deſcendentes inſtitutoris primogenij , & maioratus non poſſent dotari ex bonis primogenituræ , vel maioratus deficientibus aliis bonis liberis, & fructibus non extantibus, nimis indiſcreta eſſent primogenia ; nam inde eædem deſcendentes cogerentur vel ingredi monaſteria , vel mendicare , aut viliſſimas artes exercendo victum quærere,vel quod peius eſt, turpem vitam agere : quæ omnia videntur omnino aliena à mente inſtitutoris, qui (*vt ſuprà cap.*6.*n.*53. notatum eſt) per maioratus inſtitutionem voluit ſplendorem familiæ conſeruare, ac proinde etiam non videtur poſſe ambigi ipſum , ſi viueret , non paſſurum ſuas deſcendentes manere indotatas cum tali periculo viuendi cum dedecore familiæ. Quare minimè verum eſt in his primogeniis ceſſare præſumptam voluntatem inſtitutoris ob expreſſam prohibitionem alienandi bona primogenij etiam ex cauſa dotis,nam potius eſt veriſimile (vt notat Molina *d. c.*6. *n.*5. ſi viueret eo tempore neceſſitatis conſtituendi dotes ſuis deſcendentibus , illis ſubuenire , & de congruis dotibus ad præfata pericula familiæ dedecus concernentia euitanda prouidere. Quamuis cauſa finalis *d.auth. res quæ*, non ſit ſola præſumpta voluntas teſtatoris , quæ videtur excluſa ab expreſſa prohibitione alienandi etiam ex cauſa dotis, cum ſint & aliæ in præcedentibus explicatæ , de qua expreſſa prohibitione ſequenti quæſito.

167 Et hanc ſententiam procedere etiamſi filia conſenſiſſet conſtitutioni primogenituræ, vt nihilominus ex bonis illius primogenituræ conſtitui poſſit dos, poſt Lupum tradunt Menoch. *d.præſ.*189.*n.*180. & Surd. *dec.*62.*n.*11.*verſ.ſed ſi eius ratio*,& Fuſar. *d.q.*531.*n.*62. eo quod in generali renunciatione non contineatur legitima , & conſequenter nec dos, *l.ſi quando,§.& generaliter,C. de inoffic. teſtam.*

168 Procedit etiam tametſi Princeps confirmaſſet primogenituram , vt adhuc illius bona cauſa dotis alienari poſſint,poſt alios tradunt iidem Menoch. *n.*281. & Fuſar. *n.*63. quia Princeps intelligitur comprobaſſe diſpoſitionem teſtatoris,quatenus iure valida eſt,eiuſque voluntas præſumitur legi conformis (vt poſt alios idem Menoch.) & ſic cenſetur confirmaſſe primogenituram , reſeruata filiabus dote.

An liceat alienatio bonorum fideicommiſſi cauſa conſtituendæ dotis fœminis ex teſtatore deſcendentibus,ſi idem teſtator expreſsè verbis tantum generalibus prohibuerit dictam alienationem fieri poſſe.

Quæſitum vndecimum , an diſpoſitio *d. auth. res quæ*, quod bona fideicommiſſi poſſint alienari pro conſtituenda teſtatoris deſcendentibus dote , & donatione propter nuptias, ſi vltra tacitam prohibitionem alienandi bona fideicommiſſo,ac reſtitutioni ſubiecta, quæ ineſt quando fideicommiſſum ſimpliciter à teſtatore conſtitutū , ab eodem teſtatore fideicommittente adiecta fuerit expreſſa prohibitio alienandi eadem bona fideicommiſſo ſuppoſita , vel generalis , nulla facta expreſſa dotis mentione , vel cum expreſſione , quod bona alienari non poſſint, neque etiam ex cauſa dotis vel donationis propter nuptias,& quidē quando prohibitio eſt tantum generalis , ſeu teſtator verbis generalibus prohibuit alienationem bonorū,nec ſpecialiter prohibuit alienari etiā cauſa dotis,licet non eſſe locum diſpoſitioni *d.auth.res quæ*,& non poſſe alienari ex cauſa dotis tenuerint Bart.*in cap.*1. §. *donare, qualiter olim feud. alien.poter.*Iaſon *in d. auth.res,n.*25.*verſ.ſed contra commune*, Ruin. *conſ.*23.*n.*12.*l.*2. Merenda *controu.iuris tom.*4.*lib.*19.*cap.*27. & plures alij,quos referunt Petra *de fideicom.q.*8. *n.*427. Rolandus à Valle *conſ.*85.*n.*6. *volum.*1. Oddus *de fideicom.q.*45.*art.*2. *n.*21. Peregr. *de fideicom. art.*42. *n.*6. & Fuſarius *de ſubſtit. quæſt.*631. *num.*75. per rationes , *quæ numero ſequenti* adducuntur. Nihilominus communis ſententia Iuriſperitorum eſt, generali prohibitione alienandi bona fideicō miſſi non obſtante adhuc procedere diſpoſitionem *d.authent. res quæ* , dotemque deſcendentium ex teſtatore ex bonis fideicommiſſi ſic prohibitis alienari,vel ex eorum alienatione poſſe,& debere conſtitui,vbi grauato non adſunt alia bona libera,ex quibus dos conſtitui poſſit.Ita Baldus *in d.auth.res quæ,n.*15. Iaſon *n.*24. Rol. *d.conſil.*85. *n.*7. Couarruuias *var.reſol.lib.*3. *cap.*6. *num.*10. *verſ.ſecundo hoc*, Petra *d.q.*8.*n* 423. Phanucius *de lucro dotis gloſſ.*10.*n.*65. Menoch. *de præſ. lib.*4. *præſumptione* 189. *num* 96. *& ſequentibus*,Peregrin. *dict. num.*6. Oddus *d. artic.*2 *n.* 35. Padilla *in dict. auth. res quæ, n.*52. Fuſarius *dict. q.*531.*n.*74. Surdus *deciſ.*62. *n.*5. Peguera *deciſ.*116. *num.*2. Milanenſis *deciſ.*7. *n.*41. Graſſus §. *fideicommiſſum,quæſt.*57. *n.*2. Camillus Borell. *in ſumm.deciſ.p.*3. *tit.*4.*n.*44. Franciſcus Molinus *de ritu nupt. lib.*3.*q.*28.*n.*25.Mantica *dec.*152.*n.*2.Fontanella *de pact. nupt.clauſ.*5.*gloſſ.*1.*p.*2.*n.*69. & centum alij,quos referunt Padilla,Menoch.Peregrinus,Graſſus Fuſarius *locis citatis*,& Oddus *d.artic.*2.*n.*24. Quæ ſententia communis procedit etiamſi teſtator dixiſſet, quod non poſſint bona alienari ex quacunque cauſa, vt expreſsè Petra *n.*430. Menoch. *n.*115. *verſic. declaratur prædicta communis ſententia* , & Fontanella *dict. num.*69. *fine* : probatur hæc ſententia omnibus rationibus , quæ infra numerum ſequentem adducuntur, quod diſpoſitio *dicta authent. res quæ* , non ſit fundata in defectu voluntatis , ſed in defectu poteſtatis teſtatoris , & quod ſit fundata in publica vtilitate , cui teſtator non poteſt derogare , & quod non ſufficit legitimam eſſe filiis relictam , ſi illa non ſufficit ad dotis , & donationis propter nuptias conſtitutionem. Præterea probatur primò , quia prohibitio pro dote non venit in generalibus diſpoſitionibus , cum in priuilegiis dotalibus requiratur ſpecialis derogatio, non autem ſufficiat generalis , vt Iaſon *d. auth. res quæ, num.*25. Oddus *d. art.*2. *num.*31. Fontanella *d. n.*69. Franciſcus Molinus *de ritu nupt.d.q.*28.*n.*3.& 8. (vbi latè quod prohibitio alienandi generalis à iure

communi, vel à ſtatuto facta non comprehendit alienationem ex cauſa dotis, & conſtat ex latè traditis ſuprà *cap.* 8. *num.*12. *& duobus ſeqq.* ſecundò quia prohibita alienatione in genere, non intelligitur prohibita alienatio ex cauſa neceſſaria, vt notatum eſt *ſupr. hoc capite, num.*72. & tradunt Menochius *d.præſumpt.* 189.*n.*106.*&* 107. alios allegans, & Oddus *d. art.* 2. *numero* 31. Tertiò quia dicta diſpoſitio licet exorbitans, eſt tamen fauorabilis, vt *ſupra n.* 101. 102. *&* 107. dictum eſt, & ſic admittit extenſionem etiam ad prohibitionem expreſſam. Demum quia vbi eadem ratio militat, eadem eſt virtus taciti, & expreſſi, *lege cum ex filio*, §. *filio*, *ff. de vulgari*: hic autem militat eadem ratio *dictæ Authenticæ res quæ*, ergo eadem diſpoſitio *dictæ Authenticæ res quæ*, non ſolum habet locum in prohibitione tacita legis, quæ reſultat ex fideicommiſſo in caſu mortis, ſed etiam in prohibitione expreſſa generali.

Si Teſtator expreſſe prohibuerit etiam ex cauſa dotis alienationem bonorum fideicommiſſi, an adhuc eorumdem bonorum alienatio poſſit fieri pro conſtituenda dote fœminis ex eo deſcendentibus.

170 Quod ſi teſtator fideicommittens expreſſe, & ſpecialiter prohibuerit alienationem bonorum fideicommiſſo ſubiectorum etiam ex cauſa dotis, & donationis propter nuptias, in hoc caſu maior eſt controuerſia inter Iuriſperitos, an dos deſcendentium Teſtatoris ex bonis ſic prohibitis alienari conſtitui poſſit, & debeat non extantibus aliis bonis, ex quibus à grauato dos conſtitui valeat? & negatiuam partem ſuſtinent Couaruuias *d. capite ſexto*, *verſiculo tertio*, vt quibuſdam Rolandus *d.conſ.* 85. *num.* 23. Gomez *ad l.* 40.*Tauri*, *num.*87. *paulo ante finem*, Graſſus *d.* §. *fideicommiſſum, eadem quæſt.*57.*num.*3. Milanenſis *d. deciſ.* 7.*n.*47. Rota Romana *deciſ.*526.*num.*1.*p.*1.*diuerſ. quæ eſt deciſio* 437. apud Seraphinum (vbi explicatur quando dicatur facta expreſſa prohibitio alienationis cauſa dotis) Merenda (vbi prolixè, & ad ſatietatem hoc dicit) *d.lib.*19.*cap.*25. & plurimi alij Iuriſperiti, quos referunt Couaruuias, Rolandus, Molina, Graſſus *locis allegatis*, Menochius *d.præſumpt.*189.*n.*116. Padilla *in d.Auth.res quæ*, *num* 116. Oddus *d.q.*45.*art.*5.*n.* 73. & Fuſarius *d.quæſt.*531.*num.*67. *& quæſt.* 532.*n.* 21. *initio*, & eſſe communem ſcribit Molina, & dixerunt alij à Fuſario relati. A quibus primò probatur, quia diſpoſitio *dictæ Authenticæ res quæ*, fundata eſt in præſumpta, & veriſimili mente Teſtatoris, vt colligitur etiam *ex l. mulier*, §. *cùm proponeretur*, *ff. ad Trebell.* & notatum eſt *ſuprà*, *num.* 99. quæ præſumptio ceſſat quoties ipſe Teſtator alienationem ex cauſa dotis expreſſe, & ſpecialiter prohibet. Secundò à Couarruuia, & nonnullis aliis, quia Pater legitima portione filiis relicta, in cæteris bonis poteſt grauamen imponere, & de illis liberè diſponere, *lege omni modo*, *& lege ſcimus*, *Cod.de inoff. teſtament.* & Doctores *ſup. num.* 146. relati. Ergo poterit etiam prohibere ne bona dotis cauſa alienentur.

171 Verum etiam ſtante expreſſa, & ſpeciali Teſtatoris prohibitione alienandi bona ex cauſa dotis, non exiſtentibus aliis bonis, dotem fœminarum ex Teſtore deſcendentium poſſe, & debere per grauatum conſtitui in bonis, vel ex bonis fideicommiſſi, eſt longè verior, & magis recepta. Et hanc ſententiam tenent Paulus de Caſtro *conſ.* 80. *lib.* 1. Iaſon *in dicta Authentica res*, *quæ col. vlt. verſ. decimo tertio limita*, Baldus Nouellus *de dote p.*6.*priuil.*13.*num.* 2. Petra *dict. q.*8. *num.*455. *&* 456. Padil. *d.n.*116. *v. ſed iudicio*, Phanucius *de lucro dotis gloſſa* 10. *num.*77. Peregrinus *d.n.*6. *verſ. contra vero*, Menoch *d.præſumpt.* 189. *d.n.* 116. *verſ. contrariam opinionem*, Oddus *d.art.* 5.*num.*7. (vbi dicit hanc opinionem eſſe æquè communem, ac præcedentem) Surdus *deciſ.* 62.*n.* 11. Peguera *d. dec.* 116. *numero* 2. Fachineus *contron. Iuris lib.* 4. *cap.* 48. Marta *de ſucceſſ.p.*4.*quæſt.*21.*art.*10.*n.* 55. Mareſcottus *d. cap.*69.*num.*16.*verſ.contrarium*, Fuſarius *d.q.* 531.*num.* 7. *& conſ.* 7.*n.* 17. Fontanella *de pact.nupt. d. clauſ.* 5. *gloſſa* 1. *p.* 2. *n.* 72. Cancer. *var. reſol.p.*1.*cap.*9.*n.*172. & innumeri alij, quos Peregrinus, Menochius, Padilla, Oddus, Surdus, Marta, Mareſcottus, & Fuſarius referunt. Et Padilla dicit ab hac ſententia in conſulendo, & iudicando vt communiter recepta, recedendum non eſſe, & eſſe communem, vel magis communem aiunt Petra, & alij apud Fuſarium, & eam fuiſſe ſequutum Conſilium Gratianopolitanum teſtatur Guido Papæ *q.*96. per totam, & iuxta eandem iudicaſſe Senatum Mantuanum refert Surdus *d. n.* 11. & etiã Senatum Catalanum teſtatur Cancerius. Probatur hæc ſententia. Primò quia diſpoſitio *d. Auth. res quæ*, *& d. Auth. de reſtit.* & ea quæ parit, §. *Quamobrem*, vnde illa ſumpta eſt, fundatur (*vt ſupra num.* 99. *& in præcedentibus* quæſitis ſæpius dictum eſt, & tradunt Doctores communiter) in obligatione, qua Teſtator, qui ſua bona ſubiecit fideicõmiſſo, tenetur, & deberet, ſi viueret tẽpore dotis, vel donationis propter nuptias conſtituendæ, dotem, vel donationem propter nuptias liberis à ſe deſcendentibus conſtituere, à qua obligatione ipſe non poteſt ſe eximere, & ſic dicta diſpoſitio non fundata in ſola præſumpta voluntate, ſed in impotentia, ſeu defectu poteſtatis Teſtatoris, qui fideicommiſſo non poteſt eam prohibitionem bona alienandi etiam ex cauſa dotis, vel donationis propter nuptias addere in præiudicium ſuorum deſcendentium, quibus eamdem dotem, vel donationem propter nuptias teneretur conſtituere, & ad conſtituendam cogi poſſet, ſi in humanis eſſet, cum nulla alia bona ſuperſint: ſecundo quia eadem diſpoſitio fundata eſt in fauore publicæ vtilitatis Reipublicæ reſultante ex matrimoniis, quibus proles procreantur, & ciuitates hominibus liberis replentur, quæ matrimonia regulariter non fierent, ſi mulieres dotibus carerent, vt conſtat ex verbis Iuſtiniani *ſuprà dicto numero* 99. *& numero* 163. adductis, vbi quod communiter omnibus prodeſt, iis quæ ſpecialiter quibuſdam vtilia ſunt, præponendum eſt, & nuptiis nihil humanæ vitæ ſit vtilius; non poteſt autem Teſtator derogare Iuri publico, ſeu mutare, vel tollere id, quod à lege inductum fuit fauore publico, *lege nemo poteſt ff. de legat. primo.* Tertiò probatur, quia talis prohibitio eſt contra bonos mores, videtur enim inhoneſtum patrem non poſſe dotare filiam de bonis fideicõmiſſi, etiam quando aliunde non haberet, vnde dotaret, quia filiæ Teſtatoris neptes remanerent indotatæ, & per conſequens non poſſent nubere; ac proinde talis prohibitio aliis bonis non extantibus non eſſet ſeruanda, per *leg. conditiones*, *la prima*, *ff.de condition. inſtitutio.* vbi habetur conditionem, vt ne quis parentibus, vel patrono alimenta præſtet, non valere; quia id eſt contra bonos mores, atque adeo idem dicendum de conditione adiecta, ne bona etiam pro dotib. teſtatoris deſcendentibus conſtituendis alienari poſſint, cũ dotes quoad alienationem rerum alienari prohibitarum adæquatæ ſint ipſis alimẽtis, vt Gloſ. *in l.ob æs*, *C.de prædiis minor.* Denique cum nemo carnẽ ſuam vnquã odio habuerit, nõ videtur veriſimile in caſu, quo alia bona non extarent præter ſubiecta fideicommiſſo, voluiſſe Teſtatorem ex eiſdem bonis fideicommiſſi non poſſe conſtitui dotem ſuis neptibus, vel proneptibus, & ſic

pro

ſumpt.189.*n*.137. *verſ. eſt itaque*, Oddus *d. art.*1.*in fine*, & plures alij, quos ego allegaui *dict. tit.*12.*num.*335. & iidem Menochius *num.* 120. & Oddus *dict. art.*1. *num.*7. referunt, & ita communiter ſentire Doctor. ait, *ibidem* Oddus, & Menochius *dict. num.*137. dicit eſſe opinionem magis receptam, & retinendam, & vterque ad confirmandam hanc ſententiam plura congerunt argumenta. Menoch. *à num.*121. *ad* 130. Oddus *à num.*8. *ad* 14. Probatur hæc ſententia ratione illa *ſuprà num.*170. adducta ad probandum non obſtante expreſſa prohibitione teſtatoris alienandi etiam ex cauſa dotis bona fideicommiſſi, poſſe alienari pro conſtituenda dote fœminis eiuſdem teſtatoris deſcendentibus, ſi alia bona non adſint, ſcilicet quia diſpoſitio *d. Authent. res quæ*, non eſt fundata in ſola præſumpta voluntate teſtatoris, ſed in impotentia, ſeu defectu poteſtatis teſtatoris, qui non poteſt facere talem prohibitionem in præiudicium ſuarum deſcendentium, quibus teneretur dotem conſtituere, & ad conſtituendam cogi poſſet, ſi viueret, & ſic etiam per ſubſtitutionem Eccleſiæ aut loci pij non poteſt teſtator eiſd. deſcendentibus inferre præiudicium quoad ſuas dotes, quas obligatus eſſet dare, ſi viueret, à tali obligatione ſe eximens propter cauſam piam. Præterea etſi diſpoſitio *d. Auth.* ſit fundata etiam in præſumpta voluntate teſtatoris, talis præſumptio intelligenda eſt etiam quando Eccleſia, aliave cauſa pia eſt ſubſtituta in fideicommiſſo, cum fortior ſit præſumptio pietatis teſtatoris erga filios, & ſuam poſteritatem, quàm erga Eccleſiam, & cauſam piam, vt latè probaui *d. tit.*12.*n.*309. *& nonnullis ſeq. & n.*327. *& tribus ſeq.* & poſt alios tradit Menochius *d. præſumpt.*189.*n.*21. *qui n.*132. ad Molinæ confirmationem ex declaratione Ripæ *in l.*1.*n.*129.*ff. ſolut. matrim.* reſpondet, quod vtilitas publica, quæ verſatur circa fauorem Eccleſiæ, conſideratur, & procedit in iudice, ſecus in priuato, qui poteſt ſi vult præferre ſuam vtilitatem priuatam publicæ vtilitati, quando in publica non continetur ſua propria, cum ordinata charitas à ſeipſo incipiat, *capite eſtote, de regul. iur. & leg. præſes, Cod. de ſeruit. & aqua.* In præſenti autem caſu conſideratur perſonæ priuatæ, ſcilicet teſtatoris vtilitas, nempe vt filiæ propriæ conſulat ei relinquendo dotem.

Diſpoſitio Auth. res quæ, *de detrahenda dote, vel donatione propter nuptias ex bonis fideicommiſſi, an procedat in fideicommiſſo particulari, in legatis particularibus, & tam in fideicommiſſo puro, quam in conditionali.*

176 Quæſitum decimumtertium, an *dict. Authent. res quæ, C. comm. de leg.* procedat non ſolùm in fideicommiſſo vniuerſali ſuper omnibus bonis à teſtatore relictis, ſed etiam in fideicommiſſo particulari ſuper certis tantum prædiis vrbanis, vel ruralibus, vel mobilibus pretioſioribus, vt etiam de hoc particulari fideicommiſſo conſtitui poſſint dotes filiabus, & neptibus, aliiſque fœminis ex teſtatore per lineam rectam deſcendentibus, vbi ex aliis bonis non poſſint dotari. Negatiuam partem ſuſtinet Petra *de fideicomm. d. quæſt.*8.*n.*493. quia inquit de fideicommiſſo, ſeue particulariter prohibita alienari, & de legatis non detrahitur legitima, *Auth. ſed & ea, Cod. ad l. falcidiam.*

177 Verùm communis ſententia eſt, de fideicommiſſo particulari iuxta *d. Auth. res quæ*, poſſe detrahi dotem, & donationem propter nuptias, ſicut de vniuerſali, quando non extant alia bona, ex quibus conſtitui poſſit. Ita Bald. *in d. Auth. res quæ. num.*6. *ibid.* Caſtrenſ. *num.*4. Iaſon *n.*33. *verſ. nono extende*, Corneus *num.*1. Padilla *num.*108. Peregrinus *de fideicomm. dict. art.*42. *num.*54. Oddus *quæſt.*41.*art.*1. *& quæſt.*46.*art.*9. Cancer. *var. reſol. part.*1.*cap.*9.*n.*164. Fuſarius *de ſubſtit. d. q.*531. *num.*58. Hodierna *in annot. ad deciſ.*62. Surdi, *num.*108. & plures alij à Peregrino, Oddo, & Fuſario allegati. Probatur, quia Text. *in dict. Auth. res quæ*, loquitur generaliter non diſtinguens inter fideicommiſſum generale, & particulare, & ſic nec nos debemus diſtinguere, iuxta vulgata iura; & præterea rationes omnes, in quibus ſuprà ſæpe dictum eſt, fundatam eſſe præfatam diſpoſitionem, militant etiam in fideicommiſſo particulari, & nihil intereſt inter vniuerſale, & particulare fideicommiſſum, iuxta generalem traditionem Imperatoris *in §. nihil inter eſt, Inſtit. de fideicomm. hæred.* & ſi cauſa dotis, & donationis propter nuptias permittitur euertere fideicommiſſum vniuerſale, multò magis licebit particulare, in quo non videtur ita graue præiudicium inferri. Ratio autem Petræ non probat; tum quia communis procedit, quando nulla alia extant bona, ex quibus dos, vel donatio propter nuptias conſtitui poſſit: tum quia legitima (vt notat Oddus *dict. art.*10. *num.*10.) detrahitur etiam fideicommiſſo particulari, cum non poſſit pater legatis, & fideicommiſſis particularibus extenuare legitimam, quæ eſt triens, dimiſſo reſiduo legatariis, & fideicommiſſariis particularibus, vt conſtat ex Textu *in §.*1. *Authent. de triente, & ſemiſſe*, ibi, *reſiduum vel ipſis liberis, vel extraneis largiri.*

Extendunt eadem communia, vt procedat etiam in legatis particularibus. Ita Caſtrenſis *in d. Auth. res quæ, col.*1. Peregrin. *d. num.*54. *d. art.*1. *num.*11. & Fuſar. *dict. quæſt.*531.*n.*19. cum legata ſint æquiparata fideicommiſſis, *leg.*1.*ff. de leg.*1. 178

Sicut etiam extenditur, vt diſpoſitio *d. Authent. res quæ*, procedat in fideicommiſſo vniuerſali, & particulari, tam puro, quàm conditionali, vt expreſſe tradunt Paulus de Caſtro, Peregrinus, Fuſarius *locis allegatis*, & Merenda *tom.*1, *lib.*4. *cap.*33.*n.*2. *&* 3. quamvis non procedere in puro putent Padilla *in dict. Auth. res quæ, num.*11. & Petra *d. quæſt.*8. *num.*410. contra quos tamen ſtant Textus *in d. auth.* qui loquitur generaliter, & rationes, in quibus fundatur, militant in quouis fideicommiſſo. Quandonam autem fideicommiſſum ſit purum, vel conditionale, vel in diem, explicat Graſſus §. *fideicommiſſum, quæſt.*10. 179

In contractibus inter viuos, in quibus prohibitio alienationis bonorum facta ſit, an habeat locum diſpoſitio d. Auth. res quæ, *vt eadem bona pro dotibus filiarum, deſcendentiumve prohibentis poſſint alienari.*

Quæſitum decimum quartum, an ſi non in teſtamento, & vltima voluntate, ſed in contractu inter viuos ſint prohibita alienari, & fideicommiſſo ſubiecta, poſſit in eis, vel ex eis dos conſtitui, iuxta *d. auth. res quæ, C. comm. de legatis*, certum eſt *d. auth.* & corpus vnde ſumpta eſt, permittens bona fideicommiſſi poſſe pro dote, vel donatione propter nuptias obligari, vel alienari, expreſſe loqui, & procedere in rebus fideicommiſſo ſuppoſitis, & alienari prohibitis; an ergo idem ſit reſpectu rerum alienari prohibitarum per contractum inter viuos, controuertitur inter Doctores; & quidem ſi fideicommiſſum, ſeu prohibitio alienandi facta ſit per contractum oneroſum, qui gratià vtriuſque partis ſit celebratus, eſtque vltrò citroque obligatorius, abſque dubio in huiuſmodi fideicommiſſo non poteſt procedere diſpoſitio *d. auth. res quæ*, vt expreſsè tradunt Peregrinus *de fideicomm. dict. art.*42. *num.* 58. *verſic. contra tamen*, & poſt eum Fontanella *de pact. nupt. clauſ.*5. *gloſſ.*1. *part.*2. *num.*94. *&* 97. rationem adducentes, 180

centes, quia materia non eſt proportionabilis, cum fideicommiſſa, & capiones ex vltima voluntate (de quibus *in dicta authentica res quæ*) ſint ſpecies, ſeu cauſæ lucratiuæ, ac proinde in prædictis contractibus onerofis non habet locum *dicta* authentica permittens dotem detrahi ex bonis fideicommiſſo ſubiectis, & alienari prohibitis; neque filij vnius contrahentis poſſunt diſpoſitionem reſpectu alterius alterare, neque contractus poteſt reſolui, niſi ex vtriuſque voluntate, *lege ab emptione, ff. de pactis*, & Fontanella *d.n.97.*

181 Quæſtio ergo poteſt procedere ſolum in actibus inter viuos, ſeu contractibus lucratiuis, nempe in donationibus, vt ſi aſcendens deſcendenti, puta pater filio donatione inter viuos dederit omnia ſua bona, vel aliqua prædia, & legata, ne poſſent alienari, & poſt eos vadant in alios deſcendentes, vel in alias perſonas, an tunc ea bona, ſeu prædia titulo lucratiuo in donatarium tranſlata alienari prohibita, & reſtituenda ſubſtitutis pariter donatariis ex cauſa dotis conſtituendæ fœminis deſcendentibus ex donatore poſſint alienari iuxta diſpoſitionem *dictæ Authenticæ res quæ*, *Authentica vnde illa ſumpta eſt*, quæ expreſſe loquuntur, & habent locum in fideicommiſſo reſpectu aſcendentium, & deſcendentium (vt conſtat ex traditis in præcedentibus, & de quo infrà) quando ſcilicet prohibitio alienandi fit alicui deſcendenti, in quem confertur beneficium. Et prima opinio eſt, quod in hoc caſu non procedat diſpoſitio *dictæ Authenticæ res quæ*, quodque bona ſic donata prohibita alienari, & reſtituenda ſubſtitutis non poſſint alienari ex cauſa dotis conſtituendæ, vel reſtituendæ, ſuppoſito, quod diſpoſitio *dictæ Authenticæ* procedat tam in conſtitutione, quam in reſtitutione dotis. Ita Gloſſa *in lege nulla*, *Codice de iure dotium*, *ibidem* Cynus, Baldus, Salycetus, & præter plurimos alios ex antiquioribus Iuriſperitis à Peregrino *dicta num.* 58. Oddo *quæſt.* 15. *artic.* 4. *num.* 62. Fuſario *de ſubſtitutione dicta quæſt.* 531. *num.* 8. Rota Romana *deciſione* 449. *numero* 4. *parte* 1. *diuerſor.* allegatus Menochius *de præſumptionib. libro* 4. *dicta præſumptione* 189. *numero* 185. & 186 Petra *de fideicommiſſ. dicta quæſt.* 8. *num.* 439. & 440. Tiraquellus *de iure primog. quæſt.* 61. *num.* 9. Merenda *tom.* 1. *controuerſ. iur. libro* 4. *cap.* 27. *num.* 14. *verſic corruit*, Marta *de ſucceſſ. part.* 4. *quæſt.* 21. *art.* 10. *num.* 57. & alij recentiores à Fuſario *dict. num.* 8. & Fontanella *dict. part.* 2. *num.* 90. *allegati*, & in hanc ſententiam videtur inclinaſſe Rotam *dicto num.* 4. vbi dicit eſſe communem opinionem, & communem dicunt Oddus, & Fontanella *locis citatis*, plures pro hac ſententia afferuntur rationes, quas referunt, & examinant Peregrinus, & Fontanella *locis allegatis*. Ego noto tres ſequentes, vna eſt, quia *dicta Authentica res quæ*, procedit in fideicommiſſis, in Teſtamento, & vltima voluntate conſtitutis, & vt exorbitans non debet extendi. Ita poſt Baldum Riminaldus Iun. *conſil.* 115. *num.* 12. *volum.* 1. Secundo, qui alienat in contractu, non tenetur dotare, & ſicuti liberè alienare poſſet (*vt ſupra capite* 4. *num.* 19. dictum eſt) etiam in præiudicium legitimæ filiorum, pro qua filiis ante mortem Patris ius non competit, *lege vltima, ff. de liber. agnoſc.* ita non poteſt impediri, ne alienet pro dote (*vt dicto num.* 19. notatum eſt) adiiciat obligationem bonis, ne alienentur, quod non contingit in alienatione prohibita ex Teſtamento, quia mortis tempore effectum habere incipit, & tunc incipit debitum, quod eſt in ordine prius, ac proinde non poteſt illi præiudicare. Hanc differentiam conſiderauit inter prohibitionem ex Teſtamento, & prohibitionem ex contractu Cephalus *conſil.* 574. *numero* 19. & *ſequentibus.* Tertiam, quam ſolum conſiderat Merenda eſt, quod diſpoſitio Iuſtiniani ſit fundata in ſola veriſimilitudine mentis Teſtatoris (vt idem Merenda ſentit) cum autem quis inter viuos fideicommiſſum conſtituit, oſtendit enixè ſe cupere, vt fideicommiſſum permaneat.

Contrariam nihilominus ſententiam, quod diſpoſitio *dictæ auth. res quæ* procedat in donationibus inter viuos, ſeu contractibus ex cauſa lucratiua, in quibus facta ſit prohibitio alienationis, & donatoris deſcedenti donatario ſubſtitutus alius deſcendens, vt ex huiuſmodi bonis prohibitis alienari poſſit conſtitui dos filiabus, & aliis fœminis ex donatore deſcendentibus, tenent Opizonus *in lege filiusfamilias* §. *Diuus numero* 141. *ff. de legat.* 1. Curtius Iun. *in d. auth. res quæ, numero* 35. Iaſon *conſ.* 157. *numero* 21. & *ſeqq.* Peregrin. *dicto numero* 58. & 59. (licet ibi *in fine* relinquat cogitandum.) Oddus *de fideicom. quæſt.* 38. *articulo* 4. (vbi agit de fideicommiſſo inter coniunctos facto in contractu donationis mutuæ conuentionali, vt poſt mortem ipſorum donatariorum ſeu contrahentium res illæ deductæ in contractum tranſeant in aliquem eis ſubſtitutum) & *quæſt.* 45. *articulo* 4. *nu.* 66. & *ſeqq.* (vbi agit quando in contractu donationis factæ à perſonis, ad quas pertinet proſpicere ſuæ familiæ, & ſuis, fuit ſolum addita prohibitio alienationis vel extra ipſos contrahentes coniunctos, vel extra alios eis coniunctos. Fontanella *d. p.* 2. *nu.* 93. & *ſeqq.* Fuſarius *dicta quæſt.* 531. *num.* 81. Cancerius *ſupra, n.* 176. allegatus, Franciſcus Molinus *de ritu nuptiar. lib.* 3. *quæſt.* 28. *num.* 27. *ad* 30. & plures alij allegati à Rota *d. deciſ.* 449. *d. nu.* 4. *fine*, Fontanella *num.* 49. *fine*, à Fuſario, & Oddo *d. quæſt.* 45. *citato art.* 4. *n.* 59, & Molino *n.* 28. vbi addit hanc ſententiam poſſe dici communem. Probatur primo hæc ſententia, quia in huiuſmodi diſpoſitione lucratiua facta per actum inter viuos, ſeu per contractum æquè ac in fideicommiſſo relicto in teſtamento, ſeu vltima voluntate militent eædem rationes, in quibus fundatur diſpoſitio Iuſtiniani *in dicta authentica res quæ*, ſcilicet ratio fauoris, ſeu boni publici verſantis circa dotes mulierum, & ratio præſumptæ voluntatis diſponentis à neceſſitate, ſeu obligatione legali originem trahenti, qui fortaſſe non cogitauit, vel ſi cogitaſſet (inquit Oddus *dicto numero* 66.) excepiſſet à prohibitoine non alienandi caſum neceſſitatis dotandi filias proprias, & donatariorum. Propter quas rationes Rota præfata poſt relatos Doctores primæ ſententiæ addit non eſſe omnino tutam, & ſecuram; cum (inquit) æquè in vno atque in alio caſu militent rationes diſpoſitionis *authenticæ res quæ*, & inter alias ratio veriſimilitudinis, quod Pater noluerit eximere bona ſua neceſſariæ obligationi: ita Rota addens, quod hanc rationem ponderat Caſtrenſ. *in d. auth. res quæ.* Hinc ſecundò probatur, quia in exorbitantibus, maximè in materia fauorabili ex identitate rationis fit, ſeu licita eſt extenſio de caſu ad caſum, iuxta doctrinam Bartoli *in l. ſi conſtante, in* 9. *quæſt. primæ partis, ff. ſoluto mat.* & aliorum Iuriſperitorum, quos *ſupra, hoc c. n.* 103. allegaui; cum ergo diſpoſitio *d. auth. res quæ*, ſit fauorabilis, & rationes in ea expreſſæ militent in huiuſmodi contractibus, licita eſt extenſio de caſu fideicommiſſi, & ſubſtitutionis per vltimam voluntatem ad contractum. Quod etiam confirmatur à ſimili, quia tacita conditio *ſi ſine liberis*, de qua *in l. auus, ff. de condit. & demonſt.* ſicut ſubintelligitur in fideicommiſſis, ſeu ſubſtitutionibus quæ fiunt in vltimis voluntatibus, ſubintelligitur etiam in contractibus lucratiuis, ſeu donationibus, *l. ſi vnquam C. de reuoc. don.* & tradit Peregr. *d. n.* 58. *fine*, & alios allegans Fontanell. *d. p.* 2. *n.* 96. ex quib. ruit primum fundamentum prioris opinionis, & etiam ſecundum, quia licet tunc contrahens non teneatur dotare,

tare, tamen ex præſumpta eius voluntate, & ratione fauoris publici, & obligationis, qua teneretur tempore dotis conſtituendæ, ſi viueret, prohibitio alienationis non extenditur ad cauſam dotis. Plura alia ad confirmationem huius ſententiæ tradunt Peregrinus, Oddus, & Funianella *locis citatis*, apud ipſos videnda. Quòd etiam donatarius omnium bonorum præſentium & futurorum poſt mortem donatoris teneatur eiuſdem donatoris filias dotare, probatum eſt *ſuprà cap. 6. n. 83.* & etiam ex æquitate *d. auth. res quæ*, tenent tradunt Curtius Iun. *in d. auth. & in l. fin. n. 62. C. de pactis*, & Odd. *d. q. 58 alleg. art. 4. fine*, quos *eod. n. 83 fine* allegaui.

183 Admiſſa verò prima ſententia ſi poſt fideicommiſſum in teſtamento conſtitutum inter hæredes, & ſubſtitutos fierent pacta, conuentiones, & tranſactiones ſuper rebus fideicommiſſariis inuicem traditis pro implemento, & executione voluntatis paternæ quia hæc pendent ex teſtamenti cauſa, etſic originalem ſuam retinerent, cum origo attendatur *l. ... ff. quod vi aut clam*, & ſic intrat diſpoſitio *d. auth. res quæ*, & rationes eiuſdem ſuprà explicatæ, ita poſt Iaſonem *conſ. 157. vol. 2.* Peregrin. *d. art. 42. n. 62.* Oddus *d. quæſt. 45. art. 4. num. 69.* & Fuſarius *d. quæſt. 531. num. 83.*

Res prohibitæ alienari, quia litigioſæ, poſſunt dari in dotem, & donationem propter nuptias.

184 Quæſitum decimumquartum, an bona litigioſa, ſeu prohibita alienari, quia litigioſa, vt habetur *l. fin. ff. de litigioſis*, poſſint dari in dotem, vel donationem propter nuptias. Reſpondetur affirmatiuè, neque dans, neque accipiens incurrit pœnam litigioſi, ſiue vterque fuerit ignorans, ſiue ſciens rem eſſe litigioſam. Ita Bapiſta à S. Blaſio *de priuil. dotalibus com. 3. n. 29.* & Padilla *in d. auth. res quæ, n. 43.* & conſtat *ex l. fin. in fine, C. de litigioſis*, vbi regulariter, qui rem litigioſam pendente lite alienat ſcienter, & qui accipit ad rem litigioſam ſcienter per aliquem contractum incurrat pœnas *in d. l. fin. ff. de litigioſis* contentas. De hac tamen re latiùs Franciſcus Hieronymus Leo *decis. Valentina 22.* vbi qualiter in præiudicium veri domini rei litigioſæ, ſi poſſea declaretur rem eſſe ſuam, & in præiudicium inſtantium executionem ad diſtrahendum captam poſſint ſuſtineri iſtæ alienationes pro dote factæ.

Si fideicommiſſum ſit conſtitutum à deſcendente, an aſcendens grauatus poſſit bona fideicommiſſi alienare pro conſtituenda dote matri pauperi ipſius deſcendentis, vbi an, & quando bona fideicommiſſi à filio inſtituti, vel filio relicta poſſint alienari pro dote matris volentis ſecundò nubere.

185 Quæſitum decimumſextum: an diſpoſitio *d. auth. res quæ*, quod bona fideicommiſſi poſſint alienari ex cauſa dotis, habeat locum in fideicommiſſo conſtituto à deſcendente, vt aſcendens hæres grauatus onere reſtitutionis poſſit dotis conſtituendæ cauſa alienare bona eiuſdem fideicommiſſi; non poſſe affirmant Padilla *in d. auth. res quæ, n. 67.* Peregr. *d. art. 42. n. 48.* Fuſar. *de fideicom. q. 531. n. 162.* Hodierna *in annot. ad decis. 62. Surdi n. 115.* Angelus Iaſon. *in d. auth. res quæ*, & plures alij à Peregrino, & Fuſario allegati. Quorum fundamentum eſt, quod filius, aut alius deſcendens non tenetur dotare matrem etiam inopem ſecundò nubentem, iuxta latè tradita *ſuprà cap. 5. n. 35.* & Doctores *ibidem* relatus. Quod quidem verum eſt iuxta communem ſententiam quoad matrem pauperem volentem nubere, vel iam nuptam ſine filij conſenſu, vt *d. n. 35.* latè probatur; at verò cum filius diues teneatur dotare matrem inopem de eius conſenſu tranſeuntem ad ſecundas nuptias (*vt d. c. 5. n. 4.* dictum eſt iuxta Doctores communiter) & etiam matrem pauperem iuuenem pulchram in ſtatu viduali expoſitam periculo impudicitiæ iuxta probabiliorem opinionem *d. c. 5. n. 3.* confirmatam, in his duobus caſibus dicendum eſt pro conſtituenda dote matri deſcendentis poſſe, & debere ab aſcendente grauato bona fideicommiſſi alienari, & militant rationes *l. mulier §. cum proponeretur ff. ad Trebell. & d. auth. res quæ*, ſcilicet ratio pudicitiæ matris conſeruandæ, & deſcendentis, ſeu filij votum, præſumptiue voluntas originem trahens ab obligatione; nam ſi viueret, teneretur dotare. Et in poſteriori caſu, quo ſi mater pauper remanens vidua viueret expoſita periculo impudicitiæ, & meretricandi, etiamſi filius ipſe eſſet ab aſcendente grauatus, poſſe (licèt Padilla *d. n. 66.* abſolutè, & indiſtinctè dicat non poſſe filium alienare res ſubiectas reſtitutioni pro conſtituenda dote matri ſuæ) & teneretur ex bonis fideicommiſſi eandem matrem nubere volentem dotare, ſi aliundè mater non poſſet dotari, nec filius haberet alia bona, ex quibus poſſet illi dotem conſtituere, idque ex æquitate *d. auth. res quæ*, & ex veriſimili mente patris teſtatoris fideicommittentis, vt in tali caſu honori proprio, & filij conſulatur, conſtituendo ex bonis fideicommiſſi dotem matri, vt poſſit nubere, & ſic euitare periculum impudicitiæ.

Diſpoſitio Auth. res quæ, *an procedat in deſcendente teſtatoris non adhuc nubili, vt poſſit à fideicommiſſario petere dotem, non expectato tempore aptitudinis ad matrimonium.*

Quæſitum decimumſeptimum: an *d. auth. res quæ, C. comm. de legat.* procedat in fœminis teſtatoris deſcendentibus nondum adhuc nubilibus, vt ipſæ filiæ, ſi illæ ſint grauatæ, poſſint de fideicommiſſo detrahere dotem ante nubilem ætatem, & ſi filius teſtatoris maſculus ſit grauatus, teneatur eidem puellæ nondum nubili ex iiſdem bonis fideicommiſſi aſſignare dotem congruam; an verò detractio de fideicommiſſo pro dote fieri poſſit, & debeat, quando puella erit nubilis. Non poſſe fieri detractionem ante puellæ nubilem ætatem, tradit Petra *de fideic. d. q. 8. n. 495.* cum dos non detur vbi non eſt matrimoniũ, nec tunc poſſit fieri æſtimatio congruæ dotis, quæ pro tẽpore variabit, & quia poteſt puella fieri monialis, quo caſu minor dos requiritur; & quia poſſet puella præmori, quo caſu ceſſaret fauor *d. auth. & ratio §. cum proponeretur, l. mulier ff. ad Trebell.* 186

Sed poſſe, & ad petitionẽ puellæ licèt nondum nubili debere dotem congruã detrahi ex bonis fideicommiſſi, affirmarunt Ruinus *conſ. 116. n. 16. vol. 2.* à Petra relatus, & poſt eundem Ruinum, & Simonem de Pretis *lib. 4. de interpret. vltim. volunt. fol. 438. num. 27.* Oddus *de fideic. quæſt. 40. art. 8.* (vbi *num. 83.* dicit eſſe etiam de mente Bartoli *in d. auth. res quæ*) & à Petra *d. n. 495.* & eodem Oddo probatur ex doctrina eiuſdem Bartoli *in l. quibus diebus, §. Termilius, & in l. Titio centum §. Titio genero ff. de condit. & demonſtr.* vbi tradit, quod quando dos eſt relicta alicui puellæ, debet ſolui ſtatim, non autem expectari, vt nubat. Præterea cum dos hæc loco legitimæ debeatur *d. §. Titio genero*, & conſtat ex traditis *ſuprà cap. 7.* non recipit onus, & dilationem, *leg. quoniam in prioribus, Codic. de inoffic. teſtamen.* & pariter *d. cap. 7.* notatum eſt: eſt etiam dos veluti æs alienum liquidum, vt *n. 99.* notatum eſt, ac proinde debet ſolui ſtatim de fideicommiſſo. Demùm filia eſt alenda de hæreditate ſui patris, & benignius videtur, vt puella interim, donec fiat nubilis, de dote ſua viuat, quàm ab ipſo fideicommiſſario expectet dotem, quæ etiam ante matrimonium eſt vera dos 187

deſtinatione,& habet dotis priuilegia, vt *cap.1.* dictum eſt. Neque ex euentibus futuris incertis eſt retardanda, præſertim vſque ad legitimæ quantiiatem, & quia etiam tunc iuxta temporis qualitatem, & perſonarum, ſcilicet puellæ, & viri æqualis conditionis (cui præſupponi debet eam eſſe nupturam) arbitrio boni viri poteſt taxari, & ſicut dotes ſucceſſu temporis poſſunt minui, ita etiam poſſunt augeri; & ſic ob iſtam incertitudinem nullum poteſt fideicommiſſario inferri incommodum ex eo, quod dos ante puellæ nubilem ætatem ſtatim poſt mortem teſtatoris ex fideicommiſſo detrahatur congrua arbitrio boni viri modo explicato, & ſi filia per ſtatutum non ſit excluſa à legitima, certum eſt, quod illa debetur puellæ ſtatim poſt mortem teſtatoris.

Pro conſtituenda dote fœminis ſterilibus teſtatoris deſcendentibus poſſunt alienari bona fideicommiſſi, iuxta Auth. res quæ.

188 Quæſitum decimumoctauum: An diſpoſitio *d. auth. res quæ*, procedat in fœmina ſterili, & ad procreandum filios inhabili, ſiue ex accidentali morbo, ſiue ex naturali impedimento, aut temperamento, vt pro eius dote poſſint alienari bona fideicommiſſi. Reſpondetur affirmatiuè, ita Baldus *in d. Authent. res quæ, num.15. ibidem.* Iaſon *n.32. verſ. tertiò extendo.* Padilla *num.112. & 113.* & Oddus *de fideicommiſſ. q.40. art.9. num.143. & ſequentibus*: & ratio eſt, quia ſubſtantia matrimonij non pendet ex liberorum procreatione; & licèt fauor publicus ratione procreationis prolis in d. Auth. conſideratus deficiat in muliere ſterili, non tamen deficiunt aliæ rationes, propter quas *in d. auth. res quæ, & in d. §. cum proponeretur, l. mulier, C. ad Treb.* mulieribus quoad dotem illis ex bonis fideicommiſſi conſtituendam conſultum eſt, ſcilicet debitum dotandi officium, & votum, ſeu deſiderium patris, & quia dos filiarum, & deſcendentium teſtatoris eſt veluti æs alienum, & ſuccedit loco legitimæ etiam fœminis ſterilibus, etiam ob impotentiam coeundi non valentibus matrimonium contrahere.

Diſpoſitio Auth. res quæ, *habet locum in filia naturali, & in ſpuria deſcendente teſtatoris, vt pro ipſa dotanda poſſint alienari bona fideicommiſſi, & multò magis in filia legitimata.*

189 Quæſitum decimumnonum: An diſpoſitio *d. Auth. res quæ*, procedat in filiabus, & deſcendentibus teſtatoris naturalibus, vt pro dotibus illarum poſſint alienari bona fideicommiſſo ſubiecta, vbi nec ex bonis ipſarum filiarum, nec aliis bonis liberis poſſit illis conſtitui à fideicommiſſi poſſeſſore. Reſpondetur affirmatiuè, etiamſi aſcendens teſtator fideicommittens prohibuerit alienationem ex cauſa dotis, vt probatum eſt *ſuprà cap.4. num.181.* & præter Doctores ibidem relatos tradunt Padilla *in d. authentic. res quæ, num.63.* Peregrin. *dict. art.42. num.38.* Martha *de ſucceſſ. part.4. quæſt.21. art.10. num.28.* Oddus *d. quæſt.40. art.4. n.77. & 68.* & Hodierna *in annot. ad dec. 61. Surdi, n.114.* Tenetur enim pater etiam iure ciuili dotare filiam illegitimam naturalem, quæ aliunde habere dotem non poteſt, ſaltem vſque ad quantitatem alimentis commenſuratam, vt *d. cap.4. num.176.* ex communi probatum eſt, & quanta debeat eſſe dos filiæ illegitimæ explicatum eſt *ibid. n.178.* Addit Oddus *n. 69.* poſt Albam *conſil.44.* & Pettam *d. quæſt.8. n.464.* Quod ex quo hæc dos datur loco alimentorum, & iuxta alimentorum modum, poſt obitum filiæ debet reſtitui fideicommiſſario, quia alimenta, pro quibus data fuit, finita eſſent vita filiæ finita. Sed an poſt obitum filiæ ſit necne reſtituenda fidicommiſſario, vel tranſeat ad filiæ hæredes, reſoluendum eſt ex traditis *d. c.4. num.186. & ſeqq.*

Præterea idem Oddus *d. art.5. n.65.* dicit, quod cum filiabus ſpuriis pater de iure ciuili non teneatur prouidere de dotibus, in filiabus, & deſcendentibus ſpuriis non procedit diſpoſitio *d. auth. res quæ*, vt pro illis dotandis poſſint bona fideicommiſſi alienari. Verùm cum iuxta ius canonicum in toto orbe Chriſtiano etiam in foro ciuili obſeruandum teneatur dotem pro modò alimentorum filiabus ſpuriis conſtituere iuxta communem ſententiam *ſuprà d. cap.4. num.194.* probatam, diſpoſitio *d. auth. res quæ*, habet locum etiam in filiabus, & deſcendentibus teſtatoris ſpuriis, vt bona à patre, vel auo paterno fideicommiſſo ſubiecta etiam cum prohibitione alienationis ex cauſa dotis poſſint alienari pro conſtituenda illis dote congrua, iuxta modum alimentorum, ſi aliundè non habent, vnde dotem ſibi conſtituant, vt traditum eſt *d. cap.4. n.202. & in tract. de aliment. cap.20. num.1135. & 1136.* & tradunt expreſsè Menochius *de præſumption. lib.4. d. præſumption.189. num.15.* Fuſarius *conſ.23. n.17.* & alij Doctores *d. cap.4. num.181.* allegati, & alij ab eodem Menochio relati. 190

Ex quibus infertur, multò magis ex bonis fideicommiſſi paterni poſſe, & debere conſtitui dotem filiæ naturali, vel filiæ per reſcriptum legitimatæ, vt in terminis poſt Rouit. *conſ.63.* Martha, & Hodierna *locis relatis ſup. n.176.* & conſtat ex traditis *ſup. cap.4. n.211. fine*, vbi probatum eſt filiam naturalem, vel ſpuriam legitimatam à Patre eſſe dotandam, ac ſi eſſet legitima, cum æquiparentur legitimè natis filiis per reſcriptum legitimatis: videatur ibi. 191

Diſpoſitio Auth. res quæ, *an procedat in filia, vel deſcendente teſtatoris hæretica, vel deſcendente Catholica filia hæretici.*

Quæſitum vigeſimum, an diſpoſitio *d. auth. res quæ*, habeat locum in filia, aut deſcendente hæretica, & in deſcendente catholica filia hæretici, cum Pater hæreticus teneatur dotare filiam hæreticam, vt probaui *ſuprà cap.4. n.167.* & multò magis filiam Catholicam, diſpoſitio d. auth. haberet locum in vtraque filia, vt ex bonis à Patre hæretico fideicommiſſo ſubiectis poſſet, & deberet dotari, vt Oddus *d. quæſt.40. art.6.* & catholicæ deberetur legitima, vt idem Oddus *artic.6. fine, argumento l. quiſquis §. ad filias Cod. ad leg. Iul. maieſt.* arguendo à crimine læſæ maieſtatis humanæ ad crimen læſæ maieſtatis diuinæ, de qua re *ſup. cap.6. num.66. & ſeqq.* actum eſt. 192

Quia verò pater Catholicus non tenetur alere filiam hæreticam, quæ à fide defecit pertinacem, vt *d. cap.4. n.163.* dictum eſt, huiuſmodi filiæ dos ex bonis fideicommiſſi paterni non deberetur, neque conſtitui poſſet dos in præiudicium fideicommiſſarij, vt Oddus *d. art.6. n.71. & 72.* 193

Diſpoſitio Auth. res quæ, *procedit in filiabus, & deſcendentibus teſtatoris Iudæi.*

Quæſitum vigeſimumprimum, an diſpoſitio *d. auth. res quæ*, habeat locum in filiabus Iudæorum, vt ex bonis ab aſcendéte Iudæo ſuppoſitis poſſint congruè dotari. Quæſitum ſupponit fideicommiſſa poſſe inter Iudæos conſtitui, quod poſt Baldum *in d. auth. res quæ, ad finem*, Marquardum *de Iudæis p.2. cap.1. num.2.* tradunt Menochius *de præſumpt. lib.4. d. præſumpt.189.* 194

num.

*num.*33. & Oddus *d.q.*40. *art.*7. quia cum Iudæus habeat ius teſtandi,quia Iudæi viuunt ſub legibus Romanorum,vnde & in teſtamentis conficiendis ſeruare debent formam, & diſpoſitionem iuris communis (vt poſt alios *ibidem* notat Menochius) habent etiam ius ſubſtituendi,hoc ſuppoſito reſpondetur diſpoſitionem *dictæ auth.* procedere etiam in filiabus, & deſcendentibus teſtatoris Iudæi, vt Baldus,Menochius, & Oddus *locis allegatis*; tenentur enim Iudæi dotare filias ſuas, & quoad dotationem inter eos ſeruandum eſt ius commune, *vt ſuprà cap.*4.*n.*165. notatum eſt.

Diſpoſitio Auth. res quæ, *vt bona fideicommiſſi alienari poſſint ex cauſa dotis,an habeat locum ſolùm in fideicommiſſis aſcendentium, vt poſſint fideicommiſſa alienari ex cauſa dotis, vel donationis propter nuptias tantùm in fauorem, & vtilitatem deſcendentium rectà linea ab ipſo primo teſtatore, qui fideicommiſſum inſtituit; an verò habeat locum etiam in fideicommiſſis à teſtatore relictis extraneo, vt ex cauſa dotis, vel donationis propter nuptias, vel reſtitutionis dotis pro filiabus, & filiis eiuſdem extranei poſſint alienari, vel ſaltem poſſint ex cauſa dotis, & donationis propter nuptias,* & *reſtitutionis dotis pro ipſa extranea perſona grauata.*

195 Quæſitum vigeſimumſecundum: an diſpoſitio *d. auth. res quæ,C.com.de legatis,* habeat locum non ſolùm in fideicommiſſis ab aſcendentibus in fauorem maſculorum ex eo directè per lineam maſculinam deſcendentium,ſed etiam in fideicommiſſo per teſtatorem relicto perſonæ extraneæ,vt ex bonis fideicommiſſi poſſit filiis, & filiabus eiuſdem extranei grauati conſtitui dos, & donatio propter nuptias,ſi grauatus nulla alia bona, ex quibus dos, vel donatio poſſit conſtitui, habeat. Dixi filiis,& filiabus eiuſdem extranei grauati. Nam ſi ipſe teſtator reliquiſſet filias,vel neptes,quarum legitima non ſufficeret pro congrua dote, certum eſt, quod pro conſtituenda illis congrua dote poſſent, & deberent alienari bona fideicõmiſſi extraneo relicti.Nam ſi in huiuſmodi caſu hæredes ſui à teſtatore cum onere fideicommiſſi inſtituti tenentur ſororem, & ſic filiam teſtatoris dotare de bonis fideicommiſſi, vt eſt expreſſum *in d.auth.res quæ*, licet bona exeant de agnatione, & euantur de manibus ipſorum filiorum teſtatoris, multò magis tenebuntur hæredes extranei, & fideicommiſſarij minùs dilecti teſtatori, quàm filia eius propria.

196 Procedit ergo quæſitum quoad filios,& filias ipſius extranei grauati,& etiam in fideicommiſſo relicto perſonæ extraneæ procedere diſpoſitionem *d.auth.res quæ*, vt pro cõſtituenda dote,vel donatione propter nuptias filiabus, & filiis extranei grauati poſſint bona fideicommiſſi alienari,ſi ex aliis bonis illis non poſſit conſtitui, ſentiunt Gloſſa *in* §. *Quamobrem,auth. de reſtit. & ea quæ parit,vnde illa auth.ſumpta eſt,ibid.* Iacob. de Beluiſo,Socin.Iun. *in l.filiusfamilias,*§. *Diui,ff.de leg.*1. *ibidem* Romuleus, & Franciſc. de Claperiis *cauſa* 2. *q.*4. à Fontanella *de pact. nupt. clauſ.*5. *gloſſ.*1.*p.*2. *n.*5. *&* 6. relatus, idem aſſerentes in fideicommiſſo relicto perſonæ coniunctæ tranſverſali, quæ etiamſi viueret non teneretur dotare. Probatur hæc ſententia ex eo, quod rationes fauoris dotis, & publicæ vtilitatis à Iuſtin.conſideratæ *in d.* §. *Quamobrem,* habent locum tam in fideicommiſſo à teſtatore relicto extraneo, vel tranſverſali, quàm relicto deſcendenti, ac proindè diſpoſitio ibi à Iuſtiniano facta non poteſt reſtringi ad ſolum fideicommiſſum aſcendentium. Neque obſtare videtur,quod *d.auth.*loquatur in liberis teſtatoris fideicommittentis, quia dictum particulare, & reſtrictum ad aliquod genus perſonarum debet extendi virtute rationis generalis,de qua ibi, ſcilicet fauore publicæ vtilitatis, quæ priuatæ præferri debet, vt Bartolus *in l. pater*, §. *fundum*, *ff.de legat.*1.

Communis nihilominus opinio eſt,quod diſpoſitio 197 *d.auth.res quæ*, habeat locum ſolùm in fideicommiſſis conſtitutis ab aſcendentibus, vt ſcilicet bona fideicommiſſi alienari poſſint ex cauſa dotis, & donationis propter nuptias dumtaxat, vbi alienatio fit ex cauſa dotis,donationiſve propter nuptias in fauorem, & vtilitatem deſcendentium rectà linea ab ipſo primo teſtatore,qui fideicommiſſum reliquit,non verò ex cauſa dotis,vel donationis propter nuptias in fauorem filiorum, vel filiarum ab ipſo teſtatore extraneorum, vel eidem teſtatori coniunctorum per tranſverſalem lineam, ſiue ſint coniuncti vinculo cognationis, ſiue agnationis, vbi ipſe teſtator tranſverſalis, ſi viueret, non teneatur dotare. Ita loquentes in fideicommiſſo relicto per teſtatorem extraneo,& nullo modo ei coniuncto, Bartol. *in d.auth. res quæ, n.*5. Baldus *ibid. n.*2. *&* 19. Angelus *in principio*, Salic. *in q.* 2. Caſtrenſis *n.*4. Iaſon *n.*12.*&* 32. Corneus *n.*3. Padilla alios allegans *n.*114.*&* 115. Couarr. *var.reſol.lib.*3.*cap.*6. *n.*10. *verſ.*1. Ludouicus Molina *de primog. lib.*4.*cap.*6. *n.*3. *&* 6. Peregrinus *de fideicommiſſis art.*42. *n.*53. Oddus *quæſt.*38. *art.*1. *& quæſt.*39. *art.*1. Cancerius *variar. tom.*1.*cap.*9.*num.*162. Peguera *deciſ.*116. *num.*1. Rota Romana *deciſ.*433. *num.*3. Mantica *de tacit. & ambig. conuent.lib.*12. *titul.*21. *num.*10. P. Barboſa *in leg. uſufructu* 58. *num.*26. *ff. ſol. matrim.* Faber *lib.* 6. *eodem tit.*23. *defin.*10. Mattha *de ſucceſſ.p.*4.*quæſt.*21. *art.*10. *num.*26. Gaſpar. Ant. Theſ. *in addit. ad deciſ.*192. Antonij Theſauri (vbi dicit ita declaratum, etiamſi ex mente teſtatoris, qui fœminas in defectum maſculorum ad hæreditatem vocauerat, appareret dotem eſſe conſtituendam filiabus, cum nulla ſupereſſent bona, quàm fideicommiſſo ſuppoſita tempore dotium conſtituendarum,) Fontanella *d. p.*2. *d. n.*5. *& num.*7. Hodierna *ad deciſ.*62. Surd. *num.*18.19. *&* 21. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.*531. *num.*114. & alij Iuriſperiti antiqui, & Iuniores communiter ab iiſdem relati, & idem prorſus ſentiunt Doctores, tenentes præfatam diſpoſitionem *d. auth. res quæ*, non procedere in fideicommiſſo relicto coniuncto tranſverſali per teſtatorem, qui ſi viueret, non teneretur dotare. Qui in ſequentibus quæſitis referuntur. Probatur hæc communis ſententia, quia *d. auth. res quæ*, loquitur in liberis, & ſic in deſcendentibus teſtatoris, quod & confirmatur,quia loquitur in fideicommiſſo conſtituto à patre, auo, proauo, vel aliquo ex aſcendentibus grauati,in cuius bonis debetur, vel deberetur legitima grauato,ſi modò decederet ille teſtator, vt ſatis clarè indicat Textus in illis verbis, *ſed ſi legitima*: ergo in cæteris omnibus non deſcendentibus ex teſtatore prohibetur alienatio bonorum fideicommiſſi ex cauſa dotis, & ſic alienari non poſſunt pro dotandis filiabus grauati extranei; quod confirmatur, quia ſpecialia non ſunt multiplicanda, vt Iaſon, Corneus, Caſtrenſis, & Mattha *locis allegatis.* Probatur ſecundò per rationem *in leg. mulier*, §. *cum proponeretur*, *ff. ad Trebell.* (quæ concordat *cum d. auth. res quæ*) ibi *Patris voto congruebat*; ſcilicet quia id voto, ideſt voluntati parentum congruit, & ſic diſpoſitio de dotanda muliere ex bonis fideicommiſſi procedere dicitur ex tacita voluntate fideicommittentis. Quæ verba proindè non poſſunt ad alios referri, quàm ad aſcendentes reſpectu ſuorum deſcendentium. Denique eandem

eandem communem probat ratio *in d. auth. res quæ* conſiderata iuxta tradita *ſup. n.99.* & in præcedentibus ſæpè, ſcilicet quia teſtator fideicommittens, ſi viueret teneretur dotare, quæ non habet locum in dotatione extranearum perſonarum, neque etiam coniunctarum, quibus teſtator non tenebatur dotem conſtituere, neque ſi viueret, teneretur.

198 Præfatam communem Faber *d. def.10. in corpore, & in ſcholio n.4.* limitat ſi fideicommiſſum eſſet relictum extraneo hæredi, vel tranſuerſali ſub conditione, ſi idem hæres grauatus ſine liberis deceſſerit. Hoc enim caſu ait ex tali fidecõmiſſo poſſe conſtitui filio grauati donationem propter nuptias, & addit in hoc inclinaſſe pleroſque ex Dominis ſuis, qui interuenerunt deciſioni, de qua ibi. Probat, quia qui hæredem grauat, *ſi ſine liberis deceſſerit*, illud videtur velle, vt poſſit ille ſibi quærere vxorem, ac proinde vt pro dote poſſit bona ſua obligare, cum alioqui neque vxorem, neque dotem facilè inuenturus ſit, nam qui vult neceſſarium antecedens, vult etiam neceſſarium conſequens; & ita etiam illa ratio voti teſtatoris habet locum, ſi ab extraneo, vel à tranſuerſali taliſtom ſit fideicommiſſum ſub illa conditione *ſi ſine liberis*, æquè ac ſi ab aſcendente. Hanc tamen limitationem reiicit Fontanella *dict. part. 2. num.5.* poſt Gerardum Maynardum *deciſ.21. num.3.* quia inquiunt, ex appoſitione dictæ clauſulæ, ſi extraneus, vel tranſuerſalis hæres grauatus *ſine liberis deceſſerit*, non benè deducitur illa conſequentia, quod teſtator voluerit grauatum ipſum poſſe obligare, vel alienare pro reſtitutione dotis propriæ vxoris aliis bonis ipſi grauato deficientibus, eo quod benè poteſt eſſe, quod extraneus, vel tranſuerſalis, vt frater, vel alius apponat fideicommiſſo eam conditionem, & tamen non concedat fideicommiſſi alienationem, & contra præfatam limitationem à Senatu Sebuſiano fuit iudicatum, vt idem Faber *d. defin.10.* refert.

199 Pro Fabri tamen opinione ſtat Sfortis Oddus (loquens etiam abſolutè in fideicommiſſo ab extraneo, vel tranſuerſali relicto ſine illa conditione, *ſi ſine liberis &c.*) *de fideicommiſ. dict. quæſtione 38. cit. art. prim. n.14.15. & 56. & dict. quæſtione 39. artic. prim. n.8. & duobus ſequentibus*, licet enim Oddus in dictis articulis ſequatur ſententiam communem, quando agitur de conſtituenda dote, vel donatione propter nuptias filiabus, vel filiis ipſius extranei grauati, & de obligatione bonorum fideicommiſſi pro reſtitutione dotis vxoris filij eiuſdem grauati extranei, ſi tamen agatur de dote ipſiuſmet hæredis grauati, puta ſi ſit inſtituta aliqua puella extranea, quæ vult ſeipſam dotare congruè, & non poteſt, niſi de bonis fideicommiſſi, quo grauata fuit, alienet, vel ſi inſtitutus fuit adoleſcens extraneus, qui non poteſt condecentem vxorem ducere, niſi pro reſtitutione dotis, quam reperit honorificam conditioni ſuæ, obliget de bonis fideicommiſſi, quo fuit grauatus, in his caſibus puellam teſtatori extraneam poſſe ſeipſam dotare de bonis fideicommiſſi, & adoleſcentem pariter teſtatori extraneum poſſe facere vxori ſuæ donationem propter nuptias de bonis fideicommiſſi, vel eadem bona fideicommiſſi, quo fuit grauatus, obligare pro reſtitutione dotis, affirmat Oddus prædictis locis, ſequutus in his caſibus Gloſſam, Iacobum de Beluiſio, Socin. Ion. & Romuleum *locis ſuprà n.192. allegat.* & hanc ſententiam approbat etiam Fuſarius *d. q.531. n.103. verſ. non omitto*, addens in his terminis videri locutos Gloſſam, & alios iuriſperitos *ſup. n.193.* relatos: probat Oddus *d. q.30. d. a.16.* quia ratio fauoris matrimonij, & publicæ vtilitatis conſiderata à Iuſtiniano *in d. auth. res quæ*, æquè militat in iſtis hæredibus extraneis grauatis, ſicut in ſuis, vnde licèt ceſſet ratio voti paterni, tamen altera ſufficit *§. affinitatis. Inſtituta de nuptiis, eodem art.1. dicta quæſt.38. n.15. & d. art.1. quæſt.39. n.9.* & probat idem Oddus per rationem *d. l. mulier, §. cum proponeretur, ff. ad Trebell.* ibi, *& mulieris pudicitia*: etſi enim (inquit) ratio voti patris non conueniat hæredi extraneæ, tamen ratio pudicitiæ mulieris ita conuenit hæredi extraneæ, ſicut ſuæ, & magis vrget in propoſito, quam voluntas ipſius Teſtatoris. Quamquam (ſubdit idem Oddus *d. q.39. n.10.*) attento etiam voto Teſtatoris idem iuris eſſe debeat, quia non creditur Teſtator voluiſſe ſuum hæredem, vel maſculum, vel fœminam potius debere mendicare, quàm de fideicommiſſo alienari. Per quæ concludit *d. n.10.* Oddus ſibi videri veriſſimam hanc ſententiam, & menti Teſtatoris, & fauori dotis congruam.

Verum ſi præfatæ rationes vrgent in ipſa perſona extranea hæredi inſtituta, & grauata vt de bonis fideicommiſſi aliis non extantibus, poſſit ſibi dotem, vel donationem propter nuptias conſtituere, vel illa obligare pro reſtitutione dotis ſuæ vxoris, non video, cur non vrgeant etiam in filiabus, & filiis ipſiuſmet extranei grauati, vt ex cauſa dotis, vel donationis propter nuptias illis conſtituendæ, vel dotis reſtituendæ poſſint fideicommiſſi bona alienari vel obligari: & quidem quoad rationem fauoris matrimonij, & publici boni videtur manifeſtum: ratio etiam illa præſumptæ voluntatis Teſtatoris eodem modo applicatur filiabus filiiſque grauati, vt ſicut Teſtator extraneus non creditur voluiſſe ſuum hæredem maſculum, vel fœminam mendicare potius, quam de fideicommiſſo alienari, ita etiam non debeat credi, quod voluerit filios & filias eiuſdem grauati tam à ſe dilecti potius debere mendicare, quam de fideicommiſſo alienari, cum dilectio erga Patrem extendatur etiam ad filios, vtpote Patris partes. Vnde rueret omninò opinio communis *n.194.* ſtabilita. Non videtur ergo de rigore iuris recedendum à prædicta communi, etiam in caſu in quo ageretur de conſtituenda dote, vel donatione propter nuptias ipſimet perſonæ extraneæ, vel tranſuerſali grauatæ de bonis fideicommiſſi, idque probant quoque rationes *d. n.194.* adductæ ad eandem probandam communem, quæ procedunt etiam in ipſamet perſona extranea, ſicut in eiuſdem perſonæ grauatæ filiis, & filiabus. An verò reſtitutio dotis traditæ marito grauato fieri poſſit ex bonis fideicommiſſi à tranſuerſali conſtituti, agitur infrà *n.282. & 284.* 200

Procedit verò d. communis in ſimplici, & abſoluto fideicommiſſo relicto extraneo. Nam ſi quis eſſet extraneus grauatus, ſeu rogatus reſtituere quod ſupererit in hæreditate (quo caſu iuxta *auth. contra rogatus C. ad Trebell.* poteſt alienare vſque ad dodrantem excluſiuè, & aliam quartam partem teneretur reſeruare fideicommiſſario, vt Doctor. communiter *in d. auth. contra rogatus*, Doctores, qui mox allegantur, & alij communiter, quos allegant, & ſequuntur Menoch. *de præſ. lib.4. præſ.188.* & Matth. *de ſucceſſion. p.4. q.21. art.10. n.83. & 84. & d. auth. contra rogatus*, procedere etiam in fideicommiſſo extranei, poſt Caſtrenſem ibi *fine*, & alios notat Peregrinus) poſſe eandem quartam fideicommiſſario reſeruatam alienare pro dotandis filiabus, & pro conſtituenda donatione propter nuptias, vt tradunt poſt alios Menoch. *d. præſ.188. n.21.* Peregrin. *d. art.42. num.53.* & Fuſarius *dict. quæſt.531. num.115.* & alij à Martha *dicto articulo decimo, num.20. & 21.* relati, & probat Menochius *in dicto num.21. ex lege Titius, paragrapho ergo nobis, verſiculo & ſi quidem aut dotem, Codice ad Trebell.* & Peregrinus: vtrum verò procedat ſolum pro conſtituenda dote, vel donatione propter nuptias pro filiabus & filiis eiuſdem extranei grauati, an verò etiam pro dotandis aliis filiabus eidem grauato extraneis, procedere etiam pro conſtituenda fœminæ extraneæ, pauperi tamen, & non 201

aliàs

alias tradunt Corneus *conſ.242.n.10.lib.4.* Menochius *dict. num.* 21. & alij à Mattha *dict. art.*10. *num.*21. allegati, & idem videtur ſentire Peregrin. poſt Caſtrenſem *in dicta authentica contra regatus, in fine.* At Mattha *dict. art.*10. *num.*22. tenet contrarium, dicens, quod quidem per extraneum grauatum reſtituere quod ſupererit, poſſunt quidem alienari bona fideicommiſſi pro dotandis ſuis filiabus, ſed non pro dotandis filiabus eidem extraneo extraneis. Qui plura ad id probandum adducit apud ipſum videnda; poſſe verò eundem grauatum alienare bona fideicommiſſi, non ſolum pro dote conſtituenda, ſed etiam pro reſtituenda, tradunt *locis citatis* Menochius, & Peregrinus poſt Bartolum *in dict. Authent. de reſtitut. & ea quæ parit, n.*6.

Diſpoſitio dictæ Authenticæ res quæ, Codice commun. de legatis, *an habeat locum in fideicommiſſo tranſverſals per fratrem, vel patruum relicto fratri, vel patruo, vt bona fideicommiſſi poſſit pater, vel ſobrinus grauatus alienare pro dote ſororis, vel ſobrinæ.*

202 Quæſitum vigeſimumtertium, an diſpoſitio *d. auth. res quæ, C. comm. de legatis,* habeat locum in fideicommiſſo collateralium, ſeu tranſverſalium per fratrem, aut patruum, aut collateralem relicto fratri vel ſobrino, aut alteri tranſverſali, vt ex alienatione bonorum eiuſdem fideicommiſſi poſſit eo fideicommiſſo grauatus conſtituere dotem, vel donationem propter nuptias, vel eadem obligare pro dote reſtituenda pro ſorore, vel ſobrina, & pro filiabus, & filiis ſuis, vbi illi deficiant alia bona, ſententiam affirmatiuam tenent Gloſ. & alij Doctor. *ſup. n.*193. relati per rationes *ibid.* adductas.

203 At vbi collateralis Teſtator fideicommittens non tenebatur dotare fœminas, nec teneretur, ſi viueret, communis ſententia eſt, quod non poſſint alienari à grauato bona eiuſdem fideicommiſſi ex cauſa dotis in fauorem, & vtilitatem fœminarũ, vel maſculorum non deſcendentium per lineam rectam ab ipſo teſtatore, qui fideicommiſſum tranſverſali reliquit. Ita Bartolus, Baldus, Angelus, Salicetus, Caſtrenſis, Iaſon, Couarruuias, Peguera, Cancerius, Molina, Mantica, Barboſa, Hodierna, Fontanella *locis ſup. n.*194. allegatis, Peregrin. *d. art.*42.*n.*49. Menoch. *de præſ. l.*4.*præſ.*189.*n.*39. & 40. Padilla *in d. auth. res quæ, num.*62.& 114. Oddus *d. q.*38.*art.*3.*n.*58.& *n.*41. Mattha *de ſucceſſ. p.*4. *q.*21. *art.*10 *n.*12. Fuſar. *de ſubſtit. q.*531.*n* 95. & *conſil.*36.*n.*9. Caluinus *de æquitate lib.*1.*c.*90 *n.*58. & innumeri alij ab iiſdem allegati, præſertim ab Oddo, Menochio, Hodierna, & Fuſario. Et hanc communem probant rationes *ſupr. n.*194. adductæ ad probandum diſpoſitionẽ *d. auth. res quæ,* procedere ſolum in fideicõmiſſis ab aſcendentibus conſtitutis, vt ſcilicet bona fideicommiſſi poſſint alienari tantũ ex cauſa dotis, vel donationis propter nuptias, & pro reſtituẽda dote in fauorẽ, & vtilitatẽ deſcendentiũ recta linea à teſtatore ipſo primo, qui fideicommiſſũ inſtituit, & hic nihil aliud addendũ traditis *d. n.*194.& *trib. ſeq.* ſed explicandi ſunt caſus in quibus collateralis grauatus poteſt, & tenetur dotare ſororem vel ſobrinam ex bonis fideicõmiſſi ratione obligationis originẽ ab ipſo Teſtatore habentis.

204 Igitur primus eſt, ſi ex conſuetudine, vel ex ſtatuto fœminæ excludantur ab vniuerſali ſucceſſione, & fratres, ſeu maſculi tantũ ſuccedũt in tota hæreditate, quo caſu teneãtur maſculi dotare ſorores, vel neptes excluſas (vt probatũ eſt *ſup. c.*6.*n.*35.& 36. & etiam ſi ſorores bona materna, vel alia, ex quibus ſe poſſent dotare, *vt eod. c.*26.*n.*39. notatũ eſt) hoc caſu ſi frater conſtituit fideicommiſſum in illis bonis, poterunt eadem bona à fratre fideicõmiſſo ſubiecta alienari pro donanda dote ſorori excluſæ, ita poſt alios Menoch. *de præſ. lib.*4 *d. præſ.*189.*n.*42. Peregr. *d. art.*42.*n.*50. Odd. *d. q.*38. *art.*3. *n.*42. Marth. *de ſucceſſ. p.*4.*q.*21. *art.*10.*n.*12. Hodiern. *in annot. ad dec.*62. Surd. *n.*18. & Fuſar. *de ſubſtit. q.*531. *n.*99. Cum enim frater Teſtator vigore conſuetudinis, vel ſtatuti teneatur dotare ſororem excluſam, bona fideicommiſſi ab eo relicti poſſunt, & debent per communem fratrem grauatũ alienari pro cõſtituenda dote ſorori communi, quia frater Teſtator per fideicõmiſſum non potuit ſua bona eximere ab illa obligatione dotandi ſororem, & ſic etiamſi ſoror ipſa fuiſſet à fratre hæres inſtituta, & grauata fideicõmiſſo, poſſet ſe dotare ex eiſdem bonis fideicõmiſſi, vt Peregr. *d. n.*50. Et licèt ſororem inopẽ non habentem aliunde, mater diues teneatur filiã dotare & non frater, licet & ipſe eſſet diues [vt *ſup. c.*5.*n.*18. probatũ eſt] in hoc tamen caſu obligationis dotandi vigore ſtatuti, ſoror etſi haberet matrem diuitem, vel haberet bona materna, eſt dotanda à fratre grauato ex bonis fideicõmiſſi, ſicut etiã tenebatur frater teſtator, qui reliquit fideicõmiſſum, ita Mart. *d. art.*10.*n.*18. & ſic ipſa ſoror etiamſi eſſet grauata, nõ obſtante matre diuite, vel poſſeſſione bonorum maternorum, poſſet ſe dotare ex bonis fideicommiſſi.

Quin etiã in hoc caſu etiamſi frater à fratre graua- 205
tus haberet bona propria ex quibus poſſet dotem dare ſorori, adhuc poteſt alienare de bonis fideicommiſſo ſubiectis ab altero fratre pro portione fratris defuncti, vt ſorori dotem conſtituat; quia onus hoc dotandi eſt cõmune vtrique, neque præſumitur frater defũctus omnia bona ſua fideicõmiſſo ſupponere voluiſſe, ſororemque à dote ſibi debita vigore ſtatuti excludere, vt expreſsè Menoch. *d. n.*42. *verſ. quia ſanè.* Mattha *d. art.*10. *n.*18. Oddus *d. art.*3.*n.*43. & Fuſar. *d. q.*531.*n.*101.

Alter caſus eſt, ſecluſo ſtatuto, ſi ſoror ſit inops, quæ 206
aliundè non poſſit dotari, quia nõ adſunt bona paterna, neque habet matrem, aut alium aſcendentem per lineam maternam diuitem idoneam illam dotare, in hoc enim caſu quoque bona fideicommiſſo ab alio fratre defuncto ſibi relicta poſſe fratrem grauatum alienare pro ſorore inope vtrinque vel ex parte patris coniunctâ dotanda tradunt communiter Doctores. Ita Petra *de fideicom. d. q.*8. *n.*412. Menochius *d. præſumpt.*189. *n.*41. Peregrinus *d. n.*50. Oddus *d. art.*3. *n.*44. & *ſeqq.* Mattha *d. art.*10. *n.*14. Fuſarius *d. q.*531.*n.*100. Stephan. Gratian. *tom.*1. *diſceptat. for. c.*65.*n.*11. & plurimi alij relati à Menochio, & Oddo. Et ratio eſt, quia fratres diuites ex neceſſitate legis tenentur dotare ſororem inopem [quæ aliundè non poteſt habere dotem] vtrinque coniunctam, vel ſaltem ex parte Patris coniunctam, *vt ſuprà cap* 5. *num.*51. probatum eſt, & hoc etiam caſu licèt frater grauatus haberet bona propria, tamen pro portione dotis ex fratre defuncto debitæ poterit alienare bona fideicommiſſi pro dotanda eadem ſorore communi, cum onus dotandi eandem ſororem pauperem communem vtrinque vel ex parte Patris ſit commune vtrique fratri, *vt ſup. c.*5.*n.*57. notatũ eſt, & ita frater defunctus non præſumitur, nec potuit voluiſſe bona ita eſſe fideicommiſſo ſubiecta, vt non poſſent alienari pro cauſa cõſtituendæ dotis ſorori prò ſua portione, quam ſi viueret, teneretur præſtare, ita Menoch. *d. præſump.*189.*n.*42. *verſ. quam ſanè.* Fuſar. *d. n.*101. & notaui etiam *ſup. d. c.*5 *n.*55.& 65. *in tract. de aliment. c.*8.*n.*549. ſuppoſita etiam ſententia, quod frater vt frater teneatur dotare ſororem vterinam pauperem, quæ aliunde nõ poſſet dotari [quæ ſententia *ſup. c.*5.*n.*62.& *in d. tract. de alim. c.*8.*n.*544. probatur] pro eadem ſorore dotãda poſſent pariter bona fideicõmiſſi à fratre relicti alteri fratri alienari pro eadem portione dotis quam ſi frater defũctus viueret, teneretur præſtare, ſecus ſuppoſitæ contraria ſententia magis communi

(de qua *d. cap. 5. num. 61. & d. tract. de alimentis, cap. 8. n. 542.*) vt etiam *ſuprà d. cap. n. 66.* notatum eſt. Si etiam frater reliquiſſet fideicommiſſum ſorori, ex hoc fideicommiſſo, ſicut ex relicto alteri fratri, dos eſſet conſtituenda ſorori communi vtrinque, vel ex parte patris coniunctæ aliundè non habente, cum militet eadem ratio obligationis ex parte fratris teſtatoris, & etiam ex parte ſororis fideicommiſſariæ.

207 Vnde quæ de fratribus dicta ſunt de obligatione dotandi ſororem pauperem quæ aliundè non poteſt habere dotem, & quod pro eadem dote conſtituenda ſorori communi vtrinque, vel ex parte patris coniunctæ alienari poſſunt bona fideicommiſſi à fratre alteri fratri relicto, etiam in ſororibus diuitibus, reſpectu ſororis pauperis, quæ aliundè nequeat dotem habere (vt expreſsè notat Mattha *d. art. 10. n. 18.*) vt ex alienatione fideicommiſſi à ſorore diuite alteri ſorori relicti poſſit ſoror grauata dotare præfatam ſororem pauperem vtrinque, vel ex parte patris coniunctam, quæ aliundè non poſſet dotem habere, probat Mattha, quia appellatione fratris continetur ſoror, *l. tres fratres, ff. de pactis.* Sed potior ratio eſt, quod ſoror diues, vt ſoror obligatur alere fratres, & ſorores pauperes, vbi aliundè non poſſunt alimenta habere, vt notaui *in tract. de alim. cap. 8. n. 492. verſ. probatur à Doctoribus, & n. 502.* & tradunt communiter Doctores *d. n. 492. & præcedenti 491. & d. n. 502.* & conſtat *ex l. mutus, ff. de iur. dot. & ex l. quamuis, ff. ſolut. matrim.* & quia ratio æquitatis naturalis, charitatis, & coniunctionis ſanguinis, ac pietatis, ob quam frater diues debet alere fratrẽ, & ſororem inopem, æqualiter militat in ſorore diuite erga fratres, & ſorores pauperes, ac in fratre diuite erga fratres, & ſorores pauperes, vt aliis relatis probaui *d. cap. 8. allegato num. 502.* & ſic etiam tenetur dotare eandem ſororem pauperem, cum dos ſit æquè fauorabilis, ac alimenta; imò magis fauorabilis ob cauſam procreandæ prolis, & tuendæ pudicitiæ mulieris, vt aliis relatis probatum eſt *d. cap. 8. n. 536.* & ex ibi traditis de obligatione fratris diuitis, vt fratris dotandi ſororem pauperem, quæ aliundè dotem habere non poteſt, hoc idem confirmatur.

208 Suppoſita etiam ſententia, quod patruus, & auunculus diues teneatur alere, & dotare ſobrinam, ſeu neptem ex fratre, vel ſorore pauperem, quæ aliundè alimenta, & dotem non poteſt habere (quam ſententiam alios allegans latè probaui *ſuprà cap. 5. num. 96. & 97.* & *in tract. de alim. d. cap. 8. n. 580. & n. 585.*) etiam ex alienatione bonorum fideicommiſſi à patruo, vel auunculo relicti alteri collaterali, putà ſuo fratri, vel ſobrino, poterit grauatus dotem eidem ſobrinæ, vel nepti teſtatoris conſtituere: quod illa ſententia ſuppoſita eſt certum, ſi ante obitum patrui, vel auunculi teſtatoris ſobrina, vel neptis erat pauper, & in neceſſitate conſtituta, *vt ſuprà cap. 6. num. 32. 33. & 34.* Et quamuis neget Rota Rom. *deciſ. 408. n. 13. p. 5. diuerſ. d. n. 34.* relata, ſi paupertas, ſeu neceſſitas ſobrinæ, vel nepti ſuperuenerit poſt obitum patrui, & auunculi teſtatoris, tamen *eod. cap. 6. d. n. 34. verſus finem*, probaui ex bonis eiuſdem fideicommiſſi à patre, vel auunculo relicti poſſe, & debere conſtitui dotem etiam ſobrinæ, & nepti, cui paupertas, & neceſſitas ſuperuenit poſt obitum patrui, vel auunculi fideicommittentis, & ad ibi tradita recurrat lector. Et quod dictum eſt de patruo, vel auunculo, idem dicendum de amita matris ſorore diuite, & etiam de ſobrina diuite reſpectu neptis ex ſorore, vel ſobrina, quæ ſint pauperes, nec aliundè poſſint habere dotem, cum militet eadem ratio, quæ in patruo, & auunculo, iuxta tradita *d. cap. 5. n. 96. & 97. & de alim. d. cap. 8. n. 580. & 585.*

209 Et prædicta quoad fideicommiſſum tranſverſalium conſtitutum tranſverſali, qui tenebatur dotare, vel ſi viueret, teneretur: quod ſi factum ſit ab eo, qui non tenebatur dotare, & eſſet cum ſola prohibitione alienandi bona extra familiam; tunc enim frater grauatus, & ſolum prohibitus alienare bona extra familiam, poſſet, ſi vellet ex præfatis bonis dotare ſororem, quia dotando ſororem non dicitur alienare extra familiam, *l. voluntas, C. de fideicomm.* vbi Baldus, & alij. Ita alios allegantes Oddus *de fideicomm. q. 38. art. 3. n. 47. & ſeq.* Fuſar. *d. q. 531. n. 103.* de quo plura alia Oddus *n. 49. & ſeqq.* apud ipſum videnda.

Bona à matre, vel ab auo, aut proauo materno ſubiecta fideicommiſſo an, & quando alienari poſſint pro dote filiæ, vel neptis, vel proneptis matris, vel aui fideicommittentis; & an etiam poſſint obligari pro reſtituenda dote vxoris filij, vel nepotis eiuſdem fideicommittentis.

Quæſitum vigeſimumquartum: an diſpoſitio *auth. res quæ*, habeat locum in fideicommiſſo conſtituto à matre, vel auo, aut proauo materno, vt eiuſdem fideicommiſſi bona alienari, vel obligari poſſint cauſa dotis conſtituendæ filiæ, vel nepti, aut pronepti, aliúve deſcendenti ipſius teſtatoris fideicommittentis. Dixi *cauſa dotis*, quia cum mater, vel auus maternus, ſcilicet pater matris hodie teneatur ad legitimam filiis, vel nepotibus ſuis relinquendam, non minùs quàm pater, vel auus paternus, *§. aliud quoque capitulum, auth. vt cum, de appellatione cognoſc.* certum eſt quod huiuſmodi legitima, ſi non fuiſſet filiis, & neptibus à matre, vel aſcendente materno relicta filiis, & neptibus in caſu, in quo illis debetur, foret detrahenda ex bonis fideicommiſſi à matre, vel aſcendente materno relicto filiæ, vel nepti. Difficultas ergo eſt, an bona fideicommiſſi conſtituti à matre vel alio aſcendente materno poſſint alienari ex cauſa dotis conſtituendæ fœminis deſcedentibus ab eis, quando non habent vnde aliàs congruè ſe dotent. Pro reſolutione, 210

Supponendum id, quod dictum *ſuprà cap. 5. n. 6. 7. 8. & 12.* ſcilicet quod mater regulariter non tenetur dotare filiam legitimam, & naturalem, ſed pater ipſe, vel in eius defectum auus, proauus, & quivis alius aſcendens paternus diues tenetur neptem, vel proneptem dotare, & ita ſi pater ſit diues, vel ſi ſit defunctus & reliquerit bona, ex quibus, ſeu ex legitima patris poſſit congruè filia dotari, vel in defectum patris auus paternus, aut alius aſcendens per lineam paternam, ſeu maſculinam, eorumve hæres ſit idoneus ad filiam, vel neptem, aut proneptem dotandam; mater, etſi diues, non tenetur dotare filiam, ſicut etiam non tenetur mater dotare filiam diuitem habentem bona propria, ex quibus poſſit ſe congruè dotare, vt *eod. cap. 5. n. 13.* notatum eſt, neque filiam iam nuptam, vt *eodem cap. 5. num. 14.* probatum eſt. 211

Præterea aduertendum, quod *eod. cap. 5. num. 16.* ex communi ſententia firmatum eſt, nempe quod quando pater inops eſt, vel mortuo patre filia remanet inops, neque ex legitima patris poteſt ſe congruè dotare, neque alius aſcendens ex linea paterna, eiuſve hæres, ad quam alias de iure ſpectat, exiſtat, ſiue idoneus, ſeu poſſit dotem conſtituere, mater ipſa diues, & habens idoneas facultates, obligatur in ſubſidium, & cogitur filiam dotare. 212

Aduertendum quoque, quod traditum eſt *eod. cap. 5. num. 38. & 41.* ſcilicet quod auus maternus, & auia materna, & cæteri aſcendentes per lineam maternam non tenentur dotare neptem, vel proneptem legitimam, & naturalem, niſi in caſibus, in quibus mater ipſa non tenetur, 213

tenetur, & etiam quando mater ipſa eſt diues, & poteſt filiam dotare, vel ipſa neptis vel proneptis eſt diues habens bona propria, ex quibus ſe poteſt congruè dotare. Quare auus maternus, vel auia materna, & cæteri aſcendentes per lineam maternam non obligantur dotare neptem ex filio, vel proneptem legitimam, & naturalem, quando pater, vel auus paternus, cæterique per lineam virilem aſcendentes diuites ſunt, & poſſunt neptibus, vel proneptibus dotem conſtituere, vel reliquerunt hæredes, qui ex bonis hæreditariis poſſint dotare, neque quando mater ipſa eſt diues, vel ipſa neptis, aut proneptis, vel iam eſt nupta.

214 At ſi pater neptis ſit inops, vel mortuus non relictis bonis, & hæredibus, nec alius ex linea virili aſcendens dotare poſſit, & neptis, vel proneptis ſit pauper, & etiam ipſa mater ſit inhabilis ad dotandum, tunc auus maternus vel auia materna diues, & alius aſcendens per lineam maternam pariter diues tenetur in ſubſidium dotare neptem, vel proneptem legitimam & naturalem ex filia, vel ex filia filiæ, vt probatum eſt *d. cap. 5. n. 39. & 42.* prædictis prænotatis.

215 Primò ſi fideicommiſſum ſit conſtitutum à matre, & relictum filiæ, fideicommiſſi bona non poterunt alienari pro conſtituenda dote filiæ in omnibus caſibus, in quibus mater ipſa non erat obligata filiam dotare, nec teneretur, ſi viueret; quia ſcilicet vel ipſa filia ex legitima, vel aliis bonis propriis ſe poteſt congruè dotare, vel pater filiæ, illiuſve hæredes, vel auus, aut proauus paternus, eiuſve hæres poteſt dotare. Ita poſt alios Menochius *de præſumption. lib. 4. præſumption. 189. num. 26.* Peregrinus *dict. art. 42. num. 45.* Oddus *de fideicommiſſ. quæſt. 38. art. 2. num. 31.* Fuſarius *de ſubſtit. quæſt. 531. num. 104.* Martha *de ſucceſſ. part. 4. quæſt. 21. art. 10. num. 33.* & Stephanus Gratianus *diſcept. for. tom. 2. c. 331.* ceſſant enim in huiuſmodi caſibus omnes rationes, *de quibus in §. cum proponeretur, leg. mulier, ff. ad Trebellian. & in dict. authent. res quæ,* ſcilicet deſiderium, & veriſimilis voluntas teſtatricis, cum ceſſet in ea obligatio dotandi, ſicut etiam ceſſat fauor dotis, & publici boni, cum aliundè filia poſſit, & debeat dotari.

216 Secundò idem eſt, ſi fideicommiſſum fuerit conſtitutum ab auo, vel proauo materno (ſcilicet à Patre, qui filiam grauauit, vel ab aliquo aſcendente eiuſdem Patris, vel à Patre matris filiæ ab eodem inſtitutæ hærede, & grauatæ fideicommiſſo, vel ab aliquo alio illius aſcendente) ex huiuſmodi fideicommiſſi bonis non poterit conſtitui dos nepti, vel pronepti, ſi ipſa ſit diues, vel eius mater poſſit eam dotare, & multò magis ſi ab ipſo Patre, eiuſve hærede, vel auo paterno, eiuſve hærede (ad quod primò onus dotandi ſpectat) dos illi congrua conſtitui poſſit, ita Menochius *dict. præſ. 189. num. 36.* Peregrin. *d. num. 5.* Oddus *dict. num. 31.* Fuſarius *d. quæſt. 531. num. 105.* Bartolus, & communiter alij ſcribentes *in d. authent. res quæ,* & alij plurimi à Fuſario relati. Quia etiam in hoc caſu ceſſant rationes deſiderij, & veriſimilis voluntatis teſtatoris, & fauoris dotis, ac publici boni.

217 Tertiò bona materna à matre ſubiecta fideicommiſſo filiæ, vel filio relicta poſſunt alienari prò conſtituenda congrua dote filiæ pauperi, quæ aliundè neque ex bonis maternis, auive paterni, neque ex propriis bonis dotem habere poſſet. Ita Bartolus, Baldus, Curtius, & alij communiter ſcribentes *in d. auth. res quæ,* Padilla *ibidem num. 61.* Menochius *d. præſumpt. 182. n. 28. & 32. verſ. illud autem, & de arbitr. caſ. 460. num. 7.* Peregrinus *d. n. 45.* Oddus *d. articulo ſecund. num. 28. 29. & 30.* Martha *d. art. 10. num. 33.* Fuſarius *d. quæſt. 531. num. 106.* Stephanus Gratianus *dict. cap. 331. per totum,* Fontanella *de pact. nupt. clauſ. 5. gloſſa prim. part. ſecund. num. 4. & 118.* & alij plurimi à Fuſario relati.

Ratio eſt, quia mater diues tenetur dotare filiam in ſubſidium, ſcilicet quando neque ex bonis paternis, vel alterius aſcendentis per lineam virilem non poteſt dotem habere, & etiam ipſa filia caret bonis propriis, iuxta communem ſententiam latè *ſuprà dict. cap. 5. num. 16.* probatam. Quare in hoc caſu militant omnes rationes conſideratæ *in dict. §. cum proponeretur, & in dict. authent. res quæ,* ſcilicet ratio pudicitiæ, obligatio, deſiderium, veriſimilis voluntas teſtatricis, & dotis ac publicæ vtilitatis verſantis circa dotes mulierum, & ſicut filia grauata à matre quando aliunde non poteſt illam habere, poteſt ſibi dotem conſtituere in bonis fideicommiſſi materni, ita & poteſt conſtituere propriæ filiæ, quæ pariter aliundè non poſſet dotem habere, neque ex bonis paternis, neque ex bonis ipſius matris ſuæ, quæ alia bona præter fideicommiſſaria materna non haberet. Quia non ſolùm in ipſa filia grauata, ſed etiam in filia eiuſdem grauatæ militant ſupradictæ rationes, præſertim ratio pudicitiæ, quia impudicitia filiarum deturpat honorem matris, vnde ſicut mater grauans filiam præſumitur velle, vt ſua bona poſſint alienari pro dote ipſius filiæ grauatæ, quæ aliundè non poſſit illam habere propter illius pudicitiam conſeruandam, ita etiam præſumitur velle, vt eadem bona poſſint alienari ad conſtituendam dotem nepti ex filia grauata, vbi aliundè non poſſet omninò habere: & ita ſentiunt Bartolus, Baldus, Curtius Iun. *in dict. authent. res quæ, ibidem,* Padilla *num. 59. & 60.* Menochius *dict. præſumpt. 189. num. 30. verſ. illud, & verſ. & idem, & num. 31.* Oddus *dict. art. 2. num. 31.* & alij communiter à Menochio, & Padilla allegati, loquentes in fideicommiſſo relicto ab auo materno filiæ, quidquid ſecus teneant nonnulli alij à Menochio *d. n. 30. initio,* & ab Oddo *quæſt. 39. art 2. num. 22. allegati.*

Ob quas rationes eadem bona fideicommiſſi materni poſſe alienari, & obligari etiam pro reſtituenda dote vxori filij, & filius aliter non poſſit vxorem reddere ſecuram de dotis reſtitutione, eueniente caſu reſtitutionis, & ſine tali obligatione ſuper bonis maternis non poſſit filius inuenire vxorem. Ita Peregrinus *dict. art. 42. num. 46.* Stephanus Gratianus *d. cap. 331. n. 4. cum pluribus ſequentibus vſque ad finem,* Fontan. *d. n. 4. & dicto num. 118.* Martha *dict. art. 10. num. 30.* & Rota Romana à Gratiano *dict. num. 4.* allegata. Quia in hoc caſu habet locum ratio principalis *dict. authent. res quæ,* ſcilicet præſumpta, ſeu veriſimilis voluntas matris fideicommittentis, quod bona eius poſſent obligari pro dote vxoris filij pauperis reſtituenda, vt idem filius vxorem cum dote inuenire valeat, & etiam publica vtilitas, & fauor dotis, ſcilicet conſeruatio, & reſtitutio dotis, de quibus latius idem Gratian. *& infr. n. 284. & 285.* 218

Cum verò prędicta fundentur in obligatione matris fideicommittentis, ſi adeſſent bona paterna fideicommiſſo ſubiecta, & bona materna pariter fideicommiſſo ſuppoſita pro dote filiæ inopis, priùs erunt alienanda bona paterna, quàm materna, vt Ruinus *conſil. 199. volum. prim.* Peregrinus contra Petram *dict. art. 42. num. 47.* & Fuſarius *dict. quæſt. 53. n. 113.* 219

Quod intelligendum ſi mater erat Catholica, nam ſi mater fideicommittens fuerit Iudæa, quæ (ſi pater ſeu maritus ſit Catholicus, & ad fidem conuerſus) tenetur dotem conſtituere filiæ Catholicæ, tametſi pater eſſet diues, iuxta ſententiam *ſup. c. 5. n. 28.* approbatã, pro dote filiæ non bona paterna, ſed materna eſſent alienanda, & vniuerſaliter ex bonis fideicõmiſſi à matre Iudęa relicti dotanda eſſet filia catholica, vbi pariter pater eſſet catholicus, licet extarent bona paterna vel aui paterni, ex quibus poſſet dotari, ſecus autem dicendũ eſſet ſuppoſita ſententia Cordubæ, Ripæ, & Socini (quos *d. c. 5.* 220

*eod.num.*28. *initio allegati*, & ſequitur Fuſar. *d.q.*531. *num.*111.) aſſerentium matrem Iudæam ſolùm in ſubſidium teneri dotare filiam, ſcilicet quando pater eſt inops; ea enim ſententia ſuppoſita, nec bona fideicommiſſi à matre Iudæa relicta eſſent alienanda, niſi in ſubſidium.

221 Quartò bona ab auo materno, vel alio aſcendente fideicommiſſo ſuppoſita alienari poſſunt pro conſtituenda dote nepti, vel pronepti ex fœmina paupere, quæ aliundè habere non poteſt ob defectum bonorum patris, vel aui, aut proaui paterni, & matris, quæ ſit pauper, & ipſiuſmet neptis, vel pronepris, quæ pariter ſit inops, ita (quidquid ſecus ſenſerint nonnulli Iuriſperiti ab Oddo *q.*39 *art.*2.*n.*12. & à Fuſario *dict. quæſt.*531. *n.*107. *verſ. & in auo materno*, relati) Bart. Baldus, Salicetus, Iaſon, Corneus *in d.auth. res quæ ibid.* Padilla *n.*39. *&* 60. Menoch. *d.præſ.*189.*n.*31. *& n.*37. Odd. *d.quæſt.*38.*art.*2.*n.*30. *& d. quæſt.* 39. *art.*2. *n.*25. Fuſarius *d.q.*331. *n.*108. & plurimi alij relati à Fuſario, & aliis *ſuprà cap.*5. *num.*46. allegati. Quare filia à matre, vel auo materno grauata fideicommiſſo non ſolum poteſt alienare bona fideicommiſſi pro dote ſua, quando legitima non ſufficit ad congruam dotem, ſed etiam pro dote ſuarum filiarum, quæ aliundè neque ex bonis patris, aut alterius aſcendentis paterni, vel ex bonis liberis matris, neque ex propriis poſſent dotari; & ratio eſt, quia auus, vel alius aſcendens per lineam maternam diues obligatur in ſubſidium dotare neptem, vel proneptem ex filia legitimam, & naturalem nubilem, pauperem, quæ aliundè neque à patre, vel ex bonis paternis, aut aui, vel proaui paterni, neque à matre poteſt habere dotem, vt probatum eſt *ſuprà cap.*3. *num.*39. *&* 92. & ſic etiam in auo, vel proauo materno fideicommittente militant eædem rationes, quas *n.*212. *&* 213. dictum eſt militare in matre, nempe deſiderium, & veriſimilis voluntas aui, vel proaui teſtatoris, vt bona ſua alienentur pro conſtituenda dote ſuis deſcendentibus per lineam maternam (maximè ad euitandum in illis periculum impudicitiæ) quibus ipſemet, ſi viueret, deberet conſtituere, & conſtitueret, & etiam fauor dotis, & publicæ vtilitatis, quæ verſatur circa dotes, & matrimonia. Quæ procedunt etiamſi ipſa mater fuerit grauata ab auo materno, ſcilicet patre ſuæ matris, iuxta præallegatos Doctores, & probant eædem rationes.

Si tamen mater haberet bona libera, & bona fidei-
222 commiſſo per auum, vel proauum maternum, ſcilicet patrem ſuæ matris ſuppoſita, erit dos conſtituenda in bonis liberis matris, non in bonis fideicommiſſi aui materni, vt aliis relatis Fuſarius *d.q.*531. *n.*108. quia primo loco tenetur mater dotare filiam, ſi ſit diues, & poſtea in eius defectum auus maternus in defectum patris, & aliorum aſcendentium per lineam maternam, & ſic mater ab auo, vel proauo materno grauata fideicommiſſo ex bonis fideicommiſſi poteſt dotem filiæ ſuæ nepti aui teſtatoris conſtituere, quando ipſa non eſt diues, & aliis bonis propriis caret.

223 Sicut autem in ſubſidium bona fideicommiſſi aui materni alienari poſſunt pro conſtituenda dote fœminis ex eo deſcendentibus, ita etiam poſſe obligari pro reſtituenda dote vxoris maſculi deſcendentis, qui alioqui non poſſet vxorem inuenire, tradit Peregrinus *d. art.*42. *n.*46. *circa finem*, & faciunt alij Doctores *num.*216. allegati, & *ibid.* tradita.

224 Quæ autem tradita ſunt de fideicommiſſo ab auo materno conſtituto, habent locum etiam in fideicommiſſo ab auia materna, vt non poſſint eius bona alienari, vel obligari cauſa dotis conſtituendæ nepti ex filia, quando ipſa non teneretur dotare, poſſint autem alienari in ſubſidium, vbi neptis nihil haberet aliunde, vel habere poſſet, vnde congruè dotari poſſit, cum in auia materna militent eædem rationes, quæ in auo materno.

Idem etiam eſſet dicendum in fideicommiſſo ab auia 225
paterna conſtituto, vt in ſubſidium, vbi non adſunt bona paterna, vel aſcendentium per lineam paternam, & neptis auiæ ex filio nihil aliud haberet aliunde, vnde poſſet dotari, poſſent alienari bona præfati fideicommiſſi pro conſtituenda dote eidem nepti, vt Peregrinus *d.n.*46. & Fontanella *d.p.*2.*n.*118. & poſt Nicolaum Intrigliolum *deciſ.*4. Imò etiam in ſubſidium præfati fideicommiſſi auiæ paternæ bona poſſe obligari etiam pro reſtitutione dotis vxoris nepotis, quando aliter non poſſet nubere, ſiue inuenire vxorem, colligitur ex Peregrino *d.num.* 46. & tradunt Fontanella, & Intrigliolus *vbi ſuprà.*

Ad alienationem bonorum fideicommiſſi in caſibus, in quibus à iure permittitur fieri ex cauſa dotis, an prærequiratur decretum iudicis, qui de ea cognoſcat, ſiue ipſa bona dentur in dotem, ſiue eorum alienatorum pretium, & ſiue fideicommiſſum ſit aſcendentium, ſiue tranſverſalium.

Quæſitum vigeſimumquintum, an ſit neceſſarium 226
iudicis (qui de ea re cognoſcat) decretum ad alienationem bonorum fideicommiſſo ſubiectorum ex cauſa dotis, in caſibus, in quibus ex dicta dotis cauſa iuris diſpoſitione, & Iuriſperitorum ſententia alienari poſſunt. Non eſſe neceſſarium tradit Peregrinus *de fideicom. d.art.*42. *n.*24. *&* 94. & poſt eum Iulius Cæſar Caluinus *de æquitate lib.*1.*c.*90. *n.*57. & teſtatur idem Peregrinus de practica, ſcilicet quod Patauij quandoque abſque decreto pro dotibus aſſignata fuere bona fideicommiſſaria, & aliquando etiam alienata pretio in cauſam dotis verſo, & ſimiliter aliquando bona fideicommiſſaria etiam pro dotis reſtitutione fuerunt alienata abſque decreto vllo, vnde concludit ad huiuſmodi alienationis bonorum fideicommiſſi ex cauſa dotis in caſibus à iure permiſſis validitatem ſufficere, vt tunc conſtet alia bona libera minimè extare, ex quibus dotis neceſſitati potuerit ſatisfieri, vel quia fideicommiſſarius non docuerit extitiſſe bona libera, vel quia poſſeſſor ipſe probauerit, nulla bona extitiſſe libera, iuxta tradita *ſup.num.* 138. *& nonnullis ſeqq.* Et confirmari poteſt non eſſe neceſſarium decretum, ex eo quod filius grauatus fideicommiſſo poteſt alienare bona pro legitima ſibi debita abſque iudicis ſententia, vt tradit Socin. Iun. *in l. filiusfamilias,* §. *Diui,n.*32.*verſ. & nota,ff. de legat.*1. relatus ab Oddo *de fideicomm. q.*33. *art.*1. *n.*60. qui *ibid.* addit, quod quando fit reſtitutio fideicommiſſi, alienata per eundem filium computantur in eius legitimam. Ad id pariter faciunt tradita ab Oddo *d. art.*2. licet verò Rogerius *conſ.*38.*n.*12. relatus à Pereg. *d.num.*94. diſtinxerit inter generum, & emptorem, vt decretum requiratur, cum alienatio bonorum fit in emptorem, non quando dantur genero in dotem. Hanc tamen diſtinctionem reiicit idem Peregrinus dicens, quod gener comparatur emptori, *leg. ex promiſſione, ff. de action. & oblig.* (quod verum, quando dantur bona marito in dotem æſtimata æſtimatione, quæ facit venditionem) & quia magis ſuſpicandum eſt de fideicommiſſi fraude, vbi res in cauſam dotis traditur, quàm vbi in extraneum emptorem. Caluinus etiam tantum in alienatione bonorum fideicommiſſi aſcendentis ex cauſa dotis admittit non requiri iudicis decretum, ſecùs verò in alienatione bonorum fideicommiſſi tranſuerſalis. At Peregrinus loquitur abſolutè, & indiſtinctè, & non apparet ratio diuerſitatis. Verùm ſemper

tutius

tutius eſſet alienationi præmittere decretum iudicis,& obſeruandum,vt quantum fieri poteſt minùs diminuatur fideicommiſſum, ſalua congruitate doris conſtituendæ,vt etiam *in præcedentib. n.*109. notarum eſt.

Statutum de lucro dotis vxore ſine filiis præmoriente an habeat locum in dote conſtituta ex bonis fideicommiſſo ſubiectis, iuxta diſpoſitionem Auth. res quæ, Codic. comm. de legatis, & Authentic. de reſtit. & ea quæ parit, *& etiam ſi Teſtator generaliter prohibuiſſet bona alienari, vel etiam ex cauſa dotis.*

227 Quæſitum vigeſimumſextum, an ſtatutum de lucro dotis, ſeu deferens marito vxore eius ſine filiis præmoriente, lucrum dotis, vel partis dotis,habeat locum in dote detracta, ſeu conſtituta ex bonis fideicommiſſo ſubiectis,vel eorum alienatione,quando pro dote detractio, vel alienatio permittitur,iuxta diſpoſitionem *d.auth.res quæ C.comm.de legatis*, *& auth. de reſtitut. & ea quæ parit,* §. *Quamobrem*,vnde dicta auth. ſumpta eſt,ex Textu *in d.auth. de reſtit. & ea quæ parit,* §. *moriente*, §. *Rurſus*, & §. *ſancimus*, ſupponunt Iuriſperiti communiter ſatis clarè couſtare, quod in bonis fideicommiſſi,quæ in cauſam dotis, vel donationis propter nuptias dari,aut pro reſtitutione doti obligari præfatis Iuribus permittunt, locum eſſe pacto de lucranda parte dotis, vel donationis propter nuptias, tam ex parte viri,quàm ex parte mulieris,ac proindè ſi filia per patrem grauata in conſtituendo ſibi dotem congruam de bonis fideicommiſſo ſubiectis apponit pactum de dote lucranda, valet pactum ſi legitima,& Trebellianica non ſufficiunt ad dotis congruæ conſtitutionem: ita Gloſſa magna *in dicta auth.* Caſtrenſis, Baldus, Curtius Iunior *in d.auth. res quæ*, Rolandus à Valle *de lucro dotis quæſt.*57. *num.*11. *&* 15. Peregrinus *de fideicom. d.articul.*42. *num.*96. Franciſcus Molin. *de ritu nupt. tit.*39. *quæſt.*82. *num.*22, & apud eoſdem alij.

228 Hinc ſtatutum de lucro dotis habere locum in dote filiæ de bonis fideicommiſſi à Patre, vel auo paterno ipſi filiæ, vel eius fratri relicti conſtituta iuxta permiſſionem, & diſpoſitionem *dictæ authentic. res quæ, & d.* §. *Quamobrem,* tradunt Doctores communiter: ita Caſtrenſis, Baldus, Curtius Iunior *in d. authentica res quæ*, Rolandus *d.quæſt.*57.*n.*11. Phanucius *de lucro dotis gloſſa* 10. *num.*60. *& ſeqq.* Padilla *in d.auth. res quæ*, *num.*46. Peregrinus *d.art.* 42.*n.*97. & alij plurimi à Rolando, Phanucio, & Peregrino relati: Merenda *controu.Iuris tom.*1.*lib.*4.*cap.*33. *num.*12. *& ſequent.* & Franciſcus Molinus *dicta quæſt.* 28. *num.*21. quia ſi habet locum pactum de lucro dotis, vt illud ex pacto maritus conſequatur, multò fortius lucrum dotis conſequi debet maritus ex vi ſtatuti, ſeu legis municipalis, cum dos data fuerit marito ex voluntate Teſtatoris, qui cenſetur voluiſſe,quod reſtitutio fieret fideicommiſſario,vbi diminutio fideicommiſſi fieret ex alia cauſa,quam dotis, vt notant Rolandus *d.n.*11. & Phanucius *n.*61.poſt Baldum,Crauetam,& alios Iuriſperitos dicentes, quod iura, quæ dicunt fideicommiſſum non poſſe diminui, loquuntur quando ius fideicommiſſi diminuitur ex alia cauſa quàm dotis.Præterea *d.auth.res quæ*, *& alia auth.* vnde eſt ſumpta, & *lege mulier,* §. *cum proponeretur*, *ff.ad Trebell.* ex fideicommiſſo vniuerſali, & non ſpecialiter doti impoſito, dotis conſtitutio permittitur: ergo & conſequenter lucrum ex ea proueniens per ſtatuti diſpoſitionem cenſetur permiſſum. Quod confirmatur, quia ex quo eſt permiſſum principale, ſcilicet dos, etiam permiſſum eſt acceſſorium, nempe lucrum legis, cum acceſſorium intelligatur ineſſe principali, *leg. ex diuerſo,ff. de rei vindicat*: confirmat etiam Phanucius *n.* 62. ex eo, quod iura, quæ volunt bona fideicommiſſi dari in dotem poſſe, intelliguntur ad perpetuam ſubſtitutorum excluſionem,iuxta Ruinum *conſil.*101.*num.*6. *volum.*1. adeò quod ſi tempore conditionis fideicommiſſi exiſtentis comperiantur reuerſa, vel reuertantur ad perſonam grauatam de reſtituendo, non tamen illa reſtituentur fideicommiſſariis ſubſtitutis, vt Gloſſa, Cynus, Cumanus, Fulgoſus, Bartolus, Baldus,& alij relati ab eodem Phanucio *ibidem.* Rota Romana *deciſ.*209.*n.*3.*p.*1.*rec.* & Marthia *de ſucceſſ.ab inteſtato,p.*4, *q.*21.*art.*10.*n.*50.de qua re *infr. poſt ſequens quæſitum.*

Ampliatur primo præfata communis traditio, vt 229 procedat etiamſi fideicommiſſum factum fuiſſet pio loco,qui filiæ,vel filio grauatis per Patrem fuerit ſubſtitutus,nam ſi ex talis fideicommiſſi bonis dos fuerit conſtituta filiæ, ſeu deſcendenti teſtatoris fideicommittentis,nihilominus locus ſit lucro dotis ſtatutario, ſeu maritus iuxta diſpoſitionem ſtatuti dotem lucrabitur: ita Baldus *conſil.*327.Crauetta *conſil.*186.Rolandus *d.quæſt.*57.*num.*13. Phanucius *d.gloſſa* 10. *num.*63. Peregrinus *dict. num.*97. Ampliatur ſecundò, vt procedat etiam quod teſtator prohibuerit generaliter alienationem bonorum, cum huiuſmodi prohibitio non extendatur ad cauſam dotis,iuxta *d.auth.res quæ*,Iaſon, & communiter ſcribentes ibidem, & alios *ſup.n.*168. *allegatos, & ibid.* tradita.

Et licet ſi pater,ſeu aſcendens teſtator fideicommittens expreſsè,& ſpecialiter etiam ex cauſa dotis prohibuiſſet bonorum alienationem, ſi maritus,cui ab ipſa filia grauata,vel à fratre grauato dos ex bonis fideicōmiſſi conſtituta eſt, ſciebat illam prohibitionem, cum non lucrari dotem iuxta ſtatuti diſpoſitionē,eo quod tunc maritus ſciens conditionem credatur accepiſſe dotem, prout ius ſuæ vxoris duraturum erat in illius vita,ſeu donec ipſa viueret,*argum. cap. nuper, de donation. inter vir. & vxor.* tradit Oddus *de fideicommiſſ, quæſt.*43. *art.*8. *num.*143. nihilominus eandem communem traditionem ampliari tertiò,vt procedat quando Pater, vel alius ex aſcendentibus, qui tenebatur filiam,ſeu deſcendentes fœminas dotare,expreſsè,& ſpecialiter etiam in cauſā dotis alienationem prohibuiſſe, vt nempè etiam hoc caſu ſit locus lucro dotis ſtatutario,vt expreſsè Phanucius *dict.gloſſa* 10. *num.*77. *fine*: & ratio eſt, quia non obſtante præfata prohibitione ſpeciali alienandi ex cauſa dotis,adhuc bona fideicommiſſi,non extantibus aliis bonis liberis, poſſunt legitimè,& validè alienari pro conſtituenda dote filiabus, & fœminis ex teſtatore deſcendentibus, iuxta Doctores magis communiter *ſuprà n.*170. *allegatos, & ibid.* latè tradita,& alios Doctores cumulat etiam Phanuc. *dict.num.*77. ex quo ſequitur etiam, quod maritus poterit lucrum dotis facere,quia cum hoc caſu dos ſit legitimè cōſtituta, debetur lucrum iuxta ſtatutariam diſpoſitionem, vtpote doti acceſſorium, & tacitè à lege permiſſum eo ipſo,quod lex permittit alienationem ex cauſa dotis,iuxta in præcedentibus huius numeri tradita. Dictum eſt, *quando pater vel alius aſcendens*, *&c.* Nam ſi extraneus conſtituiſſet fideicommiſſum, & expreſsè etiam ex cauſa dotis prohibuiſſet alienari bona, tunc maritum in præiudicium fideicommiſſariorū dotis de illis bonis conſtitutæ lucrum non poſſe facere,ſi nullum extet ſtatutum prohibens fieri contra lucrum dotis,poſt Alexandrum,& Crauetam tradit Phanuc. *d. gloſſa* 10. *num.* 75. & quia diſpoſitio *dict. authentic. res quæ*, non habet locum in fideicommiſſis extraneorum,ſed aſcendentium tantum, vt ſuprà probatum eſt, & quia cum extraneus non teneatur dotare, quiſque autem

autem rei ſuæ liberæ poteſt apponere legem, quam vult, *l. legem*, *Codic. de donat.* vnde extraneus dotans poteſt apponere pactum quod dos ſoluto matrimonio ad ſe, vel ſuos hæredes reuertatur, vt latè *ſuprà cap.* 3.

231 Limitatur verò eadem communis traditio, quando per filiam vel fratrem à Patre grauatam, vel grauatum de bonis fideicommiſſi conſtituta fuiſſet dos exceſſiua notabiliter vltra congruitatē habito reſpectu perſonarum, tunc enim non procedet traditio, nec quoad exceſſum dotis erit locus lucro ſtatutario, ſed hoc caſu maritus non plus lucrabitur in præiudicium ſubſtitutorum, quàm de dote congrua: ita poſt alios Corneus *conſil.* 3. *vol.* 3. & Phanucius *d. gloſſ.* 10. *n.* 71. & probant tradita *ſup. n.* 109. vbi probatum eſt, quod exceſſus dotis ex bonis fideicommiſſi detractæ reuocatur, & ſic quoad exceſſum non habet locum lucrum dotis ſtatutarium, vt eodem *n.* 109. notatum eſt.

232 Præterea limitatur eadem traditio communis, vbi legitima, & Trebellianica filiæ grauatæ fuiſſet ſufficiens ad congruam dotem, & illa ſibi dotem ex bonis fideicommiſſi conſtituiſſet; tunc enim maritus non poſſet aliquid fieicommiſſi ex vi ſtatuti lucrari, vt aliis allegatis tradunt Rolandus *de lucro dotis quæſt.* 58. Phanucius *dict. gloſſ.* 10. *num.* 72. Peregrinus *d. art.* 42. *num.* 108. & Oddus *de fideicom. dict. quæſt.* 43. *art.* 8. *num.* 142. Quia cum in hoc caſu mulier non poſſit ex cauſa dotis alienari, *vt ſuprà num.* 132. *&* 133. probatum eſt, & ſic ſubſtitutus eueniente caſu fideicommiſſi vindicabit. Et idem iuxta eoſdem Doctores dicendum, ſi grauatus à patre erat frater, qui ex bonis ſuis liberis poterat dotare congruè ſororem, ſi eius legitima non erat ſufficiens, & dotauerit ex bonis fideicommiſſi, quia etiam hoc caſu iuxta communem Doctorum traditam *ſuprà n.* 124. dos à fratre conſtituenda eſt ex bonis liberis, & ſic eueniente caſu fideicommiſſi ſubſtitutus pariter vindicabit. Quamuis in huiuſmodi caſibus non remaneat priuatus lucro dimidiæ dotis ſtatutario. Nam vir ratione dotis euictæ poteſt agere de euictione pro reliquis bonis mulieris, vel fratris dotantis, ſi dolus interceſſit, & hoc modo ei poteſt ſatisfieri pro dicta dimidia lucri dotis: ita Baldus *conſil.* 469. *volum.* 4. Craueta *conſil.* 19. *& conſil.* 186. *fine.* Rolandus alios allegans *d. q.* 508. & Peregr. *n.* 105. *& d. n.* 108. dolus autem dotantis, ſeu tradentis dotem, iuxta Rolandum, & alios ab eo relatos, dicitur adeſſe, quando mulier grauata reſtituere ex legitima, & Trebellianica, vel frater grauatus ex bonis liberis poterat dotem conſtituere, & tamen voluit dare in dotem res reſtitutioni ſubiectas, & ſic fraudare maritum lucro dotis eueniente conditione mortis ipſius mulieris, vel caſu fideicommiſſi.

233 Idem iidem Roland. Phanuc. & alij apud eoſdem, & Peregin. *d. n.* 105. dicunt, ſi filia grauata, vel non grauata, cuius legitima non erat ſufficiens ad congruam dotem, habebat alia bona libera propria, ex quibus à ſe, vel à fratre grauato poterat congruenter dotari, & tamen ex bonis fideicommiſſi dos fuerit detracta pro ea portione conſtituente dotis congruitatem, cum etiam in hoc caſu ex cauſa dotis non permittatur alienatio, ſeu diminutio fideicommiſſi, iuxta ſententiam traditam *ſup. n.* 127. & Doctores *ibid. allegatos.* Quare iuxta eoſdem Doctores maritus, vt conſequatur lucrum dimidiæ dotis ſtatutarium, vtetur remedio numero præcedenti explicato. At ſuppoſita ſententia *ſup. n.* 128. approbata, quod filia habens bona libera, nihilominus ſit dotanda ex bonis fideicommiſſi paterni, quando legitima, vel legitima, & Trebellianica non ſufficiunt ad dotem congruam, maritus debebit conſequi dimidiam dotis ex ſtatuti diſpoſitione etiam ex bonis fideicommiſſi, quando pro illa dimidia legitima, vel legitima, & Trebellianica non ſufficeret.

Quando pater legauit filiæ dotem, & in ea ſpecialiter ei ſubſtituit alium poſt illius mortem, an in huiuſmodi dote habeat locum ſtatutum de lucro dotis, & quid ſi extraneus eodem modo mulieri reliquerit dotem illi ſubſtituendo.

Vtrum verò, ſi pater teſtans reliquit dotem filiæ dandam ſiue in pecunia, ſiue in certo fundo, & in ipſa dote ſpecialiter ei poſt mortem abſque filiis ſubſtituit, etiam in hoc caſu, & reſpectu huius dotis habeat locum ſtatutum loci de lucro dotis, & excludatur ſubſtitutus, intelligitur autem difficultas, vel in dote relicta excedente legitimam filiæ debitam quoad ipſum exceſſum, nam certum eſt dotem à patre relictam vel conſtitutam iuxta portionem legitimæ non poſſe à Patre grauari (*vt ſuprà cap.* 7. latè probatum eſt) vel in dote tota à Patre relicta, quæ iuxta ſtatutum excludens fœminas propter maſculos à paterna ſucceſſione nullo modo ſuccederet loco legitimæ ob totalem excluſionem fœminarum à legitima à ſtatuto inductam, quod an, & quando contingat *eodem c.* 7. latè explicatū eſt, ſic autem intellecta propoſita difficultas eſt validè diſputabilis, & controuerſa, vt videre eſt apud Rolandum *de lucro dotis quæſt.* 57. *per totum*, Phanucium *de lucro dotis dicta gloſſa* 10. *n.* 58. *verſ. ſecundus caſus, & n.* 59. Oddum *de fideicommiſ. quæſt.* 43. *art.* 8. *à num.* 152. *ad finem articuli*, & Peregrinum *dict. artic.* 42. *num.* 104. qui latè referunt Doctores vtriuſque partis. Magis communiter verò Doctores tenent etiam in hoc caſu in huiuſmodi dote à Patre (aliàs obligato dotare filiam) relicta, habere locum ſtatutum de lucro dotis, non obſtante illa ſubſtitutione, quos Doctores referunt Rolandus *d. quæſt.* 57. *num.* 11. *& duobus ſequentibus*, Phanucius *dicta gloſſa* 10. *n.* 58. Peregrinus *dict. num.* 104. *verſiculo contra verò*, & Oddus *dict. art.* 8. *num.* 155. & ita ſentiunt etiam iidem Rolandus, Peregrinus, & Oddus, qui vltrà rationem adductam *ſuprà num.* 225. ſcilicet quia conceſſo principali, quod eſt dos, intelligitur conceſſum acceſſorium, ſcilicet lucrum dotis. Primò probant, quia ſubſtitutio facta per Patrem filiæ in dote reſtituenda debet intelligi de eo, quod de iure reſtitui poteſt, & debet de facto, *lege mulier*, §. *ſi heres ff. ad Trebell.* Hoc autem lucrum dotis viro debetur de iure publico, quod derogat vtilitati priuatæ, iuxta notata *in dicta authentica res quæ.* Ergo non debet impediri per illam reſtitutionem. Secundò quia cum Pater teſtator teneatur dotare filiam, & illi ideo dotem reliquerit, cenſetur dotem reliquiſſe, & conſtituiſſe ſecundùm naturam ipſarum dotium, & ſecundum materiam ſubiectam, vt lucrum earum facere poſſet ſecundum ſtatuta loci de dotibus loquentia, quia diſpoſitio generalis debet intelligi ſecundum naturam rei, de qua loquitur diſpoſitio, *leg.* 1. §. 1. *de offic. procur. l. ſi ſtipulatur, ff. de vſu, leg. filiusfamilias ff. de donat.* & Doctores, quos ad id refert Rolandus *d. quæſt.* 57. *n.* 17. *& q.* 94. *n.* 11. *&* 12. Sed per ſtatutum de lucro dotis data eſt certa lex, & natura dotibus, vt totam dotem, vel dimidiam eius partem maritus ſuperſtes lucretur: ergo ſecundùm talem naturam diſpoſitio Patris teſtatoris non obſtante illa expreſſa ſubſtitutione debet intelligi, ita Rolandus *dict. quæſt.* 57. *num.* 17. *& d. quæſt.* 94. *num.* 11. 12. *&* 13. Tertiò quia ex quo pater legauit in cauſam dotis, in tali legato locum habent omnia de lucro dotis, quia ſtatutum trahitur ad legarum interpretatione paſſiua *lege* 1. §. *lex Falcidia, ff. ad l. Falcid.* Quartò quia teſtator præſumitur velle, quod leges & conſuetudines habeant locum in ſua diſpoſitione, *lege quæritur*, §. *ſi venditor, ff. de ædil. edict. & lege item quia*, *ff. de pactis.* Atque

Atque adeo eum pater conſenſerit, vt lucrum dotis habeat locum virtute ſtatuti ita diſponentis, ideo non veoit reſtituendum, tam legis diſpoſitione, quàm Patris voluntate, & intentione reſtitutioni fideicommiſſi aduerſantibus. Denique omiſſis aliis argumentis probatur ab iis Doctoribus, quia ſi propter illam ſubſtitionem maritus noo poſſet lucrari dotem, vel dotis partem ei à ſtatuto delatam, pater induceret viduitatatem filiæ, quæ noo tam de facili reperiret virum ſine ſpe dicti lucri; quæ viduitas à lege reprobatur *l. 1. & 2. C. de indicta viduit. tollen.* Et propter hoc argumentum (quod fuit Baldi *conſ. 327. vol. 4.* & approbatur à Rolando, & Oddo) Phanucius *d. gloſ. 10. n. 59.* quando nulla lex Patri prohibet dori onus apponere, & ſtipolari ſibi dotem reddi, vel alteri perſonæ (quale ſtatutum eſſe in ciuitate Lucæ teſtatur idem Phanucius) licèt ſequatur ſententiam negantem in præſenti caſu habere locum ſtatutum de lucro dotis; nihilominus addit, quod ſi dos, quam Pater legaoit cum illo onere reſtituendi poſt mulieris mortem non ſit ſufficiens ad inueniendum maritum reſpectu illius oneris, haberi deberet illud onus pro non appoſito ex veriſimili mente Teſtatoris, qui ſi credidiſſet fore, vt propter illud onus mulier impediretur maritum pro dignitate inuenire, certè non appoſuiſſet. Ad argumentum oppoſitæ ſenteotiæ plenè reſpondent Rolandus, & Oddus *locis allegatis*, ad quos recurrat Lector.

235 Quod ſi legatum dotis cum illo onere illam reſtituendi poſt mulieris obitum eſſet factum non à Patre, vel ab alio aſcendente paterno obligato dotare, ſed à penitus extraneo minimè obligato dotare, tunc in huiuſmodi dote non habere locum ſtatutum de lucro dotis tradunt Peregrinus *d. n. 104. verſ. in hac difficultate*, & Oddus *dicto articulo 8. num. 163.* & probant notata *ſuprà num. 227. verſ. dictum*, ſcilicet quia diſpoſitio *auth. res quæ*, non habet locum in fideicommiſſo extraoei, & etiam cum extraneus non teneatur dotare, poteſt rei ſuæ appoorre legem, quam volt; ſi verò extraneus Teſtator nun feciſſet ſubſtitutionem in tota re relicta, vt ſi reliquiſſet bona, vel hæreditatem mulieri grauans eam reſtituere alteui poſt eius mortem, conceſſa eidem facultate ſe dotandi de illis bonis, vt nubere poſſet, hoc caſu marito in præiudicium ſubſtituti lucrum dotis à ſtatuto ei delatum deberi ſentiunt Phanocius *d. gloſ. 10. num. 58. initio*, & Peregrinus *dicto verſiculo in hac difficultate*, & probat Phanucius *numero præcedenti* adductus, eo quod teſtator, etſi extraneus, permittendo mulieri dotationem, videtur permiſiſſe quod ſe dotet cum ſolita ſtatuti conditione de lucrando dotem; & quia videtur de natura ipſius dotis, & quia permittens antecedens, ſcilicet dotem, cenſetur diſponere conformiter ſecundum ſtatuta, & iura de dotibus, & quia alioqui ſine illa ſpe lucri impediretur matrimonium, & demùm quia alias eſſet decipere maritum mulieris.

236 Plura alia de lucro dotis iuxta ſtatutum, quando conſtituta eſt ex bonis reſtitutioni ſubiectis ab extraneo, & teſtatore, qui tenetur dotare, & conſequenter fideicommiſſum eſt talis conditionis, vt in eo ſimpliciter, & abſolutè loquendo lucrum dotale ſtatotarium locum non habeat, iuxta notata *ſupra num. 227. verſ. dictum*, videantur apud Phanucium *d. gloſſa 10.* præſertim *à num. 67.* Peregrinum *d. artic. 42. à n. 100.* & Oddum *d. quæſt. 44. allegat. art. 8. à num. 141. ad 150.*

Ius quod habet filia petendi, & deducendi dotem ex bonis fideicommiſſi paterni iuxta diſpoſitionem, ſeu permiſſionem Auth. res quæ, C. comm. de legatis, *ea defuncta ante detractionem an tranſmittatur ad eiuſdem filiæ hæredes.*

Quæſitum vigeſimumſeptimum, an Ius quod habet filia detrahendi congruam dotem ex bonis fideicommiſſi paterni, ex illiſve ſe congruè dotandi, ſi antequam ſe ex illis dotaoerit, ſeu dotem detraxerit, doſve coostituta fuerit, decedat, ſiue nondum contracto matrimonio, ſiue iam nupſerit, traoſmittatur ad filiæ hæredes. De hoc quæſito nonnulla tradita ſunt *ſupra cap. 6. n. 107.* vbi dixi quod id quod potuerit filia detrahere correſpondens legitimæ, & Trebellianicæ (ſi ipſa ſit grauata) ſibi debitæ in bonis patris, ad filiæ hæredes tranſmittitur, & hoc caret dubitatione. Dubitari ergo ſolum poteſt de eo, quod filia viuens poterat detrahere ex bonis fideicommiſſi paterni vltra legitimam pro conſtituenda ſibi dote congrua, ad quam non ſufficiebat legitima; vel ſi ipſa erat grauata legitima, & Trebellianica, non erat ſufficiens. 237

Et pars negatiua ſuadetur primò, quia priuilegium filiæ conceſſum *d. auth. res quæ*, deducendi dotem ex bonis fideicommiſſi paterni, eſt perſonale, cum pendeat à matrimonio, ſine quo dos eſſe non poteſt, *lege 3. de iure dotium*, matrimonium autem eſt perſonale, *l. vnica, §. ne autem, Codice de cadnc.* notatum eſt *ſuprà capite ſexto numero ſeptimo initio*, priuilegium autem perſonale extinguitur cum perſona, *lege quia tale ff. ſoluto matrimonio.* Secundò quia rationes conceſſionis d. priuilegij *in d. auth. res quæ & d. l. mulier §. cum proponeretur ff. ad Trebell.* ſcilicet ne pauperes mulieres remanerent indotatæ in detrimentum publicæ vtilitatis, & pudicitiæ periculo expoſitæ, ceſſant muliere ipſa mortua; ceſſante autem cauſa, ob quam introductum fuit illud priuilegium, vt ex bonis fideicommiſſi paterni poſſet filia conſequi dotem, debet etiam ipſum priuilegium ceſſare *capite cum ceſſante de appellatione*, & ex conſequenti non tranſmittitur ad filiæ defunctæ hæredes. Et ob has rationes hanc negatiuam ſuſtinent Curtius Iun. *in dicta auth. res quæ num. 21.* Ruinus *conſ. 131. num. 10. lib. 4.* Paulus de Caſtro *conſil. 7. vol. 2.* Padilla *in dicta authentic. res quæ, Codice commun. de legat. num. 78.* Petra *de fideicom. d. q. 8. num. 448. & ſeqq.* Peregrinus *de fideicom. art. 42. num. 43.* Phanucius *de lucro dotis gloſſa 10. num 53.* Hodierna *controuerſ. iuris libro primo, cap. 33. num. 73.* Metenda *contr. iur. tom. 1. lib. 4. cap. 29. num. 13. & ſeqq.* & alij ab eodem, & à Peregrino relati. In hac difficultate quæ ſequuntur, videntur probabilia, igitur. 238

Primò ſi filia nupſerit viro cum promiſſione, ſeu conſtitutione dotis congruæ taxatæ, vel non taxatæ, ea nupta nondum ſoluta, ſeu detracta dote de bonis fideicommiſſi deceſſerit, ius filiæ pro detractione dictæ dotis tranſmittitur ad filios eius hæredes: ita expreſsè Peregrinus *dict. art. 42. num. 43. fine*, Oddus *d. art. 13. num. 174.* & alij, qui *num. ſequenti* allegantur, quia priuilegia perſonalia mulieris tranſeunt ad filios eius hæredes *lege etiam initio ff. ſoluto matrimonio*, & *lege aſſiduis §. exceptis Codice qui potiores in pign.* vnde regula *num. præcedenti* adducta, quod ius perſonale actiuum morte mulieris extinguitur, & ad hæredes non tranſit, intelligitur reſpectu hæredum extraneorum, non reſpectu filiorum ex ea ſuſceptorum, vt notatum eſt *ſupra d. cap. 6. num. 102.* & tradunt Doctores *ibidem* allegati. Et idem dicendum, ſi filia nupſerit nulla dote 239

conſtituta

conſtituta (vbi non remiſerit Ius ſuum ad dotem debitam ex bonis fideicommiſſi paterni , vel maritus expreſsè non declarauerit, ſe nolle dotem vllam :) ita Oddus *dict. art.* 13. *num.* 176. & indicant Peregrinus *loco citato* , dum dicit ius filiæ tranſmitti in filios mulieris maritatæ , & non dotatæ. Et hoc idem ſentiunt Doctores , qui *numero ſequenti* allegantur , aſſerentes filiam iam nuptam decedentem tranſmittere ad ſuos hæredes ius excipiendi de fideicommiſſo paterno eam partem, quam ipſa filia potuit pro ſua dote detraxiſſe : & licèt Oddus *dict. num.* 176. velit in hoc non conſtitutæ dotis viro à muliere , quod filia ante mortem fuerit conqueſta , & præparaſſet querelam, ſiue actionem aduerſus fideicommiſſarium , vel grauatum , ne alioqui cenſeatur noluiſſe dotari cum diminutione fideicommiſſi ; nihilominus alij Doctores *numero ſequenti allegati* id non requirunt , ſed ſolum quod iam nupta deceſſerit , quia per contractum matrimonij ius filiæ pro detractione dotis ex bonis fideicommiſſi eſt deductum in eſſe , & conſtitutio potuit locum habere , cum iam dos debeatur marito, qui doti non renunciauerit , ſeu declarauerit ſe nolle vllam dotem, & ob non interpoſitam à muliere querelam, quæ non debet præſumi ſibi, & marito ac filiis præiudicare voluiſſe. Non enim voluntas tacita , ſeu conſenſus tacitus præſumitur in præiudicialibus, ac proinde ad eoſdem filios mulieris hæredes tranſit ius dotem petendi.

240 Secundò ſi puella iam nupta ſibi conſtitute dote ex bonis fideicommiſſi ſibi debita ante actualem detractionem, ſeu dotis ſolutionem decedat, ius detrahendi ex fideicommiſſo eam partem, quam ipſa potuit detraxiſſe , tranſmitti ad quoſcumque filiæ hæredes etiam extraneos ab ipſa filia inſtitutos , tradunt Paulus de Caſtro *in dict. authentica res quæ, num.* 8. *ibidem* Iaſon *num.* 32. *verſ. octauo extende* , Gulielmus Benedictus *in cap. Raynutius , verbo mortuo itaque , num.* 115. *de teſtamentis.* Chaſſaneus *in conſuet. Burgund. rubr.* 7. *num.* 10. Menochius *conſil.* 33. *n.* 43. & indicat etiam *de præſumpt. libro quart. præſumption.* 189. *num.* 154. *verſiculo hinc etiam* , quatenus dicit ſolum mulierem non nuptam decedentem non tranſmittere ad hæredes ius detrahendi dotem ex bonis fideicommiſſi, quod ipſi competebat , & alij à Peregrino *dict. art.* 42. *num.* 42. *verſ. ſed hic*, relati. Probatur hæc ſententia, quia iam ante mulieris mortem ius ad detrahendam dotem ex fideicommiſſo eſt deductum in eſſe, ſaltem inchoatiuè , & ſic ad mulieris hæredes tranſit. Addit Menochius *dict. num.* 43. priuilegium mulieris detrahendi dotem ex bonis fideicommiſſi iuxta diſpoſitionem , ſeu permiſſionem *dict. authentic. res quæ* , non eſſe perſonale, ſed reale , eo quod non fuerit conceſſum mulieri ad ipſius mulieris perſonam, ſed ob dotem ipſam , & ideò priuilegium dotis præualere priuilegio fideicommiſſi, & idem aſſerendum licèt à filia nubente dos non fuerit expreſsè conſtituta , vt colligitur ex iiſdem Doctoribus , qui abſolutè aſſerunt ius filiæ deducendi dotem ex fideicommiſſo paterno tranſmitti ad eius hæredes , ſi filia ipſa iam nupta fuiſſet, vt expreſsè notat Peregrinus *d. verſ. ſed hic ſubſiſtendum* , vbi etiam eorumdem Doctorum rationem affert , ſcilicet quia dotis conſtitutio potuit locum habere , ideo ad hæredes tranſit ius dotem extendendi , & ex dotis congruitate poteſt fideicommiſſum diminui.

241 Tertiò ex diſpoſitione ſtatuti excludentis fœminas ſtantibus maſculis, dos filiæ reſeruata debeterur loco legitimæ , hoc caſu etiam mortua filia innupta ius, quod eidem filiæ competebat ad dotem etiam ex fideicommiſſo detrahendam, tranſit ad illius hæredes, ſicut tranſit ius deducendi legitimam : ita Phanuc. *dict. gloſ.* 10. *cit. num.* 53. Peregr. *d. art.* 42. *num.* 43. Hodiern. *d. cap.* 31. *num.* 82. *fine*, & Oddus *d. art.* 13. *n.* 178. vbi rectè dicit idem eſſe, ſi filiæ innuptæ , & non adhuc nubili fuerit dos ex bonis fideicommiſſi decreta, iuxta tradita *ſup. n.* 184. vel à Patre teſtatore deſtinata, & reſeruata , vel ſi nondum decreta , & ſeparata fuit, ipſa tamen ante obitum ſeparari , & aſſignari petiit, quia tunc ius dotem deducendi ex fideicommiſſo formatum dici poteſt , & ſic ad filiæ hæredes tranſmittitur, quod colligitur etiam ex Menoc. *d. præſ.* 189. *n.* 154. *d verſ. hinc etiam* ibi , *ſicque nullum ius formatum.* Sicut enim per ipſam dotis conſtitutionem de bonis fideicommiſſi , etſi nondum facta actuali ſeparatione, ſeu detractione ius mulieris dicitur formatum , ſeu [illegible] in perſona mulieris dicitur conſummatus , & in [illegible] deductus ; ita etiam per petitionem ab ipſa muliere factam, vt de eiſdem bonis ſibi dos conſtitueretur, dicitur ius in ea conſummatum, & in eſſe deductum, vt præter Oddum *loco citato* notauit Hodiern. *d. cap* 31. *n.* 77. & ſic ad hæredes illius poteſt tranſmitti.

Denique ſi filia innupta deceſſerit non reſeruata dote à ſtatuto loco legitimæ , vel non conſtituta à teſtatore , vel nondum ſibi decreta , & ſeparata , & neque ab ea viuente petitum dotem ſibi conſtitui de bonis fideicommiſſi paterni , hoc caſu ius detrahendi dotem ex bonis fideicommiſſi paterni , quod filiæ competebat , non tranſire ad illius hæredes , cum nullum ius formatum , & in perſona filiæ in eſſe deductum conſiderari poſſit , contra Baldum , & Paulum de Caſtro *in d. auth. res quæ* , ſentiunt communiter Doctores ita relati *ſup. n.* 238. Pereg. *d. art.* 42. *n.* 42. *verſ. ſed hic ſubſiſtendum* : Menoch. *d. præſ.* 189. *n.* 154. *allegato verſ. hinc etiam* , Oddus *d. art.* 13. *n.* 180. P. Barboſa *ſup. cap.* 6. *n.* 107. relato , & alij a Menochio allegati. 242

Ius competens vxori in bonis fideicommiſſi , quod poſſidet vir eius grauatus à ſuo patre, vel auo paterno pro recuperatione dotis viro datæ tranſmittitur ad vxoris hæredes.

Porrò ſicut filia nupta mortua ius , quod habebat, deducendi dotem ex bonis fideicommiſſi paterni, quæ nondum fuit detracta , tranſmittitur ad eius hæredes etiam extraneos, iuxta ſupra tradita ; ita etiamſi fuerit nupta viro per fideicommiſſum à patre grauato , cui dotem tradidit, & prædecedat marito, eam tranſmittere ad hæredes ſuos in priuilegiatum (ſuppoſito, quod illi hoc priuilegium competat ex diſpoſitione *d. auth. res quæ, &* §. *Quamobrem , auth. de reſtitut. & ea quæ parit,* vt ſupponunt Doctores mox citandi) recuperandi dotem ex bonis præfati fideicommiſſi , vbi maritus non habeat alia bona libera , tradunt poſt Crauetam *conſ.* 291. *fine* , & alios Rolandus à Valle *conſ.* 85. *num.* 33. *lib.* 1. Menoch. *d. conſ.* 33. *num.* 43. *&* 44. & alios allegans Cancerius *var. reſol. part.* 1. *cap.* 9. *n.* 175. Qui probat , quod ſi tranſmittitur ius , quod filia habebat detrahendi , & conſtituendi dotem ex bonis fideicommiſſi paterni , multò magis debet tranſmitti ius recuperandi dotem marito traditam, quia (inquit) in priori caſu agitur de detrahenda dote ex bonis alienis , ſcilicet fideicommiſſo ſuppoſitis ; in hoc caſu reſtitutionis dotis agitur de recuperatione bonorum quæ propria mulieris ſunt , quæ ad hæredes illius ſpectant. Addit Menoch. quod finis , quo dos mulieri datur, eſt vt nubat, & orbem filiis repleat : filiis autem procreatis dos matris debetur , vt inde ſeipſos alere poſſint, vt Doctor. *in l.* 1. *ff. ſol. mat.* & traditum eſt *ſup. c.* 3. ſi ergo, concludit idem Menoc. ad filios tranſmittitur dos, conſtat eam eſſe tranſmiſſibilem ob id & ad hæredes, maximè (ſubdit) cum ſit ius reale iuxta Bart. *in l. poſt dotem n.* 34 *ff. ſol. mat.* & Pariſium *conſ.* 64. *n.* 10. *l.* 4. & idem Menoch. *d. conſ.* 33. *n.* 41. ait colligi *ex* §. 1. *verſic.* 243

adierunt

adierunt nos, *Auth. de reſt.& ea quæ parit*, eo quod ibi priuilegium recuperandi dotem ex bonis fideicõmiſſi, quo maritus à patre grauatus eſt, ſit mulieri conceſſum, non ob ipſius perſonam, ſed ob dotem ipſam, cum ibi Iuſtinianus conſideret mulieres olim decipi conueniſſe, & dum dotem dant ignorantes viri conditionem, eam amittant, de quo *infra n.258.verſ.primò probatur.*

Ius ſuum deducendi dotem, vel recuperandi dotem datam ex bonis fideicommiſſi patris ſui, vel patris viri, an mulier poſſit cedere extraneo.

244 Vtrum verò mulier ius, ſeu priuilegium deducendi, ſeu conſequendi dotem ex bonis fideicommiſſi paterni, vel auiti, & recuperandi dotem viro datam ex bonis fideicommiſſi, quo vir à Patre, vel auo paterno fuit grauatus, poſſit alteri cedere, eſt quæſtio valde dubitabilis, de qua latè Menoch. *d.præſ.189.à num.141.ad 154.* & quidem certum eſt, poſſe cedere filiis, vt conſtat ex authentica *vt exactione inſtante dotis, in principio*, & ex notatis *ſupr. n.236.* Quæſtio ergo procedit de ceſſione reſpectu aliorum à filiis.

245 Et quidem Bart. *in l.poſt dotem, num.14 ff.ſoluto matrimonio, & in l.1. C. de priuilegiis dotium*, negat poſſe fieri ceſſionem, ſi à muliere fiat ex volũtate abſque neceſſitate. Affirmat autem poſſe, ſi fiat ex neceſſitate, & Bartol. cum hac diſtinctione loquentem ſequuti ſunt Caſtrenſ. *conſ.15. in fine vol. prim.* Iaſon *in dict. Auth. res quæ, n.32.* Curtius *ibid.n 38.* Afflict.*deciſ.306.n.7.* & communem ſententiam dixit Bologn. *in d l.poſt dotem, n.259.* quos omnes refert Menoch. *dict n.141.circa fin.* Exemplũ ceſſionis ex neceſſitate ponit Caſtr.*d.conſ.15.* ſi mulier nupſit viro, cuius bona erant ſuppoſita fideicommiſſo, & vir dedit fideiuſſorem dotis reſtituendæ, & eueniente caſu reſtitutionis, compulſus fuit fideiuſſor eam dotem reſtituere, qua reſtituta mulier eidem fideiuſſori ceſſit ſua iura. Et hoc caſu reſpondet, quod ſicut mulier poterat cogere fideicommiſſarium alienare bona fideicommiſſi, vt ſibi dos reſtitueretur, iuxta diſpoſitionem *dict. Auth. res quæ*, ita etiam fideiuſſor ceſſionarius poſſit eodem priuilegio vti contra eundem fideicommiſſarium: & eandem ſententiam ſequutus eſt Cynus *in l.1.C.de priuileg. dotium*, ſi ceſſio fiat viuente vxore, ſecus ea defuncta. Hanc tamen ſententiam Bartoli pluribus impugnat idem Menoch. primo reiiciens eius fundamenta à Bartolo, & aliis adducta *à num.142. ad 152.* & poſtea contra adducens plura argumenta *à num.149. ad 151.* & præcipuè *num 149.* adducit contra Bartoli ſententiam *dict. Auth. vt exactione inſtante, in principio, illis verbis, non enim aliis dedimus dudum, & damus hoc priuilegium, vt hæredibus, aut creditoribus, ſed ſolis filiis*: & contra Bartolum volentem, ibi Iuſtinianum loqui de ceſſione ex voluntate, probat Iuſtinianum loqui de ceſſione ex neceſſitate, ſcilicet de ceſſione iurium, quæ fieret mulieris creditoribus, à quibus ipſa eſſet conuenta, quibus cum ſatisfacere aliter non poſſet, cederet ſua iura.

246 Quare idem Menoch. *num.153. & 154.* ſequutus Baldum Nouellum *de dote part.12. quæſt.4. verſic. ego autem in tanta*, diſtinguit, ſcilicet aut ceſſio mulieris tendit ad ſui commodum, & vtilitatem, & tunc ceſſione facta contra fideicommiſſarios debitores dotis nondum ſolutæ, ſeu detractæ ex fideicommiſſo, vel reſtitutionis dotis viro datæ, ius mulieri competens conſequendæ, vel recuperandæ dotis tranſit in ceſſionarium, iuxta Bartoli ſententiam; aut ceſſio tendit principaliter in commodum, & vtilitatem ceſſionarij, & tunc ceſſio non valet, nec per eam ius mulieri competens pro ſua dote in bonis fideicommiſſi tranſit in ceſſionarium. Exemplum ceſſionis in mulieris commodum ponit Menochius *num.152.* ex Nouello, nempe ſi quis promiſit dotem ſecundo marito nomine ipſius mulieris, quæ aliàs nubere non poterat, ex quo dotem reſtituere negabant hæredes primi mariti, & is promiſſor dotem ſoluit animo repetendi ab ipſa muliere: & illa ceſſit iura ſua contra hæredes, ceſſio reſpicit vtilitatem mulieris, & per eam transferuntur in promiſſorem ceſſionarium omnia iura mulieri competentia: in quo conuenit Menochius cum Caſtrenſi *loco ſuprà allegato.* Exemplum ceſſionis in vtilitatem ceſſionarij tantum ponit idem Menochius *num.154. ex eodem Nouello*, vt ſi mulier donaret, atque ita cederet nulla vrgente cauſa hæc priuilegia ſibi ratione dotis competentia extraneo: & hoc caſu ceſſio nihil operaretur, nec in ceſſionarium transferret priuilegium *dict. Authent. res quæ*, conceſſum mulieri, vt cauſa dotis conſtituendæ, vel reſtituendæ, poſſint fideicommiſſi bona alienari; quia (inquit) Iuſtin. *dict. Authent. res quæ*, concedit facultatem mulieri, vt poſſit nubere, & ad reipublicæ commodum liberos procreare, quæ ratio (ſubdit Menoch.) locum habere non poteſt in ceſſionariu, cui mulier, quæ non nupſit, & conſequenter dotem non deduxit, hanc facultatem ceſſit Menochius: ita, cuius diſtinctionem, tanquam aptam ad concordanda diſcrepantia iura, & Doctorum opiniones, approbat Oddus *de fideicommiſſ.quæſt.40.art.14.*

Nihilominus etiam Bart. ſententia videtur admittenda in omnibus caſibus, in quibus *ſupr. num.237. & 238.* probatum eſt, ius filiæ, vtpote in eius perſona iam deductum in eſſe, tranſire ad illius hæredes extraneos, nam ſi eſt tranſmiſſibile ad hæredes etiam extraneos, videtur etiam ceſſibile. Sed de hac re ſatis. 247

An bona fideicommiſſi legitimè, & ex cauſa iuſta à lege approbata à fideicommiſſo detracta, & alienata cauſa dotis ſint irreuocabiliter, & perpetuò detracta, & alienata ad excluſionem fideicommiſſariorum, vt amplius non veniant in reſtitutione fideicommiſſi, ſeu in fideicommiſſo incorporanda.

Quæſitum vigeſimumoctauum. An bona fideicommiſſi ſemel legitimè iuxta diſpoſitionem *d. Auth. res quæ, Cod. comm. de leg.* ex fideicommiſſo detracta, ſeu alienata ex cauſa dotis conſtituendæ, vel reſtituendæ, intelligantur detracta, & alienata in perpetuum, ita vt amplius non redeant ad fideicommiſſum, cum eove debeant rurſus incorporari, nec eueniente caſu reſtitutionis reſtitui ſubſtitutis, puta pater grauatus ab aſcendente fideicommiſſo, quia non habebat bona libera conſtituit, filiæ dotem in bonis fideicommiſſo ſubiectis, & poſtea per mortem filiæ dos data in dotem ad ipſum reuerſa eſt, an pater grauatus teneatur bona dotalia recuperata incorporare fideicommiſſo, & reſtituere ſubſtituto, ac ſi nunquam fuiſſent ex fideicommiſſo detracta, ſeu alienata ex cauſa dotis. Dixi poſt mortem filiæ, nam ſi viuente filia diſſoluto matrimonio per mortem viri bona reuerterentur ad Patrem, quia filia eſſet in eius poteſtate, bona in dotem non veniunt incorporanda fideicommiſſo, nec in reſtitutione fideicommiſſi, vt Bart. *dict. Authentica res quæ, n.7.* Curtius iun. *ibid.n.27.* & Menochius *de præſ.l.4. d præſumpt.189.n.188.* cùm ea dos reuerſa ſit reſeruanda filiæ, vt iterum poſſit nubere, iuxta *Auth.quamuis, Cod.de rei vxoriæ*, & ſuprà ſuo loco latè probatum eſt.

Quare quæſtio procedit quando mortua filia bona fideicõmiſſi data legitimè in dotẽ reuertuntur ad patrẽ: & multorum Doctorum ſententia affirmatiua eſt, quod 249

Pater grauatus teneatur bona fideicommiſſo incorporare, & reſtituere, ac ſi dos nunquam fuiſſet conſtituta, ita Bart. in d. Auth. res quæ, n. 8. Curtius iun. n. 27. moti quod ceſſante cauſa, ceſſare debeat etiam effectus, leg. adigere, §. Quamvis, ff. de iure patron. quam rationem latius explicat Menoch. d. præſ. 189. n. 190. & 191.

250 At ſententia negatiua eſt communis: ita Bald. in d. Auth res quæ, num. 8. & 12. ibid. Caſtrenſ. n. 8. & 12. Iaſon num. 32. & præter plurimos alios Iuriſperitos ex antiquis à Phanucio loco mox citando, & alios relatos à Redina loco pariter mox citando, Menoch. d. præſ. 189. n. 192. Phanucius de lucro dotis gloſſ. 10. n. 62. Redina in promptuario receptarum, tit. 33. n. 1. verſ. ſed quod priuilegium hoc, Rota deciſ. 209. n. 3. 1. part. recent. Cancer. variar. reſolut. tom. 3. tit. 21. n. 211. Coſta de remed. ſubſid. remed. 6. n. 8. Fontan. de pact. nupt. clauſ. 3. gloſſ. 1. part. 2. num. 58. & 62. Marta de ſucceſſ. part. 4. quæſt. 21 num. 11. & 50. Salgado in Labyrintho creditorum part. 3 cap. 4. num. 27. & 28. Merenda controu. iur. tom. 1. lib. 4. cap. 28. num. 4. & ſequentibus, & alij apud eoſdem, omnes aſſerentes bona fideicommiſſi ſemel legitimè ex cauſa dotis ex fideicommiſſo detracta, ſeu alienata, cenſeri detracta, & alienata in perpetuum, nec venire in reſtitutione fideicommiſſi facienda fideicommiſſariis ſubſtitutis. Quod idem tradit Peregr. de fideicommiſſ. art. 42. num. 24. vbi dicit bis iuxta hanc ſententiam iudicatum, & ille probat, quoniam ex quo iura dict. Auth. res quæ, & §. Quamobrem, Auth. de reſtit. & ea quæ parit, permittunt ex iuſtis cauſis ibidem indicatis alienare bona fideicommiſſi ex cauſa dotis, intelligitur irreuocabiliter. Quod & confirmat Coſta, & quia non reperitur in iure, quod ſit facienda huiuſmodi reintegratio, & quia cùm detractio, ſeu alienatio proceſſerit ex iuſta cauſa à lege permiſſa, retractari non debet, ex regula factum legitimè, &c. de reg. iur. in ſexto. Probat Phanucius, quia poteſt dici quod per dotis conſtitutionem fideicommiſſum non fuit impeditum, ſed extinctum; ſemel autem extinctum non reuiuiſcat, tametſi cauſa extinctionis deficiat leg. qui res, §. aream, ff. de ſolut. Probat Salgado num. 38. ratione diuerſis caſibus applicabili (prout ipſe applicat) ſcilicet quia vbi actus eſt iam conſummatus, & legitimè factus, caſus ſuperueniens non vitiat. Nam quæ ſemel vtiliter, & legitimè conſtituta ſunt, durant, licet caſus euenerit, à quo initium habere non potuerint, vt clarè conſtat ex leg. pluribus, penult. §. & ſi placet, vbi Bart. & alij, ff. de verb. obligat. & Iuriſperiti communiter ab eodem Salgado allegati, & confirmat præallegata regulâ factum legitimè, de reg. iur. in 6. cuius verba ſunt, factum legitimè retractari non decet, licet caſus poſtea eueniat, in quo non potuit inchoari, vnde etiam diſpenſationem ex iuſta cauſa integrè, & perfectè, ac tota ſimul ab initio exiſtente abſolutè, & ſimpliciter à ſuperiore conceſſam in ſe perfectam, & conſummatam non ceſſare, nec vinculum per diſpenſationem ſemel iam iuſtè abolitum redire, etiamſi poſtea omnino ceſſet illa cauſa finalis, propter quam fuit conceſſa ipſa diſpenſatio, ſeu vinculum relaxatum, ſeu peruentum ex defectu cauſæ ſit ad ſtatum, in quo non poſſet diſpenſatio licitè incipere, ſeu fieri, vt aliis allegatis latè probaui tom. 3. mor. titulo 9. num. 125. ſolet etiam probari hæc ſententia, quia ſemel licitè effectum alienabile, perpetuo durat alienabile, leg. pater, §. quindecim, ff. de legatis 3. de quo ego tom. 3. mor. variar. titulo 6. Regula verò, quod ceſſante cauſa ceſſet effectus, non procedit quando iam effectus eſt conſummatus, leg. vltima, ff. vnde liberi, & alios allegans Menochius dicta præſumptione 189. num. 197. qui etiam num. 98. poſt Tiraquellum alios allegantem addit, ceſſante cauſa non ceſſare effectum iure iam quæſito l. ſi poſt mortem §. 1. & l. non putauit, §. ſed poſt mortem, ff. de bonorum poſſeſſ. contra tabulas.

251 Hinc etiamſi mulier grauata dotem ex bonis fideicommiſſi ſibi conſtituit, & tradidit marito, mortuo marito, & poſt eum mortua ipſa muliere, ea dos non reuertitur ad fideicommiſſarium ſubſtitutum, ſed ad hæredes mulieris, licet extraneos, vt expreſsè Angelus in d. auth. de reſt. & ea quæ parit, Caſtrenſ. in dict. auth. res quæ, n. 12. Iaſon d. n. 31. Molin. de primog. l. 2. c. 15. n. 10. fine, Menoch. d. præſ. 189. n. 139. & quinque ſeqq. Merenda d. l. 4. c. 29. n. 6. & ſeqq. & hoc idem ſentiunt alij Doctores n. præcedenti allegati, dum volunt detractionem, ſeu alienationem bonorum fideicommiſſi caſu dotis legitimè, & ex cauſa iuſta factam eſſe irreuocabilem, & perpetuam, & probant omnes rationes eod. n. præcedenti adductæ, & Menoch. ex aliis allegatis confirmat ex l. mulier, d. §. cum proponeretur, ff. ad Treb. vbi Iuriſconſultus dicit, huiuſmodi bona quæ dotis conſtituendæ cauſa legitimè alienantur, cenſeri à teſtatore extra fideicommiſſum poſita, & conſequenter non dicuntur ex bonis fideicommiſſi, & ita non ſunt fideicommiſſario reſtituenda. Regula verò ceſſante cauſa, &c. non procedit (vt notatum) effectu iam conſummato, & iure iam quæſito, fuit autem detractio conſummata, & ius quæſitum mulieri, quæ ex detractione, ſeu alienatione bonorum fideicommiſſi dotem conſequuta eſt, ac proinde ea defuncta dos non reuertitur ad fideicommiſſarium, ſed ad mulieris hæredes.

252 Item vbi bona ſuppoſita fideicommiſſo ex iuſta cauſa in dotē data fuere, mortua muliere nō debere reuerti ad fideicōmiſſarium, ſed maritum lucrari debere quantitatē à ſtatuto de lucro dotis taxatā, tradit Rota loco n. præced. allegato, & poſt eā Marta d. art. 10. n. 50. quia irreuocabiliter, & perpetuo cēſetur facta alienatio, iuxta Doctores communiter, n. 247. allegatos, & ibid. tradita.

253 Præterea ſi grauatus fideicōmiſſo, qui alia bona non habebat in ſubſidiū ex bonis fideicommiſſi, ſeu eorum alienatione cōſtituit, & dedit dotē filiab. ſuis, & poſtea acquiſierit bona, & effectus, ſit diues, licet propter bona acquiſita reuocari debere alienationē factam ex cauſa dotis, fideicommiſſúmque eſſe reintegrandū putēt Peregr. d. art. 42. n. 70. & Oddus de fideic. q. 9. art. 4. n. 47. idem dicentes ſi mulier ipſa grauata carens aliis bonis conſtituit ſibi dotem ex bonis fideicommiſſi, & poſtea effecta ſit diues, quia (inquiūt) ceſſante neceſſitate, quæ fuit iuſta cauſa alienādi, debet ceſſare ſubſidiaria prouiſio legis, de qua in d. auth. res quæ, nihilominus contrariū aſſerendū tanquā longè verius, vt expreſsè Marta d. art. 10. n. 11. Fontan. d. p. 2. n. 62. Merēda d. c. 28. n. 20. & ſeqq. & eſt de mente omnium Doctorū, qui n. 247. ſunt allegati, aſſerentiū detractionem, ſeu alienationem de bonis fideicommiſſi, & reſtitutioni ſubiectis ex cauſa dotis ſemel legitimè, & ex iuſta cauſa factam eſſe perpetuam ad diminutionem fideicommiſſi, & excluſionem ſubſtitutorum, itavt bona detracta ad fideicommiſſarium non reuertantur, & probant etiam tradita eod. n. 247.

254 Rurſus ſuppoſito quod diſpoſitio auth. res quæ, quod bona fideicōmiſſi poſſint alienari ex cauſa dotis, habeat locum non ſolum in conſtitutione, ſed etiam in reſtitutione dotis traditæ marito, ſi maritus fideicommiſſo paterno grauatus vxori (in caſu quo debuiſſet ei dotem reſtituere) vel poſt illius mortem eius hæredibus dotem reſtituerit ex bonis fideicommiſſi paterni, qui alia ex quibus poſſet ſatisfacere, non habebat, etiamſi poſtea effectus diues, non tenetur ex bonis poſtea acquiſitis reintegrare fideicommiſſum, hocque probant tradita num. 247. & ita prorſus ſentiunt Doctores eod. n. 247. allegati, tenentes alienationem bonorum fideicommiſſi ex cauſa dotis in caſu à lege permiſſo factam eſſe perpetuam ad ſubſtituti excluſionem: plures alios refert, & ſequitur Fuſarius de ſubſtit. q. 532. n. 18.

Denique

Denique bona fideicommiſſi ſemel legitimè,& iuſta cauſa à lege approbata alienata ex cauſa dotis conſtituendæ,vel reſtituendæ,neque à mariro,neque ab emptore poteſt fideicommiſſarius vendicare, etiam pretium pro dote conſtituta, vel reſtituta ſoluendo, quia iuxta tradita *d.num.*247. alienatio cenſetur irreuocabiliter & perpetuò facta ad excluſionem fideicommiſſariorum,& cum ſit facta legitimè,non poteſt reuocari *d.regula,factũ legitimè,de reg.iur.in* 6.& alioqui emptor non facile inueniretur,adeo vt publica dotis cauſa non parum læderetur, & ita expreſſe Peregr. *d.art.*42.*n.*24. Maria *d.art.*10.*num.*89.& Fuſar. *d.q.*532.*n.*19. & eſt de mente Doctorum, qui *d.num.*247.ſunt allegati. Quod ſi alienatio pro conſtitutione, vel reſtitutione dotis eſſet facta in fraudem, & perniciem fideicommiſſi, tunc non ſuſtineretur, & iuſto pretio poſſet à fideicommiſſario reuocari, vt Cephalus *conſ.*344.*n.*20. *& ſeqq.lib.*3. Peregr. *d.art.*42.*n.*23. *verſ. occurrit etiam, & num.*24.*fine*, & Fuſar. *dict.quæſt.*532.*d.n.*19.*verſ.quod ſi*, addens id verum etiamſi in alienatione decretum iudicis interueneric, vt etiam notauit Cephalus, & indicat Peregrinus. Fraus autem iuxta eoſdem Cephalum, & Fuſarium detegeretur tum ex modicitate pretij, tum ex rei alienatæ qualitate,nempe ſi fuiſſet pretioſior cæteris, cum pretioſiores conſeruari debeant. Subdit etiam Fuſarius ex eodem Cephalo *d.conſ.*344. *num.*27. faciliorem reddi reſciſſionem contractus, ſi fideicommiſſarij non fuiſſent citati.

§. VII.

An ſicut iuxta diſpoſitionem Auth. res quæ C.Communia de legatis, & §.quamobrem, Auth. de reſtit. & ea quæ parit, vnde dict. Auth. res quæ ſumpta eſt, *bona fideicommiſſi ab aſcendente conſtituti poſſunt alienari ex cauſa conſtituendæ dotis fæminis ex teſtatore fideicommittente deſcendentibus; ita etiam poſſint alienari ex cauſa reſtituendæ dotis vxori maſculi ex eodem teſtatore deſcendentis, putà filij, vel nepotis grauati reſtituere, ſi ſine filiis deceſſerit.*

256 Putà filius à patre hæres inſtitutus, & grauatus ex fideicommiſſo reſtituere dotem vxoris ſuæ, & moritur abſque filiis, dos ab vxore repetitur, & legitima, ac Trebellianica eiuſdem filij defuncti non ſufficit ad reſtituendam totam dotem vxoris ab eo acceptam,controuertitur an dos ſit reſtituenda, vel ſoluenda vxori viduæ ex bonis fideicommiſſo ſubiectis pro ea portione, ad quam legitima, & Trebellianica non ſufficit, vel ſi legitima, & Trebellianica à filio fuit ante tempus dotis reſtituendæ conſumpta, vxor ipſa poſſit exigere,& detrahere totam dotem ſuam ex ipſis bonis reſtitutioni ſubiectis ante reſtitutionem fideicommiſſi: in qua controuerſia, ſi ante fideicommiſſum dos ab ipſo patre, vel eo viuente à filiofamilias recepta eſt, conueniunt Doctores dotis reſtitutionem faciendam eſſe ex bonis fideicommiſſi, ſi legitima & Trebellianica filij ad dotem integram reſtituendam non ſufficiant, nec alia filij bona libera extent. Ita Angelus, Iaſon, Alciatus, Antonius Faber locis, qui infra ſequenti quæſito allegantur,Molina *de primog.lib.*4.*cap.*6.*n.*14. Menochius *conſ.*33.*n.*1.*verſ.nam quando,& n.*29.*initio, & de præſumpt.lib.*4.*præſ.*190.*n.*28.Peregr.*de fideicomm. art.*42.*num.*81. Fuſar. *de ſubſtit.q.*532. *num.*6.*verſ. quod ſi teſtator*,& ratio eſt, quia cùm iam pater eſſet obligatus ad dotis reſtitutionem,vt dictum eſt *ſuprà c.*2.*n.*6. & conſtat ex textibus *ibid.* adductis, & pro eiuſdem dotis reſtitutione eiuſdem patris bona eſſent obligata,

D. Ioan. Angel. Boſſius, de Dote.

ſeu hypothecata iuxta *l.vnicam,§.& vt plenius,C.de rei vxoriæ actione,vt eodem cap.*12.*n.*6.*& n.*44. notatum eſt, ex fideicommiſſi inſtitutione etiam adiecta clauſula,vt bona ex cauſa dotis non poſſint alienari, non poteſt pater bona ſua à tali obligatione eximere. Addo eoſdẽ Angel.Iaſonem, Alciat. & alios à Peregr. *d.n.*81.*initio* relatos tenentes dotem à filio grauato onere fideicommiſſi à patre conſtituti acceptam non poſſe reſtitui ex bonis fideicommiſſi,aſſerere abſolute, cum filius viuo patre dotem vxoris recipit, pro eius reſtitutione poſſe alienari bona fideicommiſſo ſubiecta, ſi legitima & Trebellianica non ſufficit, vt notat idem Peregr. *dict. num.*81.*§.contrariam, verſ.maior dubitatio.*

Controuerſia ergo procedit quando poſt iniunctũ, ſeu conſtitutum fideicommiſſum filius grauatus recepit dotem vxoris, & tempore dotis reſtituendæ ad illius reſtitutionem non ſufficit legitima,& Trebellianica, vel ea iam conſumpta fuit, & non extant alia filij bona,dos ex bonis fideicommiſſi paternĩ, quo filius fuit grauatus,ſit reſtituẽda & ſoluenda ante fideicommiſſi reſtitutionem,pro cuius controuerſiæ reſolutione examinanda,& reſoluenda ſunt ſequentia quæſita.

Pro reſtituenda dote vxori filij grauati an poſſint alienari bona fideicommiſſi paterni, licet matrimonium, & dotis traditionem præceſſerit fideicommiſſi conſtitutio, & etiam dos poſt patris obitum filio tradita ſit.

Quæſitum primũ,an pro reſtituenda dote vxori filij à patre fideicommiſſo grauati, quæ eidem grauato fuit data, ſeu ab eo recepta poſt iniunctum fideicommiſſi onus, poſſint aliis bonis liberis non exiſtentibus fideicommiſſi bona alienari,vel in ſolutum dari, mulierive pro recuperanda ſua dote permiſſum ſit petere bona fideicommiſſo ſuppoſita,ſeu ex illis dotem ſuam exigere.

Prima ſententia negatiua.

Et ſententiam negatiuã,minimeq; bona reſtitutioni 257 ſubiecta poſſe alienari,vel diminui pro reſtituẽda dote, quam filius, vel nepos à patre, vel ab alio aſcendente grauatus poſt fideicommiſſi conſtitutionem recepit, plures Iuriſperiti ſunt amplexi: ita Angel.*in d. Auth.de reſt.& ea quæ parit,in princ.*Iaſ.*in d.auth.res quæ,n.*29.*& & conſ.*231.*n.*3.*lib.*2.*& conſ.*23.*n.*2.*lib.*2. Alciat.*in leg.*1. *n.*65.*ff.ſolut.matr.& in reſponſ.*555.& præter plures alios quos Menoch.*conſ.*33.*n.*1. *& d.præſ.*189.*n.*16. Oddus *de fideicomm. q.*44.*art.*2.*n.*16. & Fuſar. *d.q.*532. *num.*2. referunt Ant.Faber *lib.*6.*ſui C. tit.*23.*definit.*4. Fachin. *controu. iuris lib.*4.*c.*47. Merenda latiſſimè *tom.*4.*contr. iuris, lib.*19. *cap.*26. & idem ſentire videtur Cauagnol. *in annot.ad d.conſ.*33. Menoch. *n.*9. nititur primò hæc ſententia Textu *in d.auth.de reſtit. & ea quæ parit*, quia ibi nihil de reſtitutione dotis dicitur, ac proinde ſtandum eſt regulæ *d.textus in princ.* ſcilicet,quod res reſtitutioni obnoxiæ alienari, aut obligari non poſſint; imò eodem Textu videtur deciſum bona fideicommiſſi paterni nõ poſſe alienari pro dotis vxoris filij grauati reſtitutione,quia duas dubitationes propoſuit ibi Iuſt. vnam de dotis cõſtitutione,alterã de dotis reſtitutione; & illam de dotis cõſtitutione affirmatiuè decidit,ſcilic. quod bona fideicommiſſi ex ea cauſa alienari valeant, de ſecunda autem nihil:ergo eandem ſecundam dubitationem de reſtitutione negatiuè determinare videtur, ſcilicet vt alienari nequeant *arg.l.& ſi ſine, §.ſed quod Papin.ff.de minor.*25. *annis,& leg.bona fides, ff. depoſiti*, vbi quod quando legiſlator duas dubitationes proponit definiendas, & vnam affirmatiuè determinar, alteram negatiuè determinare dicitur.Vnius enim incluſio eſt alterius excluſio *l. cum Prætor in princ.ff. de iudic.* pluribus aliis hanc rationem corroborare nititur Me-

renda *dict. cap.* 27. ſecundo nititur eadem ſententia Textu, *in Authent. de reſtitut.* §. *ſi vero & ipſam quartam*, ibi, *dotem dare*, quod verbum multum differt à verbo reſtituere, & præſertim quia paulo poſt ſubiiciuntur illa verba, ſi verò nulla talis ſubiacet occaſio, *ſcilicet nulla huiuſmodi cauſa ſubſiſtit, neceſſitatem omnino habeat quartam partem propriæ inſtitutionis ſeruare, & tali, & alius reſtitutionem donare*. Quæ verba ita ſunt præciſa, vt alium caſum non reſeruent.

Tertio videtur hæc ſententia probari *in* §. *Hac igitur dictæ Auth. de reſt & ea quæ parit*, vbi prohibetur alienatio fideicommiſſi pro augmento dotis ex parte mulieris, & donationis propter nuptias ex parte viri ob eam rationem, ne fiat circumuentio ad fideicommiſſa ſubuertenda, quæ ratio in hoc caſu procedere videtur; ſi enim pro dotis reſtitutione poſſent alienari fideicommiſſi bona, facillimè poſſet via aperiri euerſioni fideicommiſſorum, & ſubuerſioni voluntatis defunctorum, quia poſſet grauatus accipere dotem ampliorem, quàm ſui patrimonij vires paterentur.

Quartò probatur, quia magna eſt differentia inter dotis conſtitutionem, & dotis reſtitutionem, nam pater tenetur dotare congruè filias, & etiam facere donationem propter nuptias pro filia *l. vlt. Cod. de dotis promiſſione*, & ideo dos, & donatio propter nuptias excipitur à fideicommiſſo paterno: At verò pater non tenetur ſe obligare, nec remanet obligatus pro reſtituenda dote vxori filij, niſi ei fuerit data, & ſoluta, vel filio iuſſu patris, vel peculium ipſius filij habeat, *d. l. ſi cum dotem* §. *transgrediamur*, nec reperitur in iure cautum, quod Pater cogatur obligare bona ſua, vel remaneat obligatus pro dote filij, quam ipſe non accepit, nec de eius iuſſu filio ſoluta ſit, iuxta ſententiam *ſup. cap.* 12. *num.* 52. traditam, & Doctores *ibid.* allegatos, & quia ſi pater poſt eius mortem teneretur aſſecurare dotes filiorum, non poſſet relicta filio legitima reſiduum in alios conferre, quod eſt falſum, quia legitima filiis relicta de reliquo poteſt Pater ad libitum diſponere inſtituendo hæredem extraneum, & teſtamentum manet ratum, *l. omnino, & l. ſancimus, C. de inoff. teſt.* Quare ad reſtituendam dotem, quam filius poſt mortem patris accepit, cum pater non obligetur, nec eius bona ſint obligata pro illa reſtituenda, nec etiam teneatur ſubſtitutus, cui bona fideicommiſſi ſunt reſtituenda, atque adeo pro reſtitutione dotis alienari non poſſunt. Hinc

Quinto probatur, quia vbi agitur de reſtitutione dotis poſt iniunctum fideicommiſſum, & maximè poſt patris obitum receptæ à filio cui ſint relicta legitima, & Trebellianica, ceſſant rationes à Iuſtinian. conſideratæ, dum *in d. Auth. de reſtit. & ea, quæ parit*, diſpoſuit bona fideicommiſſi paterni poſſe alienari pro conſtitutione dotis, ſcilicet obligatio patris dotandi ſi viueret, & præſumpta voluntas patris qui voluerit dotem filiæ deduci priuſquam fideicommiſſum reſtituatur, *l. mulier*, §. *cum proponeretur, ff. ad Trebell.* Quæ rationes ceſſant vbi agitur de reſtitutione dotis poſt mortem datæ filio, ad cuius reſtitutionem ſi viueret, non teneretur pater, cum ipſe non recepiſſet, nec de eius iuſſu fuiſſet ſoluta, & ſic etiam ceſſaret præſumpta eiuſdem Patris voluntas obligatione ceſſante, & etiam quia cū filius habuerit legitimam, & Trebellianicam, non videtur mens teſtatoris, quod filius poſſit reſiduum bonorum ſuorū fideicommiſſo ſubiectorū alienare, licet eandem legitimam, & Trebellianicam conſumpſerit. Et licet etiam præſumatur in patre non minus deſiderium nuptiarū filij ob ſobolis propagationem, quàm filiæ ob illius pudicitiam *d.* §. *cum proponeretur*, tamen quando filius iam nupſit, & agitur de reſtituenda dote, ceſſat hæc ratio, quia iam nupſit, & filios iam habuit, vel amplius habere non poteſt, poſtquam mortuus præſupponitur: ergo ceſſantibus rationib. diſpoſitionis Iuſtiniani in reſtitutione dotis, ceſſat eadem diſpoſitio.

Sextò quia poſt iniunctum fideicommiſſum ipſi fideicommiſſario eſt iam ius quæſitum ſaltem ſpe probabili, quod non videtur poſſe tolli per receptionem dotis poſtea ſequutam.

Septimò, & vltimò, quia ſi dos non poſſit mulieri reſtitui ob defectum bonorum liberorum filij grauati eius viri, culpæ, & negligentiæ ipſius imputandum eſt, quæ præcaueri, & perſcrutari debeat conditionē illius, cū quo cōtraheret, *l. qui cum alio ff. de reg. iur.* quam mulieris negligentiam conſiderat Iaſ. *in d. Auth. res quæ*.

Sententia affirmatiua communis, & receptiſſima.

Nihilominus communis ſententia eſt, quod bona 258
fideicommiſſo ac reſtitutioni à patre vel auo paterno ſuppoſita alienari poſſint pro reſtituenda dote, quam filius vel nepos grauatus acceperit poſt iniunctum, & conſtitutum fideicommiſſum, & etiam poſt mortem patris, vel aui teſtatoris: ita Gloſſa *in d. authent. res quæ, ibid.* Cynus *n.* 4. & Bart. *quæſt.* 2. idem Bart. *in Auth. de reſtit. & ea quæ parit, num.* 5. *& ibid.* Caſtr. *n.* 9. *& conſ.* 80. *libro primo*, & præter alios infinitos à Menochio *dict. conſil.* 32. *& d. caſu* 182. *n.* 70. *& dict. præſ.* 190. *n.* 1. Oddo *d. quæſt.* 44 *cit. art.* 2. *n.* 26. & Fuſar. *d. quæſt.* 532. *n.* 1. *&* 5. relatos, Padill. *in d. auth. res quæ n.* 47. Petra *de fideicomm. quæſt.* 8. *n.* 249. Ludou. Molina *d lib.* 4. *c.* 6. *n.* 74. Roland. à Valle *conſ.* 85. *lib.* 1. Surd. *deciſ.* 61. Menoch. *d. conſ.* 33. *à n.* 10. *d. caſu* 182. *num.* 69. *&* 70. Peregr. *d. art.* 42. *n.* 81. *verſ. contrariam opinionem*, Oddus *art.* 2. *à n.* 40. Graſſus §. *fideicomm. q.* 57. *n.* 4. Marta *de ſucceſſ. p.* 4. *q.* 21. *art.* 10. *n.* 4. Milanenſis *deciſ.* 7. *n.* 43. Fuſar. *dict. quæſt.* 532. *n.* 2. *verſ. primam teneo opinionem, & n.* 5. *& n.* 6. *verſ. & prima opinio, & conſ.* 23. *n.* 10. Couarr. *variar. lib.* 3. *cap.* 6. *n.* 10. *verſ. quartò non tantum*, Cancer. *var. reſol. p.* 1. *c.* 9. *n.* 169. Steph. Gratian. *diſcept. for. tom.* 2. *cap.* 331. Hodierna *in annot. ad dict. deciſ.* 62. Surd. *& contr. for. lib.* 1. *cap.* 31. Mareſcott. *var. reſol. lib.* 2. *cap.* 69. *n.* 4. Fontan. *de pact. nupt. clauſ.* 5. *gloſſ.* 1. *p.* 2. *n.* 4. & alij recētiores relati à Fuſario, qui *d. verſ.* 1. ait, quod ab hac ſententia hodiernis temporibus temerarium eſſet conſulendo, & iudicando recedere, quia ſit receptiſſima, & in practica eam ſemper viderit ſeruari, remota prorſus omni dubitatione, & etiam Peregr. *d. verſ. contrariam* dicit, quod hanc ſententiam amplexi ſunt cōmuniter ſcribentes omnes, & etiā practica, & communis iudiciorum obſeruantia recepit.

Primò probatur hæc ſententia per text. *in d. Auth. de reſtit. & ea quæ parit*, §. 1. *verſ. adierunt*, vbi Iuſtin. narrat controuerſiam, quæ fuit inter fratrem viri grauati defuncti, qui vindicabat bona fideicommiſſo ſubiecta, & eiuſdem viri defuncti vxorem, quæ conquerebatur, quod dotem iniuſtè perdebat, & quod ſi ipſa fuiſſet præmortua, maritus fuiſſet lucratus dotem, hacque de cauſa iuſte ipſam debere non ſolum lucrari donata propter nuptias, ſed etiam conſequi dotis reſtitutionē. Quibus pro vtraque parte auditis totā controuerſiā definiens, determinauit cauſam dotis eſſe præferendam fideicommiſſo, ex eoque vxorem debere conſequi donationem propter nuptias, & dotem ipſam. Nam licet Iuſtin. definitio videatur reſtricta ad dotis conſtitutionem, & lucrū donationis propter nuptias, nihilominus continet etiam reſtitutionē, vt Menoch. *d. præſ.* 190. *n.* 3. 4. *&* 5. & poſt eum Odd. *art.* 2. 28. 29. *&* 30. explicant, ſcilicet, quia reſponſio, & ſic determinatio ſequens recipit declarationem ab interrogatione præcedenti, *leg. ſi defenſor*, §. *qui interrogatus, ff. de interrog. act. &* §. *præterea, Inſtitut. de inutil. ſtipul.* & quia reſcriptum declaratur à precibus præcedentibus, *cap. dilectus, de fid. inſtrum.* & etiam quia præfationes præcedentes declarant diſpoſitionem dubiam, *leg. fin. ff. de hæredibus inſtit.* & rurſus quia ſi aliter diceretur, non diffiniuiſſet Iuſtinia-

nus propoſitam querelam, quod non videbitur dicendum,& deniq; quia id probat ratio,qua ibi motus fuit Iuſtinianus,ſcilicet quia æquũ non eſt,quod ob ignorantiam fideicõmiſſi dotem mulieres amitterent, conſiderat etiam Iuſtinianus *d.verſ.adierunt*, mulieres olim decipi conueniſſe,& dum dotem dant ignorantes viri conditionẽ,eam amittũt:quæ ratio etiam præſupponit iam fideicommiſſum inductum , & conſtitutum fuiſſe ante dotis conſtitutionẽ, nam alioqui ignorantia non fuiſſet allegabilis,ſeu conſideradilis,ſi dos ante conſtitutum fideicommiſſum data fuiſſet , & eundem Iuſtinianum *d.Auth.*permittere alienationem bonorũ fideicommiſſi ex cauſa dotis,& donationis propter nuptias etiam poſt fideicommiſſi conſtitutionem,ſatis probatũ eſt *ſup.n.*105. Ac proinde etiã ibi permittitur alienatio fideicõmiſſi ex cauſa reſtitutionis dotis poſt fideicommiſſi conſtitutionẽ,quia dotis conſtitutio,& reſtitutio in hac materia procedunt à pari, iuxta Doctores, quos latè refert Roland.*conſ.*20.*l.*4.& notat etiã Pereg.*n.*82.

Secundo probatur *ex d.auth.§.quamobrem,ver.ſancimus*, vbi dicitur in reſtitutione fideicommiſſi non debere reſtitui alienata,vel hypothecata ex cauſa nuptialium inſtrumentorum. Ergo neque alienata ex cauſa reſtitutionis dotis,quæ obligatio oritur ex inſtrumento nuptiali, nec benè à Fachineo reſtringitur ad alienationes,& hypothecas ex cauſa conſtitutionis dotis, vel donationis propter nuptias.

Tertio hanc ſententiam probat ratio,qua Iuſtin. *in d. Auth.de reſtit.& ea quæ parit,d.§.quamobrem*,fuit motus ad conſtituendũ,quod fideicommiſſi bona poſſent alienari ex cauſa dotis,ſcilicet publica vtilitas ibi, *quia ea quæ communiter omnibus proſunt , præponi debent his, quæ ſpecialiter quibuſdam vtilia ſunt*, ita quod fauor publicus,ſeu publica vtilitas præferri debeat priuatæ. At publice intereſt dotes mulieribus eſſe ſaluas,vt nuptias contrahere ſecundo & tertio poſſint , quibus nihil eſt in hominibus vtilius,vt quæ ſolæ homines procreare, & prouidere poſſint. Hæc autem ratio habet locum non ſolum in dotis conſtitutione,ſed etiam in reſtitutione , & eſſet nimis rigidum ,& iniquum huiuſmodi æquiſſimam extenſionem ad dotis reſtitutionem non admittere,cum inde ſequeretur,vt mulier,vtpotè indotata,non poſſet ſecundo, & tertio nubere in damnum publici boni reipublicæ, imo niſi & dotem reſtitui ex bonis fideicommiſſo permiſſum eſſet,nullum videretur priuilegium conceſſum doti, quæ ſoluta marito facilè perdi poſſet. Quare hic aduertendum,quod licet Iuſtin. dum permiſit alienationem fideicommiſſi pro reſtitutione dotis, habuerit reſpectum ad ignorantiam mulieris tradentis dotem viro grauato bona reſtituere, ne ex dicta ignorantia deciperetur. Huiuſmodi tamen ignorantia non fuit finalis ratio permittendi alienationem, ſed impulſiua, principalis autem, & præcipua fuit illa fauoris dotis,& publicæ vtilitatis,iuncta etiam aliquo modo præſumpta voluntate teſtatoris, vt infrà in ſexto argumento explicatur , & quod principalis ratio fuerit publicus fauor, & ignorantia tantum impulſiua,notarunt Grat. *d.c.*331. & Fuſar.*d.q.*532.*n.*16.

Quartò quia bona fideicommiſſi poſſunt alienari pro dote poſt iniunctum onus fideicommiſſi conſtituenda : ergo multò magis & pro reſtitutione, cum in conſtitutione agatur de lucro captando cum iactura ſuccedere debentium in fideicommiſſo , quibus cum obnoxia ſint bona, non videtur dos vti ex alieno poſſe conſtitui,in reſtitutione vero agitur de damno mulieris vitando, cum ſolum quærat mulier ſibi reſtitui, quod ſuum erat,& iam ex re propria dedit. Nec dicat Fachineus, eſſe diuerſam rationem conſtitutionis , & reſtitutionis,quia pater,vel auus teſtator tenetur dotare filiam,& neptem; non tenetur autem aſſecurare dotem vxoris filij,ſeu pro ea reſtituenda ſe obligare. Nam præterquam quod non deſunt plurimi Doctor. aſſerentes patrem teneri , & cogi poſſe obligare ſua bona pro reſtituenda dote vxoris filij, *vt ſupra cap.*12.*n.*46. notatum eſt , Iuſtinianus non conſiderauit ſolùm patris obligationem , ſed & alias rationes, & præſertim ob communem vtilitatem tribuit priuilegium doti, vt eius cauſa bona fideicommiſſo , & reſtitutioni ſubiecta poſſint alienari; quæ ratio magis militat in reſtitutione dotis,quàm in conſtitutione.

Quintò quia donatio propter nuptias,& augmentum ex parte viri poteſt conſtitui ex bonis fideicommiſſi, iuxta diſpoſitionem Iuſtiniani *in d.§. Quamobrem*, & tradita *ſupr.hoc c.n.*112.Ergo multò magis licebit dotem iam datam ex ipſo fideicommiſſo repetere,cum in donatione propter nuptias , ſeu dotis augmento ex parte viri ceſſet cauſa priuilegij , quæ eſt ne mulier remaneat indotata , cum ſine donatione propter nuptias, ſeu augmento dotis mulier ſit dotata. Et dicta donatio propter nuptias debebat eſſe æqualis doti,& iure communi datur propter aſſecurationem dotis, vt ſuprà dictum eſt *in capitibus præcedentibus*.Si ergo lex voluit,vt liceret marito grauato alienare de bonis fideicommiſſi pro donatione propter nuptias vxori facienda , vt mulier eſſet cauta de dotis recuperatione , & indotata non remaneret, cur non etiam erit permiſſum alienari bona fideicommiſſi pro recuperatione dotis, ne pariter mulier remaneat indotata , maximè cum in donatione propter nuptias agatur de adæquatione lucri ; & in recuperatione dotis de damno inopiæ vitando.

Sexto,quia in patre,vel auo paterno fideicõmittente præſumitur,quod voluerit permittere bonorũ ſuorum alienationem pro conſtituenda dote filiæ filij, vel nepotis grauati, vt facilè virum inuenire poſſet , & nubere:ergo magis cenſendum erit voluiſſe permittere filio grauato ad finem,vt vxorem cum dote inueniret,vt poſſit bona fideicommiſſi obligare pro reſtituenda dote propriæ vxori,tum ob maiorem affectionem erga filium maſculum, & ſuæ familiæ conſeruationem ; tum etiam quia in conſtitutione dotis ſemper infert præiudicium fideicommiſſo,propter certam alienationem, quæ certitudo non eſt ita determinata in reſtitutione, cum ſemper dotes non diſſipentur : ita Gratian. *ſupra c.allegato.* Hodierna *ad d.dec.*62. Surd.*n.*106. & latius Oddus *d. quæſt.*44. *art.*2. *n.*42. vbi notat quod Patres non minus deſiderant filios , vel nepotes honorificis cũ dotibus nubere quam filias,vel neptes propter ſplẽdorem familiæ , & deſcendentium commodiorem fortunam quibus parentes libenter theſaurizant,& hac de cauſa plerumque prouident fœminas diuites,quæ portent in domum, & familiam integra patrimonia.

Nonnulla alia argumenta pro hac ſententia ab aliis afferuntur, & vnum eſt,quod ſi conſtitutio Iuſtin. de reſtitutione dotis intelligeretur de reſtituẽda dote marito ſoluta ante incertum onus fideicommiſſi, eſſet indubitabilis , nullámve dubitationem contineret , quia inquiunt Bartol.*in d.l.cum poſt dotem,§.tranſgrediamur, ff.ſol.matr.* Roland. & Surd. *locis ſup. allegatis.* bona ſoceri cenſentur hypothecata pro dote nurus recepta, & pater cogitur cõſentire filio recipiẽti dotẽ ab vxore, & ſe obligare,iuxta tradita *ſupr. c.*12.*n.*46. & Doctor. *ibid.allegatos*,& ſic teſtator non poteſt cõſtituere fideicõmiſſum in præiudicium nurus creditricis,& iam habẽtis ius hypothecæ.Verũ hæc præſuppoſitio(vt notat Menoch. *d.conſ.*33.*n.*21.*& d.præſ.*190. *n.*12.*v.cæterum*) non eſt certa,cũ contrariũ, & Patrẽ non teneri ſe obligare pro reſtitutione dotis à filio receptæ abſque Patris iuſſu teneãt,vtrobique,& melius confirmari præfatam argumentationẽ ex eo, quia Iuſtinian. hoc caſu tribuit priuilegiũ doti ob cõmunem vtilitatem: ſi autẽ verum eſſet dotẽ fuiſſe datã ante fideicõmiſſi cõſtitutionẽ,nõ ex priuilegio, ſed iure cõmuni ordinario poſſet mulier

dotem repetere, ob æs alienum, quod de fideicommiſſo venit prius detrahendum, atque adeo, vt priuilegiatam eſſe dotem cum Iuſtiniano dicamus, erit concedendum, dotem poſt fideicommiſſum fuiſſe datam: ita Menochius vtrobique.

Alterum argumentum eſt, quod præſumendum ſit Teſtatorem voluiſſe hæredem ſuum eſſe factum, quod ipſe feciſſet, ſi viueret, *vt præcedenti* §. ſæpius dictum eſt, ſed Pater Teſtator fideicommittens, ſi viueret, filio nubenti, & dotem recipienti præſtaret conſenſum, vt dotem ſuper bonis ſuis aſſecuraret, & ſi recuſaret, compelli poſſet ad eam aſſecurandam, iuxta tradita *d.c.* 12. *num.* 46. & Bartolum, & alios Doctores *ibidem* allegatos, ergo filius à Patre grauatus eodem patre mortuo vxorem ducens, & dotem accipiens, poterit obligare bona fideicommiſſo ſuppoſita, ſi alia non habeat pro eiuſdem dotis receptæ reſtitutione. Sed & hoc argumentum reprobatur (prout illud reprobat Menoch. *d. conſ.* 33. *num.* 23. *& d. præſ.* 190. *num.* 15) Nam minor neganda eſt iuxta tradita *eod. cap.* 12. *n.* 52. & Doctores *ibid.* allegatos, potiora igitur argumenta pro hac ſententia ſunt ſex illa in præcedenti adducta. Neque obſtant adducta pro altera ſententia negatiua.

Reſponſio ad argumenta primæ ſententiæ negatiuæ.

259 Ad primum reſpondetur, ex dicta Authentica probari ſententiam communem, vt in primo argumento eiuſdem ſententiæ explicatum eſt.

Ad ſecundum reſpondetur, quod dum *dict.* §. *ſi vero ipſam quartam.* loquitur de dote danda, & etiam de donatione propter nuptias facta à marito, nolens comprehendi in reſtitutione fideicommiſſi, permittitur etiam reſtitutio dotis datæ eidem marito grauato ex fideicommiſſi bonis iuxta tradita in argumento quarto, & quinto communis ſententiæ, cum enim eadem ſit ratio, etiam de dote reſtituenda debet intelligi, vt Menochius *dict. conſ.* 33. *num.* 36.

Ad tertium reſpondetur *d.* §. *hæc igitur*, prohiberi augmentum dotis ex parte mulieris, quæ iam ſit nupta cū incongrua dote ab initio, & etiam donationem propter nuptias iam ab initio matrimonij factam à marito fieri ex bonis fideicommiſſi ob ſuſpicionem fraudis in euerſionem fideicommiſſi, vt *ſupra hoc cap. num.* 119. notatum eſt. Hic autem agitur de muliere, quæ dedit dotem viro grauato, quæ excuſatur ob fideicommiſſi ignorantiam, quæ verè fraudem committere non poteſt cum non poſſit exigere niſi dotem, quam dedit, & non plus quam dedit, ſuppoſito, quod fuerit congrua, & non amplior, quam poſtularet perſonarum dignitas. Quod ſi eſſet dos immoderata, & immodica quoad exceſſum congruitatis, non eſſet ex bonis fideicommiſſi reſtituenda, ſicut nec dos immodica conſtituta quoad exceſſum poteſt ex bonis fideicommiſſi detrahi, *vt præcedenti* §. dictum eſt, & de hoc etiam infra. Eidem etiam obiectioni de euerſione fideicommiſſi Menoch. *d. conſ.* 33. *n.* 29. *d. præſ.* 190. *n.* 20. *& 21. & d. caſu* 181. *num.* 74. occurrit duobus modis, primo quod fideicommiſſa non poſſint ſubuerti, eo quod poſſint fideicommiſſarij ſucceſſores à tertiis poſſeſſoribus recuperare alia bona alienata, ſcilicet legitimā, vel Trebellianicam vt probant Textus *in dict.* §. *ſi vero contigerit quartam, Auth. de reſtit.* Secundo occurrit retorquendo argumentum, ſcilicet quia altera ſententia admiſſa inuenta eſſet via, qua mulieres dotem amitterent, & fraude aliorum læderentur, cum facile poſſet euenire quod vir ſciens ſe fideicommiſſo grauatum dotem ab vxore acciperet, & illam conſumeret, præſertim cum ſoleat dos numerata pecunia conſtitui, & ita mulier ſine culpa ſua iure ſuo fraudaretur. Dotis autem cauſa fauorabilior eſt cauſa ipſius fideicommiſſi, & ideo præferenda, vt latius idem Menoch. *dict. conſil.* 33. *citato num.* 29. *& d. præſ.* 190. *num.* 21.

Ad quartum cum Menoch. *d. præſ.* 189. *num.* 19. reſpondetur, quod iure communi, & regulari inſpecto dos data poſt fideicommiſſum iam conſtitutum ex illis bonis iam alteri obnoxiis, reſtitui non debet; at vero inſpecto priuilegio ſpeciali tributo mulieri, & doti, accedente præſertim iuſta cauſa ignorantiæ fideicommiſſi, reſtitui debet, neque obſtat, quod pater, relicta filiis legitima, de reliquo ſuorum bonorum poſſit libere diſponere; nam ſicut hac ratione non obſtante dos fœminis deſcendentibus ex teſtatore, qui fideicommiſſum inſtituit ex bonis fideicommiſſi, ſi legitima non ſufficiat, poteſt conſtitui ex priuilegio *in d. Authent. res quæ, & in dict. Auth. de reſtit. & ea quæ parit*, ita etiam dos tradita viro à patre grauato ex eodem priuilegio ex bonis fideicommiſſi, ſi legitima viri grauati non ſufficiat, reſtitui poteſt & debet.

Ad quintum reſpondetur primo, quod licet in conſtitutione dotis conſideraretur ſolum præſumpta voluntas teſtatoris fideicommittentis, iuxta *dict. l. mulier*, §. *proponeretur, ff. ad Trebell.* in reſtitutione vero dotis conſideratur ratio fauoris dotium, & publicæ vtilitatis fundata in æquitate, ne mulier, præſertim ſtante illius iuſta ignorantia, abſque ſua culpa perdat dotem, indotatave remaneat, vt mortuo primo marito non poſſit vlterius nubere. Vnde Menoch. *dicta præſumpt.* 190. *num.* 25. *verſ. cum vero*, notat hic non eſſe quærendum, diſputandumve (vt faciunt Petra *dict. quæſt.* 8. *num.* 368. Odd. *dict. quæſt.* 44. *art.* 8. Surd *d. deciſ.* 62. *num.* 12. *ad* 19. & Hodierna *controuerſ. forenſ. lib.* 1. *dict. cap.* 31. *num.* 59. 60. *& 61.*) an bona fideicommiſſi ſint pro reſtitutione dotis à viro grauato receptæ obligata ipſo iure (quod affirmat Petra & Oddus) vel obligari debeant à viro & ab vxore cogi poſſit? Nam lex non conſiderat, neque inducit ipſo iure obligationem & actionem (vt conſtat ex *dict. Authent. res quæ, &* §. *Quamobrem* 161. *non prohibeatur alienari*, & ibi, *permittitur res in eam cauſam alienari & obligari*) ſed conſiderat æquitatem, quæ iudicis officium parit, cum ſuccurrat mulieri, ne dotē, qua iterū nubere valeat, abſque ſua culpa perdat.

Reſpondetur ſecundo, non deeſſe præſumptam teſtatoris voluntatem, vt notatur in ſexto argumento.

Ad ſextum reſpondet Roland. *dict. conſ.* 85. *num.* 36. *fine*, illud ius ſpe tantum competens, poſſe tali fauore dotis, quæ iuxta *l.* 1. *ff. ſolut. matrim.* & tradita argumento tertio reſpicit publicam vtilitatem, vt patet *in dict. Auth. res quæ, & corpore vnde ſumpta eſt.*

Bona fideicommiſſi pro reſtitutione dotis alienari poſſunt, etiamſi ab initio matrimonij, & traditionis dotis mulier non explorauerit conditionem mariti, & an etiamſi ſciuerit bona mariti eſſe fideicommiſſo ſuppoſita.

Ad ſeptimum reſpondetur ex Menoch. *dict. conſ.* 33. 260
n. 31. *& tribus ſeq. d. præſ.* 190. *n.* 23. *& d. caſu* 181. *n.* 92. Surd. *d. deciſ.* 62. *num.* 38. *&* 41. & aliis Iuriſperitis ab iiſdem, & à Cancerio *d. cap.* 9. *n.* 170. relatis, non poſſe imputari negligentiæ, & culpæ, quod prius non explorauerit conditionem eius, cum quo contraxit: neque obſtat *dict. l. qui cum alio contraxit, ff. de reg. iur.* quia [vt iidem Doctores notant] ea regula non habet locum in muliere, cuius officium non eſt explorare conditionem viri, & illius facultates perquirere iuxta *leg. fin. in fine, ff. qui petant tutores*; & ideo non poteſt adſcribi aliqua culpa mulieri non exploranti conditionem mariti, & Fridericus Pruchamanno *de differentia iuris inter maſculos, & fœminas*, à Cancerio relatus aſſerit indiſtincte fœminam non teneri perſcrutari conditionem eius, cum quo contrahit: & quamvis

quamuis Cancerius poſt Cagnolum *in d.l.qui cum alio poſt numer.* 19. non approbet præfatam generalitatem, quia mulier non excuſatur à Iuris ignorantia, niſi in caſibus expreſſis *in leg.fin.de iur. & fact. ignor.* ac proinde non excuſetur ab ignorantia iuris poſitiui *leg.exigere dotem, Codic.de iudic.* quòd in dote reſtituenda attendantur leges domicilij mariti,eique imputari,ſi non inueſtigauerit ſtatuta loci domicij , nihilominus in præſenti materia mulieri, ſi non inueſtigauerit conditionem mariti futuri, ait parcendum eſſe ob alias conſiderationes Menochij *locis citatis* , & Surdi , ſcilicet quod communiter mulieres à patre, vel fratribus, aut affinibus nuptui tradantur , & confiſæ de eorum parentibus , & coniunctis non cogitant de cautione dotium, ac proinde illorum negligentia,quæ fuit in non perſerutando conditionem mariti,non debet poſſe nocere mlulieri,iuxta *leg.rem hereditariam,ff.de euiction.* & præterea quia non ita de facili,& vix (teſte ipſa quotidiana experientia) cognoſci poteſt , an bona ſubſint fideicommiſſo, vnde iuſta hæc ignorantia à Iuſtiniano *verſ. adierunt*, appellatur : iuſtam autem non dixiſſet ſi fuiſſet neceſſaria perquiſitio conditionis mariti. Addit Surd. *dicto numero* 38. quod mulier quoad conſilij fragilitatem,& imbecillitatem æquiparatur minori,cui non imputatur,quod non inueſtigauerit conditionem eius,cum quo contraxit,*leg.ſi quis patrem,ff.ad Maced.* & ſic idem dicendum de muliere.

261 Verùm vero etiamſi tempore matrimonij contrahendi,& dotis tradendæ mulier ſciuerit bona mariti eſſe fideicommiſſo ſubiecta, nec eũ alia bona habere, adhuc mulier poſſit reſtitutionem dotis petere,& conſequi ex bonis fideicommiſſi,negatiuam ſententiam, & hoc caſu mulierem non poſſe dotis reſtitutionem conſequi ex bonis fideicõmiſſi,eorumve alienatione,tenet Curtius iun. *in dict. authentic. res quæ, numero* 11. Crotus, Socinus,Craneta,Burſatius, Alexander,Iaſon, Opizonius à Menochio,Peregrino,Oddo, & Fuſar. locis mox allegandis relati,Theſaurus *deciſione* 151.Oſaſcus *deciſione* 73.& Menochius *d.præſ.* 190.*nu.* 47. & idem Fuſarius *conſ.*23.*n.*12. Probatur hæc ſententia , quia hoc caſu ceſſat ratio propter quam Iuſtinianus *in dict.* §.1. *auth. de reſtit. & ea quæ,* motus eſt ad permittendam dotis reſtitutionem ex bonis fideicommiſſi , quæ fuit ignorantia probabilis , qua mulier ipſa fuit decepta: quando autem nouit extare fideicommiſſum , & dat dotem, non poteſt dici decepta , *leg. cuius per errorem, ff. de reg. iur. & capit. ſcienti , de reg. iur. in ſexto.* Neque eſt ſuccurrendum ei,qui ſua ſponte in neceſſitate ſe poſuit *leg.ſi fideiuſſor* §. *qui neceſſaria ff. qui ſatiſdar. cogant.* & hanc ſententiam approbat Oddus *de fideicom. q.* 44. *art.* 5.*n.* 94.*& trib.ſeqq.*quando mulier ſciebat adeſſe fideicõmiſſum, nec extare alia bona libera,& fuit monita à peritis , quid ſignificaret bona eſſe ſuppoſita fideicommiſſo ; & tamen voluit contrahere cum viro , & dare illi dotem. Iuxta autem hanc ſententiam à fideicommiſſario erit probanda ſcientia , vt expreſſe notat Fuſarius *d.n.* 12. *fine*, quia in muliere præſumitur ignorantia,iuxta tradita *n.præcedenti*,& Doctores *ibid. allegatos*, & alios communiter.

262 Contrariam nihilominus ſententiam affirmatiuã, & quod mulier non obſtante ſcientia fideicõmiſſi ab initio matrimonij poſſit exigere,& conſequi dotis reſtitutionẽ ex bonis fideicommiſſi, ſuſtinent Ripa *in l.filiusfamilias §. Diui* 77. *fine ff. de leg.* 1. Couarruuias *tertio var.reſol. c.*6. *n.*10. *verſ. non tantum*, Menoc. *d.conſ.* 33. *n.*35. Peregrinus *d. art.* 42. *num.* 17. Surdus *d. deciſione* 62. *numero* 34. *verſ.nec poteſt.* Ant. Sola *in conſuet. Sabaudiæ tit. de feudis , gloſſa vnica partis ſecund. decret. Blanchæ numero ſexto fine*, Merenda *controuer. iur. tomo prim.libro quart.capite* 31. *numero* 3. *& pluribus ſequentibus*, Fuſarius *de fideicommiſſ.dict.quæſtione* 532.*numer.* 15. & 16.*verſ.reſpondetur* ; & alij allegati à Peregrino *d.n.*17.vbi dicit ſe Paduæ nunquã vidiſſe de hoc controuerti,& Theſaurus vbi ſuprà teſtatur hanc ſententiã probaſſe Senatum Pedemontanum.Ratio eſt,quia ratio principalis , & finalis,qua motus fuit Iuſtinianus *in d. auth.de reſtit. & ea quæ parit* , ſicut fauor publici boni prouenientis ex eo , quod mulieres habeant dotes , vt poſſint nubere, vt ſuprà in argumento tertio cõmunis opinionis oſtẽſum eſt, quæ ratio militat etiam in dotis reſtitutione,vt eodem argumento tertio dictum eſt, huiuſmodi autem generalis ratio habet locum,tam quando mulier ignorauit , quam quando ſciuit extare fideicommiſſum, nec adeſſe alia bona.Vnde ceſſat argumentum pro altera ſententia negatiua adductum, nam ignorantia probabilis fideicommiſſi fuit tantum cauſa impulſiuã,fauor autem publicus,ſeu vtilitas publica,vt eodem argumento tertio notatum eſt. Accedit etiam præſumpta voluntas teſtatoris , quod bona ſua poſſint obligari , & alienari ex cauſa reſtituendæ dotis vxori filij,vel nepotis grauati,vt poſſit inuenire vxorem.vt argumento ſexto communis opinionis notatum eſt,quæ præſumpta voluntas cenſetur adeſſe etiamſi mulier ſciuerit exiſtentiam fideicommiſſi. Hanc eandem ſententiam probant Surdus, & Fuſarius locis allegatis, quod mulieri opus non ſit inueſtigare conditionem,& ſtatũ filij grauati mariti ſui,ſi habeat,vel non habeat bona libera , vel tantum fideicommiſſo , eo quod Pater fideicommittens ſit obligatus pro reſtitutione dotis,& eius bona tranſiuerint in hæredes cum illo onere,& ideo in eius poteſtate non ſit prohibere eorum alienationem dotis reſtituendæ cauſa faciendam, verum an Pater teneatur ſe obligare pro reſtitutione dotis vxoris filij eſt valde controuerſum,vt conſtat ex traditis *ſuprà , dicto capite* 12. *num.* 46. *&* 52. Vbi vtriuſque ſententiæ auctores, & fundamenta poſita ſunt, *& dicto n.*52. approbat ſententiam negatiuam : ſed redeundo ad communem ſententiam *numer.*158 firmatam.

Pro reſtitutione dotis poſſunt alienari omnia bona fideicommiſſi , ſi pars eorum non ſufficit , & dos fuerit congrua. Quid ſi immodica, & amplior malitioſe à filio grauato accepta ad euerſionem fideicommiſſi.

Ampliatur primo eadem communis ſententia,vt pro reſtituenda dote vxori filij à Patre fideicommiſſo grauati poſſint omnia bona fideicommiſſi alienari , ſi eorum pars non ſufficiat,ita Doctores *ſup.hoc capite,numero* 108.*allegati*,ex quibus Ludouicus Molina,& Hodierna loquuntur non ſolùm, quando alienatio totius fideicommiſſi eſt neceſſaria ad conſtituendam congruã dotem deſcendentibus teſtatoris,ſed etiam quando dos congrua pro conditione perſonarum data marito grauato non poſſet integrè reſtitui,niſi alienatis omnibus bonis fideicommiſſi : & licet alij Doctores *ibidem allegati*, expreſſe loquantur de conſtitutione dotis, tamen etiam de reſtitutione ſunt intelligendi,cum in hac materia alienationis bonorum fideicommiſſi permiſſæ ex cauſa dotis conſtitutio , & reſtitutio procedant à pari, vt *ſupra , numero* 255. *in fine* primi argumenti eiuſdem communis opinionis notatum eſt. & loquentes in reſtitutione dotis ſentiunt communiter Doctores,quos Sola *dict. gloſſa vnica , dicto numero ſexto* refert , & probant eædem rationes , & quia iuxta Iuſtinianum pro reſtitutione dotis congruæ , ſicut & pro conſtitutione ſi legitima non ſufficit,poſſunt alienari bona fideicommiſſi,& conſequenter etiam omnia , ſi aliter dos congrua data marito non poſſit integrè mulieri reſtitui, & 263

quia dos reſtituenda cenſetur æs alienum, quod fideicommiſſo non comprehenditur, *vt eodem numero* 108. notatum eſt, & omnia *ibidem* tradita quoad dotis congruæ conſtitutionem rectè aptantur reſtitutioni, & ita expreſsè ſenſit etiam Ant. Sola *citato num.* 6. vbi primò dicit, quod ſi tempore conſtitutionis dotis illa erat congrua, neque abſorbebat totum feudum, ſed partem, & poſtea feudatarius tantum diſtraxit, vt totum, quod ſupereſt, debeatur pro dote, hoc caſu poterit vxor totum quod ſupereſt accipere, ſecundo dicit, quod ſi tempore conſtitutionis dotis maritus non habebat plura bona, aut fortè non tanta quanta erat dos, ſi dos iuxta conditionem ſuam erat congrua, quia aliter non poterat honeſtè nubere; hoc, inquam, caſu dicit, quod ſicut licet mulieri ſibi dotem conſtituere de bonis fideicommiſſi, nedum vltra legitimam, & Trebellianicam, ſed etiam omnia bona in dotem tradere, iuxta Baldum, Caſtrenſem, & Iaſonem *in dicta authentic. res quæ*, & alios *ſupra numero* 108. *relatos*, ſic etiam maritus poteſt pro dote reſtituenda, ſi ſecundum eius qualitatem non poterat aliter nubere, obligare omnia bona feudi, & fideicommiſſi. Ex quibus non venit audiendus Merenda *controu. iur. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 31. *num.* 22. *& ſequentibus*, vbi ſentit non poſſe alienari totum fideicommiſſum pro reſtitutione dotis congruæ datæ marito grauato, vbi ad integram reſtitutionem totum fideicommiſſum foret deſtruendum, ſed in tali caſu *numero* 57. dicit ſolum eam partem eſſe fideicommiſſo deducendam, quæ nec totius fideicommiſſi euerſionem inducat, nec magnæ eius partis.

164 Dictum eſt, quando *dos congrua, &c.* Nam ſi dos tradita marito grauato ſit immodica, & notabiliter excedens viri dignitatem, quoad exceſſum non eſſet reſtituenda ex bonis fideicommiſſi, ſicut etiam dos immodica promiſſa viro, illi nec mulieri ipſi congrua, ſed notabiliter illorum dignitatem excedens, quoad exceſſum non detrahitur ex bonis fideicommiſſi, vt *ſupra, cap.* 109. probatum eſt: ita etiam expreſsè tenet alios allegans Sola *dicto n.*6. Quare quando filius vel nepos Teſtatoris fideicommittentis grauatus malitioſe huiuſmodi dotem exceſſiuam acciperet etiam ex conſenſu, & dolo ſoceri, vel aliorum dotantium vxorem ſuam, hæc immenſa dos, vtpote ad finem præcipuum euertendi fideicommiſſum ex bonis fideicommiſſi quoad exceſſum non eſſet reſtituenda, vt etiam notauit Oddus *dicta quæſtione* 44. *citato articulo ſecund. numero* 46. vbi tamen *numero* 47. addit huiuſmodi dolum probari debere à fideicommiſſario, tum quia eſſet fundamentum intentionis ſuæ: tum quia præſumptio erit pro grauato, quia creditur potius ob commoditatem pinguiorum fructuum dotis immenſæ, quàm ob euerſionem fideicommiſſi huiuſmodi dotem recepiſſe, & hoc idem notauit Hodierna *ad deciſ.* 62. Surdi *num.* 107.

Sic etiamſi alienatio bonorum fideicommiſſi pro dotis reſtitutione eſſet facta in fraudem, & perniciem fideicommiſſi, non ſuſtineretur, iuxta notata *ſupra hoc capite, num.* 252. *fine.*

Si filius grauatus mortuo Patre conſumpſiſſet legitimam, & Trebellianicam & poſt eam conſumptam conſummauit matrimonium, & recepit dotem, mortuo marito vxor poteſt repetere, & conſequi dotis reſtitutionem in bonis fideicommiſſo ſubiectis.

165 Ampliatur ſecundo eadem communis ſententia, vt pro reſtitutione dotis à muliere datæ viro à patre mortuo fideicommiſſi grauato alienari poſſint mortuo marito eiuſdem fideicommiſſi bona, tametſi pater fideicommittens filio grauato reliquerit legitimam, & Trebellianicam, quam idem filius ante dotis receptionem iã conſumpſiſſet. Ita Curtius Iunior *conſ.* 59. *n.* 3. *verſic. ſi tota igitur.* Rolandus à Valle *d. conſ.* 85. *num.* 45. *lib.* 1. & Menoch. *d. conſ.* 33. *num.* 38. *verſ. tertius eſt caſus*, Peregrinus *d. art.* 42. *num.* 16. Fuſarius *d. quæſt.* 332. *num.* 14. & apud eoſdem alij, & ad idem poſſunt rectè allegari omnes Doctores *ſupra, hoc cap. n.* 149. relati, & ampliationem probant Curtius, & Menochius ratione ſimili *d. n.* 149. adductæ, ſcilicet quod Iuſtinianus *in d. auth. de reſtitutionibus, & ea quæ partu, § Quamobrem ſi aduerunt*, generaliter loquitur non diſtinguendo, an ante dotem datam, vel poſt maritus grauatus, ſiue fideicommiſſarius conſumpſerit illas duas quartas, legitimã & Trebellianicam; confirmant, quia cauſa, ob quam ibi mulier conquerebatur defraudari dote ſua, ſit fundata in ignorantia fideicommiſſi, quę ignorantia habet locum etiam in præſenti caſu, & maximè quia verè (ait Menochius) non potuit ſciri nec à muliere, nec ab illis, qui eam tali viro nubere curarunt, quæ eſſent viri facultates, ſi permultæ eius eſſent negotiationes; & ſæpe de facultatibus ſuis amplius, quam in his eſt, ſperant homines, §. *in fraudem, verſ. ſæpe enim, Inſtit. quibus ex cauſis manumitt. licet.*

Si tempore dotis data penes maritum grauatum extabant legitima, & Trebellianica, aliaue bona libera ad dotis reſtitutionem ſufficientia, quæ tempore reſtitutionis à marito conſumpta reperiantur, mulier agere poteſt contra bona fideicommiſſi pro ſua dote conſequenda.

Ampliatur tertio eadem communis ſententia, vt tametſi tempore matrimonij, & dotis datæ penes filium maritum grauatum extabant legitima, & Trebellianica, vel alia bona libera dotis reſtitutioni ſufficientia, quæ poſtea ab eo fuerunt conſumpta, ita quod tempore reſtituendi dotem ex mariti bonis adſint tantum bona fideicommiſſi, nihilominus mulier poſſit agere, vt ſibi dos reſtituatur ex eiſdem bonis fideicõmiſſi & illa retinere, quantum ad ſuam dotem ſufficit: ita Paulus de Caſtro *d. auth. res quæ, n.* 11. *C. commun. delegat.* (vbi dicit hunc caſum Florentiæ eueniſſe, & ita iudicatum) *ibidem* Iaſon *col. vlt. verſ.* 14. *limita*, idem Caſtrenſis *conſ.* 15. 80. *&* 219. *lib.* 1. Curtius Iun. *conſ.* 57. *n.* 9. Rolandus *d. conſ.* 85. *num.* 44. *lib.* 1. Menochius *d. conſ.* 33. *numero* 38. *verſ. ſecundus eſt caſus & etiam de præſumpt. libro quarto, d. præſumpt.* 190. *numero* 44. *&* 45. (vbi tamen reſtringit, quando bona libera tempore dotis datæ tempore reſtitutionis reperirentur omnino conſumpta, vt neque apud tertius poſſeſſores, in quos alienata fuiſſent, extare appareret,) Oddus *de fideicommiſſis quæſt.* 44. *articulo quarto, numero* 79. Cancerius *variar. reſolut. parte prima, capite* 9. *numero* 171. Mattha *de ſucceſſ. parte quarta, quæſtione* 21. *articulo decimo, numero* 66. *&* 67. Paſchalis *de viribus patr. poteſt. capite ſeptimo, numero* 73. Antonius Sola *in conſuetud. Sabaud. titulo de feud. in gloſſa vnica partis ſecundæ decreti Blanchæ, numero ſexto*, Fuſarius *dicta quæſtione* 532. *numero ſeptimo*, & communiter alij Iuriſperiti, quos Menochius, Rolandus, Oddus, & Fuſarius *locis allegatis* referunt. Qui probant, quia nihil hoc caſu ſit, quod mulieri imputari poſſit, & culpa mariti non debeat nocere vxori, vt in ſimili de dote conſtituenda notatum eſt *ſuprà hoc capite, numero* 149. Neque ſufficit, ſeu conſiderandum eſt, quod tempore dotis datæ extiterint tot bona libera, quibus potuerit dos reſtitui (vt voluerunt 166

plures

plures à Rolando *dict. conſ.* 85. *num.* 28. Menochio *dict. conſil.* 33. *num.* 3. & Fuſario *dicta quæſtione* 530. *num.* 8. relati.) Quia an extent bona libera, vt ex eis, non ex bonis fideicommiſſi dos ſit reſtituenda, conſideratur, ſeu conſiderandum eſt tempus non dationis dotis, ſed reſtitutionis, vt expreſsè Caſtrenſis, Roland. Menochius *locis citatis*, ab iiſdem & Fuſario relati, & etiam Peregrinus *d. artic.* 42. *num.* 28. Ludouicus Molina *de primogen. libr.* 4. *capite* 7. *num.* 8. Milanenſis *deciſ.* 7. *numer.* 60. & Hodierna *controu. for. lib.* 1. *capite* 31. *numer.* 36. quod Rolandus poſt alios confirmat, quia prouiſio illius *auth. in dicto* §. *Quamobrem*, vt fideicommiſſi bona poſſent alienari, etiam pro dotis reſtitutione, facta eſt fauore mulierum, ne ſuis dotibus defraudarentur, & impedirentur nubere; vt ergo hoc euitetur, non debet inſpici tempus dotis datę, vt ſciatur, an legitima, vel alia bona libera ſufficiant dotis reſtitutioni, ſed tempus reſtitutionis eiuſdem dotis, quia nihil prodeſſet mulieri, ſi legitima, & Trebellianica, & alia bona libera ſufficiant ad reſtitutionem dotis conſtante matrimonio, ſi eo ſoluto, cum reſtitutio fieri debet, non ſufficiunt. Ne ergo illa legis prouiſio reddatur eluſoria (quod non eſt dicendum) tempus reſtitutionis dotis eſt inſpiciendum, & eo magis ſi mulier ignoraſſet fideicommiſſum, cum non ſit conueniens, mulierem remanere dote ſua priuatam ob huiuſmodi negligentiam.

An in mulieris electione ſit agere directè contra bona fideicommiſſi, vel contra tertium poſſeſſorem bonorum liberorum, in quem à marito viuente fuerunt alienata.

267 Vtrum verò ſi legitima, Trebellianica, & alia bona libera, quæ penes maritum tempore dotis datæ extabāt, tempore reſtitutionis non ſint omnino conſūpta, ſed reperiantur extare apud tertium poſſeſſorem, in quem à marito fuerint alienata, ſit in electione mulieris agere contra bona fideicommiſſi, aut ea retinere, vel agere contra tertium poſſeſſorem; an verò teneatur prius agere contra tertium poſſeſſorem illorum bonorum liberorum, quæ erant dotis datæ tempore libera? Et mulierem prius debere agere contra tertium poſſeſſorem bonorum liberorum ei acquiſitorum, ſentiunt Caſtrenſis *conſ.* 359. *in vltimo dubio, lib.* 1. Menochius *d. præſumpt.* 190. *num.* 44. & 45. & Merenda nonnullos alios allegans *tom.* 1. *lib.* 4. *capite* 32. *numero* 21. & *ſeq.* Qui probant, quia remedium *d. authentic. res quæ*, eſt ſubſidiarium (vt *articulo præcedenti* dictum eſt) ſcilicet permitteretur ibi ſolum in ſubſidium alienari cauſa dotis bona fideicommiſſi, quando deſunt alia bona libera. In poſteriori verò caſu extant bona allodialia, ſcilicet actio quæ eſt loco rei, *lege qui actionem*, *ff. de reg. iur.* & ex conſequenti non poteſt mulier agere directe contra bona fideicommiſſi, illave retinere, ſed debet agere contra tertium poſſeſſorem, & iuxta hanc ſententiam fuiſſe iudicatum tradit Vincentius de Franchis *deciſione* 519.

268 Contrariū & eſſe in mulieris electione agere directo cōtra bona fideicōmiſſi, vel contra tertiū poſſeſſorē bonorum liberorum ei poſt dotis receptionem à marito acquiſitorum, tenent Curtius Iun. *conſ.* 59. *n.* 7. & 8. Eugenius *conſ.* 54. *n.* 4. Cancerius *d. n.* 171. *verſ. contrarium.* Paſchalis *d. c.* 7. *num.* 73. *fine*, & plures alios allegantes Peregr. *de fideicom. d. art.* 42. *n.* 18. *verſ. contra verò*, Oddus *d. art.* 4. *n.* 83. & Fuſar. *d. q.* 532. *n.* 10. & 11. & idem ſentit Menoch. *d. conſ.* 32. *n.* 29. *verſ. non etiā*, & *d. caſu* 182. *num.* 74. *verſ. accedit.* non enim debet cogi mulier experiri aduerſus tertium poſſeſſorem, qui poſſet eſſe ſibi durior Aduerſarius, quod detrimentum mulierem pati non eſt conueniens, & præterea facilius erit vxori retinere poſſeſſionem bonorum à marito poſſeſſorum tempore eius mortis. Vlteriùs cenſetur dediſſe dotem contemplatione omnium bonorum, quæ maritus poſſidebat: fideicommiſſarius tamen qui reſtituit dotem in bonis fideicommiſſi, agere poterit contra tertium poſſeſſorem ad legitimam & Trebellianicam, & alia bona libera per maritū filium Teſtatoris grauatum alienata. Ita Curt. Iun. *d. conſ.* 59. *n.* 4. & alios allegantes Peregrin. *d. v. contra*, Menoch. & Cancer. *locis allegatis*, Petra *de fideicom. q.* 8. *num.* 458. Oddus *d. art.* 4. *n.* 84. & Fuſar. *d. n.* 12. licet iuxta Petram, Peregr. Oddū & Fuſar. *locis allegatis*, tutius ſit, quod fideicommiſſarius faciat ſibi à muliere cedi iura ſua, & iuribus ceſſis agat contra tertium poſſeſſorem bonorum liberorum. Et teneretur mulier ſua iura cedere ad fauorem commiſſarij contra alia bona, vt notat etiam Marta *de ſucceſſ. p.* 4. *q.* 21. *art.* 10. *n.* 45. quia creditor tenetur cedere iura talia, qualia habet ex regula *leg. in creditores*, vbi Doctores, *ff. de euict.* vbi creditor tenetur cedere actionem pignoratitiam, quæ cedenti eſt inutilis, & ideo tenetur cedere qualia iura habet, *l. mulier*, *ff. qui potior. in pig. habeant.*

Limitatur autem ampliatio, vt dos non deberet reſti- 269
tui ex bonis fideicōmiſſi, quando mulier ipſa expreſsè vel tacitè conſenſiſſet marito dilapidanti bona libera, quia tunc eidem mulieri eſſet imputandum: ita poſt Iaſonem *in d. auth. res quæ fine*, Petra *d. q.* 8. *numero* 458. Menochius *dicta præſumptione* 190. *numero* 46. *fine*, Fuſarius *dicta quæſt.* 532. *num.* 13. & *de fideicomm. quæſt.* 44. *articulo ſecund. numer.* 47. *fine*, contra quam tamen limitationem faciunt tradita *infra numer.* 277. ex Sola, & non eſſet admittenda, vbi vxor ex timore reuerentiali, aut alia iuſta cauſa tacuiſſet, ſeu non contradixiſſet marito dilapidanti, & fideicommiſſario (iuxta notata *ſupr. n.* 261. incumbere videtur onus probandi, quòd mulier libere & abſque iuſta cauſa conſenſerit, præſertim ſi expreſſe non conſenſiſſet.

Dos reſtitui non debet in bonis fideicommiſſi ſi extant bona libera, in quibus poteſt reſtitui, & quando maritus expreſsè dixit in hypotheca dotali nolle comprehendi bona fideicommiſſi.

Ex ſupradictis, iunctis traditis *ſuprà hoc capite, num.* 270
124. & 137. conſtat, quod quando tempore reſtitutionis extant alia mariti bona libera, ex quibus dos poteſt reſtitui, pro dotis reſtitutione bona fideicommiſſi non erunt diminuenda, cum beneficium, ſeu remedium *dicta auth. de reſtit, & ea quæ parit*, d. §. *Quamobrem*, ſit conceſſum in ſubſidium: ita Caſtrenſis, Vincentius de Franchis, Menochius *locis numero* 264. *citatis*: idem Menoch. *conſilio* 318. *fine*, Surdus *dicta deciſione* 62. *numero quarto*, Peregrinus *dicto articulo* 42. *numero* 66. & *deciſione* 125. Petra *dicta quæſtione* 8. *numero* 459. & omnes Doctores allegati *ſupra*, *dicto numero* 24. Fuſar. *dicta quæſt.* 532. *num.* 33. & communiter alij, quos Peregr. *dict. num.* 66. refert. Cui autem incumbat onus probandi extare bona libera, mulierine, an fideicommiſſario, declaratum eſt *ſupra hoc capite* 138. & *nonnullis ſequentibus.*

Quando etiam maritus in dotis receptione dixiſſet 271
in hypotheca dotali nolle fideicommiſſi bona contineri, ex eiſdem bonis non debere reſtitui dotem notat Petra *de fideicom. d. quæſt.* 8. *num.* 369. & *ſeqq.* & poſt eum Fuſar. *d. q.* 532. *num.* 32.

Dos

Dos, quæ reſtitui debet in bonis fideicommiſſi, quod filius maritus grauatus poſſidebat, erit reſtituenda non ſolum ex portione relicta marito, ſed etiam ex portione, quam ille habuit à cohærede ex fideicommiſſo reciproco, ſi propria portio non ſufficit ad reſtitutionem.

272 Ampliatur quartò eadem communis ſententia, vt ſi plores fratres à patre fuerunt inſtituti hæredes, & grauati fideicommiſſo reciproco, dotis reſtitutio poſſit fieri (aliis bonis liberis non extantibus) non ſolum ex portione bonorum fideicommiſſi relicta ipſi marito grauato, ſed etiam ex portione relicta mariti fratris cohæredi, & eidem marito ex eodem reciproco fideicommiſſo peruenta, iuxta explicata, & tradita *ſupra hoc capite, numero* 160.*&* 161. Hæc ampliatio eſt contra Paulum de Caſtro, Peregrinum, & alios Iuriſperitos allegatos *ſupra, dicto num.* 160. aſſerentes diſpoſitionem *auth. res quæ*, habere locum ſolum in portione fideicommiſſi relicta grauato, non autem in portione relicta cohæredi, & eidem grauato reciproco fideicommiſſo peruenta ſiue agatur de conſtitutione dotis, ſiue de reſtitutione illius receptæ per eundem grauatum, quos ſequutos eſt Fuſar. *d.quæſt.*532. *numer.* 42.*& conſ.* 166. *numero* 4. Probat Peregr. *dicto articulo* 42. *numer.* 55. quia *dicta authentica res quæ*, permittitur conſtitutio, & reſtitutio dotis in bonis relictis ipſis filiis, in quibus fuerunt grauati: ergo non in bonis relictis alteri cohæredi. Fuſar. adducit eam rationem, quod dos nurus ab initio donationis fuit aſſecurata ſuper bonis mariti, & pro eius reſtitutione nunquam fuerunt obligata alia bona cohæredis, non à principio, cũ tunc non eſſent mariti, ſed nec ex poſtfacto, quando maritus grauatus habuit ex fideicommiſſo ob mortem cohæredis, quia tunc habuit cum grauamine fideicommiſſi annexo. Quibus tamen non obſtantibus probatur ampliatio, primò quia conſtitutio dotis poteſt fieri etiã ex portione cohæredis ad grauatum peruenta, *vt ſupra, d.num.* 161. probatum eſt, & tenent Doctores *ibidem ſuprà*, ergo & pro reſtitutione, cum in hac materia conſtitutio, & reſtitutio dotis à pari procedant, vt *ſupra, num.* 355. *verſ. probatur primò.* Præterea portio illa ad fratrem mariũ peruenta ex bonis Teſtatoris proceſſit, qui illa petitione bonorum ſuorum inter plures fratres non poteſt cenſeri voluiſſe derogare fauori publico, ratione cuius Iuſtinianus ex ſpeciali priuilegio conceſſit, vt etiam pro reſtitutione dotis vxoris filij grauati aliis bonis non extantibus fideicommiſſi bona poſſent alienari, vel obligari, ſicut etiam ſpeciali prohibitione alienationis etiam ex cauſa dotis non poteſt eidem fauori publico derogare, *vt ſupr. n.* 168. dictum eſt, de quo etiam mox infra. Vlterius præſumpta voluntas Patris fideicommittentis, de qua *ſupr. num.* 255. in argomento ſexto einſdem communis opinionis, procedit etiam in portione fideicommiſſi relicta cohæredi ad maritum grauatum peruenta. Confirmatur etiam ampliatio ex traditis, ſcilicet quod totum fideicommiſſum poteſt alienari pro reſtitutione dotis congruæ, vbi pars non ſufficit. Neque hic conſideratur, an bona fideicommiſſi à marito grauato poſſeſſa ſint pro reſtitutione dotis ipſo iure, vel ſpecialiter obligata, ſed æquitas Iudicis officium pariens, in qua eſt fundata conſtitutio Iuſtin. *d. auth. de reſtit. & ea quæ parit*, §. 1. *verſ. adierunt, vt ſupr. n.* 256. *verſ. ad quintum* notatum eſt.

Bona maioratus, & primogenituræ alienari poſſunt pro dotis reſtitutione.

Ampliatur quintò eadem communis ſententia, vt etiam bona primogenituræ alienari poſſint pro reſtitutione dotis, vt aliis allegatis expreſſe tradit Fuſar. *d.q.*532.*n.*17. & faciunt tradita *ſup. n.* 166. de dote conſtituenda ex maioratu, & Iuriſperiti *ibidem* allegati aſſerentes maioratus, ſeu primogenituræ bona in ſubſidium poſſe alienari pro conſtituenda dote fœminis deſcendentibus ab inſtitutore primogenituræ, cum in hac materia dotis conſtitutio, & reſtitutio à pari procedant, vt ſupra notatum eſt, & militat eadem ratio fauoris dotium, & nuptiarum, & ſic publicæ vtilitatis prouenientis ex nuptiis, quibus proles procreatur, & ciuitates replentur hominibus ingenuis, quæ eſt ratio principalis diſpoſitionis Iuſtiniani, quod bona fideicommiſſi poſſint alienari pro conſtituenda, & reſtituenda dote, *vt ſup. n.* 255. *verſ. tertio hanc ſententiam.* 273

Pro dotis reſtitutione poſſunt alienari bona fideicommiſſi, etiam cum ſpeciali prohibitione alienationis ex cauſa dotis, vbi alia bona libera non extant?

Ampliatur ſexto communis ſententia, vt etſi teſtator fideicommittens expreſſe, & ſpecialiter prohibuiſſet alienari bona etiam ex cauſa dotis, nihilominus ex bonis fideicommiſſi, ſi alia bona libera non extent, poteſt dos conſtitui fœminis ex teſtatore linea recta deſcendentibus (vt *ſuprà, numero* 170. probatum eſt, & tradunt Doctores *ibidem allegati*) ita etiam non obſtante tali ſpeciali prohibitione poſſunt eadem bona fideicommiſſi, aliis bonis liberis non extantibus, alienari pro dotis reſtitutione (id quod ex Doctoribus *dicto numero* 170. relatis, expreſſe tradunt Surdos *dict. deciſione* 62. *numer.* 11. vbi ait iudicaſſe ſuum Senatum Mantuanum) Cancerius *var. reſolut. part. prim. capite* 9. *numero* 172. (qui teſtatur ita iudicaſſe ſuum Senatum Catalannum) Fuſarius *dict. quæſtione* 532. *num.* 21. (vbi addit hoc idem tenere Chriſtophorum Torniolam *conſ.* 22. *num.* 27. Cephalum *conſilio* 574. *libro quart.* Iaſonem *conſilio* 262. *numero quarto, & ſexto*, & Gallum cum aliis *de except. ſucceſſ. except.* 4. *numero* 61. *& ſequentibus, parte tertia*,) & huius ſententiæ etiam ſunt alij Doctores *eodem numero* 170. *allegati*, qui licet expreſſe loquantur de dotis cõſtitutione, tamen nituntur rationibus habentibus locum etiam in dotis reſtitutione, & in hac materia cõſtitutio, & reſtitutio dotis à pari procedunt, vt *ſuprà, numero* 258. *verſicul. primo probatur*, notatum eſt. Probatur igitur ampliatio ratione *dicta numero* 170. adducta, ſcilicet quia diſpoſitio Iuſtiniani *dict. authentic. de reſtit. & ea quæ parit*, §. *Quamobrem*, fundata eſt in fauore publicæ vtilitatis reipublicæ reſultante ex matrimonijs, quæ regulariter non fiunt ſine dote, vt *dicto numero* 170. *& dicto numero* 258. *verſiculo tertio hanc*, notatum eſt: teſtator autem non poteſt derogare Iuri publico, mutareve, aut tollere id, quod à lege inductum fuit fauore publico, *leg. nemo poteſt, ff. de legat. prim.* Bartolus, & alij communiter, & Menochius *conſ.* 33. *n.* 41. Quare non ſunt admittendi Angelus *in d.* §. *Quamobrem*, Pariſius *conſ.* 52. *n.* 37. *lib.* 2. & nonnulli alij à Fuſario *d. n.* 21. relati, contrarium tenentes. Addit Fuſar. *dict. q.* 532. *n.* 19. poſt Decianum *conſ.* 18. *n.* 27. *l.* 2. hanc ampliationem procedere, ſiue ſit prohibita alienatio omnium bonorum, ſiue rei particularis; diſpoſitio enim *dict. auth.* de alienatione bono-

rum 274

rum fidecommiſſi ex cauſa dotis, procedit etiam in fideicommiſſo particulari, *vt ſuprà n.* 176. probatū eſt.

Bona fideicommiſſi aſcendentium poſſunt alienari pro reſtitutione dotium, quas receperunt deſcendentes grauati nati, & concepti longè poſt Teſtatoris obitum, nepotes, pronepotes, & cæteri vlteriores deſcendentes in infinitum.

275 Ampliatur ſeptimò eadem communis ſententia, quod pro reſtitutione dotis poſſint alienari bona fideicommiſſi, quæ maritus grauatus poſſidebat non ſolum quando filius, ſed etiam nepos, & quilibet alius fideicommiſſi poſſeſſor ex Teſtatore, qui reliquit fideicommiſſum, linea recta deſcendens, longè poſt Teſtatoris mortem conceptus, & natus, vſque in infinitum: ita quod ſicut diſpoſitio *auth. res quæ, & auth. de reſtit. & ea quæ parit, §. Quamobrem*, de dote ex bonis fideicommiſſi conſtituenda fœminis ex Teſtatore deſcendentibus, habet locum non ſolum in fœminis per maſculos deſcendentibus natis, vel conceptis viuente Teſtatore, ſed etiam in natis, & conceptis poſt eius obitum in infinitum, vt *ſupra, num.* 163. probatum eſt, tradunt Iuriſperiti, *ibid.* allegati, ita etiam diſpoſitio earumdem authenticarū de reſtituenda dote vxori à marito grauato recepta procedat non ſolum quando recepit dotem teſtatoris filius grauatus, ſed & quando recepit dotem ſuæ vxoris alius quilibet ex teſtatore deſcendens grauatus, & fideicommiſſi poſſeſſor natus, & conceptus longè poſt eiuſdem teſtatoris obitum, nepos, pronepos, abnepos in infinitum, ita expreſſe Oddus *de fideicom. quæſtione* 44. *articulo ſecund. numero* 42. *verſicul. ad quintum*, Hodierna *in annotat. ad deciſionem* 62. Surdi *numero* 80. *&* 81. Cancerius *var. reſolut. parte prima, capite* 9. *numero* 169. & Peregrinus *deciſion.* 62. *num. tertio*, vbi tradit diſpoſitionem *d. authentic. res quæ, & d. §. Quamobrem*, generaliter loqui tam quantùm ad conſtitutionem, quàm etiā reſtitutionem dotium ex fideicommiſſo aliis bonis nō extantibus, & etiam quoad reſtitutionem, ſicut quoad conſtitutionem procedere reſpectu liberorum, & omnium deſcendentium natorum, & conceptorum longè poſt mortem teſtatoris, & hoc idem ſentiunt Bartolus, Paulus de Caſtro, Padilla (vt aduertit idem Peregrinus) & alij Iuriſperiti *ſupr. d. n.* 163. allegati, aſſerentes dictam diſpoſitionem quoad dotis conſtitutionem habere locum etiam in fœminis ex teſtatore deſcendentibus, & conceptis poſt Teſtatoris obitum, nepotibus, proneptibus, & cæteris deſcendentibus per maſculos, tum propter illam rationem, quod in hac materia conſtitutio, & reſtitutio dotis procedunt à pari; tum quia rationes ab ipſis adductæ, & *d. n.* 163. notatæ pro conſtitutione dotis, procedunt etiam in reſtitutione, putà quia dicta iura loquuntur de liberis, quod verbum comprehendit omnes deſcendentes, & quia illa ratio fauoris publici, & vt fœminæ non remaneant indotatæ, procedit in vxore cuiuſcumque deſcendentis ex Teſtatore, & quia etiam illa præſumpta voluntas Teſtatoris, quod voluerit ſuos deſcendentes maſculos poſſe nubere, & honorificè pro conſeruatione familiæ cum ſplendore (de qua *ſupra*, *n.* 258. *verſ. ſexto*) pariter procedit reſpectu cuiuſcumque deſcendentis ex eodem Teſtatore. Quæ hic poſſent contra ampliationem obiici, diluta ſunt *d. n.* 163. *&* 164.

Etiamſi maritus grauatus recipiens dotem ab vxore dederit fideiuſſores de reſtituenda dote, mulier poterit agere directò contra bona fideicommiſſi, & ex illis conſequi dotis ſuæ reſtitutionem, nec tenebitur agere contra fideiuſſores.

Quæſitum ſecundum, an eadem communis ſententia 276
procedat quando maritus mulieri dedit fideiuſſores de reſtituenda dote, vt etiam hoc caſu mulier pro dote ſua conſequenda poſſit directo agere contra bona fideicommiſſi, illáve retinere, vel alienare, & minime teneatur prius agere contra fideiuſſores. Intelligitur quæſitū, quando fideiuſſores ſunt dati in caſibus permiſſis, puta ſi dati ſint ante celebratum matrimonium, quia tunc marito ſit tradita dos, vel ante contractum matrimonium facta fuiſſet cōuentio de fideiuſſoribus dandis, vel fideiuſſores non acceſſoriè, ſed principaliter, & in ſolidum ſe obligaſſent (de quibus *ſupr. cap.* 12. *n.* 90. 94. *&* 96.) & in aliis caſibus pariter *d. cap.* 12. explicatis; & quando fideiuſſores dotium poſſunt dari ex ſtatuto ita diſponente, quale ſtatutum eſt Florentiæ, & alibi, vt notauit poſt alios Oddus *de fideicom. d. quæſt.* 44. *art.* 3. *num.* 52. Igitur communis ſententia eſt, quod mulier poteſt directò inuadere bona fideicommiſſi, & illa diminuere, minimeque teneri experiri prius contra fideiuſſores. Ita Paulus de Caſto *conſ.* 15. *n.* 2. *lib.* 1. Rolandus *conſ.* 20. *numero* 3. *lib.* 4. Padilla *in authent. res quæ, n.* 49. 50. *&* 51. Surdus *deciſ.* 62. *numer.* 3. Menochius *de præſumpt. lib.* 4. *d. præſumpt,* 190. *num.* 19. *ad* 43. Peregr. *de fideicom. art.* 42. *numero* 74. Oddus *dicto articulo* 3. *numero* 60. 66. *& ſeqq.* Antonius Sola *in conſuetud. Sabaud. tit. de feudis, dicta gloſſa vnica ſecunda partis decreti Blanchæ, num.* 8. *circa finem*, Fuſarius *de ſubſtit. dicta quæſt.* 532. *n.* 3. & plurimi alij Iuriſperiti ab iiſdē Padilla, Menochio, Oddo, & Fuſario relati. Et probant pluribus, primò quia fideiuſſorum datio facta fuit ad maiorem cautelam, & ad augmentum iuris mulieris, ac proinde non debet operari diminutionem iuris mulieris, *lege legata inutiliter, ff. de adimendis legatis, & in lege ea tantum adiectio, ff. de leg.* 3. Secundò quia fideiuſſio præſtita eſt ad abundantem cautelam, & abundans cautela non nocet, *lege Teſtamento, C. de Teſtament.* Tertiò quia eadem fideiuſſio adhibita eſt ad tollendam omnem dubitationem, caſu quo hæres mariti vellet prætextu fideicommiſſi impedire reſtitutionē, & quæ dubitationis tollendæ cauſa adhibentur, Ius commune non lædunt *l. qui mutuam, ff. mandati.* Quartò quia mulieri pro dotis ſuæ reſtitutione competit remedium alienationis bonorum fideicommiſſi, & agendi contra fideiuſſores datos, quando verò pro ſecuritate, & cautela competunt vni plura remedia, poteſt quis vti quo vult, & vnum impedit aliud, ſeu alterius vſum, *l. non eſt nouum, ff. de act. empti, & l. cum duobus, §. idem reſpondit, num.* 2. *ff. pro ſocio.* Demùm quia ſi fideiuſſor interceſſit ſciens adeſſe fideicommiſſum, & fideicōmiſſi bona poſſe pro reſtitutione dotis alienari, cenſetur fideiuſſiſſe in caſu, quo mulier non poſſit dotem ſuam ex cauſa fideicommiſſi exigere; & ſic neceſſe eſt prius agere contra hæredes ad bonorum fideicommiſſi alienationem, vt cognoſcatur, an ſit locus dotis exactioni, ne fideiuſſor decipiatur, & damnum patiatur, *l. ſi ſtipul. §.* 1. *ff. de fideiuſſor.* Si verò fideiuſſor fideicommiſſum ignorauit, debet quoque priùs principalis excuti, quia fideiuſſor eſſet in duriorem cauſam obligatus, quàm principalis, & plerumque etiam vti aliàs principalis ipſe poſſet ſine controuerſia dotem reſtituere, non obſtante fideicommiſſo.

Præfatam tamen ampliationem, & communem ſententiam

tentiam, vt omiſſo regreſſu contra fideiuſſores poſſit mulier prius, & directò agere contra bona fideicommiſſi, & illa diminuere. Ludouicus Romanus *ſingulari* 249. Petra *de fideic. d. q.* 8. *n.* 351. Marta *de ſucceſſ. p.* 4. *q.* 21. *art.* 10. *n.* 42. & Meteoda *tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 32. *n.* 3. *& ſeqq.* limitant, & declatant procedere ſolum, quando fideiuſſores non eſſent ſoluendo, vel difficilis eſſet recuperatio dotis à fideiuſſoribus, molietque in exigendo ab ipſis multis litibus vexaretur. Quæ limitatio, ſeu declaratio probatur primò, quia prouiſio *d. auth. res quæ*, eſt ſubſidiaria, vt ſuprà probatum eſt, & docent Doctores communiter, ac proinde cum mulier aliter ſibi proſpexerit, ceſſat remedium ſubſidiarium, & debet mulier prius excutere fideiuſſores, cum hac ratione vtendo hoc remedio ordinario, ſufficienter ſit conſultum mulieri, & ſic ceſſare debet ſubſidiarium: & quod dictum eſt qoando vni competunt plures actiones, eſſe in electione, quam velit intentare, procedit tantum in actionibus (inquit Marta) ordinariis, non quando vna eſt ſubſidiaria, & extraordinaria, altera ordinaria. Quare ſecundò probatur, quia remedium *d. auth.* eſt extraordinarium, vt ſuprà probatum eſt, & patet ex ex eo, quod regulariter, & ita ordinariè bona fideicōmiſſo ſubiecta non poſſunt alienari. Cum ergo mulier habeat remedium ordinarium aduerſus fideiuſſores obligatos, quo vti poteſt *l. in cauſa, in princ. ff. de minoribus*, debet ceſſare ſubſidiarium, & extraordinarium *l. in prouinciali*, §. 2. *ff. de operis noui nunciatione*, & vtraque ratio confirmatur, quia cum mulier ſibi fideiuſſores proſpexerit, hæc prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem *l. d. auth. res quæ, l. fin. C. de pact. conu.* verùm prædicta limitatio eſt reiicienda, vtpote contra mentem aliorum Doctorum omnium, qui volunt mulierem non teneri agere contra fideiuſſores.

278 Quare ad primam probationem limitationis cum Caſtro, Menochio, & Oddo, reſpondetur diſpoſitionem *auth. res quæ*, eſſe remedium ſubſidiarium reſpectu bonorum, ex quibus mulier dotari poſſit abſque diminutione fideicommiſſi, vel mulier poſſit dotem recuperare ex aliis bonis, quàm fideicommiſſi, ſcilicet ex legitima, & Trebellanica, aliiſve bonis liberis: bona autem hæc intelliguntur reſpectu grauati, vel mariti obligati, non aliorum, & ita etiam reſponderi poteſt ad ſecundam probationem, vt facit Oddus *d. art.* 3. *nu.* 69. ſed ad eandem probationem reſpondent Padilla, & Menochius illud, quod remedium extraordinarium ceſſet, vbi adeſt ordinarium, procedere ſi remedia illa contra vnam, & eandem perſonam intendantur, non verò ſi contra diuerſas perſonas (vt in præſenti ſpecie) tunc enim ſimul competere poſſunt *l. etiam C. ſi tutor, vel curator interu.* præterea remedium ordinarium tunc facit ceſſare extraordinarium, quando eſt contra ius commune. Extraordinarium autem remedium alienationis bonorum fideicommiſſi cauſa dotis non eſt contra ius commune, ſed præter, vt Menochius *d. præſ.* 190. *num.* 38. Rurſus quando extraordinario remedio pinguius, & plenius conſulitur, ac prouidetur, quàm ordinario, non ceſſat extraordinarium, ſed liberum eſt ad illud confugere, vt poſt alios Padilla *vbi ſuprà, nu.* 52. & Menochius *d. num.* 38. Pinguius autem, & plenius conſulitur mulieri, ſi ex remedio *d. auth. res quæ*, agit ad bona fideicommiſſi, quàm ſi vtendo remedio ordinario agat aduerſus fideiuſſores, nam illo agit ad rem, hoc tantum perſonaliter contra eoſdem fideiuſſores; certum autem plus cautionis eſſe in rem, quàm in perſonam. Ad confirmationem reſpondent Padilla *d. num.* 51. Menochius *num.* 41. & Oddus *d. art.* 3. *fine*, regulam illam, quod prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis, procedere quando vtraque prouiſio ad vnum, & idem tendit, non quando tendunt ad diuerſa vna ad vnum, altera ad aliud, *l. cauſam* §. *puellam, ff. de minorib.* in præſenti autem ſpecie remedium *d. auth. res quæ*, reale nempe tendit ad obligationem realem, ſcilicet contra bona fideicommiſſi, vt alienari poſſint; alterum hominis eſt perſonale, ſcilicet tendens ad obligationem perſonalem, & quoad fideiuſſorem ipſum & ſua bona.

Porrò hoc caſu mulier agens, directò agere contra 279
bona fideicommiſſi, & ex eis dotem ſuam conſequens teneretur cedere iura ad fauorem fideicommiſſarij contra fideiuſſores, iuxta notata *ſuprà num.* 268. *fine*, & expreſſe tradit Marta *d. art.* 10. *n.* 44.

Quando imputari poteſt culpa mulieri, quæ conſtante matrimonio potuit exigere dotem à marito ad inopiam vergente dilapidatore, & rebus ſuis malè vtente, & neglexit exigere, an dos ſit ei reſtituenda ex bonis fideicommiſſi mortuo marito.

Quæſitum tertium, an dotis reſtitutio mortuo ma- 280
rito grauato à muliere poſſit exigi ex bonis fideicommiſſi, quando imputari poteſt culpa ipſimet mulieri, quæ potuit exigere, & conſequi dotem a marito, quem viderit vergere ad inopiam, quia in dies dilapidabat bona ſua, illiſque male vtebatur (quod conſtante matrimonio facere poterat, *l. ſi conſtante, ff. ſolut. matr. m.* vt ſuprà dictum eſt) & neglexit exigere. Non poſſe hoc caſu mulierem conſequi dotem ex bonis fideicommiſſi, ſentiunt Iaſon *in d. auth. res quæ, col. vlt. in limit.* 24. Padilla *ibid. num* 121. *in verbis finalibus*. Peregrin. *d. art.* 42. *num.* 16. Menoch. *d. præſumpt.* 190. *num.* 52. Oddus *de fideic. q.* 44. *art.* 2. *in fine* Fuſar. *conſ.* 23. *num.* 15. & plures alij à Peregrino, Menochio, & à Fuſario *d. num.* 15. *& d. q.* 532. *num.* 30. relati. Debet enim ſibi imputari, ſi cum potuit prouidere in curanda, ac recuperanda dote, neglexit facere. Dicit nihilominus Fuſarius *d. quæſt.* 532. *num.* 31. duram ſemper ſibi viſam huiuſmodi opinionem in practica propter reuerentiam vxoris erga maritum, & contra præfatam ſententiam, & quod mulier conſtante matrimonio viderit eius virum diſſipare, tacuit, nec curauit dotem, vel eius aſſecurationem petere; nihilominus ei dos mortuo marito ſit reſtituenda ex bonis fideicommiſſi, ſentiunt Ant. Sola *in conſuet. Sabaud. tit. de feud. d. gloſſa vnica ſecunda partis decreti Blancha, num.* 8. & Paſchalis *de viribus patriæ poteſt. cap.* 7. *num.* 74. probat Sola præcipuè, quia remedium *d. l. ſi conſtante, ff. ſol. matrim.* ſit voluntatis, non neceſſitatis, ex illis verbis ibi *agere volet, & nemo inuitus agere cogatur l.* 1. *C. vt nemo inuitus*, & non ſunt excitanda iurgia inter maritum, & vxorem reſpectu iſtius negotij, quæ potius quantum fieri poteſt, ſunt euitanda *l. congruentius, Cod. de patr. poteſt.* & inter coniuges ſocietas eſſe debet diuinæ, & humanæ domus *l.* 1. *ff. de ritu nupt.* & quia ſatis ſit vxori ſi marito ſuperſint tot bona, quibus ſuo tempore ſatisfieri poſſit, & demùm quia in hac materia reſtitutionis dotis ex fideicommiſſo attenditur tempus reſtitutionis, vt *ſuprà num.* 266. notatum eſt. Ad fundamentum prioris ſententiæ reſpondet Sola, quod mulieri ſcienti ſibi cautum eſſe ex bonis fideicommiſſi exiſtentibus adhuc penes maritum, non eſt imputandum, ſi non ſolicitauerit aliam cautionem, ſeu collocationem dotis in tuto, quæ certo modo odioſa eſt, & ſciret ius ſuum in aliis bonis durare *l. ſicut*, §. *videtur, ff. quib. mod. pign. vel hypoth.* Cæterum admiſſa præfata opinione mulier repetens ſuam dotem ex bonis fideicommiſſi non poterit à petitione excludi, niſi à fideicommiſſariis probetur eam habuiſſe ſcientiam fideicommiſſi, cum aliàs in ea præſumatur ignorantia,

vt

vt proinde non poſſit ei culpa imputari, vt Peregrinus *d. n.16. ante finem*, Menochius *de arbitr. caſu 182. numer.72.* Fuſar. *d.c.23.n.16.* & Doctores *ſup.n.257. relati*, & communiter alij. Imo etiam ab iiſdem fideicommiſſarijs negligentia mulieris culpabilis circa euictionem dotis à marito dilapidatæ, cum hæc ſit fundamentum ſuæ intentionis, iuxta notata *ſup.n.264.* erit probanda.

Dos à marito grauata confeſſata an ex bonis fideicommiſſi ſit reſtituenda.

281 Quæſitum quartū, vtrum pro reſtitutione dotis à marito grauato onere fideicommiſſi confeſſatæ alienari poſſint, & ſint alienata bona fideicommiſſi aliis bonis liberis non exiſtentibus. De hoc quæſito late actum eſt *ſup.c.10.a n.220.ad* 226. videantur *ibid.* tradita, & an dos confeſſata habeat priuilegium tacitæ hypothecæ, & prælationis, videantur tradita *eod.c.10.n.227.*

Vxor pro dotis reſtitutione tenetur recipere in ſolutum bona fideicommiſſi pro iuſta æſtimatione, ſi non inueniatur iuſtus emptor.

282 Quæſitum quintū, an pro reſtitutione dotis datæ in pecunia poſſit vxor facere ſubbaſtare bona fideicōmiſſi, vt ex pretio dotē ſuam habeat, an verò ſi non reperiātur emptores, qui iuſto pretio velint emere bona fideicommiſſi, teneatur recipere tot fideicommiſſi bona in ſolutum æſtimatione amicorum communium. De hoc quæſito agit Fuſar. *d.q.532.n.43.& 44.* & bene reſoluit quod ſi non inueniantur bonorum fideicommiſſi iuſti emptores, ſcilicet qui iuſto pretio velint emere, tenetur vxor recipere pro reſtitutione dotis tot bona fideicommiſſi in ſolutum iuſto pretio æſtimata iudicio communium amicorum. Quod probat, quia licet ſit regula, quod aliud pro alio non poteſt ſolui creditori marito *l.a.§.mutui datio, ff.ſi cert.pet.* nihilominus non habet hæc regula locum, quando hæres fecit inuentariū, quia beneficio inuentarij poteſt creditoribus pecuniarijs teſtatoris ſoluere de ipſis rebus. & tenentur creditores recipere bona ipſa hæreditaria pro iuſta æſtimatione, quando hæreditas non eſt opulenta *l.vltima §.etſi præfatam, C.de iure deliber.* & latè Surdus *dec.310.* & præter alios à Fuſario allegatos Hodierna *annot. ad d. deciſ.30.* Surdi plurimos alios allegans, imo etiam quando hereditas eſt opulenta, etſi idem Surdus *dict. deciſione 30.num.31.* teneat creditores in pecunia non poſſe cogi ab hærede debitoris ad accipiendum tot bona hæreditatis in ſolutum pro eorum creditis, nihilominus etiamſi hæreditas ſit opulenta, & non reperiatur emptor, qui velit iuſto pretio emere, teneri creditorem in pecunia recipere tot bona in ſolutum, ſi hæres fecerit Inuētarium, tradit idem Surdus latè *deciſione 318. per textum in d.§. etſi præfatam*, & poſt eum latè Hodierna *in dict. annotatione ad d.deciſ.* 30. Surdi *num.3.& pluribus ſequentibus*, qui alios allegat, & alios etiam allegat Fuſarius vbi ſupra. & eſſe opinionem magis communem teſtatur Hodierna *dicto num. tertio*, ex quibus videtur concludendum etiam vxorem pro reſtitutione dotis teneri recipere in ſolutum tot bona fideicommiſſi pro iuſta æſtimatione, quando hæreditas non eſt opulenta, & ſi opulenta, non inueniretur iuſtus emptor, & in quodam caſu per tres conformes Fuſarius *dicta num.* 44. teſtatur ſe obtinuiſſe contra quamdam mulierem, quæ mortuo marito volebat ſubhaſtare bona hæreditatis eiuſdem mariti, quæ erat opulenta, & non inueniebatur iuſtus emptor; dicit enim fuiſſe iudicatum mulierem teneri recipere in ſolutum bona æſtimo amicorum: vnde concludit idem dicendum, cum vxor petit doti reſtitutionem ex bonis fideicommiſſi, aliis bonis non extantibus, ſcilicet quando non inuenitur, qui vellet emere iuſto pretio teneri vxorem recipere in ſolutum tot buna fideicommiſſi, ne deſtruatur fideicommiſſum, additque & rectè ita æquitatem ſuadere, cum ſalua ſit dos, & fideicommiſſum conſeruetur, & ſi tenetur vxor (ſubdit idem Fuſ.r.) recipere in ſolutum bona, ne præiudicetur aliis creditoribus, iuxta Caroccium *dec.21.n.36.* idem erit dicendum, ne fiat præiudicium ſubſtitutis.

Diſpoſitio auth. res quæ & §. quamobrem, auth. de reſtit. & ea quæ parit, *quoad reſtitutionem dotis in bonis fideicommiſſi intelligitur pro prima, ſecunda, & tertia vice.*

Quæſitum ſextum, an diſpoſitio *auth. res quæ, & §. quamobrem in auth. de reſtit. & ea quæ parit*, quoad dotis reſtitutionem ex bonis fideicommiſſi marito grauato, intelligitur tantum pro primo matrimonio, ſeu pro prima vice, verbi gratia filius à Patre grauatus fideicomiſſo, ſeu de reſtituenda hæreditate poſt patris obitum duxit vxorem, conſtante matrimonio conſumpſit ſuam legitimam, & Trebellianicam, itaut dotem reſtituere non potuerit vxor (qui conſtante matrimonio in caſu permiſſo fuerit coactus reſtitutionem facere) vel eius patri, aut hæredi, quia mortua ſit ſine liberis niſi alienādo de bonis fideicōmiſſi, poſtea ſecundo duxit vxorem. Quæritur num ſecunda vxor, ſeu eius hæredes ſoluto matrimonio poſſint dictam dotem detrahere de dictis bonis fideicommiſſi, quæ ſuperfuerunt facta reſtitutione primæ dotis? Et reſpondetur affirmatiuè, quia ratio principalis, & finalis *d. auth. res quæ, & d.§. quamobrem*, & fauor dotis (vt ſup. ſæpius dictum eſt) ne mulieres dote fraudentur, quod intereſt reipublicæ, militat etiam in dote ſecunda, & tertia atque in prima, & vbi eadem ratio militat, idem ius eſt ſtatuendum *l.illud ff. ad l.aquil.* & cum dicta iura non ſe reſtringant ad primam vicem, debent intelligi generaliter, & ita expreſſè etiam Cancer. *var.reſ.p.1.c.9.n.188.* Neq; obſtat illud, quod ſermo generalis intelligatur de prima vice *l.boue, §.hoc ſermone, ff.de verb.ſignif.* & quod diſpoſitio affirmatiua intelligatur de prima vice, nam hæc intelliguntur in diſpoſitione hominis, ſecus autem in diſpoſitione legis vel ſtatuti, quæ intelligitur toties quoties opus ſit, vt alibi dictum eſt, & poſt Alexandrum *in l ſi cum dotem, §.1 ff.ſol.matr. & concl.a12.l.2.* & alios tradit *loco citato* Cancerius. 283

Ius detrahendi, ſeu recuperandi dotem marito grauato traditam ex bonis fideicommiſſi competens mulieri ad eius hæredes etiam extraneos transmittitur.

Quæſitum ſeptimum, an ius competens mulieri, vt pro dote recuperanda habeat hypothecam in bonis mariti ſubiectis fideicommiſſo, ex illiſque ſuam dotem detrahere ea mortua, competat etiam eius hæredib. tametſi extraneis? Reſpondetur affirmatiue, & probatum eſt *ſup. hoc c.num.* 240. quod & tenent Iuriſperiti *ibid. allegati.* 284

Dos ab vxore marito grauato tradita an poſſit, & debeat reſtitui etiam ex bonis fideicommiſſi à tranſuerſali conſtituti.

Quæſitum octauum, an diſpoſitio *auth. res quæ, & auth. de reſt. & ea quæ parit, §. quamobrem*, quoad reſtitutionem dotis, vt ſcilicet pro ea reſtituēda poſſint alienari bona fideicommiſſi, quo maritus erat grauatus, habeat locum etiā in fideicommiſſo cōſtituto, ſeu relicto à tranſuerſali, neget expreſſe Fuſar. *con.166.n.2.* vbi allegat Socinū, Petrum, & Riminaldum Iuniorē, qui locis ab eo citatis loquūtur in fideicōmiſſo à matre cōſtituto. Pro hac tamē 285

negatiua plures alios refert Menochius *conſ.33.num.5.* Probant hæc negatiua ex traditis *ſuprà, ho. cap. num.* 197. & Doctoribus *ibid.* allegatis, ſcilicet quod diſpoſitio *d. auth. res quæ*, habet locum ſolum in fideicommiſſis ab aſcendentibus conſtitutis fauore liberorum, & deſcendentium recta linea ab ipſo teſtatore.

286 Quo tamen non obſtante eandem diſpoſitionem quoad reſtitutionem dotis vxoris mariti grauati conſequendam ex bonis fideicommiſſi habere locum, non ſolum quando fideicommiſſum eſt conſtitutum à patre, vel ab alio aſcendente paterno, ſed etiam quando conſtitutum eſt à tranſuerſali, habetur inter conſilia diuerſa Siculi 40. *à num.* 40. vt refert Hodierna *in annot. ad deciſ.* Surdi 62. *n.* 105. & affirmat expreſſe Menoc. *d. conſ.* 33. *n.* 40. *&* 41. *& de præſ. lib. 4. d. præſ.* 190. *n.* 15. *fine*, & approbat etiam Hodierna *d. n.* 105. ponentes differentiam inter conſtitutionem dotis, & reſtitutionem, vt dotis conſtitutio ex bonis fideicommiſſi iuxta diſpoſitionem *d. auth. res quæ*, & Doctores communiter *ſupra d. num.* 197. relatos, habeat locum ſolum in fideicommiſſo aſcendentium reſpectu liberorum, & deſcendentium linea recta ex parte patris deſcendentium, quia quoad conſtitutionem conſideratur *in dict. auth.* dotandi onus à lege patri, & aliis aſcendentibus ex parte patris iniunctum *l. qui liberos, ff. de ritu nupt.* at verò vbi agitur de dotis reſtitutione iuxta eamdem diſpoſitionem *d. auth. res quæ*, poſſe fieri etiam ex bonis fideicommiſſi à tranſuerſali conſtituti, eo quod ad dotis reſtitutionem teneatur quiſquis eam à muliere recepit; & ita ſi ex bonis propriis eam reſtituere non poteſt, ex bonis fideicommiſſi reſtituere debet, ne mulier ſua dote priuetur, fideicommiſſumve tranſuerſalis ſit in cauſa, vt mulier dotem amittat; neque enim teſtator fideicommiſſum inſtituendo poteſt impedire præfatam legis diſpoſitionem fauore publico (vt ſuprà ſæpe dictum eſt) editam, ne ſcilicet mulieres indotatæ remaneant; ita præfati Doctores, præſertim Menochius. Et poteſt hæc affirmatiua confirmari etiam ex eo, quod ob probabilem ignorantiam mulieris fideicommiſſi, quo maritus ſit grauatus, ob quam facile mulieres poterant remanere deceptæ, & abſque ſua dote, impulſus fuit Iuſtinianus ad diſponendum, & permittendum reſtitutionem dotis vxoris mariti grauati fieri ex bonis fideicommiſſi, quæ ignorantia probabilis non minus habet locum in fideicommiſſo tranſuerſalis quàm patris mariti.

Pro reſtitutione dotis facienda vxori mariti à matre, vel auo materno grauati fideicommiſſo, an bona eiuſdem fideicommiſſi materni alienari poſſint eodem marito defuncto.

287 Quæſitum nonum, an præfata diſpoſitio legalis *d. auth. res quæ*, & *d. §. quamobrem*, procedat in fideicommiſſo à matre, vel ab auo materno, vt etiam ex talis fideicommiſſi bonis poſſit, & debeat reſtitui dos à muliere tradita viro eodem fideicommiſſo materno grauato. Negant Socinus iun. *conſ.* 119. *num.* 12. *lib.* 2. Petra *de fideicom. quæſt.* 8. *num.* 393. Fuſar. *d. conſ.* 166. *num.* 2. *& de ſubſtit. quæſt.* 532. *num.* 38. *&* 39. & alij ab eodem, & à Stephano Gratiano *diſcept. for. tom. 2. cap.* 331. *num.* 2. *&* 3. relati, eo quod mater non tenetur obligare ſe, & ſua bona pro filio erga nurum ad reſtituendam illi dotem filio datam, & diſpoſitio *d. auth. res quæ*, procedat in fideicommiſſo aſcendentium, quibus incumbit onus dotandi fœminas deſcendentes, & conſtituendi donationem propter nuptias, & aſſecurandi dotes pro deſcendentibus maſculis nubentibus.

288 At contrarium, & iuxta diſpoſitionem *d. auth. res quæ*, *& d. l. quamobrem*, pro reſtituenda dote vxori mariti à matre grauati fideicommiſſo eo mortuo poſſe alienari eadem bona fideicommiſſo materno ſubiecta affirmant Marzarius *in epitome de fideicommiſſis q.* 48. *in fine*, à Menochio *d. præſumpt.* 190. *n.* 52. *fine* relatus, Gratianus *d. cap.* 338. & alij *ſuprà, hoc cap. n.* 215. ad hoc idem allegati, & ita abſque dubio ſentiunt Menochius *locis n.* 288. *allegatis*, & alij Doctores *ibid.* allegati tenentes pro reſtitutione dotis poſſe alienari etiam bona fideicommiſſi à tranſuerſali conſtituti, quo maritus erat grauatus; ratio enim ad id probandũ adducta procedit etiam in fideicommiſſo materno. Probat Gratianus aliis rationibus, ſcilicet, quod ſicut in patre, ita etiam in matre fideicommittente præſumendum eſt, quod voluerit permittere alienationem & obligationem ſuorum bonorum poſſe fieri à filio pro reſtituenda dote propriæ vxori, vt vxorem cum dote poſſet inuenire, & ita ſuam familiam conſeruare: & præterea, quia dicta iura loquuntur de liberis, qui debent intelligi tam à reſpectu matris, quam patris, cum deſcendant ab vtriſque parentibus, & parentum appellatione veniat etiam mater, *l. parentes, Cod. de teſtibus, & leg. appellatione parentis* 51. *ff. de verb. ſignif.* licèt aliud ſit in materia mulieribus non congruente, quia tunc parentis appellatio non comprehendit matrem, vt in ſubſtitutione pupillari in poteſtate erga filios, & ſimilibus caſibus: & quia Textus *in d. §. quamobrem initio, ibi ſi quis de cætero*, loquitur per verbum *ſi quis*, quod comprehendit tam maſculum, quàm fœminam *l. verbum, ff. de verb. ſignif.* vbi Rebuffus, & Auguſtinus Barboſa *de appellat. verb. ſignif. appellatione* 116. *fine*: & demùm quia etiam in hoc caſu habet locum ratio illa publicæ vtilitatis, & fauoris dotis conſeruandæ, & reſtituendæ, vt mulier poſſit nubere, intelliguntur prædicta, quando non extant alia bona filij defuncti, ex quibus dos reſtitui poſſit, vt *ſuprà d. n.* 215. notatum eſt.

Ex bonis fideicommiſſi à deſcendente ad beneficium aſcendentis conſtituti non extantibus aliis bonis propriis aſcendentis, an poſſit fieri reſtitutio dotis vxori ipſius aſcendentis defuncti.

Quæſitum decimum, an bona fideicommiſſi à deſcendente conſtituti ad beneficium aſcendentis poſſint alienari pro reſtituenda dote vxori aſcendentis eo fideicommiſſo grauati defuncti, qui non reliquerit alia bona, ex quibus dos reſtitui poſſit. Negat expreſſe Peregrinus *d. art.* 42. *num.* 48. & Fuſarius *de ſubſtit. d. quæſt.* 558. *num.* 41. & idem fortaſſe ſentiunt alij Iuriſperiti *ſuprà, hoc cap. num.* 182. allegati, negantes bona fideicommiſſi à deſcendente fauore aſcendentis conſtituti poſſe ab ipſo aſcendente alienari cauſa dotis conſtituendæ. Probant Peregrinus, & Fuſarius ea ratione, quod filius non tenetur aſſecurare dotem vxoris patris, ſeu nouercæ. Affirmandum tamen videtur per tradita *ſuprà, num.* 283. quæ etiam in hoc caſu militant: licet enim deſcendens non teneatur aſſecurare dotem vxoris aſcendentis, ipſe tamen aſcendens, qui recepit, tenetur eam dotem reſtituere, & ſi ex bonis propriis non poteſt, debet reſtituere ex bonis fideicommiſſi, ne mulier indotata remaneat, iuxta *d. n.* 283. explicata, & ita oportet vt ſentiant etiam Iuriſperiti *d. num.* 286. allegati, & hactenus de materia huius capitis decimiquinti aliquantò prolixè, quia vſu, & in practica frequentiſſima. 289

Summa

CAPVT XVI.

De Dote inæſtimata, & æſtimata.

SVMMARIVM.

Textus iuris, qui loquuntur de dote inæſtimata, & æſtimata, n.1.
Res in dotem dari poſſunt ſimpliciter æſtimatæ nullo poſt æſtimationem à partibus adiecto pacto, vel aliquo appoſito pacto, n.2.
Si res detur ſimpliciter in dotem abſque expreſſione vlla pro certa quantitate, vel alia adiectione, quæ æſtimationem inducat, præſumitur potius data inæſtimata, quàm æſtimata, n.3.
Æſtimatio venditionem facit, n.4.
Quæ venditio non eſt ſimplex, ſed dotis cauſa facta, ibid.
Res marito in dotem traditæ æſtimatæ operantur tacitam emptionem, & venditionem, ibid.
Æſtimatio rerum in dotem datarum cum mentione pretij facta in dubio præſumitur efficere emptionem, & venditionem, n.4. & 5.
Æſtimatio vbi fit in rebus dotalibus duo contractus celebrantur, vnus exprimitur, ſcilicet dotis, alter occultatur, ſcilicet emptionis, & venditionis, n.4.
Et dos non conſiſtit in bonis traditis, ſed in pecunia, ibidem.
Mulieri magis vtile, quod bona dotalia data ſint æſtimata, quàm inæſtimata, n.4. fine.
Æſtimatio pro certa valoris, ſeu pretij quantitate efficit tacitam emptionem, & venditionem, n.6.
Si non fuerit expreſſa certa valoris quantitas, non facit tacitam venditionem, ibid.
Si dicatur in inſtrumento dotali, res dotales dari marito æſtimatas alio non declarato, non efficitur tacita venditio, ibid. *Quid ſi conuentum fuerit, quod rei in dotem datæ reſtituatur æſtimatio*, ibid.
Non eſſet inducta emptio, & venditio, quando in traditione rei dotalis dictum eſt, reddam prout fuerit æſtimata, abſque nominatione recti pretij, ibid.
Si in inſtrumento dotali de antiquo celebrato dicatur res dotales fuiſſe traditas marito æſtimatas, præſumitur facta venditio, n.7.
Efficitur emptio, & venditio traditis in dotem rebus æſtimatis pro pretio, ſeu æſtimatione, prout certi arbitri electi arbitrati fuerint, n.8.
Quid ſi non potuerint, vel noluerint arbitrari, ibid.
Si in inſtrumento dotali ſcriptum ſit, quod maritus accepit in dotem prædia æſtimata pro ſe, & ſuis hæredibus, efficitur emptio, n.8. verſ. ſi etiam.
Si æſtimatio rerum dotalium non fuerit pro iuſto pretio, ſed pro longè minori iuſto, an efficiat venditionem, n.9. & 10.
Mulieri læſæ in æſtimatione rerum dotalium, vt maritus vel reducat æſtimationem ad iuſtum pretium, vel reſtituat res datas, ſi extent, etiamſi læſio fuerit citra dimidium, & modica, n.11. & 12.
Dotalibus rebus non extantibus præſtanda erit æſtimatio ab initio conuenta, qualiſcumque ſit, etſi non condigna, ſecluſo dolo mariti, n.13.
Si mariti dolus interuenerit ſiue res extent ſiue non, ſemper iuſta æſtimatio reddenda eſt, n.14. *Quid in foro conſcientiæ, ſi res abſque culpa mariti perierint*, ibid.
Mulier minor in æſtimatione rei dotalis notabiliter læſa reſtituitur in integrum, n.15.
Si mulier maior fuerit læſa notabiliter in quantitate exceſſiua dotis etiam citra dimidium, minui debet quantitas vſque ad congruam menſuram, n.16.
Marito in æſtimatione dotis læſo ſuccurritur ſicut mulieri, vt mulier debeat minuere æſtimationem, vel recipere res ipſas, quales repertæ fuerint, ſecluſo mariti dolo, n.17.
Si ab initio datus eſt fundus in dotem æſtimatus, & poſtea ex interuallo facta eſt æſtimatio, non efficitur contractus emptionis, & venditionis; & quid ſi interuallum fuerit modicum, vel æſtimatio facta animo nouandi, n.18.
Si tempore æſtimationis ex traditione rei in dotem maritus non eſſet idoneus ſoluendo æſtimationem, an æſtimatio efficeret tacitam venditionem, num.19. & 20.
Si tempore ſoluti matrimonij, & dotis reſtituendæ maritus, vel eius hæres non habeat, vt ſoluat æſtimationem, mulier poteſt vindicare à marito, vel eius hærede res ipſas datas in dotem æſtimatas, n.20.
Æſtimatio rerum dotalium facit tacitam venditionem, etiamſi res non ſint præſentes, n.21.
Abſque traditione non transfertur dominium in maritum, etiamſi ſint præſentes, ibid.
Æſtimatio non facit emptionem, quando à principio fuit promiſſa pecunia in certa quantitate, & deinde quia die præfixa non ſoluebantur, fundus æſtimatus in ſolutum fuit datus, n.21. *contrarium* num.ſeq.
Quando præceſſit promiſſio dotis in certa pecuniæ quantitate, & poſtea pro ſatisfactione aliqua res traditur marito, cenſetur tradita ad quantitatem promiſſam æſtimata, vt efficiatur emptio, & venditio, n.22.
Laudemium Domino directo debetur, quando pro pecunia in dotem à principio promiſſa datur in ſolutum fundus emphyteuticus, n.22.
Si ſecundo viro aliquæ res ſimpliciter datæ fuerint pro dote certæ quantitatis primo viro conſtitutæ, cenſentur datæ æſtimatæ æſtimatione, quæ facit venditionem, num.24.
Res conſiſtentes in numero, pondere, & menſura datæ in dotem inæſtimatæ cenſentur datæ æſtimatione tacita legis æſtimatione, vt ſoluto matrimonio vxori, vel eius heredibus à marito, vel eius hærede non ſint reddendæ eædem res, ſed tantumdem in ſpecie, vel earum valor de tempore ſoluti matrimonij debeat reſtitui, n.25. *Earumdem rerum dominus ſit maritus, & poteſt illas diſtrahere*, ibid.
Nomen debitoris mulieri competens marito in dotem datum, an & quando cenſeatur datum æſtimatum, n.26.
Rerum, quæ in dotem datæ ſunt æſtimatione, quæ facit venditionem, dominium plenè tranſit in maritum, n.27.
Earumdem rerum omne periculum, & damnum, ſicut & lucrum, & augmentum ad maritum ſpectat, n.28. *Si res mobiles, quæ vſu deteriorantur, & conſumuntur (vt veſtes, & ſimilia) ſint datæ in dotem æſtimatæ, earum periculum, & deterioratio ſpectat ad maritum, ſi eius conſenſu vxor illis vtatur*, n.29. *Si illis vtatur inuito, vel inſcio marito tenebitur marito, vel eius hæredi compenſare deteriorationis damnum diminutione æſtimationis*, ibid. *Res in dotem datæ æſtimatæ, ſi ante nuptias, nuptiis non ſequutis pereant, vel deteriorantur, periculum, & damnum, & lucrum ſpectat ad mulierem*, n.30. *Et nuptiis non ſequutis res debent reſtitui mulieri, non pretium, ſeu æſtimatio*, n.31.
Periculum rerum, quæ datæ ſunt in dotem æſtimatæ incipit pertinere ad maritum ſolum à tempore, quo matrimonium eſt contractum, n.32.
Fundus datus in dotem inæſtimatus per maritum conſtante matrimonio non poteſt obligari, vel alienari, etiam vxore conſentiente, n.33.

Bona immobilia marito in dotem data æſtimata æſtimatione faciente venditionem poteſt maritus liberè obligare, & alienare, etiamſi maritus ſit inops. n.33.

Non ſunt propriè dotalia. ibid. fine.

Rerum, quæ datæ ſunt in dotem inæſtimatæ fructus pendentes pro rata temporis vltimi anni diuiduntur inter virum, & vxorem. n. 34.

Si datæ ſint æſtimatæ fructus pendentes in ſolidum ad maritum ſpectant. ibid.

Partus ancillarum ad maritum non ſpectant non facta earum æſtimatione, ſpectant ſi ancillæ datæ ſint in dotem æſtimatæ. n.35.

Maritus ſi ſoluto matrimonio fuerit in mora reſtituendi mulieri æſtimationem rerum, quæ æſtimatæ datæ fuerunt in dotem, licèt non teneatur fructus perceptos reddere, tenetur tamen ad intereſſe ratione æquitatis ſeruandæ. n.36.

Maritus pro reſtitutione ſoluto matrimonio æſtimationis præfatæ rerum in dotem datarum non habet dilationem annualem. n.37.

Non tenetur ipſe, vel eius hæres res ipſas datas æſtimatas reſtituere, ſed pretium, ſeu æſtimationem conuentam. n.38. & 39.

Si maritus ſit inops poteſt vxor agere ad res dotales æſtimatas vindicandas, conſtito quod idem maritus, vel eius hæres non ſit ſoluendo æſtimationem. num.39.

Ob inopiam viri, vel eius hæredis poteſt ſoluto matrimonio vxor vindicare etiam à quocumque tertio poſſeſſore, & præfertur creditoribus mariti etiam anterioribus etiam habentibus hypothecam expreſſam ſuper eiſdem rebus. n.40.

Et etiamſi maritus ex eiuſdem vxoris conſenſu eaſdem res alienauerit. ibid.

Vt poſſit mulier agere contra tertios poſſeſſores, debet præcedere excuſſio in bonis mariti, num.41.

Idem in quibuſcumque caſibus, in quibus ob inopiam mariti agit ad dotem ſuam contra tertium poſſeſſorem. ibidem.

Tertius poſſeſſor ſoluto matrimonio offerens mulieri æſtimationem liberatur, & mulier excluditur à vindicandis ab eo rebus, n.42.

Si matrimonio conſtante mulier ob viri inopiam ageret pro ſua dote, tertius poſſeſſor, vel creditor poſterior non admittitur offerendo æſtimationem dotis, ibid. fine.

Ad cognoſcendum an æſtimatio rerum dotalium faciat emptionem, & venditionem, attendenda eſt cauſa, ob quam ſit, n.43.

Non efficit emptionem, quando apparet eſſe factam tantum ad agnoſcendum valorem rerum, n.44.

Et neque quando non fuit expreſſa certa quantitas, & quando fuit facta ex interuallo, n.45.

Neque æſtimatio rerum dotalium immobilium à minore in dotem datarum, n.46.

Rerum dotalium æſtimatio pro parte poteſt facere æſtimationem, & pro alia parte non efficere, n.48.

Si in inſtrumento dictum ſit, quod pars debeat ſolui in rebus ſoli, æſtimatio non facit emptionem, n.47.

Ex coniecturis coniici poteſt an æſtimatio faciat emptionem, & venditionem, n.48.

Non facit ſi maritus poſtea confeſſus eſt, ſe talia bona in dotem accepiſſe, nec de pretio fecit mentionem, n.48.

Neque ſi maritus pro pecunia, quam in dotem accepit, aliqua ſua bona in caſu dotis reſtituendæ obligauit, & pro æſtimatione bonorum, quæ æſtimata ſuſcepit, nihil obligauit, n.49.

Neque ſi bona æſtimata ad culturam redegit, & de fructibus bonorum vxoris ſumptus ſe feciſſe declarauit, & repeti prohibuit, n.50.

Declaratio mariti facta poſt æſtimationem, quod bona eſſent mulieris, eidem mulieri non nocet, ibid.

Rerum dotalium inæſtimatarum quale dominium ſit penes virum, quale apud mulierem, vbi viríue, an mulieris dominium ſimpliciter, & verum ſit, n.51. & 52.

Res immobiles datæ in dotem inæſtimatæ à marito neque obligari, neque alienari poſſunt, mobiles poſſunt, num.54. & 55.

Eaſdem res datas in dotem inæſtimatas ſoluto matrimonio maritus tenetur reſtituere, non æſtimationem, n.56.

Earumdem rerum periculum, & commodum ſpectat ad vxorem, n.57.

Quid ſi culpa mariti ſint peremptæ, vel deteriores effectæ, & de qua culpa teneatur maritus circa cuſtodiam, & adminiſtrationem rerum dotalium, n.58.

Licitum, & validum eſt pactum, quo maritus, vel vxor ſuſcipit in ſe periculum rerum dotalium, n.59.

Quo vſu maritus tenebitur etiam de culpa leuiſſima, ibidem.

Valet pactum, vt res dotales ſtatim efficiantur mariti, ibid.

Quid ſi mulier dederit, vt efficiantur mariti, cum nupſerit, vel ſi nihil tale ſit expreſſum, ibid.

Si res inæſtimatæ factæ ſint deteriores, maritus debet probare, id effectum abſque ſua culpa, n.60.

Quando datus eſt in dotem grex animalium inæſtimatus, pereuntibus aliquibus capitibus animalium, ſuppleri debet aliis fœtibus, n.61.

Æſtimationi rerum ſi additum ſit pactum, vt reſtituatur æſtimatio, vel reſtituatur dos, cenſetur inducta venditio, n.63. & 64.

Item ſi fuerit adiectum pactum, vt eædem res æſtimatæ reſtituerentur eodem modo, vel eiſdem modo, & forma, quibus datæ fuerunt, n.65. & 66.

Venditio non inducitur, ſi ſuppoſitum ſit pactum, vt reſtituerentur iiſdem pretiis, quibus æſtimatæ fuerunt, & an in hoc caſu maritus teneatur ad æſtimationem, ſi res perierint, vel deteriores ſint factæ ex ſua culpa leuiſſima, n.67.

Neque etiam inducitur, ſi adiectum ſit pactum, quod res ipſæ datæ æſtimatæ reſtituerentur, vel dictum ſit, quod reſtituerentur habita ratione augmenti, vel diminutionis, n.68. & 69.

Præfato caſu qua ratione periculum, & commodum ſit mariti, & an ſi culpa eius leuiſſima, vel fortuitò damnum contigerit, an ſi augmentum extrinſecum abſque eius facto euenerit, n.70.

Quid ſi pecunia data ſit in dotem pacto, quid reſtitueretur ſub eadem æſtimatione, ibid.

Prædicto pacto appoſito ſi maritus res alienanerit abſque conſenſu vxoris, poterit mulier eas vindicare à tertio poſſeſſore, n.70. *initio.*

Secus ſi alienauerit ex conſenſu mulieris, quamuis ſoluto matrimonio poſſit exigere æſtimationem, n.70. circa finem.

In præfato pacto rerum æſtimationi appoſito, quod eædem res reſtituentur, an tacitè ſubintelligatur illa clauſula, habita ratione augmenti, vel diminutionis, *ſi non fuit expreſſa*, n.71.

Si æſtimationi rerum dotalium adiectum ſit pactum, vt maritus ſoluto matrimonio reſtituat res dotales extantes, pactum operatur, vt de non extantibus æſtimatio ſolui debeat, n.72. *Stante præfato pacto reſtituendi res extantes, an maritus conſtante matrimonio poſſit illas alienare vxore conſentiente*, n.73. & 74.

Quando fundus datus eſt in dotem non æſtimatus æſtimatione faciente venditionem cum pacto, quod ſi extent penes maritum, reſtituantur, & ſi non extent, reddat pretium, poteſt maritus conſtante matrimonio fundum alienare, n.74. fine.

Teneaturne maritus æſtimationem reddere, ſi abſque ſua culpa caſu tantum fortuito non extarent, n.75. & 76.

Quando poſt æſtimationem rerum dotalium adiectum eſt pactum, quod eſſet in electione mariti reſtituere res ipſas, vel earum æſtimationem, æſtimatio non facit venditionem, & qui effectus inde ſequantur, n.77.

Quid ſi electio ſit mulieris, n.78.

Quid ſi ſimpliciter dictum eſſet, quod res, vel æſtimatio reddatur, n.79.

1 IN præcedenti capite actum eſt de rebus, quæ in dotem dati poſſunt, cum autem ſiue immobiles ſiue mobiles extra pecuniam poſſint dari inæſtimatæ, vel æſtimatæ, & multum refert vtrouis modo dentur propter varios effectus dotis inæſtimatæ, & dotis æſtimatæ, qui *infrà* explicantur, & an res in dotem datæ ſint matrimonio reſtituendæ omnino, vel an ſit ſatis quod reſtituatur earum rerum æſtimatio, aut præcisè ad huius æſtimationis ſolutionem teneatur maritus ipſe, & eius hæres (de qua ſæpe contingit dubitari) pendet ex eo quod datæ ſint in dotem inæſtimatæ vel æſtimatæ, ideo conuenit hic explicare quando res dotalis ſeu in dotē data, ſit data inæſtimata, & quando æſtimata ea æſtimatione, quæ efficit emptionem, & venditionem, & in maritum transfert omninò dominium rei in dotem datæ. De qua re in iure extant præcipui ſequentes textus.

2 Primus *in l. ſi æſtimatis rebus* 49. *ff. ſol. matrimonio*, cuius verba ſunt, *ſi æſtimatis rebus in dotem datis pactum interceſſit, & ex quacumque cauſa dos reddi deberet, ipſæ res reſtituerentur, habita ratione augmenti, & diminutionis viri boni arbitratu, quæ verò non extarent ab initio æſtimatio earum, quæſitum eſt, cum res quædam, quas maritus vendiderat extarent, an ſecundum pactum, & hæc ad mulierem pertinerent. Reſpondi res quæ extant, ſi neque volente, neque ratum habente muliere veniſſent, perinde reddendas atque ſi nulla æſtimatio interueniſſet.* Ita Scæuola.

Secundus *in l. æſtimata* 50. *eodem tit.* cuius verba ſunt: *Æſtimatæ res vſu etiam mulieris, periculo mariti deteriores efficiuntur.* Ita Hermogenianus.

Tertius *in l. quoties C. eod. tit. de iure dot.* cuius verba ſunt: *Quotiens res æſtimatæ in dotem dentur maritus dominium conſecutus ſummæ velut prædij debitor efficitur, ſi itaque non conuenit, vt ſoluto matrimonio reſtituerentur, & iure æſtimata ſunt retinebit eas ſi pecuniam ſibi offerat.* Ita Imperator Alexander.

Quartus (aliis textibus omiſſis) *in l. plerumque ff. eod. tit. de iure dotium*, his comprehenſus verbis. *Plerumque intereſt viri res non eſſe æſtimatas, idcirco quod neque periculum rerum ad eum pertineat maximè ſi animalia in dotem acceperit vel veſtem, qua mulier vtitur, eueniet enim ſi æſtimata ſit, & eam mulier attribuit, vt nihilominus maritus æſtimationem earum præſtet, quoties igitur non æſtimatæ res in dotem dantur, & meliores, & deteriores mulieri fiunt ſi prædiis inæſtimatis aliquid acceſſit ſi ad commodum mulieris pertinet, ſi aliquid deceſſit, mulieris damnum eſt. Sed fœtus dotalium pecorum ad maritum pertinent, quia in fructibus computantur, ſic tamen vt ſuppleri proprietatem prius oporteat, & ſummiſſis aliis in locum demortuorum capitum ex agnatis, reſiduum in fructibus maritus habeat, quia fructus dotis ad eum pertinent.* Ita Vlpianus.

3 Ex quibus apparet (vt etiam notauit Petr. Barboſa *in d. leg. æſtimatis initio*) duobus modis poſſe res dari in dotem æſtimatas vno modo ſimpliciter ſine additione alicuius pacti circa reſtitutionem, altero modo cum interuentu pacti à partibus ſeu coniugibus poſt æſtimationem factam in eodem inſtrumento dotali adiuncti. Et de vtroque modo, & de effectibus ex quolibet conſequentibus claritatis gratia agemus.

D. Ioan. Angel. Boſſius, de Dote.

Ex iiſdem etiam textibus præſertim ex *d. l. æſtimatis* conſtat, rem ſimpliciter in dotem datam abſque expreſſione nulla pro certa quantitate, vel alia adiectione, quæ inducat æſtimationem, præſumi debere datam potius inæſtimatam, quam æſtimatam, ita quod æſtimatio in dubio non præſumatur niſi æſtimationis, & pretij mentio ſit facta, cum ſit quid facti, id quod notatum eſt *ſup. c.* 8. *n.* 146. *&* 148. & tradunt Doctores *in d. l. æſtimatis, & in l. ex conſummat. C. de pactis.* Et notauit Franciſcus Molin. *de ritu nupt. l.* 3. *q.* 57. *n.* 46. & etiam P. Barboſ. *in d. l. æſtimatis n.* 8. *verſ. confirmo.* Et Fontan. *de pact. nupt. clauſ.* 5. *gloſſ.* 8. *p.* 13. *n.* 2. His præmiſſis, ſit.

§. I.

Quando res dantur in dotem ſimpliciter æſtimatæ abſque vllius pacti adiectione an, & quando æſtimatio, vbi in ea facta eſt mentio de pretio, efficiat emptionem, & venditionem.

CONcluſio generalis, & communis eſt quod vbi res dantur in dotem ſimpliciter æſtimatæ cū mentione pretij, nullo alio expreſsè pacto adiecto, æſtimatio efficit emptionem, & venditionem, ſeu efficit vt in dubio præſumatur emptio & venditio, contractuſve venditionis, & emptionis initus, ita per textū *in d. l. quoties in d. l. plerumque & in l. ex conuentione* (vbi dicitur quod ſi fundus æſtimatus in dotem datus eſt, ex vendito actio vt placitis ſtetur competit) *C. de pact. Gloſſ. l. ſi inter vir. C. de iure dot.* Bartol. Angelus, Alexander, & alij ſcribentes *in d. l. ſi æſtimatis*, & poſt alios Conarruuias *pract. var. c.* 28. *n.* 1. Menoch. *de præſ. l.* 3. *præſ.* 74. *n.* 3. Maſcard. *de probat. concl.* 610. *n.* 1. P. Barboſa *in d. l. ſi æſtimatis n.* 1. *initio & n.* 3. Franciſc. Molin. *de rit. nupt. l.* 3. *d. q.* 571. *n.* 2. 5. *&* 65. Carpanus *ad ſtatut. Mediol.* 455. *n.* 50. Iacobus Cancer. *var. reſ. p.* 1. *c.* 9. *n.* 122. Fontan. *d. p.* 13. *n.* 11. *&* 25. Camil. Borel. *in ſumm. dec. p.* 3. *tit.* 5. *n.* 226. *&* 230. Beltraminus *in addit. ad dec.* 573. Ludouiſij *n.* 16. (vbi addit ita ſæpius cenſuiſſe Rotam Rom.) Gomez *ad l.* 50. *Tauri, n.* 44. *initio, & ver. quod tamen.* Aug. Barboſa *Collect. ad d. l. quoties n.* 3. *&* 4. *& Collect. ad l. ſi inter n.* 4. *C. eod.* Lud. Molin. *de iuſt. & iure tr.* 2. *diſp.* 426. *n.* 55. & Rebell. *de obligat. iuſtitiæ p.* 2. *l.* 5. *q.* 2. *n.* 9. Iuxta igitur præfatos textus, & præallegatos Doctores Mant. *de tacit. & ambig. conu. l.* 12. *tit.* 28. *n.* 31. & alios communiter. Quando res aliqua extra pecuniam in dotē datur æſtimata, nec apparet num æſtimatio fuerit, quæ tacitam venditionem efficeret, præſumendū eſt datam æſtimatam, & venditionē efficere, & tacitè initum contractū emptionis, & venditionis. Quare iuxta *d. l. quoties, & d. l. ex conuentione*, ex Doctoribus allegatis, quando mulieris interueniente æſtimatione, ſeu res æſtimatæ marito in dotem traduntur, cenſetur quædam veluti venditio celebrata inter coniuges, videtur enim vxor vendere res æſtimatas marito, & ipſe tanquam emptor ſe ipſum obligare ad earum ſoluendam æſtimationem poſt ſolutum matrimonium, ita vt ſub ſpecie ſeu colore contractus dotalis, ſeu dotis occultetur [vt notarunt Petr. Barboſa *dicto numero* 2. Molinus *dicto numero* 3. *&* 4. Fontanella *dict. num.* 11. & etiam Surdus *deciſione* 35. *num.* 10. *& deciſione* 99. *num.* 9.] & celebratur contractus venditionis, & emptionis, & veluti breui manu contractus ille dotis in venditionem transfertur *arg. l.* 3. *in fin. ff. de donat. inter virum, & vxorem.* Quapropter ſtante præfata conditione ex parte mulieris, & emptione ex parte viri, dos non conſiſtit in bonis traditis æſtimatis, ſed in pecunia, nam vxor ex re tradita æſtimata, & ſic ab ea vendita marito fingitur pecuniam recepiſſe, & ſtatim eam receptam numeraſſe eidem marito in cauſam dotis, vt declarant Surd. *d. dec.* 99.

eodem num. 9. & ſic pretium rei per æſtimationem venditæ ſuccedit loco rei, vt notat Molinus *d. q.* 57. *n.* 7. *&* 9. Et præfata æſtimatio non eſt ſimplex venditio, ſed venditio dotis cauſâ facta, vt Mantica *de tacitis & ambiguis conu. lib.* 12. *tit.* 28. *num.* 15. Anton. Faber *de error. pragm. decade* 8. *error.* 6. & P. Barboſa *in d. l. ſi æſtimatis n.* 15. *verſ. nec eſt omittendum*, & expreſsè habetur *l. quoties, ff. de iure dotium*. Neque hinc deterior, ſed imò melior conditio dotis fit, vt tradunt P. Barboſa *in d. l. ſi æſtimatis n.* 1. *& n.* 5. *initio*. Fontanella *d. p.* 13. *n.* 27. & Molinus *d. q.* 57. *n.* 24. quia præfatum periculum rei in dotem traditæ abſque mariti culpa eueniens ad ipſam mulierem ſpectat, vt expreſsè habetur *d. l. plerumque*: facta autem æſtimatione ſupra explicata periculum ſpectaret ad maritum, *d. l. æſtimata*, de quo *infra*.

5 Ex quibus venit reprobandus Coſta *de remed. iur. remed.* 63. *n.* 2. aſſerens in dubio æſtimationem rerum dotalium præſumi factam ad detegendam, & probandam deteriorationem rerum temporis progreſſu, & ideo contrarium aſſeueranti incumbere onus probandi, cum hoc Coſtæ dictum ſit contra doctrinam communem, & prædictis textibus repugnet, & etiam obſtat ratio, quæ eſt, quod ideo æſtimatio cum mentione pretij in dubio facit emptionem & venditionem, quia vbi fit mentio pretij emptio reſultat in dubio, *l. finali*, & ibi Gloſſ. *Cod. de præd. iur.* cum pretium videatur eſſe cauſa finalis emptionis, & venditionis, quæ ſine pretio conſiſtere nequit, §. *pretium inſtitut. de empt. & vendit. l.* 2. §. 1. *l. pacta conuenta verſ. an idem ff. de contrahenda empt.* Doctores *numero ſequenti citat.* & alij communiter à Fontanella *d. p.* 13. *n.* 26. *&* 28. relati. Præterea confirmatur in dubio præſumendum æſtimationem rerum in dotem marito datarum efficere venditionem, quia id cedit in fauorem dotis, & vtilitatem mulieris, vt notatum eſt: & hanc confirmationem approbarunt alij Doctores à Fontanella *d. p.* 13. *n.* 27. allegati: Neque Doctores à Coſta allegati illi fauent, ſed potius contrarium ſentiunt. Potiò quia datis in dotem rebus ſimpliciter æſtimatis, non ſemper æſtimatio facit emptionem, & venditionem, in ſequentibus huius paragraphi explicandi ſunt caſus, in quibus venditionem efficit.

Æſtimatio rerum dotalium expreſſa certà valoris ſeu pretij quantitate efficit emptionem, & venditionem; ſecus ſi non ſit certa quantitas expreſſa; ſient & emptio, & venditio non inducitur ſine certo, & determinato pretio.

6 Primò igitur æſtimatio rerum dotalium efficit venditionem, & emptionem, ſi in æſtimatione expreſſa ſit certa quantitas valoris, ſicut vera eſt venditio & emptio quando conuentum eſt inter partes de certo pretio, § *pretium, & item pretium, inſtit. de emptione, & venditione*, quod ſi non fuerit expreſſa certa æſtimationis, ſeu valoris, pretiiue quantitas, non efficiet æſtimatio tacitam venditionem: ita Couarruuias *d. cap.* 28. *n.* 7. *initio*, Carpanus *vbi ſuprà num.* 58. P. Barboſa *in d. l. ſi æſtimatis, num.* 1. Mantica *de tacitis & ambiguis conu. lib.* 12. *tit.* 28. *num.* 22. Molinus *d. q.* 57. *n.* 10. Fontanella *d. p.* 13. *n.* 6. *& n.* 52. *&* 53. poſt Bartolum, & alios, & Rebellus *d. quæſt.* 2. *n.* 12. omnes aſſerentes, quod ſicut ad veram venditionem requiritur certum pretium *dict.* §. *pretium, & d.* §. *item pretium*, & aliis textibus *numer. præcedenti* relatis, & tradunt etiam alij à *n.* 54. relati; ita requiritur in æſtimatione rerum dotalium expreſſio certæ quantitatis loco pretij, alioqui æſtimatio non efficeret emptionem: quapropter ſi in inſtrumento dotali diceretur dari res dotales marito æſtimatas non declarato valore earumdem rerum, non induceretur venditio tacita, ſed eſſent res merè dotales, vt poſt Bartolum, & Curtium Iuniorem *in d. l. ex conuentione, num.* 8. *Cod. de pactis*, & alios P. Barboſa *dict. num.* 1. & Molinus *d. quæſt.* 57. *num.* 11. item non eſſet inducta emptio, & venditio, quando in rei dotalis datione dictum eſt, reddam prout fuerit æſtimata, abſque nominatione perſonæ quæ æſtimationem facere debet, ſicut venditio domus facta pro pretio quo æſtimata fuerit, nulla perſona ad æſtimationem faciendam nominata eſt nulla, vt Mantica *de tacitis & ambiguis conu. lib.* 12. *tit.* 28. *num.* 9. Surdus *deciſ.* 214 *num.* 25. & teſtatur ita deciſum in Senatu Mantuano, & etiam Fontanella *d. p.* 13. *n.* 53. Quare quod Borellus *in ſumma deciſ. p.* 3. *d. tit.* 5. *n.* 234. dicit, ſcilicet quod quando facta eſt conuentio, quod rei in dotem datæ reſtituatur æſtimatio, tunc intelligitur facta libera emptio, & venditio, & reddendum eſt pretium rei æſtimatæ loco dotis, per Doctores à ſe ibi allegatos, verum eſt ſi expreſſa fuerit certa æſtimatio, ſeu quantitas æſtimationis, vel æſtimatio fuerit collata alterius certæ perſonæ arbitrio, aliàs ſecus, nulla expreſſa certa æſtimatione, ſaltem à tertia perſona electa declaranda.

7 Hoc autem, quod requiratur in æſtimatione expreſſa certa quantitas valoris, ſeu pretij, Molinus *d. q.* 57. *n.* 15. cenſet non procedere ſi eſſemus in antiquis, & in Inſtrumento dotali reperiretur res fuiſſe traditas marito æſtimatas, & maritus ſeu ſui hæredes eſſent in poſſeſſione illarum rerum ſciente vxore vel illius hæredibus; tunc enim ait idem Molinus præſumi emptionem, & venditionem, iuxta Bartolum, Baldum, Angelum, Salycetum, & cæteros *in l. ſi maior, Cod. comm. diuidun.* ſecundum quos & alios, quos Maſcardus *de probat. concluſ.* 619. *num.* 7. *&* 8. refert, emptio & venditio præſumitur ex poſſeſſione rei venditæ per longum tempus, ſi domino ſciente, & patiente quis poſſidet.

Efficitur emptio & venditio traditis in dotem rebus æſtimatis pro pretio, ſeu æſtimatione, prout certi arbitri à partibus electi definierint, ſeu arbitrati fuerint, & quid ſi arbitratores electi non potuerunt, vel voluerunt arbitrari.

8 Secundum etiam præallegatos Doctores, ſi res in dotem dentur abſque certa æſtimatione, & æſtimatio ſit in tertij electi, ſeu certæ perſonæ arbitrium collata, cenſebitur facta venditio vera, & valida, ſicut eſt vera, & valida venditio æſtimatione rei venditæ collata in tertij arbitrium *d.* § *pret. inſtit. de emptione & venditione & d. l. final. Cod. de contrahenda emptione*, nihil enim intereſt pretium declarari per partes vel per arbitros de conſenſu partium electos; ita alios allegantes Couarruuias *d. cap.* 28. *n.* 1. *verſ.* 1. Mantica *de tacitis, & ambiguis conu. lib.* 12. *tit.* 28. *n.* 10. *&* 22. P. Barboſa *in d. l. ſi æſtimatis, num.* 1. Molinus *d. q.* 57. *n.* 76. *& ſeqq.* Borellus *d. tit.* 5. *num.* 227. *&* 228. Stephanus Gratianus *diſcept. for. tom.* 2. *cap.* 254. *n.* 56. Fontanella *d. p.* 73. *n.* 55. & Rebellus *d. q.* 2. *n.* 13. Vtrum verò ſi arbitratores electi non potuerint, vel voluerint arbitrari, æſtimatio reddatur nulla, an vero fauore dotis recurri poſſit ad alios arbitratores, & ſic remaneat æſtimatio, & venditio valida. Poſſe fauore dotis recurri ad alios arbitratores, & eorum æſtimationem valere, & ſic eſſe validam tacitam venditionem, & in caſu reſtitutionis non res ipſa, ſed iuſta æſtimatione per maritum, vel eius hæredes debeat reddi, reſolutum eſt *ſupra cap.* 8. *n.* 152. & præter Doctores *ibidem allegatas*, & Borellum *dicto n.* 228.

*num.*228.aſſerit alios allegans Menochius *de præſumpt. præſump.*74.*n.*5.vbi dicit quod ſi arbitri electi æſtimationem non definierint, cenſentur datæ res illæ æſtimatæ ea æſtimatione, quæ facit emptionem ad illud pretium quo tempore traditionis res illæ iuſtè valebant: & ita dicitur fieri æſtimatio ab ipſa lege, vt fauore dotis arbitris non arbitrantibus,locus ſit arbitrio boni viri, ſi etiam res datæ ſint in dotem æſtimatæ non expreſſa æſtimationis quantitate, ſed tamen in inſtrumento dotali ſcriptum, ſeu dictum ſit,quod maritus prædia æſtimata accepit pro ſe, & ſuis hæredibus, tunc æſtimatio facit emptionem, quia apparet quod maritus voluit ſibi, & hæredibus ſuis dominium irreuocabiliter ab initio conuentum,licèt minoris iuſto pretio acquirere, ita poſt Corneum *conſ.*122. *n.*12. *lib.*2. & Nattam *conſ.*650. *num.*2. *verſ.*2. & Roland. *conſ.*92. Mantica *d.tit.*28. *n.*18. Franciſcus Molinus *d. quæſt.*57. *num.*64. addens alios Authores, & confirmationem, quia tum verba illa indicant,quod maritus illas res æſtimatas accipiebat nomine ſuo, non oneris; & quia eadem verba non poſſunt operari niſi æſtimationem, quia eum res dotales ſoluto matrimonio ad mulierem reuerti debeant, vel ad eum,qui eas ſibi reddi ſtipulatus eſt,*l.dos à patre,Cod. ſolut. matrim.* at in vim huiuſmodi pacti ſunt mariti, & illius ſucceſſorum, nunquam ad mulierem, vel eius hæredes reuerſuræ, & conſequenter venditio fuit inducta.

Si æſtimatio rerum dotalium facta non fuerit pro iuſto pretio, ſed pro longè minori, an faciat emptionem & venditionem: & ſi facit, an ſuccurratur mulieri & viro, læſis etiam citra dimidium, & ſi res non extent, an ſatis ſit reddi æſtimationem.

9 Verum verò quando res dantur marito in dotem æſtimatæ æſtimatio debeat eſſe iuſta iuſto pretio, habito reſpectu ad dignitatem rerum facto, vt efficiat emptionem & venditionem, & ſi ſit facta, ſit longè minor iuſto pretio,non præſumitur facta venditio,ſed res manent dotales. Multorum ſententia eſt non effici, ſeu non præſumi venditionem factam, ſi æſtimatio fuerit minus iuſta, & longè minor iuſto pretio, ita Baldus, Salicetus, Iaſon, Decius *in l. ex conuentione Cod. de pactis*, Maſcardus *d. conſ.*620. *num.*2. Iacobus Cancer. *var.p.*1.*cap* 9.*num.*222. *initio*, & plores alij à Couarruuia *d.cap.*28.*num.*9. Menochio *d. q.*74. *n.*23. P. Barboſa *in d. l. æſtimatis,num.*20. *verſ. his explicatis.* Fontanella *d.p.*23.*n.*47. & Molino *d.q.*57.*n.*27. relati, probantes per Textum *in d. l. quoties, ibi & iure æſtimata, Cod. de iure dotium*: & quia non videntur voluiſſe partes id agere,vt alter ex alterius iactura locupletetur, aut voluiſſe vendere, & emere rem minori pretio quàm valeret, & ſic iactare ſuum. Et hoc idem habere Guttierrez *de gabellis q.*86. *num.*10. refert Auguſt. Barboſa *collect.in d. leg. quoties, num.*10. & hanc eandem ſententiam illam declarantes approbant Couarruuias & Menoch. *locis citatis*, ſi vltra dimidium læſio in pretio in æſtimatione ex deceptione contigerit,ſiue quoad diminutionem, ſiue quoad augmentum vltra dimidium, quia hoc caſu, inquit, ob maximam iuſti pretij diminutionem,vel augmentum præſumitur ad alium effectum factam fuiſſe æſtimationem,non ad conſtituendam, nec efficiendam emptionem, ſecus autem ſi citra dimidium læſio in pretio contingat; nam tunc aiunt æſtimationem efficere venditionem,& ſupplendum, vel minuendum pretium, non ſolum ſi læſio fuerit vltra dimidium,ſed etiam ſi fuerit notabilis citra dimidium, tradit expreſsè Couarr. *eod. n.*9. *circa finem.*

Verum non obſtat æſtimatione minus iuſta & continente læſionem in pretio vltra dimidium,eſſe validam æſtimationem, & inducere emptionem, & venditionem, ſed ſuccurri mulieri deceptæ ſeu læſæ debere,ita alios allegantes Mantica *d. tit.*28. *n.*24. P. Barboſa *d. l. ſi æſtimatis,num.*21. Molinus *d.q.*57.*n.*28.*& duob.ſeq.* Ludouicus Molina *d.diſp.*416.*num.*12. & Rebellius *d. q.*2.*n.*24. debet tamen mulier probare læſionem, vt poſt Nattam *conſ.*650.*n.*8.Mantica *d.num.*24. eo quod pretium conuentum præſumatur iuſtum, & qui aliud aſſeuerat probare debet, *l.*2. *C. de reſcind. vend.* quod iuxta Nattam *d. num.*8. & Manticam habet locum etiamſi mulier dicat ſe re ipſa deceptam eſſe. 10

Sed difficilius eſt an mulier læſa in æſtimatione debeat ſuccurri, & reduci æſtimationem ad iuſtum pretium ſolum, quando læſa eſt vltra dimidium remedio *l.*2. *Cod.de reſcind. vend.* an verò etiamſi læſio contingat eſſe citra dimidium; & ſuccurri ſolum quando læſio eſt vltra dimidium,ſicut regulare eſt iuxta *d. l.*2. *C. de reſcind. vend.* in contractu emptionis, & venditionis, cuius illa æſtimatio rerum in dotem datarum marito vices obtinet, itavt remedium *d. l.*2. *C. de reſcind. vend.* habeat locum etiam in æſtimatione rerum dotalium cum læſione vltra dimidium iuſti pretij,illiuſque legis 2. poſſit talis æſtimatio reſcindi, vel debeat ad iuſtum pretium reduci; ſecus verò ſi læſio ſit citra dimidium iuſti pretij, quo caſu neque etiam contractus emptionis & venditionis poteſt iuxta eandem legem 2. reſcindi, nec agi ad ſupplementum pretij iuſti, ita Gloſſa *in l. ſuccurſum,§. finali,ff. de iure dotium*: & *in l.ſi ex cauſa*, §. 1. *verbo vltra ff. de minoribus*, & plures alij ex antiquioribus, quos P. Barboſa *in d. leg. æſtimatis d.num.*20. *fine*, & Molinus *d. q.*57. *n.*28. Mantica *d.num.*24. referunt. 11

At mulieri in æſtimatione læſæ etiam tantum intra dimidium iuſti pretij fauore ſpeciali dotis ſuccurri,vt maritus vel debeat refundere iuſtam æſtimationem,vel reſtituere res dotales arbitrio eiuſdem mariti, eſt ſententia receptior: ita per textus *in l.iure ſuccurſum fine, & in l. ſi res* §.1.*ff. de iure dotium*, *& in l. ſi circumſcripta C.ſol. matrim.* ita Cuiac. *lib.* 17. *obſ. cap.*8. Gomez *ad d.l.*50. *Tauri num.*4. *verſ. quod tamen*, Couarr. *loco ſupra n.*9. *allegato*, Afflictus *deciſ.*120. *n.*3. P.Barb. *d.l. æſtimatis n.*22.*&* 24. Molinus *d.q.*57. *n.*30. Auguſtin.Barboſa *collect.ad d. l.ſi circumſcripta*, Ludouicus Molina,& Rebellus *locis n.*10. *relatis*,& Iuriſperiti magis communiter à P. Barboſa, & Molina *locis alleg.* relati,& ratio ponitur *in d.l. iure ſuccurſum*; ſcilicet quia id poſtulat natura actionis dotis,in qua bonum,& æquum præcipuè obſeruatur *l. eas ff. de capit. dimin.*& ſic non patitur vt quis locupletur cum iactura alterius coniugis, vt in eadem lege *iure ſuccurſum* expreſsè habetur.Confirmat Molinus,læſionem etiam modicam in dotis æſtimatione conſiderari,quia matrimoniũ eſt ſocietas quædam mutua *can. ſocietas* 27.*q.*2. quod ſi læſio admitteretur fieret ſocietas leonina,cum alter alterius damno (vt dicitur *d.l.iure ſuccurſum*) locupletaretur, quod in ſocietatis contractu non admittitur *arg.leg.ſi non fuerint,ff. pro ſocio*: & hæc ſententia in foro conſcientiæ procul dubio eſt certa. Lud. Molin. & Rebell. *loc.cit.* Ad agnoſcendum, iudicandumve iuſta, vel iniuſta ſit æſtimatio reſpiciendum eſt tempus, quo eadem æſtimatio facta fuit, iuxta regulam *ſi voluntate, Cod. de reſcind. vendit.* & poſt Afflictum *dicta deciſion.* 130. *num.*5. notat P. Barb. *d. num.*22. 12

Animaduertunt autem poſt Angelum,& Salicetum *in d.l. ſi circumſcripta Cod.de reſcind.vend.* & Cremen. Sen. *in d. leg.*2. *num.*37. *fine Cod.de reſcind. vendit.* P. Barboſa *d.num.*22.*verſic.qua tamen*, & Molinus *dict. quæſt.*57.*num.*31. & etiam Borellus *d.num.*25. præfa- 13

tam ſententiam intelligi quando res iniuſtè æſtimatæ extant, vt tunc cogatur maritus refundere iuſtum pretium, vel res reſtituere, at verò ſi res æſtimatæ non extant, tunc (inquiunt) æſtimatio ab initio conuenta qualiſcumque illa fuerit, etſi non condigna, & minor æquo ſoluenda erit tantum, vt ſatis innuit textus *in d. l. ſi res §. 1. ibi, quod ſi deceſſit &c. in d. l. ſi circumſcripta ſint*, ibi *ſi tamen extincta*. Ratio affertur *d. §. 1. indicata*, quod ſatis cautum mulieri videtur, ſi illa æſtimatio quantumcumque iniuſta ei reddatur, quia non facta æſtimatione etſi læſiua, periculum interitus & deteriorationis ad ipſam mulierem pertineret, quod maius incommodum illius eſſet, quam dictæ æſtimationis *d. §. 1. & l. plerumque ff. de iure dotium.*

14 Declaratur tamen ſatis eſſe rebus æſtimatis non extantibus, ſi maritus reddat illam qualemcumque æſtimationem ab initio conuentam procedere ſecluſo dolo mariti; nam ſi mariti dolus interuenit tunc ſiue res extent, ſiue non extent, ſemper iuſta æſtimatio eſt reddenda iuxta *d. l. ſi res, verſ. Scæuola autem*, & poſt Cuiacium *loc. citat.* & Baldum Nouellum *de dote part. 7. priuilegio* 35. notat P. Barboſa *dict. num. 22. fine*, & tradit etiam Rebellus *dict. num. 25. fine*, addens quod in foro conſcientiæ vltra æſtimationem conuentam non teneretur maritus ſi res perierint abſque illius culpa, nec verſæ ſint in illius vtilitatem, cum nec fur iuxta Theologorum doctrinam non obligetur ad pretium rei furto ſublatæ reſtituendum, quando eodem modo apud Dominum perire debuiſſent.

15 Prædicta autem procedunt reſpectu mulieris maioris in æſtimatione rerum dotalium læſæ, nam ſi mulier minor fuerit ſic læſa, ei competit reſtitutio in integrum; de quo latè *cap. 8. à num.* 187.

16 Quid verò ſi mulier maior fuerit læſa non in æſtimatione rerum dotalium, ſed in quantitate, quia dederit dotem immodicam, & exceſſiuam, an eidem ſuccurratur, & minui debeat vſque ad congruam menſuram, tametſi læſio ſit citra dimidium congruæ dotis (de quo P. Barboſa *in dicta lege ſi æſtimatis, num.* 23. *&* 24.) latè actum eſt *ſupra d. cap. 8. num.* 194. *&* 195. Et licet Pinellus (quem ſequitur Rebellus *dicta quæſt. 2. num. 25. fine*) *in dicta lege ſecund. Codice de reſcindenda venditione, num.* 16. & Nonnulli alij *dicto cap. 8. num.* 194. relati negent, *d. tamen num.* 195. cum aliis approbata eſt ſententia affirmatiua, quæ & non diſplicet Petro Barboſæ *dicto numero 24. fine*, & contra Pinellum approbatur etiam à Molino *d. quæſt. 57. num.* 32.

17 Quæ autem de læſione in æſtimatione rerum dotalium fauore, ſeu reſpectu mulieris tradita ſunt, vel illi ſuccurratur, & maritus cogatur vel ad ſupplementum iuſtæ æſtimationis, vel ad rem reſtituendam, procedunt etiam fauore ſeu reſpectu viri, qui in eadem æſtimatione fuerit læſus, vt ſcilicet mulier teneatur vel ad minuendam æſtimationem, vel ad recipiendam rem ipſam, qualis reperta fuerit, niſi dolo eiuſdem viri fuiſſet facta deterior, cum regula (quales ſunt vxores vir ſit) vt ſtatutum in vno, etiam in altero ſtatutum cenſeatur, & ita expreſsè Petrus Barboſa *in dicta lege æſtimatis num.* 22. Mulinus *d. quæſt. 57. num.* 38. Auguſtinus Barboſa *collect. ad leg. ſi circumſcripta Codice ſoluto matrimonio*, & Rebellus *d. quæſt. 2. num.* 25. & ſignificat etiam Couarruuias, & Menochius *locis ſupra num. 9.* relatis & confirmant tradita *ſupra cap. 8. num.* 193. Et ſi vir læſus in æſtimatione fuerit minor dabitur reſtitutio in integrum, & mulieri minori læſæ ob eandem regulam correlatiuorum & tradit Molinus *d. n.* 32.

Æſtimatio rei vel fundi in dotem marito traditi non efficit contractum emptionis & venditionis, quando facta eſt ex interuallo poſt datum fundum marito in dotem inæſtimatum, & quid ſi interuallum ſit modicum, & quid ſi æſtimatio fuerit facta animo nocendi.

Porrò quod *in præcedentibus* dictum eſt æſtimationem rei ſeu fundi dotalis pro iuſto pretio efficere tacitam venditionem, quando tempore conſtitutionis dotis, ſeu traditionis rei, ſeu fundi dotalis æſtimatio facta fuit ſecus autem ſi ex interuallo poſt rem traditam, ſeu datum à principio fundum dotalem inæſtimatum marito & conſtante matrimonio fieret æſtimatio, tunc enim ea æſtimatio non faceret venditionem, ſed maneret fundus dotalis, ita poſt Baldum, Salicetum, Iaſonem *in d. l. ex conuentione C. ſolut. matrim.* Maſcardum *concluſ. 620. n.* 3. Ioſeph Ludouicus *deciſ. Peruſina 89. n.* 4. Stephanus Gratianus alios referens *tom. 1. diſcep. for. c. 38. n.* 31. & ex Doctoribus relatis *ſupra n.* 4. Couarruuias *d. cap. 28. n. 10. verſ.* 11. P. Barboſa *in d. l. ſi æſtimatis, num.* 25. Franciſcus Mulinus *d. quæſt. 57. n.* 33. & plurimi alij ab iiſdem allegati, & à Couarruuia & alia ea affertur ratio, quia non ſit veriſimile contrahentes voluiſſe recedere à contractu priori per nouitatem quæ non præſumitur niſi expreſſum dicatur *lege finali, Codice de nouitat.* & ſic eiuſdem fundi iam effecti dotalis per priorem contractum, & traditionem marito factã, nec alienatio, nec donatio inter virum, & vxorem fieri poteſt, licèt facta ſit illa æſtimatio ex interuallo: niſi interuallum eſſet modicum, quo caſu æſtimationem facere venditionem tradunt expreſsè Couarruuias, Ioſeph. Ludouic. (addens ita in facti contingentia fuiſſe deciſum) & Fontanella. Addit autem P. Barboſa *d. n. 25. verſ. quæ tamen*, quod ea æſtimatio ex interuallo poſt datum ab initio fundum marito in dotem inæſtimatum non efficeret venditionem, tametſi conſtaret à contrahentibus factam animo donandi, quia cum agatur de alienanda re dotali ſuccedit prohibitio *inſtit. quibus alienare licet in princip. & l. vnica, §. & cum lex, Codice de rei vxoriæ.* Quam etiam hanc rationem non euincere idem eſſe etiamſi non ex interuallo fundus iam dotalis æſtimaretur ſubdit idem P. Barboſa, qui quoad hoc non eſt audiendus vtpote loquens contra Doctores communiter, nam cum æſtimatio ſit ſtatim, & nullo interuallo interueniente inter conſtitutionem dotis, & traditionem rei dotalis, cenſetur vnus & ſimultaneus contractus initus; dicuntur enim ſimul, inter quæ nihil mediat, iuxta tradita à Logic. in poſtprædicamentis. Videretur ergo cum facta eſt æſtimatio ex interuallo eam factam eſſe non animo celebrandi contractum emptionis & venditionis, ſed ad declarationem meliorationis, aut deteriorationis, ſi fortè poſtea contingeret.

Æſtimatio rei in dotem datæ pro certa quantitate expreſſa, ſi tempore æſtimationis & traditionis rei maritus dotem recipiens ſit inops, non habens in bonis illius valorem, an inducat tacitam venditionem.

Sed quid ſi tempore conſtitutionis dotis & traditio- 19
nis rei dotalis æſtimatæ pro certa quantitate, certóve pretio, idem maritus eſſet inops, & non idoneus ſoluendo, an tunc ea æſtimatio efficeret tacitam venditionem. Baldus pro negatiua, Salicetus *in lege intereſt, Codice de vſufructu*, Iaſon, Decius, Socinus, Rolandus, Rogerius à Monte, Socinus Iunior, Cremenſis *ſing.* 19. referuntur à P. Barboſa *d. l. ſi æſtimatis, num. 26. verſ.*

vnde

vnde inferri videtur, allegatur etiam Cephal.*conſ.*532. *n.*9. *vol.* 4. quos Stephanus Gratianus *dict. cap.* 38. *n.*34.ſequitur,& alij etiam,vt Menochius *dict.præſ.*74. *num.*22. Couarruuias *d. quæſt.*28. *num.*8. Fontanella *d.part.*13.*num.*76. & Gratianus *d. num.*34. pro hac negatiua in eo fundati quod in hoc caſu lex non poteſt fingere maritum tradidiſſe pretium pro re æſtimata,& mulierem recepiſſe, cum illud idem maritus in bonis non habeat.

20 Contrarium nihilominus, & non obſtante præſenti inopia mariti æſtimationem in dubio inducere tacitam venditionem, iuxta generalem regulam traditam *ſuprà num.*4. tenent Couarruuias *dict. num.*8. Menochius *dict.num.*22. Mantica *de tacitis, & ambiguis conu.lib.*12. *titul.*28. *num.*23. Petrus Barboſa *in d.l. æſtimatis,num.*26. Molin. *d.q.*57. *num.*36. *& ſeqq.* Fontanella *d. part.* 13. *num.* 77. Carpanus *ad d. ſtatutum Mediolani* 455. *n.*59. & alij à Fontanella relati. Nam præſens mariti paupertas nihil obſtat quin in hoc caſu procedat illa regula iuris generalis, æſtimationem rerum dotalium in dubio efficere venditionem, cum ex poſt poſſit ea paupertas ceſſare, & maritus diues fieri, vel poſſit res in dotem datas æſtimatas conſeruare, & tempore reſtituendi æſtimationem, illas diſtrahere; & ſic licèt maritus de præſenti non haberet alia bona, quàm data in dotem æſtimata,nulla extat impoſſibilitas reſtituendi ſuo tempore æſtimationem: Nec officit illa fictionis conſideratio, quia non requiritur quod pretium ſtatim detur pro rebus æſtimatis, ſed tantùm quod maritus ſe obliget de illo reddendo poſt ſolutum matrimonium; atque ideo valebit venditio. Quamuis ſi poſtea tempore ſoluti matrimonij maritus non inueniatur ſoluendo, nec eius hæres, tunc manebit æſtimatio irrita quoad hoc, vt mulieri in ſubſidium competat,& danda ſit vindicatio rerum,*lege in rebus*,*Codice de iure dotium*, vt infrà explicatur, etſi ab initio æſtimatio fuit vera, valida,& inducens venditionem. Nec contrarium tenuiſſe Baldum, & Salicetum aiunt Couarruuias, P. Barboſa, Mantica, & Molinus, eo quod loquantur quando maritus poſt æſtimationem factus eſt inops, & non ſoluendo, nec enim mariti hæres tempore reſtitutionis habet bona,ex quibus det æſtimationem dotis ipſi vxori; quo caſu mulier poteſt (vt dictum eſt, & infrà magis declaratur) res dotales tanquam non æſtimatas vindicare, quæ etiam tunc ab iiſdem non dicuntur eſſe verè dotales, ſed quaſi dotales,ad effectum vt vxor in ſubſidium dotem ſuam conſequi poſſit. Vnde non poteſt inferri idem eſſe, quando tempore æſtimationis maritus non eſſet ſoluendo; quia potuit (vt notatum eſt) legis præſumptione ditior fieri, ad textum *in lege ſi defunctus*,vel res æſtimatas,etſi inops conſeruare. Si contra hæc poſteriora de vindicatione obiiciatur ſententia *ſuprà cap.*12.*num.*106. tradita,quod mulier quæ ſcienter nupſit viro inopi, eique dotem dedit, videtur renunciaſſe beneficio *leg. ſi conſtante,ff. ſoluto matrimonio & legis vbi adhuc Codice de iure* repetendi dotem marito vergente ad inopiam matrimonio conſtante,& conſequenter etiam mulier quæ ſcienter tempore contracti matrimonij dedit marito inopi res dotales æſtimatas cenſetur renunciaſſe prædicto beneficio iuris illas poſtea vindicandi. Reſpondetur primò aſſumptum eſſe dubium, cum contrarium teneant alij *d. cap.*12. *n.*105. Reſpondetur præterea ex Molino *d.quæſt.*57.*n.*37. eſſe diuerſam rationem, nam mulieri permittitur renunciare beneficio *d. l. vbi adhuc*, quia per tale pactũ tacitum,& etiam expreſſum res dotales ad ſuam primæuam naturam redeant (*vt d.c.*12.*eodem num.*106. notatum eſt) cum de natura dotis ſit,ne conſtante matrimonio petatur,quæ ratio ceſſat in præſenti caſu,quia per æſtimationem factam tempore contracti matrimonij, res dotales non reuertuntur ad ſuam naturam, quia à principio cenſetur contracta tacita venditio, vt ſuprà notatum eſt. Explicatur de natura dotalium eſſe quod facta æſtimatione vbi maritus ſit inops,poſſit mulier,ac ſi facta non fuiſſet, res dotales æſtimatas vindicare. Reſpondet Molinus id non contingere ex rerum dotalium natura, ſed ex legis beneficio, ne mulieres indotatæ maneant.

Æſtimatio facit veram & perfectam venditionem, etiamſi res in dotem data & æſtimata non ſint præſentes, licèt abſque traditione earum non transferatur dominium.

Num verò vt æſtimatio faciat tacitam venditionem oporteat res in dotem pro certa æſtimatione marito datas eſſe præſentes, etſi Neuizanus *l. 2. ſilua nupt. num.*72. *verſ. limita ſextò*, videatur affirmare, vel ſaltem dubitare; nihilominus indubitanter affirmandum eſt, prout affirmat Couarruuias *practic. d.cap.*28. *num.*10. *verſ. duodecimo*, Mantica *de tacit. & ambig. conu. lib.*12. *tit.*82.*num.*12. & Menoch. *dicto libro tertio, præſumpt.* 74. *num.*9. Nam ſicut citra dubium rerum abſentium ſit vera, & propria venditio ex ipſa conuentione, ita & hæc tacita ſeu præſumpta per ipſam æſtimationem mutuo partium conſenſu conuentam. Et ſi ſicut in vera, & perfecta venditione non tranſit in emptorem dominium ante traditionem, ita neque in huiuſmodi æſtimatione mutuo partium conſenſu conuenta, etſi ex ipſa conuentione fiat vera, propria, & perfecta venditio, non tranſit in maritum dominium ante traditionem. Et hoc tantùm probatur *in l. eius,& in l.ſi res,ff.de rei vindicat.* quibus nititur Neuizanus. Addit Couarruuias etiam re præſente per æſtimationem non transferri dominium, niſi ipſius rei traditio fiat, nec præfatis textibus contrarium probari. 21

Quando dos fuit promiſſa in certa pecuniæ quantitate, & poſteà pro ſatisfactione aliqua res traditur marito, an cenſeatur tradita ad quantitatem promiſſam æſtimata, & efficiatur emptio, & venditio.

Quamuis etiam Craueta *conſ.* 548. *n.*12. *vol.*3. dixerit quod quando certa pecunia fuit ab initio in dotem promiſſa,deinde quia die præfixa non ſoluebatur, fundus æſtimatus in ſolutum pro dote fuit præſtitus, hoc caſu non dici æſtimationem factam, quæ emptionem faciat,ſed quod minoris pretij fundus dotalis non conſtituatur, quàm ſequitur ex interuallo illius æſtimatio, non inducitur emptio, & venditio (vt ſuprà probatum eſt) ſic in hoc caſu, in quo præceſſit promiſſio pecuniæ, deinde ſequuta fuit æſtimatio fundi poſtea dati in ſolutum,idem ſit dicendum. 22

Nihilominus communis ſententia eſt quod quando antea dos fuit promiſſa in certa quantitate, putà 100. aureorum,& pro illius ſatisfactione poſtea dantur aliqua bona, ſeu aliqua res, huiuſmodi res cenſentur datæ in ſolutum ad illam pecuniæ promiſſæ quantitatem æſtimatæ,& ſic datæ æſtimatæ ea æſtimatione,quæ facit emptionem, & venditionem: ita Socinus ſenior *conſil.*69. *num.*15. *volum.*4. Couarruuias *dict. cap.*28. *num.*1.*verſ.*2. Menochius *d.præſumpt.*74.*num.*6. Mantica *de tacitis & ambiguis conuent.lib.*12.*cap.*28.*num.*5. Rota apud Seraphinum *deciſione* 1107. *numero primo*, & alibi, prout teſtantur Gratianus *tomo primo, capite* 38. *numero* 29. idem *ibidem* ſentiens: Fontanella *de pactis nuptialibus clauſula quinta, gloſſa* 8. *dicta parte* 13. *numero* 26. & 39.& *ſequentibus*,& plurimi 23

rimi alij ab iiſdem Couarruuia, Rota, Gratiano, & Fontanella allegati, & licèt in hoc caſu à partibus in datione rerum non exprimatur illarum æſtimatio, ea tamen cenſetur à lege facta pro pretio, quo tunc bona valent, vt expreſsè poſt alios Rota *d.n.1.fin.* & Steph. Gratian. *diſcept.for.lib.5.cap.*826.*n.*68. Quæ communis, vltra præfatam rationem ſumptam ex datione pro certa æſtimatione per relationē ad promiſſionem dotis in certa pecuniæ quantitate, confirmatur à Fontanella altera ratione, nempe quod vbi eſt datio in ſolutum, ibi eſt venditio, cum conditionem importet & conſtituat de iure ipſo datio in ſolutum, *l.ſi prædium Cod. de euiction.* vbi ſine clarè habetur, dationem in ſolutum vicem venditionis obtinere. Vnde Anton.Faber *lib.*4. *Codicis tit.*42. *defin.*55. dicit quod quando poſt dotem promiſſam in certa quantitate, poſtea conſtante matrimonio pro ſatisfactione datur fundus emphyteuticus in ſolutum efficitur venditio, & dominium abſolutè transfertur in maritum, & debet directo domino ſolui laudemium, quod non debuiſſet ſolui ſi fundus ſimpliciter pro dote datus fuiſſet marito inæſtimatus, & non in ſolutum, quod ibi latius tradita explicant.

Si ſecundo viro res aliquæ ſimpliciter datæ fuerint pro dote certæ quantitatis primo viro conſtitutæ, cenſentur datæ æſtimatæ ea æſtimatione, quæ facit venditionem.

24 Addunt poſt Socinum *d.conſ.*69. *columna penultima* Couarruuias *d.n.*1.*verſ.tertiò*, Menoch.*d.præſumpt.*74. *n.*7.*&* 8. quod ſi priori marito fuit promiſſa dos certæ quantitatis, & deinde ſecundo marito ſit promiſſa dos abſque certæ quantitatis mentione, & res quædam pro dote eidem ſecundo marito ſimpliciter datæ tradantur cenſentur datæ pro quantitate primo viro promiſſa, & ſic æſtimata illa æſtimatione, quæ emptionem facit, idque ob eam rationem, quia dos data vel promiſſa priori viro in dubio videtur etiam ſecundo viro promiſſa (*vt ſupra cap.*8. *num.*121. *&* 207. probatum eſt.) Et licèt dum res traduntur ſecundo viro ſit expreſſa æſtimatio, tamen à lege cenſetur facta pro pretio quo tempore traditionis valent, vt Rota *d.n.*1. & Gratianus *d. n.*68. quamuis Mantica *d.tit.*28. (quem in hoc ſequitur Stephan. Gratian. *d.c.*826.*n.*64.) *n.*8.*verſ.ſed poteſt*, minus bene contrarium approbare videantur, inquit enim quod poteſt dici, quod cum priori viro certa quantitas fuerit promiſſa, non poſſit eadem dos intelligi in ſecundo matrimonio repetita, cum res ſimpliciter in dotem traditæ fuerint, quia alia dos videtur data, quæ conſiſtit in rebus inæſtimatis, & ideo non ſit locus tacitæ repetitioni dotis, quæ in certa quantitate pecuniæ promiſſa fuit.

Res conſiſtentes in pondere, numero, & menſura datæ in dotem inæſtimatæ, cenſentur datæ æſtimatæ tacita legis æſtimatione, taliter quod ſoluto matrimonio, vxori vel eius hæredi non eadem res, ſed tantumdem in ſpecie, vel earum valor de tempore ſoluti matrimonij debet reſtitui.

25 Præter ſupra explicatos caſus, in quibus interuenit æſtimatio ex conuentione partium, adeſt alia æſtimatio tacita à lege inducta, quando marito in dotem dantur res inæſtimatæ quæ conſiſtunt in numero, pondere, & menſura; hoc enim caſu abſque contrahentium conuentione, à lege cenſeri factam harum rerum dotalium æſtimationem, quam ſoluto matrimonio tenetur maritus, vel eius hæres reſtituere, non eaſdem res, ac ſi eſſent bona immobilia æſtimata in dotem data, & eorumdem bonorum immobilium modo effici maritum dominum, nec præfatas res in numero, pondere, & menſura in dotem datas abſque æſtimatione partium manere dotales, periculumque interitus ſeu conſumptionis earum ad ipſum maritum, & culpa carentem ſpectare, tradunt Doctores communiter, ita Gloſſa ſingularis *in l. æſtimatæ ff. ſoluto matrim.& ibidem* Paulus de Caſtro, Couarruuias *pract. d. cap.*28. *num.*6. Menochius *d. præſumpt.*74. *n.*11. *lib.*3. Gomez *ad l.*50. *Taur.n.*43. Carpanus *ad ſtatut. Mediol.*455. *num.*64. Mantica *de tacit. & ambig. conu. lib.* 12. *tit.*28. *n.*21. Borellus *in ſum. dec.p.*3. *d. tit.*5. *num.* 454. *& ſeq.* Fontanell. *de pactis nupt. clauſ.* 5. Ludouic. Molin. *de iuſt. & iure d. diſput.*426. *n.*6. & alij à Couarruuia, Menochio, & Fontanella relati: fundatur ergo præfata communis textu *in l.ſi res in dotem ff. de iure dotium*, cuius verba ſunt: *Res in dotem datæ quæ pondere, numero, & menſura conſtant, mariti periculo ſunt, quia in hoc dantur, vt eas maritus ad arbitrium ſuum diſtrahat, & quandoque ſoluto matrimonio eiuſdem generis, & quantitatis alias reſtituat vel ipſe, vel eius hæres.* Confirmat Couarruuias *ex l.* 2. §. *mutuŭ datio*, vbi res iſtæ in pondere, numero, & menſura conſiſtentes dicuntur eius eſſe conditionis, vt in ſuo genere functionem recipiant (ſcilicet, vt non eadem res in indiuiduo reddatur, ſed eadem res ſecundum realem ſubſtantiam, & eandem qualitatem in ſpecie eo modo, quo de ſpecie loquuntur Logici, reddatur ſeu ſoluatur, frumentum pro frumento, vinum pro vino, oleum pro oleo) & idcirco tacitè actum videtur non quod id, ſed aliud eiuſdem ſpeciei, quod in qualitate & bonitate æquiualeat, reddatur. Ex quo textu, & præfatis Doctoribus patet qua ratione ſoluto matrimonio ſi earum rerum æſtimatio ſit ab ipſo, aut hærede mulieri reſtituenda vel ſoluenda, ſcilicet tenetur maritus, vel eius hæres reſtituere vxori, vel eius hæredibus non pretium, ſed tantumdem eiuſdem ſpeciei ac bonitatis, idque ſiue plus, ſiue minus res valeant tempore quo datæ marito fuerunt in dotem, & ſi ex partium conſenſu pretio reſtituendæ ſint, attendi debet æſtimatio, ſeu valor, pretiumve tempore reſtitutionis, & diſſoluti matrimonij, non tempore contracti matrimonij, & illarum rerum traditionis in dotem, vt notarunt ſpecialiter Gomez, & Molina *locis citatis.*

Quando autem nomen debitoris mulieri competens datur marito in dotem, an & quando cenſeatur datum inæſtimatum, vel æſtimatum, eiúſque periculum ad mulierem, vel ad maritum ſpectet, latè explicatum eſt *ſuprà cap.*8.*à n.*142. *ad* 149.

§. II.

Quoſnam effectus operetur ſupra explicata æſtimatio rerum dotalium, quæ facit emptionem, & venditionem.

Plures effectus operatur præfata æſtimatio rerum dotalium faciens tacitam emptionem, & venditionem, quos oportet hîc ſubiicere, cum valde expediat illos habere notos pro decernendis ſequentibus litibus frequenter in hac materia contingentibus. Igitur. 26

Vbi bona dantur marito in dotem æſtimata æſtimatione faciente tacitam venditionem, eorum dominium plenè transfertur ad maritum, & ad eundem pertinet periculum, ſeu damnum, & lucrum, ſeu augmentum in eiſdem bonis eueniens.

27 Primus effectus eſt, quod dominium rerum, quæ præfata æſtimatione in dotem datæ ſunt, omnino, & plane tranſit in maritum, ita *d. l. quoties*, vbi Baldus *C. de iure dot. & d. l. plerumque, ff. eodem titulo*, & ex Doctoribus *ſup. n. 4. allegatis* expreſſa Couarruuias *d. c. 8. n. 3. in prin.* Carpanus *ad d. ſtatutum Mediol. c. 455. n. 63.* Fontanell. *d. p. 13. n. 8. & 20.* Ludouicus Molina *d. diſp. 426. num. 8.* Rebellus *d. quæſtion. 2. numero 9.* & alij *ibidem* allegati præter quos Auguſtinus Barboſa *d. collect. ad l. quoties n. 4.* Rota Romana *deciſione 257. p. 4. diuerſ. num. 1.* vbi aliæ deciſiones allegantur, & alij Doctores à Rota, & à Fontanella relati.

28 Hinc ſecundus effectus eſt, vt periculum deteriorationis, & conſumptionis, omneque damnum, etiam abſque culpa mariti ſequutum, ſicut & lucrum, & augmentum ſpectet ad maritum tacitum, & verum emptorem, tanquam verum dominum ſpectat *d. l. plerumque, & l. cum dotem C. de iure dot. & l. vnica §. cumque ſine C. de iure dot.* Mantica *d. tit. 28. num. 33.* Couarruuias, Carpanus, Ludouicus Molina, Rebellus, Fontanella *locis citatis*, P. Barboſa *in d. l. ſi æſtimatis, n. 4. verſ. tertio, & n. 5. initio. ff. ſol. mat.* Molinus *de ritu nupt. l. 3. d. q. 57. num. 56.* Auguſtinus Barboſa *Collect. ad l. cum dotem*, & alij ab vtroque Barboſa, & à Fontanella allegati, ſicut enim in vera venditione periculum deteriorationis, & peremptionis ſpectat ad emptorem, vtpote rei dominum *l. 1. Cod. de periculo, & commodo rei vendita, & §. cum autem, inſtitut. de emptione, & venditione*, ſic in hac venditione tacita rebus dotalibus datis in dotem æſtimatis reſultans periculum interius, & deteriorationis ad maritum tanquam illatum tacitum emptorem pertinet.

29 Quapropter ſi res mobiles non conſiſtentes numero, pondere, & menſura, ſed quæ vſu conſumuntur, vt ſunt veſtes, & ſimilia, datæ ſint in dotem marito æſtimatæ, & mulier marito conſentiente illis vtatur, & tali vſu deteriores efficiũtur, periculum deteriorationis, & damnum ad maritum pertinet, & præſtabit maritus, vel eius hæres integram æſtimationem earumdem rerum ab initio factam, vt conſtat *ex d. leg. æſtimata, ff. de iure dotium*, & tradunt Couarruuias *d. c. 28. numero 5. verſicul. 5.* Carpanus *d. num. 63.* Petr. Barboſa *in d. leg. ſi æſtimatis, d. num. 5.* Molinus *d. quæſtione 57. num. 25.* Auguſtinus Barboſa *dicto numero 5.* Botellus *in ſum. part. 3. d. titulo 5. numero 261. & 263.* Ludouicus Molina *d. diſputatione 426. num. 8.* Rebellus *d. quæſtione 3. num. 58.* & alij communiter, quos vterque Barboſa, Molinus, & Botellus referunt: quod ſi mulier inuito, vel inſcio, vel ignorante marito illis veſtibus vtatur, periculum deteriorationis, & damnum tenebitur mulier marito vel eius hæredibus compenſare, diminuendo æſtimationem ab initio factam iuxta quantitatem deteriorationis, ita *leg. mortis ſua cauſa, §. prim. ff. de donatione inter virum, & vxorem, & locis allegatis* Petr. Barboſa, & Rebellus, vbi notat ſupradicta procedere etiam in foro conſcientiæ, vt in vtroque caſu maritus teneatur ad æſtimationem, mulier verò ad compenſandum damnum deteriorationis ex caſu præter voluntatem, & ſcientiam mariti ſequuto.

Porrò ſupradicta procedunt, ſi verè res datæ ſunt in dotem, & ſequutæ ſunt nuptiæ. Nam quando res dotales datæ ſunt æſtimatæ in dotem, ſi pereant, vel deteriores fiunt ante nuptias, vel non ſequantur poſtea nuptiæ, periculum, ſeu damnum, lucrum, vel augmentum ſpectat ad mulierem, conſtat ex *dicta lege plerumque, §. ſi ante matrimonium, ff. de iure dotium*, vbi affertur ratio, ſcilicet quia æſtimatio illa rerum dotalium, & omnia pacta dotalia reſpiciunt futuras nuptias, ac proinde neceſſariò dependet ex conditione hac, ſi nuptiæ fuerint ſecutæ: quamdiu autem conditio non adimpletur, dominium rerum dotalium ſpectat ad mulierem, atque adeo ad ipſam ſpectat periculum, damnum, lucrum & augmentum, non ſecus ac in venditione conditionali, etiamſi res tradatur, & pretium ſoluatur, non abſolutè transfertur rei venditæ dominium in emptorem, ſed apud venditorem remanet, eiuſque eſt totum periculum rei, ſi intereat ante purificatam conditionem, ſi traditio ſubſecuta pariter fuerit conditionalis, vt latè Tiraquel. *de retract. §. 1. gloſſa 2. n. 33.*

Quapropter etiam vbi res dotales datæ ſunt in dotem æſtimatæ æſtimatione faciente tacitam venditionem, ſi nuptiæ non ſequantur, debent reſtitui res ipſæ, nõ pretium, ſeu æſtimatio earum mulieri, ſicut eidem pereunt, ſi abſque culpa viri ante nuptias pereant, vt expreſſe habetur *lege in rebus ff. de iure dotium*, vbi dicitur, *quod æſtimatio facta eo animo vt rata ſit, ſi nuptiæ ſequantur, quia nec alia cauſa contrahendi fuerit*, idoque res repeti debent, non pretium, ita etiam Verallus *deciſ. 333. n. 6. p. 3.* Gratianus *d. capite 38. num. 36.* & Rebellus *de obligat. iuſtitia p. 2. lib. 5. d. quæſt. 1. num. 30.* 31

Ex quibus infertur periculum rerum quæ in dotem datæ ſunt æſtimatæ æſtimatione, quæ facit emptionem, pertinere ad maritum ſolum à tempore contracti matrimonij, non ante, vt *d. lege plerumque, citato §. ſi ante*, & etiam *d. l. in rebus* ſignificatur. Vnde eſt differentia inter veram, & expreſſam venditionem, & hanc tacitam, quæ ex æſtimatione inducitur (vt notat P. Barboſa *in d. l. æſtimatis, num. 5. verſ. & eſt diligenter*) quod in venditione abſolutè facta, periculum peremptionis pertinet ad emptorem ab eo tempore, quo inter partes conuentum eſt de re, & pretio, *§. cum autem inſtitut. de empt. & vendit.* in hac autem tacita periculum incipit pertinere ad maritum ab eo tempore, quo contractum eſt matrimonium, iuxta dictos textus, cum habeat tacitam relationem ad matrimonij contractus tempus, vt iiſdem Textibus dicitur. Vera verò venditio ſolo conſenſu perficitur, *§. vnicum, inſtit. de obligat.* 32

Bona immobilia marito in dotem data æſtimata, poteſt maritus obligare, & alienare.

Tertius effectus, vt quamuis res, ſeu fundus datus in dotem inæſtimatus per maritũ conſtante matrimonio obligari, & alienari non poſſit per maritum etiam vxore conſentiente *l. vnica §. & cum lex Iulia, Cod. de rei vxor. act. & inſtit. quando alienare licet, vel non*, & ſcribentes *ibidem*, & alij Iuriſperiti communiter, quos latè referunt Camillus Botellus *in ſumma deciſ. p. 3. d. tit. 5. n. 221.* & Auguſtinus Barboſa *Collect. ad d. §. & cum lex Iulia*, tamen quando bona immobilia data ſunt marito in dotem æſtimata æſtimatione quæ facit tacitam venditionem, & conſequenter transfert omnino, & plene in maritum bonorum dominium, poſſunt conſtante matrimonio per maritum alienari, & vendi, quia data ſic æſtimata non remanent, ſeu dicuntur dotalia, ſed dos in pecunia, ſeu in illorum pretio tantum conſiſtit, vt *ſuprà, num. 4.* ex Surdo notatum eſt, ita Baldus *in dicta lege quoties, in fine.* Cremenſis *d. ſingulari 19.* Menoch. *d. præſumpt. 74. numero 4.* Doctores *ſupra num. 4. & n. 27.* relati, & alij communiter, quos latè referunt Molinus 33

nus *d.q.57.num.*74. & Botellus *d.tit.5.n.* 226. & Fontanella *de pactis nupt. clauſ.5.gloſſa* 8. *p.* 13 *num* 8. *& pluribus ſeqq.* præcipuè *num.* 15. quia etſi Baptiſta à S. Blaſio *de priuilegiis dotalibus centuria* 2.*num.*14. dixerit quod maritus inops non poſſit alienare res ſibi datas in dotem æſtimatas; nihilominus verius eſt, quod poſſit eas alienare, vt ſentit P. Barboſ. *in d.l.æſtimatis*, *n.*27. *verſ.item ex ſup.traditis ff.ſol.mat.* qui etiam rectè addit ad eundem maritum pertinere periculum earundem rerum, licet ſit inops. Quamuis ſi ſoluendo non ſit lex irritet præfatam alienationem, & concedit mulieri rei vindicationem, vt *ſupra*, *n.* 20. notatum eſt, & conſtat ex *d.l.in rebus*, *Cod.de iure dotium*, & mox infra explicatur latius, quod procedit etiamſi de conſenſu mulieris eaſdem res æſtimatas maritus alienauerit, quia ſi non ſit ſoluendo, nihilominus irritabitur alienatio, & mulieri competet rei vindicatio *d.l.in rebus*. Quia hoc caſu res conſiderantur vt dotales quoad effectum conſequendi dotem, ne illa pereat. Et ita etiam tradunt Couarruuias *d.cap.*28. *n.*8.*verſ.nec refert*, & poſt plures alios P. Barboſa *d.l.æſtimatis n.*28. & ex traditis, licet *d. l.in rebus in principio Codice de iure dotium*, res dotales dicantur non ſolum inæſtimatæ ſed etiam quæ æſtimatæ in dotem datæ ſunt, nihilominus res æſtimatæ impropriè dotales dicuntur, vt Gloſſa *ibidem* intelligit; nam res quarum maritus eſt dominus eaſque ad libitum alienare, & bene, ac male illis vti poteſt, non ſunt propriæ dotales, vt declarat *ibidem* Gloſſa, & Baldus *n.*4. & tradunt omnes prææallegati Doctores, vt expreſſe Mantica *d.tit.*28.*num.*34.

Quando bona data ſunt in dotem æſtimata, ſoluto matrimonio fructus eorumdem bonorum vltimi anni pendentes in ſolidum ad maritum pertinent, & partus Ancillarum. Et quid ſi maritus fuerit in mora.

34 Quartus effectus, quod licet quando res dotales ſunt datæ in dotem inæſtimatæ poſt ſolutum matrimonium earumdem rerum fructus pendentes pro rata temporis vltimi anni ſint diuidendi inter vxorem, & maritum, & non omnes ad maritum, ſeu ad eius hæredes, ita vt ſi per octo menſes vltimi anni durauerit matrimonium vir debeat habere beſſem fructuum, & mulier trientem ſcilicet ex duodecim partibus, in quibus fructus diuidi poſſunt, vir octo partes, vxor quatuor habere debeat *l. vnica* §. *cum qui ex ſtipulatu*, *Cod.de rei vxor. actione l. diuortio* vbi Bartolus & alij ſcribentes *ff. ſoluto mat.* Ludouicus Molina *de primog.lib.*3.*cap.*21.*à n.*1. P. Barboſa *in d.l. ſi æſtimatis*, *num.* 12. *verſ.quo fit.* Molinus *d. q.*57. & alij quos idem Molinus late refert. Nihilominus quando res datæ ſunt in dotem æſtimatæ, cum earum periculum, ita etiam augmentum ad maritum pertineat, vt *ſupra*, *n.*28. notatum eſt, & fructus vltimi anni pendentes indiſtinctè, & in ſolidum ad eumdem maritum ſpectant *d.* §. *cumque ex ſtipulatu fine*, & tradunt Cephalus *conſil.*78.*ad finem lib.*1. P. Barboſa, & Molinus *locis citatis*.

35 Similiter etſi vbi res datæ ſunt in dotem non æſtimatæ partus ancillarum non pertineant ad maritum *d.* §. *cumque ex ſtipulatu d.l. plerumque*, *ff. de iure dotium & l.marito*, *ff.ſol. matrim.* quia ad maritum tantum pertinent fructus dotis, & ancillarum partus non ſint in fructu *l.in peculium*, *ff.de vſuris*, tamen ſi Ancillæ datæ ſint in dotem æſtimatæ æſtimatione quæ facit emptionem & venditionem, earum partus pertinent ad maritum, in cuius dominium per æſtimationem ſunt tranſlatæ, *d.l.quoties*, *Cod.de iure dotium*, *& d* §.*cumque ex ſtipulatu*, & notant P. Barboſa *d.n.*12. Molinus *d. q.* 57. *n.*59. & Couarruuias *pract. dict. q.*28. *n.* 3. *verſ. Huius autem periculi.*

Circa ſupradicta autem aduertendum, illa procedere 36
ſi ſoluto matrimonio maritus non fuerit in mora ſoluendi dotem, nam ſi fuerit in mora dotem reſtituendi, etſi fructus reſtituere quia dominus eos percepit, non teneatur, tenetur tamen ad vſuras æſtimationis non reſtitutæ pro fructuum, quos percepit, quantitate, conſideratur enim maritus præter æſtimationem, veluti emptor rerum æſtimatarum & quas apud ſe retinet: & etiamſi ad pretium, ac proinde ex æquitate legis ſcripta ad intereſſe tenetur *l. curabis Cod. de act. empt.* & poſt alios P. Barboſa *d. l. æſtimatis n.* 13. *initio*, Molinus *d. q.*57.*n.*60. Quamuis enim mulier dotis æſtimatæ non poſſit petere vſuras ratione retardatæ ſolutionis iuxta eoſdem Doctor. & Bartolum *l. in inſulam* §. *vſuras*, *ff. ſol. matrim.* tamen intereſſe pro quantitate fructuum perceptorum ex dote, non ratione moræ in ſoluendo, ſed ratione æqualitatis inter coniuges ſeruandæ, vt dicunt *d. l. contrahit*, & iidem Molinus & Barboſa poſt Leſſium *dec.*81.*n.*6. addit P. Barboſa *d.n.* 13. quod nec ratione præſtitæ æſtimationis ſoluto matrimonio reſtituendæ maritus non habebit dilationem annualem, de qua *l.vnica* §.*exactio*, *Cod.de rei vxor.actione*, quia cum non tanquam maritus quilibet extraneus emptor ad pretium conueniatur, non debet gaudere priuilegio maritis conceſſo *arg.l Neſennius in principio*, *ff. de re iud.* ſubdítque Barboſa non repugnare textum *in l. cum ſi fundus communis*, *ff. de iure dotium*, vbi Maritus habet priuilegium prædictum in quantitate quæ ad eum peruenit ratione rerum immobilium dotalium legitimè alienatarum, quia (inquit) eo caſu conuenitur tanquam maritus, in hoc autem caſu tanquam extraneus.

Quando in dotem ſunt datæ marito res æſtimatæ æſtimatione faciente venditionem, poſt ſolutum matrimonium ſolus debet mulieri æſtimatio, quæ ſola cadit in obligatione, nec mulier poteſt agere ad res ipſas vendicandas.

Quintus effectus, quod vbi res datæ ſunt in dotem 37
marito æſtimatæ æſtimatione faciente venditionem, ſoluto matrimonio maritus, aut eius hæres non tenetur ad reſtitutionem ipſarum rerum, ſed ad pretium, ſeu ad æſtimationẽ ab initio factam, ita quod nec vxor poſſit agere ad res ipſas, ſed tantum ad æſtimationem, & maritus, eiuſve hæres volens retinere eaſdem res in dotem datas & æſtimatas, in ſolutum poſſit à muliere cogi vt ſoluat pretium, ſeu æſtimationem factam, ita Doctores communiter. Couarruuias prout *d. q.*28.*n.*1. Menochius *d.præſ.*74.*n.*4. Mantica. *d.tit.*28.*n.*12. Petr. Barboſa *in d. l.ſi æſtimatis*, *num.*3. *&* 4. Molinus *d.q.*17. Fontanella *d. clauſ.*5.*gloſſa* 8.*p.*13.*n.*8. *ad* 14. Auguſtinus Barboſ. *ad d.l.quoties*, *n.*3.*verſ.in ſummario.* Botellus *in ſumma deciſ.p.*3.*tit.* 5. *n.* 259. & præter innumeros alios à Menochio, & Barboſa, & à Fontanella relatos Rota Romana *dec.*257.*n.*4. Beltraminus *ad dec. Ludouiſij* 573.*n.*16. Cornazzanus *dec. Lucenſ.* 199. & Stephanus Gratianus *diſcept.forenſ.tom.*5.*cap.* 932. *n.* 2. & alij à Beltramino allegati: conſtat ex *d.leg.quoties*, *C.de iure dotium*, *& ex traditis in præcedentibus*, nam per æſtimationem dominium rerum in dotem datarum tranſit plenè in maritum, qui illarum efficitur dominus, vnde datæ res non ſunt propriè dotales, ſeu dos non cõſiſtit in ipſis rebus datis æſtimatis, ſed tantum in pretio, ſeu pecunia, quæ ſola eſt in obligatione vt ſupra *n.* 4. notatum eſt ex Surdo, & expreſſe tradunt etiam Baldus *in d.l.quoties in fine*, Cornazzanus *d.dec.*199. Fontanella

*p.*13.

p.13.n.9.& alij ab eodem relati. Quare meritò repræhendendus eſt impius Carolus Molineus (prout illum reprehendit Guttierrez *de Gabellis q.25.n.23.*) in conſuetud.Pariſien.*tit.1.§.56.n.40. & ſeq.*aſſerens non obſtante æſtimatione rerum marito in dotem datarum poſſe eumd.maritum habere electionẽ,vt ſi velit poſſit reſtituere fundũ æſtimatum in dotem datum,non vero præciſè teneri eius æſtimationem præſtare, in quem errorem lapſus eſt propter alium antecedentẽ errorem, cum dixerit,tunc æſtimationem in dotibus facere venditionem,ſi contingat maritũ, vel eius hæredem ſoluto matrimonio malle dictam æſtimationẽ,& non fundum reſtituere, ſecus(inquit)ſi malit potius ipſum fundum reſtituere, prout(addit)poteſt, & electionem habet per *d.l.plerumque in fine ,ff. de iure dot.*quod dictum falſiſſimum eſt,quia iura *n.4.*adducta,& alia probantia æſtimationem in rebus dotalibus facere emptionem, & etiam Iuriſperiti *ibid.* & in præcedentibus allegati indiſtinctè loquuntur, & volunt ſtatim rem in dotem datam æſtimatã æſtimatione quæ facit emptionem,& venditionẽ eam facere,nõ expectato vt maritus eligat æſtimationẽ,vel rem ipſam reſtituere poſt ſolut.matrimon.

39 Ex quibus ſequitur,quod prout in vera venditione ſi emptor non ſoluit pretium, non idem tamen venditor poteſt reſilire à venditione,& vendicare rem venditam, ſed per actionẽ ex vendito debet cogere emptionem ad pretij ſolutionem *l.in ciuile,C.de rei vind.& l.1.C.de act. empt.*ſic etiam in hac tacita venditione ex æſtimatione rei datæ in dotem inducta, ſi poſt ſolutum matrimonium maritus, vel eius hæres nolit reddere æſtimationem, non poteſt vxor agere, & petere, vt res datæ in dotem æſtimatæ reſtituantur, ſed per actionem ex empto *l.cum dotem, C.iure dot.* cogere tantum poteſt maritum ad reddendam æſtimationem factam, ſi maritus tamen vel eius hæres ſit illata ſoluendo,ſeu vnde æſtimationem ſoluat, vt P.Barboſa *in l.ſi æſtimatis, n.3. verſ.ſecundo, & n.4.*vbi propterea addit quod mulier non poteſt iuſte petere ipſas res æſtimatas, niſi conſtet maritum vel eius hæredem non eſſe ſoluendo *d.l. in rebus, C.de iure dot.* vel niſi maritus conſentiat reſtituere res ipſas, ſicut etiamſi maritus nolit æſtimationem, quam iuxta tradita tenetur reddere, & mulier contenta ſit res dotales ipſas recipere, tunc res reddet maritus, quia volentibus partibus vnum pro alio ſolui poteſt,*l.2.§.1.fine,ff.ſi certum petatur.*

Mulier ſoluto matrimonio res in dotem datas æſtimatas in ſubſidium poteſt vindicare à marito, & eius hærede, & à quocumque tertio poſſeſſore facta prius excuſſione bonorum mariti.

40 Igitur ſi maritus,vel eius hæres ſoluto matrimonio, & tempore reſtitutionis non ſit ſoluendo, & propter inopiam non habeat vnde mulieri ſoluat pretium ſeu æſtimationem factam, tunc res illas in dotem datas æſtimatas, ac ſi non eſſent dotales, & datæ non æſtimatæ maritus vel eius hæres tenetur vxori,vel eius hæredi reſtituere, illaſque eadem vxor in ſubſidium vtili actione poteſt vindicare vti dotales,& vt non datas æſtimatas non ſolum à marito, & ab eius hæredibus, ſed etiam à quocumque tertio poſſeſſore, in quem maritus eas alienauerit: ita Doctores communiter per textum clarum *in leg. in rebus, Cod. de iure dotium*, Gloſſa ſingularis *ibid. verbo æſtimatæ.* Couarruuias *pract.d.quæſt.28. num. 8.* Pinellus *in leg. 1. Cod. de bonis maternis, p. 3. num.15.* Maſcardus *de probat. concl.620. num.6.*Menochius *de præſumpt. præſump.74. num. 22. lib. 3.* Mantica *de tacit. & ambig. conu. lib.12. tit.28. num. 16. & 13.* P. Barboſa *in d. l.ſi æſtimatis, num.4. verſic. huic obiectioni, num. 26. ff. ſolut. matrim.*Iacobus Cancerius *var. reſ. tom.1. cap.9. n. 23.* Faber *lib.5. Cod. titul.7.defin. 43.* Fontanella *de pactis nupt. clauſ.5. gloſſa 8. p. 13. num. 78.* Ceuallos *comm. contra comm. quæſt.3. num.14.* Guttierrez *de iuramento confirmatorio,p.1.cap.1. num. 9.& practicar. lib. 3. quæſt. 78. num. 1.* (vbi intelligit Textum *in d. l. in rebus, tantum procedere quando vir alias non eſt ſoluendo, ſicque premitur ære alieno, nec ſatis vxori alias conſultum eſt*) & plurimi alij Iuriſperiti à P. Barboſa, Molino, & Fontanella relati; præter quos etiam Ludouicus Molina *de iuſt. & iure tractat. 2. d. diſput. 426. num. 10.* & Rebellus *de obligat. iuſtitiæ p. 2. lib. 5. quæſt. 2. num. 11.*probat P. Barboſa *d.num.4.*ex textu *in d. leg. quoties Cod.de iure dotium*, quatenus ibi dicitur quod maritus ſoluto matrimonio res iure æſtimatas pro dote receptas poteſt retinere, ſi pecuniam, ſeu æſtimationem conuentam vxori offert: ait enim Barboſa præfatum textum in ſenſu directo probare quod vbi res ſunt æſtimatæ, & illarum pretium offert maritus, poteſt illas retinere inuita vxore, & conſequenter à contrario ſenſu eumdem textum accipiendum, vt ſi maritus non offert rerum æſtimationem, quia ſcilicet non poteſt propter inopiam, tunc res dotales vxori reſtituendæ ſunt, quia vbi maritus non eſt ſoluendo reſtituitur æſtimatio, ac ſi nunquam eſſet facta quoad effectum vt vxori competat rei vindicatio *d. leg. in rebus*, quæ lex eſt præcipuum fundamentum huius communis ſententiæ; ibi enim quando ſoluto matrimonio maritus, vel eius hæres non habet præ inopia vnde ſoluat pretium rerum dotalium, & illarum æſtimationem conuentam, conceditur vxori poſſe vindicare res ipſas cum præſtatione ad alios creditores mariti etiamſi vxore ipſa anteriores, & expreſſam hypothecam habentes,ac ſi res æſtimatæ non fuiſſent datæ in dotem eidem marito, ſi enim maritus eaſdem res creditoribus obligaſſet reſoluitur hypotheca,vt *ex ead. l.in reb.* conſtat, & notant Giurba *ad conſuet. Senatus Meſſanenſis cap. 15. gloſſa 1. p. 1. ex num. 21.* & poſt eum Fontanell. *d.n.78.*& tradidere etiam Coſta *de remed. ſubſid. remed. 63.* P. Barboſa *in l.1. p.5. n. 79. ff. ſolut. matrim.* Couarr. *d. n. 23.* & alij apud eoſdem per eumdem etiam textum, & item textum *in l. vxor marito, ff. de donat. inter virum, & vxorem*, marito, vel eius hærede non habente vnde æſtimationem earum reddere poſſit, poſſe in ſubſidium vtili actione vxorem res in dotem marito datas æſtimatas æſtimatione faciente venditionem vendicare à quocumque tertio poſſeſſore tradunt præfatæ Gloſſæ & præallegati Doctores, & alij apud eoſd.quod procedere etiamſi maritus ex vxoris conſenſu illas alienauerit,tradunt in ſpecie Couarr.& P.Barboſa *locis ſuprà,n.33.relatis*,& Auguſtinus Barboſa *collect.ad d.l.in rebus, n.6.*

Cum autem ob inopiam mariti mulieri in ſubſidium 41
conceſſum ſit vendicare res ipſas in dotẽ datas æſtimatione faciente venditionem,& ſic nõ poſſit mulier eas vindicare,niſi conſtet quod maritus non poſſit ſoluere æſtimationẽ vt *ſuprà,n.30.fine* notatum eſt, antequam poſſit vxor ad eaſd.res datas marito in dotem æſtimatas regredi contra tertios poſſeſſores, oportet prius vt ab eadem vxore fiat excuſſio bonorum mariti, vt ita conſtet eum non habere bona, ex quibus poſſit ſoluere prædictam æſtimationem, ita Baldus *in d. leg. in rebus, n.8. Codice de iure dotium*, Gaillus *obſeruat.27. num. 9. l.2.*Iacob.Cancerius *d.n.23.*& alios allegantes P.Barb. *in d.l.ſi æſtimatis,n.28. verſ.item ſecundo.* Molinus *dict. quæſt.57.n. 46.* & alios allegans Fontanella *d. n. 78.* & in vniuerſum quando mulier ob inopiam mariti agit ad dotem ſuã contra tertium poſſeſſorẽ,prærequiri diſcuſſionẽ in bonis mariti ob quorũ defectũ tertius conueniri poteſt, tradit Gloſſa *ibi adhuc verò quinam potiora fine, C. de iure dotium ibidem*, Baldus *n.1.* Barto-

ſus *in l. ſi conſtante, num. 72. ff. ſolut. matrim.* Gallus *d. obſeruat. num.* 22. & plures alij, quos Stephanus Gratianus *deciſion.* 71. *num.* 1. refert, & prædictorum rationem aſſignat, & adducit Molin. *d. n.* 40. ſcilicet quia dos in huiuſmodi caſibus non repetitur magis priuilegiata quàm aliæ actiones, quæ tantum in ſubſidium aduerſus tertios poſſeſſores bonorum competunt, in quibus præcedere debet excuſſio in bonis illius, in quorum defectum permittitur agere contra tertium, §. *ſed neque autem de fideiuſſor. auth. ſed hodie, C. eodem tit.* Iaſon, & alij ſcribentes *in §. item ſi quis in fraudem, inſtitut. de action. ibid.* Corraſius *num.* 7. Socin. *conſ.* 55. *num.* 2. *lib.* 1. P. Barboſa *d. num.* 28. *verſ. ex quibus*, & plures alij à Molino *d. num.* 40. illos ſequente relati. Quapropter neque nomine debitorum mariti ab vxore exigi poſſunt, niſi facta prius excuſſione, vt poſt Baldum *in l.* 3. *C. de hered. act. n.* 1. Gallus *d. obſeru.* 27. *n.* 9. & Franciſcus Molin. *d. q.* 57. *num* 40. *fine.*

42 Verum verò tertius poſſeſſor liberetur, & ab eo præfatas res dotales in dotẽ marito datas æſtimatas mulier ſoluto matrimonio nequeat vindicare, ſi mulier offerat prædictã æſtimationẽ. Affirmant cõmuniter Doctores, ita Couarruuias *d. q.* 28. *n.* 8. *verſ. & ſane*, Marianus Socinus, Gutierrez *pract. l.* 3. *d. q.* 78. *n.* 3. P. Barboſ. *d. num.* 28. *verſ. item tertio* Iacobus Cancer. *d. n.* 23. Auguſtin. Barboſa *collect. ad d. l. in rebus, n.* 8. Marianus Socinus, Iaſon, & plures alij à Couarruuia, & P. Barboſ. relati. Cum enim hic tertius poſſeſſor ſucceſſerit in ius mariti qui ei res vendidit, poteſt vti eiſdem defenſionibus quibus maritus vti potuiſſet, ſicut maritus ſatisfeciſſet vxori ſoluendo æſtimationem conuentam. Ita etiam ſatisfacit tertius poſſeſſor offerendo, & ſoluendo eandem æſtimationem, vt proinde non poſſit vxor res ipſas vindicare *argument. l. cum tibi, Codic. qui potior. in pign. habean.* Dixi ſoluto matrimonio, nam ſi matrimonio conſtante mulier propter viri inopiã ageret pro ſua dote, vt ſe ſuamque familiam inde alere poſſit, tunc tertium poſſeſſorem vel creditorem poſteriorem non admittit offerendo æſtimationem dotis. Tradunt *locis citatis* Gutierrez, & Aug. Barboſa.

§. III.

Vbi res dantur in dotem ſimpliciter æſtimatæ nullo poſt æſtimationem adiecto à partibus pacto, quandonam æſtimatio non faciat tacitam emptionem, & venditionem, ſed cenſeantur res datæ inæſtimatæ.

43 PEregrinus *conſ.* 86. *vol.* 5. & poſt eum Iacobus Cancerius *var. reſolution. part. prim. capite* 9. *num.* 123. notarunt ad cognoſcendum an æſtimatio faciat necne emptionem, & venditionem, attendendam eſſe cauſam ob quam ſit facta æſtimatio, quod etiam innuit Couarruuias *pract. dict. quæſtione* 38. *num ſecund. verſic. ſed ex contrario.*

44 Quapropter ſi rerum dotalium æſtimatio facta ſit ſeu tacitè, vel expreſſe appareat eſſe factam ad eum tantum effectum vt ſciretur valor rerum datarum in dotem, vt in futurum dignoſci poſſit, & probari, an prædia dotalia, ſeu aliæ res culpa mariti ſint effectæ deteriores, & damnificatæ, poſſitque maritus cogi ad illas reſtituendas in eadem qualitate, & bonitate, & damnum reſarcire, ſi eius culpa ſint deteriores factæ, huiuſmodi æſtimatio non facit emptionem, & venditionem. Conſtat *ex l. ſi inter, C. de iure dotium, ibi, cum in placitis ſpecierum reddendarum*, idcirco prædiorum nomen videatur annexum, ne ſi ſpecies aliqua diminuta fuiſſet aut perdita alio pretio quàm quo taxata fuerit, repoſceretur. Et tradunt Doctores communiter. Gloſſa *ibidem, verbo æſtimata*, Couarruuias *dict. verſicul. ſed ex contrario*, Menochius *de præſumptionib. libro tertio, præſumptione* 74. *numero* 15. Maſcardus *de probat. concluſ.* 620. *numero* 5. Mantica *de tacit. & ambiguis conu. libro* 12. *titulo* 28. *numero* 27. Franciſcus Molinus *de ritu nupt. libro tertio, quæſtione* 57. *num.* 26. Fontanella *de pactis nupt. clauſul.* 5. *gloſſa* 13. *num.* 7. & alij iuriſperiti à Maſcardo, Menochio, & Molino latè relati, & etiam Rebell. *de obligation. iuſt. part.* 2. *libro* 5. *q.* 2. *num.* 2.

Præterea æſtimatio non facit tacitam venditionem, 45
& emptionem, quando in ea non fuit expreſſa certa quantitas pretij, vel fuerit remiſſa ad alium, non facta nominatione certæ perſonæ, vt *ſup. n.* 4. notatum eſt: item ſi æſtimatio fuit ex interuallo poſt rẽ, ſeu fundum datum in dotem inæſtimatum, vt *ſup. n.* 18. dictum eſt.

Si etiam mulier minor bona ſua immobilia ſine au- 46
thoritate tutoris, vel curatoris, & ſine iudicis decreto dederit in dotem æſtimata æſtimatio emptionem, & venditionem non facit, ita Couarruuias *d. quæſtione* 28. *n.* 10 Menoch. *d. præſumpt.* 74. *num.* 12. Mantica *d. tit.* 28. *num.* 25. Molinus *d. quæſt.* 57. *num.* 38. Doctores *ſuprà cap.* 8. *n.* 70. relati, & alij communiter. Cum enim mulier minor alienare non poſſit bona immobilia abſque iudicis decreto *leg. lex quæ tutores, Codic. de adminiſtr. tutor.* & probatum eſt latè *dict. capit.* 7. *numero* 56. nec enim ſine eodem iudicis decreto poteſt eadem bona immobilia dare in dotem æſtimata ea æſtimatione quæ facit emptionem, & venditionem, vt *dicto n.* 70. aliis relatis, probatum eſt. Hinc inferunt Couarruuias, & Mantica *locis citatis*, æſtimationem rerum dotalium pro parte facere poſſe emptionem, & pro alia parte non efficere, veluti mulier minor ſine iudicis decreto det in dotem æſtimatas res mobiles, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt (quas ſine iudicis decreto, pro ſe in dotem dare poteſt, iuxta tradita *d. c.* 8. *num.* 49. *& ſeqq.*) & ſimul det aliquas, vt immobiles pariter æſtimatas, ad quarum alienationem requiritur iudicis decretum, vt dictũ eſt, & ratio eſt, quia in iis quæ diuidua ſunt, vtile per inutile non vitiatur, *l. ſancimus C. de don. & l. ſive generalis, in princ. ff. de iure dot.* cõfirmant iidem, quia etiam teſtamentum pro parte reſcindi poteſt ſi contingat defunctum pro parte eſſe teſtatum, & pro parte inteſtatum *l. circa, ff. de inoff. teſtam.* & pariter ſententia licet ſit indiuidua *l. in hoc iudicio, ff. famil. erciſ.* tamen ſi plura habet capitula, quoad vnum poteſt valere, & quoad aliud poteſt eſſe nulla, *l. etiam §. ſi ex cauſa, de minor. & l. quod tamen, in principio, ff. de arb.* & Doctores quos citat idem Mantic. *d. num.* 23.

Si quoque quãdo res in dotẽ datæ fuerunt æſtimatæ 47
ſcriptũ eſt in dotali inſtrumento, quod dos pro parte ſolui debeat in rebus ſoli, tunc illas intelligi dotales, & æſtimationem non facere emptionem, poſt Ruinum *conſ.* 34. *num.* 5. *l.* 5. tradit Mantic. *dicto titulo* 28. *num.* 26. quia [inquit] dici non poteſt eas res eſſe in ſolutione tantum, ſed intelligi eſſe etiam in obligatione, quæ definitur, vt ſit iuris vinculum, quo neceſſitate adſtringimur alicuius rei ſoluendæ cauſa ſecundũ noſtræ ciuitatis iura, *inſtitut. de obligat. in principio.* Ac proinde res ipſæ (cõcludunt) quamuis æſtimatæ ſint, repeti poſſunt.

Addit idem Mantic. *d. n.* 26. *& ſeqq.* quod vbi videtur 48
eſſe dubium an æſtimatio facta ſit cauſa emptionis, & venditionis, vel ad facilius cognoſcendũ an tẽpore reſtitutionis effectæ ſint deteriores, ex coniecturis poſſe conijci quod nõ faciat venditionẽ, quod etiã poſt Aretinum *con.* 84. notat P. Barb. *in d. l. ſi æſtimatis, n.* 29. *verſ. & confirmatur, ff. ſol. mat.* & proinde vbi fuerint probabiles coniecturæ, quod æſtimatio non fuit facta ad eum finẽ, vt induceret venditionem, ſed ad alium finẽ, nũquam æſtimatio induceret venditionem, vt *ibidem* poſt alios Petr. Barboſa, & conſtat ex traditis *ſup. numer.* 44.

Et

Et prima coniectura, iuxta eundem Manticam *d.n.26. & 27.* eſt ſi certa quantitas pecuniæ, vel bona ad electionem mariti data fuerunt in dotem, quamuis maritus elegerit bona,non tamen(inquit Mantica)ſequitur elegiſſe eum, vt empta haberet,ſed neque etiam, ait ſequitur, quod tempore traditionis actum fuerit vt illa bona ſint dotalia,vel potius ipſius mariti, qui tenetur eamdem ſummam reſtituere. Quare cum non appareat quid actum fuerit tempore cõſignationis, id poſſe colligi dicit ex obſeruantia ſubſequuta,quæ declarat quid retro factum fuerit *l.quadam,ff. de rebus dubiis,* ſi enim poſtea maritus confeſſus fuerit ſe talia bona in dotem accepiſſe,nulla facta mentione de pretio, indicatur æſtimationem non feciſſe emptionem ,.concludit idem Mantica ex Hieronymo Gabr. *conſ.60. n.1.lib.2.*

49 Secunda coniectura, ſi maritus pro pecunia,quam in dotem accepit,aliqua bona ſua in caſu reſtituendæ dotis ſpecialiter obligauerit,& pretij nullam mentionem facit,ſeu pro ſoluenda æſtimatione bonorum,quæ æſtimata ſuſcepit,nihil obligauerit, neque promiſerit eam reſtituere,ex hoc(inquit Mantica , vt tradit etiam Menoch.*d.præſ.74.n.25.*)vehemens oritur præſũptio,quod illa bona,quamuis æſtimata fuerint,ſint dotalia,quæ in caſu reſtitutionis dotis,ex legis diſpoſitione debent(vt *§.ſequenti*) reſtitui, & ob id nulla alia obligatio facta fuerit,cum propter cauſam dotis reſtituendæ bona mariti ſint ex lege tacita hypothecata vxori *l. vnica ,§.& cum lex Iulia,C.de rei vxor. act. & d.l.in rebus C.de iure dotium.* Addit *n.26.*ex Gabriele *conſ.60.n.2. l. 2.* quando maritus accepta pecunia,& fundo cauſa dotis obligauit bona ſua pro reſtitutione pecuniæ,pro reſtitutione verò fundi nihil dixit,hoc caſu fundum manere dotalem, nec cenſeri datum æſtimatum.

50 Tertia coniectura,ſi maritus bona æſtimata quæ ſuſcepit,ad culturam redegerit,vel aliter meliora reddiderit,& declarauerit ſe ſumptus feciſſe ex fructibus bonorum vxoris,eoſque repeti prohibuerit, ex hoc(inquit poſt Gabrielem *d.conſ.60.n.4.*Mantica) neceſſariò ſequitur quod bona ipſa,quamuis æſtimata dotalia intelligantur,nam ſi nõ eſſent dotalia,maritus ex bonis ſuis non ex vxoris feciſſet,vel repetere voluiſſet, *l.3. l. quod dicitur l. 1. in princip. & §. penult. ff. de impenſis in reb. dot.*Hoc idem tradit Menoch.*n.26.*Aduertit autẽ idem Mantica poſt Nattam *conſ. 650. n. 9.* quod ſi maritus poſt factã æſtimationẽ declarauerit bona æſtimata eſſe vxoris,hæc declaratio vxori nullum præiudicium facit, cum in eumdẽ maritũ dominiũ irreuocabiliter ſit tráſlatum,iuxta *d. l.quoties,C.de iur. dot. & tradita ſup.n.27.*

Cæterum ſecluſis coniecturis contrarium ſuadentibus,æſtimatio rerum in dotem datarum in dubio præſumitur facta vt ſit emptio, iuxta tradita *n.4.*& Doctores *ibid.* relatos, & alios communiter.

§. IV.

Quinam effectus ſequantur ex hoc , quod bona data ſint in dotem æſtimata æſtimatione , quæ non facit emptionem , & venditionem , & ſic conſeantur , & intelligantur data inæſtimata.

51 Sequentes effectus plures ſequuntur ex præfata æſtimatione non faciente emptionem , contrarij effectibus quibus operatur æſtimatio quæ facit emptionem & venditionem.

Rerum mobilium non conſiſtentium in pondere, numero vel menſura , immobilium , & ſe mouentium quæ datæ ſunt in dotem inæſtimatæ dominium quale ſit penes vxorem , quale penes maritum , ſtante matrimonio.

Primus effectus, quod quando res dotales quæ non conſiſtunt in pecunia, numero,& pondere, & menſura traduntur marito in dotẽ inæſtimatæ(vt contingit quando dantur æſtimatæ æſtimatione non faciente emptionem)ſiue ſint immobiles,vt fundi,prædia(ſiue mobiles, vt veſtes & ſimilia , ſiue ſe mouentia, vt ancillæ, mancipia, grex ouium)verum, proprium, & naturale dominium earumd.rerum dotalium non tranſit in maritum, ſed eſt apud mulierem,ſeu vxorem , & ſic maritus etiã conſtante matrimonio non habet ſimpliciter., & abſolutè rerum earum dotalium inæſtimatarum dominium, ſed ſolũ quaſi dominium, & tantum iuris fictione,ſeu, vti dicitur *in l. in pluribus, C.de iure dot.* & notant Doctores qui infrà allegantur , ex legis ſubtilitate : licet enim iſte effectus ſic controuerſus, cum magna ſit inter Iuriſperitos controuerſia an præfatarum rerum dotalium non conſiſtentium in numero,pondere & menſura,vbi datæ ſunt in dotem inæſtimatæ,dominium ſimpliciter & abſolute pro tempore conſtantis matrimonij ſit tranſlatum in maritum,an verò reſideat,remanatve apud vxorem ; & plurimi ſentiunt conſtante matrimonio dominium verum,ac proprium, naturale, & ciuile, atque ideo ſimpliciter & abſolute ſpectare ad maritum, ad vxorem vero ſpectare dominium improprium , & ſolum quoad quoſdam effectus, ex quibus tanquam domina in iure conſideratur : ita Gloſſa *in d. l. in rebus , verbo naturali iure , Cod. de iure dotium.* Baldus Nouellus *de dote p.8.priuileg.6.num.1.* Gomez *ad l.50. Tauri, num. 20. verſ. item adde.* Garcias *de benef.p. 5. cap.9 n. 149. & n. 164.ad 177.* Steph. Gratianus *diſc. forenſ. tom.2.cap.300.n.55.* & plures alij ab eod.Garcia & ab Auguſt. Barboſa *collect. ad d.l.in rebus,n.21.* relati , ac omnium acertimè Ant. Faber de laudemiis *decade 3. errore 6. à num. 18. ad finem,* & pro hac ſententia afferuntur plures textus *in l. dotale prædium,verſ. dotale prædium, ff.de fundo dotali* , vbi dicitur dotale prædium ſic accipimus , cum dominium marito quæſitum eſt *in l. quamuis in fine* , ibi, *quamuis dominium apud maritum ſit , ff. de iure dotium,in l.ſi prædium,Cod. eod.tit. ibi rei tibi quæſita dominium,& in l. doce ancillam Cod.de rei vindicatione* : alij textus etiam afferuntur à Garcia,qui etiam pro hac eadem ſententia plures adducit rationes vſque ad *n.156.& à n.164. ad 177.* reſpondet ad textus , & rationes facientes pro contraria ſententia, *& n.165.171.& ſeqq* Ad iura, quæ videntur probare reiũ dotalium dominium eſſe vxoris,& ex naturali iure,vt *in l.in rebus,C. de iure dotium* , reſpondet eſſe intelligenda tum quoad ſpem ob reſtitutionẽ faciendam ſoluto matrim. cum natura petat , vt res dotalis reuertatur ad eam à qua proceſſit;tum quoad vſũ, quia naturali iure debent inſeruire pro promiſcua ſuſtentatione vxoris & viri ſeu mariti. Anton.verò Faber *ad d.l.in rebus,* quæ præcipuum fundamentũ oppoſitæ ſententiæ eſt,*d.errore 6.n.29.vſque in fin.*dicit eam non eſſe legem Iuſtiniani, ſed illam ſub nomine Iuſtiniani Tribonianũ induxiſſe, eandémque reprehendit, & infringere iuribus conatur , quæ videantur apud ipſum Doctorem quidem eruditiſſimum , ſed ſua eruditione nimis confiſus,& eleuatus facilis eſt in reprobandis,& reprehendendis aliis Iuriſp. tametſi ſapientiſſimis,qui ante eũ fuerũt,& in confutãdis opinionibus cõmuniter receptis ab iiſd.Iuriſper.vt quis poſſet ſuſpicari,an qui eũ præceſſerũt,& ſcripſerũt, aliquid ſciuiſſe ei viſũ ſit.

Contrariũ nihilominus & proprietatẽ & dominium naturale & verum præfatarũ rerum ſiue mobilium,non conſiſtentium in numero,pondere,& menſura, ſiue immobilium,quæ inæſtimatæ traduntur in dotẽ , exiſtere penes vxorem conſiſtente matrimonio,in maritum vero pro tempore conſtantis matrimonij tranſire ſolum dominium impropriũ ,ſcilicet quoad vſum,& fructuum percipiendorũ ius & adminiſtrationẽ earum, & quoad actiones circa illas , etiam vendicationem illarum de manu eius , qui illas vſurpauerit, quod dominium dici 52

fictum, & imaginarium, ſeu dominium iuris fictione, & ex legis ſubtilitate, & ſolum ciuile qooad præfatos effectus, non quia ipſe ſit vere Dominus, & proprietarius, dicunt Doctores mox citandi, & ſimile dominio quod habet vſufructuarius quoad vſumfructum, ita quod maritus habeat dominium vſusfructus, & adminiſtrationis dotis, vberius tamen quàm reliqui vſufructuarij, vt P. Barboſ. Caſtillus. & Fontanell. *locis* qui *infrà* citantur, nunquam vero in iure reperitur dominium verum, & naturale per traditionem rerum dotalium inæſtimatatum transferri in maritum, ſed tantum dominium, non natura, & ſolum modo explicato, & quoad præfatos effectus cōcludunt huius ſententiæ Doctores, ita præter plures alios, quos Garcia *d.c.* 3.*n.* 169. Fontanell. *de pact. nup. clauſ.* 5. *gloſ.* 8. *c.* 13. *n.* 19 20. *&* 22. *& clauſ.* 6. *gloſſ.* 1 t. *p.* 2 *n.* 10. Auguſtin. Barboſa *collect. ad d. l. in reb. n.* 22. late referūt Garcias *de expenſis cap.* 3. *à n.* 3. Spino *in ſpeculo teſtam. gloſſ.* 11 *n.* 74. *&* 76. Caſtil. *de vſufructu*, 4. *n* 35. Corduba à Lara *in l. ſi quis a liberis*, §. *ſi quis ex his*, *n.* 250. qoos ad id allegaui *in tr. de aliment. c.* 13. *n.* 840. Menoch. *de arbitr. caſu* 39. *num.* 17. P. Barbol. *in l.* 2. §. *quod ſi patris*, *num.* 60. & latius *in leg. dotalem*, *à n.* 7. & præcipue *n.* 9. *ff. ſol. matrimonio*, Funtanella *clauſ.* 5. *gloſſa* 8 *part.* 13. *num.* 19. *& tribus ſeqq. & clauſ.* 6. *gloſſa* 1. *p* 2. *num.* 32. *&* 33 Ludouicus Molin. *de iuſt. & iure tract.* 2. *diſp.* 426. *num.* 2. *&* 3. Rebellus *de obligat. iuſtitiæ p.* 2. *lib* 5. *quæſt.* 1. *num.* 28. *& quæſt.* 2. *n.* 8. & Auguſt. Barboſa *collectan. in dict. leg. in rebus*, *d. num.* 28. & iuxta hanc ſententiam Footanella *d. p* 13. *num.* 21. ea Cabedo *dec.* 152. *num.* 7. *p* 1. refert Senatum Luſitanum ex eo, qond maritus non ſit veros Dominus rerum dotalium, ſed vxor, reſolniſſe marito non ſolueote penſiones non fieri in præiudicium vxoris in emphyteoſi dotali, & *dict. clauſul.* 6. *gloſſ.* 1. *part ſecund. n.* 18. ex Queſada hanc ſententlam tenente *diuerſ. quæſt. iuris cap.* 3. notat verum dominium, & liberum in marito ſolum poſſe & debere conſiderari quoad fructus? Nec etiam ſoloitur laudimium ſi mulier dederit in dotem marito rem emphyteuticam, vel feudalem, vt *præcedenti capite*, *n.* 26. notatum eſt, quod ſecus ſentiat Faber *d. errore* 6. *n.* 37. Poſſet hæc ſententia probari per textom *in dict. leg quoties*, *Codic. de iure dotium*, vbi expreſſe dicitur qnod per æſtimationem rerum dotalium maritos conſeqoitur dominium: ergo à contrario ſenſu datis in dotem rebus inæſtimatis maritus dominium non conſequitur, alioqui inutiliter Imperator illud dixiſſet, qnia non eſſet qnid ſpeciale reſpectu rerum æſtimatarum, ſed generaliter, & ſemper maritus efficeretur domious rerum dotalium. Præfati tamen Doctores probant aliis textibus primò *in leg. quamis*, *ff. de iure dotium*. Vbi iuriſconſultus dicit, quod qoamois dos ſit in bonis mariti, molieris tamen eſt, qood verbum eſt, de ſua natura veritatem, & proprietatem importat, vt ex Bartolo *in leg. ſi maritus*, §. *legis*, *ff. ad legem Iuliam de adulter.* Et alios notat Camillus *dict. cap.* 4. *num.* 33. Neque poteſt intelligi ibi dotem dici eſſe mulieris, quia neceſſariò ei reſtituenda eſt ſoluto matrimonio, cum conſtante matrimonio dotem dici nulieris nollo habito reſpectu ad tempus reſtitutionis, dixit ibi Ioreconſultus. Secundò *in leg. Pomponius Philadelphus*, *ff. famil. erciſ. vbi fine*: filiam etenim dicit Textus, quæ naturaliter tenuit agros ſpecie dotis, cuios capax fuiſſet defendi. Tertio, omiſſis pluribus aliis textibus à Garcia *dict. capite* 9. *num.* 156. adductis, probatur per textum *in dict. leg. in rebus*, *Codic. de iure dotium*. Vbi Ioſtinianus loqnens de rebus dotalibus mobilibus, & immobilibus ac ſe mouentibus marito traditis, tradit harum rerum dominium conſtante matrimonio pertinere ad maritum ſolum iuris fictione, ſeu ſubtilitate legum ad effectus ſupra explicatos, ab initio verò in vxoris dominio fuiſſe, & naturaliter permanſiſſe, & ſic eandem vxorem ſimpliciter eſſe earumdem rerom dominam etiam conſtante matrimonio, verba legis ſont: *Cum eadem res, & ab initio vxoris fuerint, & naturaliter in eius permanſerint dominio, non enim quod legum ſubtilitate tranſitus earum in patrimonium mariti videatur fieri, ideo rei veritas deleta vel confuſa eſt.* Vnde ſubdit idem Iuſtin: *Volumus itaque eam* (*ſcilicet vxorem*) *in rem actionem* (*ſcilicet rei vendicationem, quæ ſoli Domino competit*) *in huiuſmodi rebus quaſi proprijs habere, & hypothecariam* (ſcilicet ſi datæ fuerint æſtimatæ, vel quatenus cenſeantur fuiſſe in patrimonio mariti, vt mox explicatur) *omnibus anteriorem poſſidere, vt ſiue ex naturali iure eiuſdem mulieris res eſſe intelligantur, ſiue ſecundum legum ſubtilitatem ad mariti ſubſtantiam perueniſſe videantur, per vtramque viam, ſiue in rem, ſiue hypothecariam ei pleniſſime conſulatur.* Ex quibus apparet clare Iuſtinianum declaraſſe apud vxorem dominium dotis ab initio ante permanſiſſe ſecundum rei vtilitatem, non obſtante quacumqoe iuris fictione, ac proinde poſt ſolutum matrimonium non opus fuiſſe, vt vxori à marito, vel eius hærede reſtituerentur, quoad verum, & naturale dominiom dotis per nouam traditionē à marito, vel eius hærede faciendam; ſed ſemper in eadem vxore fuiſſe continuum, vt proinde tanquam veræ dominæ rei vendicatio ſtatim ſoluto matrimonio competat. Quapropter dum dicta lex in rebus, ait diſſoluto matrimonio dominium rerum dotalium transferri ad vxorem abſque traditione, intelligitur de illo dominio minus proprio, & quod iuris fictione tranſierat in maritum quo carebat vxor conſtante matrimonio (vt etiam poſt Pinellum *in leg prim. Cod. de bonis mat. part.* 3. *num.* 12. *& ſequentibus*, notant Ludouicus Molina, & Rebellus *locis citatis*) quod quidem viri dominium conſtante matrimonio intelligitur tantum quoad effectus commemoratos, nempe quoad ius percipendi fructus, & adminiſtrandi res dotales, & ad actiones qooad res dotales, & eſt (vt ſupra notatum eſt) ſimile dominio vtili, ſeu vſufructui, quod habet vſufructuarius ad vtendum, & fruendum re aliena, ſalua rei ſubſtantia, licet cum aliqua maiori præeminentia, quam habeant cæteri vſufructuarij, vt poſt P. Barboſā & Caſtillum Fontan. *d. clauſ.* 6. *gloſ.* 1. *p.* 2. *n.* 32. præfati igitor dominij ratione maritus conſtante matrimonio habet ſolū ius ad vtendum, & fruendō rebus dotalibos quæ vere ſunt vxoris vti veræ dominæ ſalua ipſarum ſubſtantia, ſi ſint res immobiles, mobiles vero poteſt maritus (vt infra notatur) ſed facta alienatione, æſtimationem debet reſtituere. Ex quibos (omiſſis aliis pro confirmatione hoius ſententiæ traditis à pluribus ex præallegatis Doctoribus, & à Garcia, & iam *ſupra*, *capite* 2. *num.* 146. vbi etiam præter allegatos referuntur alij Doctores huius ſententiæ) facilè dilui poſſunt fundamēta prioris ſententiæ, & cōcordari iura, quæ inſinuant modò vxorem, modò maritū rerum dotalium dominiū habere: Nam quæ dicunt, vel innuunt illud habere vxorem, intelliguntor de vero, proprio, & naturali dominio: quæ maritum, intelligi debent de dominio improprio, & fictione iuris quoad ſupradictos explicatos effectus tantum, vt omnes Doctores huius ſententiæ: ſolum aduerto hanc ſententiam, quod conſtante matrimonio dominium verum, & proprium rerum, quæ inæſtimatæ datæ fuerunt in dotem, ſit apud vxorem, non procedere ſolum quando vxor ipſa de ſuis propriis bonis conſtituit ſibi dotem (vt ad ſummum concedit Antonius Faber *dict. errore ſexto*,) ſed procedere etiamſi ab vxoris patre vel matre, aut ab alio conſanguineo, vel ab extraneo [vt notaui etiā *dict. capite ſecund. citato num.* 146. poſt P. Barboſam] quia ſemper nomine ipſius vxoris datur, & eſt proprium mulieris patrimonium; & etiam cōſtante matrimonio, vt *ſupra*, *d. cap. ſecund. numer.* 142. *&* 145. probatum eſt

iuribus

iuribus, & Doctoribus allegatis, & vniuerſaliter loquuntur præallegati Doctores.

53 Ex quibus apparet quod fructus etiam rerum dotalium, quæ inæſtimatæ datæ ſunt ſpectant ad maritum conſtante matrimonio, cum earum habeat dominium vtile, ſeu quoad vſum, iuſque eoſdem fructus percipiendi, ſitque vir earumdem rerum adminiſtrator, & cuſtos, & ſicut ad ipſum maritum ſpectant onera matrimonij, & etiam fructus dotis quæ datur viro pro iiſdem oneribus ſuſtentandis, vt in capitibus præcedentibus ſæpè dictum eſt. Aduertendum autem quod ſi ancillæ datæ ſint in dotem non æſtimatæ cum illarum partus non ſint in fructu, fructúſve nomine non veniant *l. in pecu-lium, ff. de vſuris*, ſidem partus non ad maritum, ſed ad vxorem ſpectant, vt expreſsè habetur *l. plerumque, ff. de iure dot. ſupra num.* 1. adducta, & aliis iuribus *ſupr. num.* 35. *allegatis*, & tradunt Doctores *ibid.* allegati, & alij communiter.

Res immobiles datæ in dotem inæſtimatæ marito neque obligari, neque alienari poſſunt, mobiles verò poſſunt.

54 Secundus effectus ſequens ex traditione rerum immobilium in dotem abſque æſtimatione faciente emptionem, & venditionem eſt, quod cum earum dominium verum, & quoad proprietatem non ſit tranſlatum in maritum remanent dotales propriè, nec conſtante matrimonio maritus etiam de conſenſu vxoris poteſt illas obligare, vel alienare, vt *ſupr. num* 33 *initio* notatum eſt, & conſtat ex iuribus *ibid.* allegatis, & tradunt Doctores *ibid. relati*, Fontanell. *de pact. nupt. clauſ.* 5. *gloſſ.* 8. *p.* 13. *n.* 76. & 77. & Doctores communiter.

55 Quod ſi in dotem datæ ſint res non conſiſtentes in numero, pondere, & menſura, nullam reperiri legem, quæ earum alienationem conſtante matrimonio prohibeat, tradunt Gloſſa recepta *in principio inſtit. quibus alien licet*, Bartol. *in l.* 1. *n.* 18. & *ibi* cæteri ſcribentes, *ff. ſol. mat.* P. Barboſa plures alios allegans *in d. l. æſtimatis, n.* 33. *fine*, Molin. *de ritu nupt. l.* 3. *d. q.* 57. *n.* 76. & Rebell. *de obligat. inſt. p.* 2. *l.* 5. *q.* 1. *n.* 18. *fine*, & *n.* 21. *fine*, in caſu verò alienationis earumdem rerum maritus, vel eius hæres æſtimationem reſtituere debet, vt *ibid.* Molinus, & Rebellus.

Vbi res dotales datæ ſunt in dotem inæſtimatæ, ſoluto matrimonio non tenetur æſtimationem reſtituere, ſed ſolum res ipſas.

56 Tertius effectus traditionis earumdem rerum in dotem datarum æſtimatione faciente venditionem, & emptionem eſt, vt cum ex præfata æſtimatione earum rerum dominium ſimpliciter non tranſeat in maritum, non tenetur vir, neque eius hæres ſoluto matrimonio reddere valorem quo fuerint æſtimatæ, ſed ſatis eſt ſi res ipſas, quales repertæ fuerint, ſiue immobiles (modo culpâ mariti non effectæ ſint deteriores, de quo mox) reſtituat. Ita Doctores omnes *ſupr. numero* 30. relati.

Quando res ſiue mobiles, ſiue immobiles, ſiue ſe mouentes datæ ſunt in dotem æſtimatæ æſtimatione non faciente venditionem, periculum & commodum circa eas eueniens abſque culpa mariti, ad vxorem non ad maritum pertinet.

57 Quartus, & vltimus effectus eſt, quod vbi res mobiles vel immobiles (quæ nõ conſiſtũt in numero, põdere, & menſura) vel ſe mouẽtia, vt ſunt mãcipia, animalia, datæ ſunt in dotem æſtimatione non faciente emptionem, & venditionem, & cõſequenter inæſtimatæ, periculum, & commodum, quod circa eaſdem res abſque culpa mariti, conſtante matrimonio euenerit, ad vxorem ipſam tanquam ad veram earum dominam, non ad maritum ſpectat, vt habetur expreſſe *d. l. plerumque, ſup. relata*, ita enim Couarruuias *pract. q.* 28. *n.* 5. *verſ. quarto fine*. P. Barboſa *in d. l. æſtimatis, n.* 1. & *n.* 5. *initio*. Molin. *dict. q.* 57. *num.* 42. & 71. Rota Romana *dec.* 136. & *dec.* 257. *p.* 2. *diuerſor.* Fontan. *d. p.* 13. *nu.* 15. Ludouicus Molina *de iuſt. & iur. d. diſp.* 426. *n.* 4. Rebellus *de obligat. iuſt. p.* 2. *d. l.* 5. *d. q.* 2. *num.* 8.

Quod ſi culpa mariti lata vel leui eædem res perierint aut cõſũptæ fuerint, vel deteriores fuerint factæ maritus tenebitur vxori ad æſtimationem, non quidem ab initio factam, ſed ſecundum valorem, quem res habituræ forent tempore dotis reſtituendæ, ſi eiuſdem mariti culpa non periiſſent, aut conſumptæ non fuiſſent, vel non effectæ deteriores; cum enim maritus ſit rerum dotalium conſtante matrimonio cuſtos, & adminiſtrator, tenetur de dolo, culpa lata, & leui, vt expreſſè habetur *l. vltima in principio, ff. ſol. matrim.* & aliis iuribus à Gomez *ad l.* 50. *Tauri n.* 43. *paulo poſt initium relatis*, quia vero cõtractus dotalia inter virum, & vxorẽ & earundẽ rerum dotalium traditio tendit in vtriuſque coniugis vtilitatem, nullam obligationem reſtituendi contrahet maritus ſi ex leuiſſima culpa pereant, deterioréſve fiant: Regulare enim eſt, quod quando contractus in vtriuſque contrahentis commodum celebratus eſt, vnus alteri teneatur ſolum de dolo, culpa lata, & leui, non autem de leuiſſima. 58

Quæ procedunt, ſecluſo pacto inter coniuges contrario, quia licet res fuerint datæ æſtimatione non faciente emptionem, pacto tamen expreſſo conuentum ſit, vt eſſent periculo mariti, ſi res perierint, vel deteriores fuerint factæ, maritus, vel hæres tenebitur reſtituere æſtimationem factam ab initio, etiamſi ſua culpa leuiſſima periiſſent, vel deteriores eſſent effectæ, vt colligitur *ex lege ſi inter*, & ibi ſcribentes, *Codic. de iure dotium*, & conſtabit etiam ex tradendis ſequenti paragrapho. Et quod valeat pactum quo maritus in ſe ſuſcipit periculum rerum ſibi in dotem traditarum abſque æſtimatione, vel æſtimatarum æſtimatione non faciente emptionem, & venditionem, ex inſtat *ex leg. Pomponius fine, ff. de pactis dotalibus*, & tradunt expreſsè Couarruuias *dicta quæſtione* 28. *num.* 3. *verſicul. autem*, Molina *de iuſt. & iur. dict. diſputat.* 426. *num.* 17. *fine*, & Rebellus *dict. quæſt.* 2. *num.* 23. quemadmodum contra etſi dotales dentur mariti æſtimatæ æſtimatione faciente venditionem ex pacto, vxor poteſt in ſe ſuſcipere periculum etiamſi culpa mariti eueniret, ſecluſo tamen dolo, vt *dict. leg. Pomponius*, Molina *dict. n.* 17 *fine*, & Rebellus *dict n.* 23. Si etiam eædem res abſque expreſſa æſtimatione dentur in dotem, vt ſtatim mariti fiant, eius efficiuntur, vt *l. dotis fructum*, § *ſi res, ff. de iure dotium*, expreſsè habetur, licet ſi dederit ea conditione, vt tunc mariti efficiantur, cum nupſerit, eius fient, cum nuptiæ ſequutæ fuerint, *d.* §. *ſi res*, quod ſi nihil tale expreſſum fuerit in earumdem rerum traditione, credendum erit hoc agi, vt res ſtatim ſponſi fiant, & niſi nuptiæ ſequutæ fuerint, reddantur, vt expreſsè dicitur *l. ſed niſi* 8. *ff. eod. tit.* 59

Quid verò ſi ſoluto matrimonio non conſtaret an prædictæ res immobiles, vel mobiles, aut ſe mouentes datæ in dotem inæſtimatæ ſeu æſtimatæ æſtimatione non faciente venditionem ſint peremptæ aut conſumptæ, vel deteriores effectæ abſque mariti culpa, an ad ipſum maritum ſpectet probare ex vſu, vel caſu fortuito abſque ipſius culpa fuiſſe peremptas, conſumptas vel deteriores effectas, alioqui cogi poſſit maritus valorem, & æſtimationem ſoluere. Gomez *ad l.* 50. *Tauri, num.* 43. *initio*, & Ludouic. Molin. *dict. diſputa-* 60

tione 426.*n*.4.*fine*, reſpondetur opus probandi incumbere marito, vtpote cuſtodi, & adminiſtratori dotis, vt iam notatum eſt.

61 Aduertendum etiam eſt, quod etſi ad vxorem, & non ad maritum pertinet periculum præfatarum rerum dotalium, mariti culpa ſecluſa, vt *n*.57. *& ſeqq.* probatum eſt, nihilominus quando datus eſt inęſtimatus grex animaliũ, ſi pereunt aliquot capita eiuſdem gregis, ſuppleri debent de fœtibus eiuſdem gregis, ſi tunc ſint aut in futurum naſcantur, vt grex integer vxori ſeruetur, reliqui autem fœtus eiuſdem gregis computantur in fructibus, qui iure communi ad maritum pertinent pro oneribus matrimonij ſuſtentandis: ita habetur *d.l.plerumque, verſicul.ſic tamen*, cuius verba ſunt, *Sic tamen, vt ſuppleri proprietatem prius oporteat, & ſubmiſſis aliquibus in locum demortuorum capitum ex iam natis, reſiduum in fructibus maritus habeat, quia fructus dotis ad eum pertinet.*

§. V.

Si res dotales fuerint datæ in dotem æſtimatæ, non ſimpliciter, ſed appoſito aliquo pacto circa reſtitutionem ſoluto matrimonio faciendam, quandonam æſtimatio faciet vel non faciet emptionem, & venditionem.

62 QVando res in dotem datæ fuerint æſtimatæ pluribus modis apponi poteſt pactum circa dotis reſtitutionem, de quibus Menochius *de præſ. l.*3. *dict. præſ.*74. Couartuu. *pract. d. quæſt.*28. Mantic. *de tacit. & ambig.conu.l.*12.*d.tit.*28. P. Barboſa *d. l. ſi æſtimatis, à nu.* 29.*ff.ſol.matr.* Franciſcus Molin. *de ritu nupt.l.*3.*d.quæſt.* 57. *à n*.62. Fontan. *de pact.nupt.clauſul.*5.*gloſſa* 8. *d. p.* 14. Ludou. Molina *de iuſt. & iur. tract.* 2. *diſput.* 426. & Rebellus *de obligat. iuſt.p.*2.*lib.* 5.*quæſt.*2. de quibus hîc agitur.

Æſtimationi rerum quæ in dotem datæ fuerunt, ſi appoſitum ſit pactum, vt reſtitueretur æſtimatio, vel vt dos reſtitueretur ſoluto matrimonio, æſtimatio non inducit emptionem, & venditionem.

63 Primò ſi rebus æſtimatis addatur pactum, vt in caſu reſtitutionis dotis æſtimatio reddatur, certum eſt æſtimationem facere emptionem, & vẽditionem, ſolúmque æſtimationem ſeu pecuniam eſſe in obligatione, vt maritus neque eius hæres poſſit cogi ad ipſas reſtituendas, niſi in ſubſidium. Conſtat ex traditis, & expreſſe poſt alios Mantic.*d.tit.*28.*n*.4. vbi dicit hunc caſum nullam recipere dubitationem, & ſic periculum ſpectat ad maritum.

64 Secundò ſi rebus æſtimatis æſtimatione alias faciente venditionem addatur pactum, quod maritus ſoluto matrimonio dotem reſtituat, ipſáve promiſerit dotem reſtituere, quamuis nihil dixerit de æſtimatione, æſtimatio cenſetur facta ea æſtimatione, quæ facit vẽditionem: ita poſt Baldum *in l.quoties fine, C.de iur dotium.* & plures alios Petr. Barboſa *in d. l. æſtimatis, n*.30.*fine &* 31. Molinus *d.quæſt*.57.*n*.63.*verſic.tamen*, & Fontanella *d. p*.13.*n*.34. Et ratio eſt quia verba pacti rectè poſſunt, & debent intelligi de æſtimatione reſtituenda, quia intelliguntur, & debent intelligi de vera dote, vera autem dos, cum res dotalis datur ab initio æſtimata æſtimatione alioquin faciente venditionem, non eſt res ipſa, ſed pretium, ſeu pecunia, æſtimatione facta vt *numero* 4. *&* 28. notatum eſt, pactum verò adiectum nihil mutat, & ſic non repugnat venditioni, ſicut repugnare rebus æſtimatis, pactum quod res ipſæ reſtituantur, tradunt Doctores communiter, quia ſi tali vſu (inquit P. Barboſ. *num*.31.) æſtimatio illa, cui additur tale pactum, induceret venditionem, non res ipſæ, ſed earum æſtimatio eſſet reddenda.

Si rebus datis in dotem æſtimatis additum ſit pactum, quod eædem res reſtituerentur eodem modo, ſeu eiſdem modo, & forma, vel pro eiſdem pretiis, quibus in dotem fuerunt datæ, æſtimatio non inducit venditionem.

Hinc idem dicendum eſt ſi facta eſt æſtimatio rerum pro certo pretio, & additur pactum, quod dos reſtituatur eo modo quo data, & recepta eſt: adhuc enim in hoc caſu æſtimatio inducit tacitam venditionem, quia pactum adiectum non repugnat venditioni, quam æſtimatio inducit, & quia in dubio, vbi de pretio fit mentio, cenſetur initus contractus venditionis, vt *ſupr. num*.4. *&* 5. probatum eſt: ita poſt plures alios Mantica *dict. c*.28.*n*. 6. Stephanus Gratianus *diſcept.for. tom.* 1. *cap*.38. *num*.28. P. Barboſa *d.num*. 31. *verſ. & ideo*, Molin. *dict. quæſt*.57. *num*.65. & Fontanell. *d.p*.13.*n*.35. 65

Idem ſi res immobiles, ſiue mobiles datæ ſint in dotem æſtimatæ pro certa quantitate pretij, appoſito pacto quod ſoluto matrimonio illæ res reſtituentur eiſdem modo, & forma, quibus datæ fuerunt; hoc enim caſu etiam cenſeri inductam venditionem, & æſtimationem eſſe in obligatione reſtituendi, tradunt Antonius Rubeus *conſ*.5. Cephalus *conſ*.78.*n*.2. *l*.1. Couarruu. *d. q*.28.*n*.1. *verſ*.4.*addo*, Mantica *d.tit*.28.*n*.6. Franciſcus Molin. *d.q*.57. *n*. 68. *& quatuor ſequentib.* & probatur, quia illa eiſdem modo, & forma, quibus datæ fuerunt, poſſunt etiam ad æſtimationem rerum ſeu prædiorum prius factam, habent enim hunc ſenſum, vt integra fiat dotis reſtitutio quoad ante tacitam æſtimationem, & præterea cum æſtimatio pro certo pretio, iuxta tradita in præcedentibus, & Doctores communiter, faciat tacitam venditionẽ ſtatim ratione conuentionis, & ſi poſtea adiiciantur illa verba eiſdem modo, & forma quibus res datæ fuerunt, non mutatur, ſeu alteratur venditio prius tacite facta, quia vere non res datæ ſunt in dotẽ, ſed pecunia pro qua æſtimatæ ſunt breui manu data videtur, iuxta notata *ſupr.num*.4. Nec etiam veriſimile eſt voluiſſe illis verbis coniuges ſe ſtatim corrigere, & à priori voluntate recedere, *arg. l. eum qui voluntatem, ff. de prob.* & cum aliis Menoch. *de præſ. l*.3. *præſumpt*.57.*n*.9. Hanc etiam ſententiam confirmat regula generalis *ſupr. num*. 4. *&* 5. ſtabilita, quod æſtimatio rerum dotalium, cum pretij mentio habita eſt, inducit tacitam venditionem, niſi aliud ex coniecturis coniici poſſit, in caſu autem dubio regulæ eſt inhærendum, *l. omnis definitio, ff. de reg. iur.* donec ab eo, qui limitationem allegat, contrarium probetur. Hanc verò eandem ſententiam non approbat P. Barboſa *d. n*.31. *verſ.ſed non placet*, quem ſequitur Fontan. *d.p*.13.*n*.33. *fine*, dicens eſſe repugnantem textui *in l. cum poſt*, §. *cum res, ff.de iure dot.* cuius verba ſunt (*cum res in dotem æſtimatæ ſol. matr. reddi placuit, ſumma declaratur, non venditio contrahitur*) & textus *d.l.quoties, Cod. eod.* ibi, *ſi itaque non conuenit, ſol.matr. vt reſtituerentur*, ſcilicet res æſtimatæ in dotem datæ, *maritus retinebit eas, ſi pecuniam offerat.* Verum hi duo textus loquuntur, quando æſtimatis rebus additur pactum de reſtituendo illas ſimpliciter, de quo pacto *infr.* Addit Barboſa huicmet ſententiæ obſiſtere *leg. vltim. ff.de pactis dotalibus*, vbi dicitur, quod ſi prædia in dotem data ſint æſtimata, & poſtea addatur pactum, vt iiſdem pretiis reſtituantur, æſtimatio non inducit venditionem. At etiam vſus *dict. leg.* 66

*leg.*eſt diuerſus à præſēti,de quo agitur;appoſito enim pacto,vt eadem quantitate res æſtimatæ reddantur,apparet partes voluiſſe quod fieret reſtitutio ſpecierum ſub eodem pretio, & quantitate, & ſic æſtimatio præcedens non poteſt inducere venditionem.

67 Igitur quando res immobiles,vel mobiles, aut ſe mouentes datæ ſunt in dotem æſtimatæ pro certo pretio, & additum eſt pactum,quod eædem reſtituantur eodem pretio,ſeu iiſdem pretiis quibus æſtimatæ fuerunt, æſtimationem nullam inducere venditionem conſtat ex *d.lege inter virum, C. de iure dotium, & ex d.lege vltima ,ff.de pact.dotalibus*, & tradunt *ibidem* Gloſſa , Bartolus, Baldus, Salicetus, & alij ſcribentes,Baldus Nouellus *de dote p.* 7.*priuil.* 40. Couarruuias *d. quæſt.* 28. *n.*3.*initio*, Mantica *d.tit.* 28. *art.* 6. Menochius *d.præſumpt.*74.*n.*16.P.Barboſa *d.n.* 31. Molinus *d. quæſt.* 57. *n.*70.*&* 78.Rot.Rom.*dec.*157.*p.*2.*diuerſ.* Fontanell. *d. p.*13.*n.*32.& plures alij à Couar.Menoc.& Fontanella relati. Ratio quæ aſſignatur *d.l.inter virum* , eſt quia hoc caſu facta eſt præcipuè vt dotalium rerum valor dignoſcatur , & ad tollendam probationis futuræ difficultatem,vt de earum deterioratione,diminutione,aut peremptione poſtea contigerit agi. Quare huius æſtimationis eſt (vt *locis citatis* notant Couarruuias & Menochius) quod ſoluto matrimonio res ipſæ æſtimatæ ſi extant diminutæ,aut nulla ex parte deteriores factæ reſtituantur vxori,ſi vero culpa mariti effectæ ſint deteriores tenebitur maritus præſtare æſtimationem ab initio taxatam. Addunt iidē Couarruuias & Menoch. poſt Caſtrenſem *in l. æſtimatis num.* 4. *& in l. penult. §.mancipia,ff. ſoluto matrimonio*,& nonnullos alios maritum hoc caſu teneri etiam de culpa leuiſſima(quanuis alioqui regulariter in rebus dotalibus teneatur ſolum de dolo & lata culpa, non de leuiſſima, vt *ſupra, n.*35.) ſed non teneri neque ad res, neque ad æſtimationē ſi res perierint,vel deteriores factæ fuerint abſque vlla culpa mariti, & ſic perire ipſi vxori. Quamuis P. Barboſa *d.n.*35. *&* 36. hoc caſu maritum teneri ſoluere deteriorationem, quæ contigerit ex ſola culpa leuiſſima mariti, cùm ex natura contractus dotis maritus teneatur ſolum de dolo , culpa lata & leui ? Nec obſtare ait *d.§.mancipia* , cuius argumento etiam fundatur Caſtrenſis afferens plures explicationes *d.§.mancipia* , apud eum videndas. Verum regula illa, quod ſecundum naturam contractus dotis, ſi res dotalis deterioretur , vel pereat maritus tenetur ſolum de dolo & culpa lata , & leui , non de leuiſſima , non procedit quando maritus res ſibi in dotem datas æſtimatas expreſſe ſe obligauit reſtituere eiſdem modo, forma , & pretio , quibus datæ ſunt, quia ratione talis obligationis videtur ſe obſtrinxiſſe ad omnem diligentiam circa earundem rerum dotalium cuſtodiam , & conſeruationem.

Quando res datæ ſunt in dotem æſtimatæ appoſito pacto quando ſoluto matrimonio res ipſæ reſtituerentur , vel reſtituerentur habita ratione augmenti vel diminutionis, æſtimatio non inducit emptionem , & venditionem.

68 Tertiò quando res datæ ſunt in dotem æſtimatæ , & appoſitum eſt pactum quod ſoluto matrimonio res ipſæ datæ æſtimatæ reſtituentur, nec deinde earum pretium aliunde adiungitur , ſed tantum dicitur, quod ipſæ res eueniente caſu reſtitutionis,ſeu ſoluto matrimonio , vxori reſtituantur. Et hoc etiam caſu æſtimatio nullam inducit venditionem, vt per textum clarum *in d.l.cum poſt* 70. *§. cum res, ff. de pactis dotalibus* , tradunt *ibidem* ſcribentes,& allegans plurimos alios Couaruuias *d.quæſt.*28.*num.*5. *verſ. Ratio colligitur*,Menochius *de præſ.d.præſ.* 74.*n.*19.Mantic.*d.tit.*28. *num.* 20. Petrus Barboſa *in d.l. æſtimatis,n.* 29. Franciſcus Molinus *d.q.*57.*n.*63. Rota Romana *deciſione* 136. *&* 157. *p.* 2. *diuerſ.* & Fontanella *d. q.* 13.*n.*31. Ratio adducitur *in d. §.cum res* , ſcilicet quia in hoc caſu æſtimatio non intelligitur facta cauſa emptionis & venditionis, ſed gratia dignoſcendi rerum valorem, & facilius probandi in euentu reſtitutionis , an res deteriores, vel pretioſiores factæ ſint.

Idem dicendum quando res dotales dantur in dotem æſtimatæ pro certa ſumma , addito pacto , vt ipſæmet res ſi extent ſoluto matrimonio reſtituantur habita ratione augmenti, vel diminutionis ; nam & in hac ſpecie æſtimatio ex contrahentium mente apertè non inducit venditionem , & emptionem : ita per textum ſatis clarum *in d. l.æſtimatis ,ff. ſoluto matrimonio*, Caſtrenſis & alij ſcribētes *ibid.* Socinus ſenior *conſ.*57. *num.* 3.*lib.* 1. Ruinus *conſ.* 134. *num.*4. *lib.*4. Couarruinas *d. quæſt.*28.*num.*3. *verſ.ſecundo*,Mantica *d.tit.*28. *n.* 19. P. Barboſa *in d. l. ſi æſtimatis* , *num.* 40. *&* 41. Franciſcus Molinus *d. quæſt.* 57.*n.* 80. & alios allegans Menochius *d. præſumpt.*74 *n.*18. in hoc enim caſu apparet æſtimationem ſolum fieri vt dignoſcatur rerum valor ; & tollatur difficultas probandi an res tempore reſtitutionis ſint effectæ deteriores vel pretioſiores. 69

Quare hoc caſu, ſicut & in præcedentibus explicatis *à n.*65.ſi res remanent dotales , ipſæ reſtitui debent ſi ſoluto matrimonio extent *d.l.ſi æſtimatis*, & cum earundem rerum dominium non ſit ſimpliciter tranſlatū in maritum,ſi is illas alienauerit,& ſoluto matrimonio apud tertium,in quem fuerint alienatæ extent,vxor ab ipſo tertio poſſeſſore eas vindicare poterit, vt Caſtrenſis , Couarruuias,Mantica,Menoch.*locis citatis*,& Barboſa *in d. l. ſi æſtimatis* , *num.* 33. *&* 40. & Doctores cōmuniter, quod ſi non extent, nullo modo præſtanda edit æſtimatio prædefinita,& ſimiliter ſi extent,ſed factæ ſint deteriores, & minoris pretij , tenetur maritus ſoluere eādem æſtimationem à principio factam, ſi deterioratio vel diminutio contigerit eiuſdem mariti culpa etiam leuiſſima,ſecus vero ſi abſque eius culpa , & caſu fortuito, veluti ſi fundus caſmate, vel impetu fluminis perierit,ita Caſtrenſis,Socinus ſenior,Couarruuias, P.Barboſa *locis allegatis*;ſicut autem periculum deteriorationis ſpectat ad maritum,ita ſi aliquod augmētum,ſiue incrementum fiat in iiſdem rebus dotalibus, illud pertinebit ad vtilitatem mariti *argumento l.penultima*, *§.mancipia ,ff.ſoluto matrimonio* ; eadem enim eſt ratio augmenti,& diminutionis, ſeu deteriorationis *d.l. ſi æſtimatis* , & à pari procedunt damnum & lucrum *§. illud,Inſt.vt de ſocietatibus*,ita Couarruuias,Mantica,& P. Barboſa *iiſdem locis.* Verum quemadmodum damnum deteriorationis diminutionis non pertinet ad maritum, niſi eius culpa ſaltem leuiſſima interuenerit (vt dictum eſt) ſic etiam vtilitas augmenti ad eum ſpectare non debet , niſi illud procedat ex aliquali mariti diligentia,vt tradit P.Barboſa *d.n.* 41. ſcilicet augmentum intrinſecum ,ſeu intrinſece circa ſubſtantiam rerum contingens non cedat lucro mariti(vt expreſsè Couarruuias *d.verſ.ſecundo*) augmentum autem extrinſecum, ſeu extrinſecè proueniens , in quo diligentia mariti conſiderati poſſit, ad ipſum maritum ſpectat , inquit idem Barboſa,qui hoc pacto ait intelligendum Couarruuiam dum dicit, quod in hoc caſu augmentū intrinſece contingens virtute præfati pacti ad maritum non pertinet , ait enim P. Barboſa hoc dictum Couarruuiæ procedere , quia hoc augmentum intrinſecum accedit rebus ſine vllo facto, vel diligentia mariti, vt in ſimili idem Couarrunias *de ſponſal. p.*2.*cap.*7.*§.*1.*n.*9. & Ludouicus Molina *de primog.lib.*1.*cap.*26. quamuis Mantica *dicto num.* 19. *verſiculo quod verò*, quod dictum eſt de augmento ſeu commodo in rebus dotalibus 70

 datis

datis æſtimatis cum præfato pacto reſtituendi illas habita ratione augmenti, & diminutionis, ſcilicet illud ſpectare ad maritum, intelligat procedere etiamſi abſque facto, & ſumptu ipſius mariti aliquod incrementum acceſſerit, veluti per alluuionem, & huiuſmodi incrementum ad eumdem maritum debeat pertinere. Ex quibus quod dictum eſt, teneri maritum ſoluere deteriorationis æſtimationem, & diminutionis rerum dotalium, ſi ſua ſaltem culpa leuiſſima contigerit, intelligitur ſi circa rerum ſubſtantiam contigerit, ſecus vero ſi circa pretium, & valorem extrinſecum. Hanc enim deteriorationem, ſeu diminutionem non teneri maritum ſoluere, eo quia ſine vlla eius culpa euenit, tradit P. Barboſa *in d. l. ſi æſtimatis, verſ. item dum*, allegans Cynum, Albericum, & Salicetum *in d. l. inter virum Cod. de iure dotium*, & indicat etiam Mantica *d. tit. 28. citato num. 19. verſ. ſed quod dicitur*, dum ait quod periculum rerum dotalium in huiuſmodi caſu non pertinet ad virum, ſi ex conſuetudine regionis pretium fuerit diminutum: Credo tamen procedi, vt notat idem P. Barboſa *ibidem*, niſi agatur de pecunia in dotem data, quia in hac regulariter non poteſt conſiderari deterioratio, niſi ratione valoris extrinſeci. Quapropter ſi dum datur in dotẽ pecunia, fiat pactum quod pecunia reſtituatur ſub eadem æſtimatione, vt pactum aliquod operetur, præſtari debebit pecunia ſecundum valorem, quem pecunia habebat tẽpore contractus: ita P. Barboſa ex Bartolo *in l. Paulus, ad finem, ff. de ſolut. & in d. lege penultima, §. mancipia, ff. ſoluto matrimonio*, addens immerito Imolam, & Alexandrum *in d. paragrapho mancipia*, & Campegium *de dote quæſt. 89.* improbare Bartolum, ſi vero non interuenerit prædictum pactum, vt pecunia reddatur ſub eodem valore, ſatis eſſe tradere pecuniam eamdem quoad numerum, quantumcumque eius valor extrinſecus fuerit mutatus, ex Bartolo *in dicta lege Paulus n. 10.* Boërio *deciſ. 323. n. 4. & 9.* ac Menochio *conſ. 49. n. 49. lib. 1.* notat idem Barb. Quod denique ſupradictum ſtante dicto pacto reſtituendi res dotales habita ratione augmenti, vel diminutionis, vxorem ſoluto matrimonio poſſe illas vindicare à tertio poſſeſſore, in quem maritus alienauerit, intelligitur tantum, ſi maritus alienauerit ſine conſenſu eiuſdem vxoris. Nam Couarruuias *d. quæſt. 28. num. 4. verſ. His re ò prænotatis*, aduertit quod licet alioqui res dotalis non poſſit à marito alienari, etiam muliere conſentiente, vt *ſupr. n. 33.* notatum eſt, tamen in hoc caſu rebus æſtimatis additum eſt pactum illas reſtituendi habita ratione, &c. vel additum eſt pactum reſtituendi: aduertit, inquam, in caſibus omnibus ſupra explicatis fundũ dotalem poſſe alienari à marito conſentiente vxore, quamuis ſoluto matrimonio vxor excipere poſſit æſtimationem in ipſo dotis contractu definitam; & dicit iuxta interpretes *ibidem*, probari per textum (quem dicit ſingularem, *in dicta l. æſtimatis, ff. ſoluto matrimonio*, ibi: Quæ extant, ſi neque volente, neque ratum habente muliere veniſſet, & per textum *in d. l. vltima, ff. de pactis dotalibus*, ibi, poſtea volente vxore, vir eumdem fundum (ſcilicet datum in dotem æſtimatum cum pacto illum reſtituendi eodem pretio) ducentorum vendiderat, & iuxta eumdem textum hoc procedere ſiue res dotalis ſit mobilis ſiue immobilis dicit idem Couarruuias, idque tradere Caſtrenſem & Romanum *in dicta lege ſi æſtimatis*, quam tamen legem *ſi æſtimatis*, idem Couarruias *ibidem*, ait loqui de rebus mobilibus, de quo tamen in explicatione ſequentis caſus.

71 Vtrum vero ſi facta æſtimatione rerum in dotem traditarum in adiuncto pacto, quod illæmet res reſtituerentur, non fuerit expreſſe appoſita clauſula, habita ratione augmenti, & diminutionis, debeat tacitè ſubintelligi, & ſic procedant omnia *numero præcedenti* tradita, affirmant Socinus ſenior *d. conſil. 33. num. 5. lib. 1.* Caſtrenſis *in d. l. ſi æſtimatis n. 3.* Baldus *in d. lege quoties n. 2. C. de iure dotium.* Natta *conſ. 650. n. 4.* Couaruuias *d. quæſt. 28. num. 3. verſ. tertiò colligitur.* Mantica *tit. 28. num. 20.* & Franciſcus Molinus *d. quæſt. 57. num. 80.* quamuis neget P. Barboſa *d. num. 40.* cui præualere debet tot & tantorum DD. placitum.

Quando res datæ ſunt in dotem æſtimatæ appoſito pacto quod à marito vxori, vel eius hæredi, ſoluto matrimonio reſtituantur res extantes, pactum operatur vt de non extantibus æſtimatis ſolui debeat; & quinam alij effectus ex tali pacto ſequantur.

72 Quarto vbi res dantur in dotem æſtimatæ pro certo pretio, appoſito à partibus pacto, vt ſoluto matrimonio à marito res extantes vxori, vel eius hæredibus reſtituantur, hoc caſu videtur tacitè conuentum è contrario, vt ſi non extent pro eiſdem non extantibus debeat ſolui æſtimatio, ſecundum quantitatem expreſſam tempore pacti, quaſi æſtimatio præcedens adiuncta pacto ſequenti eum inducat effectum, vt ſi tempore reſtitutionis dotis res non extent, cenſeantur æſtimatæ, ſi verò extent cenſeantur dotales: ita P. Barboſa *in d. l. ſi æſtimatis, n. 31. fine*, & Franciſcus Molinus *d. q. 57. num. 71.* addens, quod id innuit textus *in d. lege, vbi* Gloſſa, Baldus, Angelus, Caſtrenſis, & Salicetus, *C. ſoluto matrimonio.* Ex quo cum rerum ſoluto matrimonio extantium non cenſeatur facta venditio, P. Barboſa ait inferri, earumdem periculum non ad virum, ſed ad mulierem pertinere, iuxta *d. leg. plerumque, ff. de iure* & tradita *dot. ſupr. n. 57.*

73 Hinc etiam idem Barboſa *n. 32.* ait inferri quod cum earumdem rerum cum æſtimatione in dotem datarum ſoluto matrimonio extantium nulla facta ſit venditio, remanent propriè dotales, & ſic nec conſentiente vxore poterunt alienari, iuxta dicta iura ſupra *n. 33.* relata, quia per æſtimationem cum prædicto pacto rerũ dotalium dominium non eſt tranſlatum in maritum, & ea non obſtante periculum ad eundem maritum ſpectat, & ſic alienari non poterunt eædem res etiã vxore conſentiente, iuxta regulam generalem eorumdem iurium quæ *dicto num. 33.* ſunt adducta. Ad textum autem *in lege ſi æſtimatis, ff. ſoluto matrimonio*, vbi videtur clare dici contrarium, ibi, *ſi neque volente, neque ratum habente muliere veniiſſent*, reſpondet loqui de rebus extantibus mobilibus (quas poſſe à marito alienari notatum eſt *ſupra, num. 55.*) de quibus propriè dicitur extare, vel non extare, nam res immobiles ſemper extant. Vnde addit voluntatem mulieris, quæ in eo textu conſideratur, non poſſe pertinere ad validitatem alienationis, ſed potius ad illud, quod cum maritus virtute pacti res mobiles extantes teneatur vxori reſtituere, ſi eas alienet inuita vxore, & non recuperet, vt illas ei tradat iuxta pactum, tenebitur ad intereſſe quanti plurimi, quaſi eius culpa factum ſit ne res extantes reſtituantur vxori iuxta pactum *l. ſi poſſeſſor §. finito, ff. de petit. hæred.* cum aliis ab eodem Barboſa allegatis: ſi vero conſentiente vxore fuerint prædictæ res alienatæ, quia tunc conſentienti non fit iniuria *lege cum donat, Codice de tranſact.* non poterit mulier agere ad intereſſe, ſed ſimplici æſtimatione debet eſſe contenta.

74 Contrariam tamen ſententiam, & quod imo hoc caſu, & ſtante prædicto pacto rebus in dotem datis æſtimatis adiuncto quod res ipſæ æſtimatæ ſoluto matrimonio extantes reſtitui debeant, poſſit maritus vxore conſentiente res dotales ſiue mobiles, ſiue immobiles

mobiles conſtante matrimonio alienare, quamuis eadem vxor ſoluto matrimonio exigere valeat æſtimationem in ipſo dotis contractu definitam, tenent Iuriſperiti communiter: ita Paulus de Caſtro *in dicta l. ſi æſtimatis, numero quinto, ff. ſoluto matrimonio, ibidem* Bartolus, & idem Romanus: iidem Paulus de Caſtro, & Romanus, & etiam Alexander, ac Salicetus *in l. intereſt, Cod. de vſufructu.* Io. Lup. *in rub. de donat. inter virum, & vxorem, §. 17. num.* 8. Baldus Nouellus *de dote parte 7. priuil. 1. num.* 10. *& p. 8. priuil. 6. nu.* 23. Campegius *de dote p. 1. quæſt.* 40. *& p. 4. q. 26. ad finem*, Riminaldus latè *in princ. à num. 76. inſtitut. quibus alienare licet.* Franciſcus Molinus *d. quæſt. 57. n. 74. & tribus ſeqq.* Couarruuias *dicta q. 28. nu. 4. verſ. His verò prænotatis* vbi dicit (*vt ſuprà num. 70. fine* notatum eſt) fore ad id ſingularem, iuxta omnes iuris Interpretes textum *in d. l. æſtimatis, verbis numero præcedenti relatis*, & eodem textu hanc eandem ſententiam probant Caſtrenſis & alij, & præterea hæc eadem ſententia ab eodem Caſtrenſi, & Couarruuia, *vt dicto numero 70. fine* notatum eſt, & aliis probatur per textum *in l. vltima ff. de pactis dotalibus*, cuius verba pariter *dicto numero* 70. ſunt, qui textus loquitur de fundo dato in dotem æſtimato, cum prædicto pacto illum reſtituendi ſoluto matrimonio, & tamen dicit, in poteſtate mariti fore quid velit præſtare, an æſtimationem, an fundum ipſum, contra reſponſionem P. Barboſ. ad textum *in d. l. ſi æſtimatis* [ad textum *in d. leg. vltima*, nihil reſpondet idem Petr. Barboſa] quod loquitur tantum de alienatione rerum mobilium vxore conſentiente, eſt quia is intellectus nimis reſtringit generalitatem illius textus, qui tanquam regulam ponit maritum pacto poſt rerum dotalium æſtimationem appoſito illas reſtituẽdi, poſſe illas res alienare vxore cõſentiente: Neque obſtant verba illa eiuſdem legis, *ſi quæ verò non extarent*, quæ ad res mobiles tantum videntur poſſe referri; quia potuerunt in caſu illius legis [vt notat Molinus] dari in dotem res immobiles & ſe mouentes, & reſpectu mouentium dixerit Ireconſultus verba illa, ſi quæ vero non extent. Deinde illa diſtinctio an extent, vel non extent, conuenire etiam poteſt rebus immobilibus. Domus enim res eſt immobilis, & tamen videmus in dies ſubito perire, & dilabi incendio, ruina, vento, & aliis pleriſque caſibus fortuitis; ſicut etiam prædia, preſertim vi fluminum, ipſis contigua ſæpius inundationibus pereunt, & aquis operiuntur, vt nec veſtigia appareant. Præterea hanc eandem ſententiam confirmat Caſtrenſis, & poſt eum Molinus, quia æſtimatio prædicta, vnà cum pacto, vt res extantes reſtituantur, videtur operari, vt res dotales æſtimatæ alienari non poſſint inuita vxore, volente autem poſſe, quaſi media quædam via in vim huius pacti ab illis electa ſit, vt non in totum, etſi facta eſt æſtimatio, ſed volente muliere alienari poſſint. Portò rationi Barboſæ *numero præcedenti* adductæ, quod ſtante prædicto pacto quoad res extantes non cenſetur indicta venditio aliqua, ſed tantum in caſu, in quo non extent. Quare cum extantes reddendæ ſint in ſpecie, alienari non poterunt etiam volente, & conſentiente vxore. Reſpondetur cum Molino, rerum extantium venditionem inductam non eſſe, quia voluntate eiuſdem mariti, qui eas alienare voluit, extant, poterunt tamen alienari volente vxore, & earum omnium ideo facta eſt æſtimatio, vt ſi vellet maritus omnes alienare cum vxoris conſenſu poſſet, reſtituendo tamen eidem vxori earum rerum, quas alienauit, & propter alienationem reſtituere non poſſet æſtimationem, ita ex prædictis Doctoribus; & licet fundus non ſit datus in dotem æſtimatus æſtimatione faciente venditionem, ſi appoſitum ſit in contractu dotis, quod ſi extat penes maritum reſtituatur, & ſi non extat, tunc maritus reddat pretium, & valorem, tunc poſſe maritum fundum alienare, ſicut ſi fuiſſet æſtimatus æſtimatione venditionem inducente. Tradit Anton. Monachus *deciſ. Lucenſ.* 42. [& approbat Fontanella *d. part. 13. num. 18. verſ. fallit*,] aſſerens ita deciſum fuiſſe in facti contingentia; facit enim differentiam ſi in pacto dictum ſit ſimpliciter, ſi non extabit, vel ſi non extabit penes maritum.

75 At vero appoſito præfato pacto, vt ſoluto matrimonio maritus res extantes æſtimatas reſtitueret, dictum eſt ſcilicet quod ſi non extent, tenetur maritus vxori vel eius hæredibus ad æſtimationem tempore contractus dotis factam, procedat vt earumdem rerum æſtimatio ſit à marito reddenda etiamſi caſu fortuito, & ſine culpa mariti non extarent. Affirmat P. Barboſa *in dicta l. ſi æſtimatis, n. 34. verſiculo ſi ſane*, ob eam rationem quod prædictum pactum importet, quod ſi quocumque modo res non extarent, earum præſtaretur æſtimatio, additque Barboſa ita ſentire textum *in dicta lege ſi æſtimatis, & in dicta lege ſi res, paragrapho 13. ff. de iure dotium*, dum iiſdem textibus apparet rebus in dotem datis non extantibus eſſe reſtituendam vxori eam æſtimationem quæ facta eſt in contractu dotis, vt expreſſe dicitur *dicto paragrapho primo* ibi, *ſed non iuſtam* [*ſcilicet habito reſpectu ad tempus reſtitutionis*] *ſed eam ſcilicet æſtimationem, quæ facta eſt.*

76 Contrarium, & quod abſque mariti dolo, & omni culpa lata, leui, & leuiſſima, ſed ſine eius prorſus culpa, & ſolum caſu fortuito res cum tali pacto in dotem datæ æſtimatæ perierint, vel deteriores res factæ fuerint, non teneri maritum reſtituere æſtimationem eandem in cõtractu dotis definitam, ſentiunt Paulus de Caſtro *in dicta lege ſi æſtimatis, numero* 3. Socinus ſenior *conſ. 57. num.* 4. Couarruuias *dicta quæſt. 28. num. 3. verſ. ſecundò deducitur*, Mantica *d. tit. 28. n. 19. v. ſed quod.* Pactum enim illud, quod maritus teneatur reſtituere eaſdem res æſtimatas extantes, ſatis operari videtur, ſi idem maritus vltra naturam contractus dotis teneatur non ſolum de dolo, lata culpa, & leui, ſed etiam de leuiſſima & non de caſu inſolito, qui regulariter non comprehenditur in pactis, ſeu conuentionibus, niſi exprimatur; & ita etiam textus *in dict. lege ſi æſtimatis, & in d. §. 1.* qui volunt eſſe reſtituendam æſtimationem rerum dotalium non extantium ab initio factam, rectè poſſunt & debent intelligi, ſi non extent ex culpa aliqua, licet leuiſſima mariti.

Quando poſt æſtimationem rerum dotalium adiectum eſt pactum, quod eſſet in electione mariti reſtituere res ipſas, vel earum æſtimationem, æſtimatio non facit emptionem, & qui effectus ex tali pacto ſequantur; & quid ſi electio rei, vel æſtimationis ſit vxoris, vel ſimpliciter dictum eſſet, quod res, vel æſtimatio reddatur.

77 Quintò vbi res data eſt in dotem æſtimata pro certa ſumma, & adiectum eſt pactum, vt eſſet in electione mariti vel rem ipſam reſtituere, vel eius æſtimationem, æſtimatio non facit emptionem, & venditionem: ita Couarruuias *dicta quæſt.* 28. *numero quinto, initio.* Menochius *dicta præſumpt. 74. numero* 20. Petr. Barboſa *in dicta lege ſi æſtimatis, numero 30. verſ. ſed reſpondendum.* Franciſcus Molinus *dicta quæſtione 57. n. 63. verſ. niſi fuiſſet*, Fontanell. *de pactis nupt. clauſul. 5. gloſſa 8. d. parte 13. numero* 64. In hoc autem caſu re æſtimata perempta, & penitus extincta, etiam abſque aliqua mariti culpa, cum res ipſa non poſſit reſtitui, maritus tenetur ratione promiſſionis alternatiuæ ad

æſtimationem

æſtimationem, ac ſi verè æſtimatio effeciſſet emptionẽ & venditionem: ita per textum *in lege plerumque, §. fin. ff. de iure dotium, & lege ſeq.* Petr. Barboſa, Molin. & Fontanella *locis citatis*, Couarruuias *d. num. 5. verſ. ſed etiam fin.* In hoc eodem caſu commodum & incommodum pertinet ad maritum, ſcilicet quia res effecta eſt pretioſior, & ſi eligat reſtituere æſtimationem, ſatisfacit, & augmentum rei ſibi cedit, ſicut è contra cederet vxori, ſi ipſe elegerit dare æſtimationem.

Si autem res facta eſt deterior, & velit maritus eligere dare æſtimationem, cum teneatur dare æſtimationẽ ab initio traditionis factam, ſentit incommodum deteriorationis, quod ſi elegerit rem deterioratam extantem reſtituere (vt virtute alternatiuę poteſt) incommodum ceder mulieri, niſi deterioratio culpa viri ſaltem leui contigerit, vel ipſe maritus in ſe ſuſceperit damnũ ipſarum rerum dotalium. Ita expreſſe Couarruuias, & Fontanella: quare quod Rebellus *de obligat. inſt. p. 2. l. 5. & quæſt. 2. num. 3.* dicit, ſcilicet in hoc caſu conceſſæ viro electionis reſtituendi res datas æſtimatas, vel ipſam æſtimationem, cenſeri inductam tacitam venditionem abſolutam, & dominium plenum, ac etiam totum rei periculum eſſe penes virum, non ſubſiſtit; cum ad maritum non ſpectet deterioratio, quæ ſine eius culpa leui contigerit, ſi elegerit rem ipſam reſtituere: cum vero ex vi illius alternatiuæ ſibi conceſſæ reſtituendi rem, vel eius æſtimationem poſſit maritus abſque vllo conſenſu vxoris eamdem rem ſibi datam in dotem æſtimatam, licet immobilem, ac ſi non eſſet dotalis, & data ęſtimata æſtimatione faciente venditionem, vt expreſſè habetur *l. quod ſi fundus, ff. de fundo dotali*, & poſt alios Couarruuias *d. verſ. ſed & hac ratione*, poteſt dici ratione illius alternatiuæ dominium rei plenum fuiſſe tranſlatum in maritum, non vero etiam periculum, & hoc pacto videtur intelligendus Ludouicus Molin. *de iuſtitia, & iure tract. 2. diſp. 426. n. 17.* dicens in hoc caſu dominium rei omnino in ipſum maritum tranſire.

78 Quod ſi in contractu dotali ipſi vxori eſſet conceſſa electio rei æſtimatæ in dotem datæ, vel æſtimationis, tunc maritus ſine conſenſu vxoris non poſſet alienare rem dotalem, vt dicitur *d. l. quod ſi fundus*, & tradunt Couarruuias *d. verſ. ſed &*, Molina *d. diſp. 426. d. n. 17.* & Rebellus *d. q. 2. n. 11.* & id etiamſi res eſſet mobilis (licet alioqui alienabilis per maritum, iuxta tradita *ſupr. num. 55.*) addit Rebellus argumento *d. l. quod ſi fundus*, quæ etſi loquitur in re immobili, ſcilicet in fundo dato in rem æſtimato, cum illa electione fundi æſtimati, vel illius æſtimationis vxori tributa: nihilominus ne alioqui ſit in mariti poteſtate priuare vxorem alternatiua illi tributa debet procedere etiam in re mobili non conſiſtente in numero, pondere vel menſura: in hoc enim caſu periculum rei pertinebit ad maritum, ſi re facta deteriori, etiam ſine mariti culpa vxor elegerit æſtimationem, ſicuti & augmentum erit ipſius mariti, ſi res effecta eſſet pretioſior vxorem eligente æſtimationem, ſi vero vxor elegerit rem ipſam, augmentum, & damnum quod vere abſque culpa mariti ſaltem leui cõtigerit erit ipſius vxoris iuxta *d. l. plerumque*, ita Couarruuias *d. n. citato, verſ. ſed &*, Molina, & Rebellus *locis citatis*. Aduertit autẽ Couarruuias quod ſi augmentum ſeu meliorationes rerum dotalium euenerit, ſeu euenerint opera, & impenſis mariti tenebitur vxor eaſdem impenſas ipſi marito, eiuſve hæredi ſoluere, quia hoc non tollitur per illud pactum, ſeu illam alternatiuã mulieri tributam in reſtitutione dotis eligendi res ipſas in dotẽ datas æſtimatas, vel earum æſtimationem.

Si verò in contractu dotali ſimpliciter dictũ ſit, quod res æſtimata in dotẽ data, vel eius æſtimatio reſtituatur & expreſſe nec viro, nec vxori tributa ſit electio, mariti erit electio reſtituendi rem, vel æſtimationem, vt expreſſè habetur *dicta leg. plerumque, paragrapho fin. ff. de iure dot.* nam [inquit textus] *cum illa, aut illa promittitur rei (ſcilicet debitoris) electio eſt, vtrum præſtet*: ita etiam Molina, & Rebellus *locis citatis*, Fontan. *d. p. 16. n. 67. & 68.* & communiter Doctores, quorum plures refert idem Fontanella. Regula enim eſt, quod in alternatiuis electio eſt debitoris quod velit reſtituere. Regula in alternatiuis, *de reg. iur. in 6.* ac proinde non debet maritus eſſe cæteris deterior. De prædicta autem regula plura tradunt Doctores à Fontan. *d. n. 68.* allegati, ipſemet *à d. n. 68. cum plurib. ſeqq.* & Auguſt. Barboſa *Collect. ad d. reg. in alternatiuis.*

Prædicta de dote inæſtimata, & æſtimata, cum verè ſæpe contingat bona marito in dotem data, tam æſtimata, quàm inæſtimata ab eodem marito euinci, oportet explicare, an & quando maritus poſſit agere de euictione contra dotantem, quando bona ſibi in dotem data, vel eorum aliqua à tertio euincuntur, pro qua re ſit caput decimumſeptimum.

CAPVT XVII.

An, & quando maritus poſſit agere de euictione contra mulierem, vel alium, quæ vel qui (ſiue mulieris pater, ſiue extraneus) qui dotem in bonis ſtabilibus, aut mobilibus, aut ſe mouentibus conſiſtentem dedit, vel promiſit, quando eadem bona omnia, vel ex eis aliqua ab aliquo tertio euincuntur ab eodem marito.

SVMMARIVM.

Si res in dotem à muliere, vel eius patre, aut ab extraneo data ſit in dotem æſtimata, ea euicta dotans tenetur de euictione, ſi maritus ignorauit eſſe rem alienam, ſecus ſi ſciebat, & accepit, numero 2. & 3.

Euicto fundo dato in dotem æſtimato, an ſoluto matrimonio mulier poſſit agere contra maritum ad æſtimationem, vel maritus poſſit, & teneatur ei cedere actionem, num. 4. & 5.

Si res à muliere data in dotem euincantur, an teneatur ad duplum, n. 6.

Totum id, quod maritus conſequutus fuerit à muliere, vel eius patre, aut ab extraneo dotante, tenetur ſoluto matrimonio reſtituere vxori, deductis expenſis, numero 7. & 8.

In contractu dotis regulariter non venit promiſſio defenſionis, ſeu euictionis, n. 11.

Conſulitur, vt mulier, & maritus in contractu dotis apponant expreſsè pactum, quod dotans teneatur de euictione, n. 12.

Vbi res dotales data ſunt in dotem ineſtimata, nec expreſsè cautum eſt de euictione, in caſibus, in quibus marito permiſſum eſt contra dotantem agere de euictione, non poteſt agere ad æſtimationem intereſſe ad inſtar emptoris, ſed ad reſarciendum damnum fructuum, n. 13.

Quid ſi dolus interuenerit ex parte dotantis, qui ſcienter rem alienam dederit. n. 14.

Euicta re dotali data inæſtimata, cum in contractu dotali certa quantitas ſuit promiſſa, poteſt maritus agere ex promiſſione, quaſi dos non fuerit ſoluta, numero 13.

Speciale eſt in dote, quod ſi pro pecunia detur ſpecies, ſeu

res

res particularis, quæ euincatur, maritus agere poſſit primeua actione, ſecus ſecluſa dote, ibid.

Datio, ſeu traditio rei dotalis dari an poſſit, quam non præceſſerit dotis, ſeu rei promiſſio. n. 15.

Donator re donata euicta tenetur de euictione, ſi donatio incipiat à promiſſione rei; non tenetur, ſi incipit à traditione; & quæ ſit ratio diuerſitatis. n. 16.

Dotis datio, & donatio quando dicatur incipere à traditione rei, & non à promiſſione. n. 17.

Verba, efficit, donauit, tradidit, appoſita in contractu dotis, & donationis, ac venditionis non induunt traditionem rei, niſi res fuiſſet præſens, ſed induunt licentiam impediendi poſſeſſionem authoritate propria. n. 17.

Per verba, dedit, tradidit, etiamſi res eſſet præſens non transfertur dominium niſi transferri inter partes conuenerit.

Si in inſtrumento dotali dictum eſſet, quod mulier affert in dotem mille aureos futuro ſuo marito, quæ de præſenti ei tradidit, probaretur traditio, ibid.

Si in inſtrumento dotationis, vel donationis de re immobili apponatur clauſula conſtituti, donatio, & dotatio diceretur incipere à traditione, n. 18. ad finem.

Quando dos incipit à promiſſione rei dotalis, & poſtea res tradita euincitur, dotans tenetur de euictione, num. 19.

Vbi incipit à traditione rei, ea euicta dotans ſi ſit extraneus, vel ipſa mulier, non tenetur de euictione, n. 20.

Quid ſi pater mulieris, vel alius obligatus dotare dotem dederit, quæ inceperit à traditione, an teneatur de euictione, referuntur plures opiniones, num. 22. & duobus ſequent.

Vbi donatio eſt ob cauſam, ſiue incipiat à traditione rei, ſiue à promiſſione, re donata euicta donator tenetur de euictione, num. 23.

Donationes, quæ pro dote à parentibus fiunt, non ſunt meræ donationes, & titulus lucratiuus, n. 23.

Vbi re dotali euicta dotans non tenetur de euictione, maritus poſſet per indirectum agere contra mulierem, ſi ipſa ſit diues, vt cogatur nouam dotem ſibi conſtituere, n. 24. & 25.

1 DE hac re agunt ſcribentes *in l. quoties 17. ff. de iure dotium, & in l. 2. Cod. tit. eodem.* P. Barboſa, *in l. ſi æſtimatis, n. 14. verſ. 5. & vltim. ad n. 21.* Gomez *var. tom. 2. c. 11. n. 37.* Montanus *deciſ. 13.* Cancerius *var. tom. 3. cap. 4. à num. 4.* Fontanella *de pactis nuptial. clauſula 5. gloſſ. 8. part. 13. num. 23.* & latiſſimè *part. 14.* Auguſtin. Barboſa *collect. ad leg. 1. Cod. de iure dotium,* Surdus *de alimentis tit. 7. quæſt. 20. num. 25. & ſeqq.* & alij Iuriſperiti à Fontanella, & Auguſtino Barboſa relati, & ex Theologis Ludouic. Molina *de iuſt. & iur. tract. 2. diſp. 252. n. 6. & ſequentibus, & diſput. 427. num. 2.* Rebellus *de obligationibus iuſtitiæ part. 2. quæſt. 15.*

§. I.

Quando mulier vel alius, ſiue pater, vel extraneus tradidit marito in dotem res immobiles, vel mobiles æſtimatas æſtimatione faciente tacitam emptionem & venditionem, & eadem res à tertio euincuntur, an & qua ratione maritus contra dotantem poſſit agere de euictione.

2 CErta concluſio eſt, quod à marito euictis, ſeu ablatis rebus ſibi in dotem datis æſtimatis æſtimatione faciente venditionem, dotans tenetur (licet in traditione, ſeu contractu dotali, nihil de ea ſit dictum) de euictione, præſeruaréque maritum indemnẽ, qui proinde poteſt de euictione agere; contra mulierem ſi ipſa dotem conſtituit *lege quoties 17. ff. de iure dotium;* & contra patrem mulieris, vel extraneum, ſi per patrem & extraneum fuit dos conſtituta, & tradita, *lege prima, Codice de iure dotium,* & communiter Doctores in dicta iura ſcribentes, Gomez *dicto capite vndecimo, numero 37.* P. Barboſa *in dicta lege æſtimatis dicto numero 14.* Franciſcus Molinus *de ritu nupt. lib. tertio, quæſt. 57. numero 42.* Fontanella *dicta parte 13. numero 23. & dicta parte 14. numer. 1. & num. 32.* Auguſtinus Barboſa *d. collect. ad d. legem 1 num. 2. Cod. de iure dotium,* Ludouicus Molina *d. diſp. 427. numero 2.* Rebellus *d. q. 11. n. 1. & 2.* & alij apud eoſdem: qui omnes loquũtur ſiue dos, ſiue dotatio inceperit à traditione rerum dotaliũ, ſeu à promiſſione. Ratio eſt, quia quãdo in dotem dantur res prædicto modo æſtimatæ, cenſetur inter partes contracta venditio (vt *capite præcedenti* probatum eſt) ſicut in vera venditione venditor tenetur de euictione, etiamſi nihil de ea inter contrahentes ſit cautum, nec in venditione fecerit promiſſionem defenſionis, *l. in vendendo, ff. de contrahenda emptione l. 2. ff. de euict. & l. non dubitatur, Cod. eodem titulo:* vnde vendens nomen debitoris tenetur præſtare quod ille ſit debitor, quamuis non ſit ſoluendo *lege ſi nomen ff. de hæred. act.* vbi Baldus dixit, quod tenetur facere bonum de iure, ideſt quod ſit obligatus, ita mulier, vel ſocer, aut extraneus datis in dotem marito rebus æſtimatis, quæ poſtea euincantur à marito, tenetur de euictione, licet de ea in contractu dotis nihil ſit dictum: quare maritus actione ex empto poteſt contra vxorem agere ad intereſſe *dicta lege quoties,* & ſimiliter cõtra ſocerum, & extraneum, qui res æſtimatas dedit in dotem, illis poſtea euictis *d. l. 1. Cod. de iure dotium,* & præfati Doctores.

Ad hoc autem vt maritus admittatur ad agendum de euictione, oportet ignorare rem dotalem eſſe alienam, nam ſi ſciret rem dotalem traditam eſſe alienam indiſtinctè, non poterit agere de euictione, niſi de ea ſtipuletur *lege ſi à matre Cod. de iure dotium, & lege ſi fundum Cod. de euict.* Iaſon §. *fuerat, numero 34. inſtit. de act.* P. Barboſa *in dicta lege ſi æſtimatis numero 20. verſ. & tenebis,* & Auguſtinus Barboſa *ad dictam leg. ſi à matre, numero ſecund.* Per quem textum etiam Gomez *var. d. tom. ſecund. cap. 2. num. 43. in principio, verſ. ſeptimus,* tenent quod emptor qui ſcienter emit rẽ alienam, ſi ab eo fuerit euicta, non agit de euictione, imo nec ad pretium, niſi expreſſe ſibi cautum fuerit de euictione *l. ſi fundum, Cod. de euict.* quid autem quando vir ante contractum matrimonij acceptat in æſtimationem dotis nomẽ debitoris à muliere futura vxore, ſciẽs non eſſe ſoluendo an præſumatur donare, explicatum eſt *ſupra capite 8. num. 24.* quando vero maritus ignoranter accipit in dotem rem alienatam traditã à muliere ſiue ſciente, ſiue ignorante eſſe alienam, quænam inde ſequantur late traditum eſt *ſuprà cap. 15. à n. 5.* 5

Euicto fundo dato in dotem æſtimato, an ſoluto matrimonio mulier poſſit agere contra maritum ad æſtimationem, vel maritus ei teneatur cedere actionem.

Vtrum verò ſi fundus æſtimatus à patre mulieris datus in dotem, per creditorem eiuſdem patris ratione hypothecæ fuerit euictus à genero, poſſit ſoluto matrimonio mulier quæ patris hæres non extitit agere contrà maritum ad æſtimationẽ fundi ſoluendam. Reſpõdit Iureconſultus *in lege Manla, §. ſimul, ff. ſoluto matrimonio* 4

monio non poſſe eidem mulieri petenti æſtimationem obſtare dotis exceptionem, quia mulier dotem habere videtur ex cauſa lucratiua *l.fin.* §.1. *ff. quæ in fraud. credit.* authoris autem dolus ſolet nocere particulari ſucceſſori ex cauſa lucratiua *l.apud Celſum* §. *ſi quis autem ff.de doli exceptione*, ex quo fit vt mulier agere contra maritum poſſit etiam ceſſante dolo partis, cum ſatis ſit quod quæ agat ex contractu celebrato per authorem, ei obſtet exceptio quæ authori obſtaret, vt alios allegans P. Barboſa *d.num.*14.

5 Vtrum etiam maritus valeat, & teneatur poſt ſolutum matrimonium cedere mulieri actionem, quæ ſibi competebat contra ſoceri hæredes, vt contra eoſdem ipſa agere poſſit: Affirmarunt Gloſſa, & Baldus *in d. l. Mania*, §. *fin. verbo obeſſe*, per textum *in lege ſi ſocer*, §.*huius ff.ſoluto matrimonio*, & *in lege in credutore ff. de euictione*: Negarunt Aretinus, Bartolus, & Romanus *in d. lege Mænia* §. *fin.* eo quod maritus poſt ſolutum matrimonium non poſſit agere de euictione cum ſua non interſit, eo quod res euicta apud ipſum remanere nequeat, & in actionem quam non habet cedere non poteſt *lege ſi procuratorem* §. *ſi liber homo fine ff. mandati*. Petr. Barboſa *dict.num.*14. diſtinguens reſpondet quod vel maritus vult ſoluere æſtimationem fundi mulieri, & ipſe agere poteſt de euictione propter proprium intereſſe *lege ſed etſi ff. de euictionibus*, & ſic ceſſat quæſtio, verum teneatur cedere actionem vxori, cum iam ei ſatisfactum ſit per ſolutionem æſtimationis: vel non vult maritus æſtimationem ſoluere opponendo exceptionem doli iuxta *d.l.Mænia* §.*fin.* & cum tunc nullum poſſit prætendere intereſſe propter euictionem, nec actionem, inquit Barboſa, quam non videtur habere, poteſt cedere. Cum generale ſit, vt actio alicui competens extinguatur, ſi ex poſtfacto ceſſet intereſſe *in legem Rhodiam de iactu*. Bartolus & Iaſon *in lege ſi quis cautio*: ſolum ergo iuxta prædicta conſtante matrimonio maritus poteſt agere de euictione, vel etiam vti remedio *l. creditor*, §.*prædium ff. de act. empt.* vbi Caſtrenſis *fine*, non vero ſoluto matrimonio.

Si res mulieri data in dotem æſtimata euincatur, an mulier teneatur promittere, & ſoluere duplum.

6 Cæterum cum venditio quæ inducitur per æſtimationem rerum dotalium non ſit ſimpliciter venditio, ſed ſit reſtricta ad cauſam dotis vt *ſuprà n.*4. notatum eſt, Doctores præter alias differentiam præſertim quoad hanc materiam euictionis notant eandem venditionem differre à ſimplici venditione prout ſequitur. Et quidem primo quia licet in contractu ſimplicis venditionis, & emptionis ſi res vendita ſit vbi res prænota eſt venditor cogatur duplum promittere in caſu euictionis, *lege emptori duplum cum ſimilibus ff.de euictionibus*, tamen mulier, ſiue alius dotans, qui vel quæ fundum æſtimatum tradit etſi pretioſum regulariter non tenetur cogiturve duplum promittere, vel ſoluere, niſi expreſſè de duplo ſoluendo cautum ſit in caſu euictionis: ita per textum *in lege non ſolum*, Baldus Nouellus *de dote part.*7. *priuil.* 23. Neuizanus *in ſylua nupt. lib. ſecundo num.*72. *verſ. limitat ſeptem.* Baldus Nouellus, Franciſcus Molinus *d. quæſt.*57. *num.*41. Gregorius Lopez à Petr. Barboſa *in dicta lege ſi æſtimatis num.*16. relatos, & Rebellus *dict.q.*11. *num.* 5. verba *d. l. non ſolum infra* referuntur, quamuis P. Barboſa *dict. num.*16. huiuſmodi differentiam non reputet probabilem, dicens non probari *d. l. non ſolum*, ſi benè expendatur, dicit enim quod lex illa ſentit quod ſi fundus fuerit æſtimatus, quia tunc celebrata cenſetur venditio, mulier tenetur duplum promittere, vbi autem fundus eſt datus in dotem non æſtimatus, tunc generaliter mulier non tenebitur duplum promittere ſi tamen eam promiſerit, id quod ab vxore acceperit maritus (vt numero ſequenti dicitur) tenebitur illi reſtituere poſt ſolutum matrimonium, verum non apparet quod ſentiat id quod dicit Barboſa, potius quam quod alij Doctores tradunt, & ab eorum ſententia, cum ſint numero plures & graues, non videtur recedendum.

Omne id quod maritus ex cauſa euictionis conſecutus eſt à muliere, vel à patre, vel extraneo dotante tenetur ſoluto matrimonio reſtituere vxori, deductis ſumptibus.

Secundo licet in vera venditione emptor id quod habet, ſeu adipiſcitur ex cauſa euictionis, ſeu agendo de euictione contra venditorem efficaciter apud ſe retineat, *tot. tit. ff. de euictionibus*, nihilominus id quod maritus conſtante matrimonio ex cauſa euictionis rerum dotalium æſtimatarum conſecutus eſt agendo de euictione contra mulierem, tenetur eidem mulieri reſtituere: Ita habetur *d. l. quoties, ff. de iure dot.* cuius verba ſunt: *Quoties res æſtimata in dotem data, euicta ea virum ex empto contra vxorem agere, & quidquid eo nomine fuerit conſecutus dotis actione, ſoluto matrimonio ei præſtare oportet: quare etſi duplum fortè ad virum peruenerit, id quoque ad mulierem redigetur, quæ ſententia habet æquitatem, quia non ſimplex venditio ſit, ſed dotis cauſa, nec debeat maritus lucrari ex damno mulieris, ſufficit enim maritum indemnem præſtari, non etiam lucrum ſentire.* Cum autem dicta lex loquatur quando maritus ex cauſa euictionis aliquid conſecutus eſt, illud ab ipſa muliere recuperauit agendo contra de euictione, quaſi ipſa videatur eſſe in damno: ſecus foret dicendum ſi intereſſe ab extraneo, vel à patre mulieris qui dotem dederit maritus recuperaret ex cauſa euictionis, quia tunc ceſſat ratio dictæ legis poſt Bald. Nouell. *de dot.p.*7. *priu.*40. & Gregorium Lopez *in l.*18. *tit.*11. *p.*4. *gloſſa* 3. ſentit P. Barboſ. *n.*15. At contrarium, ſiue dos data ſit ab vxore, ſiue ab eius patre, ſiue ab extraneo, reſtituendum eſſe mulieri ſoluto matrimonio totum intereſſe, quod maritus pro re dotali euicta conſecutus fuerit agendo contra dotantem, tenent Angel. *in l.& vbi n.*1. *ad finem, ff. de petit. hæred.* & Cremenſis *ſingul.* 68. à P. Barboſ. *d.n.*15. relati, & rectè quia non apparet ratio maior in vno quàm in alio caſu. Ratio enim ob quam dicta lex, quoties, dicit mulieri eſſe reſtituendum id quod nomine præfatæ euictionis maritus ab ea habuit, eſt quia non interuenit ſimplex venditio, ſed dotis cauſa, cum res in dotem æſtimatæ dantur, nec debeat maritus lucrari ex damno mulieris, ſed ſufficit quod indemnis ſeruetur, non verò lucrum ſentiat. Quæ ratio etiam militare videtur quoad patrem, & quemcumque alium extraneum, qui dotem dedit, & maximè quia qui dotem dat tenet ſe ex parte mulieris dotatæ, & pro ea, & gratia eius dotem marito dat, & ad ipſius mulieris patrimonium poſt dationem ſpectat niſi aliud pactum ſit, vt *ſup.c.*1. & 2. probatum eſt. Et ita nulla videtur adeſſe differentiæ ratio inter vtrumque caſum. 7

Siue autem à muliere ſiue ab eius patre, vel extraneo ex cauſa euictionis maritus aliquid acceperit non tenetur reſtituere niſi illud quod habet tanquam lucrũ, ſcilicet deductis ſumptibus quos in ſupportandis oneribus matrimonij de ſuo fecit, ita quod illo compenſetur totum damnum quod paſſus eſt ob euictionem talis rei, vt apertè colligitur ex adducta ratione dictæ legis quoties, & tradunt omnes prætallegati Doctores. 8

§. II.

§. II.

Quando res, ſiue immobiles, ſiue mobiles datæ ſunt in dotem marito inæſtimatæ, vel æſtimatæ æſtimatione non efficiente venditionem, & conſtante matrimonio earum aliquæ, vel omnes euincuntur à marito, an maritus poſſit contra dotantem agere de euictione.

9 MAteriam hanc quæ non valde clarè, & diſtinctè à Doctorib. enodatur, vt quantũ licuerit minus confuſe explicem, ponam prius verba *l.1.C.de iure dotium*, quæ tota eſt hac de re: deinde notabo & examinabo (quatenus opus fuerit) à Doctoribus de hac materia euictionis competentis vel non competentis marito, vbi res dotales inæſtimatæ ab eo euincuntur.

10 Verba *dict.leg.1.*ſunt: *Euicta re quæ fuerat in dotem data, ſi pollicitatio, vel promiſſio fuerit interpoſita gener contra ſocerum, vel mulierem ſeu heredes eorum condictione, vel ex ſtipulatione agere poteſt; ſin autem nulla pollicitatio vel pomiſſio interceſſerit poſt euictionem eius, ſi quidem res æſtimata fuerit, ex empto competit actio, ſi vero hoc non eſt factum, ſi quidem bona fide eadem res in dotem data eſt, nulla marito competit actio: dolo autem dantis interpoſito, de dolo actio aduerſus eum locum habebit, niſi à muliere dolus interpoſitus ſit; tunc enim ne famoſa actio aduerſus eam detur; in factum actio competit, ita d.l.1.*

Ex quo textu iuris interpretes (vt P. Barboſa *in d.leg. ſi æſtimatis, numero 16. verſ. ſed quid, ff. ſolut. matrimonio*, & Auguſtinus Barboſa *in d. leg. 1.* notant eos latè referentes) formarunt hanc concluſionem, ſcilicet quod quando conſtitutio dotis in re aliqua conſiſtentis incipit à datione, ſiue traditione rei dotalis, ſi illa euincatur, maritus contra dotantem non poteſt agere de euictione; ſi verò incipit à promiſſione rei, & ea res poſtea tradita marito euincatur, tunc maritus poteſt agere de euictione.

In contractu dotali regulariter non venit promiſſio defenſionis, ſeu euictionis.

11 Hinc alia ſtatuitur concluſio, nempe quod in contractu dotis de ſui natura non venit regulariter & indiſtinctè promiſſio aliqua defenſionis, ſeu euictionis, ſicut in emptione, & venditione, niſi ſpecialiter, & expreſsè promittatur, ſeu maritus de ea expreſsè ſibi cauerit: ita vltra alios Gomez *var. tom. 1. cap. 2. num.3.* Surdus *de alimentis tit. 7. quæſt. 20. num. 29.* Montanus *d. deciſ. 13.num. 35.* Couarruuias *d. cap. 4. num. 11. fin.* & alios allegans Fontanella *d. p. 14. num. 2. & 3.* Rationem poſt Albericum *in d. leg.1. num. 9.* afferunt Gomez, & Surdus, & Fontanella, ſcilicet quod contractus dotis etiam ex parte mariti non eſt ita oneroſus; quia in emptione, & venditione interuenit pretium loco rei; iuſtum autem non eſt, quod emptor re euicta careat & pretio, ac proinde merito agit de euictione; & ſi replicetur quod maritus ſimiliter eſt in damno, quia euicta re dotali ſuſtinebit onera matrimonij ſine dote. Reſpondet Gomez, & poſt eum Fontanell. (& approbat etiã alios allegans Montanus *d. num. 31.* circa medium) quod non euincitur principale, hoc eſt perſona vxoris, qua fruitur maritus, & matrimonium bene ſtare poteſt, & eſſe ſine dote, & tenetur maritus ad onera matrimonij, vt in præcedentibus, præſertim *cap.8.* probatum eſt.

Conſulitur vt mulier & maritus in contractu dotis apponant expreſsè pactum, quod dotans teneatur de euictione.

Ex quibus infertur ad euitandas contentiones & lites quæ in hac materia euictionis, quandonam maritus euictis rebus dotalibus in dotem datis inæſtimatis agere contra dotantem poſſit de euictione, infertur inquam optimum cõſilium, vt in contractu dotis mulier & maritus de euictione caueri expreſſe faciant: quando enim de euictione expreſſim eſt cautum, prouiditve ſibi maritus, tunc nulla diſtinctione, ſi dos incipiat à promiſſione rei, vel traditione, ſemper maritus admittetur ad agendum de euictione ad inſtar emptoris. Ita P. Barboſa *in d. l. ſi æſtimatis, num.19. verſ. cæterum maritus*, & *num.28. verſ. & ex his colliges*, Cancerius *d. cap.4. num.20. verſ. vel niſi*, Auguſtinus Barboſa *in d. l. 1. num.5.* Fontanella *d. p 14. num. 6.* & plurimi alij Iuriſperiti relati ab iiſdem, præſertim ab Auguſtino Barboſa, & Fontanella. Confirmatur quia vbi quis emit ſcienter rem alienam, habet in eius fauorem locum euictio, quando ſpecialiter, & de ea cautum eſt, *l. ſi fundum ſciens, Cod. de euict.* Fontanella *d. n.6. fine*, & P. Barb. & alij Doctores relati *ſuprà n.42.* 12

Vbi res datæ ſunt in dotem inæſtimatæ nec expreſſe cautum eſt de euictione, in caſibus in quibus marito permiſſum eſt contra dotantem agere de euictione, non poteſt agere ad æſtimationem, & intereſſe ad inſtar emptoris, ſed reſarciendum damnum fructuum, & quid ſi dolus interuenerit ex parte dotantis.

Porrò aduertendum eſt, quod vbi res datæ ſunt in dotem inæſtimatæ, nec cautum eſt expreſſe de euictione, ſeu dotans non facit promiſſionem defenſionis vel euictionis, &, illis à marito euictis iuxta *leg. 1. Cod. de iure dotium*, poſſit maritus agere contra dotantem de euictione, ſi dationem rei in dotem præceſſerit promiſſio eiuſdem (de quo infrà) non eodem modo poteſt agere de euictione maritus ſicut poteſt emptor re empta euicta agere contra vendentem, ſeu venditorem, prout P. Barboſa *in d. leg. ſi æſtimatis, num. 19. verſ. pro concordia*, & poſt eum Rebellus *d. quæſt. 11. num. 7.* Nam vbi facta eſt vera venditio, emptor re euicta quamuis nihil cautum ſit de euictione, agit non ſolum ad ſimplum, ſeu æſtimationem rei euictæ *leg. ſi in venditione, ff. de euictionibus*, ſed etiam ad intereſſe iuxta naturam actionis ex empto *l. 2. ff. de euictionibus empt.* At vero vbi ei in dotem datæ ſunt res inæſtimatæ, vel æſtimatæ æſtimatione non faciente venditionem, cum non ſit effectus ſimpliciter dominus rerũ dotalium, ſed ſolum quoad fructus (vt præcedenti paragrapho probatũ eſt) & alios effectus eodem §. commemoratos; ſi res dotales euincantur, cum res ſimpliciter non ſint ſuæ (vbi non ſibi cauit expreſſe de euictione) non poteſt agere de euictione prædicto modo, ſcilicet ad rei æſtimationem, & ad intereſſe; poteſt tamen agere de euictione hac ratione, ſcilicet poteſt agere vt reſarciatur damnum fructuum, quibus caruit propter euictionem rei dotalis, iuxta *leg. mater cum filia, ff. de iure dotium*, cum ipſe maritus ſuſtinuerit onera matrimonij, quæ loco pretij habentur, *leg. ex promiſſione, ff. de action. & obligation.* procedit regula *leg. ſi ex empto, paragrapho final. ff. de act. empt.* per quam maritus ſeruari debet indemnis. Qui tamen agendi 13

agendi modus non eſt vere, & proprie ex euictione cum marito non ſoluatur, ſoluíve debeat ſimpliciter rei æſtimatio, neque etiam intereſſe,ſed tantum conſideratur quantitas fructuum amiſſorum, & hoc tantum dãnum ſit reſarciendum. Vnde licet vxor habeat actionem euictionis aduerſus illum,qui ei vendidit rẽ dotalẽ euictam,iuxta *l.ſi pro re pupilli,ff.de euictionibus*,tamen marito non tenebitur reſarcire niſi damnum quod paſſus eſt,iuxta *l. quoties,ff.de iure dot. ex quibus l.pater filia ff.de iure dot.*quatenus dicit, vbi res dotales æſtimatæ non ſunt, non poſſe maritum contra ſocerum agere de euictione,venit intelligenda, vt non poſſit agere ad inſtar emptoris ex vera euictione, ſcilicet ad rei æſtimationem,& intereſſe, non verò quod non poſſit agere, vt ſibi reſarciatur damnum fructuum, vt idem P. Barboſa notat *n.29.* iuxta prædicta etiam *l.non ſolum ff. de iure dot.*eſſe intelligendam ait idem P.Barboſa,quatenus dicit quod vbi dos eſt inæſtimata, non tenetur mulier duplũ promittere ratione euictionis, ſcilicet quia tenetur tantum reſarcire damnum mariti. Addit idem Barboſ.*eod.n.20.*quod euicta re dotali data inæſtimata,cum in contractu dotali certa quantitas fuit promiſſa,poſſe maritum agere ex promiſſione,quaſi dos ſibi nunquam fuerit ſoluta,& affert rationem, quia ſpeciale eſt in dote, quod ſi pro pecunia datur ſpecies, ſeu res aliqua particularis quæ euincatur, poſſit maritus agere prima actione, ac ſi nihil fuiſſet datum, *l.qui res in principio ff. de ſolutionibus, & liber.* & ibi Bartolus, & Bald. & Boerius *dec.337.num.2.*& alios allegans Fontanella *de pactis nupt.d.p.14.n.89.& 90.*ſecluſa enim dote, quando ſpecies, ſeu res aliqua datur pro pecunia debita,is qui tradit implet totam obligationem, & non agitur actione primæua, cum ſit innouata, & perempta, ſed vtili ex empto, *l.ſi prædium, C.de euictionibus*, vbi dicitur quod huiuſmodi contractus dationis in ſolutum vicem venditionis obtinet. Ex traditis quoque idem P.Barboſa *d. n.20. verſ.colligitur*,& textus *in d.l.1. Cod. de iure dot. & in l.cum poſt §. cum res ff. de iure dotium*, dicentes quod vbi res dotalis non eſt æſtimata, & euicta eſt,maritus non poteſt agere de euictione, niſi dolus mulieris, vel ſoceri interueniat, intelligendos eſſe ait, quod ceſſante dolo, maritus non poteſt agere de euictione, nempe ad eum modum,quo agit emptor, & poſſet agere ſi res data fuiſſet æſtimata (quo caſu agit ad inſtar emptoris, vt dictum eſt) poterit tamen agere vt ſibi damnum reſarciatur, cum ſuſtinuerit onera matrimonij.

14 Quod ſi dolus interueniat, quia mulier vel eius pater,vel extraneus ſcintes rem alienam in dotem dẽt,tametſi dos incipiat à traditione, tunc dotãs erga maritum tenetur actione de dolo ad æſtimationem, & intereſſe rei euictæ,& ad ſumptus, & expenſas factas in ea,iuxta *d.l.1.C. de iure dot. & d.§. cum res,& §. præterea,Inſtit de act.* Et tradunt Doctores communiter,Offredus *in d.l.1.n.2.& 8.ibid.*Cynus *n.2. & 4.*Bald. *n.1.* Salicetus *n.1.& 4.*quos Gomez *d.c.2.n.37.* refert,idem Gomez *ibid.*Montan.*d.dec.13.n.17.*P.Barboſa *d.nu.20. verſ.ſi autem*, Cancer. *d.c.4.n.20.* Fontan. *d.p.14.n.33.* Aug.Barboſ. *collect. ad d.l.1. n.4. C.de iure dot.* Ludou. Molina *d. diſp.427.num.2.* & alij ab Auguſt. Barboſa, & Fontanell.relati. Aduertendum tamen,quod ſi vxor ipſa rem alienam doloſe in dotem dederit, aduerſus eam non datur actio de dolo(vt dicitur *d.l.1.fine*) quia eſt infamatoria, *l.1. ff.rerum amotarum*, ſed datur actio in factum,vt *ead. leg.prima.*

Dari an poſſit dotatio, quam non præceſſerit dotis promiſſio.

Cum etiam reſolutio in hac materia iuxta *d.l.1.C.de iure dot.*& Doctores cõmuniter ſupponãt illam diſtinctionẽ inter dotationem incipientem à promiſſione rei, & dotationẽ incipientẽ à traditione rei dotalis,oportet prius explicare,an poſſit dari dotatio per ipſammet rei dotalis traditionẽ, nulla præcedẽte promiſſione dotis, ſaltẽ tacitã,videtur enim id impoſſibile,quia nulla omnino præcedẽte promiſſione dotis,per ſolã dationẽ nõ transfertetur dominiũ,*l.nunquam nuda, ff.de acquirendo rerũ dominio. Nunquã nuda*,inquit textus, *traditio transfert dominium, ſed ita ſi venditio, aut alia iuſta cauſa præceſſerit propter quam traditio ſequeretur.* Præfatam tamen diſtinctionem omnino ſuſtinẽdam rectè explicat P Barboſ.*in d.l.ſi æſtimatis,n.17. verſ.non eſt omittendum,& n.18.*hoc pacto,ſcilicet,quod ſemper prius præcedit conuentio de contrahendo matrimoniũ, & ideo non cenſetur dos promiſſa, ſine qua matrimonium conſiſtere poteſt *l.fin. C. de dotis promiſſione & ſup.c.1. & 8.*latè probatum eſt.Quapropter ſi contracto matrimonio ſocer quaſi præueniens futuram cõuentionem, ſeu futurum tractatum de dote,dicat ſe tradere nomine dotis talia bona, & maritus acceptat, in his terminis [inquit Barboſa] optimè verificatur præfata communis diſtinctio,nam cum ſocer tradendo habuerit animum ſe liberãdi, *Inſtit.quibus modis re contrahitur in prin cipio.* Et tali actu contra intentionem nõ debuit induci dotis promiſſio, ſed imo tacite debet cenſeri excluſa propter ſolutionem,ſeu traditionem,id quod notauit Bald. *in d.l.1.num.5. Cod. de iure dotium*,& nihilominus per dationem transfertur dominiũ, cum ſatis ſit præceſſiſſe matrimonium conuentum, vt ratione illius ex prædicta datione tranſlatum cenſeatur dominium. Ratio autem dubitandi ſumpta *ex d.l. nunquam nuda*, tollitur ex differentia quæ eſt inter ſimplicem venditionem,& eam quæ fit ex cauſa dotis(vt pariter aduertit P.Barboſa *n.18. ver. item ex prædictis*) nam regulariter cum dos et eo quod non eſt de ſubſtantia, vel natura matrimonij, vt dictum eſt,poſſit bene conſtitui poſt matrimonium contractum,ideo in ea poteſt diſtingui datio, ſeu traditio à promiſſione rei, non autem ſic in ſimplici venditione,de cuius ſubſtantia eſt, vt res interueniat, *l.neque emptio,ff. de contrahenda empt.* & etiam pretium,*§.pretium, Inſtitu. de empt. & vend.* atque adeo non eſt venditio,in qua non præcedat conuentio de re tradenda,& pretio certo ſoluendo *l.emptio, ff. de act. empti*,& conſequenter in ea non poteſt diſtingui datio à promiſſione, & ſic ſemper agetur de euictione re vendita euicta ab emptore : ita Barboſa addens eſſe etiam de mente Alberici *in d.l.1.n.1.* & Baldi *ibid.n.7.* 15

Donator re donata euicta tenetur de euictione,ſi donatio incipit à promiſſione rei,ſecus ſi à rei traditione. Et ratio diuerſitatis.

Doctores quoque agentes an donator re donata donatario euicta teneatur de euictione, communiter admittunt præfatã diſtinctionem,vt ſi donatio incepit à promiſſione rei,quam donatarius acceptauerit,re euicta tenetur donator de euictione; ſi verò donatio incepit à traditione rei, & poſtea euincatur, non teneatur donator de euictione, niſi doloſè, & ſcienter rem alienam donaſſet,ita communiter Doctores, quos allegant & ſequuntur Gomez *d.c.2. n.23.* Montanus *dict. deciſ.13.n.27.& ſeq.*Couarr.*d.c.4.n.20.& 22.*Martinus Coler.*deciſ.German.14.* Fontanella *d.p.4. n.38.* & Ludouicus Molina *de iuſt.& iur.tract.2. diſp.252.n.7. & duobus* 16

duob. ſeq. quamuis minus recte, & abſque fundamento Emanuel Suarez à Ribera *in annot. ad d. cap.* 2. Gomez litera *O*, dicat eſſe cõmentitiam, inanem, & futilem, quia non apparet ratio, inquit, cur qui promiſit ſe donaturum grauius duriuſque detineatur quam qui ſtatim rem donauit. Sed optimas rationes cur in primo caſo donator non teneatur de euictione, teneatur verò in ſecundo afferunt Gomez, Montanus, Couarruuias, & Martinus Coler. Gomez enim tradit quod quando donatio incipit à promiſſione rei, & poſtea tradita eſt donatio, donator per eã promiſſionẽ antecedentẽ manſit obligatus ad tradendũ dominium rei promiſſæ, id vero opere non impleuit, quando res tradita erat aliena, eaque de cauſa euincitur; quando vero donatio incipit à traditione, nulla reſultat obligatio, ſcilicet donãt ad nil aliud deinceps tenetur nullaque manet adſtrictus obligatione iuſtitiæ & conſequenter ex tali traditione non poteſt oriri actio de euictione. Ratio à Martino Coler tradita eſt quod quando dos incipit à traditione, obligatio inde orta fuit ſublata ſolutione, ſecus quando incipit a promiſſione, quia adhuc res donata non eſt facta accipientis, ideoque nihil mirum ſi in primo caſu nulla debetur euictio, in ſecundo verò debetur. Mõtanus approbat præcipue illam rationem, quod pinguius actu donanti, quam obliganti ſuccurritur, ne ex ſua liberalitate damnum patiatur; cum maiori liberalitate donans tradendo vtatur quam qui promittendo donat. Quæ latius proſequitur, & cõfirmat poſt alios idem Montanus. Rationem diuerſitatis magis claram, & coincidentem cum prima tradunt Gabellinus *de euict.* § 4 *n.* 3. & Cancer. *d. cap.* 4. *n.* 22. *&* 23. poſt Baldum, & Loffredum *in d. l.* 1. *C. de iur. dot.* ſcilic. quia donans incipiens à traditione ideo de euictione nõ tenetur, quia qui à traditione incipit, potius diſtrahendi animũ, quam contrahendi & ſe obligandi habet, §. *ſed hæ ſpecies inſtit. quibus modis re contrahitur*, *&* *l. ſed ſi* (quam ad id ponderat Aretinus) *ff. ad Vellei.* & ſic contra eius intentionem illum obligari æquum non eſſet *l. non omnis ff. ſi certum petat. l. qui in aliena, ff. de acquir. hæred.* qui vero incipit à promiſſione animũ ſe obligãdi & contrahendi habet, & ipſum non inutilem, ſed efficacem voluiſſe facere promiſſionẽ exiſtimant. Vnde ſi rẽ ipſam in eum cui illam promiſit in effectu, & irreuocabiliter non trãſtulit, obligationi & promiſſioni ſuæ non plene ſatisfeciſſe putatur *l. vbi autem §. fin. ff. de verb. oblig.*

Quandonam donatio dicatur incipere à traditione rei.

17 Quandonam autem donatio (& ſic etiam dotis datio) incipiat à traditione, poſt alios explicant Montanus *d. deciſ.* 13. *n.* 24. *&* 25. Cancer. *d. cap.* 4. *n.* 28. *& nonnullis ſeqq.* Fontanella *d. p.* 14. *n.* 36. *verſ. ſed ad difficultatem*, & Auguſt Barb. *collect. ad d. l.* 1. *n.* 11. *&.* 12. *C. de iure dot.* Et certum eſt à traditione incipere, quando in effectu res traditur tempore quo fit donatio, ita Bartol. *in l. ſi prædia ff. de acquir. poſſeſſ.* Cancerius, Fontanella, & Auguſt. Barboſa, licet vero in inſtrumento donationis appoſita ſint verba *offert donat tradit*, quæ videntur importare dominium, nihilominus vt ex illis verbis inducatur traditio, & ſic donatio à traditione incipiat, opus eſt vt res donata ſit præſens. Ita Cancerius, Fontanella, Montanus, Auguſt. Barb. poſt plures alios. Bartol. *in d. l. ſi prædia*, & Rebuffus *tom.* 3. *ad leges Galliæ de materia poſſeſſ. n.* 50. vbi dicit (vt notant Cancerius & Barboſa) illa verba poſita in inſtrumento donationis, venditionis, & ſimilibus *vendidit, donauit, tradidit*, non probare veram traditionem, ſi res non eſt in præſentia: quod aliis etiam relatis probat Montanus *n.* 25. Quamuis illa verba operari ad ingrediendã poſſeſſionem propria authoritate tradant idem Rebuffus, Cancerius, & Barboſa. Notat etiam plures alios referens Montanus

n. 25. *fine*, *&* *n.* 26. & poſt eum Auguſt. Barboſa *n.* 11. quod per verba *dedit, tradidit*, etſi res in conſpectu eſſet, verè dominum tranſlatum nõ fuiſſet, niſi vt illud transferretur partes conuenirent. Addit idem Mõtanus *n.* 35. quod ſi mulier in capitulis, ſeu pactis dotalibus dicit ſe afferre viro talem, & talem rem in dotẽ aut pecuniam, ſi dotis repetitione agat, non indigere apocha ad probationem traditionis dotis, quia illa probatur ex ſolis dotalibus, cũ tali caſu dos, vt acceſſoria perſonæ vt perſona præſumitur tradita. Quod tamen Cancerius *d. cap.* 4. *n.* 31. *&* 32. verum putat ſi adeſſent in dictis capitulis verba, quibus ſignificaretur rem, aut pecuniã, quæ dicitur offerri in dotem, eſſe in conſpectu partium, vt ſi dictum eſſet, *quod mulier affert in dotem mille ducatos, N. futuro viro ſuo, quos de præſenti ei tradit*, tunc enim (inquit Couarr.) niſi probaretur tunc temporis pecuniam non fuiſſe præſentem ex dictis verbis, abſque alia probatione remanet ſufficienter probatum dictam pecuniam per maritum fuiſſe receptam, de qua re dictum *ſup. c.* 10. *n.* 27. Denique ſi in inſtrumento donationis, vel dotationis, quæ fit de re mobili, apponatur (ſicut ſolet in emptionibus, & venditionibus & aliis contractibus apponi) clauſula conſtituti, per quam abſque actuali, & corporali traditione transferrtur verè dominium, & poſſeſſio non fictè, licet per actum fictum, vt conſtat *ex leg. ſicut, §. ſupernacuum ff. quibus modis pign. & hypoth. ſolu.* & in præcedentibus huius tract. &c. & tradunt communiter Doctores: & late Fontanella *clauſ.* 4. *gloſſ.* 27. *a n.* 5. per huiuſmodi clauſulam diceretur vere donatiu, & donatio incipere non à promiſſione, ſed à traditione Tuſchus *litera E. concl.* 366. *n.* 7. Auguſt. Barboſ. *d. n.* 12. & alios allegans Fontanella *d. p.* 14. *n.* 38. *&* 39. ex quo ſuppoſito, quod quando dos incipit à traditione, re dotali euicta, maritus non poſſit contra dotantẽ agere de euictione, ſed tantumquãdo incipit à promiſſione rei, iuxta *d. l.* 1. & Doctorũ communem Fontanell. *d. n.* 39 cum Viuio *in commun. opin. verbo donatio*, concludit quod ferè nunquam, euicta re dotali, in fauorẽ viri eſſet locus euictioni, niſi expreſsè eſſet etiam cautũ de defenſione, ſeu euictione, quia cùm in capitulis dotalibus ſeu inſtrumentis dotationum ex ſtylo ſoleat ſemper apponi clauſula conſtituti, quãdo dos cõſtituitur in re immobili, vix in nullo caſu dicetur vnquã quod dotatio incipiet à promiſſione, ſed ſemper à traditione, ſed quia in capitulis dotalibus nec ſemper cauetur de defenſione, nec ſemper ponitur clauſula conſtituti, proſequemur alia ad plenam huius materiæ euictionis cognitionem neceſſaria. Ergo.

Lex 1. Cod. de iure dotium, *an fuerit correcta per* l. vnic. §. & vt plenius C. de iur. dot.

Aduertendũ etiam eſt, quod licet nonnulli (quos tacitis nominibus refert Lud. Molin. *d. diſp.* 427 *n.* 3. *initio*, illos ex parte ſequẽs, & videntur nominati à P. Barboſa *in d. l. ſi æſtimatis, n.* 16. *verſ. ſecundo initio*) præfatã *l.* 1. *C. de iure dot.* quatenus diſponit incipiente dote rei inæſtimatæ à traditione, interueniẽte bona fide ex parte eam tradentis, non poſſe maritũ agere de euictione, dixerint eſſe correctã per *l. vnic. §. & vt plenius*, quæ generaliter concedere videtur marito actionem ex ſtipulatu pro rebus dotalibus euictis: nihilominus non fuiſſe correctã ſentiunt P. Barb. *d. n.* 17. *verſ. non obſtat*, Fontanella *dict. p.* 14. *n.* 19. & Rebel. *d. q.* 2. *n.* 10. poſt Gloſſ. & Bald. *in d. §. & vt plenius, verb. euictus*, nam text. *in eod. §.* tantũ probat bona dotãtis cenſeri hypothecata in caſibus, in quibus maritus poſſet agere de euictione rerũ dotaliũ, non tamen declarat in quibus caſibus maritus poſſit agere de euictione, ita Gloſſ. & Bald. & ſic ibi datur actio ex ſtipulato, quãdo traditionẽ dotis præceſſit ſtipulatio, ſeu pactũ promiſſione dotis: quib. prænotatis. 18

Quando dos incipit à promiſſione rei dotalis, & poſtea res tradita euincitur, dotans tenetur de euictione.

29 Cōueniunt Doctores in hac materia euictionis, quod ſi dos, ſeu dotatio (ſicut, & donatio) incipiat à promiſſione rei, & ea tradita marito fuerit euicta, maritus contra dotantem, ſiue ſit ipſa mulier, ſiue eius pater, aut alius extraneus, poteſt agere de euictione, ſcilicet modo *ſup. num.* 15. *verſ. poteſt tamen agere*: conſtat ex *d. leg.* 1. *Codic. de iure dotium*, & tradunt ibi ſcribentes, & Doctores communiter ab Auguſtino Barboſa allegati, & ex Doctoribus *ſup. num.* 1. *& ſeqq.* relatis P. Barboſa *in d. l. ſi æſtimatis, n.* 18 *fine, & n.* 19. *&* 20. Gomez *dict. c.* 2. *n.* 37. Montanus *d. deciſion.* 13. *n.* 24. Cancerius *d. cap.* 4. *n.* 22. Fontanella *d. p.* 14. *nu.* 31. Ludouicus Molina *d. diſp.* 427. *n.* 2. Rebellus *d. quæſt.* 11. *n.* 6. ex promiſſione rei facta reſultat in promittente obligatio iuſtitiæ illam adimplendi efficaciter, vt probāt rationes *ſup. n.* 16. adductæ, præſertim prima, & vltima, quas non oportet repetere. Quare maritus re euicta, poterit contra dotantem agere modo *ſup. n.* 13. explicato, & ex promiſſione quaſi res non fuerit ſibi ſoluta, iuxta notata *d. n.* 13. *verſ. addit idem* Barboſa, & etiam ex ſtipulatu eum, in promiſſione dotis lex fingat tacitam ſtipulationem, vt *ſup. c.* 9. probatum eſt, vel condictione *ex l. ad exactionē, C. de dotis promiſſione*, vt pariter *d. c.* 9. explicatum eſt, quæ autem poſſent hic obiici ex traditis *d. n.* 13. manēt ſoluta.

Vbi dos incipit à traditione rei, re euicta, an dotans ſiue ſit extraneus, ſiue ipſa mulier, ſiue mulieris pater, teneatur de euictione.

20 Item conueniunt Doctores, quod vbi dos incipit à datione, ſeu traditione rei dotalis inæſtimatæ, & abſque promiſſione defenſionis, ſeu euictionis, ſi dotans ſit extraneus, dotantem non teneri de euictione, quia quando extraneus dotat, propriè donaſſe videtur, *l. vnica* §. *accedit Codic. de rei vxoriæ actione*, & ita ad nihil vlterius tenetur, cum donator, vbi donatio incipit à traditione rei, non tenetur de vlla euictione, iuxta tradita *ſup. n.* 15. & Doctores *ibidem* allegatos, & alios communiter. Et hoc abſque dubio probat *d. l.* 1. *C. de iure dot.* iuxta communem Doctorum intellectum, & ita expreſſe Doctores *n. præcedenti* allegati, & qui *numeris ſequentibus allegantur*. Quod verò poſſet opponi, manet ſolutum ex traditis *ſup. n.* 11. Vtrum verò maritus poſſit in hoc caſu agere contra vxorem, quæ ſit diues, explicatur *infr. n.* 24. *&* 25. Et quod dictum eſt quando extraneus dotat, idem dicendum quādo mulier ſeipſam dotat, & dos incipit à traditione, vt ſi res dotalis fuerit euicta, maritus nō poſſit contra eā agere de euictione, vt expreſſe ſentit P. Barboſa *in d. l. æſtimatis, n.* 18. *verſ. ex quib.* Non enim mulier tenetur ſe dotare, cum poſſit eſſe matrimoniū ſine dote, vt *ſuprà numero* 15. notatum eſt, vnde ſicut extraneus dotans, vbi dos incipit à traditione rei, non habet animum ſe vlterius obligandi, ita nec mulier ſe dotans incipiens à traditione rei dotalis habet animū ad aliud ſe obligandi. Et ideo maritus, quia ita rem acceptauit, non poteſt vlterius mulierem moleſtare.

21 Sed cōtrouertitur an vbi dos incipit à traditione rei dotalis inæſtimatæ, & abſque promiſſione defenſionis, & dotans, ſeu tradens dotem eſt pater, vel alius, qui tenetur dotare, res euincatur, teneatur pater de euictione, ſeu maritus contra patrem donantem poſſit agere de euictione, modo ſcilicet *num.* 13. *explicato*, an verò idem dicendum quod extraneo donante. Et prima ſententia eſt patrem dotantem ſemper teneri de euictione, tametſi dos inceperit à traditione, ita Angel. *in* §. *fuerit, n.* 32. *in princip. Inſtit. de act.* Neguſant. *de pign.* 4. *memb.* 2. *p. n.* 28. Campeg. *de dot. p.* 2. *priu.* 85. Riminald. *in* §. 1. *n.* 78. *& ſeqq. inſtit. de don.* Montan. *d. dec.* 13. *n.* 21. & Cācer. *d. c.* 4. *n.* 19. & Hieron. Portolenſis, & Fontan. *locis cit.* & qui *infra* citātur. Probatur, quia quando pater, qui ex officio ad id tenetur, dotat, vel alius qui in ſubſidiū ad dotandū obligatur, dotatio nō eſt ſimpliciter donatio, ſed potius debitum, vnde reſpectu filiæ dos à patre data nō dicitur ſimpliciter titulus lucratiuus [vt *ſup. c.* 1. *n.* 110. notatū eſt] licet aliquo modo dicatur donatio, iuxta tradita eodem *c.* 1. *n.* 111. *&* 112. Pro hac ſententia etiam adducitur textus *in l. pro re pupilli fine, ff. de euict. & in l. vnica*, §. *& vt plenius C. de rei vxor. actione.*

22 Secunda ſententia oppoſita tenet nullam eſſe differētiam inter patrem, & extraneum, ſicque nullū in fauorem mariti eſſe euictioni locum, quādo dos à patre cōſtituta incipit à dotatione, ſeu traditione rei, ita Gaſpar Caballinus *tr. de euict.* §. 4. *à n.* 7. P. Barboſ. *in d. l. ſi æſtimatis n.* 16 *fine, & n.* 17. idem ſentiunt Gomez *d. c. n.* 37. Ludou. Molina *d. diſp.* 427. *n.* 2. & Rebell. *d. q.* 11. *n.* 6. & etiam Surd. *de alim. tit.* 7. *q.* 20. *n.* 25. quatenus aſſerunt indiſtincte maritū contra dotantem non poſſe agere de euictione, quādo dos incipit à traditione. Fundamentū huius ſententiæ eſt textus *in d. l.* 1. *C. de iure dot.* quem huius ſententiæ Doctores aiunt eſſe ad id expreſſū, & loqui de ſocero, & facere illā diſtinctionem, vt quando dos incipit à traditione nulla debeatur euictio, debeatur ſi à promiſſione, contra quē textum propterea videatur prior ſentētia. Adducitur etiā textus *in l. cum poſt,* §. *cum res, & niſi pater filiæ, ff. de iure dot.* in quibus [vt *ſup. n.* 13. notatū eſt] ſi euincantur res dotales inæſtimatę, denegatur marito poſſe agere de euictione. Ad textū verò *in d. l. ſi pro re pupilli*, reſpondet Barboſa illum textum tantùm probare ipſā mulierem propter propriū intereſſe poſſe agere de euictione contra eum à quo emit fundū dotalem, vt etiā probat *l. quamuis, ff. de iure dot.* cuius rei rationē aſſignant Iaſon *in l. Iulian.* §. 1. *fine ff. de verb. oblig.* & Caballinus *de euict.* §. 4. *n.* 8. quāuis enim ipſi mulieri non euictus ſit fundus, tamen euincitur à marito, qui eum habet ex cauſa onetoſa *l. ex promiſſione, ff. de act. & obligat.* & licet Gloſſa ſubdat, quod ob id maritus poteſt agere de euictione contra mulierem, vel eius hæredē, quamuis ſi cauſā lucratiuā haberet, non poſſet agere de euictione *l. ob res donatas, ff. de ædil. edict.* id tamen, inquit Barboſa, reſtringendum eſt ad terminos *d. l. ſi pro re pupilli,* §. *fin.* ſcilicet quando mulier poterat habere regreſſum aduerſum illum qui fundum dotalem vendidit mulieri; eo enim caſu maritus aget de euictione contra mulierem in eo ſenſu, vt vel ipſa agat aduerſus tertium, vel actionem cedat. At verò ſi mulier non poſſet habere regreſſum aduerſus alium, tunc maritus ratione propriæ euictionis non poſſet agere niſi interueniſſet pactum de lucranda dote *l. ſed etſi, cum gloſſa, ff. de euict.* & Baldus *conſ.* 468. *lib.* 4. ac Crauetta *conſ.* 186. *in fine.* Ad textum autem *in d.* §. *& vt plenius*, reſpondet Barboſa, vt *ſup. n.* 17. notatum eſt.

23 Tertia ſententia aſſerit, ſi dos à patre in rebus data, quę à traditione rei incepit, ſit iuxta terminos legitimę filiæ debitæ, ea euicta teneri patrem de euictione; ſi vltra legitimam, ea euicta, non teneri patrem de euictione quoad id quod eſt ſupra legitimam, quia quoad exceſſum vltra legitimam, dos reſpectu patris eſt pura liberalitas, & ſimplex donatio, & ſic ſi incepit à traditione, illo exceſſu euicto, ad nihil tenetur pater, iuxta tradita *n.* 15. quo verò ad id quod intra limites legitimæ non eſt ſimplex donatio, & mera liberalitas, ſed debitum, cum ex officio paterno teneatur pater dotare congruè filiam, & ei legitimam relinquere, ita Portolenſis *tract. de conſer. & fideicom. leg. c.* 11. *n.* 25. Quem ſequuntur Cancer. *d. n.* 19. & Fontanella *d. p.* 14. *n.* 21. *&* 22. vbi citra omne dubium ait dotē in eo, quod eſt intra legitimā, eſſe donationem ob cauſam, in donationibus autem ob cauſam, ſiue ex traditione rei, ſiue à

promiſſione

promiſſione incipiat, re donata euicta eſt locus euictioni, iuxta Doctores communiter, quos idem Fontanella latè refert. Addit idem Fontanella *n.24.* donationes quæ pro dote fiunt à parentibus, regulariter non fieri ſimpliciter ex amore paterno, ſed ſemper pro viribus legitimę, & aliis quibuſcũq; quæ tunc ad filias ſpectant, & in poſterum ſpectare poſſunt in illorum bonis & filiæ poſtea eiſd. parentibus faciunt renunciationes de ſuis iuribus, & ſic illa donatio, non ſimplex donatio & lucratiua, ſed datur ſeu fit in compenſationẽ, ſeu remunerationẽ, & eſt veluti contractus innominatus, in quo ſi læſio non modica interuenit, agi poteſt ad reſciſſionẽ, inquit idem Fontan. *d.n.24.fine*, ex Rota *dec.* 102. *p.2.diuerſ.* & ſic præfata donatio pro dote non eſt mera donatio, & titulus lucratiuus, ac proinde ſaltem in eo quod eſt intra legitimã debetur euictio. De quo plura idem Fontanella: ſuſtinendo tamen ſecundã ſententiã, prædictis reſponderi poteſt, ex obligatione, quem ratione officij paterni euictis rebus dotalibus teneri quidem ſoluto matrim. iterum dotare filiam, vt *ſuprà c.4. n.212.* dictum eſt; cum vero tradens dotem, nulla præcedente promiſſione rei marito, reſpectu illius ſatisfecerit ſuo officio, & in traditione dotis habuerit animũ ſe liberandi, & non ſe obligandi vlterius erga ipſum maritum, vt *n.15.* dictum eſt, debet pater manere ſecurus vt conſtante matrimonio non poſſit ab eo moleſtari, iuxta tradita *d.n.15.* & notata *d. cap.4.citato n.212.* & Doctores *ibid.* relatos, etiam iuxta *d.leg.1.Cod. de iure dot.* in qua eadem ſecunda ſententia fundatur, quod ſi dotis traditionem præceſſit promiſſio rei traditæ in dotem, tunc re euicta, contra ſocerum poſſet agere, vt ſibi reſarciatur damnum fructuũ, iuxta notata *ſup.n.13.*

Vbi re dotali euicta dotans non tenetur de euictione, an maritus poſſit per indirectum agere contra mulierem, ſi ipſa ſit diues, vt cogatur nouam dotem ſibi conſtituere.

Sed in caſibus, in quibus maritus re dotali euicta, non poteſt agere de euictione, quia dos incipiens à traditione rei fuit data ab extraneo, vel (ſuppoſita ſecunda ſententia ante præcedentem numerum poſita) num inquam maritus licet directe non poſſit agere de euictione, poſſit tamen per indirectum cogere vxorem diuitem, vt nouam dotem conſtituat, expellendo ſcilicet eam à domo, vel denegando ei alimenta, iuxta *l.fin.C.ad Velleian.* affirmat Bald.Nouell. *de dote p.7. prin.* 43. & idem ſentit Ludou.Molina *d.diſp.427.n.3.verſ.obſerua tamen.* Vbi etiam in caſu, quo dotatio à patre facta genero pro filia inceperit à traditione rei, dicit quod cum maritus recipiat rem dotalem titulo oneroſo pro ſuſtinenda vxore, oneribuſque matrimonij ſuſtinendis, euicta tota dote, aut parte illius, non minus concedenda eſt marito actio ſaltem aduerſus vxorem aut illum qui eam dotare teneretur, vel certè ſubdit Molina cõcedendum eidem marito eſſet, non teneri ſuſtentare vxorem, præſertim ſi vxor habet alia bona vnde dotẽ complere poſſet, aut vnde ſuſtentari poſſet: hoc enim caſu videtur poſſe iuſte maritus denegare vxori partem ſuſtentationis iuxta quantitatem dotis euictæ: ita Molina.

At iuxta tradita in præcedentibus, dicendũ eſt maritũ re dotali euicta non poſſe agere neque cõtra dotantem ſi fuerit extraneus vel ipſa mulier, & etiamſi fuerit pater mulieris, ſuppoſita ſententia *n.21.* tradita, quod nec ipſa teneatur de euictione, quãdo dos ab eo tradita non incepit à traditione, neque etiam moleſtare vxorẽ licet diuitem & habentem alia bona, & ita expreſſe ſentit P.Barboſa *in d.l. ſi æſtimatis, d.n.18.* & quod non poſſit maritus agere cõtra dotantẽ patet, quia cum dos incepta eſt à traditione, dotans ad nihil aliud ſe obligaret, ſed potius animum habuit omnino ſatisfaciendi marito, vt conſtat ex traditis *n.15.19.& 22.fine.* Quod verò non poſſit moleſtare mulierẽ, licet diuitem, & per indirectum cogere eam ad dandam nouam dotem denegando illi alimenta, vel illam expellendo à domo, etiam patet, quia quando pater aut extraneus dotem dedit, ipſa nullo modo ad aliquid erga maritum ſe obligauit; ac proinde mulier cenſenda eſt, ac ſi nupſiſſet indotata, ſeu marito nullam conſtituiſſet, aut promiſiſſet dotem: quo caſu maritus illam licet diuitem non poteſt vxorem cogere ad conſtituendã ſibi dotem, cauſatiue illã à domo expellendo, vel ei alimenta denegando, vt late probatum eſt *ſupra cap.8. n.83.* tenebitur igitur maritus de ſuo vxorem ſuſtentare, vt *ibid.* probatũ eſt. Et ibi tradita huic caſui recte applicantur; & prædicta ſufficient de hac materia euictionis; nonnulla alia tradit Fontanella *de pact.nupt. clauſ.5.gloſſa 8. d. p.14.* ſed præcipua ſuprà traditis comprehenduntur.

CAPVT XVIII.

De tacita dotis hypotheca & eius prælatione mulieri competente reſpectu aliorum creditorum mariti.

SVMMARIVM.

Quæ ſit hypotheca tacita, quæ expreſſa generalis, vel ſpecialis, num.2.& 3.

Tacita non cenſetur inducta niſi in caſibus à iure expreſſis, n.4.

Dos, ſeu dotis actio habet annexam tacitam hypothecam in bonis mariti recipientis dotem, & in bonis mulieris, ſeu alterius promittentis dotem, n.5.& 6. *nec valet pactum, quod bona mariti non ſint obligata pro dote reſtituenda*, n.7.

Non tollitur dicta hypotheca tacita, licet coniuges ſibi prouiderint de expreſſa, num. 8. & 9. *per expreſſam ceſſat tacita hypotheca mulieri in bonis mariti conceſſa pro bonis paraphernalibus*, n.8.

Hypotheca tacita pro dote non ceſſat propter prouiſionem fideiuſſionis, n. 8.

Aliquando eſt vtilior, quam expreſſa, n.9.

Hypotheca tacita quando non comprehendat omnia bona etiam nomine debitorum, ſeu iura, & actiones, n.9.

Quæ bona mariti comprehendantur ſub hypotheca tacita pro dote, n. 11. *& an etiam bona hæredis mariti poſt eius mortem acquiſita ex rebus hæreditariis*, ibid.

Bona immobilia mulieris minoris, & mariti minoris, an pro dote ſoluenda, & reſtituenda maneant tacitè obligata, ſeu hypothecata, n. 11.

Eadem hypotheca tacita an habeat locum in bonis fideicommiſſo ſubiectis, ibid.

Habet locum, ſiue dos ſit profectitia, ſiue aduentitia, ſiue promiſſa, & recepta ante celebratum matrimonium, ſiue poſt, & in quocumque dotis promiſſore, vel recipiente, n.12. *eadem hypotheca quando ſint affecta bona patris, mulieris, & mariti*, n.13.& 14.

An habeat locum pro dote putatiua, vel dote confeſſata, & quando res datæ in dotem fuerunt euictæ, an in bonis fideiuſſoris pro dote promiſſa ſoluenda, vel recepta reſtituenda, n.15.16.17.& 18.

An habeat locum inter Iudæas, & in muliere hæretica, num.19.&20.

Hypotheca tacita vt expreſſa pro dote à quo tempore incipiat, an promiſſionis, aut contracti matrimonij, vel ſolutionis dotis, n.21.

Sponſa pro dote data ſponſo de futuro, matrimonio non

ſecuto an in bonis ſponſe habeat hypothecam cum prælatione, n. 21. an habeat prælationem in actionib. perſonalibus. n. 22. Pro dote a patre promiſſa non ſequuto poſtea matrimonio, an filia in bonis patris habeat tacitam hypothecam cum prælatione, & à tempore promiſſionis, n. 23. Hypotheca tacita legalis pro dote reſtituenda an competat extraneo qui pro muliere dedit dotem cum pacto vt diſſoluto matrimonio ſibi redderetur. n. 24. & 25. an patri, qui dedit dotem pro filiamfam. num. 26.

Priuilegium tacitæ hypothecæ pro dote conceſſum eſt principaliter actioni dotis, non perſonæ. n. 27.

Tranſit ad omnes hæredes vxorit, & mariti etiam extraneos, & ad ceſſionarium n. 28 & 29.

An competat extraneo, cui ex delegatione mulieris reſtitutio dotis fuit promiſſa. n. 30.

An competat mulieri in bonis mariti pro augmento dotis facto marito, & pro augmento eidem mulieri facto à viro, n. 31. *& pro donatione propter nuptias.* n. 32.

Et pro bonis paraphernalibus traditis marito. n. 33.

An pro dotis acceſſionibus, fructibus, & vſuris dotis, ac pro alimentis vxori debitis, ita quod tempore mariti bona intelligantur obligata pro alimentis. n. 34. 35. 36. 37. & 38.

An competat mulieri pro conſequendis pecuniis retractis per maritum ex venditione rerum dotalium, & pro re empta à marito pecuniis dotalibus, n. 40. *& an tranſeat in mulieris hæredem, & ceſſionarium.* ibid. *Si mulier dedit marito pecuniam dotalem, vt merces ex ea empta, vel emenda eſſent ſibi ſpecialiter obligata, an in mercib. emptis mulier præferatur omnibus conſociis, & creditoribus mariti.* n. 41. *Vxor iure antiquo pro ſua dote præferebatur cæteris creditoribus mariti perſonalibus, non hypothecariis, & ſi habebat hypothecam expreſſam non præferebatur anterioribus mariti creditoribus hypothecam habentibus,* n. 42. *Hodie in hypotheca tacita ſibi in bonis mariti pro dote ſua à Iuſtiniano conceſſa præfertur cæteris mariti creditoribus anterioribus, etiam habentib. tacitã hypothecã.* n. 42. *Huius priuilegij ratio.* ibid. *An in præfata hypotheca tacita præferatur creditoribus mariti anterioribus habentib. hypothecã expreſſam.* n. 46. & 47. *Tacita hypotheca mulieris præfertur poſterioribus expreſſis creditorum mariti.* n. 48.

Si maritus poſt partem dotis promiſſæ receptam hypothecauit tertiò bona ſua pro pecunia mutuò accepta, & poſtea mulier reliquum dotis ſoluit, in tota dote præfertur mutuanti creditori mariti. n. 49.

Idem ſi vir nollet dotẽ promiſſã accipere, & interim alij bona hypothecauit. ibid. *Si maritus partem dotis promiſſæ remittat, tenetur ad dotis integræ reſtitutionem, & pro dote tota mulieri competit hypotheca tacita cum prælatione in bonis mariti.* ibid. *Mulier in bonis à marito acquiſitis poſt ſuam hypothecam tacitã, vel expreſſam pro dote præfertur mariti creditoribus etiam habentibus hypothecam expreſſam generalem.* n. 50.

Præfertur etiam in acquiſitis ante ſuam hypothecam. numero 51.

Cui incumbat onus probandi bona fuiſſe ante, vel poſt hypothecam acquiſita, n. 50. *hypotheca à ſtatuto inducta, etiamſi ſtatutum dicat, vt habeat effectum expreſſæ, præfertur tacita dotis hypotheca poſteriori.* n. 52. & 53.

In dubio an hypotheca dotis ſit necne anterior hypotheca creditorum mariti, quæ præſumenda prior tempore, & quid ſi concurrunt inſtrumentum dotis, & inſtrumentum priuati creditoris mariti eodem die à diuerſis notariis, vel ab eodem confecta, an, & quando inſtrumentum dotis præſumatur prius factum. n. 54.

Vbi an præſumptio quoad priuilegium præſumptionis prioritatis competat etiam marito pro dote promiſſa, & an tranſeat in hæredem etiam extraneum, & ceſſionarium vxoris, & mariti. n. 58. *& 59. & quid ſi de dote eſſet ſolum ſcriptura priuata, & de mutuo inſtrumentum publicum.* n. 62.

Si mulier proferat duo inſtrumenta ſibi inuicem contraria quorum alterũ ſit dotale, huic fides adhibetur. n. 55. fine.

Si ſententiæ plurium iudicum ſint diuerſæ, præfertur illa, quæ eſt pro dote, & pro cauſa pia, ibid.

Hypotheca tatua dotis quando præferatur hypothecæ fiſco in bonis mariti, & e contra. n. 65. & 66.

Si inſtrumentum dotis promiſſæ, vel ſolutæ, & inſtrumentum fiſci, qui cum marito contraxit concurrant in totum diem, in dubio prioritatis illud dotis præſumitur prius. n. 61. *Et etiamſi fiſcus reperiretur in poſſeſſione.* n. 68.

Priuilegium l. 2. Cod. de iure fiſci, *non procedit, ſi fiſcus velit dotem auferre à muliere,* n. 69.

Qua ratione dos, & fiſcus æquiparentur, n. 67.

Vxor etiam habens hypothecam anteriorem ex cauſa dotis poſtponitur filio pro primipilatu exigendo ab illius adminiſtratoribus. n. 70. & cur. ibid. *Hypotheca ſacina dotis an præferatur hypothecæ priuilegiatæ conceſſæ mutuanti pecuniam ad conſeruandam, vel reſtituendam, vel parandam domũ, nauim, vel alteram rem, vel conſeruandam, vel emendam domum, vel ad emptionem militiæ.* 76. ad 80. *Anterior dotis hypotheca præfertur hypothecæ alias priuilegiatæ, non obſtante contrahentium pacto de contrario,* n. 81. *Qui marito dedit mutuo pecuniam ad rei conſeruationem, reſtitutionem, vel emptionem, &c. ſpeciali hypotheca & expreſſe ſibi oblata, eadem re pro ſolutione illius pecuniæ, an in eadem re præferatur mulieri habenti tacitam, vel expreſſam in bonis mariti,* n. 82. & 83. *Re vendita cum expreſſa conuentione, quod venditori ſit obligata, donec integrum pretium ei ſoluatur, an venditor in eadem re præferatur omnibus emptoris creditoribus etiam mulieri creditrici pro dote.* n. 85. & 86.

Pro impenſa funeris illius creditori competit tacita hypotheca in bonis defuncti, quæ præfertur omnibus aliis hypothecis etiam dotis. n. 87.

Mulier in rebus datis marito in dotem inæſtimatis præfertur omnibus mariti creditoribus anterioribus cum expreſſa & generali hypotheca, & ſoluto matrimonio poteſt illas a quocumque vendicare; hocque ius ad mulieris hæredes tranſit. n. 88.

Quid in rebus datis marito in dotem æſtimatis æſtimatione faciente venditionem, an & qua ratione ſoluto matrimonio ſint eidem vxori obligatæ, & poſſint a quouis poſſeſſore vendicari. n. 89.

Inter duas mulieres eiuſdem mariti vxores, earumne filios contendentes pro ſuis dotibus, quandonam habeat locum priuilegium prælationis, num. 90.

Priuilegium prælationis contra creditores mariti hypothecarios competit mulieri agenti ad dotem actione dotis, ſecus ſi ex teſtamento, numer. 91.

Non competit pro donatione propter nuptias, neque pro bonis paraphernalibus. ibid.

An competat quando ob vitam nimis laute & laſciuè à muliere ductam maritus incidit in inopiam. n. 91.

Idem priuilegium prælationis an competat extraneo dotanti, & an patri, an marito, & an habeat locum in pœna adiecta promiſſioni dotis, n. 92.

An tranſeat ad hæredes mulieris extraneos, & ceſſionarios, an ad eius filios, n. 93. & 94.

Mulier conſtante matrimonio marito ad inopiam vergente vt poſſit vti priuilegio prælationis, an debeat permittere excuſſionem facultatum mariti, & quando excuſſio requiratur. n. 95.

Si mulier habet generalem, & ſpecialem hypothecam, cogenda eſt incipere à ſpeciali. ibid. fine.

Si maritus aliis ſuis creditoribus bona ſua vti pro dote

&

& ipſe, vel eius hæres ob inopiam non poſſit dotem datam mulieri reſtituere, qua ratione, ſeu quibus modis ſuccurratur pro recuperatione ſua dotis, etiam auocando à dictis creditoribus pecuniam vel res à marito receptas, ſiue extent, ſiue ſint conſumpta, latè explicatur à n.96. ad 100.

Mulier anteriori creditrici ex cauſa dotis propter priuilegium ſuæ prælationis, an poſſit reſpectu à creditore per mariti poſteriorem pecuniam ei à marito datam, ab eoque conſtat ipſam tunc filia, ſi maritus, vel eius hæres ſit inops, n.103.

Viro condemnato etiam debito ciuili & priuato non poteſt fieri executio in re dotali mulieris, n.104.

Mulier conſtante matrimonio pro conſeruatione ſuæ dotis an, & qua ratione ſe poſſit opponere creditoribus mariti, ne fiat executio in bonis dotalibus, & aliis bonis mariti ſibi pro ſua dote hypothecatis, ibid.

Maritus vergens ad inopiam qua ratione poſſit conſulere vxori contra inſultus aliorum ſuorum creditorum, n.105.

Vxor vigore ſuæ tacitæ pro dote marito defuncto propria authoritate poteſt remanere in detentione domus mariti, & apprehendere poſſeſſionem rerum dotalium & rerum mariti, quæ in domo reperiuntur, & loco pignoris retinere. n.106.

Vxor an, & qua ratione poſſit renunciare ſuæ tacitæ hypothecæ in bonis mariti cum prælatione, n.107. & ſequentibus.

Renunciatio tacita, ſeu tacite facta à mulire de ſua hypotheca tacita, quam habet in bonis mariti, conſentiendo eorum alienationi, vel obligationi per maritum alteri factæ, an, & quando valeat. n.112.

1 DE qua materia præter ſcribentes *in l. 1. ff. qui potiores in pignore, & hypotheca habeantur, in lege aſſiduis Cod. eod. tit. & in l. vnica § & vt plenius, Cod. de rei vxor. act. & in §. fuerat antea, Inſtit. de actionibus*, & præter Neguſantiū (antiquores allegantem) *in tract. de Pignoribus, in 4. membro 2. partis princip.* & Modernus Couarruuias *var. reſolut. lib. 1. cap. 7.* Mantica *de tacitis, & ambiguis conu. lib. 11. tit. 19. & nonnullis ſeqq.* Petrus Barboſa *in tit. ff. ſoluto matrimonio, parte tertia legis 1. & p. 6. eiuſdem l. 1.* IacobusCancerius *var. reſolut. p. 2. cap. 9.* Antonius Gomez *in l. 50. Tauri, à numero 37.* Fontanella *de pactis nuptial. tom. 2. clauſula 7. gloſſa 2. p. 1.* Anton. Pichardus *in inſtit. lib. 4. tit. de actionibus, §. quidem actiones, & §. fuerat antea 20.* Scipio Rendice *in promptuario receptar. tit. de actionibus*, Auguſtin. Barboſa *collect. in lib. 5. eod. collect. ad d. l. vni, Cod de rei vxoria act. n. 10. & 11.* Amator Rodriguez. *in tract. de concurſu creditorum, p. 1. art. 1.* Molina *de iuſt. & iur. tract. 2. diſp. 423. & diſp. 438.* & Ferdin. Rebellus *de obligat. iuſt. p. 2. lib. 6. quæſt. 10.* Et plura hac de re tradita ſunt *in præced. capitibus huius Tractatus*, quæ non erunt ſuperfluè repetenda, ſed hic notabuntur (& qua fieri poterit maiori breuitate, & fere ſummariè, ne opus plus iuſto excreſcar) alia de præfata hypotheca & prelatione non tacta, & prius explicabuntur ſpectantia ad ipſam hypothecam, & poſterius ſpectantia ad prælationem.

2 Suppoſita igitur diſtinctione hypothecæ in expreſſam, & tacitam, eſt autem hypotheca expreſſa, quæ in contractu à partibus expreſſis, & diſertis verbis fieri ſolet, quæ regulariter eſt generalis, & concipitur verbis generalibus, vt cum dicitur *obligo omnia mea bona, vel obligo omnia mea bona mobilia, & immobilia præſentia, & futura vbique habita, & habenda, iura, & actiones*. De qua loquitur textus *in §. item ſeruian. Inſtitut. de actionibus, & tot. tit. & Cod. de pignoribus*, & de qua Neguſantius *in lege 1. memb. init. & 2. membro. 2. parte*, & Mantica *d. lib. 11. tit. 4.* latè explicantes quęnam bona comprehendat hæc hypotheca, ſeu obligatio generalis. Aliquando verò eſt ſpecialis, quæ eſt quando vna res particularis, vel plures in ſpecie hypothecantur & obligantur, de qua idem Neguſantius *in d. 1. memb. initio, & in 3. memb. eiuſdem part. principalis.* Et Mantica *d. lib. 11. tit. 2.* & ad eam vt contrahatur requiritur, vt res ſit in bonis debitoris tempore obligationis, ſeu eo tempore, quo hypotheca contrahitur, ita quod non ſufficeret, ſi illa poſt obligationem contracta acquiratur ipſi debitori, *l. 1. in princip. ff. de pignor. & hypothecis.* Generalis autem hypotheca etiam ad bona futura extenditur, quod ad eius eſſentiam ſufficit, ſi bona poſt contractam obligationem acquirūtur eidem debitori, *d. l. 1. in princ. & l. & qua nondum, §. 1. eodem tit.* quod procedit etiamſi de bonis acquirendis nihil dictum ſit, *l. vlt. C. quæ res pign. obligar. poſſ.* Neguſant. *d. memb. 1. num. 1. & memb. 3.* Mantica *d tit. 2. n. 11. & 12.* Qui præſertim Neguſantius explicat effectus ſpeciales hypothecæ expreſſæ ſpecialis, & differentias inter eam & generalem. Aduertit idem Neguſantius *d. memb. 3. num. 1.* quod poteſt etiam dici ſpecialis hypotheca, cum obligantur bona præſentia tantum, iuxta Textum iuncta Gloſſa *in l. & qua nondum, §. 1. ibidem* quoque notat, quod dictio illa *ſpecialis* exponitur pro expreſſa, ex Gloſſa *in l. negotium, Cod. de negot. geſt.* & ſic accepta comprehenderet etiam generalem obligationem.

Tacita hypotheca dicitur & eſt, quæ ex diſpoſitione legis communis, vel ſtatuti aut conſtitutionis municipalis à partibus non eſt expreſſa, ſeu licet de ea inter partes actum non ſit, ſiue aliqua mentio non conuētione fuit facta introducta eſt, de qua *in toto titulo & Cod. in quibus cauſis pign. tacit. contrahatur.* Neguſantius *de pignor. d. memb. quarto, ſecund. parte*, & Mantica *dicto libro 11. titulo 11. & 12.* & aduertunt Neguſantius *numero primo*, & Mantica *dicto titulo 11. num. ſecund.* poſt alios, quod licet hypotheca à lege communi, vel municipali inducta appelletur, ſeu ſit expreſſa, tamen quoad contrahentes eſt tacita, quia eorum verbis non eſt expreſſa. Et ſic quamuis ſtatutum inducens hypothecam diceret, quod illa hypotheca habeat effectum, quem haberet hypotheca deſcripta in publicis inſtrumentis, non ideo intelligetur expreſſa hypotheca, ſed erit tacita eiuſdem effectus, cuius eſt expreſſa à partibus. Vt poſt alios Neguſantius *d. memb. quarto, numero ſecundo, qui numero tertio* etiam notat, quod licet tacita hypotheca inducatur à ſtatuto, vel lege per verba importantia fictionem, vt eſt verbum, *intelligatur, & credatur, lege quoniam, ff. de his qui notant. infam. & paragrapho ei vero qui, inſtit. de inutilibus ſtipul.* nihilominus non eſt ficta, ſed vera, licet tacita, per Textus, quos *ibid.* adducit. 3

Huiuſmodi autem hypothecam non intelligi neque cenſeri contractam, niſi in caſibus, in quibus à iure communi, vel municipali repetitur inducta, tradunt Mantica *dicto libro 11. titulo 12.* Surdus *de alimentis titulo octauo, priuileg. 49. numero ſecund. & deciſione 27. n. decimo*, Petrus Barboſa *ad dictam legem primam, parte tertia, numero 28.* Salgado *in labyrintho parte prima, capite decimo numero 39. & parte ſecund. capite 5. numero 47. 48. 49. & 50.* Fachineus *contrau. iuris libro duodecimo, capite 23.* & alij à Surdo, Petro Barboſa, & Fachineo relati. Porrò plures caſus, in quibus de iure communi inducitur hypotheca hæc tacita, etſi in illis à partibus non eſt promiſſum de expreſſa, enumerant & latè explicant Neguſantius *de pignorib. membr. quarto, ſecund. part.* & Mantica *d. lib. 11. tit. 13. & ſeqq.* 4

Ex quibus vnus & præcipuus (alios cum ſint extra propoſitū relinquo vidēdos apud eoſdē Doctor.) eſt 5

Nempe ſi in expreſſa interpoſita in inſtrumento dotali, pro dotis reſtitutione ſit dictum, *oblige omnia mea bona mobilia, & immobilia*; hoc enim caſu inquiunt, de iure nõ veniunt nomina debitorum, cum illa faciãt, ſubdunt, tertiam ſpeciem *l.à D. Pio §. in venditione, ff. de re iudic. & l. quam Tuberonis de peculio*, & etiam Doctores à me *to.3. Moral.var.tit.6.n.386.* relati: quapropter vigore huius expreſſæ hypothecæ non poterit mulier agere contra nomina debitorum mariti, tanquã ſibi obligata per illam expreſſam, poterit tamen agere virtute tacitæ hypothecæ, quæ etiã nomina debitorum comprehendit, & ſic mulieri vtilior erit tacita hypotheca, in vim cuius poterit facere quod non poterat per expreſſam. Vt etiam Baldus Nouellus *d. priuil. 68. ex gloſſ. in l.finali C. de pactis conuent.* ſed an nomina debitorum, ſeu iura, & actiones conſtituant tertium genus bonorum, vel comprehendantur ſub bonis mobilibus, aut immobilibus, latè explicaui *d.3. tom.moral. var.eod.tit. 6. n. 386.* vt ergo expreſſa hypotheca ſit omnino generalis comprehendens indubitatè etiam omnia debitorũ iura, & actiones, concipienda erit verbis ſupra *n. 2.* notatis, ſcilicet vel dicendo *oblige omnia bona mea mobilia & immobilia, præſentia, & futura, vbique habita, & habenda, iura, & actiones*, vel ſaltem dicendo *oblige omnia mea bona*; nam venirent & iura & actiones, & etiam futura vt ex *lege final. Cod. quæ res pign.obl.poſſunt.* Neguſantius *de pig memb.2. ſecunda partis n.2.* & Mantica *d. lib. 11. de tacit. & ambig. conu. tit. 4.n.1.2. & 3.* qui aiunt idem eſſe ſi diceretur, *obligo bona mea*, non addendo *omnia*, eo quod indefinita æquiualeat vniuerſali, & multo magis, ſi dicatur *obligo bona mea quæ habeo, & quæ habiturus ſum*, vt Mantica *n. 3. ex lege obligatione generali, & lege penult. §. vlt. ff. de pig.* Aliud verò eſſet ſi in donatione diceretur *dono omnia bona mea*, quia tunc venirent ſolum præſentia, non futura, vt ex Surdo *dec. 233.* & Theſauro *deciſ. 199.* Fontanella *d.clauſ. 7. gloſſa 2.p. 1. n. 44.* ob eam rationem, quod cum donatio vniuerſalis egeat reſeruatione vt ſit valida, alioqui ſit nulla, ſi ea quæ ſit indefinita de omnibus bonis intelligeretur vniuerſaliter facta, vt comprehenderet etiam futura, foret nulla, ac proinde ad euitandam nullitatem cenſendum eſt etiam comprehendere bona futura; quæ ratio non militat in aliis obligationibus vniuerſalibus non egentibus ad ſui validitatem aliqua exceptione.

10 Igitur ſub præfata hypotheca tacita continentur omnia bona mariti, & vxoris, ſiue mobilia, ſiue immobilia, vt colligitur *ex d. l. vnica d.§. & vt plenius Cod. de rei vxor. & d. §. fuer. inſtit. de actionibus*, indiſtinctè & generaliter loquentibus, conſtatque ex traditis *n. præced.* & Doctoribus *ibid.* relatis, & etiam expreſſe notant Baldus Nouellus *de dote p.6.priuil. 724.* Couarruuias *d.lib. 3.reſol.var.cap.2.n.1.* P. Barboſa *in l. 1.p.3.n.30.verſ.quæritur, ff. ſoluto matr.* & Molina *de inſt. tract. 2. d. diſput. 438.n.4.* Quare comprehendit etiam nomina debitorũ mariti, vt *n. præced.* traditum eſt, & ſi maritus habeat merces venales, hæ etiam, vt aduertit *ibidem* P. Barboſa, includentur ſub eadem tacita hypotheca, in eo tamen ſenſu, ait idem Barboſa, vt ſi apud maritum ſint, quo per mulierem agitur hypothecaria, tanquam hypothecatæ inuocari poſſint. Nam ſi fuerint vt alienatæ per maritum, per hypotecariam anocari non poterunt, quaſi ſub hypotheca videantur contineri ſub tacita cõditione, dummodo alienatæ non ſint, *l.cum taberna, in princip. ff. de pig.* & poſt alios P. Barboſa *l. cit.* eandem tacitam hypothecam extendi, & habere locum in bonis hæredia mariti, quæ ſunt acquiſita poſt aditam hæreditatem ex rebus hæreditariis per acceſſionem naturalẽ, vt ſunt fructus prædiorum, fœtus pecorum, & partus ancillarum, poſt Baldum *in l.vbi adhuc, n.20. Cod. de iure dotium*, tradit Mãtic. *d.tit. 19.num. 1.* & etiã habere locum non ſolum in bonis præſentibus mariti, & vxoris, quæ erant in bonis tempore contractæ hypothecæ, ſed etiam in futuris, & ſic poſtea quæſitis: ita per textum *lege hac edictali, §. omnibus Cod. de 2. nuptiis*, Baldus Nouellus *d. n. 4.* & etiam Gratian. *diſcep.for. cap. 964. num. primo fine.*

Vtrum verò bona immobilia tam mulieris minoris 25. annis dotem promittentis, quam viri ſeu mariti pariter minoris dotem recipientis remaneant obligata dicta tacita hypotheca legali in fauorẽ dotis inducta pro ſolutione dotis promiſſæ, vit repetii dotem ſine authoritate curatoris, & decreto iudicis. Hanc difficultatem (de qua latè Mantica *d.lib. 11 tit. 21.* per totum latiſſimè in vtramque partem allegans vtriuſque partis fundamenta) diſcuſſimus ſupra *cap. 8 à num. 62. & num. 64.* quoad bona immobilia viri minoris dotem recipiẽtis approbata eſt ſententia affirmatiua, tanquam communis per rationem, de qua ibi: quam ſententiam præter Doctores *n.61. & eod.n.64.* allegatos tenent Gomez *ad l.50. Tauri, d.n.37. verſ. quod notabiliter*, Auguſtinus Barboſa *collect.ad d.l.vnicã n.11. Cod. de rei vxor. action.* Fontanella alios allegans *d.clauſ.7.gloſſ.1.p.1.n. 49.* Molina *de inſt.tract.2.d.diſp. 438. n. 5.* & approbat etiam Mantica *d.tit.21.n.22.fine*, ob illam rationẽ, quod minor eſt habilis ſe ſolo ad contrahendum matrimonium, & ſic etiam poteſt recipere dotem: ex qua receptione licet eius bona immobilia tacite ſint pro reſtitutione obligata, illa tamẽ receptio à minore non eſt principaliter ordinata ad hũc effectũ obligationis, ſed obligatio à lege inducitur in conſequentiã actus promiſſi, vt etiam Neguſantius & alij Doctores huius ſententiæ aiunt, & multa quæ directè & principaliter fieri prohibentur in conſequentiam, & acceſſoriè tantum permittuntur quoad bona quoque immobilia mulieris dotem promittentis abſque curatoris conſenſu, & iudicis decreto *eod. capite 8.n.63.* Sententia Menochij & aliorum aſſerentium ea intelligi tacite obligata præfata hypotheca legali approbata eſt, vt æquè probabilis ac præcedens ſententia affirmans in bonis mariti, ſeu viri minoris dotem recipientis inſurgere eandem tacitam hypothecam legalem ob eaſdem rationes *ibidem* adductas, cum talis hypotheca, ſeu obligatio ſolum in conſequentiam à lege ipſa inducatur; & hanc pariter ſententiam præter Doctores *ſupra, dicto cap.8.num.62. & 63.* allegatos & alios quos cumulat Mantica *dict. tit. 21. n. 6.* videtur approbare idem Mantica, qui tamen *n.23.* vtramque ſententiam, ſcilicet & quoad bona viri minoris recipientis dotem, & mulieris minoris promittentis dotem immobilia reſtringit, vt non procedat, ſi adſit ſtatutum prohibens vt minor poſſit aliquem contractum celebrare, aliquam facere confeſſionem, ex qua vel ex quo appareat eum quoquo modo obligatum, vel aliquod ei qualecumque præiudicium fiat; vel reſpectu mulieris, ſi ſtatutum diſponat, quod nulla mulier poſſit modo aliquo ſe obligare, & quod ſi iuxta ſtatutum nullo modo poteſt ſe obligare, neque tacitè, neque principaliter, neque conſecutiuè, neque acceſſoriè intelligitur ſe poſſe obligare, ſed ſi ſtatutum non faceret mentionem etiam ex cauſa dotis, quæ eſt ſpecialiter priuilegiata *d. lege vnica §. & vt plenius Codice de rei vxor. actione*, non videretur, ſeu intelligeretur excludere præfatam tacitam obligationem à lege communi fauore dotis inductam, iuxta communem Doctorum, quod ſtatutum non faciens mentionem de cauſa dotis, illam non comprehendit, vbi illa eſt ſpecialiter priuilegiata, vt *ſup.cap. 8. n. 12.* notatum eſt: imo neque illam comprehendere & in caſu; in quo non reperitur ſpecialiter priuilegiata, vt *ſup.c.8.n.12.* notatũ videtur, ſententia magis cõmunis vt *d.c.8.n.13. & 14.* Quandonã vero eadem tacita hypotheca pro dote promiſſa ſoluenda, vel recepta reſtituenda locum habeat in

in bonis fideicommiſſo ſubiectis colligendum, ex traditis *ſupra, capite* 15. vbi latè, quando bona fideicommiſſi poſſint alienari pro dote conſtituenda, & pro dote recepta reſtituenda.

12 Cæterum præfata tacita hypotheca legalis tam pro dote aduentitia, quam pro dote profectitia datur *d. l. vnica citato* §. *& vt plenius*, Neguſant. *d. memb.* 4. *n.* 25. & Mantica *d. lib.* 11. *tit.* 19. *n.* 1. & etiam quamuis de dote promiſſa, vel data, vel de dote ſuſcepta non fuerit facta ſtipulatio inſtrumentumve *d.* §. *vt & plenius*, Neguſantius & Mantic. *loc. citat.* & ſiue dos fuerit conſtituta ante matrimonium, ſiue poſt matrimonium, quia maritus duxerit vxorem ſine dote, vt poſt alios Mantic. *d. tit.* 19. *n.* 19. cum dos conſtante matrim. ſit vera dos, vt *c.* 8. *n.* 1. *&* 8. dictum eſt, & conſequenter gaudet dotis priuilegiis, *& d. l. ſed & vt plenius* priuilegium actionis ex ſtipulatu & tacitæ hypothecæ abſolute conceditur doti. Item habet locum eadem tacita hypotheca pro dote, ſiue ipſæ perſonæ (nempe vxor, & maritus) ſiue aliæ pro muliere, vel marito dotem dederint, vel promiſerint, vt *n.* 6. notatum eſt, & conſtat *ex d.* §. *& vt plenius.*

13 Quare bona patris pro dote ſoluenda, facta per ipſum promiſſione dotis pro filia, efficiuntur ſubiecta d. tacitæ legali hypothecæ, licet ante promiſſionem, & conſtitutionem dotis ab eo factam, non ſint tacitè hypothecata pro dote, quam filiæ *iuxta leg. qui liberos, ff. de ritu nuptiarum, & l. fin. Cod. de dotis promiſſione*, & tradita *ſupra*, *cap.* 4. tenetur conſtituere: idque probatum eſt *ſupra, eod. capite* 4. *num.* 19. & vltra alios Doctores *ibid citatos*, & Peregrinum *deciſ.* 96. *num.* 8. tradit etiam Mantica *d. tit.* 19. *num.* 46.

14 Quandonam verò pro dote vxoris filij ſiue in poteſtate patris ſiue emancipati reſtituenda patris bona ſint tacite hypothecata, ſiue ipſe pater, ſiue filius dotem receperit, late actum eſt *cap.* 12. *à num.* 8. *ad* 62. vbi an pater teneatur pro filio nubente bona ſua obligare pro dote reſtituenda, vel ſi fuerit matrimonio filij, & traditioni dotis præſens vel in matrimonium, aut dotis traditionē factã filio conſenſerit, vel etiamſi non conſenſerit, eiuſdem patris bona pro reſtitutione dotis vxoris filij remaneāt obligata tacita hypotheca legali.

15 Amplius præfata tacita hypotheca legalis habet locum, ſi res datæ in dotem fuerint euictæ, ſcilicet maritus pro rebus dotalibus ſeu ſibi datis in dotem habet in bonis dotantis tacitam hypothecam *d.* §. *& vt plenius*, ibi *rebus dotalibus euictis*, Neguſantius *d. memb.* 4. *n.* 26. *&* 27. & Mantica *d. titulo* 19. *numero ſecund. & tertio*, cum Baldo *in d.* §. *& vt plenius* intelligentes ſi dos primùm fuerit promiſſa, & poſtea tradita, vt ſi dos tradita ſit abſque præcedenti promiſſione, euictio non debeatur *l.* 1. *Cod. de iure dotium*, limitantes non procedere quando extraneus dedit liberaliter dotem abſque ſtipulatione, vt ſibi redderetur incontinenti facta, cum tunc cenſeatur donatio *d. l. vnica*, §. *accedit*, *C. de rei vxor. act.* cum in donatione à traditione incipiente donator non teneatur de euictione *lege Ariſto*, *ff. de donatione*, & dictũ eſt *c.* 17. *praced.* ſi autē dotem dederit (inquiunt) donatio intelligitur cum cogatur dotare, & ſimiliter ſi extraneus dotē dans incontinenti ſit ſtipulatus ſibi dotē reddi, nō eſſet donatio, ideoque pariter extraneus teneretur omnino de euictione *lege ſi pro re pupilli*, §. 1. *ff. de euictione.* Ita *loc. cit.* Mantica & Neguſantius qui confirmat, quia maritus ex ſuo latere in dote habet titulum oneroſũ, licet ex parte vxoris ſit lucratiuus. Verùm an, & quãdo rebus in dotem marito datis euictis dotator teneatur marito de euictione, late actum eſt *præcedenti capite* 17. vt non ſit opus aliud addere.

16 Dos quoque putatiua, vbi matrimonium nulliter contractum eſt bona fide, ſaltem ex parte mulieris, fauore eiuſdem mulieris habet priuilegium dictæ tacitæ hypothecæ legalis, & etiam prælationis reſpectu creditorũ mariti putatiui habentium tacitam hypothecam anteriorem, quod *ſupra capite ſecundo*, *num.* 114. probatum eſt, & præter Doctores *ibidem* relatos tradunt Gomez *dicta lege* 50. *Tauri numero* 37. *verſiculo ſecundo extende*, Mantica *dicto titulo* 59. *numero* 20. & Molina *de iuſt. tract. ſecund. diſput.* 438. *numero quinto.* Reſpectu vero viri putatiui non habet vt *eodem numer.* 124. notatum eſt. Quare ſi mulier ſeruo, quem liberum putabat, nupſerit, eique dotem dederit, in peculio ſerui præfertur aliis ſerui creditoribus, *lege ſi cum dotem*, §. *vltimo*, *ff. ſoluto matrimonio.*

17 An vero dos confeſſata, ſcilicet de cuius numeratione non conſtat aliter quam per mariti confeſſionē, habeat præfatum priuilegium tacitæ hypothecæ legalis pro illius reſtitutione in bonis mariti confitentis, & etiam prælationis reſpectu creditorum mariti, actum eſt *ſuprà*, *cap.* 10. *num.* 227. & ex latè traditis *in d. cap.* 10. quandonam mariti confeſſio de dote recepta probet numerationem dotis. De qua re præter Doctores *dict. num.* 227. allegatos, & Mantica *de tacit. & ambig. conu. lib.* 11. *tit.* 20. *& tit.* 27. & Couar. *var. reſol. lib.* 1. *cap.* 7.

18 Ampliatur dictum priuilegium tacitæ hypothecæ legalis pro ſolutione, & reſtitutione dotis, vt procedat & in bonis fideiuſſoris, qui ex parte mulieris interceſſit pro dote promiſſa ſoluenda, aut ex parte viri interceſſit pro dote recepta reſtituenda in caſibus, in quibus fideiuſſores pro dote dari poſſunt, iuxta tradita *c.* 12. Neguſantius *de pignor. d. memb.* 4. 2. *p. n.* 62. Mantica *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 11. *allegato d. titulo* 19. *num.* 40. Gomez *ad d. l.* 50. *Tauri*, *n.* 37. *verſ. tertio extende*, & Molina *de iuſt. tract. ſecund. d. diſp.* 438. *n.* 6. poſt Baldum Nouellum *de dot. p.* 6. *priu.* 7. *in principio*, obligatio enim fideiuſſoria eſt acceſſoria, & ſequitur naturam ſui principalis, *arg. textus in reg. acceſſorium, de reg. iuris, & in l.* 2. *C. per quas perſonas.*

19 Procedere inſuper præfatum priuilegium tacitæ hypothecæ inter Iudæos, ſcilicet in dote à muliere Iudæa promiſſa marito Iudæo, & recepta à marito Iudæo ab vxore Iudæa, vt bona mulieris promittentis, & viri recipientis dotem ſint tacite obligata pro ſolutione, & pro reſtitutione dotis, tradunt Pontius, Hoſtienſis, Io. Andreas, Ancharanus, Bellenſinus *in cap. Gaudemus, de diuortiis*, ob eam rationē, quod inter Iudæos conſiſtit matrimoniũ, licet nō ita firmum, & indiſſolubile ſicut inter Chriſtianos, & ita ſentiunt etiam Neguſantius *dict. memb.* 4. *num.* 69. & nonnulli alij relati à Mantica *d. tit.* 19. *num.* 31. qui tamen *num.* 32. adhærens Abbati *in d. cap. gaudemus*, & aliis à Tiraquello *de primog. quæſt.* 66. *numer.* 10. contradicit dicens contrarium colligi, & *auth. item priuileg. Codic. de hæreticis*, cuius verba ſunt, *Item priuilegium, quo mulier creditoribus tempore prioribus anteponitur, necnon de tacitis hypothecis, & omnia alia mulieribus à lege data clauduntur his quæ catholicam non participant communionem.* Et ita etiam ob præfata iura priuilegia dotis non habere locum inter coniuges Iudæos, & infideles ſentit Baldus Nouellus *de dot. p.* 10. 2. *par. principalis, num.* 45. addens quod ſi coniux infidelis ad fidem conuerteretur, dotis priuilegiis potiretur. At Imperator *in d. textu* loqui videtur de muliere hæretica, non de Iudæa, quemadmodum etiã *in auth. de priuilegiis dotis hæreticis mulieribus non præſtandis*, §. *quia igitur*, dicto priuilegio tacitæ hypothecæ legali priuatur. Quod ſuadetur ex eo quod *d. auth. item priuilegium eſt ſub titulo de hæreticis*, ac proinde etiam ex ea Doctores [vt notat Auguſtinus Barboſa *collect. ad eandem auth. item priuilegium*] colligunt mulierem, quæ in hæreſim inciderit, ius tacitæ hypothecæ, & prælationis reſpectu aliorum creditorum mariti tempore priorũ amittere, magis enim odioſa legiſlatoribus fuit mulier, quæ ſemel iam Chriſtiana, & fidem catholicem profeſſa

profeſſa hæreſim amplectitur, quam quæ nunquam per baptiſmum fidem Chriſti,& Catholicam ſuſcepit, ſeu eſt profeſſa; ideoque pœna iniuncta mulieri hæreticæ non videtur extendenda ad mulierem Iudæam.

20 Igitur vxori hæreticæ certum eſt competere præfatum priuilegium tacitæ hypothecæ, vt bona mariti pro dotis reſtitutione ſint obligata, & ea habeat ius, vt anteponatur aliis creditoribus,vt conſtat ex *auth.*& tradunt Neguſantius *d.memb.*4.*n.*68.Mantica *d. tit.* 19. *fine*, & Auguſtin. Barboſa *dict. collect. ad d. auth. Item priuilegium*, alios allegantes; qui tamen limitant, ſi mulier quæ in hæreſim incidit, poſtea hæreſin abiurauerit & ad Eccleſiæ gremium redierit,ita vt tempore quo vult vti eo priuilego ſit Catholica, nam tunc

21 frueretur eodem priuilegio.

Quonam verò tempore præfata hypotheca tacita legalis competens vxori in bonis mariti pro reſtitutione dotis ei ſolutæ, & etiam hypotheca expreſſa facta in capitulis matrimonialibus incipiat, an ſolum à tempore dotis marito ſolutæ, an tempore contracti matrimonij, an verò à tempore promiſſionis & contractus dotalis, licet poſt aliquod tempus fuerit poſtea contractum matrimonium *ſupra, capite ſecund. à numero* 108.*ad* 114.explicatum eſt relatis ibi quatuor ſententiis cum ſuis defenſoribus, & approbata eſt ſententia quod incipiat à die promiſſionis & contractus dotalis. Ad ibi tradita recurrat Lector, ſolum aduerto in allegatione Fontanell. *n.*110.*&* 112.*haberi clauſul.*7.*gloſ.* 2.*p.*2. & debet diei *p.*1. qui error irrepſit ex inaduertentia, ibi etiam *n.* 115.dictum eſt hypothecam tacitam legalem,vel expreſſam competentem viro pro dotis promiſſæ ſolutione, habere locum à tempore promiſſionis,ſeu cõtractus dotalis, & *ibid.*videat Lector.

§. II.

Quibuſnam aliis præter vxorem & maritum competit præfatum priuilegium tacitæ hypotheæ legalis pro fauore dotis d.§.ſed & vt plenius d.l.vnic. C.de rei vxor.*introductæ.*

22 ET ſit primum quæſitum, an ſponſa de futuro pro dote ſponſo tradita ſeu ſoluta intuitu matrimonij futuri, quod poſtea non eſt ſecutum, habeat in bonis ſponſi contra ipſum, & eius hæredes dictam tacitam hypothecam cum prælatione reſpectu aliorum creditorum ſponſi, & alia priuilegia dotalia quæ mulieri competunt pro dote ſoluta ſponſo per verba de præſenti,ſeu marito?Hæc quæſtio diſcuſſa eſt *ſupra,capite* 2. *numer.* 114. *&* 115. vbi pro ſententia negatiua plures Doctores allegantur,præter quos eam negatiuè tenent Gomez *ad legem* 50.*Tauri num.*37.*verſic. ſecundo limita*, Auguſtinus Barboſa *collect. ad dictam legem vnic.numer.*18.*fine*,& Molina *de iuſt. tract.* 2. *d. diſput.* 438. *n.* 7. Approbata autem eſt ſententia affirmatiua, quam vltra Doctores *ibidem* allegatos ſuſtinent Mantica *de tacit. & ambiguis conu.lib.*11.*titulo* 19. *numero* 22. *& titul.* 26. *numero* 28. *fine*,Fontanella *de pact.nuptial. clauſula ſeptima, gloſſa ſecund. parte prima, numer.*40. & alij ab eodem relati; & quando facta eſſet expreſſa ſtipulatio, ſeu promiſſio reſtituendi dotem in omni caſu ſoluti matrimonij, etiamſi poſtea non fuerit ſecutum matrimonium propter aliquod impedimentum,ſponſam habere hypothecam pro dotis reſtitutione in bonis ſponſi cum prælatione reſpectu creditorũ, qui poſt eam ſtipulationem ſeu promiſſionem cum ſponſo contraxerunt, reſoluit Rota Romana *deciſione* 166. apud Manticam: cum autem quæſtio *ibidem* ſufficienter ſit examinata, nihil vlteriùs addendum.

Solum aduerto(quidquid ſit de tacita hypotheca)priuilegium quod ante inductam tacitam hypothecam *dicta lege prima,§.ſed.& vt plenius*, vxor habebat, vt in exigenda dote marito ſoluta habebat,vt præferretur cæteris creditoribus anterioribus perſonalibus, ſeu habentibus ſolum actionem perſonalem, ita quod primo loco de bonis viri ſoluenda ſit dos vxori, eſtò non maneãt bona,vnde ſatisfiat anterioribus creditoribus,de quo priuilegio *lege* 2.*paragrapho vltimo & duabus legibus ſequentibus,ff.de priuileg.creditorum,& in lege aſſiduis,Codice qui potior. in pign.* Antonius Pichardus *lib.* 4. *Inſtit.* §. *quædam actiones, in quæſt. de collatione bonorum & de priuil. creditorum, articulo quinto, numer.* 31. *&* 32. & Molina *de inſt.d. diſput.* 438. *numer. primo*: aduerto, inquam, præfatum priuilegium habere etiam ſponſam de futuro pro recuperanda dote data ſponſo ſpe futuri matrimonij, eo non ſecuto,vt cæteris omnibus perſonalibus tantum etiam priuilegiatis anteponatur, vt expreſſe habetur *lege ſi ſponſa,ff. de iure dotium, & dicta lege ſecund.* §. *vltimo*, & tradunt Pichardus & Molina *loc.citat.* 23

An etiam dos per Patrem in capitulis matrimonialibus intuitu futuri matrimonij promiſſa pro filia ſponſo de futuro matrimonio non ſecuto habeat hypothecam cum prælatione in bonis patris promittentis & à tempore promiſſionis, actum eſt *ſupra,eodem capite ſecund. num.*116. *&* 117.& reſolutum affirmatiuè videatur ibi. 24

Secundum quæſitum, an præfata tacita hypotheca inducta pro dote *dicta lege ſed & vt plenius*, extraneo, qui pro muliere dotem dedit, & ſtipulatus eſt ſibi ſoluto matrimonio reddi, competat in bonis mariti, ſeu illius qui tenetur dotem reſtituere, pro eiuſdem dotis repetitione, ita quòd pro exactione poſſit vti actione hypothecaria?Et Doctores communiter reſoluunt,non competere. Ita Baldus Nouellus *de dote parte* 6.*priuil.* 7.*numer.*3. *& p.*12.*n.*7.*fine*, Neguſantius *de pign. membro* 4.*p.*2. *numero* 62. Mantic. *de tacitis & ambiguis conuent. lib.*11.*titulo* 19.*nu.*47.*& titul.*26.*num.* 36. Gomez *ad legem* 50. *Tauri, n.*36. *verſic. limita tamen*, Petr.Barboſa *ad legem primam, p.*3.*nu.*29. *&* 30.*ff.ſoluto matrimonio*, Auguſtin. Barboſa *collectaneo ad dictam legem vnicam,num.*11. *Cod.de rei vxor. actione*, Molina *de iuſt. d.tract.*2.*diſput.*438.*n.*7.& antiquiores Iuriſperiti communiter à Neguſantio, Mantica, & Gomez relatis & probant, quia priuilegium hoc ſolis coniugibus inuenitur conceſſum, in quorum fauorem à Iuſtiniano inducta eſt tacita, ſeu ficta ſtipulatio in omni promiſſione dotis, & contractu dotali, licet de ea à contrahentibus mentio facta non ſit, ita quod actio ex ſtipulatu pro dote marito ſoluta repetenda, & pro dote à muliere promiſſa exigenda à marito ſemper iiſdem competeret, vt late explicatum eſt *capite, nono*; huicque actioni ex ſtipulatu voluit ineſſe ſemper tacitam hypothecam eorundem coniugum fauore ſolum, ita quod ad quem tranſit hæc actio ex ſtipulatu pro dote,tranſit etiam hypotheca:fauore autem extranei dotem promittentis non fingitur ſtipulatio, vt idem Doctores, qui omnia prædicta colligunt ex *dicta lege vnica,d.§.ſed & vt plenius &* §. *accedit, C. de rei vxor.act. & l.aſſiduis Cod. qui potiores in pign. habeant. &* §.*fuerat,Inſtituta de actionibus.* Et latius Nouellus *d.p.*12.*in prioribus numeris vſque ad* 10.Quare iidem Doctores cum aliis antiquioribus aiunt priuilegium prælationis reſpectu creditorum mariti anteriorum conceſſum mulieri pro dote ſua repetenda,nullo modo competere ei extraneo, qui dotem pro muliere marito dederit,& eam ſibi reddi ſoluto matrimonio ſtipulatus fuerit,cum nec tacitam hypothecam habeat.Neguſantius *d.n.*67.Mantica *d.tit.*26. allegato *num.* 36. Baldus 25

& ex *l. aſſiduis C. qui potior. in pign. habeant.* ibi, *cui* (ſcilicet actioni ex ſtipulatu) *etiam donauimus ineſſe hypothecam*: & tradunt Doctores communiter, Baldus Nouellus *de dote p.12.n.6.* Gomez *in l.59. Tauri, n.45.* Neguſantius *de pign.d.memb.4 p.2.n.29.* Mantica *de tacit.& ambig.convent.lib.11.tit.19.n.6.* Gomez *ad l.50. Taur.n.45.* P. Barboſa *ad l.1.p.3.n.30.verſ. Præterea,& p.6.n.13.fine,* Molin. *de iuſt.tract.2.diſp.438.n.8.* & alij, præſertim antiquiores Iuriſperiti ab iis relati, ideò quia ad quemcumque tranſit actio ipſa, tranſit & tacita hypotheca, iuxta regulam *l.in omnibus ff.de reg.iur.* ſcilicet quod quando perſonæ conditio locum facit beneficio, tunc deficiente perſona deficit beneficium, ſed priuilegiũ datur actioni, & tunc ad quem tranſit actio tranſit & beneficium, quod etiam conſtat ea regula *priuilegia ff. eod. tit.* & tradunt cum aliis prææallegati Doctores, præſertim Bald. Nouell. *d.p.12.n.1.verſ.4.& d.n.6.* vbi etiam addit aliam rationem, vt ibi.

28 Hinc præallegati Doctores omnes cum aliis primo concludunt, dictam tacitam hypothecam pro dote tranſire ad quemcũque hæredem vxoris & mariti, etiã extraneũ, eo quia actio præfata de dote, ſeu ex ſtipulatu muliere ipſa defuncta ſecundum ſui naturã tranſit ad illius hæredes, vt expreſsè habetur *d.l.vnica, §. illo procul dubio, C.de rei vxor.act.* Ex quo textu etiã colligunt & tradunt ſcribentes communiter. Probatur etiam ex *d.l. priuilegia.* Vbi dicitur, quod priuilegia quæ ſunt cauſæ, tranſmittuntur ad hæredem, nequaquam verò, quæ ſunt perſonæ; vnde de hoc priuilegio tacitæ hypothecæ non intelligitur *l.1. C. de priuil. dotis,* dicens generaliter priuilegiũ dotis, quo mulieres vtuntur in actione de dote, ad hæredem non tranſire, vt Bartolus & alij ibi ſcribentes, & etiam Bald. Nouellus *d.n.6.* notant, *ſed d.l.1 à ſcribentibus* ibi, & ab aliis à Neguſantio *dicto memb.4.n.94.* & Petro Barboſa *in d.l.1.p.6.n.13.* intelligitur de priuilegio prælationis reſpectu creditorum anteriorum mariti mulieri *in l. aſſiduis, Cod. qui potior. in pign. habeant.* conceſſo, quod vti perſonali, ſeu perſonæ conceſſum præcitati Doctores & alij communiter iuxta regulam, *qua tali ff. ſolut. matrim.* negant tranſire ad mulieris hæredes extraneos, & latius probat Neguſantius *d.n.94.* & P. Barboſ. *d.n.13.* & Gomez *d.n.45.* & eſt expreſſum *in allegato §. fuerat, in fin. inſtit. de actionibus,* ibi: *Præferri autem* (inquit Iuſtinianus) *aliis creditoribus in hypothecis tunc cenſuimus, cum ipſa mulier de dote experiatur, cuius ſolius prouidentia hoc induximus,* vel intelligitur *d. l. vnica Cod. de priuil. prælationis dotis,* quoad actiones perſonales mulieris ante *d. l. aſſiduis C. qui potior. in pignor.* mulieri conceſſo, de quo *ſuprà n.22.& 42.* facta eſt mentio, ita Gomez *d.n.45.verſ. Ius verò,* P. Barboſa *in l.1.p.6.n.14. verſ. vnde colligitur,* & Pichardus *in §. fuerat, n.49. inſtit. de action.* Addit Gomez *d. n.45. fin.* hoc mulieris priuilegium prælationis in actione perſonali vel hypothecaria vti datum perſonæ ſolum, non tranſire ad hæredes, regulariter verò omnia iura, & priuilegia dotis, quæ dantur ipſi doti, vel actioni, vel cauſæ tranſmitti ad omnes hæredes, de quo latè Baldus Nouellus *dict. part.13. per totam.*

29 Præterea Doctores & alij concludunt idem priuilegium tacitæ hypothecæ eſſe ceſſibile, ſeu tranſire ad ceſſionarium eiuſdem mulieris, quia quod eſt tranſmiſſibile ad hæredes, intelligitur etiam ceſſibile. Ita poſt Bartolum, Baldum, & alios antiquiores Baldus Nouellus *dict. num.6. verſ.& ex hoc,* Neguſantius *vbi ſup. n.31.* Mantica *d.tit.19.n.7.* & P. Barboſa *d.p.3. allegato n.30.* Vbi tamen aduertit prædicta eſſe intelligenda, vt hæres mulieris, vel ceſſionarius habeant tacitam hypothecam, non quidem ex perſona propria, ſed potius inductam à principio in fauorem mulieris, & ab ea in eo tranſlatam *arg. cap. ex litteris de pignoribus.*

Vtrum autem idem priuilegium tacitæ hypothecæ competat extraneo, cum ex delegatione facta à muliere dotis reſtitutio fuit per virum promiſſa, id examinat Baldus Nouellus *de dote parte ſexta, priuilegio 7. num.3. verſ. 3. & verſiculo tamen,* & ſi delegatio facta ſit ab initio promiſſionis de reſtitutione dotis, & ſic ante aliquod ius quæſitum mulieri, exiſtimat non competere, cum tunc non videatur extraneus ille, cui facta eſt promiſſio reſtitutionis dotis venire ex perſona mulieris, competere vero, ſi delegatio fuerit facta ex interuallo, & poſt promiſſionem reſtitutionis factæ à marito ipſi mulieri, & ſic poſt ius mulieri quæſitum, cum tunc videatur extraneus ille venire, & ſuccedere in iure iam quæſito mulieri. Addit tamen fortè competere etiam primo caſu per rationem, de qua ipſe *verſ. Tamen.*

§. III.

Pro quibuſnam aliis, vltra dotem competat præfata hypotheca tacita legalis conceſſa actioni de dote lege vnica §. ſed & vt plenius, Cod. de rei vxor. action.

PRimum quæſitum, præfatum priuilegium tacitæ hypothecæ an mulieri competat pro augmento 30
dotis marito facto, & dato recuperando? & certum eſt competere, vt conſtat ex §. *aliud quoque, auth. de æqualitate dotis,* & ibi ſcribentes & poſt alios Neguſantius *de pignor. memb.4 p.2.n.46.* Mantica *de tacit.& ambig.conv. lib.11. tit.19.n.13.* & Cancerius *var. reſolut. tom.6. cap.9.n.4.* Augmentum enim dotis cenſetur dotis pars, & iiſdem dotis priuilegiis gaudet, vt iidem Doctores, & traditur latius *c.1.n.61.& 61.& c.3.n.8. & c.8.n.157.* Vnde etiam dicta tacita hypotheca etiã cum prælatione, reſpectu anteriorum creditorum mariti tacitam hypothecam habentium competit vxori pro augmento dotis ſicut pro dote, vt exprimitur *d. §. aliud quoque,* & cum aliis tradunt *loc. citat.* Neguſantius & Mantica, & probat adducta ratio. Aduertunt autem *iiſdem locis* Neguſantius, & Mantica, quod tacita hypotheca, quæ mulieri competit pro augmento dotis, non trahitur retro ad initium tacitæ hypothecæ contrariæ pro ipſa dote, ſed ſumit initium à die ipſius augmenti, quod clarè habetur *l. ſi conſtante, Cod. de donationibus ante nuptias.* Quæ omnia procedunt etiam de augmento à muliere facto viro conſtante matrimonio, vt ex eadem *l. ſi conſtante* conſtat. Hoc enim augmentum dotis conſtante matrimonio habet veræ dotis priuilegia, ceſſante omni fraudis & donationis inter coniuges prohibitæ ſuſpicione, vt *ſup. cap.12. n.116.* notatum eſt, & probat *d.l. ſi conſtante.* Pro augmento etiam dotis mulieri à viro facto, ſiue ante contractum matrimonium, ſiue conſtante matrimonio, in caſibus, in quibus *ſupra cap.8.n.16. ad 171.* enumeratis, & explicatis probatum eſt, eſſe verum augmentum, & partem dotis, & ſic habere dotis priuilegia, mulier habebit tacitam hypothecam cum prælatione. Suppoſita autem ſententia aliorum *eodem cap.8.n.159.* & nonnullis *ſequentibus* poſita, quod omne id, quod à marito datur mulieri ſub titulo augmenti dotis, vel dotis, non eſſe verum dotis augmentum, ſed tantum donationem propter nuptias, mulier pro eo augmento habebit quidem priuilegium tacitæ hypothecæ, ſed non prælationis, vt *eodem num.159.* notatur. Pro quare ſit

Secundum quæſitum, an pro donatione propter nu- 31
ptias ſibi à marito promiſſa habeat mulier præfatam tacitam hypothecam pro dote conceſſam in bonis eiuſdem mariti. Et communis Iuriſperitorum conclu-

ſio eſt, eam habere, ita Couarruuias *var. reſolut. lib. 1. cap. 7. n. 1. verſ. eod. pacto.* Neguſantius *d. memb. 4. n. 64.* Mantica *d. lib. 11. tit. 26. n. 49.* Anton. Gomez *ad l. 50. Tauri n. 41.* P. Barboſa *ad l. 1. p. 3. n. 31. ff. ſolut. mat.* Amator Rodrig. *de concurſu creditorum p. 1. art. 1. n. 21.* & alij communiter apud eoſdem, & conſtat *ex l. vbi adhuc Cod. de iure dotium, ex l. aſſiduis ff. qui in pign. pot. habean. & ex auth. de æqualitate dotis d. §. aliud quoque.* Habet tamen mulier pro eadem donatione ſolam tacitam hypothecam, non ius prælationis reſpectu creditorum mariti, qui habent anteriorē tacitam hypothecam, vt eſt expreſſum *in d. l. aſſiduis*, & tradunt cum aliis Doctores præallegati, & Textus *in d. leg. aſſiduis*, aſſignat rationem differentiæ, cur ius prælationis ſit conceſſum pro dote, & non pro donatione propter nuptias, in illis verbis. Hæc *autem tantum ad dotem ſancimus, non autem ad ante nuptias donationem quam ſuo tempore ſeruare diſpoſuimus, & habere inter creditores ſui temporis ordinem: non enim pro lucro fouemus mulieres* (quod lucrum verſatur in acquiſitione donationis propter nuptias) *ſed ne damnum patiantur* (quod damnum ſuſtineret mulier omittendo dotem) *ſuiſque rebus defraudentur curamus.* Fauorabilior enim eſt cauſa, vbi agitur de damno vitando, quam vbi de lucro acquirendo, potentiuſque priuilegium habet, qui de damno vitando contendit, iuxta regulam quod nemo cum alterius iactura locupletari debet, aut damnum ſentire per alterius lucrum *leg. iure ſuccurſum ff. de iure dotium l. nam hoc natura ff. de condict. indebit. & leg. iure natura ff. de reg. iur.* Ex qua legis ratione quod mulier pro donatione propter nuptias non habeat vnà cum hypotheca ius prælationis, venit intelligendum, ſi mulier agat ad donationem propter nuptias ad effectum eam lucrandi, ſecus autem ſi agat ad eam tanquam ſibi ſpecialiter obligatam pro dote, vt ex ea obtineat dotis datæ faciliorem reſtitutionem: nam tunc in ea, & in bonis propter nuptias donatis poteſt vti iure tacitæ hypothecæ cum prælatione, debetque præferri anterioribus creditoribus, qui tacitam habent hypothecam, vt poſt Abbatem, & Innocentium *in cap. ex litteris*, & alios Couarruuias *d. verſ. eodem pacto, fin.* Neguſantius *num. 65.* Mantica *num. 50.* & P. Barboſa *d. num. 31.* Ex traditis autem Gomez *dict. num. 41. fin.* tria infert. Primum quod hodie in Regno Hiſpaniæ pro arrhis erunt bona mariti tacitè obligata, non tamen habebit mulier ius prælationis. Secundum quod pro veſtibus & donis datis per ſponſum ſponſæ iuxta *leg. 53. Tauri*, erunt bona mariti obligata, ſi fortè maritus ea alienauit, non tamen habebit mulier ius prælationis. Tertium quod pro medietate lucrorum, quæ iuxta leges illius Regni pertinent ad vxorem, erunt bona mariti tacitè obligata, ſi fortè maritus ea alienauit mortua vxore, vel ea viuente in caſu prohibito, non tamen competit ius prælationis. Et Amator Rodriquez *dict. artic. 1. num. 22. verſic. ſed tamen*, poſt Gregorium Lopez tuetur primum corollarium de arrhis, quæ dantur ſimplici donatione propter nuptias, *vt in auth. de æqualitate dotis §. his conſequens*; ſecus de arrhis quæ dantur in augmentum dotis, in quibus vnà cum eodem Lopez dicit mulierem eſſe præferendam anterioribus creditoribus, iuxta *leg. 19. titul. 33. part. 5.* Tertium corollarium idem Rodriquez *numero vigeſimo quarto* reuocat in dubium ex Guttierrez *parte prima de iuramení. confirm. cap. 46. numero ſexto*, contendente pro illis lucris, neque etiam concedi tacitam hypothecam, cum nullibi à iure diſpoſitum reperiatur, & idem tradit Petrus Barboſa *in lege prima, parte tertia, numero 29. verſic. & pari ratione.*

33 Tertium quæſitum, an pro bonis paraphernalibus vltra dotem marito traditis, & quæ maritus adminiſtrauit, recuperandis vxor habeat tacitam hypothecam legalem in bonis mariti; & certum eſt habere, vt expreſſum eſt *lege vltima, Codice de pactis conuentis*, & ibi ſcribentes, & communiter omnes: ita alios allegantes Couarruuias *var. reſolut. lib. 1. cap. 7. num. 1. inſtit.* Neguſantius *d. memb. 4. n. 63.* Mantica *d. tit. 26. n. 48.* Gomez *ad d. l. 50. Tauri n. 40. verſ. item quæro.* P. Barboſa *ad d. l. 1. p. 3. n. 31.* Amator Rodriquez *d. art. 1. n. 20.* & Rendina *in promptuario ſelectarum tit. de viro & vxore, n. 17.* Fontanella *de pact. nupt. clauſ. 6. gloſſa 3. p. 7. n. 63.* & Auguſt. Barboſa *collect. ad cap. ex literis, num. 9. de pignor.* Non habet tamen ius prælationis reſpectu aliorum creditorum anteriorum cum tacita hypotheca; quia priuilegium prælationis ſoli doti conceſſum ſit, *d. l. aſſiduis, C. qui potior. in pign. hab.* & ita cum aliis reſoluunt omnes præallegati Doctores. Si vir nullum eorumdem bonorum paraphernalium adminiſtrationem habuit, ſed mulier ea adminiſtrauit, tunc bona mariti non ſunt tacitè pro eis hypothecata, vt iidem Doctores aſſerunt, & colligitur ex *d. l. vltima.*

Quartum quæſitũ, an hypotheca tacita legalis pro dote conceſſa *in d. l. vnic. §. ſed & vt plenius Cod. de rei vxor. act.* ſe extendat etiã ad dotis acceſſiones, ſcilicet competat etiã pro fructibus dotis, & intereſſe, ſeu vſuris ratione dotis debitis vxori vel marito. Et negatiuã ſententiam quoad vſuras & intereſſe præter Bartolum *in l. Lucius n. 4. ff. de alim. & cibar. legatis*, & præter plures alios à Rendina *in prompt. receptar. tit. de action. n. 24.* relatos tenent expreſſè Bald. Nouell. *de dote p. 6 prin. 7. fine*, & P. Barboſa *ad d. l. 1. p. 3. n. 29. verſ. ex quibus ff. ſol. mat.* primo quia in iure non inuenitur cautum, vt pro dotis acceſſionibus, fructibus, & intereſſe, ſeu interuſurio dotis bona mariti vel vxoris ſint tacitè obligata. Secundò maritus, vel vxor ratione tacitæ hypothecæ non cenſetur bona ſimpliciter obligaſſe, ſed limitatiue, & ideo non pro vſuris & aliis acceſſionibus. Tertio quia licet iuxta *l. Lucius, ff. qui potior. in pign. hab.* pignora obligata pro ſorte cenſeantur obligata pro vſuris ratione ſortis debitis, ibi tamen eſt ſermo de hypotheca expreſſa, quæ cum ſit fortior tacita, non debet extendi ad tacitam, quia eſſet arguere de maiori ad minus affirmatiuè, quod non licet.

Affirmatiua tamen ſententia eſt magis communis, 35 veriorque videtur, quàm non ſolum quoad fructus dotis in fundo conſiſtentis, ſed etiam quoad intereſſe, & vſuris, ſeu interuſurio dotis, præter Bartolum ſibi contrarium *in lege ſi cum dotem, §. ſin autem in ſæuiſſimo numero ſeptimo ff. ſolut. matrimon. ibidem* Raphaëlem, Cumanum, Paulum de Caſtro, Alexandrum, & alios à Neguſantio *de pignor. membr. quart. parte ſecunda numero 47.* & Rendinam *loco citato* relatos, & plures alios ex antiquioribus Iuriſperitis ſuſtinent Neguſantius *dict. memb. quart. citato numero ſeptimo & ſequent.* Campegius *de dote 2. p. quæſt. 63.* Corduba à Lara *in leg. ſi quis à liberis §. ſi quis ex his num. 40. & 41. ff. de liber. agnoſc.* Stephanus Gratianus *tom. 4. cap. 726. num. 81.* Surdus *de alim. tit. 8. priuil. 49. & 50.* Mantica *de tacit. & ambiguis convent. lib. 11. tit. 19. n. 14. & 15.* Rendina *d. num. 24.* Amator Rodriguez *de concurſu creditorum p. 1. artic. 1. num. 25.* Salgado *in Labyrintho lib. 1. cap. 24. num. 91. & 95.* Auguſtin. Barboſa *collect. ad d. l. 1. n. 11. de rei vxor. act.* & Molina *de iuſt. tract. 2. diſp. 483. n. 10.* & plurimi alij à me *in praced. tr. de alim. c. 14. n. 871. circa medium* relati. Hæc ſententia, quod hypotheca tacita pro dote competat, & pro fructibus datis vxori reſtituendis, probatur quia illi actione de dote peti poſſunt *l. ſi marito, paragrapho vltim. ff. ſolut. matrim.* & conſtat ex latè traditis *ſup. c. 1. n. 55. 58. 59. 60 & 61.* & poſt alios tradit

Gratianus

Gratianus *n.* 21. Actio autem de dote habet annexam tacitam hypothecam, vt *ſupra num.* 27. probatum eſt. Et hoc idem expreſsè tradit Surdus *priuil.* 49. *num.* 5. idemque ſentit Nouellus *d. priuil.* 7. *n.* 4. *verſ. primo caſu*: quod verò eadem hypotheca tacita inducta pro ſorte ſe extendat etiam ad dotis intereſſe, & vſuras, vt bona tacitè obligata pro dotis reſtitutione intelligantur etiã tacitè obligata pro vſuris exigendis, præallegati Doctores communiter probant ex eo, quod obligatio, ſeu hypotheca pro ſorte cenſetur etiam inducta pro vſuris, ſeu interuſurio, *d. l. Lucius ff. qui potior in pign. habeantur.* Vbi expreſsè dicitur quod pignora obligata pro ſorte intelliguntur etiã obligata pro vſuris pro ſorte debiti, Per quem textum Doctores, vt notat Mantica *dicto lib.* 11. *de tacit. & ambig. conu. tit.* 21. *n.* 32. concludunt, quod prior tempore, potior in iure intelligitur non ſolum in ſorte, ſed etiam in fructibus, & vſuris, nempe licitis, & Salgado *d. cap.* 24. *n.* 94. & latius *p.* 2. *cap.* 23. *num.* 70. vnà cum centum aliis, quos *eodem n.* 70. refert, probat quod quemadmodum creditori cenſus hypothecarij competit hypotheca & prælatio pro ſorte principali, ita & pro vſuris, ſeu annuis præſtationibus futuris, ita quod idẽ creditor cenſuarius & pro ſorte & pro iis vſuris futuris præferatur quibuſlibet creditoribus contrahentibus cum debitore poſt cenſus impoſitionem & obligationem, antequam vſuræ & redditus naſcerentur, & deberi inciperent. Neque admittendã eſſe in hoc differentiã inter hypothecam expreſſam & tacitam, poſt alios probat, nam ratio præcipua, cur hypotheca expreſſa extendatur ad acceſſionem, quales ſunt vſuræ dotis, eſt quod accedit ſequitur principale, ſeu cenſetur eiuſdẽ naturæ eſſe cuius & principale, gaudet iiſdem priuilegiis *l. quæcumque* §. *item ſi inſtitor ff. de inſtitor. & aliis iuribus ſupra cap.* 1. *n.* 60. ad id adductis; & ſentiunt communiter Doctores *eod. n.* 60. allegati. Quæ ratio ſimiliter habet locum in tacita hypotheca. Quare de huiuſmodi dotis acceſſionibus & vſuris, ſeu intereſſe dotis non oportebat *in d. l. vnica*, §. *ſed & vt plenius*, fieri expreſſam mentionem, ſicut de dote, quia erant vt dictum eſt, quid naturæ ipſius dotis: ad quod faciunt notata *cap.* 15. *num.* 114. ibi videnda. Vnde non poteſt dici quod maritus non ſimpliciter, ſed limitatiue cenſeatur ſe obligare illa tacita hypotheca pro dote & non pro vſuris, niſi expreſſerit in contractu dotis.

35 Quæſitum quidem, an ſicut bona mariti ſunt vxori pro dotis reſtitutione tacite hypothecata, illi competit tacita hypotheca in bonis mariti, ita etiam competat pro alimentis, quæ ei maritus præſtare debet: & negant abſolutè Bartolus *loco ſupra allegato*, Romanus *in d. leg. ſi cum dotem*, §. *ſin autem in nouiſſimis*, *& conſ.* 454. *n.* 128. & plures alij Doctores antiqui relati à Corduba *d.* §. *ſi quis ex his*, *n.* 41. *verſ. contrariam*, Surdo *d. priuil.* 49. Rendina *ad tit. de actionibus*, *allegato n.* 24. & P. Barboſa *in l.* 1. *d. q.* 3. *n.* 29. quos ſequuntur Baldus Nouellus *d. priuil. n.* 4. P. Barboſa *d. n.* 28. & Fachineus *controu. iuris lib.* 12. *cap.* 33. Probant quia id nullibi reperitur iure cautum, & ſi legiſlatores voluiſſent bona mariti eſſe obligata pro alimentis, facilè id exprimere potuiſſent, ſicut expreſſerunt fauore dotis, & tacita hypotheca non inducitur, niſi in caſibus à iure expreſſis, vt *ſuprà n.* 4.

36 At mariti bona eſſe vxori tacitè obligata, & hypothecata pro alimentis illi debitis, ſicut pro dotis reſtitutione, tenent Bartolus *loco ſupra relato*, *n.* 35. Paulus de Caſtr. *in dicta leg. Lucius* §. *ſin autem n.* 3. *ff. ſoluto matrimonio*, *& conſ.* 8. in antiquis (licet ibi reſtringat pro alimentis quæ petuntur conſtante matrimonio) Alexander *in d.* §. *ſin autem*, & plurimi alij antiqui à Surdo *dicto priuil.* 49. Neguſantio *de pign. d. membr.* 4. *parte* 2. *num.* 47. & Mantica *d. titulo* 19. *num.* 35. relati, & Mateſcottus *var. libro ſecundo*, *cap.* 83. *num.* 7. Hancque ſententiam tenent iidem Neguſantius, & Mantica *ibidem*, Corduba, Rendina, Campeglus, Amator Rodriquez *loco n.* 35. relati, & loquens de alimentis vxori ſoluto matrimonio debitis ob retardatam dotis ſolutionẽ, vt vxori competat in bonis mariti tacita hypotheca pro iiſdem alimentis tanquam vſuris, & intereſſe ipſius dotis principalis: Hanc eandem ſententiam approbat Salgado *loco ſupra n.* 35. *allegato.* Et hanc eandem ſententiam veriorem dicit Surdus *dicto priuileg.* 49. & ſuſtinent etiam omnes Doctores aſſerentes alimenta ab vxore poſſe peti iure actionis originem trahentis ex ipſa dote tradita, ratione cuius bona mariti remanent obligata & hypothecata vxori non ſolum pro ipſa dote, ſed & tacite pro alimentis doti correſpondentibus vti dotis acceſſionibus & intereſſe, ſeu dotis fructibus, quos Doctor. innumeros & recentiores, ego illos ſequens *in tractatu de alimentis cap.* 14. *num.* 872. *&* 873. refero. Et iuxta hanc ſententiam in facti contingentia ſe obtinuiſſe per tres ſententias ſcribit Paulus de Caſtro *in d.* §. *ſin autem*, *n.* 3. Probatur ergo, quia alimenta vxori à marito, qui dotem recepit, ſunt ex natura dotis illi annexa & neceſſaria, cum dos à muliere detur pro oneribus matrimonij, inter quæ præcipuè continentur eiuſdem vxoris alimenta, & dos eſt mulieris patrimonium, ex quo ſuſtentari debet: quæ omnia notata ſunt ſupra: ergo hypotheca tacita & actio hypothecaria inde oriens in bonis mariti etiam pro alimentis & conſtante, & ſoluto matrimonio doti correſpondentibus competit, cum hypotheca competens pro principali, competat etiam pro acceſſionibus annexis principali, iuxta tradita *n.* 35. Quod procedit tam conſtante matrimonio, quam eo ſoluto dotis ſolutione, ſeu reſtitutione retardata, tametſi & conſtante, & ſoluto matrimonio vxor aliunde poſſit viuere, vt *d. cap.* 14. poſt alios *ibidem d. n.* 872. notatum eſt, quia ſemper vxori debentur, vt dotis acceſſiones, & appendices, ſcilicet tanquam fructus eiuſdem dotis matrimonio conſtante, & eo ſoluto tanquam vſuræ & intereſſe dotis retardatæ, & non ſolutæ: quapropter & in conceſſione tacitæ hypothecæ pro dote non oportet ab Imperatore fieri mentionem de alimentis, quæ vt dotis acceſſiones, & vt quid naturæ ipſius dotis connexũ veniebant in hypotheca pro dote conceſſa. Videantur tradita *d. tract. de alim. allegatis cap.* 14. *& n.* 872. *& ſeqq.* Addit Mantic. *d. tit.* 19. *n.* 17. quod quando maritus non ſuſtinuit onera matrimonij, fructus augent dotem, quod & tradunt Stephan. Gratian. *diſcep. for. tom.* 2. *c.* 24. *n.* 17. & alios allegans Fontanall. *de pact. nupt. clauſ.* 8. *gloſſ.* 2. *p.* 1. *n.* 12. & ideo alimenta non præſtita à marito vxori, peti poſſunt citra dubium actione de dote, iuxta tradita *ſup. c.* 1. *n.* 55. & tradit idem Mantic. *ibid.* ex Baldo Nouello *de dot. p.* 6. *priuil.* 7. & quamuis præfati fructus non augeant dotẽ, iuxta tradita *ſup. c.* 2. *n.* 56. *& c. ſeq.* tamen vt actione dotis peti poſſint, ſufficit, quod ſint dotis acceſſiones, vt iiſdem *locis* notatum eſt. Ex quibus ob eandem rationem infertur, bona vxoris vel alterius, qui dotem promiſit, eſſe tacitè viro obligata pro alimentis (pro quibus vti oneribus matrimonij dos marito datur) ſibi debitis tanquam fructibus, aut vſuris, & intereſſe dotis retardatæ, & non ſolutæ, atque adeo tanquam acceſſoriis ipſi doti & ſorti principali, vt expreſsè tradunt Neguſantius *dicto membr.* 4. *num.* 54. *& ſeqq.* Mantica *dict. tit.* 19. *num.* 18. Surdus *tit.* 8. *de alimentis*, *priuilegio* 50. Salgado *dict. cap.* 24. *num.* 95. & alij à Surdo relati, & latiùs confirmant iidem Neguſantius & Surdus.

A quo verò tempore in bonis mariti incipiat hypotheca pro ſupradictis acceſſionibus, & appẽdicib. dotis ſcilicet vſuris & intereſſe dotis, & pro alimẽtis, an à die 37

ſeu tempore dotis marito ſolutæ ſeu traditæ, an vero à tempore moræ mariti in ſoluendis vſuris, præſtandiſque alimentis. Surdus *d. tit.* 49. *n.* 11. Salgado *p.* 2. *Labyr. c.* 27. *n.* 70. tanquam probabilius cenſent incipere à tempore dotis traditę marito, licet tunc nondum nata ſit obligatio vſurarum, & intereſſe, atque alimentorum, quia ab eo tempore incipit debitum vſurarum, & alimentorū, & attenditur vnitas primordialis obligationis, in qua acceſſoria, & connexa principali continentur, & id probat *l. cum oportet* §. *ſed cum tacitas C. de bonis quæ liberis.* Hoc idem confirmatur ex traditione, quam habet Salgado *d. cap.* 27. *eod. n.* 70. quam plurimi Iuriſpet. quos idem Salgadus cumulat approbarunt, ſcilicet hypothecam creditori cenſuario in bonis debitoris cenſus venditoris pro annuis redditibus ſeu præſtationibus non incipere ſolum à tempore moræ debitoris in ſoluendo, ſed à tempore impoſitionis cenſus, & obligationis ad ſoluendum vſuras, ſeu præſtationes annuas pro tempore decurrendas, & ſic antequam eædem vſuræ ſeu præſtationes deberi incipiant ob rationem tactam, ſcilicet quia attenditur vnitas obligationis primordialis, in qua annuæ præſtationes continentur, iuxta *d. l. Lucius ff. qui potior. in pignor. habeant.* & ſic idem creditor cenſuarius ſicut pro ſorte, ita pro vſuris futuris præfertur omnibus creditoribus contrahentibus cum debitore poſt cenſus impoſitionem & obligationem, vt idem Salgado poſt alios notat, alia etiam in præcedentibus tradens hoc idem probantia.

38 Porrò Amator Rodr. *d. art.* 1. *n.* 25. ex Ioanne Gutier. *de iuram. confirm. p.* 1. *c.* 46. *n.* 5. dicit pro alimentis præſtandis vxori bona mariti eſſe tacitè hypothecata iuxta tradita in præcedentibus, ſed ſine prælatione reſpectu creditorum mariti anteriorum cum tacita hypotheca, quaſi illa prælatio *l. aſſiduis C. qui in pign. potior. habean.* ſit ſpecialiter conceſſa vxori pro dotis ipſius reſtitutione, ne indotata maneat contra bonum publicū.

39 Ad maiorem tamen cautelam circa hypothecam pro alimentis & aliis acceſſoriis conſultius eſt (id quod hodie regulariter ſolet fieri) vt in inſtrumēto dotali bona mariti expreſsè obligētur ob omne damnū, & intereſſe.

40 Quæſitum ſextum, an hypotheca tacita legalis mulieri conceſſa pro dotis reſtitutione competat etiā pro conſequendo pretio rerum dotaliū, quæ in caſibus permiſſis fuerint à marito venditæ, & pro re ex pecunia dotali à marito empta vendicanda, vt vxor ſuam dotem obtineat, ita quod & pecunia redacta ex venditione rei dotalis, & res empta ex pecunia dotali ſit tacitè obligata mulieri pro dote: & reſponſio vera, & cōmunis eſt, quod ſi aliundè maritus non ſit ſoluendo, ſeu ex aliis bonis mariti mulier non poſſit ſuam dotem conſequi, in ſubſidium, & pecunia redacta ex re dotali vendita, & res empta ex pecunia dotali ſint obligata pro dote, itavt mulier pro recuperatione dotis non ſolum actione perſonali, ſed etiam reali, ſeu in rem, ſcilicet rei vindicatione poſſit agere ad pecuniam redactam, & ad rem emptam, & præferatur aliis omnibus mariti creditoribus etiam prætendentibus hypothecam etiam expreſſam & anteriorem, quod latè explicatum eſt, & probatum *ſupra cap.* 1. *n.* 73. & vltra Doctores *ibid.* latiſſimè relatos tradunt etiam poſt alios Neguſantius *de pign. memb.* 4. *p.* 2. *n.* 58. *&* 59. Mantica *d. tit.* 19. *n.* 38. & Iacobus Cancer. *var. reſol. tom.* 1. *cap.* 9. *n.* 77. & Stephanus Gratian. *diſcept. for. tom.* 5. *c.* 964 *n.* 8. 22. *&* 23. *& vltra dicta n.* 73. tradita videnda, nil aliud modò addendum. Et huiuſmodi hypotheca cum præfata prælatione ad cæteros mariti creditores & anteriores habentes expreſſas hypothecas tranſit in quemcunque mulieris hæredem, & etiam in ceſſionarium, vt notauit Bald. Nouellus *de dote p.* 12. *n.* 25. cum ſit ius quæſitum, ſaltem potentialiter in vita mulieris, & hoc caſo pecunia ex re dotali retracta, & res empta ex pecunia dotali ſit dotalis, & cenſetur data in dotem, & ita ius illam vendicandi à quocunque competit mulieri tanquam dominæ, & in rem propriam, quod ius tranſit in quemcunque hæredem, vt etiam notatur *infrà n.* 87. *fine.*

Solum aduerto id, quod tradit Steph. Gratian. *d. c.* 964 *à n.* 8. *ad* 21. ſcilicet quod ſi vxor marito tradidit dotem in pecunia cum conuent. ſiue pacto expreſſo, vt non ſolum merces præſentes & emptæ, ſed emendæ etiam dotali pecunia eſſent ſpecialiter obligatæ eidem vxori, & poſtea maritus contrahens ſocietatem cum aliis, in qua eam pecuniam dotalem pro capitali ſuo poſuerit, præfatam pecuniam dotalem, ex eaque fuerint merces emptæ hæ comprehenduntur ſub dicta hypotheca, itavt non potuerint tranſire in beneficium ſocietatis, niſi cum dicto onere, & ratione dictæ hypothecæ mulieris, illa eſt præferenda quibuſcumque creditoribus poſterioribus, ipſiſque creditoribus conſociis mariti, qui cum eo poſt pecuniam dotalem marito cum illo pacto expreſſo traditam ſocietatem inierunt, quia ſtante illa ſpeciali hypotheca & obligatione mercium emendarum, mercés poſt contractam ſocietatem cum illa pecunia dotali à marito pro ſuo capitali expoſita emptæ ſtatim fuerunt affectæ onere eiuſdem hypothecæ, nec potuerunt acquiri ſocietati, niſi cum eodem onere, eo quod actio hypothecaria ſit in rem, *l. pignoris proſecutio ff. de pign.* cum ſimilibus à Gratiano *n.* 16. allegatis. Vnde etiam per maritum non potuit aliquod præiudicium fieri vxori in dicta hypotheca, & conſequenter diſſoluta ſocietate prius eſt ſoluenda vxori dicta pecunia dotalis, quàm ſoluantur alia debita ſocialia, & fiat diuiſio inter ſocios. Quæ omnia altis relatis probat idem Gratianus, & confirmant etiā tradita *ſup. d. c.* 1. *n.* 73. & etiam notata *n.* 65. imò idem Gratianus *n.* 8. dicit ſtante illa ſpeciali hypotheca mulieris, quod res ex pecunia dotali emēndæ eſſent illi obligatæ in mercibus poſtea ex eadem pecunia dotali emptis, eandem mulierem præferri creditoribus poſterioribus etiam erogantibus pecuniam ad emptionem militiæ, & etiam fiſco, excepta cauſa primipili, de quo tamen inf. à. Hactenus de ipſa hypotheca tacita legali pro dote: modò remanent explicanda ea, quæ ſpectant ad ius prælationis reſpectu anteriorum creditorum mariti vxori conceſſum fauore eius ſpeciali, & dictæ hypothecæ tacitæ annexum. Sit igitur, 41

§. IV.

Explicantur plura de priuilegio prælationis mulieri vnà cum tacita hypotheca in bonis mariti conceſſo pro exigenda & conſequenda reſtitutione dotis ſuæ marito datæ.

Vxor ſemper & ante diſpoſitionem Iuſtiniani de hypotheca tacita pro dote de iure antiquo in exigenda dote marito ſoluta præfertur (vt *ſuprà n.* 22. notatū eſt, & conſtat ex iuribus *ibid.* adductis) cæteris mariti creditoribus perſonalibus, ſeu habentibus ſolum actionem perſonalem; habentibus autem hypothecas iuxta idem ius antiquum poſtponebatur, & ſic etiam vxor habebat hypothecam poſteriorē; hæc mulieris hypotheca non præferebatur, ſed poſtponebatur anterioribus hypothecis creditorū mariti, vt habetur *l. aſſiduis, C. qui potior. in pignor. habean.* Vnde contingebat mulieres remanere ſuis dotibus priuatas cum boni publici detrimento. Propterea Imperator Iuſtin. *l. vnica,* §. *ſed & vt plenius Cod. de rei vxor. action.* ſpeciali fauore dotis conſtituit, 1. vt in contractu dotis fingatur ſtipulatio licet à cōtrahentibus nulla ſit interpoſita, ſicque mulieri pro repetenda dote competat actio ex ſtipulatu (de quo actum eſt *ſupra cap.* 9. *n.* 61.) 2. voluit hanc 42

actionem

actionem ex ſtipulatu eſſe bonæ fidei, non ſtricti iuris (de quo *& d. cap. 9.*) tertiò conſtituit vt eadem actio ex ſtipulatu habeat adiunctam hypothecam omnium bonorum mariti, de qua tacita hypotheca actum in præcedentibus. 4. idem Iuſtinian. *in d. l. aſſiduis, & in §. fuerat, Inſtit. de actionibus*, diſponit, vt in hac ipſa hypotheca tacita legali à ſe introducta, ipſa mulier in exactione ſuæ dotis marito traditæ omnibus aliis mariti creditoribus anterioribus, & hypothecam tempore anteriorem habentibus anteponatur. Verba *d. l. aſſiduis*, ſunt: *Sancimus ex ſtipulatu actionem, quam mulieribus iam pro dote inſtituenda dedimus, cuique etiam tacitam donamus ineſſe hypothecã, potiora iura contra omnes habere mariti creditores, licet anteriores ſint temporis priuilegio vallati; cum enim in perſonalibus actionibus tali priuilegio vtebatur res vxoria, quapropter non in hypotheca hoc mulieri etiam nunc indulgemus beneficium.* Verba autem *d. §. fuerat*, ſunt: *ſed & tacitam ei (ſcilicet actioni ex ſtipulatu) dedimus hypothecam, præferri autẽ aliis creditoribus in hypothecis tunc cenſuimus, cum ipſa mulier de dote ſua experiatur, cuius ſolius prouidentia hoc induximus.* Præfata autem priuilegia, & alia fuerunt conceſſa mulieribus propter maxima onera matrimonij, ſcilicet obſequium & reuerentiam, quam mariti debent præſtare. Item propter partus pericula, item propter liberorum procreationem, & curam eorum, & ſic eſt ob publicam vtilitatem inde reſultantem: ita *d. l. aſſiduis, verſ. quis enim.*

43 Igitur licet vbi plures creditores in proſequendo pignore, & in actione hypothecaria concurrunt, regulariter qui prior eſt tempore, potior ſit in iure, *cap. qui prior, de reg. iuris in 6. l. 2. & l. potior, in princ. & l. cred. in princ. ff. qui pot. in pignor. habeant, & l. ſi fundum, & l. diuerſis, C. eod.* ex ſpeciali priuilegio mulieribus pro dote conceſſo mulier in hypotheca tacita legali pro dote conceſſa præfertur cæteris mariti creditoribus habentibus tantùm hypothecam tacitam. Probatur *ex d. l. aſſiduis, & ex d. §. fuerat alioqui, ibid.* nihil mulieri foret conceſſum, & tradunt *ibidem* ſcribentes, & alij communiter. Neguſant. *de pignor. membr. 4. p. 2. num. 99.* Couarr. *var. reſol. lib. 1. cap. 7. num. 1. concl. 2.* Mantica *de tac. & ambig. convent. lib. 11. t. 26. n. 5.* Baldus Nouell. *de dote, p. 8. priu. 37.* Gomez *ad l. Tauri 50. n. 37. verſ. ſecundò limita.* P. Barboſa *in l. 1. p. 6. n. 1.* Fontan. *de pact. nupt. clauſ. 7. gloſſ. 2. p. 1. n. 10* Iacob. Cancer. *var. reſol. p. 1. c. 9. n. 1.* Ant. Piechard. *in l. 4. inſtit. tit. de action. §. quædam actiones 20. art. 5. n. 74. & in d. §. fuerat.* Amator Rodrig. *de concurſu credit. p. 1. art. 1. n. 5.* Molina *de iuſtit. tract. 2. diſp. 438. n. 28.* Rebell. *de oblig. iuſtitiæ p. 2. l. 6. quæſt. 10. num. 2.* apud quos alij, & etiam Anton. Faber *in ſuo Cod. l. 8. tit. 8. defin. 16.* vbi tamen dicit, hoc priuilegium apertiſſimè eſſe iniquum, ſed minus rectè. Ratio enim talis priuilegij congrua, & iuſta videtur illa in fine numeri præcedentis, *& in l. aſſiduis* adducta; lex enim quæ conceſſit talem hypothecam in bonis mariti debitoris dotis cum prælatione reſpectu alterius ſimilis hypothecæ tacitæ creditorum mariti anterioris potuit effectum dictæ hypothecæ tacitæ anterioris tollere, vel modificare fauore mulieris & dotis, & ratione publicæ vtilitatis, quæ eſt in conſeruanda dote, vt *in l. 1. ff. ſolut. matrim.* & notatum eſt *ſuprà cap. 1.* Hoc ſuppoſito, ſit.

44 Primum quæſitum, an mulier virtute tacitæ hypothecæ in bonis mariti pro dotis receptæ reſtitutione præferatur etiam creditoribus mariti habentibus hypothecam expreſſam anteriorem; & ſententiam affirmatiuam amplexi ſunt plurimi iuriſperiti ex antiquis, quos late referunt Neguſant. *d. memb. 4. n. 98.* Gomez *ad d. l. Tauri 50. n. 40.* Mantica *d. tit. 26. n. 22. verſ. ſexto,* Ant. Piechard. *d. art. 5. n. 74.* Amator Rodrig. *d. art. 1. n. 10.* & latiſſimè P. Barboſa *d. p. 6. n. 5.* aliquos etiam recentiores allegans, qui eandem ſententiam approbant; & iure communi inſpecto eſſe veram ſentit Piechard. *num. 75.* quamvis contraria in praxi obſeruetur, veriorem & veriſimiliorem iure Cæſareo inſpecto & attento, dicit Rebell. *d. q. 10. num. 5. & 6.* & in eandem videtur magis inclinare Amator Rodrig. *d. art. num. 10.* pro hac ſententia plures alios text. vltra *d. § fuerat, & d. l. aſſiduis*, adducit P. Barboſa, & poſt eum Amator Rodrig. & Rebell. quæ breuitatis ergò omitto, & relinquo apud eoſdem videnda: fauere videntur verba illa generalia *l. aſſiduis, contra omnes mariti creditores*, & etiam verba *d. §. fuerat, præferri aliis creditoribus in hypothecis tunc cenſuimus*, & illud quod taciti & expreſſi idem ſit iudicium, vt *in l. cum quid, ff. ſi certum petatur.* Et hanc ſententiam hodie ſeruari in Curia Toloſ. refertur à Capella Toloſ. *deciſ. 278.* & ita in eadem Curia fuiſſe pluries deciſum teſtatur Gerard. Maynar. *deciſ. 51. l. 2.*

Oppoſita nihilominus ſententia, quod mulier virtute dictæ tacitæ hypothecæ non præferatur creditoribus habentibus anteriorem expreſſam, eſt communis, quæ in praxi obſeruatur, & ab ea in conſulendo, & iudicando non eſſe recedendum dicit Piechard. *d. art. 1. num. 75 fine.* 45 Aſſertores huius ſententiæ antiquos referunt Neguſ. *d. n. 98.* Gomez *d. n. 40.* Mantica *tit. 26. num. 32.* Piechard. *d. n. 45.* Couarr. *d. cap. 7. n. 1. verſ. tertia concluſ.* & latiſſimè P. Barboſ. *d. p. 6. num 4.* & Amator Rodrig. *d. art. 1. n. 6.* & ex recentioribus vltra alios à Barboſa & Rodrig. allegatos eandem ſententiam tenent Couarr. Neguſ. Gomez, Mantica *locis relatis*, Iacob. Cancer. *d. cap. 9. num. 1.* Fontanella *d. p. 1. n. 12 & clauſ. 5. gloſſ. 8. p. 7. n. 69.* Annæus Robert. *rer. iudic. lib. 4. cap. 15.* Anton. Faber *d. defin. 16.* Suarez de Paz *tom. 3. praxis cap. 6. §. 12. num. 10.* & Molina *de iuſt. d. diſp. 438. n. 13.* & obſeruari in Senatu Pariſienſi dicit citata deciſ. Gerard. Maynard. eſſe vſu receptum: ex aliis Doctoribus referunt Manoca. & etiam P. Barboſ. ac Cancer. pro hac ſententia plura adducuntur argumenta à Barboſ. & Rodrig. vrgentior ratio ſumitur ex diuerſitate tacitæ hypothecæ & expreſſæ, quapropter quod in tacita diſpoſitum eſt à Iuſtiniano fauore mulieris, & dotis non eſt trahendum ad expreſſam: nam lex facilius ſuum, quam hominis (quod quis propria conuentione acquirit) ius ſubtrahit, vt Gloſſ. *in l. 1. C. ſi aduerſus vendit.* & Paulus de Caſtro *conſ. 440. lib. 1.* cum fortius cenſeatur, quod quis acquirit mediante facto ſuo, quàm aliunde, *l. ſi quid in bello, ff. de captiuis*; quæſitum enim à parte ex proprio contractu firmius eſt, ideoque facilius denegat auxilium ſuum, quàm acquiſitum ex propria conuentione tollat, *l. fin. ff. de pact. conuent. leg. quod principium, l. ſeq. ff. de legat. 2.* vnde licet tacita hypotheca dotis præferatur tacitæ anteriori ex legis conceſſione, non inde ſequitur vt præferatur hypothecæ expreſſę ex partium conuentione competenti.

Quæſitum ſecundum, an mulier habens expreſſam hypothecam in bonis mariti pro dote (vt communiter hodie dotes promittuntur in publicis inſtrumentis) præferatur creditoribus mariti habentibus anteriorem hypothecam omnium eiuſdem mariti. 46 Admiſſa ſententia, quod hypotheca tacita pro dote poſterior præferatur aliis expreſſis creditorum mariti, affirmandum regulariter eſſet prout indubitatè affirmat P. Barboſa *d. p. 6 n. 16. verſ. quæ opinio*, cum pinguior, & fortior ſit hypotheca expreſſa quàm tacita, vt *ſuprà §. 1.* notatum eſt. Admiſſa eſt etiam altera ſententia communis ſupra approbata, & vſu recepta, quod tacita dotis hypotheca aliis tantum tacitis præferatur, Angel. *in auth. de æqualitate dotis, §. his conſequent.* Aret. *in l. 1. ff. ſol. matr.* Bald. Nouel. *de dote p. 10. n. 36.* & nõnulli alij, quos P. Barb. *d. n. 16.* refert opinãtur, hypothecã dotis expreſſã poſteriorẽ præferri aliis expreſſis anterio-

ribus creditorum mariti, vt cæteris patibus mulier in dote aliquod habeat priuilegium per *dict. leg. aſſiduis*, & probat Nouellus ex eo, quod cum mulier tacitis aliorum hypothecis præferatur, æque præferri debet aliis expreſſis hypotheca expreſſa mulieris, *argument. leg. cum quod, ff. ſi certum petatur*, & hæc opinio verior videtur eidem P. Barboſæ per textum *in d. leg. aſſiduis*, ibi enim Iuſtinianus reprehendit veteres qui cum dediſſent prælationem vxoribus quoad actiones perſonales, eandem eis non tribuerunt circa hypotheeas, quorum defectum ſupplens ſubdit ſe eam date prælationem vxoribus circa hypothecas, quod non poteſt intelligi (inquit Barboſa) niſi quoad expreſſas hypothecas, quia tacitæ veteribus [ſubdit idem Barboſa] fuerunt incognitæ, vtpote noue introductæ per eundem Iuſtinianum *l. vnica, §. ſed & vt plenius, Cod. de rei vxor. action.*

47 Verum longe verius eſt, neque etiam hypothecam dotis expreſſam poſteriorem præferri anterioribus expreſſis, vt ſentiunt præter plurimos alios à P. Barboſa relatos Couarruuias *dict. cap. 7. num. 2.* Mantica *titulo 26. num. 22. & 25.* & Amator Rodriquez *dict. art. 1. n. 13. & 14.* lex enim *aſſiduis*, tribuit hypothecæ dotis prælationem reſpectu alterius tacitæ anterioris non prioris expreſſæ, iuxta intellectum communem ſupra explicatum. Aut enim lex illa loquitur de tacita tantum dotis hypotheca tribuens illi prælationem reſpectu alterius pariter tacitæ, aut loquitur de vtraque tacita & expreſſa dotis, & ita vt mulier tam in expreſſa quam in tacita præferri debeat tantum anteriori tacitæ, & non anteriori expreſſæ ob rationem *n. 45.* adductam, quod enim lex hypothecam mulieris poſteriorem anteponit anteriori tacitæ, ſuam tantum promiſſionem ſubtrahit tacitæ hypothecæ, non autem hominis qui ſibi ſpecialiter proſpexit, cum lex facilius deneget auxilium ſuum, quam tollat quæſitum à parte ex proprio contractu, quod firmius eſt, vt *eodem n. 45.* dictum eſt. Vnde non valet illud argumentũ ſumptum à tacito ad expreſſum, quod non procedit, vbi diuerſa ratio militat in tacito, quam in expreſſo, ſicut nec Barboſa ex proœmio *dict. leg. aſſiduis*, colligit prælationem mulieribus conceſſam eſſe intelligendam circa hypothecas expreſſas creditorum mariti, vt Doctores communiter ſentiunt, & declaratum eſt.

48 Quæſitum tertium, an tacita mulieris hypotheca pro dote præferatur poſteriori expreſſæ creditorum mariti? & communis, & indubitata contra Angelum Aretin. *in dict. § fuerat, n. 11. Inſtit. de action.* negantem, eſt reſolutio affirmatiua, ita alios latè referentes Neguſantius *dict. membr. 4. n. 98. dict. part. 2. n. 12. fine.* Couarr. *dict. cap. 7. num. 1. verſiculo quarta concluſio.* Mantica *dict. tit. 26. n. 22.* P. Barboſa *dict. part. 1. num. 17.* & Fontanella *dict. part. 2. num. 12. fin.* ſi enim tacita dotis hypotheca non deberet præferri poſteriori aliorum creditorum etiam expreſſæ tanquam inutilis, & ſuperuacanea, ceſſaret præcedens diſputatio, an tacita dotis hypotheca poſterior præferatur anteriori expreſſæ, licet igitur tacita dotis poſterior non præferatur anteriori expreſſæ, vt iuxta communem probatum eſt, nulla eſt ratio, quare hypothecæ dotis tacitæ non competat prælatio, quæ competit ſecũdum regulam ordinariam, qui prior eſt tempore, potior eſt iure, vt *ſupra n. 43.* notatum eſt, cum priuatus aduerſus dotem nullum habeat priuilegium, licet aduerſus alios habere poſſit, iuxta *dict. leg. licet, Cod. qui potior. in pignore habeant. & §. his conſequens Auth. de æqualitate dotis.* Quare multo magis hypotheca dotis expreſſa anterior præfertur poſteriori etiam expreſſæ.

49 Ampliatur præfata affirmatiua, vt ſi dotis in contractu promiſſæ parte recepta maritus pòſt tertio bona ſua hypothecauit pro pecunia mutuo accepta ante ſolutum reliquum dotis, ſi poſtea mulier reliquum promiſſæ dotis ſoluat; pro tota dote præfertur mutuanti creditori mariti hypothecatio, quia hypotheca in bonis mariti pro tota dote ſiue tacita, ſiue expreſſa cum prælatione incipit à tempore promiſſæ dotis, non ſolutionis, vt *ſuprà cap. 2. num. 112.* probatum eſt, & ita expreſſe etiam Salgado *in labyrintho part. 2. cap. 20. num. 5.* & probat textus *in leg. prim. ff. qui potior. in pignor. habeant.* cuius verba ſunt: *Qui dotem promiſit, pignus ſiue hypothecam de reſtituenda ſibi dote accepit, ſubſecuta deinde pro parte numeratione, maritus eandem rem alteri dedit, mox reſidua quantitatis numeratio impleta eſt, quærebatur de pignore. Reſponſum eſt, cum ex cauſa promiſſionis ad vniuerſa quantitatis ſolutionem qui dotem promiſit compellitur, non vtique ſolutionum obſeruanda ſunt tempora, ſed dies contractæ obligationis, &c.* Idem ſi vir dotem promiſſam nollet recipere, & interim alij bona hypothecauit, quia quoad obligationem, & hypothecam idem eſt ac ſi recepiſſet, vt per textum *in leg. vir ab eo, ff. de iure dotium.* P. Barboſa *in dict. leg. 1. part. 3. num. 33. verſiculo non obſtat ſecunda, ff. ſoluto matrimonio*, & Salgado *dict. cap. 20. num. 7.* Idem etiamſi maritus partem dotis promiſſæ remittat, tenetur enim ad dotis integram reſtitutionem, vt ſi totam recepiſſet, vt poſt Sanch. *de matrim. lib. 7. diſput. 37. ante finem*, & alios Salgado *dict. cap. 20. num. 6.* & pro ea integra reſtitutione eius bona ab initio promiſſionis fuerunt tacite obligata, & hypothecata, *vt ibidem* Salgado.

Circa ſuperius dicta & tradita, quod licet tacita hypotheca dotis, & etiam expreſſa non præferatur anteriori hypothecæ creditorum mariti expreſſæ & generali omnium bonorum, tamen in bonis à marito acquiſitis poſt ſuam obligationem, ſeu poſt ſuam hypothecam tacitam, vel expreſſam mulier præfertur præfatis mariti creditoribus habentibus anteriorem expreſſam generalem. Ita ex communi Doctorum, quos allegant *de iure fiſci libro 6. num. 17.* P. Barboſa *in leg. 1. p. 2. n. 17.* Gomez *ad leg. 50. Tauri, n. 39. fine*, & Iacobus Cancerius *variar. reſolut. tom. 1. cap. 9. num. 2.* Nam etſi priuatus habens anteriorem generalem hypothecam præfertur poſteriori creditori, etiam in acquiſitis per debitorem poſt obligationem poſterioris creditoris, vt ex *leg. ſi ignorante, Codice de remiſſ. pignor.* & aliis textibus notat *dicto titulo 6. numero 15.* tamen ſpeciale in fiſco eſt, vt in quæſitis poſt ſuum contractum, ſuamque hypothecam præferatur anterioribus cum generali hypotheca expreſſa, vt eſt textus *in leg. ſi is qui* [vbi Gloſſ. Bartolus, & alij] *de iure fiſci*, dos autem, & fiſcus paribus paſſibus ambulant, imo dos potior eſt fiſco, vt notatum eſt *cap. 10.* & notatur etiam infrà. Idem autem Peregrin. *dicto titulo 6. num. 19.* & poſt eum Cancerius notant, quod onus probandi de acquiſitione ante vel poſt hypothecam fiſci vel dotis incumbit ei, qui ſe fundat in eo, ſiue fiſcus aut mulier agat contra priuatum, ſiue priuatus contra fiſcum, aut mulierem, cum aſſerenti incumbat onus probandi fundamentum ſuæ intentionis; & ſic qui ſe fundat in tempore, illud probare debet, de quo latius idem Peregrinus, quamvis P. Barboſa *dicto num. 17. verſ. eſt tamen diuerſum*, dicat fiſco quidem agenti probandi onus incumbere bona quæſita fuiſſe poſt ſuam hypothecam, non vero mulieri agenti pro dote, cum pro dote, inquit, in dubio ſit præſumendum, ac proinde contrarium dicenti debeat incumbere onus probandi, iuxta Gloſſam *l. penult. Cod. de periculo tutor.* 50

Quinimo, etſi fiſcus creditoribus anterioribus hypothecariis, ſiue tacita, ſiue expreſſa hypotheca non præferatur in acquiſitis per debitorem ante eiuſdem fiſci hypothecam *dict. lege ſi is qui*, P. Barboſa *dict. parte* 51

ſecund.

ſecund. n.72. verſ. vtique prior creditor, & tradunt Doctores communiter, quos allegat, & ſequitur Peregrinus dicto titulo ſexto, num.16. & notat etiam Mantica dicto titulo 26. num. 9. Nihilominus mulier in hypotheca pro ſua dote omnibus creditoribus qui habent tacitam hypothecam præfertur etiam in acquiſitis à marito debitore ante hypothecam pro dote, vt dicta lege aſſiduis, Cod. qui potior. in pignor. habeant. tradunt Baldus Nouellus in lege prima, num. 156. ff. ſoluto matrimonio, ſecundum veterem impreſſionem: Mantica dicto num. 9. Peregrinus dicto numero 16. fine, & Doctores communiter ſupra num. 43. relati. Ex quo patet dotem eſſe fiſco fauorabiliorem, cum hypotheca fiſci non præferatur tacitis anterioribus creditorum debitoris fiſci hypothecis dict. lege ſi is qui, & lege vnic. Codice rem alienam gerentibus, adiuncta lege pro officio, Codic. de adminiſtr. tutor. & latè Petrus Barboſa dicta parte ſecunda, num. 21. dotis autem hypotheca præfertur hypothecis tacitis anterioribus creditorum mariti.

52 Quæſitum quartum, an ſi tacita hypotheca ſit à ſtatuto inducta in bonis aliquorum, & eodem ſtatuto cautũ ſit, vt eadem tacita hypotheca habeatur pro expreſſa, perinde ac ſi in inſtrumento eſſet poſita hypotheca dotis tacita fauore mulieris à Iuſtiniano d. §. & vt plenius, lege vnica, Cod. de rei vxoriæ actione, inducta in bonis mariti præferatur prædictæ tacitæ anteriori à ſtatuto dicente quod habeatur pro expreſſa. Negant præcedere Romanus conſil.147. Alexander conſ.58. volum.7. Nonnulli alij à Mantica lib.11. de tacitis & ambiguis conu. titul. 11. num.6. relati, & etiam Neguſantius de pign. d.membr.4.part.2.num.97. fine, quod hoc caſu hypotheca magis videtur expreſſa, quam tacita: cum ſtatutum diſponat haberi pro expreſſa, & ſic effectum debet habere expreſſum.

53 At rectius affirmarunt Mantica dict. titul. 11. eod. num.6. & titul.26. num.41. & Petrus Barboſa ad legem primam, part. 6. num. 10. verſ. quod ſi, ff. ſoluto matrimonio, & prius dixit Alciatus in leg.1. num.12. & 13. ff. ſoluto matrimonio, quia præfata hypotheca ſtatutaria, cum non ſit verbis contrahentium expreſſa, attenta veritate eſt tacita, licet ſtatutum diſponat haberi pro expreſſa, cum aliud ſit haberi pro tali, aliud eſſe tale: vt poſt Gloſſam in lege mercis appellatione, ff. de verb. ſignificat. Mantica d. num. 6. & ſic in ea habet locum priuilegium tacitæ dotis hypothecæ d. l. aſſiduis, quod etſi poſterior, tamen præferatur anteriori tacitæ, quia lex in d. textu l. aſſiduis, ſuum non tutum tibi denegat auxilium vt ſupra num.45. notatum eſt. Procedit hæc affirmatiua etſi ſtatutum dicat, quod hypotheca tacitè inducta eundem habeat effectum, quem habet hypotheca expreſſa, vel poſita in publicis inſtrumentis nulla facta mentione dotis, ſcilicet quod habeat eum effectum etiam quoad dotem, ita expreſsè Mantic. dict. tit.26. eodem num.41. Et ratio eſt, quia ſtatutum generaliter diſponens non facta mentione dotis, non extenditur ad præiudicium dotis, ſaltem in caſibus, in quibus ſpecialiter eſt priuilegiata, iuxta Doctorum communem, vt ſupra cap. 8. num.12. & ſeqq. ſi autem ſtatutum complectatur etiam dotem ſpecificè, tunc quamuis ſit tacita (vt dictum eſt) nihilominus habet eumdem effectum etiam reſpectu dotis, quem habet expreſſa ex diſpoſitione eiuſdem ſtatuti illam ſpecificè comprehendentis, cum ſtatuto poſſit induci tacita hypotheca cum priuilegio prælationis, vt cum aliis notat Mantica dicto tit. 17. num. 7. & ſic etiam reſpectu dotis auferendo, aut limitando illi priuilegium prælationis in tacita hypotheca pro dote à iure communi conceſſum, quod omnino efficere videtur, dum diſponit, quod hypotheca à ſe inducta eundem habeat effectum, quem expreſſa etiam reſpectu dotis, & ſentiunt Doctores, quos Mantica dict. titul. 11. numero 7. refert, & etiam ipſe dicto titulo 36. num. 42. fine.

In dubio, an hypotheca dotis ſit necne anterior hypotheca creditorum mariti, an illa debeat præſumi anterior.

Quæſitum quintum, ſi ſit dubium, an hypotheca dotis, ſiue tacita, ſiue expreſſa præcedat necne hypothecam creditoris mariti, verbi gratia ratione mutui ab eis à marito accepti, & è contra in hoc dubio an hypotheca dotis habeat priuilegium, vt præſumi debeat anterior, verb. grat. Reperiuntur inſtrumenta à diuerſis Notariis eodem die confecta cum hypotheca bonorum alterum potis, alterum priuati ob mutuum datum marito, & non conſtat de prioritate, quodnam inſtrumentũ præſumi prius, & præualere debeat. Regula eſt, quod inter dotis creditores eiuſdem debitoris, qui cum eodem debitore contraxerunt in diuerſis inſtrumentis cum hypotheca bonorum de quorum anterioritate non apparet, non datur prælatio, neque vnus excludit alterum, ſed omnes occupant eumdem locum, & gradum, ſimulque in exigendo admittuntur vnuſquiſque pro ſua rata: ita Salgado in Labyrintho parte ſecunda capite quarto, numero 165. & prius Peregrinus de iure fiſci libro ſexto titul. 6. numero 33. & latè probat innumeris antecedentibus à num. 39. & probat præcipuè textus in lege idemque eſt, qui potior. in pignor. habeant. ibi, ſi tutor rem ſibi emit ex pecunia duorum pupillorum, quæritur quemadmodum res empta vtrique hypothecata ſit: Et reſpondet Iuteconſultus, ita ambo in pignus concurrant pro his portionibus, quæ in rei pretium fuerunt expenſæ. Adducitur quoque à Peregrino lege ſi debitor, lege ſi fundus, paragrapho ſi duos ff. de pignor. Quare reprobandum eſt quod Petrus Barboſa in leg. prima parte ſecund. num. 26. verſiculo vltimo, ff. ſoluto matrimonio tradit, & Salycet. in lege ſecund. num. tertio, Codic. de priuileg. fiſci, ſcilicet proferantur duo inſtrumenta eadem die confecta, alterum fiſci, alterum priuati, reſpectu eiuſdem debitoris vtriuſque propter nimiam incertitudinem, mutuo ſe impedient, & ſic neutrum valebit: Nam eſtò, inſtrumentum fiſci non debeat præferri, quia in dubiis fiſcus nullum habet priuilegium etiam reſpectu priuati, vt idem Barboſa contendit, non tamen ſequitur quod vtrumque non valeat, ſed tantùm ſequitur, quod priuatus & fiſcus pro rata ſimul admittantur, eſtò quod quando teſtamenta proponuntur eodem die confecta, neque apparet quod ſit poſterius, propter incertitudinem inſtituti, neutrum valeat, & locus ſit ſucceſſioni ab inteſtato, vt Clarus paragrapho Teſtamentum, quæſt. vltim. Gomez ad legem 45. Tauri, num. 48. & communiter ab iiſdem & P. Barboſa d. verſ. vltimo relati. 54

Non obſtante tamen præfata regula inter priuatos, concurrente inſtrumento priuati cum hypotheca expreſſa bonorum, cum inſtrumento dotis eadem die confecto, de quorum anterioritate apparet, inſtrumentum dotis præualere, & præſumi prius factum, ſi id doti ſit proficuum, eſt communis ſententia, vt notaui ſupra, capit. ſecund. num. 118. & capite 9. num. 143. & præter Doctores ibidem relatos ita plurimos alios allegantes Gomez ad legem 50. Tauri num. 40. verſiculo vnum, P. Barboſa in d. l. prima, parte ſecund. num. primo, verſiculo Præterea. Peregrinus de iure fiſci libro ſexto titulo 6. num. 22. verſiculo Tertio. Amator Rodriquez de concurſu creditorum parte prima art. 1. n. 15. Salgado dicta parte ſecund. citato capite quarto, num. 169. & omnes qui in concurrentiam inſtrumenti dotis, & inſtrumenti fiſci, ſi non appareat de prioritate aſſerunt inſtrumentum dotis anterius reputari, ſi id doti ſit pro- 55

ficuum, de quo infra. Ratio eſt adducta *locis ſupra allegatis*, ſcilicet quod in dubiis ſemper pro dote ſit iudicandum, *lege in ambiguis 71. ff. de reg. iuris.* vnde licet in dubio pro reo ſit iudicandum, vt tradidi *tom. 1. moral. var.* & conſtat ex *l. fauorabiliores, ff. de reg. iuris*, & ex *capite cum ſunt partium iura obſcura de reg. iur. in 6.* tamen ſi actor agat ex cauſa dotis in dubio pro eo eſt iudicandum, quia hoc priuilegium ſpeciale dotis præfertur priuilegio generaliter reo conceſſo, vt *cap. fin. de re iudicata*, & eſt communis ſententia, vt notant Barboſa *d. n. 1. verſ. adeo*, & Peregrinus *d. tit. 6. n. 28.* ſi etiam ſententiæ plurium Iudicum ſint diuerſæ, præfertur illa quæ eſt pro dote, ſicut & quæ eſt pro cauſa pia, vt poſt alios Gomez *d. n. 40. verſ. Item ſi ſententia*, licet alias ſemper præferatur, quæ eſt lata pro reo. Putat etiã Baptiſta à S. Blaſio, quod ſi mulier proferat duo inſtrumenta ſibi inuicem repugnantia, quorum alterum ſit dotale, huic fides adhibebitur tanquam fauorabiliori.

56 Extenditur prædicta communis vt procedat etiamſi inſtrumentum dotis non habeat hypothecam expreſſã & inſtrumentum priuati eodem die confectum illam habeat, nam in contractu pro dote ſemper continetur tacita hypotheca *d. l. vnica §. & vt plenius, Cod. de rei vxoriæ actione*, & explicatum eſt initio huius capitis. Et inſtrumentum dotis præſumitur prius confectum, iuxta tradita, neceſſario ſequitur tacitam dotis hypothecam eſſe preferendam, ſecundum *reg. cap. qui prior, de reg. iur. in 6.* Ita contra Roinum *in lege 1. num. 13. ff. ſoluto matrimonio*, plures, quos refert, & approbat P. Barboſa *d. p. 2. n. 2.* Vbi notat hoc caſu non concurrere duo ſpecialia. quia ſtante præſumpta prioritate, quod tacita dotis hypotheca præferatur expreſſæ priuati, non eſt ſpeciale, ſed ius commune *d. cap. prior.* & licet ſit etiam ſpecialitas tacitæ hypotheceę & ſpecialitas præſumptionis prioritatis hæ duæ ſpecialitates procedunt ex diuerſis fontibus, prior ex fictione legis, altera ex præſumptione prioritatis, & quando duo ſpecialia oriuntur ex diuerſis fontibus, eorum concurſus fauore dotis admittitur, vt præcedentibus capitibus notatum eſt.

57 Extenditur ſecundo, vt licet in concurſu duorum inſtrumentorum inter priuatos, quæ fuerint confecta eodem die, & non appareat de prioritate, præfertur qui poſſidet, propter regulam, quod in pari caſu melior eſt conditio poſſidentis *c. in pari, de reg. iur. in 6.* & ob alia argumenta adducta à Gomez *d. n. 40. verſ. Item extende*, & Peregrino *d. l. 6. tit. 6. num. 25.* Nihilominus mulier ratione ſupradictæ prioritatis præſumptæ in præfato concurſu duorum inſtrumentorum præfertur etiamſi alter habens inſtrumentum v. g. mutui, rem hypothecatam poſſideat: ita Gomez *d. verſ. Item extende*, Couarruuias *var. reſol. lib. 1. cap. 16. n. 7. ad fin.* Peregrinus *d. tit. 6. n. 28.* P. Barboſa *d. p. 2. n. 3. verſ. Amplia tertio*, & alij communiter ab eodem Barboſa relati, contra paucos alios contrarium tenentes. Probatur *ex cap. ex literis, in fin. de probat.* dum ibi dicitur, quod licet in dubio pro poſſeſſore ſit iudicandum, tamen aliud erit ſi agatur de libertate, vel etiam de dote, vt ibi ſupplet Gloſſa *verb. in liberali, & ibid.* Gloſſa, & poſt eam Peregrinus confirmat per textum *in cap. fin. de re iudic. & in l. inter pares, ff. eod. tit.* & probat etiam *d. l. in ambiguis*, & in ſpecie probari *l. 1. Cod. de iure fiſci lib. 10.* notat P. Barboſ. *loco citato*, qui *n. 4.* reſpondet textus, qui in contrariũ afferũtur, procedere quãdo dubitatio vertitur inter priuatos nõ priuilegiatos, vel inter priuilegiatos.

58 Extenditur tertio, vt prædictum priuilegium præſũptionis procedat non ſolum in muliere agẽte ad reſtitutionem dotis, ſed etiam in viro agente pro dote conſtituta ſoluenda, vt *ſup. c. 5. d. n. 143.* notatum eſt, adiecta ratione, ſcilicet quod ſit priuilegiũ conceſſum non perſonæ ſed doti. Et ita Maſcard. *ibid.* allegatus Neguſantius *de pign. memb. 4. p. 2. n. 111.* & Doctor. *qui n. ſeq.* referũtur.

Quare extenditur quarto eadem communis, vt priui- 59
legiũ quod inſtrumentũ dotis in dubio prioritatis præſumatur, tranſeat ad quẽcumq; ſiue hæredem ceſſionarium, ad quem tranſit dos, quia idem priuilegium præſumptæ prioritatis ipſi doti cõceſſum eſt, & non perſonæ ſicut priuilegium prælationis hypothecæ dotis tacitæ reſpectu tacitæ hypothecæ anterioris, ideoque illud tranſit ad eum ad quem dos tranſit, iuxta *reg. pr. l. m. 5 permittitur, ff. de aqua quotid. & æſtiu.* non vero tranſit aliud priuilegium [vt *infra probatur*] vt hypotheca dotis præferatur anteriori hypothecæ aliorum tacitæ de cuius anterioritate conſtat. Ita contra Socinum, & Iaſonem Baldus Nouellus *de dote p. 9. priuileg 2.* Bartolus, Ripa, Crotus, & alij antiqui, Neguſantius *dict. num. 111.* & Petr. Barboſa *d. part. ſecund. num. ſecundo, verſic. amplia ſecundò relati.* Idem Barboſ. *ibid.* reſpondens argumentis Socin. & Iaſon. & Maſcard. *loc. d. c. 9. citato, n. 143. allegato.*

Eadem verò communis limitatur primò, ſi in con- 60
currentia inſtrumenti dotis & inſtrumenti mutui priuati, quæ eodem die à diuerſis Notariis eſſent confecta, inſtrumentum priuati cum hypotheca expreſſa contineret non ſolum diem, ſed etiam horam præſcriptam, & expreſſam, in qua confectum eſt; inſtrumentum vero dotis haberet diem, in quo eſt confectum, ſed abſque expreſſione, & appoſitione horæ, inſtrumentum priuati tanquam certius quoad prioritatem temporis præualeret inſtrumento dotis, nec mulier in ſua hypotheca tacita præferretur hypothecæ prioris in ſuo inſtrumento expreſſæ, cum cenſeretur poſterius inducta: ita Gloſſa *in leg. ſi ex pluribus, ff. de ſolut.* [vbi tenet quod vbicumque poteſt conſiderari priuilegium, vel prærogatiua ex anterioritate, vel poſterioritate temporis, ſufficit ſi per horam ſolam, vel momentum probetur anterioritas; vel poſterioritas temporis] & communiter Iuriſperiti, quos latè referunt, & ſequuntur Petr. Barboſa *in dict. leg 1. parte 2. num. 7. verſicul. limita, & num. 9. verſicul. ex quo, ff. ſoluto matrimonio*, Gomez *ad dict. leg. 45. Tauri, num. 148. & ad leg. 50. num. 40. verſic. 2. limita*, Maſcardus *loco ſuprà cap 9. num. 143. allegato*, & Salgado *d. part. 2. Labyrinthi cit. cap. 4. num. 166. & 169.* & alios refert Peregrinus *de iure fiſci lib. 6. tit. 6. num. 37.* Addit etiam Peregrinus quod appoſitio horæ neceſſariò non infert præcedentiam huius inſtrumenti, eo quia (ait) poteſt eſſe quod inſtrumentum dotis, vel aliud priuilegiatum præceſſerit, & ideo adhuc videtur militare præſumptio legis pro illius anterioritate: & eo magis ſubdit, quia hora non ſolet, nec neceſſario apponi debet in inſtrumentis, *cap. inter dilecta, de fide inſtrum. & authent. de prap. nom. imper.* Et huius opinionis Doctores refert idem Peregrinus, & præſertim Decium *in dict. leg. in ambiguis, ad fin.* aſſerentem id eſſe verum quando qui probat de die eſt in poſſeſſione, ſecus ſi non eſſet in poſſeſſione, imo idem Peregrinus approbat opinionem aliorum aſſerentium, etſi priuatus eſſet in poſſeſſione, idque ob fauorem dotis fiſci, & cauſæ piæ. At non eſt recedendum à ſententia communi, nec refert quod hora non debeat apponi, nam ſi eſt appoſita in vno inſtrumento, & non in alio, probat prioritatem, vt dictum eſt.

Limitatur ſecundo eadem communis, quando præ- 61
dicta duo inſtrumenta ſimul concurrentia quoad tempus non à diuerſis Notariis, ſed ab eodem Notario eſſent confecta; nam tunc illud præſumeretur anterius prius factum, quod in ordine originalis libri, ſeu protocolli notaris prius reperiretur ſcriptum. Nam in dubio illud quod prius in ordine reperitur ſcriptum, præſumitur prius factum, *argument. leg. quoties, ff. de vſufructu, text. in leg. 1. §. quibus, Cod. de nouo Cod. com. edendo.* Vbi Baldus *& cap. penultimo, de elect. in 6.* & Doctores communiter; quos referunt eos ſequentes

tes Gomez *dicto numero 40. verſicul. tertio limita*, Peregrinus *dicto titulo ſextò numero* 38. & Petr. Barboſa *dict. part. ſecund. numero ſexto*: qui hanc limitationem non habituram locum poſt alios addit, quando ex materia inſtrumentorum conſtaret poſterius in ordine debere præcedere in ordine intellectus, vt quia illud continet dationem, & prius ademptionem, cum ademptio neceſſariò præſupponat dationem *leg. decem, ff. de verbor. obligation.* Inſtrumentum dationis cenſetur præceſſiſſe, & ſi in ordine libri videtur poſterius, ſubdit poſt alios, quod illud cenſetur præcedere, quod oportet præcedere vt actus valeat, quamuis ordo inueniatur inuerſus.

62 Limitant denique nouelli alij relati à Petr. Barboſa *dicta part. ſecund. numero ſexto, verſiculo limita ſecundò*, ſi de dote promiſſa vel recepta conſtet ſolum per priuatam ſcripturam coram duobus teſtibus, & inſtrumentum priuati de mutuo ſit publicum. Tunc hypotheca priuati poſterior contenta inſtrumento publico debet præcedere, & præferri hypothecæ dotis priori contentæ in priuata ſcriptura *leg. ſcripturas §. ſi pignoris Codic. qui potior. in pignor.* ſed contrarium probat idem Barboſa, ita quod ſi conſtet ſcripturam priuatam mulieris de dote, vel etiam cuiuſvis priuati eſſe veram per tres teſtes, vel plures integræ fidei (quo caſu ſcriptura priuata *d. §. ſi pignoris*, æquipollet inſtrumento publico) tunc ſcriptura dotis licet contenta in ſcriptura priuata, ſi eſt prior tempore, vel in dubio de anterioritate (quo caſu hypotheca dotis licet contenta in ſcriptura priuata præſumitur anterior, vt iuxta tradita in præcedentibus) deberet præferri inſtrumento publico. Et ſimiliter ſi de contractu dotis promiſſæ vel ſolutæ veritate conſtante per duos teſtes præferri deberet, tanquam prior tempore inſtrumento publico, quia tunc ceſſaret ſuſpicio fraudis, & ſic diſpoſitio legis *ſcriptura*, propter fraudis ſuſpicionem inducta, vt Mantica *de tacit. & ambig. conuent. lib. 11. titul.* 24. *numero quarto*, & Petr. Barboſa *numero ſeptimo*, cum aliis notat *dict. leg. ſcripturas*, procedere quando alius creditor negat debitum contentum in priuata ſcriptura, atque adeo ſi fateatur eſſe verum, vel aliter de hoc conſtet, non procedet *dict. leg. ſcripturas*, ſed prior hypotheca venit præferenda, de quo idem Petr. Barboſa, & Mantica *d. titulo* 24. & alij ab iiſdem allegati. Plura de intellectu *d. l. ſcripturas*, & an, & quando ſcriptura priuata prior ſit necne præferenda inſtrumento publico poſteriori, videantur apud eundem Manticam *tit. 24. per totum.*

63 An vero quæ de prælatione hypothecæ dotis in dubio anterioritatis reſpectu priuati, cuius hypotheca cõcurrit in tẽpore cũ hypotheca dotis tradita ſunt, habeant locum etiam in fiſco reſpectu priuati, vt in ſimili dubio præſumenda ſit prioritas inſtrumenti fiſci, quaſi dos, & fiſcus in hoc, & alijs priuilegiis reſpectu priuatorum à pari procedant, late tractant Peregrinus *dicto libro ſexto, titulo* 6. & Amator Rodriquez *de concurſu credit. parte prim. articulo ſecund.* Fachineus *controuer. iuris libro* 10. *capite* 33. & Petr. Barboſa *in dict. leg. prima, parte ſecund. ff. ſoluto matrimonio*, vbi latiſſimè examinat, an in dubio ſit iudicandum pro fiſco ſicut iudicatur pro dote: quod præſtat *à numero* 11. *vſque ad finem dicta* 2. *p*, vbi amplectitur ſententiam negatiuam, ad quos Doctores, & alios ab eiſdem relatos remitto Lectorem, cum huiuſmodi controuerſia non ſit huius tractatus de Dote.

An, & quando mulier ex cauſa dotis præferatur fiſco, & è contra?

Quæſitum ſextum, an quando hypotheca tacita 64
dotis præferatur hypothecæ fiſci in bonis mariti ſiue tacitæ, quia in contractu priuati cum fiſco à lege eiuſdem fiſci fauore inducta eſt, quamuis à partibus nihil actum ſit de hypotheca, *l. 2. Cod. quibus in cauſis pignus*) ſiue expreſſæ, certum eſt, quod hypotheca dotis tacita poſterior non præfertur hypothecæ fiſci tacitæ, aut expreſſæ, & è contra hypotheca fiſci poſterior non præfertur hypothecæ dotis tacitæ, & multò minus expreſſa: & ſic in hoc dos & fiſcus ſunt pares, & in eis debet procedi regula, quod prior tempore potior eſt iure: conſtat ex *lege ſecund. Cod. de priuil. fiſci lib.* 10. & poſt alios tradunt Neguſantius *de pign. memb.* 4. *p.* 2. Mantica *de tacitis, & ambiguis conu. lib.* 11. *titulo* 26. *num.* 5. Petrus Barboſa *in d. lege* 1. *parte.* 2. *numero* 12. *initio, & numero.* 16. *verſ. Retenta*, Auguſtinus Barboſa *ad l. dotis, Cod. de iure dotium.* Molina *de iuſt. diſp.* 438. *num. quinto*, ac omnes Doctores, quia in dubio de prioritate inſtrumenti dotis & inſtrumenti fiſci, aſſerunt inſtrumentum dotis præferri, ac proinde ſecus ſentiunt ſi de prioritate inſtrumenti hypothecæ fiſci conſtaret, vt tunc hypotheca dotis nõ præferatur: & ſi volunt in dubio prioritatis præferri dotis hypothecam, volunt à fortiori præferri, ſi de eius prioritate appareat.

Quare certum eſt, quod hypotheca tacita dotis 65
præfertur hypothecæ poſteriori fiſci, quia poſterius contraxit cum marito, & conſtat ex *lege ſecund. Codice de priuilegio fiſci, & lege dotis, Cod. de iure dotium*, & ibi ſcribentes, & Doctores *num. præced. allegati*, apud quos alij, & Gratianus alios allegans *diſcept. forenſ. tomo quinto, capite* 964. *numero* 8. Intelligitur expreſſa hypotheca fiſci poſteriori principio, de quo *infrà.*

Quin etiamſi poſt contractam obligationem do- 66
tis, & obligationem fiſci maritus acquiſiuit alia bona, in huiuſmodi bonis quæſitis à marito poſt contractã obligationem vtriuſque mulier pro dote recuperanda præfertur fiſco, ita contra nonullos Iacobus Cancerius *var. reſol. p. 1. cap. 9. n.* 3. vbi ait in facti contingentia ſic conſuluiſſe contra fiſcum: Petrus Barboſa *d. p. 2. n. 12. verſ. ſimiliter præſumitur ex generalitate dict. legis ſecund. Codic. de priuil fiſci*, & quia cauſa dotis eſt magis priuilegiata, & fauorabilior quam cauſa fiſci in hac materia prælationis, vt conſtat ex *ſupra traditis*, & ex his quæ *numero ſequenti* habentur, ita & Neguſantius *d. memb. 4. p. 2. n. 109. verſ. & idem eſt dicendum.*

Igitur in dubio, & vbi non conſtat, an hypothe- 67
ca dotis, vel fiſci ſit prior, puta quia inſtrumentum dotis promiſſæ, vel ſolutæ, & inſtrumentum fiſci, qui cum marito contraxit, reperiuntur confecta eodem die, & neque per horæ appoſitionem, neque per ordinem naturæ & ſcripturæ, ſeu protocolli Notarij apparet quod prius fuerit factum, receptior ſententia eſt, quod inſtrumentum dotis prius præſumatur, & prius factum, & mulier in ſua hypotheca præferatur fiſco, eiuſve hypothecæ, quicquid ſenſerint nonnulli alij volentes in tali dubio dotem, & fiſcum eſſe pares, & æqualiter priuilegiatos, imo parificari in omnibus priuilegiis, & ſic mulierem & fiſcum ſimul admitti, ſicut ſimili caſu admitti priuatos, notatum eſt *ſupra numero* 54. ita poſt alios antiquos à ſe allegatos Couarruuias *var. lib. 1. cap. 16. numer.* 6. & Neguſantius *dicto memb. 4. p. 2. num* 108. *&* 109. Mantica *d. tit. 26. num. 4. & ſeqq.* Peregrinus *de iure fiſci lib. 6. tit.*

ſexto

ſexto, num. 32. *&* 33. Petr. Barboſa *in l.* 1. *p.* 2. *num.* 21. *verſ. vnde infertur.* Menochius *de præſumptionibus, libro ſecund. præſumptione* 72. *numero* 18. Rendina *in promptuario recept. titul. de action. numero* 26. Fachineus *controuerſ. iuris libro* 10. *capit.* 33. *il ſecundo, verſiculo exiſtimo tamen,* Amator Rodriquez *de concurſu creditorum part.* 1. *art.* 2. *numero.* 4. Augustinus Barboſa *coll. ad l. dotis num.* 3. *Codic. de iure dotium,* Salgado *part. ſecund. Labyrinthi, capite quarto, num.* 169. & Ludouicus Molina *de iuſt. tract. ſecund. diſputatione* 438. *numero* 5. fundamenta huius receptioris ſententiæ ſunt. Primum, & præcipuum, quod in dubiis pro dote pronunciandum, *dict. l. in ambiguis, ff. de reg. iuris,* quæ lex generaliter & indiſtinctè loquitur. Secundum eſt *lex non puto, ff. de iure fiſci*, ibi : *Non puto delinquere eum, qui in dubiis quæſtionibus contra fiſcum facile reſponderit: de cuius leg. intellectu plurima* Petr. Barboſa *in dict. leg. prim. part. ſecund. numero* 15. *& ſequentibus, ff. ſolut. matrimonio.* Tertium eſt, quia mulier pro ſua dote eſt magis priuilegiata, excepto primipilo, quam fiſcus, & ſic fauorabilior cenſetur cauſa dotis : quod probatur ex eo, quod dos præfertur creditoribus mariti anterioribus habentibus tantum tacitas hypothecas *dict. leg. aſſiduis, Codic. qui potior. in pignor.* & latè traditum eſt ſupra, fiſcus autem non præfertur anterioribus creditoribus tacitam habentibus hypothecam, *leg. vnica, Codic. rem alienam gerentibus, & leg. vltima, ff. qui potior. in pign. vt ſuprà numero* 50. & tradunt præallegati Doctores, & alij communiter. Quando autem duæ perſonæ priuilegiatæ ad inuicem concurrunt, tunc magis priuilegiata præfertur *argum. l. verum § fin. ff. de minoribus,* & poſt Cynum, & alios *in auth quas actiones, Codic. de Sacroſ. Eccl.* Neguſantius *d. memb.* 4 *numero* 109. Petr. Barboſa *in dict. leg. prim. part. ſexta, num.* 15. *fin.* Amator Rodriquez *dict. artic. ſecundo, numero tertio, verſic. ſecundo id.* Peregrinus *d. numero* 33. & Petr. Barboſa *d. part. ſecund. numero* 22. *verſic. ſimiliter.* Neque prædictæ receptiori ſententiæ obſtat *lex ſecund. Codic. de priuileg. fiſci*, ex qua Doctores contrariæ ſententiæ colligunt dotem, & fiſcum æquiparari, & paribus ambulare, ac proinde in concurſu vbi ambigitur de prioritate hypothecæ, nec dos fiſco, nec fiſcus doti præferri debet ad exemplum priuatorum qui ſimul ſi pares ſunt in iure pignoris, pro rata admittuntur, vt *ſup. n.* 54. notatum eſt. Nam reſpondetur, quod ibi lite mota inter fiſcum, & mulierem cauſa dotis ratione hypothecæ, decidit cauſam dotis, & fiſci procedere à pari non ſimpliciter, & abſolute, ſed tantum quoad hoc, quod & fiſcus & dos habent priuilegium tacitæ hypothecæ : & in hac hypotheca fiſci hypotheca ſit anterior & præualeat hypothecæ dotali poſteriori, & ſi hypotheca dotalis ſit anterior, præualeat hypothecæ fiſci poſteriori: non autem ibi eſt ſermo de iure, ſeu priuilegio prioritatis in dubio, & vbi ambigitur priorne ſit hypotheca dotis, vel fiſci, de hoc enim nihil ibi dicitur, quoad hanc verò præſumptionem dos expreſſe reperitur priuilegiata *dict. leg. in ambiguis pro dote, ff. de reg. iuris,* ex qua in conſequentiam ſequitur dotem, vt priorem tempore, eſſe præferendam fiſco, & eo magis quia dos eſt magis priuilegiata, excepta cauſa primipili, de quo *in leg. ſatis notum eſt, Codic. in quibus cauſ. pignus tacitè contrahitur, & in l. vtilitas, C. de primipilo, lib.* 12.

68 Virum verò ſi in præfato dubio prioritatis hypothecæ fiſcus reperiatur in poſſeſſione, & detentione rerum mariti, præferatur mulieri. Affirmat Peregrinus *d. tit.* 9. *num.* 34. poſt Salicetum *in d. l.* 2. ob eam rationem, quia poſſeſſionis additamentum efficaciter ampliat iura fiſci *§. commodum, inſtit. de interdicto.* At aſſerendum, quod mulier præcedet pro ſua dote, non obſtante fiſci poſſeſſione, & ratio eſt, quia cum in tali dubio mulier habeat priuilegium prioritatis hypothecæ, & non fiſcus, vt *numero præcedenti* probatum eſt, ſequitur, vt vti prior tempore in hypotheca pro dote abſolute debeat præferri fiſco etiam poſſidenti iuxta regulã, quod prior tempore, potior eſt iure. Idem etiam probatur efficaciter *ex d. l. in ambiguis pro dote*, abſolute dicente in ambiguis iudicandum pro dote. Et ita abſque dubio ſentit P. Barboſa *d. p.* 2.

Ex traditis ſequitur, quod priuilegium fiſci *l.* 1. 69
C. de iure fiſci (ſcilicet quod donatio prædij per patrem facta ante hypothecam, & obligationem creditorum, & eiuſdem fiſci, vt non reſcindatur in fauorẽ fiſci, donatarius ipſam debet probare donationem factam fuiſſe ante, & citra fraudem) non procedet, ſi fiſcus velit dotem auferre à muliere; nam quamuis mulier ex titulo lucratiuo videatur habere, *l. fin. § ſi à ſocero ff. quæ in fraudem credit.* & notatum eſt *ſupra capite prim.* tamen cum dos ex ſe ſit magis priuilegiata, non vtetur fiſcus ſuo priuilegio aduerſus magis priuilegiatum, iuxta *d. l. verum, §. fin. ff. de minoribus,* & quia cum dos habeat priuilegium, vt in re dubia pro ea præſumatur, priuilegium fiſci *d. l.* 1. non debet comprehendere cauſam dotis, quæ in prædicta materia eſt magis priuilegiata. Et ita poſt alios Neguſantius *dict. membr.* 4. *numero* 109. Petrus Barboſa *d. part.* 2. *num.* 22. *verb. præterea.*

Dixi *ſuprà, dotis cauſam eſſe magis priuilegiatam* 70
quàm cauſam fiſci, excepto primipilo. Nam fiſcus pro primipilatu exigendo ab illius adminiſtratoribus habet ſpeciale priuilegium, vt contra eoſdem officiales ſeu adminiſtratores agens præferatur omnibus aliis creditoribus habentibus anteriorem hypothecam, & etiam vxori in omnibus bonis mariti, etiam per eam in cauſam dotis ante fiſci hypothecam traditis, vt *ſuprà capite* 7. *numero* 186. & tradunt Doctores *ibid. allegati,* & præter eos Neguſantius, Mantica, Gratianus *locis in præcedentibus allegatis.* Couarruuias *var. reſol. libro primo, capite* 16. *numero ſeptimo*, & Petr. Barboſa *in dict. leg. prim. part. ſecund. numero* 21. & conſtat *ex dict. leg. ſatis notum, & ex leg. vtilitas, ſuprà numer.* 67. *fin. allegatis.* Et huiuſmodi priuilegium in hoc particulari caſu conceſſum fuit, quòd in eo videatur agi de vtilitate publica principaliter, ob idque debeat præferri doti, in qua agitur de vtilitate publica ſecundariò *dict. leg. ſatis notum, Codic. quibus in cauſis pignus.* Et etiam ratio huius ſpecialitatis conſtat ex traditis *dict. capite* 8. *numero* 185. *&* 186. & latè etiam explicatur à Couarruuia *d. nu.* 27. Extra autem cauſam primipili in dote vxoris non poterit fieri executio pro debitis mariti etiam in ſubſidium, *l. ob maritorum, C. ne vxor pro marito, l. vxorem C. de Decurionibus lib.* 10. & P. Barboſa *d. p.* 2. *fin.*

In bonis verò paraphernalibus, quæ mulier talia 71
eſſe probaret, ipſa præferretur, *leg. prim. Codice de priuilegio fiſci lib.* 10. *dict. l. ſatis notum eſt d. l. vtilitas,* & Peregrinus *de iure fiſci d. libro ſexto, titulo* 6. *numer.* 42.

An & quando mulier, ſeu vxor in tacita hypotheca dotis in bonis mariti præferatur, vel poſtponatur cæteris hypothecis tacitis, vel expreſſis hypothecis priuilegiatis creditorum mariti.

Quæſitum ſeptimum, vtrum hypotheca dotis ta- 72
cita poſterior præferatur tacitæ hypothecæ anteriori: (excepta tacita fiſci hypotheca, de qua ſuprà) priuilegiatæ à iure quoad prælationem, ſcilicet quæ licet poſterior ſit tempore, tamen ex iuris priuilegio præfertur

fertur alij tacitæ vel expreſſæ etiam anteriori; talem autem hypothecam tacitam (licet de hypotheca inter contrahentes nihil actum ſit) qui alteri dedit mutuam pecuniam ad conſeruandam, reficiendam, vel reparanda rem, habet in re ipſa ex pecunia mutuata renouata, & refecta pro ipſa pecunia mutuo data recuperãda, ita vt in eadem re reparata anterioribus creditoribus eius, qui pecuniam ad præfatum effectum mutuatam accepit, habentibus ſiue tacitam, ſiue expreſſam præferatur *leg. prim. ff. in quibus cauſ. pignus, & leg. interdum ff. qui potiores in pignor. authentic. de æqualitate dotis §. his conſequens.* Et tradunt communiter Doctores ibi ſcribentes, & alij. Neguſantius *de pignor. membr. 2. quinta part. num. 17.* Couarruuias *var. reſolut. lib. 1. cap. 7. num. 2. verſ. ſed & contra, & num. 3.* Mantica *de tacit. & ambig. conuent. libro 11. titul. 23. num. 1.* Gaillus *obſeruat. pract. libr. 2. obſeruat. 12. num. 4.* Petr. Barboſa *in l. 1. part. 6. num. 12.* Amator Rodriquez *de concurſu part. 1. art. 7. num. 16.* & alios latè referentes Salgado *part. 2. Labyrinth. cap. 11. num. 64.* & Amator Rodriquez *de concurſu creditorum art. 7. num. 1. qui num. 12.* affert huius priuilegij rationem, & *num. 4.* aduertit hoc priuilegium tacitæ hypothecæ cum iure prælationis habere locum ſolum in re illa conſeruata, refecta, reſtituta, & renouata ex pecunia creditoris mutuantis, ita vt in cæteris aliis bonis illius debitoris rei conſeruatæ creditor ipſe non debeat prædictum priuilegium habere, & ius prælationis reſpectu aliorum creditorum habentium hypothecas; ſed ſolum reſpectu creditorum perſonalium. Quomodo ait accipi debere textum *in l. 1. ff. de ceſſione bonorum, in l. creditor, ff. ſi certum petatur, & in l. ſi ventri ff. de priuil. creditor.* Quapropter ſi res ipſa conſeruata, aut refecta extinguitur, neceſſe erit & extingui hoc priuilegium, cum deficiat ſubiectum circa quod verſatur: ita Rodriquez aliis relatis, & ita procul dubio ſentiunt etiam Doctores prææallegati, & alij communiter.

73 Si autem datur mutuò pecunia ad extruendum nouum ædificium, vel nauim nouam, ratione dictæ pecuniæ in fauorem mutuantis non cenſeri in ædificio, vel in naui ex dicta pecunia de nouo facta contrahi hypothecam prædictam tacitam cum iure prælationis, poſt Bartolum *in dict. leg. interdum in fin.* Iaſonem *in dict. leg. creditor, num. 4. fin. ff. ſi certum petatur,* & alios notant Neguſantius *d. membr. 2. part. 5. num. 4.* Petr. Barboſa *dict. part. 6. num. 11. verſ. quod pariter.* Quòd textus prææallegati loquuntur quando pecunia datur ad refectionem ædificiorum, vel nauis, ac proinde non ſunt extendendi, quando de nouo erigitur, & ædificatur, eo quòd aliud eſt facere, aliud reficere, & reſtituere *l. 1. §. ſi quis ædificium ff. de noui operis nunciatione, & l. reficere ff. de itinere, actuque priuato, & l. vſufructuarius ff. de vſufructu,* quare in hoc caſu idem Barboſa expreſsè ait oportere quod expreſsè caueatur hypotheca, quæ ita expreſsè conſtituta habet illud priuilegium, vt præferatur creditoribus etiam habentibus hypothecas expreſſas, *leg. licet, Codic. qui potiores in pignore habeant.*

74 Quamuis verò ſi quis pecuniam mutuaret alteri ad emendam domum, nauim, vel alteram rem, cum eo ipſo fine alia conuentione hypothecæ habeat à lege ſupra dictam tacitam hypothecam cum iure prælationis, itavt in domo, naue, prædio ex ſua pecunia emptis præferatur aliis creditoribus anterioribus habentibus expreſſas hypothecas, ſicut prædictum eſt de mutuante ad refectionem, & conſeruationem ædificij vel nauis, aut alterius rei, ſic multorum opinio. Gloſſæ *in authent. quo iure, Codic. qui potior. in pignor. habeant,* Baldi, Angeli, Alexandri, & aliorum quos referunt Couarruuias *dict. cap. 7. num. 3. initio,* & Ceuallos *illos ſequens com. contra com. quæſt. 744. n. 3.* qui omnes fundantur *in d. §. his conſequens.* Vbi inter caſus, in quibus à iure inducta eſt hypotheca cum prælatione, enumeratur hic caſus mutuantis pecuniam ad emptionem nauis, & nulla mentio fit expreſſæ hypothecæ, imo Iuſtinianus ibi hunc caſum tanquam parem coniungit cum eo, quo quis mutuat pecuniam ad refectionem domus, vel nauis, in quo mutuanti datur à lege priuilegium tacitæ hypothecæ cum prælatione, vt probatum eſt.

Nihilominus contraria ſententia, & quod mutuans pecuniam ad emptionem domus, nauis, prædij, vel alterius rei non habeat tacitam hypothecam, neque priuilegium prælationis in domo vel prædio empto ex ſua pecunia niſi hypotheca fuerit expreſsè conſtituta, eſt verior, & magis recepta, & ſeruatur in praxi, vt notat Couarruuias *dict. cap. 7. numer. 3. verſ. ideo licet,* & poſt eum Stephanus Gratianus *diſcept. forenſ. tom. 3. cap. 670. num. 6.* quam ſententiam tenent Bartolus *in dict. l. interdum ff. qui potior. in pign. habean.* Gloſſ. *in l. quod quis ff. de priuil. creditorum,* Baldus, Salicetus, Zaſius, Ripa, Baldus Nouellus, & alij relati à Couarruuia *d. num. 3. verſ. ſed contrarium,* & eandem approbat *d. verſ. & ideo licet*; approbant etiam Neguſantius *d. memb. 2. part. 5. n. 3.* Couarruuias, & Gratianus *locis allegatis,* Amator Rodriquez alios recentiores referens *de concurſu creditorum parte 1. articul. 7. num. 13.* & Gaillus *obſeruat. lib. 2. obſeruat. 12. num. 2.* Probatur hæc ſententia per textum *in l. quamuis, Codic. de pignor.* & per textum *in l. licet, Codic. qui potior. in pign. habeant.* à contrario ſenſu: dicta enim lex quamuis dicit, quod ſi mutuans pecuniam ad comparationem rei ſpecialiter, vel fauorabiliter ſibi non obligauerit rem perſonali actione debitum petere non prohibetur: ergo hypotheca cum prælatione ei non competit, niſi quando ſibi proſpexerit de expreſſa hypotheca, & *d. l. licet* dicitur quod appoſita hypotheca in fauorem mutuantis ad emptionem fundi præfertur in eo fundo prioribus, & expreſſis hypothecis: ergo non adiecta hypotheca expreſſa, nulla competit mutuanti, neque tacita, neque prælatio iure pignoris. Alias rationes adducit Rodriquez *d. art. 7. eodem num. 9.* apud eum videndas. Neque huic ſententiæ obſtat prioris ſententiæ fundamentum; nam etſi *d. §. his conſequens,* coniungit tanquam paria mutuum datum, & emptionem, & mutuum datum ad refectionem, non tamen inde neceſſariò infertur, mutuanti ad emptionem prædij competere hypothecam tacitam, eodem pacto, quo iure conceditur mutuanti ad refectionem; hoc enim ibi non probatur, vt notauit Couarruuias: ſed potius eſſe quaſdam hypothecas, quæ vel expreſſæ, vel tacitæ poſſunt dari, quibus à iure conceſſum eſt priuilegium prælationis: quare dum deinde dicit parem eſſe hypothecam competentem mutuanti ad emptionem illi, quæ competit mutuanti ad refectionem, ita eſt intelligendum, vt hypotheca expreſſa competens mutuanti ad emptionem habeat idem ius prælationis quod habet tacita à lege conceſſa mutuanti ad refectionem. Etſi autem qui pecuniam mutuo dedit expreſsè ad emptionem alicuius rei, non adiecta expreſſa hypotheca non præfertur anterioribus creditoribus habentibus hypothecam; cæteris tamen creditoribus perſonali actione agentibus præferendus eſt *dict. leg. quamuis,* & *auth. quo iure, Cod. qui potior. in pign.* & tradunt Gloſſa *ibid. verbo perſonalis,* & alij allegati à Gaillo *d. obſ. 12. n. 3.* qui & idem ſentit. 75

His prænotatis ad quæſitum *numer. 72.* propoſitum, an tacita dotis hypotheca præferatur tacitæ hypothecæ anteriori priuilegiatæ à iure quoad prælationem 76

nem

nem. Non præferri, ſed inter eas obſeruari regulam, qui prior eſt tempore potior eſt iure. Sentiunt Gloſſ. *in auth. de æqualitate dotis §. his conſequens, verbo poſterior & in l. aſſiduis, Cod. qui potior. in pign.* Cynus, Baldus Nouellus *locis allegatis*, Couarruuias *d. cap. 7. n. 3. verſ. Verum eſt*, & à P. Barboſa *in l. 1. p. 6. n. 1. verſ. contrariam*, idem Barboſa *ibid. & n. 12. verſ. ex illo.* Mantica *de tac. & ambig. conu. lib. 11. tit. 23 n. 10.* Molina *de iuſt. tract. 2. diſp. 438. n. 9.* & Rebellus *de oblig. iuſt. p. 2. lib. 6. q. 10. n. 3.* & nonnulli recentiores ab iiſdem allegati. Quæ ſententia probatur primò, quia dotis tacita hypotheca poſterior non præfertur tacitæ hypothecæ fiſci: ergo pari ratione neque præferetur alij hypothecæ anteriori priuilegiatæ quoad prælationem. Secundò & vrgentius probatur ex *d. §. his conſequens*, dum ibi dicitur, quod poſterior creditor ex cauſa mutui dati ad conſeruationem, & refectionem non præferatur tacitæ dotis hypothecæ anteriori: ergo ſentit apertè Iuſtinianus, quod ſi creditor ille eſſet prior tempore, illius hypotheca eſſet præferenda tacitæ dotis hypothecæ poſteriori.

77 At contrarium, & hypothecam dotis tacitam poſteriorem præferri aliis hypothecis tacitis (expreſſa illa fiſci) anterioribus priuilegiatis tradunt Salicetus *in d. auth. quo iure Cod. qui potior. in pign. ibid.* Petrus à Bella pertica, Albericus, Angelus, Neguſantius *de pign. memb. 2. p. 5. n. 76.* Couarr. *var. lib. 1. cap. 7. n. 3. verſ. hoc ipſum*, & alij relati à P. Barboſa *d. n. 1. verſ. iuxta quam concluſionem*; & hanc ſententiam probat generalitas ſuperius allegata *l. aſſiduis Cod. qui potior. in pign. habeant.* per quam mulier in ſua dotis hypotheca tacita præfertur anterioribus mariti creditoribus tacitam tantum habentibus hypothecam; quæ lex ita generaliter loquens non debet intelligi correcta reſpectu aliarum hypothecarum priuilegiatarum (dempta fiſci hypotheca) cũ id non reperiatur expreſſum in iure, ſicut de hypotheca fiſci, nec eiuſdem *l. aſſiduis* correctio colligatur *ex d. §. his conſequens*, habente poſteriorem creditorem cauſa mutui dati ad refectionem ædificij non præferri dotis hypothecæ, cum rectè poſſit intelligi de creditore poſteriore cum hypotheca expreſſa in re refecta ea pecunia, quæ ſpecialiter eſt priuilegiata etiam reſpectu hypothecæ dotis poſterioris; & non de habente ſolum hypothecam tacitam, vel ſaltem dubium ſit, an ibi loquatur de habente tantum hypothecam tacitam, & in dubio euitanda eſt legum correctio, & quia in dubiis iudicandum eſt pro dote *l. in ambiguis ff. de iure dotium.* Et per hæc manet ſatisfactum fundamentis alterius ſententiæ.

78 Cæterum circa præfatum priuilegium tacitæ hypothecæ, & prælationis reſpectu anteriorum creditorum habentium etiam hypothecas expreſſas mutuanti pecuniam ad conſeruationem, refectionem, & renouationem ædificij vel alterius rei, in re conſeruata & refecta conceſſum, vt habeat locum aduertunt poſt alios Neguſantius *d. memb. 2. p. 5. n. 15.* Gaillus *obſeruat. lib. 2. obſeru. 12. n. 4.* Molina *de primog. lib... cap. 10. n. 23.* & alter Molina *de iuſt. d. diſp. 438. n. 11. circa finem*, requiri primò, vt pecunia expreſsè, & nominatim in refectioné ædium vel nauis fuerit data. Secundò, vt in alium vſum non conuertatur, ſed in effectu ſit expenſa pro tali refectione. Tertio quod pecunia ad id neceſſaria eſſet, neque plus fuerit expenſum, quàm eſſet neceſſarium; nam in eo plus fuiſſet reſeruatum vltra neceſſitatem. Denique vt res ipſa refecta exiſtat, alioqui non erit hypothecata, vnde iure reali ſit ea pecunia mutuo data ſoluenda. Adnectit autem Neguſantius, poſt Paulum de Caſtro, quod priuilegium illud non procedat ratione pœnæ conuentionalis adiectæ in contractu mutui.

79 Ex traditis in præcedentibus infertur reſolutio illius quæſtionis, an mulier in hypotheca dotis anterio-ri ſit præferenda creditori mariti poſteriori, qui eidem marito dederit mutuo pecuniã ad emptionem militiæ multum priuilegiatæ à iure, à quo eidẽ mutuanti ſi dederit pecuniã cum expreſſa hypotheca eiuſdem militiæ conceditur prælatio reſpectu anteriorũ creditorum habentium tacitas hypothecas, vt conſtat *ex l. vlt. & auth. ſequenti, C. de pign. & ex auth. de æqualitate dotis, d. §. his conſequens, verſ. quia verò*, & ſi enim mulierẽ licet anteriorem in ſua dotis hypotheca non præferri eidẽ mutuanti creditori poſteriori, ſed hunc poſteriorẽ mulieri præferri in hypotheca eiuſdẽ militiæ ea pecunia mutuo data expreſsè ad illũ finem empta, ſentiant Salic. Boſcheius, & nonnulli alij à P. Barboſa *in d. l. 1. p. 6. n. 2. & 3.* relati, idem Barboſa *ibid.* & Molina *de iuſt. tr. 2. d. diſp 438. n. 12.* quia Iuſtinian. poſtquam *d. §. his conſequens*, diſpoſuit tacitas hypothecas aliàs priuilegiatas non præferri tacitæ hypothecæ dotis anteriori *d. verſ. quia verò*, ſubdit aliud eſſe, ſi pecunia mutuatur marito pro emenda militia, interuenientibus conditionibus *d. §. quia verò poſitis*, & à P. Barboſa *d. n. 3.* explicatis.

Nihilominus oppoſitum, & dictum mutuantem ad 80
emptionẽ militiæ cum expreſſa hypotheca eiuſdem militiæ non præferri hypothecæ dotali anteriori, ſed hãc præferri eidẽ poſteriori hypothecæ mutuantis tradunt Bartol. *in l. 1. n. 150.* Bald. Nou. *de dote p. 10. n. 33.* Neguſ. *de pign. memb. 4. p. 2. n. 164. verſ. 9. 10. & memb. 2. p. 5. n. 21. verſ. ſed dub.* Mant. *de tac. & amb. conu. l. 11. tit. 23. n. 9.* & Steph. Grat. *diſc. for. tom. 5. cap. 964. n. 8.* & alij à Neguſ. relati: mulier enim in hypotheca dotis anteriori præfertur cuicumque priuilegiario poſteriori in hypotheca etiam fiſco, excepta ſola cauſa principali, vt *ſup. n. 65.* notatum eſt per iura *ibid.* adducta: neque obſtat fundamentum alterius; nam Iuſtinian. *d. § his conſequens verſ. quia verò ſicut & in auth. quo iure poſita poſt l. aſſiduis*, ad eiuſdem legis diſpoſitionem de prælatione hypothecæ tacitæ dotis poſterioris, reſpectu cæterarũ anteriorum tacitarũ ampliandam etiã ad alias hypothecas tacitas anteriores priuilegiatas, excepta hypotheca militiæ ea pecunia ad eius emptionẽ data, ſolũ tollit ab hypotheca dotis priuilegiũ prælationis reſpectu hypothecæ eiuſdẽ militiæ; vultque vxorẽ in hypotheca dotis poſteriori nõ præferri illi, qui mutuauit ad emendã militiã, non præbet autẽ vlterius priuilegiũ eidem creditori mutuanti in d. militia contra dotẽ, ita Neguſ. *d. n. 21.* vnde inter mulierẽ in hypotheca dotis, & mutuantẽ à marito ad ẽptionẽ militiæ in hypotheca eiuſdem militiæ iuxta ſupradictos DD. obſeruanda eſt regula, vt prior tempore ſit potior iure.

Ex traditis hucvſque colligitur anteriorẽ dotis hy- 81
pothecam præferri tacitæ hypothecæ aliàs priuilegiatæ, eſto inter contrahentes, ſcilicet creditorem, & debitorem interueniat pactum, vt illa præferatur anterioribus: non enim talis pactio nocere debet aliis creditoribus, ex regula *l. debitor, Cod. de pact.* & id notauit etiam P. Barboſa *p. 6. n. 3. verſ. ex quibus.*

Verũ autem qui marito dedit mutuo pecuniã ad cõ- 82
ſeruationẽ, refectionẽ, aut renouationẽ, vel ad emptionem rei, eandẽ rem reficiendã, vel emendam ſpeciali & expreſſa hypotheca ſibi obligãs pro illius pecuniæ ſolutione, præferatur mulieri habenti tacitã, vel etiam expreſſam dotis hypothecã in bonis mariti. Affirmarunt Bald. Nou. *de dote p. 10. n. 3.* Capel. *de cautelis, caut. 124. ad finem*, & nonnulli alij à P. Barb. *in d. l. 1. p. 6. num. 12. verſ. quamuis priuilegium*, allegati, moti ea ratione, quod prædictus mutuans cum illa ſpeciali, & expreſſa hypotheca præfertur cæteris creditoribus anteriorib. habẽtibus expreſſas hypoth. *l. interd. ff. qui pot. in pign. hab. & l. licet, C. eod. tit.* hypotheca verò dotis, ſiue tacita, ſiue expreſſa poſterior non præfertur hypothecis expreſſis aliorum mariti creditoribus anterioribus, vt *ſup. n. 45. & 47.* probatũ eſt. Vnde ſuccedit regula poſita *in l. de acceſſionibus*

acceſſionibus, ff. de diuerſis, & temp. præſcript. ſi vinco vincentem te, fortius vincam te.

83 Verum oppoſita ſententia, & quod huiuſmodi hypotheca expreſſa poſterioris creditor. mariti ex cauſa pecuniæ mutuo ei datæ ad refectionem, vel emptionem rei non præferatur hypothecæ dotali, ſed è contra, cõmunis, verior, & in praxi ac tribunalibus recepta eſt, quam præter Gloſ. *in d. §. his conſequens, auth. de æqualitate dotis*, Bartol. Salic. Fulgoſium, Speculatorem, Paul. de Caſtro, Iaſonem, Afflict. & Couarr. *var. lib. 1. c. 1. n. 3.* Rondina, & P. Barb. *locis infr. citatis* relatos tenent idem Couarr. *d. cap. 7. n. 4.* Mantica *de tac. & ambig. conu. l. 11. tit. 23. n. 8.* Rendina *in prompt. receptarũ, tit. de act. n. 29.* P. Barb. *d. n. 12. verſ. vnde.* Cancer. *var. reſol. tom. 1. c. 9. n. 7.* Steph. Gratian. *diſc. forenſ. tom. 2. c. 257. n. 33* & alij recentiores apud eoſdem. Et apertè conſtat *ex d. §. his conſequens*, ibi: *Vnde ſecundum hæc volumus, vt quamuis alterius eandem pecuniis aliquis comparaſſe agrum, aut refeciſſe domum, aut etiam prædium emiſſe videatur, nequeant tamen id genus priuilegia mulieribus opponi*: qui textus in hac materia ſufficit, iuxta Socin. iun. *conſ. 10. n. 11. l. 3.* Manticam, & Gratian. *locis allegatis*, quamuis ea ſit (ſubdunt iidem) noſtrorum temporum imperitia, vt legibus non credatur, niſi authoritatibus Doctorum comprobentur: quare hic non procedit illa Regula *d. l. de acceſſionibus*, cui quatenus obſtare poſſet, derogatũ eſt per Iuſtinian. *in d. verbu final. d. §. his conſequens*, quamuis verè non obſtet, quia ea l. regula non procedit (vt notant Gloſſa *in d. l. de acceſſion.* Bartol *ibid.* Couar. *d. n. 3. verſ. huic verò*, Cancerius alios allegans *d. n. 7.*) vbi eſt diuerſa ratio vincẽdi, vt in præſenti ſpecie, nam mulier vincitur à priore creditore habente expreſſam ratione proprij pacti, & ſuæ conuentionis, & hic prior vincitur à poſteriori habente hypothecam à lege ſpecialiter ad id priuilegiatam. Plura de hac diuerſa ratione videantur apud Couarr. Ex quibus conſequitur, quod ſi hypotheca dotis currat cum alia hypotheca expreſſa priuilegiata, ſequenda erit regula dicti capituli, qui prior in tempore, potior eſt in iure, *de reg. iur. in 6.*

In re vendita, habita fide de pretio mulier pro pro dote præfertur venditori.

84 Num etiã is, qui alij vendidit rem habita fide de pretio, in ipſa re vendita pro exactione pretij habeat priuilegiũ prælationis, potiorque ſit prioribus ipſius emptoris creditoribus habentibus tacitã, vel expreſſam hypothecã generalem bonorũ eiuſd. emptoris, etiam muliere anteriori creditrice mariti emptoris ex cauſa dotis eidẽ traditæ. ſi inter emptorẽ, & venditorem nil actũ ſit de hypotheca in re vendita, ſed ſolum vendita ſit res habita fide de pretio ſoluendo; communis, & certa concluſio eſt, quod res vendita non eſt venditori hypothecata, ſeu obligata pro pretij ſolutione, ſicque venditor in eadem re vendita non eſt prior aliis creditoribus emptoris. Text. etiã *in l. procuratoris, §. planè, ff. de tributoria act.* vbi habetur, quod ſi merces tradantur habita fide de pretio, venditor nullum habet priuilegiũ prælationis circa merces etiam extantes. Idem etiam probat *l. quidam fundum, ff. de in rem verſo*, & tradunt communiter Doctores, Bartolus, & alij ſcribentes antiqui *in leg. ſi cum dotem, §. vlt.* vbi etiam P. Barb *n. 34. circa fin. ff. ſol. matr.* Couarr. *var. lib. 1. c. 7. n. 2.* Parlador. *quotidianarum l. 1. c. 8. n. 1.* Amator Rodriquez *de concurſu creditorum, part. 1. art. 7. num. 9. verſ. 3.* & innumeri alij ab iiſdem Couarruuia, & Parladoro, ac Rodriquez relati.

85 Quod controuertitur eſt, quando res vendita eſt, habita fide de pretio, & inter emptorem expreſsè conuentum eſt, quod res vendita eſſet venditori hypothecata, donec integrum pretium eidem ſolueretur, an in hoc caſu, in quo venditor habita fide de pretio ſibi de hypotheca expreſſa in re vendita cauit pro ſolutione pretij, omnibus aliis creditoribus emptoris etiam anterioribus, etiam hypothecam expreſſam habentibus, & etiam mulieri cauſa dotis creditrici anterior. præferatur in eadem re vendita. Et non præferri tradit P. Barboſ. *in d. leg. ſi cum dotem, d. §. vlt. n. 34. verſ. inde tamen*, & in ſpecie, quod non præferatur mulieri creditrici anteriori ex cauſa dotis, ſentiunt Afflictus *deciſ. 306. n. 15.* poſt Speculatorem, & Cephalus *conſ. 151. lib. 1.* relati à Fontanell. *de pact. nupt. clauſ. 8. gloſſa 2. p. 9. n. 13.* Probat Barboſa, quia iure cautum non reperitur hoc caſu hãc hypothecam fauore venditoris aliis creditoribus anterioribus præferri. Confirmat idem Barboſ. *n. 35.* quod vendita, & tradita re non ſoluto pretio habita fide de eodem pretio, per talem traditionem cenſetur dominiũ translatum in emptorem, iuxta regulam *§. vendita, Inſtit. de rerum diuiſione*, & Doctores, quos *ibid.* allegat, additque *ex l. non idcirco, C. de contrah. emptiom.* colligi, *& ex l. 1. Cod. de act. & empt.* habentibus, quod ſi venditor tradidit rem non ſoluto pretio, non poteſt reuocare traditionem, ſed aget ad pretium, vt ſoluatur, vt etiam *ſup. cap. 16. n. 39.* notatum eſt, & ſic hypotheca anterior generalis, quã alij creditores habent in omnibus bonis emptoris, cõprehendit etiã rem eandẽ venditã habita fide de pretio, proindéque in eadem re vẽdita iidẽ creditores præferri debent vẽditori: alia argumenta ſubdit idem Barb. ad probãdum, per eandã traditionẽ rei habita fide de pretio, trãsferri dominiũ in emptorẽ, nec poſſe venditorẽ illam vẽdicare, reuocare, ſed debere ad pretiũ agere. Hanc eandem ſententiã approbarunt alij à Neguſ. *de pign. 4. p. principali, n. 33.* vbi & alias rationes ex iiſdẽ Doctorib. adducit, & non leues.

Cõtrarium, & quod venditor rei habita fide de pretio, qui de ſpeciali, & expreſſa rei venditæ hypotheca pro pretio ſibi cauit, licet poſterior omnibus aliis emptoris creditoribus hypothecatis, & etiam vxore habente in bonis mariti hypothecã generalem etiã expreſſam pro dote ſua, ſit præferendus, iuxta regul. *l. eoſd. C. qui pot. in pign. & l. pro debito, C. de bonis authorit. iudicis*, tradunt Salic. *in d. l. pro debito, n. 3.* Neguſ. *d. 4. p. n. 34. & memb. 2. p. 5. n. 17.* Curtius, Gutier. Matienzo, Greg. Lop. Felician. de Solis relati partim a P. Barb. allegato *n. 34.* & partim à Fontanell. *d. p. 9. n. 19.* qui idem tradit. Probat Neguſant. & poſt eum idem Fontan. quia cum tempore ſeu ab initio traditionis rei ſuæ dominus venditor apponere potuerit quaſcumque cõditiones & onera quæ voluerit, *l. in traditionibus, ff. de pact. & l. legem, C. eod. tit.* Bald. & alij à Neguſ. *d. c. 34.* allegat. inde conſequitur, vt res illa non acquiratur emptori, neque eius efficiatur liberè & abſolutè, ſed in illum tranſeat cum illo onere hypothecæ, vel obligationis pro ſolutione pretij eiuſd. qua ab initio venditionis & traditionis eſt affecta, ac proinde venditor venit præferendus in eadẽ re omnibus aliis emptoris creditoribus habẽtibus hypothecã generalem, & etiam doti præcedẽti. Neque obſtat, quod mutuãs ad emptionẽ rei cum expreſſa hypotheca in re emenda, non præferatur antecedenti hypothecæ dotis, iuxta tradita *ſup. n. 83.* & ſic præfertur aliis creditoribus anterioribus hypothecatis *l. licet, C. qui pot. in pign.* nam in præſenti ſpecie militat alia ratio; hypotheca enim poſterior mutuantis ad emptionem hypothecæ dotis præcedenti non præiudicat, quia non fuit (inquit Fontan. *d. n. 19.*) conſtituta ad inſtantiã domini eiuſdem rei, ſed mutuantis nullum ius habentis, neque dominiũ in re emenda: in præſenti autẽ ſpecie pactum fuit initum inter dominum eiuſdem rei, eumdemque venditorem, antequã dominiũ transferret in emptorem, & ſic tempore quo erat res ſua, & inter eiuſdem rei emptorem; potuit autem vẽditor dominus tempore traditionis rei ſuæ illud onus hypothecæ in ſui fauorẽ apponere, vt cũ eo tranſiret in emptorẽ, & cæteros eiuſdẽ rei poſſeſſores, donec pretium ſoluatur, iuxta text. & Doctores ſup. 86

allegatos. Nec ex eo (ſubdit idem Fontan.) præiudicium conſiderabile fit doti antecedenti,nec aliis anterioribus creditoribus, cum in eadem re ſic vendita, & in venditione eo onere affecta,& mulier,& cæteri creditores emptoris nullum antea haberent ius. Ita Fontan. poſt alios. Quæ omnia hanc opinionem veriſimiliorem antecedenti videntur reddere.

Cæterum vt venditor ſibi ſecurius proſpiciat,neque emptoris creditores anteriores hypothecarij, etiamſi ſic mulier ex cauſa dotis nullum ius in re vendita acquirat, antequam illi fuerit pretium ſolutum, vna ex tribus cautelis ſequentibus ab authoribus approbatis vtatur. Prima eſt,vt in venditione & traditione rei apponat pactũ,vt dominium rei venditæ non cenſeatur tranſlatũ in emptorẽ, ſed penes ſe remaneat quouſque ſolutio pretij ei realiter fuerit facta. Secunda, ſi venditioni & traditioni adiiciatur, vt res vendita precario apud emptorẽ ſit quoad pretiũ vniuerſum perſoluerit, quod precarium pretio nõ ſoluto poterit venditor reuocare, vel per vindicationẽ, vel per interdicta poſſeſſoria,& ſic cæteris creditoribus anterioribus etiam excluſis rem venditam recuperare.Tertia,vt in rei venditione cõueniatur,vt interim donec pecunia omnis perſoluatur emptor rem habeat titulo conductionis & certã, iuſtamque mercedem ſoluat; de quibus cautelis poſt alios latius Parlador.*d.c.*8.& Fontan. *d.p.9.à n.*14. qui *in ſeqq.numeris* plura alia tradit de huiuſmodi venditione non ſoluto ſtatim pretio,& an & quando cenſeatur facta habita fide de pretio,vel cum retẽtione dominij,donec fuerit per emptorem pretium ſolutum.

Dos an præferatur impenſæ funeris mariti, vel è contra.

87 Quæſitũ octauum,vtrum mulier ratione hypothecæ tacitæ dotis præferatur impenſis moderatis & neceſſariis funeris mariti,pro quarũ repetitione illarũ creditori hypotheca tacita cõpetit, vt ex bonis à marito defũcto relictis prius deduci debeat dos,ſi non ſufficiant pro ſolutione dotis & impenſarum funeris, an vero è contra impenſæ funeris, licet poſteriores,præferantur doti, & prius deducãtur,ſi hæreditas mariti pro dote,& illis nõ ſufficiat,& licet impenſæ funeris ſint maximè fauorabiles,nihilominus mulierẽ pro dote habentẽ hypothecã in bonis mariti anteriorẽ præferri eiſd.funeris impẽſis, dixit Bald.Nou. *in l.1.n.* 149. *verſ.nono,ff.ſol. matrim,* quia (inquit) dos eſt æquè priuilegiata ac funeris impenſa, ideo hæc contra dotem non habet priuilegium.

Cõmunis verò ſententia eſt,quod impẽſa funeris in ſua tacita hypotheca ſit tantæ potentiæ, vt non ſolum aliis hypothecis,ſed etiã doti anteriori ſit præferenda. Ita Gloſſa *in l.aſſiduis,verbo habent, C. qui potior.* Socin. Iun. *in d. l.1.n.* 64. *ff. ſol.matr.* Bart. Angelus de Anan. Neguſan.*de pign.memb.2.p.5.n.*28.idem Neguſ.*ibid.*Gomez *ad l.30.Tauri,verſ.item.* Amator Rodr. *de concurſu credit.p.1.art.3.n.2.*Cancer. *var.reſolut.tom.1.c.9.n.9.* & plures alij recentiores ab iiſdẽ Amatore,& Cancer. relati.Cum impenſa funeris præferatur omni æri alieno, *l.fin.§. in computat. Codic. de iure delib.* etiam omnibus creditoribus habentibus tacitã hypothecam, *leg. & ſi quis* §. 1. *ff. de relig. ſumpt.funer.& l. penultima,ff.eod. tit.*& præallegati Doctores, & alij communiter, quos Neguſantius, & Amator *num.*3. referunt. Et pro hac ſententia facit Textus *in d. l. pen.* dum dicit quod impenſa funeris præcedit omne creditum; verbum enim *omne*, nihil excludit, licet Nouellus vbi ſuprà reſpondeat, verba generalia fauore dotis reſtringi,vt cauſam dotis non comprehendant,per Textum *in l. fin.Cod.de iure dotium*, & per tradita *ſuprà cap.* 8. de ſtatuto generaliter loquente, & non facta mentione dotis: verùm additur ratio publicæ vtilitatis & pietatis, quæ in impenſis funeris reperitur, propter quam meruit tale priuilegium, vt poſt Bartolum Neguſantius *d. n.*29. & Amator *d. ar.* 3.*n.*4.*verſ.quorum opinio,&* n.6.quapropter etiamſi idem Neguſantius *d.n.*28. & nonnulli alij ab eodem & Amatore *d. ar.*3.*n.*4. voluerit funeris impenſam non præferri anterioribus defuncti creditoribus habentibus expreſſas hypothecas; tamen alij Doctores magis communiter aſſerunt contrarium: ita Gomez *ad d. l.* 30. *Tauri*, Antonius Pichardus *in* §. *cum autem ratio,inſtit. de l.falcid.* Cancer. *d.n.9.*Amator *d. art.*3. *n.* 4. *verſ. cæterum contrariam ſententiam,* & plurimi alij quos referunt iidem Pichardus, Cancerius & Amator, qui latiſſimè huius priuilegij prælationis impenſæ funeris rationem ponderat illam deducens ex iure diuino, & ex æquitatis, & iuris ciuilis diſpoſitione. An verò quod de impenſa funeris dictum eſt,procedat etiam in impenſis neceſſariis in vltima infirmitate & curatione factis, cum impenſæ funeris æquiparentur, poſt alios affirmant Cancerius *d.num.* 9.& Amator *d.ar.*3.*num.*10. qui alios allegant: ſed de priuilegio prælationis impenſarum funeris, & vltimæ infirmitatis plura iidem Doctores. Pichardus *vbi ſup.* Surdus *deciſ.*255. Gratianus *diſcept. for tom.*1. *cap.*94. & plurimi alij, quos Cancerius *d. num.* 9. & Amator *d.ar.*3.*n.*1. referunt.

In rebus mobilibus, vel immobilibus in dotem datis inæſtimatis, vel æſtimatis, an & quando mulier ſoluto matrimonio præferatur cæteris mariti creditoribus anterioribus, vel poſterioribus?

Quæſitum nonum,in rebus mobilibus,vel immobi- 88
libus datis in dotem inæſtimatis,vel æſtimatis æſtimatione non faciente venditionem, quorum dominium liberè, & abſolutè non tranſit in maritum,vt traditum eſt *ſup.cap.*16.an vxor præferatur omnibus mariti creditoribus anterioribus, itaut ſoluto matrimonio poſſit illas extantes à marito, vel eius hæredibus, vel à quolibet poſſeſſore, & ex titulo oneroſo vendicare, & ſi concurrant mariti creditores anteriores habentes expreſſas hypothecas, illis etiam præferatur. Reſpondetur affirmatiuè per Textum clarum *in l. in rebus, C. de iure dotium*, cuius verba ſunt: *In rebus dotalibus, ſiue mobilibus ſiue immobilibus ſeu ſe mouentibus, ſi tamen extant, ſiue æſtimatæ, ſiue inæſtimatæ ſint, mulierem in his vendicandis omnem habere poſt diſſolutum matrimonium prærogatiuam, & neminem creditorum mariti,qui anteriores ſunt, poſſe potiorem cauſam in his per hypothecam vendicare, cum & eadem res ab initio vxoris fuerint, naturaliter in eius permanſerunt dominio*: idque *ibid.*tradunt Gloſſa, & ſcribentes communiter, & ex recentioribus Gomez *ad l.Tauri* 50.*n.*42 Barboſa *in l.* 1. *p.6.n.6. ff.ſolut.matrim.* qui & reddunt rationem, ſcilicet quia vendicans rem ſuam extantem non indiget priuilegio prælationis, nec excluditur ab aliquo creditore,cum ſuum repetat,§ *his igitur,auth.vt exactione inſtante dotis,* §. *his igitur, & l. ſi ventri,* §. *in bonis,ff. de priu.* per quem Textum dixit Baldus *in d. l. in rebus n.*5. quod omnis, qui prætendit dominium actu permanens eſt prior quolibet alio creditore.Quod dictum approbant iidem Gomez & Barboſa, qui addit hoc idem procedere, quando mulier vendicat rem per vtilem vindicationem in ſubſidiũ,quia maritus non eſt ſoluendo,de quo in ſequenti quæſito, *& ſupr. c.* 16. *à num.*39. Etſi autem Gomez *d. n.*42. *verſ.*6. *dicit*, quod diſpoſitio *d.l.in rebus*, non habet locum in hæredibus mulieris extraneis, quia in eos non tranſit dominium rerum dotalium ſolut.matrim. per mortem mulieris,vt etiam Bartolus, & alij ſcribentes *in leg. Neſennius,* §. *ſi fundum, ff. de re iudicata*, & Baldus Nouellus *de dote, p.*8. *priuileg.* 6. *n.*4. & plures alij,quos refert, & ſequitur

ſequitur Rendina *in prompt.receptar.tom.1.tit.35.n.6.*& ſic eis rei vendicatio non competit, ſecus verò in filiis eiuſdem matrimonij,quia ad eos tranſit dominium, vt ante eundem Gomez,Bald.Nouel.*de dot.p.8.priu.6.*Nihilominus hoc ius mulieris ſoluto matrimonio vendicandi res datas in dotem inæſtimatas à marito eius hærede,& à quocumque poſſeſſore,aſſerendum eſt tranſire ad quoſcumque mulieris hæredes,etiam extraneos,cum non competat ex priuilegio, ſed ex iure proprio tanquam dominæ earum, vt ex dictis conſtat, & dictam diſpoſitionē *in d. l.in reb.* quoad dominium rerum dotalium ipſo iure,abſque alia traditione ſoluto matrimonio habere locũ non ſolum in mulieris hæredibus ſuis, ſcilicet filiis,ſed etiam in eius hærede extraneo,ſentiunt Bart.*in l.Neſennius,n.3.ff.ſol.mat.* (dum dicit quod hæredes ex priuilegio poſſunt dotem vēdicare,prout vxor ipſa poſſet) & Raphaël.Cuman. *in d.l.Neſennius,n.1.*

89 Quæſitum decimum, an mulier in rebus mobilibus, vel immobilibus in dotem datis æſtimatis æſtimatione faciente emptionem,& venditionem,per quam earum dominium in maritum transfertur, iuxta tradita *ſuprà c.16.* præferatur poſt ſolutum matrimonium omnibus aliis mariti creditoribus, etiamſi hab. ā: expreſſam hypothecam & res illas extantes,vendicare poſſint illas à marito vel eius hæredibus vel à quocumque poſſeſſore ſiue mariti creditore,ſiue non,etiam titulo oneroſo poſſidente, ſi maritus non fuerit ſoluendo æſtimationem, ſiue æſtimatio ex aliis bonis mariti à muliere nequeat obtineri. De hoc quæſito latè actum eſt *ſuprà d. c.16. à n.38. & quatuor ſeqq.* & quidem *n. 40.* dictum eſt, ſi maritus,vel eius hæres ſoluto matrimonio,& tempore reſtitutionis propter inopiam non ſit ſoluendo æſtimationem mulieri, tunc mulier in ſubſidium vtili actione poteſt eas res datas in dotem æſtimatas vendicare vti dotales,& non datas æſtimatas nedum à marito, & ab eius hæredibus, ſed etiam à quocumque tertio poſſeſſore cum prælatione ad alios mariti creditores anteriores, & expreſſam hypothecam habentes, vt conſtat *ex d.l.in rebus,* & tradunt Doctores *ibid.* allegati, Gomez *ad d.l.50.Tauri.n.43. verſ.quod tamen,*Mantica *de tacit. & ambig.conu.l.11.tit.26. num.26.* & alij communiter, quod procedit etiamſi maritus ex vxoris conſenſu eaſdem res alienauerit,vt notatur *eodem n.40.fin.* ad quam vendicationem à tertio poſſeſſore *n.38.& 41.* notatum eſt prærequiri. vt conſtet quod maritus vel eius hæres non poſſit ſoluere æſtimationem, & præterea ante regreſſum contra tertios poſſeſſores, debere prius fieri excuſſionem bonorum mariti; quod præter Doctores *d.n.41.allegatos* notat etiam Mantic. *tit.26. n.47.* Cancer *d.n.123.*& tradunt plures ex antiquis relati à Bald. Nouel. *de dot. p. 7. priuil.37.* qui etſi dicat contrarium poſſe ſuſtineri in puncto iuris,addit tamen in deciſiuis non eſſe recedendum ab altera ſententia, quam ait eſſe communem,niſi notoriè conſtaret, viri facultates non eſſe ſoluendo. Tertium quoque poſſeſſorem, vel creditorem mariti ſoluto matrimonio liberari, ſi ſoluat mulieri æſtimationem rei dotalis, notatum eſt eodem *c.16.n.42.* ex communi Doctorum, & vltra allegatos *ibid.* tradit Cancerius *d.n.123.* ſecus ſi conſtante matrimonio ob inopiam viri ageret contra eundem tertium poſſeſſorem,vt *eod.n.42.fin.*quamuis autem priuilegium prælationis conceſſum hypothecæ tacitæ dotis *in d. l. aſſiduis, C. qui potiores in pign.* non tranſeat ad hæredes mulieris extraneos,vt infra notatur,tamen ſupradictum ius *d.l.in reb.* mulieri conceſſum vindicandi in ſubſidium per vtilem actionem in rem à marito eius hærede, & quocumque poſſeſſore cum prælatione ad cæteros mariti creditores etiam habentes hypothecam anteriorem, res datas in dotem æſtimatas tranſit ad mulieris hæredem extraneum,& ceſſionarium, vt notauit Bald. Nouell. *de dot. p.12. n.21.* quia huiuſmodi ius fuit à principio quæſitum mulieri ſaltem potentialiter in eius vitam, & etiam res,tunc ſtante viri inopia, & eius hæredis cenſentur ac ſi datæ fuiſſent in dotem inæſtimatæ, vt *ſupr. d.c.16.num.40.* notatum eſt, ſicque dominium directum eidem mulieri competit, ac proinde præfatum ius, ſicut ius vindicandi res ab initio datas in dotem inæſtimatas tranſit in quemcumque mulieris hæredem: addit Nouellus idem ius tranſire multo magis ad patrem mulieris, præſertim ſi matrimonium ſit ſolutum ſuperſtite filiafamil. ob viri mortem, cum tunc verſetur etiam intereſſe ipſius mulieris, cum dos ad patrem redeat cum onere dotandi filiam, vt latè *ſupr.c.3.* traditum eſt.

Inter duas mulieres eiuſdem mariti vxores,earúmve filios contendentes pro ſuis dotibus, quandónam habeat locum priuilegium prælationis?

Ex traditis duobus numeris præcedentibus conſequitur,quod etſi priuilegiũ prælationis tacitæ dotis hypothecæ *in dict.l. aſſiduis C.qui potior.in pign.habean.* etiam reſpectu hypothecæ tacitæ anterioris in bonis mariti non procedat,obtineatve vires in præiudicium alterius mulieris ſuam dotem repetentis, ſed inter primam vxorem filioſve prioris matrimonij,& inter vxorem ſecundam,filióſve ſecundi matrimonij pro ſuis dotibus contendentes aduerſus maritum, eiúſve hæredes, ſeruari debeat regula capituli, *qui prior tempore potior eſt iure, de reg. iuris in 6.* vt conſtat ex *d. l. aſſiduis, §. exceptis, ex auth.ſi quid, poſita poſt d.l.aſſiduis*; & latiùs *ex auth. vt exactione inſtante dotis,ad medium,* & poſt alios tradunt Neguſantius *de pign. memb.2.p.5. n.22.* Mantica *de tacit. & ambig.conu.l.11.tit.26.n.37.* P.Barboſ.*in l.1. p.6.n.25.verſ. vltim. ff.ſol.matr.* Amator Rodriquez *de concurſu creditorum, p.1.art.1.n.17.verſ.rurſus,* Cancer. *var. reſolut.tom.1.cap.9.num.34.* & Molina *de iuſt.tract. ſecund. diſp.438. n.8.* Tamen ſi ſoluto matrimonio ſuperſint, ſeu extent res à ſecunda vxore datæ marito in dotem, ſiue inæſtimatæ, ſiue æſtimatæ, in his ſecunda vxor,illiuſque filij,& hæredes priori vxori, ſeu eius filiis præferetur, *d.l.in reb.C.de iure dot.* & latiſſimè habetur, & explicatur *in auth.vt exactione inſtante dotis,ad medium,*& tradunt Gloſſa, Bald.Salicetus *in d. l. in reb.* Mantica *d.tit.26.n.42.& duob.ſeqq.* Cancer. & Molin. *locis citatis,* & alij communiter, quoad res autem datas in dotem æſtimatione faciente emptionem, & venditionem intelligitur,quando ob inopiam viri, vel eius hæredis non poteſt aliunde conſequi earumdem rerum æſtimationem, & ſi etiam reperirentur res extantes à priori vxore datæ marito in dotem, in his contra priorem vxorem, vel eius filios non habent ſecunda vxor, vel eius filij priuilegium prælationis, vt decernitur *in d. auth. vt exactione.* Aduertendum autem, quod ſi prædium æſtimatum datum à ſecunda vxore in dotem, quoad valorem excedat ſummam æſtimationis, ipſa, & eius filij non debent præferri, niſi pro ea quantitate, qua fuit æſtimatum. Vt poſt Aretinum Mantica *d.n.42. verſ.ſimili modo,* quoad enim portionem excedentem æſtimationem non cenſetur res mulieris, & ſic ceſſat priuilegium *d. auth.vt exactione.* 90

§. V.

Quandonam priuilegium prælationis pro dote reſpectu aliorum creditorum debitoris dotis anteriorum habentium tacitam hypothecam non competat mulieri.

CVm præfatum priuilegium tacitæ hypothecæ 91
cum prælatione reſpectu anteriorum creditorum

mariti,

mariti cum ſimili hypotheca ſit conceſſum actioni ex ſtipulatu, ſeu actioni de dote, vt *ſupr. n.* 27. oſtenſum eſt, non competit mulieri, ſi agat ad dotem actione ex teſtamento, vbi dos vxori per maritum fuiſſet legata, vt poſt alios Neguſant. *d.memb.*4.*p.*2.*n.*97. & Mantic. *d. tit.*26.*n.*45.*&* 46. cum enim priuilegium ſit conceſſum actioni de dote, non debet extendi ad actionem ex teſtamento, cum à diuerſis non fiat illatio *l.fin.ff.de calumn.* & quia *d.l.aſſiduis, C.qui potior.* aliud priuilegium concedens eſt correctoria iuris contra regulam ſæpius allegatam *qui prior, de reg.iur.in* 6. quare ſi duæ dotes ex eadem ſubſtantia petantur, quarum vna ſit legata, altera ſoluto matrim. debeat reſtitui vxori relictæ vel eius filiis, quamuis dos quæ fuit legata ſit prior tempore, tamen poſterior, quæ actione de dote ſoluto matrimonio eſt reſtituenda, præferri debet, quia huic ineſt tacita hypotheca cum prælatione, iuxta diſpoſitionem *d.l.aſſiduis*; idque poſt Fulgoſ. & Socio. Sen. notant *locis cit.* Neguſant. & Mantic. & confirmat magis Mantic. quia huiuſmodi priuilegium prælationis conceditur mulieribus non pro lucro, ſed ne rebus ſuis fraudentur, & damnum patiantur, vt dicitur *d.l.aſſiduis.* Mulier autem agens actione ex teſtamento contendit de lucro §.1.*inſtit.de leg.* ideoque mulier dotem marito datam repetens licet poſterior tempore marito præfertur alteri priori agenti ex teſtamento. Et ita hoc caſu reſtringitur, quod *n.praced.* dictum eſt, & habetur *d. l. aſſiduis*, §.*exceptis*, & aliis Textib. *ibid.allegatis*, de duabus dotibus concurrentibus, intelliguntur autem prædicta iure communi attento, nam ſi extaret ſtatutum diſponens, vt prior dos tametſi legata deberet præferri (vt decernit ſtatutum Piſarum) illud erit ſeruandum. Præterea præfatum priuilegium prælationis non competit pro donatione propter nuptias, ſi mulier agat ad effectum lucrandi donationem, vt *ſup. n.*32. notatum eſt, neque pro bonis paraphernalibus vt *ſup. n.*33. dictum eſt) quando etiam ex eo quod mulier viuit pompoſè, & laſciuè, maritus fuit coactus cedere foro vel incidit in inopiam, in hoc caſu mulieri non competere vſum priuilegij prælationis aduerſus quoſcumque mariti creditores, opinati ſunt Ioan. Andreas *in c. ex parte de conſuetudine*, Ripa *in l.priuil. n.*44. *de priuil. credit.* & Palaez *de maioratu*, 4.*p.q.*1.*lim.*2.*num.*8. *ad medium*, à P. Barboſa *in l.*1.*p.*6. *n.*11. *verſ. quod ſi opinionem*, ſoluto matrimonio relati, volentes quoque in huiuſmodi caſu etiam poſteriores creditores eſſe mulieri præferendos, quamuis idem P. Barboſa addat hanc opinionem iure non probari, neque propter prædictam culpam debere vxorem priuilegio priuari, ſaltem illo generali, de quo *in cap. qui prior, de reg. iur.*

§. VI.

Præfatum priuilegium prælationis doti conceſſum an competat aliis perſonis vltra mulierem dotem ſuam repetentem à marito, vel eius hæredibus.

92 AN competat extraneo dotant, qui ſtipulatus eſt ſibi ſoluto matrimonio dotem reſtitui, reſolutum eſt *ſup.n.*24.*&* 25. An competat patri repetenti dotem datam marito pro filiafamilias, diſcuſſum eſt *ſup. n.*26. Non competit marito putatiuo, vt *ſup.n.*76. notatū eſt.

An vero marito, qui habet priuilegium tacitæ hypothecæ in bonis mulieris, vel alterius promiſſoris dotis pro dotis promiſſæ exactione (vt *ſupr. num.*5.6.*&* 7. notatum eſt) competat etiam priuilegium prælationis, vt anterioribus creditoribus præferatur. Negant Doctores communiter: ita Gloſſa *in l.vnica*, §. *& vt plenius, verbo ex vtroque, Codic. de rei vxor. act. ibidem* Salicetus *in principio*, Iaſon *in* §. *fuerat, inſtitut. de act.* Mantica *d.tit.*26.*n.*33.*&* 39. P. Barboſa *in d.l.*1.*p.*1. *initio, ff.ſoluto matrim.* Auguſt. Barboſ. *collect. ad leg. vnicam, n.*11. Molina *de iuſt. tract.*2. *diſp.*223. *num.*11. Fontanella *de pactis nupt. clauſ.*7. *gloſſa* 2. *p.*1. *num.*6. & alij à P. Barboſa relati, etiam conſtat expreſſè *ex d.*§. *fuerat, fine*, vbi dicitur hoc prælationis priuilegium dotis hypothecæ conceſſum eſſe mulieris tantum intuitu, & prouidentia, ex quo patet non fuiſſe conceſſum doti, ſeu actioni de dote, ſed perſonæ eiuſdem mulieris, & rationē congruentiæ cur mulieri, & non marito fuerit conceſſum, notat Fontan. ex Polidoro Ripa *obſeru.*264. *n.*6. nempe quod maritus poteſt ſibi proſpicere petendo fideiuſſores, quos non poteſt à marito petere mulier, de quo *ſupr. cap.*12. Et quia maritus poteſt nolle ducere vxorem, niſi incontinenti detur dos, ſed mulier non poteſt hoc obiicere viro, vt ſtatim dos reſtituatur, cum debeat oneribus matrimonij deſeruire.

Hinc ad quæſitum, an priuilegium prælationis doti conceſſum habeat locum in pœna adiecta promiſſioni dotis: reſpondendum eſt negatiuè cum Neguſantio *de pign. memb.*4.*p.*2. *num.*70. & Mantica *d.tit.*26.*n.*39. cum priuilegium prælationis doti conceſſum non competat marito, iuxta tradita. Quamuis & alia ratio ab iiſdem reddatur, ſcilicet quia nec fiſcus, qui in contractibus habet priuilegium tacitæ hypothecæ, vt ſuperius dictum eſt, illud in pœnis non habeat, vt *in tit. de pœnis, Cod. lib.*10.

Ex traditis etiam concluditur, quod priuilegium prælationis in tacita dotis hypotheca reſpectu creditorum mariti anteriorum habentium ſimilem tacitam hypothecam mulieri competens iuxta diſpoſitionem *d.l.aſſiduis, C.qui potiores in pign.habeant.* non tranſit in eiuſdē mulieris hæredes extraneos: quæ concluſio eſt cōmunis Doctorum, & indubitata: ita Bald. Nouell. *de dot. p.*12.*n.*9. Neguſant. *memb.*4. *p.*3. *n.*95. Gomez *ad l.*50. *Tauri, n.*45. *verſ. Ius verò, & priuilegiū*, Mantic. *d.lib.*12. *tit.*22.*n.*31.*& tit.*26.*n.*15. P. Barboſ. *in l.*1.*p.*2.*n.*2.*verſ. amplia ſecundò, & p.*3.*n.*30.*verſ. Priuilegium ſanè, & p.*6. *n.*13.*fine*, Ant. Pichard. *in* §. *fuerat*, *n.*48.*inſtit. de act.* Fachin. *contrev.iuris lib.*10.*c.*34. & alij iuriſperiti à Mātic. Gomez & Neguſant. relati, & etiam Molina *de iuſt. tract.*2. *diſp.*438.*n.*3.*&* 8. à multis probatur per textum *in l.vnica, C.de priuil.dotis*, cuius verba ſunt, *ſcire debeo priuilegium dotis, quo mulieres vtuntur in actione de dote ad hæredem non tranſire*: ſed cum hæc lex emanauerit longè ante diſpoſitionem Iuſtiniani *in d. l. aſſiduis*, vt notat *loc. cit.* Pichard. non venit intelligenda de priuilegio prælationis in tacita hypotheca, ſed in actione perſonali reſpectu cæterorum creditorum mariti habentium ſolum actiones anteriores perſonales, vt eam intelligunt Gomez *d.n.*45. & P. Barboſ. *d.p.*6.*n.*14.*verſ. vnde colligitur.* Melius ergo, & euidenter probatur ex *d.leg.aſſiduis*, §.*exceptis*, vbi dicitur priuilegium prælationis in tacita hypotheca dotis ad hæredes non tranſire, niſi ſint filij, & ex *auth. vt exactione inſtante dotis*, ibi: *Non enim aliis dedimus dudum, nec damus hoc priuilegium hæredibus, aut creditoribus, ſed ſolis filiis, & ex auth. vt immobilia ante nuptialis donationis, in fine*, ibi, *omnibus priuilegiis doti datis in ſua firmitate manentibus, quando mulier moueri. Aliis enim omnibus præter mulierem huiuſmodi priuilegia, nec ex antiquo dedimus, neque nunc damus.* Demùm ex *dicto paragrapho fuerat, inſtit. de actionibus*, ibi: *Præferri autem aliis creditoribus in hypothecis tunc cenſuimus, cum ipſa mulier de dote ſua experiatur, cuius ſolius prouidentia hoc induximus.* Ex quibus textibus clarè patet hoc priuilegium prælationis in tacita dotis hypotheca non doti, ſed perſonæ mulieris in eius ſolius, & filiorum fauorē conceſſum, & ſic tanquam perſonale ad alios nō tranſit, *iuxta reg.l.quia tale, ff.ſol.mat.* & ſic neque in hæredem extraneum, neque etiam in ceſſionarium, vt iidem Doctores.

Iuxta

94 Iuxta autem *d. §. exceptis, & duas authent.* ac Doctores omnes præallegatos trãſit in mulieris filios: addit tamen P. Barbòſa *d.p.6.cit.n.14 initio*, non tranſire ad eoſdem filios tanquam ad hæredes mulieris, ſed tanquam ad filios ratione ſanguinis, ita quod dos data matri, quæ ſecundum conſuetudinẽ Merlini tranſit ad eos filios, per tradita *ſup.c.3.* tranſeat ad eos cum dicto priuilegio prælationis etſi non ſint matris hæredes, vt etiam Iaſon *in d. §. fuerat, n.94.* & Nouell. *p. 10. n. 26.* Vt verò huiuſmodi priuilegia conceſſa pro dote tranſeant ad filios, oportet vt ſint procreati ex eodẽ matrimonio, vt contra Gloſſam *in l. etiam ff. ſol.mat.* & nonnullos alios volentes tranſire etiam ad filios alterius matrimonij, tradunt alios allegantes latè Bald. Nouell. *d.n.26.* Neguſant. *d.memb.4.p.2.n.95.* & Barboſa *d. n. 14. circa finem*, & videtur ſatis colligi ex *d. §. exceptis, initio.* Non ſolum autem ad filios tranſire, ſed etiam ad quoſcumque alios deſcendentes, dummodo ſint eiuſdem matrimonij, ſeu ex prædicto matrimonio, poſt alios tradunt iidem Neguſantius, & Barboſa, & conſtat ex *auth. ſi quid ibi, ſeu qualibet ſoboles, Cod. qui potior. in pign. habeant.*

§. VII.

Notantur nonnulla circa vſum tacitæ dotis hypothecæ cum priuilegio prælationis mulieri compentis.

95 Et dubitatur, an vt mulier virtute huius priuilegij prælationis tacitæ dotis hypothecæ cõceſſæ poſſit cõſtante marito ad inopiã vergẽte, vel ſoluto matrimonio agere hypothecaria cõtra tertios poſſeſſores bonorum mariti, debeat præcedere diſcuſſio contra bona mariti principalis debitoris. Procedit autẽ dubitatio, ſi ageret cõtra tertios poſſeſſores bonorum priorũ ipſius mariti, vel eorum, quæ à muliere data ſint in dotem æſtimata æſtimatione faciente emptionẽ, & venditionẽ, per quã tranſeunt liberè, & abſolutè in mariti dominium, nam ſi bona à tertiis poſſeſſoribus poſſeſſa eſſent propriè mulieris data marito in dotẽ inæſtimata, cum ipſa eſſet domina, & ageret ad rem ſuam, iuxta tradita *ſup. n.87.* nulla præ requiritur diſcuſſio facultatum mariti. Igitur fuit aliquorũ, quos Bald. Nouel. *de dot.p 8.prin. 37.* cõmemorat, opinio, quod nulla prærequiratur diſcuſſio contra maritum, vel eius hæredes, quam in puncto iuris poſſe teneri dicit idẽ Nouel. ob eam rationem, quod excuſſio principalis eſt de rigore, & apicibus iuris, ac proinde debet excludi iudicio in cauſa dotis, quo proceditur ex bono & æquo, cum in huiuſmodi iudico rigor & apices iuris non curentur, *l. ſi fideiuſſ. §. quedam, ff. mãdati, & ad l. vbi adhuc, C. de iur. dot.* reſpondet eſſe intelligendam, non de diſcuſſione, ſed de alia diſtinctione, & modificatione, provt requiritur in hypotheca, nempe quod res erat in bonis mariti. At vt mulier agat hypothecaria contra præfatos tertios poſſeſſores bonorum mariti, debere præcedere diſcuſſionem bonorum mariti, eſt communis ſententia, vt *ſup. n.88.* notatum eſt, & dicit idem Nouell. volens ab ea in iudicando non eſſe recedendũ, & conſtat ex traditis *ſup. d.n.89 & c.76.n.41.* Et regulariter contra tertios poſſeſſores non agitur, niſi prius facta diſcuſſione contra bona principalis, *vt in auth. hoc ſi debitor, C. de pign.* Non repetitur autem dos in hoc, ſeu quoad modum diſcuſſionis à iure priuilegiata. Ita præter alios antiquos Iuriſperitos à Nouell. relatos Doctores *ſup. n.89. & d.n.41.* allegati, & præſertim alios allegans Mant. *de tacit. & ambig. conu. l.11. tit.26. n.42.* Neguſant. *de pign. memb.1.p.8.* Menoch. *conſ.25.n.10.* Surd. *n.13.* Peregr. *de iure fiſci l.6.tit.6.n.8 fine* Fontan. *de pact. nupt. clauſ.5. gloſſ.8. p.7. n.67. & clauſ.7. gloſſ.2. p.3. n.32.* & alij apud eoſdem, præſertim Fontan. limitatur autẽ hæc cõmunis, vbi notoriũ eſſet facultates mariti non eſſe ſoluẽdo, *vt d.n.*88. dictum eſt, & notat poſt Roland. Mantic. quia tunc inanis eſſet actio cõtra maritum, vel eius hæredes, & etiam probata prius inopia viri, iuxta tradita *ſup. c.12. n.97. fine*, nulla excuſſio erit neceſſaria, cum in debitore non ſoluendo exiſtente illa non requiratur, vt eſt notũ, & notat Fontan. *d.p.3.n.35.* Procedit etiã eadem communis, ſi mulier cõtra tertios poſſeſſores agat tantum hypothecaria, nam minimè foret neceſſaria præfata excuſſio, ſi & omne, & quodcũque remedium ſibi magis vtile mulier deducat, cum tũc intelligatur Saluianum etiam interdictum propoſuiſſe, in quo excuſſio principalis debitoris non requiritur, vt Neguſant. *de pign. memb.1.p.8.n.6.* & poſt alios Mantic. *d.n.27. verſ. ſed huiuſmodi*, dicens non eſſe neceſſariam excuſſionem: ſic deciſum à Rota coram Seraphino in Romana Cenſus die 10. Decẽb. 1578. addit idem Mantic. ſi mulier omne remedium ſibi vtile deducat, cum intelligatur etiam ſubſidium, quod ſibi competit deduxiſſe, *ex l. vlt. C. de acquirenda poſſeſſ.* propter clauſulam conſtituti, quæ cum hypotheca in inſtrumentis ſolet apponi, quo etiam caſu excuſſionem non eſſe neceſſariam, ait pluribus probare Roland. *conſ.19 n.9.l.1.* Aduertendum etiam hic eſt, quod ſi mulier pro ſuæ dotis exactione, & repetitione habet generalem, & ſpecialem hypothecam, neceſſario debet incipere à ſpeciali, nec ante eam excuſſam poteſt vti generali, vt per textum clarum *in l.2. C. de pign.* & poſt alios tradunt Couarru. *var. reſol. l.3. cap.18. n.3.* P. Barboſ *in d.l.1.p.6. num.10. verſ. quam tamen*, Faber *l.5. C. tit.8. defin.23.* in Scholio *num.4.* & Amator Rodriquez *de concur. creditor, part.1. art.1. n.20. verſ. nec hic.*

Quæ ratione ſuccurratur mulieri quando maritus tradiderit alteri creditori res, ſeu bona, in quibus vxor habebat tacitam hypothecam cum prælatione.

Igitur cũ mulier vigore priuilegij tacitæ hypothecæ, 96
& prælationis in bonis mariti pro dote ſua recuperãda præferatur mariti creditoribus etiã anterioribus ſimilẽ hypothecam habentibus, & ſi maritus, vel eius hæres non ſit ſoluendo, poſſit agere contra tertios poſſeſſores bonorum mariti, in quibus habebat ius hypothecæ, & prælationis, & ſi ſint eiuſdem mariti creditores, iuxta tradita in præcedentibus, ſi maritus tradiderit aliis creditoribus ſuis res ſeu bona, in quibus vxori dictum ius hypothecæ & prælationis cõpetebat, & ab eodem marito, vel eius hæredibus ob inopiam nequeat ſuam cõſequi dotem, contra eoſdem creditores ſic ſuccurritur eidem vxori eo modo, quo ſuccurritur primo creditori hypothecario, quando debitor prius ſoluit poſteriori creditori, de qua re nonnulla breuiter tradita ſunt *c.14. n.40. & duob. ſeqq.* & latè Doctores *d.n.40. relati.* Peregr. *de iure fiſci l.6.tit.6.n.8.* P. Barb. *in d.l.1.p. 6. n. 18. cum plurib. ſeqq.* Menoc. *conſ.21.* Fontan. *de pact. nupt. clauſ.5. gloſſa 8.p.6. & 7.* Salgado *in Labyrintho p.1.c.10. à n.59. ad 85.* & alij quos latè referũt idem Salgad. *n.79. & 80.* & Fontan. *d.p.6.n.32. & 36. & d.p.7. n.58. & 59.* Itaque ſicut iidem Doctores agẽtes de reuocatione pecuniæ à debitore ſolutæ poſteriori creditori per priorem creditorem hypothecarium procedũt cum diſtinctione, ſcilicet ſi vel pecunia ſoluta creditori extat actu, vel virtualiter, vel ſi non extat, & conſumpta ſit, ita diſtinguendo in præſenti caſu, quod vel res à marito datæ aliis creditoribus, quibus mulier in ſua hypotheca præfertur, extant, vel non extant.

Itaq; primò ſi res illę à marito iiſdẽ creditorib. traditæ 97
penes eoſdem ſunt, & extant, certũ eſt mulierem poſſe earum poſſeſſionẽ hypothecariã auocare: ita P. Barb. *d. p.6.n.18.* Amator Rodriqnez *de concurſu creditorũ p.1. art.1.n.28. ver. ſed cum iuxta*, per text. *in l. ſi cum venditor ff. de euict. & in l. vlt. §. etſi præfatam, ver. ſin verò heredes, Cod. de iure deliberandi*: & ita Doctores præallegati, & alij communiter (quos Salgado *d. cap.10.*

numero 60. & ſupra citati ad id referunt) aſſerentes creditoribus anterioribus hypothecariis competere ius auocandi rem & pecuniam in ſolutum datam creditori poſteriori & hypothecario, ſi adhuc extat, & non ſit conſumpta. Quando autem cenſeatur extare, nonnulli caſus poſiti ſunt *d.c.* 14. *num.* 40. & latiſſimè explicant Fontanella *dict. parte ſexta, numero* 37. *& ſequentibus, & d. p.* 7. *à n.* 1. *ad* 47. & Salgado *d. c.* 10. *à n.* 61. *ad* 77.

98 Si etiam idem creditor, cui maritus rem dedit, dolo deſiit poſſidere, videlicet quia ſciens mulierem rem eamdem à marito traditam auocare poſſe, illam in tertium alienauerit, conueniri poterit, ac ſi prædictam rem poſſideret, *leg. ſi fundus, §. in vendicatione, ff. de pign. & l. ſi qui dolo, ff. de rei vindicatione*, Peregrinus *d. numer.* 8. Petr. Barboſa *dicto numero* 18. & Amator Rodriquez *loco ſuprà allegato*. Si autem ſine dolo, & bona fide creditor in tertium alienauerit, tunc creditor ipſe non poterit conueniri, cum neque rem poſſideat, neque dolo deſierit poſſidere, ſed conueniendus eſt ille, qui rem hypothecatam poſſidet, quia ad eum tranſiuit cum ſua cauſa, & onere, vt expreſſe habetur *capite ex literis, de pignorib. & leg.* 1. *ff. de diſtractione pignorum, & locis allegatis* notant P. Barboſa, & Amator Rodriquez.

99 Quid verò ſi res à marito tradita creditori & à creditore abſq; dolo fuerit alienata in tertiũ, qui etiã bona fide recepit, fuerit ab eodem tertio poſſeſſore bonæ fidei conſumpta, ſeu perempta, vel etiã præſcripta, ita vt ab eodem tertio poſſeſſore non poſſit auocari. Triplex eſt ſententia. Prima, quod tunc in ſubſidium detur actio aduerſus præfatum creditorem, qui in eumdem tertium bona fide recipientem alienauit rem mulieri hypothecatam, & ſic fuit cauſa ob quam mulier excludatur à iure ſuo, & ad totum pretium, quod idem creditor alienans accepit ratione prædictæ alienationis, & non ſolũ quoad eam partem pretij, quam vltra ſuum creditũ, & ſic ex cauſa lucratiua habet, ita Gloſſa *in dict. leg. prim. de diſtract. pignor.* Baldus Albericus *ibidem*, etiam Neguſantius *de pignor. membr.* 4. *part. ſecunda*, loquens ſolum in dote ob ſpecialem dotis rationem. Secunda ſententia, quæ eſt Bartoli, Fulgoſij, Saliceti, Baldi, & Alexandri ac Pauli de Caſtro, quos refert, & ſequitur Peregrinus *dict. titulo ſexto, num.* 8. eſt, quod prædictus creditor alienator bonæ fidei poſſit à muliere conueniri in ſubſidium, & ab eo auocari ſolum ea pars pretij, quam habet ex cauſa lucratiua, nẽpe vltra ſuum creditum, non verò ea pars pretij quæ à debitore vere erat debita, cum illam habeat ex cauſa onerosa, & reſtituere non teneatur, iuxta notata *in l. Mater, Codice de rei vendicatione*, cuius ſententiæ etiã ſunt Doctores, qui opinati ſunt primum creditorem hypothecariũ anteriorem non poſſe aliquid à ſecundo creditore, cui debitor prius ſoluit, quando bona accipit ex cauſa onerosa, & bona fide per eum res conſumpta eſt, vt Faber *in §. item ſi quis in fundum, numer.* 25. *ad fin. inſtitut. de actione*, & alij quos referunt Fontanella *dict. part, numer.* 165. & Petr. Barboſa *dict. part. ſexta, immediatè ante n.* 19. Tertia ſententia eſt Petri Barboſæ (quam Amator Rodriquez loco ſuperius allegato approbat) *dict. parte ſext. num.* 19. Vbi reſoluit diſtinguendo, nempe quia aut prædicto creditori, cui maritus tradidit rem, in qua vxor habebat tacitã hypothecam, debebatur ſpecies, aut pecunia, primo caſu ait dicendum, quod ſi ea res non poteſt per mulierem recuperari à poſſeſſore, tunc pretium non poteſt repeti à creditore, qui habuit à marito quaſi hypothecatum ipſi repetenti ob generalem regulam, quod pretium habitum ex re hypothecata alienata non cenſetur hypothecatum, vt *ſuprà capite ſeptim. numero* 64. notatum eſt, ac proinde prælatio, quæ in hypotheca conſiderari poterat, in pretio conſiderari non poteſt, & conſequenter re hypothecata perempta non ſolùm pretium, ſed quatenus pretium creditor videtur habere, ex cauſa lucratiua ab eo repeti poterit, ex æquitate *leg. ſi me & Titium, ff. ſi certum petatur*. Ad Neguſantium autẽ *dicto numero* 59. non admittentem hoc in dote, quia cum cenſeatur ius vniuerſale in pretium ſuccedit loco rei, iuxta tradita *dict. capit. prim. num.* 67. & ita prout res erat hypothecata, ita etiã debeat cẽſeri hypothecatũ pretium ſuccedens loco rei, reſpondet idem Barboſa, actionem perſonalem dotis cenſeri vniuerſalem, non autem hypothecariã vel rei vindicationem, cùm per eas ſingulæ res petantur, atque adeo ſunt particulares; ſi verò creditori debeatur pecunia, quando pecunia erat hypothecata, & maritus illam tradidit alteri, qui bona fide illam conſumpſit; idem Barboſa *numero* 20. dicit, quod vxor poterit illã cõdicere ab illo ſecundo creditore, eo quod genus perire non poſſit *l. incendium, C. ſi certum petatur*, ac proinde ſi pecunia in genere hypothecata eſt (vt poſſe hypothecari tradit idem Barboſa per text. *in leg. idemque § finali, ff. qui potiores in pignor.*) cum ſit debita in genere, nunquam dici poteſt conſumpta, ſed ſemper extare, & ſic per hypothecam poſſe vendicari, prædicta Petr. Barboſa, contra quem tamen quoad eius dictum in primo caſu ſtant tradita *ſupra hoc capite numero* 40. & latius *capite primo, numer.* 73. licet enim pretium rei hypothecatæ non cenſeatur hypothecatum, tamen in hac materia dotis pecunia ex re dotali retracta, vbi ex aliis bonis mariti vxor non poteſt ſuam conſequi dotem, in ſubſidium remanet obligata pro dote, ita quod mulier pro eiuſdem dotis recuperatione etiam actione in rem, ſcilicet rei vindicatione, & non ſolum actione perſonali poſſit agere ad eandem pecuniam ex re dotali retractam, & in ea aliis præferatur mariti creditoribus, etiam hypothecariis, vt locis citatis probatum eſt, & ſic poterit mulier agere ad totum pretium, & non ſolum quoad partem pretij, quam creditor mariti habere cenſetur ex cauſa lucratiua.

Contra eumdem etiã Barboſam quoad dictum in ſe- 100
cundo caſu tradito eſt Raphaelis Cumani *in leg. pupillus, numero quinto ff. quæ in fraudem creditorum*, Cephali *conſilio* 555. *numero ſeptimo, libro quarto*, & aliorum quos idem Barboſa *dicto numero* 20. refert, ſcilicet, quod pecunia non poteſt videri hypothecata priori creditori in genere, ſed magis in ſpecie, & ideo ſequuta conſumptione bona fide, nihil repeti poteſt, licèt repeti poſſit à priore creditore hypothecario pecunia à debitore ſoluta poſteriori creditori, quando adhuc extat, quia (vt Fontanella *de pactis nupt. clauſul.* 5. *d. gloſſa* 8. *parte ſexta, numero* 32. poſt Theſaurum *quæſtion. forenſ. part. ſecund. quæſtion.* 16. *numero primo*, & alios) pecunia extans cadit in obligatione generali bonorum, & in ea conſiſtit hypotheca *d. leg. idemque*: at verò ſi non extat, ſubdit idem Fontanella *num.* 33. quia ſine dolo, ſed bona fide à poſteriore creditore eſt titulo oneroſo conſumpta, tunc non datur repetitio, nec auocatio, quia tunc non eſt dare rem, quam hypotheca proſequatur. Et quia huiuſmodi pecunia in genere ſoluta poſtquam eſt conſumpta per creditorem facit extingui dominium, quod prius penes quemcumque exiſtebat, & rei vindicationem impedit, quæ dominij ratione competit, *leg. cum fundus, §. ſeruum, ff. ſi certum petatur, & leg. ſi alieni, ff. de ſolut.* ac proinde fortius debet extinguere hypothecam, quæ eſt debilior dominio. Et hoc idem poſt Grammaticum tradunt Menochius *conſilio* 25. *numer.* 15. *&* 16. Surdus *conſilio quarto, numer.* 15. *lib. primo*, & plures alij relati ab eodem Menochio, & à Fontanella *dict. part.* 6. *num.* 34. *& duobus ſequentibus*. Dixi ſi ſine dolo, quia ſi poſterior creditor, cui facta eſt ſolutio pecuniæ, ſciebat eſſe alios creditores potiores, & nihilominus acceptam pecuniam conſumpſit, tunc per hypothecarium conueniri poteſt, quaſi dolo deſierit poſſidere, per textus *ſuprà numero* 98. *allegatos, & in leg. deferre, §. fin. Codic. de*

iure

iure fiſci, & tradunt Ioſeph Ludouicus *deciſione Peruſin.* 15. *num.* 20. & idem Petrus Barboſa *dicta part.* 6. *num.* 23.

101 Cæterum pro maiori prædictorum intelligentia ſcilicet an, & quando pecunia ſecundo, ſeu poſteriori creditori eſt titulo oneroſo ſoluta & abſque dolo accepta, ac bona fide ab eo conſumpta, à priori creditore hypothecario poſſit repeti, & auocari ab eodem creditore poſteriore, ſummariè ſubdo quæ hac de re ſcriptores *ſuprà num.*96. allegati,& alij tradidere. Et vna opinio plurimorum eſt, quod prior creditor, etſi ſolam hypothecam ſpecialem, vel generalem abſque priuilegio prælationis poſſit conducere & auocare pecuniam poſteriori creditori ſolutam, & bona fide ab eo acceptam & conſumptam, ita Bart. *in dict. l. pupill. ff. quæ in fraud. cred.* Stracca *de donationibus,in vltima parte, num.*27. *cum ſeqq.* Petrus Barboſa *dict. part.*6. *numero* 23. & 24. Fachineus *controuerſ. iuris lib.*12. *capite* 53. & plures alij ex antiquis & recentioribus à Petro Barboſa *ibidem*, Molfeſio *locis ſupra cap.* 14. *numero* 40. *allegatis*, Fontanella *dict. clauſula quinta gloſſa octaua, parte ſeptima, numero* 58. & Salgado *in Labyrintho parte prima*, *numero* 80. relati fundati præcipuè *in lege vltima, paragrapho & ſi præfata*, *Codice de iure delib.* ibi: *Sin vero hæredes res hæreditarias creditoribus hæreditariis pro debito dederint in ſolutum, vel per dationem pecuniarum ſatis ei fecerint, licet aliis creditoribus, qui ex anterioribus veniunt hypothecis, aduerſus eos venire, & à poſterioribus creditoribus ſecundum leges eas abſtrahere, vel per hypothecariam actionem, vel per condictionem ex lege, niſi voluerint debitum eis offerre.* Neque obſtare ait Fachineus *dicta lege pupillus*, *lege ſi non expedierint, paragrapho ſi pupillus*, *ff. de bon. auctorit. iudic. poſſiden. & leg. fin. Codic. eodem titulo*, habentes pecuniam poſterioribus creditoribus ſolutam renunciari non poſſe, cum iura vigilantibus, non dormientibus ſcripta ſint, quia prædictæ *leges* loquuntur de creditoribus perſonalibus, ſeu habentibus tantum actionem perſonalem abſque aliqua hypotheca, vel aliud priuilegium, quo alteri præferantur, qui quando multi ſunt vnius debitores, tunc ille, cui primo ſoluitur, potior eſt iure, quod beneficium dictis textibus tribuitur diligentiæ & vigilantiæ ac ſolicitudini creditoris, qui ſolutionem ante alios, licet tempore priores, procurauerit obtinere à debitore, & hoc damnum, & incommodum euenit aliis propter eorum negligentiam in exigendo: quod & tradunt Andreas Gaillus *obſeru. practic. lib.* 2. *obſeruatione* 25. *numero decimoquarto*, Menochius *dicto conſilio* 25. *numero primo*, *& ſecund.* Afflictus *deciſ.* 190. *numero quarto*, & alios allegans Fontanella *dicta gloſſa octaua*, *parte ſexta*, *num.*28. Non obſtare quoque, quod ſtante hac ſententia & reiecta contraria Afflicti & aliorum, qui infra citantur, totus mundus litibus inuolueretur, & confunderetur, quod foret abſurdum, ac proinde poſtulare æquitatem ad euitandas lites orituras, ſi pecunia creditoribus ſoluta & bona fide conſumpta repeti poſſet, contrarium eſſe aſſerendum. Non obſtare, inquam, aiunt Fachineus *dict. cap.* 53. & Petrus Barboſa *dicta parte ſexta*, *num.* 2. *verſicul. Non obſtat ſecunda ratio Afflicti*, quia minus abſurdum ſit id permitti, quam permittere, quod iis, qui ſuis hypothecis ſibi præcauerunt, non ſit ita conſultum quod (inquiunt) iniquum eſſet, non æquitas, ſed notoria & manifeſta iniuſtitia.

102 Altera ſententia præcedenti contraria aſſerit priorem creditorem hypothecarium abſque priuilegio prælationis pecuniam à debitore poſteriori creditori ex titulo oneroſo ſolutam,& bona fide ab eo conſumptam, vt nullo modo extet, neque actu, neque virtualiter repetere, aut auocare non poſſe: ita Afflictus, Vrſillus, Hondedeus, Mareſcotius, Caualcanus, Cancetius, Molfeſius, Rota *locis ſupra dicto cap.* 14. *numero* 40. *allegatis*, Couarruuias *practic. cap.* 29. Menochius *dicto conſilio* 25. *numero ſecundo*, *&* 10. Capycius *deciſ.* 78. Pariſius, Boſſius, Grammaticus, Guttierrez à P. Barboſa *dicta parte ſexta, num.*20. *verſicul. Neque obſtat* relati. Ioan. Baptiſta Coſta, Ludouicus Ioſeph, Aſinius relati à Fontanella *dicta parte ſexta*, *num.* 36. plurimi alij à Molfeſio *loco dicto cap.* 14. *num.* 40. relati. Alij non pauci à Salgado *dict. cap.* 10. *num.* 79. allegati: Peregrinus *de iure fiſci lib.* 6. *titul.* 6. *num.* 8. *verſiculo In hoc perdifficili puncto*, vbi teſtatur, ita pluries fuiſſe iudicatum, ex magis modernis Theſaur. *quæſt. forenſ. parte ſecunda*, *quæſt.* 16. *à numero ſeptimo*, Fontanella *dicta clauſula quinta*, *gloſſa* 8. *part.* 7. *citata*, *dict. num.* 36. *&* 44. *cum pluribus ſequentibus*, (vbi ita pluries à ſuo Senatu iudicatum fuiſſe teſtatur) *& parte* 7. *num.*60. & Salgado *dict. cap.* 10. *num.*80. *& duobus ſequentibus.* Et abſque dubio hæc eſt magis communis ſententia, quam etiam tam in foro conſcientiæ, quàm exteriori tradit Molfeſius *vbi ſupra*, ſcilicet *ad conſuetud. Neapolitanas part.* 4. *quæſt.* 26. *num.* 17. qui ait etiam ad id eſſe textum *in lege quem autem, in §. apud Labeonem*, *& in §. ſciendum, ff. quæ in fraudem credit.* qui num. 18. & Vrſillus *ad deciſ.* 190. Afflicti, plenè reſpondent fundamentis alterius ſententiæ: & hanc ſententiam probant tradita *ſupra num.* 100. & vrget illa ratio æquitatis ad quietem Reipublicæ conſeruandam, & ad tollendas lites, & iurgia, quæ magni facienda, & plurimum æſtimanda eſt, vt illam Iuriſconſulti plurimum æſtimarunt, & videtur omnino præferenda rigori iuris, dato quod eodem iuris rigore attento altera ſententia videretur. Neque obſtat *lex vltima*, *§. ſi præfatam, Cod. de iure deliberandi*: Nam primo iuxta Couarruuiam *d. c.* 29. *num.* 1. *verſicul. His etiam*, illa procedit, quando ab hæredibus per iudicem coactis fit ſolutio debitorũ ipſius defuncti, quaſi aliud inquit idem Couarruuias, ſit dicendum quoties pecunia libere & ſponte ſoluitur à debitore creditori poſteriori: Præterea eandem legem eſſe intelligendam ſecundum diſtinctionem ſupra poſitam in caſu, quando res penes creditorem poſteriorem extat, tradit Grammaticus *quæſt.* 1. *num.*7. & poſt eum Fontanella *d. p.* 7. *numero* 60. *fine.* Non obſtat etiam *lex pecunia, Cod. de priuilegio fiſci, & l. deferre, §. vltimo, ff. de iure fiſci*; quia loquuntur de fiſco, qui habet hypothecam cum priuilegio prælationis, vt Afflictus *d. deciſione* 190. Couarruuias *dicto capite* 29. *numero ſecundo*, Peregrinus *dict. li.* 6. *tit.* 6. *n.* 8. *verſ. At in creditoribus*, Grammaticus *d. quæſt.* 1. plures alij à P. Barboſa *d. p.* 6. *numero* 20. *&* 23. relati, & Fontanella *d. p.* 7. *numero* 63. aſſerens eſſe communem intellectum Doctorum, licet idem Barboſa iiſdem numeris dicat *in d. textibus*, concedi fiſco auocationem rei ſolutæ alteri creditori ratione ſolius hypothecæ, non priuilegij prælationis, & ſic procedere etiam in priuatis creditoribus hypothecariis abſque prælatione: ſed contrarium tenent Doctores magis communiter.

Itaque ſecunda opinio proximè probata procedit 103
in creditoribus hypothecariis, quorum vnus non eſt altero magis priuilegiatus, nec in ſua hypotheca habet priuilegium prælationis, non verò in creditoribus habentibus hypothecam cum priuilegio prælationis, vt præallegati Doctores, etiam Salgado *dict. capite*, *num.* 83. Quare fiſcum creditorem anteriorem propter priuilegium prælationis quod habet, poſſe agere ad pecuniam poſteriori creditori ſolutam, etiamſi ea ſit iam bona fide conſumpta, ſi debitor ſit inops, nec habeat bona, vnde poſſit fiſco ſatisfacere

per textus *in d. l. pecunia, & in d. lege deferre*, tanquam indubitatam tradunt Couarruuias, Peregrin. Afflictus, Fontanella *locis citatis*, & quamplurimi alij à Peregrino *d. verſ. & creditoribus, & verſ. contra verò*, & à Per. Barboſa *d. numeris* 20. & 23. relati. Et ita ſentire omnes quos pro ſententia præcedenti numero ſtabilita allegat aſſerit Fontanella *d. p. 7. citato numero*. 63. licet autem diſpoſitionẽ *in d. l. pecunia, & l. deferro*, Fulgoſius *in d. l. pecunia, & in l. cum fundus §. ſeruum ſuum ff. ſi certum petatur* Cumanus & alij à Couarruuia *d. cap. 29. n. primo verſ. His etiam*, & P. Barboſ. *d. p. 6. n. 23. initio* relati aſſerant procedere ſolum in fauorem fiſci ea ſingulari priuilegio eidem fiſco conceſſo, nec id nitendam, ſeu extendendam in fauorem aliorum creditorum quorũcumque, quibus competat hypotheca cum prælatione. Nihilominus ex identitate rationis procedere etiam in quocumque alio priori creditore habente hypothecam cum prælatione, & præſertim in vxore ratione dotis agẽte ſentiunt Gloſſa *in d. l. pecunia*, Petrus de Bellapertica, Caſtrenſis, Salycetus, Iacobus de Arena, Bartolus, Cephalus à Couarruuia *d. cap. 29. n. 1. initio*, & P. Barboſa *d. n. 23.* relati: Afflictus *d. dec.* 190. Couarruuias *d. cap. 29. n. 2.* Menochius *d. conſ. 25. n. 4.* Peregrin. *de priuil. fiſci lib. 6. tit. 6. n. 8. verſ. At in creditoribus*, Salgado *d. c. 10. n. 83.* Fontanella *d. p. 7. n. 64 & 69.* & plures alij recentiores à P. Barboſa allegati, & eſſe communem teſtatur Couarruuias *n. 1. verſ. Nihilominus*, dicit iuxta hanc ſententiam in cauſa & priuilegio dotis ſe vidiſſe iudicatum in Prætorio Regio, & ita ſeruari poſt alios tradit Fontanella *dicto numero* 69. Eandem diſpoſitionem *d. l. pecunia*, procedere tam reſpectu creditorum poſteriorum ex cauſa oneroſa, quam ex cauſa lucratiua, contra factum *in §. item ſi quis in fraudem, n. 25. inſtit. de actionib.* & plures alios à Peregrino *dict. n. 8. verſ. contra verò*, & à P. Barboſ. *d. p. 6. n. 24.* relatos volentes non habere locum in ſecundo creditore ex cauſa oneroſa, ſed ſolum ex cauſa lucratiua, & non ex oneroſa, ſcilicet vltra creditum ſuum, quod illi vere debetur, tradunt Couarruuias *d. cap. 29. n. 3.* Fontanella *d. p. 7. n. 5.* & alij recentiores ibi ab eodem & à P. Barboſa *d. n. 24.* relati, & eſſe de mente Doctorum magis communiter teſtatur Couarruuias, & ſi intelligeretur tantum in ſecundo creditore ex cauſa lucratiua, & non ex oneroſa, nullum priuilegium cenſeretur conceſſum fiſco, nam etiã iuxta Doctores ſecundæ ſentẽtiæ *n.* 102. poſitæ, prior creditor hypothecarius abſque priuilegio prælationis poteſt à ſecũdo creditore poſteriore id, quod ex cauſa lucratiua, & vltra ſuum creditum ex re, ſeu pecunia à debitore ſibi tradita, & bona fide conſumpta habet. Aduertendum tamen, cum tam fiſcus, quam mulier ex cauſa dotis habeant hypothecam cum prælatione reſpectu anteriorum creditorum ſolum tacitam hypothecam habentium, non verò habentium expreſſas hypothecas, vt *ſupr. n. 45.* probatum eſt, diſpoſitio *d. l. pecunia & d. l. deferre*, fiſco, & mulieri pro dote fauorabilis habebit locum ſolum reſpectu aliorum creditorum anteriorum habentium ſolum tacitam hypothecam, vel nullam, non verò reſpectu anteriorem habentem expreſſam hypothecam, vt etiam notauit Fontan. *d. p. 7. allegato n. 69.*

Maritus ære alieno grauatus conſtante matrimonio timens inſultum creditorum, qua ratione poſſit conſulere vxori.

Sed ſi conſtante matrimonio maritus reperiatur
104 ære alieno grauatus, & probabiliter timeatur, ne cæteri eius ad inopiam vergentis creditores contra eum iudicialiter agant, & eius bona occupent, qua ratione ante executionem in bonis mariti, & illorũ occupationem erit prouiſum, & conſultum vxori pro ſua dote conſeruanda, ſeu conſequenda. Et ſi vero condemnato etiã pro debito ciuili, & priuato non poteſt fieri excluſio in re dotali mulieris, tameſi debitum eſſet commune viri & mulieris, vt poſt Gloſſam *in l. ſed ſi alia ff. de bon. damn.* Baldum *in l. ob maritorum, in fine, Cod. ne vxor pro marito*, Baldus Nouell. *de dote p. 7. priuil.* 18. & plures alij, qui *infr. c. ſequenti n. 6.* allegantur. Vnde mulier pro ſua indemnitate, & recuperatione ſuę dotis contra creditores viri in executione ſententiæ vel inſtrumenti (quod ſecundum ſtatuta Italiæ communiter habet executionem paratam) guarentigiati, ſeu confeſſionati in bonis viri poteſt ipſa mulier cõparere, & ſe opponere, ne fiat executio pro iure ſuæ dotis in bonis dotalibus, vel mariti, allegando, & etiam probando dictã vergentiam mariti ad inopiam, vt tradit idem Nouellus *d. priuil.* 18. & etiam *priuil. 24. eiuſd. p. 7.* addens in hoc caſu vergentis mariti ad inopiam nõ eſſe opus mulieri intẽtare prius actionẽ perſonalem, vt ſit locus reſtitutioni dotis non obſtante diſpoſitione *auth. hoc ſi debitor C. de pig. & in corpore vnde ſumitur* (vbi habetur, quod hodie non poteſt creditor proſequi ſuam hypothecã contra tertios poſſeſſores, niſi prius intẽtata perſonali contra principalem debitorẽ, & etiã prius facta diſcuſſione in bonis debitoris, & ſequuta pronũciatione diſcuſſionem eſſe factam, & non reperiti bona ſufficienta pro tali ſatisfactione, ſeu crediti) ſed ſufficere ipſi mulieri comparere coram iudice actio ſuper dicta executione, & apponere iura ſuæ hypothecæ ſibi aquiſitæ in dictis bonis propter vergentiam viri ad inopiam, ſicut alij creditores comparentes. & de iure ſuæ potioris hypothecæ opponendo, & docendo poſſunt impedire huiuſmodi executionem contra tertium, vt *in l. à diuo Pio §. ſed illud, ff. de rei vindic. dict. auth.* ait Nouellus procedere, ſi creditor pro iure ſuæ hypothecæ velit agere contra tertium poſſeſſorem ad vindicãdam rem ipſã hypothecatã, & retinendam donec ſit ei ſatisfactum de ſuo credito; non autem procedere quando creditor non vi agendi, ſed tantum excipiendi comparet pro iure ſuæ hypothecæ ad impediendum alium creditorem, docendo tamen prius de ſuo credito & ſua priori hypotheca, & hoc caſu dicit idem Nouellus prærequiri plenam probationem inopiæ viri, vt etiã *ſupra cap. 12. n. 97.* notatum eſt: ſubdit etiam (quod & tradit *eadem p. 7. priuil.* 48.) in hoc caſu fauore dotis, & mulieris non ſeruari formam *in d. § ſed illud*, nempe, vt tunc procedatur ad venditionem bonorum dicti viri captorum in tenutam pro executione ſententiæ, vt de pretio prius ſatisfiat priori creditori, & reſiduum ſoluatur pro executione ſententiæ, cum mulier poſſit dicere, volo incũbere pignori, vt ex dictis bonis alatur ipſa familia vna cum viro, per textum *l. vbi adhuc, C. de iur. dot.* & probãt etiã notata *ſup. c. 12. cit. n. 97. circa fin.*

Ex quo ſequitur etiam vt neq; iſto caſu creditores mariti habeant ius offerendi, vt expreſſe etiam idem 105 Nouellus *eod. priuil. 24. circa fin.* Ex inquam prædictis conſulatur mulieri contra mariti creditores, nihilominus idem Nouell. *d. priu.* 18. aduertit cautos Aduocatos docere cautelam pro maiori ſecuritate dotis conſeruandæ & recuperandæ, ſcilicet quod quando maritus probabiliter timet de inſultu creditorum, & ne aliis bona ſua occupentur pro executione eorum debita, tunc tanquam vergens ad inopiam, ſeu incipiens labi facultatib. conſignet, ſeu in ſolutum pro dote mulieris conſiſtente in pecunia det ipſi mulieri bona ſua, & maximè vtiliora, & pretioſiora, quę bona ſic conſignata cenſebuntur dotalia, & in dotem conuerſa, quod marito ad inopiam vergente fieri poſſe, cum inde conditio mulieri fiat melior, habetur *l. ſi conſtante, ff. de iure dotium*, & poſt Bartolum ibi tradit idem Nouellus, apud quem alia poterit Lector videre.

§. VIII.

§. VIII.

Explicatur peculiaris effectus hypothecæ tacitæ pro dotis reſtitutione quam habet in bonis mariti.

106 Vigore tacitæ hypothecæ pro dote à lege in bonis mariti inductæ vxor marito defuncto poteſt abſque iudicis decreto propria authoritate remanere in detentione domus mariti,& aliorum bonorum eiuſdem *ibid.* repertorum poſſeſſionem apprehendere pro dicta ſua hypotheca, eamque iure pignoris pro dote retinere: ita poſt Bartolum, Baldum, & alios, Baldus Nouellus *de dote p.*8. *priuil.*6. *num.*21. *& prius in l.*1. *num.*197. *ff. ſolut. matrim.* & Mantica *de tac. & amb. conu. lib.*11. *tit.*19. *num.*3. Gomez *ad l.*50. *Tauri, num.* 48. ac Franciſcus Molinus *de ritu nupt. lib.*3. *quæſt.* 39.*num.*40. Et multò magis propria authoritate apprehendere poſſeſſioné rerum ſuarum dotalium, quarum dominium naturaliter etiam conſtante matrimonio habebat, & poſt viri obitum in eam totaliter ipſo iure transfertur abſque alia traditione, iuxta diſpoſitionem *l. in rebus*, *Cod. de iure dotium*, vt etiam Nouellus *d. n.*21. & Doctores *ſuprà n.*88. relati.

§. IX. & VLTIM.

An mulier ſuæ tacitæ hypothecæ cum iure, ſeu priuilegio prælationis, quam in mariti bonis habet pro ſolutione, ſeu reſtitutione ſuæ dotis, renunciare poſſit.

107 De hac difficultate agunt ſcribentes *in l. etiam, & in l. iubemus, Cod. ad Velleianum*, Auguſt. Barboſa *in collect. ad eaſd. leges.* Campegius *de dote p.*1.*q.*107.*& p.*4.*q.*13. Neguſant. *de pign. memb.*2.*p.* 2.*num.*84. *ad* 89. Mantica *de tac. & amb. conu. lib.*11. *tit.*19. *num.*34. *ad* 38.*& num* 41. Guttierrez *de iuramento confirmatorio* 1.*p. cap.*46. Gomez *ad leg.* 50. *Tauri, num.*5. *verſ. quinto conueniunt*, P. Barboſa latiſſimè *in l.*1.*p.*5.*num.*65.*ad* 68. Amator Rodriquez *de concurſu creditor.p.*1. *art.*1 *num.*31. & plures alij Iuriſperiti recentiores ab Auguſtino Barboſa *in d. collectan.* relati, & etiam Molina *de iuſt. tract.*2. *diſput.* 438. *num.*15. & quidem licet res dotales nec alienari, nec obligari poſſint etiam mulieris accedente conſenſu, *auth. ſi quæ mulier, Cod. ad Velleianum, & l. vnica* §. *& cum lex Iulia Cod. de rei vxor. act.* Poſſe tamen mulierem renunciare iuri hypothecæ, quam habet pro dotis ſuæ ſecuritate in bonis mariti, habetur expreſsè, tum *in d.l. etiam*, cuius verba ſunt: *Etiam conſtante matrimonio ius hypothecarium ſeu pignorum marito remitti poſſe explorati iuris eſt*; tum *in d. l. iubemus*, vbi ita habetur, *iubemus licere mulieribus, & pro vno contractu, vel certis contractibus, ſeu pro vna, vel certis perſonis, ſeu rebus iuri hypothecarum ſibi competenti per conſenſum proprium renunciare:* quas leges P. Barboſa *d.p.*5. *n.*67. aduertit differre, quod lex etiam loquatur de generali renunciatione hypothecæ quam mulier habet in bonis mariti, ac proinde facta per mulierem renunciatione generali hypothecæ iuxta *eamd. l.* etiam omnia mariti bona remanere liberata ab hypotheca, & conſequenter mulierem hypothecaria indiſtinctè vti non poſſe contra quemcumque alium mariti creditorem, *l. vero iubemus* loquatur de renunciatione reſpectu vnius contrahentis cum marito, aut in vno contractu qui cum marito celebratur, quo caſu iuxta eandem legem *iubemus*, non omnia mariti bona libera ab hypotheca, ſed tantum reſpectu illius particularis creditoris cum marito contrahentis, quoad alios verò ius hypothecæ ſaluum manet. Quod & notant Gloſſa, Salicetus, Caſtrenſis *in d. l. etiam*, Bartolus *in d. l iubemus*, Neguſ. *de pign. memb.*3.*p.*6 *n.*14. At quamuis iuxta *d. l. etiam, & d. l. iubemus*; mulier poſſit renunciare ſuæ hypothecæ, iuxta tamen nouiſſimum ius *d. auth. ſi qua mulier*, non poſſe mulierem renunciare dictæ ſuæ hypothecæ poſt Bartolum, & alios tradunt Campegius *d. p.*1. *citato priuil.*107.& Mantica *d. tit.* 19.*num.*34. quia (præterquam quod per pactum dotis conditio deterior fieri non poteſt, vt *ſupra cap.*12. *n.*7. *fine* notatum eſt, & conſtat *ex l. de die, cum ſeqq. ff. de pact. dotalibus, dict. n.*7. *allegatis*) mulier non poteſt obligari pro viro *d. auth. ſi qua mulier*, ſed ſi renunciauerit iuri hypothecæ, obligatur ad non petendum pro viro, cum ille, qui poteſt expelli exceptione, dicatur teneri ad non petendum, *l. ſi vnus*, §. *pactus ne peteret*, *ff. de pactis.* Quod tamen procedere, ſi vltra ea, in quibus renunciatum eſt hypothecæ, non remaneant apud maritum totalia bona, ex quibus dos ſolui poſſit, poſt Bartol. Baldum, & alios declarant Campegius *d. q.*107. *& d. p.*4. *q.*13. Mantica *d. tit.*19. *n.*35. Neguſantius *d. memb.* 2.*n.*88. *& memb.*3.*p.*6.*n.*14.& alij citati, & qui infra citantur, aſſerentes renunciationem ſuæ hypothecæ in bonis mariti facta per mulierem etiam iuxta *d. leg. etiam, & d. l. iubemus*, non valere, ſi tempore renunciationis vltra liberata ab hypotheca per renunciationem non ſuperſunt marito alia bona ſufficientia ad dotis reſtitutionem.

Pro reſolutione, omiſſa prolixiori conſideratione variorum intellectuum, quos Doctores dant præfatis *leg. etiam, & l. iubemus*, nam alij opinantur procedere non in hypotheca tacita generali à lege inducta, ſed de ſpeciali & expreſsè facta per maritum & voluntaria, ita Neguſantius, Gomez, Guttierrez, & etiam Baldus Nouellus *de dote p.*6. *priuil.*68.*n.*1. Alij ſentiunt procedere in vtraque hypotheca, ita vterque Barboſa, Amator Rodriquez, & Molina. Alij opinati ſunt procedere in renunciatione hypothecæ generalis à lege inductæ, non in renunciatione ſpecialis & expreſſæ per maritum factæ, vt Gomez *d. n.*10. poſt Gloſſam 2. *in dict. l. etiam*, & Bartolum *in d. l. iubemus*, & contrà vterque Barboſa, Amator Rodriquez, & alij relati à Rodriq.& à P. Barboſ. *collect. ad d. l. iubemus, n.*11. prædictis inquam, & nonnullis aliis, de quibus præallegati Doctores, præſertim vterque Barboſa, omiſſis. 108

Si mulier ab initio contractus dotis renunciauerit ſuę tacitæ hypothecæ paciſcés, quod mariti bona non ſint obligata pro dotis ſecuritate & reſtitutione, non valet renunciatio ſeu pactum, vt *ſuprà hoc cap num.*7. probatum eſt, & tradunt doctores ibi relati; ibique reprobata eſt opinio P. Barboſæ contrarium ſentientis, contra quem, præter Doctores *ibid.* allegatos, ſunt textus *ibid.* allegati, & ratio *ibid.* adducta: cum enim per huiuſmodi renunciationem generalem omnia bona mariti remaneant libera ab obligatione à lege inducta dotis fauore, ac ſequatur inde periculum, ne mulier remaneat indotata, cui periculo occurrere voluit Imperator *in d. l. vnica*, §. *& vt plenius, C. de rei vxor. action. & in d. l. aſſiduis, C. qui in pign. potior. habeant.* ratione boni publici cum interſit Reipublicæ mulieres eſſe dotatas, vt poſſint nubere & liberos procreare, non poteſt mulier d. hypothecæ generali in bonis mariti pro dote à lege inducta ob bonum publicum renunciare, vt *d. n.*7. notatum eſt, & tradunt Doctores *ibid.* relati; neque obſtant *d. l. etiam, & d. l. iubemus*, cum loquantur de renunciatione cóſtante matrimonio, & non intelligun- 109

tur

tur de renunciatione pro qua omnia mariti bona libera ab hypotheca remaneant.

Quare etiam iuxta *d.l.etiam, & d. l.iubemus*, renun-
110 ciatio hypothecæ ab vxore facta non valet, niſi remaneant tot alia bona apud maritũ vltra ea, in quibus renunciatum eſt, quæ ſufficiant ad dotis ſolutionem, ſeu reſtitutionem: ita Bartolus *in l.Mania §. fundus in fin. ff. ſol. mat. ibid.* Alexander, idem Bart. Baldus, & Paulus de Caſtro *in d. l. iubemus*. Campeg. *locis ſupra allegatis*. Neguſant. *d.memb. 4.p.2.num. 85.& d memb. 3. p.6.n.14.* Manticã *d.tit.19.n.35.* Gomez *d n. 10.* P. Barboſa *d.p. 5 n. 67.* Auguſt. Barboſa *collect. ad d. l. iubemus, n.12.* Amator Rodriquez *d.art. 1. n.33. verſ. quare* & plures alij Iuriſperiti ab vtroque Barboſa allegati, & Molina *d. diſp. 438. fin.* nam nullis aliis bonis apud maritum exiſtentibus per renunciationem foret facta deterior conditio dotis, & ſic renunciatio non valeret, iuxta regulam *l.de die, & ſeqq. ff. de pactis dotalib. ſupra n.7. & 107.* adductam: & in effectu videretur mulier renunciaſſe petitioni dotis, iuxta ſupra notata *num.107.* quinimo etiamſi tempore renunciationis per vxorem factæ habebat bona ſufficientia ad dotis reſtitutionem, ſed poſtea fuerunt diminuta, & maritus effectus ſit non ſoluendo, ita ut tempore reſtitutionis dotis non haberet facultates ad illam reſtituendam, vel non ſufficientes, licet adhuc renunciationem ſubſiſtere poſt nonnullos alios Caldas Pereira *q.forenſ. lib.1. quæſt.18. num.15.* & P. Barboſa *n. 68.* aſſerant: Nihilominus in tali caſu remiſſionem, & renunciationem hypothecæ haberi vel non factam, cũ mulier remaneat enormiter læſa & indotata, cui incommodo voluit per hypothecam occurrere Imperator (vt dictum eſt) & ſic tunc non obſtante renunciatione poſſe mulierem agere hypothecaria contra tacitos poſſeſſores, tradidere Afflictus *deciſ.311.fin.& deciſ.313. initio*, Pariſius *conſ.75. n. 17.lib.3* Palac.Rubios, Didac.à Pace à P. Barb. *d. n. 68.relati*, & alios referens Amator Rodr. *d.verſ.quare.*

Et prædicta ſi in renunciatione tam initio matrimonij, quàm conſtante matrimonio à muliere facta non interueniſſet iuramentum, ſecus verò ſi iuramentum de non contrahendo fuiſſet interpoſitũ, valere renunciationem, etiamſi non ſupereſſent marito alia bona, nec poſſe mulierem contra iuramentum venire per textum *in cap.cum contingat, in cap. ſi verò, de iuram. in cap. licet mulieres, eod tit. in 6. & in cap. quamuis de pactis*, tradunt Baldus *in d. l. etiam*, Campegius *d p. 4. q. 13.* Neguſ. alios allegans *d.memb.4.p.2.n.85.* Mantica *d.tit. 19.n.36.v.neque hunc.* Affl. *d dec.311.n.4.* Et ita ſentire communiter Canoniſtas dicit *loco cit.* Baldus: at verò, ſi per prædictam renunciationem iuratam mulier maneat indotata, eam contra renunciationem venire, & agere poſſe ad illius reſciſſionẽ iuramento non obſtante; cum ex facto euidenter cõſtet de eius enormiſſima læſione, quæ inducit præſumptionem eam in renunciatione fuiſſe dolo circumuentam, aut metu reuerentiali mariti inductam ad talem renunciationẽ, ſcripſere Alciatus poſt Imolam *in cap. quemadmodum, n. 10. verſ. nam quia, de iureiurando.* Mant. *d.tit. 19. num.37.* poſt Caſtrenſem *conſ.174.n.1.& 2.lib.1.* Soc. *conſ.263. n.4.l.2.* Crauettam *conſ.114.n.1.*& alios allegans Amator Rodriq. *d.art.1. n.33.*& faciunt Doctores *ſup.c.13. n.99. & ibid.* tradita ad probandũ filiam in renũciatione ſupplementi dotis cum iuramento facta patri enormiſſimè læſam, ex quo conſtat fuiſſe dolo inductam, aut metu patris reuerẽtiali inductã, poſſe agere ad illius reſciſſionem, cum dolus & metus reuerentialis præbeãt iuſtam cauſam reſcindẽdi contractum & vxoris cõſenſum, & faciant ceſſare diſpoſitionem *d. cap. quamuis*, & aliorum iurium, & capitum, illorumve exceptioni faciãt locum, vt prællegati Doctores, & alij *ſup.cap.13. citat. num.99.* allegati. Videantur ibi notata.

Renunciatio tacitè à muliere facta de hypotheca, quam habet in rebus mariti conſentiendo earum alienationi per maritum facta qua ratione valeat.

Vtrum verò quod in præcedentibus traditum eſt de renunciatione hypothecæ in bonis mariti expreſſa, ſeu expreſſe facta, ſcilicet quod valeat, ſi marito ſuperſunt alia bona vltra ea, in quibus renunciatum eſt hypothecæ, quæ ſufficiant ad ſolutionem dotis, & procedat etiam in renunciatione tacita, vt ſi mulier conſentiat, vt res mariti (dotales enim res, ſcilicet quæ datæ ſunt in dotem inæſtimatæ, neque vxore conſentiente alienari aut obligari poſſunt, vt *ſuprà hoc cap.n.107.initio, & cap.16.n.14.* notatum eſt) ſibi hypothecatæ alienentur per maritũ, per quem conſenſum videtur renunciare ſuæ hypothecæ, *l. ſi debitor, §. 1. l. Paulus in princ. ff.quib. mod. pignus vel hypoth. ſoluit. & l 2 C. de remiſſ. pign.* & late P.Barboſa *in d.l.1. p.5.n.60. & 61.* ita quod huiuſmodi tacita renunciatio mulieris conſentientis eaſdem res mariti ſibi hypothecatas alienari, valeat. De hac difficultate agit, licet breuiter, Negoſantius *d.mem.4.p.2.n. 85.* latiſſimè verò P. Barboſa *d p.5 n.59. & nonnullis ſeqq.* & huiuſmodi tacitam renunciationem eſſe validam (intelligitur cum ſuperſunt marito alia bona ſufficientia ad dotem reſtituẽdam) per text. *in d. l. iubemus, C.ad Vellei.* poſt Alexandrum, Romanum, & Fulgoſium, tradunt Neguſantius *d.n.85.* P.Barboſa *d.p.5. citato, n.59.* & alij ab Auguſt. Barboſa *collect.ad d.l. iubemus, n.9.* relati. Non enim videtur maior ratio in tacita hypotheca quoad illius renunciationem faciendam, quando renunciatio fit expreſſe, quam quando fit tacite, ſed eadem videtur eſſe ratio in vtraque, vt ait idem Neguſantius *arg. leg. cum quid ff. ſi certum petatur.* Aduertit autem P. Barboſa *n. 61. prope fin.* mulierem præſtando dictum conſenſum tantum ſibi præiudicare reſpectu illius creditoris, cui patitur rem ſibi obligatam obligari, non autem reſpectu aliorum creditorum; quod colligitur ex *d.l.iubemus* & Doctoribus *ſuprà n. 107. verſ. quas leges* allegatis. Aduertit etiam idem P.Barboſa *n.62. prope fin.* id intelligi, quando res erat hypothecata vxori ex vna tantum cauſa, & de conſenſu vxoris maritus eandem rem alienauerit, vel alteri obligauerit. At vero ſi ſit vxori obligata ex duplici cauſa, puta ratione dotis, & ratione mutui, & ipſa limitatiuè vni renunciet, non cenſetur alteri renunciare, ſed eam videtur tacite conſeruare; & in hoc caſo idem Barboſa *n.61.* ait loqui ſeu procedere *l.ſi vir vxori, §.1. ff.ad Vellei.* quæ videtur obſtare validitati dictæ tacitæ renunciationis ex conſenſu vxoris in alienatione rei ſibi obligatæ: de quo latius idem Barboſ. ad quem recurrat Lector plura deſiderans circa prædicta, & circa intellectum *d. l. ſi vxori.* Hactenus de materia *huius cap.* 18.

CAPVT XIX.

De reſtitutione dotis, tam conſtante matrimonio, quàm poſt illud diſſolutum.

SVMMARIVM.

Nonnulli de reſtitutione dotis conſtante matrimonio ob viri inopiam remiſſiue, num.1.

Dos ob mariti vergentiam ad inopiam reſtitua t, ſi poſtea

maritus

maritus efficiatur diues , non poteſt ab ea reuocari. numer.2.

Eadem dos reſtituta an ſit vera , & propria reſtitutio dotis , an tantum aſſecuratio. n. 3.

Prædicta dos à muliere exacta debet deſeruire oneribus matrimonij. n.4.

Eadem dos , quæ exigitur conſtante matrimonio , ſi mulier non eſt induſtrioſa , debet deponi apud fidum mercatorem ad honeſtum lucrum , vel ex ea emi debet prædium , vt inde alimentetur ipſa , vir , & familia, ibidem.

Eiuſdem dotis exactæ fructus , ſi qui deductis ſumptibus pro oneribus matrimonij ſuperſunt , ſunt viri , & eius creditorum. ibid.

Si bona mariti pro eadem dote conſignata vxori excedunt menſuram dotis , illud plus eſt dimittendum mariti creditoribus. n.5.

Actio hypothecaria, etſi iure communi propoſita proſequitur omnia bona hypothecata , viro tamen ad inopiam vergente, cum repetitur dos ſecus. ibid.

Vxor marito ad inopiam vergente non poteſt mariti bona omnia occupare , ſed vnum prædium de melioribus ad concurrentem dotis æſtimationem. ibid.

Et qua ratione ſint bona æſtimanda. ibid.

Abſque licitatione facienda eſt eorumdem bonorum appretiatio ab expertis. ibid.

Vxor bona viri ſui vergentis ad inopiam pro dotis ſuæ reſtitutione , ſeu aſſecuratione conſignata poſſidens poteſt impedire creditorum mariti executionem , numero 6.

Quibus creditoribus in hoc caſu vergentia mariti ad inopiam conſtante matrimonio contra mulierem poſſidentem , vel agentem ad bona mariti ſibi pro dote hypothecata non competit ius offerendi dotem in pecunia, n.7.

Neque etiam ſi creditor eſſet fiſcus. ibid.

Secus ſi mulier vellet alienare bona illa , vel ſi eſſent bona mobilia , vt merces , aut nomina debitorum ibidem.

Vel diſſoluto matrimonio, ibidem.

Iidem creditores an ab vxore dotem repetenti ſunt citandi. ibidem.

Maritus vergens ad inopiam poteſt de plano reſtituere dotem vxori abſque aliqua probatione inopiæ. numero 6.

Extra caſum vergentiæ ad inopiam non poteſt maritus conſtante matrimonio dotem reſtituere vxori. ibid.

Limitatur vt poſſit in certis caſibus , qui ibidem referuntur , & an ſi iſta reſtitutio morte mariti confirmatur. ibid.

Vxor vergente marito ad inopiam poteſt agere contra tertios poſſeſſores , in quos maritus bona pro dote hypothecata alienauit. n.8.

Et an prærequiratur excuſſio contra maritum , ibidem.

Poteſt exigere bona dotalia alienata a marito de illius conſenſu. ibid. fine.

Tota dos non deducto ne maritus egeat , debet in hoc caſu reſtitui vxori. n.9.

Nec fructus dotis anni , quo dos propter viri inopiam repetitur, ſunt diuidendi pro rata. n.10.

Promiſſio , ſeu pactum dotem reſtituendi comprehendit reſtitutionem in caſu inopiæ viri. n. 11.

Et multò magis pactum reſtituendi in omni caſu , vel in quocumque caſu dotis reſtituendæ. ibid.

Si in inſtrumento promiſſionis reſtituendi dotem fuerit dictum, quod habeat executionem paratam, ſeu agi poſſit via executiua , an comprehendatur reſtitutio in caſu inopiæ viri. n. 12.

Vxor poteſt petere etiam expenſas litis factas pro dotis conſequutione. n.13.

Si prædium vxori traditum pro ſua dote fuerit abſque eius culpa euictum , iterum debet aſſecurari. numero 14.

Proceſſus ab vxore inſtructus in hoc caſu pro ſuæ dotis reſtitutione poſt eius mortem poteſt continuari. numero 15.

Vxor excommunicata in hoc caſu qua ratione poſſit agere ad reſtitutionem ſuæ dotis. n 16.

Et an quando ipſa non poteſt , poſſint eius filij. ibid.

Priuilegium vxoris repetendi dotem in caſu inopiæ viri, qua ratione tranſeat in eius filios. n.17.

Vxor conſtante matrimonio poteſt dotem repetere , ſi maritus ſit bannitus , exul à ciuitate ; aut condemnatus ad triremes, vel viuat abſens à domo abſque culpa vxoris, vel præbuerit vxori cauſam viuendi ſeorſum ab eo, numero 18.

Et etiamſi abſque ſua culpa maritus vergat ad inopiam. ibidem.

Quid ſi vxor per pactum renunciauerit priuilegio dotem repetendi in eodem caſu inopiæ ibid.

Vxor habens maritum , & ſocerum , vel alios obligatos pro virili ad dotis reſtitutionem , ſi alter non ſit ſoluendo, an poſſit conſtante matrimonio petere dotem, tam ab eo , qui non eſt ſoluendo , quam ab eo , qui eſt ſoluendo. remiſſiuè. n.19.

Olim iure ciuili matrimonium diſſoluebatur etiam diuortio & captiuitate. n.20.

Piura de reſtitutione dotis poſt diſſolutum matrimonium, remiſſiuè .n.21.

Dos conſiſtens in immobilibus reſtituitur ſtatim ſoluto matrimonio. Ad reſtituendam dotem conſiſtentem in pecunia , vel in bonis immobilibus , aut ſe mouentibus , vel incorporalibus , permittitur annus à ſoluto matrimonio, n.21.

Differentiæ ratio. ibid.

Si dos data ſit in rebus immobilibus æſtimatione faciente venditionem , marito , vel eius hæredi competit dilatio anni legalis ad illam reſtituendam, n.23.

Dos ſi ſit conſtituta in pecunia cum pacto vt vxori emeretur fundus , debet ſtatim ſoluto matrimonio reſtitui vxori , licet maritus fundum non emerit , numero 23.

Idem ſi à principio ſit conſtituta in pecunia , quæ poſtea ſit conuerſa in corpora hæreditaria, n.24.

Pecunia deſtinata in prædiorum emptionem cenſetur quid immobile. n.23.

Idem ſi vxor rem immobilem nomine pignoris ſibi à ſuo debitore pecuniæ obligatam , & traditam dederit in dotem n.25.

Vxor ſoluto matrimonio an propria authoritate poſſit apprehendere poſſeſſionem iurium immobilium dotalium. n.26.& 27.

An etiam poſſeſſionem bonorum propriorum mariti pro ſua dote ſibi obligata. n.28.

Fructus ex rebus immobilibus ante celebratum matrimonium à marito percepti non veniunt reſtituendi vxori ſtatim ſoluto matrimonio , ſed datur dilatio annalis. n.29.

An eadem dilatio anni à die ſoluti matrimonij conceſſa ſit ad reſtituendos fructus earundem rerum immobilium dotalium à marito perceptos poſt ſolutum matrimonium , & etiam per ipſos conſtante matrimonio ad vſuram ſpectantes. n. 30.& tribus ſeqq.

Quid de fructibus rerum dotalium mobilium naturaliter frugiferarum poſt ſolutum matrimonium perceptis. numero 34.

Maritus , vel eius hæres poteſt repetere ab vxore, vel eius hæredibus expenſas neceſſarias in rebus dotalibus immobilibus factas. n.35.

Etiam vtiles. n.36.

Non voluptuarias , etſi de conſenſu ipſius vxoris factas. n.38.

Extra

*Extra maritum impenſa voluptuaria facta de conſenſu domini repetuntur.*n.38.

*Prætextu quod vxor ſibi aliquid debeat, non datur marito aut eius hæredi ſoluto matrimonio retentio dotis.*n.37.

An detur compenſatio. ibid.

*Re dotali conſtante matrimonio effecta deteriori, an, & qua ratione maritus, & eius hæres teneatur ad damni reſtitutionem, & quid ſi ſit illatum ab inimico mariti.*n.39.

*Maritus in rebus dotalibus adminiſtrandis conſtante matrimonio tenetur de dolo, lata, & leui culpa.*n.40.

Vbi quidam caſus, in quibus dubitatur, an teneatur de leuiſſima culpa.

*Maritus diligentiſſimus in rebus ſuis tenetur eſſe diligentiſſimus etiam in rebus dotalibus.*n.41.

*Et an valeat pactum de contrario.*ibid.

*Poſt ſolutum matrimonium maritus vel eius hæres exiſtens in mora reſtituendi dotem, ſeu res dotales, tenetur de culpa leuiſſima, & etiam de caſu fortuito.*n.42.

*Et quid in foro conſcientiæ.*ibid.

Debitor, qui ſecundum naturam contractus tenetur ſolum de leui, ſi in mora conſtituatur, tenebitur etiam de leuiſſima, & de caſu fortuito, ibidem.

Maritus, vel eius hæres ſoluto matrimonio moroſus in fundo dotali reſtituendo, an teneatur reſtituere fructus quos permiſerit percipi, ſi neglexit fundum colere. n.43.

*Si vxor ſoluto matrimonio fecerit moram in recipienda dote ſibi oblata, maritus tenebitur ſolum de dolo, & lata culpa.*n.44. *& qua ratione vxor conſtituatur in mora dotem recipiendi.*n.45.

*Mora creditoris, & in recipiendo, quod ſibi debetur, eſt minus odioſa, quàm mora debitoris in ſoluendo, quod debet.*n.44.

*Conſignare quid ſignificet.*n.45.

*Oblatio verbalis, ſiue realis regulariter non liberat debitorem à mora.*ibid.

*Oblatio verbalis quando habeat vim conſignationis, & depoſiti, & liberet à mora.*ibid.

Dilatio annalis legalis ad reſtituendam dotem ſoluto matrimonio marito, & eius hæredi conceſſa, an illis competat, ſi reſtitutio ſit facilis & parata; affirmatiua n.46.*negatiua* n.47.

*Dotis partem conſtante matrimonio non exactam maritus ſoluto matrimonio non poteſt exigere.*n.48.

*Dos à marito legata ſoluto matrimonio eſt vxori reſtituenda.*n.49.

*Maritus qui fuit negligens in curanda vxore infirma, ſoluto matrimonio non fruitur beneficio annalis dilationis ad dotem reſtituendam.*n.50.

*Minor terminus anno ad reſtituendam dotem ſoluto matrimonio poteſt à partibus conſtitui.*n.51.

*Vxor non prohibetur dotem intra illum annum petere, vt ea ſibi poſt annum ſoluatur, & poteſt cogere maritum, vel eius hæredem ſatiſdare.*n.52.& 53.

*Etſi non poteſt ſatiſdare, cogitur dotem reſtituere deducto interuſurio medij temporis, ſi verè illius interſit; aliàs ſecus.*n.54.

*Idem in quolibet debitore, qui cogitur ſoluere ante tempus vel per errorem ſoluit ante diem,*ibid.

Si maritus conſtante matrimonio remiſit dotem, vel eius partem, ſoluto matrimonio cogitur integrè reſtituere. n.55.*Si dotem ſibi à patre vxoris promiſſam maritus neglexit conſtante matrimonio exigere, & periit, an ipſe, vel eius hæres teneatur eã ſoluere.*n.56.*Quid ſi neglexerit exigere ab extraneo, qui ex mera liberalitate dotem promiſerit.*n.57.*Quid ſi illis defunctis ab illorum hæredibus neglexerit dotem exigere.*n.58.

*Si dotem promiſſam ab extraneo obligato dotare mulierem, vel à debitore mulieris exigere neglexerit maritus conſtante matrimonio, eo ſoluto ipſe, vel eius hæres tenetur ſoluere.*n.59.

Nonnulli alij caſus, in quibus maritus, vel eius hæres ſoluto matrimonio tenetur ſoluere dotem quæ periit. n.60. & 61.

*Seruos dotales fugitiuos ſua culpa tenetur maritus ſuis ſumptibus proſequi.*n.62.

*Expenſas à marito factas in curanda vxore ægra an, & quando idem maritus, vel eius hæres poſſit repetere, & deducere in reſtitutione dotis vxoris patri, vel hæredi facienda.*n.63.& 64.& 65.

*Impenſæ in vxoris defunctæ funere à marito factæ repeti ab eo poſſunt, & in reſtitutione dotis deduci.*n.66.

Si tamen ex ſtatuto, vel alias aliquid dotis oneratur, pro illa portione contribuit maritus, ibid.

*Tenetur maritus ſtatim ad expenſas funeris vxoris, etſi illas poſtea repetit, vel compenſat,*n.66.

Si neglexerit facere, & fecit ille, ad quem dos reddi debet, is non expectato lapſu anni legalis poteſt illas à marito petere. ibid.

*Hæres defuncti tenetur facere expenſas funeris, & poteſt facere etiam ex bonis fideicommiſſi, ſi non ſunt alia.*n.68.

*Pro impenſis funeris mariti remanet obligata mariti bona non ſolum propria, ſed etiam dotalia, ſi alia non ſufficiunt; idemque etiamſi vxor ſecundò nubens illa dederit in dotem ſecundo viro.*n.69.

*Sub expenſis funeris quænam contineatur.*n.70.

Et quænam expenſæ funeris debeant detrahi ex aceruo totius hæreditatis, & minuant filiorum legitimam, & habeant prælationem reſpectu aliorum creditorum defuncti, ibid.

*Impenſæ funeris debent fieri inſpecta dignitate, & facultate patrimonij defuncti.*n.70.& 71.

*Et ſi teſtator iuſſerit fieri nimium modicas, eius voluntas non eſt attendenda, & etiam in præiudicium legatariorum hæres poteſt plus expendere,*ibid.

Si centum aurei, vel ducati, aut floreni dati ſunt in dotem cum pacto, vt iidem reſtituatur, iidem quoad numerum ſunt reſtituendi, ſiue eorum valor extrinſecus diminutus ſit, ſiue creuerit, remanere eandem bonitatem intrinſecam, n.72.

Idem ſi dictum fuerit, vt reſtituatur eadem æſtimatione, quamuis fuiſſent deteriorati. ibid.

*Si id non fuerit deductum in pactis, & aurei ſint variati in bonitate intrinſeca, quia non eſſent eiuſdem ligæ, & ponderis, quomodo facienda reſtitutio,*ibid.

Si centum aurei dati ſunt in dotem ſine pacto, vt ſub eadem æſtimatione reſtituãtur, an debeant, & talis ſit, quod iidem quoad numerum reſtituantur, licet valor extrinſecus ſit mutatus, diminutus, vel auctus. n.73. & 74.

*Quid ſi data in dotem ſint centum libræ in ducatis aureis, an facto poſtea augmento, vel decremento valoris extrinſeci lucrum ſpectet ad recipientem, ſeu creditorem dotis.*n.75.

*Quid ſi data ſint in dotem centum libræ in ducatis aureis cum pacto quod reddantur in ducatis aureis, quorum valor extrinſecus poſtea ſit auctus, vel diminutus.*n.76.

Vbi quid ſi promiſſus certus numerus ducatorum aureorum, vel adſit loci conſuetudo, quod debitor poſſit vnã ſpeciem monetæ pro altera ſoluere.

Quid ſi dictum ſit, quod pecunia data in dotem, vel mutuo debet reddi in tot ducatis aureis in auro, an poſſit ſolui moneta argentea, vel alterius materia, n.77.

Et quid ſi dictum ſit ſimpliciter, quod ſoluatur in ducatis aureis, an poſſit ſolui moneta diuerſæ materiæ, n.78.

*Et an poſſit ſolui in moneta diuerſa formæ, ſed eiuſdem materiæ & bonitatis intrinſecæ.*ibid.

§. I

§. I.

De reſtitutione conſtante matrimonio ob mariti inopiam.

1 DE reſtitutione, ſeu repetitione dotis conſtante matrimonio ob mariti vergentiam ad inopiam actum eſt *ſupra cap.* 12. *à num.* 97. *ad* 109. vbi præcipua huius materiæ examinata, & explicata ſunt, quæ non debent repeti. Aliqua etiam de hac repetitione tradita ſunt *cap. præcedenti, præſertim n.* 95. *&* 104. vbi qua ratione in hoc caſu vergentiæ mariti ad inopiam poſſit mulier agere contra tertios poſſeſſores bonorum mariti, & ſe opponere aliis mariti creditoribus, ne in fauorem ipſorum cum præiudicio conſecutionis ſuæ dotis fiat exeexecutio in bonis dotalibus, vel mariti inopis, *in tractatu etiam præcedenti de alimentis cap.* 13. *num.* 842. 843. 845. 849. *&* 851. nonnulla alia hac de re habentur, quæ hic breuiter recolenda, & quædam alia tradenda ad pleniorem eiuſdem materiæ reſtitutionis, ſeu repetitionis dotis in caſu vergentiæ mariti ad inopiam cognitionem.

Dos ob inopiam mariti vxori reſtituta, ſi poſtea maritus efficiatur diues, non poteſt ab ea reuocari.

2 In primis igitur *d. cap.* 13. actum eſt de illa difficultate, an dos propter inopiam viri vxori reſtituta, ſi maritus poſtea efficiatur diues, ac intelligens, & induſtrioſus, debeat ad eundem maritum, ſeu eius adminiſtrationem reuerti, ab eodemque marito reuocari. In qua difficultate licet plures Doctores *d. cap.* 13. *num.* 834. relati, & alij apud eoſdem affirmauerint. Nihilominus *eod. cap.* 13. *num.* 848. approbaui tanquam probabiliorem ſententiam negatiuam, quam ſuſtinent plurimi Doctores *eod. c.* 13. *n.* 845. allegati, addo alios allegantes Fontanellam *de pactis nupt. clauſ.* 7. *gloſſa* 2. *part.* 3. *num.* 61. *&* 62. Gomez *ad l.* 50. *Tauri, n.* 35. *verſ. ſed his*, Gratian. *tom.* 5. *cap.* 974. *n.* 32. *&* 33. & Auguſt. Barboſam *collectan. ad l. vbi adhuc, n.* 24. *Cod de iure dotium*, quia in hoc caſu dotis reſtitutio eſt effectus, ſeu actus non ſucceſſiuus, ſed momentaneus, & omninò conſummatus, & perfectus in perſona mulieris, in quam per illam reſtitutionem ex diſpoſitione iuris *in l. in rebus, Cod. de iure dot.* vitra poſſeſſionem etiam dotis dominium perfectè & totaliter transfertur, ac proinde cum ſit actus omninò perfectus, ceſſante cauſa non ceſſat, nec reuocari poteſt per latius tradita *eod. n.* 845. Præterquam quod in viro, ſi ſemel male conſumpſit, ac dilapidauit bona ſua, licet poſtea ſit factus diues, poteſt ſemper dubitari de diſcretione in diuitiis conſeruandis, & ſic non poteſt dici ceſſaſſe cauſam. Procedit autem hæc negatiua, quando ſecutum eſt decretum Iudicis de aſſignatione fundi dotalis, vel reſtitutione dotis, & executioni mandatum eſt; nam ſi pendente lite ſuper reſtitutione dotis, ex cauſa inopiæ mariti ſuperuenirent diuitiæ eidem marito, tunc cum adhuc perfectè non ſit ius quæſitum mulieri, reſtitutionem poſſe reuocari, poſt alios tradunt Tiraquellus *tract. ceſſante cauſa, limitatione* 14. *num.* 8. & Barboſa *in leg. ſi conſtante, num.* 35. *ff. ſolut. matrim.* vbi ait idem dicendum, ſi lata ſententia, ſeu emanato Iudicis decreto ante factam executionem diuitiæ ſuperuenerunt.

Reſtitutio dotis conſtante matrimonio in caſu vergentiæ mariti ad inopiam an ſit vera, & propria reſtitutio, an verò ſolum quædam aſſecuratio.

Eodem *cap.* 13. *de alim. n.* 842. *&* 843. actum eſt de alia difficultate, nimirum an aſſignatio bonorum viri vergentis ad inopiam licet hypothecatorum iam pro dote, vel ipſorum bonorum dotalium reſtitutio vxori facta ſit vera dotis reſtitutio, quædam aſſecuratio, per quam abſque tranſlatione dominij rei aſſecuratæ, ſeu iure tantum pignoris eiuſdem rei retinendæ acquiritur cuſtodia, & adminiſtratio quoad illorum fructus, qua vir priuatur, & vxori datur; in qua quoque difficultate plurimi Iuriſperiti à me *d. n.* 842. & à Giurba *deciſ.* 16. *n.* 2. relati affirmarunt eſſe ſolum aſſecurationem, Fontan. *d. p.* 3. *n.* 47. *&* 48. plures alios allegans, & probans in Catalaunia hanc reſtitutionem dotis ob viri inopiam non haberi pro vera reſtitutione dotis, ſed pro aſſecuratione; quibus addo Steph. Gratian. *d. cap.* 874. *n.* 27. *& dec.* 194. *n.* 4. & idem videtur ſentire Hering. *de fideiuſſoribus cap.* 6. *n.* 194. quatenus appellat tantum ſequeſtrationem. Contrarium tamen & eſſe veram, & propriam reſtitutionem, ſicut illa, quæ ſoluto matrimonio fit, ſeu fieret licet matrimonij oneribus, nempe viri, vxoris, & filiorum alimoniæ ſeruire debeat nec conſtante matrimonio alienari poſſit, & conſequenter vxorem dominium, & poſſeſſionem rerum dotalium, vel aliarum mariti pro dote hypothecatarum, quæ pro eadem dote ob eandem viri vergentiam ad inopiam conſtante matrimonio reſtituuntur, ſeu conſignantur, habere pro ea quantitate, quæ ſunt æſtimationis, cuius eſt dos, ſentiunt Doctores à me *eod. cap.* 13. *num.* 843. relati, & alij relati à Giurba *d. deciſ.* 16. *n.* 6. 9. *&* 11. eoſque ſequitur idem Giurba, quando bona reſtituta, & conſignata vxori ſunt tantum illius æſtimationis, cuius eſt dos, itavt hæc reſtitutio ob viri inopiam ſit coæqualis quantitati dotis debitæ. 3

Dos in dicto caſu vergentiæ mariti ad inopiam reſtituta debet deſeruire matrimonij oneribus, neque excedere menſuram dotis viro datæ, & quoad exceſſum à creditoribus mariti poteſt reuocari.

Sed ſiue vna, ſiue altera opinio admittatur. Primò 4
fructus dotis reſtitutæ, ſeu qui percipiuntur ex bonis mulieri pro dote conſignatis, debent deſeruire oneribus matrimonij, ſcilicet ad alendum maritum, vxorem; & familiam, *l. vbi adhuc, Cod. de iure dot.* ita etiam omnes Doctores vtriuſque ſententiæ, Gaillus *obſer. pract. l.* 2. *obſeru.* 83. *n.* 17. Surd. *de alimentis tit.* 1. *q.* 35. *n.* 3. Mantica *de tacit. & ambig. conu. l.* 11. *tit.* 30. *n.* 10. *&* 24. Giurba *d. n.* 11. & plurimos alios referens Fontanella *d p.* 3. *n.* 44. *& ſeq.* Quare ſi vxor non ſit induſtrioſa, ſed ad rem domeſticam inepta, & dotem, vel fructus perditura, tunc dotem debere ſequeſtrari ad cauſam alimentorum, quia vxori non perdituræ reſtitutio dotis ſit facienda, per Text. *in l. mutus, §. manente, ff. de iure dot.* tradunt Batt. *in leg. ſi conſtante, n.* 5. *&* 84. *ff. ſol. matr.* Gaillus *d. obſer.* 83. *n.* 18. Afflict. *dec.* 199. *&* 221. *n.* 1. Gratian. *dec.* 194. *n.* 4. *&* 27. & Fontan. alios allegans *d. p.* 3. *n.* 45. *&* 46. addens ex Afflicto, & Gratiano in hoc caſu aſſecurationem de dote debere mulieri concedi, dummodo pecunia ipſa (ſi dos conſiſtat in pecunia) depoatur penes fidum mercatorem, vt ex lucro honeſto alimententur ipſa, eius vir, & familia, vel ex ea ematur prædium, vt pro oneribus matrimonij

monij deſeruiant fructus, vnde etiam fructus dotis reſtitutæ, ſeu bonorum, quæ vxori in ſolutum data ſint; ſi excederent ſumptus, qui pro matrimonij oneribus, ſcilicet alimentis viri, vxoris, & familiæ ſuſtinendis fieri debent, cedunt quoad expreſſum in beneficium mariti,& creditorum, nec remanent vxori, quia marito debentur. Ita poſt alios Surd. *d.q.35.n.5.& 6.* Mantica *d.tit.30.n.25.* Giurba *d.dec.16.n.*8. & Fontan. *d.p.3.n.50.*

5 Item ſi bona, quæ vergente marito ad inopiam vxori data ſunt in ſolutum, pluris valerent, quam ſit dotis reſtituendæ, vel aſſecurandæ quantitas, & etſi pro quantitate doti æquiualenti eſſet valida in præiudicium creditorum mariti, reſiduum autem aliis bonis deficientibus eſſet dimittendum, cum in illo pluri nulla eſſet dotis aſſecuratio propter creditorum præiudicium, vt aliis cumulatis. Giurba *d.dec.16.n.17.* & qui infra mox allegantur. Quare etſi actio hypothecaria ex natura ſua omnia bona hypothecata proſequatur, etiamſi decuplo plus debito valeant, ſi iure communi proponitur, *l. cum proponas, C. de bonis iud. auct.poſſ.& l.quamdiu,C.de diſtract. pign.* tamen in hac ſpecie viri obærati, & labentis facultatibus ad aſſecurandam dotem, quia ex iure ſpeciali ad conſtituendam dotem in tuto proponitur, actio hypothecaria pro dote non extenditur vltra debitum, ſeu ad bona excedentia dotis valorem, ſed ſolum pro menſura dotis, vt poſt alios Gaillus *l.2. obſeru.92.n.13.* Mant.*d.tit.30.n.26.*& Giurba *d.dec.16. n.21.* vnde etiam in hoc caſu mulierem non poſſe omnia bona mariti occupare pro dotis ſuæ aſſecuratione, ſed ex multis cogi inſtantibus creditoribus prædium vnum, quædamve ex omnibus bonis mariti etſi melioribus eligere, & petere ad concurrentem ſuæ dotis æſtimationem, & onera, ſeu alimentorum exigentiam, vt nec inde variare poſſit mulier, ne alias ſit in eius poteſtate, quando viderit maritum labi facultatibus creditores illudere, ſi poſſet bona omnia pro ſua dote ad libitum petere, & retinere quod viam fraudibus aperiret, quibus quoad fieri poteſt, eſt obuiandum, tradunt Gaill. *d.n.13.* poſt medium, Giurba *d.dec.16.n.19.*& plurimi alij allegati ab eodem Giurba, qui *n.21.* & Oſaſcus *dec.135.* Ant. Sola ad decreta Sabaudiæ *tit.de pignorationib. & ſubhaſtationibus gloſſ.3. fine*, & Gaſpar. Theſaur.*q.for.l.2.q.65. n.3. fine*, aiunt non eſſe aſſignandum tertium pluris, ſed bona ad largam quandam æſtimationem eſſe eidem mulieri adiudicanda, quam reſtringunt ad decimum pluris veræ æſtimationis. Non enim in hoc caſu inopiæ mariti obærati pro reſtitutione, ſeu aſſecuratione dotis concurrentibus aliis creditoribus quibus mulier præfertur, proceditur ad venditionem, & appretiationem bonorum mariti licitatione mediante, *vt ſup.cap.preced.n.104.fine*, ex Nouello notatum eſt, & poſt plures alios tradit Giurba *d.n.21.fine*, contra Capicium *dec.411.* ſed ſufficit appretiatio expertorum, vt iidem.

Vxor in huiuſmodi caſu impedit creditorum mariti executionem in bonis mariti ad inopiam vergentis.

6 Ex quibus,& ex traditis *praced.cap.d.n.104.* traditis conſtat, mulierem, cui bona dotalia vel alia mariti pro dote hypothecata ob vergentiam ad inopiam eiuſdem mariti ære alieno grauati, ſunt conſignata, poſſe aliorum creditorum eiuſdem mariti, quibus illa præfertur, executionem impedire, quam ipſi ſuper omnibus bonis eiuſdem mariti primo decreto adimpleuerint, ſi tanquam tertia ſe opponat, vt tradunt Doctores *d. n.104.* relati, & alios referens Giurba *d. dec.16. n.10. & 11. fine*, addens *eod.n.10.* poſt Caualcanum *dec.22. n.44.p.4.* nec pro mariti debito ab aliquo poſſe auferri bona, quæ conſtante matrim. ipſe reſtituit, nec executionem in illis fieri poſſe. Poteſt enim maritus vergens ad inopiam ſponte, & de plano reſtituere vxori dotem, ſeu bona dotalia, & pro dote in pecunia conſtituta conſignare, vel dare in ſolutum bona ſua pro dote hypothecata, vt notatum eſt *præcedenti c.n.105.* & præter Nouellum *ibid.alleg.* tradunt Magonius *dec.Lucenſi 55. n.4.* Rota Marchiæ apud Sebaſtianum Medicem *dec.47.* & Font. *d.p.3.n.40.* quod eſt ſpeciale in hoc caſu vergentiæ mariti ad inopiam, nam extra hunc caſum maritus quantumcumque velit, non poteſt dotem reſtituere vxori, cum videatur donatio, & ſi reſtituat, non liberatur, & mortua vxore maritus, aut filij eandem dotem vna cum fructibus interim à die reſtitutionis repetunt *l.2.in princ.ff.ſol. matr. & l. vnica C. ſi dos conſtante matrim.* de quo latè Surd. *de alim. tit.8. priu.34.* & P. Barboſa *in l.2. in princ. p.2. à n.1.* qui *n.2.* ait, textum *in d.l.vnica* procedere, quando dos conſiſtit in re frugifera, non in pecunia: *& n.13.* colligit, quod cum vbi dicta reſtitutio dotis conſideretur tanquam donatio prohibita inter coniuges, morte mariti in eadem voluntate perſiſtentis confirmaretur, iuxta tradita *cap.*8. Dicta enim lex vnica loquitur in caſu ſuperuiuentiæ mariti. Notant tamen iidem Surdus,& Barboſa, poſſe fieri à marito dictam reſtitutionem, quando adeſt iuſta cauſa, vel vrgens neceſſitas, puta vt ſe,& filios etiam ex alio matrimonio alat, vt ſoluat æs alienum patris, cuius hæres ſit vxor, vel fiat reſtitutio propter euidentem vtilitatem vxoris, vel vt vxor redimat maritum, vel conſanguineos à captiuitate, quotieſcumque reſtitutio reſpiciat conſeruationem vitæ, vel libertatis, & perſonæ ſint vxori ſanguine coniunctæ.

Iiſdem etiam creditoribus mariti, quibus ratione ſuæ hypothecæ pro dote præfertur, vt impediant vxori reſtitutionem, ſeu aſſecurationem dotis conſignatione bonorum immobilium per Iudicem facienda, vel reuocent ab ea bona iam eidem vxori in hoc caſu vergentiæ mariti ad inopiam adiudicata, & tradita pro dotis reſtitutione, ſeu aſſecuratione, non competere ius offerendi, ſeu eos non poſſe offerre dotem, ſeu pecuniæ quantitatem doti coæqualem, quando bona adiudicanda, vel iam adiudicata, & tradita mulieri non excedunt menſuram dotis, tradunt latè Gaillus *dict. obſeru.92.* Oſaſcus *d. deciſ.135.* Mantica *d.cap.30. à num.10. ad finem*, Giurba *dict. deciſ.16. num.12. & 13.* Fontanella *dict.clauſ.7.gloſſa 2. part.3.num.51.* & centum alij ab iiſdem, præſertim à Giurba allegati, præter quos & Sola *loco ſuprà n. 5.* allegatus, & eſſe magis communem opinionem, & ab ea non recedendum dixit Mantica, plures rationes afferunt iidem Mantica, Gaillus, & Oſaſcus, quæ ſi ſupponatur hanc dotis reſtitutionem conſtante matrimonio non eſſe veram, & propriam reſtitutionem, ſed tantum aſſecurationem, vt ipſi ſupponunt, ſatis concludenter probant, ſed ſiue ſupponatur tantum aſſecuratio, ſiue vera reſtitutio, cum dotis in bonis immobilibus reſtitutæ fructus debeant deſeruire oneribus matrimonij, ſeu pro alimentis mariti, vxoris, & familiæ, vt ſuprà probatum eſt, præiudicium pateretur mulier, ſi à creditoribus mariti pecuniam oblatam teneretur accipere, quia dos in immobilibus eſt in ſe ſecurior & magis apta ad ferendos fructus pro matrimonij oneribus, cum ſit naturaliter frugifera, pecunia verò fragilis eſſe dicitur, vt quæ inter ea connumeratur, quę ſeruando ſeruari non poſſunt, & ſic etiam eſt fragile remedium cautionis, & latè poſt alios Mant. *d.tit.30.n.12.* & Oſaſc. *d. dec.135. n.11. & 12.* & eo magis procederet horum Doctorum ſententia, quando pecunia commodè deponi non poteſt apud idoneum mercatorem ad honeſtum lucrum percipiendum, addit Giurba *n.13.* quod nec fiſcus creditor hypothecarius mariti pro condemnatione citra mulieris

lieris voluntatem habet ius offerendi. Quod ſi mulier bona viri obærati pro ſua dote conſignata iudicis decreto alienare vellet, aut vellet aſſecurari in pecunia ex venditione rerum mariti retracta, in his duobus caſibus creditoribus ius offerendi competere poſt alios tradit idem Giurba n.13.& 14. Quemadmodũ etiamſi bona mariti eſſent mobilia, veluti merces, aut nomina debitorum, ex quibus nec vxor poſſet fructus pro oneribus, ſeu alimentis percipere, creditoribus mariti ius offerendi dotem in pecunia competere, cum irrationabile ſit ſuorum bonorum retentione alios creditores damno affici, poſt plures alios tradunt Mantica *dict. tit.30.num.27.* & idem Giurba *num.15.* Qui *n.15.* pluribus aliis relatis aduertit tanquam certum, matrimonio diſſoluto mulieri poſſidenti bona viri ære alieno grauati creditores dotem offerre poſſe: quod idem tradit Gaillus *d. obſeruat.92.num.6.8. & 12.* vtrum autem mulier repetens dotem à viro obærato debeat præmittere citationem creditorum, Capella Tholoſana *dec.338.* ab Oſaſco *d.dec.135.n.6.* relata, affirmat, & idem notat Fontan.*d.p.3.n.71.* addens *n.72.* ex Aufrerio *in additione ad d. dec.338.* id intelligendum quoad præiudicium creditorum, non alias; quoad præiudicium autem mariti non eſſe neceſſariam citationem, qua citatione facta, niſi creditores doceant de aliquo ſuo præiudicio, non erunt audiendi, ſed ſuppoſito, quod creditores non habeant ius offerendi, videri poſſet non eſſe eorum citationem neceſſariam, cum citatio illius neceſſaria non ſit, cum conſtat nullam competere defenſionem, iuxta *cap. quanto, de tranſlat. Epiſc.*& alia ab Oſaſco *d.n.6.* notata.

Vxor in caſu vergentiæ mariti ad inopiam pro conſequenda ſua dote poteſt agere contra tertios poſſeſſores, in quos maritus alienauit bona pro dote hypothecata.

8 Quemadmodum verò in hoc caſu vergentiæ mariti ad inopiam conſtante matrimonio vxor pro ſua dote conſeruanda, & in tuto collocanda poteſt impedire mariti creditorum executionem in bonis non ſolum dotalibus, ſed etiam in aliis bonis mariti pro ſua dote hypothecatis, ita etiam poteſt agere contra tertios poſſeſſores, in quos maritus non ſolum bona dotalia, ſcilicet ei in dotem data inæſtimata, vel æſtimata æſtimatione non faciente venditionem, ſed etiam alia bona pro dote hypothecata alienaſſet, & ab eis reuocare ipſa bona dotalia alienata, & alia bona mariti ſibi pro dote hypothecata pro quantitate coæquali menſuræ, ſeu quantitati ſuæ dotis, vt tradunt Doctores communiter relati *cap.præcedenti,n.96. vbi & numeris ſeqq.* hac de re agitur, & an ad exercendam ſuã actionem hypothecariam contra tertios poſſeſſores in hoc caſu inopiæ mariti prærequiratur excuſſio contra maritum, latè explicatum eſt *eodem cap.præcedenti n.95.* vbi recurratur. Et ſi prius probata fuerit inopia mariti, prout probanda eſt cum mulier à marito vergente ad inopiam vult dotem repetere (*vt ſuprà c.12. num.97. circa finem* notatum eſt) non erit poſtea neceſſaria excuſſio contra maritum, cum in debitore non ſoluendo exiſtente illa non requiratur, vt *capite præcedenti dict. num.95.* notatum eſt, & obſeruat etiam Fontanella *de pact.nupt. d. clauſula 7.gloſſ.2.p.3. n.35.* Quo verò ad bona dotalia alienata, etiamſi fuerint alienata cum vxoris conſenſu, poteſt illa exigere, vt poſt Bart. *in d.l. ſi conſtante,n.23. ff.ſol.mat.* ex Maynardo *dec.56. n.3. l.4.* per textum *in l.ſeruum dotalem,ff. de manum.* tradit Font. *d.p.3. n.58.*

9 Ex traditis etiam *n.4.* infertur, quod cum iuxta ibi tradita, & Doctores communiter, in hoc caſu inopiæ mariti dos vxori reſtituta debeat deſeruire pro alimonia mariti, vxoris, filiorum, & familiæ, eadem dos reſtitui debet vxori tota, & integra, nulla habita ratione, ne maritus egeat, quæ habet locum, quando ſoluto matrimonio exigitur, iuxta tradita *ſup.c.11.* ita P. Barboſa *in l.maritum,n.32. in medio ff. ſol. mat.* Surd. *de alim.tit.1. q78.n.41.* Fontan. *d.p.3.n.68.* Aug. Barboſ. *collect. ad l.vbi adhuc, n.23.C.de iure dot.* & alij apud eoſdem.

Ob eandem rationẽ quod debent conuerti in onera 9 matrimonij fructus dotis illius anni, quo dos propter viri inopiam conſtante matrimonio ab vxore repetitur, non debent diuidi inter maritum, & vxorem, ſicut diuiduntur pro rata fructus vltimi anni, quo ſoluitur matrimonium iuxta *l.vnicam §. cumque C. de rei vxor. actione,* & latè explicatur *capit.ſeq.à num.16.* ita etiam poſt Bartolum *in leg. ſi conſtante ff. ſoluto matrimonio* Campegius *de dote part.3. quæſt.48.*

Promiſſio, ſeu pactum reſtituendi dotem, vbi ſit locus reſtitutioni, vel illam reſtituendi in omni caſu, vel in omni, & quocumque caſu dotis reſtituendæ, comprehendit reſtitutionem in caſu inopiæ mariti.

E traditis etiam *n.3.* nempe, quod reſtitutio dotis 10 conſtante matrimonio ob viri vergentiam ad inopiam ſit vera, ac propria reſtitutio, ſicut quæ fit ſoluto matrimonio, infertur promiſſionem reſtituendi dotem ſuam mulieri in caſu, quo ſit dotis, & donationis propter nuptias, vel augmenti dotis reſtitutioni locus, comprehendere etiã caſum reſtitutionis conſtante matrimonio ob mariti vergentiam ad inopiam, quidquid ſecus ſentiant (volentes ob proprietatem verbi reſtituere, continere ſolum caſum reſtitutionis ſoluto matrimonio) plures Doctores, quos Giurba *dict. deciſ.16. num.4.* latè refert, ita præter plures alios à Giurba *d. deciſ.16. num.7. allegatos,* Anton. Sola *tit. de feudis ad decretum Blanchæ 2.p.gloſſa 1.num.7.* Petr. Barboſa *in leg. ſi conſtante ex num.57. ff. ſoluto matrimonio,* & Giurba *dict. num.7. initio.* Qui eodem *num.7. verſicul. reſpondetur, num.2.* addit multo magis reſtitutionem dotis in caſu vergentiæ mariti ad inopiam contineri in promiſſione ſeu pacto reſtituendæ dotis. in omnem caſum; ad idque obligat ſolum *d. n.7.* & plures alios, & teſtatur eſſe communem opinionem, quam etiam ſequitur Fontanella *de pactis nupt. clauſ.7. gloſſ.2. dict. part.3. num.16.& n.21.& d.n.16.* teſtatur fuiſſe iuxta eam deciſum à ſuo Senatu Catalano, & eo magis ſi promiſſio eſſet reſtituendi dotem in omnem, *& quemcumque caſum reſtituendæ dotis,* eam comprehendere caſum repetitionis dotis ob vergentiam mariti ad inopiam, cenſuit Rot.Rom. *dec.159.p.2.recent.* quæ tamen reliquit indeciſum caſum, quando ſolum in promiſſione dictum fuit *in omnem caſum*, in quo dicit Rota eſſe differentiam inter Doctores: verius tamen eſt etiam in hoc caſu comprehendi reſtitutionem ob vergentiam mariti ad inopiam, vt ſentiunt præallegati Doctores, & alij à Giurba relati, & expreſsè Fontanella *d.num.21.* & nulla eſt dubitatio, ſuppoſita ſententia, quod ſit vera, & propria reſtitutio.

Si etiam in inſtrumento promiſſionis, & pacto de 11 dote reſtituenda fuerit dictum, quod habeat executionem paratam, ſeu agi poſſit via executiua pro recuperatione dotis, etſi Anchar. *conſ.119.* & nonnulli alij à Giurba *d.dec.16.n.4.* relati voluerint, non comprehendi eandem reſtitutionem ob viri vergentiam ad inopiam, quia non ſit vera reſtitutio, tamen mulierem repetentem dotem in caſu inopiæ mariti virtute eiuſdem inſtrumenti, ſeu promiſſionis poſſe agere via executiua, tradunt Menoc. *conſ.1114.n.44.* P. Barb. vbi *ſup.d.n.57.& n.118.& ſeqq.* Giurba alios allegans *d. dec.16.n.8.* & plures alij relati à Font. *d.p.3. num.19.* Qui tamen dicit, hunc caſum in recuperatione dotis

conſtante matrimonio eſſe impracticabilem, cum huiuſmodi recuperatio conſtante matrimonio fieri nõ poſſit, niſi præcedat probatio inopiæ viri (vt *ſup. cap.*12.*n.*97. probatum eſt) quæ via ordinaria facienda eſt, & ideo non poſſit eſſe locus executiuæ. Addit tamen hanc extenſionem promiſſionis ad hunc caſum inopiæ quoad hypothecam expreſſam, quæ in eadem promiſſione continetur, prodeſſe vt per eam, & illius virtute præferatur vxor omnibus tacitis tam anterioribus quam poſterioribus, & etiam expreſſis poſterioribus, quod non contingeret, ſi illa promiſſio hunc caſum non contineret, quia iſte caſus, ait, eam expreſſam hypothecam non haberet.

Vxor poteſt exigere expenſas litis in repetenda dote factas, & ſi prædium traditum fuerit euictum, debet iterum aſſecurari, & proceſſus inſtructus poteſt continuari ſoluto matrimonio.

13 Præter tradita, aduertendum in hoc caſu vergentiæ mariti ad inopiam, vxorem petere, & conſequi poſſe non ſolum dotem, ſeu ſummam dotalem, ſed etiam expenſas, & ſumptus litis, quas, vel quos expendere habuit pro rerum dotalium ſuæve dotis conſequutione. Ita Ant. Faber *in ſuo Cod. tit. de iure dotium defin.*3. Aloyſius Riccius *in collect. deciſ.p.*4. *collect.* 1310. & Fontan. *d.p.*6.*n.*60.

14 Si etiam prædium reſtitutum, ſeu conſignatum vxori pro reſtitutione, ſeu aſſecuratione ſuæ dotis ob inopiam viri, ſine eiuſdem vxoris culpa fuerit euictum, vel pereat, iterum debere vxorem aſſecurari, tradunt Angelus *in l. non aliis* §. *eſt autem ff. de peculio*, Crotus *in l. ſi conſtante num.*219. *ff. ſol. mat.* à Giurba *d. dec.*16. *n.*5. *relati*, & Gratian. *tom.*5 *cap.*974.*n.*29.

15 Proceſſum inſuper conſtante matrimonio ob vergentiam mariti ad inopiam pro reſtitutione, ſeu aſſecuratione dotis inſtructum per vxorem, ſi maritus moriatur, poſſe ſoluto matrimonio expediri, tradunt Bartol. *in l. poſt finitum, ff. de ſuſpect. tut.* à Giurba *d.n.*5. relatus, & Fontan. *d.n.*29.

Qua ratione in caſu inopiæ mariti vxor excommunicata poſſit agere ad reſtitutionem ſuæ dotis.

16 Porrò in eodem caſu vergentiæ mariti ad inopiam etiam vxor excommunicata poterit agere ad reſtitutionem dotis, ſi periculum ſit in mora, & non poſſit potius petere abſolutionem, & agat per procuratorem: ita Surd. poſt alios *de alimentis tit.*8. *priuil.*83. *num.*8. *cum plurib. ſeqq. & n.*20. Couarruuias *var. reſol. lib.*3. *cap.*13. *num.*8. & nonnullos alios allegans Stephanus Gratianus *tom.*5.*d. cap.*974. *n.*24. quia ab actione non expellitur excommunicatus exercenda per procuratorem, quando eſt periculum in mora, ne actio pereat, & agitur de notabili præiudicio, vt latè exemplis explicat Surdus. Imò etiam in caſibus, in quibus vxor excommunicata non poſſet agere ad dictam reſtitutionem, poſſe agere filios non iure matris, ſed vtilibus actionibus ad propriam vtilitatem, vt habeant alimẽta ex dotis fructibus, tradidere Bartolus *in d. l. ſi conſtante, n.*64. *& ibidem* Baldus Nouellus *n.*62.*ff. ſol. mat.* relati à Surdo *d. priuil.*83. *n.*17. Quod tamen ab aliis ab eodem Surdo relati reprobantur, & etiam ab ipſo Surdo, quia filiis alienata debentur non à matre, ſed à patre, quando eſt ſoluendo ex propriis bonis, qui ſi dilapidat bona, poſſunt filij implorato iudicis officio pro alienatis ſequeſtrari, ſeu aſſignari bona paterna ſufficientia pro alimentis, vt alibi ſuprà dictum eſt. Quod ſi pater non eſſet ſoluendo alienata ex aliis bonis, tunc procederet ſententia Bartoli, cum indefectum bonorum paternorũ filij ex bonis maternis debeant ali.

Mortua autem vxore præfatum priuilegium, ſeu remedium non tranſire ad filios eiuſdem mariti, eſſe communem opinionem ſcribit Rendina in promptuario ſelectarum, *tit. de viro*, & vxore. Doctores referens & rationem, nempe quod illud remedium, ſeu priuilegium à iure vxori indultum, vt conſtante matrimonio agat contra virum ad dotis reſtitutionem, indultum eſt, ne mulier indotata remaneret, & vt ex fructibus dotis ſe, & filios alere poſſit: quæ rationes mortua vxore ceſſant, nihilominus etiam mortua vxore præfatum priuilegium tranſire ad filios, vt ſi pater vergit ad inopiam, & incipit male vti bonis, detur repetitio, vt idem pater habeat vſumfructum de manu alterius, ſenſit Hondedeus *conſ.*131. dicens, quod licet non ſubſit ratio ciuilis, inſurgit tamen ex æquitate officium iudicis; quod idem dicunt Tuſchus *verbo dos, concl.*762. *n.*16. & Mar. Muta *deciſ. Sicil.*23. *n.*13. relati à Fontan. *d.p.*3.*n.*76. qui addit hoc parum practicari.

Dotis repetitio conſtante matrimonio in quibuſnam aliis caſibus vxori competat?

Præfatum quoque priuilegium repetendi dotem, 17
cum maritus vergit ad inopiam, competit vxori in ſequentibus caſibus. Primò ſi maritus ſit à ciuitate bannitus, & iuſſus exulare, licet marito abſenti debeat vxor mittere alienata: ita poſt alios Campegius *de dote q.*18. *&* 23. cum exilium ducat ad paupertatem, & etiam celerius ad mortem, vt poſt alios Campegius *d. q.*100. & idem ſi ſit condemnatus ad triremes. Secundò, quando maritus abſque iuſta cauſa viuit abſens à domo ſua, iuſtam præbens vxori cauſam à domo ipſius recedendi, & ad domum patris ſe conferendi, qui cum ſubſtituatur in onere alendi ipſam vxorem, debet frui fructibus dotis, ita à Rota Maceratenſi fuiſſe deciſum teſtatur Sebaſtianus Medices *dec.*47. & notat Font. *d. p.*3.*n.*75. Tertiò datur repetitio dotis vxori recedenti à domo mariti, & ſeorſum habitanti ob culpam mariti, aut illius ſæuitiam ſufficientem ad ſeparationem thori: ita P. Barboſa *in rub. p.*2.*num.*40. *ff. ſol. matrimonio*, Menochius *conſ.*199.*n.*3. Surd latè referens alios Iuriſperitos *de alien. tit.*1.*q.*32.*n.*21.*&* 22. Stephan. Gratian. *tit.*5.*cap.*857.*num.*20. Denique etſi aliqui à Campegio *d. quæſt.*18. relati ſenſerint vxorem non poſſe repetere dotem, quando maritus vergit ad inopiam abſque ſua culpa, vt ſi maritus mercator amiſit naufragio mercantias, quia vxor debeat eſſe particeps in fortunis, *lege ſi cum dotem*, §. *ſi maritus ff. ſoluto matrimonio*, & ita opinatur etiam Rebellus *de obligat. iuſtitiæ part.*2. *libr.*5. *quæſt.*10. *num.*4. dicens Textum *in leg. in rebus, Codic. de iure dotium*, vbi habetur vxorem conſtante matrimonio poſſe à viro ad inopiam vergente non obſtante eius infortunio dotem repetere, poſſe intelligi, vt procedat, quando vir poſt infortunium rem familiarem malè adminiſtrat. Nihilominus etiam in caſu vergentiæ mariti ad inopiam abſque ſua culpa vxori competere dotis ſuæ repetitionem, ſentiunt Bartolus *in dict. leg. ſi conſtante, ff. ſoluto matrimonio*, & nonnullos allegans Campegius *dict. quæſt.*18. & id probat textus *in dict. leg. vbi adhuc, Codic. de iure dotium, & in dict. leg. ſi conſtante ff. eodem*, loquentes abſolutè, & indiſtinctè, quando maritus vergit ad inopiam, & ſic indiſtinctè veniunt intelligendi, prout communiter Iuriſperiti intellexerunt, & videtur ſatis conſtare ex *d. l. in rebus, Codic. de iure dotium, ibi minus autem idoneis*. Et eadem ratio conſeruandæ dotis, vt ſeruiat oneribus matrimonij, & alimoniæ viri, vxoris, & familiæ, & ne vxor remaneat indotata contra rationem boni publici, militat etiam quando abſque ſua culpa viro inopia ſuperuenit. Textus autem *in d.* §. *maritus*

ritus non loquitur de participatione infortunij reſpectu dotis, quia mariti creditores cum exigerent in dote, ex quo ſequeretur nec ipſum, nec vxorem, neque familiam poſſe ex dotis conſeruatæ, & reſtitutæ fructibus habere alimenta contra *d. l. vbi adhuc* mentem, & ſic participatio infortunij in dote eidem marito noceret, cum tamen quod habetur *dicto* §. *ſi maritus*, ſit ſtatutum fauore ipſius mariti. Ex præfata autem ratione, ne vxor remaneat iudotata, infertur fore inualidum pactum, vt mulier non poſſet dotem repetere marito ad inopiam vergente, cum tale pactum doti præiudicet, *l. de die ff. de pactis dotalib.* quamuis inuita non poſſit cogi repetere, & ob ſuam negligentiam in non repetendo, poſſit ſibi in dote præiudicare. Quod ſi hypothecæ in bonis mariti renunciaſſet, in hoc caſu non eſſet valida renunciatio, & ſi non per actionem hypothecariam res mariti auocare non poſſet, per actionem tamen dote poſſet, vt poſt alios P. Barboſ. *in l. ſi conſtante in princ. n.* 38. *ff. ſol. matr.*

§. II.

De reſtitutione dotis poſt matrimonium diſſolutum.

20 ADuertendum, quod olim iure ciuili matrimonium diſſoluebatur non ſolum morte alterius coniugis, ſed etiam diuortio, & captiuitate vnius coniugum, vt *c. ſeq. n.* 76. notatur, qua de cauſa, quæ ius ciuile tradit de reſtitutione dotis ſoluto matrimonio procedunt, ſiue matrimonium diſſoluatur morte vnius ex coniugibus, ſiue diuortio, ſiue captiuitate alterius coniugis.

21 De hac autem materia reſtitutionis dotis poſt ſolutum matrimonium plura tradita ſunt in præcedentibus capitibus, nempe de reſtitutione dotis datæ liberaliter ab extraneo, actum eſt *cap.* 3. *n.* 105. 120. *& ſeqq. & n.* 148. De reſtitutione dotis profectitiæ, ſeu datæ à patre mulieris *eod. cap.* 3. *n.* 162. *ad finem capitis*, vbi de reſtitutione iuxta conſuetudinem Martini, *& cap.* 6. *n.* 99. *& ſeqq. ad finem capitis.* De reſtitutione dotis conſtitutæ in vſufructu actum eſt *cap.* 15. *n.* 32. *ad* 51. & de reſtitutione dotis conſiſtentis in emphyteuſi *eod. cap.* 15. *n.* 60. *cum plurib. ſeqq.* Nonnulla alia de dotis reſtitutione habentur *cap.* 16. *n.* 63. *ad finem capitis.* Quibus ad complementum materiæ huius reſtitutionis dotis adduntur ſequentia.

Quo tempore poſt ſolutum matrimonium dos tam in rebus immobilibus, quam in mobilibus vxori ſit reſtituenda.

22 Igitur licet iure communi Digeſtorum ſoluto matrimonio maritus, vel eius hæredes tenerentur reſtituere dotem annua, bima, trima die, ideſt in tribus annis ſcilicet in quolibet anno vnam tertiam partem, ſi dos non conſiſtebat in rebus immobilibus (immobilia enim etiam iure Digeſtorum erant ſtatim reſtituenda, vt notat P. Barboſa *in l.* 2. *in princ. n.... verſ. ſed verius ff. ſol. mat.*) hodie tamen iure Codicis dos conſiſtens in rebus immobilibus pro dote datis ſtatim ſoluto matrimonio debet reſtitui. Si verò conſiſtat in rebus, quæ pondere, numero, & menſura conſiſtunt, & quibuſvis rebus mobilibus, vel ſe mouentibus, aut in rebus incorporalibus, debet reſtitui intra annum à diſpoſitione matrimonij. Ita expreſsè habetur *l. vnica*, §. *exactio, Cod. de iure dotium*, cuius verba ſunt: *Exactio autem dotis celebratur non annua, bima, trima die, ſed omnino intra annum in rebus mobilibus, vel ſe mouentibus, vel incorporalibus cæteris videlicet rebus quæ ſolo continentur, illico reſtituendis.*

23 Ratio autem differentiæ, cur immobilia dotis ſtatutum ſit ſtatim reſtitui, mobilia verò ſolum intra annum, ſeu poſt annum, varia à Doctoribus aſſignatur, plures affert, & examinat P. Barboſa *in dict. l.* 2. *in principio, num.* 1. Quamuis nulla concludens reddi poſſit, ſed id fuiſſe ita ſtatutum, quia Principi placuit, dixerint Bart. *in l. diuortio* §. *interdum n.* 2. *ff. ſol. mat.* & nonnulli à P. Barboſa *d. n.* 1. *verſ. ſed videndum* relati, & Faber *l.* 5. *C. tit.* 13. *def.* 5. *n.* 10. rationem vero fuiſſe, quia reſtitutio rerum immobilium ſit facilioris expeditionis, mobilium autem magis difficilis, tradunt Couarr. *in epitome ad quartum Decretalium de ſponſ.* 2. *part. cap.* 3. §. 9. *n.* 9. *& cap.* 6. §. 8. *n.* 24. Gomez *ad l.* 50. *Tauri, n.* 46. Fontan. *de pact. nupt. clauſ.* 7. *gloſ.* 9. *p.* 11. *n.* 2. & plures alij *d. n.* 2. relati à P. Barboſa, qui tandem *n.* 4. eandem approbat. Pro pleniori autem intellectu directæ conſtitutionis in allegato §. *exactio*, ſunt explicanda ſequentia dubia, & ſit.

Explicantur nonnulla dubia circa reſtitutionem dotis iuxta diſpoſitionem legis faciendam ſtatim ſoluto matrimonio.

Primum dubium, an quando res immobilis data eſt in dotem æſtimata æſtimatione faciente venditionem pecunia, quæ eius loco ſucceſſit, & in qua cenſetur dos conſtituta, iuxta tradita *ſup. cap.* 16. *n.* 4. ſit ſtatim ſoluto matrimonio reſtituenda, ſicut foret reſtituenda ipſa res immobilis, ſi fuiſſet data in dotem inæſtimata, vt affirmat Gamma *dec.* 123. *n.* 3. quaſi illa pecunia cenſeatur res immobilis, cum rei immobilis loco ſit ſubrogata. Sed longè verius eſt marito, vel eius hæredibus competere dilationem anni, ad illam pecuniam reſtituendam, cum verè ſit res mobilis, licet ſubrogata loco rei immobilis. Ita poſt plures alios P. Barboſa *in l.* 2. *in princ. n.* 1. & latius probatur *infrà cap. ſequenti, n.* 111. vbi & fundamentis Gammæ reſpondetur. 24

Secundum dubium, ſi dos ſit conſtituta, & tradita in pecunia marito, vt emeret fundum vxori proprium, ſi non emit. An vxor eo mortuo poſſit ab hæredibus eiuſdem mariti ſtatim non expectato anno eandem dotem in pecunia datam exigere. Affirmat Paponius arreſtorum *l.* 15. *tit.* 14. *arreſto* 1. *verſ.* 2. *præſuppoſito.* Quia hoc caſu pecunia eſt tradita loco fundi, ſeu pro fundo ipſi vxori, ſeu pro ipſa vxore emendo, & ita quoad reſtitutionem iuxta fundi naturam reſtituenda eſt, & hoc idem colligitur ex Fabro *l.* 5. *C. tit.* 8. *defin.* 7. *verſ. ex eo namque.* Qui in Scholio *n.* 10. confirmat ex eo, quod pecunia deſtinata in prædiorum emptionem cenſetur quid immobile, *arg. l.* 3. *C. arbitrium tutelæ*, & probaui latè *tom.* 2. *mor. var. tit.* 6. 25

Item ſi dos à principio ſit conſtituta in pecunia numerata, ſed poſtea conſtante matrimonio ſit (vt ſæpe ſit, & fieri poteſt, ſi vxori ſit vtile, *l. ſi conſtante cum l. ſeq. ff. de iure dot.*) empta res immobilis tunc etiam reſtitui debet, non poſt annum, ſed à die ſoluti matrimonij, ſicut reſtituuntur bona immobilia in dotem data. Ita Faber *d. defin.* 7. *in princ.* & Fontan. *d. p.* 11. *n.* 9. Nam reſtitutionis potius quam conſtitutionis tempus putandum eſt, vt notat idem Faber, cum quæritur an in pecunia in incorporalibus dos conſiſtere videatur. 26

Addit idem Faber *eadem defin.* 7. quod ſi mulieri, cui pecunia debebatur, res immobilis loco, ſeu nomine pignoris ſit hypothecata, ac obligata cum traditione poſſeſſionis, rem ipſam ſibi pignoratam dederit in dotem, ſi antequam debitor pecuniæ illam ſoluerit, & rem illam immobilem loco pignoris conſignatam redemerit, & maritus deceſſerit, dotem eſſe ſtatim ſoluto matrimonio reſtituendam, quia cum hypotheca ſubſiſtat, & in re immobili, quatenus ſpectet ad maritum, videtur ſecundò data in dotem res immobilis, & conſequenter reſtitutio facienda eſt ſtatim poſt diſſolutum matrimonium. 27

Vxor ſoluto matrimonio, an propria authoritate poſſit apprehendere poſſeſſionem rerum immobilium dotalium?

26 Tertium dubium, an ſoluto matrimonio per mortem viri, vxor propria authoritate poſſit capere, ſeu occupare poſſeſſionem rerum immobilium dotalium, ſeu quæ datæ ſunt in dotem inæſtimatæ, an verò debeat capere de manibus hæredum mariti, eſſe capiendam de manibus hæredum ſoluto matrimonio per mortem viri, vel de manu ipſius mariti, ſi matrimonium iuxta leges antiquas ciuiles diuortio ſolueretur, tradit Fontanell. *de pact. nupt.d.cl.7.gloſſ.3.p.11.n.29.* quia maritus, inquit, eſt verus, & legitimus poſſeſſor fundorum dotalium, cuius poſſeſſio continuatur in eius hæredibus, qua poſſeſſione maritus ipſe, vel eius hæres ſpoliari, & priuari non debet ſine iuris cognitione, cum poſſit idem vir, & conſequenter eius hæres habere iura, quæ ei tribuant retentionem, & cauſas allegare, ob quas non tenebitur reſtituere. Addit idem Fontan. prædicta procedere, ſi conſtaret de legitima cauſa, ob quam maritus deberet res dotales retinere, alias ſecus. Et hoc idem videtur ſentire Molina *de iuſt. tr.2. diſp.322. num.2. & diſp.442.n.1.*

27 Verùm contrarium, & ſoluto matrimonio vxorem fundorum dotalium poſſeſſionem poſſe propria authoritate occupare, ſentiunt Hieron. Gabriel *conſ. 34. l.1.* Peregrin.*deciſ.*130.*n.*2.Faber *l.5.C.tit.*13.*definit.*4. *verſ. in qua contentione*, & plures alij à Peregrino, & alij *cap. præcedenti, n.* 106. allegati. Quia per mortem mariti ſoluto matrimonio dominium fundi dotalis plenum, & quoad proprietatem (quod etiam ſemper penes mulierem manſiſſe ſuprà *cap.16.n.52.* probatum eſt,) & quoad ius adminiſtrandi, & fruendi fructibus ipſo iure in mulierem transfertur, *l. in rebus, C. de iure dotium*, & ibi communiter Baldus Nouellus *de dote part.*8.*priuileg.*6.Rendina alios allegans *in prompt. receptarum tit. de dotibus num.*6. & alij quos latè refert Auguſtin. Barboſa *collect. ad d.l.in rebus*, ac proinde ſoluto matrimonio non eſt opus, vt à marito, vel eius hæredibus vxori reſtituantur, iuxta *dict.leg. in rebus, & etiam dicto cap.*16. *eodem num.*52. *poſt medium*, notatum eſt. Confirmat Faber, quia cum bona immobilia dotalia ſtatim ſoluto matrimonio ſint reſtituenda, iuxta diſpoſitionem Iuſtiniani *in d. §. exactio*, nulla in eo ſit iniuria marito, aut eius hæredibus, ſi pro reſtitutis habeantur, & videtur circuitus, qui non tantum vxori, ſed etiam ipſi marito, eiuſve hæredibus incommodus eſſet, ac diſpendioſus. Et licet bona mariti propria pro dote hypothecata ſoluto matrimonio capere non poſſit propria authoritate, vt *n. ſequenti*, longe tamen diuerſa ratio eſt de his tantū hypothecatis, ac de ipſis rebus dotalibus, ſeu in dotem datis ſoluto matrimonio extantibus penes maritum, eiuſve hæredes poſt diſſolutum matrimonium, vt conſtat ex *d.l. in reb.* iuxta quam pro rebus iiſdem dotalibus ſoluto matrimonio vxori tanquam dominæ competit rei vindicatio, de quo etiam *ſup.cap.*16.*& præcedenti cap.*18.Porro ratione priuilegij marito in reſtitutione dotis competentis, ne egeat, ſi ſoluto matrimonio per diuortium iuxta leges ciuiles conſtaret de illius inopia, poſſet retinere res dotales, quatenus pro eius alimentis eſſet neceſſarium, *vt ſup.cap.*11.*n.*102. dictum eſt.

Vxor ſoluto matrimonio rerum mariti propriarum, quas pro ſua dote habet hypothecatas poſſeſſionem an poſſit propria authoritate capere?

Vtrum autem ſi marito data ſit dos conſiſtens in pecunia, ſeu in re conſiſtente in numero, pondere, vel menſura, vel ſi in aliis rebus immobilibus, vel mobilibus, vel ſe mouentibus, quæ tempore ſoluti matrimonij non extent apud maritum, eiuſve hæredes, poſſit bonorum mariti, quæ habebat pro ſua dote hypothecata, poſſeſſionem propria authoritate capere, & retinere loco pignoris, donec ſibi dos reſtituatur, communis opinio per textum *in l. dotis actio, Codice ſoluto matrimonio*, tradit, vxorem quantumvis priuilegiatam in dote ſua non poſſe bona mariti pro dote hypothecata per illius hæredes poſſeſſa propria authoritate occupare, illorumve poſſeſſionem ingredi (niſi in ipſa cōſtitutione dotis cum obligatione illius reſtituendæ interueniſſet ex parte mariti clauſula conſtituti, per quam poſſeſſio bonorum dotalium, & aliorum mariti bonorum pro dote obligatorum translata in mulierem, eiuſve hæredes intelligitur, *leg. quod meo ff. de acquir. poſſ.*) ſed debere ingredi poſſeſſionem de conſenſu hæredum, vel illis citatis authoritate iudicis in illorum poſſeſſionem immitti. Minus enim iuris habet mulier in bonis mariti propriis pro dote hypothecatis, quàm in rebus dotalibus, quarum proprietas pertinet ad maritum, *dict. leg. in rebus Codic. de iure dotium*, vt *numero præcedenti* notatum eſt, & notauit prius Faber *dict. definitione* 4. in Scholio *numero* 10. *& definitione* 10. *eiuſdem titul.* 13. pariter in Scholio *numero ſecund.* ita ſcribentes *in dict. leg. dotis actio*: alij à Peregrino *dict. deciſione* 130. *numero ſecund.* relati: idem Peregrinus *ibidem*, Faber *dict. definitione* 4. *& definitione* 10. Fontanella *dict. numero* 29. & Molina *dict. diſputatione* 320. *num. ſecund. & dict. diſputatione* 442. *num. prim.* Qui tamen addit interim dum dos ei ab hæredibus mariti non reſtituitur, poſſe vxorem retinere domum, in qua ſimul cum viro habitabat, & bona omnia intra illam reperta: id quod conſtat ex notatis *cap. præcedenti num.*106. & Doctoribus *ibidem* allegatis. Quod ſi illa bona pro dote hypothecata vacent non poſſeſſa ab hæredibus eiuſdem mariti, cuius nulli ſint hæredes, tunc permiſſum eſt vxori propria authoritate illorum poſſeſſionem capere, & ex iure pignoris pro reſtitutione ſuæ dotis retinere, cum nemini faciat iniuriam, ſi nemo poſſideat, nemoque ſit, qui prohibeat, vel prohibere poſſit; ſicque non detur aliqua tumultus occaſio, quæ ſola facit, ne alicui permittatur ſibi ius dicere, *leg. non eſt ſingulis* 186. *ff. de reg. iur. l. extat, & leg.* 13. *ff. quod metus cauſ.* ita cum aliis Peregrinus *d. n.*2. & Faber *d. defin.*10. apud quem plura de hac re, quæ apud eundem videnda omitto. 28

Fructus rerum dotalium immobilium à marito ante matrimonium, conſtante matrimonio percepti vxori reſtituendi, an ſtatim ſoluto matrimonio illi debeant reſtitui vnà cum ipſis rebus immobilibus?

Quartum dubium. An fructus ex fundo dotali, ſeu rebus immobilibus datis in dotem inæſtimatis ante matrimoniū, vel conſtante matrimonio, vel poſt ſolutum à marito, vel eius hærede percepti ad vxorem ſpectantes ſtatim ſint vxori eidem reſtituendi, ſicut ſtatim 29

tim debent reſtitui eædem res immobiles dotales, an vero maritus, eiuſve hæres habeat annalem dilationem legalem pro illorum reſtitutione, ſicuti habet pro reſtitutione aliarum rerum mobilium dotalium. Et quidem quoad fructus ante contractum matrimonium perceptos à ſponſo, cui ante celebratum matrimonium poſt ſponſalia fuerint traditæ res immobiles, vel mobiles naturaliter frugiferæ, etſi aliqui à Campegio *de dote p. 2. quæſt. 199.* relati, voluerint eſſe ſtatim reſtituendos, cum augeant dotem vel ex natura dotis, quæ ſit ius vniuerſale iuxta tradita *ſuprà cap. 1. num. 54.* vel ſaltem ex tacito pacto, iuxta tradita *eodem cap. 1. n. 55.* & de augmento dotis idem ſit iudicandum, quod de ipſa dote, *l. etiam, Cod. de iure dotium l. inter ſocerum §. cum inter ff. de pactis dotal.* ſicut ipſæ res dotales immobiles ſunt vxori reſtituendæ ſtatim poſt ſolutum matrimonium, ita etiam fructus ex iiſdem percepti & ad vxorem ſpectantes ſunt ſtatim ſoluto matrimonio reſtituendi. Nihilominus hæredes mariti ad reſtituendum eoſdem fructus rerum immobilium dotalium à marito perceptos ante matrimonium celebratum habere dilationem annalem legalem à die ſoluti matrimonij, ſicut habent ad reſtituenda alia mobilia in dotem marito data, dictum eſt *ſupra dicto cap. 1. num. 62. in fine,* & tradunt Baldus Nouellus *ibidem* allegatus, Campegius *dicta quæſt. 199.* Mantica *de tacitis & ambiguis conu. lib. 12. titulo 31. n. 5.* & Petrus Barboſa *in l. diuortio §. non ſolum n. 10. ff. ſoluto matrim.* Et ratio eſt, quia præfati fructus vel ex natura dotis quæ ſit ius vniuerſale (vt ſentiunt Doctores *d. cap. 1. n. 54.* relati) vel ex quodam tacito pacto (vt dictum eſt eodem *cap. 1. n. 55.* & ſentiunt Doctores *ibid.* allegati) conuertantur in dotem, & ſic ſint dotales, de iiſdem fructibus quoad reſtitutionem ſoluto matrimonio idem dicendum eſt, quod de reſtitutione dotis conſiſtẽtis in rebus mobilibus, ad quorum reſtitutionem poſt ſolutum matrimonium permittitur dilatio annalis *d. §. exactio l. vnica Cod. de rei vxoria actione.* Neque obſtat illud, quod de augmento dotis idem ſit dicendum, quod de ipſa dote, nam id intelligendum ita, ſcilicet vt ſi dos ab initio data eſt in re mobili, permittitur reſtitutio intra annum à diſſolutione matrimonij, ita etiam dotis augmentum in rebus mobilibus conſiſtens, non vero intelligitur, vt ſi dos in fundo conſiſtens ſit tradita marito ante celebratum matrimoniũ, & fructibus fundi ante contractum matrimonij aucta, debeat augmentum, ſicut & fundus ipſe reſtitui ſtatim ſoluto matrimonio, quia licet fructus dotem augeant, non tamen augent fundum, ſed ſunt res mobiles, & ſic quoad reſtitutionem diuerſa eſt legis diſpoſitio. Idem quod de fructibus rerum dotalium immobilium ante celebratum matrimonium perceptis, dicendum multo magis eſt de fructibus rerum mobilium frugiferarum pariter ante matrimonium celebratum à marito perceptis, nempe ad illos reſtituendos annalem dilationem hæredibus mariti permiſſam eſſe, vt expreſsè P. Barboſa *d. n. 10.* & probat ratio adducta.

30 Quoad fructus ex rebus mobilibus dotalibus ſoluto matrimonio perceptos, an ſtatim debeant reſtitui vxori ſicut eædem res immobiles, an vero ad illos reſtituendos maritus eiuſve hæres habeat dilationem anni permiſſam ad reſtituendas res mobiles dotales, reſolutio pendet ex eo, an iidem fructus augeant dotem, an verò debeantur vxori vt acceſſorij, ſeu acceſſiones dotis: ſuppoſito enim quod non augeant dotem nec illius pars cenſeantur, conueniunt Doctores ad illos reſtituendos non permitti dilationem anni conceſſi pro reſtitutione rerum mobilium, ſed ſtatim à die ſoluti matrimonij eſſe reſtituendos, quia cum non ſint dos, licet actione dotis poſſint peti (vt ex traditis *ſupra dicto cap. 1. n. 55. & ſequentibus, & cap. præced. n. 35.* conſtat) conſtitutio Iuſtiniani *in d. §. exactio* de dilatione annali ad reſtituendam dotem conſiſtentem in mobilibus non poteſt habere in eorundem fructuum reſtitutione locum: ita expreſsè Mantica *d. tit. 31. num. 3.* & idem *n. 6.* quatenus tenet ad eoſdem fructus reſtituendos dari annalem dilationem, quia iuxta ipſum eodem *n. 6. & alios ibidem* ab eo allegatos, iidem fructus rerum immobilium dotalium ſoluto matrimonio augent dotem, quod & tradunt plures alij *d. cap. 1. n. 54.* relati.

31 Igitur ad eoſdem fructus ſoluto matrimonio perceptos ex rebus dotalibus immobilibus maritum, aut eius hæredem habere annum à die ſoluti matrimonij ſentiunt Paulus de Caſtro, & Alexander à Mantica *d. n. 6.* relati, Campegius *d. q. 199.* Mantica *eodem numero 6.* Stephanus Gratianus *tom. 4. cap. 610. num. 16.* & prius Gloſ. *in lege diuortio, §. interdum, verba reddet ff. ſol. matrim.* Probat Mantica, quia hi fructus rerum dotalium percepti ſoluto matrimonio augent dotem, & conſequenter ſunt dotales, dotiſve pars *lege ſi marito §. vltimo ff. ſolut. matr.* vbi dicitur mulierem minorem dotem intelligi recepiſſe, quando fructus poſt diuortium percepti ei non reſtituuntur, & conſequenter innuitur, quod in dotem conuertantur, hocque tradunt Doctores *ſup. d. cap. 1. num. 54. & 56.* allegati per iura *ibid.* adducta: cum ergo ij fructus ſint dotales & res mobiles, de illis quoad reſtitutionem idem ius erit, quod de aliis rebus mobilibus dotalibus, ad quas reſtituendas marito, & eius hæredibus permittitur annus à die matrimonij ſoluti *d. l. vnic. §. exactio C. de rei vxoria act. in quo §. exact.* licet ſtatuat Iuſtinianus fructus rerum immobilium dotalium perceptos ex tempore ſoluti matrimonij vxori eſſe reſtituendos, non tamen ibi dicitur illicò eſſe reſtituendos ex tempore ſoluti matrimonij, ſicut in verbis antecedentibus dicitur de ipſis rebus dotalibus immobilibus, ideóque, inquiunt Campegius, Mantica, & Gratian. poteſt intelligi intra annum, ſicut de rebus dotalibus mobilibus *ibid.* diſpoſitum eſt.

32 At contrarium, & eoſdem fructus poſt diuortium ſeu ſolutum matrimonium perceptos debere ſtatim ex tempore diſſoluti matrimonij vxori reſtitui dictum eſt *ſupra dicto cap. 1. n. 62.* & tenuit Baldus Nouellus *loco ibidem allegato, & in l. 1. n. 8. ff. ſol. matr.* Et probatur oppoſito argumento, ſcilicet quia iidem fructus non augent dotem, ſed tantum actionem de dote, vt latè probatum eſt *d. cap. 1. n. 55. 57. 58. & 62.* & ſentiunt Doctores iiſdem numeris allegati, *& d. n. 62.* in ſpecie probatum eſt, hos fructus non augere dotem nec partem dotis eſſe, quia alioqui maritus vel eius hæres annum poſt ſolutum matrimonium ad illos mulieri reſtituendos haberet, quod tenderet in damnum mulieris, cum non poſſet illos habere in continenti, ſed tantum poſt annum; cum tamen diſpoſitio *in dicta lege ſi marito d. §. vltimo,* tendat in fauorem mulieris, non in damnum, vt *dicto cap. 1. n. 58. & d. num. 62.* notatum eſt.

33 Quoad fructus rerum immobilium dotalium à marito perceptos conſtante matrimonio vxoris reſtituendos, vt ſunt fructus percepti à marito, qui non ſuſtinuit onera matrimonij, iuxta tradita *capite ſequenti numer. 9. & 16.* Mantica *de tacitis, & ambiguis conu. lib. 11. tit. 19. num. 17.* P. Barboſa *in lege ſi ante, num. 3. verſiculo neque etiam obſtat,* Stephanus Gratianus *tom. ſecund. cap. 244. num. 17.* & Fontanella *de pact. nupt. clauſ. 6. gloſſa 2. p. 1. numer. 12.* Cum per textum *in dicta lege ſi marito §. fin. ff. ſoluto matrim.* ſentiant hos etiam fructus augere dotem, in dotemve conuerti, ſicque eſſe dotales, ex conſequenti ſentiunt

ad illos vxori ſoluto matrimonio reſtituendos competere marito, vel eius hæredi dilationem annalem conceſſam *in d.* §. *exactio* ad reſtituendam dotem conſiſtentem in rebus mobilibus; verum quia *d. lex ſi marito* loquitur in fructibus perceptis ante contractum matrimonium iuxta tradita *ſupra cap.* 1. *num.* 55. fructus etiam conſtante matrimonio percepti (qui & pro oneribus matrimonij deſtinati ſunt) non augent dotem niſi quoad actionem dotis, vt eodem *cap.* 1. *num.* 62. notatum eſt, & ſic ſtatim ſoluto matrimonio vti minimè dotales, ſed acceſſiones dotis debent vxori reſtitui vnà cum ipſis rebus immobilibus dotalibus.

34 Fructus à mario, eiuſve hærede ex rebus mobilibus dotalibus naturaliter frugiferis ſoluto matrimonio percepti intra annum dilationis legalis ad res dotales reſtituendas conceſſum an pertineant ad vxorem, & ſi pertineant, quando illi debeant reſtitui agitur *capite ſequenti à num.* 112.

Impenſas in rebus dotalibus factas neceſſarias vel vtiles, vel voluptarias, an & qua ratione poſſit maritus, vel eius hæres ſoluto matrimonio petere, dum res ipſæ vxori reſtituuntur.

35 Quintum dubium, an in reſtitutione eorumdem bonorum immobilium dotalium poſt ſolutum matrimonium facienda impenſæ neceſſariæ in iiſdem bonis dotalibus à marito factæ ſint eidem marito, eiuſve hæredi compenſandæ. Reſpondetur affirmatiuè, vt conſtat ex *lege quod dicitur ff. de impenſis in rebus dotalibus factis*, & aliis iuribus ſuprà *cap.* 1. *num.* 20. adductis, & ex *lege vnica* §. *Taceat, Codice de rei vxoriæ actione*, in quibus habetur impenſis neceſſariis in rebus dotalibus factis minui dotem. Quomodo autem eædem expenſæ minuant dotem, & non corpora dotalia, vt iiſdem textibus dicitur, latiſſimè eodem *cap.* 1. *à num.* 6. *ad* 53. explicatum eſt, vt non ſit opus aliquid addere: Aduertendum autem impenſas neceſſarias à marito in rebus dotalibus factas illi compenſandas eſſe etiamſi maritus illas fecerit ex fructibus perceptis ex rebus ipſis dotalibus; nam cum illi ſint ſui, expenſas neceſſarias factas ex ſuo poteſt recuperare, vt poſt Pariſium *conſil.* 55. *num.* 23. *lib.* 3. & Valaſcum *de emphyt. quæſt.* 25. *ad med.* Petrus Barboſa *in lege diuortio*, § *fin. n.* 68. *verſ. vltimo amplia.*

36 Vtiles etiam expenſas iuxta textum *in d.* §. *taceat verſ. ſed nec ob impenſas, & in lege diuortio* §. *fin. ff. ſol. matr.* poteſt maritus, eiuſve hæres recuperare, ſi ſint factæ de conſenſu, & voluntate vxoris, vel ſi vxor ſit diues, quod poſſit commodè ſoluere. Ita etiam ſcribentes *in d.* §. *taceat*, Gomez *ad leg.* 50. *Tauri n.* 5. P. Barboſa *d. n.* 68. *verſ. nunc ex ordine, & in fine eiuſdem num.* 68. qui *ibidem* conſtituit regulam, ſcilicet vtiles impenſas poſſe deduci & peti per maritum, & poſſe non ſolum deduci iure retentionis, ſed etiam traditas repeti, & idem habet Caldas Pereira *de empt. & vendit. cap.* 27. *num.* 73. Quamuis Mantica *de tacitis, & ambiguis conu. lib.* 12. *titul.* 31. *num.* 3. *verſ. plurimum autem*, dicat iuxta textum *in d.* §. *Taceat*, propter impenſas vtiles retentionem non habere locum. Verum cum *d.* §. *Taceat d. verſ. ſed nec ob impenſas, & d. l.* §. *final.* dicatur, quod huiuſmodi impenſæ vtiles marito pariunt actionem, & in eodem *verſ. ſed nec ob impenſas*, dicatur has expenſas marito adſeruari, videtur ei conceſſa deductio illarum iure retentionis, & non via repetitionis.

Res autem dotales, ſeu dotem ex prætextu, quod vxor (exceptis dictis expenſis neceſſariis, & vtilibus in iiſdem rebus dotalibus factis) aliquid ei debeat, non poſſe maritum retinere, ſed tantum actionibus competentibus repetere, per Textum *in d.* §. *Taceat verſ. ſed nec retentio ob res amotas*, tradunt ibi ſcribentes, Gloſſa *in lege* 1. *verbo ſemper ad finem, & lege diuortio* §. *ob donationes ff. ſoluto matrimonio.* Mantica *de ambiguis, & tacitis conu. lib.* 11. *titulo* 16. *num.* 7. Baldus Nouellus *de dote p.* 8. *priuil.* 1. Neguſantius *de pign. p. quinta membr.* 1. *num.* 36. Petr. Barboſa *in dict. l. diuortio d.* §. *ob donationes num.* 1. *& ſeqq.* & alij ad eodem P. Barboſa *num.* 1. *verſ. ſed aduerſus hanc, & num.* 3. *verſ. inuenio tamen* relati. An autem in eodem §. *Taceat*, cenſeatur prohibita compenſatio prætextu debiti, cum ibi prohibeatur generaliter in dote retentio, & qui compenſat, retineat *lege* 4. *ff. de compenſationibus*, idem Barboſa *dicto num.* 1. *verſ. ſed aduerſus, & d. n.* 3. *d. verſic. inuenio tamen*, refert Doctores tenentes eſſe prohibitam, *numero vero* 2. *verſ. item igitur*, refert tenentes non eſſe prohibitam, quam *num.* 3. *verſ. ſed non eſt recedendum*, dicit eſſe communem ſententiam, & ab ea non recedendum, illamque pluribus probat, & adductis in contrarium reſponder, ad quem remittitur, qui plura deſiderat.

Voluptuarias autem expenſas in rebus dotalibus factas maritus non poteſt repetere *d.* §. *Taceat, verſic. quod ſi voluptariæ*, & notant Gomez *in d. l.* 50. *Tauri num.* 51. Menochius *de recup. poſſeſſ. remedio* 15. *n.* 535. P. Barboſa *in dicta lege diuortio* §. *fin. num.* 89. *fine, & num.* 90. & alij ab iiſdem relati. Nec poſt eas expenſas maritus repetere etiam de conſenſu vxoris factas, vt expreſsè dicitur *d. verſ. Quod ſi voluptuariæ*, & poſt Gloſſam *in d.* §. *Taceat, verbo licet*, & alias notant iidem Doctores, præſertim Menochius, & Barboſa, quod (vt ipſi aiunt) eſt in marito ſpeciale; nam vltra maritum ſi quis fecerit impenſas voluptuarias de voluntate Domini, vel dominus poſtea ratum habuerit, is habebit actionem aduerſus dominum ad obtinendas impenſas voluptuarias *lege* 3. §. *ſed ſi mutua ff. de in rem verſ. l. denique* §. *idem Labeo in fine ff. mandati*, Menochius & Barboſa *locis allegatis*, ſecundum quos ratio ſpecialitatis in marito eſt, quia ſi ex voluntate vxoris daretur actio aduerſus maritum, redderetur dotis conditio deterior, quod mulier etiam propria voluntate facere non poteſt, vt ſæpius in capitibus præcedentibus notatum eſt, & dicitur *l. de die ff. de pactis dotalibus.* Poterit maritus illas expenſas voluptuarias (ſi ſine notabili detrimento rei & mutuatione prioris ſtatus fieri queat) abradere, ſeu auferre, vt tradunt Gomez *d. n.* 51. P. Barboſa *d. n.* 90. & Neguſantius *de pignor. p.* 5. *membr.* 4. *n.* 8. & in ſimili notat etiam Gloſſa *in l. ex duobus, verbo non habere ff. de negotiis geſtis.* 37

Si res dotalis conſtante matrimonio effecta ſit deterior, vel perierit, ſoluto matrimonio, ad quid maritus, aut eius hæres teneatur.

Sextum dubium, an ſi fundus, aliave res dotalis tradita marito in dotem conſtante matrimonio culpa eiuſdem mariti effecta ſit deterior, vel perierit, ſoluto matrimonio idem maritus, vel eius hæres teneatur vxori ad æſtimationem deteriorationis, & damni. Reſpondetur, quod quemadmodum impenſas in fundo, ſeu re dotali conſtante matrimonio à marito factas neceſſarias, vel vtiles poteſt idem maritus, vel eius hæres poſt ſolutum matrimonium ab vxore repetere, vt dictum eſt, ita etiam deteriorationem earundem 38

dem rerum dotalium, damna, quæ ex eiuſdem mariti culpa conſtante matrimoniu contigerint, poſt ſolutum matrimonium debet maritus, vel eius bæres vxori reſarcire ſoluendo ei intereſſe deteriorationis, & damni: ita præter Doctores *ſupra cap.* 11. *num.* 121. *& cap.* 16. *n.* 67. 70. *&* 75. relatus tradunt ſcribentes: nihil etiam §. *licet ff. ſol. matr.* Baldus *in l. ſi ea conuentione n.* 1. *ff. de pact.* Campegius *de dote p.* 2. *quaſt.* 80. *&* 81. Hondedeus *conſ.* 77. *n.* 15. *lib.* 1. Stephanus Gratianus *tom.* 5. *cap.* 826. *n.* 72. & alij relati à Campegio qui *d. quaſt.* 81. ad qoæſtionem an damnum in re dotali ab inimicis viri datum præſumatur dictum culpa mariti, qui teneatur eiuſdem damni æſtimationem vxori reſtituere, reſpondet ex Baldo, & aliis, ſi inimicitia erit publica, damnum attribui caſu fortuito, ſi vero priuata, & propter mariti culpam cauſata, attribui damnum culpæ viri; ſi autem inimicitia fuit cauſata ſine culpa, licet Bartolus dixerit etiam hoc caſu attribui marito, quaſi propter cauſam ipſius, ipſe tamen diſtinguit, nempe quod ſi maritus ſciebat inimicitiam eſſe abſque ſua culpa, & non fecit diligentem cuſtodiam rerum, prout quilibet diligens ſciens ſe habere inimicitiam communiter feciſſet, illi adſcribitur damnum; ſi adhibuiſſet debitam diligentem cuſtodiam, nequaquam, quia contra naturalem æquitatem videretur.

Circa cuſtodiam, & adminiſtrationem rerum dotalium conſtante matrimonio de qua culpa teneatur maritus.

40 Circa autem cuſtodiam, & adminiſtrationem rerum dotalium conſtante matrimonio qua culpa maritus teneatur. Reſpondetur maritum ſecundum naturam contractus dotalis teneri de dolo, & de lata culpa, & de leui, ita quod ſi aliqua ex prædictis mariti culpa res dotalis, ſeu dos deterioretur, vel pereat, ipſe maritus tenetur ad æſtimationem damni, ſiue culpa, & damnum contingat in recuperanda, ſiue in conſeruanda, ſiue in reſtituenda dote, vt *ſupra cap.* 11. *num.* 121. notatum eſt, vbi & adducta eſt ratio, ſcilicet quia contractus dotis vergit in vtilitatem vtriuſque contrahentis, & ſic intrat regula *legis ſi vt certo*, §. *nunc videndum, ff. commodati*. Quod in contractu reſpiciente vtilitatem vtriuſque contrahentis, qui tenentur de dolo, & lata culpa, & de leui culpa, non de leuiſſima, ita etiam Doctores *d. n.* 21. allegati, & alios allegans Campeg. *de dote p.* 2. *q.* 71. 72. *&* 73. An vero ſi res immobiles, vel mobiles aut ſe mouentes datæ fuerint in dotem æſtimatæ pro certo pretio adiecto pacto, quod reſtituerentur eodem pretio, ſeu iiſdem pretiis, quibus æſtimatæ fuerunt, & tempore ſoluti matrimonij reperiatur eas culpa mariti eſſe effectas deteriores, etiam ſolum culpa leuiſſima teneatur maritus præſtare æſtimationem ab initio taxatam, actum eſt *ſup. cap.* 16. *n.* 67. An etiam ſi res dotales datæ ſint in dotem æſtimatæ pro certa ſumma addito pacto, vt ipſæmet res ſi extent ſoluto matrimonio, reſtituantur habita ratione augmenti, vel diminutionis, ſi ſoluto matrimonio extent factæ deteriores, & minoris pretij ex culpa tametſi leuiſſima mariti, teneatur maritus ſoluere æſtimationem à principio factam, explicatum eſt eodem *cap.* 16. *n.* 70. Rurſus an quando fundus datus eſt in dotem non æſtimatus æſtimatione faciente venditionem addito pacto, quod ſi ſoluto matrimonio penes maritum extat, reſtituatur, & ſi non extat, vel deterior factus fuerit, maritus reddat pretium, teneatur maritus pretium, ſeu æſtimationem reddere, etiamſi abſque ſua culpa tantum caſu fortuito non extaret, diſcuſſum eſt *eodem cap. decimoſexto n.* 75. *&* 76. & quid ſi ſolum ex culpa leuiſſima perierit, aut deterior fuerit effectus *ibidem*.

Vtrum verò maritus diligentiſſimus in rebus ſuis 41 cuſtodiendis, & adminiſtrandis teneatur etiam de culpa leuiſſima circa cuſtodiam, & adminiſtrationẽ rerum dotalium ab eo commiſſa, quia in eis adminiſtrandis non fuerit diligentiſſimus, ſicut in ſuis rebus. Poſt Gloſſam *in lege etiam* §. *primo ff. ſoluto matrimonio, & in lege in rebus ff. commodati*, affirmat Campeg. *de dote part.* 2. *dicta quaſt.* 73. id confirmat, quia quando maritus in ſuis rebus eſt diligentiſſimus, non verò in rebus dotalibus, nedum dicitur eſſe in culpa leui, vel leuiſſima circa res dotales, ſed etiam dicitur eſſe in fraude, & in dolo præſumpto, iuxta gloſſam *in lege quod nemo in verbo bis ff. depoſiti.* Imo idem Campegius *quaſt.* 74. addit non valere pactum quod maritus non teneatur præſtare illam diligentiam in rebus dotalibus, quam præſtat in ſuis, ſi fiat conſtante matrimonio, eo quod non poſſit mulier conditionem dotis facere deteriorem *lege licet, lege Attilicinus ff. de pact. dotal.* valere verò ſi pactum fiat poſt ſolutum matrimonium *lege ob res ff. de pactis, & lege contractus ff. de regulis iuris*: Gloſſam autem *in dicta lege etiam* §. *licet ff. ſoluto mat.* quæ videtur negare abſolutè tale pactum valere, intelligit quando pactum fit conſtante matrimonio.

Poſt ſolutum matrimonium, ſi maritus, vel eius hæres ſit in mora reſtituendi dotem, ſeu res dotales, tenetur de dolo, lata, & leui culpa, & etiam de leuiſſima, ac de caſu fortuito.

Si etiam maritus, aut eius hæres poſt ſolutum matri- 42 monium ſit in mora reſtituendi dotem vxori, non ſolum eum teneri de dolo, & lata ac leui culpa, ſed etiam de leuiſſima, & dolo poſt Salicetum *in lege ſemel mora num.* 4. *ff. ſoluto matrim.* Igneum *in l. contractus n.* 42. *ff. de reg. iur. ibid.* Cagnolum *n.* 58. Petr. Barboſa *in l. ſi mora p.* 2. *n.* 17. *ff. ſol. mat.* imò contra Igneum & Cagnolũ cum eodem Saliceto addit teneri etiam de caſu fortuito per textum (qui videtur ſatis clarus) *in lege ſi filiofamilias* §. *ſi poſt ff. ſol. matr.* cuius verba ſunt, *ſi poſt diuortium res dotales deteriores facta ſint, & vir in reddenda dote moram fecerit, omnimodo detrimentum ipſe praſtabit.* Hoc enim etiam cauſale dotis damnum ſtante mariti mora ſubſequitur ex peccato contra iuſtitiam, nempe ex iniuſta retentione, quæ ad rei reſtitutionem obligat. In foro tamen conſcientiæ ad nullam reſtitutionem teneretur maritus, vel hæres moroſus, ſi res eodem modo fuerat peritura apud vxorem eodem caſu fortuito, ſi ſuo tempore foret reſtituta iuxta communem Theologorum, & Summiſtarum agentium de rebus reſtituẽdis à malæ fidei poſſeſſore. Hæcque prædicta ſunt ſpecialia in marito moroſo, nam vt idem P. Barboſa *ibidem num.* 16. aduertit, debitor, qui ſecundum naturam contractus non tenetur niſi de leui culpa; ſi in mora conſtituatur, tenebitur non ſolum de leuiſſima culpa, ſed etiam de caſu fortuito, per textus *in lege quod te ff. ſi certum petat, & in l. ſi ex legati cauſa, ff. de verbo obligat.* à Barboſa adductos. Conſtituitur autem maritus abſque vlla alia interpellatione in mora quoad reſtitutionem rerum dotalium immobilium, vbi illicò poſt ſolutum matrimonium illas non reſtitui, & quoad reſtitutionem rerum dotaliũ per lapſum anni à die ſoluti matrimonij ſibi & ſuo hæredi à lege *dicta lege unica d.* §. *exactio, Codice de rei uxor.* conceſſi ad illas reſtituendas, vt Gloſſa *dicto paragrapho exactio*, & alij à P. Barboſa *vbi ſupra num.* 11. allegati, idem Barboſa *ibidem*, & communiter Doctores, & probatur etiam *capite ſequenti, numer.* 94. Neque

obſtat

obſtat, quod dictus annus ſit per legem conceſſus miſerationis gratia in fauorem mariti debitoris, & ſuccedat regula *legis quod fauore, Codice de legibus*, vt voluit Paulus de Caſtro *in dicta lege ſi mora, num.*12. Nam illud anni tempus etſi miſerationis gratia conceſſum ea mente conceditur, vt eo elapſo abſque vllo ſubterfugio maritus, vel eius hæres ſoluat, & hac ratione lapſus illius diei debitorem dotis in mora conſtituit, iuxta *d.l.exact.*

43 Aduertendum etiam quod ſi maritus, vel eius hæres poſt ſolutum matrimonium moroſus in non reſtituendo fundo dotali vxori, quæ erat parata recipere, neglexerit colere fundum, tenebitur vxori etiam de fructibus, vt ex *lege ſi mora fine, ff. ſoluto matrimonio*, colligit Campegius *de dote parte* 2. *quæſt.*69. Nam dum ibi (*vt mox numero ſequenti*) dicitur, quod maritus, qui vxori obtulit rem immobilem dotalem, & illa fuit in mora recipiendi, liberatur à culpa, & à caſu fortuito, innuitur etiam, quod tunc exoneratur à cultura fundi dotalis, quem alioqui fuiſſet obligatus colere, ſi non obſiluiſſet, cum negligentia circa culturam ſit culpa leuis, ergo maritus ſi non obtuliſſet vxori, cum tunc maritus moroſus teneatur de culpa leui, imò etiam de leuiſſima, iuxta tradita *numero præcedenti*, ob neglectam culturam fundi dotalis tenebitur ipſi mulieri de fructibus.

Si vxor ſoluto matrimonio fecit moram in recipienda dote ſibi obligata, maritus tenebitur tantum de dolo, & lata culpa; & qua ratione vxor in mora recipiendi conſtituatur.

44 Quod ſi maritus ſoluto matrimonio vxori obtulerit tempore debito, & opportuno dotem ſiue in rebus mobilibus, vel immobilibus, aut in pecunia conſiſtentem, & illa recuſauerit recipere, ſeu in eadem dote recipienda moram fecerit, à tempore, quo eam obtulit, maritus pro dote, rebuſve dotalibus non tenebitur de caſu fortuito, neque etiam de culpa leui, ſed tantum de dolo, & lata culpa, quæ dolo æquiparetur, conſtat ex *dicta lege ſi mora, ff. ſoluto matrimonio*, cuius verba ſunt: *Si mora per mulierem fuit, quominus dotem reciperet dolum malum dumtaxat in ea re, non etiam culpam præſtare debet, ne facto mulieris in perpetuum agrum eius colere cogatur. Fructus tamen, qui perueniſſent ad virum, redduntur.* Ita etiam Campegius *de dote parte ſecunda quæſtione* 67. & poſt alios communiter Petrus Barboſa *in dicta lege ſi mora, parte ſecund. numero* 11. *cum pluribus ſequentibus.* Nam etſi maritus ſecundum naturam contractus dotalis teneatur in rebus dotalibus de dolo, lata culpa, & leui, vt ſupra probatum eſt, tamen propter dictam moram vxoris liberatur à prædicta obligatione, & tenetur tantum de dolo; vnicuique enim mora ſua nocet. Cum verò mora mariti in reſtituenda dote augeat eius obligationem, vt teneatur de leuiſſima, & etiam de caſu fortuito, vt *numero* 42. dictum eſt, mora verò vxoris non minuat eiuſdem mariti obligationem, vt nec de culpa leui teneatur, Petr. Barboſa *num.*16. *verſic. ſed reſpondendum*, rationem eſſe ait, quod mora creditoris minus odioſa eſt, cum differat accipere quod ſuum eſt: ex parte vero debitoris magis odioſa eſt, cum domino inuito retineat alienum, & ideò mora creditoris cenſetur culpa, iuxta Gloſſam *in dicta lege ſi mora*: mora autem debitoris cenſetur dolus *lege dolus eſt, ff. mandati*: & ideo mora debitoris grauius punitur, quam mora creditoris. Et quamuis aliqui ab eodem Petro Barboſa *numer.*12. relati opinati ſint ob mulieris moram liberari maritum etiam à culpa leui, ſi dos oblata ſit conſiſtens in pecunia, tamen illos reprobat eorum fundamentis reſpondens idem Petrus Barboſa *dict. n.*12. *cum pluribus ſequentibus*, ad quem recurrat curioſus Lector: cum enim ſit res, quæ vix in praxi contingat, vlteriore explicatione non eſt opus. Solum aduertendus finis *dictæ legis ſi mora*, nempe quod fructus fundi dotalis à tempore moræ mulieris percepto maritus non lucratur, ſed vxori reſtituere debet: quod Bartolus, & alij ſcribentes ibi tradunt, & Campegius *dicta parte ſecunda, quæſtione* 68. qui hac de re latius.

Qua autem ratione mulier per oblationem dotis à marito factam conſtituatur in mora illam recipiendi, poſſe alios declarant Campegius *dicta ſecunda p. de dote quæſt.* 70. & latius P. Barboſa *in dicta lege ſi mora, parte ſecund. à numer.* 45. à Menochio *conſil.*952. *præſertim à numer.*28. & cenſetur mulier conſtituta in mora, quando res dotalis oblata fuit ei actu, & realiter conſignata, ſi talis erat res, quæ poterat conſignari, quales ſunt res mobiles inanimatæ, vt notat Petrus Barboſa *dicta p.*2. *num.*50. eo quod conſignare propriè ſignificet quid includi in ſacco ſigillis conſignato (vt idem Barboſa *ibid.*) quod non cadit in re immobili, neque etiam mobili animata, & ſe mouente; regulariter enim vbi requiritur oblatio, non ſufficit verbalis, ſed requiritur realis, vt iuribus allegatis Campegius *dicta quæſt.*70. Menochius *dicto conſ.* 972. *numer.*28. & Petrus Barboſa *numer.*45. & *dicto numer.* 50. vbi cum dos conſiſtit in rebus mobilibus animatis aſſerit non ſufficere oblationem verbalem, ſed etiam requiri diſpoſitionem, quæ in illis cadit, *lege prima paragrapho qua depoſitis, ff. depoſiti, num.*51. addit ſufficere oblationem verbalem, ſi mulier, & quiuis creditor expreſsè recuſet oblationem, dicens ſe velle rem ſibi debitam recipere; eo quod tunc verbalis oblatio tranſit in realem, quia fruſtra exigeretur præſentia rei oblatæ, quam creditor dicit ſe nolle recipere, & idem poſt alios tradit Menochius *dicto conſ.*952. *num.*20. ſi creditor expreſsè recuſet accipere, nulla iuſta cauſa expreſſa. Si autem creditor pecuniam debitam à debitore oblatam accipere recuſet allegando iuſtam cauſam recuſationis, tunc oblationem non liberare debitorem, ſed neque depoſitionem, poſt alios tradit idem Menochius *num.* 21. Quod ſi creditor facta oblatione verbali taceret, taciturnitatem poſt oblationem non ſufficere ad conſtituendum creditorem in mora, tradit idem Petrus Barboſa *num.*54. Sola enim taciturnitas in præiudicialibus non debet nocere tacenti, etſi eandem taciturnitatem creditoris ſufficere, vt debitor offerens liberetur à mora, ſentit idem Menoch. *dicto conſilio* 952. *numer.* 19. ad id allegans Bartolum *in lege Prætor ait, §. paratus in fine, ff. de oper. nunt.* Cephalum *conſil.* 207. *numer.* 58. & *ſeq.* Felin. *in dicta lege ſi mora, numer.* 9. *fine ff. ſoluto marimonio.* Quod ſi dos conſiſtat in fundo, ſiue in re immobili, in quam non poteſt cadere conſignatio, aut depoſitio, vt mulier conſtituatur in mora, & maritus poſtea teneatur ſolum de dolo, non culpa leui, de caſu fortuito ſufficiet, quod maritus verbaliter vxori offerat rem immobilem dicens ſe habere illam paratam ſolutioni, itavt vxor poſſit illius capere poſſeſſionem, & dominium omni modo, & ſine vlla conditione: ita poſt alios Campeg. *dicta quæſt.*70. & Petrus Barboſa *in dicta lege ſi mora, parte ſecund. numer.* 48. & 49. vbi ait huiuſmodi oblationem verbalem debitoris dicentis, & proteſtantis, ſe paratum rem tradere, vel dantis creditoris licentiam accipiendi illius poſſeſſionem propria authoritate, habere vim conſignationis & diſpoſitionis, & ſic liberare debitorem caſu fortuito

fortuito, & culpa leui, ſed hac de re plura poſſunt videri apud eundem Petr. Barboſam *d.p.2.n.46. & ſeq.*

Dilatio annalis legalis ad reſtituendam dotem ſoluto matrimonio marito, & eius hæredi conceſſa, an illis competat, ſi reſtitutio ſit facilis & parata.

46 Septimum dubium, an dilatio anni à ſoluto matrimonio marito, & eius hæredi *dicta lege vnica §. exactio Cod. de rei vxoria actione*, conceſſa ad reſtituendam dotem conſiſtentem in pecunia, rebus mobilibus, vel ſe mouentibus, & in rebus incorporalibus ſeu iuribus, nominibuſve debitorum, habeat locum, etiamſi à marito, vel eius hærede (puta quia ſint diuites, vel mobilia in dotem data extent) reſtitutio ſtatim ſoluto matrimonio facilè, & ſine eorum damno fieri poſſit, an verò ceſſet dilatio annalis, ſi ſtatim facilis ſit eis eiuſdem dotis in mobilibus conſiſtentis reſtitutio. Prædictam dilationem annalem competere marito & eius hæredi licet diuitibus, & quibus facilè ſit pecuniam dotalem, & mobilia in dotem data, & tempore ſoluti matrimonij extantia reſtituere, ſentiunt Iaſon *in §. fuerat num.18. inſtitut. de actionibus*, Campegius *de dote part.3. quæſt.200.* Petr. Barboſa *in lege 2. in principio num.3.* Antonius Faber *libro quinto Codic. titul. 13. definit.6. ex definitione ſui Senatus Sabaudiæ.* Fontanella *de pactis nupt. clauſula 7. gloſſa 3. part. 11. num.11.* & plures alij Iuriſperiti à Campegio, & Petr. Barboſa relati. Quorum ſententia probatur primò ex generalitate *dicti paragraphi exactio*, etſi Iuſtinianus reſtitutionem ſtatim faciendam ſenſiſſet, quando pecuniæ dotalis, cuius reſtituendæ facultatem maritus aut eius hæres quia diues, ac pecunioſus, haberent, vel mobilium dotalium extarent, facilis eſſet reſtitutio, nihil vetabat eum id exprimere, vt idem Iuſtinianus argumentatur *in lege vnica paragrapho ſin autem ad deficientis Codice de caduc. tollen.* Imò non ita ſenſiſſe, videtur ſatis conſtare *ex eodem paragrapho exactio*, cum ibi dicatur, res incorporales in dotem datas, ſcilicet iura, & actiones niſi poſt annum reſtituendas, ſeu cedendas; cum tamen earum facilis ſit reſtitutio. Præterea probat Faber, quia mariti poteſt intereſſe, vt non ſtatim reſtituat, præſertim vt mobilium dotalium extantium vſufructuve aliquo fruatur, putà quia indigens pecunia, eadem mobilia det pignori, breui redimenda, vel iiſdem mobilibus intra annum retentis domum minori expenſa habeat ſuppellectili inſtructam.

47 Contrarium, & quod maritus, aut eius hæres ſtatim non expectata anni dilatione, poſſit cogi ad reſtituendam pecuniam dotalem, quam promptam, & paratam habeat, & ſine incommodo poteſt ſoluere, & pariter ad reſtituendas res mobiles, in quarum retentione nullum poteſt prætendere, ſeu capere commodum, quarumque reſtitutionem habet paratam (cuiuſmodi ſunt res, quæ vſu conſumuntur à muliere in dotem datæ tempore ſoluti matrimonij extantes) tradidere Paulus de Caſtro *in lege diuortio, paragrapho non ſolum, num.3. ff. ſoluto matrimonio*, Cynus *in dicto paragrapho exactio*, & præter alios à Petro Barboſa *vbi ſuprà numero ſecundo fine* relatos, Iacobus Cancerius *var. reſol. parte 1. cap.9. num.100.* & etiam Faber *dicto libro quinto Codicis, titulo 8. definit.7.* vbi dicit, quod ſi ius aliquod datum in dotem fuerit, cuius parata ſit reſtitutio, non dubitatur, quin ſoluto matrimonio perinde ac res immobiles reſtitui ſtatim debeat. Qui in *Scholio num.9.* rationem affert, ſcilicet, quòd differtur exactio dotis non vt noceatur mulieri, ſed vt conſulatur marito propter difficultatem explicandæ tam cito pecuniæ, *lege cum militia fine ff. de compenſationibus.* Igitur hæc ſententia probatur ex ratione ſuprà *num.22.* adducta, ob quam *dicto §. exactio* diſpoſitum eſt, immobilia dotalia ſtatim ſoluto matrimonio debere reſtitui, mobilia verò intra annum, ſcilicet quia immobilium reſtitutio facilis, mobilium verò difficilior: ergo cum ſtatim facilis eſt etiam mobilium reſtitutio, tunc à ratione diſpoſitionis legalis ceſſante marito, vel eius hæredi non competet prædicta dilatio annalis. Præterea dilatio annalis ad reſtituendam pecuniam dotalem, & mobilia marito, & eius hæredi conceſſa eſt tantum miſerationis cauſa, ne ſoluto matrimonio vrgeatur ſtatim ad pecuniæ ſolutionem, quam fortaſſe ita cito ſine magna rerum ſuarum iactura facere non poſſet, prout dilatio ad ſoluendum debitoribus per ſententiam condemnatis conceditur *dicta lege cum militia, & lege ſi debitori ff. de iudiciis.* Ergo non debet competere eidem marito, vel eius hæredi, cui facilè eſt, & ſine incommodo ſoluere, ſeu reſtituere, vt etiam de dilatione ad ſoluendum dictis legibus conceſſa ſentiunt Gloſſa *in dicta lege ſi debitori*, & Ripa *in lege ita ſtipulatus, num.81. ff. de verborum obligatione.* Iuxta hanc ſententiam igitur valde probabilem (licet fortè ab altera vix in praxi recederetur) maritus, vel eius hæres ſtatim ſoluto matrimonio tenetur reſtituere pecuniam dotalem, & res mobiles dotales, cuius, vel quarum reſtitutionem in promptu habet, & ſine incommodo facere poteſt. Quare cum rerum mobilium dotalium frugiferarum (vt ſerui, iumenta) fructibus in annum dilationis ad eas poſt matrimonium reſtituendas maritus, vel eius hæres frui poſſit, licet finita annali dilatione eoſdem fructus intra illum annum perceptos vxori reſtituere debet, *vt capite ſequenti num.113. & 145.* probatur, eaſdem res mobiles, etſi extantes non teneretur iuxta eandem ſententiam reſtituere ſtatim propter incommodum, ſeu priuationem fruendi earum fructibus intra annum.

Ex quibus reſolui poteſt aliud dubium, nempè 48
an ſoluto matrimonio maritus intra annum ei conceſſum ad reſtituendam dotem in pecunia, & mobilibus conſiſtentem poſſit agere, vt ei ſoluatur pars dotis, quæ conſtante matrimonio non ſoluta ei adhuc debeatur: etſi enim ex vna parte videri poſſit eſſe affirmandum, quod poſſit propter commoditatem, quam lex ei tribuit circa fructus percipiendos eo anno durante. Nihilominus negant Bartolus, Paulus de Caſtro, Alexander, & Iaſon *in lege ſi duraturus, §. ſi quis indebitam ff. de condict. cauſa data*, Albericus *in dicta leg. vnica d. §. exactio Codic. de rei vxoria act.* Campegius *de dote p. ſecund. quæſt.4. num.1.* Iacobus Cancerius *var. reſol. p.1. cap.9. num.100. verſ. ob quod*, & latios *p.2. cap.7. num.33. & ſequentibus*, & nonnullos alios allegantes Fontanella *dicta clauſul.7. Gloſſa 3. p.11. num.8.* & Leotardus *de vſuris quæſt.30. num.5.* Ratio eſt, quia illa anni dilatio ad dotem reſtituendam poſt ſolutum matrimonium marito, & eius hæredi conceditur, & indulgetur ſolum miſerationis cauſa vt *numer. præcedenti* dictum eſt, & tradunt præfati Doctores *in d. §. ſi quis indebitum*, & vt plenius Bartolus *in lege ita ſtipulatus, num.36. & 37. ff. de verb. oblig.* non vt maritus lucrum aut commoditatem medij temporis percipiat, ac proinde dotem, ſeu partem dotis exactam tenetur maritus incontinenti reſtituere, cum illam paratam, & in promptu ad reſtituendum haberet, quapropter eidem marito agenti poteſt opponi doli exceptio, dolo enim facere videtur penes id quod iure incontinenti reſtituere tenetur *cap. dolo facit, de reg. iur. & l. dolo facit ff. de doli mali, metuſve except.* & prææallegati Doctores, & plenè Cancerius *d.n.33. ad 40.*

Dotem à marito in teſtamento vxori legatam ſoluto matrimonio mariti hæres debet ſtatim vxori ſoluere.

49 Si etiam maritus defunctus in ſuo teſtamento dotem ſuam vxori purè legauerit, mariti hæredibus non competet illa dilatio annalis, quia cenſetur per illud legatum ſublata, & ipſa dos ſtatim ab vxore peti poteſt, & ſolui debet, etiamſi conſiſtat in pecunia, *l. 1. ff. de dote praleg. & §. ſi vxori, Inſtitut. de legatis.* Viuius *deciſ. 463. n. 1. p. 3.* Paſchal. *de virib. part. poteſtatis p. 2. cap. 7. num. 15.* Cancer. *var. reſol. p. 1. dict. cap. 9. num. 99.* Fontanella *dict. p. 11. num. 7. & 18.* & alij à Viuio relati.

Alij caſus, in quibus dos ſoluto matrimonio ſtatim vxori debet reſtitui.

50 Maritus quoque, qui fuit negligens, & malè ſe geſſit in curanda vxore infirma, eam deſerendo, & non adhibendo medicos, medicinas, & alia neceſſaria eidem vxori infirmæ, priuatur beneficio dictæ dilationis annalis ad reſtitutionem dotis in pecunia, & & mobilibus conſiſtentis, & eadem vxore defuncta ab eius hæredibus cogi poteſt ſtatim dotem reſtituere ob inhumanitatem erga eandem vxorem exercitam, ita Viuius *dec. 197. n. 14.* & Fontanella *d. p. 11. n. 10.* & faciunt tradita à Franciſco Molino *de ritu nupt. lib. 3. quaſt. 42. ex num. 18.* & Stephano Gratiano *tom. 3. cap. 405.* de priuatione aliorum priuilegiorum, quæ amittit maritus inhumanus, & improbus erga vxorem præſertim infirmam. Probanda tamen erit per allegantem ea mariti inhumanitas, ac improbitas, cum non præſumatur, vt ex Polidoro Ripa *ſingul. obſeru. 145. n. 5.* Fontanell. *ibid.*

51 Item ſi minor terminus anni ad reſtitutionem dotis poſt ſolutum matrimonium faciendam in capitulis, & inſtrumentis nuptialibus fuerit deductus in pactum, ſeu præfixus à partibus, ſeu contrahentibus, ille erit ſeruandus, & ſtandum pacto, vt conſtat *ex l. vnica §. cum autem initio, Cod. de rei vxor. act.* & notant Gomez *ad l. 50. Tauri n. 46. fine* Fontanell. *d. p. 11. n. 12. & ſeqq.* & Rebell. *de oblig. iuſtit. p. 2. lib. 6. quaſt. 11. num. 5. verſ. ſi tamen*: liberè enim poteſt maritus renunciare validè præfatæ dilationi legali; & obligare ſe ad dotem ſtatim reſtituendam poſt ſolutum matrimonium, ſicut & poteſt per ſtatutum induci talis obligatio, vt Gomez *dict. n. 46.*

Vxor ſoluto matrimonio ſtatim poteſt à marito vel eius hærede petere dotem intra anni dilationem ſoluendam poſt annum, & eum cogere ſatiſdare, vel retinere dotem.

52 Quamuis inſuper ad dotem in pecunia, vel mobilibus conſiſtentem iuxta diſpoſitionem *dicti §. exactio*, reſtituendam poſt ſolutum matrimonium marito, & eius hæredibus competat annus, non prohibetur tamen vxor illam petere intra illum, vt ea ſoluatur poſt annum, vt latè aliis relatis Viuius *d. deciſ. 463. n. 3.* & Fontanell. *d. clauſ. 7. gloſſa 3. allegata p. 11. num. 5.* vbi teſtatur iuxta hanc ſententiam ſuum ſenatum iudicaſſe, addens in hoc dotem præ cæteris reperiri priuilegiatam.

53 Quare maritus intra eandem dilationem anni, qui ſibi miſerationis cauſa à lege conceditur ad reſtituendam dotem in mobilibus conſiſtentem tenetur, & cogi poteſt ſatiſdare, ſeu cauere per idoneam fideiuſſionem de ipſa dote poſt annum reſtituenda, vt conſtat ex *l. ſi conſtante, §. quoties*, cum ibi not. *ff. ſoluto matrimonio*, & tradunt Campegius *de dote p. 3. quaſtione 201.* Viuius *dict. dec. 463. num. 4.* Cancer. *var. p. 1. dict. cap. 9. num. 102.* & Leotardus de vſuris *d. quaſt. 30. num. 7.*

Quod ſi maritus ſatiſdare non poteſt, tunc cogitur dotem reſtituere *d. § quoties*, Campegius poſt alios *d. quaſt. 20.* Cancerius, & Leotardus: quo caſu tamen maritus intra annum dotem reddere coactus commodum, ſeu interuſurium medij temporis deducere poteſt *d. §. quoties.* Campegius cum aliis, Cancerius, & Leotardus *locis citatis.* Quod tamen interuſurium medij temporis non tantum in marito habet locum, ſed etiam in alio quolibet debitore, qui ſi ante diem ex aliqua iuſta cauſa cogitur ſoluere, medij temporis commodum computare, & detrahere poteſt, vt conſtat ex traditis *ſupra cap. 8. n. 181.* & tradunt Doctores *ibid.* allegati, & etiam alios allegans Leotardus *d. quaſt. 30. n. 13.* qui poſt Iaſonem *in l. in diem, n. 8. ff. de condict. indebit.* addit etiam eum qui per errorem ante diem ſoluit poſſe deducere interuſurium medij temporis, *& num. 14.* aduertit id procedere, ſi verè debitoris interſit ante diem ſoluere; vt ſi ex eo, quod ante diem ſoluere cogitur, damnum patitur, vel amittit lucrum, nam ſi nihil debitoris intereſt ante tempus ſoluere, puta ſi pecuniam paratam habuit, nulla [inquit & rectè] habenda eſſet interuſurij ratio, cum ſicut vſura eſt ob ſolam dilationem ſolutionis debitæ pecuniæ aliquid vltra ſortem ſtipulari, & capere, ita etiam ob ſolam anticipatam, & feſtinatam ſolutionem aliquid detrahere ſorti, ſeu minus ſoluere, quam quis debeat, eſt vitium vſuræ iuxta Theologos, & Summiſtas. 54

Quando conſtante matrimonio maritus omiſit dotem promiſſam exigere à promiſſore, an & quando poſt ſolutum matrimonium ipſe, vel eius hæres teneatur illam ſoluere.

Octauum dubium: ſi maritus remiſit dotem vel partem dotis promiſſæ ſocero, an ſoluto matrimonio teneatur ad dotis integræ reſtitutionem vxori faciendam. Reſpondetur affirmatiuè, & tradunt Sanchez, & Salgad. *locis ſuprà cap. praced. num. 49. fine*, allegatis, vbi de hac re. 55

Nonum dubium, ſi maritus dotem ſibi promiſſam, & debitam pro vxore omiſit conſtante matrimonio à promiſſore exigere, an poſt ſolutum matrimonium eadem vxor poſſit contra eundem maritum, aut eius hæredem agere ad dotis reſtitutionem. De hac re agitur *l. ſi extraneus, & lege promittendo, ff. de iure dotium, & l. nupta, ff. ſol. matr.* 56

Si qui promiſit dotem, ſit pater mulieris (& idem ſi alius aſcendens per lineam maſculinam, qui eſt loco patris reſpectu generi) qui ob inopiam non poterat, vel ſaltem ſine magno incommodo dotem ſoluere (quem *ſup. c. 11. 5. & ſeqq.* probatum eſt ob reuerentiam eià genero debitam non poſſe pro dote promiſſa pro filia ab eodem genero pro dotis exactione conueniri vltra quam facere poteſt) marito nullo modo ad culpam imputari poteſt, ſi dotem promiſſam non exegit, & ſic nec eius hæres ad dotis reſtitutionem ab vxore, vel eius hærede cogi poterit; ita expreſſè *l. ſi extraneus. ff. de iure dotium*, ibi: *Nec enim quicquam* (inquit Vlpianus) *iudex propriis auribus audiet mulierem dicentem, cur patrem, qui de ſuo dotem promiſit, non vrſeris* (ſcilicet maritus) *ad exſolutionem dotis, & multo minus* (ſubdit Vlpianus) *cur ipſam* [nempe vxorem,

vxorem ſi ipſa dotem promiſiſſet, & non poterat ſine magno incommodo ſoluere) *non conuenerit.* Ita etiam poſt alios Campeglus *de dote part. 2. quaeſt. 77.* Quod ſi pater promiſſor dotis ab initio erat ſoluendo, & tunc maritus neglexit dotem iam ſibi debitam exigere, & poſtea idem pater effectus eſt non ſoluendo, tenebitur tunc de culpa, iuxta Textum *in leg. nupta, ff. ſoluto matrimonio*, quae lex eſt Iuliani. Ita ex *ea lege §. primo*, videtur inferri, (vt Campegius *dict. quaeſt. 77.* aduertit) quatenus dicere videtur à contrario ſenſu, quod exceptis duobus caſibus ibi enumeratis (ſcilicet ſi filia in matrimonio deceſſerit, vel facta matet familias dotis promiſſorem, qui eam ex culpa mariti, & multò magis, vt notat ibi gloſſa, ſi ſine mariti culpa non ſoluerit, haeredem inſtituerit, quibus caſibus dicit ibi Iulianus, maritum nihil aliud praeſtare debere, quàm vt eos obligatione liberet (de culpa maritus teneatur; quae tamen collectio ſi admittatur, ſubdit idem Campegius, repugnaret *dicta lex nupta*, praefatae *leg. ſi extraneus*, vel Vlpianus abſoluiè, & indiſtinctè dicit, quando pater dotem pro filia promiſit, ſi maritus conſtante matrimonio non exegerit) periculum ſpectare ad mulierem, hancque non poſſe contra maritum poſt ſolutum matrimonium agere, & ibi Vlpianus expreſſaè reprobat Iuliani dictum *in dicta lege nupta*, quando pater promiſit dotem. Et eam illationem à contrario ſenſu ad enitandum contrarium intellectum praedictae *leg. ſi extraneus*, non admittit idem Campegius poſt Raphaëlem Cum. *in dict. leg. nupta*, & Gloſſam *in leg. ſi marito verbo exegerit, ff. ſolut. matrim.* igitur iuxta dictum Vlpiani etiamſi maritus conſtante matrimonio non exegerit dotem promiſſam à patre, qui poterat ſoluere, & poſtea effectus eſt non ſoluendo poſt ſolutum matrimonium, vxor non poteſt agere contra maritum ad dotis ſolutionem, id quod etiam probat eadem ratio Vlpiani ? & ſentiunt praefati Doctores. Solum in caſu, quo pater dotis promiſſor ab initio idoneus facultatibus ad ſoluendam dotem poſtea inciperet prodigè, & malè diſſipare, & conſumere bona, & mulier mariti miniſterio indigeret ad recuperandam, ſeu aſſecurandam dotem [quo caſu etiam ante patris promiſſionem poteſt pro dotis ſuae ſequeſtratione filia contra eundem patrem agere, vt *ſup. c. 4. n. 19.* probatum eſt] maritusque negligeret eo caſu dotem promiſſam exigere, videretur omnino in culpa, & ſic dotem ipſi marito periiſſe. An vero, & quando ſocer gaudeat priuilegio, ne pro dote filiae ei promiſſae poſſit conueniri vltra quam facere poteſt, explicatum eſt *ſup. c. 11. num. 5. & plurib. ſeqq.*

57 Si etiam alius à patre, ſeu extraneus non obligatus dotare mulierem promiſit pro ea dotem vltroneè, & ex mera liberalitate [quo caſu cenſetur mulieri dotem donare, vt *ſuprà cap. 3.* notatum eſt, & dicitur *leg. vnic. Codice de rei vxor. action.*] ſi maritus neglexerit ſeu omiſerit dotem exigere, ob idque periit, marito non imputabitur dotis amiſſio, ſed ipſi mulieri dos peribit. Ita expreſsè Vlpian. *d. l. ſi extraneus*, vbi ita habet, *Si donauit* [ſcilicet extraneus promiſſor] *vtcunque parcendum marito, qui enim non praecipitauit ad ſolutionem qui donauerat*, & addit rationem, quia etiamſi conueniſſet, non erat condemnandus vltra quam facere poſſet, ſicut quivis alius donator, de quo *ſup. c. 11.*

58 Quod ſi poſt mortem patris vxoris dotis promiſſoris, vel extranei, qui ex mera liberalitate promiſit, & ſic donauit dotem, maritus fuerit negligens in dote recuperanda ab illorum haeredibus, ſcilicet ita vt dolum, vel latam culpam, vel leuem commiſerit, periculum dotis, reive dotalis ad eundem maritum, non ad vxorem ſpectabit, vt notat gloſſa *vlt. in d. l. ſi extraneus*, & colligitur ex *l. Neſen. ff. de pact.* nam praefatis haeredibus non competit illud beneficium, vt non condemnentur vltra quam facere poſſunt, *d. l. Neſennius.*

Si dos fuerit promiſſa ab extraneo obligato mulierem dotare, vel à debitore eiuſdem mulieris, tunc ſi maritus eſſet negligens in illa exigenda, & propter dolum, culpam latam, vel leuem dos perierit, mariti periculo erit, ſiue marito imputabitur amiſſio dotis: ita *d. l. ſi extraneus, & d. leg. promittendo, ff. de iure dot. & aliis iuribus ſupra c. 8. n. 149. allegatis*, & Doctores *ibid.* relati. Idem ſi maritus ſciens mulieris debitorem non eſſe ſoluendo, illius nomen pro dote acceptauerit, ita *d. l. promittendo.* Quando autem nomen debitoris in doté datum currat periculo vxoris, vel mariti, traditũ eſt *ſup. d. cap. 8. n. 142. & d. n. 149.* & notatur *d. l. promittendo.* 59

Euicto autem fundo à patre mulieris dato in dotem aeſtimato, an ſoluto matrimonio vxor, quae patris haeres non extitit, poſſit contra maritum agere ad aeſtimationem, actum eſt *ſup. c. 17. n. 4.* 60

An etiam maritus conſtante matrimonio conſignans dotem ſocero, ſeu patri vxoris ſine eius conſenſu, aut de eius conſenſu, remaneat necne liberatus, nec ab vxore ſoluto matrimonio poſſit contra eum agi ad dotis reſtitutionem, explicatum eſt *ſup. c. 12. n. 43.* 61

An quoque maritus ſuis ſumptibus teneatur proſequi ſeruos dotales, ſeu ei in dotem datos. Si culpa eiuſd. mariti ſunt fugitiui, illum teneri eos proſequi ſuis ſumptibus iuxta Doctores communiter *in l. ſi filiofam. §. ſi qui dotalium, ff. ſol. matr.* tradit Camp. *de dote p. 2. q. 66.* 62

Expenſas à marito factas in curanda vxore aegra an & quando maritus vel eius heres poſſit repetere, vel deducere in reſtitutione dotis vxoris patri, vel haeredi facienda.

Decimũ dubium, an in reſtitutione dotis per maritũ defuncta vxore facienda eiuſd. vxoris patri, ſeu haeredi poſſit idem maritus deducere impenſas factas in curanda eadem vxore infirma. Si impenſa fuit modica, quia infirmitas fuerit breuis, vel non egens curatione diſpendioſa, praeſumitur facta abſque animo repetendi, iuxta DD. qui infrà citantur, praeſertim Fontan. *de pact. nupt. clauſ. 6. gloſſ. 2. p. 5. n. 15.* item licet infirmitas fuerit longa, & curatio diſpendioſa, ſi expenſae non exceſſerunt redditus, ſeu fructus dotis, non poterit maritus eas deducere in dotis reſtitutione: ita Menoch. *de praeſ. l. 3. praeſum. 33. n. 7.* Peguera *dec. 167. n. 3.* Fontanel. *d. p. 5. n. 5.* Thom. Actius *in tr. legali de infirmitate, c. 48. n. 15.* & alij à Fontan. *d. p. 5.* relati. Maritus enim tenetur in curanda vxore infirma facere expenſas ſecundum dotis qualitatem, ſeu quantitatem, ſcilicet ſecundum fructus, qui ex dote percipiuntur, vel percipi à marito poſſunt, vt *in l. ſi cum dotem, § ſin autem in ſaeuiſſimo, ff. ſol. matr. & l. cum vnus. in princ. ff. de alim. leg. Imper. ff. ad Treb. & in l. ius alimen. §. modum, ff. vbi pupill. educari deb.* DD. ſuprà allegati, Bartol. *in d. §. in ſaeuiſſimo, n. 5.* & Paul. de Caſtro *in l. quod in vxorem, C. de negotiis geſtis*, & Surd. *de alim. tit. 1. q. 3. n. 27.* Neque in hoc caſu poteſt maritus expenſas repetere, licet proteſtatus fuerit, ſe animo repetendi facere, vt expreſſe Thom. Actius *loco allegato*, cum proteſtatio ſit nulla, vtpote contra obligationem. Si quoque vxor contraxit longam, & diſpendioſam infirmitatem culpa viri, puta quia ſuo contactu, & conuerſatione infecerit eam aliquo morbo, v.g. Gallico, aut alio tenetur maritus facere expenſas curationis mulieris, & factas (ſiue dos mulieris ſit magna, ſiue modica, & ſiue magnae, vel modicae ſint expenſae) recuperare, vel in reſtitutione dotis deducere non poteſt. vt ipſe patiatur damnum, quod dedit, iuxta *leg. ſed ſi damnum. ff. de peculio, & §. 1. inſtituta de obligat.* Cum enim hoc damnum ſua culpa ſuſtineat, ſibi non alteri imputari debet, iuxta regulam *dam-*

num de regalis iuris. Ita expreſsè alios allegans Peguera *dict.deciſ.*167. *num.*7. Franciſc. Leo *in deciſionibus Valentinis, deciſ.* 41. Decianus *conſ.*33.*n.*38.*vol.*4. & Fontanella *dict. part.*3.*n.*17.

64 Difficultas ergo eſt, ſi vxor abſque culpa viri incidit in infirmitatem longam, ad quam curandam maritus fecerit impenſas magnas notabiliter excedentes quantitatem, ſeu fructus dotis, an poſſit illas deducere. Pro parte enim negatiua videtur ſtare textus *in l. quod in vxorem, Cod. de negotiis geſtis,* cuius verba ſunt: *Quod in vxorem tuam ægram erogaſti, non à ſocero repetere, ſed affectioni tuæ debes expendere.* Nihilominus maritum (ſiue ſit diues, ſiue non) poſſe eas expenſas, quatenus excedunt modum, & vires dotis, repetere, ac deducere in reſtitutiones dotis, ſentiunt Menochius *vbi ſuprà,* Surdus *de alimentis tit.*1. *dict.quæſt.*33.*num.*27. *& tit.*6. *quæſt.*3.*n.*69. Peguera *d.dec.*167.*n.*4. Theſaurus *quæſt.*9. *for.p.*2. *quæſt.*52. Fontanella *dict. part.*5. *num.*6. *ad* 16. Hodierna *in annot. ad dec.*118. Surdi *n.*14. & Ioannes Garzias *de alimentis cap.*3.*n.*44. vbi dicit, quod medicamenta præſtari debent per maritum vxori infirmæ reſpectiuè, ſcilicet ratione dotis, ita vt ſi morbus grauiſſimus ſit, & maximæ impenſæ fiant in vxore ægrotante, quæ dotis fructus excedant, tunc vir in dotem imputare eas poteſt. Et reddit rationem, nempe quia licet teneatur alere vxorem, & conſequenter etiam mederi, id tamen eſt reſpectu dotis. Quod *capite ſequenti* latiùs explicatur.

Verum vero ad id prærequiratur proteſtatio mariti
65 quod animo repetendi expendebat, affirmat Maſcardus *de probat. concl.*77. *n.*2. quia ſi proteſtatio non præceſſiſſet, tortaret præſumptio maritalis affectionis, & ſic non daretur repetitio, iuxta *d.l.quod in vxorem,* ita etiam videtur ſentire Menoch. vbi ſupra, idem ſentire Peguera *d.deciſ.* 263.*n.*5.*fine* ait Fontan. *d.p.*5.*n.*9. Qui tamen Peguera loquitur quando vxor non eſſet dotata, & habet vnde ſe poſſet facere curare, dicens in eo caſu non teneri curare eam ſuis expenſis, quas ſi faciat iuxta omnes Doctor. poſſet eas repetere iuxta *l.Neſennius, ff. de negot.geſt.* ſi tamen proteſtatus fuiſſet ſe expendere animo repetendi. Verius igitur eſt, vt maritus eas expẽſas poſſit repetere, & deducere in reſtitutione dotis, non requiri vt præceſſerit illa proteſtatio mariti, vt expreſsè opinatur idem Fontanel. *n.*18. *& ſeqq.* & Hodiern. *vbi ſup.n.*23. nec de ea proteſtatione mentionem faciunt Theſaurus, & Garzias, neque etiam Peguera *d.n.*3. vbi reſoluit præſentem difficultatem de expenſis factis in curatione vxoris ægræ dotatæ excedentibus fructus dotis. Ratio eſt, quia maritus eſt mulieris debitor pro dote recepta; debitor autem expendens pro creditore nulla præcedente alia proteſtatione præſumitur facere non animo donandi, ſed repetendi ſeu cõpenſandi. Quapropter mater, frater, patruus, quicumque conſanguineus, ſi debitores filij, fratris, vel ſororis, patruelis, aut conſanguinei, ſeu conſanguineæ ei præſtando alimenta in dubio non præſumi præſtaſſe animo donandi, ſed compenſandi alimenta cum debito, ſeu debitum ſoluendi, probatum eſt à me *in tract. de alim. c.*16.*n.*520.*fine,* & latiùs *num.* 926. & tradunt Ruinus *conſ.*223.*n.*1.*vol.*1. *& conſ.*143.*num.*3.*vol.*4. Cephal. *conſ.*85. *num.*1. Corduba à Lara *in l. ſi quis à liberis,* §. *ſi mater, num.*33. *ff. de liber.* Surdus *de alim.tit.*6. *q.*8. *num.*63. *& quæſt.*18.*num.*20. *& ſeqq.* & Cancerius *var. reſolut. part.*1. *cap.*16. *num.*31. non enim præſumitur animus donandi, quando ſumi poteſt alia coniectura, vt iidem Doctores, & notatum eſt *dict. cap.*16. *n.*915. *circa medium*: in prædictis autem caſibus, ſicut & in præſenti alia coniectura adeſt; nempe, quod in extractionem, ſeu compenſationem debiti præſtiterant, vt *loco citato* Ruinus, & Surdus *dict. q.*18. *n.*20. *&* 84. & Menochius *de arbitr. caſu* 88. *num.* 43. Quapropter etiam extraneum, vel fratrem, aut alium ſanguine coniunctum mulieris debitorem illam dotantem non præſumi dotare de ſuo, ſeu donare, ſed potius animo compenſandi, & repetendi, probatum eſt *ſuprà hoc tractatu, cap.*3. *num.*105. & tradunt Doctores *ibidem allegati,* & alij *dict. cap.*1. *de alimentis allegati num.*926. *fine* relati. Præfata autem *l. quod in vxorem,* intelligitur vel quando expenſæ factæ in curatione vxoris infirmæ non excedunt quantitatem dotis, vel quando vxor non eſt dotata, ſed habet aliunde, vnde poteſt eas expenſas facere, vel habet patrem diuitem. Aduertendum ſocero quod ſi maritus aliquid de dote ex ſtatuto, vel alias lucraretur, pro illa portione teneretur maritus ad præfatas impenſas, quatenus excedunt dotis fructus, vt *numero ſequenti* dicitur de expenſis funeris vxoris.

Impenſas in funere mulieris defunctæ factas maritus repetit, & deducit in reſtitutione dotis.

Quas funeris, & ſepulturæ vxoris dotatæ impenſas 66
certum eſt maritum nõ teneri facere de ſuo, & ſi fecit, poſſe eas repetere, vel deducere in reſtitutione dotis, vt conſtat ex *d. l.quod in vxorem, Cod. de negot. geſt.* cuius verba ſunt: *In fructus ſanè eius ſi quod eo nomine quaſi recepturus erogaſti patrem, ad quem dos redit, iure conuenis,* & idem dicitur *l. ſed ſi nondum, & leg. cum, ff. de relig. & ſumpt. funerum,* vbi habetur onus funerandi mulierem ſpectare ad eum, ad quem dos vadit ea mortua: ita etiam communiter ſcribentes *in dict. l.quod in vxorem,* Garzias *de melior. & expenſis c.*8. *ex num.*41. Viuius *deciſ.*197. *num.*19. Cancerius *var.reſol.part.*2. *c.*7. *n.*39. *fine,* Stephanus Gratianus *tom.*1.*cap.*94 Fontan. *dict.p.*5.*n.*19. *& ſequent.* Hodierna *ad dictam deciſ.*118. Surdi, *n.*14. Ioſeph. Ludou. *dec. Peruſina* 78.*n.*3. alij qui infra allegantur, præter plures alios allegatus à Fontanella, qui ex Chaſſaneo *in conſuet.* Burgund. *rub.*4.§.9. *ex n.*1. adducit rationem, quod maritus, poſtquam vxor eſt mortua, non tenetur amplius ſuſtinere onera matrimonij, & licet ad id proteſtationem mariti de repetendo præcedere debere poſt nonnullos alios dixerit Gratianus *d.c.*94.*n.*83. tamen alij non faciunt mentionem de neceſſitate huius præcedentis proteſtationis, & non eſſe neceſſariam expreſsè tradunt Ioſeph. Lud. vbi ſupra, Hodierna *in d.addit.n.*83. Fontan. *d.p.*5.*n.*25. dicens ita practicari apud ſuos, & probat ratio *numer. præced.* tradita. Si verò maritus ex ſtatuto vel aliàs aliquam dotis portionem conſequeretur pro illa portione teneri maritum contribuere in iiſdem expenſis funeris vxoris tradunt Coſta *de portione rat.q.*37. *num.*4. *& q.*73. *n.*9. Ioan. Lud. *d.deciſ.n.*3. Fontanell. *dict.p.*5.*n.*25. & Hodiern. *in d.addit.num.*17.

Teneri autem maritum (licet ea poſtea in dotem 67
computet, vt dictum eſt) ſtatim ad expenſas funeris vxoris, tradunt Viuius, & Cancer. *locis alleg.* & ſic ſi eas non fecerit, ſeu ſoluerit, ſed ille, cui dos venit reſtituenda, tunc poſſe cogere maritum vt ſtatim non expectata dilatione legali ad dotem dictas funeris impenſas de dote ei ſoluat, *per l. ſi filiofamil.* & Bartol. ibi & additionem ad eum, *ff. ſol. matrim.*

Ad hæredem etiam mortui ſpectare eaſdem funeris 68
impenſas, poſt alios tradit Peregr. *de fideicom. art.*40. *n.*9. & quod ſi bona libera non ſufficiunt, fieri de bonis fideicommiſſo ſubiectis: quod idem tradunt Fontan. *d.p.*5.*n.*88. Hodierna *in d.addit. num.*19.

Pro impenſis etiam factis in cura mariti in- 69
firmi poſt eius mortem remanere obligata non ſolum bona ipſius mariti propria, ſed etiam (ſi maritus alia bona propria non habebat) bona ei ab vxore in dota data, tradit Rota Romana apud Seraphinum,

phinum *deciſ.* 891. *n.* 11. vbi ait id procedere, quamuis mulier vidua poſtea ſecundo nupſiſſet, vt adhuc ſecundus maritus (cui dos primo data cenſetur conſtituta iuxta tradita *ſup. c.* 8.) ex bonis dotalibus datis primo marito defuncto teneatur creditori earũ expenſarũ ſoluere, & etiamſi idem creditor expenſarũ procurauerit ſecundum matrimoniũ, & fuerit præſens, coſtitutioni dotis eidem ſecundo viro factæ, & tacuerit ſuum creditum, quia huiuſmodi taciturnitas non noceat, vbi fit contractus de re diuerſa ab ea, quæ deberetur, ex notatis per Baldum *in l. ſi ſine voluntate, præſertim n.* 5. *C. ad Vellei.* & ibi creditor expenſarum erat medicus, cui debebatur ſalarium curæ per ipſum primo marito præſtitæ in ſua infirmitate, quæ erat res diuerſa à bonis in dotem ipſi ſecundo marito à muliere vidua datis. Ac proinde reſoluit Rota præfatarum expenſarum executionem potuiſſe fieri in bonis dotalibus vxoris. Quæ omnia etiam latius notat poſt alios Fontan. *dict. par.* 5. *num.* 26.

70 Sub expenſis vero funeris, quæ contineantur, tradunt Gamma *deciſ.* 308. *num.* 2. Cifuentes *in l.* 30. *Tauri*, Fontanella *d.p.* 5. *n.* 32. *& ſeqq.* Stephanus Gratian. *dict. to.* 1. *allegato cap.* 94. *n.* 17. *& ſeqq.* Hodierna *in d. additione ad deciſ.* 112. Surdi, *à n.* 9. *ad* 14. & alij apud eoſdem, & explicatur etiam *l. ſi quis, ff. de relig. & ſumpt. fun.* & huiuſmodi expenſæ ante diuiſionem hæreditatis defuncti deduci debent ex eadem hæreditate, ſeu communi acervo, *l. pen. ff. eodem*, & filiorum legitimam minuere poſſunt, *leg. Papinianus* §. *quarta ff. de inoffic. teſtam.* vbi ita dicitur, *quarta autem accipitur, ſcilicet deducto ære alieno, & funeris impenſa*, & etiam præfertur aliis creditoribus defuncti, quibus aliis bonis non poſſit ſatisfieri, vt expreſſe dicitur *d. l. pen. Quæ etiam* (ſcilicet impenſa funeris) *omne creditum* (inquit Textus) *ſolet præcedere, cum bona ſoluendo non ſunt*: id quod etiam traditum eſt latius *cap. præcedenti, num.* 87. vbi probatum eſt impenſam funeris in ſua tacita hypotheca præferri etiam hypothecæ dotis anteriori. Impenſa autem funeris minuens legitimam, & prælationis priuilegium habens explicatur à Gamma *d. deciſ.* 308. *n.* 2. vt ſit ſoluenda illa, quæ cauſa funeris fit: & funeris cauſam dici aſſerit idem Gamma, quæ fit in inferendo defunctum ad ſepulturã, & quæ fit cadauere præſente, & tales expenſas cum Cifuente vbi ſuprà addit idem Gamma eſſe, quæ fiunt in pulſatione campanarum, & in deductione cadaueris ad Eccleſiam, & in apertura ſepulturæ, & in Miſſis, & Sacris peragendis, & in recommendatione animæ defuncti cadauere præſente, haſque eſſe faciendas inſpecta dignitate, ac facultate patrimonij defuncti, *dict. leg. & ſi quis* §. *hæc actio, verſ. æquum autem*; omnes autem alias expenſas, quæ fiunt reſpectu dignitatis perſonæ, exceptis præfatis, & etiam eas, quæ fiunt pro ſalute animæ defuncti extra tempus deferendi cadauer ad Eccleſiam, ex eodem Cifuente dicit non eſſe faciendas de communi acervo hæreditatis, ne minuatur legitima filiorum, ſed de tertia defuncti.

71 Cum autem præfatæ expenſæ, quæ fiunt cauſa funeris, ſcilicet in deferendo cadauere ad ſepulturam, & eodem præſente ſuprà explicatæ debeant fieri inſpecta dignitate, & facultate patrimonij defuncti, etiamſi aliter diſpoſuerit teſtator defunctus, iuxta tradita *in d. leg. & ſi quis, dict.* §. *hæc actio*, cuius verba ſunt; *Hæc actio, quæ funeraria dicitur, ex æquo, & bono oritur, continet autem funeris cauſa tantum impenſam, non etiam cæterorum ſumptuum: æquum autem accipitur ex dignitate eius, qui funeratus eſt, ex cauſa, ex tempore, & bona fide, vt neque plus imputetur quod factum eſt, neque tantum quantum factum eſt, ſi immodicè factum eſt; deberet enim haberi ratio facultatum eius, in quem factum eſt, & ipſius rei, quæ vltra modum conſumitur. Et ſi ex voluntate teſtatoris impenſum eſt, voluntatem non ſequendam, ſi res egrediatur iuſtam ſumptus rationem. Pro modo autem facultatum ſumptus fieri debet*; ex eiuſdem legis diſpoſitione requiri eaſdem funeris impenſas, neque debere eſſe immodicas, ſed neque debere eſſe nimium modicas, quaſi ſi fiant modicæ in ſepeliendo viro diuite, ei quodammodo fiat iniuria, vt *dict. leg. &* §. *& ſi quis iudicium*, ac proinde ſi teſtator defunctus iuſſerit fieri nimis modicas habito reſpectu eius dignitatis, & patrimonij, eius voluntatem non eſſe ſequendam, iuxta *eandem leg. & ſi quis, dict.* §. *hæc actio, verſic. æquum*, tradunt poſt Imolam Alexander *in leg.* 1. §. *fin. ff. ad leg. falcidiam*, Gamma *dict. deciſion.* 308. *num.* 2. Hodierna *in dicta addit. ad deciſionem* 112. Surd. *num.* 10. propterea aſſerentes, quod etiam in præiudicium legatariorum poteſt hæres plus expendere in funerando teſtatore, quàm ille iuſſerit, ſi modicam impenſam facere ignominioſum illi eſſet.

Qua ratione ſit facienda reſtitutio dotis traditæ in pecunia, cuius valor poſtea eſt mutatus, diminutus, vel auctus.

Vndecimum dubium. Dos data marito in pecunia, cuius valor ſit mutatus, diminutus, vel auctus, 7
qua ratione ſoluto matrimonio ſit reſtituenda. Si centum aurei, vel ducati, aut floreni dati ſint in dotem cum pacto, vt iidem centum aurei, ducati, vel floreni reſtituantur ſub eadem æſtimatione de tempore contracti matrimonij, & inſtrumenti dotalis, ſeu datæ ſint in dotem mille libræ, vel mille floreni in tot aureis ducatis cum pacto, vt reſtituantur in illis ducatis aureis, & in æſtimatione numerata, & tunc recepta; etiamſi poſtea aurei, ducati, vel floreni tempore dotis reſtituendæ ſint diminuti, vel aucti quoad valorem, nulla facta intrinſeca mutatione materiæ, ſcilicet quia non fuerint deteriorati, vel mutati in bonitate intrinſeca, quia ſint eiuſdem ligæ, & ponderis, vt erant tempore contractus, & traditæ dotis; pactum erit ſeruandum, & aurei ducati, vel floreni ſoluto matrimonio debebunt reſtitui ſub eadem æſtimatione contractus, ſiue poſtea valor diminutus ſit, vel auctus, vt notatum eſt *ſuprà cap.* 16. *numero* 70. *verſic. quod tamen*, & præter Doctores *ibidem* relatos, tradunt communiter Doctores. Ita Campegius *de dote p.* 2. *quæſt.* 89. Couarruuias *de numiſmatibus cap.* 7. §. *vnic. num.* 5. Antonius Sola *in tractatu de monetis, caſu* 14. Ioannes Guidius Volaterranus *in ſuis tractatibus variis, lib.* 3. *de monetis, num.* 7. & alij antiqui relati ab iiſdem, præſertim à Couarruuia, Sola, & Campegio, qui malè refert Bartolum contrarium ſenſiſſe, vt *d. num.* 70. notaui ex P. Barboſa *loco ibidem allegato*, nam idem Bartolus *in leg. Paulus, ad finem, ff. de ſolutionibus*, eandem communem tenet, prout pro eadem illum allegant Couarruuias, Sola, & Ioannes Guidius. Quæ communis iuxta notata *d. num.* 70. *verſ. quod tamen*, probatur, quia cum in pecunia regulariter non poſſit conſiderari deterioratio, niſi ratione valoris extrinſeci, vt illud pactum de reſtitutione ſub eadem æſtimatione aliquid operetur, reſtitui debebit pecunia ſecundum valorem, quem habebat eo tempore contractus: quam rationem innuit etiam Campegius addens alias. Addit Sola ex Purpurato *in l. cum quid, n.* 165. *ff. ſi certum pet.* valere pactum, etiamſi

recipere *dict. leg. Paulus, de ſolut.* ſi nullum damnum etiam eſſet paſſurus, recipere argenteam pro aurea, vel æream pro argentea non teneretur, quia aliud pro alio marito creditori ſolui non poteſt *leg. 2. ff. ſi certum petatur.* Ita Ioannes Guidius *dict. lib. 3. numero* 62. Quod poſtremum limitatur, niſi in regione adſit conſuetudo (vt in multis locis eſt) vt etiam in alia materia poſſit ſolui, ſeu reſtitui, quæ ſeruanda eſt, quia tacite videtur contrahi iuxta conſuetudinem loci *leg. quod ſi nolit, §. ſi aſſidua, ff. de ædilit. edict. & leg. Labeo, ff. de ſupellectili legata.* Idem Ioannes Guidius ex Bartolo *in dict. leg. Paulus*, & Abbate *in dict. cap. 5. de iureiur.* In prædicto tamen caſu poterit debitor ſoluere, ſeu reſtituere in moneta diuerſæ formæ, dummodo ſit eiuſdem materiæ (putà Florentinos aureos pro Romanis, aut Mediolanenſibus) & ad eandem æſtimationem, quæ debetur, ſolutio fiat. Ita Bartolus *in dict. lege Paulus*, Guidius *dict. numero* 62. & Couarruuias *dict. cap. 7. §. vnico, numero primo, verſiculo ſecunda concluſio*, dicens ita ſentire etiam alios Iuriſperitos, quos initio *dict. num. 1.* refert, ſecundum quos dicit eſſe in hoc ſenſu intelligendam *dict. leg. Paulus.* Alia de ſolutione monetæ quando poſt contractum mutata, & variata quoad materiam, ſeu bonitatem intrinſecam, vel quoad valorem extrinſecum, qua ratione fieri à debitore debeat ſolutio, ſeu reſtitutio, an iuxta tempus contractus, vel iuxta tempus ſolutionis, ſeu reſtitutionis [in qua re variè admodum opinati ſunt Iuriſperiti] videantur apud præallegatos, præſertim apud Couarruuiam, Solam, & Ioan. Guidium, & Boërium *d. deciſ.* 327. & apud Martinum Laudenſem *in tractatu monetarum*, & alios, quos Campegius *de dote parte ſecund. quæſtione* 88. refert.

CAPVT XX.

De fructibus, & interuſuriis dotis.

SVMMARIVM.

Fructus dotis à marito ante contractum matrimonium percepti ſpectant ad mulierem, & augent dotem, cap. 20. n. 1.

Et ſi in reſtitutione dotis non fuerunt petiti, in alio iudicio poſſunt peti. ibid.

Fructus dotis legata ante matrimonium percepti cedunt legato. ibid.

Si in traditione rei dotalis à ſponſa data ſponſo fuerit expreſſe conuentum, vt ſponſus lucretur fructus interim ante celebratum matrimonium perceptos, valet pactum, & ſponſus lucratur fructus, ſi ſuſtinuerit onera matrimonij, cap. 20. n. 2.

Et quid ſi mulier paciſcens fuerit minor. ibid.

Quid ſi matrimonium non fuerit ſequutum, & ſponſus ſuſtinuerit onera matrimonij. n. 2. circa finem.

Si nullum præceſſit pactum de lucro fructuum, & ſponſus ſuſtinuit onera matrimonij, qua ratione ſponſus lucratur fructus ante celebratum matrimonium perceptos. n. 3. & 4.

Si ſponſus non tradita ſibi dote à ſponſa promiſſa ſuſtinuit onera matrimonij, an à ſponſa poſſit petere quantum pro oneribus impendit. n. 5.

Fructus dotis percepti conſtante matrimonio ſunt mariti, ſi ſuſtinuit onera matrimonij, c. 20. n. 6.

Etiamſi excedant onera. ibid.

Si non ſuſtinuit onera non facit ſuos fructus dotis. n. 7. & 8.

Quos lucratur non propter dominium rei dotalis, ſed propter onera matrimonij. ibid.

Et illos tenetur reſtituere vxori vnà cum dote. num. 9. & 10.

Priuatur maritus fructibus dotis, quamuis culpa vxoris onera matrimonij non ſuſtinuerit. n. 11. *Facit tamen ſuos fructus dotis pro eo tempore, quo vxor eſt extra illius domum apud patrem recreationis gratia.* n. 12.

Tenetur maritus præſtare alimenta vxori ſine eius culpa ſeorſim ab eo habitanti, & fructus qui ſuperſunt ſibi retinere poteſt, & ſi fructus non ſufficiunt, debet de ſuis facultatibus ſupplere n. 11.

Pater mariti ſuſtinens onera matrimonij acquirit fructus dotis, & quando transeant ad patris heredes pro portionibus hereditariis. c. 20. n. 13.

Item vxor ſuſtinens onera, ibid.

Pacta varia de lucro fructuum dotis faciendo à viro vel ab vxore, vel à ſocero, an, & quando valeant remiſſiuè, ibid.

Maritus putatiuus, qui ſuſtinuit onera, an, & qua ratione lucretur fructus dotis. n. 14.

Quos fructus dotis, & quarum rerum dotalium maritus, conſtante matrimonio onera matrimonij ſuſtinens lucretur, & faciat ſuos, c. 20. *latiſſimè ex numero* 15. *ad* 24.

Fundus in dotem promiſſus dicitur dotalis ſolum poſt traditionem. n. 25.

Antequam ſit marito traditus, an & qua ratione illius fructus ſpectant ad maritum, an ſub nomine fructus, vel ſub nomine intereſſe, an omnes vel ſolum quantum valerent onera ſuſtenta, an etiam maritus fructus ex peculiari induſtria vxoris perceptos, an etiam quos maritus potuiſſet percipere. cap. 20. num. 25. 26. & 27.

Dotis in fundo, ſeu in re immobili, vel in pecunia ſimpliciter à quocumque promiſſa non ſoluta fructus, ſiu vſura a promiſſore dotis moroſo marito debentur abſque alia interpellatione. c. 20. n. 28.

Et incipiunt deberi ſtatim ac maritus incipit onera matrimonij ſuſtinere. n. 26. 29. & 30.

Vbi quomodo promiſſor dotis conſtituatur in mora irregulari.

Vſura dotis non ſoluta debentur marito onera ſuſtinenti, etiamſi eius non interſit ratione lucri ceſſantis, vel damni emergentis, num. 30. *verſ. ex quibus.*

Maritus, cui mora ſit in ſolutione dotis, poteſt agere ad id quod intereſt, etiamſi excedat onera matrimonij. c. 20. n. 30. fine.

Data per maritum dilatione ad ſoluendam dotem, vſura & intereſſe debentur ſolum a die finita, & exſpirata dilationis. n. 32.

Si dos ſit promiſſa ſub incerta quantitate remiſſa quantitatis declaratione arbitrio tertij, marito ſuſtinenti onera matrimonij ante ſequutam declarationem, an intereſſe, ſeu vſura dotis debeantur: & quid ſi ſit promiſſa in certa quantitate, tertio remiſſa declaratione termini ad illam ſoluendam. cap. 20. numero 33. & 34.

Si res dentur in dotem pro ea æſtimatione, quam tertius fuerit arbitratus, marito ſuſtinenti onera matrimonij vſura debentur intermedij temporis. numero 36.

Si dos ſit promiſſa in rebus mobilibus frugiferis, vel non frugiferis, an & quando retardata ſolutione vſura marito onera matrimonij ſuſtinenti debeantur. cap. 20. n. 27. ad 40.

Maritus facit ſuos fructus pignoris ſibi traditi donec dos ſoluatur iuxta cap. ſalubriter, & quæ ſit ratio dictæ reſponſionis S. Pontificis. n. 43. & 44.

Dotis proprium eſt, vt dum promittitur marito, cenſeatur promiſſa vnà cum fructibus, qui oneribus matrimonij deſeruire debent. n.44.

Quinis maritus facit ſuos fructus pignoris dotalis, numero 45.

Neque præequiritur conuentio de hoc in traditione pignoris. n.46.

Quid ſi fructus pignoris dotalis excedant ſumptus onerum. n.48.

Pactum de danda annuatim certa pecunia marito donec pecunia dotalis promiſſa ſoluatur an valeat etiamſi maritus non ſit mercator, nec ei interſit ratione lucri ceſſantis, & damni emergentis, & etiamſi promiſſori dotis ſit à marito conceſſa dilatio certi temporis ad dotem ſoluendam ſiue ante, ſiue poſt pactum. n.49. ad 53.

Praſata annua quantitas excederet notabiliter ſumptus onerum matrimonij, vel ſaxatam à ſtatuto, vel conſuetudine .n.54.

Fructus pignoris, & intereſſe annuum deductum in pactum non debentur marito, qui non ſuſtinuit onera matrimonij. c.20. n.55.

Debentur pro tempore, quo vxor extra domum mariti degit apud patrem recreationis gratiâ. n.56.

Maritus non repellitur à petitione dotis oblatione vſurarum. n.57.

Fructus pignoris dotalis maritus ſuſtinens onera matrimonij non lucratur, ſi dotis promiſſori dedit dilationem certi temporis ad dotem ſoluendam, vel pignus ſit expreſſè traditum pro ſecuritate dotis promiſſæ. cap. 20. n.57. & 58.

Fructus, & vſura dotis promiſſa, dum non ſoluitur, marito ſuſtinenti onera matrimonij debentur omni iure ciuili, & Canonico, & in foro conſcientia. numero 59.

Debentur non ſolum iudicis officio, ſed iure actionis. n.60. & 61.

Si maritus ſimpliciter petierit dotem, & recepit, an poſſit vſuras dotis petere in alio iudicio. n. 60.

Si maritus dotis debitori ex alia cauſa debet quantitatem æqualem, an ceſſent vſuræ dotis, & fiat compenſatio etiam abſque oppoſitione. c.20.n.61.

Pactum factum inter dotis debitorem, ſeu promiſſorem, & maritum, quod marito non detur dos, quæ erat in promptu, & a promiſſore oblata, ſed detur fundus in pignus, vt ex illo percipiat fructus, eſt vſurarium, & non valet. c.20.n.26.

Idem quoties magis ob rationem lucrifaciendi, quàm quod dos non eſſet parata, & in promptu, pignus à marito petitur, vt eius fructibus fruatur, donec dos fuerit ſoluta. ibid.

Item committitur vſura, quando recepta iam dote per maritum, illa reſtituitur promiſſori, & poſtea recipitur pignus, vt eius fructus percipiat vſque ad dotis ſolutionem. n.63.

Si promiſſio dotis in pecunia conſiſtentis facta ſit ante celebratum matrimonium omnino illam ſoluendi ſtatim contracto matrimonio, poſt quod contractum promiſſor non valens ſtatim dotem ſoluere, tradit pignus marito, vt eius fructibus fruatur donec dos ſoluatur, maritus abſque vſura percipit pignoris fructus. numero 64.

Maritus an poſſit ius exigendi vſuras dotis, vel percipiendi fructus pignoris dotalis, donec dos ei ſoluatur, alteri vendere, & credere pro tempore quo ipſe matrimonij onera ſuſtinet. cap. 20. numero 65. & 66.

Et quid de vſuris, vel fructibus pignoris decurſis. num. 68.

Quid ſi maritus pro pecunia mutua accepta ceſſit mutuanti pignus dotale, vel vſuras dotis decurrendas, aut mutuans poſſit lucrari fructus pignoris, vel vſuras. num.17.

Quid ſi maritus nomen ipſum dotis ſolum creditori ſuo tanta ſumma vendat, vel cedat, vel vnà cum iure percipiendi vſuras dotis non ſoluta, an emptor, vel ceſſionarius poſſit vſuras dotis, vel pignoris fructus percipere non computandos in ſortem. cap.20. numero 69.

Maritus poteſt pignus dotale locare. n.67.

Vſura dotis non ſoluta peti à marito non poſſunt poſt triginta annos. c.20.n.70.

Non petita per minus tempus, quam decennium, non cenſentur remiſſa, & peti poſſunt. n.70.

Si non fuerint petita per decennium, an cenſeantur à marito remiſſa. n.72. & 73.

An cenſeantur remiſſa, ſi per totum tempus conſtantis matrimonij non fuerint à marito petita, etiamſi filij mariti ſuperſtites ſint, vel matrimonium fuerit diſſolutum per mortem vxoris. n.74. & 75.

Maritus defuncta vxore ſine filiis relictis intra dilationem anni luctus ad ſoluendum dotem non poteſt dotem conſtante matrimonio non exactam exigere, neque pro eo tempore eiuſdem dotis vſuras, vel pignoris dotalis fructus conſequi. n.77. & 78.

Defuncta vxore filiis relictis an maritus poſſit dotem conſtante matrimonio non ſolutam exigere, & dotis non ſoluta vſuras, vel pignoris dotalis fructus percipere, illiſque frui. c.20. n.79. & 80.

Et petere intereſſe lucri ceſſantis, vel damni emergentis, ob dotem non ſolutam. & idem poſſunt eo mortuo facere filij, vel eorum tutor, & curator. n.81.

Filiis poſt mortem coniugum, ſeu parentum in dote promiſſa non ſoluta ſuccedentibus non debentur, nec currunt vſuræ de tempore poſt ſolutum matrimonium eorumdem parentum morte. n.82.

A die petitionis dotis debetur intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis. ibid.

Heredes mariti alentes vxorem viduam intra annum luctus an poſſunt vſuras dotis percipere, & pignoris dotalis conſequi. capite 20. numero 83. & 84.

Vxor defuncto viro vſuras dotis à promiſſore non ſoluta poteſt exigere, & fructus pignoris dotalis percipere, vt ſe, & liberos alat. n.84.

Eidem vxori viduæ intra annum luctus ab heredibus mariti dotem ei ſolutam retinentibus non debentur vſuræ dotis. num.85.

Debent tamen eidem viduæ heredes mariti dotem retinentes intra illum annum præſtare alimenta, etiamſi ſit diues, & eo anno elapſo dos eſſet reſtituenda extraneo dotatori. n.86. & 87.

Et fructus dotis vltra alimenta lucrantur, & ſi fructus non ſufficiunt ad alimenta, de proprio ſupplere tenentur. num.87.

Eadem vidua loco alimentorum ſibi eo anno luctus debitorum poteſt cum heredibus mariti de certa quantitate ſoluenda paciſci. cap. 20.n.88.

Et quanta debeat eſſe dicta quantitas. ibid.

Vxori intra annum luctus nupta heredes mariti dotem retinentes debent pro eo anno alimenta præſtare, etiamſi maritus ſecundus ſit diues, & ipſa aliunde poſſit ſe alere. c.20. n.90.

Mariti heredes poſſunt ſtatim ſoluto matrimonio dotem reſtituere, & ſe eximere ab obligatione alendi viduam. num.91.

Poſt elapſum annum luctus an, & quando mariti heredes ob dotem viduæ non ſolutam tenentur præſtare alimenta, & ſoluere vſuras, & intereſſe lucri ceſſantis, vel damni emergentis, & an poſſit loco alimentorum paciſci de

annua

annua quantitate ei præſtanda donec dos ſoluatur, c.20. num. 92. ad 96.

In ipſo contractu dotali, ſeu dotis conſtitutione poteſt apponi pactum, vt ſoluto matrimonio hæredes mariti, dum retinent dotem, præſtent vxori viduæ alimenta, aut eorum æſtimationem, c.20.n.97.

Imo etiam, vt ei præſtent annuam quantitatem donec vixerit. ibid.

In dotis conſtitutione an poſſit adiici pactum, vt ſoluto matrimonio viri morte mulier poſſit percipere fructus bonorum mariti in ſortem non computandos, n.100.

Pactum mulieris cum hæredibus mariti de exigenda certa quantitate loco interuſurij, vt differat dotis reſtitutionem, eſt vſurarium, n.101.

Vidua fructus vniformes recipiens, qui modum alimentorum ſuperent, eos imputat in ſortem, & idem ſi fructus pignoris recipiat vice vſurarum, c.20.n.101.102.

Vir, cui ſecundò mulier nupſit, poteſt vſuras dotis ab hæredibus primi mariti, & à quovis alio dotis debitore conſequi, & de certa annua quantitate paciſci, dum interim dos non ſoluitur, cap.20.n.104.

Fructus dotis conſiſtentis in rebus immobilibus à tempore ſoluti matrimonij percepti ab hæredibus mariti ſpectant ad vxorem viduam, cap.20.n.105.& 106.

Etiamſi ab ipſis alimenta fuerint præſtita, qui deducunt alimentorum ſumptus. n.107.

Et ſi in anno luctus in alimentis viduæ plus expendiſſent, quam ſint fructus, non reſtituitur, n.108.

Si dos fuerit à marito legata, fructus integre non deducta expenſa alimentorum ſpectant ad mulierem. n.109.

Item ſi vidua ſit prægnans. ibid.

Fructus dotis rerum immobilium, quæ data ſunt in dotem æſtimata æſtimatione faciente venditionem à tempore ſoluti matrimonij intra annum percepti, an ſint hæredum, vel vxoris, n.110.& 111.

Fructus rerum mobilium dotalium naturaliter frugiferarum poſt ſolutum matrimonium à marito, vel eius hærede intra annum ad illas reſtituendas conceſſum ab eodem marito, vel eius hærede percepti an ad maritum, vel ad vxorem ſpectent, & qua ratione, cap. 20. num.112.113.114.

Et quid elapſo anno ſi aliqua cauſa maritum, vel eius hæredem à mora excuſet. n.114. fine.

Fructus rerum dotalium frugiferarum nouiſſimi anni, in quo matrimonium diſſoluitur pro rata temporis portione, quo matrimonium durauit, diuiduntur inter maritum, vel eius hæredem, & inter vxorem, ſiue matrimonium ſoluatur diuortio, ſiue mariti morte.c.20.n.116.& 117.

Anni computatio fit à die contracti matrimonij, & ſuſtentationis onerum matrimonij, vt fructus ea parte anni, qua maritus onera ſuſtinuit, ad eum, vel ad eius hæredem pertineant, & pro reſiduo tempore ad vxorem.n.117.

Idque ſiue fructus ſint collecti per maritum ante matrimonium diſſolutum, ſiue illis pendentibus fuerit diſſolutum matrimonium. n.118.

Fructus ouium, & agnorum dotalium ante matrimonium ſolutum à marito percepit, & etiam pendentes tempore diſſolutionis poſtea collecti pro rata temporis, quo maritus ſuſtinuit onera, ad ipſum vel ad eius hæredem ſpectant. cap.20. num.118.

Item ſi à principio datus eſt in dotem fundus plenus fructibus, & eis collectis ſolutum ſit matrimonium, & etiam ſi datus eſt vacuus, & fructibus pendentibus ſoluatur matrimonium, fructus pro rata temporis ſuſtentationis onerum ſpectant ad maritum. n.118.

Quid ſi collectis fructibus per maritum noui fructus eiuſdem fundi dotalis ſunt nati ante ſolutum matrimonium. ibidem.

Si ſoluto matrimonio maritus cum fructibus pendentibus fundum reſtituit vxori, hæc cauet de fructibus pro rata reſtituendis. ibid.

Quomodo facienda diuiſio fructuum rerum dotalium dietim currentium, vt ſunt petitiones domus locatæ, & merces ſerui locati. c. 20. num.118. & 119.

Præfatus modus diuidendi fructus vltimi anni in aliis materiis extra materiam, ſeu cauſam dotis an, & quando habeat locum. ibid.

DOTIS fructus conſiderari poſſunt ante matrimonium contractum, conſtante matrimonio, & poſt matrimonium diſſolutum, ſit igitur.

§. I.

De fructibus dotis ante matrimonium celebratum?

SI dos, ſeu res dotalis futuro marito, ſeu ſponſo tradita eſt, fructus ex re dotali percepti non ſpectant ad ſponſum, ſed augent dotem, niſi expreſſe contrarium conuentum ſit inter ipſum maritum futurum, & futuram vxorem, vt traditum eſt *ſup.c.1.n.55.*& conſtat ex textibus *ibid.* adductis, ſcilicet *in d.leg. videamus generali, §.ante matrim.ff.de vſuris* (verba ſunt, *ante matrimonium quoque fructus percepti dotis ſunt, & cum ea reſtituuntur*) in *l.dotis fructus, §.1.ff. de iure dot.* (vbi ita, *ſi fructus conſtante matrimonio percepti ſint, dotis non erunt, ſi vero ante nuptias percepti fuerint, in dotem conuertuntur, niſi forte aliquid inter maritum futurum, & deſtinatam vxorem conuenit, tunc enim quaſi donatione facta, fructus non redduntur*) & *in leg ſi ante nuptias ff. ſol. matr.* [ibi *ſi ante nuptias traditus ſit*, ſcilicet fundus dotalis, *& fructus inde percepti, hi reſtituendi ſunt, quandoque diuortio facto, quaſi dotis facti*] idem dicitur *l.ſi ſeruo, ff.de iure dotium, & leg. inter ſocerum, §. cum inter, ff. de pactis dotalibus*, & præter ſcribentes *in dict. leg. dotis fructus*, & alios *ſupr. dict. cap.1.num.55.* relatos, Mantica *de tacitis, & ambiguis connent. lib. 12. tit.29.* Petrus Barboſa *in leg.2.part.1. in principio, n.11. & in d.leg. ſi ante initio, & num.4. initio, & num.9. initio, ff. ſoluto matrim.* & Fontanella *de pactis nupt.clauſ.6. gloſſa 2. part.1.n.20.* apud quem alij, *& d. cap.1.eodem num.55.* probatum eſt, fructus dotales ante nuptias perceptos non augere dotem ex eo, quod dos ſit ius vniuerſale, ſed ex tacita mulieris intentione, prout ibi late declaratur, neque ibi tradita conuenit repetere inutiliter. Si obiiciatur, quod dos non videtur poſſe augeri ex fructibus perceptis ante matrimonium, quia ante matrimonium dos non eſt *l.3 ff.de iure dot.*& DD. relati *ſup.c.1.n.121.*& quod non eſt, nullum poteſt ſuſcipere incrementum *arg. l.eius qui in prouincia, ff.ſi certum petatur, & leg. ſi ſeruus, §.1.ff. de act.empt.* Reſpondetur primò, vera dos habens dotis priuilegia eſt dos poſt ſponſalia ante matrimonium viro futuro promiſſa, vel ſoluta, vt *d.c.1.n.122.* eſt probatum. Secundo admiſſa oppoſita ſententia, de qua *d.n.21.* cum Mantic. *d.tit.29. n.16.* Reſpondetur, quod ſtatim ac matrimonium eſt contractum, dos incipit eſſe, per *d.l.2.* & dos ex fructibus perceptis accipit incrementum, ſicut cum nudæ proprietati, quæ data eſt in dotem, vſusfructus accedit, vt *ſup. c.15.* dictum eſt, vel cum fundus dotalis ex alluuione augetur, *l.ſi proprietati.ff.de iur.dot.* Aduertit autem P.Barboſ. *in d.l.2.allegat.n.11.* ex Baldo Nouell. *de dote, p.2.n.10.* hos dotis fructus perceptos ante matrimonium diſſoluto matrimonio non fore reſtituendos niſi poſt annum, ſicut res mobiles, vt *cap. præced. n.29.* probatum eſt, & confirmat Fontanel. *d.p.1.n.21.* quia tunc & non ante eſt tempus reſtituendæ dotis, cuius ſunt pars, & naturam ſequuntur fructus, qui dotem augent. Addit Fontanel. *n.22.* ex P.Barb. quod ſi in reſtitutione rerum dotalium non fuit eorundem fructuum ante matrimoniũ perceptorum facta mentio,

 poſſunt

poſſunt in diuerſo iudicio peti intentata eadem dotis actione (quæ ad illos conſequendos datur, vt *ſupra d. c.1.citat.n.55.* notatum eſt) quaſi dos plenè non fuerit reſtituta. Ex quibus infertur dotis à marito vxori prælegatæ fructus perceptos ante nuptias legato cedere *d.l. veterum generali, §.fin.* item ſi ſeruo in dotem ante nuptias dato aliquid donatū, vel legatum ante nuptias fuerit, dos ipſa augetur ſicut augetur ex fructibus fūdi, qui nomine dotis ante nuptias traditus eſt, *d.l.ſi ſeruo.*

4 Et prædicta ſi inter ſponſam, & ſponſum nil ſit conuentum expreſſe in contrarium; ſi autem inter eos in traditione bonorum dotalium fuerit expreſſe conuentum de lucro fructuum faciendo per futurum maritum (quod pactum valet, vt dicit textus *in d.l. dotis fructus*, iuxta regulā *l.1.C.de don.ante nupt.* & notat etiā P.Barb. *in d.l.ſi ante, n.4.* paulò poſt principium) tunc quaſi donatione facta, fructus dotis ante matrimonium percepti non augebūt dotem, ſed eos lucrabitur ſponſus, qui fortè non fuiſſet aliter ducturus vxorem, niſi eoſdē fructus dotis ſibi traditæ lucraretur, *d.l.dotis*. Ex quo textu colligitur, quod quando in traditione rei dotalis intercedit expreſſa conuentio, vt ſponſus ſuos faciat fructus dotis, ſponſa cenſetur tacitè voluiſſe eoſdem fructus ante matrimonium percipiendos donare ſponſo. Quod autem ſtante tali conuentione, vt ſponſus lucretur, iuxta *d.l.dotis fructus*, intelligitur, ſi ſuſtinuerit onera matrimonij, vt poſt Gloſſam *in l.ſi pro dote, ff. de dotis promiſſione, & in l.inſulam, §.vſuras ff.ſoluto matrim.* Mantica *d.tit.29.n.9 verſ.poſteriora autem*, vbi *& numeris ſequentibus* latè diſcurrit, an in hoc caſu intelligatur tacita donatio ſubſiſtens tam in ſponſa maiore vigintiquinque annis, quàm in minore. Et quando ſponſa maior dedit ſponſo dotem cum illa expreſſa conuentione de lucro fructuum per ipſum faciendo, quod præſumatur ei fructus tacitè donaſſe, & ſponſus eos lucretur, ſi ſuſtinuit onera matrimonij, Bartolus & Iaſon *in d.l.ſi ante nuptias*, & Doctores communiter affirmant, & teſtatur Mantic. *d.tit.29.n.14.* Difficultas eſt ſi ſponſa fuerit minor, an tunc, vt præſumatur tacita donatio valida, vt ſponſus faciat fructus ſuos ex dote ſibi tradita, etiamſi d. conuentioni non acceſſerit tutoris, vel curatoris authoritas (ſi dos cōſiſtat in mobilibus, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt) & decretum iudicis, ſi dos conſiſtat in bonis immobilibus, vel mobilibus pretioſis, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, de qua difficultate latè *ibid.* Mantica *à n.7.vſque ad 14.* & an & quando mulier minor poſſit ſibi dotem conſtituere ſine interuentu curatoris, vel decreto Iudicis, latè actum eſt *ſup.c.8 § tertio, n.49.cum pluribus ſequentibus*, & in præſenti caſu, in quo iuxta *d.leg.dotis fructus §.1.* facta illa conuentione, vt ſponſus dotis fructus lucretur, præſumitur in ſponſa animus donandi fructus ſponſo, & etiam præſumitur donatio remuneratoria (cum intelligatur huiuſmodi tacita donatio, ſi ſponſus ſuſtinuerit matrimonia, & ipſi ſponſæ alimenta præſtiterit, vt dictum eſt) cenſenda eſt valida donatio, vtpote remuneratoria, & ex iuſta cauſa, nempe propter alimenta ſibi à ſponſo exhibita, ſeu exhibenda *l.1.ff.ſi aduerſ. donat.* ex Bart. *in d.l.ſi ante*, præterquam quod puberem habentem curatorem poſſe ſolum, & abſque authoritate curatoris ſimplici donatione, & merè lucratiuè donare, & alienare bona mobilia, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, vt ſunt dotis fructus, ſentiunt P.Barb. *loco relato ſup.d.c.8.n.56.* vbi hac de re. Qui etiam P.Barb. *in d.l.ſi ante, n.10.v.ſi ſanè*, notat, quod vbi iuxta terminos *d.l. dotis fructus, d.§.1.* ob illam conuentionem, vt ſponſus fructus rei dotalis ſibi traditæ faciat ſuos, conſtat ſponſam remunerandi animo donaſſe fructus ſponſo, tunc enim non ſequuto matrimonio ea donatio remuneratoria ſubſiſteret, nec propter matrimonium non ſequutum cenſeretur reuocata *arg.l.ſi pater, § fin.ff.de don.* Etenim quamvis donationes factæ contemplatione matrimonij, eo non ſequuto reuocentur *l.cum rerum, Cod. de don. ante nupt.* id tamen non procedit in donatione remuneratoria, quæ nunquam reuocatur, *d.l.ſi pater, § fin.* vt poſt alios *ibid.* Barb. rectè addens prædicta intelligenda, ſi clarè conſtet remunerationem fuiſſe cauſam principalem huius donationis, & ſpem matrimonij futuri fuiſſe cauſam impulſiuam, ſicut & valet, tametſi non fuerit ſequutum matrimonium quando conſtat, quod donans voluit donare in omnem caſum *l.1 ad fin.ff.de donat. & l.ſi mater, C. de donat.* Nam in dubio magis contemplatione matrimonij contrahendi videtur datum *ante nuptias, d.l. cum veterum*, ita vt in huiuſmodi donationibus ſubintelligatur tacita conditio, ſi matrimonium ſequatur, vt poſt alios idem Barboſa *d.n.10. fine*, de quo *ſupra c.2.n.132.& c.9.n.130.*

Sponſus ſuſtinens onera matrimonij ante illud contractum, an fructus dotis ſibi ſimpliciter à ſponſa tradita eo tempore perceptos lucretur: & quid ſi non tradita dote promiſſa eadem onera ſuſtinuit.

Vtrum vero ſi ſponſa promiſit dotem, & ſponſo tradidit, & inter eos nihil expreſsè ſit conuentum circa lucrum fructuum ante matrimonium perceptorum, vel percipiendorum, & ſpōſus onera matrimonij ſuſtinuit eo modo, quo ſi veri coniuges fuiſſent, quia ſponſam in domum ſuam introduxiſſet expectando vel diſpenſationem aliquam, vel complementum ætatis, vel quid ſimile, vtrum, inquam, in hoc caſu ſponſus fructus rei dotalis ante celebratum matrimonium faciat ſuos, de qua difficultate latiſſimè P. Barb. *in d.l.ſi ante, ff. ſol. matr.* & etiam Mantic. licet magis reſtrictè *d.tit.29.* & plures ſententias refert idem P.Barb. & vna eſt Iaſonis *l.ſi ante, n.5. ad fin.* quod de rigore iuris hoc vſu ſponſus faciat fructus ſuos, ſicut facit maritus ſtatim contracto matrimonio, eo quod cauſa lucri fructuum dotis tam in marito, quàm in ſponſo ſit actualis ſuſtentatio onerum matrimonij, ſine qua nec maritus eoſdem fructus dotis ſibi traditæ facit ſuos, vt infra, etſi contra Iaſonem Imola *in d.l.ſi ante*, & alij quos refert P.Barb. *in d.l.ſi ante, n.1. verſ. qua differentia*, de iuris rigore attento aliud ſentiant, & eſſe communiter receptum teſtatur Mantic. *d. tit.29.n.5.* Nam etſi tam maritus, quàm ſponſus non faciant fructus dotis ſuos, tamen adhuc inter eos eſt differentia, quando vterque ſuſtinuit onera matrimonij reſpectu fructuum dotis perceptorum, nam maritus contracto matrimonio & traditis rebus dotalibus ſuſtinens onera matrimonij de rigore iuris facit fructus ſuos *l. pro oneribus, C. de iur. dot.* ſponſus autem rebus dotalibus ſibi traditis, de rigore iuris non facit fructus ſuos, *ex d.l.dotis fructus*, dicente fructus dotis ante matrimonium perceptos effici dotis, cum ſi nihil ante nuptias recepit ſponſus, ad ea nō teneatur, & maximè admiſſa ſententia, de qua *ſup. allegat.c.1.n.121.* quod ante matrimonium non ſit propriè dos, & conſequenter neque onera dotalia. Alia ſententia plurium, quos idem P.Barboſ. *d. verſ. qua differentia*, eſt, quod ſponſus, cui ſponſa dotem tradidit, ſi matrimonij onera ſuſtinuit, eiuſdem dotis fructus licet ante matrimonium perceptos faciat ſuos ex tacita donatione ſponſæ; nam cum ante matrimonium ſine neceſſitate res dotales promiſſæ ſponſo tradantur, ex ſpontanea traditione videtur reſultare præſumpta donatio fructuum, *arg. leg. Campanus, ff. de oper.libert.* At hanc ſententiam, quod ſponſus ex præſumpta donatione faciat fructus ſuos, reiicit Petrus Barboſa *in dict. l. ſi ante, num. quarto*; nam potiùs videtur ei à ſponſa facta traditio rei dotalis, vt magis 5

ſecurus redderetur ſponſus de dote promiſſa *arg. l. plus coactionis, ff. de reg. iur.* ita tamen quod fructus non efficerentur illius, ſed potius augerent dotem, vt videtur ſatis apertè colligi ex præallegata *leg. dotis fructus, allegato §. 1.* dum ibi dicitur in dubio videri actũ, vt fructus interim ante nuptias percepti augeant dotem, niſi expreſsè conuentum ſit, quod ad ſponſum pertinerent.

4 Quare tertia ſententia eſt, quod licet de rigore iuris ad ſponſum, qui ſuſtinuit onera matrimonij, nõ ſpectent fructus ante matrimonium percepti ex re dotali ſibi tradita, tamen ſpectent ex æquitate, cum ſponſus in hoc caſu ſuſtineat onera matrimonij ac ſi matrimonium eſſet celebratum, & credendum propterea, ſeu præſumendum voluiſſe facere donationem ſponſo fructuum in compenſationem, ſeu remunerationem onerum, quæ ſuſtinuit: ita Gloſſa finalis *in d. l. ſi ante, ff. ſol. matrim.* Azo *in ſumma, C. de iure dot.* vbi dicit hanc æquitatem ſeruari Bononiæ per legem municipalem: plures alij ex antiquis, quos referunt Mantic. *d. tit. 29.* & P. Barboſ. *in d. l. ſi ante, n. 4. verſ.* ex ſola igitur æquitate, & præter eos Gomez *ad l. 50. Tauri,* alios allegans *n. 33. verſ. ex quibus,* Stephanus Gratian. *tom. 2. d. c. 244. n. 22.* Molina *de iuſt. tract. 2. diſp. 432. n. 4.* & in muliere maiore admittit Bartolus *in d. l. ſi ante, ad finem,* & communiter receptam eſſe hanc Bartoli ſententiam, quando ſponſa maior promittit, & tradidit dotem ſpõſo, qui onera ſuſtinuit, tradit Mantica *dict. tit. 29. n. 10.* Hanc tamen ſentẽtiam Gomez poſt alios declarat procedere, vt ſpõſus lucretur præfatos fructus ſolum quatenus ſuſtinuit onera matrimonij, vltra verò non. Huic tamen ſententiæ P. Barboſa *in d l. ſi ante, n. 8. & 9.* obiicit primo, quod ſponſus perciperet eos fructus ſolum ex præſumpta donatione, non ſecundum regulas Iuris communis, & ſic ea præſumptione ceſſante, non perciperet: ſecundo quia potius cenſeatur mulier tradidiſſe bona dotalia ſponſo animo, vt fructus ante matrimonium percepti conuertantur in dotis augmentum iuxta *d. l. dotis fructus,* vt *n. præced.* explicatum eſt. Tertiò, quia hæc ſententia præſupponit, quod ſponſus ſuſtinens onera matrimonij habuerit animũ donandi ſponſæ, & ſic verificetur, quod ille voluerit renunciare, cum tamen id non ſit verum, ſed potius videatur ſponſus habuiſſe animum repetendi, iuxta *l. alim. C. de negot. geſt.* & expreſsè dixerunt Albericus, & Ripa *d. l. ſi ante,* & etiam Bald. Nouell. *de dote p. 11. n. 20. ad finem.* Concludit tamen idem P. Barboſa *n. 9.* quod licet ſponſus non lucretur præfatos fructus dotis ſibi traditæ ante matrimonium perceptos, ob id tamen non remanebit in dãno, quia poteſt id, quod impendit eum ſponſa ob onera matrimonij, quæ ſuſtinuit, repetere, iuxta notata *l. Neſennius, ff. de negot. geſt.* allegando compenſationem de eo, quod impendit, prout notatur *l. diuor. §. ob don. ff. ſol. matr.* idque addit tradidiſſe etiam Ioannem Copum *de fructib. lib. 3. tit. 2. c. 1.* Et iuxta hanc concluſionem videntur poſſe intelligi alij Doctores præallegati, dum dicunt ſponſum lucrari præfatos fructus, quatenus ſuſtinuit onera matrimonij, & non vltra, & ita ſentit etiã Fontanell. *d. p. 1. n. 27. fine,* & prædicta quando ſponſa promiſit & actu tradidit dotem, ſeu rem dotalem ſponſo, qui etiam onera matrimonij ſuſtinuit.

5 Si verò ſponſa promiſit quidem dotem ſponſo, ſed ei nõ tradidit, & nihilominus ipſe ſponſus ſuſtinuit onera matrimonij, an ex eo, quod matrimonij onera ſuſtinuit, idem ſponſus quoque lucretur fructus dotis ſub nomine intereſſe, ſeu poſſit repetere à ſponſa quantum pro oneribus impendit, nonnulli à P. Barboſa *in d. leg. ſi ante, n. 6.* paulo poſt initium relati affirmarunt, eo quod etiam in hoc caſu videatur militare eadem ratio æquitatis, quæ in altero caſu, & de qua *in l. curabit, Cod. de action. empt.* Nihilominus contrarium longè verius eſt, quod poſt Bald. Nouell. *d. p. 11. n. 20.* & alios ſentiunt P. Barboſ. *d. n. 6.* & Gratian. *d. c. 244. n. 22. & 23.* Nam ſpõſo promittens dotem tacitè videtur intelligere, poſtquã contractum fuerit matrimonium, vt *ſup. c. 8. num. 130.* per textus *ibid.* allegatos probatum eſt, & ſic non tenetur ante matrimonium dotem tradere (ſicut vxor dotem marito tradere tenetur ſtatim contracto matrimonio) ac proinde propter implementum ſponſi non videtur conſtituta in aliqua mora (ſicut in mora conſtituta cenſetur vxor non tradens eidem marito onera matrimonij ſuſtinenti) ſi ante matrimonium non tradat, qua mora ceſſante ceſſat æquitas *d. l. curabit,* & ideo per conſequens ſponſus non poteſt prætendere fructus ſub nomine intereſſe, nec illos acquiret, ita p æfati Doctores, & præſertim P. Barboſ. latiùs reſpondens etiam obiectis, quibus etiam ex prædictis ſatisfit.

§. II.

De fructibus Dotis poſt contractum matrimonium neque conſtante, an & quando pertineant ad maritum.

Certum eſt fructus dotis à marito perceptos conſtante matrimonio ad eum pertinere, cum ipſi incumbant onera matrimonij, ac proinde æquum eſt, vt fructus perceptos ex re dotali faciat ſuos prout iure conſtitutum eſt, *lege dotis fructus in principio, ff. de iure dotium lege pro onerib. C. eodem tit. leg. de diuiſione, ff. ſol. matr.* & *cap. ſalubrior, de vſuris,* ſcribentes dictis textibus P. Barboſa *in d. l. de diuiſione, initio.* Mantica *de tacitis, & ambiguis conu. lib. 12. tit. 30. n. 1. & ſeqq.* Gomez *ad l. 50. Tauri, n. 33. in initio,* Franciſcus Molinus *de ritu nupt. lib. 3. c. 42. à n. 34.* Fontanella *de pact. nupt. clauſ. 6. gloſſ. 2. p. 1. num. 1. & p. 2. n. 2.* Molina *de inſtit. tract. 2. diſp. 423. n. 5. & diſp. 432.* Steph. Gratian. *tom. 2. c. 244.* & Doctores communiter. Dos enim datur, vt illius fructibus fruatur relatis. Quod procedit etiamſi fructus excedant onera matrimonij *d. l. pro onerib. & l. vnica, §. Cumque ex ſtipulatu,* ibi, & omnia, quæ fructuum nomine, *C. de rei vxor. act. & l. vltima, ff. ſol. matr.* vbi dicitur, cuiuſlibet rei dotalis fructum ad maritum pertinere, & Mantica poſt alios *d. tit. 30. num. 2.* & Gomez *dict. n. 33. verſ. 2.* ita autem dotis fructus maritus ſuſtinens onera matrimonij facit ſuos, vt dum ſeipſum, vxorem, & eius familiam commodè ſuſtentet ex dictis fructibus, poteſt de aliis fructibus ad libitum diſponere etiam in foro conſcientiæ; & licet maritus eos diſſipando peccaret ob indebitam diſſipationem bonorum, quia bona malè conſumeret, eiſque abuteretur; tamen ad nullam reſtitutionem teneretur, vt Molfeſ. *conſ. 11. num. 38.* poſito poſt ſua loca communia *in conſuetud. Neapol.* Vnde etſi dotis conditio non poteſt in ſubſtantia fieri deterior, iuxta *legem Attilicinus, ff. de pact. dot.* in fructibus tamen poteſt maritus conditionem dotis facere deteriorem pro tempore conſtantis matrimonij, quia ſui illi ſunt propter onera matrimonij; ſi illa ſuſtentet. Ita Ioſeph. Lud. *deciſ. Lucenſ. 21. n. 13. 14. & 56.* & Faber *lib. 5. tit. 9. definit. 2.* 6

Hinc etſi Ruinus *l. ſi ante, n. 11. ff. ſol. matrim.* aſſerit maritum etiam non ſuſtinentem onera matrimonij facere fructus rei dotalis ſuos propter generalitatem *l. de diuiſione ff. ſol. matr. & d. l. dotis fructus,* & quia quamuis à principio maritus onera nõ ſuſtinuerit, poſſit ex poſtfacto compelli ad illa ſubeunda, *l. ſi cum dotem, §. ſi autẽ in nouiſſimo, ff. ſol. matr.* & cogi impẽſum ſiue à muliere, ſiue ab alio in iiſdem oneribus ſoluere, *l. Neſennius, ff. de negot. geſt.* ſemper attento effectu videtur ſuſtinere onera matrimonij, & conſequenter faciat fructus ſuos. 7

Nihilominus communis ſententia eſt, maritum non ſuſtinentem onera matrimonij non facere fructus dotales ſuos: ita Bartolus *in lege diuortio, in principio, num. 11. ff. ſol. matr.* Socinus *ibidem,* Surd. *de alim. tit. 11. quæſt.* 8

queſt.38.num.23. & q.42.n.33.& 34. P.Barboſa *in dicta lege de diuiſione,n.4. ante fin. verſ.quinimò,& n.11. verſ. quinto, ff.ſol.mat. & in d.l.ſi ante,n.1.verſ.quæ differentia, & n.3.*& Mant. *d.l.12.tit.29.c.66.n.15. & tit.30. n.16.* Gomez à Molina *locis allegatis,* Font. *d.p.1.n.2. & p.2. n.1.*Stephan.Gratian. *d.c.244.n.17.* Monterus *dec.17. n.64. & 65.* Franciſcus Molinus *de ritu nup.l.3.d.q.42. & 39.*& plurimi alij ab iiſdem locis allegatis relati. Cum enim ius deferat marito lucrum fructuum propter onera matrimonij, *d.l.dotis fructus in princ.ff. de iure dot.d.l.pro onerib. C. eod.tit. leg.ſi maritus ,ff.familiæ erciſcundæ.*Et ſic attenta natura dotis ,non faciat eius fructus ob cauſam dominij dotis,ſeu quia dominus ſit rerum dotalium,ſed propter onera matrimonialia , ſeu quia ſuſtinet onera matrimonij , vt expreſſe Bartolus, & Socinus *locis cit.* P.Barboſa *in d. l.ſi ante, d. num.3.* Fontanella *d. p.1.n.4.verſ.hæc non ita ſint* , Decius, Cephalus à Montero *d.n.64.*relati,Surd.Oſaſcus,& Ioannes Baptiſta Coſta à Font. relati, & alij apud eoſdem, vſusfructus dotis marito conceſſus habet tacitam conditionem,ſi ipſe ſuſtineat onera matrimonij,vt expreſſe poſt alios P.Barboſa *in d.l.de diuiſione,allegato n.11. d. ver. quinto,* & Fontanell. *d. n.3.qui p.2. num.3.*notat, quod quando maritus recipit dotem ab vxore , cenſetur illam emiſſe, & pro pretio dediſſe , ſeu obtuliſſe onera matrimonij , quæ in ſe ſuſcepit , quod dicunt etiam Caualcanus *dec.22. n.7.& 27.p.4.* P.Barboſa *in l. de diuiſione, n.12. ff.ſol. mat.* Hodierna *in annot. ad dec.211.*Surdi, & innititur *in l. ea promiſſione ff.de obligat.& actionibus, ea promiſſione*[dicitur ibi]*dotis non videtur lucratiua cauſa eſſe,ſed quodammodo creditur, aut emptor intelligitur, qui dotem petit,* per quem Textum idem dixere plures alij,quos ſequitur,& approbat Leotardus *de vſuris q.28. n.13.*& ideo ſi idē maritus onera non ſuſtineat, quaſi à ceſſante conditione, & ratione fructus non lucratur, ſeu facit ſuos irreuocabiliter, vt aliis iuribus,& Doctoribus allegatis in ſpecie Petr.Barboſa *in d.l. de diuiſione, d.n.4.* Quibus non obſtat generalitas dictarum legum *de diuiſione , & dotis fructus.* Nam loquuntur habito reſpectu ad communiter accidentia, cōtracto enim matrimonio ſolet vxor deduci ad domum mariti, & ita ſolet maritus onera matrimonij ſuſtinere, & etiamſi non deducat à communiter accidentibus,maritus onera ſuſtinet, & ita lucratur dotis fructus.Poſito verò quod maritus nulla ſuſtineat onera non facit fructus ſuos,vt Petr.Barboſa *d.l.ſi ante,d.n.3.* & probant tradita, neque etiam obſtat , quod ex poſtfacto maritus,qui onera non ſuſtinuit,poſſit cogi ſoluere impenſum,quia fortè hoc non ita expedit vxori, ſicut habere fructus,& ſi poteſt obligare maritum illis non feciſſe ſuos,ſed auxiſſe dotem(vt mox infrà)& eſſe reſtituendos vnà cum alia dote, vt idem Barboſa,& ex traditis non venit admittēdum dictum Monteri[provt illud reprobat Fontanella *d.p.1.n.5.& ſeqq.*] *d. dec.17. n.6.*quod vt maritus lucretur dotis fructus,requirantur copulatiuè, & dominium dotis, & maritum ſuſtinuiſſe onera matrimonij, nam iuxta tradita,& textus,ac Doctores præallegatos conſtat,quod propter onera matrimonij,& non propter dominium dotis,aut aliud maritus dotis fructus facit ſuos,& licet vltra onera ſuſtentata,vt maritus lucretur dotis fructus, acquiri etiā, quod contractum ſit matrimonium , & quod res dotalis ſit marito tradita , & ſic in maritum ſit tranſlatum dominium ſaltem vtile, & adminiſtrationis, ſcribant Paulus de Caſtro *in d.l.de diuiſione,n.3.ibid.* Iaſon *n.1.* & Petr. Barboſa initio,Gomez,& Molin.*locis ſup.allegatis*,idem Monterus *d. n.65.* Surdus *dec.211. n.17.* & alij relati à Montero *d.n.65.* & à Fontanell. *d.p.1. n.15.* prædicta tamen duo requiſita vltra onera ſuſtentata à Doctoribus non ponuntur vt cauſæ acquiſitionis fructuum,ſed ſolum volunt requiri , vt propter onera , quæ maritus ſuſtinet,fructus dotis faciat ſuos, de quo latiùs Fontanella *d.p.1.n.8.*qui *n.9.*addit dominium prodeſſe ad effectum,vt maritus,qui in rem vxoris fecerit vtiliter impenſas , meliorationes conſequatur , nec teneatur eas compenſare cum fructibus,vt tradunt Afflictus *dec.87. n.7.*Riccius *in collect.deciſ.coll.1332. verſ.amplia ſecundo* , latè Mantica *d.tit.30.n.15.* & alij ab eodem Fontanella relati fundati in eo,quod maritus illos fructus facit iure dominij , quod ius dominij inquiunt , facit ceſſare compenſationem, ſeu eſt cauſa compenſationis cum fructibus faciendæ.

Cum igitur maritus non ſuſtinens onera matrimo- 9
nij fructus dotis ab eo perceptos pro eo tempore onerum non ſuſtentorum non faciat ſuos , eoſdem fructus augere dotem per textus *ſup.n.1.*adductos tradunt Mantica *de tac.& amb. conu. l.11. tit.19. n.17. & l.12.d.tit.19.n.15.* Petr.Barboſ. *d.l.ſi ante,n.3.verſ.neque etiam obſtat,ff.ſol.matr.* Stephanus Gratian. *tom.2.dict. c.244.n.17.*& Fontanell. *d.p.1.n.12.* ac proinde iidem fructus cum dote ſunt reſtituendi, iuxta *l.ſi marito ſine, ff.ſol.mat.*vt idem P.Barboſ.notat,etſi.veriùs ſit eoſdem fructus (licet ſint vxori reſtituendi) non augere dotem iuxta notata *ſup.cap.1.n.55.& c.præced. poſt n.30.*

Ex quibus venit reiiciendum quod contra Baldum 10
in rub. C.de priuil. dotis, vbi iuxta tradita aſſerit teneri maritum vxori reſtituere fructus dotis perceptos pro eo tempore, quo onera matrimonij non ſuſtinuit,per textum *in l.inſulam, §.vſuras, ff.ſol.mat.*) conſuluit Paulus de Caſtro *conſ.192.ad finem,* ſcilicet maritum,qui onera matrimonij non ſuſtinet, non poſſe quidem fructus dotis petere (idque tantum vult iura in præcedentibus allegata dicere) tamen fructus perceptos non teneri reſtituere, provt etiam eundem Caſtrenſem approbat Franciſc.Molin. *de ritu nupt.l.3.d.queſt.42. n.39. & 40.* Suppoſito enim quod maritus ſuſtinens onera matrimonij non faciat dotis fructus ſuos(vt iuxta textum,& Doctores communiter in præcedentibus præallegatos) neceſſariò ſequitur, quod teneatur illos vnà cum dote vxori reſtituere,cum nullo alio titulo poſſit percipere, niſi ob onera ſuſtenta: vnde ſicut ſine legitimo titulo rem poſſidens eam cum fructibus reſtituere tenetur, *l.fructus,& leg.ex diuerſo, §.1.cum ſimilibus, ff.de vend.* ita maritus tanquam ſine cauſa , nec titulo poſſidens fructus ex dote perceptos tenetur reſtituere vxori cum dote,quam etiam maritus onera matrimonij non ſuſtinens tenetur reſtituere eidem vxori , vt ex ea viuere poſſit,cum ſit illius patrimonium, *vt dict.num.*18. notat Molinus.

Adeo autem maritus non ſuſtinens onera matrimo- 11
nij propter quæ datur dos,& dantur etiam fructus dotis,non lucratur fructus dotis , vt etiam illis priuetur, quamuis culpa vxoris eadem onera non ſuſtinuerit, vt quia (eſt caſus notatus à Surdo *loco mox citando*) vxor recuſauerit dotem eidem marito ſoluere , & propterea illam maritus à domo expulerit,vel ei hac de cauſa alimenta negauerit;in hoc enim caſu fructibus dotis maritus priuatur, ſcilicet eos non poteſt prætendere, etſi culpa vxoris onera matrimonij non ſuſtinuerit , cum ſatis ſit,vt ceſſet onus matrimonij non curando cuius culpa acciderit, cum dentur fructus dotis, & alimenta marito in recompenſationem damni,quod patitur maritus alendo vxorem,quo circunſcripto denegatur petitio,ita poſt Baldum,Imolam,Alexandr.& alios Surd. *de alim.tit.1.q.42.n.36.*& poſt eum Stephan.Gratianus *d.c.244.n.18.& 19.*& Fontanell.*d.p.1.n.10.*quare multò magis fructus dotis ſuos non faciet maritus , quando culpa mariti contingit, quod ab eo ſeorſim vxor habitet,nec ab eo alimenta recipiat,vt Fontan. poſt Carocium *d.p.1.n.11.* & etiam Franciſcus Molinus *d. q.42. n.39.*quod ſi maritus vxori,quæ ſine culpa viri ſeorſim habitat , alimenta præſtaret provt alimenta præſtaret,

(provt

(prout præſtare tenetur, & cogi poteſt, vt Gratianus *num.*20. & Mantica *d.tit.*30.*n.*3.) faceret fructus ſuos; tenetur tamen maritus eidem miniſtrare ſolum fructus, qui pro congruis alimentis ſufficiant iuxta *leg. ſi cum dotem*, §. *ſin autem*, *ff. ſol. matr.* & quod ſupereſt ex alimentis, cedit lucro mariti, qui poteſt ſibi retinere, vt poſt alios notant Mantica *d.n.*3. & Gratianus *dict. num.*10. tum quia maritus ſit Dominus ſaltem vtilis dotis, tum quia ſi dos eſſet exigua, & eius fructus pro alimentis vxori præſtandis non ſufficerent, teneretur vir de propriis facultatibus ſubuenire, & ſic etiam debet lucrari quod ſupereſt de fructibus dotis vltra congrua vxoris alimenta.

12 Aduertendum autem, quod ſi maritus ſemel deduxiſſet in domum ſuam, & incepiſſet onera matrimonij ſuſtinere, non diminuentur marito fructus dotis ex eo, quod vxor poſtea per aliquod tempus permanſerit in domo patris, vt ſæpè contingit, quod mulieres ad domum patris redeunt recreationis gratia per aliquod tempus, ibique alimenta recipiunt; ita Rota Rom. *deciſ.*253.*p.*2. *recent.* Farinac. & Berous *conſ.*129. *n.*11. *lib.*2. & poſt eum Fontanella *dict. part.*1. *num.*13. ob eam rationem, quia cum eo tempore maritus retinuerit domum apertam cum reliqua familia, in qua poterat mulier ad libitum habitare, per maritum non ſtetit. Qui nihilominus etiam ſuſtinuit onera matrimonij, quæ non reſtringuntur ad alimenta vxoris, ſed alia pinta, veſtes, ſalaria ancillarum & alia huiuſmodi, de quibus per Ripam *in rub. num.* 57. *ff. ſolut. matrim.* continent, quæ non ceſſarunt propter præfatum mulieris deceſſum, vt *ibid.* Rota. Onera etiam matrimonij, quæ præter vxoris alimenta explicat P. Gregorius in ſyntag. Iuris *part.*2.*l.*9.*de perſonis*, *c.*19.*de oner. matr.* & *cap.*20.

13 Ex traditis etiam infertur, quod ſi pater mariti ſuſtineat onera matrimonij, tunc fructus dotis ſi illos pater perceperit, deductis ſumptibus factis pro oneribus factis pleno iure illi acquiruntur, non marito, adeo vt ſint communes omnium hæredum patris pro portionibus hæreditarijs, vt poſt Baldum *conſ.*484.*num.*2.*l.*5. adnotarunt Mantica *dict. tit.*30. *num.*18. & Stephanus Gratianus *dict. cap.*244.*num.*27. & 28. tenentes fructus conſumptos pro oneribus non tranſire ad hæredes, & addunt hoc eſſe notandum, quia poſſet quis æſtimare eos fructus, qui ſuperſunt ad filium maritum pertinere, eo quia ſtatim poſt mortem patris onera matrimonij eum ſequuntur, *leg. ſi is qui Stichum*, §. *poſt mortem*, *ff. de iure dotium*: quem textum dicunt intelligi de fructibus perceptis poſt mortem patris, non de fructibus patre ſuperſtite perceptis, & ei acquiſitis; nam hi diuiduntur inter hæredes pro portionibus hæreditatis; & quod mariti patris ſit fructus dotis, quando ſuſtinet matrimonij onera, tradunt communiter Doctores, quos refert, & ſequitur Fontanella *dict. clauſ.*6.*part.*1. *num.*42. & 43. idem repetens *gloſſa ſecunda*, *part.* 2. & ſi etiamſi contracto matrimonio vir ingrediatur domum vxoris, & ab ea onera matrimonij ſuſtineantur, non lucratur fructus dotis, cum ceſſet ratio onerum, vt poſt Imolam Fontanella *dict. gloſſa* 2. *p.*2.*num.*38. Vtrum verò pactum, vt vir recipiat dotis fructus, & mulier alat ſe, & pariter valeant nonnulla alia pacta circa fructus dotis, actum eſt *ſuprà cap.* 1. *num.* 93. *ad* 103. & latè agit Franciſcus Molinus *de ritu nupt. lib.* 3. *quæſt.*41.

Maritus putatiuus qua ratione, quoſve fructus dotis lucretur, ſi ſuſtinuit onera matrimonij.

14 Porro quod *ſuprà num.* 6. & *ſeqq.* dictum eſt, ſcilicet, quod maritus ſuſtinens onera matrimonij faci ſuos fructus dotis perceptos, illoſque lucretur, procedit in marito vero, cuius matrimonium eſt verum, & validum, maritus verò putatiuus, & cuius matrimonium eſt nullum, & tantum opinatum, qui ignorans matrimonij nullitatem, & bona fide rerum dotalium fructus percepit, & matrimonij onera ſuſtinuit ac ſi eſſet verus maritus, non lucratur eoſdem fructus eo modo, quo maritus (quidquid ſecus ſenſerint aliqui relati à Tiraquello poſt *leges connub. gloſſa* 8. *numero* 235. & à Guttierrez *de tutelis*, & *curis*, *part.* 3. *cap.*8. *num.* 20.) ſed dos lucratur tantum ad inſtar poſſeſſorij bonæ fidei, ſeu ſolum tanquam bonæ fidei poſſeſſor, vt per textum Clarum *in l. in Inſulam*, §. *fructus*, *ff. ſol. matrimonio*, eſt communis ſententia. Ita præter alios ex antiquis à Mantica *d.tit.*30. *num.*14. & 15. Petr. Barboſa *in leg. ſi cum dotem*, § *ſin*, *num.*18. *verſ. & hinc eſt*, *ff. ſol. matrimonio*, iidem Mantica, & Barboſa *ibidem*, Tiraquell. *vbi ſuprà num.*256. Gomez *ad leg.* 50. *Tauri*, *num.* 56. §. *ex quo primò*, *verſicul. quarto.* Canalcan. *deciſione* 18. *numero* 25. *part. ſecund.* & alios allegans Fontanella *d. clauſula* 6. *gloſſa ſecund. part. prima*, *num.*18. & 19. Vnde etſi maritus verus lucretur omnes fructus dotis etſi excedentes onera matrimonij (vt *num.*6. notatum eſt) putatiuus lucratur tantum eos fructus, quos bona fide percepit, & in oneribus matrimonij conſumpſit, & ſic tantum vſque ad quantitatem expenſarum factarum in omnibus, & non eos, quibus factus eſt locupletior, vt dicitur *dict.* §. *fructus*, & expreſsè tradunt præfati Doctores, & alij communiter *ſuprà c.*20. *num.*125. *allegati*, idem etiam maritus putatiuus impenſas neceſſarias, vel vtiles in rebus dotalibus factas tenetur deducere ex fructibus, neque eas repetit, ſi excedant fructus, *dict. leg. In inſulam*, & poſt alios Mantica *dict. num.*15. quas tamen expenſas à vero marito factas ille non tenetur deducere ex fructibus dotis, *l. diuortio*, §. *impendia*, *ff. ſol. matrimonio.* Mantica *ibidem*, & Doctores *ſuprà num.* 8. *fine relati*: quod ſi maritus putatiuus præfatas impenſas non poſſet ex fructibus deducere, tunc haberet repetitionem, vt idem Mantica *ibidem.*

Qui fructus, vel prouentus rerum dotalium ad maritum, vel ad vxorem ſpectant?

Quos autem fructus rerum dotalium faciat ſuos maritus onera matrimonij ſuſtinens, explicant Gloſſa *in capite ſalubriter*, *verbo Onera*, *de vſuris*, Mantica *de tacitis*, & *ambiguis conuent. lib.*12.*dict. tit.*30. & Gomez *ad d.l. Tauri* 50. *num.*33. *initio.* Iuxta quos, & lura ab eodem relata.

15 Primo ad maritum (vt notat Gomez *in ſpecie verſ. quod primò*) pertinent dotis fructus, ſiue naturales, ſiue induſtriales, ſiue ciuiles, ſiue hi verè, & propriè comprehendantur nomine fructuum, ſiue tantum impropriè, & largè, quatenus fructus nomen ſolet accipi in genere pro omni commodo, & vtilitate rei. Sunt autem fructus naturales, quos natura nihil aut parum operante hominis induſtria, aut opera producit, *lege fructus*, *ff. de vſuris*, *l. bonæ fidei emptori*, *ff. de acquir. rerum*

rum dominio. Fructus induſtriales ſunt, quos hominis induſtria, ſine opera, & labor, cooperante tamen natura producit, ſeu (vt notat Menoch. *de arbitr. caſu* 210. *n.* 5.) quos natura producere non poteſt, niſi hominis labor, & opera antecedat *dict. leg. fructus, & leg. ſi eius, ff. de rei vindicat.* quales ſunt frumentum, ſata, vinum, oleum, & alia ſimilia. Ciuiles fructus dicuntur, qui à Iure ipſo proueniunt, ſiue hominum prouiſione iure ciuili introducta quærantur, vt ſunt vſuræ, penſiones, mercedes, vecturæ nauium, & cæteræ obuentiones, *l. ſi nauis, ff. de rei vindicatione, leg. fructus, ff. de reg. iuris lege vltima, ff. de vſuris*, & in pluribus aliis textibus latè adductis per Caſtillum *de vſufructu cap.* 36. *num.* 54. *&* 65. de qua diuiſione fructuum in naturales, induſtriales, & ciuiles ex profeſſo ſingulas ſpecies, ſeu ſingula membra explicantes ſcribunt præſertim Menochius *d. caſu* 210. *& de recup. poſſeſſione remedio* 15. *n.* 577. Pichard. *in §. ſi quis à non Domino, n.* 7. *in tit. de rer. diuiſione*, P. Barboſ. *in l. diuortio, §. ſi vir n.* 38. *fine, ff. ſol. matr.* & Caſtillus *d. c.* 36. *a n.* 50.

16 Secundo maritus lucratur fructus rerum dotalium conſiſtentes in rebus mobilibus, ſiue ſe mouentibus, vt ſi detur in dotem grex animalium inæſtimatus, ad maritum pertinent fructus eorum, puta agni, vituli, & ſimiles fœtus *l. plerumque, ff. de iur. dot. & d. §. ſi ſerui*, & etiam lac, pilus, & lana, Gomez *verſ.* 3. & Mantica *n.* 12. Pereuntibus tamen aliquibus capitibus animalium ſuppleri debet proprietas aliis fœtibus, vt *dict. l. plerumque*, & traditum eſt *ſup. c.* 16. *n.* 61.

17 Partus autem ancillarum non pertinent ad maritum, neque ad alium fructuarium, *vt l. vnica, §. itemque partus, C. de rei vxor. act. & d. §. ſi ſerui, & in d. §. pecudum, inſtitut. de rer. diuiſ.* & gloſſa *dict. verbo onera*, Mantica *num.* 13. & Gomez *dict. verſ.* 3. & notatum eſt *d. c.* 16. *num.* 36. & huius ratio habetur *in l. in pecudum, in fine, ff. de vſuris*, ſcilicet quia cum omnes res gratia hominum ſint ordinatæ, & productæ, abſurdum videtur hominem eſſe in fructu. Hoc tamen intelligitur, ſi ancillæ datæ ſint in dotem inæſtimatæ, nam ſi æſtimatæ, earum partus ad maritum ſpectant, *vt d. cap.* 16. *num.* 36. eſt notatum.

18 Tertio ſi bona dotalia in maioratu, vel rebus vinculatis, & reſtitutioni ſubiectis (quæ & quando poſſint dari in dotem actum eſt *ſup. c.* 15.) earum fructus marito cedunt, vt Gomez *d. n.* 33.

19 Quarto ſi mulier dederit marito in dotem vel Ducatum, vel Comitatum, territorium, vel dignitatem, quibus competit, ſeu competat iuriſdictio, pœnæ, mulctæ, banna, & aliæ vtilitates à dignitate, vel iuriſdictione prouenientes in fructibus computantur, & ad maritum ſpectant, & etiamſi tales pœnæ, mulctæ, vel confiſcationes conſiſtant in rebus immobilibus, cum omnia ſint commoditates, & fructus iuriſdictionis cenſeantur, ita Gomez *d. n.* 33. Mantic. *n.* 19. & Doctores communiter, quorum plures *ibid.* Mantica, & Gomez referunt.

Verum vero ſi in Caſtro, villa, ſeu territorio in do-
20 tem datis ſit Eccleſia de iurepatronatus, Ius præſentandi, cum vacat Eccleſia conſtante matrimonio, ad virum, vel vxorem pertineat, in vtramque partem latiſſimè Mantica *dict. tit.* 30. *à num.* 20. *ad* 30. *qui num.* 24. probabilius putat, ſpectare ad virum, tum quia licet Iuſpatronatus ſingulariter non poſſit in alium transferri, tamen cum vniuerſitate tranſit, *c. ex literis, de iurepatron.* Tum quia eligere, & præſentare eſt fructus poſſeſſionis, *cap. conſultationibus, de iurepatr.* atque adeo cum maritus poſſideat Caſtrum, ratione cuius competit illud ius præſentandi, ipſe habebit Ius præſentandi. Et ita in facti contingentia deciſum fuit à Rota Rom. *dec.* 10. *de iurepatron. in nouis*, & huius ſententiæ plura alios Doctores refert Mantica *num.* 25.

Quinto redditus, & prouentus venationum, & piſcationum pertinent ad maritum, & ad quemcumque fructuarium, *l. item ſi fundi, § acceptum, ff. de vſufructu.* Gomez *d. n.* 33. & quæcumque obuentiones ex ædificiis, ex arcibus, & cæteris quibuſcumque ædium dotalium ſunt, *l. vſufructu legato in principio.* 21

Sexto arbores fundi dotalis cæduæ ſi ſint, in fructu ſunt, & eas maritus lucratur *l. diuortio, § ſi fundum initio, ff. ſol. matr.* ſin minus quia fundum deteriorem fecerit, ſunt vxoris cui maritus tenebitur reſtituere, *ibid.* & ſi etiam vi tempeſtatis ceciderint, pretium earum ipſi mulieri reſtituendum erit *d. § ſi fundum ver. ſed etſi.* 22

Septimo ſi in fundo dotali certi fodinæ, argenti fodinæ, vel auri, vel cuius alterius materiæ ſint, vel arenæ in fructu habentur, & cedunt lucro mariti *l. diuortio, §. ſed ſi certi, ff. ſol. matr.* item ſi fundus, in quo lapis ceditur datus ſit in dotem, lapidicinarum commodum ad maritum pertinet *lege ſi fundus, ff. ſolut. matrimonio.* 23

Si vero ex lapidicinis fundi dotalis lapides, quæ fructus non ſint, ſiue ſuperficiem ædificij dotalis voluntate mulieris maritus vendiderit, nummi ex ea venditione recepti in fructu non computantur, ideóque dotis non eſſe intelliguntur, & ſoluto matrimonio vxori debent reſtitui, *leg. ſi ex lapidicinis, ff. de iure dotium.* Si autem vir à fundo dotali lapidicinas marmoreas inuenerit, eumque fructuoſiorem fecerit, marmor, quod cæſum eſt, nec exportatum eſt, ad maritum pertinet, nec impenſa (ſcilicet quam ex ſuo maritus fecit, eſt ei præſtanda, quia nec in fructu eſt marmor, niſi talia ſit, vt renaſcatur, *dict. leg. diuortio, §. ſi vir, ff. ſoluto matrimonio*, de materia *dict. leg. ſi fundus dict. leg. diuortio, §. ſed ſi certi, & dict. l. ſi ex lapidicinis*, latè Petr. Barboſa *in dicta lege diuortio, §. ſi vir.* 24

Sic etiam theſaurus in fundo dotali inuentus in fructu non computatur, quia non renaſcitur, ſed eius pars dimidia mulieri reſtitui debet, quaſi in alieno inuenti *d. l. diuortio, §. ſi fundum fine.* 25

Si quoque prædiis dotalibus inæſtimatis aliquid acceſſerit, id cedit lucro mulieris, vt ſi fundus dotalis ex alluuione incrementum acquirit, *leg. ſi proprietati, & lege plerumque, §. ſi prædiis, ff. de iure dotium.* Quia etſi aliquid deceſſerit, id mulieri eſt detrimentum, *dicto §. ſi prædiis*, & notatum eſt *ſuprà cap.* 16. 26

Item ſi ſeruo dato in dotem aliquid ex legato, vel hæreditate obuenerit, quod teſtator noluit ad virum pertinere, id ſoluto matrimonio mulieri reddendum eſt *dict. lege vnica, §. itemque partus, Codic. de rei vxor. act. lege ſi legato, ff. ſoluto matrimonio*, & ſi ſeruo eidem dotali fundus legatus ſit, ad legem Iuliam pertinet quaſi dotalis, *l. fundus, ff. de fundo dotali*, ſi etiam idem ſeruus dotalis hæres inſtitutus hæreditatem adiuerit, eam actione de dote mulier recuperabit. Ea tamen quæ ex operis ſeruorum acquiruntur, mariti erunt, quia aditio hæreditatis in opere ſeruili non intelligitur, *lege aditio in princ. ff. de acquir. hæred.* Quod ſi ſeruus idem dotalis contemplatione mariti fuerit inſtitutus, vel ei legatum, aut fideicommiſſum ſit relictum, id marito acquiritur, neque vxori reſtituendum, *l. huic quæritur, §.* 1. *verſ. & ideo ſi reſpectu mariti, ff. de peculio.* Plura alia de iis, quæ ex rebus in dotem datis percipiuntur ſint necne mariti, vel vxoris, habet P. Barboſ. *in d. l. diuortio d. § ſi vir, ff. ſol. matr.* & videnda etiam ſunt tradita *ſupr. c.* 16. *de dote inæſtimata, & æſtimata.* 27

Fundus

Fundus in dotem promiſſus non dicitur dotalis niſi poſt poſſeſſionem eius traditam marito, neque res in dotem promiſſa maritus fructus ſuos facit ante illius traditionem, licet onera matrimonij ſuſtineat.

25 Cæterum vt maritus ſuſtentans onera matrimonij rerum dotalium fructus ſuos faciat, non ſolum requiri onera matrimonij, & matrimonium, ſcilicet, quod contracto matrimonio onera ſuſtineantur, ſed etiam requiri quod res pro dote promiſſa, ex ſe frugifera (nempe fundus pro dote promiſſus) ſit actu tradita marito, ita quod ex eo ſolum quod maritus ſuſtineat, ſeu incipiat onera matrimonij ſuſtinere, non ob id fructus percepti ex rebus in dotem promiſſis ad maritum pertineant, niſi etiam res ipſæ promiſſæ fuerint marito traditæ, & ſic non à tempore contracti matrimonij, neque à tempore, quo maritus incipit onera matrimonij ſuſtinere, ſed à tempore, quo res promiſſæ in dotem ei fuerint traditæ, tradunt Gloſſa *in cap. ſalubriter, verbo onera de vſuris, Gloſſa in lege de diuiſione, & ibidem* Iaſon *numero quarto*, Paulus de Caſtro, Gomez, Montetus *locis ſuprà numero octauo verſic. & licet*, allegati, Surdus *deciſ.* 215. Gaillus *obſeruat.* 29. *numero decimo, parte ſecunda*, Franciſcus Molinus *de ritu nupt. lib.* 3. *quæſt. tertia, à numero duodecimo* (quos duos ad id allegaui *ſuprà cap.* 2. *numer.* 26.) Coſta *de portione rata quæſtione quintadecima num. ſexto*, Molina *de inſtit. tractat. ſecund. diſput.* 425. *& diſp.* 432. *numero quinto*, & alij ab iiſdem relati, & etiam P. Barboſa *in dicta lege de diuiſione, num. ſeptimo, verſic. vnde licet, & numero nono initio*, id colligentes, ſeu probantes ex Textu *in dicta lege de diuiſione fine*, ibi, *ſed quod primum dotale prædium conſtitutum eſt*, id eſt tradita poſſeſſione, quibus verbis ibi probatur fructus dotis non incipere acquiri marito niſi à tempore, quo prædium in dotem promiſſum effectum eſt dotale, fit autem dotale tradita eius poſſeſſione. Quare quod vt maritus fructus dotis faciat ſuos, requiri rei in dotem promiſſæ traditionem, alias ſecus, iidem DD. dicunt rationem eſſe (de qua etiam *ſuprà cap. ſecundo numero ſeptimo &* 26.) quia fundus pro dote promiſſus ex ſola promiſſione non eſt, ſeu efficitur dotalis, ſed vt efficiatur dotalis, traditio, ſeu tradita poſſeſſio rei promiſſæ requiritur, vt dicitur *dicta lege de diuiſione*, vt prædium ſit dotale, oportet eius dominium eſſe marito acquiſitum iuxta *leg. dotale paragrapho finali, ff. de fundo dotali.* Vbi dotale prædium (inquit Iuriſconſultus) ſic accipimus, cum dominium marito quæſitum eſt; dominium autem ſine traditione, aut vſucapione non quæritur, *leg. traditione, Codic. de pactis.* Neque in hoc, ſeu quoad tranſlationem dominij dos eſt aliquo modo (inquit Gaillus, & poſt eum Molinus, & Molina *dict. diſput.* 425. *numero primo*) magis priuilegiata, quàm in aliis contractibus, in quibus traditio requiritur. Prædicta ex præfatis Doctoribus, quæ praxi parum poſſunt ſeruire; cum regulariter in capitulis matrimonialibus ſeu dotis contractibus, ſi fundus, vel alia res frugifera ſit promiſſa in dotem, interueniat pactum vt fructus etiam ante traditionem pertineant ad maritum, cui contracto matrimonio onera matrimonij incumbunt, quo pacto ſtante dote non tradita vxor, ſeu alius promiſſor dotis tenetur ex re promiſſa penes ſe adhuc exiſtente reſtituere marito, ſi onera ſuſtinuerit, vt in ſpecie notat Molina *dict. diſput.* 425. *numero quarto, & dict. diſput.* 432. *eodem num.* 5.

Imo etiamſi tale pactum non interuenerit, ſi res promiſſa marito non eſſet tradita tempore congruo, quod eſt ſaltem quando maritus incipit ſuſtinere, & ſuſtinet onera matrimonij, tenetur vxor, ſeu alius promiſſor dotis etiam extraneus marito reſtituere vel fructus ipſos, vel ex fructibus intereſſe, ſcilicet æſtimationem ſaltem iuxta quantitatem fructuum perceptorum vt *locis citatis* Molina, & plurimi Doctores allegati à P. Barboſa *in d. l. de diuiſione n.* 9. qui & eorum ſententiam approbat *n.* 12. qui etiam *num.* 10. dicit, hanc ſententiam procedere, etiamſi dos promiſſa conſiſtat in pecunia, ſi promiſſor fuit in mora ſoluendi, in qua mora cenſetur conſtitutus, quando maritus ſuſtinendo onera matrimonij adimplenit ſuam obligationem, & idem promiſſor non ſoluit, quæ mora dicitur irregularis, & conſequenter etiam abſque interpellatione, per quam inducitur mora regularis (vt idem Barboſa) & conſequenter tunc incipit marito deberi intereſſe dotis non ſolutæ, cum ex ſuo expenderit id, quod ex fructibus dotis expendere debuiſſet: & hæc traditio probatur, quia iam dos promiſſa in pecunia, quàm dos promiſſa in fundo eſt verè, & propriè dos etiam ante traditionem, vt latè probatum eſt *ſupra cap.* 2. *num* 13. *cum pluribus ſequentibus*, licet quoad effectum dos tradita ſit maioris efficaciæ, vt *dict. cap.* 2. *num.* 26. notatum eſt, ac proindè debet & ipſa inſeruire oneribus matrimonij, pro quibus dos eſt inſtituta, iis quod naturæ dotis ſit annexum onus alimentorum, vt *ſuprà cap. primo, numer.* 92. probatum eſt, & etiam *hoc cap. numero octauo*, & habetur etiam infra (ita quod proprium dotis eſt, vt cenſeatur promiſſa cum fructibus pro oneribus, vt Nauarrus *in comm. de vſuris numer.* 66. Rota *deciſ.* 251. *fine part. prima*, apud Farinacium P. Barboſa *in lege de diuiſione numer.* 2. *ff. ſol. matrim.* & Leotardus *d. quæſt.* 38. *numer.* 8.) ac proindè vbi eſt dos, debent eſſe onera matrimonij, vt notatum etiam eſt *cap. duodecimo numero ſecundo*, & tradit etiam Surdus *de alim. titul.* 2. *quæſt.* 38. *numero quinto, ſexto, & ſeptimo*, & è contra ibi eſſe debent onera matrimonij, vbi eſt dos, vt Surd. *dict. numero ſexto*, cum fructus dotis debeant ſeruire oneribus matrimonij, *leg. vbi adhuc, Codic. de iure dotium*, & idem Surdus *numero ſeptimo*, poſt alios. Ex hoc enim conſequens eſt, quod vxor, vel alius promiſſor dotis, qui congruo tempore non ſoluit dotem promiſſam marito, & ipſe onera matrimonij ſuſtinuit expendens de ſuo, promiſſor teneatur vel reſtituere fructus dotis perceptos, vel eorum æſtimationem ſaltem ſub nomine intereſſe debito marito. Eam etiam rationem ex Doctoribus huius ſententiæ adducit P. Barboſa *dicto numero nono*, ſcilicet, quod contractus dotis eſt ex vtraque parte obligatorius, quia obligat ſe maritus ad ſuſtinenda onera matrimonij, & vxor, ſeu promiſſor dotis ad tradendum res dotales, vt ex illarum fructibus onera ſuſtineantur *leg. dotis fructus ff. de iure dotium*, & aliis iuribus *numero octauo, & dict. cap. primo, numer.* 92. adductis. Ergo ſicut in aliis contractibus ex vtraque parte obligatoriis, ſi vnus implet contractum ex parte ſua alter, qui non implet, cenſetur conſtitutus in mora irregulari (ſcilicet, quæ contrahitur abſque interpellatione) quæ appellatur ficta, vt poſt alios Petrus Barboſa *dict. num.* 9. & conſequenter vel moroſus debet teneri vel fructus reſtituere, vel vſuras pretij iuxta quantitatem fructuum perceptorum, iuxta *legem curabit, Cod. de act. empt.* ita & in præſenti materia.

Rurſus fructus dotis marito debentur ſub tacita conditione, ſi ipſe ſuſtineat onera matrimonij, vt *ſup. numero* 8. notatum eſt, ergo cum maritus contracto matrimonio ſuſtinet, ſeu ſuſtinuit onera matrimonij, cenſetur adimpleta conditio, ſub qua fructus ſunt ei debiti: ergo vxor, vel alius promiſſor abſque alia interpellatione conſtituitur in mora, ſi dotem non ſoluit, & ita debet fructus dotis perceptos, vel æſtimationem dare marito. Denique quia in conſtitutione, ſeu contractu dotis maritus cenſetur veluti emptor (vt *ſupra numer.* 8. notatum eſt) & conſequenter mulier, aut alia perſona dotem promittens venditrix, hæc enim cenſetur dotem vendere, & maritus & emere, loco pretij dare, ſeu offerre, & ſubire onera matrimonij, vt *eodem numer.* 8. notatum eſt, & explicat etiam Tiraquellus *libro ſecund. tractat. in fine, numero ſexta*, atque adeo ſi maritus ſuſtinuit onera matrimonij, & ſic quaſi pretium ſoluit, ac proinde promiſſor dotis, qui eam non tradidit tenetur marito dare vel fructus perceptos, vel intereſſe, ſeu æſtimationem fructuum, iuxta *leg. curabit, Cod. de act. empt.*

27 Ad textum autem *in dict. leg. de diuiſione ff. ſoluto matrimonio*, qui obſtare videtur, reſpondet ibi Gloſſa *fin.* primò, quod in ſpecie *dict. textus*, vxor nullos fructus percepetat ex rebus dotalibus, & ſic nihil habebat, quod reſtituere haberet: ſecundo (& approbant *ibidem* Bartolus & alij ſcribentes) quod mulier obtulit fundum dotalem marito, & iſte noluit recipere, & propter hanc vltimam moram vxor liberata eſt à fructuum perceptorum reſtitutione: præterea Petrus Barboſa *in dict. lege de diuiſione numer.* 12. *verſiculo ex retenta*, ex Baldo, & aliis ibi ſcribentibus reſpondet, illum textum probare quod maritus non facit fructus ſuos ante rerum dotalium traditionem, & conſequenter quod ante traditionem præfati fructus ſub nomine fructuum ad eum non pertinent; non negat tamen maritum ſub nomine intereſſe illorum æſtimationem petere poſſe, nam aget maritus aduerſus vxorem moroſam ad intereſſe, nempe quatenus ſua interfuit res dotales ſua die traditas fuiſſe, ac ita ſub conſideratione prædicti intereſſe æſtimationem illorum fructuum perceptorum per mulierem conſequitur. Vnde Baldus ait, in hoc caſu fructus non venire vi promiſſionis dotis, ſed ex vi moræ incurſæ per vxorem. Iuſtitia enim commutatiua dictat, vt quatenus vnus contrahentium implet ex parte ſua, alius etiam pariter ex parte ſua implere teneatur contractum, aut implenti ſoluere lucrum implementi recepti, alioqui committeretur inæqualitas. Differentiam porrò vtrum fructus debeantur tanquam fructus, vel ſub nomine intereſſe propter retardatam ſolutionem, latè explicat Petrus Barboſa *in dict. lege de diuiſione, numer.* 13. *cum pluribus ſequentibus*, vbi latiſſimè diſcurrit circa intellectum *dict. leg. curabit Codic. de action. empti*: ibidem etiam examinat, an maritus in hoc caſu poſſit petere fructus ſub nomine dotis ſolum quatenus valent onera, quæ ipſe ſuſtinuit, vt voluerunt Decius *conſilio* 119. *numer.* 41. & alij ab eodem Petr. Barboſa *numer.* 17. *verſiculo infero tertiò* relati. An vero omnes fructus ab vxore perceptos, ne ex mora ſua lucrum percipiat, & hoc affirmat *numer.* 16. *fine* poſt Socinum *in dict. lege de diuiſione*: *eodem numer.* 17. dicit eandem mulierem non teneri niſi pro quantitate fructuum perceptorum, etiamſi onera ſuſtentata à marito multum excederent, & ſi nihil, ſeu nullos fructus percepit, ad nihil teneri, tradit paulò ante *dict. num.* 17. *ex gloſſa fin. in dict. lege de diuiſione*, *eodem numer.* 17. dicit mulierem ſub nomine intereſſe teneri reſtituere omnes fructus perceptos, licet ſua induſtria perceperit maiores, quam maritus potuiſſet percipere, quamuis Socinus *in dict. leg. de diuiſione, num.* 10. Couarruuias *var. reſol.* 3. *cap.* 2. *verſ. ſecundò*, & alij ſentiant teneri ſoluere ſolum fructus, quos maritus percipere potuiſſet, eo quod in his tantum poteſt conſiderari intereſſe, idem Barboſa *num.* 16. vnde quoad noſtrum propoſitum, differentiam, quod marito debeantur fructus ob retardatam ſolutionem, ſeu traditionem dotis ſub nomine fructuum, aut ſub nomine intereſſe, quod ſi marito deberentur fructus dotis ſub nomine fructuum ſaltem poſt litem conteſtatam, venirent percepti, & percipiendi *l. cum fundus in princ. ff. ſi certum petatur*, *l. videamus* 2. *§. ſi actionem ff. de vſuris l.* 2. *C. de fructibus, & litium expenſis*. At quando veniunt ſub conſideratione intereſſe, ne accipiens implementum contractus locupletor cum iactura alterius, etiam poſt litem conteſtatam, tantum vſuræ ſunt præſtandæ ſecundum quantitatem fructuum perceptorum, non autem percipiendorum, quia hoc tanti poſſit, ne moroſos remaneat in lucro, per regulam *l. non poteſt videri ff. de iudiciis*, & Doctores, quos ibi refert. Plura alia hanc materiam concernentia latiſſimè tradit idem P. Barb. *d. l. de diuiſione à numer.* 17. *ad finem*, ſatis tamen confusè. Quare pro clariori prædictorum, & aliorum intelligentia ad intereſſe dotis non ſolutæ ſuo tempore marito debitum, ſequentia ſuppono.

Dotis promiſſa non ſoluta vſura marito ſuſtinenti onera matrimonij an, & quando debeantur, à quóve tempore incipiant currere.

Itaque communis, & indubitata concluſio eſt, 28
quod vbi dos extitit ſimpliciter marito promiſſa, & ſine adiectione certæ diei ad illam ſoluendam, fructus, ſeu vſuræ ipſius dotis promiſſæ marito non ſolutæ deberi marito, qui à promiſſore moroſo non ſoluente poteſt illas petere, & exigere: ita præter Molinam *n.* 8. allegatum, & alios Doctores, quos P. Barboſa *in d. l. de diuiſione, n.* 9. refert, idem Barboſa *ibidem*, Surdus *de alim. tit.* 1. *q.* 42. *initio*. Molina *de pign. l.* 4. *cap.* 5. *n.* 6. Couarruuias *var. l.* 3. *cap.* 1. *n.* 3. Franciſcus Molinus *de rit. nupt. l.* 3. *q.* 39. Stephanus Gratian. *tom.* 1. *cap.* 143. Fontanella *de pactis nupt. clauſ.* 5. *gloſſa* 8. *part.* 15. *& clauſ.* 6. *gloſſa* 2. *part.* 6. Viuius *deciſione* 425. Valaſcus *conſult.* 8. Cancerius *var. reſol. part. ſecund. cap.* 9. *n.* 159. *& ſeqq. & part.* 3. *cap.* 7. *num.* 58. Honoratus Leotardus alios recentiores allegans *de vſuris quæſt.* 28. *num.* 1. M. Nauarrus, & omnes Theologi, qui infrà allegantur, & ſcribentes *in cap. ſalubriter de vſuris*, & probat *dict. cap. ſalubriter*, & conſtat etiam *ex l. cum poſt, §.* 3. *ff. de iure dotium*, *ex leg. inſulam*, *§. vſuras ff. ſol. matrim. & ex leg. ſi quis §. fin. ff. de donat. inter virum, & vxorem.*

Et abſque vlla alia interpellatione, per quam pro- 29
miſſor dotis conſtituatur in mora regulari, iuxta *l. mora in princip. de vſuris*, fructus, & vſuræ dotis promiſſæ non ſolutæ debentur marito, ſeu incipiunt currere ſtatim ac idem maritus incipit ſuſtinere, ac ſuſtinuit onera matrimonij; tunc debitor dotis conſtituatur in mora irregulari, vt *ſup. n.* 26. notatum eſt, P. Barboſa *d. n.* 9. Surdus *dict. quæſt.* 42. *num.* 133.

Viuius

Viuius *dicta deciſ.*425. *num.*3. Fontanella *dict. part.*6. *num.* 10. & 11. & *clauſ.*5. *gloſſ.* 8. *p.*15. *num.* 22. Giurba *deciſ.* 72. *num.*1. Stephan. Gratianus *tom.*4. *cap.*726. *num.*3. & 4. Rota *deciſ.*255.*num.*2.*deciſ.*471. *num.*1. *part.*1. *recentiorum*, *deciſ.*406.*n.*4. & *deciſ.*574. *num.*1. *part.*2. *recentiorum*, & alibi: Honoratus Leotardus *d. quæſt.*28. *num.*270. & præter alios à dicto P. Barboſa *dict. num.*9. & Viuio allegatos alij recentiores communiter, quos latè Giurba, Gratianus, & Leotardus referunt, & eſſe magis communiorem ſententiam ait *loco citato* Viuius; imò eſſe communem, & receptiſſimam ſententiam aiunt Gratianus *vbi ſuprà*, & Leotardus *numero ſexto*, *num.* 13. addens habere maximam æquitatem, & eam probant rationes *ſuprà numer.* 26. adductæ, præſertim prima, ſcilicet quod cum dos ſit instituta propter matrimonij onera ſuſtinenda, eiuſdemque dotis naturæ ſint annexa onera matrimonij eiuſdemmet dotis fructibus ſuſtinenda, dotis proprium eſt, vt cenſeatur promiſſa cum fructibus; ex quo ſequitur, vt eo ipſo quod maritus matrimonij onera ſuſtinuit, & à promiſſore dotis ſiue ſit ipſa vxor, ſiue eius pater, ſiue extraneus, ei debeantur vel fructus, vel vſuræ, ſeu interuſuria dotis: & procedit non ſolum ſi dos promiſſa conſiſtat in fundo, ſed etiam ſi conſiſtat in pecunia, vt expreſsè Petrus Barboſa *dicto numero nono*, poſt alios (prout *ſuprà num.*26. notatum eſt) Viuius *dicta deciſione* 425. *numero nono*, & Surdus *dicta quæſtione* 42. *numero vndecimo*, Auguſtinus Barboſa *collectan. ad legem fin. Codic. de iure dotium*, *numer.*15. & alij à Surdo, & Barboſa allegati, & abſque dubio ſentiunt Doctores communiter, cum abſolutè non diſtinguentes, an dos in fundo, vel pecunia conſiſtat, dicant vſuras dotis deberi marito abſque interpellatione hominis, eo ipſo quod matrimonij onera ſuſtinet, & præfata ratio adducta ex natura dotis ſumpta probat, etiamſi dos promiſſa ſit in pecunia, & idem probant aliæ rationes *num.* 26. adductæ, quo caſu deberetur ſaltem intereſſe, quod maritus, vel alius mediocri induſtria ex illa pecunia percipere potuiſſet, ſiue illa pecunia promiſſa apud dotantem promiſſorem futura fuiſſet otioſa, ſiue produxiſſet maiores fructus, vt *vt dicto numero nono* Viuius poſt Claudium Seiſell. *in lege de diuiſione*, vel ſi à ſtatuto ſit determinatum certum dotis intereſſe, interim donec non ſoluitur, putà quinque, vel ſex, aut ſeptem pro centum, illud marito deberetur, vt infrà traditur. Quod etiam eadem communis, & recepta ſententia procedat non ſolum, quando mulier, vel eius pater (qui eam alere tenebatur) dotem promiſit, ſed etiam quando illam promiſit extraneus, expreſsè tradunt P. Barboſa *in dicta lege de diuiſione*, Viuius *vbi ſuprà*, Giurba *dicta deciſione* 72. *numero primo fine*, Fontanella *d. parte ſexta*, *numero tertio*, Stephanus Gratianus *cap.* 143. *numer.*3. Rota Romana *deciſ.* 471. apud Farinacium *in vltimo volumine*, Leotardus *dicta quæſtion.* 28. *numero octauo*, apud quos alij, & qui infrà allegantur, aſſerentes *cap. ſalubriter*, *de vſuris* procedere etiamſi extraneus dotem promiſerit, & marito pignus tradiderit. Et conuincit ratio ſumpta ex natura dotis inſtitutæ pro oneribus matrimonij, cum æquè militer in extraneo promiſſore dotis, ac in ipſa muliere, vel patre. Quilibet enim promiſſor dotis eius natura attenta cenſetur etiam fructus, & vſuras dotis promittere pro matrimonij oneribus ſuſtinendis. Ex quibus reprobanda eſt ſententia Sigiſmundi Scacciæ *in tractat. de commerc. paragrapho primo*, *gloſſa ſeptima*, *ampliatione octaua*, *numer.* 176. aſſerentis, quod quando dos promiſſa conſiſtit in pecunia, non ſufficit, quod maritus onera matrimonij ſuſtineat, vt ex mora regulari, vel irregulari vſuras dotis conſequatur, ſed opus eſſe interpellatione, imò etiam promiſſa dote in pecunia, & facta mora, negat conſtare de damno emergenti, ex eo quod vir vxorem aluit, quia huiuſmodi damnum emergens, conſideratum in alimento, aliiſque oneribus matrimonij reſarcitur ſolutione dotis: & demùm concludit fructus, ſeu intereſſe dotis promiſſæ in pecunia non deberi, niſi probetur mora, & intereſſe lucri ceſſantis, vel damni emergentis: reprobanda, inquam, eſt præfata ſententia, contra quam ſtant omnia in præcedentibus tradita, & Doctores communiter aſſerentes marito, qui onera matrimonij ſuſtinet, ſi ei fiat mora in ſolutione dotis etiam in pecunia conſiſtentis abſque aliqua alia interpellatione vſuras deberi: & etiamſi mariti aliunde non interſit ratione lucri ceſſantis, vel damni emergentis, quia obligatio ad ſoluendum fructus, vel vſuras dotis pro oneribus naturæ dotis ineſt (vt ex traditis conſtat, & probatur etiam infrà *numero* 44.) & conſequenter marito ſuſtinenti onera debentur nulla habita ratione lucri ceſſantis, vel damni emergentis ex non ſolutione, idque ex Theologis aſſerunt Molina, Rebellus, Leſſius, Beja, Villalobus, Trullench. *locis qui infrà*, *numero* 42. citantur, & alij apud eoſdem: ex Iuriſperitis Merlinus, & Nauarrus *comm. de vſuris numer.* 64. & 65. Conarruuias *variar. reſolut. lib.* 3. *capite primo numero tertio verſic. ex his*, Surdus *de alimentis titul.* 1. *quæſtione* 42. Franciſcus Molinus *de ritu nuptiar. lib.* 3. *quæſtione* 39. *numero duodecimo*, Molina *de primogen. lib.* 4. *capite quinto numero* 22. Viuius *deciſ.* 424. *numero ſexto*, Fontanella *de pact. nupt. clauſula quinta gloſſa octaua parte* 15. *numero ſecundo*, Leotardus *de vſuris quæſt. vigeſima octaua numero* 70. & alij ab iiſdem relati, & etiam Rota Romana *deciſione* 251. 252. & 253. *part.* 1. *recentior.* & *deciſione* 159. & 287. apud Buratum. Minimè etiam verum eſt, ſubſequuta dotis ſolutione marito, qui onera ſuſtinuit, ſatisfieri; quia eidem marito non ſolum ipſa dos debetur, ſed etiam ſatisfactio onerum, ſcilicet debentur vſuræ, ſeu fructus dotis propter onera matrimonij, quæ ſubire non debuit, ſed promiſſor dotis illam retinens; id enim venit tacitè, & ex natura dotis, cui annexa ſunt onera matrimonij, & vbi eſt dos, ibi debent eſſe onera, vt conſtat ex traditis *ſuprà numero octauo*, & *vigeſimoſexto*, & *infrà numero* 42. Plura contra dictum Sigiſmundum videantur apud Leotardum *dict. quæſtione vigeſimaoctaua*, *numero* 71. & *tribus ſequentibus*. Qui *numero* 75. aduertit plurimum intereſſe, an maritus, cui dos non ſoluitur, agat ad vſuras dotis ex eo, quod vxorem aluit, an verò quia eius intereſt ratione lucri, vel damni aliunde emergentis; nam cum petuntur vſuræ pro oneribus matrimonij, eas ait eſſe debere modeſtas, nec excedentes modum alimentorum, & ſumptuum arbitrio boni viri, vel ſtatuendas ex more regionis, quod dixit Rota *in dicta deciſione* 253. *fine*, & *deciſione* 587. *numero tertio*, *parte prima recent.* & *alibi ſæpè*; ſi verò vſuræ petantur, vt intereſſe lucri ceſſantis, vel damni emergentis ex alia cauſa, quàm propter onera, dicit Leotardus poſſe maritum, cui mora eſt facta, vt aliis creditoribus licet, id totum proſequi quod ſua intereſt, licet excedat onera matrimonij, ſi id probetur legitimis modis. Ita poſt Surd,

de alim. tit. 4. *quæſt.* 20. *num.* 10. & plures alios *dict. num.* 75.

30 Ex traditis quoque non venit admittenda ſententia Senatus Sabaudiæ, quam refert, & approbat Faber *libr.* 8. *Codicis titulo primo definitione* 41. ſcilicet, quod quando dos fuit promiſſa ſine præfixione temporis ad illam ſoluendam, ante interpellationem factam à marito non deberi eidem marito etſi ſuſtinenti matrimonij onera dotis fructus, & vſuras, eo quod ſolum à die petitionis in hoc caſu non contrahatur mora ſolutionis dotis, & vſuræ neceſſariò non debeantur niſi ex mora, vel ex pacto, ſeu conuentione? Quam ſententiam, & rectè reprobant Fontanella *dict. parte ſexta numer.* 11. & Leotardus *dict. quæſtione* 28. *numer.* 5. cum illi repugnent tradita *numero præcedenti*, & *numer.* 26. Nam eo ipſo, quod maritus vxori alimenta præbet, & alia matrimonij onera ſuſtinet, dotis promiſſor cenſetur conſtitutus in mora (quam vocant irregularem) vt *dicto numer.* 26. notatum eſt, & tradunt Petr. Barboſa *in dict. leg. de diuiſione numer.* 9. Stephanus Gratianus *vbi ſuprà*, Fontanella *dict. part.* 6. *numer.* 9. & 10. Leotardus *dictô numero* 5. Viuius *dict. deciſione* 425. *numer.* 9. & alij Doctores à Petrus Barboſa *dicto numero* 9. allegati. Quod ſi dos fuiſſet promiſſa ſolutioni certo præfixo temporis ſpatio, tunc per lapſum temporis præfixi promiſſor eſſet conſtitutus in mora regulari iuxta *leg. magnam Codic. de contrah. ſtipulat.* & tradunt Petr. Barboſa *in dict. leg. de diuiſione*, Viuius *dict. deciſione* 425. *numer.* 9. Surdus *d. quæſt.* 42. *num.* 125. & *ſequentibus.* Rota Romana *deciſion.* 251. *num.* 5. & 6. *deciſ.* 252. & 253. *numer.* 1. *part.* 2. *recentior. Farinacij*, Fontanella *dict. num.* 9. Stephanus Gratianus *dict. cap.* 143. *num.* 20. & Auguſtin. Barboſ. *d. collect. ad l. fin. num.* 24. *Cod. de iure dot.* & ſic ab ea die præfixa ſolutioni mariti onera matrimonij abſque aliqua petitione, aut interpellatione inciperent currere vſuræ dotis, quia dies interpellat pro homine *dict. leg. magnam*, & *cap. potuit, de locat.* ac proinde per lapſum diei incipit debitori currere mora irregularis, vt iidem Doctores mox allegati, & alij à Viuio, & Surdo relati.

32 Sed contra eandem communem, quod eo ipſo, quod maritus ſuſtinet onera matrimonij, promiſſor dotis abſque præfixione diei ad illam ſoluendam conſtituatur in mora irregulari, & teneatur ad vſuras vrget magis textus *in leg. fin.* §. *præterea*, *Cod. de dotis promiſſione*, vbi habetur, quod dotis promiſſor, & debitor ex lapſu biennij à contractu matrimonij, quo quis incipit ſuſtinere onera matrimonij dicitur, ſeu conſtituitur in mora irregulari abſque aliqua petitione, & interpellatione, ergo per ſolum implementum mariti ſuſtinentis onera matrimonij non inducitur mora irregularis, alioqui inutilis eſſet diſpoſitio *dict.* §. *præterea*, variæ interpretationes à Doctoribus huic textui dantur, vt videre eſt apud Viuium *dicta deciſion.* 425. & Petr. Barboſam *in dict. leg. de diuiſione numer.* 40. & magis communis eſt, quod textus loquatur, quando promiſſor, ac debitor dotis eſt extraneus, qui non tenetur alere mulierem, qui per implementum mariti ſuſtinentis onera matrimonij non videtur conſtitui in mora irregulari, cum ex mariti implemento nullum conſequatur emolumentum, ſicut conſequuntur ipſa mulier, vel eius pater, ſi dote ab ipſis promiſſa nondum ſoluta maritus ſuſtineat onera matrimonij, ita Bartolus *in lege de diuiſione numero tertio ff. ſoluto matrimonio*, & *in dict.* §. *præterea*, & plures alij ex antiquis à Petr. Barboſa *dicto numero* 40. relati, & ex recentioribus Surdus *dicta quæſtione* 42. *numero* 158. Gratianus *dict. capite* 143. *eodem numer.* 20. Cancerius *var. part. ſecund. cap.* 9. *numer.* 160. & nonnulli alij à Leotardo *dict. quæſtione* 28. *numero ſeptimo relati*, quæ tamen interpretatio ab aliis Doctoribus à Petr. Barboſa *eodem numer.* 40. & à Surdo *numer.* 8. relatis, & ab iiſdem Barboſa, & Leotardo reiicitur, & rectè, non ſolum propter generalitatem *dicti* §. *præterea*, comprehendentem etiam vxorem, & eius patrem, ſed etiam propter rationes *numer.* 26. & 29. adductas, quæ militant æquè in extraneo, ac in ipſa muliere, aut eius patre promittentibus dotem, & præſertim illa ratio, quod doti ex ſua natura ſunt annexa onera matrimonij, & ſic dotem promittens cenſetur promittere etiam fructus, aut vſuras dotis pro eiſdem oneribus ſuſtinendis, ac proinde eo ipſo quod ſuſtinendo onera matrimonij implet ſuam obligationem, quiuis dotis promiſſor conſtituitur in mora irregulari, *vt dicto numero* 26. & 29. explicatum eſt. Propterea Petrus Barboſa poſt nonnullos alios ab eodem *numero quarto* relatos, & Caldas Pereïra *de empt. capite* 28. *numero* 48. admittunt quidem, dicto Textu non obſtante, eo ipſo quod maritus ſuſtinet onera matrimonij, quemcumque promiſſorem conſtitui in mora irregulari, & teneri marito ad fructus, vel vſuras dotis, & ad Textum *in dicto* §. *præterea* reſpondent moram irregularem, quæ in eo Textu poſt lapſum biennij inducitur ob dotem non ſolutam marito ſuſtinenti matrimonij onera habere maiorem efficaciam, ſcilicet habere eundem effectum, & vim, quam habet mora, quam inducit litis conteſtatio, & propterea, ait Pereïra, licet mora irregularis contracta ratione implementi poſſit purgari iuxta Gloſſam *in dict. leg. de diuiſione*, ſecus autem ſit elapſo biennio, tunc enim non poteſt purgari, ſicut neque poſt litem conteſtatam *leg. ſi Inſulam, ff. de verb. obligationibus*, P. vero Barboſa *eodem numero* 41. *circa finem* ex præfato intellectu *dicti* §. *Præterea*, infert, quod licet mulier dotis debitrix propter moram irregularem contractam ex implemento mariti non teneatur de fructibus, quos non percepit iuxta Gloſſam *fin. in dicta lege de diuiſione*, & notata *ſuprà numer.* 27. tamen lapſo biennio, de percipiendis etiam tenebitur iuxta tradita eodem *numer.* 27. ex eodem Petr. Barboſa, & iuxta hanc intelligentiam *dicti* §. *præterea* præfatæ communi non obſtat. Non placuit tamen hæc interpretatio Leotardo *dicta quæſtion.* 28. *numer.* 10. & pluribus conatur illam reiicere, vt videre eſt apud eum, ac proinde fatetur *dictum* §. *præterea*, aduerſari præfatæ communi ſententiæ, quod marito ſtatim ac onera matrimonij ſuſtinet abſque alia interpellatione, & ante lapſum biennij, vſuræ dotis debeantur, ſaltem quando promiſſor, ac debitor dotis eſt extraneus. Quare ad ſuſtinendam præfatam opinionem ſubdit, dicendum eſſe diſpoſitionem *d.* §. *præterea*, quatenus ſpectat ad vſuras, nunc contraria conſuetudine antiquatum eſſe: quod confirmat, quia quod ibi dicitur vſuras vſque ad tertiam centeſimæ præſtandas eſſe, nullibi eſt receptum, cum nunc variæ ex more regionis vſuræ dotis conſtituantur, & etiam diſcrimen *ibidem* poſitum inter aurum, & alias res mobiles in dotem promiſſas vetuſtate abolitum eſt. Concluditque hodie receptum eſſe, vt à dotis promiſſore, & debitore, quicumque ille ſit, ſiue ipſa

mulier

mulier, ſiue eius pater, aut hæres, ſiue extraneus marito fructus, ſeu vſuras dotis deberi ſtatim, ac idem maritus matrimonij onera, ſumptus, & faſtidia ſuſtinet, cum tunc debitori mora fiat iuxta ſuprà tradita.

32 Et præfata communis, cum ſit vſu recepta, & etiam in maxima æquitate fundata, etiam in foro conſcientiæ locum habebit. Quæ tamen communis limitatur, quando maritus promiſſori dotis conceſſiſſet dilationem certo præfixo temporis ſpatio ad dotem ſoluendam, nulla interim facta conuentione ſuper vſuris, & intereſſe; tunc enim intereſſe dotis non deberi à die, quo maritus ſuſtinuit onera matrimonij, ſed à die finitæ, & expiratæ dilationis, tradunt expreſſè ex Iuriſperitis Surdus *de aliment. tit. 1. d. quæſt.* 42. *num.* 50. *& tribus ſequent.* Giurba *deciſ.* 72. *num.* 3. Franciſcus Molinus *de ritu nupt. lib.* 3. *quæſt.* 39. *num.* 19. Fontanella *de pactis nupt. clauſ.* 6. *gloſſa* 2. *allegata p.* 6. *num.* 8. & plurimi alij à Surdo, Molino, & Giurba, & à Fontanella relati: & ita *decidiſſe ſuum Senatum ſub die* 19. 1566. refert idem Fontanella, & ex Theologis à Molino allegantur Sotus *de Iuſtitia, & iure lib.* 6. *quæſt.* 1. *art.* 2. *in reſponſione ad* 2. & Villagutus *de vſuris quæſt.* 22. *concluſione* 1. à quo S. Thomas, Caietanus, Adrianus, Gabriel, Sylueſter, Medina, & Conradus ad idem referuntur: ita etiam Facundez *dict. lib.* 5. *cap.* 10. *num.* 10. & Bonacina *de contract. diſput.* 3. *quæſt.* 3. *puncto* 9. *num.* 2. alios Theologos recentiores referens, & rationem reddunt, quia dilatio videtur data fauore debitoris, *l. eum qui calendis, ff. de verb. obligat.* & durante termino ad dotem ſoluendam, qui dotem promiſit non dicitur in mora *leg. lecta* §. *ſed cum ſortis ff. de rebus credit.* ceſſante autem mora ceſſat vſurarum, & intereſſe petitio, quæ propter moram conceditur, & ob id *ſuprà num.* 28. in propoſitione dictæ concluſionis communis dictum eſt, *vbi dos extitit ſimpliciter marito promiſſa, & ſine adiectione certa diei ad illam ſoluendam*; at ſi maritus dilationem ſimpliciter conceſſerit abſque conuentione, quod promiſſor dotis interim ad nullas dotis non ſolutæ vſuras teneatur, videtur aſſerendum eas illi deberi; nam ſi illi deberentur ſecluſa illa dilatione certi temporis ad ſoluendum, non apparet, cur non debeantur data illa dilatione, quam potuit maritus conceſſiſſe ſolum, vt promiſſor haberet libertatem ſoluendi dotem ſi vellet, nec intra terminum dilationis poſſet cogi, iuxta ea, quæ infrà *num.* 52. *&* 53. habentur: & ita omninò videtur ſentire Rebellus *dicta quæſt.* 12. *num.* 3. *verſicul. dixi.* Quare vbi maritus expreſſè non conceſſerit dilationem huiuſmodi de obligando pro illo tempore ad vſuras dotis non ſolutæ, aliàs ſibi de iure debitas, iuxta in præcedentibus tradita, iudicandum in dubio erit noluiſſe ſibi præiudicare quoad vſuras ſecundum ius ſibi debitas, cum in dubio intentio contrahentium iuxta præſumptionem ſit accipienda, vt etiam Rebellus *ibidem* ſentire videtur. Addo quod ſi ob eam dilationem non poſſet maritus petere vſuras dotis, durante illo tempore dilationis aliàs ſecluſa dilatione ſibi debitas, cenſeretur pro illo tempore eas remiſiſſe promiſſori, ſeu debitori dotis, & ſic eas donaſſe (cum remiſſio, & renunciatio iuris competentis ſit donatio, vt infrà *num.* 73. probatur) donatio autem non præſumitur.

Si dos in incerta quantitate promiſſa ſit, collata declaratione quantitatis tertij arbitrio, an marito ſuſtinenti debeantur dotis vſuræ intermedij temporis ante factam declarationem.

33 Vtrum vero eadem ſententia habeat locum etiamſi dos promiſſa ſit in incerta quantitate remiſſa per contrahentes liquidatione, ſeu declaratione quantitatis arbitrio tertij puta Caij, ſi contracto matrimonio maritus ſuſtinuit onera matrimonij vſuræ dotis illi ſtatim debeantur, etiam nondum facta declaratione, & ratio dubitandi eſt, quia ante declarationem etiamſi maritus ſuſtineat onera matrimonij, non videatur promiſſor dotis conſtitutus in mora, aut culpabilis *leg. in fideicomm. initio, ff. de vſuris*, & circumſcripta mora non videtur eſſe locus intereſſe, ſeu vſurarum petitioni; conueniunt Doctores, ſi declarationi, vel æſtimationi (ſi rei in dotem promiſſæ æſtimatio ſit tertij arbitrio remiſſa) faciendæ ſit præfixum tempus à lapſu temporis præfixi, ſi maritus ſuſtinet onera matrimonij vſuras dotis deberi marito, qui tunc cenſetur abſque dubio noluiſſe dilationem vltra illud tempus concedere: ita Surdus *deciſ.* 133. *num.* 12. Martius Medices *inter ſuas deciſiones Senenſes examine* 7. *num.* 43. & Leotardus *dict. quæſt.* 28. *num.* 14. Idem ſi caſu aliquo per promiſſionem dotis ſtat, quominus declaratio, vel æſtimatio dotis fiat etiam ſine eius culpa, tunc enim intereſſe, ſeu vſuras intermedij temporis viro ſuſtinenti onera matrimonij deberi tradunt idem Medices, & Leotardus ex Corneo *conſ. vltim. volum.* 2. Item ſi culpa promiſſoris dotis ſtaret, quominus declaratio, vel æſtimatio fieret, intermedij temporis intereſſe, ſeu vſuras deberi eidem viro onera matrimonij ſuſtinenti, ſentiunt iidem Medices, ac Leotardus, eo quod tunc conditio pro impleta habeatur, quoties per alium ſtat, quominus impleatur, cuius intererat non impleri, *leg. iure ciuili ff. de condit. & demonſtrat.* & Menochius *de arbitr. quæſt.* 68. *num.* 38. item arbitratore electo differente facere declarationem, vel æſtimationem intermedij temporis intereſſe deberi viro, qui ſuſtinuit onera matrimonij, tradit Giurba *dict. deciſion.* 72. *numero ſecundo*, ex Corneo *dict. conſ. vltim. numero ſeptimo*, Coſta *de rata portione, quæſtion.* 208. *numero tertio*, & aliis, alioqui eſſet in poteſtate arbitratoris electi defraudare virum. Quæ omnia haberent locum etiam in caſu, in quo dos ſit in certa quantitate promiſſa (qui eſt caſus Cornei *in dict. conſ. vltimo*) & tertio remiſſa ſolum declaratio termini, ſeu temporis dotis ſoluendæ. Si enim culpa promiſſoris dotis non fieret illa declaratio termini, vel tertius electus ad declarandum nollet, vel differret declarare, ob eaſdem rationes intereſſe medij temporis deberetur viro onera matrimonij ſuſtinenti.

34 Difficultas ergo ſolũ eſt, an quando dos eſt promiſſa ſine certa quantitate, ſiue à patre, ſiue ab extraneo, remiſſa declaratione, ſeu definitione quantitatis arbitrio tertij, viro qui ſuſtinuit onera matrimonij, debeantur vſuræ intermedij temporis ante declarationẽ decurſi; citeũſcriptis traditis in præcedentibus, & hoc caſu etiã marito, qui ſuſtinuit onera matrimonij ante declarationẽ deberi intereſſe, ſeu æſtimationẽ alimentorũ, ex quo ſuſtinẽdo onera ex parte ſua impleuit contractum, tradiderunt Herculanus *in lege de diuiſione*, & plures alij relati à Surdo *de alim. tit.* 1. *d. q.* 42. *n.* 13. & ſi promiſſor dotis ſit mulieris pater, vel eius hæres, vel alius,

qui de iure mulierem nuptam alere tenebatur, & maritus ſuſtinuit onera matrimonij, eundem dotis debitorem debere ſoluere marito alimenta præſtita; ſeu eorum æſtimationem, ex eo quod ipſe fuerit per maritum releuatus ab onere alendi mulierem, nec conueniat debitorem releuari gratis ab onere alimentorum,& locupletari cum detrimento mariti, vt ſentiunt Surdus *d.q.42.n.16.& ſeq.* & plures alij ab eodem allegati,& colligitur etiam ex Corneo *d. conſ. vltim.* & in hoc ſenſu idem Surdus putat accipiendum Herculanum. Secus autem idem Surdus,& alij ab eo relati ſentiunt,ſi promiſſor dotis fuerit extraneus, qui alere mulierem nuptam non tenebatur,in quo non militat præfata ratio. At Medices *d. examine 7.n.43. & ſeqq.* tenet, quod in huiuſmodi caſu quicunque promiſſor dotis,ſiue pater,aliuſve qui mulierem alere tenebatur, ſiue extraneus antè declarationē quantitatis dotis factam ab arbitratore electo non tenetur ad vſuras, ſeu intereſſe dotis,aut æſtimationem alimentorum etiamſi maritus ſuſtinuerit, & per annos onera matrimonij, quia maritus cenſetur conceſſiſſe dilationem ſolutionis dotis vſque ad declarationem factam, ſicut ſi maritus tempus certum promiſſori dotis conceſſiſſet ad illius ſolutionem,& ante illius temporis lapſum onera matrimonij ſuſtinuiſſet, non poſſet dotis vſuras pro eo tempore non lapſo petere; paria enim (inquit) videntur concedere tempus incertum, & tempus certum, neque hic habere locum æquitatem *l. curabit Cod. de action. empt.* & idem quod Medics tradidit Caſtrus *conſ.11. n 4. lib.1.* verum longè probabilius eſt, quòd ſi declaratio quantitatis dotis (quæ facilè, & breui tempore poteſt fieri ab arbitratore electo, habita conſideratione facultatum promittentis, dignitate mariti, & conſuetudinis regionis, vt *ſuprà cap.8. num.115. & 117.*) non fuerit facta intra illud tempus, in quo declaratio iuxta iudicium viri prudentis fieri poterat, de quo breui tantum tempore præſumendum eſt cogitaſſe maritum, & non ſi multum tempus anni, vel biennij, & vltrà, vt in eo ſine dotis fructibus, vel vſuris deberet onera matrimonij: probabilius inquam eſt marito, qui onera ſuſtinet, ab eo breui tempore elapſo onera matrimonij deberi à quocumque promiſſore dotis vſuras dotis promiſſæ, & non ſolutæ, ac latè probat Leotard. *d. quaſt. 28. à num.16. ad 25.* & hoc etiam pacto Herculanus, & alij Doctores à Surdo *d.q.42.num.13.* relati, dum aſſerunt ante declarationem quantitatis dotis currere vſuras dotis, ſi maritus ſuſtinet onera matrimonij, intelligendi, inquam, ſunt ante declarationem poſt breue, & ſufficiens tempus ad declarandum non factum: hoc enim caſu, ex quo maritus ſuſtinet matrimonij onera, & implet ex ſua parte contractum, promiſſor id ſciens conſtituitur in mora, quia admonetur ipſo facto ſuæ obligationis, vt ipſe viciſſim ſoluat, quod debet, nec opus eſt alia interpellatione, vt creditor dotis curet quantitatem declarari, vel recurſu ad Iudicem vt cogat ad declarationem, ita expreſsè Mantica *de tac. & ambig. conu. lib.12. cap.5. num. 47. fine, verſ. licet quoad ſoluendas vſuras*, Rota Romana apud Burattum *deciſ.287.num.7.* Leotardus *d.quaſt.28. num. 23.* & plures alij relati à Mantica, & eodem Leotardo, ad quem recurrat Lector plura deſiderans: ſolum addo, æquitatem ſuadere hanc ſententiam, vt idem Leotard. notauit.

Dote incerta promiſſa non remiſſa declaratione quantitatis arbitrio tertij an vſuræ ob tardatam ſolutionem marito ſuſtinenti onera debeantur, & quid ſi dentur in dotem res pro ea quantitate, quam tertius æſtimauerit.

Quid verò ſi dos fuerit promiſſa ſine certa quantitate,nec quantitatis declaratione in alterius arbitrium collata. Leotard. *d.q.28.n.28.* ſequutus ſententiam eorum Doctorum (qui *ſup.c.8. n.114.* ſunt relati) quod ſi ea promiſſio incertæ dotis ſit facta à patre mulieris, vel ab alio, qui teneatur dotare ſit valida, facta vero ab ipſa muliere, vel ab extraneo ſit nullius mõmenti, ſi mulier, vel extraneus ſit promiſſor d. dotis incertæ, putat marito etſi ſuſtinenti onera matrimonij, vſuras dotis non debeti, cum dos (inquit) non debeatur, ſi vero promiſſor ſit pater, cum intelligatur eam pro modo patrimonij ſui, & dignitate generi promiſiſſe, dicit generum poſſe ab eo conſequi vſuras dotis ab eo die, quo vxori alimenta præſtitit, & matrimonij onera ſuſtinuit. Verum cum magis communis, & probabilior ſit ſententia, quod etiam dotis incertæ promiſſio à muliere ipſa, vel extraneo facta ſit valida, cum & hæc dos incerta poſſit, ſicut promiſſa à patre certificari relatione ad promittentis patrimonium, & viri qualitatem, ac loci conſuetudinem (quæ ſententia *dict. cap.8. num.115. & ſequentibus*, latè probata eſt) quod putat Leotardus quoad vſuras dotis à die, quo maritus onera matrimonij ſuſtinuit, ſi pater fuit promiſſor, idem ſtatuendum quando mulier, vel extraneus incertam dotem promiſit. 35

Quando autem res in dotem datur pro ea quantitate, ſeu æſtimatione, quam tertius fuerit arbitratus, marito ſuſtinenti onera matrimonij fructus, & vſuras dotis medij temporis deberi, ex quo res interim eidem marito tradi potuit, rectè tradit Leotardus *dict. quaſt.28. num. 14.* addens eſſe ſententiam Herculani *loco citato*,& aliorum,quos Surd. *dict. quaſt.42.num.13.* refert. 36

Si dos in rebus mobilibus, ſiue frugiferis, vt ſunt oues, ſiue in frugiferis vt ſunt aurum, & ſimilia, conſiſtens ſit promiſſa, an & quandò retardata ſolutione marito ſuſtinenti onera matrimonij debeantur vſuræ ſeu intereſſe.

Quando præterea in dotem promiſſæ ſunt res mobiles, an marito ſuſtinenti onera matrimonij debeantur vſuræ, aut intereſſe poſt moram promiſſionis in ſoluendo res in dotem promiſſas. Diſtinguunt Doctores, an res huiuſmodi mobiles ſint frugiferæ, ſeu natura ſua pariunt fructum, vt ſunt oues, & aliæ res ſimiles; vel infrugiferæ, vt ſunt gemmæ, veſtes pretioſæ, & alia localia, ſeu ornamenta mulieris, vaſa aurea, vel argentea, vel id genus. Igitur ſi res mobiles in dotem promiſſæ abſque æſtimatione ſint primi generis, & frugiferæ, Caualcanus *dec.22.n.39.p.4.* aſſerit marito ſuſtinenti onera matrimonij deberi fructus dotis,aut intereſſe; non tamen à die onerum matrimonij, ſed à die litis conteſtatæ, id ait fundatus *in l.fin.§.Preterea, Cod.de iure dotium.* Sed alij Doctores affirmant marito ſuſtinenti onera matrimonij intereſſe,ſeu fructus dictarum rerum mobilium frugiferarum quæ in dotem promiſſæ ſunt,deberi à die ſupportatorum onerum matrimonij, cum tunc ſtatim 37

promiſſor

promiſſor ſit conſtitutus in mora iuxta tradita *ſup. n.*26.29. *& in ſequentibus* , ita Giurba *d.deciſ.*72. Fontanella *de pactis nuptial. clauſ.*6. *gloſ.*2.*p.*6. *n.*14. Ripa *in ſuis obſeruationib. obſer.*72. & Leotard. *de vſuris d. quaſt.*28. *num.*39. *verſ. quare.* Neque in *d.* §. *Præterea* habetur, quod dicit Caualcanus, ſcilicet, quod ſolum à die conteſtatæ litis currant vſuræ dotis, ſed quod elapſo biennio à contractu matrimonij, ſi maritus ſuſtinuit onera matrimonij, debitor rerum dotalium cenſeatur conſtitutus in mora habente effectum,quem habet lis conteſtata, vt *ſupra num.*31. notatum eſt, & hoc etiam expreſsè contra Caualcanum dicit Leotardus. De intellectu autem *dicti* §. *Præterea* , actum eſt *dicto num.*31. & an hodie illius diſpoſitio ſit antiquata, & abolita.

38 Si res mobiles ſecundi generis & infructiferæ ſint promiſſæ, & conſtitutæ in dote æſtimatæ æſtimatione faciente venditionem,& emptionem,cum tunc dos (vt *ſupra cap.*16. *num.*4. notatum eſt) ſit conſtituta in pecunia, quæ etſi de ſe non parit fructus *leg. vſura, ff. de verb. ſignificatione* , parit tamen miniſterio hominis illam exercentis, ac proinde dicitur parere intereſſe, ex ea debita non ſoluta tempore debito venit intereſſe, quod vocant extra rem, vt poſt alios Giurba *dicta deciſ.* 71. *numer.* 11. Fontanella *dicta parte ſexta* , *num.* 12. *initio* , & Leotardus *dicta quaſt.* 28. *numer.* 32. ſicut etiam intereſſe lucri ceſſantis, vt *ibidem* Giurba, eo ipſo quod maritus ſuſtineat matrimonij onera, promiſſor, qui non ſoluit cenſetur conſtitutus in mora,& marito debetur dotis intereſſe. Ita præallegati Doctores, & expreſsè Leotardus *d.q.*28.*n.*32.

39 Controuerſia ergo eſt, ſi eædem res mobiles conſiſtentes non in quantitate, ſed in ſpeciebus infrugiferæ ſint promiſſæ in dotem inæſtimatæ,an illis nondum traditis marito ſuſtinenti onera debeatur intereſſe,ſicut debetur dote promiſſa in re mobili frugifera, vel in pecunia non ſoluta. Et non deberi affirmauit Caualcanus *loco ſuprà allegato* , cuius ſententiam amplexus eſt,& acriter tuetur Leotardus *dicta quaſt.*28. *à n.*32. *ad* 37. & primò probat ex textu, *in dicto paragrapho Præterea* , vbi Iuſtinianus diſtinguendo inter præfatas res mobiles conſtitutas in dotem æſtimatas, vel inæſtimatas,ac ſub dictis rebus mobilibus comprehendens etiam frugiferas (inquit Leotardus) & primo caſu dicit currere poſt biennium elapſum; ſecundo caſu venire ea quæ in huiuſmodi rebus poſt litem conteſtatam ex iure communi præſtanda ſunt,ſcilicet fructus & omnis vtilitas rei,quæ modo circa rem ipſam conſiſtit, non vſuræ: Ac proinde ex rebus mobilibus inæſtimatis,ita demum (ſubdit Leotardus) poſt moram fructus deberi dicendum eſt,ſi ſint ex his quæ fructus fuerunt,vt ſunt oues & ſimiles,*leg.*8.*ff. de vſuris*, additque non deberi fructus,niſi ſint,*lege prima in fin. ff. de condit. & demonſtr.* Præterea iidem Doctores probant,quod vſuræ,& intereſſe debeantur tantum ex quantitatibus, vt ſunt pecuniæ, non ex ſpeciebus,ſeu ex iis rebus mobilibus,quæ certa ſpecie, & certo corpore continentur, *l.*3. *in fine,ff. de vſuris,& lege* 3.§.1. *ff. qui potior.in pignore*, & Doctores ab eodem Leotard. *d.n.*32. relati. Tertiò,quia licet dictæ res mobiles poſſint vendi,& reſolui in pecuniam,vel pecunia retracta, vel ipſæ res poſſint implicari in aliis bonis mobilibus frugiferis, nihilominus an dictæ res mobiles faciant fructus, conſiderari debet ſtatus earum de tempore promiſſionis; vrget Leotardus, quod ſi ex eo, quod illæ res promiſſæ in dotem poſſunt reſolui in pecuniam vel in bona immobilia frugifera, intereſſe marito ſuſtinenti onera deberetur, vnde cum res omnes vendi, & ex earum pretio res fructiferæ poſſint comparari ſequeretur, ex omnibus rebus vſuras, & intereſſe peti poſſe, quod abſurdum eſt,quia vſura (ait) eſt acceſſio ſortis, & quantitatis, non rerum, quæ certo corpore conſiſtunt, vt gemmæ, margaritæ, veſtes, agri, domus, & ſimilia. Porrò idem Leotardus *numer.* 37. Limitat, & declarat, non procedere in aliquibus caſibus. Et primò cum tota dos, vel maior pars in mobilibus inæſtimatis eſt promiſſa, vt illis diſtractis pecunia, in emptionem reddituum, vel prædiorum vel mercium, vel in æris alieni ſolutionem conuerteretur; hoc enim caſu dicit debitoris moram non debere eſſe impunitam, ſiue illud expreſsè actum eſt, ſiue tacitè actum intelligatur. Quod, inquit, Iudex ex quantitate dotis, & aliis circumſtantiis rerum, & perſonarum perpenſis poterit,& debebit arbitrari. Secundò ſi dos ſit promiſſa in pecunia cum facultate eam ſoluendi in tot domibus, gemmis, & ſupellectilibus arbitrio debitoris, cum hoc caſu pecunia ipſa ſit in obligatione,& domus,ac certæ res ſolũ in facultate ſoluendi à die ſuſtentationis onerum matrimonij,debitorem in mora conſtitui, & debere ſoluere vſuras, tradit idem Leotardus *numer.*35. & hunc dicit eſſe caſum *deciſ.*287. *in fine* apud Burattum. Tertiò ſi maritus, cui gemmæ, monilia, & alia ornamenta mulierum in dotem promiſſa ſunt, cogatur illa vxori ex pecuniis fœnore acceptis comparare; hoc enim caſu Leotardus *numer.*38. putat marito præſtandas eſſe vſuras (quod & tradunt Giurba *d. dec.*72. & Fontanell. *d.p.*6.*n.*15.) non tantum ex eo, quod maritus onera matrimonij ſuſtineat, ſed quia pecuniam mutuatus eſt ſub vſuris, vt hæc vxori compararet, vt in actio ex empto deciſum eſt *in lege* 47.*ff. de vſuris*,& idem putat dicendum, ſi maritus propria pecunia comparaſſet, & propter hoc lucrum amiſit, quod ex ea pecunia facere potuit, & culpa aduerſarij non fecit, quibus tamen non obſtantibus.

Contrarium, & quod pro mobilibus ſiue in auro, ſiue in mulieribus, ſiue in veſte, ſiue in aliis quibuſcumque ſpeciebus infrugiferis dos fuerit promiſſa, ac 40
conſtituta marito, qui ſuſtineat onera matrimonij intereſſe deberi ob retardatam earundem rerum conſignationem,ſentiant Baldus *in lege final. dicto paragrapho Præterea, Codice de iure dotium.* Ripa *dicta obſeruat.*72. *num.*1. Giurba *dicta deciſ.* 72. *à num.*13. & Fontanella *dicta parte ſexta* , *num.*14. *& duobus ſequentibus.* Quod ab ipſis, præſertim à Giurba probatur primo *ex dicto paragrapho Præterea* ; vbi enim aiunt præfati Doctores, Iuſtinianum non conſideraſſe rei mobilis fructum, cum nec de ouibus, aut vaccis, ſiue aliis ſpeciebus fructiferis loquatur, ſed matrimonij tantum onera inſpexiſſe: poſtquam de mobilibus in auro, vel argento, veſte, & muliebribus ornamentis egit (vt videtur conſtare ex *dict.* §. *præterea*, ibi, *ſin autem res alia præter immobiles, vel auro fuerint in dotem data, ſiue in argento, ſiue in auro, ſiue in muliebribus ornamentis*)quæ non pariunt fructus, & tamen decidit pro eis non traditis marito onera ſuſtinenti intereſſe, ſeu vſuras deberi. Vnde ſecundo ab iiſdem probatur, quia vſuræ, & intereſſe pro dote non ſoluta non debentur marito ex eo, quod res promiſſa fructus ferat, vel ſit ſterilis, ſed potiſſimum propter onera matrimonij, ſeu ob eam rationem, quod maritus onera matrimonij ſuſtinet (vt tradunt communiter Doctores, quos Giurba *num.* 14. cumulat, & conſtat ex traditis in præcedentibus,præſertim *num.*8. *&* 16.) ac proinde nihil refert quod hoc vt intereſſe dotis marito competat necnè, quod res dotalis ſit ſterilis, vel frugifera ſua natura, ſed marito onera matrimonij ſuſtinenti iuſtum intereſſe rei dotalis conſignatione retardata competit propter ipſa onera ſuſtentata,in eorũque recompenſationem,idque ex propria natura dotis(vt prædictis numeris probatũ

eſt) nulla habita conſideratione quod res mobilis in dotem promiſſa ſit ſterilis, vel frugifera. Et licet fructuum nomine (inquit Giurba *dict. num.*14. *fine*) nec re ipſa, nec illius pretium contineatur, tamen intereſſe comprehenditur appellatione fructuum, iuxta Gloſſam *in lege loci corpus, paragrapho in confeſſoria, & lege ſi forte* §. *fin. ff. ſi ſeruitus vendicetur*, & alios Doctores ab eodem Giurba relati. Adducit illam aliam rationem quia ex rebus mobilibus per reſolutionem, & nouam, implicationem in bonis mobilibus dicuntur percipi fructus per ea, quæ notantur *in paragrapho conſtituitur, inſtitut. de vſufructu*, & latius explicant Ripa, & Giurba. Neque obſtate dicit Giurba, illud, quod ſit conſiderandus ille bonorum ſtatus, in quo tempore promiſſæ dotis ſunt, non autem in quem per implicationem poſſent reſolui, quia id ſit verum in cæteris, non in dote, quæ promittitur, & debetur marito pro oneribus matrimonij, ad quæ dos à ſuæ inſtitutionis ortu, aut legiſlationibus eſt ordinata. Vnde etiam abſurdum à Leotardo conſideratum non poteſt inferri, quia ſpeciale eſt in dote iuxta illius propriam naturam, cum ſit ordinata ad onera matrimonij, vt eius non ſolutæ marito ſuſtinenti onera matrimonij intereſſe debeatur propter ipſamet onera ſuſtenta, in eorumque recompenſationem, vnde illud tritum, dotem ibi eſſe oportere, vbi ſunt onera matrimonij. Et hæc ſententia (pro qua alia apud Giurbam videri poſſunt) mihi longè probabilior videtur, & pro ea ſtat æquitas, quæ non videtur pati, vt penes promittentem maneat dos promiſſa, & maritus gratia onera matrimonij ſuſtineat.

Maritus facit fructus ſuos pignoris ſibi traditi interim donec à dotis promiſſore eadem dos ſoluatur, nec tenetur eos in dotem computare.

41 Poſt in præcedentibus tradita, cum plerumque, & fortè vtplurimum dos conſtituatur, & promittatur in pecunia marito ſoluenda, nec marito in pecunia numerata ſoluatur, neque etiam pro ea aliquis fundus in ſolutum eidem marito tradatur, ſed interim donec pecunia ſoluatur à promiſſore aſſignetur aliquis fundus marito, qui eundem fundum traditum in pignus habeat, & fructus illius recipiat, & ſuos faciat (eoſque nullo modo in ſortem debeat computare) pro ſuſtinendis oneribus matrimonij, donec pecunia promiſſa pro dote ſoluatur; an id ſit licitum, & eos fructus maritus faciat ſuos non computandos in ſortem, poſſet quis dubitare propter regulam generalem, quod fructus pignoris relati ex re aliena percepti minuunt ſortem, ſeu in ſortem computantur, *cap.* 1. *de vſuris, cap. illo vos & capite cum contra, de pignor. l.* 1. *& 2. Cod. de pign. act. & l.* 2. *C. de pactis pignorum, & leg.* 1. *de diſtractione pignorum*, & latè Mantica *de tacitis, & ambiguis convent. libro* 11. *titulo* 8. & Leotardus *de vſuris q.* 11. apud quos alij Iuriſperiti, & Theologi, qui *in fine* citantur, & alij, quos refert Salas *lib. de vſuris cap.*28. *num.*2.

42 At certa concluſio eſt, quod maritus ſuſtinens onera matrimonij rei ſibi à promiſſore dotis datæ in pignus, donec ei dos ſoluatur, fructus perceptos facit ſuos, nec tenetur eos in ſortem imputare, de qua concluſione in iure Canonico eſt textus expreſſus *in cap. ſalubriter, de vſuris*, vbi Innocentius III. ad dubium ſibi propoſitum reſpondit in hæc verba: *Sanè generum ad fructus poſſeſſionum, quæ ſibi à ſocero ſunt pro numerata dote pignori obligata, computandos in ſortem non credimus compellendum, cum frequenter dotis fructus non ſufficiant ad onera matrimonij ſupportanda.* Quam concluſionem approbant omnes tùm Iuriſperiti, tùm Theologi, ex Iuriſperitis præter ſcribentes *in d. cap. ſalubriter*, ita Couarruuiâs *var. reſol. lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 3. Gomez *ad l.* 50. *Tauri n.*30. Mantica *de tacitis, & ambig. conv. lib.* 11. *tit.* 8. *num.* 19. Valaſcus *concluſ.* 8. Brunon. à Sole *in ſuis quæſtionibus legalibus, quæſt.* 46. *num.* 16. P. Barb. *in l. de diuiſione, num.* 1. *&* 2. *ff. ſol. matrim.* Viuius *dec.* 424. *n.* 7. *lib.* 2. Franciſcus Mulinus *de ritu nupt. lib.* 3. *q.* 39. Faber *lib.* 4. *Codicis, tit.* 14. *defin.* 8. Rota *deciſ.* 574. *part.* 2. *recentior. Farinacij.* Stephanus Gratianus *tomo primo cap.* 143. Cancerius *var. reſol. p.* 2. *cap.* 9. *num.* 159. *& part.* 3. *cap.* 7. *num.* 55. Fontanell. *de pactis nupt. clauſula quinta, gloſſa* 8. *part.* 15. *num.* 1. *& ſeqq.* Leotardus *de vſuris d. quæſt.* 28. *à numer.* 39. Martinus Nauarrus *in comment. de vſuris numer.* 64. *& ſequentib. & in ſumma cap.* 17. *n.* 13. *& numer.* 273. & plurimi alij ab Auguſtino Barboſa *collectaneo ad d. cap. ſalubriter* relati: ex Theologis Petrus Nauarrus *de reſtitution. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 352. *& ſequentib.* Ludouicus Bëia *tomo primo reſponſionum caſ. conſcient. caſ.* 56. Ludouicus Molina *de iuſt. tractat.* 2. *diſput.* 321. Rebellus *de obligat. Iuſtitiæ part.* 2. *lib.* 8. *quæſt.* 12. Leſſius *de iuſtit. libr.* 2. *cap.* 20. *num.* 141. Fagundez *de iuſtitia libro quinto cap.* 10. *num.* 2. Bonacina *de contract. diſput.* 3. *quæſt.* 3. *puncto* 9. Villalobus *in ſumma part.* 2. *tract.* 22. *difficultate* 12. Axorius *part.* 3. *ſummæ, lib.* 7. *cap.* 9. Tulleneh. *tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 19. *dub.* 14. *n.* 6. & alij, quos latè Aug. Barboſa vbi ſuprà recenſet. Etſi iidem Iuriſperiti & Theologi non conueniant in aſſignanda ratione huius concluſionis, & reſponſionis a S. Pontifice *in dict. cap. ſalubriter* datæ, ſed variæ afferantur, vt videre eſt apud Petrum Nauarrum, Couarruuiam, Petr. Barboſam, Molinam, Rebellum, & & alios allegatos Theologos. Et aliqui tacitis nominibus à Molina, & Rebello relati dixerunt, genero *in d. cap. ſalubriter* contra præfatam regulam generalem *n. præced.* adductam permiſſum facere fructus pignoris ſuos cauſa, & ſpeciali fauore dotis; quod tamen dictum à Theologis communiter reprobatur, vt iidem Molin. *num.* 2. Rebellus *num.* 1. & etiam Axorius *verſ. eſt igitur*, notant; quia vſura eſt vetita, & naturali, & diuino iure damnata, *cap. ſuper eo, de vſuris*, ac proinde etiam dotis cauſa excuſari minimè poteſt, vt etiam contra nonnullos Iuriſperitos tradit Gratian. *tom.* 2. *cap.* 240. *num.* 18. *in fine.* Atque ideò lucrum fructuum pignoris *dicto capit. ſalubriter* non pronunciatur licitum cauſa dilationis ſolutionis dotis promiſſæ, quo caſu eſſet vſura vera, & prohibita, ſed ob aliam ex iuſtis cauſis, quæ à Doctoribus afferuntur, vt *in ſequentibus.*

Alij igitur dixerũt rationem eſſe, intereſſe vel lucri ceſſantis (quod recepta dote maritus veriſimiliter feciſſet vel implicatione pecuniæ dotalis in res frugiferas, vel induſtria ſua exercendo pecuniam, quod lucrum ſufficiens fuiſſet ad onera matrimonij ſuſtinenda vel damni emergentis, quod maritus patitur ſuſtinendo onera matrimonij ex propriis bonis. Auctores non afferentes rationem lucri ceſſantis, tum reddentes rationem damni emergentis, latè referunt Petrus Nauarrus, & illos ſequens Molina *n.* 2. communiter, & Couarruuias *dict. cap.* 1. *num.* 3. qui & eos ſequitur putans eſſe veriorem rationem *dict. num.* 3. *verſiculo Quamobrem verius.* Intelligens tamen nomine damni emergentis, quod marito dotis creditori ſecutum fuerit ea ratione, quia dos ſoluta ab initio non eſt, & ob id damnum patrimonij, & rerum paſſus fuerit, coactus ſub vſuris licitis, aut annuis redditibus pecuniam quærere ad onera matrimonij ſubleuanda, quæ ex pecunia dotali poſſent commodè tolerari: quam tamen ſententiam, ſeu rationem reprobant Nauarrus *dict. comm. eodem numer.* 64. & Molina *dicto verſiculo communior*, & rectè, vt ex traditis conſtabit, Gomez 43

dicit

dicit maritum eius pignoris fructus ſuos facere, nec teneri computare in ſortem, tum quia non eſt lucrum certum, cum poſſit contingere, quod nihil percipiatur: tum quia ſubrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur, vnde ſicut maritus lucratur fructus dotis, ſibi traditæ, ita debet lucrari fructus rei pignoratæ, quæ loco eius ſubrogatur; & hoc ſecundum videtur ſentire etiam Azorius *dict. cap. 9. verſiculo verum hac*: dum dicit, quod cum dos (quæ datur viro, vt eius fructibus onera matrimonij ſuſtineat, quique integram dotem ſeruare debet) promiſſa permittitur à marito remanere penes eundem promiſſorem, fit quædam permutatio, ſcilicet ſocer loco dotis quam ſtatim tradere cogebatur, dat fundum, & gener loco dotis percipit fundi fructus.

Ioannes Medina *in Codice de reſtitut. quaſt. 1 de vſuris* dicit, deciſionem *dict. cap. ſalubriter*, fundari in præſumptione, quod ſocer tradens pignus intendat, & velit eius fructus genero donare; quam rationem reiiciunt Nauarrus *d. comm. de vſuris dicto num. 64. verſus finem*, Molina, & Rebellus aientes *dict. cap. ſalubriter* donationi non inniti. Quamuis idem Nauarrus *in ſumma dicto cap. 17. num. 213.* genuinam rationem deciſionis eiuſdem capitis de lucro fructuum pignoris dicat eſſe fundatam in tacita donatione dotantis, & tradentis pignus, qui velit, vt maritus lucretur eius fructus interim donec ei dos ſoluatur, quod idem dicit P. Barboſa *in dicta lege de diuiſione num. 2. initio*, explicans, & approbans rationem eiuſdem Nauarri adductam *dicto comm. 65. & 66.* ad quam rationem idem Nauarrus *dicto num. 213.* ſe refert. Etii Nauarrus *eodem num. 65. & 66.* non faciat mentionem de tacita donatione, ſed de tacita promiſſione, & tacito pacto de lucro fructuum pignoris inter dotantem tradentem pignus, & maritum accipientem. Dicit enim ibi Nauarrus (& eum approbat Petr. Barboſa) rationem cõuenientiſſimam *d. cap. ſalubriter* de lucro pignoris eſſe, quia cum dos detur, vt ſit patrimonium mulieris (vt *ſupra cap. 1.* notatum eſt) & vt ea ſalua ex illius fructibus onera matrimonij ſuſtineantur, promittens dotem cenſetur etiam tacitè promittere pro prædictis oneribus illud emolumentum, quod ex dote ſoluta, ea ſalua exiſtente, homo mediocris diligentiæ, & induſtriæ potuiſſet conſequi ab initio ſuſtentationis onerum ad tempus ſolutionis dotis nulla habita ratione alterius damni, vel lucri ceſſantis mariti, & ita dans (concludit idem Nauarrus) & accipiens dotem dato, & accepto pignore frugifero pro ſecuritate dotis promiſſæ vidẽtur tacitè paciſci, vt omnes, & ſoli fructus illius pignoris capiantur pro ſolutione illius emolumenti tacitè promiſſi. Ita Nauarrus, & poſt eum Barboſa, & etiam Rebellus *d. q. 12. n. 2.* & tandem hoc idem videtur ſentire Fagundez *d. cap. 10. n. 4.* Quæ qua ratione poſſent, & debeant admitti, ex ſequentibus conſtabit.

Molina *d. diſp. 321. n. 3.* & latius *loco citat.* dicunt rationem deciſionis eiuſdem *c. ſalubriter*, fundatã eſſe in communiſſima conſuetudine, quæ paſſim viget qua dotem promittens, quia eam ſoluere ſtatim non poteſt, cum pro oneribus matrimonij marito tradatur, interim donec ſoluatur dos marito in pignus tradit poſſeſſiones fruendas non ob dilationem dotis ſoluendæ ſed in compenſationem onerum. Vnde S. Pontifex (inquit) *in d. cap. ſalubriter*, non ſtatuit aliquid de nouo, ſed generum non teneri fructus pignoris in ſortem computare, ſuppoſita illa conſuetudine vniuerſaliſſima in hac materia dotis, quando ſtatim non ſoluatur marito, qui onera matrimonij ſuſtinere debet, ac ſuſtinet. Quæ ratioſi intelligatur iuxta ea, quæ *numero ſequenti* traduntur, habebit veritatem.

44 Itaque vera ratio deciſionis Pontificis *in d. cap. ſalubriter*, & quod maritus ſuſtinens onera matrimonij pignoris fructus, donec dos ſoluatur, faciat ſuos, in ſortem non computandos contra illam regulam generalem, ſumitur ex traditis *in præcedentibus*, & eſt. Quia dos eſt inſtituta & ordinata, & datur propter onera matrimonij ſuſtinenda, vt conſtat ex iuribus, & Doctoribus *ſup. c. 1. n. 92.* relatis, & etiam ex aliis Doctoribus, quos Surdus *de alim. titul. 1. quaſt. 38. n. 7.* & latius Giurba *deciſ 72. num 14.* referunt & etiam *hoc cap. n. 8. & 26.* dictum eſt; & è contra, ibi debent eſſe onera matrimonij, vbi eſt dos *l. ſecundùm naturam ff. de reg. iuris, l. ſi is qui Stichum §. ibi dos, ff. de iure dotium*, Surdus *dicto n. 7. & q. 44. n. 17.* & Giurba *locis cit.* & alij ab eodem Giurba *allegati*, eo quod fructus dotis debent ſeruire iiſdem oneribus matrimonij iuxta *l. vbi adhuc C. de iure dot.* & alia iura latè adducta *d. c. 1. n. 92.* & Doctores communiter ibi allegati, & Surdus alios allegans *dict. quaſt. 38. n. 7.* Quapropter de natura dotis iuxta ſuam originem, & inſtitutionem ei doti inhærent, annexáve ſunt onera matrimonij, ſeu obligationes alimentorum (quæ ſunt præcipua matrimonij onera) vt etiam *ſuprà hoc cap. num. 26.* dictum eſt, & colligitur ex traditis *ſuprà cap. 11. num. 154.* & etiam expreſsè aiunt Gomez *ad leg. Tauri 50. num. 48. verſic. ſed his non obſtantibus*, & Leotardus *de vſuris quaſt. 30. n. 43.* & alios etiam referens, & etiam volunt Surdus, & Giurba *locis citatis*, & alij ab iiſdem relati, & Iuriſperiti communiter, dum aſſerunt dotem, & onera matrimonij eſſe connexa, vt vbi eſt dos, ibi debeant eſſe onera matrimonij, & vbi ſunt onera, ibi debeat eſſe dos. Ex qua dotis natura, & præfata connexione eiuſdem, & onerum matrimonij, conſequitur tanquam dotis proprium, vt dum dos promittitur, cenſeatur promiſſa cum fructibus, qui oneribus ſuſtinendis deſeruire debent, vt *hoc cap. dict. num. 26.* notatum eſt, & tradunt Doctores *ibidem* relati, & probant tradita *dict. cap. 15. num. 114.* Ex quibus apparet vera ratio, ob quam maritus ſuſtinens onera matrimonij licitè lucretur, & faciat ſuos fructus pignoris traditi à doris promiſſore, donec illi dos ſoluatur, quia non illos lucratur ob dilationem ſolutionis dotis, ſeu pecuniæ dotalis promiſſæ, ſed vti ſibi promiſſor vnà cum dote ex natura ipſius dotis pro iiſdem omnibus ſuſtinendis: quæ ratio innuitur *in dict. cap. ſalubriter* illis verbis, *cum frequenter dotis fructus non ſufficiant ad onera matrimonij ſupportanda*: eandem rationem approbant, qui aſſerunt generum, de quo *d. cap. ſalubriter*, licitè, & abſque labe vſuræ lucrari fructus pignoris pro dote ſoluenda conſignati, quia ratione onerum matrimonij, ſeu oneris vxorij percipit, vt Leotardus *dict. quaſt. 28. & quaſt. 30.* Mantica *d. titul. 8. num. 19.* Franciſcus Molinus *d. quaſt. 39. num. 10. & 13.* & ex Theologis Caietanus *2. 2. quaſt. 28. articul. 2. ad 6.* Villalobos, & Trullench. *locis ſuprà allegatis*, & Beja *d. caſu 56. verſic. nihil item refert*, & hoc idem puto omnino voluiſſe dicere M. Nauarrum, Petrum Barboſam, Molinam, & Rebellum *locis ſuprà allegatis.* Apparet etiam S. Pontificem in eo *cap. ſalubriter*, nihil noui fauore dotis ſanxiſſe, ſed tantum explicaſſe, quod marito competebat ex natura dotis, ſeu contractus dotalis continentis promiſſionem dotis, & fructuum eiuſdem dotis. Apparet item ex traditis marito, vt fructus pignoris faciat ſuos, non eſſe opus, vt aliundè interſit ratione lucri ceſſantis, vel damni emergentis, ſed tantum vt onera matrimonij ſuſtineat, vt ex Doctoribus *ſuprà num. 42. relatis*, Nauarrus *d. comm. num. 6.* Couarruuias *d. num. 3. verſ. ex his*, Fontanella *d. p. 17. num. 22.* Molinus *d. quaſt. 39. num. 12.* Molina *d. diſputat. 325. num. 6.* Leſſius *num. 242.* Trullench. *num. 6.* Leotardus *dict. quaſtion. 28. numer. 20.* & allegati *ſup. n. 29. fine*, quia ſecluſa quacumque alia cauſa, ſola ratione onerum matrimonij, ad quæ ſuſtinenda dos datur,

tur, ſeu ordinatur, eique ſunt annexa, eos fructus pignoris percipit interim, dum dos non ſoluitur, ſed ad maiorem intelligentiam *d. cap. ſalubriter*, & liciti lucri fructus dotis promiſſæ nondum ſolutæ ex parte mariti onera matrimonij ſuſtinentis, reſoluenda ſunt ſequentia dubia.

45 Primum dubium, an non ſolum genet pignoris ſibi à ſocero dotis promiſſore, qui tenebatur mulierem alere, traditi faciat ſuus, ſed etiam quilibet maritus faciat ſuos fructus pignoris ſibi à quocumque dotis promiſſore etiam extraneo non obligato alere mulierem, ſi matrimonij onera ſuſtineat, & contra Garciam Fortunium *de vltimo fine iur. ciuil. & canon. illatione 6.* Reſpondetur quemlibet maritum ſuſtinentem onera matrimonij lucrari fructus pignoris ſibi traditi à quouis dotis promiſſore etſi extraneo. Cum ratio ſupra adducta ſumpta ex natura dotis, vt eius vſus inſeruiat oneribus matrimonij, & quicumque illam promittit, promittat etiam eius fructus ad eadem onera ſuſtentanda, militet tam in genero reſpectu ſoceri dotatoris, & promiſſoris dotis, quàm in quouis marito reſpectu extranei promiſſoris dotis: dictum autem caput *ſalubriter* loquitur in genero, vel quia ita frequentius contingit, vel quia (vt eſt potior reſponſio) ſic caſus contigit, & propoſitus fuit S. Pontifici, qui non propterea alias perſonas excluſit. Et idem dicitur de quocumque alio marito: ita Nauarrus *d. com. de vſuris n. 66.* Couarruuias *d. n. 3. verſ. hinc primò*, Valaſcus *d. conſult. 8. num. 2.* Franciſcus Molinus *d. quæſt. 39. num. 13.* Surd. *d. q. 42. n. 3.* Font. *d. p. 15. n. 16. & duobus ſeqq.* Leotardus *d. q. 28.* & alij Iuriſperiti à Valaſco, & Fontanella relati: Beja, Molina, Rebellus, & alij Theologi *ſup. n. 42.* allegati.

46 Dubium ſecundum, an vt maritus ſuſtinens onera matrimonij fructus pignoris faciat ſuos, debeat præceſſiſſe inter ipſum, & dotis promiſſorem tradentem pignus conuentione de non computando fructus in ſortem, & contra Cumanum *in dict. lege de diuiſione ff. ſol. matr.* & Angelum *in §. fuerat num. 4. inſtit. de action.* & Cephalum *conſ. 31. n. 30. vol. 1.* reſpondetur non requiri. Textus enim *in d. cap. ſalubriter*, non loquitur de præcedente conuentione, ſeu pacto, neque id exigit, neque etiam Doctores communiter, ita Couarruuias *d. c. 1. n. 3. verſ. 2.* Viuius *deciſ. 424. n. 11.* Valaſcus *d. conſult. 8. num. 1.* P. Barboſa *in d. l. de diuiſione num. 2. & 3.* Font. *dict. part. 15. n. 2.* Leotardus *d. q. 28. n. 40.* & alij ab iiſdem relati, & conuincit ratio ſuprà adducta, ſcilicet, quod promiſſio dotis ex natura ipſius dotis continet etiam promiſſionem fructuum ad onera matrimonij ſuſtentanda; vnde non eſt opus alia conuentione.

47 Dubium tertium, an ſi fructus pignoris traditi marito, donec dos ſoluatur, excedant onera matrimonij, illorumve æſtimationem, & expenſas factas pro illorũ ſuſtentatione, quoad exceſſum ſint computandi in ſortem, vel omnes fructus ſiue minores, ſiue maiores oneribus mariti lucro cedant? exceſſum eſſe in ſortem computandum in ſortem ſentiunt plures ex Iuriſperitis, & Theologis, ſi exceſſus ſit euidens. Ita ex Iuriſperitis Gomez *ad l. 50. Tauri d. n. 30. verſ. ſecus verò*, Bald. Alexander, Anania, Palatius, Rub. Neguſantius locis relatis ab eodem Gomez *ibidem*, & Couarruuias *d. libro tertio cap. 1. num. 3. verſ. 3. probatur*, Surdus *de alimentis tit. 4. num. 10. fine*, & alij recentiores à Leotardo *dict. quæſt. 28. num. 63.* allegati. Ex Theologis Angelus, Syluester, Tabiena *verbo vſura*, Petrus Nauarrus *dict. cap. 2. num. 360.* Azorius *allegato cap. 9. verſ. 3.* Bonacina, & Villalobos *locis ſup. num. 42.* allegatis, & alij à Leotardo *d. n. 63. allegati.* Fundati in eo, quod fructus pignoris promittantur marito in compenſationem onerum, ſeu eorundem onerum cauſa, ac inde ſi excedant eadem onera, quoad exceſſum ſunt computandi in ſortem ad euitandam vſuræ labem. Ex ita etiam ſentit Rebellus *d. quæſt. 12. ſupra allegat. n. 5.* ſi ex verbis ipſius dotantis, & tradentis pignus, vel ex circumſtantiis & conditione perſonarum inducatur præſumptio, noluiſſe donare illum exceſſum marito, quo ſenſu ait intelligendos prææallegatos Theologos, & nonnullos alios ab eodem relatos. Alioqui, inquit, ex communi hominum ſenſu præſumitur dotans exceſſum donare marito, vt enim, ſubdit, quando maritus vel nullos, vel minores fructus percipit, quàm ſint onera, cenſetur id, quod deeſt, remittere dotanti, ita dotans id, quod excedit, marito voluiſſe donare præſumi debet. Hanc eandem ſententiam ſatis probabilem putat Fagundez *dicto libr. 5. cap. 10. num. 10. fine*, idem aſſerens de ſequenti ſententia.

Contrarium, & etiamſi fructus pignoris excedant onerum expenſas, quoad exceſſum non eſſe in ſortem imputandos, ſed marito cedere, tradunt ex Iuriſperitis Couarruuias *dict. cap. 1. num. 3. verſic. Tertiò probatur*, Viuius *deciſione 424. num. 7.* Valaſcus *dict. conſult. 8. num. 3.* Fontanella *d. p. 15. num. 3. & 4.* & alij Iuriſperiti ab eodem Fontanell. & à Leotardo *dict. quæſt. 28. num. 63.* relati: ex Theologis ita Ioannes Medina *Codice de reſtitutione quæſt. 1.* Petrus Nauarrus *dicto cap. 2. num. 363. verſiculo ex quibus* (dicens maritum poſſe accipere fructus pignoris excedentes onera, dummodò non excedant quantitatem veriſimili lucri ceſſantis.) Salas *in tractatu de vſuris, dub. 39. n. 10.* Trullench. *dicta dubitat. 14. num. 6.* Adrianus à Couarruuia relatus, Sà, Salon, & alij à Salas allegati. Ex eo probantes quod S. Pontifex *in dicto capite ſalubriter*, non habuit conſiderationem certæ fructuum quantitatis veriſimilis lucri ceſſantis, vel damni emergentis, ſed principaliter (vt innuitur illis verbis *d. capitis ſalubriter, cum frequenter dotis fructus non ſufficiant ad onera matrimonij ſupportanda*) conſiderauit id, quod frequentius accidit, nempe vtplurimum ratóque contingere, vt dotis fructus ſeu reddittus ſufficiant ad ſuſtinenda grauiſſima matrimonij onera, quod etiam poſt alios notauit Stephanus Gratianus *tom. 1. cap. 120. n. 7.* Atque adeò, quemadmodum ſi pauciores ſint fructus dotis, quàm matrimonij onera, id cedit damno mariti, qui nihilominus tenetur ſuſtinere, *l. ſi filiofamilias*, ita è contra etiamſi fructus ratione dotis perceptos excedant onera non debent in ſortem imputari, ſed mariti lucro cedere. Quæ ſententia videtur admittenda, quando exceſſus eſt modicus, & non notabilis, ſi verò eſſet multum notabilis, immenſus, & ingens, ſeu maximus, tunc non valeret præfatum argumentum, ſed iuxta alteram ſententiam exceſſus eſſet in ſortem imputandus, Seſſe *dec. 68. n. 14. vol. 1.* & Sotomaior *libr. 3. quotidianarum, cap. 23.* & nonnulli alij à Fontanella *dicta parte 15. num. 5.* relati; & de hoc exceſſu immenſo loquitur Gomez *loco citato*, & etiam Couarruuias alteram ſententiam admittit, ſi pignoris fructus excedant non tantum onera ſuſtentata, ſed etiam excedant legitimum, & veriſimile intereſſe, quod ratione lucri poſſet ex dotali quantitate à marito percipi. Quamuis idem Fontanella præterquam quod via poſſit contingere, vt dentur pignora ex quibus ita exceſſiui fructus percipiantur, cum nemo facilè ſuum (vt ille inquit) iactet *eod. n. 5.* Seſſe, Auendañus, & Felinus ab eodem ad id allegati dicunt, difficilè poſſe verificari talem exceſſum, cum onera matrimonij ſint incerta, & varia, imo eſſe impoſſibile, quod pignoris fructus excedãt onera matrimonij plurima, & laborioſa, cum contineat (inquit) non ſolũ expenſas alimentorum vxoris, & familiæ, ſed etiam perſonalem mariti ſolicitudinem, & laborem aſſiduum, & diligentiam, quam gerit erga eandem vxorem, liberos, 48

&

& familiam, quoad curam, regimen, & gubernationem, quæ non habent æſtimationem, nec compenſationem recipiunt: & ita hoc reſpectu fructus non videntur poſſe excedere onera matrimonij. Quæ tamen conſideratio non placuit Leotardo *d. quæſt.* 28. *num.* 65. *&* 66. quia nomine onerum, de quibus Pontifex *in dicto capite ſalubriter*, & iura *ſup. c.* 1. *n.* 92. allegata dicentia dotem dari propter onera matrimonij, intelliguntur præcipuè alimenta, & omnia, quæ alimentorum nomine veniunt (vt *d. n.* 92. notatum eſt) vt veſtes & ſimilia, & ſic quæ pecuniâ expediuntur, non verò cura, ſolicitudo, & diligentia ad gubernationem domus, & familiæ, quæ illi ex officio incumbit, & à quibus non eximitur, etiamſi aliàs ipſi non incumberet onus alimentorum, quia verbi gratia inter ipſum, & vxorem interueniſſet pactum, quod dotis fructus conuerterentur in dotem, illamque augerent, & vxor ſeipſam, ſuoſque aleret, & vniuerſas expenſas pro oneribus faceret, quod pactum eſſe validum dictum eſt *dicto capite* 1. *num.* 94. Quapropter verius videtur, quod ſi fructus pignoris notabiliter excedant æſtimationem, ſeu ſumptus onerum, idque euidenter conſtet, exceſſus ſit in dotem computandus, vel recurrendum ad illam præſumptam dotantis donationem, vt ſentit Rebelius: cui tamen præſumptæ donationi obſtat, quod donatio regulariter non præſumitur, *lege Campanus ff. de oper. libert.* præſertim in neceſſitate [*lege rem legatam ff. de adimen. leg.*] & videtur euenire, cum promiſſor dotis in pecunia illam de præſenti non habens loco pecuniæ dotalis conſignat marito pignus, quæ latiùs proſequitur Leotardus *dicta q.* 28. *num.* 66. *&* 68. Qui benè concludit relinquendum Iudicis arbitrio, conſideratis perſonis, dotis quantitate, & alijs circumſtantijs, dimidicandum de exceſſu, & de præſumptione donationis, idque præſertim quando inter dotantem & maritum interceſſit pactum de certa quantitate ſoluenda, donec dos ſoluatur, ſub quo pacto facilius poteſt latêre aliquid quod vſuram illicitam ſapiat, vel iniuſtitiam contineat, & *ibidem* notat idem Leotardus, pro quo

Pactum Factum ab initio inter permiſſorem dotis, & maritum de danda annuatim certa pecuniæ quantitate, donec retardaretur ſolutio dotis in pecunia promiſſa, an valeat, & licitum ſit.

49 Dubium quartum, an inter promiſſorem dotis conſiſtentis in pecunia, & maritum poſſit ab initio validè, & licitè fieri pactum de certo aliquo intereſſe in pecunia, ſeu de certa annua quantitate, putà ad rationem quinque pro centenario præſtanda interim donec dotis promiſſæ ſolutio fiat. Tale pactum eſſe illicitum, & non valere plurimi ex Iuriſperitis cenſuere, quos copioſè referunt Viuius *deciſione* 424. *num.* 3. Valaſcus *d. conſult.* 8. *numer.* 5. Franciſcus Molinus *dicta q.* 39. *numero primo*, Auguſtinus Barboſa *collectaneo ad d. caput ſalubriter, numer.* 3. Fontanella, & Leotardus *locis infra allegatis*, & ex Theologis S. Antoninus *in ſumma parte ſecunda titulo primo paragrapho ſexto num.* 27. & eſſe veriorem ſententiam aſſerit Valaſcus *eodem numero quinto verſic. Verum ego.* Pro quo primò adducitur, quod S. Pontifex *in dicto capite ſalubriter* loquitur de fructibus rei pignoratæ pro dote in ſortem non computandis, quæ eſt exceptio ab illa regula generali, quod fructus pignoris minuunt ſortem: quæ exceptio proinde ad pactum certæ quantitatis ſoluendæ quotannis, donec dos promiſſa in pecunia ſoluatur, debet extendi, cum ſimus in odioſis, & exorbitantibus. Secundò quia *in dicto capite ſalubriter* promiſſor dotis erat mariti ſocer, cui incumbebat onus alendi filiam. Tertiò quia pecunia non parit pecuniam, ſicut pignus rei frugiferæ de ſe parit fructus, & intereſſe conuentum ex dilatione eſt vſurarium, & etiam fructus pignoris ſunt incerti, & tempeſtatibus obnoxij, & ſic propter incertitudinem pactum toleratur; pactum autem, de quo agitur, certum quid pro intereſſe continet.

Cæterum præfatum pactum eſſe validum, & licitum, eſt magis communis ſententia, & in praxi in Tribunalibus vtriuſque fori ciuilis, & Canonici recepta, cuius ſententiæ aſſertores innumeros referunt præallegati Doctores, præſertim Molinus *dicta q.* 30. *num.* 8. *&* 9. & Auguſtinus Barboſa *dict. num.* 5. & ex Doctoribus *ſupr. num.* 42. allegatis: ita ex Iuriſperitis Nauarrus *dicto cap.* 17 *num.* 213. *& dict. comm. num.* 67. Couarruuias *d. cap.* 1. *verſ.* 4. Viuius *d. deciſ.* 424. *num* 4. 6. *& ſeqq. ad num.* 13. Franciſcus Molinus *dicto num.* 8. *& ſequentibus*, Cancerius *dicta parte* 3. *cap.* 7. *num.* 55. *& ſequentibus.* Fontanella *dicta clauſula quinta, gloſſa* 8. *parte* 15. *num.* 19. *& pluribus ſequentibus.* Auguſtinus Barboſa *dicto num.* 3. Leotardus *dicta quæſt.* 28. *numer.* 41. *& ſequentibus.* Præter quos Iuriſperitos ita Rota Romana *deciſione* 35. *numer.* 21. *deciſione* 129. *parte* 1. *recent. deciſion.* 599. apud Seraphinum, & alibi ſæpè, vt Fontanella refert, Bruno à Solo *quæſt.* 46. *num.* 18. Fachineus *controuerſ. Iuris cap.* 32. *lib.* 2. Stephanus Gratianus *tomo primo dicto cap.* 143. *numer.* 10. ex Theologis *dicto numer.* 42. relatis, ita Molina *dicta diſput.* 321. *num.* 7. *&* 17. Rebellus *dicta quæſtion.* 12. *numer.* 7. Beia *dicto caſu* 56. Fagundez *dicto libro quinto, capite* 10. *numer.* 17. Bonacina *dicto puncto* 9. *num.* 3. Villalobus *dicta difficultate* 12. *numero quarto*, Trullench. *dicto dub.* 14. *numer.* 9. & alij à Leotardo relati. Ratio deducitur ex traditis in præcedentibus, quia in tali pacto nulla committitur vſura illicita, quia intereſſe, ſeu certa annua quantitas ſoluenda non deducitur in pactum propter dilationem ſolutionis dotis ſiue in certam, ſiue indeterminatam, ſiue certo temporis ſpatio definitam, ſed propter onera matrimonij naturæ dotis annexa, pro quorum ſuſtentatione ſicut dos promittitur, & datur etiam vnà cum dote ex natura ipſius dotis ab illius promiſſore tacitè etiam promittuntur dotis fructus ad eadem onera ſuſtinenda, vt ſupra dictum eſt, & probant etiam tradita *cap.* 15. *numer.* 114. Propter quæ onera matrimonij etiam iuxta *dict. caput ſalubriter*, & tradita *in præcedentibus*, licet marito ſuſtinenti onera matrimonij percipere fructus pignoris frugiferi traditi pro dote, & illos etiam deducere in pactum. Quemadmodum ergo iuxta reſponſionem Pontificis *in dicto capite ſalubriter* licitum eſt marito lucrari fructus fundi dati in pignus dilatione ſolutionis dotis pendente, nec tenetur eos in dotem computare, quia fructus illi permittuntur propter onera matrimonij, quæ debet ſuſtinere, ita in eadem reſponſione implicitè intelligitur idem voluiſſe de certo intereſſe annuo pro dote non data, donec ſoluatur à marito percipiendo, quodve valeat pactū inter dotis promiſſorem, & maritum de certa annua quantitate interim donec à promiſſore ſoluta fuerit, præſtanda marito, cum in vtroque caſu æquè militet eadem ratio, cum in vtroque lucrum fructuum, & intereſſe certæ quantitatis detur, & accipiatur propter onera matrimonij, quæ ſuſtinet, & ſuſtinere debet maritus. Vnde *in d. c. ſalubriter*, nihil contra regulam Iuris diſponitur in fructibus pignoris non computati in dotem iuxta dotis naturam, quæ ita exigit, vt ſupra probatum eſt, & ſic excluditur prima ratio prioris ſententiæ, excluditur etiā ſecunda, quia ratio onerū matrimonij, propter quā fructus vel intereſſe dotis promiſſæ ſoluendæ marito debentur, vrget ſiue promiſſor dotis ſit ſocer, ſiue 50

extraneus

extraneus,vt ſupra *n.*45. dictum eſt. Non etiam obſtat tertia ratio,tum quia pecunia parit pecuniam miniſterio hominis, ſicut etiam poſſeſſiones indultæ non ferunt fructus, niſi hominum induſtria: tum etiam (vt ſupra *n.*40. notatum eſt) vſuræ,& intereſſe, quæ doti promiſſæ non ſoluta ex natura dotis debentur marito propter onera matrimonij, & non attenditur, an res promiſſa pro dote ſit frugifera,aut ſterilis. Quod etiã in eadem tertia ratione obiicitur ex incertitudine fructuũ pignoris tollitur, quia illi fructus etiam vt à fortuna pendent,poſſunt certa pecunia æſtimari,& etiã in pignus pro dote poſſunt dati penſiones ac redditus in pecunia cõſiſtentes.Nulla denique eo pacto interuenit vſura cauſa dilationis ad dotem ſoluendam, quia tunc ſolum cum ex ſola dilatione,ſeu ex ſolo tempore tardæ ſolutionis creditor aliquid ſtipulatur vltra ſortem, interuenit vſura *l.9.ff. de vſuris, & l.quæro ff. locati*, & Theologi communiter,annua autem quantitas deducta in pactum marito non præſtatur propter dilationem ſoluendæ dotis,ſed propter onera,quæ maritus ſuſtinet ſine dote adhuc non ſoluta ad eadem onera ſuſtinenda ex ſua origine inſtituta, & ordinata.

51 Quamquam autẽ aliqui(vt notat Valaſc. *d.n.5.v.At ex diuerſo illos referens*,& Viuius *d.dec.*424.*n.*6.& Fontanell.*n.*22.) dixerint huiuſmodi pactũ de certa quãtitate annua ſoluẽda,interim dum dos non ſoluitur,eſſe licitũ,& valere ſolum ſi maritus ſit mercator,vel alias ſolitus negotiari, aut induſtrioſus. Nihilominus eſſe validũ,& licitum,quãuis maritus non ſit mercator nec eſſet ſolitus negotiari,nec vellet,nec eius interſit ratione lucri ceſſantis,vel damni emergentis, longè verius eſt,quia in præſenti materia extẽditur tantũ ratio onerũ mat. ſupportandorũ à marito, propter quæ circũſcripta quacũq; alia cauſa vſuræ & intereſſe ſoluẽdæ marito debẽtur,ita *loc.alleg.* Fontan.cum aliis vt ſup.Molin.*d.q.*39.*n.*2. Viuius *d.deciſ.*424.*n.*12.& Doctor.cõmuniter aſſerentes propter ipſa matrim. onera, vſuras, & intereſſe dotis promiſſæ à dotis promiſſore moroſo deberi,etſi aliunde mariti non interſit ratione lucri ceſſantis,quorũ plurimi relati ſunt *ſup.n.*29 *fin.& n.*44. *circa fin.* licet ſit differẽtia, an maritus petat vſuras dotis propter onera,an propter intereſſe (quod ſẽper etiã ſecluſo pacto poteſt maritus petere, qui ſi habuiſſet pecuniã dotalẽ ad manus lucrũ feciſſet,quia eſſet mercator,vel talis perſona, quæ eſſet ſolita negotiari, vt poſt plurimos alios Iuriſperitos Frãciſc.Molin.*d.q.*39. *n.*22.) lucri ceſſantis,vt *d.n.*29. notatũ eſt Ex quo etiã apparet,vt dictum pactũ liceat,nihil referre an maritus ſit diues,qui poſſit aliundè ſuſtinere onera matrim. an pauper,quia in vtroque militat eadem ratio onerũ matrim.propter quæ pactũ permittitur,nec ceſſat,etſi maritus oneribus poſſit alias de ſuo prouidere; quod etiam poſt alios expreſsè notat Fontanella *n.*24.

52 Etſi quoque nonnulli Iuriſperiti, quos Couar. *dict. cap. n.*3. *verſ.*5. Franc. Molin. *d.q.*39. *n.*21. Viuius *d. deciſ.*424.*n.*10. & Cancer.*d.cap.*7.*n.*55. dixerint valere & eſſe licitum huiuſmodi pactum de ſoluenda certa quantitate pro dote non ſoluta,ſi nulla data dilatione ad ſoluendum ſimpliciter conueniatur, quod ſoluatur certa quãtitas,donec dos ſit ſoluta, illicitũ verò,& inualidũ,ſi data ſit dilatio cũ certo termino ad ſoluendũ, & eo termino pendente certũ quid ſoluatur, quia hoc caſu dotis promiſſor non ſoluens dotem intra terminũ non poſſet dici eſſe in mora,dum eſt intra dilationem *l. lecta verſ. ſed cum ſortis, ff. ſi certum petatur*, & ita etiam videtur ſentire Surd. *de alim.tit.*1.*d.q.*42. *n.*53.*v. & ſanè ratio.*Hæc tamen diſtinctio ab iiſdẽ Couar.Viuio,& Cancer.poſt alios reprobatur.Si enim licet marito accipere annuã quantitatẽ certam in pacto deductã donec ſoluatur dos nullo præfixo temporis ſpatio ad ſoluendã dotẽ,licitũ etiam eſt certa dilatione cum dato tẽporis ſpatio,quia maritus non dicitur dediſſe ſimpliciter dilationẽ,cũ detur dilatio cũ illo pacto,quod pẽdente dilatione ſoluatur dictũ intereſſe,quã aliter maritus non dediſſet.Nec etiã appareat differẽtia,cur maritus poſſit ſtipulari intereſſe non data dilatione certi termini,& nõ poſſit dilationẽ præfixo certo termino dare cũ pacto,vt ea dilatio pro non data habeatur,niſi illa quãtitas certa ſoluẽda pro intereſſe ſtipulata pendente termino ſoluatur, cũ in effectu id importet talis dilationis conceſſio,vt notat Cancer. Confirmat Couarr. ex eo quod magis expediat promiſſori dotis dilationis cum certo termino,quia tunc nõ poteſt cogi ad ſolutionem ante termini lapſum: confirmari etiã poteſt,quia alioqui per talem dilationem videtur maritus remiſiſſe eaſdem vſuras pro illo tempore alias ſibi debitas,remiſſio autẽ Iuris competentis eſt donatio,vt probat infr.*n.*73. donatio autem non præſumitur.

Quid verò ſi poſt pactum inter dotis promiſſorem, 53
& maritũ de ſoluenda certa annua quãtitate pro intereſſe,donec ſolueretur,maritus dilationem cũ certo termino ſoluẽdæ dotis promiſſori dediſſet, in hoc durãte termino dilationis illud intereſſe marito non deberi, tradunt Franciſc. Molin.*d.q.*39.*n.*19.& poſt eũ,non tamen allegatũ Aug. Barb. *collect. ad d.c.ſalubriter n.*17. *de vſuris*,idq; ob eã rationem,quia data ſolutione maritus videtur in conſequentia voluiſſe,vt interim intereſſe conquieſceret. Confirmat Molin. quia etſi marito ſuſtinenti onera matrim. dotis promiſſæ nõ ſolutæ debẽtur dotis vſuræ,ſeu intereſſe, vt ſupr. *n.*28. *&* 29. dictum eſt tamen ſi maritus conceſſit promiſſori dotis dilationẽ ad ſoluendũ nõ facta conuentione ſuper vſuris nõ debẽtur vſuræ,ſeu intereſſe dotis de tempore dilationis datæ ad ſoluendũ, ſed ſolum à die finitæ dilationis,iuxta Doctores *ſupr.n.*32.latè allegatos;contrariũ tamen & non cenſeri factã remiſſionem vſurarum prius conuentarũ, ſuſtineri poteſt ſi maritus conceſſit ſimpliciter dilationẽ ſine conuẽtione, quod de tẽpore dilationis vſuræ, & intereſſe nõ currerent,quia illa remiſſio vſurarum poſt pactum de illis præſtandis donec dos ſolueretur,cenſetur donatio,quæ non præſumitur, cum poteſt capi alia cõiectura,vt in præſenti,cum dicta dilatio poſſit rectè præſumi conceſſa ſolũ ad effectũ,vt liberum eſſet promiſſori ſoluere dotem durante eodem dilationis tempore,& ad ſoluendũ pro eo tempore cogi non poſſet,vt infr.*n.*57.Ad confirmationem reſpondetur eſſe dubiam,vt *eodem n.*32. notatum eſt,& quatenus ſit vera,eſt differentia,quia in eo caſu dilationis cõceſſæ non præceſſit conuentio expreſſa de vſuris dotis ſoluendis,vt in præſenti,ex qua præcedenti conuentione conſtat de expreſſa voluntate mariti, quod vſuræ dotis ob retardatam dotis promiſſæ ſolutionem illi ſoluantur, à qua voluntate non debet, nec poteſt præſumi receſſiſſe data poſtea illa dilatione, quæ potuit dari ad alium effectum, vt explicatum eſt.

Annua quantitas, ſeu penſio pro dote donec ſoluatur in pactum deducta non debet excedere onera matrimonij, aut à ſtatuto taxatam.

Cæterum annua quantitas, ſeu penſio,quã iuxta ſu- 54
pra tradita poteſt maritus paciſci ſibi præſtari interim donec dos ſoluatur, non debet eſſe multùm exceſſiua vltra ſumptus onerum,ſed debet eſſe moderata, & veriſimiliter reſpondens ſumptib.quos in ſuſtinẽdis matrim.onerib. ſcilicet in alimentis, & cæteris ad vxoris ſuſtentationem neceſſariis maritus facit: ita *locis allegatis* Rota,Fontan.*d.p.*15.*n.*21. Leotard. *d.q.*28. *n.*62. *&* 63. Franciſc. Molin. *d.q.*39. *n.*22. & Doctor. *ſup. n.*47.*&* 48.allegati,aſſerentes fructus pignoris pro dote dati excedentes notabiliter onera matrim. quoad exceſſum imputari debere in ſortem. Cum enim huiuſmodi vſuræ ſint marito promiſſæ propter onera matrimonij

trimonij, vti illorum compenſationes (vt etiam *dict. n.*47. *&* 48. & ex traditis in antecedentibus) debent regulari ad veriſimiles ſumptus, quos in eiſdem oneribus maritus ſuſtinet, etſi excedant quoad exceſſum, vel contineant vſuram illicitã, vel debent dotem minuere. Et ſi à lege, aut ſtatuto, vel conſuetudine ſit determinatum certum intereſſe certáve quantitas pro dote non ſoluta, interim donec ſoluatur provt taxari valide, & licitè poſſe ſentiunt communiter Doct.*ſup.n.*42. relati. Surd. *de alim.tit.*11.*d.q.*42.*n.*27. Nauarr.*d.c.*17.*n.*113. *& d.com.de vſuris*, Azor.*d.c.*9.*verſ.*4. Leotard. *de vſuris,q.*30.*n.*59. Aug. Barb.*collect.ad d.c.ſalubriter,n.*12.& alij Iuriſperiti, & Theologi ab iiſdem relati, dummodo intra certos honeſtos terminos iuxta congruum modum onerum, & alimentorum non excedant qualitatem perſonarum, & in multis prouinciis & locis facta eſt ſimilis taxatio ad quinque, vel ſex, aut ſeptem, vel etiam octo pro centenario, licet ordinaria ſit ad rationem quinque pro centenario, vt Rota *dec.*574. *in vlt. vol.*Farinac. Caualc.*dec.*35.*n.*23.*p.*1.& Fontan.*clauſ.*6. *gloſ.*2.*p.*6.*n.*69. & Rota *deciſ.*57. *p.*2. *recent.* quantitas ſoluenda in pactũ deducta non debet excedere quantitatem illam à ſtatuto, vel conſuetudine loci taxatam, nã alioqui pactũ (inquiũt Molin. & Barb.) eſſet nullũ, & vſurarium, & fructus dotis eſſe taxandos iuxta loci conſuetudinẽ tradit Rot. Rom. *dec.*574 *p.*2.*recent.* licet ſublato pacto maritus verè poſſet via ordinaria agere ad illud totũ, quod plus, & onera matrimonij & taxationem legalem excedens ſibi intereſt ratione damni emergentis, vel lucri ceſſantis, ſi pecunias ad manum habuiſſet, & foret mercator, & talis perſona quæ ſolita erat negotiari, *vt ſup.n.*51. eſt dictum, & aliis relatis tradunt iidem Caual. Molin. Barb. *loc.allegatis*, & Surd. *d.q.*42.*n.*9.& eſt regulare in quocunque creditore, cui ob retardatam à moroſo debitore ſolutionem pecuniæ debitæ tale lucrũ ceſſaret, vel damnum contingeret. Si etiam debitor dotis poſt præfatũ pactũ de certa annua quantitate ſoluenda, vel poſt traditum pignus marito per partes ſoluerit dotem, puta ſi dos erãt mille aurei, & poſt aliquot menſes ſoluit trecentos, deinde alios trecẽtos, quantitas cõuenta erit diminuẽda pro rata, vel fructus pignoris pro eadem rata erunt debitoris dotis, nõ mariti, qui tenebitur eã ratã vel reſtituere eidẽ debitori, vel in ſorte cõputare, vt etiã Fag.*d.lib.*5.*c.*10.*n.*6.

Fructus pignoris, & intereſſe deductum in pactum non debentur marito, ſi non ſuſtineat onera matrimonij.

55 Quæ autem *in praced.* tradita ſunt de fructibus rei frugiferæ in pignus marito traditæ donec dos ſoluatur, quod illos licitè faciat ſuos, & de pacto certæ quãtitatis annuæ à promiſſore præſtandæ interim donec illi dos promiſſa ſoluatur, quod ſit licitũ, procedũt in marito, qui onera matrimonij ſuſtineat, vt innuitur *d.c. ſalubriter, de vſuris*, & tradũt Doct.*n.*42. allegati, & alij allegati *n.*50. Nam ſi non ipſe maritus, ſed ſocer, aut extraneus, qui promiſit dotẽ, vel ipſa vxor onera ſuſtineret, nequiret idẽ maritus licitè fructus pignoris lucrari, nec illud pactũ licite, & valide facere, quia prædicta permittũtur ratione onerũ, vt *ſup.n.*44.*& ſeqq.* dictũ eſt. Et fructus dotis etiã traditæ non facit ſuos maritus qui nõ ſuſtinuit onera matrim. ſed vxori sũt reſtituẽdi iuxta tradita *ſup.n.*8.*& ſeqq.*& quoad fructus pignoris notãt Reb.*d.q.*12.*n.*9.& Mol.*d.diſp.*311.*v.quartò colligo.*

56 Sicut vero facit fructus dotis traditæ ſuos tempore, quo eius vxor eſt extra illius domum apud patrem recreationis gratia, *vt ſup.n.*12. probatũ eſt, ita licite pro eodem lucraretur fructus pignoris & etiam intereſſe deductum in pactum interim donec dos ſoluatur, quod & probat ratio *ibidem* adducta.

Fructus pignoris pro dote traditi perceptos an maritus ſuſtinens onera matrimonij minimè faciat ſuos, ſi dotis promiſſori dedit dilationem certi temporis ad ſoluendum dotem, vel pignus ſit traditum tantùm pro ſecuritate ſolutionis dotis promiſſæ?

Præterea deciſionem *d.c.ſalubriter, de vſuris*, & concluſio communis *ſuprà n.*42. quod maritus ſuſtinens 57
onera matrimonij pignoris à dotis promiſſore ſibi traditi pro dote fructus ſuos faciat pro tempore non ſolutæ dotis, nec eos in ſortem teneatur computare, declaratur procedere ſi pignus ſit ſimpliciter datum, & acceptum, donec dos fuerit ſoluta; non verò procedere, ſi maritus promiſſori dotis, & tradenti pignus conceſſerit dilationem certo termino præfixo ad ſoluendam dotem, tunc enim durante dilatione maritum, etiamſi onera matrimonij ſuſtineat fructus ex pignore perceptos non facere ſuos, ſed teneri in ſortem computare, quia ſic ſponte eam dilationem ex conuentione voluntaria, & ſpontanea cum promiſſore dotis, cenſetur cedere ſuo iuri quoad vſuras dotis, & ſine illis ſuſcipere pro tempore dilationis in ſe onera matrimonij, quæ ſi poteſt in ſe ſuſcipere pro toto tempore conſtantis matrimonij, vt ſi duceret vxorem ſine dote, ita poteſt ſuſcipere ad tempus, & quia promiſſor non ſoluens dotem ante exſpiratam dilationem non dicitur eſſe in mora, & ceſſante mora ceſſant vſuræ, vt ſæpius *ſup.* notatum eſt. Quare in huiuſmodi caſu pignus iuxta hanc ſententiam erit datum marito ſolum pro ſecuritate. Ita Butrius, & Panormitam *in d.c.ſalubriter*, & nonnulli alij ex Iuriſperitis, Couarruu. *var.lib.*3.*verſ.*5. Valaſc.*d.conſult.*8. *n.*8. ex Theologis Almainus *in* 4. *diſt.*15.*q. de vſuris*, Angelus, Syluеſt. Armilla *verbo vſura*, relati à Couarr. & omnes relati à P. Nauarr. *de reſtit. lib.*3.*d.c.*2.*n.*362. & expreſſe etiam Azor. *d.p.*3.*l.*7.*c.*9.*verſ.*2.& Rebell. *de oblig. Iuſt.p.*2.*lib.*8.*q.*12.*n.*4. ita etiam ſentire videtur Nauarr. *in ſum.c.*17.*d.n.*113.*verſ.*1.*& d.com.de vſuris*, *n.*66. vbi dicit, quemlibet maritum, quamvis non ſit gener eius, qui promiſit dotem, & dedit pignus, poſſe fructus eius percipere non computandos in dotem promiſſam, in quámlibet longum tempus ſolutio dotis differatur, modò obligatio ſoluendi eſſet ad præſens tempus, niſi contrarium expreſsè actum fuerit, ſcilicet vt fructus pignoris computentur in partem dotis, cum quælibet diſpoſitio intelligatur facta ſecundum ius, & conſuetudinem. Contrarium, & non obſtante dicta dilatione ad certum tempus dotem ſoluendi procedere deciſionem *d.c.ſalubriter*, & maritum facere fructus pignoris ſuos, tenent Couarruu. & P. Nauarr. *locis allegatis.* Probat Couarr. quia ſi maritus licitè percipit pignoris fructus, & facit ſuos, interim donec dos ſoluatur non conceſſa dilatione ad ſoluendam dotem intra certum tempus, multo magis hoc idem marito erit permiſſum, data illa dilatione, cum iuſtiori, inquit, cauſa habeat locum perceptio fructuũ, alteriuſve quantitatis intereſſe, quando libera facultas ex pacto datur ipſi debitori fruendæ ſortis, quàm ſi creditori licitum eſſet eam quocumque die petere. Ad cuius rationis vim agnoſcendam, aduertendum eſt, quod habetur *l. vltima in fine, C. de iure dot.* ſcilicet, non repelli maritum repetentem obligationem vſurarum etiamſi paratus ſit debitor vſuras, vel penſionem annuam ſoluere, nec audiri debitorem, ſi dicat ſe in ea præſtanda perſeueraturum; maritus enim cum volet, dotem exiget, nec excludetur oblatione vſurarum, vel redditus. Quod & ad alios creditores pertinere dicit Leotard. *de vſuris, q.*30.*n.*62. vt ſcilicet non excludatur à petitione ſortis oblatione vſurarum, niſi ex reſcripto

principis. Hanc eandem ſuadent tradita *ſup.n.52.* ad probandum pactum de certa annua quantitate, donec dos ſoluatur, marito præſtanda, valere, & habere locum non ſolum quando nulla dilatio certi termini ad ſoluendum data eſt, ſed etiam data dilatione cum certo termino præfixo ad ſoluendum.

In hac difficultate ex Theologis *n.42.* relatis Molin.
58 *d.diſp.521.num.17. verſ.quinto colligo*, & Trulleneh. *d. dub.14.n.7.verſ.ſecunda*, ſi dotis promiſſor cum marito expreſſe conueniſſet, vt dos promiſſa non ſolueretur ſtatim ſecuto matrimonio, ſed ad certum tempus, & idem promiſſor dixiſſet ſe tradere pignus, ſolum in ſecuritatem ſolutionis in termino præfixo, & maritus conſenſiſſet, dicunt maritum non poſſe pignoris fructus percipere tanquam ſuos, ſed eos debere in ſortem computare, cum tunc cenſeatur in ſe ſuſcipere onera matrimonij pro illo tempore ad ſoluendam dotem conceſſo; idem dicunt Rebell. *d.q.12.n.3.verſ.Dixi*, & Bonac. *d.puncto 9.n.1.verſ.ſecus dicendum*, ſi promiſſor dotis, qui tradit dotem, in pactum expreſſe deducat ſe pignus ad ſecuritatem dumtaxat ſolutionis tradere, qui omnes loquuntur, etiamſi maritus dilationem ad certum tempus promiſſori non conceſſit. Addit tamen Rebell. quod in dubio an talis conuentio interuenerit, iudicandum erit tacitam intentionem, conuentionemque ſecundum ius, ac Iuris præſumptionem interueniſſe, & ſic maritus fructus pignoris percipiet, & faciet ſuos interim dum ſolutio dotis differtur, & idem tradit Fagùnd. *d.c.5.n.5.verſ.in dubio*, verum licet in duobus prædictis caſibus ob illam expreſſam conuentionem maritus non poſſit percipere pignoris fructus tanquã ſuos ſub nomine fructuum, ſi tamen expreſſe non ſuſceperit in ſe onera matrimonij pro illo tempore dato ad ſoluendam dotem gratis, renuncians iuri vſuras, & intereſſe dotis non ſolutæ conſequendi, dum onera matrimonij ſuſtinet, ex iure communi iuxta tradita *ſup.num.28.& 29.* competenti ſibi onera matrimonij ſuſtinenti, non videtur certum in tali caſu maritum nequire percipere fructus pignoris ſub nomine intereſſe, & vſurarum dotis, iuxta notata *ſup.n.27.* ex P.Barb. aut nullo modo poſſe petere vſuras, aut intereſſe correſpondens ſumptui onerum alias ſibi debito nondum dote ſoluta. Per dilationem enim illam certi temporis ad ſoluendam dotem, & receptione pignoris ſub titulo ſecuritatis, non poteſt certò præſumi maritum voluiſſe ſibi præiudicium inferre quoad vſuras, & intereſſe dotis pro oneribus, cum potuerit vtrumque feciſſe ſolum ad maiorem dotantis libertatem ſoluendi, vel non ſoluendi dotem intra terminum præfixum, ita quod intra eundem terminum nullo modo poſſet cogi ſoluere, ſtantibus dilatione, & pignore accepto.

Tradita de dotis promiſſæ vſuris, & fructibus pignoris pro dote ſoluenda à marito perceptis procedunt etiam in foro conſcientiæ, & an fructus, & vſuræ dotis debeantur iure actionis, an verò tantum officio iudicis peti poſſint.

59 Et prædicta de vſuris, ac intereſſe dotis ob retardatã dotis promiſſæ ſolutionem marito onera matrimonij ſuſtinenti (cum huiuſmodi vſurã in dote omni Iure ciuili, & Canonico ſint propter onera matrimonij debitæ, vt probant *d.c.ſalubriter de vſuris, Textus ciuilis iuris prac.præſertim in l.fin.§.præterea, C.de iure dot.* & omnes DD *n.28.& 29.relati*, & præſertim Rot.Rom. *dec.574. in vltimis collectis* à Farin.Faber *l.4.ſui.C.t.14.def.8.* & Fontan. *clauſ.5.gloſ.8.d.p.15.n.1.*) procedunt etiam in foro conſcientiæ, ita quod non ſoluere huiuſmodi intereſſe dotis, quatenus onera matrimonij à marito ſuſtentata concernit, & ſumptui illorum veriſimiliter reſpondent, non ſolui à promiſſore dotis ſine peccato nõ poſſit niſi à marito ſponte remittatur. Id quod etiã expreſſe notant Villalob. *d.diffic.12.n.15.* & Valaſc. *d. conſ.8.n.11.* per textũ *in d.c.ſalubriter*, decernẽs hoc intereſſe iuſtè percipi, & non cõputari in ſortem, probãs contra Aleiat. *præſ.32.n.8.ad fin.* dicentem, quod dotis promiſſor non ſoluens intereſſe dotis non peccat, niſi fuerit interpellatus, ex quo, inquit, tantũmodo eſt obligatus officio iudicis, quæ ratio non concludit in foro cõſcientiæ, & quia officium iudicis præſupponit quaſi obligationem, vt *ſup.c.4.n.18.& c.6.n.12.* notatum eſt.

Et licet huiuſmodi dotis vſura, ſeu intereſſe, aut interuſuria dotis ob eius ſolutionem retardatã, vbi inter partes à principio non fuerit conuentum, ſeu maritus ſtipulatus ſit, quod ſingulis annis tale intereſſe ſolueretur, dum retardaretur dotis ſolutio, iuxta tradita *ſup. n.50.* marito, qui ſuſtinuit onera matrim. deberi nõ iure actionis, ſed officio iudicis mercenario, ſentiũt Valaſc. *d.n.11.verſ.ex eo*, Mant. *de tac.& amb.conu. l.12.tit.30. n.37.* Surd. *de alim.tit.1.q.43.n.8.14.& ſeqq.& tit.3.q.2. p.11.* Men. *de præſ.l.3.præſ.25.n.13.* Fab. *l.4.C.tit.24.def.5.* Steph.Grat. *tom.2.c.244.n.33.& tom.3.c.455.n.29.* & plures alij Iuriſperiti, quos Mant. *d.n.37.* Surd. *d.q.43. cit.n.8.verſ.contraria*, & Font. *de pactis nupt.cl.6.gloſ.2. c.6.n.37* recenſ. ex quo propterea inferunt, quod ſi maritus in iudicio petierit ſimpliciter dotẽ ſine reſeruatione petendi vſuras, ſeu intereſſe dotis decurſum, & receperit eandem dotem ſolã, non poterit poſtea nouo proceſſu eaſdem vſuras, ſeu illud intereſſe petere, quia incrementa, & acceſſiones, quæ debentur officio iudicis mercenario non poſſunt de per ſe peti, quia ſublato principali (nempe actione de dote) tollitur ſeu ceſſat officiũ iudicis in acceſſoriis *l.4. C.depoſiti*, & ita fuiſſe deciſum à Rot.Roman. coram Bubal. *in Foroliuien.dotis die 24. Nouemb.* 1582. ſcilicet quod poſt ſolutionem dotis fructus vſuræ dotis peti non poſſunt, quia extincta actione principali iudicis officium quod deſeruit actioni, conquieſcit, de qua re late Surd. *d.q.43.* per totam, & Fontanella *dict.p.6. à n.36.ad 59.*

Nihilominus acceſſiones dotis, ſcilic. fructus, vſuræ, ſeu interuſuria, deberi, & peti poſſe iure actionis, quæ cõpetit pro dote, notatũ eſt *ſup.c.1.n.58 & c.18.n.35. & 36.* & probabilius videtur, & tradũt DD. vtrobique relati [qui proinde aſſerunt, quod priuilegium tacitæ hypothecæ competens pro dote cõpetit etiã pro dotis acceſſionib. nẽpe fructibus, vſuris, intereſſe, ac alimentis, vt *d.clauſ.18.eiuſdẽ n.35.& 36.* notatum eſt) tradũt etiã alij relati à Surd. *d.q.43.n.1.& ſeqq.* item Magon. *deciſ. Lucenſi 83.n.18.* (vbi allegat Bart. Caſtrenſem, Roman.Ruin.Neguſant.Bald.Nouell. quẽ etiã allegat Surd. *d.n.1.*) Fontan. *d.p.6.n.28.qui n.46.* ait idẽ tenere Ant.Queſada *qq.iuris c.16.col.3.* & Rota Rom. *dec.80. in recollectis* per Farin. *in vlt.vol.* vbi eadem Rota dicit idẽ etiã fuiſſe deciſũ cũ plena negotij diſcuſſione, quæ Rot.in Rom. *conſignationis depoſiti 24. Maij 1595.corã Pegna*, Magon. & alij Doctores præallegati, & allegati à Surd. *d.n.1.& ſeqq.* & Font. propterea dicunt vſurarũ dotis petitionẽ in nouo iudicio non impediri propter dotẽ ſine eis receptã, & Queſeda (vt teſtatur Font. *d. n.46.*) ſentit ad hoc non eſſe neceſſariã in acceptione dotis proteſtationẽ de recuperãdo, & petendo nihilominus vſuras, ſeu intereſſe. Etſi Surd. *d.q 43.n.22.& ſeqq.* Menoch. vbi *ſup.* nonnullos alios allegantes, & alij à Fontan. *d.p.6.n.41.* relati, ſentiant nihil prodeſſe proteſtationẽ illã de recuperando intereſſe in ipſa dotis repetitione factã ad eũ effectum, vt vſuræ in alio iudicio peti poſſent, ſaltẽ ſi debitor proteſtationi nõ conſenſiſſet, cum aliis Surd. *d.q.43.n.24.* tamen ſi maritus, ſeu creditor recipiens ſortem cũ illa proteſtatione nõ liberat expreſſe debitorẽ ſoluentẽ à ſorte, ſed tantũ ſimpliciter ſortem recipit cũ illa proteſtatione, quod ſibi remaneat

remaneat ius ſaluum petendi intereſſe, proteſtationem prodeſſe ad effectum recuperandi intereſſe, poſt Bart. & alios, & præſertim Rot. Genuenſ. *dec.*87. tradit idem Font. *ibid.n.*53. & non ſolum ſi debitor proteſtationi conſenſerit (vt cenſetur conſentire, quando præſens proteſtationi nõ cõtradicat, vt poſt alios Surd. *dec.*32.) quo caſu per talem conſensũ creditori acquiri actionẽ præſcriptis verbis ex Bartolo *in l.fin. n* 4. *ff. de eo quod cert. loc.* & Rota Genuenſ. *d.dec.*87. ſed etiamſi non conſenſerit, vt poſt alios *d. Rota Genuenſis*, Fontan. *d.n.*57. nam alioqui ſemper eſſet in poteſtate debitoris contradicendo impedire creditori repetitionem intereſſe lucri ceſſantis, & etiam damni emergentis, quod videtur magnum abſurdum: de quibus latè idem Fontan. ab eo, qui plura deſiderat, videndus.

Qui etiam *n.*60. *& ſeq.* probat, quod ceſſent vſuræ dotis, propter moram, & non iure dominij, eaſque amittit maritus, ſi idem maritus aliquam quantitatem æquiualentem, & æqualem ex alia cauſa debebat promiſſori, qui dotem ſoluere debebat, ita quod ad impediendum curſum dictarum vſurarum ipſo iure fit compenſatio, licet pars, ſeu debitor eiuſdem mariti de ea non oppoſuerit, & ſi quantitas, quam maritus debet promiſſori dotis, non ſit tanta quanta, & debet promiſſor, compenſatio fiat reſpectu eius quantitatis, & reſpectu temporis tantum, & ad id addunt *l. ſi conſtat, C. de compenſat.* Gloſſam *ibid. verbo ipſo iure*, & Surd. *deciſ.*17.*n.*2. (qui idem tradit *de alim. tit.*1. *quæſt.*42. *n.*85.) & alios generaliter aſſerentes fieri ipſo iure compenſationem debiti cum debito, itavt nullæ vſuræ vnquam currant, quamuis de debito nihil ſit vnquam oppoſitum, eo quia ei intereſſe currere non debet, qui poteſt compenſationem opponere, per text. *in d. l. ſi conſtat.* videantur iidem Surdus *d. num.*85. & Fontan. *vbi ſuprà.*

Maritus quibus in caſibus fructus pignoris ſibi traditi pro dote ſoluenda non poſſit lucrari abſque labe vſuræ, ſed teneatur computare in ſortem.

62 Hucuſque traditis confirmata, & ampliata eſt deciſio *d.cap. ſalubriter, de vſuris*, & communis concluſio, quod maritus onera matrimonij ſuſtinens licitè percipit, & facit ſuos fructus pignoris ſibi traditi pro dote promiſſa ſoluenda, nec eos in ſortem tenetur computare: modò ad perfectiorem intelligentiam addendæ ſunt eiuſdem deciſionis, & communis concluſionis limitationes, & prima eſt ſi maritus dotem à promiſſore, & debitore dotem ſibi oblatam recipere nolit, & petat ſibi dari in pignus fundum, aut aliam rem frugiferam, cuius fructus quotannis recipiat cum expreſſa conuentione, quod non teneatur illos fructus in ſortem computare; hoc enim caſu maritus abſque labe vſuræ pignoris fructus vti ſuos percipere nequit, vt tradunt Salon *de iuſtitia contron.*24. *in princ.* Sotomaior *quotidianarum controu.l.*3.*c.*23.*n.*101. & Fontan. *d. clauſ.*5. *gloſſ.*8.*p.*15.*n.*40. & communiter Theologi. Nolle enim recipere dotem, ſed velle illam remanere penes promiſſorẽ, perinde eſt ac ſi maritus illam dotalẽ pecuniam traderet eidem promiſſori in mutuum, & ratione mutui, & ſolius dilationis fructus illos perciperet vltra dotem, & ſortem principalem, quod eſt apertè vſura. Et idem dicendum in omnibus caſibus, in quibus magis ob prædictam rationem lucri faciendi fructus, quàm ob impotentiam, aut defectum voluntatis promiſſoris, debitoriſque dotis, quodque dos non eſſet parata, pignus à marito petitur, eique datur. Vt *locis citatis* Soto, & Fontanella.

63 Secunda limit. eſt, ſi iam à dotis promiſſore, & debitore dote enumerata, & ab ipſo recepta maritus eandẽ eidem promiſſori ſub mutuo petenti mutuet, vt quãdiu pecunia dotalis apud eundem promiſſorẽ maneat, ipſe pignus frugiferum habeat, eius fructus faciat ſuos non computandos in ſortem mutuatã, id enim eſſet vſura manifeſta. Et ita etiam in ſpecie tradunt Doctores *num. præcedenti allegati*, Lud. Molina *de iuſtitia tract.*2. *d. diſp.*321.*n.*8. Rebel. *de obl.iuſt.p.*2.*l.*8.*d.q.*12. *n.*4. & plures alios allegans Leotard. *de vſuris q.*30. *num.*63.

64 Tertia limitatio *dict. deciſ. d. cap. ſalubriter*, & communis concluſionis, ita quod maritus abſque labe vſuræ nequeat fructus pignoris pro dote traditi percipere non cõputandos in ſortẽ, eſt ſi is, qui dotem conſiſtentem in pecunia pro muliere ante contractũ matrimonium promiſit marito poſt celebratũ matrimoniũ, videns ſe non poſſe ſtatim ſoluere, ab eodem marito petat dilationem ſolutionis vſque ad annũ, & vel tradat illi pignus frugiferum, vt interim illius fructibus fruatur, vel alicuius ſuæ poſſeſſionis fructus aſſignet ab eodem marito vti ſuos percipiendos pro tempore illius dilationis. Ita poſito quod ex illa dilatione ſolutionis dotis nullũ lucrum marito ceſſet, affirmat Rebel. *d.q.*12. *n.*4. & videntur poſſe pro hac ſententia allegari Burrius, Panormit. & alij *ſup.n.*57. relati, prout aliquos ex illis allegat Rebel. qui ſicut & Molin. *d.diſp.*321.*n.*8. pro hac ſententia eam adducit rationem, quia in hoc caſu maritũ concedere debitori dotis dilationem ſolutionis pecuniæ dotalis, eſt virtute dare illi mutuò pecuniam illã dotalem, accipere autẽ pro mutuo aliquid vltra ſortem, eſt vſura. Ob quam rationem Molina *de iuſtitia d. diſp.*321.*n.*8. putat, fore verã vſuram, ſi pro dilatione ſolutionis d. pecuniæ dotalis promiſſæ maritus accipiat à promiſſore, & debitore dotis fructus poſſeſſionis ſibi aſſignatos pro tempore conceſſo ad dotem ſoluendã, quãuis ſuſtineat onera matrimonij. Subdit tamen poſſe excludi vſurã, ſi maritus cũ promiſſore, & debitore dotis ſic paciſceretur. Quando ea, quæ mihi promiſiſti in dotem pro ſuſtinendis matrimonij oneribus, ſtatim ſoluere non vales, ſi placeat priorem contractũ omninò diſſoluamus, habeamuſve vt nullũ, ac nouũ hunc iuſtum ineamus, vt quãdiu pecuniã dotalem non tradideris, des mihi pro oneribus matrimonij ſuſtinendis fructus poſſeſſionis, ſeu fundi pignori obligandi, pecuniã verò dotalem pro oneribus ſequẽtibus poſtea perſoluas. Hac enim ratione non mutui, ſed onerũ matrimonij cauſa pactũ initũ eſſe iuſtum, minimeque vſurariũ, eſto nullum lucrum ceſſaret marito ex dilatione ſolutionis talis pecuniæ dotalis: ſed omnibus prædictis omiſſis, aſſerendum eſt, quod ſicut iuxta *deciſ. d.c. ſalubriter*, & Doctores *ſup.n.*42. relatos ab initio contractus dotalis licet marito accipere pignus frugiferũ, & eius fructus facere ſuos, donec dos illi à promiſſore fuerit ſoluta, ſiue de hoc præceſſerit, ſiue non præceſſerit expreſſa conuentio, vt *d.n.*42.44. *&* 46. probatũ eſt, ſi maritus ſuſtineat onera matrimonij, propter quæ dos promittitur, & datur, & ita vbi ſunt onera matrimonij, debent eſſe fructus dotis, quorũ loco ſubſtituũtur fructus pignoris, ita etiam poſt celebratũ contractũ dotis, & etiam matrimonium, vbi maritus ſuſtineat, vel ſuſtinere debeat onera matrimonij, nec in ſe ſuſceperit gratis onera, poteſt pignus frugiferũ accipere, & illius fructibus frui, vel fructibus poſſeſſionis alicuius promiſſoris dotis ab eodem promiſſore dotis aſſignatæ, donec ſoluerit dotem, quã de præſenti non valet ſoluere, quia maritus non percipit illos fructus ex cauſa dilationis, vel mutui virtualis, ſed cauſa & titulo onerũ matrimonij, propter quæ eidem marito illa ſuſtinenti debentur vſuræ fructus, aut intereſſe dotis, quibus ex præfata dilatione anni ad ſoluendã dotem promiſſam non cenſetur ceſſiſſe, & gratis in ſe eadem onera ſuſcepiſſe, vbi aliter de hoc euidenter non conſtat. Quod & confirmant tradita *ſup.n.*50.52.53.57. *&* 58. Neque

deciſio *d.cap.ſalubriter* reſtringitur ad ſolum caſum, in quo ab initio à promiſſore dotis datum ſit pignus, ſed generaliter loquens reſpõdet S. Pontifex, quod fructus pignoris à marito percepti non ſunt cõputandi in ſortem. Neque ex prædictis poteſt inferri, quod etiã extraneus, qui promiſſori dotis non volenti ſtatim illam ſoluere mutuò dediſſet illam pecuniam, vt marito ſolueret onera matrimonij ſuſtinenda, poſſet fructus illius poſſeſſionis, vel pignoris licitè percipere, etiamſi aliundè nullum lucrum ei ceſſaret; qui extraneus non poteſt accipere illos fructus propter onera, cum illa ſuſtinere non ſpectet ad ipſum, ſed ad maritum, ac proindè accipit ſolum cauſa dilationis & mutui, & ſic eſt vſura.

Si maritus ius percipiendi vſuras dotis, vel fructus pignoris dotalis alteri vendat, vel cedat, an emptor, & ceſſionarius poſſit vſuras exigere, & fructibus frui.

65 Sed nũquid maritus ius illud percipiendi quantitatẽ annuã conuentam donec ei à promiſſore fuerit dos ſoluta, vel percipiendi fructus pignoris ſibi traditi, interim donec debitor dotẽ ſoluerit, poteſt vendere, vel cedere, ſeu dare in ſolutum pro pecunia debita, ita quod idem ius tranſeat in emptorem, & ceſſionarium. Et ſententiam negatiuam, quodque ius illud non tranſeat in venditorem aut ceſſionarium poſt Baldum *in rubrica de vſuris q.1. n.5.* tenent ex Iuriſperitis, & Theologis allegatis partim à Valaſco *d. conſult.8.num.6.* partim à Surd. *de alim.tit.1.q.42.n.22.verſ.contraria, & tit.8.n.6. initio*, partim à Font. *de pactis nupt. clauſ. 5. gloſſa 8. p.15.n.36.* partim à Leotardo *de vſuris q.39.n.16.* & partim à Fagundez *de iuſtit. & iure allegato l.5.cap.10. n.20.* fundati primo quia mutatione perſonæ mutatur priuilegium quoties perſona eſt cauſa immediata priuilegij *l.1. C. de imponenda lucratiua deſcriptione l.10.* & aliis iuribus, & Doctoribus allegatis. Font. *d. p.15. n.85.* & Leotard. *d.q.29.n.12. & ſeqq.* & ſecundò, quia priuilegiũ illud conſequendi vſuras pro dote non ſoluta, & fructus pignoris, donec dos ſoluatur, eſt perſonale marito conceſſum ad ſupportanda onera matrimonij, vt Surd. *d.n.22.* priuilegiũ autem perſonale non egreditur perſonam, nec tranſit ad ceſſionarium *l.1. in fine de conſtit. princip.* nec etiam tranſmittitur ad hæredem *l. ex plurib. ff. de adim. tut.* & Doctores, quos refert Leotard. *d.q.29.n.17.* præter aſſertores huius ſentẽtiæ. Tertiò quia ratio onerũ ſupportandorum propter quæ marito permittitur illud ius conſequendi dotis vſuras, & fructus pignoris, ſolum in marito, non aliis perſonis emptoris, vel ceſſionarij militat, cum nemo alius propter maritũ ſuſtineat, & conſequenter eo priuilegio nemo alius gaudere poteſt: per quæ ita ſentiunt etiam Surd. *d.q.42.d.n.22.* & Valaſcus *d.conſult.8.num.7.*

66 Contraria nihilominus ſententia affirmans illud ius percipiendi vſuras dotis nondum ſolutæ, & fructibus pignoris fruendi marito competens tranſire in emptorem, & ceſſionarium, eſt magis communis, & vſu recepta, ita præter plurimos alios Doctores Iuriſperitos, & Theologos à Surd. *d.n.22. initio*, Valaſco *d.conſ.8.n.6. verſic. cæterùm*, Font. *d.p.15.n.37.* Leotard. *d.q.29.n.19.* & Fagundez *d.cap.10.eod.n.2. fine relatos*, ſentiunt expreſsè Sylueſter *verbo vſura 3.q.5.* Nauarr. *in ſum. c.17.n.274.* Leotard. & Fagundez *locis allegatis*, & ita videtur ſentire etiam Font. *d.n.37.* licet relinquat cogitandum. Probatur hæc ſententia, quia illud ius conſequendi vſuras dotis, & fructus pignoris mariti, qui ſuſtinet onera matrimonij, illi non cõpetit ex aliquo priuilegio ſpeciali à iure conceſſo, ſed ex natura intrinſeca dotis vtpote inſtitutæ propter onera matrimonij ſuſtinenda, vt in præcedentibus probatũ eſt ac proindè cũ illæ vſuræ, & fructus pignoris dote nondum ei ſoluta marito onera matrimonij ſuſtinenti ex ipſa dotis natura debeantur eorundem onerum ratione, nulla apparet ratio, cur non poſſit eas vſuras, eoſve fructus, ad quas ius habet vendere, & cedere, cũ ſint quid ſuũ, ſeu proprium creditum, & quod ſuum eſt, & proprium creditũ, licet habeat tractum ſucceſſiuum in futurum poteſt, & donare, & vendere, & cedere, cũ quilibet de re ſua ad libitũ poteſt diſponere, vbi non conſtat illi eſſe lege aliqua prohibitum. Præterea in hoc caſu emptor, vel ceſſionarius quantũ ad perceptionẽ vſurarum, vel fructuũ pignoris ſubrogatur loco mariti, & conſequẽter poteſt vſuras, vel fructus licitè percipere, ſicut maritus, iuxta regulã ſubrogatorum, quod ſubrogatum ſapit naturã illius, cui ſubrogatur *l. ſi verò, §. qui iniuriarum ff. ſi quis caution.* Ex huiuſmodi etiam ſubrogatione fit, vt dotis debitor vſuras ſoluens emptori, vel ceſſionario, cenſeatur ipſi marito ſoluere, neque eædẽ vſuræ, & pignoris fructus dum percipiuntur ab emptore, vel ceſſionario deſinunt ſeruire oneribus matrimonij, quia ob præfatam tranſlationem iuris ſui in emptorem, vel ceſſionarium obligatur maritus de ſuo ſuſtinere eadem matrimonij onera, ſicut etiam maritus per procuratorẽ iſtiuſmodi vſuras, & fructus exigere poteſt in caſibus in quibus ipſi debentur, ita etiam poteſt per emptorem vel ceſſionariũ, qui cenſetur à marito conſtitutus procurator in rem ſuã *l. ſi in ſolutum, C. de oblig. & act.* & poſt alios Leotard. *n.24.* Denique quoad dotis debitorem nihil referri, à quo percipiantur fructus, vel vſuræ dotis exigantur, cũ ceſſio cenſeatur facta in cõmodum mariti cedentis, quo caſu valet ceſſio, iuxta tradita à Surd. *d.priu.55.n.41.* neque per hoc maritus remanet deobligatus ab oneribus matrimonij ſuſtinendis, ſed de ſuo illa debet ſuſtinere, vt dictũ eſt. Quare hæc ſententia debet intelligi (vt etiam notat Leotard. *n.20.*) vt ius illud in emptorẽ, vel ceſſionarium tamdiu currat, quamdiu durat ius mariti propter onera matrimonij, atque ideo ſi maritus deſinat ſuſtinere onera matrimonij, vel dirimatur matrimonium morte mulieris, vel viri, in his caſibus ceſſabit in emptore, & venditore vſurarum exactio, vel perceptio fructuum.

Ex quibus infertur, quod ſi maritus egens pecunia 67
mutuo ſumpſerit tantã quantitatem, quanta eſt dos ſibi debita, & pignus frugiferum ſibi à dotis promiſſore, ſeu debitore traditũ pignorat, ſeu tradit creditori mutuatori, vt illius fructus percipiat, donec ei pecunia mutuò data reſtituatur, vel cedit eidẽ mutuanti vſuras non ſolutæ dotis decurrẽdas pro vſuris pecuniæ traditæ, etiã in hoc caſu ius percipiẽdi fructus pignoris, vel vſuras dotis tranſire in ceſſionarium mutuatorem, ita vt mandatis actionibus vtens poſſit illas, ſicut maritus ipſe exigere à promiſſore dotis iuxta *l. emptor hæreditatis, C. de hæreditate, & actione vendita*: id quod tradit Leotard. *d.q.29.n.22.* & prius P. Barb. *in l. poſt dotem, ff. ſol. matr.* & probant tradita, quia per hoc nõ deſinit maritus ſuſtinere onera, & quoad dotis debitorẽ nihil refert à quo fructus, vel vſuræ dotis, quæ propter eadẽ onera marito debẽtur, percipiantur, vel exigantur, cum ceſſio facta ſit in cõmodum cedentis (ceſſionem enim vſurarũ dotalium valere ad vtilitatẽ mariti, perinde ac ſi maritus pro vſu pecuniæ mutuò acceptæ propria pignora creditori cõſignaſſet, præter Surd. *loco ſup. allegato*, notat etiã P. Barb. *loco cit.*) & ſolutæ eidẽ mutuanti ceſſionario cenſentur ipſi marito ſolutæ, idemque mutuator ceſſionarius cenſetur vt procurator exigere. Addit Leotard. *n.23.* aliam rationem, ſcilicet certum eſſe iuxta iura maritũ pignus ſibi traditũ cum fructibus dum differtur dotis ſolutio poſſe locare, atque adeò etiam illi licere illud tradere ſuo creditori, vt fructus illius percipiat, donec illi pecunia mutuò accepta reddatur, cũ id videatur ſpecies locationis, & conductor poſſit rem conductã locare, vbi aliter non fuerit conuentum

l. cum

l. cum in plures ff. locati, *& l. nemo, C. eodem.* Animadvertendum tamen eſt, quod ſi aliundè nihil eius intereſſit ratione lucri ceſſantis, vel damni emergentis propter abſentiam pecuniæ mutuò marito datæ, tenetur idem mutuator creditor fructus pignoris, vel vſuras dotis perceptas cõputare in ſortẽ pecuniæ mutuò datæ, alioqui vſuram cõmitteret, cum nullũ alium iuſtum titulũ habeat, vnde illos fructus, vel eas vſuras poſſit percipere, vnde perciperet ſolũ ob dilationẽ, & ex cauſa ſolius mutui, & ſic eſſet manifeſta iniuria, ita expreſſè Lud. Mol. *d.diſp.321.n.8.verſ. hinc intelligas*, & cum aliis, quos latè refert Leotard. *d.q.29.n.25.& 26.*

68 Et prædicta quoad fructus percipiendos poſt venditionẽ, vel ceſſionem, & vſuras futuri tẽporis, nam vſuras præteriti temporis iam actu acquiſitas marito, qui ſuſtinuit onera matrimonij, & etiam fructus pignoris præteriti temporis à marito cedi citra omne dubiũ eſt, cum & poſt mariti mortẽ transeant ad eius hæredes, ſi maritus non remiſerit, vt poſt alios Font. *d.p.15.n.39.* Leotard. *d.q.29.n.18.* Valaſcus *d.conſult.8.n.9.* Canc. *var.reſ.p.2.c.9.n.161.& 162.* & Iuriſperiti, ac Theologi communiter, licèt in dubium vertatur, an mariti, qui per decennium conſtante matrimonio non petiit eaſdem vſuras dotis decurſas hæredes poſſint illas petere, de quo dubio *infr.* An verò etiam illud ius mariti percipiendi fructus pignoris ſibi traditi, donec fieret dotis ſolutio, ſi ante eius mortem ſoluta non fuerit, ad eius hæredes transeat, *infrà ſequenti Paragrapho.*

69 Quid verò ſi maritus nomen dotis, ſeu dotem ipsã promiſſam, & ſibi debitam vendiderit, vel eius creditori tantæ ſummæ in ſolutum dederit, ſeu ceſſerit (quod poſſe facere non eſt dubium, cum nomina debitorum vendi, & in ſolutũ dari poſſint, vt conſtat *ex l.4.& 17.ff.de hereditate*, vel actiona vendita, *& ex l.3. C.eod.tit.* & etiam donari pignori futuri temporis) exigere, aut percipere, niſi eius aliundè intereſſit ratione lucri ceſſantis, vel damni emergentis, & ſi perceperit, tenebitur computare in ſortem, quia caret iuſto titulo lucrandi præfatas vſuras, & fructus, non enim poteſt vti iure mariti, qui cum iam habeat dotem pro ſuſtinendis oneribus matrimonij, à quocumque illam habuerit, ceſſat ius, & petitio vſurarum: ita expreſſè Leotardus *d.q.29.n.17.* Qui tamen *n.21.* ſi maritus nomen ipſum dotis, & ſimul etiam ius illud percipiẽdi fructus pignoris dotalis, vel interuſuria dotis in futurum cedat pro pretio, vel in ſolutũ det pro pecunia debita, exiſtimat in hoc caſu & nomen ipſum, & ius illud percipiendi fructus pignoris, vel exigendi vſuras, transferri in emptorem, & ceſſionarium, nomen quidẽ, qui poteſt vendi, cedi, donari, vt dictum eſt, ius illud percipiendi fructus, & exigendi interuſuria, quia poteſt vendi, & cedi pro pretio, vt ſuprà probatum eſt. Ità Leotardus, vt tamen illud ius apud emptorem, & ceſſionarium duret ſolum pro illo tempore, quo maritus vſuras exigere, vel fructibus pignoris frui potuiſſet, iuxta notata *ſup.n.66.fine.*

Vſura dotis non ſoluta alias marito debitore longo tempore à marito non exacta, nec petita, an præſumantur remiſſa, & quid etiam ſi longo tempore conſtante matrimonio non fuerunt petita ante mariti mortem, an poſt eius mortem illius hæres poſſit illas petere.

70 Verum nunquid ſi maritus per multum tempus nõ petierit ſibi ſolui fructus, ſeu vſuras ex cauſa dotis ſibi non ſolutæ aliàs debitas, poſſit eaſdem vſuras petere?

Siue illæ vſuræ marito debeantur iure actionis, ſiue tantum officio iudicis, non vertitur in dubium maritũ ab eadem petitione excludi, ſeu illas petendi ius amittere, ſi per ſpatium triginta annorum non petierit, tanto enim ſpatio præſcribuntur actiones, *l. ſicut, & l. omnes, Cod. de præſcriptione triginta annorum*, & eodem ſpatio præſcribi iudicis officium, poſt Gloſſam *in d. l. ſicut verſ. perſecutione*, tradunt Surd. *de alim. tit.1.q.42. n.93.* Canc. *var.reſol.p.2.cap.9.n.161.verſ. contrarium,* & Fontan. *de pact.nupt. clauſ.6. gloſſa 2.p.6.n.17.*

Si etiam maritus tempore minori decem annorum quatuor, vel quinque annorum, aut alio vſque ad decennium excluſiuè non petierit, non amittere ius illas petendi, caret dubio, & ſentiunt communiter Doctores Menoch. *de præſumpt. lib.3. præſumpt.25. num.1.* Fontanella *vbi ſuprà n.18.* & qui infrà allegantur. 71

Controuerſia ergo eſt, an ſi maritus ſteterit per decenniũ, vel vlterius tempus citra annos triginta, quo non petiit vſuras, ſeu intereſſe dotis non ſolutæ, nulla facta proteſtatione, quod ei ea non ſolutio præiudiciũ afferat, & cenſeatur promiſſori, ſeu debitori dotis (ſiue ſit pater vxoris, ſiue ipſa vxor, ſiue extraneus) eaſdem vſuras, ſeu intereſſe remiſiſſe. Et plurimi Iuriſperiti affirmatiuè, quos Doctores latè referunt. Surd. *de alim. tit.1.q.42.n.89.* Riccius *deciſ.425.n.7.l.2.* Menochius *d.præſum.25.* & ex illis Anteſignani, ita ſentientes fuerunt Baldus *conſ.475. incipiente Poſt biennium, vol.3.* & Alciatus *de præſum. regula 1. præſumpt.32. n.4.* fundati in textu *leg. cum quidam §.D.Pius. ff. de vſuris*, vbi Iuriſconſultus habet hæc verba. *D. Pius ita reſcripſit, parum iuſtè vſuras præſcribi petis, quas omiſiſſe te longi temporis interuallum indicat, qui eas à debitore tuo, vt gratior apud eum videreris, eſſe petendas non putaſti.* Verba enim illa longi temporis interuallum verificantur (loquuntur præfati Doctores) in decennio, quod à Doctoribus communiter reputatur longum tempus, & conſtat *ex l. de quibus, verſ. inueterata ff. de legibus*, & & tradidi latè *tom.3. mor. var. tit.6.* & huic ſententiæ adhæret Fachin. *controu.iuris lib.10.cap.9. verſ. mihi potior.* Quamuis *lib.3.cap.103.verſicul. mihi nulla*, neque hanc, neque ſequentem ſibi placere dicat, eo quod, inquit, rectè definiri non poſſit, maritum vſuras dotis remiſiſſe, vel non remiſiſſe ex longi tẽporis ſilentio, cum hoc ait ex facto pendeat ex circumſtantiis eius; vnde concludit, id remittendũ iudicis prudentiæ, & arbitrio. 72

Verior tamen eſt contraria ſententia, quod non cenſeantur remiſſæ vſuræ non petitæ à marito per decennium, & vlterà citra triginta annos, quæ & eſt magis communis, & vſu recepta. Huius ſententiæ Doctores referunt Surdus, Vinius *locis citat.* Menoch. *d.præſ.25. n.2.* Aug. Barb. *collect. ad cap. ſalubriter, n.7. de vſuris*, & Valaſcus *conſult.8.n.9.* qui idem ſentiunt, idem tradunt plures recentiores, quos illos ſequentes refert Gratian. *tom.1.c.143.n.16.* & Font. *d.p.6.n.21.& 22.* Rota Rom. *in Surrentina dotis, & fructuum 6. Martij* 1562. Coram Gropperio, *& dec.67.* apud Otanum, quos cum aliis Doctoribus refert Theod. Rubens *in ſingular. deciſionum circa deciſiones* Gropperij, *& dec.80.n.4.p.2. rec.* & ex Theologis ita Fagundez *de iuſt. & iure lib.5. d.c.10. num.12.* & iuxta hanc ſententiam Sacrum Conſilium Neapol. decreuit maritum, qui non petierat per 22. annos vſuras dotis non ſolutæ, potuiſſe illas adhuc petere. Et hanc eandem ſententiam fore admittendam, aſſerit etiam Alciatus, ſi intereſſe dotis non ſolutæ fuerit expreſſè promiſſum marito, & ſi maritus probaret ſe non petiiſſe illud intereſſe, ſeu eas vſuras dotis per decennium ex alia cauſa, quam vt gratiam faceret promiſſori, ſeu debitori dotis. Probatur hæc ſententia ex eo, quod tempus ad præſcriptionem non ſufficiens non eſt modus tollendæ, ſicut nec inducendæ obligationis, vt Surdus *d.n.94.* per text. *in l. obligationum ſubſtantia, ff. de oblig. & act. & l. libertis, §.2. ff. de alim. & cib. legatis*; & ſic ſolus curſus temporis non inducit præſumptionem liberationis, quando non ſufficit ad præſcribendum, vt *ibid.* Surdus poſt Bartolum *in l. qua dotis,* 73

n.4.ff. ſol. matr. Confirmatur eadem ſententia, quia remiſſio, ſeu renuntiatio iuris competentis eſt donatio *l. ſi mulier ff. de cond. ob cauſ.* & *l. Modeſtinus ff. de donat.* & Tiraq. *in l. ſi vnquam verbo donatione largitus n. 143. C. de reuoc. don.* donatio autem in dubio non præſumitur. Ad textum *verò in d. §. D. Pius*, variæ reſponſiones dantur, vt videre eſt apud Valaſc. *d. n.19.* & Surdum *d. q.42. d. n.94. fine, & nonnullis ſeqq.* Præcipua autem reſponſio in præſenti ſufficiens eſt, quod textus loquatur in vſuris ex cauſa merè lucratiua, quæ cenſentur odioſæ, & ideo facillus & ex ſola taciturnitate per decennium videntur remiſſæ, ac proinde non eſt trahendus ad vſuras, quæ ſoluuntur cauſa dotis non ſolutæ, quæ non ſunt merè lucratiuæ, & cõſequenter non ſunt odioſæ, dantur enim, & debentur propter onera matrimonij, & ita ſunt compenſatiuæ, non lucratiuæ.

74 Et prædicta quando maritus conſtante matrimonio per longum tempus citra tempus 30. annorum non petiit præfatas vſuras dotis non ſolutæ, & poſtea ipſemet adhuc viuens illas petiit.

75 Quid autem ſi toto tempore conſtantis matrimonij eaſdẽ vſuras, ſeu intereſſe dotis non ſolutæ non petierit, an ipſo defuncto eius hæres poſtea poſſit eas vſuras petere, quas idem maritus viuens petere potuiſſet; an verò eædem vſuræ cenſeantur per maritum remiſſæ, vt videtur deciſum *l. vir vſuras, ff. de don. inter vir. & vxorem*, cuius verba ſunt: *Vir vſuras promiſſæ dotis in ſtipulatum deduxerat, eaſque non petierat, cum per omne tempus matrimonij ſumptibus ſuis vxorem, & eius familiam vir exhiberet, dote prælegata, & donationibus verbis fideicommiſſi confirmatis, legato quidem vſuras dotis non contineri videbatur, ſed titulo donationis remiſiſſe.* At præfato textu non obſtante ſi maritus eaſdem vſuras dotis non ſolutæ conſtante matrimonio ſaltem per decem annos non petiiſſet, eius hæredem poſſe illas petere tanquã minimè remiſſas à marito viuente affirmarunt Bart. *in d. l. vir vſuras*, Bald. allegato *conſ.474.* Boërius *dec.52. n.4. & dec.196. n.4.* & plurimi alij à Surdo *d. q.42. n.111. & ſeqq.* & à Cancer. *d. c.9. n.161.* relati, & ita videtur ſentire etiam Faebin. *locis ſup. n.72.* relatis. Præterea quia ſi maritus ipſe viueret, poſſet eas vſuras petere, vt *eod. n.73.* probatum eſt: cur ergo non poterit & eius hæres, qui cenſetur vna, & eadem perſona defuncta, & ad quẽ poſt mariti mortẽ alia omnia iura tã actiua quàm paſſiua tranſeunt. Ad præfatũ textũ aliqui reſpõdent loqui de vſuris odioſis, & merè lucratiuis, quæ ſunt odioſæ, vt dictum eſt, alij quod loquitur in vſuris promiſſis, quæ pariter ſunt odioſæ. Alij reſpondent eundem textũ loqui in expreſſa donatione facta, à marito, & confirmata mariti morte, quam reſponſionem approbat Faebineus *d. c. 103. fine d. lib.3.* dum dicit, quod ibi alimenta vxori toto tempore matrimonij fuere præſtita, item dos ac legata, & etiam donationes fideicommiſſi verbis confirmatæ, ex quibus, inquit, vir præſumitur vſuras dotis remiſiſſe, quia ſi eas conſequendi animũ habuiſſet, non talia feciſſet, quæ facere nõ tenebatur. Alij quod loquitur in vſuris debitis per vxorem, quæ dotem promiſerit, cui propter affectionem facilè præſumitur maritus donare: prędictas omnes reſponſiones habet Surdus *d. q.42. n.116. & 117.* qui numeris ſequentibus illas reiicit.

76 Quare contrariam ſententiam, & quod ſi maritus toto tempore matrimonij ſuſtinuerit onera matrimonij, & nunquam vſuras dotis non ſolutæ petierit, moriens cenſeatur eas tacitè remiſiſſe, ſentit *ibidem* Surdus, & tradidere plures ex antiquis Doctoribus, quos Cancerius *d. cap.9. num.161. verſ. contrarium* refert, & ex recentioribus ita ſentiunt Oſaſcus *deciſ.131. n.19.* Valaſcus *dict. conſult.8. num.9. fine*, Ant. Faber *lib.5. Codic. tit.7. definit.55. & tit.11. definit.4.* Menochius *lib.3. dict. præſumpt.25. num.3. & ſequentibus*, Cancerius *d. verſ. contrarium*, & Fontanella *dict. part.6. num.25. & duobus ſequentibus, ac numer.28. & ſequentibus* alios recentiores, & deciſiones ſui Senatus referens, & ex Theologis Fagundez *de inſtit. & iure lib.5. dict. cap.10. num.12. fine*, qui omnes probant per præfatum textum *in dict. leg. vir vſuras*, qui ſatis clarè loquitur, & abſolutè, ac proindè procedit etiamſi matrimonium decennio non duraſſet, nec refert, quod maritus viuens poſſet illas vſuras petere, & hæres repræſentet perſonam mariti, & in hæredem defuncti tranſeant iura actiua, & paſſiua, quia ius ad illas vſuras extinguitur inſtanti mortis iuxta *d. l. vir vſuras* abſolutè dicentem maritum cenſeri remiſiſſe vſuras dotis ab ipſo viuente non petitas, quæ proindè non admittit aliam declarationem, & intellectus diuinatorios literæ repugnantes. Ampliat hanc ſententiam Cancer. *n.162.* ex Franciſco Cremenſi *ſingulari 5.* licet maritus eaſdẽ vſuras in vita extraiudicialiter petiiſſet, quia moriendo cenſeatur eas remiſiſſe, quam ampliationem exiſtimo non procedere in foro conſcientiæ, præſertim ſi non multo tempore ante mortem petiiſſet, vel exhibuiſſet inditia voluntatis, quod ſibi dictæ vſuræ ſoluerentur. Imo exiſtimarem non procedere neque in foro externo, quando hæres probaret præfatam petitionem extraiudicialem, & voluntatem mariti, vt ſibi ſoluerentur, quod indicat etiam Faber *defin.55.* dum dicit vſuras marito debitas, & non ſolutas, ſi earum petitio nulla facta ſit, nec aliquo voluntatis inditio retenta, mariti hæredem quaſi tacitè remiſiſſe, donataſque nullo modo petere, idem tradit Font. *d. p.6. n.33.* *Qui n.32.* ampliat eandem ſententiam etiamſi ſuperſint filij mariti, dicitque etiam in hoc caſu fuiſſe à ſuo Senatu deciſum vſuras dotis vti à marito, qui conſtante matrimonio non petierat remiſſas à filiis non potuiſſe peti, licet plures alij ab eodem Fontanella allegati ſentiant filiorum ſuperuiuentium fauore ceſſare illam præſumptionem *dict. leg. vir vſuras*, quod fuerint remiſſæ. Addit idem Fontanella *num.33.* ex Valaſco *conſult.84.* ſi matrimonium diſſoluatur per mortem vxoris, maritum poſſe petere vſuras non petitas matrimonio conſtante, *cum dicta lex vir vſuras*, loquatur matrimonio diſſoluto per mortem mariti.

§. III.

De fructibus dotis ſoluto matrimonio an, & quando debeantur marito, vel eius hæredibus, vel vxori viduæ.

CVm matrimonium diſſoluatur vel morte mulieris, vel viri (tametſi olim ex iure ciuili aliis modis ſcilicet diuortio, & captiuitate vnius coniugum diſſolueretur, vt conſtat *ex lege ſecund. ff. de diuor. & ex lege 12. §. 3. de captiu.*) prius agemus de fructibus, ac vſuris dotis non ſolutæ marito matrimonio ſoluto per mortem mulieris, deinde de fructibus, ac vſuris dotis nondum ſolutæ poſt ſolutum matrimonium viri morte.

Maritus defuncta vxore non relictis liberis non poteſt petere vſuras dotis non ſolutæ, neque fructus pignoris dotalis percipere pro anno luctus, & quid relictis filiis?

Quæſitum primùm, an ſoluto matrimonio per 77
mortem mulieris nullis relictis filiis pro eo anno, in quo dotem in pecunia promiſſam, & conſtitutam non tenetur reſtituere hæredibus vxoris, vel eius patri, ſi ſint ſuperſtites, poſſit perſeuerare in petitione vſurarum dotis non ſolutæ, & in perceptione fructuum pignoris

pignoris dotalis, conſtante matrimonio accepti cum facultate fruendi illius fructibus, donec dos ſibi ſolueretur. Et videtur affirmandum. Primò, quia licèt non detur matrimonium, nec onera ſuſtinenda ſint, datur tamen ius ex matrimonio relictum ad percipiendum præfatas vſuras, & fructus pignoris dotalis, licet matrimonium non exiſtat. Secundo quia ab initio promiſſor dotis tradidit pignus,& maritus accepit pro dote ſibi ſoluenda, ea conditione, vt fructus illius perciperet, quamdiu dos promiſſa ſibi ſolueretur; ergo etiam mortua vxore poteſt maritus fructus pignoris percipere, dum dos ſibi non ſoluitur, & conditio impletur, & ita quoſdam Iudices vxore ſine liberis defuncta adiudicaſſe marito ſuperſtiti vſuras dotis non ſolutæ non tantum pro tempore conſtantis matrimonij, in quo onera matrimonij ſuſtinuerat, ſed etiam eo ſoluto pro illo anno luctus, intra quem dotem in pecunia conſtitutam reſtituere non tenebatur, refert Leotardus loco *num. ſeq. allegat.*

78 At communis, & vera, ac recepta ſententia eſt, maritum defuncta vxore ſine filiis pro illo anno luctus neque vſuras dotis non ſolutæ poſſe petere, neque frui fructibus pignoris. Quia vſuræ dotales, & fructus pignoris propter onera matrimonij,quæ ſuſtinuit,& ſuſtinere debet,eamque ob præcipuam, & vnicam cauſam marito permittuntur,vt in præcedentibus probatum eſt, quæ cauſa prorſus ceſſat mortua vxore non relictis filiis, & ſic ceſſant eædem vſuræ dotales, & fructuum pignoris licita perceptio. Et certè ſi conſtante matrimonio vſuræ, & fructus dotis non debentur marito, qui onera matrimonij non ſuſtinuerit, vt pluribus in præcedentibus probatum eſt, multò minus debentur eidem marito poſt ſolutum matrimonium morte vxoris, quæ liberos non reliquit. Ita præter Doctores Iuriſperitos, & Theologos à Couarruuia *var. reſolut. lib.3.cap.1.num.3. verſic.6.* Azor.3. *p. lib.7. cap.9. verſ. duæ quoque*, & Fagundez *de iuſtitia, & iure libr.5. cap.10. num.12.* relatos, Baldus *in leg. fin. §. præterea, & in leg. pro omnibus, Codic. de iure dotium*, Cæſar Manenius *de contractu liuellario pacto 15. num.81.* alios allegans Franciſcus Molinus *de ritu nupt. libr.3. quæſt.39. num.38.* Stephanus Gratianus *tom. 2. cap. 240. num. 18. & 19. & tom. 3. cap. 247. per totum*, Leotardus *de vſuris quæſt.30. n.1. & ſequentibus*, Rota Romana apud Ludouiſium *deciſ. 573. num.8.* & alij Iuriſperiti à Gratiano *dicto cap. 427.* & à Leotardo *dicto num.1. & n.4.* allegati, & à fortiori omnes qui numero ſequenti allegantur, & ex Theologis Molina *de iuſtitia tractatu ſecund. diſputat.322. num.1.* & Salas *de vſuris dub.20. num.5.* dicens neminem in hac re diſſentire, imò etiam intra eandem anni dilationem idem maritus non poteſt exigere dotem conſtante matrimonio non exactam,ſed vt lucretur interuſurium medij temporis, huiuſmodi dilatio conceditur marito miſerationis gratia, vt probatum eſt *cap. præcedenti*, & tradunt Campegius *de dote part.2. quæſt.4. num.1* Fontanella *de pact. nupt. clauſul.7. gloſſa 3. part. 11. num.8.* Leotardus *dict. quæſt.30. num.5.* & alij *d. num.40. allegati.* Ex hoc magis confirmans vſuras iſtius anni pro dote non exacta non deberi, & alia ad id adducit apud ipſum videnda ab eo, qui plura deſideret.

79 Quæſitum ſecundum, an ſi vxor defuncta reliquit filios (ad quos vti hæredes dos etiam profectitia etiam tantum promiſſa,& conſtante matrimonio non ſoluta petat, vt *ſuprà cap.3. num. 180. & ſequentibus* probatum eſt) maritus (qui eſt tutor, aut curator filiorum, & vſufructuarius in illorum bonis) poſſit perſeuerare in exactione vſurarum dotis, & fructus pignoris dotalis accipere, & ſuos facere à die ſoluti matrimonij, interim dum dos promiſſa non ſoluitur. Et plurimorum ſententia eſt negatiua. Ita Innocentius, Ananias, Hoſtienſis, & alij ſcribentes *in dict. capit. ſalubriter*, quos Stephanus Gratianus *dicto cap. 427. numero quarto, quinto, & ſeptimo, & octauo* refert, ita etiam Ruinus, & Palatius locis ab eodem Gratiano *numer.5.* relatis: idem tradunt Giurba *ad conſuet. Meſſanas capite tertio gloſſa 5. num. 28.* idem Gratianus *dict. capite 244. numer. 15. & ſequentibus*, & latius *dict. cap.427. à numero quarto ad finem, & in appendice poſito in fine tom.3. ad dict. cap.427.* Molinus *loco numero præcedenti relato*, Beltraminus *ad deciſionem Lud.573. in fine*, & plures alij Iuriſperiti recentiores à Leotardo *dict. quæſtione 30. num.17.* relati, & innuit Valaſcus *conſult.84. fine*, & ex Theologis ita Molina *dict. diſputat.322. numero primo*, Rebellus *de oblig. iuſtitiæ part. ſecund. libr.8. quæſtion. 12. numero ſexto* (qui etiam referunt ordinationem Luſitaniæ *libr. 4. titul. 14. §. 1.* dicentem in hoc caſu interuſuria dotis accipi non poſſe abſque labe vſuræ) Villalobus *tom. 2. ſummæ, tract.22. difficultate 12. numero ſexto*, Trullench. *tom.1. ſummæ cap.19. dub.14. in fine.* Probatur hæc ſententia ratione *numero præcedenti* adducta, ſcilicet quia marito promittuntur vſuræ dotis non ſolutæ, & fructus pignoris dotalis propter onera matrimonij ſuſtinenda, quæ mortua vxore ceſſant, ac proindè ceſſante ratione, propter quam promittitur marito perceptio vſurarum, & fructus pignoris dotalis, ceſſat etiam ius ad exigendas eaſdem vſuras, vel ad percipiendos pignoris dotalis fructus in dotem non computandos. Neque obſtat, quod ſuperſtites ſint filij, quia onera matrimonij conſiſtunt circa alimentationem vxoris ſecundum quantitatem dotis, & dignitatem ſuam, vt latè poſt alios Surdus *de aliment. titulo primo quæſtione 338.* & Gratianus *dict. cap.244. numer.16. & dicto capite 427. numer.9. 10. & 19.* & voluit etiam Rota in Bononien. *dotis 4. Iunij 1597.* coram Pamphilio, quam idem Gratianus *d. numer.16.* refert. Et licet filij ſint reliquiæ matrimonij, & ex dote matris ſint alendi *l. ſubi adhuc Codic. de iure dotium*, hoc intelligitur inquit Gratianus *dict. cap.427. numer.20. & ſequentibus*, conſtante matrimonio, iuxta *leg. ſi maritus 47. ff. famil. erciſcundæ*; nam ſoluto matrimonio pater tenetur filios alere non iure poteſtatis patriæ, neque ob dotem habitam, ſed quia pater, & ex charitate ſanguinis *l. ſi quis à liberis §. vtrum ff. de liber agnoſc. & leg. qui liberos, §. fin. ff. de ritu nuptiarum.* Ita Gratianus.

Contrariam nihilominus ſententiam, & maritum 80
in hoc caſu filiorum ab vxore defuncta relictorum poſſe perſeuerare in exactione vſurarum dotis, & fruitione fructuum pignoris, tenent quoque plurimi Iuriſperiti, & Theologi. Ita Bartolus *in l. poſt dotem numer.19. ff. ſoluto matrimonio*, Romanus, Socinus Iunior, Calderin. Curt. Tuſchus, Borgninus Caualcanus, Berous, & nonnulli alij Iuriſperiti à Cæſare Manente *d. pacto 15. numer.81.* Gratiano *d. cap. 127, numer.27. & in appendice verſicul. in ſimili*, & Leotardo *dicta quæſt.30. num. 19.* relati, præter quos ita idem Manenius ibidem, Fontanella *de pactis nupt. clauſula 6. gloſſa 2. part. 2. numer. 27. & 28.* Leotardus alios recentiores Iuriſperitos allegans *dict. quæſt.30. num. 19.* & Rota Romana in Cæſenaten. *dotis 2. Decemb. 1616.* coram Remboldo à Gratiano *in d. appendice relata*, & hanc materiam, ſeu cauſam ſæpius fuiſſe propoſitam, & diſcuſſam in Rota, teſtatur Beltraminus *in annot. ad d. deciſion.521. Lud.* addens nunquam fuiſſe reſolutam. Et ex Theologis Salas *de vſuris d. dub.3. n.5.* Fagundez *de iuſt. & iure libr.5. dict. cap.10. num.3. fine.* Duardus *ad proœmium conſtitutionis Pij V. de conſil. quæſtion. 24. numer. 14.* &

Cardinalis de Lugo *de iuſt. & iure diſputat.* 25. *n.* 175. Quæ ſententia probatur, quia onera matrimonij non concernunt tantum ſuſtentationem vxoris, ſed etiam filiorum, vt ait Paleotus de Nothis *quæſt.* 51. *fine*, Gaillus *obſeruat. lib.* 2. *obſeruat.* 97. *num.* 7. Fontanella *d. part.* 2. *num.* 26. & conſtat etiam *ex dict. lege vbi adhuc Codic. de iure dotium, & ex d. lege ſi maritus*, & ex textibus à Leotardo *num.* 23. adductis: quod procedit etiam in filiis ab vxore defuncta relictis, quos pater alere tenetur, & ſunt reliquiæ matrimonij, & pars onerum matrimonij, quæ proinde licèt morte vxoris minuantur, non tamen ceſſant, vt præallegati omnes Iuriſperiti conſiderant. Quapropter cum morte vxoris non ceſſet ratio onerum matrimonij ob quam vſuræ dotales, & lucrum fructuum pignoris dotalis marito permittuntur, illi adhuc debentur vſuræ dotis, vel fructus pignoris dotalis. Et quod etiam reſpectu filiorum poſt mortem matris conſiderentur in marito onera matrimonij, colligitur ex *d. l. ſi maritus*, vbi ibi habetur, *quia mortuo patre quadam filios ſequuntur, etiam antequam ſint hæredes, vt matrimonium, vt liberi, vt tutela, igitur & dotem percipere debet, qui eius onera matrimonij poſt mortem patris ſuſtinuit.* Cùm igitur onera matrimonij perſeuerent in filiis relictis, & ex natura dotis ei ſint annexa onera matrimonij, vt ſæpius in præcedentibus dictum eſt, dotis debitor debet eadem onera ſoſtinere, ſoluendo vſuras dotis, vel permittendo marito pignoris dotalis conſignati fructibus frui, plura videantur apud Leotardum. Et hæc ſententia præter adductam rationem videtur niti etiam æquitate.

81 Aduertendum tamen tam data prima ſententia, quã altera iuxta Doctores vtrinſq; maritum defuncta vxore filiis relictis poſſe petere dotem, & obligare dotis promiſſorem, & debitorem ſiue ſit ſocer, ſeu pater mulieris (cum ex Martini conſuetudine, vt ex traditis *cap.* 3. conſtat) non ad ipſum, ſed ad filios mulieris, eiuſque nepotes ea defuncta dos ſpectet, ſiue ſit alia perſona extranea, vt ſibi ſoluat dotem, & ea non ſoluta, ex die moræ, & litis motæ teneatur ſoluere omne id, quod verè illius intereſt ratione lucri ceſſantis, quod fecisset ſoluta illi pecunia dotali, cum iure patriæ poteſtatis ſit vſufructuarius bonorum filij, vt dictum eſt *ſuprà*: ita Molina, Villalobus, Trullench. & Salas *locis num. præcedentibus* relati, & Leotardus *d. q.* 30. *n.* 27. Quod lucrum ceſſans à die moræ, & petitionis, ſiue litis conteſtatæ, petere poſſunt filij defuncto patre, vt iidem Doctores, & Fontanella *de pactis nupt. clauſ.* 6. *gloſſa* 2. *p.* 6. *n.* 35. vbi refert ita bis ſuum Senatum iudicaſſe (ſcilicet filiis ſucceſſoribus in dote poſt mortem parentum intereſſe dotis debitum eſſe non quidem à die mortis eorundem parentum, ſed à die petitionis, ſicut in reliquis aliis cauſis non priuilegiatis) poterit etiam tutor, vel curator filiorum, vt idem Leotard. Qui rectè addit eundẽ dotis non ſolutæ debitorem in hoc caſu ex die moræ & petitionis dotis teneri etiam ad intereſſe dãni emergentis ipſi marito, vel eo defuncto filiis, aut tutoribus, & curatoribus filiorum, eo legitimè probato, cum eadem ſit ratio lucri, & damni *lege* 13. *ff. rem ratam haberi, & lege prima, Codice de ſent. quæ pro eo quod intereſt*, & alij Doctores, quos *ibidem* refert idem Leotardus, & præſertim Gratianus *in dicto appendice ad c.* 427. *verſiculo Quamuis tamen*. Etenim mortuis filiis maritus eorum pater ſuperſtes, ad quem dos ſimul delata filiis illis defunctis ſpectat, poterit ex die moræ & petionis agere ad idem intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis, id quod eſt generale, & receptum in aliis omnibus creditoribus *lege ſecunda ff. de eo quod certo loco & lege prima Codice de ſententiis, quæ pro eo quod inter.* & notant Leotardus *dicta quæſt.* 30. *n.* 29.

82 Vtrum verò iiſdem filiis ſuccedentibus in dote poſt mortem coniugum eorum parentum etiam vſuræ dotis non ſolutæ, vel fructus pignoris dotalis traditi parenti debeantur pro tempore, quo eis vel in totum, vel in parte non ſoluitur dos, quæ promiſſa fuerat, negatiuè reſpondet Fontanella *dicta part.* 6. *num.* 34. *&* 35. facit ad id *deciſio Rotæ* 517. apud Seraphinum, & fundamentum iuxta Rotam, & Fontanellam eſt, quia mortuis coniugibus ceſſat omninò illa ratio onerum matrimonij, & ita debet ceſſare effectus. Et ita in duabus deciſionibus reſoluiſſe ſuum Senatum refert idem Fontanella contra filios, ad quos mortuo patre ſpectabat dos eidem patri nondum ſoluta, qui vſuras dotis à die matrimonij diſſoluti, & morte parentum petebant dotis vſuras; motuſque fuit Senatus eadem ratione, nempe quia datur iſtud interuſurium propter onera matrimonij, quæ cauſa ceſſauit (inquit Senatus) poſt mortem coniugum, & ita ceſſare debet etiam effectus, & conſequenter non à die mortis parentum, ſed à die petitionis, ſicut eſt generale in aliis cauſis, ſeu creditoribus intereſſe dotis debitum eſſe.

Et hucvſque tradita quando matrimonium ſoluitur morte vxoris, in ſequentibus de vſuris, & fructibus dotis ſoluto matrimonio per mortem viri agendum eſt, ſcilicet an viri hæredes poſſint percipere eaſdem vſuras dotis, vel fructus pignoris (vt poterat idem maritus) pro anno luctus, in quo tenentur alere vxorem viduam, ſi dos conſiſtat in pecunia, vel in rebus mobilibus, *vt capite præcedenti* dictum eſt, & an vxor vidua eaſdem vſuras dotis capere, vel fructus pignoris dotalis percipere poſſit, nec in ſortem computate. Sit igitur. 83

Hæredes mariti, cui dos conſtante matrimonio non fuit ſoluta, vxorem viduam alentes, an poſſint vſuras dotis capere, vel fructus pignoris dotalis conſequi pro anno luctus.

Quæſitum tertium, an hæredes mariti, ſi conſtante matrimonio dos à ſocero, vel ab alio dotis promiſſore conſtituta non fuit ſoluta, ſi vxorem viduam domi retineant, & alant, aliaque onera matrimonij ſuſtineant, poſſint vſuras dotis, vel fructus pignoris à dotis debitore eidem marito traditi percipere, ſicut poterat idem maritus. Negant Hoſtienſis, Innocentius, Abbas *in capite ſalubriter, de vſuris*, & alij ab Azorio *part.* 3. *lib.* 7. *cap.* 9. *verſ. duæ opiniones* relati. Probant, quia mariti hæredes non coguntur alere vxorem viduam, & onera matrimonij ſuſtinere, cum in eorum facultate ſit ſtatim mortuo viro pignus reſtituere viduæ, vel ei cedere omnes actiones pro dote non ſoluta conſequenda, vbi mariti negligentiæ non exactio, imputatur quare ipſis erit imputandum, ſi ſpontè, & abſque neceſſitate onera matrimonij ſuſcipiunt, & hoc videtur ſentire Cæſar Manentius *de contractu libellario pacto* 15. *num.* 74. 84

Contrarium tamen, eoſdemque mariti hæredes viduam domi retinentes, & ſuis ſumptibus alimenta illi exhibentes poſſe fructibus pignoris dotalis frui vel conſequi vſuras dotis aut annuam quantitatem, quam maritus percipiebat, vel ipſa vidua (*vt ſequenti quæſito*) poteſt capere, tenent ex Iuriſperitis Salicetus, Palatius, Decius, & alij ab Azorio *dicto cap.* 9. *verſiculo altera ſententia*, allegati, & Leotardus *de vſuris dicta quæſt.* 30. *num.* 32. & ex Theologis idem Azorius *ibid.* Salas *de vſuris d. dub.* 30. *num.* 7. Trullench. *tom.* 2. *ſumm. cap.* 19. *dubitat.* 14. *num.* 8. *verſ.* 3. & alij ab eodem Azorio allegati, & ratio eſt, quia hæredes ſuccedunt in eodem iure, quod maritus habebat, ſi onera matrimonij ſuſtineant, nec de ſuo viduam alere debeant; & quia dum ab iiſdem alitur vxori viduæ, quæ vt mox dicitur, poteſt præ- 85

fatas

fatas vſuras, vel fructus pignotis dotalis ad ſe ſuſtentandam percipere abſque obligatione computationis in ſortem, id etiam permiſſum hæredibus viri eſſe ſaltem ex conſenſu, & voluntate eiuſdem mulieris aſſerendum videtur.

Vxor defuncto viro vſuras dotis non ſolutæ à promiſſore poteſt exigere, & fructus pignoris dotalis percipere ad ſe alendam.

84 Quæſitum quartum. An mortuo viro ſi dos promiſſa in pecunia ab eo, qui promiſit vel eius hæredibus non fuit ſoluta vxor vidua poſſit exigere vſuras dotis, ſeu annuam quantitatem, quæ marito præſtabatur, vel pignus dotale retinere, eiuſque fructus conſequi non computandos in ſortem ad ſe, & filios, & familiam alendam, etiamſi aliundè illi non interſit. Reſpondetur affirmatiuè: ita poſt Sotum *de iuſtit. & iure libr.*1. *quæſt.*1. *art.*2. Nauarrus *in commento vſuris num.*67. Mareſcottus *var. reſolut. lib.*2. *cap.*83. *num.*51. & 52. Cæſar Mareſcottus *dicta part.*15. *num.*71. *cum pluribus ſequentibus*, (loquens quando dos fuit promiſſa à parte mulieris, & non ſoluta) Leotardus *dicta quæſt.*30. *num.*30. Mercatus *de vſuris cap.*8. Salas *dicta dubitat.*30. *num.*6. & Card. de Lugo *de Iuſtitia diſputat.*25. *num.*174. & Leotardo allegati, ita etiam Bañes, & Petrus Aragon à Leſſio *de iuſt. & iure lib.*2. *cap.*20. *num.*143. relati, licet ipſe in contrariam ſententiam propendeat. Imò etiam Rota in Romana fructuum dotis *de Cinciis* 27. *Iunij* 1591. coram Orano à Theodoſio Rubeo *dicta part.*6. *ſingularium ad cap.*137. *lib.*1. *ſtatutor. Vrbis de fructu dotis pro alimentis*, *num.*12. *pag.*642. relata. Quia in vxore vidua militat ratio eadem, quæ in marito, cui vſuras dotis, ſeu certam quantitatem, vel pignoris dotis fructus percipere permittitur propter onerum ſuſtentationem, in qua vidua ſuccedit, & eidem debet eſſe permiſſum quod marito. Addo aliam rationem ſumptam ex traditis *in præced.* quam etiam tangit Nauarrus, ſcilicet quod promiſſor dotis non ſolum ſe obligat ad ſoluendam dotem ſed tacitè etiam ad vſuras, vel dotis fructus oneribus matrimonij ſuſtinendis neceſſarios quoad vſque illam ſoluat. Et hanc ſententiam vrgentius habere locum, quando dos à patre mulieris, vel à fratribus ex bonis patris eſt promiſſa, cum pater teneatur alere filiam, & dos tunc ſuccedat loco legitimæ, quæ debetur vnà cum fructibus, *l. Pomponius* §. *vnde ſi quis ff. de inofficioſo teſtamento*, & Peregrinus *de fideicomm. articulo* 36. *num.*69. tradunt Mareſcottus, Leotardus, & latiùs Manentus: confirmatur eadem ſententia ex ratione æquitatis, quæ poſtulat, vt ſicut dotis debitor re & pretio fruitur, ita etiam dotis vſuras poſtulet. Et hæc ſententia, quod vxori ſoluto matrimonio per mortem viri debeantur fructus dotis per patrem eius marito promiſſæ procedit quamuis promiſſio fuerit facta ipſi marito, & non ipſi vxori, vt reſoluit Rota *in allegata deciſione.*

Vxori viduæ intra annum luctus ab hæredibus mariti dotem ei ſolutam retinentibus non debentur dotis vſuræ.

85 Quæſitum quintum. An defuncto marito, cui conſtante matrimonio dos promiſſa fuit ſoluta ab hæredibus eiuſdem mariti ſi dotem in mobilibus, & in pecunia conſiſtentem intra annum luctus ad eam reſtituendam conceſſum *lege vnica* §. *exact. Cod. de rei vxor. actione* (*& præcedenti capite* dictum eſt) nolint eam reſtituere vxori viduæ (quam tamen reſtituere poſſunt vt *in præcedenti tractatu de alimentis cap.*14. *n.*871. *initio*, *& capite præcedenti* dictum eſt, & probatur etiam infra *n.*91.) debeantur vſuræ dotis. Et reſpondetur iuxta Doctores, communiter viduam intra eum annum non poſſe vſuras dotis petere; ſi ipſi hæredes illam exhibere, ſeu alere, & ſuſtentare velint, prout dotem retinentes alere, & ſuſtentare tenentur, vt *in tractatu præſenti de alimentis cap.*11. *num.*259. & *cap.*14. *part.*5. *num.* 871. latè probatum eſt, & conſtat ex *dicto capite Exactio.* Qui cum teneantur ſolum vxorem viduam alere, & ſuſtentare, ſi illi reſtituerent partem dotis eidem alendæ ſufficientem, alterius partis fructus pro illo anno luctus ad ipſos hæredes ſpectaret, nec vidua illos petere poſſet, vt contra Paulum de Caſtro (volentem eoſdem hæredes lucrari fructus dotis ſolum pro rata alimentorum) *d. cap.* 14. *præfati tractatus de alimentis, citato num.*871. aliis relatis probatum eſt.) Vnde etiam iidem hæredes tenerentur ad alendam eandem vxorem viduam, tametſi dos non redderet tot fructus, qui ſufficerent ad eam iuxta decentiam alendam; nam ſi poſſunt retinere ſibi fructus dotis excedentes ſumptus alimentorum viduæ, æquiſſimum eſt, vt etiamſi fructus dotis non ſufficiant, de ſuo ſuppleant, ſi eorum facultates ſufficiant. Et lex *dicto verſiculo exactio*, abſolutè, & indiſtinctè loquitur, ita pluribus aliis Iuriſperitis relatis Surdus *titulo primo, quæſt.*44. *num.*32. nonnullos tamen contrarium ſentientes referens, ita Rebellus *de obligatione Iuſt. part.*2. *lib.*6. *quæſt.*11. *num.*6. ita etiam aliis relatis Reginaldus *in praxi libr.*25. *num.*139. *verſiculo addit*, & Bonacina *de contractibus diſput.*3. *puncto* 9. *num.*1. *verſiculo ex quo fit.* Etſi hoc caſu probabile videatur, vt vidua, ſi illius conditio permittat, iiſdem hæredibus teneatur præſtare operas artificiales, & ex earum lucris ſuppleatur defectus fructuum dotis; *vt dicto tractatu de alimentis, cap.*11. *num.* 759. *circa finem* notaui, & poſt alios tradit Reginaldus *locis citatis.*

Etſi autem aliqui à me *d. tractatu de alim. citato cap.*10. *num.*759. *fine*, & *cap.*14. *num.*872. *verſus finem* relati, & etiam Caſtrus Palaus *de iuſtitia*, & *iure diſp.*9. *puncto* 20. §.2. *n.*4. & Rebell. *d. q.*11. *d. n.*5. ſentiant mariti hæredes dotem retinentes non teneri alere vxorem diuitem, & quæ aliundè poteſt habere alimenta; nihilominus eoſdem hæredes teneri alere vxorem viduam tametſi diues ſit, & aliundè poſſet habere alimenta, plurimis aliis allegatis probatum eſt *dicto tractatu de alimentis, dicto cap.*11. *num.*759. & *d. c.*14. *num.*871. Tum quia lex *d. verſiculo exactio*, non facit hanc diſtinctionem de vidua paupere, vel diuite; tum quia maritus recepta dote tenetur alere vxorem etiam diuitem iuxta Doctores communiter, & conſtat ex traditis ſupra *cap.*8. ergo & eius hæredes, qui habent dotem. Tum quia de natura dotis eſt, vt vbi ea eſt, ibi ſit obligatio onerum matrimonij, ſeu alimentorum vxoris, propter quæ dos ipſa eſt inſtituta, & ordinata, vt ſupr. *hoc cap.* ſæpius, & præſertim *n.*44. dictum eſt, qua ratione ſicut promiſſor dotis promittit tacitè etiam dotis fructus pro oneribus, & alimẽtis mulieris dotatæ, vt ſupr. *hoc capite num.*26. & *dicto num.*44. dictum eſt, ita etiam maritus recipiens dotem tacitè promittit ſuſtinere eadem onera, & ſe obligat ad alimenta mulieri præſtanda, vt etiam ſupra *hoc capite num.*8. notatum eſt, & expreſsè tradit Nauarrus *dicto comm. de vſuris, allegato capite num.* 67. Quæ obligatio ex conſequenti tranſit in eius hæredes dote vxori non reddita. Quare licèt maritus teneatur alere vxorem, quam duxit indotatam ratione neceſſitudinis, & vitæ ſocietatis, quam mariti hæredes alere non tenentur, cum illa ratio in eis ceſſet, tamen cum maritus, qui habuit dotem, teneatur alere vxorem, ex eo quod dotem habet, hæc obligatio vt inhærẽs, & annexa doti ex eius intrinſeca natura, dote antea non reddita, in hæredes tranſit. Neque dicatur, quod dos ſoluto matrimonio 86

ſecundo haberet alimenta, quod idem ſentit Sanchez *d.n.30 fine*, idem etiam tradit Surd. *de alim.tit.1.q.44. n.74.* Quæ limitatio reiicitur ex traditis *ſup. num.86.* & quia pro eo anno ab hæredibus dotem non reſtituentibus vxori debentur alimenta iure actionis, & conſequenter etiamſi aliunde poſſit illa habere,& illa etiam non habita tranſmittit ad ſuos hæredes, vt *in præcedent.tractatu de alim.cap.24.n.871.* traditum eſt. Neque mulier poteſt excludi ab alimentis pro eo anno luctus propter tranſitum ad ſecundas nuptias in pœnam, quatenus à Iure ciuili talis pœna eſſet ſtatuta, quia pœnas omnes contra mulieres infra annum luctus ſecundò nubentes ſtatutas eſſe iure Canonico correctas,& ſublatas eſt verior ſententia, vt *in tractatu de contractu matrim.cap.11.n.283.& 284.*probaui.

Aduertendum quoque mariti hæredes intra annum luctus poſſe ſe eximere ab obligatione præſtandi prædicta alimenta viduæ,ſi ſtatim ei dotem reddant,quod facere poſſunt, vt præter Doctores à me *in d.tractatu de alim.c.14.n.871.initio* tradunt plurimi alij Iuriſperiti à Surdo *de alim.tit.1.quæſt.44.n.52. & nonnullis ſeqq.* idem Surd. *ibidem*,& Leotardus *de vſuris d.q.30..n.8.* Quia dilatio ad dotem reſtituendam pro illo anno luctus eſt conceſſa in fauorem mariti,& eius hæredum, ideóque hæredes poſſunt illi renunciare,tempus enim ſemper in dubio cenſetur adiectum fauore debitoris, *l.cum tempus,ff.de reg. Iuris*, & quod in diem debetur, antè ſolui poteſt, *l.continuus,§.cum ita,ff.de verb.oblig. l.eum,ff.de ann.leg.* & aliis iuribus à Surd. *n.55.*relatis.

Vxor vidua poſt annum luctus ab hæredibus mariti dotem non reſtituentibus, an poſſit exigere alimenta, aut dotis vſuras, aut fructus pignoris dotalis percipere.

92 Quæſitum quintum,an elapſo anno marito & eius hæredibus conceſſo (quando ea conſiſtit in rebus mobilibus,vel in pecunia) ad reddendam vxori dotem, ſi hæredes fuerint in mora illam reſtituendi mulier vidua poſſit ab eis alimenta, vel vſuras dotis exigere,licet aliunde poſſit habere alimenta, & eiuſdem mulieris non interſit ratione lucri ceſſantis, vel damni emergentis: de hac difficultate egi *in dicto tractatu de alimentis,c.14.n.872.* & latiſſimè agunt Surd. *de alim. tit.1.quæſt.45.* P.Barboſa *ad legem ſecundam in principio num.40. cum pluribus ſequentibus*, & Steph. Gratianus *tom.2.cap.240. n.3. ad 10. & cap.244.n.1. ad 15.*

Dixi *licet aliundè poſſit habere alimenta.* Nam ſi vxor vidua ſit inops,nec aliundè poſſit habere alimenta, & elapſo anno fecerit diligentiam pro dote ſibi reſtituenda, quia illam petiit in iudicio, nec per eam ſtetit, quominus dotem reciperet, in hoc caſu videtur eſſe communis, & recepta Iuriſperitorum ſententia, quod illa ab hæredibus mariti dotem retinentibus, & in mora reſtituendi conſtitutis debeantur alimenta. Ita Gloſ. Dynus,Bart.Bald.Angelus,Imola, Caſtrenſis,Alexand.Iaſon *lege diuortio,ff. ſoluto matrimonio*, & centum alij à Surdo *dicta quæſt.44. num.44.* Couarr. *variarum lib.3.cap.1.n.3.verſ.ſextò*,à Rendina *in promptuario receptarum,tit.33,num.7. verſ.vlt. opinio*, & P.Barboſa *vbi ſup.n.45.verſ. & iuxta hac* relati, ita idem Surd. *ibid.* Mareſcottus *var.reſolut.libro 2.cap.83. num.46. & pluribus ſequentibus*, & alij etiam relati à Leotardo *de vſuris d.quæſt.30. num.40.* variant tamen iidem Doctores in aſſignanda ratione, nam aliqui dicunt hoc caſu inopiæ, vxoris alimenta deberi ab hæredibus mariti ex magna æquitate,non ex Iuris rigore: ita præſertim Couarruu. *dicto verſiculo ſexto.* Alij fundãt rationem in damno quod inde patitur, de qua ratione *num.ſequenti.* Alij hoc caſu aſſerunt alimenta viduæ deberi, cum ei imputari non poſſit non reſtitutio dotis, ſed eiſdem hæredibus moroſis; ſi enim (inquiunt) hæredes mariti etiam durante dilatione legali ad dotem reſtituendam tenentur hoc caſu inopiæ vxoris viduæ illi alimenta præſtare, à fortiori tenebuntur, quando propter moram vel culpam propriam dotem non reſtituerint eidem vxori, *arg.leg.non ſolùm 1.ff. de noxalibus act.* Rationem hanc magis declarans exiſtimo hoc caſu vxori inopi deberi ab hæredibus moroſis alimenta, ex intentione legis, quæ ſi voluit hæredes mariti dotem pro anno dilationis ad eam reſtituendam debere alere vxorem, ne ipſi hæredes dotis fructus haberent, & vxor carens ſuo patrimonio, quod eſt dos, ſanè periret, vel mendicare cogeretur, vel ſi alimenta in dotem computarentur, remaneret indotata, quod publicæ vtilitati repugnat, vt ſæpius dictum eſt, id etiam multo magis voluiſſe elapſo anno ad reſtitutionem dotis eiſdem hæredibus conceſſo exiſtentibus in mora, & culpabiliter reſtitutionem vlterius differentibus,militantibus etiam poſt annum dilationis præfatis rationibus. Per quæ excluditur differentia quam intra caſum anni dilationis,& caſum poſt dilationem, ſcilicet durante dilationis anno legem noluiſſe ſuum beneficium prodeſſe hæredibus mariti in tam graue mulieris præiudicium,at verò poſt annum ceſſare illud beneficium legis,& ſuccedere ſolum ius commune,ſecundum quod mulier ob retardatam dotis ſolutionem nihil poteſt recipere; excluditur, inquam, quia in vtroque caſu ex veriſimili intentione eiuſdem legis alimenta vxori inopi ab hæredibus dotem retinentibus ſunt præſtanda ob eaſdem rationes. Aliam rationem affert Surdus,ſcilicet ab hæredibus mariti hoc caſu inopiæ vxoris debere alimenta præſtari,ne cum mariti, & ipſorum hæredum infamia mendicare cogatur, quæ eſt ratio allegata *in §. præterea,Cod.vndè vir, & vxor*: propter quam lex ibi ordinauit quartam ad fauorem mulieris inopis loco alimentorum; ex quo colligitur de mente legis vxorem inopem alendam eſſe ab hæredibus mariti, nam aliàs non deſtinaſſet illi quartam, inquit idem Surdus *dicta quæſt. 44. num.44. fine.* Et propter eandem rationem idem Surdus *dicto num. 44. & dicta quæſt. 45. & 17.* poſt alios etiam mulierem indotatam poſt mortem mariti non ſolum intra annum luctus, ſed etiam poſt annum luctus eſſe alendam ab hæredibus mariti, ſi aliunde non habeat vnde ſe alat, quod idem tradit Mareſcottus *variarum libro 2.c.83.n.49.* Imò etiamſi elapſo anno dilationis à lege definito à dotis reſtitutione non interpellaſſet iuridicè hæredes adhuc eidem inopi fore præſtanda ab hæredibus mariti alimenta videtur verius,cum dies interpellet pro homine & moneat debitorem, vt reſtituat,vt notat, & latè probat Fachin. *controu. Iuris lib.3.cap.101.verſ.ſed etſi, & ſequent.* de quo *num.ſequent.*

Dixi, *& eiuſdem mulieris non interſit ratione lucri ceſſantis, vel damni emergentis.* Nam omnes Doctores 93 Iuriſperiti, & Theologi, viduæ cui in reſtituenda dote ab hæredibus poſt annum luctus facta eſt mora, intereſſe lucri ceſſantis vel damni emergentis de iure deberi, modo vtrumque modis legitimis probetur, prout quilibet creditor quantitatis à debitore conſtituto in mora lucrum ceſſans, vel damnum emergens poteſt exigere facta legitima probatione. Doctores latiſſime referunt Surd *dicta quæſt.45.num.28.*Rendina *in promptuario, dicto titulo 33.num.7.verſic.tertia opinio*, Petrus Barboſa *in lege ſecunda in princip. num. 44.47. & 48.* Stephanus Gratianus *tom.2. cap.140.num.5. & ſequent. & cap.244. num.11. & ſequentibus*, & Leotardus *dicta quæſtione 30. num.54. & 55.* ita etiam iidem Surdus, Rendina, Barboſa, Gratianus, Leotardus, & Franciſcus Molinus *de ritu nupt.libro 3. quæſt.39.n.17.* & ex Theologis Molina *dicta diſputat. 322.* Rebellus

de

de oblig. iuſtitia part.2. lib.6. quaſt.11. n.8. & Summiſtæ *verbo vſura*, & alij Theologi *in præcedent.* allegati, & cæteri communiter. Et exemplum lucri ceſſantis iuxta eoſdem Doctores eſt, ſi ſuis pecuniis eſſet ſolita negotiari, ſeu eas mercatoribus dare ad honeſtum lucrum, vel pecunia dotali fuiſſet emptura fundum frugiferũ vel annuum redditum, quia in loco annui redditus frequenter ſint venales, vel in loco paſſim inueniantur occaſiones collocandi pecunias ad lucrum. Exemplum damni emergentis eſt, ſi mulier ex eo quod ſibi non fuit tradita pecunia dotalis, coacta fuit accipere pecuniam ſub cambiis, aut intereſſe, vel incidit in pœnam promiſſam in aliquo contractu, quibus caſibus & cambia, ſeu intereſſe, & æſtimationem pœnæ incorſæ poterit mulier ab hæredibus mariti moroſis in reſtitutione dotis petere, tanquam intereſſe damni emergentis. Neque in hoc caſu interpellatio ex parte viduæ contra mariti hæredes, vt huiuſmodi intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis tanquam moroſi ei ſoluere teneantur, videtur requiri, vt expreſſe tradit Facbin. *dict. cap.* 101. quia dies ipſa interpellat, & monet debitorem vt reſtituat. Neque debet is, qui ob diei aduentum eſt in mora, imputare culpam creditori, cur non petierit, *l. penult. ff. de vi, & vi armat.* ſi enim hæc ratio bona eſſet, nec maritus poſſet vſuras dotis non ſolutæ conſequi, quia & ei obiici poteſt, debuiſſe eum dotem exigere, ita idem Fachineus. Hocque confirmarut ex Rota Romana, *in Romana fructuum dotis die* 26. *Ianuary* 1591. coram Orano à Theodoſio Ruben *in ſingular. part.6. ad cap.* 137. *lib.1. ſtatutor. Vrbis de fructu dotis pro alimentis, n.* 10. *pag.* 642. *relata*, vbi vt fructus dotis non ſolutæ iuxta ſtatutum à patre promiſſore dotis debeantur filiæ, dixit non requiri ex parte filiæ iudicialem interpellationem, quando promiſſa fuit dos in certum tempus, quia eo elapſo dicitur in mora pater. Quibus autem modis, quave ratione per mulierem probandum ſit, ob retardatam dotis reſtitutionem ſe amiſiſſe lucrum, vel paſſam damnum emergens, videndum eſt apud Surdum, Petr. Barboſam, Gratianum, & Leotardum *locis allegatis*; & de eadem probatione qualiter facienda agunt Caſtrenſ. *in lege* 3. *de eo quod certo loco*, Crauet. *conſ.* 320. *num.* 6. Menochius *de arbitrariis, caſu* 119. Maſcardus *de probat. concl.* 933. & à præallegatis relati.

94 Difficultas ergo propoſiti quæſiti eſt, quando nec vxor vidua eſt inops, neque ex retardata reſtitutione dotis amittit aliquod lucrum, vel aliquod damnum patitur, an ſi hæredes marito tranſacto dilationis anno ad eam reſtituendam fuerint in mora reſtituendi ei dotem, poſſit ab eiſdem hæredibus ipſa mulier petere alimenta. Et non poſſe mulierem alimenta, aut vſuras dotis loco alimentorum in hoc caſu exigere, aut petere ab hæredibus mariti licet minoris, ſenſere plurimi Iuriſperiti, quos recenſent Surdus *de aliment. titul. primo, dicta quæſtione* 45. *num.* 2. *&* 13. Rendina *dicto titulo* 33. *initio*, Petrus Barboſa *in dicta lege ſecunda, in princip. num.* 40. *ff. ſolut. matrimon.* Franciſcus Molinus *dict. quæſt.* 39. *num.* 33. & Gratianus *dict. cap.* 240. *num.* 3. *& dicto cap.* 244. *num.* 20. præter quos ita Couarruu. *variar. dict. lib.3. cap.1. num.3. verſ.6.* Valaſcus *conſult.* 8. *num.*4. Surdus *dict. n.2. & conſ.* 194. *n.*13. P. Barb. *dict. num.*40. *& n.*41. Gratian. *locis allegatis*, Martin. Coler. *de alim. lib.1. c.11. n.*17. Franc. Molin. *d.q.*39. *n.*27. *& ſeq.* & Aug. Barboſa *collect. ad cap. ſalubriter, n.*9. *de vſuris.* Ex Theologis ita Molina *de iuſtitia tract.2. diſp.*322. *n.*6. Rebell. *d. lib.6. q.11. n.8.12. &* 14. Leſſius *de iuſt. lib.2. cap.20. n.*143. Bonac. *de contract. diſp.3. q.3. punct.9. n.3. verſ. ex quo*, Villal. *part.2. ſumm. tract.*22. *diff.*12. *n.*7. & nonnulli alij à Villalobos relati. Et eſſe communem ſententiam teſtantur Couarr. *loc. cit.* & Ant. Theſaurus *deciſ.*43. *n.*2. Probatur hæc ſententia, quia etſi ex iure ciuili maritus, vel eius hæres, ſi in reſtituendis rebus mobilibus moras fecerit, vſuras trientes ſoluere cogatur, *leg. vnica, §. cum autem, verſ. exactio, C. de rei vxor. actione*, & notat P. Barboſ. *paulo ante d. n* 40. P. Greg. Tholoſanus *ſyntag. iur. ciuilis lib.9. c.22. n.5.* Faber *lib.5. C. tit.8. defin.5.* Leotard. *d. q.*30. *n.*39. *initio*, hodie tamen cùm omni iure prohibitæ ſint vſuræ, viduæ in hoc caſu, de quo eſt propoſitum quæſitum nec alimenta, nec vſuræ dotis debentur, exigíve ab ea poſſunt, nec ipſa poteſt fructus pignoris dotalis facere ſuos, nec quicquam aliud petere ob retardatam ſolutionem dotis, quia quidquid in hoc caſu perciperet, eſſet vſura, quia reciperet vltra ſortem, & ob ſolam retardationem, cum tamen ſupponatur vxorem non eſſe pauperem, nec eius intereſſe ratione lucri ceſſantis, vel damni emergentis, nec alimenta ei eſſe debita ab hæredibus ea diſpoſitione legis, quæ loquitur tantum in anno luctus. Neque etiam in vxore vidua conſideretur ratio ſupportandi onera matrimonij, propter quam marito ob retardatam dotis promiſſæ ſolutionem promittitur petere alimenta, & vſuras dotis, ac pignoris dotalis fructus facere ſuos. Præterea fauore dotis, & matrimonij permittitur marito, quod alimenta, & vſuras dotis conſequatur, quando fit ei mora in reſtitutione dotis; at ſoluto matrimonio deſinit eſſe non ſolum matrimonium, ſed etiam dos *leg.3. ff. de iure dotium*, & Doctores *ſup. cap.2. n.*126. allegati, & conſequenter ceſſat omne priuilegium dotis.

Quibus tamen non obſtantibus etiam poſt annum 95
luctus hæredes mariti, dum retinent dotem, & ſunt in mora illam reſtituendi, teneri præſtare alimenta viduæ, vel æſtimationem alimentorum affirmaui *in d. tract. de alim. c.*14. *n.*872. & præter plurimos alios Iuriſperitos relatos a Surdo *d. quæſt.*45. *n.7. &* 11. Rendina *d. tit.*33. *verſ. alterius opinionis*, P. Barb. *in d. l.2. in princip. n.*39. *verſ. vnde*, Menochius *conſ.8. n.*20 *fine*, Ant. Theſaur. *d. deciſ.*23. *n.*4. & Fagundez *de iuſtit. & iure lib.5. c.*10. *n.*14. Menoch. & Theſaurus *loc. cit.* Afflict. *deciſ.*284. Brunonus à Sole *q.*46. *n.*21. Fachin. *d. cap.*101. *lib.3. contr. iuris*, Corduba à Lara *in l. ſi quis à liberis, §. ſi quis ex his, n.*142. *ff. de liberis agnoſc.* Ant. Faber *lib.5. ſui C. tit.8. defin.5.* Nauarr. *in comm. de vſuris, n.*67. Myſing. *obſeru.64. n.2. centuria* 1. (vbi teſtatur ita fuiſſe deciſum à Camera Imperiali) P. Gregorius *allegato l.9. c.20. n.9.* (vbi dicit ita conſuetudine Tholoſana receptum) Leotardus alios Iuriſperitos recentiores allegans *d. q.*30. *n.*41. *& ſeq.* & etiam Gratianus *dict. cap.*240. *n.*21. ex Theologis ita Sotus *de iuſtitia lib.6. q.1. art.2.* Lopez, Salon., Duardus à Leotardo allegati, & Trullench. *tom.2. in Decalog. lib.7. c.*39. *dub.*14. *n.*10. Probatur hæc ſententia ex traditis in præcedentibus, quia doti ex natura eius intrinſeca inhæret onus onerũ matrimonij, & alimentorũ vxoris, pro qua promittitur, & traditur: ita quod vbi eſt dos, ibi ſit idem onus, ſeu obligatio alendi, vnde & dotis promiſſor tacitè ſe obligat etiam ad illud onus, donec dotem ſoluat, & maritus dotem recipiens ſe pariter obligat non ſolum ad dotis reſtitutionem, ſed etiam tacitè ad idem onus alimentorum vxoris, quod onus, ſeu quæ obligatio tranſit in hæredes & promiſſoris, & mariti (quæ omnia conſtant ex traditis *ſup. hoc c. n.8.26.44. &* 46.) ergo quamdiu hæredes mariti non ſoluunt, ſeu reſtituunt dotem, tenentur illi oneri doti annexo ex eiuſdem dotis natura, eamq; ſequenti ſatisfacere, & ſic vxori viduæ alimenta præſtare, & vxor poteſt illa exigere, vel eorum æſtimationem, in quo nulla committitur vſura, cum ea alimenta à muliere non percipiantur ratione ſolius moræ, & retardatæ ſolutionis dotis, ſed ex vi contractus

dotalis

dotalis, eaque obligatione doti ipſi annexa, vt is, qui dotem retinet, eaque fruitur, mulierem alat, ſicque ex tacita promiſſione alimentorum à marito facta in receptione dotis, & promiſſione illam reſtituendi. Neque valet reſponſio P. Barboſæ *vbi ſuprà num.*41. *verſ. cæterum*, à Gratian. *d. cap.*44. *n.*6. prædicta reſtringi ad tempus conſtantis matrimonij, nam eo ſoluto, ceſſat matrimonium, & etiam verum nomen dotis, ſeu dos propriè ſumpta, & conſequenter ceſſant omnia dotis priuilegia, & obligatio mariti ex dote recepta reſultans: non valet, inquam, nam etiam diſſoluto matrimonio ob viri obitum, verum nomen dotis permanet, diciturque & eſt propriè, & verè dos habens dotis priuilegia, donec fuerit mulieri reſtituta, vt latè iuribus, & Doctoribus allegatis probatum eſt *ſuprà cap.*2. *num.*127. & præter Doctores *ibidem* relatos tradunt alij à Leotardo *dict. quæſt.*30. *num.*45. *& duobus ſeqq.* Quare cum ante reſtitutionem ſit vera dos habens veræ dotis priuilegia, debet iuxta ſuam intrinſecam naturam deſeruire ad alendam mulierem, ad quod eſt instituta; & ita hæredes mariti, dum eam retinent, obligati ſunt præſtare mulieri neceſſaria ad mulieris ſuſtentationem: etiam reiicitur alia reſponſio d. P. Barboſæ, *eod. num.*41. *verſ. Hæc enim opinio*, dicentis poſt ſolutum matrimonium maritum, vel eius hæredes debere pecuniam dotalem in genere; & ita ſi quid vlterius recipiatur, ſemper recipi ratione retardatæ ſolutionis, indeque vſuram reſultare. Reiicitur, inquam, hæc reſponſio, quia cùm dos ante reſtitutionem ſit vera dos, eadem quæ ante, & poſt diſſolutum matrimonium debetur. Reiicitur inſuper prima Barboſæ reſponſio, cum hæredes mariti dotem retinentes intra annum luctus teneri obligatione alendi vxorem ſuprà ſit probatum, & idem Barboſa admittit vbi *ſuprà num.* 21. & multò magis eadem obligatione debent teneri eo anno tranſacto propter moram, & culpam eorum in non reſtituendo: tum quia alioqui hæredes poſt moram, & culpam eſſent melioris conditionis anno luctus tranſacto, quàm pro anno luctus, in quo ex legis diſpoſitione, & abſque culpa dotem retinent, quod videtur abſurdum: tum quia æquum non eſt (inquit Faber *dict. definit.* 5.) impunitam eſſe moram viri, eiuſve hæredis dotem ſua die non reſtituentis.

Vidua poſt annum luctus poteſt loco alimentorum annuam quantitatem ſtipulari, dum dos non ſoluitur.

96 Ex quibus ad illam difficultatem, an eadem vidua, cui ab hæredibus mariti non reſtituentibus dotem, eo anno luctus tranſacto, alimenta præſtari debent (vt probatum eſt) poſſit loco alimentorum non excedentium, ſalua, & integra dote remanente: licèt enim id negent Doctores *num.*94. relati, & relati à P. Barboſa *vbi ſuprà numer.* 41. *verſ.*3. *amplia*, *verſ. item*, à Franciſco Molino *dict. quæſt.*39. *num.*26. *fine*, affirmandum tamen eſt, ſi fiat ceſſante fraude: ita plurimi Doctores relati à Surdo *dicta quæſt.*45. *num.*18. *& duobus ſeqq.* Franciſco Molino *dict. quæſt.*39. *num.*25. & Fagundez *de iuſtit. dict. lib.* 5. *cap.* 10. *num.*4. ita etiam Nauarrus *loco num. præcedenti allegato.* Stephanus Gratianus *deciſ.* 126. *numer.* 8. & nonnullos alios recentiores Iuriſperitos referens Leotardus *dict. quæſt.*30. *num.*48. *&* 49. & ex Theologis Sotus *loco numero præcedenti allegato*, Lopez, Aragon, Salon, Bannez, Toletus, Salas, Duardus, à Leotardo relati. Si enim vxor poteſt petere, & recipere alimenta, licet eius non interſit, ratione lucri ceſſantis, vel damni emergentis, vt probatum eſt; certè poteſt etiam loco alimentorum recipere, & paciſci certam annuam quantitatem, ſicut *ſuprà numer.* 88. probatum eſt, eandem viduam pro alimentis ſibi pro anno luctus debitis ab hæredibus mariti dotem retinentibus, poſſe cum iiſdem hæredibus paciſci certam quantitatem non excedentem menſuram, ſeu æſtimationem alimentorum, eſt enim eadem ratio, addit & rectè idem Leotardus poſt præfatos Theologos loco alimentorum poſſe viduam percipere fructus alicuius prædij, modò non excedant modum alimentorum, & congruam mulieris ſuſtentationem, & fraus abſit.

In ipſa dotis conſtitutione poteſt addi pactum, vt ſoluto matrimonio per mortem viri, eius hæredes teneantur præſtare alimenta viduæ, donec dotem reſtituant.

Ex traditis etiam facilè reſolui poteſt alia difficultas, nempè an in ipſo contractu dotali, ſeu in ipſa dotis conſtitutione mulier cum viro poſſit paciſci, vt ſoluto matrimonio viri morte, hæredes mariti eidem teneantur præſtare alimenta, vel æſtimationem alimentorum, donec dotem reſtituant. Quamuis enim negent aliqui à Petro Barboſa *vbi ſuprà numer.* 41. *initio relati*, *ibidem* idem Barboſa, & Rebellus *dict. quæſt.*11. *num.*12. *verſ. procedit verò*, quia videtur, inquit Barboſa, color quæſitus, & ſemper ex prædicta receptione alimentorum, ſeu eorum æſtimationis videtur reſultare vſura prohibita: Nihilominus eſſe licitum tale pactum, probatur ex traditis, quia deductum in tale pactum tacitè ineſt contractui dotis, & ex eiuſdem dotis intrinſeca natura prouenit, vt *ſuprà* dictum eſt, ac proindè poteſt in pactum deduci *lege non rectè* 3. *Codic. de fideiuſſ.* & ita expreſsè etiam Leotardus *dicta quæſt.*30. *num.* 50. 97

Imò etiam ab initio contractus dotalis licitum eſt pactum, vt etiam non retenta dote quid annuum præſtetur vxori quoad vixerit, quia in hoc nulla eſt vſura, cum non interueniat mutuum, nec verum, nec palliatum, inquit Rota *deciſion.* 599. *numero quarto*, ſed eſt lex, & conditio dotis dationi oppoſita, quam quiſque dationi rei ſuæ poteſt apponere *leg. inter virum*, *ff. de pact. dot. lege res quæ*, *Cod. de iure dot. & lege ſexta*, *& vltima*, *Cod. de rerum permut.* & ita quoque Leotard. *d. num.*50. 98

Quare præterea & ſi maritum in ſuo teſtamento non poſſe mandare, ſeu ſcribere hæredi, vt ſoluat certum quid annuum vxori, donec dotem eidem ſoluerit, & non poſſe neque abſque labe vſuræ illud à vidua recipi, ſenſerint aliqui Iuriſperiti, quos referunt Surdus *d. q.*45. *n.*21. *& conſ.*23. Franciſcus Molinus *dict. quæſt.*39. *num.*53. & Leotard. *de vſuris quæſt.* 28. *num.*7. eos ibi, *& numeris ſequent.* ſequens, quos & ſequitur Rebellus *dict. verſ. procedit verò*, qui Iuriſperiti idem ſentiunt in vniuerſum, ſi teſtator legans alicui iubeat hæredi, vt quid certum det legatario, donec ei integrè legatum ſoluerit, ſcilicet teſtatorem id facere non poſſe, nec legatarium licitè illud recipere. Nihilominus tenendum eſt contrarium ob rationem adductam, 99

ſcilicet quia in vtroque caſu nullum interuenit mutuum verum, aut palliatum, ſed tantum eſt lex, & conditio à marito teſtante mandante vxori ſuas dotes reſtitui, & à teſtatore faciente legatum; quam conditionem licitè, & validè vterque potuit apponere, & in hoc grauare hæredem, & illud certum mulier, & legatarius recipiunt à teſtatore, qui hoc onus impoſuit, & voluit donare. Quamuis in marito ſic mandante habeat locum ratio ſuprà tradita, ſcilicet quod iubeat id, quod ineſt naturæ dotis, ita in vtroque caſu aliis relatis Surdus *dict. conſ.*23. & Molinus *dict. quæſt.* 39. *num.* 54. *ad* 71. & etiam Leotard. *d. quæſt.*30. *num.*58. limitans tamen vt id, quod maritus in teſtamento iubet ab hærede dandum vxori, dum dos non ſoluitur, non excedat modum alimentorum, & etiamſi excederet, mulier poſſit recipere, quia in tali caſu recipit à teſtatore, qui potuit ita præcipere, & tali præcepto donare mulieri, cum quis de ſuo poſſit liberè diſponere, & donare: & ita prorſus cum aliis ſentiunt Surdus, & Molinus *locis citatis.*

An in contractu matrimonij, & dotis conſtitutione poſſit adiici pactum, vt ſoluto matrimonio viri morte mulier poſſit ingredi poſſeſſionem bonorum mariti, & eorum fructus facere ſuos, donec dos ſoluitur.

100 Rurſus ex traditis poteſt reſolui alia difficultas, nimirum an in contractu matrimonij & dotis conſtitutione mulier poſſit conuenire cum marito, vt ſoluto illius morte matrimonio poſſit propria authoritate ingredi poſſeſſionem bonorum mariti, & eandem retinere; & eorum fructus facere ſuos, donec dos ab hæredibus illi fuerit ſoluta. Ad quam difficultatem Molinus *dict. quæſt.* 39. *numer.*39. & 40. reſpondet ſuſtineri pactum quoad ingrediendum in poſſeſſionem bonorum propria authoritate, & eandem poſſeſſionem retinendam, cum etiam ſecluſo pacto mulier ſoluto matrimonio authoritate propria poſſeſſionem bonorum mariti poſſit apprehendere, & retinere pro ſecuritate dotis, veluti ſibi pro eadem dote hypothecatorum & obligatorum, *vt cap.* 18. *num.* 106. notatum eſt, cum pignori ſuo incumbat, & quia in vita mariti poſſidebat ſaltem iure familiaritatis, quam poſt mortem non de nouo apprehendere, ſed magis continuare dicitur; at illud pactum quoad perceptionem fructuum bonorum non computandorum in ſortem eſſe vſurarium ſentit idem Molinus *à numer.* 4. *ad* 51. eo quod nulla ſit differentia inter pactum, quo vſuræ promittuntur, & inter pactum, quod fructus pignoris non imputentur in ſortem *in cap.*1. *cap. quia fruſtra, cap. conqueſtus de vſuris*; & *quia fructus ſemper minuunt ſortem eius qui illos percipit iure pignoris, & hypothecæ, leg.*1. *Cod. de pign. act. & cap. ad noſtram, de iureiuran.* Attamen valere, & eſſe licitum illud pactum etiam quoad perceptionem fructuum in ſortem non computandorum pro quantitate correſpondente alimentis, ſeu æſtimatione alimentorum, ſi id in pacto ſit expreſſum, probant tradita in præcedentibus, quia hac ratione pactum continet ſolum id quod in contractu dotali tacitè continetur, & extrinſeca natura dotis pro alimentis mulieris oritur, vt ſuprà dictum eſt. At ſi ab initio fuiſſent in pactum omnes fructus bonorum mariti deducti abſolutè nulla habita ratione ad modum, ſeu æſtimationem alimentorum, fuiſſet pactum vſurarium, fuiſſet enim habitus reſpectus non ad naturam dotis, ſed ad retardationem, & moram ſolutionis dotis, & ſic interueniſſet mutuum palliatum, hocque probant quæ poſt ſequentem numerum habentur.

Quare ſi poſt annum luctus mulier vidua de certa annua quantitate exigenda paciſcatur cum hæredibus viri, quæ modum alimentorum excedit, vt differat dotis petitionem, erit pactum vſurarium, & quod ex vi pacti receperit vidua, erit computandum in ſortem, quia reciperetur ſolum ob retardatam dotis ſolutionem, & ita adeſſet mutuum palliatum. Ita etiam poſt alios Leotardus *d.q.*30.*n.*51. 101

Eſſet etiam vſura, ſi vidua elapſo eodem luctus anno pro dote non ſoluta exigeret vſuras dotis vniformes, quæ in regione agitari ſolent: ita Rota Romana *d.deciſ.*599. *apud Seraphinum.* 102

Idem foret ſi eodem anno luctus tranſacto viduæ aſſignetur, ſeu tradatur prædium, vt abſolutè, & nulla facta declaratione de quantitate correſpondente æſtimationi alimentorum illius fructus perciperet loco interuſurij dotis, donec dos reſtituatur; hic enim videtur latere vſuram, & interuenire mutuum palliatum, ac proindè fructus inde percepti ſunt in ſortem computandi, iuxta Collerium *de alim. lib.* 1. *cap.*11. *num.*19. & plures alios Doctores ab eodem Collerio allegatos, & alios, quos ipſe refert, tradit Leotardus *d num.*51. & ita prorſus ſentit Molinus *loco ſuprà n.*100. relatus, & alij Iuriſperiti ab eodem allegati. Idem Leotardus *num.*85. rationem differentiæ in his caſibus ab aliis in præcedentibus explicatis, in quibus alimenta tantum percepta ſunt, vel deducta in pactum, eſſe dicit, quia cum vidua vſuras vniformes exigit, quæ in regione frequentantur, vel de certo annuo reddittu paciſcitur, qui congruit vſuris, quæ fœneratores in regione agitare ſolent, vel cum pignus capit, donec dos reddatur, cuius fructus modum alimentorum excedunt, dos in mutuum conuertitur, & fingitur mulieri reſtituta, & breui manu illi numerata, iuxta *leg. ſingularia ff. de reb. cred. & leg. 6. Codic. ſi cert. petatur*: in foro tamen conſcientiæ, ſi intentio mulieris ſit conſequendi tantum alimenta, & eorum tantum æſtimationem recepiſſet, facta reſtitutione, vel computatione in ſortem illius quod alimenta excedat, non videtur oneranda ad aliam reſtitutionem. 103

Vir, cui ſecundò mulier nupſit, poteſt vſuras dotis ab hæredibus primi mariti eiuſdem dotis debitoribus conſequi.

Supereſt vt explicetur, an ſi vidua, quæ iterum nupſit, dotem à patre, vel hæredibus mariti debitam ſecundo viro conſtituerit expreſsè, vel tacitè, iuxta *l. dotem, & l. ſi poſt diuortium, ff. de iure dotium*, & latè tradita *ſuprà cap.* 8. poſſit ſecundus vir, qui ſuſtinet onera matrimonij, vſuras ſortis exigere ab hæredibus primi viri, vel aliis debitoribus dotis, vel fructus pignoris dotalis ſuos facere integra, & ſalua dote manente. Negat enim Petrus Barboſa *in d. l.*2. *in princip. num.*42. *verſ. infertur etiam, ff. ſolut. matrim.* quia dotis debitor, & mariti hæredes non promiſerint ſoluere, aut reſtituere dotem huic ſecundo viro, quæ ratio eſt friuola. Quare affirmant alij Doctores communiter, Gratus *conſil.*56. *num.*2. *lib.*1. Surdus *de alim. tit.*1. *dict. q.* 45. *num.* 49. & *ſequentibus*, Stephanus Gratianus *tom.*1. *cap.*143. *num.*23. & *ſeqq. tom.*2. *cap.*240. *num.*22. & *dec.*126. *num.*11. Leotard. *d. q.* 30. *n.*60. 104

&

& plures alij ab iiſdem Surdo, Gratiano, & Leonardo allegati. Cum enim ſecundus vir alat vxorem, matrimoniique onera ſuſtineat, ſi hæredes mariti, vel alij debitores dotis (licet promiſſio, ſeu obligatio dotis eidem ſecundo viro facta non ſit) ſunt in mora ſoluendæ dotis, ab illis poteſt maritus ſecundus vſuras dotis exigere, vel fructus pignoris dotalis facere, iuxta naturam dotis intrinſecam, quæ eſt, vt deſeruiat oneribus matrimonij eidem doti cohærentibus, vt ſæpius in præcedentibus dictum eſt, & ſicut primus vir cum dotis promiſſore, & dotis debitore paciſci de certa annua quantitate præſtanda pro oneribus matrimonij ſuſtinendis, donec dos fuerit ſoluta [vt *ſuprà* hoc capite probatum eſt] ita ſecundus poteſt ſtipulari annuum redditum ab hæredibus primi mariti, donec dos ei ſoluatur, & ipſe ſuſtineat onera matrimonij, alatque vxorem: ita iidem Doctores, & alij apud eoſdem. Ex quibus de hac re plura Surdus, & Gratianus *d. cap.* 143. *& d. deciſ.* 126.

Fructus dotis conſiſtentis in rebus immobilibus, vel in mobilibus naturaliter frugiferis, vel in rebus incorporalibus perceptis poſt ſolutum matrimonium viri morte, quandonam ſpectent ad vxorem viduam, illique debeant reſtitui?

109 Et hucuſque de fructibus dotis conſiſtentis in pecunia, in rebúſve mobilibus, haud naturaliter frugiferis, cuiuſmodi ſunt conſiſtentes in numero, pondere, & menſura: modo explicandum eſt, diſſoluto matrimonio per viri mortem quandonam ad vxorem viduam ſpectent fructus dotis conſiſtentis in fundo, ſeu re immobili, vel in rebus mobilibus, vel ſe mouentibus frugiferis, vel in rebus incorporalibus, vt ſunt iura, actiones, cenſus, & redditus, de quibus *in l. vnica §. exactio autem dotis, Codic. de rei vxoriæ actio.* vbi [vt *cap. præcedenti* notatum eſt] prius decernitur, ſoluto matrimonio dotem conſiſtentem in rebus immobilibus eſſe ſtatim vxori reſtituendam, intra annum autem à ſoluto matrimonio eſſe eidem vxori reſtituendam dotem conſiſtentem in rebus mobilibus, vel ſe mouentibus, vel incorporalibus. Deinde ſi eædem res mobiles intra illum annum; & res immobiles ſtatim ſoluto matrimonio non fuerint reſtitutæ, additur, *ſin autem ſuperſederit res mobiles, vel ſe mouentes, vel incorporales poſt annale tempus reſtituere, vel cæteras res ſtatim poſt diſſolutum matrimonium, etiam vſuras æſtimationis omnium rerum, quæ extra immobiles ſint, vſque ad tertiam partem centeſimæ ex bona fide introducendas maritus præſtet; fructibus videlicet immobilium rerum patri mulieris ex tempore diſſoluti matrimonij præſtandis, ſimilique modo penſionibus, vel vecturis nauium, ſiue iumentorum, vel operis ſeruorum, vel quæſtu ciuilium annonarum, & aliis, quæ ſunt eis ſimilia, patri mulieris reſtituendis.*

***

Fructus dotis conſiſtentis in rebus immobilibus à tempore ſoluti matrimonij ab hæredibus mariti percepti ſpectant ad vxorem viduam, illique ſunt reſtituendi.

Suppoſita igitur præfata diſpoſitione, indubitatum eſt, quod ſi res immobiles datæ ſint in dotem inæſtimatæ, earum fructus ſtatim à ſoluto matrimonio viri morte non acquiruntur mariti hæredibus, ſed omnes percepti ex tempore ſoluti matrimonij ſpectant ad vxorem, vt conſtat ex dicta legali diſpoſitione ibi, *fructibus, &c.* & tradunt *communiter ſcribentes* ibi, *& in l. diuortio, §. non ſolum, ff. ſol. matr.* Mantica *de tac. & ambig. conuent. lib.* 12. *cap.* 31. *num.* 8. Gomez *ad l.* 5. *Tauri, num.* 47. Surdus *de alim. tit.* 1. *quæſt.* 44 *n.* 65. *& deciſ.* 211. P. Barboſa *in leg.* 2. *in principio n.* 6. *fine, & num.* 7. *& in d. l. diuortio § non ſolum, n.* 12. *ff. ſol. matr.* Gamma *deciſ.* 123. *n.* 3. Stephanus Gratianus *tom.* 4. *cap* 610. *n.* 14. *& quatuor ſeqq* Fontan. *de pact. nupt. clauſ.* 6. *gloſſa* 2. *p.* 1. *n.* 28. *cum pluribus ſeq.* Hodierna *ad d. deciſ.* Surdi 211. *nu.* 1. & ex Theologis Molina *de iuſtitia & iure tract.* 2. *diſp.* 322. *num.* 3. *& diſput.* 442. *num.* 3. *Cum lex iubeat res dotales immobiles ſtatim à tempore matrimonij diſſoluti* eſſe reſtituendas vxori, *ſi hæredes non reſtituant, & ſunt in mora,* cum tacita dies à lege præfixa conſtituat in mora reſtituere debentem non minus quam expreſſa, *leg. magnam, Cod. de contrahenda, & committ. ſtipulat.* qua mora extante fructus veniunt ſtatim, vt dicitur *d. §. exactio*, & tradunt omnes præallegati Doctores. 105

Quod procedit etiamſi vxor poſt mortem viri cum eius hæredibus habitauerit, & alimenta ab eis etiam intra annum luctus receperit; nam adhuc mariti hæres fructus rei dotalis immobilis non faceret ſuos, ſed ad illorum reſtitutionem mulieri teneretur, retento illo quod verè pro illis alimentis expendiſſent, vt Mantica *d. tit.* 31. *n.* 10. Surdus & Hodierna *locis citatis*, Gratianus *d. cap.* 610. *n.* 19. Fontanella *d. p.* 1. *n.* 34. *&* 35. & alij ab iiſdem Mantica, & Fontanella relati. 106

Si tamen hæredes mariti alentes vxorem intra annum luctus plus impendiſſent in alimentis, quàm ſit in fructibus, hoc non poſſe ab eis repeti, cum hoc priuilegium habeant alimenta, & hoc priuilegium in eis habeant viduæ, vt tradunt poſt alios Surdus *dicta quæſtione* 44. *numero* 65. *fine*, Fontanella *dict. parte prima, numero* 35. *fine*, & Hodierna *ad d. deciſ.* Surdi 211. *num.* 6. 107

Si etiam alimenta vxori à marito fuiſſent legata fructus integri non facta alimentorum compenſatione eſſent vxori reſtituendi, vt Bartolus *in d. l. diuortio, numero* 3. Mantica *d. tit.* 31. *num.* 11. & Hodierna plures alios allegans *numero ſeptimo*, & idem ſi vxor ſit prægnans, vt poſt Angelum *conſ.* 42. *num.* 1. Mantica *d. n.* 11. cum tunc ex bonis mariti alimenta debeant exhiberi, *l.* 1. *§. quoties, & ſeq. & l. curator, ff. de ventr. in poſſ. mitt.* & tradidi *in tract. de alim.* 108

An verò hæredes mariti ad reſtituendos eoſdem fructus habeant dilationem anni luctus, actum eſt *cap. præced. n.* 29. *& ſeqq.* 109

Sed quid ſi res immobiles ſunt datæ marito in dotem æſtimatæ ea æſtimatione, quæ facit venditionem, iuxta tradita *ſuprà capit.* 16. an etiam in hoc caſu mariti hæredes eius do- 110

tis rerum immobilium æſtimatarum fructus à tempore ſoluti matrimonij perceptos teneantur vxori reſtituere; & affirmauit Gamma *dicta deciſione 123. numero tertio.* Probatque ex eo, quod in conſtitutione huiuſmodi dotis dominium rei dotalis in maritum transfertur ſubintellecta venditione, vt ſtatim in immobilibus ſoluto matrimonio dos reſtituatur, vel pretium rei datæ in dotem æſtimatæ, ac proinde cum ſoluto matrimonio non reſtituentes ſtatim poſt ſolutum matrimonium, alienum retineant, illud reſtituere debent cum fructibus. Neque obſtat (inquit) quod in huiuſmodi caſu dos non conſiſtat, ſeu non cenſeatur conſtituta in ipſis rebus immobilibus æſtimatis, ſed conſiſtat in pecunia, *vt ſupra capite 16. numero quarto* notatum eſt, quæ iuxta diſpoſitionem *dict.* §. *exactio*, non ſtatim à ſoluto matrimonio reſtituenda eſt, ſed infrà annum reſtitui poteſt, quia ſubdit, nam iſta pecunia vt pretium rei immobilis æſtimatæ, non cenſetur res mobilis, ſed immobilis, quia loco rei immobilis ſuccedit, *argumento leg. ſi & rem & pretium, ff. de petit. hæredit.*

114 At omnino aſſerendum eſt, hæredes mariti in hoc caſu facere ſuos fructus dotis intra annum luctus *à lege dict.* §. *exactio*, ad reſtituendam viduæ dotem in pecunia conſiſtentem, & pro eo anno luctus ſolum teneri præſtari viduæ alimenta, ita quod ſi fructus dotis eo anno percepti excedant impenſam alimentorum, exceſſus ſpectet ad eoſdem hæredes, iuxta tradita *ſuprà numero 84. & 85.* Et ita expreſsè contra Gammam ſentit etiam Petrus Barboſa *in dicta lege ſecunda, in principio numero primo verſiculo prima eſt, & verſiculo vnde cauendum.* Hoc enim caſu res ipſæ datæ in dotem æſtimatæ æſtimatione faciente venditionem, non ſunt dos, ſed conſiſtit in ipſa pecunia, & ſic hæc dos poſt diſſolutum matrimonium quoad reſtitutionem, cum in re mobili ſit conſtituta, non venit ſtatim reſtituenda, ſed hæredes ad illam reſtituendam habent diſſolutionem anni luctus, vt *capite præcedenti* dictum eſt, & ſi pro illo anno non ſunt in mora, vt faciant ſuos omnes fructus dotis intra illum perceptos, ſatis eſt, quod alimenta viduæ præbeant, iuxta tradita in præcedentibus. Et quod iidem fructus dotis rerum immobilium, quæ datæ ſunt in dotem ea æſtimatione faciente venditionem ſpectent ad hæredes, probat textus *in dicta lege vnica* §. *cumque ex ſtipulatu in fine ibi æſtimatarum rerum quaſi emptor, & commodum ſentiat, & diſpendium ſubeat, & periculum ſpectet*, qui textus cum loquatur abſoluta de commodo, &c. intelligitur etiam poſt ſolutum matrimonium, etiamſi ſtatim pecunia, ſeu æſtimatio non fuerit ſoluta, quidquid gratis ſecus reſpondeat idem Gamma. Et licet ea pecunia ſubrogetur loco rei immobilis, cum tamen ſit vere res mobilis, & naturaliter infrugifera, & ſolum hominis miniſterio frugifera, quantum ad dotis reſtitutionem, & fructus ex ea perceptos ſequitur naturam aliorum mobilium naturaliter non ferentium fructus; neque etiam ſubrogatum ſapit naturam illius cuius loco ſubrogatur, quando in eo eſt diuerſa ratio, & habet ex ſe diuerſam naturam ab eo, cuius loco ſubrogatur, vt alibi dictum eſt, & poſt alios tradit *dicto numero primo* Petr. Barboſa: Doctores verò, quos pro ſe allegat Gamma, dum dicunt fructus rerum dotalium immobilium ex tempore ſoluti matrimonij perceptos mulieri eſſe præſtandos, loquuntur quando res ipſæ immobiles ſunt ipſa dos, & ſic quando datæ ſunt in dotem inæſtimatæ, vel æſtimatæ ea æſtimatione, quæ non facit emptionem.

Fructus rerum mobilium dotalium naturaliter frugiferarum à marito, vel eius hærede à die diſſoluti matrimonij etiam intra annum dilationis legalis ad eadem mobilia dotalia reſtituenda, an ſpectent ad vxorem, vel potius marito, vel eius hæredi acquirantur?

115 Maior difficultas eſt de fructibus, vel vtilitatibus ex rebus mobilibus, ſeu ſe mouentibus naturaliter frugiferis, & ex rebus incorporalibus abſque æſtimatione datis in dotem poſt matrimonium morte mariti ſolutum ab hæredibus eiuſdem mariti perceptis intra annum luctus, illis conceſſum ad eaſdem res mobiles, vel ſe mouentes, vel incorporales vxori viduæ reſtituendas, an ſpectent ad eoſdem hæredes, ita quod illos faciant omnino ſuos, an verò ab anno elapſo ſint reſtituendi vxori viduæ? & certum eſt, quod fructus prædictarum rerum mobilium, ſeu ſe mouentium, qui non pertinent ad maritum etiam conſtante matrimonio percepti, neque etiam percepti ab hæredibus mariti poſt ſolutum matrimonium, ſpectent ad eoſdem hæredes, ſed ad vxorem viduam, & ſimul cum aliis dote ſunt eidem mulieri reſtituendi, vt notat etiam Petr. Barboſa *in dict. leg. ſecund. in princip. n. 10. & in dict. leg. diuortio,* §. *non ſolum, num. 10. verſ. ſed pro reſolutione, ff. ſolut. matrim.* Huiuſmodi fructus ſunt partus ancillarum, & quod ſeruus dotalis, ſeu in dotem datus ex quacumque alia cauſa acquirit, non ex operis ſuis, neque ex re mariti, vt *ſup. hoc cap. n. 17. & n. 24.* notatum eſt, & expreſsè habetur *in d. l. vnica,* §. *cumque Codic. de rei vxor. actio.*

116 Controuerſia ergo eſt de fructibus rerum mobilium, vel ſe mouentium, vel incorporalium dotalium, qui conſtante matrimonio percepti ſunt mariti, an ex tempore ſoluti matrimonij ab hæredibus percepti intra annum luctus illis conceſſum ad res illi dotales reſtituendas illis omnino acquirantur, & ſolum habeant obligationem alendi vxorem intra eundem annum, an verò ſpectent ad vxorem viduam, cui poſt annum luctus vna cum ipſa dote ſint reſtituendi. Et plurimorum ſententia eſt, quod mariti hæredes præfatos fructus dotis conſiſtentis in illis mobilibus naturaliter fructuoſis, vt in ſeruis, iumentis, & aliis enumeratis *ſup. n. 105. in verbis d.* §. *exactio, verſ. fructibus videlicet*, poſt ſolutum matrimonium etiam intra annum dilationis ad dotem ſoluendam non lucrentur ſuoſve faciãt, ſed iidem fructus ex operis ſeruorum dotalium, vecturis iumentorum aut nauium, expenſionibus, & aliis ſimilibus etiam intra eundem annum dilationis percepti ſpectent ad mulierem viduam, cui ſint reſtituendi, finita dilatione legali anni luctus conceſſa ad reſtitutionem ipſius dotis, & in eiuſdem dilationis tempore iidem mariti hæredes ad eorum commodum vti eiſdem fructibus & vtilitatibus perceptis poſſint. Hocque commodũ tantum iiſdem hæredibus afferat ea dilatio legalis, non verò quod interim ſuos faciant eoſdem fructus intra dilationem perceptos, & non debeant poſt annum dilationis vnà cum dote reſtituere eorumdem fructuum æſtimationem. Ita Bartolus *in lege ſi conſtante,* §. *quoties, numero 9. ff. ſolut. matrimonio.*

Paulus

Paulus de Caſtro, Alexander, Ruinus, Capycius à P. Barboſa *d. l. 2. in princip. num. 5. verſ. contrariam tamen*, & Gomez *ad leg. 50. Tauri, num. 47.* relati, Zaſius *lib. 2. ſingular. reſponſ. cap. 3. numer. 11.* Iacobus de Arena *in dict. §. exactio.* Gomez *dict. num. 47.* Baldus Nouellus *de dote p. 8. priuil. 6. n. 12. ad fin.* Garſias *de expenſis cap. 8. numer. 32. & 34.* Matienzo *leg. 3. gloſſa 2. num. 15. & 35. tit. 1. noua recop.* Iacobus Cancerius *var. reſol. p. 1. cap. 9. n. 100. circa finem*, & ex Theologis Molina *de iuſt. & iure dict. tract. 2. diſput. 321. num. 3.* Probatur hæc ſententia per textum *in dict. §. exactio, verſ. fructibus videlicet, ſuprà num. 105. reſcripto*, vbi fructus rerum immobilium dotalium, & rerum mobilium poſt matrimonium ſolutum percepti quoad reſtitutionem faciendam mulieri æquiparantur, quatenus ibi dicitur, *ſimilique modo in penſionibus, vel vecturis nauium, &c.* ac proindè ſicut fructus rerum dotalium immobilium ex tempore ſoluti matrimonij percepti ſpectant ad mulierem, ita etiam fructus rerum mobilium percepti non ſolum poſt annum, ſeu dilationem ad reſtituendas res ipſas mobiles dotales, ſed etiam percepti intra annum dilationis, quamuis eorumdem fructuum, ſeu æſtimationis eorum, niſi elapſo dilationis anno vnà cum ipſis rebus dotalibus veniat facienda. Hoc enim efficit (vt expreſsè notat Baldus Nouellus *loco allegato*) dilatio illa legalis, vt mariti hæredes interim iuſtè fructus videantur poſſidere, & illis vti, & ſolum tranſacto anno; vel illos, vel eorum æſtimationem teneantur vxori reſtituere.

114 Contrariam ſententiam, & quod fructus ex prædictis rebus mobilibus à marito, vel eius hærede poſt ſolutum matrimonium percepti non incipiant pertinere ad vxorem niſi poſt annum, & dilationem legalem, ita quod idem maritus, vel eius hæres perceptos à ſoluto matrimonio intra annum ei ad eaſdem res dotales mobiles reſtituendas conceſſum faciat irreuocabiliter ſuos, tenent Iaſon *in dicta lege diuortio §. non ſolum ff. ſolut. matrim.* & plures alij Iuriſperiti à Petro Barboſa *dicta lege ſecunda in princip. num. 5. & in dicta leg. diuortio. §. non ſolum num. ſecundo, verſic. item ſupponit, & verſ. ex quo inferunt ff. ſoluto matrimonio*, relati, quorum ſententiam amplexus eſt, & latè tuetur idem P. Barboſa *dict. leg. 2. in principio numer. 9. & numeris antecedentibus, & ſequentibus, & in dicta lege diuortio §. non ſolum numero duodecimo, & numeris antecedentibus, & nonnullis ſequentibus.* Igitur idem Petrus Barboſa *in dicta lege ſecunda numero nono, & dict. paragrapho non ſolum, num pariter 9.* quoad præfatos fructus rerum mobilium dotalium diſtinguit duos caſus. Primus eſt quando iidem fructus fuerint nati, & curati poſt ſolutum matrimonium durante dilatione conceſſa ad reſtituendas ipſas res mobiles dotales; ſecundus quando iidem fructus ſunt nati & curati conſtante matrimonio, & illis adhuc pendentibus ſoluitur matrimonium. Et in primo caſu aſſerit procedere præfatam ſententiam, quod iidem fructus ſoluto matrimonio durante dilatione percepti nullo modo ſpectent ad vxorem, ſed integri acquirantur marito, vel eius hæredi: probatur primò, quia cum ex diſpoſitione Iuſtiniani *in dicta lege vnica, dicto paragrapho exactio*, præfatæ res mobiles dotales non debeant à marito, vel eius hæredibus reſtitui ſtatim poſt ſolutum matrimonium, ſed maritus, & eius hæres habeat dilationem anni ad illas reſtituendas durante illa legali dilatione non poteſt maritus, aut eius hæres videri in mora, ſi non reſtituat, *lege ſi pupillus ff. de verb. obligatione.* Et ſic ceſſante mora non debet teneri ad fructuum durante illa dilatione perceptorum reſtitutionem, *lege videamus 38. §. ſi actionem ff. de vſuris, lege initio Codic. de pactis inter emptor.* Elapſo autem dilationis anno cenſetur conſtitutus in mora iuxta allegatam *leg. magnam, Codic. de contrahenda, & committ. ſtipulat.* & conſequenter ab eo tempore tenebitur maritus, vel eius hæres ad fructuum poſt dilationem perceptorum reſtitutionem. Confirmatur eadem ſententia, quia vbi data eſt dilatio, quod interim fructus percipiantur, pertinet ad vtilitatem eius, cuius fauore inducta eſt dilatio, *leg. ſi conſtante §. quoties ff. ſolut. matrim. & leg. ſi mulier, paragrapho rerum*, vbi Gloſſa *ff. de action. rerum amotarum.* Item confirmatur, quia alioqui parum prodeſſet marito, vel eius hæredi prædicta dilatio legalis, ſi fructus durante dilatione perceptos teneretur reſtituere vxori finita dilatione. Item confirmatur, quia *dicto paragrapho exactio, verſic. ſin autem ſuperſederit*, ſi tranſacto à ſolutione matrimonij anno conceſſo ad reſtituendas eaſdem res mobiles dotales, eas non reſtituerit, iubet textus maritum, vel eius hæredem teneri præſtare vſuras æſtimationis rerum earundem mobilium: ergo durante dilatione ad nihilum teneri debet. Et cum dictus *paragraphus exactio d. verſ. ſin autem*, coniungat fructus, & vſuras, ac in mobilibus pro pecunia ſeu non naturaliter fructuoſis certum ſit, vſuras non deberi, niſi elapſo anno, iuxta tradita in præcedentibus, eadem interpretatio videtur admittenda quoad fructus, iuxta regulam *l. item hoc iure ff. de vulg.* Neque huic ſententiæ obſtat (inquit idem Petrus Barboſa *dicta lege ſecunda, numero ſeptimo verſic. neque replices, & in dicta lege diuortio §. non ſolum num. 8. verſ. inde iuxta*) textus *in dict. §. exactio, verſ. fructibus*, vbi dicitur fructus tam mobilium, quam immobilium eſſe reſtituendos, & ſic videntur iidem fructus quoad reſtitutionem æquiparari, & conſequenter ſicut fructus rerum dotalium immobilium poſt ſolutum matrimonium percepti ſunt vxori reſtituendi, ita etiam fructus rerum dotalium mobilium naturaliter frugiferarum ex tempore ſoluti matrimonij percepti debent eidem vxori reſtitui. Reſpondet enim idem Petrus Barboſa, *illum verſ. fructibus*, non ſtare de per ſe, ſed continuatiuè ad præcedentia, eſſeque appendicem dictorum præcedentium, & ſic debere intelligi daris paribus terminis, & iuxta diſtinctionem factam in principio *dict. §. exactio*, ſcilicet vt fructus quidem immobilium veniant reſtituendi ſtatim à die ſoluti matrimonij, quia etiam ſtatim maritus, vel eius hæres videtur eſſe in mora reſtituendi eadem immobilia; fructus autem mobilium ſint reſtituendi à die finitæ dilationis anni ad illa reſtituenda conceſſi, quia ab illo tempore incipit in mora conſtitui, & ſic incipit militare eadem ratio, quæ in immobilibus: in confirmationem huius reſponſionis, ſeu intellectus *dict. verſic. fructibus*, idem Barboſa *in dicta lege diuortio §. non ſolum, numero 13. verſ. expendo*, ponderat, quod in *eodem verſic.* ibi, *ſimilique modo*, commiſcentur exempla, in quibus verſitur diuerſa ratio; nam proponit exemplum in penſionibus domorum locatarum, quas certum eſt ſtatim ad vxorem pertinere, prout & ipſa domus dotalis ſtatim eſt reſtituenda; & idem ſubdit, ita

ita & in annonis ciuilibus, quia & rebus immobilibus accedunt *l. fin. §. præterea C. de iure dot.* Quare alia exempla (reaſſumit idem Barboſa) quæ de vecturis nauium, vel operis ſeruorum debent etiam intelligi in caſibus, in quibus debent ſtatim ipſæ res mobiles ad vxorem pertinere, ſcilicet à die finitæ dilationis legalis ad eas reſtituendas, vel etiam quando fructus mobilium tales ſint, vt etiam conſtante matrimonio non pertineant ad maritum, vt in caſibus *num.* 112. notatis. Prædicta Barboſa quoad primum caſum, quando fructus mobilium dotalium nati, ſiue curati ſunt poſt ſolutum matrimonium durante annali dilatione ad illa reſtituenda. Quoad ſecundum caſum, quando fructus eorumdem mobilium dotalium nati, vel curati ſunt conſtante matrimonio, & illis pendentibus diſſolutum eſt matrimonium, tunc ait idem P. Barb. habere locum deciſionem eiuſdem *l. vnica §. cumque, verſ. ſed & nouiſſimi anni C. de rei vxor. act.* nempe tunc fructus pro rata eſſe diuidendos inter coniuges, & conſequenter ſuam partem ſtatim eſſe reſtituendam vxori. Rationem autem differentiæ in vtrumque caſum idem Barboſa ait eſſe, quia in primo caſu cum fructus quoad omnia videantur percepti pendente dilatione legali in fauorem mariti, æquum eſt eos fructus in ſolidum ad eum pertinere, in ſecundo caſu cum maritus in fructibus pendentibus habeat partem eorumdem fructuum ratione onerum matrimonij, noluit lex, quod aliam partem faceret ſuam ratione dilationis legalis extraordinario iure inductæ ob tollendam inæqualitatem inter coniuges, & ne iidem fructus diuerſo modo cenſerentur, ſcilicet partem illorum faceret ſuam maritus ratione onerum matrimonij, & aliam partem pariter haberet ratione dilationis, quaſi eſſent percepti pendente dilatione legali, cum vna, & eadem res diuerſo iure non cenſeatur, *capite quia circa, de priuilegiis, capite cognouimus* 12. *quæſtione ſecund. & leg. cum qui ades ff. de vſucap.* prædicta omnia ſtrictè collecta ex prolixis diſcurſibus Petr. Barboſæ *in dict. leg. ſecund. in principio, & in dict. lege diuortio, §. non ſolum, à numero primo ad* 14. Qui etiam *dict. §. non ſolum fine*, addit quod etiam elapſo anno dilationis legalis non tenebitur maritus ad fructus perceptos ex mobilibus dotalibus vxori reſtituendos, ſi aliqua cauſa eum à mora excuſare poſſit; quod ait notabiliter explicari, ac probari à Socino *conſilio* 126. *numer.* 5. *libro primo*, & Ploto *tractat. de in litem iurando*, §. 11. *num.* 34.

115 Verum prædictis non obſtantibus, puto non eſſe recedendum à prima ſententia, quam potius perſuadet generalitas *dict. §. exactio, in allegato verſic. fructibus.* Et æquiparatio quoad fructuum reſtitutionem rerum dotalium immobilium, & mobilium vxori faciendam ex tempore diſſoluti matrimonij perceptorum, quæque tot cauillis, & tricis, variiſque intellectibus iurium, quibus Barboſa conatur poſteriorem probare, non eget; & quia non apparet, cur fructus eorundem mobilium percepti ex die diſſoluti matrimonij durante anno dilationis legalis ad ea reſtituenda maritus, vel eius hæres faciat ſuos, & non etiam maritus faciat integrè ſuos fructus conſtante matrimonio natos, & curatos pendentes tempore diſſolutionis matrimonij, cum maior ratio ſit, vt tunc propter onera matrimonij ſuſtentata integrè ad maritum pertineant, etſi dilatio legalis poſt ſolutum matrimonium efficit, vt fructus ad maritum, vel eius hæredem pertineant, quia nondum eſt in mora reſtitutionis; ita etiam non poſſit conſiderari mora reſpectu fructuum, quibus pendentibus matrimonium diſſoluitur.

Rerum dotalium immobilium, & mobilium naturaliter frugiferarum, quæ inæſtimatæ in dotem datæ ſunt, fructus nouiſſimi anni, quo ſolutum eſt matrimonium pro rata portione temporis, quo eo anno matrimonium durauit, diuiduntur inter coniuges, & qua ratione?

Circa verò illud, quod idem Petr. Barboſa in dicto ſecundo caſu dicit, nempe fructus rerum mobilium dotalium nouiſſimi anni, in quo matrimonium eſt ſolutum, pro rata eſſe diuidendos inter coniuges. Certum eſt, quod rerum dotalium naturaliter frugiferarum, ſiue immobilium, ſiue mobilium, quæ ſint datæ in dotem inæſtimatæ, fructus nouiſſimi anni, in quo ſoluitur matrimonium, pro rata temporis, quo illo vltimo anno durauit matrimonium, eſſe diuidendos inter maritum, ſeu eius hæredes, & ipſam vxorem, vt expreſsè habetur *dict. lege vnica §. cumque ex ſtipulatu fine, Codice de rei vxoriæ actione*, & tradunt Doctores communiter ibi ſcribentes, & ſcribentes *in lege diuortio ff. ſoluto matrimonio*, vbi etiam Petr. Barboſa, *& præſertim §. non ſolum, ex numer.* 14. Præter quos alij, præcipuè Mantica *de tacitis, & ambiguis conuent. libro* 12. *titulo* 31. Gomez *ad leg.* 50. *Tauri, num.* 33. *verſicul. adde tamen circa ſuperiora.* Fontanella *de pactis nupt. clauſula ſexta, parte ſecund. ex numer.* 40. apud quos alij Iuriſperiti, & ex Theologis Rebellus *de obligat. iuſtitiæ parte ſecund. libro ſexto, quæſtione* 12. *numer.* 14. *&* 15. Qui Barboſa, Mantica, Fontanella, Gomez, & Rebellus explicant, qua ratione facienda ſit præfata diuiſio, ex quibus noto ſequentia? 116

Igitur circa dictam diuiſionem fructuum dotium illius nouiſſimi anni aduertendum, quod etſi annus regulariter computari ſoleat à Ianuario ad Ianuarium, vel de die feſto Sancti Ioannis Baptiſtæ ad alium ſimilem diem ſequentis anni, vel etiam à die feſto Sancti Michaëlis ad aliam ſequentis anni diem eiuſdem feſti ſecundum ſubiectam materiam; in hac tamen materia diuiſionis annuorum fructuum, vt ſciatur pro qua parte maritus, vel eius hæres lucretur fructus vltimi anni, quo ſolutum eſt matrimonium, non fit eo modo computatio anni, ſed à die contracti matrimonij, & ſuſtentationis onerum matrimonij, vt ſcilicet ea parte anni, qua maritus onera matrimonij ſuſtinuit, fructus quoque ad eum, vel ad illius hæredes pertineant, pro reſiduo tempore ad vxorem, vt per textum *in dicta lege diuortio in principio* (cuius verba ſunt) *diuortio facto fructus non ex die locationis, ſed habita ratione præcedentis temporis, quo mulier in matrimonio fuit*) *in lege de diuiſione, & in lege fructus ff. ſoluto matrimonio*, tradunt communiter Doctores, tum ſcribentes *in dicta lege diuortio*, vbi latè Petrus Barboſa *dicto §. non ſolum, ex numer.* 14. *& in dicta lege diuortio in principio, parte ſecund. numer.* 96. tum alij. Mantica *dicto titulo* 31. *numer.* 13. Gomez, & Rebellus *locis citatis*, Fontanella *dicta parte ſecund. numer.* 40. *& duobus ſequentibus*, & alij à Fontanella latè allegati, & præſertim 117

præſertim Paulus de Caſtro *in dicta lege de diuiſione*, vbi ait penſiones fundi dotalis locati antequam matrimonio contracto traderentur in dotem, ſpectare ad maritum pro rata temporis, quo matrimonij onera ſuſtinuit, & addit, quod annus in iſta materia poteſt conſiderari duobus modis, vno vt ſciatur, quam fructuum partem debeat conſequi maritus, & quam ille, qui dotem promiſit, vel cui dos eſt reſtituenda: & annus, ait, ad hunc effectum incipit tempore locationis *dicta lege diuortio in 2. parte*, ſed ad effectum lucri faciendi per maritum de fructibus dicit non videri annum incipere niſi à die contractus matrimonij, ſubintelligendo tamen, & ſuſtentationis onerum matrimonij, ſine quibus maritus dotis fructus non facit ſuos vt ſæpius *in præcedentibus* dictum eſt, & hoc idem notat Mantica *dicto numero* 13. Et quamuis Monterus *deciſione* 17. *& numero* 19. voluerit *dictam legem diuortio*, quoad præfatam anni computationem procedere ſolum ſoluto matrimonio per diuortium, non ſoluto per viri mortem, vt in hoc caſu fructus integrè ad vxorem ſpectent, quia ex fructibus indiuiſis pinguior, & locupletior fit, nec præſumendum, ſic legem voluiſſe mariti hæredes præferre vxori; nihilominus hæc diſtinctio, vtpotè contra Doctores communiter reiicienda eſt (prout expreſſe illam reprobant Fontanella *n.* 43.) quia rata illa fructuum vltimi anni conceditur ratione onerum, quæ conſtante matrimonio ſuſtinuit: quæ ratio æque militat tam ſoluto matrimonio viri morte, quam diuortio.

118 Ex quibus apparet (vt etiam aduertunt Petrus Barboſa *in dict. lege diuortio*, §. *non ſolum*, *numero* 16. Gomez *vbi ſuprà*, Fontanella *dict. part. ſecund. numero* 45. & alij apud eoſdem) in hac ſpeciali materia fructuum dotis quoad dictam anni computationem faciendam pro diuidendis ad ratam fructibus, non attendi, an maritus receperit, vel non, fructus dotis, antequam matrimonium diſſolueretur diuortio, vel viri morte. Quare ſi oues partui proximæ, vel agni proximi tonſuræ, tradantur in dotem, maritusque hos fructus perceperit, & eis perceptis diſſoluatur matrimonium intra menſem, omnes fructus percepti ad maritum non ſpectant (ſicut ad alium fructuarium ſpectarent) ſed pro rata menſis, quo durauit matrimonium, & ipſe ſuſtinuit onera matrimonij, & rata fructus aliorum menſium, qui matrimonium præceſſerunt, nec maritus onera ſuſtinuit, ſpectabit ad maritum: ita Barboſa *dicto numero* 16. ſimiliter ſi maritus recepit in dotem fundum plenum fructibus, ſcilicet tempore meſſis, vel vindemiæ, & colligit fructus, & poſt eos collectos ſtatim diſſolutum eſt matrimonium, ipſe, vel eius hæres habebit fructus, non omnes (vt omnes faceret ſuos alius vſufructuarius *lege defuncta*, *ff. de vſufructu*) ſed pro rata anni ſuſtentationis onerum matrimonij, & per contrarium, ſi fundus vacuus in dotem ſit traditus marito, & ipſe deceſſerit fructibus pendentibus, ſimiliter lucratur fructus, & eos conſequuntur illius hæredes pro rata temporis, quo onera ſuſtinuit, idque ob idem fundamentum, quod nihil impedire poſſit, ne maritus pro rata temporis, quo ſuſtinuit onera matrimonij, fructus dotis lucretur, ſicut nec quod vltra illud eos faciat ſuos, ob eandem rationem onerum matrimonij ſuſtentatorum, vel non ſuſtentatorum per maritum, vt *præfatis locis* Gomez, Fontanella, & Petr. Barboſa, qui *dicto* §. *ſolum num.* 17. *initio*, addit, quod ſi fundus dotalis plenus fructibus tradatur marito, vt dicitur initio *dictæ legis diuortio*, cum tunc ex illis fructibus iam conſultum ſit marito, ex nouis fructibus non incipiet lucrari, niſi ab eo tempore, quo ſint nati, ſeu producti in rerum natura: in eo autem caſu diſſoluti matrimonij fructibus pendentibus; ſi maritus fundum dotalem cum iiſdem fructibus pendentibus reſtituerit vxori, ea cauere debet de iiſdem fructibus reſtituendis pro rata, & ſi etiam maritus locaſſet fundum colono eandem vxorem cauere debere de reſtituenda parte mercedis pro rata, tradit Gloſſa *in dicta lege vnica*, *dicto paragrapho cumque*, *verbo temporis*, *iuxta dictam leg. diuortio*, *legem ſi alienam*, *ff. ſoluto matrimonio*.

Quibus ſtantibus etſi maritus in pluribus æquipararetur vſufructuario, tamen in hoc ab eo differt, quod vſufructuarius facit ſuos fructus ſeparatos à ſolo, *vt in dicta lege defuncta*, *ff. de vſufructu*, ſicut etiam & emptor, vel alius ſucceſſor, *in lege Iulianus*, §. *ſi fructibus*, *ff. de actionibus empti*: maritus verò fructus dotis rerum dotalium facit ſuos ſolum pro rata, vt ſupra; & ratio differentiæ eſt, quia fructuarius, vel emptor lucratur fructus collectos, vel ſeparatos à ſolo ratione ſimplicis, & abſoluti iuris, quod habet non reſpectu alicuius oneris, vel cauſæ, & ſic ſufficit eum habere ius, quo tempore percipit; maritus verò lucratur fructus ratione oneris matrimonij, non ratione iuris, quod habeat, & ideo nonniſi pro eo tempore, quo onera matrimonij ſuſtinuit, debet conſequi fructus, vt etiam præallegati Doctores. Etſi verò maritus, & fructuarius differant quoad lucrum fructuum, qui percipiuntur ſolum certo tempore, vt ſunt fructus prædiorum ruſticorum, agri, vineæ, tamen conueniunt quoad fructus, qui dietim videntur percipi, vt ſunt penſiones operarum ſerui locati ſiue per maritum, cui datus ſit in dotem ſeruus, pro quibus operibus videtur merces debita, & etiam penſiones prædiorum vrbanorum, ſeu domorum, cum eorum vſus & vtilitas dietim percipiatur; & ſic etiam merces dietim videtur deberi; in his enim vſufructuarius mercedes operarum ſerui locati vel domus, pro tempore decurſo ante mortem locatæ vſufructuarius decedens tranſmittit ad ſuos hæredes, & ſimiliter maritus mercedes operarum lucri dotalis locati, vel domus dotalis locatæ pro rata temporis, quò ante diſſolutum matrimonium illius onera ſuſtinuit lucratur: ita etiam Petr. Barboſa *dicto paragrapho non ſolum*, *numero* 18. *&* 19. Qui paulò ante *dictum num.* 18. *& in dict. lege diuortio in princ. parte ſecunda*, *num.* 96. rectè notat præfatum modum diuidendi fructus rerum dotalium vltimi anni, in quo ſoluitur matrimonium, regulariter habere locum duntaxat in materia, ſeu cauſa dotis ob peculiarem illam rationem, nempè quod cum maritus ratione onerum (quæ ſunt cauſa principalis, & præcipua, vt marito dotis fructus acquirantur, *vt in præcedentibus* probatum eſt) faciat ſuos fructus rerum dotalium, ſemper ad onera præcipuè debet haberi reſpectus, vt ſic eatenus maritus dotis fructus ſuos faciat, aut feciſſe dicatur, quatenus onera matrimonij ſuſtinuit, quæ ratio in aliis caſibus non militat, in quibus propterea cenſeatur deciſio dictæ legis *defuncta*. Quod ſi in aliis eſſet ſimilis ratio, vt nimirum fructus ob aliquem laborem vel aliquam cauſam habentem tractum ſucceſſiuum (qualem putat Couarruuias *variar. reſol. lib.* 1. *cap.* 15. *numero* 12. *&* 13.

eſſe in beneficiario, & penſionario, quibus ratione continui miniſterij fructus beneficij, vel penſionis debentur) propter identitatem rationis idem modus diuidendi fructus locum haberet, vt *locis citatis* Couarruias putat beneficiarium, & penſionarium decedentes pendentibus fructibus beneficij, vel penſionis tranſmittere ad ſuos hæredes portionem fructuum pro rata temporis illius vltimi anni, in quo ſuſtinuerunt onus miniſterij, ſeu ſeruitutis beneficio, & penſioni annexum. Denique aduertendum, quod ſi fundus dotalis eſſet talis, qui bis in anno ferret fructus, in diuiſione eſſet habenda ratio dimidij anni, quæ integri, vel ſi ſemel in triennio, eadem triennij, quæ & anni: pro rata enim temporis dimidij anni, vel triennij ſi maritus onera matrimonij ante illud ſolutum ſuſtinuit, fructus ad illum, vel eius hæredes ſpectabunt, cum onera matrimonij (vt dictum eſt) ſint ratio præcipua, vt maritus fructus rerum dotalium lucretur. Ita etiam Fontanella *dict. part.* 6. *num.* 48. & alij Iuriſperiti ab eo relati, & etiam Rebellus *dict. quæſt.* 12. *num.* 14.

Et hactenus de materia huius capitis, & de toto hoc opere ſeu tractatu. De nonnullis enim aliis ad hanc dotis materiam ſpectantibus, nempe de dotis lucro, & augmento, de donatione propter nuptias, de dote putatiua, de bonorum dotalium alienatione plura, & præcipua tradita ſunt *in præcedentibus capitulis*: non pauca etiam ſunt explicata *in præcedenti tractatu de alimentis*: vbi etiam latè de iudice in cauſa alimentorum, qui idem eſt in cauſa dotis. De legitima autem filiis debita plura tradita ſunt *in præcedentibus huius tractatus*, & etiam *in tract. de alimentis*, præter quæ nihil aliud ſcribendum duxi, remittens ſtudioſum ad Merlini tractatum de legitima, in quo de omnibus legitimæ materiam concernentibus ordinatè, & exactè agit, ne actum agam.

INDEX

INDEX
RERVM NOTABILIVM,
Quæ in Capitibus huius Tractatus comprehenduntur.

Prior Numerus Paginam, Poſterior verò Numerum marginalem denotat.

A

Abſens, Abſentia.

VIDE verbum *Beneficium, Priuilegium, Pollicitatio, Stipulatio.*

Abſurdum.

Abſurdi vitandi cauſa à regulis iuris receditur. pagina 12. num. 50. fine.

Acceptilatio.

Vide verbum *Dos quoad varia.*

Acceſſorium.

Acceſſorium,& additamentum in qualibet re eſt eiuſdem naturæ,cuius eſt principale,& idem ius cenſetur de vtroque. p.14.15. n.59.& 60.

Acconcium.

Vide *Fideicommiſſum.*

Actio, Agere.

Si venditor rei alienæ, aut emptor rei ex pecunia aliena non ſit ſoluendo, in ſubſidium datur domino rei venditæ, vel pecuniæ actio ad conſequendam pecuniam ex venditione redactam, & ad vendicandam rem ex ſua pecunia emptam. p. 16.n.65.

Quæ actio non extenditur ad præiudicium creditorũ habentium ex generali oblatione hypothecam in re ipſa empta, poſtquam tranſiuit in dominium ementis. ibidem.

Actio reuocatoria Caluiſiana Fauiana competit filiis quando bona à patre, & matre alienantur in fraudem filiorum. p. 224. n. 86.

Actio reuocatoria Pauliana datur ad reuocandam alienationem in fraudem creditorum. ibidem.

Ex promiſſione alius agere non poteſt, quamuis cui promiſſio facta eſt. p. 547.n.48. fine.

Omnis actio reuocatoria competit in ſubſidium aliorum bonorum, ſcilicet non extantibus aliis bonis. p. 546. cap. 14. n. 8.

Actio alicui competens extinguitur, ſi ex poſtfacto ceſſat intereſſe. p.664. n.7.

Actio eadem perſonalis poteſt eſſe apud duos.pag.96. numero 132.

Actio iniuriarum alia eſt in patre, alia in filio. ibid.

In duobus reis debendi duæ ſunt actiones. ibidem.

Mulier volens agere contra maritum, poteſt petere prius ſequeſtrationem thori. 366. n.193.

Vide *Inofficioſa Dos, Legitima, Pactum, Præſcriptio & Stipulatio.*

Actio hypothecaria, Actio in rem contra tertium poſſeſſorem, Actio ex lege.

Pro conſequenda dote legata in bonis legatis contra tertios poſſeſſores competit actio in rem, & hypotheca. p. 224. num.88.

Legatariis ad conſequenda legata contra tertios poſſeſſores bonorum legantis competit hypotheca legalis, ibid.

Si certa bona fuerunt aſſignata pro dote,ad illa conſequenda competit hypotheca ſpecialis contra quemcumque illorum poſſeſſorem. pag. 225. n. 89.

Pro dote à patre promiſſa genero patris bona manent tacitè hypothecata, & in ſubſidium ad eam conſequendam agitur contra tertios poſſeſſores bonorum patris. ibid.

Ad conſequendam dotem ex vigore ſtatuti ex bonis patris filiæ debitam eadem filia in ſubſidium agere poteſt contra tertios poſſeſſores actione ex lege. ibid. n.91.

Procedit etiamſi filia fuiſſet à marito dotata. ibid.

Condictio, ſeu actio ex lege, ſtatuto, vel moribus eſt perſonalis; ſed in rem ſcripta, & afficit tertios poſſeſſores. ibid.

Pro legitima conſequenda contra tertios poſſeſſores filiis competit in ſubſidium actio, ſeu condictio ex lege.ibid.

Pro legitima filiis non competit hypotheca, ſeu actio hypothecaria contra tertios poſſeſſores bonorum patris.ibid.

Ad actionis hypothecæ præſcriptionem requiritur quadraginta annorum ſpatium. p. 547.n.12.

Actio hypothecaria iure communi proſequitur omnia bona hypothecata. p. 701. n.5.

Vide verbum ſequens *Hypotheca pro dote.*

Actio pro dote, ſeu dotis.

Quæ actio detur pro recuperanda dote data ſponſo contemplatione futuri matrimonij, eo non ſequuto. p. 58.n.121.

Si pater pro filia, vel alius pro muliere promiſit dotem marito, actio ad petendam dotem contra promittentem competit marito, non filiæ, aut mulieri, & qua ratione filia ipſa petere poſſit à patre. pag.347. n.47.

Mulier,

Mulieri, in cuius fauorem alius promiſit dotem marito, competit actio directa ad petendam dotis ſolutæ reſtitutionem à marito.ibid.
Si dote non ſoluta diſſolutum ſit matrimonium morte mariti, an mulier poſſit directè agere contra promiſſorem dotis abſque hæredum mariti ceſſione.ibid.
Si dos à patre ſit nomine filiæ legata ſponſo, ſeu genero, filiæ, & non genero competit actio ad petendam dotem. ibid.n.48.
Differentiæ ratio quoad actionem inter dotem legatam nomine filiæ, ſeu mulieris, & dotem promiſſam. ibid.
Filia ex cauſa dotis non poteſt agere contra patrem iure actionis,ſed tantum implorato iudicis officio.ibid.
Olim mulieri rei vxoriæ actio dabatur pro repetenda dote marito data, & quando competeret, & ad quas res dotales repetendas daretur, erat bonæ fidei, & transfuſa eſt in actionem ex ſtipulatu, *lege vnica, Codice de rei vxoria actione*. pag. 374. numero 6.
Marito illa non competebat, hodie competit actio ex ſtipulatu vltra actionem *ex lege ad exactionem Cod. de dotis promiſſ.* ibidem.
Vide *Dos profectitia*, *Fideicommiſſum*, *Hypotheca pro dote*, *Pactum nudum*, *Stipulatio.*

Actus.

Ex actu nullo regulariter nihil vtile, & validum produci poteſt.p.101.n.151.
Cum duo interueniunt actui, intelligitur actus eius nomine geſtus, ad quem principaliter pertinet. p.102. n.128.
Ad poſitionem alicuius actus non ſequitur poſitio alterius actus, qui ab ipſo actu poteſt eſſe ſeparatus. p.282.n.29.
Vt valeat actus admittenda impropria verborum acceptio, & benigna interpretatio. p.571. n.16.
Vbi actus eſt iam conſummatus,& legitimè factus,caſus ſuperueniens, in quo non potuiſſet habere initium, non vitiat, ſeu annullat.p.629.n.247.
Vide *Tacitum.*

Adiectiua.

Duo adiectiua ſeparatè poſita in dubio ponuntur pro coniunctis, maximè in lege & ſtatuto. pag. 53. num. 105.

Adminiſtrare, Adminiſtrator.

Pater naturalis non adminiſtrans bona filiæ naturalis, neque illius debitor pro ea dotem promittens, cenſetur facere animo donandi,ſicut extraneus.pag.142. num.92.
Quid ſi idem pater naturalis,vel extraneus promiſiſſet dotem nomine filiæ, ſeu mulieris, an dos cenſeatur donata. ibid.n.93.
Si filia naturalis, ſeu mulier iam promiſiſſet dotem ſponſo, vel marito pro ſe, & pater vel extraneus poſtea pro ea ſimpliciter dotem promittat, an præſumatur feciſſe animo donandi, vel gerendi negotium filiæ, ſeu mulieris.ibid. n.94.
Frater habens bona communia cum ſorore, ſi ex illis bonis pro ſorore dotem ſimpliciter promittat, an cenſeatur partem ſibi contingentem donare, & ſimiliter mater habens bona communia cum filia illa adminiſtrans eadem bona ſimpliciter promittens, ſeu dans pro dote filiæ, an præſumatur ſuam partem donare. pag.143. n.95.97.
Vide *Extraneus.*

Adoptiuus.

Vide *Pater quoad obligationem dotandi.*

Aduentitia, Aduentitiorum vſusfructus.

Relictum filio ſub commemoratione patris iure digeſtorum cenſetur relictum intuitu patris, & eſt profectitium; hodie verò, & iure codicis in dubio cenſetur aduentitium.p.72.& 73.n.26.& 27.
Relictum ab extraneo factum filio ſub commemoratione patriæ poteſtatis,v.g. Titio exiſtenti ſub poteſtate Sempronij patris, ſi non ſit pro dote, hodie quoad vſumfructum cenſetur factum contemplatione patris, non verò quoad proprietatem: ſi ſit pro dote, non cenſetur relictum contemplatione patris, neque quoad proprietatem, neque quoad vſumfructum. p.73.n.27.

Æqualis, Æqualitas, Inæqualitas.

Pater in dubio præſumitur velle ſeruare æqualitatem inter filios. p.52.n.52.
Pater inter filios debet ſeruare æqualitatem. pag.518. num.28.
Hoc tamen eſt conſilium, non præceptum. pag.519. num.29.
Et ſic pater de iure communi pro libito poteſt vni filiæ dare maiorem dotem, quàm alteri, dummodo omnibus det congruam. ibid.
Poteſt maiorem dotem dare ſecundæ filiæ, quàm primæ iam nuptæ, ſi eius facultates ſint auctæ. p.515. num.10.
Poteſt pater inæqualem dotem conſtituere filiabus propter inæqualitatem virorum quoad nobilitatem, & quoad diuitias. p.517.n.17.
Poteſt pater dotem inæqualem conſtituere filiabus quæ vel diuerſo tempore, vel in diuerſis ciuitatibus ſunt nuptæ ratione diuerſæ conſuetudinis dotandi. p.518.n.26.
Alius autem poſt mortem patris non poteſt hanc inæqualitatem facere.ibid.
Pater poteſt maiorem dotem vni filiarum dare quàm aliis ſecundum concurrentias temporum, & circunſtantias facti; neque tum filiæ prius dotatæ cum minori dote poſſent conqueri, & petere ſupplementum dotis ad inſtar aliarum filiarum vltimo loco dotatarum. p.519.n.29.

Æquitas.

Æquitas non admittitur in præiudicium tertij. p.16. num.66.
Vide *Dos congrua.*

Æs alienum.

Dos (ſuppoſito quod ſolum officio iudicis debeatur filiæ) etſi ante promiſſionem non eſt verum debitum patris,neque verum æs alienum, eſt tamen quaſi debitum, & quaſi æs alienum. p.125.n.18.
Reſpectu patris cenſetur æs alienum. pagina 208. numer. 12.

Æſtimatio.

Æſtimatio facit emptionem, & eſt propriè alienatio. p.279.n.70.
Quænam æſtimatio præſertim rerum dotalium faciat, vel non faciat emptionem. p.582.n.63. & pag.646. num.6.
Vide verbum *Dos æſtimata, Emptio.*

Æſtimum.

Quod ex æſtimo communi bonorum ciuitatis apparet, dicitur eſſe probatum. p.604.n.140.

Affectio, Amor.

Nullus amor vincit paternum. p.537.n.89.
Et præſumitur pater magis diligere filium, quàm nepotem. p.75. n.40. & p.81.n.64.
Et in vniuerſum præſumitur magis diligi coniunctiorem ſanguine, quàm remotiorem.ibid.

Agnatio, Agnatus.

Vide verb. *Fideicommiſſum.*

Alienare, Alienatio rei Eccleſiæ.

Alienandi prohibitio.

Alienatio ficta etiam confirmata iuramento eſt nulla. p.224.n.28.

Notabilium.

Epiſcopus poteſt habere ratam alienationem rerum Eccleſiæ immobilium abſque ſolemnitate debita factam ſede vacante.p.279.n.70.

Eccleſia, ſi velit, poteſt habere ratam alienationem rerum Eccleſiæ abſque ſolennitate legitima factam ſibi vtilem.ibid.

Contractus alienationis, & ſimilis à pupillo, vel minore curatorem habente ſine tutoris, aut curatoris, vel iudicis decreto (quando eſt neceſſarium) celebratus eſt nullus ſolum in fauorem minoris. ibidem.

Res Eccleſiæ ſemel cum ſolemnitate iuris facta alienabilis efficitur ſemper alienabilis abſque ſolemnitate. p.280.n.75.

Alienationes, quæ fiunt ex cauſa neceſſaria, velut ex dote, non præſumuntur fraudulenter factæ. pag. 559.n.53.

In alienatione neceſſaria non requiritur conſenſus prohibentis alienationem, vel domini directi, & quæ dicatur alienatio neceſſaria.p.585.n.72.

Vide *Bona dotalia*, *Dos æſtimata*, *Dos ineſtimata*, *Fideicommiſſum*, *Fundus dotalis*, *Succeſſor*,

Alimenta, Alendi obligatio.

Pater filio ingrato non tenetur dare alimenta pinguia, tenetur tamen (ſi aliunde nequeat habere) dare alimenta præciſè neceſſaria ad vitæ ſuſtentationem.p.150.n.124.

Alimenta an, & quæ à parte ſint præſtanda iure ciuili filiis ſpuriis. p.163.n.191.

Obligatio alendi, ſicut & dotandi filios, & deſcendentes non attenditur ex iure ſucceſſionis, neque ex patria poteſtate. p.176.n.7.

Alimenta relicta à teſtatore prout in vita conſueuerat, intelliguntur ſecundum annos immediatè eius mortem præcedentes. p.301.n.121.

Maritus tenetur præſtare alimenta vxori ſine eius culpa ſeorſum ab eo habitanti. p.20.n.11.

Alternatiua.

In alternatiuis electio eſt debitoris quid velit reſtituere.p.662.n.79.

Ancillarum partus.

Vide verbum *Dos æſtimata.*

Annus.

Annus conſideratur duobus modis in materia fructuum dotalium.p.753.n.117.

Amiſſum.

Vide verbum *Fideicommiſſum.*

Arbiter, Arbitria, Arbitramentum, Arbitrator.

Arbitratore à partibus ad æſtimationem, ſeu valorem rei declarandum electo non arbitrante regulariter nulla redditur ſtipulatio, ſeu diſpoſitio, nec receditur à perſona electa. p.309.n.151.

Cum aliquid remittitur iudicis arbitrio, hoc arbitrium debet eſſe diſcretum, & regulatum, ac probabilibus rationibus ſuffultum. p.514.n.3.

Vide *Dos æſtimata*, *Emptio*, *Promiſſio dotis.*

Argumentum.

Argumentum de minori ad minus valet. pag. 506. num.105.

Argumentum de pacto expreſſo ad tacitum non valet. pag.507.n.106.

Arrha.

Quæ ſint arrhæ de iure communi, quæ dantur à ſponſis; & quæ ſint arrhæ apud Hiſpanos. p.36.n.38.

Vide verbum *Donatio propter nuptias.*

Aſſecuratio dotis.

Iura fuerunt ſolicita circa aſſecurationem & conſeruationem dotis.p.509.n.111.

Dos mulierum, quantum fieri poteſt, in tuto eſt collocanda.ibid.

Vide verbum *Fideiuſſio.*

Augmentum, Augmentatio dotis.

Fructus dotis, ſeu ex re dotali percepti, an, & quando augeant dotem, & actione de dote petantur. p.8.ad 15.n.53.ad 64.

Augmentum, additamentum, & acceſſiones, quæ doti ſuperueniunt, ſunt eiuſdem naturæ ac vitium, eodem dotis iure regulantur, iiſdemque priuilegiis gaudent: atque quod ſancitum eſt de dote, intelligitur ſancitum ex natura acceſſorij, vel ex ſpeciali priuilegio, & fauore à iure doti conceſſo. pag. 15.n.61.& 62.& p.233.n.8.

Vbi quod augmentum dotis cenſetur pars dotis. pag. 312.n.157.

Augmentum dotis factum mulieri à marito an ſit propriè dotis augmentum, an verò propriè donatio propter nuptias, gaudeatque, necne dotis priuilegiis.p.312.n.158.cum pluribus ſeqq.

Quod à viro contrahente cum conſanguinea, vel affine pro augmento dotis iniuncto à S. Pontifice in diſpenſatione, an ſit propriè dotis augmentum, & dotis pars, an donatio propter nuptias filiis primi matrimonij reſeruanda, ſi mulier ſecundò nupſerit. p.313.n.160.p.316.& 317.n.170.172.173.

Quid de donatione remuneratoria, ſeu compenſatoria à marito facta vxori conſtante matrimonio cauſa dotationis & augmenti dotis. ibid.n.161.& 170.

Quid de dote à defloratore puellæ eam ducente in vxorem datæ.ibid.

Quid de augmento dotis à viro ex pacto ante matrimonium facto ſponſæ, vel facto à viro ignobili, vel ſene mulieri nobili aut iuueni.p.315. n. 166.

Quid de dote vel dotis augmento à viro diuite conſtitutis puellæ pauperi, quam in vxorem duxit. ibid.

Dotem, & augmentum dotis à marito conſtituta eſſe reſeruanda filiis primi matrimonij, quando intelligendum. p.301.n.120.

Hodie augmentum dotis ante contractum matrimonium à viro mulieri ſponte factum non eſt donatio propter nuptias, ſed dotis augmentum ſtatim eidem mulieri irreuocabiliter acquiſitum.p.318.n.174.

Augmentum dotis à muliere factum etiam conſtante matrimonio veræ dotis priuilegia habet ceſſante omni fraudis, ſeu donationis prohibitæ ſuſpicione. p.510.n.116.

Augmentum dotis viro per mulierem factum, & ſponſalitium eidem mulieri iuxta morem regionis à viro factum paulo antequam decoqueret, an dici poſſint facta in fraudem creditorum. pag. 560. num.54.

Inducta ad augmentum non debent operari diminutionem.p.638.n.373.

Vide *Fideicommiſſum.*

Authentica, Authentica Res quæ.

Diſpoſitio authenticæ *ſed quamuis*, *Codice de rei vxoriæ actione*, an procedat etiam in dote à patre promiſſa, quæ conſtante primo matrimonio filiæ non fuit ſoluta.p.53.n.106.

De intellectu *Auth. res quæ, C. com. de legatis*; quatenus diſponit bona fideicommiſſi pro dote conſtituenda etiam vltra quantitatem legitimæ, & etiam reſtituenda poſſe alienari. pag.212. num.32. & p.214. n.45.& 46.& p.584.n.69.& p.589.n.92.

Vbi latiſſimè explicatur d. *Auth.*

Vide *Fideicommiſſum.*

Auus, Proauus Paternus.

Auus præſumitur magis diligere filium, quàm neptem ex filio.p.81.n.64.

Et maiorem affectionem ad agnationem conſeruandam, quàm ad ipſam neptem.ibid.

Auus paternus ſecundariò & acceſſoriè tenetur neptes ex filio dotare, quando pater iam non viuit, vel

eſt

eſt inops. pag. 132. numero 12.

Et ſi dotet ex pecunia filij, in qua habet vſumfructum, eo mortuo filius habet illã pecuniã præcipuã. ibid.

Mortuo filio ſimpliciter dotans neptem ex eodem filio cenſetur dotare ex propriis bonis, non ex bonis filiæ. p. 131. n. 47.

Si ſit diues, tenetur dotare neptem legitimam naturalem ex filio legitimo & naturali viuente inope. p. 174. num. 1.

Et etiam filio defuncto non relictis bonis. p. 175. n. 2.

Relictis autem bonis tenetur dotare filij hæres. ibid. num. 3.

An teneatur in filij defectum dotare etiam neptem diuitem. p. 176. n. 5.

Et an ſi neptis mater ſit diues. ibid. n. 6. & 7.

In defectum patris non ſolum auus paternus neptes, ſed etiam ſucceſſiuè proauus, & cæteri aſcendentes tenentur dotare proneptes, & cæteras fœminas deſcendentes, ſicut & alere. p. 177. n. 8.

In patris defectum tenetur auus paternus dotare neptem ſpuriam ex filio legitimo, & neptem legitimam, vel ſpuriam ex filio ſpurio, ſicut & alere. ibid. n. 9. & 10.

Auus paternus quoad ab eo relicta vel data nepti ex filio pro eius dote, an, & quando cenſeantur data vel relicta contemplatione filij vel neptis.

Dos ab auo paterno data vel relicta nepti ex filio, vbi conſtat fuiſſe datam vel relictam contemplatione filij eſt profectitia, ac ſi à patre eiuſdem neptis proueniſſet. p. 73. n. 28.

Cenſentur data, vel relicta contemplatione neptis, & non imputanda in filij legitimam, non ſolum ſi conſter expreſſe de aui intentione, ſed etiam ſi conſtet per coniecturas vrgentes. p. 73. n. 30. 31.

In dubio iuxta communem Doctorum præſumuntur data vel relicta contemplatione filij, & profectitia, & computanda in legitimam filij. p. 74. n. 32. 33. & ſeqq.

Dos profecta à patre, vel auo paterno eſt profectitia. ibid. n. 34.

Data nepti ex filio ea mortua in matrimonio debet redire ad filium aui dotantis etiam exhæredatum. ibid. n. 35.

Filius etiam in poteſtate aui conſtitutus tenetur propter ſe dotare ſuas filias, auus verò ipſe paternus tenetur dotare neptes propter filium, nôn propter ſe. p. 75. n. 38.

Vt dotare filias ſit officium paternum principaliter, & auitum acceſſoriè, & propter filium immediatè obligatum. ibid.

Et dicitur auus dotare neptem pro filio, quando filius eſt diues; & proter filium, quando eſt pauper. ibidem.

Donatum, vel relictum ſimpliciter ab auo nepti in dubio præſumitur datum, vel relictum contemplatione ipſius neptis, & aduentitium; ſecus ſi pro dote, vel in aliam cauſam, ad quam filius teneretur, nam tunc præſumitur datum, vel relictum contemplatione filij. p. 75. n. 38. & p. 79. n. 53.

In dubio præſumitur auum prouidentiã filiorum feciſſe. p. 75. n. 39.

Et magis diligere filium, quam neptem. ibid. n. 40. & p. 81. n. 64. Quod auus, qui dedit, vel legauit nepti ex filio, voluerit dare, vel relinquere gratia neptis, & non filij, ſic datum, vel relictum, ſit necne profectitium & imputandum in legitimam filio, vel nepti debitam in bonis eiuſdem aui, eſt probandum per veras probationes, vel per coniecturas. p. 76. n. 45.

Quæ ſint hæ coniecturæ. ibid. n. 46. ad 88. An ſit ſufficiens coniectura ſi filius ſit diues. p. 77. n. 46. 47. 48. 49. Vbi reiicitur Peregrini opinio circa dotem datam, vel relictam ab auo nepti quoad imputationẽ in legitimã filij, vel in debitã nepti in bonis aui. ibid.

An ſit ſufficiens coniectura, ſi dos ſit ab auo paterno conſtituta, vel relicta nepti per vltimam voluntatem. pag. 78. & ſequentibus, numero 50. 51. 52. 56. 57.

Vbi quod auus relinquens nepti dotem in teſtamento non dotat poſt mortem, ſed in vita, & executio differtur poſt mortem adueniente caſu nuptiarum. ibidem.

An ſit ſufficiens coniectura, vt dos ſit conſtituta contemplatione neptis, ſi ab auo ſit relicta nepti natæ, & cognitæ; & ſecus ſi naſciturae, & incognitæ. p. 79. & ſeq. n. 58. 59. 60.

An ſit ſufficiens coniectura pro nepte, ſi dos ab auo relicta ſit nepti nondum nubili. pag. 80. num. 61. & 62.

An ſit ſufficiens coniectura, ſi dos relicta ſit nepti, quam auus maximè diligebat. ibidem, & ſeq. num. 63. & 64.

An ſi relinquendo dotem nepti auus eam proprio nomine expreſſit. pag. 81. n. 65. 66. & 67.

Vbi quod ſi auus reliquerit dotem vni tantum nepti ex pluribus, vel minori natu non inducit præſumptionem, quod reliquerit intuitu neptis, & non filij. ibidem.

An ſit ſufficiens coniectura fauore neptis, ſi auus teſtator relinquendo dotem nepti dixerit, quod ipſe dotabat. p. 81. n. 68. & 69.

Vbi quod dos relicta per auum non differt à dote iuſſa dari per hæredem. ibidem.

An quando auus filio iam mortuo reliquit dotem nepti. p. 81. & ſequent. numero 70. & 71.

An ſufficiens coniectura relicti intuitu neptis, quando auus inſtituit hæredem vniuerſalem filium, & legauit dotem nepti ex eodem filio. p. 82. numer. 72. & 73.

Vel ſi dos ab auo conſtituta alias afferter detrimentum filio in legitima. n. 75. & 76. Vel quando ita ampla, vt excedat legitimam filij. pag. 83. numero 77.

Vel ſi auus inſtitutis hæredibus vniuerſalibus filiis maſculis nepti dotem reliquit cum prohibitione plus petendi. ibid. n. 78. & 79.

Auus paternus cum legat nepti pro dote, videtur exercere patris officium. p. 82. n. 73.

Legatum factum contemplatione neptis in dubio præſumi debet, quando ob aliquod iuris impedimentum nullum eſſet, diceretur factum intuitu patris nepti, vt ſi auus conſtituit dotem nepti ex filio ſpurio, qui illam poterat dotare. ibid. n. 74.

Dos ab auo paterno relicta nepti pro omni eo, & toto, quod conſequi poſſet in bonis eiuſdem aui, præſumitur relicta neptis contemplatione, & non computatur filio in legitimam. p. 83. n. 80.

Quid ſi teſtator dixerit quod neptis ea dote contenta eſſe debeat pro omni, & toto, quod petere, & conſequi poſſet ex bonis filij ſui, & ex bonis eiuſdem aui. ibid. n. 81.

Vel dixerit pro omni, &c. quod neptis poſſet conſequi ex bonis maternis, aut ex bonis maternis, & ipſius aui. ibid. n. 82.

Dos per auum paternum data, vel relicta nepti ex filio exhæredato, an, & quando præſumatur data, vel relicta neptis contemplatione, non filij. ibidem num. 83. 84. 85. 86.

Odium filij, vel filiæ tempore legali per auum, vel auiam facti nepti inducit præſumptionem, quod ſit factum contemplatione nepotis. ibid. n. 86.

Si auus paternus habeat tres, vel quator filios maſculos, ex quibus vnus habeat filiam, quam tenetur dotare, an dotando præſumatur dotem dare neptis

neptis contemplatione. ibid. & ſeq. n. 87. 88.

Dos per auum paternum nepti relicta contemplatione filij imputatur ipſi in legitimam, quam mortuo patre intenderet habere in bonis patris, neque eadem neptis ex perſona patris defuncti de fideicommiſſo ab auo dotatore inſtituto legitimam, aut trebellianicam detrahere. p.84.n.89.

In omnibus etiam caſibus, in quibus conſtat, vel præſumitur auum paternum dediſſe, vel reliquiſſe dotem nepti ex filio eiuſdem filij intuitu, eadem dos imputaretur in legitimam filij. ibid.

Vide, *Pater quoad obligationem dotandi, &c.*

Auus maternus.

Dos ab auo materno, vel auia materna data nepti ex filia præſumitur data contemplatione filiæ, & eſt profectitia, & confertur, & an imputetur nepti in legitimam, quam prætenderet in bonis matris. p.84. n.90.

Auus maternus, & cæteri aſcendentes per lineam maternam an & quando teneantur dotare neptem legitimam ex filia, & etiam illegitimam naturalem, aut ſpuriã. p.183.& ſeq.n.39.40.41.42. & p.622.n.208. 209.& 211.& quoruſ̃ dotẽ dare teneatur p.76.n.43.

Vide *Fideicommiſſum, Legitima.*

Auia paterna, Auia materna.

Auia paterna dotante neptem ex filio dos in dubio præſumitur data contemplatione filij, & in eiuſdem filij legitimam imputatur. p.84.n.89.

Dotante auia materna neptem, an dos præſumatur data contemplatione filiæ. ibid. n.90.

B

Beneficium, Beneficiarius.

Beneficium etſi exiguum eſt beneficium; & à volente aliud impetrare in ſupplicatione debet explicari; & ſufficit, vt Clericus illud poſſidens gaudeat fori priuilegio, & vt Epiſcopus poſſit ei conferre Ordines ſacros. n.22.p.84.

Ex fructibus, ſeu redditibus Eccleſiaſticis pater Clericus beneficiarius poteſt, & ſi alia bona deſint, tenetur dotare filiam ſpuriam, p.164.n. 203. Neque id prohibetur conſtitutione Pij V. ibid. num. 204.

Filij Clerici beneficiarij ſubiecti ſpolio in fructibus, & bonis à patre ex beneficio Eccleſiaſtico acquiſitis non ſuccedunt neque ab inteſtato, neque ex teſtamento abſque S. Pontificis indulto de illis diſponendi, vel teſtandi, vel in illis ſuccedendi etiam ab inteſtato, p.221.n.78.

Eo ipſo quod S. Pontifex conceſſit beneficiario facultatem teſtandi, & diſponendi de redditibus & fructibus beneficij, & aliis bonis iiſdem fructibus comparatis, an ſi non diſpoſuerit, nec ſit teſtatus, tranſeant ad eius ſucceſſores ab inteſtato. ibid.

Clericus beneficiarius ex redditibus, fructibus, & prouentibus beneficij ſuæ honeſtæ ſuſtentationi ſuperfluis poteſt conſanguineis pauperibus dare alimenta, & dotem etiam ſecundum decentiam ſtatus, & conditionis eorum p.222.n.81.

Clericus aliàs infimæ ſortis ad Canonicatum, vel Epiſcopatum promotus ex redditibus beneficij poteſt conſanguineas pauperes alere, & dotare ſecundum ſtatum, quem acquiſierunt ex eius promotione ad dignitatem. ibid.n.82.

Collatio beneficij ex parte conferentis non eſt donatio. p.339.num. 23. Facta abſenti valet, nec reuocari poteſt, etiamſi is, cui collatum eſt, repudiauerit, modo eum repudiationis pœniteat antequam Epiſcopus alteri beneficium contulerit, & quæ ſit huius ratio. ibid.

Fructus beneficij, vel penſionis vltimi anni, in quo moritur beneficiarius, vel penſionarius, ad quem ſpectent. p.755.n.119.

Bona dotalia.

Contra matrem, ſeu vxorem, quæ ſimul cum viro ſe obligauit pro dote communis filiæ, an in bonis dotalibus, ſi non habeat paraphernalia, poſſit fieri executio iure communi attento. p. 365. & ſeq. n.113. & 114. & quid iure Hiſpano l. Tauri 53. p.366. num.115.

Bona dotalia non poſſunt alienari niſi in caſibus in iure expreſſis, neque etiam cauſa dotis, neque etiam vxore conſentiente. p.365.n.113.& p.697.n.107.

Pro debito perſonali vxoris contracto conſtante matrimonio non poteſt fieri executio in rebus dotalibus inuito marito. p.366.n.114.

Vide, *Dos æſtimata. Dos inæſtimata. Paraphernalia. Res dotales.*

Bona aliena.

Vide *Res aliena.*

Bona emphyteotica, Feudalia.

Vide, *Emphyteuſis, Feudum.*

Bona fideicommiſſi.

Filiæ nuptæ ſine dote poteſt, & debet à patre conſtitui dos ex bonis fideicommiſſo ſuppoſitis. p.145.n.102.

Si filiæ nuptæ ſit data dos tenuis viro conſentiente, ipſa non poteſt alienare bona fideicommiſſi ſibi à patre relicti, vt ſibi dotem augeat. p.146.n.103.

Bona fideicommiſſi à matre conſtituti poſſunt à filiis alienari, vt ſibi dotem conſtituere poſſit. p.180.n.23.

Authentica *res quæ, Cod. comm. de legat.* diſponens bona fideicommiſſo ſubiecta poſſe alienari pro dote conſtituenda, an procedat etiam in fideicommiſſo conſtituto à tranſuerſali, patre, vel patruo, pag. 312. num. 31. & 32. Quid circa hoc ſenſerit Rota Rom. & quo fundamento. ibid.n.34.

Vide, *Donatio inter virum, & vxorem. Fideicommiſſum.*

Bona ſemel iuſte cauſa dotis detracta ex fideicommiſſo quoad reuerſionem ad idem fideicommiſſum.

Vide verbum *Fideicommiſſum.*

Bona in quibus, ſeu ex quibus dos conſtitui poteſt.

Dos conſtitui poteſt non ſolum in rebus corporalibus tam immobilibus, quam mobilibus, quæ pondere, numero, & menſura conſtant. p. 567. num. 1. ſed etiam in rebus incorporalibus, vt ſunt iura, actiones, redditus cenſuales, vel libellaris hæreditas, vſusfructus, nomina debitorum, quæ omnia in dotem dari poſſunt. ibid.n.2.

Et debitor mulieris eo etiam inuito poteſt à muliere cedi marito in dotem vt marito contra eumdem debitorem competat vtilis actio. Ibid.

Sine eius conſenſu debitoris delegatio fieri non poteſt nominis vero debitoris venditio eo etiam ignorante, & inuito fieri poteſt. Ibid.

Vide *Emphyteuſis, Feudum, Fideicommiſſum, Hereditas, Periculum, Res aliena, Vſusfructus.*

Bonæ fidei poſſeſſor.

Vide *Heres, Præſcriptio, Res aliena.*

C

Caducitas.

Caducitas non opponitur emphyteutæ, niſi per dominum. p.549.n.19.

Camera Apoſtolica.

Camera Apoſtolica ex redditibus, fructibus, & bonis Eccleſiaſticis ex beneficio acquiſitis per Clericum beneficiarium ex ſpolio ad eam peruentis tenetur filiis, & filiabus beneficiariis legitimis, & illegi-

illegitimis etiam ſpuriis prouidere de alimentis, & doribus, quando pater viuens eis non prouidit, nec alia bona tempotalia reliquit.p.221.n.77.

An iiſdem bonis ſpolio captis teneatur debita beneficiarij etiam iniuſtè contracta ſoluere.ibid.

Non tenetur vero ſoluere filiis beneficiarij defuncti legitimam.ibid.n.78. tenetur autem filios, & filias beneficiarij,cuius erant bona, alere, & dotare iuxta eorum ſtatum, & dignitatem.p.222.n.80.

Capitale.

Dicens capitale eſſe maius, quàm dicat pars, probare tenetur. p.604.n.140.

Caſus omiſſus.

Caſus omiſſus regulariter debet haberi pro omiſſo, & remanet ſub diſpoſitione iuris.p.100.num. 149. Fallit ſpeciali fauore dotis. ibid.

Cauſa dotis.

Cauſa dotis eſt ſemper, & vbique præcipua, ſcilicet priuilegiata.p.264.n.13. & 14. in dubio aliis cauſis eſt præferenda, & pro ea iudicatur, ibid.

Regulæ, & diſpoſitiones legales an cauſam dotis includanr.ibid. *Cautela, Cautio.*

Cautela abundans non nocet.p.238.n.273.

Vide verbum, *Aſſecuratio, Fideiuſſio.*

Cedere, Ceſſio.

Creditor, cui facta eſt ceſſio,dicitur procurator in rem ſuam.p.740.68.

Vide, *Fideicommiſſum, Priuilegium in vniuerſum, Vſura dotis.* *Certum, Incertum*

Certum, & clarum dicitur, quod per relationem ad aliud apparet quid, quale, quantumve ſit. p. 138. n.79. Quod habita ratione ad aliud, poteſt certificati,non dicitur incertum.p.298.n.115.

Condictio.

Vide verbum *Actio hypothecaria.*

Conductor poteſt rem conductam locare.p.740.n.67.

Confeſſio.

Quando confeſſio alicuius rei acceptæ emanat inter perſonas ſuſpectas, quibus lege prohibitum eſt legari, vel donari, præſumitur facta in fraudem, & animo donandi,p.380.n.3.& ſeq.

Qui habet alium obligatum ex promiſſione, ſi poſtea confitetur recepiſſe, confeſſio præſumitur vera. p. 427.n.193.

Confeſſio de mutuo accepto facta per debitorem præcedente creditoris promiſſione de illi dãdo mutuũ, an excludat debitorem confitentem à priuilegio excipiendi pecuniam non fuiſſe numeratam. ibid.

Vide verbum ſequens.

Confeſſio mariti de dote ab vxore, vel ab alio recepta, præſertim quoad probationem numerationis, ſeu ſolutionis.

Qui Doctores tractent,an confeſſio dotis receptæ, vbi aliter non conſtet de eius numeratione, à marito facta vxori probet necne ſolutionem, ſeu numerationem,p.381.n.8.

Proponuntur examinanda circa præfatam controuerſiam, & quo ordine.ibid. & ſeq.n.9.& 10.

Confeſſio dotis receptæ (vbi aliter non conſtet de ea recepta)à viro facta ante celebratum matrimonium, quod ſperabatur futurum animo donandi eidem mulieri,non valet,neque nocet marito, & eius hæredibus, ſed poteſt reuocari p.382.n.11.

Si non fuerit conſtante matrimonio renouata,ſed nec reuocata, an morte mariti confirmetur, & eius hæredibus noceat. ibid. n. 12. & 13.

A viro ignobili, vel ſene facta mulieri nobili, vel puellæ pulchræ facta animo donandi ante contractum matrimonium,valer irreuocabiliter,ibid.n.14.

Confeſſio dotis à muliere receptæ facta à marito futuro ante celebratum matrimonium, vel in ipſo contractu,in dubio præſumitur facta non cauſa donationis, ſed ſpe futuræ numerationis. p.269.n.30. & p.383.n.15.& 16.

Et ſic non probat dotem ſolutam.ibid.n.17.

Et ſi ſoluto matrimonio ageretur ad illius reſtitutionẽ poterit opponi exceptio, ſeu querela non numeratæ dotis, & vxor, vel eius hæres teneretur probare numeratam fuiſſe dotem, quando confeſſio non eſſet facta à viro ignobili,aut ſene puellæ nobili, vel iuueni. ibid. & ſeqq.n.18. & 19.

Quandonam præfata confeſſio facta ſiue ante, ſiue poſt celebratum matrimonium, probet numerationemp.386.n.26.

Abſque alia ſubſequenti confeſſione traditio, & enumeratio dotis ſatis probata manet,cum in inſtrumento dotali,ſeu in capitulis matrimonialibus dicitur, quod mulier in præſentia mariti, & reliquorum adfert tantam quantitatem, vel aliam rem, quam tradit, & aſſignat eidem viro. p.386. n. 27.

Confeſſio dotis receptæ,ſiue per ſcripturam priuatam, ſiue per inſtrumentum, regulariter ſolet fieri poſt contractum matrimonium.ibid.

Sine præcedentia promiſſionis conſtante matrimonio facta (aliter non conſtante de ſolutione, non præſumitur facta ex cauſa numerationis factæ, nec illam probat. p.387.num.28.

An cenſeatur facta animo donandi, vel ſub ſpe futuræ numerationis, pro vtraque parte ſtat Doctorum ſententia. p.387. n.29.& ſeq. Approbatur ſententia quod præſumitur facta animo donandi, & magis confirmatur. p.392. n. 52. & an procedat etiam in foro conſcientiæ. ibid.n. 53. Quæ extenditur etiam ad confeſſionem receptæ quantitatis dotis maioris quam maritus non recepit. ibid. n.54. & ad confeſſionem recepti augmenti dotis in rebus mobilibus conſiſtentis. ibid.n.55.

An confeſſio dicti augmenti recepti præiudicet creditoribus mariti tunc exiſtentibus. ibid. n. 56. Confeſſio dotis receptæ facta conſtante matrimonio præſumitur facta ſub ſpe numerationis, ſi facta ſit ante conſummatum matrimonium.p.390.n.38.

Facta ſine præcedentia promiſſionis dotis iuxta Doctores præſumitur facta à marito animo donandi in nonnullis caſibus, qui enumerantur, & explicantur.p.388.& ſeqq.n.36.48.49. 50. in quibus tamen caſibus poteſt opponere de donatione vti inualida.p.391.n.49.50.Expreſſa ſententia,quod confeſſio dotis receptæ à marito conſtante matrimonio facta, in dubio præſumatur facta animo donandi mulieri, ſequitur vt eadem confeſſio non noceat marito eiuſve hæredibus,ſi vxor ante maritum moriatur.p. 392. n. 57. vt eadem tacita donatio poſſit reuocati à marito expreſſe,& etiam tacitè, licet facta in inſtrumento guarentigiato, & etiam ſi ſint lapſa tempora excipiendi de dote non numerata, & etiamſi ex internallo eidem exptioni maritus renunciaſſet.ibid.n.59.60.& 61.

Valet autem præfata confeſſio,& donatio tacita irreuocabiliter in omnibus caſibus,in quibus donatio inter virum,& vxorem ſtatim valet. p. 392. n.62. & confirmatur eiuſdem mariti morte vxore ſuperuiuente.ibid.n. 63. Neque ad id præexigitur rei traditio. ibid. n.64.& ſic viri morte confirmata retrotrahitur ad tempus confeſſionis quoad fructus medij temporis,non quoad dominium. p.393. n.65.& qualiter noceat poſterioribus mariti creditoribus. ibid. vt tamen ea donatio tacita viri morte confirmetur, non debet excedere ſummam quingentorum aureorum antiquorum. ibid. n.66.

Eadem

Eadem confeſſio, & tacita donatio an ſolo iuramento promiſſorio confirmetur, & irreuocabilis reddatur, p.395.& 396.n.75.76.78. An ſolo iuramẽto aſſertorio de veritate dotis receptæ. p.397.& ſeq.n.80.& 82.

An vtroq; iuramento ſimul concurrente. p.398.84 85.

Confeſſio dotis receptæ à marito facta in vltima volũtate, teſtamento, vel codicillis, non probat numerationem, nec inducit veræ dotis priuilegia. p.305.n.134.& p.399.num.86. facta à laborante in extremis præſumitur facta animo donandi vxori. p.400 n.88.

Facta à marito teſtatore ſano an præſumatur facta ſpe futuræ numerationis, vel animo donandi, hoc ſecundum approbatur. ibid.n. 88.& 89. & ſi aliunde non conſtet de numeratione ſuſtinetur in vim legati, ſeu habet vim legati, & fideicommiſſi. p.306.n.137. & p.400.n.90.& 92. poteſt reuocari, & reuocato teſtamento cenſetur reuocata, reuocaturque per ſubſequens teſtamentum, p.401.n.93. facta in teſtamento vxore præſente an ſit irreuocabilis. ibid. n.94.

Eadem confeſſio dotis receptæ à marito facta in teſtamento, ſi eam præcedat promiſſio dotis, an probet dotis ſolutionem. p.402.n.98.99.

Si teſtator confiteatur recepiſſe ab vxore centum pro illius dote, & ea legat, decedente vxore ante maritum vxoris hæredes non poſſunt petere eam dotem, ſi de ea ſoluta aliunde non conſtet. n. 403.n.100.

In quibus caſibus confeſſio dotis receptæ probat verã dotis numerationem in præiudiciũ mariti cõfitentis, probat etiam in præiudicium fideicommiſſarij. ibid.

Confeſſio dotis receptæ facta in teſtamento nulla certa quãtitate expreſſa, an valeat vt legatũ. p.403.& 404. n.101.& 102. cõfeſſio mariti de dote recepta numerata in præſentia notarij, & teſtium, probat numerationẽ corã omnes. p.404.n.103. itẽ ſi notarius ſcripſerit, quod maritus confeſſus eſt ſe recepiſſe centũ pro dote, quæ verè habuit, & accepit; etiamſi non adiecerit in præſentia ipſius, & teſtium. ibid.n.104.

Vel in inſtrumento ſit ſcriptum, quot vicibus fuerit pecunia numerata, qualitas monetæ, & tempus. ibid. n. 105. & an ſit neceſſarium vt à Notario, & teſtib. videatur pecunia aperiendo ſacculum. ibid.n.104.

Stantibus prædictis omnibus in inſtrumento ſcriptis admittitur probatio in contrarium. p.405.n.106.

Notarius in inſtrumento debet atteſtari de præſenti numeratione pecuniæ, nec probaretur numeratio, ſi dicat, quod in præſentia mei, & teſtium pecunia fuit numerata. p.405.n.107.

Si confeſſio dotis receptæ facta eſt in inſtrumento guarentigiato, an probet numerationem in præiudicium mariti, & etiam creditorum eius ibid.n.108. 109.

Quid ſi facta cum renunciatione non numeratæ dotis, vel ſi poſt eam lapſum ſit tempus opponendi dictam exceptionem. ibid.n.110. Quid ſi facta cum iuramento aſſertorio, vel promiſſorio de ſoluendo dotem, vel non contrauueniendo renunciationi præfatæ exceptionis, p.406.& 407.n.111.112.113.114.

Et an in hoc caſu iuranti, vt poſſit opponere eam exceptionem, ſit neceſſaria abſolutio à iuramento, & ei ſit concedenda. p.406.n.113.

Confeſſio de dote, vel pecunia mutua recepta facta ſub ſpe numerationis futuræ habet tacitam conditionem, ſi dos, vel pecunia numeretur. pag. 406.n.112.

Simplex confeſſio dotis receptæ conſtante matrimonio, facta patri vxoris non probat numerationem, & non præſumitur facta ſpe futuræ numerationis, ſed animo donandi in fauorem vxoris, p.407.n. 115.

Facta extraneo an probet numerationem, ſaltem contra confitentem. ibid.& p.408.n.116.117.118.

Si à marito ære alieno grauato facta ſit confeſſio dotis receptæ à coniuncto vxoris, præſumitur facta animo donãdi in fauorem vxoris, & in fraudẽ. p.408.n.119.

Et ſimiliter præſumitur animus donandi, ſi maritus eſt confeſſus ſe recepiſſe dotem ab alio extraneo, cum quo interueniſſet tractatus de dote vxori donanda, vel item extraneus ſtatim mulieri ius ſuum ceſſiſſet. ibid. Neque in prædictis caſibus dos cõfeſſata abũdè nõ probata habet dotis veræ priuilegia. ibid.n.120.

Præfata confeſſio mariti de dote recepta probat numerationẽ, concurrentibus coniecturis dotis numeratæ vltra illã generalem, quod mulieres regulariter non accipiuntur indotatæ. p. 408.& ſeq.n.121.& 122 & illa generalis alia particulari concurrente adiuuat ad præſumptionem numeratæ dotis. p.409. n. 122.

Inducaturne præſumptio, & probatio numerationis ex longa præſtatione alimentorum vxori cohabitanti poſt cõfeſſionẽ receptæ dotis, p.409.n.123.124.125. 126. an ſi cõfeſſio ſit veriſimilis, attentis circũſtãtiis cõiugũ, n.127. An ſit adminiculata vnius teſtis teſtimonio. p.410.n.128. An ſi pars dotis confeſſatæ probetur verè ſoluta, probetur tota dos ſoluta, licet ſolutiones non exprimant nomen dotis, ſed conſtituãt dimidiam partem dotis confeſſatæ. ibid.n.129.

Si confeſſio mariti de dote recepta appareat pro parte falſa, in totum præſumitur falſa. p.410.n.129.

Facta pro certa quantitate præſumitur vera, ſi pro aliis partibus promiſſis non apparent confeſſiones, ſeu quietationes. p.411.n.130.

Et ſi maritus promiſit non petere aliquid ex bonis paternis, & maternis vxoris. ibid. n.131.

Facta etiam conſtante matrimonio, non præcedente dotis promiſſione præſumitur vera, ſi aſſerat maritus pecuniam ex venditione rei ad vxorem pertinentis deſignando rem ipſam, venditionis diem, & perſonam Notarij, qui inſtrumentum ſcripſit. ibid. numer. 132.

Quando confeſſio dotis receptæ facta eſt numeratione, nec dotis promiſſione præcedente, non præiudicatur creditoribus mariti anterioribus, vxorque habet res ſolum ex die confeſſionis. ibid.

Eadem confeſſio receptæ dotis præſumitur vera, quando eſt modicæ ſummæ, licet facta conſtante matrimonio. p.411.n.133.

Item geminata ex interuallo, niſi per maritum, vel eius hæredem probetur contrarium, & quantum debeat eſſe interuallũ. p.412.n.134.& ſeqq. & quid ſi poſt primam confeſſionẽ maritus ex magno interuallo recognouerit debitum dotis. p.413. n. 140.

Confeſſio dotis receptæ etiam conſtante matrimonio facta poſt præcedentem dotis promiſſionẽ excludit præſumptionem ſpe futuræ numerationis, & ſimulationis, habetque pro ſe præſumptionem ſolutionis dotis, nec illi opponi poteſt exceptio non numeratæ dotis, ſi facta ſit ex interuallo poſt promiſſionem. p.413.& ſeqq.n.141. & p.414.num.144.146.

Procedit etiamſi poſt præcedentem promiſſionem cõfeſſio ſit facta ante celebratum matrimonium, p.414. num.142. & etiamſi promiſſio, & confeſſio ſint factæ conſtante matrimonio. ibid. n.143. & pariter quando poſt dotis promiſſionem maritus confitetur ſe recepiſſe certam quantitatem reſtantem pro reſiduo dotis. p. 415.n.146.& inſuper ſi promiſſio non fuerit per ſtipulationem, ſed ſimplex inter partes conuentio. ibid.n.147. Maritus, qui poſt præuiam dotis promiſſionem ex interuallo cõfeſſus eſt ſe dotem recepiſſe, excluſus à priuilegio querelæ non numeratæ dotis poteſt confeſſionem impugnare aſſumendo in ſe onus probandi dotem non fuiſſe numeratã, & debet audiri, ſicut & eius hæres. pag. 415. numero 148. & eodem modo impugnare poſſunt mariti creditores, probando non numerationem. p.415.n.149.

Præfata confeſſio poſt promiſſionem à marito factam probat numerationem etiam contra mariti creditores promiſſione anteriores, illiſque nocet. p.416. & ſeq.n.150.154.155.

Et ratione talis confeſſionis vxor præfertur marito,eius hęredibus,& creditoribus,qui poſt dotis promiſſionem contraxerunt cum marito, etiamſi promiſſio præcedens confeſſionem fuiſſet facta per pactum nudum.p.416. n.151. & vxoris hypotheca in bonis viri incipit currere à die promiſſionis. ibid. n. 152. Quæ hypotheca non apparente de pecuniæ promiſſione dotis currit tantum à die confeſſionis, ibidem.Prædicta dotis promiſſio præcedens confeſſionem qualiter debeat eſſe probata vt oriatur hypotheca à die promiſſionis.p.417.n.153. vbi conſtiterit confeſſionem poſt dotis promiſſionem factam fuiſſe in fraudem creditorum,illis non nocebit, illis tamen incumbit onus probandi in fraudem , & interim ſtandum præſumptioni numerationis. ibid.& p.418. n. 153. 157. Poteſt ea confeſſio impugnari ex triplici capite,& quibus,p.417. n. 156. in dubio tamē præcedens promiſſio tollit in confeſſione præſumptionē donationis, & exceptionem non numeratæ dotis.ibid.cur in confeſſione augmenti dotis in rebus mobilibus conſiſtentis à marito conſtāte matrimonio facta fraus in præiudicium creditorum marito à iure præſumatur , & non præſumatur in confeſſione dotis receptæ.ibid.n.156. Fraus confeſſionis mariti in præiudicium creditorum vt illis non debeat nocere poteſt probari coniecturis , & quib. p.418. n. 158. 159. ad 163. coniecturæ inducentes præſumptionē fraudis ſunt, ſi tempore confeſſionis maritus erat magno ære alieno grauatus , vt poſtea nō eſſet ſoluendo dotem receptā.ibid.n.159. ſi poſt cōfeſſionem breui interuallo æs alienum contraxit. p.419.n.160.ſi fuit confeſſio dotis nimis magna attentis facultatib.mulieris,ſeu promiſſoris.ibid.n.161. ſi facta ante tempus ſolutionis dotis conuentū.ibid. n.162.ſi facta poſt delictum mariti ipſo iure habēs annexam confiſcationem bonorum.ibid.n.163.confeſſio dotis receptæ poſt præcedentē dotis promiſſionem à marito binubo facta an præſumi debeat facta in præiudium prioris matrimonij, ac fraudem *l.hac edictali,C.de ſecundis nupt.*p.240.n.165.Si poſt confeſſionem mariti de dote recepta ſubſequatur promiſſio dotis ex interuallo, præſumitur confeſſio facta ſpe futuræ numerationis,ſi ſubſequitur incontinenti, præſumitur facta ſpe illius promiſſionis, & non poteſt opponi exceptio non numeratæ dotis, neque à marito , neque ab eius hæredibus. p. 426. n.167. Si maritus confeſſus eſt ſe recepiſſe dotem à muliere,quæ poſtea illico promiſit dotē ſoluere,nō poteſt mulier repetere dotem, ſi eam nunquam ſoluit.p.421.n.168.Neq; pater,qui dotem promiſit pro filiofam.poteſt à marito , vel eius hæredib.repetere dotem promiſſam non ſolutam. p. 421. num. 169.

Si poſt confeſſionem mariti extraneus poſtea incōtinēti promiſit marito ſoluere dotē,dos reſpectu vxoris,& mariti habetur pro ſoluta cū tacita hypotheca in bonis mariti,& eueniēte caſu reſtitutionis maritus, vel eius hæres tenetur ad dotem reſtituendam,nec liberatur cedendo mulieri actiones.ibid.n.170. & ſeqq.

Idem ſi ab extraneo,qui iure delegationis, vel alias debitor erat dotalis quantitatis ipſi vxori,dos promiſſa fuerit,& poſtea emanauerit confeſſio mariti aſſeuerātis ſe dotem ab vxore recepiſſe.ibid.n.170.etſi hæc delegatio appareat, nil refert, quod promiſſio emanauerit à tutore, curatore,vel adminiſtratore bonorum,ibid.ſi poſt mariti confeſſionem de dote à muliere recepta promiſſio dotis incontinenti facta fuerit ipſa muliere præſente , vel ipſi promiſſioni conſentiente,an tūc minime ceſſet beneficiū exceptionis non numeratæ dotis, & hæredes mariti cedendo actiones liberentur, p.422. n. 173. Quando mulier ſucceſſit ei,qui poſt dotis receptæ confeſſionē promiſit marito dotem,& non ſoluit,cedendo actiones maritus , vel eius hæres liberatur. ibid. Si poſt confeſſionem mariti de dote recepta ab vxore,vel à ſocero poſtea ſocer incōtinenti dotē promiſit, an eueniente caſu reſtitutionis maritus , vel eius hæres cedēdo actiones liberetur.p.422.n.174. 175.ſi maritus confeſſus ſit ſe recepiſſe dotem ab vxore ſpe futuræ numerationis à tertio debitore mulieris,non poteſt dotis nō numeratę exceptionē obiicere.p.424.n.176. neq; poteſt obiicere quando cōfeſſus eſt ſe dotē habuiſſe à dotātis debitore ex ea cauſa à dotāte liberato ibid. reprobatur ſententia Fontanellæ cōfeſſionem, & promiſſionem dotis incontinenti ſubſequutā non plus operari, quam ſimplicem promiſſionem,p.424. n. 177. Cum poſt confeſſionem dotis receptæ mulier ſemel cum patre firmat promiſſionē de ſoluēdo dotem,non obſtante confeſſione mulier non poteſt dicere dotē fore ſolutā,niſi ſolutionē oſtendat.ibid. n.170.eadem promiſſio dotis poſt illius confeſſionē per patrem vnà cū filio,vel per patrem ſolum operatur in fauorem viri,vt non ſit locus præſumptioni ſolutæ dotis poſt elapſum decennium in continuatione matrimonij, iuxta *auth. quod locum, C.de dote cau.non num.*ibid.n. 179. confeſſio receptæ dotis ab vxore ſpe futuræ promiſſionis dotis ab alio faciendæ nocet etiam creditoribus mariti,p.425.n.180.

Confeſſio mariti de dote recepta ſimulata,& ficta non nocet creditoribus ſimulatione probata.ibid.n.181. neq; emanata per errorē probato errore.ibid.n.182. neque quando non nocet marito.ibid.n.183. neque quando in dubio præſumitur facta animo donandi, eſtque tacita donatio,ibid.num. 184. & 185. iiſdem creditoribus nocet facta à viro ignobili , vel ſene mulieri nobili,vel iuueni. p. 426.num.186. facta in fraudem creditorum non nocet creditoribus , tam exiſtentib.quā futuris,fraude probata.p 427.n.190.

Confeſſio mariti de recepto augmento dotis in rebus mobilibus matrimonio conſtante facta præſumitur facta in fraudem creditorum,quibus non nocet etiā conſtito de augmēto,ſecus reſpectu creditorū confeſſione, & augmento poſteriorum. p. 426. n. 178.

Cōfeſſio mariti de recepta dote in rebus immobilibus præſumitur vera etiam in præiudicium creditorum mariti: contrarium probatur,habetq; dotis priuilegia. ibid.n.189.mariti confeſſio de dote recepta per verba enunciatiua in contractu donationis abſente dotis debitore facta in fraudem creditorum poſita non nocet creditoribus ad liberandum debitorem dotis abſentem.p.427.n.191.

Quid ſi maritus donans, & confitens fuiſſe ſoluendo, an tunc noceret creditoribus,& mulier adhuc poſſit agere contra dotis debitorē.ibid.n. 192. Quid ſi mulier ex ea donatione aliquod lucrū habuiſſet, an poſſet agere contra dotis debitorem non facta lucri compenſatione, & an reſpectu creditorum mariti illud lucrum computandum eſſet in dotē. ibid.n.193.

Confeſſio mariti de dote recepta , quæ in dubio præſumitur facta ſpe futuræ numerationis in inſtrumento principali facta non nocet mariti creditoribus , quin poſſint opponere exceptionem non numeratæ dotis.ibid.n.194.

Dotis receptæ ab alio, quàm à muliere confeſſio mariti facta nulla præcedente dotis promiſſione non nocet creditoribus,nec habet dotis priuilegia. pag. 428.n.185.

Confeſſio mariti de dote recepta quoties præſumitur vera probat numerationem , & nocet creditoribus,

Notabilium.

qui tamen poſſunt probare dotem non fuiſſe numeratam etiamſi lapſum ſit tempus legale opponendi non numerationem, vel à marito renunciatum eſſet dictæ exceptioni. ibid. 196. 197. 198.

Quoties præſumitur facta ſpe futuræ numerationis, durante tempore conceſſo ad opponendam exceptionem non numeratæ dotis non præiudicat creditorib. etiam habentibus tantum actiones perſonales, vt non poſſint opponere præfatam exceptionem, licet maritus eidem renunciaſſet. ibid. n. 199.

Si elapſum ſit tempus opponendi exceptionem an noceat mariti creditoribus anterioribus habentibus tacitam hypothecam, vel ſolum actiones perſonales, vt non poſſint vti dicta exceptione contra vxorem, & eius hæredes. p. 429. 430. n. 200. 201. 202. & p. 431. n. 203. 204.

Si per maritum renunciatum eſſet præfatæ exceptioni iuramento, an confeſſio præiudicet creditoribus mariti, vt intra tempora opponendi nequeant opponere dictam exceptionem non numeratæ dotis. p. 432. n. 206. & 207.

Eadem confeſſio præiudicat creditoribus quoad opponendam dictam exceptionem, qui reſpondendo poſitionibus fatentur, dotem verè eſſe datam marito. ibidem num. 208.

An etiam creditoribus anterioribus probantibus ſuum creditum ex ſola confeſſione eiuſdem mariti facta ſiue ex cauſa mutui, ſiue ex cauſa dotis, ſiue ex alia cauſa venditi, commodati, ſiue depoſiti, & ſimilium. ibid. n. 209. & p. 433. n. 210. & 211.

Creditoribus mariti ex ſola confeſſione mariti poſteriorib. præfertur ius vxoris, dum ipſi probauerint ſe numeraſſe marito pecuniam. ibid. n. 212. Præfata confeſſio mariti de dote recepta an præiudicet anterioribus mariti creditoribus habentibus tantum actiones perſonales elapſis, vel nondum elapſis poſt confeſſionem temporibus opponendi exceptionem non numeratæ doris. ibid. nu. 213. 214. Creditoribus mariti excipientibus contra vxorem, & eius hæredem victis, adhuc maritus intra tempus legale opponendi poteſt excipere. p. 428. n. 199. Confeſſio dotis receptæ, quæ non probatur recepta niſi ex ea confeſſione, an, & quando præiudicet fiſco, ſi maritus confitens commiſerit delictum habens ipſo iure annexam confiſcationem omnium bonorum. p. 434. n. 215. 216. 217. 219. & quid ſi in confeſſione per maritum fuerit renunciatum exceptioni non numeratæ dotis. ibid. n. 218. Dicta confeſſio an & quando noceat fideicommiſſario, vt pro ea dote confeſſata reſtituenda poſſint alienari bona fideicommiſſi. p. 435. n. 220. ad 226. Dos confeſſata an, & quando habeat tacitam hypothecam in bonis mariti, & prælationem reſpectu creditorum. ibid. n. 227. Quando maritus, & vxor ſimul confeſſi ſunt ſe recepiſſe dotem à debitore dotis, vel pretium fundi dotalis, de vtriuſque conſenſu venditi ab emptore, an tota dos præſumatur perueniſſe ad mariti manus. ibidem.

Affirmatiua approbatur. pag. 436. numero 228. 229. 230.

Vxor cenſetur ſe obligaſſe tanquam fideiuſſor pro ſecuritate debitoris dotis, & emptoris, idque etiamſi notarius in inſtrumento atteſtaretur pecuniam fuiſſe vtrique numeratam, n. 229. Præfata confeſſio qua ratione noceat vxori reſpectu emptoris fundi dotalis. ibid. n. 230.

Vide *Dos confeſſata*, *Querela inofficioſæ donationis*, & *dotationis*.

Confiſcatio.

Vide verbum *Fiſcus*.

D. Ioan. Angel. Boſſius, de Dote.

Conſentire, Conſenſus.

Conſenſus, & voluntas hominum verbis & factis declaratur. pag. 197. numero 104.

Ad pactum ſufficit conſenſus tacitus, qui præſumitur, cum promiſſio ſit præſenti, & tacenti. p. 375. n. 3.

Præſens, & tacens præſumitur conſentire in ſibi fauorabilibus. ibid. & p. 337. n. 18. In promiſſione facta præſenti, & tacenti præſumitur tacitus conſenſus promiſſarij. ibid.

Vide *Contractus*, *Præſens*, *Præſentia*.

Conſeruare.

Facilius quid conſeruatur, quàm de nouo inducatur. p. 60. n. 128.

Conſtitutum.

Poſſeſſio per conſtitutum poſſeſſorium eſt vera poſſeſſio. p. 43. num. 71.

Conſuetudo.

Conſuetudo eſt eiuſdem poteſtatis, cuius & ſtatutum. p. 289. n. 94.

Conſuetudo cum ſit quid facti, regulariter debet probari in qualitatibus requiſitis, & quæ ſint hæ qualitates. p. 314. n. 164.

Vide *Fideiuſſor*, *Præſcriptio*.

Conſuetudo Martini.

Dos profectitia ſimpliciter data filiæfamilias, ea defuncta liberis extantibus, an pater reuertatur, vel ſpectet ad liberos. p. 106. n. 172. & verbo reſtitutio dotis ſoluto matrimonio.

Vide *Reſtitutio dotis.*

Contractus, Conuentio.

Contractus dicuntur quid facti dum fiunt, poſtquam ſunt deducti in eſſe, efficiuntur iuris, & ex facto oritur ius. p. 4. n. 6. Ex dotis contractu qua ratione oriatur, ſeu reſultet in virum ius ad res dotales. p. 5. n. 10.

Differentia inter contractus, qui re contrahuntur (vt ſunt mutuum, commodatum, depoſitum, pignus) & contractus, qui ſolum interuentu, ſeu implemento rei, vel facti. p. 376. n. 15. In omnibus contractibus attenditur tempus contractus. p. 525. n. 48. De natura contractus bonæ fidei eſt, vt intereſſe debeatur ex mora. p. 596. n. 114. In aliis contractibus à ſtipulatione, qui conſenſu perficiuntur, ſufficit explicare conſenſum nutibus, & aliis ſignis præter verba linguâ figurata, p. 373. n. 2.

Vide verbum *Alienare.*

Conuenire, Conueniri.

Vide verbum *Dos putatiua*, *Maritus putatiuus*, *Priuilegium, vt quis damnetur ſolum in quantum facere poteſt.*

Copula.

Copula *Et*, de natura ſua diuidit, ſed poſita inter perſonas, in quibus conſideratur affectio, & charitatis ordo, non diuidit obligationem, ſed deſignat ordinẽ ſucceſſiuum iuxta ordinem affectionis, & charitatis. p. 134. n. 59.

Correi.

In dubio plures obligati cenſentur pro virili, & non in ſolidum, niſi id fuerit expreſſum. p. 485. n. 26.

Creditor habens duos obligatos in ſolidum, an & quando poſſet agere contra alterum tantum, vel debeat vtrumque conuenire. p. 486. n. 28.

Vnus ex duobus reis debendi condemnatus ad ſoluendum totum debitum poteſt agere contra alterum correum pro exactione debiti à ſe ſoluti, ibidem.

Correi factum regulariter alteri correo non nocet. ibidem n. 29.

Cum marito an alius, ſiue coniunctus, ſiue extraneus poſſit ſe ad dotis reſtitutionem obligare principaliter, & vti correus debendi in ſolidum, pag. 502. numero 89. & pag. 503. num. 92.

Correctio iurium.

Correctio iuris communis facta per ſtatutum in dubio non præſumitur.p.248.num.60.

Statutum iuris communis correctorium debet interpretari, vt quo minus fieri poteſt, illud corrigat, & ſi poteſt vnum effectum contra ius operari, non debet intelligi, vt duos operetur. pag. 251. numero 77.

Creditor.

Cum quis in iudicio petit certam quantitatem ſibi debitam ex reſiduo talis debiti, non poteſt aliud petere, quamuis plus, ſeu maior quantitas deberetur. p.415.num.146.

Creditores non reuocant alienata per ſuos debitores titulo oneroſo, niſi vterque participet de fraude, tam debitor, quam recipiens. pag. 554. numero 31.

Quando per debitorem bona fide facta eſt ſolutio poſteriori creditori in pecunia, à quo bona fide ſit iam conſumpta, & nullo modo extet, primus creditor, etſi hypothecarius, non poteſt ab eodem poſteriori repetere ipſam pecuniam conſumptam, pag. 550. numer. 40. & pag. 695. num. 101. & 102.

Secus ſi pecunia aliquo modo extaret, & quando dicatur extare, vel conſumpta, p.556. n.40. p.693. n.96. & 97.

Creditor prior habens hypothecam cum priuilegio prælationis an à poſteriori creditore reuocet pecuniam à debitore ei ſolutam, & bona fide conſumptam, p.695.n.103.

Creditor defuncti in pecunia tenetur recipere in ſolutum bona hæreditatis, ne præiudicet aliis creditoribus. p.640. n.279.

Vide *Confeſſio mariti de dote recepta. Debitor, inofficioſa Dos.*

Corpus.

Corporum tria genera, ſeu ſpecies enumerantur iuxta *leg. rerum mixtura, ff. de vſucap.* pag. 6. numero 17.

Culpa.

Culpa lata commiſſa circa adminiſtrationem rerum alienarum æquiparatur dolo, ſecus commiſſa circa adminiſtrationem rerum propriarum, p.466. & ſeq. n.117. & 119.

Debitor, qui ſecundum naturam contractus tenetur ſolum de leui culpa, ſi in mora conſtituatur, tenebitur etiam de leuiſſima & de caſu fortuito, pag. 709.n.42.

Vide verbum Dos æſtimata, Dos inæſtimata, Maritus, Priuilegium, vt quis non condemnetur, &c.

Curator.

Quæ comprehendantur ſub curatoris authoritate, ſeu iure adminiſtationis curatori à iure conceſſo. pag. 274.n.56.

Vide, *Lædere, Læſio.*

D

Damnum.

Damnum pati non intelligitur, qui lucrum conſequi poteſt, pag. 200. num.120. 121. & p.203. n.131.

Datio in ſolutum.

Vide verbum *Venditio.*

Debitor.

Tacita dies à lege præfixa conſtituit in mora reſtituere debentem, non minus quam expreſſa, p. 750. numero 106.

Non eſt in facultate debitoris ſe eximere ab obligatione.p.137.n.76.

Cur debitor ſimpliciter legans aliquid creditori cenſeatur feciſſe animo donandi, ſoluens vero, vel promittens dotem pro creditore intelligatur facere animo compenſandi, p.142.n.91.

Regulariter ante tempus ſeu diem debitores ſoluere cogi non poſſunt.p.320.numer.181.

Debitor inuitus regulariter non poteſt alteri delegari, licet id ſibi non noceat. pag. 322.numer. 184.

Si debitor diſſipauit bona animo fraudandi vnum creditorem, & non alios, an & quando omnibus creditoribus competat remedium iuris reuocandi alienata in fraudem creditorum, p. 465. num. 111.

Mulieris debitor inuitus cedi poteſt, & in dotem dari, p.508.n.110.

Conſignare rem debitam creditori quid ſignificet, p.710.n.45.

Oblatio verbalis ſine reali regulariter non liberat debitorem à mora. ibid.

Quando habeat vim conſignationis, & depoſiti, & liberet à mora.ibid.

Vide *Fiſcus*, *Heres*, *Mulier*, *Nomina debitorum.*

Deceptor.

Iura non fauent deceptoribus. pag. 444. numero 17.

Delegare, Delegatio, Delegatus.

Delegatus à muliere nubente nihil ei debens, vel minorem ſummam, qui id ſciens & conſentiens delegationi promiſit, ſeu cauit marito ſe dotem ſoluturum, à marito conuentus non habet exceptionem vel actionem aduerſus mulierem, p.569. num.133.

Si per ignorantiam credens ſe eſſe debitorem promiſerit, & ſoluerit dotem, poteſt agere contra mulierem delegantem ibid.

Qui patitur ſe delegari, videtur remittere omnes exceptiones, quas haberet contra delegantem, ibidem.

Deſcendentes.

Vide *Fideicommiſſum.*

Deterioratio dotis.

Deterior non efficitur conditio dotis, ſi liberato ſocero maritus remaneat obligatus ad dotis reſtitutionem, p.488. n.37.

Mulier non poteſt pacto expreſſo dotis ſuæ conditionem facere deteriorem, pag. 506. numero 105.

Limitatur vt p.507.n.106.

Dictum, Dos dicta.

Dos dicta quæ ſit, & qua ratione peti poſſit à dicente. p.348.n.52.

Dictum per ſe ſtans regulariter non obligat. ibidem.

Dictum circa dotem cur obliget. ibid.

Dictio.

Dictio aduerſatiua, *ſed*, facit vt dicantur repetiti termini ſupra expreſſi, p.252.n.78.

Dicto, *cum*, ſui natura inducit conditionem. p.256. numer.94.

Dicto *Quando*, non importat conditionem.ibid. numero 95.

Neque dictio, *Pro*, p.259.n.96.

Diffinitio.

Dos, & alia moralia non habent propriam, & rigoroſam diffinitionem, ſed tantum deſcriptionem per ordinem ad effectum, ſeu finem

proprium. pag. 5. numero 13.
Vide, *Dos quoad varia.*

Dignitas.

Dignitas, ad quam quis infimæ ſortis promouetur, efficit, vt creſcat ſtatus eorum, qui illius cognati, ſeu conſanguinei ſunt, p.222.n.82.

Dilapidare, Dilapidatio.

Si pater malè vtetur bonis illa prodigè diſſipando, cum periculo, vt filia careret dote, an filia poſſit per iudicem cogere patrem aſſignare ſibi tantum in bonis eiuſdem patris, quod illi ſufficiat pro dote, p.169.n.227.

Si pater detineretur ingenti ære alieno contracto ex dilapidatione, & malo vſu bonorum; alimenta, & dotes filiorum, & filiarum non deberent deduci antequam ſatisfieret debitoribus patris, pag. 223. num.85.

Dilatio.

Vbi data eſt dilatio, quoad interim fructus percipiantur pertinet ad vtilitatem eius cuius fauore inducta eſt dilatio. p.753.n.114.fine.

Diſpenſatio legitime obtenta durat poſtea ſuperueniente caſu faciente ceſſare cauſam finalem diſpenſationis. p.629. n.247.

Diſpoſitio.

Finis diſpoſitionis principio debet connectere. pag.308. num.148.

Diſpoſitio affirmatiua in diſpoſitione hominis intelligitur de prima vice, in diſpoſitione legis, & ſtatuti intelligitur toties quoties, p.640.n.280.

Vide *Lex.*

Dolus.

Dolus non poteſt conſiderari in eo, qui vtitur iure ſuo,p.358.num.91.

Qui non habens bona ſufficientia quid promittit, cenſetur eſſe in dolo.p.445.numer.20.

Dominium rerum dotalium.

Bonorum dotalium dominium proprium conſtante matrimonio an habeat maritus, vel vxor. pag. 6. n.146. & p.278.n. 67.69.

Cenſetur maritus dominus rerum dotalium quoad ius adminiſtrandi, protegendi, ac fruendi emolumentis earumdem rerum dotalium.ibid.n.69.

Mulier etiam conſtante matrimonio eſt domina dotis. p.586.n.76. & 79. & p.588.n.89. & p.682. & ſeq. n.51.52.

Vide verbum *Dos æſtimata, Dos profectitia.*

Donare, Donatio.

Donatio etſi ab executione nomen habet, tamen ex ſola conuentione perficitur,p.33.n.24.

Pater conſtituendo dotem filiæ in teſtamento, vel promiſſione, cenſetur donaſſe, nec poteſt illam minuere, niſi adeo eſſet immodica, vt non remaneret legitima pro filio,p.53.n. 106.107.

Idem ſi promittat dotem ſponſo pro filia. pag. 57. numer.117.

Nec prædicta dotis donatio, vt valeat, requirit præſentiam, vel acceptationem filiæ, ſed etiam filiæ abſenti per talem promiſſionem,ſeu conſtitutionem dotis acquiritur & actio ad illam dotem. ibidem, & p.98.num. 143.

Licet donatio facta à patre filiæ in poteſtate conſtitutæ regulariter non valeat, tamen valet ſi ſit facta filiæ pro dote,p.57.n. 117.

Dos à patre data pro filiafam. ad quo ... tus cenſeatur donata.p. 104.n.166.

Donandi animus non præſumitur, vbi ſumi poteſt alia coniectura. p.89.num. 108.

Qui donat bona ſua, non intelligitur donare etiam futura,p.297.n.111.

Donatio expreſſa omnium bonorum præſentium, & futurorum eſt nulla in totum.ibid.

Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum vbicumque exiſtentium, & futurorum,non includit iura, & actiones, & valet,p.298.n.112.

Cum quid datur mulieri, vel marito futuro, vel alteri cauſa futuri matrimonij, vt detur in dotem, vel ſequutis nuptiis dotis fiat adhuc re integra non eſt locus pœnitentiæ, & res data non poteſt reuocari, neque etiam.ab hærede donantis,niſi ea cauſa non ſequuta, ſi matrimonium non fuerit ſequutum. p.347.n.50.& 51.

Donatio inter ſocerum, & nurum tunc ſolum eſt prohibita, quando per eam ſocer locupletior efficitur,p.344.n.37.

Promiſſio, ſeu renunciatio Iuris competentis eſt donatio p.741.n.73.

Diſpoſitio *leg. ſi vnquam, Codic. de reuoc. donat.* quod per ſuperuenientiam liberorum reuocetur donatio antea à patre facta quando fuit exceſſiua, an fuerit principaliter introducta in fauorem liberorum, vel patris.p 574.n.23.

Donationes,quæ pro dote à parentibus fiunt, non ſūt meræ donationes, & titulus lucratiuus. pag. 668. num.23.

Donatio facta contemplatione futuri matrimonij, eo non ſequuto valet,ſi fuerit remuneratoria, ibidem num.24.

Vide, *Exiſtio, Extraneus, Hæreditas, Inofficioſa Dos, Inſinuatio.*

Donatarius.

Donatarius omnium bonorum paternorum tenetur, & cogi poteſt dotare filias legitimas etiam diuites, & illegitimas, & etiam ſpurias donantis, & præſtare filiis legitimis legitimam, & quibuſdam filiis pauperibus alimenta. p.222. n.83.

Et prædicta etiam mortuo donatore,p.600.n.129.

Fructus dotispromiſſæ an à marito poſſint donari vxori,p.31.n.8.& p.34.n.29.

Donatio inter coniuges conſtante matrimonio regulariter eſt prohibita, & cur.p.266.n. 19.

Et facta poteſt reuocari à coniuge donatore,ibidem.

Non eſt omnino nulla, ſed non reuocata à viuente donatore illius morte confirmatur.ibidem.

Coniux donatarius poteſt, rem donatam retinere donec reuocetur; ſi verò præmoriatur, res donata debet coniugi donatori reſtitui.ibid.

Ante contractum matrimonium vir futuræ vxori poteſt conſtituere dotem, vel dotis augmentum. pag. 267.n.20.

Non enim donatio inter coniuges ante contractum matrimonium prohibita eſt.ibidem.

Sed valet irreuocabiliter facta abſolutè,ſi fuerit collata in tempus contracti matrimonij, vt tunc ſolum mulier adipiſcatur dominium,non verò irreuocabiliter.n.21.

Non reuocata matrimonio conſtante donatoris morte confirmatur.ibid.

Si vir futuræ vxori pauperi conſtituat dotem, valet irreuocabiliter donatio,p.168.num.22.

Item partem dotis à futura vxore acceptæ ante matrimonium eidem reſtituat. ibid.n.23.

Quando vir accepit in æſtimationem dotis nomen debitoris inopis, quem ſcit non eſſe ſoluendo, inducitur tacita donatio. ibid. num. 24. Si id faciat ante contractum matrimonium, valet talis donatio, nec cenſetur collata in tempus contracti matrimonij, ibidem. Et maxime ſi vir ſit ignobilis, aut ſenex, & mulier nobilis,aut iuuenis.p.269.n.29.

Si ante matrimonium contractum vir dotet mulierem, vel eius dotem augeat, quæ aliter nolebat cum eo contrahere matrimonium, valet dos, vel augmenti donatio. p.268.n.25.

Et multo magis ſi mulier erat nobilis, aut iuuenis, ipſe verò ignobilis, aut ſenex, ibid. n.26.

Etiam nullo præcedente pacto valet dos conſtituta, vel dotis augmentum à viro ignobili, aut ſene factum futuræ ſponſæ nobili aut iuueni, ibid.

Iocalia à ſponſo ignobili, vel ſene ante matrimonium contractum miſſa ſeu tradita ſponſæ nobili, aut iuueni cenſentur abſolutè donata, & valet donatio, p.269. n.28.

Si certum ſit confeſſionem de dote recepta, quam non recepit, factam ante matrimonium eſſe factam animo donandi, an donatio ſit omnino nulla, vt etiam non reuocata conſtante matrimonio non confirmetur morte confitentis. ibid. n.30.

Præfata confeſſio à viro ignobili, vel ſene ante contractum matrimonium facta mulieri nobili, vel iuueni, præſumitur facta animo donandi, & incontinenti valet irreuocabiliter; & etiam ſi fuerit facta poſt contractum matrimonium. ibid. n.31.

Donatio cauſa dotis conſtituendæ, vel augendæ à viro ignobili, vel ſene conſtante matrimonio facta vxori nobili, vel iuueni, valet irreuocabiliter, iuxta communem. p.270. n.32. 33.

Non eſt ſimplex, ſed remuneratoria donatio. ibidem num. 33.

In dubio præſumitur facta animo compenſandi nobilitatem, aut iuuentutem vxoris, p.271. n.34. 35.

Valeatne præfata donatio ſi vir ignobilis vel ſenex ſit valde diues, cum nobilitas, aut iuuentus mulieris ſatis videatur compenſari diuitiis viri. ibidem num. 35. & 36.

Et quid ſi vir ignobilis genere ſit moribus, & vita nobilis, ibid.

Si tum donatio, ſeu conſtitutio dotis vel eius augmentum vxori nobili, au iuueni facta conſtante matrimonio à viro ignobili, vel ſene ſit ſuperexceſſiua, habito reſpectu nobilitatis, aut iuuentutis, non valeret quoad exceſſum, p.156. n.37.

Inter coniuges valet irreuocabiliter donatio remuneratoria, & compenſatoria, ibid. n.37.

Si nimis excedat benemerita poteſt reuocari quoad exceſſum, & quando debeat dici æqualis, vel exceſſiua, ibid.

Si in modico excedat, abſolutè valet. ibid.

Donatione facta cauſa dotis. vel eius augmenti à viro ignobili, vel ſene vxori nobili, vel iuueni, vidua tranſiens ad ſecundas nuptias non tenetur reſeruare filiis primi matrimonij. ibid. n.38.

Donatio ex cauſa conſtituendi, vel augendi dotem, à marito ignobili, vel ſene facta vxori nobili, aut iuueni, an gaudeat priuilegiis dotis. p.273. n.40.

An & quando ſoluto matrimonio per viri obitum poſſit ex bonis fideicommiſſi recuperari. p. 273. n.41. & 42.

An & quando extrahatur de toto corpore hæreditatis, & minuat legitimam aſcendentium, & deſcendentium. ibid. n.41. & 42.

Dos à conſanguineo conſtituta vxori conſanguineæ quam duxit ex diſpenſatione Papæ ea lege, vt illam dotaret, valet. p.274. n.43.

Item dos à defloratore conſtituta puellæ à ſe defloratæ, & ſtupratæ, quam duxit in vxorem. ibid. num. 44.

Item dos à viro conſtituta vxori iuxta loci conſuetudinem. ibid. n.45.

Item à viro conſtituta pro bono pacis inter conſanguineos occaſione matrimonij. ibid. n.46.

In prædictis caſibus ſoluto matrimonio per mortem viri dos à muliere poteſt repeti ex bonis fideicommiſſi, & extrahitur de toto corpore hæreditatis cum diminutione legitimæ aſcendentium, vel deſcendentium. ibidem numero 47.

Si vxor dedit aliquid marito, vt id daret filiæ naturali matris pro dote, non valet donatio. p.363. num. 105.

Donatio expreſſa inter virum & vxorem iuramento firmatur, & irreuocabilis redditur, p.395. n.73.

Vide *Augmentum*, *Mulier*.

Donatio propter nuptias.

Hodie ex communi totius Italiæ conſuetudine non cogitur maritus conſtituere vxori donationem propter nuptias. p.38. n.47. & p.314. n.164.

Et ſeruantur ſolum pacta inter contrahentes inita circa dotes, & lucra dotium. ibid.

Præfata conſuetudo an ſit probanda, vel ſufficiat illam allegare. ibidem.

Conſuetudo Martini an extendatur ad donationem propter nuptias. p.211. n.187.

Donationem propter nuptias pro filio factam præſumitur pater feciſſe de ſuo, non de aduentitiis filij. p.131. n.45.

In donatione propter nuptias ſibi à viro facta mulier non habet priuilegium prælationis hypothecæ, quod habet in dote, & in eius augmento. p.313. num. 159.

Mulier habet dominium, & poſſeſſionem donationis propter nuptias, ibid.

Donatio propter nuptias à iure ciuili inducta debet eſſe æqualis doti, & augmento dotis à muliere facta in quantitate, & dos ac ipſa donatio propter nuptias debent eſſe pares in lucro, & quantitate. p.314. n.162.

Quod intelligitur ſi pacta de lucro, & donationes fiant poſt contractum matrimonium, ſi antè, poſſunt eſſe inæqualia. ibid.

Inducta eſt donatio propter nuptias principaliter pro ſecuritate dotis. ibid. n.163.

Et etiam pro filio emancipato tenebitur eam præſtare. ibid.

In Francia, Hiſpania, & aliis locis quid ſucceſſerit loco donationis propter nuptias. ibid. n.164.

Si in donatione diceretur, *Dono omnia bona mea*, venirent ſolùm præſentia. p.672. n.9.

Vide *Fideicommiſſum*.

Donator.

Vide *Euictio*.

Dos quoad varia de Dote.

Dos pluribus modis accipitur, principaliter & propriè pro eo, quod cauſa matrimonij ad illius onera ſuſtinenda datur marito. p.2. n.1.

Variæ diffinitiones dotis propriè acceptæ. p.3. & 4. n.2.3.5. & 6.

Definitiones receptæ, ſunt diffinitio Azonis, quod à muliere, vel eius patre, aut ab extraneo propter onera matrimonij marito, vel eius patri datur, vt perpetuo ſit penes eum; & diffinitio Bartoli, quod ſit Ius vniuerſale in ſe continens, quod à muliere, vel eius patre marito vel eius patri ad onera matrimonij ſuſtendanda præſtatur. pag.4. num. 7.

Obiectiones contra diffinitionem Bartoli, & reſponſiones ad eaſdem. p.4. & 5. n.8. ad 13.

Dos inter donationes enumeratur, vt donatio ſit. p.3. n.3. & 4.

Vnde dicatur, & eius etymon. ibid. n.3.

Poteſt accipi pro rebus, quæ in dotem dantur, & pro contractu. ibid. n.4.

Vbi dos per acceptilationem eſt conſtituta (vt ſi mulieris ſit debitor maritus) iuris fictione intelligitur prius ſoluta mulieri, deinde tradita viro. p.4. num.8.

Dotis nomen quid ſignificet, quidque iuxta communem

nem vſum loquendi dicatur dos.p.5.n.10.& 82.

Secundum Bartolum à parte rei dos ſunt ipſæ res dotales,ſecundum iuris fictionem eſt ius vniuerſale, ſcilicet quoddam corpus fictum continens ſub ſe res dotales,ibid.

In dote tria poſſunt conſiderari, res quæ dantur in dotem,contractus mutuus, quo dos conſtituitur, & obligatio, ſeu ius oriens ex ipſo contractu ad ipſas res dotales,p.6.n.14.

Argumenta, quibus probatur dotem eſſe ius vniuerſale à rebus dotalibus diſtinctum, p.6.n.15.ad 18.

Reſponſio ad obiecta in contrarium, p.23. n.86.ad 91.

Qua ratione dos ſit, ſeu dici poſſit eſſe ius vniuerſale, vel particulare, p.8.n.29.30.31. & p.15.n.63.

Quod dos eſt res ipſa dotalis, ſeu ipſæ res dotales,non ius vniuerſale,neque aliquod ius in abſtracto diſtinctum à rebus dotalibus,aſſerit verior ſententia. p.8. & 9.n.32.ad 40.

Quod dos eſt, & verè dicitur,quamuis vna tantum res ſit data in dotem,p.9.n.34.& 37.

Quæ tamen dicitur & eſt ius vniuerſale aptitudine, iuxta declarationem traditam,p.23.n.87.

Extinctis rebus dotalibus extinguitur dos, & dotis nomen,p.9.n.38.& 39.

Dos licet ſit patrimonium mulieris non eſt ius vniuerſale,p.22.n.83.

Dos dicta eſt à dando.p.30.n.1.& p.32.n.23.

Iuxta tamen ius ciuile comprehendit etiam dotem promiſſam, p.32.n.23.

Dos ſine matrimonio eſſe non poteſt.p.58.n.120. Dos proprie habens dotis priuilegia non intelligitur eſſe niſi reſpectu matrimonij.ibid.

Vera dos habens dotis priuilegia dos eſt poſt ſponſalia ante matrimonium promiſſa, vel ſoluta, licet contrarium ſentiant alij. p.58. & 59.n.121. & 122.

Promiſſa, vel ſoluta conſtante legitimo matrimonio eſt propriè dos etiamſi matrimonium non ſit conſummatum: ſolum præſumpta, aut tacitè conſtituta, eſt determinanda arbitrio boni viri,p.59.n.123.

Poſt diſſolutum matrimonium antequam ſit reſtituta mulieri ſuperſtiti eſt vera dos, & gaudet dotis priuilegiis,p.60.n.127.& p.228.n.203.

Dum in iure dicitur dotem non poſſe eſſe ſine matrimonio,intelligitur vel præſenti, vel præterito.p.60. n.128.

Dos ſoluto matrimonio viduæ reſtituta an & quando retineat dotis nomen, & ſit dos proprie, & comprehendatur ſtatuto loquente de dote. pag. 61. n.130.131.

Vſum dotandi mulieres nuptui traditas fuiſſe antiquiſſimum conſtat ex diuina ſcriptura,p.63.n.38.

Apud gentes, & quas antiquitus non extiteris talis vſus, ibid.

Romani legiſlatores bono Reipublicæ expedire iudicarunt dari dotes oneribus matrimonij deſeruientes, vt faciliùs mulieres maritarentur, & fierent matrimonia. ibid.

Dos non eſt de ſubſtantia matrimonij, ſed matrimonium poteſt eſſe ſine dote, dotiſve conſtitutione. p.64.n.139.140.

Regulariter matrimonia non ſolent contrahi ſine dote. ibidem.

Ex qua tamen conſuetudine non præſumitur neceſſario conſtitutio dotis, neque etiam incertæ arbitrio viri prudentis taxatæ.ibid.

Dos eſt mulieris patrimonium, p.65.n.142.

Et an ſit proprium patrimonium, & non quaſi patrimonium,ibid.n.143.& 144.

An ſit mulieris patrimonium ſi mulieri viduæ reſtituta, vel ſit diſſoluto matrimonio reuerſa ad patrem. ibid.n.143.144.

Ante matrimonium dos an, & qua ratione ſit patrimonium mulieris.p.66.n.147.

Dotis diuiſio in veram, putatiuam, datam, promiſſam, numeratam, confeſſatam, cauſam naturalem, & ciuilem ſimul, æſtimatam, inæſtimatam, modicam, congruam, magnam. p.70.n.1.ad 7.

Præcipua diuiſio eſt in profectitiam, & aduentitiam. ibid.n.9.

Vtraque latiſſimè explicatur. ibidem à n.10. ad finem eiuſdem capitis tertij.

Dos data filiæ in poteſtate, & data filiæ emancipatæ, in quibus differant. p.71.n.16.

Dos eſt variabilis quoad quantitatem. p. 282. numero 79.

In dote fauorabilius proceditur, quàm in donatione.p.349.n.55.

Dos ibi eſſe debet vbi ſunt matrimonij onera. p. 478. num.2.

Dos ex ſui natura debetur tempore nuptiarum, p.516. num.53.

Vide verba ſequentia.*Dictum.*

Dos profectitia.

Dos profectitia dicitur & eſt, quæ à patre, vel ab aſcendente per virilem ſexum de eius bonis proficiſcitur à quocumque detur: vel ſi extraneus patri donaturus filiæ dotem conſtituat ob patria benemerita. p.71.n.10.& 11.

Explicantur plures caſus, in quibus dos promiſſa, vel data eſt profectitia,ibid.n.12.ad 15.

Dos profectitia eſt quæ à patre, vel auo aliove aſcendente paterno datur non ſolum filiæ aut nepti, vel pronepti exiſtenti in poteſtate, ſed etiam filiæ, nepti, vel pronepti emancipatæ,p.71.num.16. & 17.

In quibus conueniant, & in quibus differant dos data exiſtenti in poteſtate, & data emancipatæ. ibid, num. 16.

Pater dotans filiam ſi exprimat dotare tam de bonis ſuis, quàm de bonis filiæ, ſi dos ſit æquiualens viribus patrimonij patris, cenſetur filia dotata ſolum de bonis paternis, & dos eſt profectitia. p.72. num.24.

Et pariter ſi expreſſerit & proteſtatus fuerit ſe promittere, aut dare dotem computato omni eo quod debetur ipſi filiæ de bonis paternis, & maternis: & hoc caſu filia mortuo patre vltra dotem poterit petere bona materna, niſi conſenſerit proteſtationi. ibid.n.25.

Dos ab auo paterno data, vel relicta nepti ex filio, vbi conſtat fuiſſe datam, vel relictam contemplatione filij, eſt profectitia, p.73.n.28.

Dos filiæfamilias non intelligitur eſſe in bonis patris,p.95.n.127.

Dotis profectitiæ actio eſt communis patri, & filiæfamilias. ibid.n.128.129.

Eſt perſonalis.p.96.n.130.

Actio realis, ſeu rei vindicatio competit ſoli filiæ, quæ patre præſente non poteſt eam ſine patris conſenſu exercere, eo verò abſente poteſt etiam ſine cautione de rato,ibid.n.130.

Dos profectitia à patre tradita conſtante matrimonio, eo ſoluto penes quem ſit, an penes patrem vel maritum vel filiam, ibid.n.130.

Actio illa perſonalis de dote patri, & filiæ communis eſt vna tantum actio in ſolidum competens vtrique. ibidem n.131. 132.

Quo ſenſu dicatur communis, ibid.n.132.

Illius exercitium eſt patris, p.97.n. 133.

Qui tamen poteſt agere ad exactionem dotis ſine conſenſu filiæ. num. 134.

Et ſufficit tacitus, & quando ſit præſtandus, etſi filia contradicat,

contradicat, quid obſeruare debeat iudex, ibid. Nec pater ſolus poteſt recipere dotis ſolutionem ſponte oblatam. ibid.n. 134. & ſi ſit turpis & abiectæ vitæ repellatur ab agendo. ibid.n.135.agens abſente, vel ignorante filia debet præſtare cautionem de ratihabitione filiæ. ibid. n.136. & ſi receperit dotem non præſtita cautione de rato,an filia poſſit petere dotem ab hæredibus matiii. ibid.

Pater poteſt agere ſine cautione, ſi filia ſit furioſa, vel abſens, & ſciat patrem agere.ibid.n.137.

Filia non poteſt agere ad dotem petendam ſine conſenſu patris expreſſo. ibid. n. 138. Quid ſi pater eſt abſens, vel furioſus, vel ſi præſens nolit agere, vel ſit turpis, & abiectæ vitæ. ibid. & ſeq.numer.138. ad 142.

In dote profectitia filia emancipata ante dotis conſtitutionem,vel poſt habet ſolam actionem de dote,& etiam ſi fuiſſet exhæredata.p.98. n.141.142.

Actio de dote communis patri & filiæfamilias ſoluto matrimonio patre iam defuncto conſolidatur in ſolam filiam.ibid.n.142.

Si pater dotans ſtipulatus ſit dotem reddi filiæ, actio dotalis totaliter acquiritur filiæ. ibid. nu. 143. idem ſi filia ſtipuletur præſente patre conſentiente ſibi dotem reddi.ibid.

Vbi actio dotalis per ſtipulationem, aut pactum, vel alio modo ſoli filiæ fuit quæſita, nec pater, neque creditores patris ſuper illa dote quicquam poſſunt prætendere, ibid. Poteſt autem pater ab initio conſtitutionis dotis ſine conſenſu filiæ ſtipulari ſibi reddi dotem ſoluto matrimonio,ſi faciat incontinenti, & tunc tota actio dotis eſt patris.ibid. Quando dicatur facere incontinenti, & quid ſi poſt conſtitutionem dotis à patre talis ſtipulatio fiat ante ſequutum matrimonium. ibid.

Quando actio dotis à principio fuit communis patri, & filiæfamilias, & poſtea per pactum paternum, vel alium modum pater voluerit dotem ſoluto matrimonio reddi filiæ, an tunc filia poſſit agere ad dotem ſine conſenſu patris ſuperſtitis, pag. 99. num. 144. & 145.

In dote profectitia conſolidata in perſona filiæfam. pater non habet vſumfructum, ibid. num. 145. neque eſt legitimus adminiſtrator, p.100. num. 146. & de eadem dote filia habet hæredem deſcendentem ab inteſtato. ibid.n.147.

Vbi pater in vnum caſum paciſcitur ſibi dotem reſtitui, an in eo ſolo ſibi actio dotis competat, aut eo omiſſo actio dotalis ad filiam totaliter pertineat. ibid.n.149.150.& ſi pactum ſit nullum, an tunc tota actio dotis ſit filiæ, p.101.num. 151.

Pater ſimpliciter dotando filiam videtur conformare tacitè voluntatem ſuam cum legis diſpoſitione,pag. 100. n.150. & paciſcendo ſibi dotem reſtitui,recedit à diſpoſitione iuris communis.ibid.

Si pater ſtipulatur imperſonaliter, nempe dotem reddi, actio dotis communis eſt patri, & filiæ, p.101. n. 152. quid ſi ſtipulatur ſoluto matrimonio dotem reddi ad voluntatem filiæ, & ante declarationem filia cum liberis, vel ſine filiis deceſſerit.ibid.

Pater ex interuallo, accedente conſenſu filiæ poteſt ſtipulari dotem à ſe ſimpliciter conſtitutam filiæ ſibi reddi ſoluto matrimonio, ibid.

Ex communione actionis dotis profectitiæ inter patrem, & filiam reſultant quoad exactionem & receptionem dotis varij effectus, qui latè enumerantur, & explicantur. ibid.& ſeq. n.153.ad 157.

Filia ſi committat adulterium, vel aliud crimen, ob quod amittat dotem, illa excluſa pater ſolus habet actionem ad petendam dotem profectitiam, ſecus quoad dotem aduentitiam, vel quam mulier ſibi ex propriis bonis conſtituit, p.102.n.155.

Vide *Auus paternus quoad data, & relicta, &c. Auus maternus. Dos aduentitia. Pater quoad obligationem dotandi.*

Dos aduentitia.

Dos aduentitia dicitur, & eſt, quæ de eius bonis datur à muliere ipſa, vel ab extraneo, & quis intelligatur extraneus in hac materia. p.71. n. 17. eſt aduentitia dos data à matre, auo materno, à patre debitore filiæ, ſi pater alio promittente fideiuſſerit,& quaſi fideiuſſor ſoluerit: & ſi pater dotis conſtituendæ cauſa legatum repudiauit, & apud generum hæredem remaneat. ibid. n. 19.eſt aduentitia ſi pater dedit dotem filiæ benemeritæ, num. 22. ſi vxor marito dedit, vt pro filia genero in dotem daret. p.72.num.23.

Dos data à patre de bonis aui propter refutationem, vel renunciationem, quam fecit de bonis paternis, & maternis,eſt aduentitia. ibid. num. 25. & dos ab extraneo relicta filiæ Sempronij pro ea maritanda, etiamſi fuerit relicta filiæ exiſtenti in poteſtate Sempronij. ibid. & ſeq. n.26.& 27.

Dos aduentitia ab extraneo filiæ in poteſtate patris exiſtenti, & data à patre ſtipulante dotem reddi filiæ ſoluto matrimonio,non acquiritur patri quoad vſumfructum, ſed filiæ quoad proprietatem, & quoad vſumfructum.p.73.n.27.

Dos pro parte poteſt eſſe profectitia, & pro parte aduentitia. ibid.

Dos Aduentitia quoad illius acquiſitionem mulieri dotata, vel alteri.

Dos aduentitia, & eius actio acquiritur filiæ, licet in patris poteſtate, p.76.cap. 3. n.42. ſoluto matrimonio reſtituitur ipſi filiæ ſuperſtiti, vbi dotans non eſt pactus dotem ad ſe redire debere, ibid.

Dos aduentitia iure antiquo Digeſtorum, & iure nouo Codicis quæritur filiæfamilias pleno iure,neque etiam quoad vſumfructum, p.95. n. 93. quod priuilegium iuris non extenditur ad filiumfamilias quoad dotem vxoris ſuæ, in qua pater habet vſumfructum, ſi ſuſtinet onera matrimonij,ibid.

In eadem dote aduentitia pater non eſt legitimus adminiſtrator filiæ, cap.3.n.94. Pro ea filia poteſt agere in iudicio,& ſine patris conſenſu, ac conſtante, & ſoluto matrimonio, poteſt & pater tanquam perſona coniuncta cum cautione rati, p.86. n. 94. & 95.

Si pater conſequutus ab hærede legatum dotis aduentitiæ bona adminiſtraſſet, & diſſipaſſet, an filia habeat in bonis patris hypothecam, vel poſſit agere contra hæredes. ibid. n.96.

Dos ab extraneo data vel promiſſa mulieri, vel pro muliere abſente præſumitur donata.p.88. num.102. Frater etiam dotans ſororem etiam diuitem in dubio præſumitur donaſſe: item mater dotans filiam. ibid. num. 103. Item auus maternus,& auia materna dotantes neptem ex filia, & patruus dotans neptem ex fratre. ibid.

Diſpoſitio *l. vnica*, §. *accedit, C.de rei vxor. act.* quod dos dato, vel promiſſa pro muliere ab extraneo non ſtipulante ſibi dotem reddi ſoluto matrimonio præſumatur mulieri donata, non procedit ſi matrimonium non fuerit ſubſequutum.ibid.p.104.

Dos à fratre data non præſumitur donata, ſi ipſa incontinenti, vel ſequenti die per inſtrumentum fateretur ſe eſſe tacitam, & contentam. ibid. n.105.

Extraneus, vel frater dotans tanquam fideiuſſor,donare non præſumitur..ibid.

Dos ab extraneo, matre, vel fratre data,ſi ſumma ſit maxima, an præſumatur donata.ibid.n.106.

Vide verbum præcedens *Extraneus.*

Dos

Notabilium.

Dos nondum à patre promiſſa, ſeu conſtituta quoad ius filiæ in bonis patris pro ea.

Antequam dos ſit à patre promiſſa pro filia marito, pater non impeditur vendere, & alienare ſua bona. p.125.n.19.

Sed pater viuens iure naturali, & ciuili inſpectis habet ſuorum bonorum liberam adminiſtrationem, poteſtque vendere, & in quoſcumque vſus prodigere, dummodo in fraudem legis non prodigat. p.208.n.10.

Bona patris, ante patris promiſſionem non ſunt tacitè hypothetata pro dote. p.125. n.19

Dos ante promiſſionem ſuccumbit creditoribus patris. ibidem.

Si pater in fraudem ad excludendam filiam à dote alienet bona, alienatio non præiudicabit filiæ. pag.125.num.19.

Et ſi prodige, & male diſſipet bona, per iudicem poteſt ſeparari portio bonorum paternorum pro dotis aſſecuratione. ibid.

Non poſſet tamen dos deduci antequam ſatisfieret creditoribus. p.223.n.155.

Vide verbum, *Æs alienum. Succeſſor.*

Dos promiſſa tantum.

Dos promiſſa tantum, & nondum ſoluta marito, an ſit propriè dos, ſunt oppoſitæ ſententiæ,& affirmatiua probatur. p.30. n.1.ad 30.

Et etiam approbatur dotem legatam eſſe propriè, & veram dotem. p.31.n.17.

Dos promiſſa, & ſoluta in iure æquiparantur, & idem ius eſt de vtraque ſtatutum.ibid.n.16.& 17.

Dote promiſſa dicitur mulier dotata, habereve dotem. p.32.& 33.n.16.& 17.

Sicut rerum traditione, ita dotis promiſſione dos in eſſe deducitur, & conſtituitur.p.32.n.17.

Et dotis promiſſio ac deſtinatio habetur pro ſolutione & omnibus dotis priuilegiis gaudet.ibid.n.17.& 19.

Item dos tantum promiſſa confertur, ac ſi tradita fuiſſet. ibid.n.16.

Ex dotis promiſſione per patrem, vel extraneum facta ſtatim mulieri acquiritur actio, nec eam promittens poteſt reuocare.ibid.& ſeq.n.17.& 30.

Dotis traditio habet maiorem efficaciam, quàm promiſſio reſpectu viri, reſpectu vero mulieris eſt differentia tantum accidentalis inter dotem datam, & promiſſam. ibid.& ſeq.n.18.& 20.

Et iuxta ius ciuile dos comprehendit etiam tantum promiſſam.p.33.n.23.

Quomodo intelligendum illud, ñumeratione, non confeſſione, ſeu ſcriptura fieri dotem.p.30.n.3.& pag. 33.n.25.

Dos promiſſa quomodo deſeruiat oneribus matrimonij. p.31.n.7.& 8.

Pactum de lucro dotis vxore ſine filiis præmoriente comprehendit dotem promiſſam non ſolutam viro culpa mulieris. p.34.n.31.

An comprehendat, ſi abſque culpa mulieris in ſoluendo non fuit ante illius mortem viro ſoluta? Approbatur affirmatiua.ibid. n.32.33.34.

Statutum de lucro dotis vxore ſine liberis præmoriente loquens ſimpliciter de lucro dotis, habet locum in dote promiſſa ex culpa, mora mulieris, vel promittentis non ſoluta.p.36.n.41.

An etiam ſi non fuerit ſoluta abſque mora, & culpa in ſoluendo.Negatiua.p.37.n.42.

Affirmatiua etiamſi matrimonium tantum momento durauerit, & maritus onera matrimonij non ſuſtinuerit citra ſuam culpam. ibidem n.43.44.45.46.

Statutum tacitè vel expreſſe loquens de lucro dotis datæ habet locum in dote promiſſa ob moram mulieris, vel promittentis non ſoluta. p.38.n.51.

Et quando dos promiſſa habenda ſit pro ſoluta. p.40.n.58.

Idem ſtatutum de lucro dotis datæ habet locum in dote promiſſa citra moram non ſoluta. Ponuntur oppoſitæ ſententiæ, & approbatur abſolute affirmatiua.p.39.n.52.ad 60.

Statutum, quod maritus prædefuncta vxore ſine liberis non poſſit cogi reſtituere dotem, vel lucretur dimidium dotis reſtituendæ, an habeat locum dote promiſſa. p.41.n.61.

Affirmatiua.ibid.n.62.& 63.

Etiam pactum, vt mortua vxore maritus non poſſit cogi reſtituere dotem, vel illius partem, vel quod dos penes maritum maneat, habet locum in dote promiſſa.ibid.n.63.

Statutum, quod maritus lucretur partem dotis, quam recepit, an comprehendat dotem promiſſam. p.42. n.65.& 66.

Et quid ſi ſtatutum dicat, *lucretur* partem dotis penes maritum exiſtentis.ibid.n.67.

Statutum excludens filiam dotatam à ſucceſſione patris, ſtantibus maſculis,an habeat locum ſi dos fuerit tantum promiſſa, vel in teſtamento patris relicta, ac ante patris mortem non fuerit filia maritata, nec dos ſoluta. p.51.n.100.101.102.

Quid ſi ſtatutum excludat filiam, quæ recepit dotem.ibid.n.102.

Quid ſi excludat filiam maritatam, an ſatis ſit dotem eſſe promiſſam, vel relictam, licet tempore ſucceſſionis filia non fuerit nupta.pag.52. numero 103.

Diſpoſitio *auth. ſed quamuis, Codice de rei vxoriæ act.* an procedat in dote promiſſa non ſoluta, primo marito, vt pater debeat dare filiæ ſecundò nubenti. p.53.n.106.

Dos à patre ſemel promiſſa, vel conſtituta filiæ, ſiue pro primo, ſiue pro ſecundo matrimonio,etiam eo non ſequuto,non poteſt amplius reuocari, neque minui. p.32.n.17.

Dos promiſſa non ſoluta conſtante matrimonio, eo ſoluto regulariter peti non poteſt, & quando peti poteſt.p.442.n.8.

Vide, *Hypotheca pro dote.*

Dos præſumpta.

Dos præſumpta quæ ſit.p.42.num.68.

Eſt vera dos. ibidem.

Mulier ſecundò nubens in dubio iuxta ius præſumitur dotem primo viro datam conſtituiſſe,ſeu dediſſe ſecundo viro, & hæc dicitur dos præſumpta. ibid. n.68.

Si habuiſſet plures viros, attenditur dos data vltimo viro.ibid.

In huiuſmodi dote præſumpta an habeat locum ſtatutum de lucro dotis. p.43.n.69.70.& 71.

Idem ſtatutum an habeat locum in dote per legem ficta.ibid.n.71.

In eadem dote præſumpta an habeat locum ſtatutum quod maritus lucretur dotem conſtitutam. p. 44. num.72.73.

Si ſtatutum diſponeret mulierem intelligi dediſſe omnia bona in dotem nulla dote conſtituta, non habet locum in ſecundo nubente ſine mentione dotis, ibid.n.73.ſecus ſi diceret, nulla dote expreſſe conſtituta. ibidem.

Quid ſi ſtatutum diceret,quod vir lucretur dotem promiſſam, an habeat locum in eadem dote præſumpta.p.44.n.74.

Dos confeſſata.

Dos per primum maritum in teſtamento confeſſata an & quando cenſeatur, vel non cenſeatur repetita ſecundo viro,an in ea habeat locum ſtatutum de lucro

cro dotis, ſit in computatione falcidiæ detrahenda, & reſeruanda filiis primi matrimonij, & pro ea reſtituenda (ſi confeſſata ſit per maritum grauatum) bona fideicommiſſi poſſint alienari. p. 305. n. 134. & 135.& p.403.n.100.

Dos confeſſata an, & quando habeat priuilegium tacitæ hypothecæ in bonis mariti, & prælationis reſpectu creditorum mariti, & alia priuilegia dotis, de cuius reali numeratione conſtet. p.435. numero 227.

Vide verbum, *Confeſſio mariti de dote recepta.*

Dos congrua, Dos quoad quantitatem, ſeu menſuram.

Pater tenetur date filiæ dotem congruam. p.208.n.14.

Quæ ſit dos congrua. ibidem. & p. 514. n. 1. & ſeqq. per totum caput,& p.519.n.179.

Dos congrua, in qua quantitate debeat conſtitui, boni viri, ſeu iudicis arbitrio definiendum relinquitur inſpectis circunſtantiis matrimonij, perſonarum, temporum & conſuetudinis, & numeri liberorum. p.514.n.1.2.& 3.& ſeqq.

In taxanda, ſeu æſtimanda dote congrua attendendæ ſunt dotantis facultates, vt pro illarum modo ſit taxanda, & quid nomine facultatum intelligatur. ibid.n.4. Habenda ratio æris alieni deducendi ex facultatibus.ibid.n.5.

Vnde dos à muliere adulta excedens facultates promiſſa, non ſuſtinetur quoad exceſſum.p.515.n.6.

Non eſt habenda ratio valoris proprietatum, ſed fructuum & redditutum deductis expenſis.ibid.n.7.

Et quando proprietas magni valoris, ſeu modici fructus à patre vendi debeat pro dote congrua filiæ conſtituenda.ibid.n.8.

Neque etiam in arbitranda dote congrua eſt habenda ratio bonorum feudalium quoad æſtimationem proprietatis, ſed fructuum feudi; neque bonorum ſubiectorum fideicommiſſo quoad valorem proprietatis, ſed quoad fructum illorum.p.515.n.9.

Dos modica reſpectu ad facultates patris dotantis poteſt eſſe non modica propter generi ſpem ſuccedendi in bonis ſoceri. ibid.n.11.

Etſi gener dolo inductus ad aliquam in vxorem ducendam ſub ſpe, ſeu prætexto, quod eam hæredem ſocer inſtitueret, licet poſtea ſocer non faciat, non poteſt conqueri de eo. ibid.

Et Teſtator, qui aliquem inſtituit hæredem ſub conditione, quod filiam, vel quamdam conſanguineam ſuam duceret in vxorem, ſi in vita illius hæres inſtitutus adimpleat conditionem, poteſt mutare teſtamentum alium hæredem inſtituendo in alio teſtamento, etſi mutet prius inſtitutus hæres non poteſt agere de illius nullitate. ibid.

In dote congrua filiæ conſtituenda habenda eſt ratio dignitatis parentis, & familiæ dotantis. p.516. numero 12.

Et ſi pater, vel auus paternus filiæ, vel nepti reliquiſſet dotem non competentem, ſeu condecentem dignitati perſonarum, & familiæ, poſſunt illi aſſignari alia bona, etiamſi fideicommiſſo paterno, vel auito ſubiecta, etiam vltra legitimam. ibid.

Inſpicienda etiam eſt qualitas, & dignitas, & conditio mulieris, & mariti. ibid.n.13

Et ex parte mulieris pulchritudo, virtus, an ſit virgo, vel vidua (in vidua enim maior dos, quam in virgine requiritur) vel fuerit corrupta, an legitima, an illegitima, naturalis, an ſpuria. ibid.

Ex parte viri etiam vltra illius nobilitatem inſpiciendum cuius ſit ingenij, vel peritiæ in aliquo artificio, an eius patrimonium amplum, vel tenue, an ære alieno grauatus, an bonus adminiſtrator ſui patrimonij.ibid.n.13.

Si mulier aliter non poſſit inuenire virum ſuæ nobilitati parem, omnia bona ſubiecta fideicommiſſo paterno, vel auito poſſunt dari in dotem. ibid. n. 14.

Et multò magis ſi legitima non ſufficeret, augenda erit dos ex bonis eiuſdem fideicommiſſi. ibidem, p.517.n.16.

Si deficiant bona allodialia ad conſtituendam dotem congruam an poſſint alienari bona feudalia. p. 516. numero 14.

Mulier nubens viro digno tanta dote, an præſumatur dediſſe omnia bona in dotem.p.517.n.15.

Dos propter nobilitatem, & diuitias viri augeri, & per contrarium minui debet.ibid.n.16.

In æſtimanda, & conſtituenda filiabus dote congrua conſiderari debet numerus filiorum.ibidem numero 18.

Eorum artificium, peritia, negotium, ætas, valetudo, robur ingenij. ibid.

Et quod alij poſſunt ſuperuenire. ibid.

Et ſi filia ſit vnica, dos pinguior ei dari debet, quàm ſi filij maſculi ſuperſunt. ibid.n.19.

Filiabus etiam excluſis à ſucceſſione patris propter maſculos collaterales dos maior debet conſtitui. ibid. n.20.

Debet augeri, ſi filiorum numerus eſt diminutus, ibid.n.21.

In dote congrua iudicanda inſpici debet conſuetudo regionis & de tempore dotationis, non quæ antea viguit, & iuxta eam conſtitui. ibid. n. 22.

Dotium variatio, & conſuetudo an ab allegante ſit probanda, vel ſufficiat proponere. ibid.

Dos conſuetudini regionis conformis dicitur ordinaria, quæ iudicis arbitrio declaratur extraordinaria. ibidem.

De qua dote intelligatur decretum S. Cong. Concilij de dote danda monialibus. ibid.

In taxatione dictæ dotis congruæ inſpici debet prius conſuetudo generalis, quam patris, vel quantitas patrimonij vel legitimæ,& iuxta eam ſi dos eſt minor, vel maior legitima, illa dos eſt congrua, & danda. p.518.n.23.24.25.

Frater, & agnati tenentur eandem conſtituere dotem vni filiorum, quam vel pater, vel ipſi aliis conſtituerunt. ibid. n. 26.

In dotis congruæ æſtimatione conſiderari debet conſuetudo & regionis & familiæ, ibid. n. 27.

Attendendum etiam eſt ad id, quod pater eſt ſolitus aliis filiabus dare pro dote, niſi medio tempore aliquo fortunæ exceſſu facultates patris diminutæ ſint. ibid. n.28.

Vt dos dicatur congrua non debet attendi, quod pater alteri aſſignauerit, ſed quantum ſibi aſſignandum fuiſſet.p.519.n.30.

Exceſſus in dote non conſideratur habito reſpectu ad aliam dotem, ſed ad ipſam, quæ conſtituitur, ibid. num. 30.

Et filiæ æquè dotantur, modo æquè bene in matrimonio collocentur, licet plus vni, quàm alteri tradatur.ibid.

Non tamen dos ex eo dicitur congrua, quod cum illa reperit maritum.ibid.n.31.

Neque poteſt dici exigua, vel incongrua quando eius redditus non ſufficit pro alimentis, nec dici congrua ex eo ſolum, quod illius reditus ſufficiunt pro alimentis; ſed attendendæ ſunt illæ circunſtantiæ, & qualitates.p.520.n.32.

Dos ſcutorum mille an dicatur congrua pro qualibet filia etiam pro magno comite.n.33.

Dos congrua an poſſit eſſe minor legitima. Ibid. num. 34.& ſeq.

Dos congrua iuxta diſpoſitionem iuris communis, & ſecluſis omni ſtatuto & conſuetudine, ſecundùm aliquos

aliquos non debet eſſe minor legitima. p. 521. numer. 36.
Iuxta communem ſententiam poteſt eſſe minor quantitate legitimæ. ibid.n.37.& p.251.n.75.
Vbi ex ſtatuto ſuccedit loco legitimæ, an non debeat eſſe minor legitima. p.240.n.37.& 41.
Filia nupta,cui pater non conſtituit dotem congruam, poteſt viuo patre petere dotis ſupplementum vſque ad congruitatem. pag. 522. numero 38.
Filia congruenter dotata, ſi dos fuit minor legitima, poſt mortem patris ab illius hæredibus poteſt petere ſupplementum legitimæ vſque ad quantitatem legitimæ ſibi debitæ in bonis patris defuncti.ibid. num.39.
Dos congrua filiabus debita quandoque poteſt, & debet eſſe maior legitima.p.523.n.40.
Et ſic legitima non ſufficiente ad congruam dotem tenetur pater filiam dotare vltra legitimam. p. 208. num.14. & p.237.n.23.
Et tunc etiam ex bonis fideicommiſſo paterno, vel auito ſubiectis poteſt dos vltra legitimam conſtitui.p.523.n.40.
Filiæ nuptæ abſque dotis conſtitutione vlla, quæ nupſit conſenſu patris, vel abſque patris conſenſu viro digno, an teneatur pater dotem dare vltra legitimam, ſi tanta dos circunſtantiis matrimonij conſideratis æſtimetur congrua, ibid. & ſeq. n.43. & 44.
Si dos pro filia ſit promiſſa in maiori quantitate quàm ſit legitima, in qua fuit à patre inſtituta, nolens filia ſuccedere poteſt quantitatem dotis promiſſæ petere.p.208.n.14.
Si filia à patre fuerit inſtituta ſimul cum filiis,non poteſt à fratribus pro dote aliquid vltra legitimæ portionem,ſeu legitimam ſibi à patre relictam, petere ſi hæc ſit ſufficiens pro dote congrua: poteſt autem petere aliquid vltra legitimam ſi hæc non ſufficiat ad dotem congruam. p.209. n.17. Dos congrua iudicandáne ſit ſecundum quantitatem facultatum patris de tempore dotationis, & nuptiarum, vel de tempore mortis, vt ſi poſt dotationem auctæ ſint facultates, augeri debeat dos tam iure communi, quam ſtatutario attento.p.524.n.45.ad 50.
Approbatur ſententia, quod de tempore dotationis, & ita pater, qui de tempore dotationis, & nuptiarum pro modo facultatum ſuarum illius temporis, & aliis circunſtantiis inſpectis filiæ dotem congruam conſtituit,liberatus eſt ab onere dotandi.p. 525.n.48. & diminutis poſtea paternis facultatibus non poteſt à marito reuocari quoad partem. p.527. n.54.& p.541. n. 102. & illis poſtea auctis viuente patre non debet augeri. p.525.& ſeq. n. 48. & 49. eo verò defuncto debet augeri vſque ad legitimam, p.526.n.49.& 102.
Si vero dos à patre relicta, vel taxata longe ante matrimonium facta congrua fuit, tempore nuptiarum, & dotationis augeri debet auctis deinde facultatibus, vel dotibus iuxta conſuetudinem.p.527. num.55.
Circa congruitatem dotis à patre, vel auo paterno datæ non requiritur ſubtilis indagatio,ſed ſatis eſt, vt ſit tanta, vt filia vel neptis honeſtè nubat. p. 537. num.89.
Leges ciuiles,& ſtatuta,quæ cauent filiabus certas dotes, vt non detur maior ſumma,an valeant.pag.541. num. 103.
Vide verbum, *Dos filiæ excluſa. Fideicommiſſum. Hæredes.*

Dos inofficioſa.
Vide *Inofficioſum, Inofficioſa Dos.*

Dos filiæ, ſeu fœmina à ſtatuto excluſa à ſucceſſione patris propter maſculos debita.

Suppoſita ſententia quod ſtante ſtatuto excludente filiam à patre congruenter dotatam ab illius ſucceſſione,dos congrua non debeat eſſe minor legitima, ſufficit quod ſit æqualis legitimæ debitæ filiæ de tempore dotationis, & nuptiarum, ſi tunc pater decederet, & auctis poſtea facultatibus non debet augeri poſt mortem patris. pag. 526. numer. 51.
Dos ſtante ſtatuto fœminas excludente à ſucceſſione patris cum reſeruatione dotis, ex eo quod ſuccedat loco legitimæ, non ſequitur, quod debeat eſſe in quantitate æquali ipſimet legitimæ. pag. 240. n. 35. 37. 44. & pag. 527. & ſequent. num. 56. & 62.
Dos filiabus per ſtatutum illas excludens propter maſculos à ſucceſſione patris debita debet eſſe congrua. p.526.& 529.n.52.& 62.
Et filiabus debetur etiamſi ſint diuites. p. 245. numero 49.
Non ſolum à patre, ſed etiam à fratre patruo patris hærede, alióve ſucceſſore vniuerſali in bonis patris, & etiamſi habeat matrem, vel auum maternum diuitem, vel eam maritus dotaſſet p.213. n. 35. ad 40.
An à patre viuente dotante poſſit aſſignari minor legitima, ſiue ſi tempore dotationis deberetur, ſiue debita poſt mortem patris de iure communi debita.p.528.n.58.
Affirmatiua verior.ibid.n.60.
Suppoſito, quod filia congruenter dotata per ſtatutum excluſa ſucceſſione patris ab inteſtato excluſa eſſet etiam à legitima, ſi dos à patre viuente eidem filiæ data fuit omnibus circunſtantiis attentis congrua, filia ſic dotata neque viuente patre, neque eo mortuo à fratribus patris hæredibus poteſt petere aliquod ſupplementum.p.529. n. 61. etiam ſuppoſito quod non ſit excluſa à legitima, poteſt poſt mortem patris petere ſupplementum vſque ad legitimam.ibid. n. 61. Dos præfatis filiabus excluſis à ſucceſſione patris propter maſculos poſt mortem patris aſſignanda per fratres, vel alios agnatos, an debeat eſſe non minor legitima.Affirmatiua etiamſi dos ſtatuto ſit collata in arbitrium alterius. ibid. n. 63.Negatiua.p.530.n.64.
Suppoſita ſententia, quod ſtatutum excludens fœminas à ſucceſſione patris, vel aui ab inteſtato, nihil dicens de legitima non excludat à legitima, filia, ſeu ſoror poſt mortem patris à fratre, vel ab alio agnato excludente debet dotari dote non minori legitima portione, & in minori quantitate dotata poteſt petere ſupplementum vſque ad legitimam p.532.num.70.
Et ſi fuerit dotata à patre viuente dote congrua, licet minori legitima, viuente eodem patre non poteſt petere ſupplementum vſque ad legitimam, poteſt vero eo mortuo, ibidem numero 71.
Et ſi dos non fuerit congrua etiam viuente patre poteſt agere ad ſupplementum vſque ad legitimam. ibidem.
Si conſuetudo habeat, quod filia à ſtatuto excluſa dotetur dote non minori legitima, erit ſeruanda, & dotata cum minori poſt mortem patris poterit petere ſupplementum vſque ad legitimam. ibid.numero 72.

Suppoſito quod per præfatum ſtatutum excluſa à ſucceſſione ſit etiam excluſa à legitima, iuxta vnam ſententiam filia à patre viuente debet à maſculis illam poſt mortem excludentibus dotari dote non minori legitima. p. 533. n. 73. 74.
Limitatur dicta ſententia ſi extarent filij, & deſcendentes patris hæredes. p. 534. n. 75.
Etſi aliter habeat conſuetudo patriæ. ibid. n. 76.
Iuxta eandem ſententiam filia in dote minori legitima à fratre excludente dotata poteſt petere ſupplementum vſque ad legitimam. ibid. n. 77.
An hoc ius tranſeat ad hæredes. ibid.
Suppoſito, quod ſtatuto excludente fœminas à ſucceſſione filia ſit pariter excluſa à legitima iuxta vnam ſententiam, filiæ excluſæ neque à patre viuente, neque eo mortuo à fratribus, aliiſve agnatis eam excludentibus debet conſtitui maior eadem legitima. ibid. n. 78.
Quæ ſententia limitatur, quando extranei hæredes eſſent inſtituti, vt tunc dos non debeat eſſe minor legitima, ſiue à patre, ſiue à fratribus aſſignetur. p. 535. n. 79.
Et quando filia excluſa inueniret virum ſibi parem, niſi cum dote æquali, vel maiori legitima, vt tunc dos etiam vltra legitimam ſit danda, ibid. n. 80.
Præfata dos filiæ excluſæ debita an ſuccedat loco legitimæ, & ſubiaceat conditioni, & oneri, & ſit tranſmiſſibilis. ibid. n. 81.
Quando ſtatutum diſponit filias, ſeu fœminas debere contentas eſſe dote data, vel promiſſa à patre vel auo viuente, vel in vltima voluntate relicta, an dos poſſit eſſe minor portione legitima, etiamſi ſit tenuis, minima, nec filia poſſit vltra legitimam petere quicquam, p. 535. n. 82. ad 87
Et quid ſi ſtatutum dicat, quod filia ſit contenta dote data etiam ab extraneo. p. 536. n. 88.
Dos à patre, vel auo paterno viuente filiæ vel nepti conſtituta, vel in vltima voluntate relicta, iuxta communem Doctorum præſumitur congrua, nec filia excluſa poteſt conqueri, & petere aliquod ſupplementum. p. 537. n. 89.
Si tamen dos ſit immodicè tenuis, filia etſi à ſucceſſione patris excluſa per ſtatutum, poteſt à patre, vel eius hærede petere ſupplementum, vt efficiatur congrua, etiamſi ſtatutum iuberet filias eſſe contentas quacunque dote à patre data, ipſive patri concederet facultatem dotandi filias ad libitum. p. 538. num. 90.
An ſit dicenda dos immodicè tenuis, ſi conſtet filiam à patre in ea enormiter læſam, vel enormiſſimè, vel remittatur iudicis àrbitrio. ibid. n. 91.
Illud quod dos à patre conſtituta præſumatur congrua nec filia poſſit aliquod dotis ſupplementum petere, niſi conſtet eam fuiſſe enormiter, vel enormiſſimè læſam, an procedat etiamſi nullum extet ſtatutum excludens fœminas dotatas à ſucceſſione patris ab inteſtato. p. 539. n. 93. & 94.
Vbi approbatur negatiua, & etiam filia notabiliter licet non enormiter, vel enormiſſimè læſa in dotis tenuitate, iuxta opinionem valde probabilem poteſt petere ſupplementum, etiam vſque ad legitimam tametſi filia ſit nupta viro digno, & diuiti. ibidem num. 95.
Et quando dos data filiæ excluſæ non ſufficeret ad eius alimenta, poſſet petere ſupplementum vſque ad ſufficientia alimenta; licet non poſſet petere ſupplementum legitimæ. p. 540. n. 96.
Vide *Læſio, Renunciatio, Statutum excluſiuum, Tranſmiſſio, & verbum præcedens.*

Dos æſtimata.

Hæres mariti poſt illius obitum non tenetur bona dotalia ab eodem marito accepta æſtimata reſtituere vxori, ſed ſolutam æſtimationem, ſeu pretium. pag. 279. n. 70.
Æſtimatio faciens venditionem in rebus dotalibus in dubio non præſumitur, nulla facta æſtimatione, ſeu pretij mentione. p. 308. n. 146. & 148.
Si res dotales ſunt datæ in dotem æſtimatæ collata æſtimatione, ſeu quantitate pretij in tertium, qui poſtea ſit arbitratus, valet æſtimatio, & tacita venditio. p. 309. n. 150.
Si arbitrator electus non fuerit arbitratus, ſeu non declararit quantitatem pretij, non redditur nulla æſtimatio, ſed recurritur ad arbitrium alterius boni viri ſpeciali fauore dotis. ibid. n. 152.
Licet ſecus male ſenſerint aliqui. p. 310. & 311. n. 153. & 154.
Nec æſtimatio collata in arbitrium tertij, eo non æſtimante, corruit, quando de ea conſtat per legis declarationem, p. 309. n. 152.
Speciali etiam fauore dotis, vbi dos, vel eius quantitas eſt promiſſa declaranda ad arbitrium tertij, ſi is non declaràuit, valet dotis conſtitutio, & recurritur ad arbitrium alterius boni viri. ibid. n. 152.
Vbi in contractu matrimoniali dictum eſt ſolum, res dotales tradi æſtimatas valore non declarato, nec collato in arbitrium boni viri, non cenſentur datæ æſtimatæ, nec inducitur tacita venditio. ibidem.
In augmento dotis partibus remiſſo ad arbitrium boni viri, eo non arbitrante, non recurritur ad arbitrium alterius, & corruit conſtitutio augmenti, & cur. p. 311. n. 155.
Deterioratio veſtium, & aliarum rerum dotalium, quæ datæ ſunt æſtimatæ viro in dotem, pertinet ad maritum. p. 310. n. 113.
Textus iuris loquentes de dote inæſtimata, & de dote æſtimata. p. 645. n. 1.
Res in dotem dati poteſt ſimpliciter æſtimata, nullo poſt æſtimationem adiecto pacto, vel aliquo pacto adiecto. ibid. n. 2.
Si ſimpliciter detur in dotem abſque expreſſione vlla pro certa quantitate, vel alia adiectione, quæ æſtimationem inducat, præſumitur data inæſtimata. ibid. num. 3.
Æſtimatio venditionem facit, quæ non eſt ſimpliciter venditio, ſed dotis cauſa facta. ibid. n. 4.
Et ſic res marito in dotem traditæ æſtimatæ operantur tacitam emptionem, & venditionem, ibid.
Quam emptionem, & venditionem præſumitur efficere æſtimatio rerum dotalium cum mentione pretij. p. 646. n. 5.
Vbi æſtimatio ſit in rebus dotalibus, duo contractus celebrantur, vnus exprimitur, ſcilicet dotis, alter occultatur, nempe emptionis, & venditionis. pag. 645. n. 4.
Et dos non conſiſtit in bonis traditis, ſed in pecunia, ſeu pretio. ibid.
Et mulieri magis vtile eſt, quod bona dotalia data ſint æſtimatam, quàm inæſtinata. ibid.
Si dicatur in inſtrumento dotali res dari marito æſtimatas, alio non declarato, non efficitur tacita venditio. p. 646. n. 6.
Quid ſi conuentum fuerit, quod rei in dotem datæ reſtituatur æſtimatio. ibid.
Non eſſet inducta emptio, & venditio in traditione rei dotalis, ſi dictum ſit, reddam provt fuerit æſtimata abſque nominatione certi æſtimatoris. ibid.

Si

ſi in inſtrumento dotali de antiquo celebrato dicatur res dotales fuiſſe traditas marito æſtimatas, præſumitur facta tacita venditio, ibidem numero 7.

Efficitur emptio, & venditio traditis in dotem rebus æſtimatis pro pretio, ſeu æſtimatione collata in arbitrium tertij electi, ibid.

Si in inſtrumento dotali ſcriptum ſit, quod maritus accepit prædia æſtimata pro ſe, & ſuis hæredibus, æſtimatio facit emptionem.ibid.n.8.

Si æſtimatio rerum dotalium non fuerit pro iuſto pretio, ſed longè minori, an efficiat venditionem.p.647. n.9.& 10.

Vbi approbatur affirmatiua. ibid.

Mulier læſa in æſtimatione rerum dotalium debet probare læſionem, vt ei ſuccurratur. ibidem numero 10.

Eidem ſuccurrat vt maritus vel reducat æſtimationem ad iuſtum pretium, vel reſtituat res datas in dotem, ſi extent, etiamſi læſio fuerit citra dimidium, & modica.ibid.n.11.& 12.

Dotalibus rebus non extantibus, præſtanda erit æſtimatio ab initio conuenta, qualiſcumque ſit, etſi non condigna, ſecluſo mariti dolo. ibidem numero 13.

Si mariti dolus interuenerit, ſiue res extent, ſiue non extent, ſemper iuſta æſtimatio reddenda eſt. p. 638. num.14.

Et quid in foro conſcientiæ, ſi res abſque culpa mariti perierint.ibid.

Mulier minor læſa notabiliter in æſtimatione rei dotalis, reſtituitur in integrum, ibidem numero 15.

Si mulier maior fuerit læſa notabiliter in quantitate exceſſiua dotis, etiam citra dimidium, minui debet quantitas vſque ad congruam menſuram. ibid.n.16.

Marito in æſtimatione dotis læſo ſuccurritur ſicut mulieri, vt mulier debeat minuere æſtimationem, vel recipere res ipſas, quales receptæ ſunt, dolo mariti ſecluſo. ibid.n.17.

Si ab initio datus eſt in dotem fundus inæſtimatus, & poſtea ex interuallo facta eſt æſtimatio, non efficitur contractus emptionis, & venditionis, & quid ſi interuallum fuerit modicum, vel æſtimatio facta animo nouandi, ibidem numero 18.

Si maritus tempore æſtimationis, & traditionis rei in dotem non eſſet idoneus ſoluendo æſtimationem, an tunc æſtimatio efficeret tacitam venditionem. ibid.& ſeq.n.19.& 20.

Si tempore ſoluti matrimonij, & dotis reſtituendæ maritus, vel eius hæres non habeat, vt ſoluat æſtimationem, mulier poteſt vendicare à marito, vel eius hærede res ipſas in dotem datas æſtimatas. p.649.n.20.

Æſtimatio rerum dotalium facit tacitam venditionem etiamſi res non ſint præſentes.ibid.n.21.

Quando præceſſit promiſſio dotis in certam pecuniæ quantitatem, & poſtea pro ſatisfactione traditur aliqua res marito, cenſentur tradita ad quantitatem promiſſam æſtimata, & efficitur emptio, & venditio.ibid.n.22.

Et ſic ſi ſecundo viro aliquæ res ſimpliciter datæ fuerint pro dote certæ quantitatis primo viro conſtitutæ, cenſentur datæ æſtimatæ æſtimatione faciente venditionem.ibid.n.24.

Res conſiſtentes in numero, pondere, & menſura datæ in dotem inæſtimatæ cenſentur datæ æſtimatæ tacita legis æſtimatione, taliter quod ſoluto matrimonio vxori, vel eius hæredi à marito, vel eius hærede non ſunt reddendæ eædem res, ſed tantumdem in ſpecie, vel earum valor de tempore ſoluti matrimonij debet reſtitui.p.650.n.25.

Earumdem rerum maritus efficitur dominus, & poteſt illas diſtrahere.ibid.

Nomen debitoris quando à muliere cenſetur datum in dotem æſtimatum, vel inæſtimatum. ibid.n.26.

Rerum, quæ in dotem marito datæ ſunt æſtimatæ æſtimatione faciente emptionem, & venditionem, dominium plenè tranſit in maritum.p.651.n.27.

Earum periculum, & damnum, ſicut & lucrum, & augmentum ad maritum ſpectat.ibid.n.28.

Rerum mobilium, quæ vſu conſumuntur, vel deteriorantur (vt veſtes, & ſimilia) ſi datæ ſunt in dotem æſtimatæ, periculum, & deterioratio ſpectat ad maritum, ſi eius conſenſu vxor illis vtatur.ibid. numero 29.

Si vxor illis vtatur inuito, vel inſcio marito, tenebitur marito, vel eius hæredi compenſare deteriorationis damnum diminutione æſtimationis. ibidem.

Res in dotem datæ æſtimatæ ante nuptias, vel ſi nuptiæ non fuerint ſequutæ, pereant vel deteriorentur, periculum, & damnum, & lucrum ſpectat ad mulierem.ibid.n.30.

Et nuptiis non ſequutis res debent mulieri reſtitui, non pretium, ſeu æſtimatio, ibidem numero 31.

Periculum rerum, quæ datæ ſunt in dotem æſtimatæ, incipit pertinere ad maritum ſolum à tempore, quo matrimonium eſt contractum. ibidem numero 32.

Fundus in dotem datus inæſtimatus per maritum conſtante matrimonio non poteſt obligari, & alienari etiam vxore conſentiente.ibid.n.33.

Bona immobilia marito in dotem data æſtimatione faciente venditionem, vti non dotalia poteſt maritus liberè obligare, & alienare, etiamſi maritus ſit inops, ad quem etiam ſpectat bonorum periculum. ibid.n.33.

Res datæ in dotem æſtimatæ dicuntur dotales impropriè, ac propriè non ſunt dotales, ibid.

Rerum, quæ datæ ſunt in dotem inæſtimatæ, fructus pendentes pro rata vltimi anni diuiduntur inter vxorem, & maritum.p.652.n.34.

Si datæ ſunt æſtimatæ fructus in ſolidum ad maritum ſpectant.ibid.Si tamen ſoluto matrimonio fuerit in mora reſtituendi mulieri æſtimationem earum, tenetur ad intereſſe ratione æquitatis ſeruãdæ.ibid.n.36.

Partus ancillarum ad maritum non ſpectant, earum æſtimatione non facta; ſpectant ſi ancillæ datæ ſint in dotem æſtimatæ.ibid.n.35.

Maritus pro re reſtituenda ſoluto matrim. æſtimatione præfata rerum in dotem datarum non habet dilationem annalem.ibid.n.37.

Non tenetur nec à muliere reſtituere res ipſas, ſed tantum pretium, ſeu æſtimationem. ibidem & ſeq.n. 38.& 39.

Ob inopiam tamen mariti poteſt agere ad res ipſas vendicandas, conſtito prius maritum vel eius hæredem non eſſe ſoluendo, pag. 653. numero 39.

Et ſi pro ſoluenda æſtimatione maritus, vel eius hæres non habet bona ſufficientia mulieris, in ſubſidium poteſt eaſdem res datas in dotem æſtimatas vendicare etiam à quocumque tertio poſſeſſore, & præfertur creditoribus mariti etiam anterioribus, & etiam habentibus hypothecam expreſſam ſuper eiſdem rebus.ibid.n.40.

Et etiamſi maritus ex eiuſdem mulieris conſenſu illas alienarit. ibid.

Præcederet tamen prius excuſſio in bonis mariti,quod faciendum in quibuſcumque caſibus , in quibus vxor ob inopiam mariti agit ad dotem ſuam contra tertium poſſeſſorem. ibid.n.41.

Tertius autem poſſeſſor ſoluto matrimonio offerens mulieri æſtimationem liberatur, & mulier excluditur à vindicandis ab eo rebus. p. 16. n. 42.

Secus ſi conſtante matrimonio. ibid.

Ad cognoſcendum an æſtimatio rerum dotalium faciat emptionem,& venditionem,attendenda eſt cauſa, ob quam ſit. p.654.n. 43.

Et non efficit, quando apparet eſſe factam tantum ad cognoſcendum valorem rerum. ibid. num. 44. Nec quando non fuit expreſſa certa quantitas, aut fuit facta ex interuallo.ibid.n.45.

Æſtimatio etiam rerum dotalium immobilium à minore in dotem datarum emptionem non facit.ibid. num.46.

Rerum dotalium æſtimatio pro parte poteſt facere emptionem, & pro alia parte non. ibid.n.48.

Si in æſtimatione dictum ſit, quod pars debeat ſolui in rebus ſoli, æſtimatio non facit emptionem.ibid. num.47.

Ex coniecturis coniici poteſt , an æſtimatio rerum dotalium faciat emptionem, & venditionem. ibid. num.48.

Et non efficit, ſi maritus poſtea confeſſus eſt, ſe talia bona in dotem accepiſſe, nec de pretio mentionem fecit. ibid. Neque ſi maritus pro pecunia, quam in dotem accepit, aliqua ſua bona in caſu dotis reſtituendæ obligauit, & pro ſoluenda æſtimatione eorumdem bonorum nihil obligauit. pagina 655.n.49.

Neque ſi maritus bona æſtimata ad culturam redegit, & de fructibus bonorum vxoris ſimplex ſe feciſſe declarauit, & repeti prohibuit. ibidem numero 50. Declaratio mariti facta poſt æſtimationem,quod bona eſſent mulieris, eidem mulieri non nocet. ibid.

Æſtimationi rerum dotalium ſi adiectum ſit pactum, vt reſtituatur æſtimatio, vel reſtituatur dos, cenſetur inducta æſtimatio. p. 658. n. 63. & 64. item ſi fuerit adiectum pactum, vt eædem res æſtimatæ reſtituerentur eodem modo, vel eiſdem modo , & forma, quibus datæ fuerunt. ibid.n.65.67.

Si appoſitum ſit pactum, vt reſtituerentur iiſdem pretiis,quibus æſtimatæ fuerunt,non inducitur venditio. p.659. n. 67. An in hoc caſu maritus teneatur ad æſtimationem , ſi res perierint, vel deteriores ſint factæ ex ſua culpa leuiſſima. ibid. Si quoque adiectum ſit pactum, quod res ipſæ datæ æſtimatæ reſtituerentur, vel quod reſtituerentur habita ratione augmenti, vel diminutionis, non inducitur venditio. ibid.n.68.69.

Hoc caſu qua ratione periculum , & commodum ſit mariti; an ſi culpa eius leuiſſima , vel fortuitò damnum contigerit, an ſi augmentum extrinſecum abſque eius facto accreuerit.ibid.n.70.

Quid ſi pecunia data ſit in dotem pacto, quod reſtitueretur ſub eadem æſtimatione.ibid.

Pacto præfato appoſito,ſi maritus res,tametſi mobiles alienauerit abſque conſenſu vxoris, poterit mulier eas vindicare à tertio poſſeſſore. ibid.n.70.

Secus ſi ex conſenſu mulieris, quamuis ſoluto matrimonio poſſit exigere æſtimationem.ibid.

In præfato pacto rerum æſtimationi appoſito , quod eædem res reſtituantur, an tacitè ſubintelligatur illa clauſula, *habita ratione augmenti, vel diminutionis*, ſi non fuit expreſſa. p.661.n.71.

Si æſtimationi rerum dotalium adiectum ſit pactum, vt maritus ſoluto matrimonio vxori reſtituat res dotales extantes, pactum operatur, vt de non extantibus æſtimatio ſolui debeat.ibid.n.72.

Stante hoc pacto reſtituendi res extantes, an maritus conſtante matrimonio poſſit illas alienare vxore conſentiente. ibid.n.73.& 74.

Teneretur ne maritus pretium, ſeu æſtimationem reddere, ſi abſque ſua culpa caſu tantum fortuito non extarent. p. 661.n.75.76.

Quando poſt æſtimationem rerum dotalium adiectum eſt pactum, quod eſſet in electione mariti reſtituere res ipſas, vel earum æſtimationem , non facit æſtimatio venditionem, & qui effectus inde ſequantur.p.662.n.77.

Quid ſi electio ſit mulieris.ibid.n.78.

Et quid ſi ſimpliciter dictum eſſet, quod res, vel æſtimatio reddatur. ibid. n. 79.

Vide verbum ſequens, *Fundus dotalis.*

Dos inæſtimata.

Rerum dotalium inæſtimatatum dominium quale ſit penes virum, quale apud mulierem, vbi vitine, an mulieris dominium ſimpliciter, & verum ſit. p.655.n.51.& 52.

Res immobiles datæ in dotem inæſtimatæ vel æſtimatæ æſtimatione non faciente venditionem à marito, neque obligari, neque alienari poſſunt, mobiles verò poſſunt.p.657.n.54.55.

Eaſdem res ſoluto matrimonio maritus tenetur reſtituere, non æſtimationem.ibid.n.56.

Earum periculum, & commodum ſpectat ad vxorem. ibid. num. 57.

Quid ſi culpa mariti ſint peremptæ , vel deteriores factæ; & de qua culpa teneatur maritus circa cuſtodiam , & adminiſtrationem rerum dotalium. ibid.n.58.

Et ſi effectæ ſint deteriores , maritus debet probare id effectum abſque ſua culpa. ibid.n.60.

Quando datus eſt in dotem grex animalium inæſtimatos, pereuntibus aliquibus capitibus animalium, ſuppleri debet aliis fœtibus. p.658.n.61.

Vide verbum præcedens.

Dos euicta.

Vide verbum *Euictio. Euictio rerum dotalium.*

Dos quoad eius ſucceſſionem loco legitimæ.

Dos quando ſuccedat loco legitimæ. pag. 229. n.111. & p.31.ab initio, & p.521.n.36.

Doctores communiter dicentes dotem à patre filiæ datam ſuccedere loco legitimæ, intelliguntur poſt patris obitum. p.229.n.112.

Dos viuente patre retinet propriam naturam dotis, eo mortuo ſuccedit loco legitimæ quoad effectum imputationis, reſtitutionis, reiectionis oneris,& petitionis ſupplementi. ibid.

Dos à patre data, vel relicta mortuo patre iure communi attento ſuccedit loco legitimæ, illiuſque naturam ſortitur, & reiicit omne onus conditionis, temporis, modi, & reſtitutionis. pagin. 231. numero 2.

Relictum pro dote à patre factum non continet conditionem, ſi nuptiæ ſequantur. ibid.

Dotem ſuccedere loco legitimæ non eſt idem ac dotem debere eſſe æqualem legitimæ iure communi filiabus debitæ, ſed etiamſi poſſit eſſe legitima, tamen in ea minori quantitate eſſet loco legitimæ ſubrogata, vt nullo oneri ſubiiciatur, ſicut non ſubiicitur legitima.p.240.n.35.

Satutum poteſt diminuere dotem in qualitate, & in illa minori qualitate ſubrogare legitimæ, vt ſicut legitima non ſubiiciatur oneri vllo, & ſit tranſmiſſibilis ad hæredes mulieris. p.519.n.62.

Stante ſtatuto excludente fœminas à paterna ſucceſſione ab inteſtato, an, & quando dos ſuccedat loco legitimæ.p.241.n.43.& pluribus ſeqq.

An ſuccedat loco legitimæ,nec poſſit grauari ſi ſtatutum prius iubeat fœminas dotari, & poſtea excludat.ibid.& ſeqq.n.43.44.48.61.& 63.

Si ſtatutum prius excludat à ſucceſſione fœminas, poſtea mandat eas dotari, an dos ſuccedat loco legitimæ, & reiiciat conditionem, & onus.ibid.& ſeqq. n.43.46.50.81.& 82.

Stante ſtatuto mandante prius dotari,quam excludat, an dos debeat eſſe pura abſque vlla conditione nuptiali, & grauamine, & debeatur etiam filiæ non nubenti, & ad illius hæredes tranſmittatur. p. 242. & ſeqq.n.45.48.& 62.

Stante ſtatuto prius excludente à ſucceſſione, an dos reſeruata non ſit pura, ſed conditionalis relata in tempus nuptiarum, nec tranſmiſſibilis ad filiæ hæredes ante contractum matrimonium, & poſſit grauari fideicommiſſo. ibidem numero 43. 46. 48.62.

Stante ſtatuto diſponente dotem reſeruatam filiæ excluſæ capi de manibus maſculorum, & non iure directo, non ſuccedit loco legitimæ. pag.249. numero 64.

Quando ſtatutum excludens reſeruat filiæ dotem in quantitate, ſeu in pecunia, vel in re certa poſt delatam ſucceſſionem,vel reſeruat quotam hæreditatis, puta decimam, vel duodecimam, an dos ſuccedat loco legitimæ.p.249.n.65.& 66.

Si vltra ſtatutum ſimpliciter excludens fœminas à ſucceſſione extet aliud ſtatutum reſeruans legitimam, dos ſuccedit loco legitimæ. p.254. n.69.

Stante ſtatuto ſimpliciter excludente, ſi filia dotetur poſt mortem patris, an dos ſuccedat loco legitimæ. ibid.n.69.

Si idem ſtatutum excludens filiam, diſponit vt faciat partem in computatione legitimæ maſculorum,dos reſeruata ſuccedit loco legitimæ. ibid.n.20.

Quid ſi ſtatutum faciat mentionem legitimæ, & quod non ſit minor legitima, vel quod non poſſit filia à patre dotata petere ſupplementum legitimæ. ibid.num.11.& ſeqq.

Si dicat, vt filia excluſa congrue, vel legitime dotetur, an dos excedat loco legitimæ, illiuſque priuilegia habeat.p.251.n.74.& 75.

Dos de paragio filiabus, ſeu ſororibus excluſis debita ex ſtatuto,an ſuccedat loco legitimæ. ibid.n.76.

Statuto tantum mandante fœminas à patre dotatas eſſe tacitas, & contentas dotibus datis inter viuos, vel in vltima voluntate relictis, nec vltra poſſe petere quicquam ratione ſupplementi, dos ſuccedit loco legitimæ, & reiicit conditionem, & quodcumque onus. ibid.n.77.

Iuxta ſtatutum vrbis fœminas excludens à ſucceſſione ab inteſtato, diſponendo, quod filia ſit contenta dote data, vel relicta à patre, & quod teſtamentum patris non poſſit impugnari, an dos ſuccedat loco legitimæ, & reiiciat omne onus. p. 251. num.78.

Statuto ſimpliciter excludente à ſucceſſione ab inteſtato filias non obſtante, pater in teſtamento poteſt filiabus dotem relinquere tanquam legitimam, ſeu loco legitimæ, & purè ac ſine conditione. pag. 254.num.81.

Plures caſus, in quibus pater relictum pro dote filiæ excluſæ factum ſuccedit loco legitimæ, ibidem numero 84. ad 90.

Vide *Dos quoad grauamen legitimæ*, *Statutum excluſiuum.*

Dos quoad eius imputationem in legitimam.

Vide *Auus paternus quoad ea ab eo relicta*, *&c. Auus maternus*; *Auia legitima quoad ea, quæ in eam imputantur.*

Dos putatiua.

Remedium ſubſidiarium (ſi maritus non ſit ſoluendo) mulieri conceſſum dotis fauore, vt poſſit ad pretium ex re dotali redactum, vel ad rem ex pecunia dotali emptam haberi regreſſus, & mulieri competat vtilis rei vindicatio,procedit etiam in dote putatiua. p.19.n.73.

Statutum loquens de lucro dotis mulieris præmorientis, aut decedentis in matrimonio,an habeat locum ſi matrimonium ſit putatiuum bona fide contractum.p.47.n.85.

Dos putatiua, vbi matrimonium contractum fuit bona fide,ſaltem ex parte mulieris, fauore mulieris habet priuilegium veræ dotis, prælationis, & hypothecæ, & executionem paratam. p.59. n. 124.& p.449.n.40.Reſpectu viri non habet priuilegia dotis. p.60.n.125.& p.449.n.40.

Vide *Maritus putatiuus.*

Dos filiafamilias conſtituta quoad illius reuerſionem ad patrem dotantem ſoluto matrimonio, & obligationem illam dandi ſecundo nubenti.

Iuxta diſpoſitionem *auth.ſed quamuis*, *C.de rei vxor. actione*, pater dotem datam in primo matrimonio ad ſe reuerſam filiæ ſecundo nubenti indiminutam dare debet, & an eadem diſpoſitio procedat etiam in dote promiſſa non ſoluta conſtante primo matrimonio.p.53.n.106.

Eadem diſpoſitio procedit etiamſi dos data in primo matrimonio fuerit immodica; & filia nuberet ſine conſenſu patris viro non digno tanta dote. ibid. Et quid ſi facultates patris fortuitò ſint diminutæ. ibid.

Si filia tranſeat ad ſecundas nuptias, ſed ingrediatur monaſtrium, an tota dos data in priori matrimonio ſit à patre danda eidem ingredienti Monaſterium,ibid.n.106.

Dos data pro filiafamil. pro primo matrimonio ad patrem reuerſa ob non ſequutum matrimonium,tota, & integra danda eſt filiæ pro alio matrimonio.ibid. num.107.

Dos ſemel à patre conſtituta pro filiafam. ſi reuertatur ad patrem ſoluto primo matrimonio, non confunditur in eius patrimonium, ſed filia habet eam præcipuam, & poſt patris obitum integra dotis actio ſoli filiæ accreſcit. p.57.n.117.fine,& p.103.n.161.

Eadem dos data pro filiafamil. ſoluto matrimonio per viri obitum reſtituenda eſt patri etiamſi filia habeat filios, & etiam excluderetur à patris ſucceſſione.p.102.n.159.

Eandem dotem ad ſe reuerſam non poteſt pater alienare,nec minuere, etiamſi dos conſiſteret in pecunia, ſed ſeruanda eſt pro ſecundo matrimonio. ibid. & ſeq.n.160.161.

Si dos conſiſtat in fundo,remanet fundus dotalis,& eadem ſpecies à patre debet dari pro ſecundo matrimonio, ſi in pecunia, & quantitate, ſatis eſt dare tantumdem in genere. ibid.n.160.161.

In eadem dote ad ſe reuerſa pater in ſecundo matrimonio non poteſt vllum pactum apponere, quod non erat in eadem dote, quæ fuit data primo marito.p.103.n.163.

Quando ante ſolutum matrimonium pater decoxit, non ill i, ſed filiæ viduæ dos eſt reſtituenda. p.104. num. 165.

Dos à patre data filiæfamilias, ſi diſſoluto matrimonio per viri obitum redeat ad hæredes patris, hi coguntur dare illam filiæ ſecundo nubenti. p. 111. n. 191.

Dos quoad onus, ſeu grauamen.

Dos iure communi onere reſtitutionis grauari non poteſt mortuo patre, poteſt eo viuente. p. 229. numero 112. & ſic per patrem non poteſt ſuper ea imponi onus fideicommiſſi, aliudve grauamen, quod poſt eius mortem ſubſiſtat. p. 231. n. 2.

Dos excedens legitimam an quoad exceſſum poſſit à patre grauari fideicommiſſo, valeatque grauamen. ibid.

Si pater dotem ſimpliciter datam, vel promiſſam filiæ inter viuos poſtea condens teſtamentum inſtituit filiam hæredem vniuerſadem, & non grauauit eam expreſſe in dote, ſed tantum fideicommiſſo vniuerſali, ſi deceſſerit ſine liberis, dos non comprehenditur in tali fideicommiſſo. p. 232. n. 4. in fideicommiſſo vniuerſali, ſeu generali à filia per patrem relicto non includitur dos data, vel promiſſa in vita à patre, ſed detrahitur velut æs alienum. ibid. etiamſi excederet quantitatem legitimæ, in illo pluri non comprehenderetur in fideicommiſſo generali. p. 232. num. 5. in quo neque etiam dotis augmentum comprehenditur. ibid. & ſeq. n. 6. & 8. ſi nulla dote data, vel promiſſa pater filiæ hæredi inſtitutæ ſoli, vel vnà cum fratre, cum alio deſcendente ſubſtituit fratres, neque in tali fideicommiſſo comprehenditur, & filia nubens ex bonis hæreditatis paternæ grauatæ poteſt marito dotem conſtituere ad menſuram legitimæ & trebellianicæ. ibid. num. 7.

Si pater in teſtamento prælegauit filiæ dotem, & deinde eam inſtiuit hæredem in omnibus, vel vnà cum fratre, & ei ſubſtituit fratres, an dos etiam quatenus excederet legitimam non comprehenderetur in fideicommiſſo, ſeu reſtitutione huius fideicommiſſi vniuerſalis. p. 233. n. 8.

Dos veniret in fideicommiſſo vniuerſali, ſi dictum fuiſſet, vel colligi poſſet mens teſtatoris, & filia agnouerit hæreditatem cum illo grauamine, pag. 235. n. 14.

Quando pater ſtipulatus eſt dotem ſoluto matrimonio ſibi, vel hæredibus ſuis reddi, mortuo patre filia ſuperſtite, dos etiam ſtante ſtatuto excludente filias dotatas à ſucceſſione patris ſpectat liberè ad filiam, ita quod eueniente caſu reſtitutionis tenentur patris hæredes, vel remittere illam ſtipulationem, vel ſoluere, filiæ aut eius hæredibus legitimam. p. 233. n. 9.

Si pater in conſtitutione, aut promiſſione dotis ſtipulatus eſt, dotem reddi filiæ, aut alio modo dos eſt in eiuſdem filiæ perſona conſolidata, & poſtea in teſtamento grauet filiam in dote onere fideicommiſſi, non valet grauamen, neque vltra legitimam, (ſi illam excedat) niſi tantundem filiæ prælegaſſet, p. 234. n. 10. 15. 12. ex præfata ſtipulatione acquiritur actio, & ius non ſolum filiæ, ſed etiam genero, cui iuri generi pater non poteſt poſtea præiudicare etiam filia conſentiente. ibid.

Filia vbi dote computata habet vltra legitimam ex prælegato, grauari tantum poteſt à patre pro rata prælegati. ibid. n. 12.

Quando pater inter viuos tradidit, vel conſtituit dotem filiæ, ſtipulans dotem ſoluto matrimonio ad ſe, vel eius hæredes reuerti, an ſi poſtea condens teſtamentum inſtituendo filiam in dote eam ſpecialiter grauet fideicommiſſo, valeat grauamen. Referuntur opiniones, & communis eſt non valere reſpectu quantitatis æqualis legitimæ, valere reſpectu portionis vltra legitimam. p. 235. nu. 15. ad 19. Declaratur eadem comunis. pag. 236. numero 19. & 20.

Iureconſulti aſſerentes filiæ, quæ aliunde habet legitimam in tota dote poſſe ſubſtitui, quomodo intelligantur. n. 21.

Quando pater inter viuos dotem dedit, vel promiſit ſimpliciter, & poſtea in ſuo teſtamento inſtituit filiam in eadem dote, eam in illa grauans fideicommiſſo, an valeat grauamen ſaltem quatenus dos excedit menſuram legitimæ. pag. 237. numero 22. 23. 24.

Quando pater in teſtamento reliquit dotem filiæ, & eidem ſubſtituit fratrem, vel alium, non valet grauamen, niſi reſpectu quantitatis dotis excedentis legitimam. ibid. n. 22. & 24.

pacto per patrem in inſtrumento dotali appoſito, vt vir lucretur tantum certam dotis partem ſuper reſiduo dotis, an pater condens teſtamentum poſſit filiam fideicommiſſo grauare. pag. 7. n. 9. ad 32.

Dos ſuâ naturâ onus admittit, donec naturam mutet. p. 239. n. 33. & p. 241. n. 42.

Filiæ aliunde habenti legitimam in tota dote relicta, vel data poteſt ſubſtitui. p. 239. n. 33. item in dote data, vel relicta filiæ iuſtè exhæredatæ. ibidem: item dote data, vel relicta filiæ ſpuriæ, & naturali, ibidem.

Dos ſtatuto ſuccedens loco legitimæ reiicit grauamen, & quodcumque onus conditionis, temporis, modi, & fideicommiſſi intra quantitatem legitimæ, ſicut reiicit legitima. p. 40. n. 25. Si excedat quantitatem legitimæ, an quoad exceſſum poſſit à patre grauari. ibid. n. 36. ad 40.

Dos à ſtatuto aucta vltra quantitatem legitimæ tunc communis quoad augmentum, non poteſt à patre grauari. p. 240. n. 41.

Dos quando ex ſtatuto non ſuccedit loco legitimæ admittit quodcumque onus. p. 241. n. 42.

Stante ſtatuto excludente filias dotatas, dos reſeruata à tali ſtatuto debet eſſe libera ab omni onere. pag. 242. n. 45.

Dos debita reſeruata ſtatuto ſimpliciter excludente, & poſtea mandante filias dotari, an poſſit à patre grauari. p. 246. & ſeq. n. 53. 55.

Quando ſtatutum expreſſe excludit filias etiam à legitima, dos à ſtatuto reſeruata poteſt onere fideicommiſſi à patre grauari. p. 248. n. 57.

Vide *Dos quoad ſucceſſionem loco legitimæ. Legitima.*

Dotis apparatus.

Pro apparatibus, acconcio, ſeu arredio, quæ ſolent dari mulieri ob cauſam matrimonij, & pro feſtiuitatibus ſolitis in nuptiis bona fideicommiſſi alienari poſſunt. p. 595. n. 110. 111.

Dotis contractus, Conſtitutio.

Dotis contractus non ſolum traditione, ſed etiam ſola promiſſione, & ſtipulatione perficitur. p. 30. n. 2. & p. 33. n. 24. vbi an dos promiſſa ante traditionem dici debeat contractus nominatus. ibid.

Dos conſtante matrimonio poteſt conſtitui, & augeri. p. 296. n. 110.

Multis modis dos conſtituitur, ſed præcipuè traditione, & promiſſione, ſub quibus comprehenduntur alij modi, ſtipulatio, pactum nudum, pollicitatio, delegatio debitorum mulieris, acceptilatio, ſimplex remiſſio debiti. p. 372. n. 1.

Dos

Dos non poteſt conſtitui in fraudem, & præiudicium creditorum dotantis, & ſic niſi ære alieno ſoluto. p.513.n.5.
Vide *Minor*, *Mulier*, *Mulier ſecundo nubens.*

Dotis promiſſio.

Vide verbum, *Dos promiſſa*, *Promiſſio dotis.*

Dotis promiſſa probatio.

Dotem promiſſam eſſe non probat ſolus contractus matrimonij celebratus. p.370.n.138.
Poteſt dotis promiſſio probari per inſtrumentum dotale, per teſtes, & per præſumptionem, ſeu coniecturas. ibid. n.139.140.
Et quibus coniecturis. ibid.n.141.
Per inſtrumentum dotale probatur dos, ſed non dominium dotis, quando agitur contra extraneos poſſeſſores. p.371.n.141.
Concurrentibus duobus inſtrumentis eiuſdem diei diuerſorum notariorum, præſumitur prius factum inſtrumentum dotis, idque ſiue mulier agat ad dotis reſtitutionem, ſiue vir pro dote promiſſa ſoluenda. ibid.n.143.
Quibus in caſibus inſtrumentum dotis non eſſet præferendum. ibid.
Concurrentibus inſtrumento fiſci, & inſtrumento dotis, hoc in dubio præſumitur prius factum. ibidem n.144.
Concurrente inſtrumento dotis in pecunia non numerata cum aduerſarij de vero & reali credito, hoc in dubio præſumitur prius factum. ibid.n.145.
Concurrente inſtrumento dotis in pecunia non numerata cum inſtrumento aduerſarij in vero, & reali credito, hoc in dubio præfertur. ibid. n.146.
Si ſint teſtes ab vtraque parte pares, omnes deponentes de eodem menſe, ſed non recordantes de die, præferuntur deponentes pro dote. ibid.n.147.
Cum pares ſunt ab vtraque parte probationes, præferenda probatio pro dote. ibid.n.148.
Deficiente inſtrumento, promiſſio & datio dotis per quos, & quales teſtes probatur, & an per proxenetam. ibid.n.149.
Probatur per teſtes dotis promiſſio, & datio etiam ſtante ſtatuto, quod probatio aliqua non poſſet fieri per teſtes, ſed tantum per inſtrumentum. pag. 372. numer. 150.
Si ſtatutum diſponat dotem non poſſe peti, & probari niſi per inſtrumentum, dotis promiſſio vel eius datio non poteſt probari per teſtes ſine inſtrumento. ibid.n.151.
Quo caſu ſi inſtrumentum dotale ſit deperditum dos quoad promiſſionem, & dationem poteſt probari per teſtes fide dignos deponentes ſe vidiſſe, & legiſſe inſtrumentum deperditum. p.373.n.156.
Inſtrumenti amiſſio probatur per duos teſtes. ibidem.
Stante præfato ſtatuto licet per teſtes abſque inſtrumento non poſſit probari ſubſtantia actus, poſſunt tamen probari qualitates, & dependentiæ, vel acceſſoria actus, ſcilicet pacta, conditio, quantitas, hypotheca, fideiuſſio, damna, intereſſe, vbi in inſtrumento, vel legato dotis non fuerunt expreſſa. ibid.n.147. & 158.
Mulier, cui promiſſa fuit reſtitutio dotis, poteſt agere ad intereſſe dotium, quamuis non habeat inſtrumentum dotale, & cogere maritum, vel eius hæredes ad exhibendum inſtrumentum, vel ad illud conſtituendum. ibid.n.159.
A quo tempore tunc habeat locum hypotheca. ibidem.
Stante ſtatuto, quod dos probetur per inſtrumentum dotis promiſſæ in capitulis matrimonialibus, ſolutio poteſt probari per apocham banchi, & per teſtes. ibid.n.130.
Dos quoad promiſſionem, & dationem an probetur per leuiores probationes, vel præſumptiones, quæ in aliis cauſis non eſſent ſufficientes. Ibidem numero. 161.163.
Dotis promiſſio probatur ex promiſſione vſurarum, p.275.n.174.
Dotis promiſſio ſubſequuto matrimonio poſt præcedentem tractatum de illo contrahendo, in quo actum ſit de dote, an ex ipſo ſolo tractatu præambulo probetur; ſeu probari poſſit. pag. 176. numero 175. & ſeqq.
Et quid ſi ante contractum matrimonium receſſum ſit à tractato. ibid. n.177.
Vide verbum ſequens, *Confeſſio mariti de dote recepta. Verba enunciatiua.*

Dotis promiſſa ſoluta, ſeu à marito recepta probatio.

Dotis datio, ſeu ſolutio probatur per inſtrumenta dotalia, teſtes idoneos, præſumptiones, ſeu coniecturas, p. 430. n.1. & p.437. n. 231. & 232.
Et quæ ſint hæ coniecturæ. ibid. n.232.
Melior probatio quæ fit per teſtes, quam quæ fit per ſcripturam, ſeu apocham ſolum continentem confeſſionem dotis receptæ factam per maritum. p.380. num. 5.
Confeſſio tamen dotis receptæ concurrente etiam præſtatione alimentorum, poſt eandem confeſſionem à marito factam, iuxta plurimos Doctores probat ſolutionem, ibidem.
Dotis ſolutio probatur etiam per ſcripturam priuatam mariti creditoris, quæ tamen non ſicut publica probat anterioritatem temporis. ibidem numero 2.
Iuramentum mulieris ſolum non probat dotem fuiſſe ſolutam. ibid.n.3.
Quid ſi præter iuramentum concurrat aliqua coniectura, ſeu ratio concludens, & plene non probans. ibid. n. 3. & 4.
Ad probationem dotis ſolutæ an debeat conſtare non ſolum de dotis ſubſtantia, dotemve fuiſſe ſolutam, ſed etiam de quantitate. p.381.n.5. & 6.
Quantitas dotis probatur ex publico inſtrumento, & ſi adducantur probationes contra dictum inſtrumentum, debent eſſe claræ & concludentes, ibidem numero 7.
Vide verbum præcedens *Confeſſio dotis recepta, Verba enunciatiua.*

Dotis fructus.

Vide verbum *Fructus.*

Dotator, Dotare obligatus.

Vide, *Auus paternus*, *Auus maternus*, *Camera Apoſtolica*, *Donatarius*, *Extraneus*, *Fiſcus*, *Frater*, *Mater*, *Monaſterium*, *Pater*, *Patruus.*

E

Eccleſia.

Eccleſia, vel religio capiens bona ab Eccleſiaſtico beneficio à clerico, vel religioſo beneficiario acquiſita, ex iiſdem bonis tenetur alere, & dotare filios, & filias eiuſdem clerici, vel religioſi. p.221. n.79.
Vide *Alienatio.*

Electio, Eligere.

Vide *Alternatiua*, *Dos æſtimata*, *Fideicommiſſum.*

Emancipatio, Emancipatus.

Dotem vxoris filij emancipati pater tenetur eidem filio emancipato petenti reſtituere. pag.489. numero 28.
Nec nomine vſusfructus aliquid dotis in pecuniam

emancipationis retinere. idid.n.59.
Quamuis alias pater emancipando filium in præmium emancipationis poſſit retinere ſibi dimidiam partem vſusfructus. ibidem.
Vide, *Solutio dotis quibus fieri poſſit.*

Emere, Emptio.

Si in expreſſa,& vera emptione & venditione pretium rei venditæ conferatur in arbitrium tertij amici,illo poſtea arbitrante,valet venditio, & emptio. p.300. num.140.
Redditur nulla eo non arbitrante. ibid.n.251.
Emptio non conſiſtit ſine certi, & determinati pretij conſtitutione. p.646.n.6.
Emptio,& venditio præſumitur ex poſſeſſione rei venditæ per longum tempus,ſciente,& patiente rei domino. ibid.n.7
Vide *Æſtimatio, Dos æſtimata.*

Emptor.

Vide *Euictio, Succeſſor.*

Emphyteuſis, Emphyteuta.

Aliud eſt ius emphyteuticum ſuper re emphyteutica, aliud commoditas emphyteuſis. p.580.n.53.
Sola commoditas ſine domini directi conſenſu poteſt in alium transferri. ibid.
Emphyteuta, & feudatarius an ſine domini directi conſenſu poſſint conſtituere vſumfructum ſuper re emphyteutica, vel feudali, & tum an nomine vſusfructus debeat intelligi commoditas percipiendi fructus. ibid.n.54.
Emphyteuta de conſenſu domini directi poteſt alienare, & in alium transferre ius emphyteuticum, & in dubio quando præſumatur interueniſſe dictum conſenſum. ibid.n.55.
Mulier ipſa nomine dotis poteſt marito dare proprium feudum, vel caſtrum in emphyteuſim, vel feudum, & etiam quilibet alius proprietarius.ibidem num.57. & 58.
Et quid inde ſequeretur, ſi maritus amitteret emphyteuſim, vel feudum ob non ſolutum canonem. ibidem.
Cum in dotem marito, qui eſt dominus directus datur emphyteuſis, vel feudum, vtile dominium redintegratur cum dominio directo.ibid.n.50.
De conſenſu domini directi res emphyteutica poteſt dari in dotem quoad ius emphyteuticum. ibidem num.60.
Et quomodo poſſit fieri reſtitutio poſt ſolutum matrimonium. ibid.
Maritus non poteſt impedire emphyteuſis dotalis reſtitutionem eo prætextu, quod mulier illam amiſerit ob commiſſum,vel quod ſibi à domino directo fuerit conceſſa, p.582.n.61.
Sola commoditas emphyteuſis abſque domini directi conſenſu poteſt dari in dotem. ibid.n.61.
Sine domini directi conſenſu extraneus pro muliere non poteſt dare in dotem emphyteuſim æſtimatam. ibid.n.63.
An poſſit ſine tali conſenſu dare in dotem emphyteuſim inæſtimatam. ibid.& ſeq.n.64.& 65.
Donatio emphyteuſis an poſſit validè fieri abſque domini conſenſu. ibid.
Quando emphyteuta ſibi ſoli infert præiudicium, & non domino directo, poteſt emphyteuticam rem alienare ſine domini conſenſu, ibid.n.60.
Mulier ipſa ſine domini directi conſenſu poteſt ſuam emphyteuſim, & proprium feudum dare in dotem inæſtimatum, & ſine pacto de lucranda dote; ſecus æſtimatum. p.583.n.65.
Pater,etiamſi habeat bona allodialia,ſine conſenſu domini directi,poteſt bona emphyteutica etiam æſtimata dare pro dote filiæ, quæ ſit ex perſonis in inueſtitura comprehenſis, vel emphyteuſis ſit hæreditaria tranſitoria ad quoſcumque hæredes, vel accepta pro ſe, & vno ex filiis.ibid.n.67.68.
Emphyteuſis ſine domini directi conſenſu poteſt alienari inter perſonas in inueſtitura comprehenſas. ibid. num. 62.
Sine domini directi conſenſu an aliquando poſſit dari emphyteuſis, vel feudum in dotem pro filia nullo modo comprehenſa in inueſtitura. p. 584. n.69. 70. & n.71.& 73.
Quiuis emphyteuta ſiue ſine conſenſu, ſiue cum conſenſu domini directi conferens in alium rem emphyteuticam, non plus iuris transfert, quam ipſe habeat.p.585.n.73.74.
Emphyteuta an rem emphyteuticam onere fideicommiſſi grauatam poſſit dare in dotem pro filia, & mortua filia ad quos tranſeat. ibid. n.73.
Quando in defectum bonorum allodialium bona emphyteutica, vel feudalia per patrem dantur in dotem pro filia, dos debet eſſe diſcreta, congrua, & non exceſſiua.p.586.n.79.
Vide *Alienatio, Laudemium.*

Enunciatiua verba.

Vide *Verba enunciatiua.*

Equites Hieroſolymitani.

Eques Heroſolymitanus commendatarius ex redditibus commendæ, & fructibus bonorum, quorum habet vſumfructum, & ex aliis lucris tenetur ſororem,etiam vterinam, etiam illegitimam,& ſpuriam alere, & dotare.p.194.n.90.
Et propriam prolem ſpuriam poſt profeſſionem ſuſceptam.p.218.n.65.

Euictio, Euictio rerum dotalium.

Euictio eſt de natura contractus venditionis, licet valeat pactum, quod venditor non teneatur de euictione.p.25.n.99.
Fundus dotalis per patrem datus genero, ſi fuerit euictus à genero, pater poteſt conſtante matrimonio de euictione agere aduerſus illum, à quo emerat, ſed non cogitur.p.266.num.212.
Si res in dotem à muliere, vel eius patre, aut ab extraneo data ſit in dotem æſtimata, ea euicta, dotans tenetur de euictione, ſi maritus ignorauit eſſe rem alienam, ſecus ſi ſciebat,& accepit. p.663. n.2. & 3.
Emptor, qui ſcienter emit rem alienam, ſi ab eo fuerit euicta,non agit de euictione, neque ad pretium, niſi actum fuerit de euictione.ibid.n.3.
Euicto fundo dato in dotem æſtimato, an ſoluto matrimonio mulier poſſit agere contra maritum ad æſtimationem, vel maritus poſſit, & teneatur ei cedere actionem.ibid.& ſeq.n.4.& 5.
Si res à muliere data in dotem æſtimata euincatur, an mulier teneatur ad duplum. p.664.n.6.
Totum id, quod maritus ex cauſa euictionis conſequutus fuerit à muliere, vel illius patre, aut ab extraneo dotante tenetur ſoluto matrimonio reſtituere vxori deductis expenſis. ibid.n.7.& 8.
Verba *l.1.Codice de iure dotium*, de materia euictionis rerum dotalium, & *ad d. l.* intellectus Doctorum. p.665.num.9.& 10.
Etiam in contractu dotis regulariter non venit promiſſio defenſionis, ſeu euictionis.ibid.n.11.
Et ſic eſt bonum conſilium, vt mulier, & maritus curent in contractu dotis expreſſe apponi pactum, quod dotans teneatur de euictione. ibidem n.12.
Datis rebus dotalibus in dotem inæſtimatis abſque expreſſa cautione de euictione, in caſibus, in quibus marito permiſſum eſt contra dotantem agere de euictione,non poteſt agere ad æſtimationem, & interesse

reſſe ad inſtar emptoris, ſed ad reſarciendum damnum fructuum. ibid.n.13.

Si dolus interuenerit ex parte dotantis, qui ſcienter rem alienam in dotem dederit.p.666.n.14.

Euicta re dotali data inæſtimata, cum in contractu dotali certa quantitas fuit promiſſa, poteſt maritus agere ea promiſſione, quaſi dos non fuerit ſoluta. p.666.num.13.

Speciale enim eſt in dote, quod ſi pro pecunia detur ſpecies, ſeu particularis, quæ euincatur, maritus agere poſſit primæua actione; ſecus ſecluſa dote, ibidem.

Donator re donata euicta tenetur de euictione, ſi donatio incipiat à promiſſione rei, non tenetur ſi incipiat à traditione.p.666.n.16.

Dotis datio, & donatio quando dicatur incipere à traditione, & non à promiſſione. p.667.n.17.

Et quid iuxta *l. vnic.* §. *& vt plenius, Cod. de rei vxor. actione.* p.667.n.18.

Si in inſtrumento donationis, vel dotationis de re immobili apponatur clauſula *conſtituti*, donatio, & dotatio diceretur incipere à traditione. ibidem numero 18.

Quando dos incipit à traditione rei, ea euicta dotans ſi ſit extraneus, vel ipſa mulier non tenetur de euictione, ibid.n.20.

Si pater mulieris, vel alius obligatus dotare dederit dotem, quæ inceperit à traditione, an re dotali euicta teneatur de euictione, referuntur ſententiæ, & approbatur, non teneri ſolum quoad exceſſum vltra legitimam. p.668. n.23.

Donatio eſt ex cauſa, ſiue incipiat à traditione rei, ſiue à promiſſione: re dotata euicta donator tenetur de euictione. ibid.

Exceptio non numerata dotis, non numeratæ pecuniæ.

Confeſſio geminata de mutuo recepto probat numerationem, & excludit ab exceptione non numeratæ pecuniæ debitorem confitentem. ibid.

Vide *Confeſſio mariti de dote ab vxore recepta. Querela numeratæ dotis.*

Excluſio, Excluſio à legitima & à ſucceſſione.

Statutum excludens filiam, ſeu fœminam maritatam, an ad excluſionem requirat quod etiam ſit dotata. p.52. n.104.

Quod ſi ſtatutum excludat dotatas, & maritatas, vel maritatas, & dotatas, an ad excluſionem requiratur vt tempore ſucceſſionis mulier ſit effectualiter dotata, & maritata. p.53.n.109.

Vbi filia excluditur à legitima, excluditur à dote, & è contra.p.150.n.126.

Filia per ſtatutum excluſa à ſucceſſione aſcendentium, ſi maſculi illam maritauerint intra 16.annum, aliàs ſuccedat, ſi dum maſculi tractabant de collocando eam in matrimonium, labatur illud tempus, an admittenda ſit ad ſucceſſionem tanquam maſculus.p.155.n.150.

Statutum excludens fœminas à ſucceſſione patris & aſcendentium ab inteſtato maſculis extantibus, ſiue excludat prius, vel poſt excluſionem mandet dotari, ſiue ſimpliciter, & abſolute excludat, an cenſeatur etiam eas excludere à legitima. pag. 531. numer. 66. ad 89.

Vnius incluſio eſt alterius excluſio. pag. 630. numero 154.

Vide *Dos filia excluſa, Legitima, Statutum.*

Excuſſio.

Regulare eſt, vt quotieſcumque in ſubſidium tantùm conceditur actio contra tertios bonorum poſſeſſores, præcedere debeat excuſſio in bonis illius, in quorum defectum permittitur agere contra tertium.p.653.n.41.

Vide, *Dos æſtimata, Exequutio.*

Exequutio.

Ad faciendam excentionem bonorum alicuius poſt factam executionem principalis, ſi agens dicat talia bona eſſe in bonis excuſſi, & non plura, dicens eſſe plura, probare tenetur. p.604.n.140.

Exhæredatio, Exhæredatus.

Filiæ, quæ ob iuſtam cauſam poteſt exhæredari, niſi ex ea cauſa ad mortem condemnari poſſet, pater tenetur dare alimenta ſimpliciter vitæ ſuſtentandæ neceſſaria, ſi ea abunde habere non poſſit. pag.147. num.110.

Ex quibus cauſis filia poteſt à patre exhæredari, poteſt & dote priuari.p.148.n.111.

In quibus caſibus filia nubens inuito patre poſſit de iure ciuili exhæredari, & dote priuari. ibidem n.112.

Filiafamilias ante 25. annum completum, etiamſi defuerit dies vnus tantum, peccans in corpus ſuum poteſt exhæredari, & dote priuari.ibid.n.112.

Si ſine parentum conſenſu nupſerit, an poſſit iure ciuili exhæredari, ſeu legitima priuari. ibid. num.113. ad 116.

Filius ſine conſenſu patris ducens vxorem indignam à patre exhæredari non poteſt. ibid.n.113.

Filia vidua adoleſcentula 25. annis minor, & filia virgo emancipata ſine patris conſenſu nubens indigno, an poſſit à patre exhæredari.p.151.n.128.

Ordinatio Portugalliæ priuans hæreditate filias ſine parentum conſenſu nubentes, vel ſcriptum omittentes an comprehendat filias viduas, & filias contrahentes, ibidem n.12.

In quibus regnis filiæ maiores nubentes ſine parentum conſenſu priuantur ſucceſſione, & legitima, ac dote, & alimentis. p.160.n. 171.

Lex Tauri 49. conſtituens filios, & filias contrahentes matrimonium clandeſtinum poſſe exhæredari, & dote priuari, an valeat, & quomodo ſit intelligenda. p.155.n.150.

Hæredes patris, qui viuens filiam iuſtè exhæredauit, non tenetur illam dotare, niſi vſque ad quantitatem alimentorum vitæ ſuſtentandæ ſimpliciter neceſſariorum. p.169.n.231.

Ex quibus cauſis parentes poſſint exhæredare filios. p.170.n.232.

Et an poſſint dari aliæ cauſæ præter aſſignatas in iure ciuili, §. *cauſas. Auth. vt cum, de appellation. cognoſc.* ibidem.

Fliafamilias minor 25. annis iuxta *d.* §. *cauſas*, poteſt à patre exhæredari, ſi parentibus valentibus eam collocare in matrimonio cum congrua dote peccauit in corpus ſuum viuendo luxurioſè. ibidem numer. 234.

Ad quod requiritur annum 25. non eſſe completum, ibid. n.135.

Et quod elegerit vitam luxurioſam. ibid.

An requiratur etiam præmonitio parentum, quod erant parati illam maritare.ibid.n.136.

An ſufficiat vnus concubitus, vel requiratur quod plu ries vel cum pluribus peccauerit in corpus ſuum.ibidem, & ſeq. 237.238.

An ſufficiat luxurioſa vita, quamuis non fuerit ab aliquo carnaliter cognita, ſed interuenerint tantum tactus impudici.p.171.n.139.

Pater etiam meretricator, & luxurioſè viuens poteſt exhæredare filiam luxurioſè viuentem. ibidem numero 240.

An etiam mater meretricè, & luxurioſè viuens. ibid. num.241.

Et quid ſi iam correcta tempore teſtamenti, aut mortis. ibidem.

Exhæredatio

Exhæredatio filiæ luxurioſè viuentis à parentibus facta calore iracundiæ, an valeat. p.171.n.242.
Filia inhoneſta, quæ ante exhæredationem emendata eſt, an poſſit adhuc exhæredari, & dote priuari. ibid. n. 243.
Et quid ſi emendatio ſequatur poſt teſtamentum patris adhuc viuentis, vel exhæredatio impoſita ſit ipſo iure per legem. p.171.n.244.
Et quando præſumatur emendatio. ibid.
Exhæredationis, & priuationis dotis pœna tollitur per reconciliationem patris ſequutam ante exhæredationem factam. ibid.n.245.
Exhæredatio iam facta, vel ipſo iure per legem inducta an tollatur per ſubſequenté patris reconciliationem cum filia, vel filio ingratis. ibid.n.245.246.
Patris reconciliatio quando præſumatur. p.173.numer. 247.

Expenſa.

Vide *Impenſa.*

Expreſſum.

Omnia cenſentur expreſſa, quæ ius intelligit. pag.595. num.114.

Extinctum.

Semel extinctum non reuiuiſcit, tametſi cauſa extinctionis deficiat. p.629.n.247.

Extenſio.

In ſtatutis correctoriis iuris communis non admittitur extenſio etiam ex identitate rationis. pag.39.numero 52.
Niſi per aliam legem inueniatur facta extenſio. ibidem.
Vide *Ratio.*

Extraneus.

Extraneus non coniunctus, vel ſanguine coniunctus debitor mulieris illam dotans non præſumitur dotare, ſed potius animo compenſandi, & repetendi. p.88.num.107.
Extraneus, mater, frater, patruus, adminiſtrator bonorum mulieris illam dotans non præſumitur dotare ex bonis propriis, ſed ex bonis mulieris, & animo repetendi, p.89.n.108.
Si dos promiſſa vel data excedat patrimonium ipſius mulieris, in illo exceſſu an videretur de ſuo dotare mulierem. ibid.
Qui dedit dotem (ſiue extraneus, ſiue amicus, aut ſanguine coniunctus) vel promiſit pro muliere habente patrem diuitem, vel alium obligatum illam dotare, & qui dotare poteſt, an præſumatur donare, vel feciſſe animo repetendi. p.90.n.109.110.
Quando pater dotem promiſit, & poſtea extraneus ſoluit, non præſumitur donatio. ibid. n.111.
Extraneus præſtans alimenta extraneo præſumitur habere animum repetendi, p.90.n.109.
Extraneus dotando in actu dotationis poteſt ſtipulari, ſeu apponere pactum, vt dos defuncta muliere ad ſe, vel ad ſuos hæredes tranſeat, p.91.n.112.
An poſſit etiam ſtipulari, vt ſoluto matrimonio per mortem viri dos remaneat penes hæredes mariti, vel alteri tertio reſtituatur. ibid.n.112.113.
Extraneus dotans non poteſt ſtipulari in fauorem tertij, ſi promiſſio reſtitutionis dotis de directo conferatur in ipſum tertium, & non in ipſum dotantem. ibid.n.113.
An poſſit ſtipulari præmoriente marito dotem reddi patri mulieris, & quomodo intelligenda ſit ſtipulatio. ibidem.
Extraneus dotans mulierem paciſci non poteſt, vt dos ab eo data ſoluto matrimonio per obitum viri ad eumdem reuertatur abſque onere iterum dotandi. ibid.n.113.& p.191.n.84.
Extraneus, mater, auus maternus, frater, &c. dotans ſi ſtipulatur alternatiue dotem ſoluto matrimonio reddi mulieri, vel ſibi, tota actio dotis mulieri acquiritur. p.92. n.116.
Fauore dotis quando extraneus dotans ſtipulatur alternatiue dotem reddi mulieri, vel ſibi, vel ſibi, & mulieri, mulier tam in prima, quàm in ſecunda parte alternatiue cenſetur adiecta obligationi, & illi quæritur actio dotis. ibid.n.116. & 118.
Reprobatur ſententia contraria ſi mulier ſit in ſecunda parte alternatiuæ. ibid.n.117.
Si ſtipuletur reddi ſibi, vel ei cui de iure debetur, ſoli mulieri acquiritur actio ad dotem petendam. pag. 93.n.119.
Idem ſi ſtipuletur ſimpliciter dotem reſtitui ei, cui debetur. ibid.n.120.
Si ſtipuletur reddi ſibi, vel mulieri quocumque modo matrimonium ſoluatur, viro præmoriente dos eſt reſtituenda mulieri, præmoriente muliere, eſt reſtituenda dotanti, vel eius hæredibus. ibid.n.121.
Si ſtipuletur copulatiue dotem ſoluto matrimonio ſolui ſibi, & mulieri, vel ſibi, & cui de iure debetur, dotanti, & mulieri acquiritur pro æquali portione. ibid.n.122.123.
Si ſtipuletur imperſonaliter, ſcillcet dotem reddi, dos quæritur mulieri ſoluto matrimonio. pag. 94. numero 124.
Extraneus ſponte dotans ab initio cõſtitutionis dotis, & incontinenti poteſt ſtipulari ſibi dotem reſtitui ſoluto matrimonio, non ex interuallo, poſt conſtitutionem, aut promiſſionem, qua dos fuit conſtituta, & quando dicatur ſtipulatio incontinenti facta. p.94.num.125. & p.193.n.82.
Quid ſi ex interuallo ſtipuletur à marito ſibi dotem reſtitui de conſenſu mulieris, negatiue. p.94.n.126.
Pater ex interuallo accedente filiæ conſenſu poteſt ſtipulari dotem à ſe ſimpliciter conſtitutam filiæ ſibi reddi. ibid.
Extraneus, frater, vel alius qui tenetur dotare mulierem, non poteſt dotando paciſci, vt ſoluto matrimonio dos ſibi reſtituatur, & explicatur exemplis, ibid. num.126.
Extraneus dotans ſti, ſi puletur in certum caſum ſibi dotem reſtitui, in caſu omiſſo cenſetur dotem, & eius actionem donaſſe mulieri. p.100.n.148.
Extranei nomine in hac materia quis intelligatur. pag. 190.n.82.& p. [illegible] 2. n.1.
Extraneus ſponte promittens, vel dans dotem pro muliere, quando cenſeatur feciſſe animo dotandi. p. 262. n.2.3.4.
Vide *Promiſſio, Promiſſor dotis.*

F

Facere.

Regulariter quis non poteſt cogi facere id, quod ſibi non nocet, licet alteri proſit. p.322.n.184.
Æquitas tamen dictat, quem debere facere id quod ſibi non nocet, & alteri prodeſt. ibid.
Ex ſpeciali fauore dotis, matrimonij, & religionis quis poteſt cogi facere id, quod ſibi non nocet, & alteri prodeſt. ibid.
In dotis promiſſæ traditione mulier poteſt cogere maritum promittere reſtitutionem alteri, ſi id ei non nocet. ibid.
An generaliter procedat, quod quis debeat facere, quod ſibi non nocet, & alteri prodeſt. ibid.

Factum.

Compelli regulariter quis non poteſt præciſè ad factum in obligationibus rem tradi, vel in obligationibus facti, ſed tantum ad intereſſe. p.266.n.17.

In

Nótabilium.

In promiſſione dotis conſiſtentis in facto, an promittens poſſit præciſè ad factum compelli,nec liberetur ſoluendo intereſſe. ibid.

Vltimæ voluntatis fauore obligatio ad factum importat præciſam coactionem, nec liberatur hæres, vel legatarius obligatus ad factum ſoluendo intereſſe. ibidem.

Vide *Contractus*, *Stipulatio.*

Familia.

Nepotes non exiſtentes in poteſtate aui paterni ſunt de eius familia, & agnatione.p.176.n.7.

Deſcendentes per lineam fœmininam non ſunt de familia matris,& aui materni. ibid.

Fauor, Fauor dotis, Fauorabilis, diſpoſitio.

Fauorem publicum continet mulieres eſſe dotatas. pag.24.n.92.& p.609.& p.610.n.163.& 164.

Qui fauor publicus præponitur priuatæ vtilitati fideicommiſſarij, & ſplendori agnationis. ibid.

Quatuor ſpecialia fauore dotis a Iuſtiniano conceſſa *l.vnica,C,de rei vxor.act.*p.351.n.61.

In dubio illud ſequentium, quod fauet doti, & pro dote,reſpondendum eſt ſemper, quod eſt melius, & fauore dotis intelligitur, quod eſt plus, ſeu melius. p.370. n.136.

Fauorabilis diſpoſitio non odioſa dicitur, quæ principaliter fauore Reipublicæ, ſeu boni publici introducta eſt, licet contra ius commune, & reſpectu alicuius perſonæ particularis ſit odioſa. p.542. numero 105.

Maior vtilitas publicè præfertur minori. pag.611. numero 166.

Feudum.

An ſi deficiant bona allodialia ad conſtituendam dotem,vt mulier,ſeu filia non comprehenſa in inueſtitura viro pari poſſit nubere, poſſint alienari bona feudalia,referuntur opiniones oppoſitæ, & declarantur. p.516.n. 14. & pag.585. n. 72.& pag.589. num.92.& 93.

Si feudum eſſet hæreditarium, tranſiens tam ad fœminas, quam ad maſculos, poſſet ex eo detrahi legitima.p.516.n.14.

Feudum hæreditarium tranſitorium ad quoſcumque hæredes,etiam extraneos,eſt alienabile ſine domini conſenſu. p.584.n.68.

Quilibet poteſt dare pro dote mulieris fundum ſuum in fundum.p.588.n.85.

De domini directi conſenſu poteſt feudatarius dare in dotem rem feudalem.ibid.n.86.

Et abſque Domini conſenſu poteſt dare in dotem feudi commoditates pro tempore ſue vitæ,ſeu ſui iuris. idid. n.87.

Mulier ipſe proprium feudum abſque domini directi conſenſu poteſt dare marito in dotem pro ſe,inæſtimatum tamen, & ſine pacto de lucranda dote.ibid. num.89.

Abſque conſenſu Domini directi pater ſuum feudum poteſt dare in dotem pro filia comprehenſa in inueſtitura. p.588.n.90.

Et ſi feudum ſit hæreditarium, tranſitorium ad quoſcumque hæredes, & quibus dederit. p.589.num.91.

Differentia inter res feudales,& res fideicommiſſo ſubiectas reſpectu dotis ex ipſis conſtituendæ. ibidem num.92.

Feudum antiquum neque etiam ex conſenſu domini poteſt dari in dotem, nec ſubinfeudari à vaſſallo in præiudicium agnatorum in inueſtitura comprehenſorum. ibid.

Patrem etiam pro filia non comprehenſa in inueſtitura deficientibus bonis allodialibus,poſſe dare in dotem feudum inæſtimatum, & ſine pactum lucri dotis, dummodo non inferatur præiudicium agnatis tantum in inueſtitura comprehenſis, fœminis excluſis,affirmant non pauci.ibid. n.93.

Imò & pro dote congrua filiæ aliis bonis deficientibus poſſe pactum detrahere de bonis feudalibus ad maſculos tantum tranſitoriis,ſentiunt alij. ibid.

De alienatione bonorum feudalium ex cauſa conſtitutionis, vel reſtitutionis dotis,iuxta iura Regni Neapolitani, & decreta antiqua Sabaudiæ, qui agant. p.590.n.94.

Vaſſallus, qui non tenetur mulierem dotare, non poteſt pro ea dare in dotem bona feudalia.ibidem numero 95.

Valet conſuetudo, quod bona feudalia poſſint dari in dotem, & alienati.ibid.n.96.

Vide *Emphyteuſis*, *Laudemium.*

Fictio.

In ſtatutis regulariter non admittitur fictio, ſeu caſus fictus. p.534 n.70.

Caſus fictus quando verificetur in ſtatuto loquente de caſu vero. ibid. n.71.

Statutum diſponens, quod inſtrumenta paratam habeant executionem, quando habeat locum etiam in ſtipulatione ficta.ibid.n.71.

Statutum præſtans paratam executionem contentis in inſtrumento,an extendatur ad contenta virtualiter,& præſumptiuè.ibid.

Fictio legis an locum habeat, ſeu porrigatur etiam in eo, quod natura attenta non eſt poſſibile.ibidem & ſeq. n. 74.76.

Et an vt aliquid fingi poſſit, ſufficiat in genere, vel habitu eſſe poſſibile.ibid.n.74.75.

Vide *Stipulatio.*

Fideicommiſſum, Fideicommiſſi poſſeſſor, Fideicommiſſarius.

Fideicommiſſo nunquam videtur comprehendi, quod pro dote filiæ fuerit neceſſarium.p.208.n.12.

Referuntur Doctores tractantes, an cauſa dotis conſtituendæ, vel reſtituendæ alienari poſſint bona fideicommiſſo, & reſtitutioni ſubiecta. pag.590. numero 97.

Regula generalis eſt, quod ex cauſa dotis bona fideicommiſſo ſubiecta poſſunt per grauatum alienari.ibidem, num.98.

Iura ciuilia de hac materia diſponentia. ibid.

Quæ ſummariè explicantur,& quid Iuſtinianus adiuuerit Vlpianum.p.591.n.99.

Rationes dictæ diſpoſitionis factæ in dictis iuribus de alienatione bon. fideicom.ex cauſa dotis filiabus deſcendentibus ex teſtatore fideicommittente conſtituendæ.ibid.n.100.

Diſpoſitio Iuſtiniani *in Auth.res quæ Codice commun. de legatis*, de dote, & donatione propter nuptias detrahenda ex fideicommiſſ.non eſt correctoria iuris communis,ſed exorbitans,& fauorabilis,& poteſt extendi.p.592.n.102.103.

An procedat etiam in fideicommiſſo iniuncto ante matrimonium, & dotis conſtitutionem, ibidem numer. 104.105.

Vbi affirmatiua approbatur.ibid.

Per ſolam legitimam, quam pater filiæ reliquit, non ſatisfacit officio paterno eam dotandi, ſi eadem legitima non ſufficit ad dotem congruam.ibidem numer.105.

De qua dote congrua loquitur *dicta Auth.res quæ*, pag. 593.num.106.

Pro conſtituenda dote fœminis ex teſtatore fideicommittente deſcendentibus,poteſt totum fideicommiſſum alienari, ſi opus ſit ad congruam dotem.ibid. num.107.108.

Si tamen dotatio fuerit exceſſiua, reuocatur quoad exceſſum

ceſſum.pag.594,numero 109.
Grauatus reſtituere quod ſuperetit, tenetur reſtitue-re fideicommiſſario quartam partem hæreditatis, & reliquum hæreditatis circa dotantem poteſt aliena-re.p.593.n.107.& p.620.n.198.
Poteſt etiam alienare eamdem quartam partem ex cauſa dotis, vel donationis propter nuptias, vel reſtitutionis dotis pro filiabus, & filiis ipſius grauati, licet extranei, ibid.n.198.
An etiam pro dotandis filiabus eidem extraneo grauato extraneis.ibid.
Donatio in omnibus bonis fideicommiſſi reſeruato tantum vſufructu, præſumitur facta in fraudem. p.594.n.109.
Item ſi res fideicommiſſi ſit vtili pretio æſtimata. ibid.
Si ad congruam dotem ſufficit pars fideicommiſſi, & & totus fundus fideicommiſſi inalienalibilis in parte tantum fuerit alienatus, ſuperabundans pretium erit inueſtiendum in alio fundo pro re fideicommiſſi. ibid.
Pro apparatibus, acconcio, ſeu arredio, quæ ſolent dari mulieri ob cauſam matrimonij, & pro feſtiuitatibus ſolitis in nuptiis bona fideicommiſſi alienari poſſunt. p.595.n.110.111.
Et pro certa dote,ſeu antefato,ſiue augmento dotis ex parte mariti.ibid.n.112.Et etiam pro fructib.& intereſſe dotis marito non ſolutę,vbi maritus non fuiſſet negligens in exigenda dote, vel intereſſe de tempore in tempus.pag.596.n.113.114.
Et etiam pro intereſſe reſtitutionis dotis retardatæ, ſi mulier non fuerit negligens in exigenda dotis reſtitutione.ibid.n.114.
Bona fideicommiſſi obligari poſſunt pro aſſecuratione earum rerum, quæ dantur in dotem. ibidem numero 114.
Grauatus fideicommiſſo an poſſit ſuper bonis fideicommiſſi conſtituere cenſus, ſeu annuos redditus pro capitali dotis, & pro annuis præſtationibus,ſeu pro annuo intereſſe dotis.ibid.n.113.114.
Dos filiæ vel nepti ingredienti monaſterium poteſt conſtitui in bonis, vel ex bonis fideicommiſſi. p.597.n.115.
Idem pro regalibus ſolitis dari cauſa ingreſſus monaſterij.ibid.
Hæres, ſeu pater fideicommiſſo grauatus ab aſcendente poteſt etiam in teſtamento filiæ conſtituere, ſeu relinquere dotem in bonis fideicommiſſi. ibid. numero 116.
Qui ſi neglexerit viuens,vel in teſtamento,poſſet filia ex iiſdem bonis dotem deducere.ibid.n.117.
Si dos à patre, vel auo paterno relicta tempore nuptiarum non ſit congrua,poteſt ſuppleri, ſeu augeri ex bonis fideicommiſſi. ibid.n.118.
Secus ſi eſſet tanta, vt filia, vel neptis honeſtè nubere poſſet. p.598.n.119.
Si filia eſt iam nupta cum tenui, & minus congrua dote, an poſſit augeri ex bonis fideicommiſſi. ibid. n.120.121.fieri poſſet huiuſmodi augmentũ,ſi mortuo marito mulier volens nubere ſecundo cum illa modica dote non poſſet honeſte nubere. ibidem numero 121.filia nupta ſine vlla dote eſt congruè dotanda ex bonis fideicommiſſi.ibid.n.12.
Diſpoſitio *dict. authentic. res quæ*, de dote & donatione propter nuptias ex fideicommiſſo deducenda, an procedat ſolum in ſubſidium aliis bonis liberis non extantibus, explicatur ibidem num. 123. ad 137.
Si filius à patre, vel auo paterno grauatus ex legitima, & Trebellianica, aliiſve bonis ſuis liberis poteſt congruè dotare deſcendentem teſtatoris, ex illis,& non ex bonis fideicommiſſi debet dotare iuxta communem. pag.599.numero 124.
Probabile eſt, quod filiam teſtatoris poſſit ex bonis fideicommiſſi (ſi eiuſdem filiæ legitima non ſufficiat ad congruam dotem) dotare. ibid.numer. 125. & 126.
An filia teſtatoris vel neptis ex teſtatoris filio habens bona libera aduentitia materna, ex quibus poteſt congruè dotari, poſſit conſequi dotem ex bonis fideicommiſſi paterni, vel auiti.ibid.& ſeq.num. 127.128.& 129.
Vbi approbatur affirmatiua, etiamſi ſit iam nupta Filia, vel neptis à patre, vel auo paterno grauata, ſi eius legitima, & Trebellianica non ſufficeret ad congruam dotem, poteſt ſupplementum ſumere ex fideicommiſſo. p.601.n.131.
An etiamſi habeat alia bona libera, ex quibus poteſt ſe congruè dotare, poſſit congruam dotem ſibi conſtituere ex bonis fideicommiſſi, ibid.n.132. 133.
Si teſtator fideicommittens ad fauorem maſculorum expreſſe diſpoſuerit fœminas deſcendentes dotari, an dos debeatur ex bonis fideicommiſſi, licet ex legitima, & Trebellianica,& aliis bonis grauati,vel dotandæ dos congrua conſtitui poſſit.p.602. num. 134.135.
Nonnulli caſus, in quibus dos eſt conſtituenda ex fructibus fideicommiſſi, licet teſtator expreſſe mandauerit, fœminas dotari. ibidem numero 134.
Alij caſus, in quibus dos relicta à teſtatore fœminis eſt deducenda ex bonis fideicommiſſi, tametſi extarent legitima, & Trebellianica grauati. p. 603. num.136.
Præfata diſpoſitio *auth. res quæ*, an ſit remedium ſubſidiarium, vel ordinarium ibid. n.137. & p.639. numer.275.
Si grauatus fideicommiſſo velit obligare, & alienare bona fideicommiſſi cauſa dotis conſtituendæ, ei incumbit onus probandi non extare alia bona.ibid. numero 138.
Si mulier ipſa à fideicommiſſario petat ſibi conſtitui dotem ex bonis fideicommiſſi, an ad ipſam ſpectet onus probandi,non extare alia bona libera, an verò ad fideicommiſſarium onus probandi contrarium. p.605.n.139.140.
Et ſi iam mulier fuit dotata ex bonis fideicommiſſi cauſa dotis alienati in tertium, qui illa poſſideat, an ad mulierem, vel tertium poſſeſſorem, vel agentem ad vindicationem eorumdem bonorum ſpectet onus probandi tempore dotationis non adfuiſſe bona libera.p.605.n.141.142.
Si fœmina dotata hæres grauati dicat non extare alia bona liberè ſufficientia ad congruam dotem, non eſt vltrà quærendum, ibidem numero 144.
Si legitima à teſtatore fideicommittente relicta filio vel filiæ non ſufficiat ad congruam dotem, an hæres grauatus teneatur de bonis fideicommiſſi tribuere ſupplementum, ibidem numero 146.147.
Et quid ſi ſubſtitutus fuit alius filius teſtatoris, ibidem.
Quid ſi filius à patre grauatus legitimam, & Trebellianicam male conſumpſiſſet, an eius filiæ nuptura dos conſtitui poſſit ex bonis fideicommiſſi. pag. 606.n.148.149.
Si poſt dotem conſtitutam malè conſumpſiſſet, dos iam conſtituta ſoluenda erit ex bonis fideicommiſſi. ibid.n.250.
Si teſtator dixiſſet filias grauati eſſe dotandas, de bonis fideicommiſſi eſſent dotandæ, licet grauatus legitimam,& Trebellianicam male conſumpſiſſet.p.607. num.

Notabilium.

num. 151. eſſent etiam dotandæ ex fideicommiſſo, ſi grauatus abſque culpa legitimam, & Trebellianicam amiſiſſet.ibid.n.152

Idem ſi filia (ſi ſit grauata) ſuam legitimam, & etiam Trebellianicam abſque culpa amiſiſſet.ibid.

Secus ſi dolo, & lata culpa conſumpſiſſet. ibidem numer.153.

Quid ſi culpa leuiſſima conſumpſiſſet, vel amiſiſſet. ibid.n.154.

Et ſi dolo,& lata culpa, an dos iuxta quantitatem alimentorum vitæ ſuſtentandæ neceſſariorum poſſit ex fideicommiſſo conſtitui.ibid.

Legitima, & Trebellianica non ſufficientibus ad congruam dotem conſtituendam filiæ teſtatoris, vel filij grauati, vel ipſi filiæ grauatæ, ſi filius grauatus, vel ipſa filia grauata percepiſſet multos fructus ex bonis fideicommiſſi, qui tempore dotis conſtituendæ extarent, ex bonis fideicommiſſi dos non poſſet conſtitui, ſed eſſet conſtituenda ex fructibus, p.607.n.156.

Secus ſi tempore dotis conſtituendæ ſint conſumpti non doloſe, & malitioſe.ibid.n.157.

Fructus ex bonis fideicommiſſi percepti licet non imputentur in legitimam, & Trebellianicam, tamen imputantur in dotem. ibid.

Si teſtator mandauit fœminas ſuas deſcendentes dotandas ex fructibus ſuæ hæreditatis, ex iiſdem extantibus, non ex corporibus ſunt dotandæ; ſecus ſi tempore dotis conſtituendæ non extarent.p.608.n.158.

Si mandauit ſolui dotes ex pecuniis non ſunt ſoluendæ ex bonis ſtabilibus, ſi adſint pecuniæ à teſtatore relictæ, vel pecuniæ poſſint extrahi ex venditione fructuum, vel mobilium hæreditatis. ibid.n.159.

Inſtitutis per patrem pluribus, putà tribus vel quatuor filiis hæredibus, & fideicommiſſo reciproco grauatis, an vnus ex fratribus grauatis poſſit dotare filiam etiam de portione fideicommiſſi alterius fratris ſine filiis prædefuncti ad ſe pertinente, ſi ſua portio vna cum legitima non ſufficiat ad dotem congruam. ibid.& ſeq. n.160.161.

Diſpoſitio dict. *Authentic. res quæ*, quod bona fideicommiſſi alienari poſſint pro dotandis deſcendentibus fideicommittentis, an procedat in nepotibus, & pronepotibus poſt eiuſdem teſtatoris fideicommittentis obitum natis, & conceptis, & in omnibus teſtatoris deſcendentibus in infinitum, pag. 609. numero 162. 163. & 164.

Fauor dotis, & publicæ vtilitatis reſultantis ex eo, quod mulieres ſint dotatæ, & poſſint honeſtè nubere, præualet, ac præponitur priuatæ commoditati fideicommiſſarij, & ſplendori agnationis, ibidem, & ſeq. numero 163.164.

Minus abſurdum eſt fideicommiſſum euerti, quam deſcendentem teſtatoris non poſſe nubere, vel cogi impudicè viuere, pag. 610. n. 164.

Diſpoſitio *authentic. res quæ*, an habeat locum etiam in primogeniis, & maioratibus, vt primogenitorum, ac maioratus bona poſſint, & debeant vel dari in dotem, vel alienari pro dote conſtituenda fœminis deſcendentibus ex teſtatore etiam poſt eius obitum natis, & conceptis, omnibuſque filiabus cuiuſcumque poſſeſſoris maioratus, deficientibus aliis bonis. p.611. numer. 165.166.

Fideicommiſſi bona pro conſtituenda dote fœminis ex teſtatore deſcendentibus an alienari valeant, ſtante expreſſa prohibitione generali teſtatoris illa alienandi, pag. 612. numero 168.

Quid ſi teſtator ſpecificè prohibuit bona fideicommiſſi alienari etiam cauſa dotis, ibidem & ſeq. n.169.170.171.

An prohibitio extendatur, vt nec cauſa donationis propter nuptias.p.614 n.172.

An dicta diſpoſitio Authentic. *res quæ*, habeat locum, quando fideicommiſſum à teſtatore relictum venit reſtituendum Eccleſiæ, vel alteri loco pio.ibid.n.173.174.

An in fideicommiſſo particulari, & in legatis particularibus, & etiam in fideicommiſſo puro.ibid. n.175.& trib.ſeqq.

An procedat in actibus inter viuos, ſeu contractibus ex cauſa oneroſa, in quibus facta ſit prohibitio alienationis bonorum, pagin. 615. numero 177.

An in donationibus, ſeu contractibus lucratiuis, in quibus prohibitio alienationis ſit facta. ibid. n.178.179.

Si fideicommiſſum ſit conſtitutum à deſcendente, an aſcendens grauatus poſſit bona fideicommiſſi alienare cauſâ dotis, vbi an mater volens ſecundò nubere poſſit ac debeat dotari ex bonis fideicommiſſi à patre relicti filio, pag. 616. numer.182.

Diſpoſitio *auth. res quæ*, an procedat in deſcendente teſtatoris non adhuc nubili, vt poſſit à fideicommiſſario petere dotem non expectato tempore aptitudinis ad matrimonium. p.617.n.183.184.

Pro conſtituenda dote fœminis ſterilibus teſtatoris deſcendentibus poſſunt alienari bona fideicommiſſi.ibid.n.185.

Pro dote filiæ naturalis, & ſpuriæ deſcendentis ex teſtatore,& filiæ legitimæ poſſunt alienari bona fideicommiſſi. ibid. n.185. An etiam pro dote filiæ, vel deſcendentis ex teſtatore hæreticæ,vel filiæ hæretici catholicæ.p.618.n.189.190.

Pro dote filiarum, & deſcendentium teſtatoris Iudæi poſſunt alienari bona fideicommiſſo ſubiecta.ibid. n. 191.

Vbi quod fideicommiſſa poſſunt inter Iudæos conſtitui.ibid.

Quando fideicommiſſum relictum eſt hæredi extraneo,vel tranſverſali pro dotandis filiabus teſtatoris alienari poſſunt, & debent bona fideicommiſſi, ſi legitima non ſufficit. ibid. n.192.

An etiam ex cauſa dotis, vel donationis propter nuptias,vel reſtitutionis dotis fauore filiarum,& filiorum ipſius extranei fideicommiſſarij aliis bonis deficientibus.ibid.n.193.194.

An etiam pro conſtituenda dote, vel donatione propter nuptias, vel obligatione dotis reſtituendæ pro ipſamet perſona extranea, vel tranſverſali fideiuſſoria, præſertim ſi fideicommiſſum ſit relictum extraneo, vel tranſverſali cum conditione ſi perſona grauata deceſſerit ſine liberis.p.619.n.193.196.197.

Bona fideicommiſſi conſtituti à tranſverſali, puta à fratre,vel patruo an alienari, & obligari poſſint ex cauſa dotis, donationis propter nuptias, vel reſtitutionis dotis in fauorem non deſcendentium ex teſtatore fideicommittente.p.620.n. 199. vbi affirmatiua.ibid.n.200.vbi negatiua, ſi fideicommiſſi inſtitutor non tenebatur dotare.ibid.

Bona fideicommiſſi à fratre fratri relicti poſſunt alienari pro dotãda ſorore vigore ſtatuti, vel conſuetudinis ſtantibus maſculis ex cluſis à ſucceſſione. ibid. num. 201. & etiamſi ipſa ſoror haberet matrem diuitem, vel bona materna. ibidem,

vel frater grauatus haberet bona propria. p. 621. n.202.
Poſſunt etiam bona fideicommiſſi à fratre fratri relicta à fratre grauato alienari pro dotanda ſorore communi vtrinque, vel ex parte patris coniuncta aliunde non habente.ibid.n.203.
Et etiamſi frater grauatus haberet bona propria. ibid.
Imo etiam pro dotanda ſorore vterina pariter paupere aliunde non habente.ibid.
Tradita de alienatione bonorum fideicommiſſi à fratre relicti ex cauſa dotandi ſororem pauperem habent locum in fideicommiſſis conſtitutis à ſororibus diuitibus. ibid.n.204.
Bona fideicommiſſi à patruo, vel auunculo relicti alteri collaterali an grauatus poſſit alienare pro conſtituenda dote ſobrinæ, vel nepti teſtatoris, quæ aliunde habere non poteſt, & quid ſi fideicommiſſum ſit conſtitutum ab amita, & ſobrina. diuitibus. ibid.n.205.
Si hæres à tranſverſali inſtitutus ſit prohibitus alienare bona extra familiam, poterit bona alienare pro dotanda ſorore. ibid.n.206.
Bona à matre ſuppoſita fideicommiſſo relicto filio, vel filiæ non poſſunt alienari pro dotanda filia in caſu, quo ipſa non tenebatur, vel ſi viueret, non teneretur filiam dotare. p.622.n.212.
Poſſunt alienari pro dotanda filia paupere, quæ aliunde neque ex bonis patris, vel aſcendentium ex linea paterna, neque ex propriis bonis poſſet dotari.p.623.n.214.
Poteſt etiam filia à matre grauata alienare bona eiuſdem fideicommiſſi pro dotandis filiabus ſuis pauperibus. ibid.
Bona fideicommiſſi materni an poſſint obligari pro reſtituenda dote vxori filij pauperis.pag.623.numero 215.
Exiſtentibus bonis paternis liberis, vel fideicommiſſo ſuppoſitis hæc prius erunt alienanda pro dote filiæ, quàm bona materna. pag. 216. numero 216.
Bona à matre Iudæa ſuppoſita fideicommiſſo an poſſint alienari pro conſtituenda dote filiæ Catholicæ, tametſi pater Catholicus ſit diues. ibidem n. 217.
Bona ab auo, vel proauo materno ſuppoſita fideicommiſſo non poſſunt alienari pro dote neptis, vel proneptis ex fœmina, quæ de bonis paternis, vel maternis, vel propriis poteſt dotari.ibid.numer. 218.219.
Poſſunt alienari ſi neptis, vel proneptis ſit pauper, nec aliunde poſſet dotari, ibidem numero 218.
Poſſunt etiam obligari pro reſtituenda dote vxori neptis ex fœmina pauperis, qui aliter non poſſet inuenire vxorem. ibid.n.220.
Prædicta procedunt etiam in fideicommiſſo conſtituto ab auia materna.p.624.n.221.
Et ab auia paterna.ibid.n.222.
Ad alienationem rerum fideicommiſſi ex cauſa dotis faciendam an ſit neceſſarium iudicis decretum, ſiue ipſæ res dentur marito in dotem, ſiue detur earum pretium.ibid.n.223.
Leges dicentes bona fideicommiſſi non poſſe alienari, intelliguntur ex alia cauſa quam dotis.ibidem numer.225.
Iura, quæ volunt bona fideicommiſſi poſſe dari in dotem, intelliguntur ad perpetuam ſubſtitutorum excluſionem.ibid.
Statutum de lucro dotis an, & quando habeat locum in dote ex bonis fideicommiſſi conſtituta. ibid. n.225.ad 233.
Vide verbum, *Lucri dotis ſtatutum.*
Ius detrahendi dotem ex bonis fideicommiſſi paterni filia defuncta ante dotis conſtitutionem, an tranſmittatur ad illius hæredes, pag. 627. num. 235. ad 240.
Vide verbum *Tranſmiſſio.*
Ius alienum, ſeu priuilegium dotis conſequendæ, vel reſtituendæ ex bonis fideicommiſſo ſubiectis mulieri competens poteſt mulier cedere filiis ſuis.pag. 628.n.241.
An & quando extraneo ibid.n.242.243.244.
Bona fideicommiſſi à patre grauato legitimè data in dotem genero, & poſt mariti mortem ad eu dem patrem grauata reuerſa viuente filia, non debent reſtitui fideicommiſſario.p.629.n.245.
An veniant reſtituenda, ſi reuertantur mortua filia. ibid.n.246.247.
Si reuerſa ſint ad ipſam filiam, ea etiam defuncta non reuertuntur ad fideicommiſſarium, ſed tranſeunt ad hæredes mulieris extraneos.ibid.n.248.
Bona fideicommiſſi legitimè ex cauſa dotis ſemel alienata ſunt perpetuo irreuocabilia, nec amplius reuertuntur ad fideicommiſſarium, ſeu fideicommiſſo incorporantur.p.629.n.247.ad 251.
Neque fideicommiſſarius poteſt illa vendicare ſoluendo pretium emptori, vel ei, qui ea recepit pro dote.p.630.n.252.
Niſi detegeretur alienationem fuiſſe factam in fraudem, & peruerſionem fideicommiſſi, & quando detegeretur fraus.p.629.n.247.
Pro reſtitutione dotis vxoris filij à patre fideicommiſſo grauato receptæ ante conſtitutum fideicommiſſum bona fideicommiſſi deficientibus aliis bonis liberis alienari poſſunt. p.630.n.253.
Si dos recepta ſit poſt iniunctum onus fideicommiſſi, & mortem patris fideicommittentis, an pro reſtitutione eiuſdem dotis bona fideicommiſſi poſſint alienari, vel in ſolutum dari.p. 360. & ſeq. n. 254. & 255.
Vbi approbatur affirmatiua, in materia alienationis bonorum fideicommiſſi cauſa dotis conſtitutio, & reſtitutio procedunt à pari. ibid.
Non de facili, & vix cognoſci poteſt an bona ſint fideicommiſſo ſubiecta.p.631.n.257.
An pro præfata dotis reſtitutionene poſſint bona fideicommiſſi alienari, licet mulier ab initio matrimonij ſciuerit extare fideicommiſſum, & dotem dederit.p.632.n.258.259.
Etiam totum fideicommiſſum poſſet alienari, ſi pars non ſufficeret ad reſtitutionem integræ dotis. p.634.n.260.
Si dos doloſè cum exceſſu, ſeu immodica fuit à filio grauato recepta, quoad exceſſum congruitatis non detrahitur ex fideicommiſſo. pag. 635. numero 261.
A quo malitia, & dolus probari debeat. ibidem.
Quid ſi dos data ex filio grauato, qui ante matrimonium conſumpſerat legitimã, & Trebellianicã. ibid. n. 262. Quid ſi tempore dotis datæ penes maritum grauatum extabant, ſed tempore reſtitutionis dotis reperiuntur conſumpta.ibid. n. 263. & quid ſi mulier conſenſerit malæ conſumptioni. p.636.n. 266.
An in mulieris electione ſit pro conſequenda ſua dote agere directò contra bona fideicommiſſi, vel contra tertium poſſeſſorem, in quem bona libera, quæ tempore dotis datæ aderant, à marito fuerunt tranſlata.ibid.n.264.265.
Fideicommiſſarius, cum ex bonis fideicommiſſi dos eſt reſtituta, poteſt agere contra tertium poſſeſſorem bonorum, quæ erant mariti grauati.ibidem n. 265.

Licet

Licet melius ſit, quod mulier illi cedat ſua iura, & ex iuribus ceſſis agat aduerſus tertium poſſeſſorem, ibidem.

Dos non debet reſtitui ex bonis fideicommiſſi extantibus bonis mariti liberis ad reſtitutionem ſufficientibus. p. 637. n. 267.

Neque quando maritus in hypotheca dotali expreſſe declarauit nolle comprehendi bona fideicommiſſi. ibid. n. 268. Dos debet reſtitui non ſolum ex portione fideicommiſſi propria mariti grauati, ſed etiam ſi illa iuſta ſufficiat ex portione cohæredis ad ipſum maritum perueniente. ibid. n. 269.

o reſtitutione dotis poſſunt alienari bona fideicommiſſo ſubiecta cum ſpeciali prohibitione alienationis ex cauſa dotis, ſiue ſit prohibita alienatio omnium bonorum, ſiue rei particularis. ibid. n. 271.

Etiamſi maritus grauatus dederit fideiuſſores de Dote reſtituenda, mulier poterit agere diuortio contra bona fideicommiſſi pro dotis conſequutione, nec tenebitur agere contra fideiuſſores. p. 638. n. 273.

Mulier conſequens dotis ſuæ reſtitutionem ex bonis fideicommiſſi, tenetur cedere iura ſua ad fauorem fideicommiſſarij aduerſus fideiuſſores. p. 639. numer. 276.

Quando imputari poteſt culpa mulieri, quæ conſtanto matrimonio potuit exigere dotem à marito ad inopiam vergente, & rebus ſuis male vtente, & neglexit exigere, an ei mortuo marito dos reſtituenda ſit ex bonis fideicommiſſi. ibidem n. 277.

Scientia mulieris fideicommiſſi, & eius negligentia à fideicommiſſario probanda. ibid.

Dos à marito confeſſata an ſit reſtituenda ex bonis fideicommiſſi. p. 240 n. 278.

Vxor pro dotis reſtitutione tenetur recipere in ſolutum bona fideicommiſſi pro iuſta æſtimatione, ſi non inueniatur iuſtus emptor. ibidem numero 279.

Diſpoſitio *Authentic. res quæ*, quoad dotis reſtitutionem de fideicommiſſi bonis procedit non ſolum in prima vice, ſed in ſecunda, & tertia. ibid. num. 28.

Ius recuperandi dotem marito grauato traditam ex bonis fideicommiſſi competens mulieri tranſit ad eius hæredes etiam extraneos. p. 641. numero 28.

Dos ab vxore tradita marito grauato an poſſit, & debeat reſtitui ex bonis fideicommiſſi à tranſverſali conſtituti, ibid. n. 282. 283.

An ex fideicommiſſo relicto à matre, vel auo materno, ibid. & ſeq. n. 284. 289.

An ex bonis fideicommiſſi à deſcendente ad beneficium, aſcendentis inſtituti, ibidem numero 286.

Vide *Confeſſio mariti de Dote recepta*, *Lucrum*, *Lucri dotis ſtatutum*, *Repetitio dotis*.

Fideiuſſio, Fideiuſſor, Fideiuſſor pro dote.

Fideiuſſor datus marito pro dote promiſſa fauore dotis obligatur efficaciter ex ſolo pacto nudo. pag. 350. n. 59. & p. 360. n. 96.

In fideiuſſione pro dote conſeruanda, vel reſtituenda fingitur ſtipulatio inducta fauore dotis. p. 359. n. 72.

Fideiuſſor quod debet, ſoluit de ſuo, ſed repetit à principali. p. 365. n. 110.

D. Ioan. Angel. Boſſius de Dote.

A muliere, vel eius patre vel alio dotem marito promittente idem maritus pro dote ſibi promiſſa ſoluenda poteſt exigere fideiuſſorem, & validè datur, & obligatur, pag. 494. numero 63.

At iuxta iuris diſpoſitionem neque maritus, neque eius pater, vel quicumque alius recipiens dotem tenetur, cogive poteſt dare vxori fideiuſſorem pro ſecuritate dotis, & ſi detur, nulla eſt fideiuſſio, & minimè obligatur fideiuſſor. ibid. n. 65.

Ratio talis prohibitionis. p. 395. n. 66.

Sitne prohibita, & irrita fideiuſſio ſeruandæ, & reſtituendæ dotis. p. 495. n. 67. & 68.

Et etiamſi maritus vltro, & ſponte vxori offerat, & det fideiuſſores. p. 496. n. 69 & 70

Et ſi maritus dando fideiuſſorem etiam cum iuramento renunciauerit beneficio *l. 1.* & *2. C. ne fideiuſſores dotium*, an iuramentum obliget. num. 71. 72. 73. talis fideiuſſio à lege prohibita non eſt de ſe illicita. p. 497. n. 72.

Mulier ab initio poteſt expreſſe paciſci, vt bona mariti ſint obligata, & hypothecata pro reſtituenda dota nulla facta traditione. p. 498. n. 74.

An pignus ſpeciale, quod pro dote reſtituenda per maritum conſtituatur vxori per traditionem rei ſtabilis, vel mobilis propriæ ipſius mariti minimè prohibitum ſit, ibidem numero 75. 76. & 77.

Vbi approbatur negatiua, & aſſignatur ratio differentiæ inter fideiuſſorem, & pignus. ibid.

Præfatum pignus non poteſt à marito conſtitui de re aliena, neque etiam poteſt extraneus pro marito rem ſuam pignori dare pro reſtitutione dotis. p. 499. n. 78.

Pignus loco rei cedit, fideiuſſor loco debitoris. ibidem n. 77.

Quoties ſatiſdatio prohibetur, intelligitur de ea, quæ reſpicit perſonam, ſcilicet de fideiuſſore, non de ea, quæ reſpicit pignora. ibid.

Pignora pro dote reſtituenda à marito vxori conſtituta non poſſunt conſtante matrimonio liberari, ibid.

Fideiuſſor ſi maritus labatur facultatibus, poteſt maritum cogere ad ſe liberandum, & etiamſi diu ſtetiſſet in fideiuſſione, & quoque ſi inter maritum, & ipſum graues intercederent inimicitiæ, ibid.

Mulier poteſt maritum cogere, vt in pactis dotalibus repromittat reſtituere dotem eidem. p. 500. n. 99.

Poteſt etiam velle, vt promittat alteri tertio per viam delegationis dotis reſtitutionem, ſi id illi nihil nocet. ibid. n. 80.

Pater mariti an pro eo poſſit vtiliter fideiubere pro ſecuritate dotis reſtituendæ, & quid de matre. ibid. n. 81. 82. 83.

An extranea ſponte dotans mulierem pro dote ſibi reſtituenda ſoluto matrimonio poſſit ab initio exigere à marito fideiuſſorem; & an etiam pater mulieris illam dotans. ibid. & ſeq. numer. 85. 86. 88.

Si extraneus ab initio promiſſionis dotis in pactis dotalibus non prouiderit ſibi de tali cautela fideiuſſionis, non poterit poſtea compellere maritum ad dandum fideiuſſorem. p. 501. n. 87. Hoc caſu ſi marito conſtante matrimonio ſuperueniat inopia, vel inopiæ ſuſpicio oriatur, qua ratione eidem extraneo dotanti conſulatur. ibid.

Cum marito an alius, ſiue coniunctus, ſiue extraneus poſſit ad dotis reſtitutionem obligare principaliter, & vti correus debendi in ſolidum, præſertim

ſi vterque dotem receperit, & non ſolus maritus. ibid.& ſeq.n.89 90.92.

Satiſdatio non eſt, niſi quando vnus acceſſoriè alterius obligationi accedit, pag. 502. numero 90.

Poſt ſolutum matrimonium valide datur, & recipitur ab vxore fideiuſſor de dote reſtituenda. ibidem num.93.

Item ſi viro dos tradatur ante celebratum matrimonium, datur validè fideiuſſor de dote reſtituenda matrimonio non ſequutu. pag. 503. numero 94.

Si ante contractum matrimonium fuerit inter partes conuentum, vt maritus dotis reſtituendæ fideiuſſorem daret, an fideiuſſio poſtea data valeat, & obligei.ibid.n.95.& 96.

In caſibus vergentiæ mariti ad inopiam, vel ſuperuenienus veriſimilis ſuſpicionis inopiæ, etiamſi vir nondum venerit ad extremam inopiam poteſt vxor ab eodem marito pro ſecuritate dotis exigere fideiuſſorem, vel ſequeſtrationem dotis ad honeſtum lucrum deponendæ apud mercatorem. p.504.n.98.& 99.

Extraneus, qui ſponte dotauit mulierem cum pacto, vt dos ſoluto matrimonio ſibi reſtitueretur, nulla exacta cautione pro dotis ſecuritate, ob ſuperuenientem mariti inopiam, vel inopiæ ſuſpicionem, poteſt petere ab eodem marito ſatiſdationem de dote conſeruanda, & reſtituenda. p.508.n.109.

Debitor mulieris, qui pro ea nubente promiſit dotem viro pauperi, ſeu facultatibus ſuſpecto,an poſſit petere fideiuſſorem, vel pignus pro ſecuritate dotis, & quando periculum dotis illi, vel mulieri currat. ibid.n.100.

Qui ex neceſſitate ſoluere debet pro muliere dotem, vt pater, patris hæres, aut debitor, ſi petat cautionem idoneam pro dotis ſecuritate, ei præſtatur iuxta praxim Senatus Sabaudiæ. p. 509. numero 111.

Si in aliquo loco ſit conſuetudo, vt fideiuſſor pro ſecuritate dotis ſeruandæ, & reſtituendæ exigi, & recipi poſſit, an valeat conſuetudo, vt fideiuſſor datus obligetur, & an de facto detur talis conſuetudo.ibid.n.112.113.114.

Tradita de prohibitione dotis ſeruandæ, & reſtituendæ fideiuſſoribus an habeant locum in augmento dotis, donatione propter nuptias, & in rebus paraphernalibus, vt etiam pro horum ſecuritate à marito exigi poſſit fideiuſſio. p. 510. n. 116. 117. 118.

Maritus poteſt, & debet dare fideiuſſorem pro pecunia non dotali, ſi eum exigat, qui eandem pecuniam debet mulieri, licet eadem muliere conſentiente maritus conueniret debitorem,ibidem num.119.

Filia, filia adoptiua, filia illegitima, naturalis, & ſpuria.

Vide *Dos, filia excluſio. Fideicommiſſum. Pater quoad obligationem dotandi. Renunciatio.*

Filiafamilias.

Filiafamilias eſt capax iudiciorum in dote aduentitia, ita quod pro ea poteſt, & conſtante, & ſoluto matrimonio agere in iudicio abſque conſenſu patris. p.86.n.94.

Filiafamilias in dote aduentitia, & etiam profectitia conſolidata filiæ da iure antiquo Digeſtorum, & de iure nouo Codicis, & Auth.habet hæredem ab inteſtato, licet regulariter ſecus de iure Digeſtorum. p.87.n.97.& p.100.n.147.

Filiafamilias non poteſt diſponere de dote profectitia per vltimam voluntatem. p.104.n.166.

Poteſt autem & per vltimam voluntatem, & inter viuos diſponere filia emancipata effecta vidua.p. 106. n.171.

Filiafamilias vidua de dote profectitia an poſſit teſtari, & donare cauſa mortis cum conſenſu, & etiam ſine conſenſu patris. ibid.

Inter filiamfamilias, & patrem pro dote poteſt eſſe lis, & iudicium.p.126.n.20.debet tamen à iudice petere veniam agendi aduerſus patrem.ibid.

Vide *Dos profectitia, Dos aduentitia quoad acquiſitionem,&c. Exhæredatio.*

Filius præſertim quoad obligationem dotandi matrem.

Filius, vel filia naturalis diues tenetur dotare matrem pauperem.p.182.n.33.

Et etiam filius ſpurius matrem pauperem volentem nubere, ibid.

Filius legitimus, & naturalis diues tenetur dotare matrem pauperem, quæ cum eiuſdem filij conſenſu nupſerit.ibid.n.34.

Regulariter loquendo non tenetur dotare matrem pauperem volentem ſecundo nubere, vel iam viro ſecundo nuptam ſine eius conſenſu. ibid. n.35. Si mater eſſet iuuenis, & formoſa, & talis, cui non nubendo immineret periculum incontinentiæ, an teneretur illam pauperem dotare. ibidem numero 36.

Filiusfamilias.

Filiusfamilias de bonis caſtrenſibus, & quaſi caſtrenſibus poteſt teſtari.p.87.n.98.

In iiſdem bonis de iure Digeſtorum non habet hæredem ab inteſtato, ſed pater omnia occupat iure peculij.ibid.

Habet autem iure Codicis, & Authenticorum. ibid.

Filiusfamilias miles ſi decedit inteſtatus relicto filio iam emancipato ab auo, non præfato iure Codicis, & Auth. ſed etiam iure veteri ſuccedit in caſtrenſibus nepos ex tali filio, excluſo auo. ibid.

Filiusfamilias qua ratione de aduentitiis poſſit teſtari, vel donare cauſa mortis. pag. 706. n. 171.

Vide Dos profectitia.

Fiſcus.

Publicatis, & confiſcatis bonis patris delinquentis ob crimen læſæ maieſtatis fiſcus ex bonis confeſſatis tenetur dare legitimam filiis condemnati, & quibus filiis, & quanta debeat eſſe legitima. pag.219. num.66.

Eadem bona confiſcata à fiſco ad alium tranſeuntia eidem oneri legitimæ manent ſubiecta.ibid. & numer.67.

Ex iiſdem bonis tenetur fiſcus dare dotes filiabus condemnati legitimis, & illegitimis, & etiam ſpuriis, cui oneri eadem bona fiſco ad alium tranſeunti manent obnoxia, ibidem, numero 67.

Contra eundem fiſcum ſuſtinentur dotes, & donationes propter nuptias per patrem reum etiam poſt delictum ante condemnationem conſtitutæ, & factæ. ibid.n.68.

Confiſcatis bonis ob crimen læſæ maieſtatis humanæ fiſcus tam ex rigore iuris, quàm ex æquitate in

tribuna libus

tribunalibus approbata tenetur dotare filias rei condemnati,& quanta eſſet dos. ibid.n.69.& 70.

Suſtinentur dotes filiabus datæ poſt delictum læſæ maieſtatis, ſecluſa frande. ibid.n.69.

Lex *quiſquis Codic. ad l. Iuliam maieſtatis*, quoad pœnas ibi contra filios reorum criminis læſæ maieſtatis an ex conſuetudine generali ſit abrogata, & quando non habeat locum, & in quibus filiis ceſſet,& plura alia circa intellectum dictæ legis,ibidem numero 70.

Ob paternam hæreſim de Iure Canonico filij priuantur hæreditate, & excluduntur à legitima. p.220. num.71. & 72.

Tenetur tamen fiſcus filiis orthodoxis ex bonis ob paternam hæreſim confiſcatis alimenta præſtare, ſi aliunde non habeant, ibidem num.73.

Et filias dotare. ibid. n.75.

Nec dotes à patre hæretico occulto poſt crimen hæreſis commiſſum eiſdem filiabus conſtitutæ à fiſco poſſunt reuocari. ibid.n.74.& 75.

Fiſcus an vrgente publica neceſſitate poſſit conuenire ſuum debitorem fiſcalem, & eiuſdem debitoris fiſcalis debitorem, & cogere ſoluere ante aduentum diei ſolutionis, & non ſolum ſi ſit debitor ex cauſa primipili, ſed etiam ex quacomque alia cauſa, latè. p.320.& ſeq.n.181.182.183.

Fiſcus pro debito fiſcali Theſaurariorum, depoſitariorum, & conſanguineorum præfertur aliis eorum creditoribus anterioribus, etiam ex cauſa dotis. p. 323.n.186.& p.686.n.70.

Fiſcus in acquiſitis à ſuo debitore poſt ſuam hypothecam præfertur aliis creditoribus anterioribus cum hypotheca expreſſa generali.p.582.n.50.

Et cur incumbat onus probandi acquiſitionem poſt eſſe factam.ibid.

Fiſcus creditor anterior poteſt agere ad pecuniam poſteriori creditori ſolutam ab eo bona fide conſumptam, ſi debitor ſit inops.p.695.n.103.

Qua ratione fiſcus, & dos æquiparentur. p. 685. n.67.

Vide *Primipilus*.

Frater.

Frater dotans ſororem ex bonis ſorori propriis non poteſt paciſci dotem ſibi ſoluto matrimonio reddi. p.94.num.126.& p.191.num.85.

Si dotet ex bonis communibus non poteſt paciſci dotem ſibi reddi pro ea parte rerum,quæ ad ſolam ſororem pertinebat, niſi ipſa conſentiat.ibid.

Frater vt hæres patris, vel alterius, qui dotare tenebatur, obligatur dotare ſororem; non tenetur autem eam dotare, quando pater, vel auus paternus, aut alius aſcendens per lineam paternam, vel eorum hæres poteſt dotare.p.184.n.47.

Neque ſi mater ſit diues, aut auus maternus, vel eorum hæres eſt habilis ad dotandum; neque ſi ſoror ipſa ſit diues, vel iam nupta. ibid. numero 47. 49. 50.

Frater diues vt frater Iure ciuili tenetur in ſubſidium dotare ſororem vtrinque coniunctam,vel ex eodem patre genitam, pauperem aliunde non habentem. p.185.num.51.

Procedit etiamſi ſit pupillus, aut minor. ibidem numero 52.

Vbi an bona pupilli, vel minoris mobilia, vel immobilia pro dote conſtituenda poſſint alienari ſine iudicis decreto. ibid.

Pro dotanda ſorore inope minor carens curatore poteſt ſine iudicis decreto alienare bona mobilia, & ſe obligare.ibid.n.53.

D.Ioan. Angel. Boſſius, de Dote.

Frater diues vt frater tenetur dotare ſororem inopem congruè iuxta dignitatem & ſtatum, & ſuas facultates,& ſi ſoror habet aliqua bona non ſufficientia ad congruam dotem, iuxta ſtatum tenetur frater dare ſupplementum.ibid.n.54.55.

Et tenetur etiam dare additamenta dotis, iocalia, veſtes & alia ſolita dari ſponſis. ibid.n.56.

Et ſi ſoror inops habet duos fratres diuites, vterque tenetur pro rata.ibid.n.57.

Et an, & qua ratione pro dotanda ſorore inope poſſit frater alienare bona fideicommiſſi ab alio fratre defuncto conſtituti.ibid.& p.187.n.65.

Frater vt hæres matris, vel aui materni tenetur dotare ſororem vterinam pauperem. pag. 186. numero 58.

Frater diues vt frater an teneatur in ſubſidium dotare ſororem vterinam tantum pauperem, & pro dignitate.ibid.n.58.60.61.62.

Pro conſtituenda dote ſorori inopi vtrinque coniunctæ, vel ex eodem patre genitæ aliunde non habenti poteſt frater alienare bona fideicommiſſi, vel maioratus, aut primogenituræ ſubiecta à patre, vel ab auo paterno.p.187.n.64.

An ea poſſit alienare etiam pro dotanda ſorore vterina.ibidem.

Pro qua dotanda poteſt alienare bona fideicommiſſo ſubiecta à matre,vel auo materno,vel à fratre. ibid. numer.66.

Ex fructibus fideicommiſſi, aut maioratus à patre,auo paterno, vel fratre conſtituti tenetur frater dotare ſororem vterinam pauperem. pagina 187. numero 62.

Frater diues vt frater an obligatione iuris naturalis teneatur dotare ſororem inopem aliunde non habentem.ibid.n.68.& 69.

Ex vi iuris humani, ſeu ciuilis an non ſolum in foro conſcientiæ frater diues vt frater teneatur ſorori inopi dotem dare. p.188.n.70.

Sororem pauperem à patre iuſte exhæredatam frater diues vt frater an dotare teneatur. ibidem numero 71.72.

Sororem inopem ſemel à ſe dotatam, cuius dos eſt amiſſa, non tenetur frater diues vt frater redotare conſtante priori matrimonio.ibid.n.73.

An redotare ſororem viduam inopem ſemel à ſe dotatam, quæ dotem amiſit ſine culpa. Ibidem numero 74.75.

Et quid ſi culpa leui vel leuiſſima dotem amiſerit, & quid ſi velit Ingredi monaſterium. pag. 189. num. 78.79.

Frater hæres, & poſſeſſor maioratus à patre conſtituti an teneatur redotare ſororem inopem, quæ ſine culpa dotem amiſerit, vel tantum culpa leui, vel leuiſſima.ibid.n.78.79.

Frater diues vt frater tenetur in ſubſidium dotare ſororem illegitimam etiam ſpuriam pauperem, & ſi amiſerit primam dotem ſine culpa,redotare. p.190. n.80.81.

Frater ſponte & liberaliter dotans ex propriis bonis ſororem poteſt in actu dotationis apponere pactum, quod dos ad ipſum vel eius hæredes reuertatur, ea ſine liberis defuncta.ibidem num.82.

Dotans vt frater ſororem in ſubſidium, an in actu dotationis poſſit apponere tale pactum. ibidem numero 83. 84.

Pacta in capitulis matrimonialibus appoſita de reſtitutione dotis in caſu diſſoluti matrimonij ab extraneo, vel fratre dotante debent intellig ſoluto matrimonio per obitum mulieris. pag.190. num. 84.

Si vero ſoluto matrimonio per obitum viri dos fuerit reſtituta fratri, vel alteri extraneo dotanti, mulieri manet ius ad illam repetendam. ibid.

Frater dotans ſororem ex bonis paternis, aut maternis, aut communibus aut propriis ſororis, non poteſt ſine ſororis conſenſu in actu dotationis ponere pactum quod illa ſine liberis mortua ad ipſum dos reuertatur, & ſi apponat, ſoror poteſt ad libitum de dote diſponere. ibidem num. 85.

An ſi ſoror expreſſe, vel tacite conſentiat, valeat pactum, nec poſſit de Dote diſponere. pag. 192. num. 86. 87.

Idem frater dotem dans cum tali pacto, an ex eodem pacto vtiliter agere poſſit ad dotem mortua ſine liberis ſorore. ibid. n. 86.

Frater clericus beneficiarius non habens alia bona propria ſororem pauperem aliunde non habentem poteſt ex redditibus beneficij alere, & dotare. pag. 193. n. 88.

Imò tenetur etiam tanquam frater, & vinculo ſanguinis alere & dotare ex iiſdem redditibus ſororem pauperem, tametſi vterinam, & etiam illegitimam, & ſpuriam. p. 194. n. 89. 91. 92.

Quæ extenduntur ad fratrem regularem beneficiarium, & Equitem Hieroſolymitanum commendatarium. ibid. n. 90.

Frater, vel patruus beneficiarius in ſubſidium dotans ſororem, vel ſobrinam pauperem ex redditibus Eccleſiaſticis non tenetur apponere pactum, vt dos ea ſine liberis mortua reuertatur ad Eccleſiam, etſi poteſt apponere etiam ſorore non conſentiente. p. 196. n. 100. & 101.

Vide *Pactum.*

Fraus.

Fraus, ac fraudandi animus in dubio non præſumitur, & per allegantem debet probari. pag. 418. num. 157.

Cur in confeſſione augmenti dotis in rebus mobilibus facta à marito conſtante matrimonio fraus in præiudicium creditorum mariti à iure præſumatur, & non præſumatur in confeſſione dotis receptæ. ibid.

Fraus confeſſionis in præiudicium creditorum indiciis, & coniecturis probatur, & quibus. ibidem numer. 158.

In augmento dotis facto in rebus immobilibus ceſſat fraudis ſuſpicio. p. 426. n. 188.

Vide *Alienatio. Confeſſio dotis recepta.*

Fructus.

Fructus ex bonis fideicommiſſi percepti ab hærede inſtituto teſtatoris creditore, an iudicio teſtatoris imputentur eidem hæredi in debitum teſtatoris, qui id non expreſſerit. pag. 128. & 129. num. 26. & 29.

An in verum debitum teſtatoris, vel ſolum in quaſi debitum teſtatoris imputentur hæredi creditoris fructus ex bonis hæreditatis fideicommiſſariæ percepti. ibid. n. 29.

Vide verbum ſequens.

Fructus dotis, ſeu rei dotalis.

Fructus dotis ſeu ex re dotali percepti an, & quomodo augeant dotem, & actione de dotis petantur. p. 13. n. 53. ad 64. p. 719. n. 1.

Si in reſtitutione dotis non fuerunt petiti, in alio iudicio peti poſſunt. ibidem.

In iudiciis particularibus fructus non augent rem ipſam particularem, ſed conſiderantur vt quid diuerſum, & acceſſorium ipſius rei principalis. p. 13. num. 53.

Et inde ſi incuria iudicis, vel partis lata ſit ſententia ſuper re principali, non habita ratione fructuum, non poſſunt fructus in alio iudicio peti iure actionis, ſed tantum officio iudicis, ibid.

In iudiciis vniuerſalibus, vt hæreditate, peculio & cæteris fructus augent ius vniuerſale, eiuſque partes cenſentur, & eadem actione ipſius vniuerſali peti poſſunt, ſi iudex omiſerit condemnationem fructuum, in diuerſo iudicio poſſunt per eandem actionem peti. ibid.

Iuxta plures Doctores dos vti ius vniuerſale augetur fructibus, hique partes dotis cenſentur, & per eandem actionem peti poſſunt, nec in libello petitionis dotis eſt neceſſe de illis facere mentionem ſpecialem, vt iudex poſſit ad illorum reſtitutionem vnà cum dote condemnare. ibid. num. 54.

Dotis etiam augmentum ſuperueniens poſt litem conteſtatam venit iuxta eoſdem Doctores in iudicio dotis. ibid.

Fructus dotis ex re dotali percepti ante matrimonium contractum augent dotem, non ex natura dotis, ſed ex intentione mulieris, & per viam conuerſionis in dotem, & eadem actione dotis petuntur. ibid. num. 55.

Percepti ſoluto matrimonio non augent dotem ex natura dotis, & tanquam dotis partes, ſed ſe habent ad dotem ſicut quid acceſſorium, nec actione dotali debentur, ſed officio iudicis, ſecundum Phanucium. p. 14. n. 56. & 57.

Iuxta alios ex ſpeciali fauore dotis à iure conceſſo poſſunt peti iure actionis, tanquam ſi eſſent dotis portio. ibid.

Dos non augetur fructibus reſpectu mariti. p. 15. numer. 63.

Pactum tam ante quam poſt matrimonium contractum inter vxorem, & virum vnitum, quod fructus dotis conuertantur in dotem, & illam augeant, & vxor ſeipſam alere debeat, eſt validum. p. 25. numer. 94.

Item eſt licitum, & validum pactum, vt vxor ſe alat, ſed percipiat fructus dotis, ibidem numero 95.

Non valet pactum, quod dotis fructus vxori, vel ſocero acquirantur, & vir tenetur ad onera matrimonij, ibidem numero 96.

Neque iuxta veriorem ſententiam valet pactum quod vir recipiat fructus dotis, & vxor ſeipſam alere debeat, licet contrarium teneant aliqui, maximè ſi vxor ſit diues. ibidem n. 97. ad 103.

Dos vnà cum fructibus ibi eſſe debet, vbi ſunt onera matrimonij. p. 478. n. 2.

Fructus, & intereſſe dotis an veniant dotis appellatione, eiuſque priuilegia habeant. p. 596. n. 113. 114.

Rerum, quæ datæ ſunt in dotem inæſtimatæ, fructus pendentes pro rata temporis vltimi anni diuiduntur inter vxorem, & maritum. p. 652. n. 34. Si datæ ſunt æſtimatæ fructus pendentes in ſolidum ad maritum ſpectant. ibidem. Partus ancillarum ad maritum non ſpectant non facta æſtimatione, ſpectant ſi ancillæ datæ ſunt in dotem æſtimatæ. ibid. n. 36.

Si ſponſa promiſit dotem ſponſo, & ante contractum matrimonium non tradidit, an ſi ipſe ſponſus ſuſtinuit onera matrimonij, fructus dotis debeantur ſponſo ſub nomine intereſſe, & ſaltem ante contractum matrimonium dotem eidem ſponſo tradiderit. pag. 368. numero 130. & p. 720. n. 2. 3. 4. & 5.

Vbi latè de fructibus dotis ante contractum matrimonium perceptis: fructus dotis legatæ ante matrimonium percepti cedunt legato. pag. 719. numero 1.

Fructus dotis conſtante matrimonio percepti quando ſint mariti, & quando ad mulierem ſpectent. pag. 711. numero 6. ad 12.

Pater

Notabilium.

Pater mariti ſuſtinens onera matrimonij acquirit fructus dotis, item vxor ſuſtinens onera. n.13.
Pacta varia de lucro fructuum dotis faciendo à viro vel ab vxore, vel à ſocero quando valeant. p.723.n.13.
Maritus putatiuus, qui ſuſtinuit onera matrimonij, an & qua ratione lucretur dotis fructus. ibid. n.14.
Quos fructus dotis, quarumque rerum dotalium maritus conſtante matrimonio ſuſtinens onera matrimonij lucretur. ibid. latiſſimè ex num. 15. ad 24.
Antequam fundus in dotem promiſſus ſit marito traditus, an, & qua ratione illius fructus ſpectent ad maritum onera matrimonij ſuſtinentem. pag. 725. n.25.26.27.
Fructus dotis conſiſtentis in rebus immobilibus à tempore ſoluti matrimonij percepti ab hæredibus mariti ſpectant ad vxorem. p.751.num.105. & 106.
Et etiamſi ab ipſis alimenta fuerint vxori præſtita deductis alimentorum ſumptibus. ibid.n.107.
Et ſi in alimentis plus expendiſſent, quam ſint fructus, non reſtituitur. ibid.n.108.
Et ſi dos fuerit legata à marito, fructus integri non deducta expenſa alimentorum ſpectant ad mulierem. ibidem.
Fructus dotis rerum immobilium, quæ fuerint datæ in dotem æſtimatæ intra annum à ſoluto matrimonio percepti ad maritum, vel eius hæredem ſpectant. pag.752. num.111.
Fructus rerum mobilium dotalium naturaliter frugiferarum poſt ſolutum matrimonium à marito, vel eius hærede percepti intra annum à ſolutione matrimonij, an & qua ratione ſpectent ad vxorem, vel ad mariti hæredem. ibid.n.112. 113.114.
Fructus rerum dotalium naturaliter frugiferarum nouiſſimi anni, in quo matrimonium diſſoluitur, pro rata temporis portione, quo matrimonium durauit, diuiduntur inter maritum, & eius hæredem, & inter vxorem. ibid.n.116.
Anni computatio fit à die contracti matrimonij, & ſuſtentationis onerum, vt fructus ex parte anni, qua maritus ſuſtinuit onera, ad eum, vel ad eius hæredem pertineant, & pro reſiduo tempore ad vxorem. p.753.n.117.
Idque ſiue fructus ſint collecti per maritum ante matrimonium diſſolutum, ſiue illis pendentibus fuerit ſolutum. p.755.n.118.
Explicatur res exemplis. ibid.n.118.& 119.
Vbi etiam quomodo facienda diuiſio fructuum rerum dotalium dietim currentium, vt ſunt penſiones domus dotalis locatæ, & merces ſerui dotalis locati. ibid.
Vide Summarium poſitum ante cap. 20. & verba *Augmentum dotis, Res aliena, Interuſurium, ſeu Vſura dotis.*

Fundamentum.

Qui in aliqua qualitate ſe fundat tam agendo, quam excipiendo tenetur illam qualitatem probare. pag. 546. n.6.

Fundus, Fundus dotalis.

Fundus pro dote promiſſus non efficitur dotalis ſine tranſlatione dominij in virum, & ſic niſi poſt traditam poſſeſſionem non efficitur dotalis. pag. 30. num. 5. & p.33.n.26.
Fundus datus in dotem inæſtimatus per maritum conſtante matrimonio non poteſt obligari, nec alienari, & etiam vxore conſentiente. p.651. numero 53. 54. 55.
Bona immobilia data marito in dotem æſtimata æſtimatione faciente venditionem vel non dotalia poteſt maritus liberè obligare, & alienare. ibid. numero 35.
Et etiam ſi maritus ſit inops. ibid.
Stante pacto reſtituendi res datas æſtimatas extantes, an maritus poſſit conſtante matrimonio illas alienare vxore conſentiente. p.660.n.73.74.
Si fundus datus ſit in dotem non æſtimatus æſtimatione faciente venditionem cum pacto, quod ſi extent penes maritum reſtituantur, & ſi non extent, reddat pretium, poterit maritus conſtante matrimonio fundum alienare. ibid.n.74.

Funus.

Hæres defuncti tenetur ad impenſas funeris, & poteſt facere etiam ex bonis fideicommiſſi. p.714.n.68.
pro iiſdem impenſis manent obligata defuncti bona, & etiam donatio. ibid. n.69.
Sub iiſdem impenſis quæ contineantur, quæ debeant detrahi ex tota hæreditate, & minuant legitimam filiorum, & habeant prælationem reſpectu aliorum creditorum defuncti. pag. 315. n.70.
Debent fieri inſpecta dignitate & facultate patrimonij, & ſi teſtator iuſſerit fieri nimis modicas, poſſunt fieri maiores etiam in præiudicium legatariorum. ibid.n. 70.71.

Furioſus, Mente captus.

Si furioſus, aut mente captus contraheret de facto matrimonium, & haberet filiam, & poſtea recuperaret mentis iudicium, an excuſaretur ab illa dotanda, vel dotare teneretur, & an dicta filia dicenda foret legitima. p.269.n.229.

G

Gabella.

QVi emit, vel in dotem accepit nudam proprietatem, ſoluit gabellam, & vſufructu redeunte ad proprietatem, non tenetur pro eo ſoluere gabellam. p.578.num.37.

Gener.

Vide, *Maritus, Socer.*

Generalis diſpoſitio, Conſtitutio, Lex generalis.

Dos in dubio non comprehenditur in generali diſpoſitione, neq; in lege generali neq; in generali renunciatione. p.232. n.4. Statutum generaliter loquens. ſeu conſtitutiones generales requirentes inſinuationem donationis excedentis ſummam in eis expreſſam, non comprehendunt donationem pro dote, ſeu cauſa dotis factam. pag.263. numer.12.
Lex, ſeu conſtitutio generalis non comprehendit caſus, ſiue in materia dotis, ſiue in quacumque alia materia ſpecialiter in iure communi priuilegiatos, ibidem.
Statuta generaliter loquentia, ſeu conſtitutiones, aut leges generales non facientes expreſſam mentionem dotis, an comprehendant cauſam dotis. pag. 264.n.13.14.
Diſpoſitio generalis debet intelligi ſecundùm naturam rei, de qua loquitur. p.626.n.231.

Gratia.

Vide *Priuilegium in vniuerſum*, *Probatio.*

Gratitudo.

Gratitudo exigit plus reddi, quàm ſit acceptum. pag. 272.n.37.

Grauamen.

Vide *Dos quoad grauamen.*

Grauatus.

Grauatus reſtituere quod ſupererit de hæreditate, quid debeat reſeruare fideicommiſſario, quid alienare ad libitum. p.620.num.198.

Grex.

Quando in dotem datus eſt grex animalium inæſtimatus pereuntibus aliquibus capitibus animalium ſuppleri debet aliis fœtibus. p.658.num.61.

H

Hæredes, Hæres.

HÆres patris præſomitur dotare filiam de bonis hæreditariis. p.131.n.46. Onus dutandi filiam oaturalem & ſpuriam an tranſeat ad patris hæredes. pag.162.num.184 p.164.n.205.

Hæres patris, vel aoi paterni etiam extraneus tenetur in vtroque foro filiam, vel neptem egenam lo ſubſidiom alere. p. 206.n.1. Etiam illegitimam, naturalem, & ſpuriam pauperem. ibid. Tenetur etiam in ſubſidium dotare. ibid.

Matris, vel aui materni hæres teoetur io ſubſidium alere, & dotare filiam, vel oeptem pauperem. ibid.n.2.

Hæres patris, vel aui paterni an indiſtinctè, & abſolutè teoeatur dotare filiam, vel neptem, ſi ei pater, vel auus viuens non aſſignauerit dotem. ibid.num.3.& 4.

Onus alendi, & dotandi filias, aut neptes ex filio tranſit in qooſcumqne hæredes, & ſucceſſores, ad quos patris, vel aui paterni defuocti bona deuoluntur. ibidem num.4.& ſequentibus.

Hæredes defuncti, qui erat obligatus ad aliquid dandom, vel præſtandum poſſunt conueniri ex perſona defuncti.p.207.num.7. Hæredes pro portionibus hæreditariis tenentur ad ſolutionem debitorum defuncti.ibid.

Obligatio defuncti non mutatur ex perſona hæredis, ſeu ſucceſſoris, ſed in eos tranſit. ibid. Nec poteſt hæres recuſare onos, quod defuncto incumbebat, ibidem.

Ius mulieri qoæſitum in bonis patris etiam matrimooio non ſeqouto in vita patris tranſit contra hæredem, qui eandem dotis quantitatem tenetur aſſignare. ibid. o. 7. Hæres repræſentat perſonam defuncti; vnaque & eadem perſona ceoſetur, & teoetur ad omnia onera, ad quæ tenebatur defunctus. ibid. Nec debet eſſe melioris conditionis, quàm defunctus. ibid. Onus patris, & aui paterni dotandi filias, & neptes non eſt merè perſonale, ſed eſt etiam io rem, & cenſetur reale bonis patris vel aui iohærens, tranſiens ad patris, & aui hæredes, & ad quemcumque ſucceſſorem, atque ad quemcumque vadant illa bona.ibid.n.8.& 9.

Differeotia inter ſingularem ſucceſſorem & emptorem, ad quem titulo ooeroſo bona patris obligati dotare filiam perueniunt, & inter hæredem, & vniuerſalem ſucceſſorem in bonis patris, vt ad hunc tranſeant bona cum onere dotaodi, noo ad illum. pag.208. num.10.

Obligationes paſſiuę perſonales contractæ reſpectu ad rem, ſeu bona, quibus defunctus, dum viueret, erat adſtrictus, ad illius hæredem iure naturæ, & poſitiuo tranſeunt. ibid.

Hæres patris filiam inſtitotam tantum in legitima tenetor dotare vltra legitimam, ſi ipſa legitima non ſufficit ad conſtituendam ei congruam dotem, qua poſſit inuenire virum dignum. ibid. & ſeq. nu. 14.& 16.& p.523.n.41.42.

Etiam alienando bona fideicommiſſi.ibid.

Filia præterita poteſt non dicere de nullitate teſtamenti, ſed ab hæredibus patris ſimpliciter dotem petere.ibid.

Patris hæres teoetur dotare filiam legitimam, & naturalem diuitem.p.209.n.16.

Ao eandem filiam diuitem teneatur hæres dotare vltra legitimam, ſi hæc non ſufficiat ad dotem congruam, Idque etiam alienando bona fideicommiſſi paterni. ibid.n.16.

Hæres patris, vel aui paterni tenetur dotare filiam, vel neptem nulla dote conſtituta nuptam, vel ab extraneo dotatam. ibid. n. 18. etiam filiam, vel neptem, quam dote priori amiſſa ſine culpa pater vel auus paternus dotare tenebatur, eorum hæres obligatur redotare.pag.210.num.19. Tenetur etiam dotare filiam, & neptem illegitimam naturalem, & ſpuriam, ſicut tenebatur auus paternus defunctus. ibid.n.20.21.

Tenetur quoque dotare attentis qualitate, & dignitate perſonarum, & facultatibus hæreditariis. ibid. num.22.

Pupillus, aut minor hæres patris, vel aui paterni, ſicut quilibet alius eorum hæres obligatur dotare filiam & neptem.ibid.n.23.

Qua ratione tutores, vel curatores, vel ipſe minor poſſit pro tali dote promittere, obligare, vel alienare bona. ibid.

Hæres patris, & aui paterni tenetur dotare filiam, vel neptem, licet extent mater, vel fratres diuites.ibid. nom. 24.

Onus alendi, vel dotandi filiam, vel neptem incumbens matri, vel auo materno tranſit in eorum hæredes.p.211.n.25.& 26.

Qui hæres tenetur dotare vltra quantitatem legitimæ filiæ, vel nepti in bonis matris, vel aui debitæ, ſi legitima non ſufficiat ad congruam dotem, nec filia, aut neptis aliunde habeat.ibid.n.27.

Io hæredem fratris, vel patrui tranſit onus alendi, & dotandi ſororem, & neptem, quod fratri, aut patruo viuenti incumbebat. ibid.& ſeq.n.28.29.

Si poſt obitum fratris, vel patrui ſuperueniat ſorori vel nepti egeſtas, ob quam ſi viueret tenerentur in ſubſidium illam dotare hæres eorumdem fratris, & patrui, vt hæres non tenetur ad dotandam eandem ſororem, vel neptem. p.212.n.31.32.33.

Filiam à ſtatuto exclusam à ſucceſſione patris maſculis extantibus frater, vel patruus maſculus hæres, vel ſucceſſor vniuerſalis in bonis patris tenetur dotare congruè, etiamſi illa ſit diues, vel habeat matrem, aut auum maternum diuitem, vel eimaritus dotem conſtituiſſet.p.213.n.35.ad 40.

Obligatio, ſeu actio paſſiua perſonalis defuncti non tranſit in ſolidum in omnes eius hæredes, quando ſunt plures cohæredes, ſed diuiditur in ſingulis hæredibus pro portionibus hæreditariis, vt quilibet hæres teneatur ſolum pro rata portione hæreditatis. p.225. n.92. Procedit etiam ſi teſtator defunctus in teſtamento vel contracto iuſſerit, vt onus æris alieni vnus ſolus ſuſtineat, vel inter hæredes ipſos conuenerit, vt vnus æs alienum ſuſtineat. ibidem. Item procedit, ſi vnus cohæredum efficiatur non ſoluendo: nam cæteri adhuc tenebuntur ſatisfacere tantum pro rata debiti ſibi tangente iuxta ſuam portionem hæreditatis, idque etiam in foro conſcientiæ.ibid.

Obligationes reales, & hypothecariæ, vt quando creditor habet bona defuncti ſpecialiter hypothecata (licet hoc caſu plures hæredes debeant pro portionibus ſuis onera ſubire, & modò ſe indemnes ſeruare) tranſeunt in ſolidum in omnes cohæredes, vt creditor contra quemlibet eorum poſſidentem poſſit agere in ſolidum.p.226.n.93.

Procedit etiam ſtante ſolum ſimplici, & generali obligatione. ibid.

Procedunt prædicta, quando debetur vel aliquid in in genere, quod numero, pondere, & menſura conſiſtit. ibid.n.94.

Si ſpecies, certáve res aut corpus, quod extat, debetur

Notabilium.

betur etiamſi tantum actione perſonali creditor poteſt agere in ſolidum contra illum ex cohæredibus, qui totam illam rem poſſideat, cui cæteri cohæredes debitoris debebunt dare id, quod plus ſoluit, ibidem.

Si dos conſiſtat in certo corpore, vel ſi in quantitate pro ea à debitore dotis defuncto bona ſub hypotheca fuerunt obligata vel datum pignus, pro dote agi poteſt in ſolidum contra quemlibet ex hæredibus poſſidentem bona pignore, vel hypotheca obligata. ibid. n. 95.

Pro conſequendo debito ex perſona defuncti conſiſtente ſine hypotheca, vel debito ex legato defuncti, an ſp[illegible]ali fauore dotis ad electionem mulieris agi poſſit contra quemlibet ex hæredibus. ibid. & ſeq. n. 95. 96. 98.

Varij intellectus *l. cum ab vno in principio, ff. de legat.* 2. quod legato in compenſationem dotis relicto à filia repudiato filia legatarij actione dotis poſſit agere in ſolidum contra illum ſolum hæredem ex pluribus inſtitutis, quem teſtator ad legati ſolutionem grauauerat. ibid. n. 95. 96.

Quoad iura per mortem extincta hæres non poteſt perſonam defuncti repræſentare. pagina. 451. numero 49.

Vide *Dos congrua, Dos æſtimata, Exhæredatio, Fideicommiſſum.*

Hæreditas.

Hæreditas eſt ius vniuerſale, quamuis conſiſtat in vno tantum fundo, & qua ratione. p. 23. n. 81.

Hæreditas omnibus rebus hæreditariis extractis non deſinit eſſe hæreditas, & ſine vllo corpore iuris intellectum habet. p. 9. n. 38.

Hæreditatem alienam hominis defuncti ſibi relictam quis poteſt dare in dotem, donare, vendere, cedere, & alio quouis modo alienare. p. 570. n. 13.

Hæreditatem ſuam, ſeu propriam an quis poſſit alteri donare, & pacto inter viuos concedere. ibid. & ſeq. n. 13. 17.

Donatio hæreditatis cauſa mortis an valeat. p. 573. num. 14.

Non aufert poteſtatem teſtandi. ibid.

Donatio partis hæreditatis inter viuos an valida ſit, ibid. n. 15.

Hæreditas non pacto, ſed teſtamento datur. pag. 570. n. 13.

Hæreditas quid ſit. ibid.

Hæreditatem ſuam quis poteſt validè dare in dotem, & in hac donatione cauſa dotis, quid hæreditas ſignificet, & comprehendat. p. 571. n. 17.

Donatio hæreditatis propriæ inter viuos, & pactum de ſucceſſione fauore militis, & fauore piæ cauſæ valet. p. 572. n. 17.

Si pater vnica filia nubente dediſſet hæreditatem ſuam marito, dato quod ea donatio hæreditatis cauſa dotis non eſſet valida, non deberet maritus remanere ſine dote congrua arbitrio iudicis, taxanda habito reſpectu ad facultates paternas, dignitatem coniugum, & loci conſuetudinem. ibidem num. 18.

Si hæres dicat tantum eſſe in hæreditate, & non plus, dicenti eſſe plus incũbit onus probãdi. p. 694. n. 140.

Præſertim ſi hæres fecit inuentarium. ibid.

Honor, Fama bona.

Qui tenetur ſuccurrere vitæ, tenetur & famæ. pag. 182. num. 36.

Honor, ſeu famæ bona æquiparantur vitæ. ibid.

Honor præfertur diuitiis. p. 567. n. 57.

Conſeruatur diuitiis, & illis diminutis diminuitur. ibidem.

Mulieres conſeruant honorem, & dignitates familiarum. ibidem.

Hypotheca.

Hypotheca alia tacita, alia expreſſa, & tacita quando cenſeatur inducta alia ſpeciali expreſſa, alia generali. p. 671. n. 2. 3. & 4.

Quæ ſit generalis, quæ ſpecialis. p. 672. n. 81.

Inter duos creditores priuatos hypothecarios eiuſdem debitoris, de quorum anterioritate non apparet, non datur prælatio, ſed ambo admittuntur pro ſua rata. p. 685. n. 54.

Hypotheca tacita cum prælatione competit mutuanti alteri pecuniam ad conſeruandum, reficiendum, aut reſtaurandum rem, v. g. domum, vel nauim. p. 686. num. 71.

Quæ procedit tantum iure refecta. ibid.

Quid ſi pecunia ſit data ad conſtruendam, vel emendam domum. p. 687. n. 71. 74. & 75.

Vt præfata hypotheca tacita habeat locum quæ requirantur. p. 688. n. 75.

Hypotheca conditionalis conditione poteſtatiua reſpicit tantum tempus euenientis, & impletæ conditionis, nec retrotrahitur ad tempus initi contractus p. 28. n. 112.

Hypotheca conditionalis conditione cauſali vel iuſta poſt impletam conditionem retrotrahitur ad tempus & initium contractus, & hypothecæ celebratæ. ibidem.

Hypotheca tanquam acceſſoria ſequitur naturam ſuæ obligationis principalis. p. 277. n. 63.

Vide *Actio hypothecaria Æs alienum.*

Hypotheca pro dote, & eius prælatio reſpectu cæterorum creditorum.

Hypotheca pro dote ſiue reſtituenda, ſiue danda eſt duplex, alia tacita, alia expreſſa, p. 89. n. 108. & p. 671. n. 4. & ſeq.

Tacita ex legis diſpoſitione in bonis mariti competit vxori, & eius hæredibus pro recuperatione dotis matrimonio per viri mortem diſſoluto, etiamſi in dotis ſtipulatione nulla ſit facta mentio hypothecæ, & in bonis vxoris, vel alterius dotem promittentis competit marito pro ſolutione, ſeu exactione dotis promiſſæ, licet in promiſſione nulla ſit facta hypothecæ mentio. p. 89. n. 108. & p. 671. & 672. n. 5. 6. 7. & 12.

Hypotheca expreſſa pro dote eſt quando in contractu dotis ſpecialiter, & expreſsè mulier, aut alius dotis promiſſor obligat propria bona pro dotis ſolutione, & maritus pariter expreſsè obligat ſua bona pro dotis reſtitutione. pag. 89. n. 108. & p. 671. n. 4.

Hypotheca tacita à lege inducta in bonis mariti pro dotis reſtitutione an incipiat à tempore dotis ſolutæ & expreſſa à tempore contractus matrimonij. pag. 90. num. 109.

An vtraque incipiat à tempore contracti matrimonij, licet poſtea dos ſoluatur. ibid. num. 110.

An expreſſa facta in omnem caſum ſoluti matrimonij, ſolum à tempore contracti matrimonij, & facta generaliter in omnem caſum à tempore promiſſionis, etiam matrimonio non ſequuto incipiat. ibid. num. 111.

An & tacita, & expreſſa à tempore promiſſionis, ſeu contractus dotis incipiat, vt dotis creditum præferatur creditoribus, qui medio tempore inter promiſſionem, & contractum matrimonij cum marito contraxerunt. p. 91. n. 112. 113.

Obligatio dotis reſtituendæ cum hypotheca bonorum à marito facta, & actio ad eandem conſequendam à die diſſoluti matrimonij, & non antea incipit,

pit, ſeu oritur, & ſic etiam ab homine ſolum incipit hypotheca pro dote, ac proinde huiuſmodi hypotheca, & obligatio eſt conditionalis, ſcilicet ſi matrimonium ſoluatur. ibid.n.112.

Retrotrahitur tamen eadem hypotheca vnà cum ratione perſonali ad tempus promiſſionis, & contractus, & hypothecæ factæ. ibid.

Hypotheca pro dote reſtituenda multo certius retrotrahitur ad tempus promiſſionis, & ſolutionis, ſi poſt promiſſionem, & obligationem dotis reſtituendæ ſoluto matrimonio fuerit ſequuta ſolutio ante contractum matrimonium.ibid.n.113.

Sponſa pro dote ſponſo tradita intuitu futuri matrimonij contrahendi an habeat tacitam hypothecam in bonis ſponſi cum prælatione reſpectu poſteriorum creditorum, omniaque alia priuilegia dotalia, etiamſi poſtea non ſit ſequutum matrimonium, approbatur affirmatiua. p. 92. n. 114. & p.675.n.21.

Eadem ſponſa habet prælationem in actionibus perſonalibus. ibid.n.22.

Hypotheca tacita pro dote promiſſa à muliere, vel ab alio promiſſore à iure in bonis mulieris, ſeu promittentis,vel expreſſa ab iiſdem in contractu dotali habet locum à tempore eiuſdem promiſſionis, ſeu contractus dotalis, licet poſt interuallum matrimonium ſit ſequutum. p.56.n.115.

Quæ de hypotheca, & prælatione dotis dicta ſunt, & traduntur à Doctoribus iuxta ius ciuile, procedunt, & ſeruanda ſunt etiam in foro conſcientiæ. p.58. n.119.

Fiſcus pro debito fiſcali Theſaurariorum, Depoſitariorum & Camerariorum præfertur creditoribus ex cauſa dotis.p.323.n.186.& p.686.n.70.

Si pater qui conſequutus eſt ab hærede legatum dotis aduentitiæ bona adminiſtraſſet, & diſſipaſſet, an filia habeat in bonis patris hypothecam, vel poſſit agere contra hæredes.p.86.n.96.

Dos, quæ datur pro ingreſſu monaſterij, & ſpirituali matrimonio habet tacitam hypothecam, & alia dotis priuilegia. p.159. n.163.

Ex diſpoſitione Iuſtiniani *lege vnica*, *Codice de rei vxoriæ actione*, fauore ſpeciali conceſſum eſt vt in omni contractu dotis ſubintelligatur ſtipulatio, vt hæc ſit bonæ fidei, vt habeat adiunctam hypothecam, vt mulier præferatur cæteris creditoribus mariti habentib. anteriorem hypothecam. p.351. n.62.

Prælatio an intelligatur reſpectu creditorum habentium anteriorem hypothecam expreſſam. ibidem.

Hypotheca vxoris in bonis mariti ex dotis receptæ confeſſione poſt dotis promiſſionem facta oriens incipit currere à die promiſſionis, & non ſolùm à die confeſſionis. p.416.num.152.

Vbi verò confeſſio mariti de dote recepta non apparente dotis promiſſione probat numerationem, hypotheca mulieris in bonis viri currit tantum à die confeſſionis.ibid.

Dos confeſſata an & quando habeat priuilegium tacitæ hypothecæ in bonis mariti, & prælationis reſpectu creditorum mariti. p.435.n.217.

Vbi ſoluto matrimonio maritus, vel eius hæres non habet bona ſufficientia pro ſoluenda æſtimatione rerum, quæ in dotem datæ fuerunt æſtimatæ, mulier in ſubſidium poteſt eaſdem res vindicare etiam à quocumque tertio poſſeſſore, & præfertur creditoribus mariti etiam anterioribus, & etiam habentibus hypothecam expreſſam ſuper eiſdem rebus.p.653.n.40.p.691.n.89.

Dos per patrem promiſſa in capitulis matrimonialibus pro filia ſponſo intuitu futuri matrimonij, hoc matrimonio non ſequuto, an ratione tacitæ hypothecæ ſubintellectæ, vel expreſſæ (ſi in dictis capitulis à Patre fuit facta in fauorem filiæ,) habeat prælationem reſpectu creditorum hypothecariorum, qui poſtea cum patre contraxerunt. p.75.n.116.& 117.

Vbi approbatur affirmatiua. p.675.n.23.

Si eodem die contractum eſſet matrimonium, vel conſtituta dos marito, & maritus contraxiſſet debita, in dubio prioritatis temporis iudicandum pro dote. pag. 58. numero 118. & pag. 683. num. 54. & ſeq.

Priuilegium prælationis, quod habet vxor in bonis mariti ratione dotis, extenditur ad omnes deſcendentes per lineam rectam ex eodem matrimonio. p.453.n.57.

Vide, *Actio hypothecaria*, *Æs alienum*, *Confeſſio mariti de dote recepta*, *Donatio propter nuptias*, *Dos nondum promiſſa*, *Dos promiſſa*.

Non valet pactum quod bona mariti non remaneant obligata pro reſtitutione dotis.p.672.n.7.

Tacita hypotheca dotis non ceſſat per adiunctam expreſſam.ibid.n.8.

Neque per prouiſionem fideiuſſionis. ibidem numer.9.

Comprehendit omnia bona mariti, etiam nomina debitorum, iura, & actiones. pagina 673.num. 9.10. & 11.

Et bona ad hærede mariti ex rebus hæreditariis acquiſita.ibid.n.11.

An comprehendat bona immobilia mulieris, & mariti, minorum, & bona fideicommiſſi. ibidem numero 11.

Eadem tacita hypotheca procedit in dote profectitia, & aduentitia, ſiue à muliere, ſiue ab alio promiſſa, & ſiue à marito, ſiue ab alio recepta. p. 674. num. 13.& 14.

An in dote putatiua, vel confeſſata, vel quando fuit euicta, an in bonis fideiuſſoris, an inter Iudæos, an in muliere hæredis, ibid.n.19.& 20.

Hypotheca eadem tacita pro reſtitutione dotis an competat extraneo dotatori, an patri dotatori. p.677. num. 26.

Priuilegium hypothecæ principaliter eſt conceſſum doti, ſeu actioni de dote, non perſonæ.ibidem numer. 27.

Tranſit ad quemcumque hæredem, & ceſſionarium vxoris, & mariti.ibid.num.28.& 29.

Competit mulieri in bonis mariti pro augmento dotis, donatione propter nuptias, pro bonis paraphernalibus, pro dotis acceſſionibus, fructibus, vſuris dotis, & pro alimentis vxoris. p.677. numer.31.ad 39.

An competat pro conſequendis pecuniis per maritum retractis ex venditione rei dotalis, & pro conſequenda re empta ex pecunia dotali. ibidem numero 30.

Vxor pro dote iure antiquo præſcribitur omnibus mariti creditoribus perſonalibus, non hypothecariis; hodie in hypotheca tacita legali pro dote ſibi à Iuſtiniano conceſſa præfertur creditoribus mariti anterioribus habentibus in bonis mariti tacitam hypothecam. p.680.n.42.

An præferatur habentibus expreſſam. pag. 681. n. 46. & 47.

Præfertur tacita vxoris expreſſis creditorum mariti poſterioribus.p.682.n.48.

In acquiſitis à marito poſt ſuam hypothecam tacitam, vel expreſſam, vxor præfertur omnibus mariti creditoribus hypothecariis anterioribus. ibid. numero.51.

Poſterior tacita vxoris an præferatur hypothecæ anteriori à ſtatuto inductæ. p.683.n.52.53.
In dubio hypotheca tacita vxoris præſumitur prior tempore hypothecæ creditorum mariti, & latè exemplis explicatur.ibid.n.54.ad 64.
Procedit etiamſi hypotheca pro dote, & hypotheca fiſci concurrant.p.685.n.65.66.& 67.
Et etiamſi fiſcus ſit in poſſeſſione bonorum mariti.ibidem n.68.
Hypotheca tacita dotis an præferatur hypothecæ tacitæ conceſſæ mutuanti ad reficiendam domum, nauim, vel ad illam emendam, vel conſtruendam de nouo, vel ad emptionem militiæ. p.687.n.76.ad 83.
An venditori in re vendita marito habita fide de pretio. p.689.n.85.& 86.
Hypothecæ tacitæ dotis præfertur hypotheca pro impenſis funeris mariti defuncti. p.690.numer.87.
Inter duas mulieres vxores eiuſdem mariti, earumve filios contendentes pro ſuis dotibus, quomodo locum habeat prælatio.p.691.n.90.
Priuilegium prælationis competit vxori contra creditores mariti, quando contra eos agit actione dotis, ſecus ex teſtamento. ibid.n.91.
Non competit pro donatione propter nuptias, neque pro bonis paraphernalibus, nec quando ob cauſam mulieris minus honeſtam maritus incidit in inopiam.ibid.n.91.
Eodem priuilegio quomodo vxor vti poſſit conſtante matrimonio contra creditores mariti ad inopiam vergentis p.693 n.95.
Idem priuilegium an tranſeat ad vxoris hæredes, & ceſſionarios, & ad filios. 692. & ſeq. numero 93. & 94.
Præfatum priuilegium prælationis an competat extraneo, & patri vxoris, ſi dotem dederunt, & an ipſi marito, & an habeat locum in pœna adiecta promiſſioni dotis.ibid.n.92.
Si vxor habeat generalem, & ſpecialem hypothecam, cogenda eſt incipere à ſpeciali. p. 693. n.95.
Si maritus aliis ſuis creditoribus bona ſua vxori pro dote ſua hypothecata tradidit, & ipſe, vel eius hæres ob inopiam non poſſit dotem reſtituere, quibus modis poſſit vxor ſuam dotem recuperare. ibidem n.96.ad 103.
Viro condemnato pro debito non poteſt fieri executio in re dotali mulieris.p.696.n.104.
Vxor vigore ſuæ tacitæ hypothecæ pro dote defuncto marito propria authoritate poteſt remanere in detentione domus mariti, & apprehendere poſſeſſionem rerum dotalium, & rerum mariti, quæ in domo repeiuntur, & loco pignoris retinere. pag. 697.n.106.
Vxor an, & qua ratione poſſit renunciare ſuæ tacitæ hypothecæ in bonis mariti cum prælatione. ibid. num.107.& ſeq.
Renunciatio tacita, ſeu tacitè facta à muliere de ſua hypotheca tacita, quam habet in bonis mariti, conſentiendo eorum alienationi, vel obligationi per maritum alteri factæ, an, & quando valeat. p.698.num.112.
Alia notabilia de hypotheca pro dote, & eius prælatione reſpecto cæterorum creditorum mariti videantur in ſummario poſito ante caput decimumoctauum, vbi fuſius, & magis diſtinctè continentur notabilia huius hypothecæ, & prælationis.
Vide etiam *Actio hypothecaria*, *Æs alienum*, *Confeſſio mariti de dote recepta*, *Donatio propter nuptias*, *Dos nondum promiſſa*, *Dos promiſſa*.

I

Impenſa.

Impenſæ neceſſariæ à marito factæ in rebus dotalibus, ſeu in fundo dotali, qua ratione diminuant ipſo iure dotem, latè. p.10.n.46.ad 52.
Impenſæ neceſſariæ non minuunt ipſa corpora dotis pro rata, ſeu pro quota, ſed minuunt dotam in vniuerſum, ſcilicet impediunt iudicium dotis, nempe impediendo in totum eius effectualem repetitionem, & executionem per viam retentionis totius, & vniuerſæ dotis, donec ſoluantur à muliere integraliter prædictæ impenſæ neceſſariæ. ibid. n. 46.
Vel diminuunt in vniuerſum, ſcilicet æſtimationem rerum dotalium.ibid.
Vel diminuunt vniuerſitatem eius, quod eſt datum propter onera matrimonij, illudve totum, quod eſt. p.11.n.48.
Vel diminuunt vniuerſitatem dotis, vt eſt corpus, ſeu ius intellectuale, quod ipſo iure efficiatur minus propter impenſas neceſſarias, licet non diminuantur corpora dotalia.p.12.n.51.
Propter impenſas corpus dotale non poteſt pro parte deſinere eſſe dotale, ſi tamen impenſæ adæquent, vel excedant totum fundi dotalis pretium, deſinet eſſe dotalis.p.11.& 12.num. 49.& 50.
Si dos ſit conſtituta in pecunia, vel in corporibus æſtimatis, impenſæ neceſſariæ minuunt ipſo iure dotem.p.11.n.49.
Si dos reſtituatur per maritum, cui mulier non ſoluerit præfatas impenſas neceſſariò factas, condictio indebiti viro dabitur pro dote reſtituta. pag. 12.numer.51.
Si dos legator, & multæ impenſæ factæ ſint in dotem, in illud legatum tanto minus venit, quantum continent illæ expenſæ.ibid.
Impenſa in vna re dotali facta deducitur ex alia. pag. 22.num.82.
Et facta in meſſe deducitur de vindemia.ibid.
Impenſas, quas fecit pater tempore nuptiarum filiæ, ex propriis bonis cenſetur feciſſe. p.131.n.44.
Si maritus in rebus dotalibus neceſſarias fecit, vel vtiles, non compenſat marito rationes cum fructibus. p.722.n.8.fine.

Indefinita.

Indefinita æquipollet vniuerſali, præſertim fauore dotis, & alimentorum.p.295.n.105.

Infans.

Infans ſi emancipetur, efficitur ſui iuris ante acceptationem, & conſenſum ſuum, & cur. pag. 545.n.41.& 42.
Vide *Pollicitatio*, *Stipulatio*.

Ingratitudo.

Si filia dotata à patre committat cauſam ingratitudinis aduerſus patrem, pater conſtante matrimonio non poteſt dotem, ſeu dotis donationem reuocare: poſſet ſoluto matrimonio. p.28.n.112.
Vide *Alimenta*.

Initium.

Initium negotij an fuerit bonum, & vtile, attendi debet, non quod poſt factum ſequitur. p.489.n.41.
Inofficioſum, *Inofficioſa dos*, *Inofficioſa donatio.*
Querelæ inofficioſæ dotis, & inofficioſæ donationis fuerunt introductæ ad inſtar, & ſimilitudinem inofficioſi teſtamenti pro immenſis dotationibus & donationibus reuocandis vſque ad legitimam filiis debitam.p.544.n.1.
Inofficioſum teſtamentum dicitur, quod contra officium præfatis factum eſt ab ea perſona, cui legitimæ

legitima ex bonis teſtatoris debetur, ſine cauſa exhæredata, vel ita prætetita, vt pro exhæredata habeatur, ibid.

Querela inofficioſi teſtamenti totum teſtamentum reſcindit, & deſtruit. ibid. & ſeq. n. 1. & 4.

Querela inofficioſæ dotationis, & donationis vſque ad legitimam tantum, ibid.

Tituli duo de inofficioſis donationibus, & de inofficioſis dotationibus cur ſeorſim fuerint introducti, cum dotare ſit donare. p. 545. n. 4.

Querela inofficioſæ dotationis intrat, quando mulier ſeipſam immodicè dotat cum præiudicio legitimæ ſuorum filiorum. ibidem.

Donatio, ſeu dotatio doſve, ſeu dotis datio dicitur inofficioſa, non quæ legitimam excedit, ſed quæ lædit, ac minuit legitimam, ſeu efficit, ne alij filij ſuas legitimas integrè habeant. p. 521. numer. 37. & p. 544. n. 2.

Et ſic eſt inofficioſa, ſi excedat nouem vncias exiſtentibus quatuor filiis, vel paucioribus, vel medietatem, ſi exiſtant quinque filij, vel plures. p. 544. num. 1.

Filiis aduerſus præfatam donationem, ſeu dotationem competit querela inofficioſæ donationis, & dotationis, vt reuocetur ad iuſtam legitimæ quantitatem. ibidem.

Dicta querela competit non ſolum deſcendentibus, ſed etiam aſcendentibus ad reuocandum vſque ad legitimam ſibi debitam donationes, & dotationes inofficioſas à deſcendentibus factas. p. 545. nu. 3.

Querela inofficioſi teſtamenti datur tam aſcendentib. quam deſcendentibus. ibid. n. 3.

Donatio, & dotatio inofficioſa re, & conſilio quæ dicatur. p. 545. n. 4.

Donatio inofficioſa re, & conſilio facta fauore vnius filij non reuocatur in totum, ſed tantum vſque ad legitimam. ibid.

Item ſi facta ſit in fauorem extranei, & pater donator filiis aliquid reliquerat. ibid.

Si vero filiis nihil fuerit reſeruatum reuocatur in totum. ibid.

Etiamſi pater cum iuramento promiſerit non reuocare, ſeu reuocationi renunciauerit. ibid.

Inofficioſæ donationis, vel dotationis reuocationi (etiamſi ſit re tantum inofficioſa) non obſtat iuramentum patris de non reuocando. ibid.

Inofficioſitas donationis, vel dotationis probanda eſt ab allegante, & quomodo probetur donationem fuiſſe re, & conſilio inofficioſam. ibidem num. 5.

Inofficioſam, & immodicam fuiſſe dotationem, quando dos promiſſa nondum fuit ſoluta & à muliere petitur, an incumbat mulieri onus probandi, vel debitori dotis renuenti dotem ſoluere. p. 546. num. 6.

Inofficioſa dotatio, ſeu donatio cauſa dotis facta per patrem filiæ non poteſt ab aliis filiis per querelam inofficioſæ dotationis, ſeu donationis reuocari, niſi vſque ad legitimam, etiamſi fuerit inofficioſa re, & conſilio. ibid. num. 7.

Præfata querela eſt remedium ſubſidiarium, ſcilicet quando pater non habet alia bona, vel non ſufficientia pro legitima. ibid. n. 8.

Ceſſat ſi ſint, vel ſuperuenerint alia bona. ibidem.

Reuocatoria per præfatam querelam inofficioſæ, &c. non competit filiis, præſertim contra maritum, cui dos ſoluta eſt, ſi iidem filij conſenſiſſent tantam dotem dari. ibid. n. 9.

Præfata querela inofficioſi teſtamenti, inofficioſæ dotationis, & inofficioſæ donationis durat ſolo quinquennio, ibidem num. 10.

Quando incipiat currere quinquennium. ibid.

Condictio, ſeu actio *ex lege omni modo, C. de inofficioſ. teſtament.* an competat pro legitima, vel eius ſupplemento quoad bona, quæ iam ante mortem patris per donationem exierunt patrimonium paternum, & à donatario poſſidentur; an verò hoc caſu requiratur prius reuocatoria donationis per querelam inofficioſæ donationis, & elapſo quinquennio non poſſit à filio amplius peti legitima, vel legitimæ ſupplementum ex dictis bonis donatis. p. 548. num. 13. 14. & 15.

Quando filij per donationem inofficioſam ſunt læſi in legitima, tam ex bonis per donationem antea factam alienatis, quam ex tempore mortis patris ab eo relictis vno cumulo ex illis facto, condictione *ex d. l. omni modo*, poſſunt integram legitimam conſequi. ibid. & ſeq. n. 15. & 16.

Factis per patrem pluribus donationibus, ſi prima per ſe conſiderata non fuit inofficioſa, ſed effecta eſt inofficioſa ob ſubſequentes donationes, vltimæ tantum donationes ſunt pro legitima reuocandæ. ibid. n. 15. & 16.

Querela inofficioſæ donationis, & dotationis non tranſmittitur ad hæredes extraneos. pagina 549. num. 19.

Neque competit tertio, ſeu neque tertius poteſt opponere de donationis inofficioſitate. ibidem num. 26.

Pater donator, & dotator non poteſt opponere de inofficioſitate dotis, aut donationis, & reuocare quoad exceſſum. p. 450. n. 21.

Patri in Regno Caſtellæ, ſi conſtituerit filiæ dotem inofficioſam excedentem metam à lege illius Regni taxatam, an liceat de inofficioſitate dotationis etiam contra generum dotem promiſſam petentem opponere, ſeu reuocare dotationem quoad exceſſum. ibid.

Dotem inofficioſam à matre ſecundo nubente ſecundo viro conſtitutam filij primi matrimonij ex cauſa ſuæ legitimæ conſequendæ poſſunt impugnare querela inofficioſæ dotis, condictione *ex lege omni modo, & ex lege hac edictali, Cod. de ſecundis nuptiis.* ibid. n. 22.

Dos à patre, vel matre aliis filiis carentibus data filiæ inofficioſa & immodica ob ſuperuenientiam filiorum reuocari poteſt vſque ad legitimam eiſdem filiis debitam querela inofficioſæ dotis, condictione *ex lege omni modo*, & condictione *ex lege ſi vnquam, Codice de reſcind. donat.* ibidem num. 23.

Præfata actio querelæ inofficioſæ donationis, & inofficioſæ dotationis ad detrahendam ex donatione, & dotatione inofficioſa legitimam non competit filiis in vita patris dotantis, vel donantis, ſed poſt eius mortem, p. 551. n. 24.

Sicut & querela inofficioſi teſtamenti datur ſolum poſt mortem teſtatoris. ibid.

Et quid ſi iidem filij donationi conſenſerunt. p. 552. n. 26. & 27.

Dotatio, vel donatio remanent in ſuſpenſo vſque ad tempus mortis patris, vel matris dotantis, vel donantis, vt iudicetur, necne inofficioſa. pag. 551. numero 24.

In Regno Caſtellæ an filij viuente patre, qui conſtituit filiæ dotem excedentem metam præſcriptam à lege illius Regni, poſſint petere dotis exceſſum, an vero tantum poſt mortem patris. ibidem numero 25.

Poſt mortem patris, vel matris dotantis filij conſtante matrimonio, an poſſint à marito reuocare quoad

excessum

exceſſum dotem inofficioſam, ſiue taotum re, ſiue re & conſilio, latè, ibid. & ſeqq. n. 28. 29. 30. 32. ad 38. maritus conſtante matrimonio an ex titulo oneroſo, vel lucratiuo habeat dotem inofficioſam quoad exceſſum vltra congruitatem. ibid. & ſeqq. o. 28. 31. Vbi dos datur marito in fraudem creditorum patris dotantis, ſemper ſiue in parua, ſiue in magna quantitate poteſt dici immodica, & inofficioſa. p. 554. n. 32.

Variæ rationes differentiæ aſſignantur, & examinantur cur iuxta multorum ſententiam à marito conſtante matrimonio poſſint filij reuocare dotem inofficioſam, quatenus eorum legitimæ præiudicat, creditores autem patris non poſſint conſtante matrimonio à marito non participe fraudis reuocare dotem per patrem in eorum fraudem datam, vel promiſſam. p. 555. n. 32. ad 38.

Talis differentiæ vna ratio aſſignari poteſt. p. 556. latè o nu. 38.

Retenta ſententia affirmante filios poſſe conſtante matrimonio reuocare à marito dotem inofficioſam vſque ad ſuas legitimas, quomodo fieri poſſit, qood iidem filij deducant ſuas legitimas ante mortem mariti, creditores verò non, præſuppoſito, quod legitimæ non poſſunt detrahi niſi deducto ære alieno. p. 555. n. 39.

Suppoſita eadem ſententia an filij poſt mortem patris conſtante matrimonio poſſint à marito reuocare dotem inofficioſam per patrem ei datam in pecunia, quam idem maritus conſumpſerit bona fide. p. 556. & ſeq. n. 40. 41. 42. Legitima à filiis ex inofficioſa dote detrahitur nulla habita ratione ad lucrum dotis, ſiue ex ſtatuti diſpoſitione, ſiue ex pacto ſoluto matrimonio debeatur marito, & ita detractio legitimæ præcedit lucrum dotis. p. 558. n. 43.

Aſcendentes in iiſdem caſibus, & iiſdem modis detrahunt legitimam ex inofficioſa dote, prout deſcendentes. ibidem n. 44.

Filij conſtante matrimonio poſt mortem patris, vel matris, an & quando, quáve ratione vnà cum exceſſu dotis inofficioſæ poſſint reuocare fructus ipſius exceſſus dotis conſiſtentis in pecunia. ibid. n. 45. 46. & p. 559. n. 47. Soluto matrimonio creditores patris dotem ab eo in eorumdem fraudem genero datam fraude probata reuocare poſſunt, quamuis fraudis ipſe gener non fuerit particeps. p. 556. n. 52. difficillime, & via poteſt talis fraus probari. ibi n. 53.

Dotanti, qui promiſit, vel dedit dotem exceſſiuam, & immodicam an competat exceptio contra promiſſionem, & reuocatio exceſſus dotis. p. 560. n. 55. remiſſius quoad patrem, & ipſam mulierem tam minorem, quàm maiorem dotantes, remiſſiuè. ibid.

Inſinuatio.

Donatio excedens valorem quingentorum aureorum regulariter non valet quoad non fuerit inſinuata. p. 262. o. 8. & p. 263. n. 11. & p. 393. num. 67. Valet infra quingentos. ibid. Valet ſine inſinuatione donatio ex cauſa dotis, & matrimonij dictam ſummam excedens, tam reſpectu mariti, quam mulieris, tam facta ab extraneo, quàm à patre. p. 263. n. 9.

Etiam facta ex cauſa augmenti dotis valet abſque inſinuatione. ibid. n. 10.

Et etiamſi mulier ſit diues.

Donatio ob merita non eget inſinuatione. ibid. n. 11.

Donatio excedens ſummam legitimam abſque inſinuatione inter coniuges non valet quoad exceſſum vltra legitimam ſummam, neque confirmatur morte donantis. ibid. o. 9.

Valet infra quingentos, & confirmatur morte coniugis donatoris. p. 393. numer. 67.

Si extraneus animo donandi dotem ſummam legitimam excedentem promittat, vel det pro muliere habente patrem diuitem, ſi donatio ſit facta intuitu patris eget inſinuatione, non eget ſi intuitu ipſius mulieris, cuius contemplatione in dubio præſumitur facta. p. 265. o. 15.

Confeſſio dotis à muliere receptæ facta à marito conſtante matrimonio animo donandi, continens tacitam, & præſumptam donationem, ſi excedat ſummã quingentorum aureorum antiquorum, ſi facta ſit abſque inſinuatione, non valet donatio quoad exceſſum, nec confirmatur mariti morte. p. 393. n. 66.

Donatio vltra ſummam legitimam abſque inſinuatione, an firmiter valeat etiam quoad exceſſum vltra quingentos aureos antiquos, ſi ab eodem donatore renunciatum ſit inſinuationi, anque poſſit renũciari beneficio inſinuationis, & renuncianti competat exceptio deficientis inſinuationis. ibid. n. 681.

Donatio vltra ſummam à lege, vel ſtatuto præfinitam, & prohibitam fieri abſque inſinuatione firmata iuramento ſiue donationi, ſiue renunciationi adiuncto valet. p. 394. n. 69. ad 72. Quingenti aurei antiqui hodie conſtituunt ſeptingentos aureos. p. 393. numero 66.

Inſtrumentum.

Inſtrumentum priuati poſſeſſoris inter priuatos, & æqualiter priuilegiatos in dubio præfertur, ſi agatur inter priuatum, & priuilegiatum, præfertur inſtrumentum priuilegiati. p. 370. n. 141. Si duo inſtrumenta priuatorum concurrant, quia eodem die à diuerſis notariis facta, ſi vnum contineat horam, aliud non, an illud præferatur. p. 684. num. 60.

Vide *Dotis promiſſa probatio*, *Dotis marito ſoluta probatio.*

Intellectus ad diuerſas leges, & ad alia iura.

Ad leg. ſi marito, §. fin. ff. ſol. mat. pag. 13. numero 54. ad 59.

Ad l. fin. C. de ſententiis, quæ ſine certa quantitate, p. 20. n. 77. 78. 79.

Ad l. ſi cum dotem, in pr. ff. ſol. mat. pag. 100. o. 148. & ſeqq.

Ad cap. Quamuis pactum, de pactis in 6. p. 135. numero 66.

Ad auth. res quæ, Cod. com. de legatis. pag. 209. numero 16. & p. 521. o. 36. p. 590. n. 98. & ſeqq. vſque ad finem capitis.

Ad l. cum ab vno, in princ. ff. de legat. 2. p. 226. & ſeq. n. 95. & 97.

Ad l. finalem, §. filia, ff. de legat. 2. p. 234. onmer. 12. & 13.

Ad l. promittendo, ff. de iure dot. p. 265. o. 16. & p. 280. n. 74.

Ad l. 1. Cod. de promiſſione. pag. 299. oumero 116.

Ad l. 2. C. dotis oblig. & act. p. 306. o. 137. 139. & p. 308. n. 148.

Ad leg. finalem, Cod. de contrahenda empt. & ad §. pretium, Inſtit. de empt. & vendit. pag. 310. numero 153.

Ad l. 1. C. de condict. ex lege. p. 321. n. 183.

Ad l. 2. C. de reſcind. p. 366. n. 193.

Ad l. qui teſtamentum ff. de probat. & ad l. cum quis decedens, §. Titia, ff. de legat. 3. p. 387. n. 31. *& quatuor ſeqq.*

Ad l. ſi voluntate, C. de dotis promiſſione. pag. 390. oumer. 42.

Ad l. 1. C. de dote cauta, & ad l. ſi quis poſthac, Cod. de bonis proſcriptorum. p. 391. o. 47.

Ad leg. fin. Codic. de non num. pecunia. pag. 406. numer. 111. & 112.

Ad leg. ſi extraneus , ff. de iure dotium. pag. 483. numero 174. 175.

Ad leg. penultimam , ff. de iure dotium , p. 443.& ſeq. numero 13.& 18.

Ad leg. fin. Codic. de Dote cauta non num. p. 480. num. 27. & 29.

Ad cap. per veſtras, de donatione inter virum , & vxor. pag.505. numero 100.

Ad auth. ſi qua mulier , Codic. de Sacroſ. Eccleſiis, pag.521.numero 39.

Ad leg. prim. Codic. de iure dotium , pag. 665. numero 13.

Ad leg. de diuiſione , ff. ſoluto matrimonio , pagina 720. num.27.

Intereſſe.

De natura contractus bonæ fidei eſt , vt intereſſe debeatur ex mora.p.596.numer. 114.

Obligatio bonorum pro obſeruantia contractus comprehendit intereſſe.ibidem.

Vide *Actio , Interuſurium.*

Interpretatio.

Cum agitur de interpretando relicto per defunctum, teſtatoris mens perpenditur de tempore factæ diſpoſitionis , pagina 75. numer. 37.

Ex contextu ſcripturæ ſumitur recta interpretatio. pag. 308. numero 148.

Interuſurium, Vſura dotis.

Mulier, quæ promiſit dotem, cenſetur tacitè promiſiſſe præſtationem vſurarum pro tempore , quo poſt matrimonium contractum non fuerit ſoluta, ſi maritus ſuſtinuerit onera matrimonij, eique alimenta præſtiterit.p.369.n.132.

Extraneus verò, qui dotem promiſit,non tenetur dotis promiſſæ vſuras ſoluere à die contracti matrimonij, ſed ſolum poſt lapſum biennium à tempore contracti matrimonij,& tunc ſine interpellatione conſtituitur in mora. ibid.

Ratio prædictæ diuerſitatis inter mulierem, & extraneum dotem promittentes quoad præſtationem vſurarum. ibid. Pater quoque,qui dotem pro filia promiſit eius marito à die contracti matrimonij quando maritus ſuſtinuerit onera matrimonij, obligatur dare marito fructus, ſeu vſuras dotis. ibidem.

Idem de patris hæredibus , & aliis promiſſoribus dotis, qui tenebantur alere mulierem. ibid.

Filij an , & quando , & qua ratione poſſint ex dote inofficioſa reuocare exceſſum , vnà cum fructibus exceſſus , ibidem num.45.46.47.

Interuſuria , ſeu vſuræ , aut intereſſe , loco fructuum ſubrogantur.p.559.n.47.

Maritus ſi ſoluto matrimonio fuerit in mora reſtituendi æſtimationem rerum, quæ æſtimatæ datæ ſunt in dotem , tenetur ad intereſſe. p.652. numero 36.

Vſuræ, & intereſſe debentur tantum ex quantitatibus, vt ſunt pecuniæ, non ex ſpeciebus, vt ſunt aurum, argentum, gemmæ.peg.731.numero 39.

Vide *Vſura dotis.*

Inuentarium.

Si fiat oſtenſio inuentarij , in quo deſcripta ſunt bona liberi, ei ſtandum eſt donec contrarium probetur. pag.570.num.14.

Inuentarium transfert onus probandi contrarium in aduerſarium, ibidem.

Hæres , qui fecit inuentarium creditoribus teſtatoris in pecunia poteſt ſoluere in bonis ipſius hæreditatis dando illi in ſolutum pro iuſta æſtimatione, quando hæreditas non eſt opulenta , & etiam quando eſt opulenta , ſi non inueniatur iuſtus emptor.p.615.n.219.

Iracundia.

Affectus iracundiæ calore præſumitur inconſultè , & ſine intellectu agere. pag. 171. numero 242.

Iudæus.

Vide *Fideicommiſſum , Teſtari.*

Iudicium.

Non debet in iudicio audiri,qui petit id,cuius contrarium non eſſet poſtulaturus. pag.527. numero 54.

Iuramentum.

Iuramentum ſecundum intentionem iurantis veriſimilem debet intelligi.p.284.n.81. nec auget obligationem,ſed ſolum addit vinculum religionis.ibid.

Iuramentum , quod non eſt contra bonos mores , eſſe obſeruandum,quomodo intelligatur. p. 344. n. 38.

Iuramentum ſortitur naturam , & habet tacitam conditionem , quæ tacitè ineſt actui,ſuper quo interponitur.ibid.& p.406. n.112. duplex iuramentum, aſſertorium,& confirmatorium ſeu promiſſorium , & quæ differentia inter vtrumque. p.395. n.74. & p. 397. & ſeq.n. 80.83. Idem operatur iuramentum in tacito , quod in expreſſo. pag. 396. numero 76.

Iuramentum non confirmat actum ſimulatum. p. 395. n.75. Quod intelligitur de actu ficto , & apparenti tantum carente omninò conſenſu , non verò de actu, in quo adeſt partium conſenſus, tametſi tacitus,& præſumptus.p.396.n.77. Quando adeſt verus animus iurandi,licet iuramentum cadat ſuper rem, quam quis fingit, & mentiatur ſe facturum , ſi res illa non eſt mala , iuramentum obligat illam implere.ibid.n.78.

Iura dicentia contractum nullum , & inualidum iuramento firmari , intelliguntur , quando adeſt conſenſus abſolutus iurantis,ſecus quando deficit conſenſus. p.406.n.113.

Quando contractus infirmatur cauſâ alterius , nullum robur præſtat ipſi contractui iuramentum. p. 545. num.4.

Ius.

Eadem res non poteſt diuerſo iure cenſeri.p.237.n.23.

Limitatur.p.238.n.28.

Quæ dubitationis tollendæ cauſa adhibentur,non lædunt ius commune.p.638.n.273.

Quod augendi iuris cauſa factum eſt,ad eius læſionem conuerti non debet.ibid.

Ius actionis.

Dos iure actionis peti poteſt , quando ſuccedit loco legitimæ,& debetur ex ſtatuto, vel conſuetudine. p.125.n.17.

Vide *Officium iudicis. Pater quoad obligationem dotandi.*

Ius vniuerſale, Ius particulare.

Ius vniuerſale ſine vllo corpore ſubſiſtere quomodo intelligatur.p.24.n.90. Ex legato rei vniuerſalis, & ex contractu de aliquo vniuerſo oritur ius particulare.p.9. n. 41. Dos non eſt ius vniuerſale reſpectu mariti , ſed tantum ius particulare, iuxta plures ex Doctoribus qui cenſent dotem eſſe ius vniuerſale reſpectu mulieris.p.15.n.63.

Vide *Dos quoad varia.*

L

Ledere, Læſio.

LÆſa non poteſt videri mulier, quæ iure communi vſa eſt. pagin. 297. numero 110.

Mulier, vel eius hæredes poſſunt conqueri de immodica dote data viro, cum factum eſt pactum de certa illius parte lucranda per virum. pag. 323. numero 187.

Poteſt etiam mulier conqueri de dotatione in ſui fauorem facta, ſi conſenſit, quod apponerentur in ea vincula, & grauamina non apponenda. ibid.

Si mulier minor promiſit viro dotem excedentem vires ſui patrimonij, an promiſſio quoad exceſſum ſit nulla, vel ſolum competat ei conſtitutio in integrum ad illam reſcindendam. p. 365. n. 189.

Quid ſi promiſerit eam authoritate curatoris ſcientis exceſſum, an is teneatur ſoluere viro exceſſum. ibid. Mulier minor læſa in pactis dotalibus reſtituitur. p. 366. n. 190.

Vir minor læſus ob dotem modicam, & minimè congruam reſtituetur, vt augeatur vſque ad congruitatem. ibid. numer. 191. Limitatur, ibid. Reſtituitur minor læſus in acceptatione nominis debitoris inopis pro dote promiſſa, vel in dote difficilis exactionis, vel ob ſterilitatem fundi dati in dotem, vel ob pericula, quibus fundus ſit obnoxius. ibid. n. 192.

Item ſi læſus ſit in pacto circa dotem. ibid. Mulieri maiori læſæ in conſtitutione immodicæ dotis promiſſæ, vel datæ viro, qua ratione ſuccurratur, aut dos reducatur ad congruitatem. ibid. n. 193.

Differentia agendi ad reſtitutionem læſionis remedio *l. 2. C. de reſcind. vend.* & agendi remedio reſtitutionis in integrum. ibid.

Marito maiori læſo in quantitate modica dotis vltra dimidium ſuccurritur eodem remedio *l. 2. C. de reſcind. vend.* ibidem numero 193.

Tam viro maiori, quam mulieri læſis circa dotem ſuccurritur. ibidem.

Mulier læſa volens agere contra maritum poteſt prius petere ſeparationem thori, ne ab eo male tractetur. ibid.

Mulieri maiori læſæ in æſtimatione rei datæ in dotem ſuccurritur, ibidem numero 193.

Eidem læſæ ſua facilitate in quantitate dotis promiſſæ, vel datæ ſi exceſſus dotis ſit citra dimidium dotis congruæ, an ſuccurratur, vt ad congruam menſuram. p. 367. n. 194. 195.

Minor tempore contractus minimè læſus non reſtituitur ob læſionem ſuperuenientem. pag. 525. numero 48.

Læſio triplex, enormis, enormior, & enormiſſima, & quæ tales dicantur. p. 538. n. 92.

Enormiſſimæ læſionis expreſſa renunciatio, an & quando ſubſiſtat, necne. pag. 531. numero 100.

Læſio enormis, vel enormiſſima reſpectiue ad dotem, vel legitimam, ſtante renunciatione omnium bonorum à filia patri facta, an ſecundum facultates, & valorem bonorum patris, de tempore renunciationis, vel tempore mortis paternæ conſiderari debeant. ibid. n. 101. 102.

Vide *Dos inæſtimata*, *Renunciatio*, *Reſtitutio in integrum.*

Laudemium.

Pro re emphyteutica, vel feudali data marito in dotem ſoluendum eſſe laudemium aſſerit abſolutè Faber. pagina 586. numero 75.

Non ſoluitur laudemium, ſi mulier rem emphyteuticam, vel feudalem, cuius ipſa eſt vtilis domina, det in dotem marito. ibid. num. 76.

Quando alienatio eſt neceſſaria non ſoluitur laudemium. ibid.

Si pater bona emphyteutica vel feudalia dedit in dotem pro filia comprehenſa in inueſtitura, vel emphyteuſis, & feudum ſint hæreditaria, non ſoluitur laudemium. ibid. n. 77. & 78.

Nec ſolui debet, cum pater alia bona allodialia non habens in dote pro filia comprehenſa in inueſtitura, ſi dentur inæſtimata, an ſolui debeat ſi dentur æſtimata æſtimatione faciente venditionem. ibid. & ſeq. n. 79. 80. & 81.

Si dos per patrem fuit promiſſa in pecunia, pro qua poſtea bona emphyteutica, vel feudalia deficientibus allodialibus ſint data in ſolutum, an tunc ſit ſoluendum laudemium. p. 587. n. 82.

Et quid ſi à patre pro reſtitutione ſummæ dotalis dentur æſtimata, vel datione in ſolutum. ibid.

Si extraneus, & maximè obligatus dotare bona emphyteutica, vel feudalia det in dotem pro muliere, an tunc debeat ſolui laudemium. ibid. & ſeq. n. 83. 84. vbi negatiua.

Quod de re data in dotem non debeat ſolui laudemium, prouenit ex ſpeciali fauore dotis. p. 586. & ſeq. n. 76. & 84.

Laudemium domino directo debetur, quando pro pecunia in dotem à principio promiſſa datur in ſolutum fundus emphyteuticus. p. 648. n. 22.

Legatum.

Legata poſſunt fieri his, quos teſtator ignorat, & quibus in genere poteſt habere affectionem. p. 80. numer. 94.

Quando dies incerta adiicitur ſolutioni legati, reddit illud conditionale. p. 256 n. 97.

Vbi legatum relictum eſt ſub modo, ſi modus caſu fortuito, & abſque culpa legatarij non poteſt adimpleri, habetur pro adimpleto, & legatum non deficit. p. 257. n. 43.

Valet legatum alimentorum factum, etſi non adiecta alimentorum quantitate, pagina 298. numero 115.

Vide verbum ſequens. *Auus paternus*, *Confeſſio mariti.*

Legatum pro dote.

Legatum factum, ſicut & donatum deſcendentibus fœminis, ſeu neptibus deſcendentibus innuptis, ſit vel donatur pro dote. p. 76. n. 44.

Et etiam factum non expreſſo quod donetur, vel legetur pro dote, ſicut dicitur de patre ſimpliciter filiabus innuptis relinquente, ibidem, pag. 256. numer. 92.

In relicto dotis à patre facto non ſubintelligitur conditio, ſi nuptiæ ſequantur. pag. 231. n. 2. ſtante ſtatuto ſimpliciter dicente filiam debere eſſe contentam de dote ſibi à patre relicta, nihil dicente de illius excluſione inteſtati, legatum dotis non eſt conditionale ad tempus nuptiarum, ſed purum, & ad filiæ hæredes tranſmittitur. p. 253. n. 79. & ſimiliter legatum à patre factum filiæ impuberi, ibid. n. 91. vel ſi pater vſus ſit verbis præteriti temporis. ibid. n. 92. Et quid ſi pater legauerit filiæ certam quantitatem, quando nubet, & interim alimenta. pag. 256. n. 93.

Legatum ſiue à patre, ſiue ab extraneo factum puellæ, *cum nupſerit*, vel *quando nubet*, vel *pro dote*, vel *vt nubat*, vel *vt poſſit nubere*, ſtante ſtatuto ſimpliciter excludente fœminas à ſucceſſione, & legitima, an ſit conditionale, vel purum, & an ad filiæ neptes deſcendentis hæredes tranſmittatur, ibidem numer. 94. ad 98.

Quid quando tempus nuptiarum incertum, ſeu dies incerta appoſita eſt non ſubſtantiæ legat, ſed ſolutioni. p.258.n.99.

Legatum dotis conſtituendæ incertum quoad quantitatem valet. ibidem n.119.

An idem ſit de legato dotis reſtituendæ incerto quoad quantitatem. ibid.

Legatum dotis latè interpretandum eſt, vt in dubio cenſeatur relictum, quod maius eſt. pag. 370. numero 136.

Pater filiæ dotem relinquens cum expreſſa ſubſtitutione cenſetur dotem reliquiſſe ſecundum naturam ipſius dotis, & materiam ſubiectam.ibid.

Vide *Auus paternus.*

Legitima.

Legitima an etiam Iure Canonico ſit relinquenda filiis titulo inſtitutionis.p.22.n.81.

Legitimæ, & alimentorum ac dotis diuerſa eſt ratio. p.221.n.78.

Legitima eſt portio eorum, quæ quis ab Inteſtato eſt habiturus, ſeu habere debet.ibid.& p.248.n.60.

Vbi quid ſit legitima.pag.520. n. 37.& p. 526. n. 53.

Patre vel matre viuente legitima filiis non debetur. p.229.n.111.p.521.n.36. & p.526.n.53.& p. 551. num. 24. Statutum poteſt augere legitimam filiorum, & de ea aucta idem iudicatur, quod de legitima iuris communis. p.237.n. 23. & p. 240. n. 41. Sed non cenſetur augere, niſi expreſſe auxerit. ibidem.

Differentiæ inter legitimam, & dotem. p. 244.numero 48. Legitima ſtatuto an poſſit non ſolum minui, ſed etiam in totum tolli.p.248.n.56.

Legitima non venit in generali renunciatione. p.248.n.60.

Filia à ſtatuto excluſa an faciat partem quoad computatione[illegible] legitimæ filiorum. p.243. num. 45. & n.47. [illegible] .n.70.

Statutum [illegible]nuens quantitatem dotis non cenſetur tollere legitimam, vllamve abſolutè auferre. p.261.n.77.

Parentes iure communi tenentur ſolum relinquere filiis legitimam, qua eis relicta poſſunt alia bona alienare.p.519.n.29.

Legitima ſi ſint quatuor filij, vel pauciores eſt triens patrimonij, ſeu hæreditatis patris, vel aui paterni: ſi ſint quinque, vel plures, eſt ſemis. p.520.n.34.

In agnoſcenda, & æſtimanda legitima inſpicitur ſolum quantitas patrimonij, & numerus liberorum, & eſt ſemper certa. ibid.

Pater ingreſſus religionem tenetur ſeruare legitimam filiis, nec eam minuere poteſt fauore cauſæ piæ. p.521. n.36.

Legitima cur appelletur minuſcula portio, ibidem.

Legitima patre viuente aſſignata filio auctis poſtea facultatibus patris, an poſt eiuſdem patris mortem debeat augeri. pag. 524. & ſeq. num. 47.53.

Iura fuerunt ſolicita, ne filij fraudulenter debito parentum ſubſidio fraudarentur, ſcilicet legitima. p.548.n.15.

Difficilius minuitur legitima parentibus debita, quàm liberis. ibid.

Legitima eſt tertia pars totius paterni patrimonij, computatis etiam bonis prius donatis.ibid.n.15.

In legitima detrahenda regulariter attenditur tempus mortis patris, ſcilicet quæ bona habebat pater tempore mortis. ibid.n.15.

Et quando attendatur etiam tempus donationis inofficioſæ. p.549. n.16.

Actio condictionis ex lege pro legitimæ ſupplemento, ſi contra hæredes non poſſit experiri, competit etiam contra legatarios, & tertios poſſeſſores. ibidem numero 18.

Ex cauſa oneroſa poteſt inferri præiudicium legitimæ, atque ex alienationibus titulo oneroſo factis non deducitur legitima. pag.552.& ſeq.n.28.& 31.
Et quænam cauſa oneroſa efficiat, vt non poſſit legitima detrahi.pagina 554.numero 31.
Filij viuente patre quale ius habeant in bonis patris, & matris pro legitima.p.535.numero 32.

Legitima quomodo dicatur æs alienum. p.358.n.43.

Quoad computationem matrimonij paterni pro detrahenda legitima, aut detrahendo legitimæ ſupplemento bona inofficioſe, ſeu fraudulenter donata non cenſentur exiiſſe paternum patrimonium. p.538.numero 14.
Mater, & auus maternus tenentur ad relinquendam legitimam filiis, & nepotibus. p. 622. numero 207.

Quæ ex bonis fideicommiſſi à matre, vel auo materno relicti poteſt detrahi.ibid.

Vide *Actio hypothecaria, Excluſio, Mater, Pater, Præſcriptio, Statutum excluſiuum.*

Legitima quoad ea, quæ in legitimam imputantur.

Relicta à patre filio in diem aut ſub conditione non imputantur ipſi filio in legitimam.p.79.n.53.

Nepotes non tenentur imputare in legitimam ſibi debitam in bonis aui materni dotem maternam, ſi habeant vti hæredes matris. pagina 113. numero 198.

Neque nepotes imputant in legitimam in ſucceſſione aui materni dotem habitam à matre emancipata defuncta. p. 114.n.199.

Non imputant in eandem legitimam dotem maternam, ſi pater dotans ſtipulatus ſit dotem filiæ, vel filia ſtipulata ſit de conſenſu patris dotem ſibi reddi, vel pater vti procurator filiæ ſtipulatus ſit eidem filiæ reddi.ibid.n.200.201. Neque etiam imputant in legitimam in ſucceſſione aui dotem maternam ſtatuto, vel alio modo ad eandem matrem ſpectantem. ibid.n.202.

Non imputant in legitimam dotem maternam, quando pater eſt ſtipulatus dotem ſibi reddi in vno caſu, qui non extitit. ibidem numero 203.

Si pater dotans filiam ſtipulatus ſit dotem reddi ſibi, ſi filia deceſſerit ſine liberis, non illis relictis, ſi habeant dotem maternam, & imputent in legitimam in ſucceſſione aui materni. ibid. numero 204.

Etiamſi iuxta opinionem Martini dos data filiæ ea filiis relictis non reuertatur ad patrem, nepotes nihilominus dotem maternam eis ex Martini conſuetudine delatam tenentur imputare in legitimam ſibi debitam in hæreditate aui materni.p.114.n. 203.

Imputant etiam donationem propter nuptias datam viro.p.113.n.206. Imputant in legitimam eandem dotem maternam, etiamſi conſuetudo redacta ſit ad ſtatutum, quo caueatur, vt filij lucrentur ipſam dotem.ibid.n.207.

Nepotes imputant in legitimam aui materni, quod ſtipulatus eſt dotem ſibi reddi: ibidem numero 208.

Vel ſi ſtipulatus ſit dotem reſtitui nepotibus, ibid. num. 209.

Et quid ſi ſtipulatus ſit reſtitui filiæ, vel eius hæredibus, ſeu nepotibus, tanquam matris hæredibus. ibid.

Quid ſi auus maternus dotans filiam ſtipulatus ſit dotem reſtitui illi, vel illis, cui de iure, an tunc nepotes dotem maternam imputent in legitima. ibid. num. 210.

Nepotes quando ſuccedunt in hæreditate aui materni cum aliis nepotibus, vel cum paternis, & maternis, an teneantur imputare in legitimam. ibid. n. 211.

Nepotes dotem filiæ earum matri datam à matre, vel ab aſcendentibus maternis, an in ſucceſſione auiæ imputent in legitimam. pag. 116. numero 213.

Neptes dotem maternam ſibi delatam à conſuetudine Martini ſecundum Surdum non tenentur imputare in legitimam ſibi debitam in hæreditate aui. p. 116. n. 214.

Lucrum ſibi à lege, ſtatuto, vel conſuetudine proueniens non tenentur filij imputare in legitimam. ibid.

Filij prioris matrimonij non imputant in legitimam lucra illis à iure, vel ſtatuto reſeruata ob tranſitum matris ad ſecunda vota, ibidem.

Nepotes dotem maternam, ſiue ſibi tanquam hæredibus matris à iure deferatur, ſiue ex vi conſuetudinis Martini, habent ex perſona aui materni, & tanquam aui hæredes, ſiue tanquam illis ab auo immediatè prouenientem tenentur conferre, & imputare in legitimam ſibi debitam, ſi agant ad ſucceſſionem aui ſecundum æquiorem opinionem. ibid. n. 215.

Extenditur etiam non obſtantibus filiæ emancipatione, vel paternis ſtipulationibus de dote filiæ reddenda. ibid.

Filia ingrediente, vel iam ingreſſa monaſterium, ſi pater ſuper altari ponat certam pecuniæ quantitatem, computatur in legitimam, & loco dotis ſuccedit. p. 159. n. 163. Dos relicta à patre imputatur in legitimam, & inofficioſi querelam impedit. p. 241. n. 43.

Dos in legitimam computatur, quando filia petit ſupplementum legitimæ. p. 521. & ſeq. n. 37. & 39.

Fructus ex bonis fideicommiſſi percepti non imputantur in legitimam. p. 607. n. 157.

Vide *Auus paternus quoad ab eo relicta, vel data nepti ex filio. Auus maternus. Auia.*

Legitima quoad grauamen.

Si filio conſentienti ſit à patre appoſitum grauamen in legitima, & in vita de dicto grauamine non ſit conqueſtus, filius hæres de eo conqueri non poteſt. p. 192. n. 87.

Legitima filiis debita iure communi non admittit conditionem, dilationem, ſeu moram, modum, vel aliud grauamen, & ſi à patre iniungitur, ipſo iure reiicitur. p. 231. n. 2.

Super legitima an poſſit imponi reciprocum fideicommiſſum inter filios, ad inuicem illos ſubſtituendo. p. 243. n. 43.

Vide *Dos quoad grauamen, & Dos quoad ſucceſſionem loco legitimæ.*

Legitimati.

Legitimati in omnibus æquiparantur filiis legitimis. p. 165. n. 211. & pag. 618. n. 188.

Lex, Legiſlator.

An valeat lex, aut conſuetudo, vt fideiuſſor dotis omnino, & ſemper detur. p. 542. n. 115.

Diſpoſitiones, quæ mulieribus indicunt viduitatem, reprobantur. p. 626. n. 251.

Quando leg ſlator duas dubitationes proponit definiendas, & vnam affirmatiuè determinat, alteram negatiuè determinare dicitur, pagin. 630. numer. 254.

Vide *Generalis diſpoſitio.*

Libellus.

In vniuerſalibus iudiciis libellus generalis, & incertus quoad quantitatem rei petitæ, & certus reſpectu vniuerſi, nempe continens aliquid datum, vel deberi, valet. p. 19. n. 75.

In iudicio dotis valere libellum incertum quoad quantitatem, certum reſpectu dotis in vniuerſum, & ſimiliter ſententiam eodem modo incertam, eſt multorum ſententia, pagina 20. numer. 76.

Verius contrarium, & à petente dotem promiſſam, vel datam, exprimendum in libello quid, & quantum nomine dotis eſt ſibi ſoluendum, vel reſtituendum, & ſimiliter ſententiam debere continere certam quantitatem, alioqui eſſe nullam. ibid. n. 77. & ſeqq.

Lucrum dotis, & donationis propter nuptias.

Si maritus conceſſerit ſocero inducias, v. g. quinquennium ad dotem ſoluendam, mortua vxore ante quinquennium elapſum, ſolum poſt quinquennium elapſum poterit lucrum obtinere. p. 35. & ſeqq. n. 35. & 48.

Inito inter maritum, & vxorem pacto de lucro dotis præmoriente vxore, & de lucro donationis propter nuptias præmoriente viro, ſi dos promiſſa cum certo termino ad illam ſoluendam eo finito non fuerit ſoluta marito, & is ante ſolutionem præmoriatur, vxor non lucratur donationem propter nuptias iuxta proportionem dotis non ſolutæ. ibid. n. 36. & 37. ſi maritus moriatur ante finitum terminum, vxor ſuperſtes lucratur totam donationem propter nuptias. ibid. n. 37.

Quibus in caſibus vxor lucretur donationem propter nuptias dote non ſoluta marito viuenti poſt elapſum tempus ad illam ſoluendam conceſſum. ibid. n. 37.

De lucro donationis propter nuptias mulieri à ſtatuto delato idem dicendum, quod de lucro ex pacto inter virum, & vxorem inito. p. 36. numer. 38.

De arrhis etiam in Hiſpania loco donationis propter nuptias introductis quoad illarum lucrum idem dicendum, quod de lucro donationis propter nuptias. ibidem.

Pactum de lucrando dotem, vel donationem propter nuptias habet locum etiam in ſponſa deſponſata per verba de præſenti, non cognita carnaliter, neque ad domum viri traducta, licet conſultius ſit in pacto id exprimere. pag. 36. num. 39. & 40.

Vbi ſeruatur donatio propter nuptias, mulier illam non lucraretur, ſi dos promiſſa eius culpa non fuerit ſoluta marito, pagina 38. numero 47.

Pactum de lucranda dote dicitur merè lucratiuum. p.554.n.31.& p.558.n.43.

pactum factum inter coniuges de Dote, & donatione propter nuptias, locum habet in bonis fideicommiſſo ſubiectis in dotem traditis, vel cauſa dotis obligatis, pag. 624. numero 224.

Vide verbum ſequens.

Lucri dotis ſtatutum.

Statutum de lucro dotis vxore ſine filiis præmoriente eſt fauorabile, & admittit extenſionem de caſu ad caſum, pag. 37. numero 44. & p. 41. n. 60.

Idem ſtatutum hodie habet locum, tametſi maritus non tradiderit vxori donationem propter nuptias. p. 38.n.47.

Si vxor præmoriatur ante elapſum terminum à marito conceſſum ad dotem ſoluendam, ex vi dicti ſtatuti maritus non poteſt petere lucrum antequam dies ſolutionis ceſſerit, ibidem numero 48.

Quandonam lucrum dotis, vel partis dotis à ſtatuto delatum debeatur habito reſpectu dotis traditæ, & non reſpectu dotis promiſſæ. ibid. numer.49.

Lucrum dotis, vel partis dotis ex vi præfati ſtatuti debetur viro tam pauperi, quàm diuiti. ibidem num. 50.

Præfatum ſtatutum eſt correctorium iuris communis. p.39.n.52.

An locum habeat in deſponſata per verba de præſenti nondum carnaliter cognita, neque ad domum mariti ante mortem traducta.p.44.& ſeq.n. 75. 76. ad 81.

Vbi approbatur affirmatiua.ibidem.

Quæ affirmatiua ampliatur etiamſi ſtatutum loqueretur de vxore cognita, ſi rubrica eſt generalis de lucro dotis, pagina 45. numero 96.

Limitatur, ſi tempore ſtatuti ex communi conſuetudine mulier non traducta, aut non carnaliter cognita appellaretur ſponſa, & non vxor, & ſtatutum loqueretur de vxore. pag. 46. numero 83.

Limitatur etiam in minore deſponſata per verba de præſenti, tametſi traducta, ibidem numero 84.

Et quando matrimonium eſt notoriè nullum. ibidem n. 85.

Quid ſi matrimonium ſit putatiuum bona fide contractum. ibid.

Limitatur etiamſi culpâ mariti non fuerit vxor traducta, aut conſummatum matrimonium. ibid. n.86.

Statutum vel pactum de lucro dotis loquens de nupta, vel muliere prædecedente matrimonio habet locum in deſponſata per verba de præſenti. p. 45. num. 80.

An habeat locum in vxore per verba de præſenti deſponſata ante matrimonij conſummationem inuito marito ingrediente monaſterium, & profitente, vt ſtatim facta profeſſione vir lucretur dotem, vel partem dotis iuxta ſtatuti diſpoſitionem, vel conuentionem factam inter coniuges. p. 47. n. 87. 88.89.

Si profiteatur in monaſterio capaci bonorum, neque ſtatutum, neque pactum de lucro dotis habet locum ante euentum mortis naturalis, & etiamſi poſt matrimonium conſummatum de mariti licentia ingrediatur monaſterium, & profiteatur. p.48.n.90. & 91.

Viro ſuperſtite poſt mortem vxoris in monaſterio bonorum capaci profeſſæ an vigore præfati ſtatuti, aut pacti de lucro dotis vxore ſine liberis præmoriente debeatur viro, vel potius dos monaſterio remaneat, ibidem numero 91. & 92.

Si ante profeſſionem vxor moriatur ſuperſtite viro, huic vigore ſtatuti, aut pacti debetur dos, vel dotis pars, iuxta ſtatutum, vel pactum. p.49.n.93.

Statutum de lucro dotis loquens de vxore ſimpliciter an procedat in deſponſata non traducta, ibidem n. 94.

Si loquatur de vxore copulata viro, an habeat locum in deſponſata non cognita, ibidem numero 95.

Si loquatur de vxore traducta, vel cognita carnaliter, vel quæ habitauerit cum viro, vel in domo viri deceſſerit, quomodo intelligendum, & de intelligentia ſtatutorum de lucro dotis,remiſſiuè. p. 50. n. 96.

Præfatum ſtatutum non habet locum ſi vnica filia vxoris ſuperſtes exiſtat, ibidem, numero 97.

Et quid ſi hæc vnica filia repudiauerit dotem maternam,an dos debeatur hæredibus vxoris defunctæ non marito. ibi.

Statutum ſimpliciter de lucro dotis vxore præmoriente ſine liberis an habeat locum ſi extent filij vxoris ex primo matrimonio, vel ſi vxor reliquerit nepotes ex filia præmortua.ibidem, numer.98.

Quid in augmento dotis facto à primo marito, vel à fratre facto ſorori ſecundò nubenti, ibidem.

Quid ſi ſtatutum faceret mentionem de filiis primi matrimonij, vel mandaret omnino ſeruari lucrum, vel quod maritus ſuccedat in tota dote, an tunc habeat locum etiam extantibus filiis primi matrimonij. ibid. n. 99.

Quid ſi deferat lucrum tertiæ partis dotis,& bonorum vxoris marito non extantibus liberis communibus, ipſis verò extantibus deferat hæreditatem filiis ſecundi matrimonij excluſis filiis primi matrimonij, an habeat locum, ſi mulier teſtata ſit. ibidem.

Lucrum dotis totius, vel partis eius à ſtatuto delatum marito præmoriente ſine filiis vxore, maritus conſequitur in omnibus caſibus, in quibus mulier præſumitur tacitè conſtituiſſe dotem, vel dediſſe bona ſua in dotem. pag.58. numero 119.

Lucrum dotis ex pacto, vel ſtatuto, aut conſuetudine alteri ex coniugibus acquiſitum, ſeu delatum, an ſit reſeruandum filiis primi matrimonij. ibid.n.120.

Delatio lucri dotis ex ſtatuto, vel pacto eſt lucratiua. p.558.n.43.

Statutum de lucro dotis locum habet in dote ex bonis fideicommiſſi conſtituta. p. 624. numer. 225.

Etiam in conſtituta ex bonis fideicommiſſi relicti pio

pio loco. ibidem num. 226.
Etiam non obſtante prohibitione teſtatoris ſpeciali alienandi bona ex cauſa dotis ſi teſtator ſit pater vel alius aſcendens, ſecus ſi extraneus. p. 625. numer. 227.
Si dos ex bonis reſtitutioni obnoxiis fuit exceſſiua, maritus facit lucrum ſolum de dote congrua. ibid. num. 228.
Statutum de lucro dotis in quibus caſibus non habet locum in dote conſtituta ex bonis fideicommiſſo ſubiectis. ibid. num. 230.
Quando pater legauit filiæ dotem, & in ea dote ei poſt mortem ſubſtituit alium, in hac dote habet locum ſtatutum de lucro dotis. p. 626. num. 321.
Si extraneus mulieri reliquit dotem ſubſtituens ei alium, in huiuſmodi dote non habet locum ſtatutum de lucro dotis. ibid. num. 232. Si non ſubſtituit in dote, ſed reliquit bona vel hæreditatem cum onere reſtituendi poſt mortem conceſſa facultate ſe dotandi, tunc locum habet ſtatutum de lucro dotis. ibidem.
Vide *Dos promiſſa.*

Luxurioſa vita.

Luxurioſa vita poteſt eſſe ſine carnali commixtione. pagina 171. numero 239.

M

Maioratus.

Si maioratus à patre propria authoritate conſtituatur ſuper omnibus bonis non relicta legitima aliis liberis non conſentientibus in inſtitutionem, nulla eſt inſtitutio, & primogenitus ſucceſſor tenetur aliis liberis præſtare legitimam, & alimenta etiamſi expreſſe alij filij alimentis renunciaſſent. p. 113. n. 40.
Vide *Priuilegium.*

Maritus.

Maritus tenetur alere vxorem indotatam. p. 25. n. 99. & p. 26. n. 102. & p. 27. n. 105.
Neque ob non ſolutam dotem poteſt vxorem repudiare, aut domo expellere, vel alimenta negare, aut medicinas, ſeu curationem in ægritudine. pag. 64. num. 141.
Maritus vxorem ſine dote ductam non poteſt expellere à domo, neque cogere ſocerum ad dotem dandam; etſi ipſa filia poteſt implorare officium iudicis, vt cogat patrem ſibi dotem conſtituere. p. 50. n. 98. & 99.
Maritus poteſt agere, & defendere bona vxoris extra dotem tanquam perſona coniuncta. p. 295. numero 109.
In dotis promiſſæ traditione mulier poteſt cogere maritum promittere reſtitutionem alteri, ſi id ei non nocet. p. 321. n. 184.
Culpa mariti lata, & dolus circa adminiſtrationem rerum dotalium vxoris, quibus illas diſſipauit, qua ratione eidem marito noceat, illumque priuet priuilegio ne conueniatur vltra quam facere poſſit. p. 810. n. 115. & 119.
Et quid ſi ſolum culpa leui. ibid. numero 120. 121.
Maritus in adminiſtratione rerum dotalium ratione contractus dotalis tenetur de dolo, lata culpa, & leui. ibid. n. 121.
Tempore ſoluti matrimonij, & dotis reſtituendæ ſi maritus, vel eius hæres non habeat vt ſoluat æſtimationem rerum in dotem datarum, mulier poteſt ab eis vendicare res ipſas. pagina 649. numero 10.
Vide *Dotis recepta confeſſio*, *Donatio inter virum & vxorem*, *Impenſa*, *Pactum*, *Solutio dotis quibus fieri poſſit.*

Maritus putatiuus.

Maritus putatiuus non habet priuilegium, ne poſſit conueniri, niſi in quantum facere poteſt. p. 60. numero 125.
Non lucratur dotem ex vi ſtatuti, vel pacti de lucro dotis. ibid.
Cogitur ſine dilatione dotem reſtituere. ibid.
In eo non habet locum vſucapio pro dote. ibid.
Tenetur reſtituere fructus dotis in oneribus non conſumptos. ibid.
Neque reſpectu illius dos putatiua habet priuilegia dotis. ibid.
Iura loquentia de marito, & vxore non habent locum in marito, & vxore putatiuis. pagina 449. num. 40.
Vide *Dos putatiua.*

Mater.

Mater filiæ naturali debet legitimam. pagina 180. num. 24.
Tenetur mater prouidere filiis, & filij matri. pag. 182. num. 36.
An ſi filius, & filia ſint diuites, onus dotandi matrem pauperem ſit commune vtrique. pagina 183. numero 37.

Mater quoad obligationem, & deobligationem dotandi.

Mater regulariter non tenetur dotare filias legitimas, & naturales, ſed ſolum in defectum patris & aſcendentium ex linea paterna. pagina 177. num. 11. & 12.
Neque tenetur dotare filiam diuitem, vel iam nuptam, vel ab extraneo dotatam. p. 178. numer. 13. & 14.
Dos à ſola matre promiſſa pro bonis paternis, & maternis, ex bonis maternis, & paternis ſimul conſtituta cenſetur. ibid. n. 13.
In defectum patris inopis, & aſcendentium ex linea paterna mater diues tenetur in ſubſidium dotare filiam legitimam pauperem. ibid. n. 15. & 16.
Et etiam ſi filia pauper habeat fratrem diuitem. pag. 179. n. 17. & 18.
Et ſi filia habeat bona, ſed non ſufficientia ad dotem congruam, mater diues ſupplebit pro rata. ibidem num. 19.
Quæ ſit dicenda dos congrua. ibid. n. 20. & 21.
Quandonam, quibuſve in caſibus mater non teneatur dotare filiam pauperem. pagina 180. numero 22. 23.
Fideicommiſſi bona à matre conſtituti poſſunt à filia alienari, vt ſibi dotem congruam conſtituat. ibid. num. 23.
Mater diues tenetur in ſubſidium dotare filiam illegitimam etiam ſpuriam pauperem. ibid. n. 24. 25.
Mater diues hæretica tenetur dotare filiam orthodoxam, ſi pater ſit Catholicus. pag. 181. num. 27.
Item mater Iudæa filiam conuerſam ad fidem, ſi pater quoque ſit fidelis. ibidem num. 28.
Et prædicta etiamſi filia ſit diues, ibid. n. 29.
Si etiam pater ſit hæreticus, aut infidelis, pater potius tenetur dotare filiam orthodoxam. ibidem, numero 30.
Iure ſpeciali Portugalliæ quandonam mater vnà cum

patre concurrat æquè principaliter ad dotandas filias. ibidem numero 31.

Mater dotans filiam diuitem, vel habentem patrem vel auum paternum diuitem quandonam cenſeatur dotaſſe animo donandi, vel repetendi. p. 182. num. 32. Tradita de matre dicenda ſunt etiam de matris hæredibus, ad quos tranſit onus dotandi quod matri incumbebat. p.183. n.37.

Mater diues ſicut regulariter non tenetur dotare filias, ita etiam non dotare nepres ex filia. ibid.

Maritare.

Qui tenetur dotare, tenetur maritare, & laborare in inueniendo virum.pag.179.n.18.

Frater non poteſt maritare ſororem niſi cum conſenſu matris, & conſanguineorum.ibidem.

Matrimonium.

Pro matrimonio contrahendo, quod eſt Sacramentum, non poteſt dari pecunia abſque labe ſimoniæ.pagina 24.num.92.

Dicitur matrimonium copulatum, & mulier copulata viro abſque copula carnali.p.49.n.95.

Matrimonium poteſt eſſe ſine dote vlla. p. 282. n. 79.

Dos non eſt quid acceſſorium matrimonio ab eo inſeparabile. ibidem.

Matrimonium olim iure ciuili diſſoluebatur etiam diuortio, & captiuitate.p.705.num.20.

Matrimonij onera.

Dos eſt inſtituta, & datur pro oneribus matrimonij ſuſtentandis.p. 24.num. 92.& p.733.num.44.

Et ibi eſſe debet, vbi ſunt matrimonij onera. p. 478. numer.2.& p.733. n.44.

Pater habet vſumfructum in dote aduentitia vxoris filij, ſi tamen ipſe ſuſtineat onera matrimonij. p. 487.num.32.

Pater, quando filiusfamlias maritus ſeorſum ab eo habitat, non poteſt ſuſtinere propriè onera matrimonij, & provt onera matrimonij exigunt, & explicatur. ibid. Onera matrimonij non reſtringuntur ad ſola vxoris alimenta, & onerum matrimonij appellatione quæ remanent. pag. 722. num. 11. & p.734.num.48.& p.743.num.80.

Minor, Fœmina, & Maſculus.

Mulier ætate minor poteſt ſibi conſtituere dotem in bonis mobilibus, & ſe obligare pro dote ſine iudicis decreto.pagina 185.numero 53.

Dos habet ſpeciale priuilegium, vt à minore, vel pupillo vel eorum adminiſtratoribus in rebus immobilibus conſtitui poſſit cum decreto, & ſi ſtatutum prohibeat rem immobilem à minore cum decreto alienari non obſeruatis quibuſdam aliis ſolemnitatibus, non comprehendit alienationem ex cauſa dotis. ibidem. Mulier minor 25. annis pubes carens curatore poteſt abſque iudicis decreto ſibi conſtituere dotem in pecunia, fructibus, & aliis mobilibus, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt. pag. 273. numero 49.

Et poteſt apponere pactum, vt maritus lucretur certam partem dotis. numero 52. Et ſi adſit ſtatutum de lucro dotis, maritus defuncta vxore ſine filiis lucratur talem dotem, ibidem. Si ea dos fuerit immoderata mulieri dabitur reſtitutio in integrum, ibidem. Bona mobilia pretioſa, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, non poteſt eadem minor carens curatore ſine iudicis decreto cauſa dotis alienare, & quæ ſint huiuſmodi mobilia pretioſa. p. 273. & ſequentibus, numero 50.59.

Mulier minor habens curatorem an ſe ſola poſſit valide tradere in dotem pecunias, & bona immobilia, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, illeve alienare, & obligare pro ſua dote tam in foro externo, quàm conſcientiæ. ibidem, & ſequenti numer. 54.55.57.

Eadem mulier minor habens curatorem an ſe ſola, & ſine authoritate tutoris poſſit valide etiam quoad forum exterius ſimplici donatione, & merè lucratiua donare, & alienare bona mobilia, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt. pag. 274. numero 56.

Intellectus *ad legem ſi curatorem, Codice de adminiſtratione tutorum*, diſponentem minorem 25. annis habentem curatorem ſine illius conſenſu non poſſe validè vendere, & alienare ſua bona, carentem vero curatore, poſſe licet illi danda ſit reſtitutio integrum. ibid.n.55.56.

Mulier minor 25. annis etiam cum conſenſu tutoris, ſi illum habeat abſque iudicis decreto, non poteſt vendere, & alienare bona immobilia ex cauſa conſtituendi ſibi dotem in pecunia, & generaliter bona immobilia minorum vendi, & alienari non poſſunt ex cauſa dotis ſine iudicis decreto.pag.275.n.58.

Eo decreto interueniente poſſunt ſpeciali fauore dotis, cum alioqui alienari non poſſunt, niſi ex cauſa æris alieni. ibid.

Nec etiam poſſunt ſine decreto alienari, etiamſi pater in teſtamento dotem reliquerit, ſeu conſtituerit filiæ non in re certa immobilia, ſed in pecunia, v. g. relinquendo in eſſe pro dote. p. 276. numero 60.

Rès minorum immobiles pro debito pecuniario etiam hæreditario à patre confecto abſque obligatione rei certæ immobilis non poſſunt alienari valide ſine iudicis decreto. ibidem.

Si teſtator in teſtamento expreſſe diſpoſuiſſet pro dote filiæ relicta in pecunia, vel pro ſolutione æris alieni bona immobilia vendi, licet tunc non prærequiratur iudicis decretum, ſeruandæ tamen eſſent aliæ iuris ſolemnitates circa modum alienandi res immobiles minorum. ibid.

Minor ex cauſa dotis etiam pro ſeipſa, & etiam cum authoritate curatoris ſine iudicis decreto non poteſt expreſſe, & directè ac principaliter obligare, & hypothecare bona immobilia. ibid.n.61.

Muliere minori 25. annis carente curatore ſola, vel cum interuentu curatoris, ſi illum habeat promittente ſine iudicis decreto dotem abſque directa, & principali, ac expreſſa obligatione bonorum ſuorum immobilium quæ ſola poſſidet in eiſdem bonis immobilibus, an per conſequentiam inducatur tacita hypotheca legalis introducta à lege pro ſecuritate dotis. ibidem, & ſeq.n.62.63.

Minor nubens recipiens dotem abſque iudicis decreto poteſt pro reſtitutione dotis obligare bona ſua, hæcque quamuis immobilia ipſo iure remanent obligata tacita hypotheca legali pro dotis receptæ reſtitutione. pagina 277. numero 64.

Bona immobilia mulieris minori cum iudicis decreto poſſunt dari in dotem. p.278.n.66.

An ab eadem vel ab eius curatore poſſint dari in dotem inæſtimata ſecluſo ſtatuto & pacto de lucranda dote.ibid.n.67.68.69.

Secus ſtante ſtatuto, vel inito pacto de lucranda dote.p.279.n.70.

Hæreditatem totam ſibi à patre relictam, ſi in ea contineantur prædia, non poteſt mulier minor 25. annis dare in dotem ſine decreto iudicis. p.278.numero 68.

Neque bona immobilia æſtimata, pagina. 279. numero 70.

Vxor tamen, quæ dedit in dotem immobilia æſtimata, mortuo viro poteſt habere ratam æſtimationem, & pretium illius exigere, ſi ſibi ea electio viſa fuerit vtilis.ibid.

Contractus à pupillo, vel minore curatorem habente ſine tutoris, aut curatoris authoritate, aut iudicis decreto (quando eſt neceſſarius) celebratus eſt nullus ſolum in fauorem minoris. ibidem numero 70.

Matrimonium & dos ſunt diuerſæ naturæ, vt reſpectu matrimonij contrahendi mulier minor habeatur tanquam maior, non reſpectu dotis. ibidem.

Si dos à patre in teſtamento relicta ſit in re certa immobili, hæc à muliere minore ſine iudicis decreto poteſt dari in dotem etiam æſtimata. p.280. num.72.

Si etiam ſtatutum conſtituat dotem non requiritur iudicis decretum. ibid.n.73.

Mulier pro dote ſua bona immobilia obligans, vel dans in dotem cum interuentu iuramenti de obſeruantia contractus ſine decreto iudicis remanet obligata naturaliter, & ciuiliter. ibid.n.74.

Bona immobilia mulieris minoris ſemel data in dotem cum iudicis decreto poſſunt ab ea ad ſeconda vota tranſeunte iterum dari in dotem ſine vlteriori decreto.ibid.n.75.

Quælibet res minoris per iudicis decretum ſemel facta alienabilis ſine alio decreto poteſt alienari, & etiam à tutore emi.ibid.

Poſt lapſum quinquennij à die completi inducitur ratihabito alienationis factæ tempore ætatis minoris.p.291.n.99.

Minor adultus non habens curatorem habetur pro maiori, & ea omni cauſa obligatur, licet gaudeat beneficio reſtitutionis in integrum. p. 367. & 368.n.124.& 125.

Vide *Læſio*, *Obligatio pro dote*, *Reſtitutio in integrum.*

Monachus, Religioſus.

Bona poſt profeſſionem ex perſona religioſi profeſſi donatione, legatum, &c. obuenientia monaſterio regulariter acquiruntur monaſterio, quoad dominium.p.217.num.59.

Regula quidquid acquirit monachus, acquirit monaſterio, quando non procedat.ibid.

Ad quos ſpectet onus alendi, & dotandi filias ſpurias à religioſo poſt profeſſionem ſuſceptas. p.218. num.61.

Tenetur idem religioſus, ſi habeat beneficia, & redditus, ſiue prouentus, aut lucra, de quibus ei ſit permiſſum diſponere liberè in vſus pios. ibidem num. 62.

Et ſi ſit conſtitutus executor teſtamentarius defuncti, qui iuſſerit bona ſua diſtribui in vſus pios, & & in pauperes. ibid. num.63.

Quonam alio modo poſſit prædictis filiabus ſubuenire, quoad alimenta, & dotem. ibidem numero 64.

Monaſterium.

Monaſterium ob patris profeſſionem ſuccedens in omnia eiuſdem bona tenetur congruè dotare illius filias legitimas, & illegitimas, natas, vel conceptas ante profeſſionem, quibus idem pater non reliquit, ſeu conſtituit dotes. pag. 216. num.55.

Si pater ante profeſſionem conſtituit dotes, & poſtea ad paupertatem ſint redactæ, an, & quando monaſterium teneatur iterum dotare. pagina 217. num. 56.57.

Et quid ſi monaſterium non vellet, vel non poſſet dotare, quid teneretur facere pater profeſſus. ibid. num.58.

Ex bonis poſt patris profeſſionem ex eius perſona monaſterio acquiſitis tenetur monaſterium præfatis filiabus, quibus pater non dedit, neque ſignauit ante profeſſionem, prouidere de dote & alimentis. ibid. n.59.

Monaſterium ex bonis ex Religioſi profeſſi donatione, legato, hæreditate teſtamentaria, vel eius induſtria monaſterio acquiſitis poſt profeſſionem, tenetur ſatisfacere debitis, quibus idem Religioſus ante profeſſionem erat obſtrictus. ibidem.

Monaſterium monialium, quod ſucceſſit in omnibus bonis monialis profeſſæ, quando teneatur alere, & dotare filias legitimas, & illigitimas ex eadem moniali ante profeſſionem natas. ibidem numero 60.

Filiabus ſpuriis poſt profeſſionem à religioſo ſuſceptis monaſterium, quod in illius bonis ſucceſſit non tenetur præſtare alimenta, & dotem.pagina 218.numero 61.

Vide *Camera Apoſtolica.*

Moneta.

De moneta plura videnda ſunt in ſummario. pagina 715.ex n.72.

Vbi latè in qua pecunia ſit ſoluto matrimonio reſtituenda dos conſtituta in pecunia. ibid.

Monialis quoad dotem ei debitam.

Pater tenetur dare congruam dotem filiæ volenti ingredi monaſterium, & etiam iam ingreſſæ, tametſi abſque eiuſdem patris conſenſu, & licet filia ſit diues. p.156. num.152. 153. & 154. Eidem præſtare acconcium, ſeu veſtes, apparatus, & regalia neceſſaria ſolita dari in ingreſſu monaſterij. ibidem num.154.

Et pro dote, & dicto acconcio poſſunt alienari bona fideicommiſſo ab aſcendente ſubiecta. ibid. n. 155. Vaſſalli etiam obligati dare Principi, vel Domino feudi ſubuentionem pro filia, vel ſorore maritanda, tenentur etiam pro ea monachanda. pagina 157.numero 156.

Filiæ ingredienti monaſterium quanta dos ſit danda, & an poſſit eſſe minor, quàm ſi contraheret nuptias carnales. ibid. & p. 158. & ſeq. n. 158. 159. 160.161.162.

Etiam pro matrimonio ſpeciali filiæ naturalis, & etiam ſpuriæ pater tenetur ei prouidere de dote congrua iuxta conditionem & conſuetudinem monaſterij. p.161.n.180.& p.164.numero 200.

Vide *Hypotheca.*

Mora.

Vide *Culpa*, *Debitor.*

Mors.

Mors in dubio accipitur pro potiori ſignificato, ſcilicet pro morte naturali. p.47.numer.88.

Et præſertim in odioſis, correctoriis, & vbi ex mora ciuili non reſultat idem effectus, qui reſultat ex morte naturali.pag.48.n.89.

Mortis appellatione venit etiam ciuilis, quando quoad effectum æquiparatur naturali.ibidem.

Mulier, Mulier maior.

Mulier maior ſponte dotem conſtituens ſeu promittens pro alia muliere, efficaciter obligatur excluſo beneficio Vellaiani. p.265.281.n.77.

Mulier donans non iuuatur Velleiano.ibid.

In promiſſione dotis, & interceſſione pro dote facta à muliere non requiritur ſolemnitas de qua *in lege antiqua*, §. *ne autem*, *Codice ad Velleian.* ſed ſufficit ſimplex promiſſio. p.266. n.17.

Mulier pro promiſſione, ſeu donatione dotis non poteſt in carcerem detrudi, quando non habet vnde debitum dotis poſſit ſoluere.ibid.n.18.

R[illegible] pro debito ciuili non poteſt in carcerem detrudi.ibid.

Mulier ipſa poteſt ſe dotare. p. 272.n.48.

Stante ſtatuto generaliter, & ſine dotis expreſſa mentione prohibente mulierem, & minorem contrahentes obligari ſine conſenſu duorum conſanguineorum, ſeu propinquorum, an mulier, & minor poſſit non adhibita tali ſolemnitate valide contrahere, & obligari cauſa dotis. p.280. 281. numero 76.77.

Quis ſit finis talis ſtatuti. ibid.

Si dos ſit data primo viro adbibita ſolemnitate ſtatuti, eadem dos poteſt dari ſecundo viro ſine illa ſolemnitate. p.280.n.76.

Mulier diues primo nubens nulla promiſſa, & conſtituta expreſsè dote ex ſolo matrimonij contractu an cenſeatur tacite promiſiſſe, & conſtituiſſe dotem congruam arbitrio boni viri. pagina 282. n.78.79.

Ex eo, quod maritus non conſueuerit ducere vxorem ſine dote, non ſequitur neceſſariò debere præſumi fuiſſe conſtitutam.p.283.n.80.

Mulieris intereſt habere dotem ſolutam ab alio, non quod ipſa ſe dotet.ibid.

Mulier, quæ nupſit nulla dote conſtituta, poſtea ſibi dotem conſtituens dicitur facere actum ſibi præiudicialem.ibid.

Mulier diues, quæ ſine promiſſione, aut ſtipulatione dotis nupſit, an poſſit cogi ad dotem dandam; & ſi nolit dare, poſſit domo expelli, poſſintve à marito alimenta ei denegari. p.284. n.82. 83.84.

Qui dicit dotem ſibi à muliere promiſſam, vel eius bona ſibi in dotem data, debet probare. p. 285. num. 85.

Mulier diues, quæ primo nupſit ſine vlla dotis conſtitutione, & bonorum mentione, ex hoc ſolum quod contraxit matrimonium, an cenſeatur tacite dediſſe viro omnia ſua bona in dotem, ibidem & ſeq. numer.86.& 89.

Mulier nubens, quæ conſtituit dotem ſimpliciter in aliquibus bonis, non præſumitur alia bona dediſſe in dotem.p.286.n.88.

Nec nomine debitorum.ibid.

An omnia bona præſumantur tacite data in dotem viro tanta dote digno, vel ſaltem pro quantitate congruæ dotis.ibid.n.90.& 91.

Mulier diues ſimpliciter promittens contrahere matrimonium, non præſumitur promiſiſſe dotis conſtitutionem, aut ſe & ſua bona daturam in dotem. p.289.n.91.

Stante ſtatuto canente, quod bona mulieris nubentis intelligantur data viro in dotem, muliere ſine expreſſa dotis conſtitutione nubente, præſumuntur eius bona data in dotem. pagina 289. numero 93.

Et ſimiliter ſi adſit in loco conſuetudo, quod nulla dotis conſtitutione expreſsè facta bona mulieris nubentis cenſeantur data in dotem, præſumentur data in dotem, ſi conſuetudo obtinuit vim legis, alias ſecus. ibidem numero 94.

Vbi non conſtat de expreſſa dotis conſtitutione facta à muliere nubente, fuiſſe conſtitutam probant coniecturæ. ibid. n.36.& ſeqq.

Et an talis ſit diuturna bonorum mulieris poſſeſſio,& adminiſtratio.ibidem n.96.& 97.

Dos in vſufructu bonorum vxoris non præſumitur conſtituta, licet maritus ea ſciente, & patiente fructus perceperit. ibidem num.97.

Dediſſe in dotem non præſumitur mulier bona ſua tradita viro per hæc verba, nempe ad habendum, gaudendum, & vſufructuandum. ibid.

Non inducitur dotis conſtitutio ex eo ſolo, quod mulier paſſa ſit maritum agere de re ſua.ibid.

Quando maritus publicè muliere ſciente, & patiente aſſeruit ſe poſſidere, retinere, ac adminiſtrare dotalia bona eiuſdem vxoris, ea bona præſumuntur dotalia, & in dotem data, & quàm diuturna debeat eſſe talis poſſeſſio ad huiuſmodi præſumptionem inducendam. p.291. n.98. & p.292. n.100.

Limitatur. pagina 291. numero 99.

Bona mulieri nomine dotis in teſtamento relicta à patre, vel ab alio, ea nubente, nulla dote conſtituta, cenſentur data in dotem. pag.292.num.101.

Mulier promittens bona ſua deſcribi in cataſto viri, vel de eis ſolui gabellam, an & quando cenſeatur ea in dotem dediſſe.ibidem num.102.

Mulier, quæ extra iudicium pluries confeſſa eſt, ſe bona ſua dediſſe in dotem marito, præſumitur donaſſe.ibidem numer.103.

Item quando nubens dixit, ſe non intendere bona ſua eſſe data in dotem, niſi conficeretur publicum inſtrumentum, quod poſtea factum eſt. p.293. num.105.

Si mulier ante, vel poſt contractum matrimonium dixit viro, *Do tibi bona mea*, nulla expreſſa cauſa, & nulla erat dos conſtituta, præſumitur ea dediſſe illa in dotem. p.293.n.105.

Idem ſi dixit, *aſſigno tibi bona mea*.ibidem.

Mulier ante, vel poſt matrimonium contractum tradens bona ſua viro per hæc verba, ſcilicet dicens viro, *trado tibi bona mea*, *ſeu me*, *& bona mea*, nulla expreſſa cauſa, neque vlla facta prius dotis promiſſione, an præſumatur dediſſe in dotem. p.294.n.107.& n.108.

Et quid ſi dixerit viro, trado tibi bona mea ad vtendum, fruendum, & faciendum perpetuò quidquid libuerit. ibid.n.108.

Mulier ſemel iam conſtituta dote tempore matrimonij, vel poſt illud contractum aliquid bonorum, vel pecuniarum tradens viro ſuo, nulla expreſſa cauſa, non præſumitur dediſſe cauſa dotis, vel eius augmenti, ſed bona tradita præſumuntur paraphernalia. p.295 n.109.

Quid ſi dos antea data erat incongrua. ibid.

Mulier ſine dote nupta, quæ conſtante matrimonio omnia bona ſua dedit in dotem viro, ex hoc ſolo non videtur læſa, ſecluſo dolo mariti, nec poteſt in integrum reſtitui, licet ſit minor, ſecus ſi dolo mariti fuerit circumſcripta. p.296.n.110.

Mulier, quæ viro dixit, do tibi in dotem omnia bona mea, an intelligatur dediſſe futura poſtea acquiſita. p.297.n.111.

An intelligatur dediſſe in dotem etiam nomina debitorum, & actiones contra eoſdem. ibid.

Mulier, quæ viro promiſit ſimpliciter, & in genere dotem nulla expreſſa quantitate aut re, non præſumitur dediſſe omnia bona ſua in dotem. pag. 298. num.

numero 112.

Mulier, quæ nupſit nulla dote viro conſtituta, conſtante matrimonio poteſt dotem viro conſtituere, ſiue non habuerit à marito bona, ſiue tunc eſſet diues, etiamſi vir nullam faciat donationem. pag.318.n.175.

Si à principio conſtituit modicam dotem, & non congruam reſpectu onerum matrimonij, & dignitatis ſuæ, & viri, conſtante matrimonio poteſt eam dotem augere vſque ad congruitatem. p.319. n.179.

Si augmentum eſſet exceſſiuum, exceſſus non valeret. ibid.

Mulier volens nubere, quæ aliter nubere non poſſet ob defectum dotis conſtituendæ viro, & expedit ei nunc nubere, poteſt ſuum debitorem ad certum tempus cogere vt ante tempus ſoluat pecuniam ſibi debitam deducto interuſurio medij temporis. pagina 320. numero 181. & pagina 322. numero 184.

Mulieri non imputatur, nec impeditur alienatio bonorum fideicommiſſi pro dotis reſtitutione, ſi non inueſtigauit conditionem eius, cum quo contraxit. p.631.n.257.

Mulier æquiparatur minori quoad fragilitatem, & imbecillitatem concilij. ibid.

Mulier nobilis, iuuenis.

Mulier nobilis, vel iuuenis propter ſuam nobilitatem nubendo plebeio ſeu ignobili, aut ſeni videtur ei munus facere. p.268.n.27.

Et poſt obitum viri manet deterioris conditionis. pag. 271.n.36

Vide *Donatio inter virum, & vxorem.*

Mulier ſecundò nubens quoad dotis conſtitutionem.

Lex ciuilis non ſtatuit dotem primo viro datam, ſeu conſtitutam debere haberi repetitam ſecundo viro, ſed ſolum præſumi, vbi non probatur aliud tempore ſecundi matrimonij inter contrahentes conueniſſe. p.301.n.120.

Et aliud conueniſſe probari poteſt coniecturis. ibidem.

Dos data, ſeu conſtituta primo viro nulla dote in ſecundo matrimonio conſtituta, iuris præſumptione intelligitur data ſecundo viro ſecundum communem reiecta ſententia Cornei, & aliorum aſſerentium præſumi repetitam ſolum, quando ſoluto primo matrimonio ob diuortium rei integratur ſecundum cum eodem primo viro. ibid.n.121.

Si mulier vidua habuit plures viros, tranſeunte illa ad alias nuptias nulla dotis mentione facta præſumitur vltimo viro conſtituta dos data viro immediatè præcedenti. ibidem.

Iuris præſumptio, vt in dubio dos data, ſeu conſtituta primo viro cenſeatur repetita ſecundo viro ampliatur pluribus modis, nempe ſi dedit primo viro in dotem omnia bona ſua, in dubio præſumitur eadem dediſſe ſecundo. p.302.n.122.

Si dedit primo in certa quantitate, & ſecundo promiſit ſine certa quantitate, bona ſecundo viro ſimpliciter tradita præſumuntur tradita ad congruentem quantitatem primæ dotis. ibid.n.123.

Dos primo viro data præſumitur repetita ſecundo cum qualitate, & modo, vt fuit data primo, vt ſi ab hæredibus primi mariti loco dotis in quantitate conſtitutæ habuit prædia, ſecundo viro eadem quantitas, non prædia, præſumitur mulier dediſſe, nec præſumitur dediſſe in dotem ſecundo viro nomen debitoris ei competens contra hæredes primi, ſed eandem quantitatem primo datam. ibid.n.124.

Bona immobilia mulieris minoris cum decreto iudicis data in dotem primo viro, eadem minore ſecundo nubente cenſentur data in dotem ſecundo viro ſine nouo decreto. p.303.n.125.

Solum dos primo marito data intelligitur ſecundo repetita, etiamſi ſtatutum loci diſponat, quod nulla dote conſtituta omnia bona præſumentur data in dotem. ibid.n.126.

Secus ſi ſtatutum loqueretur de dote expreſſe conſtituta. ibid.

Statutum Mediolani *cap.455. num.2.* diſponens quod *non ſit, neque intelligatur dos, nec bona data in dotem, niſi expreſsè conſtiterit, vel appareat, & legitime*, an corrigat diſpoſitionem *legis dotem, ff. de iure dotium*, quod muliere ſecundo nubente præſumatur conſtituta dos, quæ fuit conſtituta primo. ibid.

Dos ſimpliciter promiſſa primo viro, licet non ſoluta conſtante primo matrimonio, intelligitur repetita in ſecundo matrimonio. ibid.n.127.

Stantibus filiis primi matrimonij dos data primo viro cenſetur tota data ſecundo viro, vt illam habeat conſtante matrimonio, non vt illam lucretur iuxta ſtatutum de lucro dotis, niſi quoad lucrum tantæ partis dotis, quantam minorem fuerit conſequutus vnus ex filiis primi matrimonij. p.304.num.128.

Quod procedit etiamſi adeſſet aliud ſtatutum dans mulieri viduæ facultatem dandi ſecundo viro quidquid voluiſſet. ibid.n.129.

Et quid ſi ſtatutum diſponat, vt ſecundus lucretur totam dotem etiam extantibus filiis primi matrimonij. ibid.

Dos data primo viro non intelligitur repetita ſecundo viro, ſi is ignorauit dotis qualitatem. ibidem. num.130.

Dos primo viro conſtituta ab extraneo, qui ſtipulatus eſt eam ſibi reddi matrimonio ſoluto, an ſine eiuſdem extranei conſenſu intelligatur repetita ſecundo viro. ibid.n.131.

Vbi mulier ſecundo viro expreſsè certam dotem conſtituit, non præſumitur repetita dos marito primo data. ibid.n.132.

Dos à patre mulieris promiſſa, & conſtituta primo viro cenſetur contineri in noua dote ab eodem patre promiſſa ſecundo viro, idque ſiue dos fuerit ab hæredibus primi mariti exacta, ſiue adhuc ſit exigenda. ibid.n.132.

Si mulier primo viro nullam dedit dotem, non præſumitur dotem conſtituiſſe ſecundo viro, niſi expreſsè promiſerit. p.305.n.133.

In caſibus, in quibus exceptio non numeratæ dotis à viro, qui ſe dotem recepiſſe eſt confeſſus, cum non receperit, non poteſt apponi neque à marito, neque ab eius hæredibus ea dos vt vera, & habens dotis priuilegia cenſetur ſecundo viro repetita, ibid.n.135.

Quid in caſibus, in quibus poteſt opponi exceptio non numeratæ dotis, & primi viri, qui confeſſus eſt dotem recepiſſe, hæredes non poſſunt condemnari ad dotis reſtitutionem. ibid.

Si mulier, quæ ſecundo viro nupſit, dotem primo viro datam non exegerit ab eius hæredibus, neque ante obitum ſecundo viro nomen debitoris, & actiones contra eoſdem hæredes ceſſerit, an idem ſecundus maritus poſſit agere contra præfatos hæredes, ſtante ſtatuto de lucro dotis vxore ſine filiis

præmo

præmoriente. pagina 306. numer. 138.

Quando mulier primo nubens nomina debitorum ſibi competentia expreſſe dedit in dotem primo viro, præſumuntur repetita ſecundo viro. p. 307. numero 140.

Si dederit primo viro omnia bona ſua in dotem, an cenſeatur dediſſe nomina debitorum ſibi competentia, iura, & actiones, vt maritus ſine alia ceſſione poſſit nomine ipſius agere contra debitores. ibid. n. 141.

Quando nomen debitoris mulieri competens datum eſt viro æſtimatum, marito competunt actiones vtiles, & directæ, & currit periculo eiuſdem mariti: quando vero datum eſt inæſtimatum, marito competunt tantum actiones vtiles, & nominis periculum ſpectat ad mulierem. ibid. n. 141.

Nomen debitoris datum in dotem pro certa quantitate expreſſa eſt datum æſtimatum æſtimatione faciente tacitam emptionem, & venditionem. ibidem num. 132.

Dicitur datum æſtimatum, quando prius pro dote certa quantitas fuit promiſſa, & poſtea in ſolutum datur nomen debitoris pro ea quantitate. ibidem num. 143.

Idem cenſetur datum in dotem marito æſtimatum quando datur vnà cum aliis rebus dotalibus, quæ fuerunt æſtimatæ. ibid. n. 144.

Et quando conſtat à muliere datum ea mente, vt nominis ius transferatur in maritum, vt ſuo nomine poſſit illud exigere. p. 308. n. 145.

Nomen debitoris inæſtimatum dari, ſeu tradi dicitur marito, quando ſimpliciter in dotem fuit datum, aut ceſſum. ibid. n. 146. ad 149.

Mulier dando ſimpliciter in dotem nomen debitoris, videtur tantum conſtituere maritum procuratorem vt eius nomine exigat pecuniam, & nomine dotis exactum retineat. ibid. n. 147.

Vel mandare marito vtiles actiones. ibid.

Cum nomen debitoris eſt datum ſimpliciter in dotem illius periculum pertinet ad mulierem, dummodo ob non exactionem non factam dolus, aut culpa poſſit imputari marito. p. 309. n. 149.

Augmentum dotis in primo matrimonio ab ipſa muliere, vel ab alia ex parte ipſius factum mulier ſecundò nubens, ſi aliud non fuerit conuentum, cenſetur dare in dotem ſecundo viro. pag. 312. numero 157.

Augmentum dotis factum à viro in primo matrimonio mulier ſecundo nubens nulla alia conuentione inter contrahentes facta, an iuris interpretatione intelligatur dare in dotem ſecundo viro. ibid. n. 159. ad 174.

Vide *Dos confeſſata.*

Mutus.

Vide *Stipulatio.*

Mutuum.

Mutuum aliud eſt naturale, aliud ciuile tantum, aliud ciuile, & naturale. p. 70. n. 5.

Ex mutuo dato nomine alterius domino pecuniæ mutuò datæ quæritur actio perſonalis, & etiam hypothecaria pro ſecuritate mutui ſine ceſſione facta à procuratore, qui ſoluit pecuniam. pagina 277. num. 63.

Vide *Confeſſio, Hypotheca.*

N

Nepos, Pronepos.

PRiuilegium vt maritus pro dotis reſtitutione non conueniatur vltra quam poteſt facere, non competit nepotibus vxoris. p. 453. n. 57

In priuilegiis appellatione filiorum non veniunt nepotes. ibidem.

Nec etiam in materia odioſa filiorum appellatione comprehenduntur nepotes. ibid.

Nepotes, neptes, pronepotes, pronepτes concepti, & nati poſt obitum fideicommittentis, qua ratione non habeantur pro agnatis, & cognatis, ſed pro extraneis. p. 609. n. 162. & 164.

Vide *Legitima.*

Neptis, Proneptis.

Vide *Auus paternus, Auus maternus, Auia, Legatum pro dote, Patruus.*

Nomina debitorum.

Debitor mulieris eo etiam inuito poteſt à muliere cedi marito in dotem, vt marito contra eundem debitorem competat vtilis actio. pagina 567. numero 1.

Vide *Dos æſtimata, Debitor, Mulier ſecundò nubens quoad dotis conſtitutionem.*

Notarius.

Notarius, qui atteſtatur de confeſſione circa receptionem pecuniæ in præſentia ipſius & teſtium, ſi probetur contrarium, puniri debet pœna talionis. p. 405. n. 106.

An excuſetur, ſi ita de conſuetudine poterat ſcribere. ibidem.

Notarius excuſatur à falſitate, quamuis contrarium probetur, cum ſolum ponit in inſtrumento, quod Titius pecuniam numerauit, exburſauit, & tradidit, & quare. ibid.

Vide *Confeſſio dotis recepta, &c. Dotis promiſſæ ſolutæ probatio.*

Nummus.

Dos an poſſit conſiſtere in vno nummo, aut alia re exigua. pag. 23. n. 85.

Mulier in vno nummo dotata an comprehendatur ſtatuto excludente filiam dotatam à ſucceſſione patris. p. 22. n. 84.

Nupta.

Dos, quæ conſtituitur filiæ iam nuptæ habet priuilegia dotis, ſicut aliæ dotes. p. 146. num. 105.

Vide *Pater quoad obligationem dotandi, &c.*

Nuptiæ.

Vide *Promiſſio dotis.*

O

Obligare, Obligatio.

VBi duo ſe obligant pro negotio, quod ad alterum tantum ſpectat, is ad quem negotium non ſpectat, habetur tantum pro fideiuſſore, & ſi totum debitum, vel partem ſoluit, repetit ab alio principali. p. 365. n. 110. & p. 436. n. 229.

Promiſſio duorum, vt bona ſua retineantur vſque ad integram ſatisfactionem dotis continet obligationem in ſolidum. p. 369. n. 135.

In alternatiua ſummarum regulariter minor ſumma cenſetur

cenſetur in obligatione. pagina 370. numero 137.

Si duo centum ſtipulati ſint, in dubio vterque ad virilem partem obligatur, niſi aliud actum ſit. pagina 436. numero 228. & pag. 485. numer. 26.

Pater conſentiens filio deferri decurionatum, cenſetur obligatus pro filio. pagina 493. numero 60.

Qui poteſt alienare, poteſt obligare ſub vſuris. p. 596. numero 114.

Obligatio pro dote, & illius reſtitutione.

Mulier maior 25. annis iuxta diſpoſitionem *leg. fin. Codice ad Velleianum*, poteſt ſe efficaciter obligare pro dote alterius mulieris, nec iuuatur Velleiano, ſiue promittat dotem pro filia, ſiue pro extraneo, & etiam ſi ſit filiafamilias. pag. 359. numero 93.

Etiamſi ſit nupta poteſt ſe obligare pro dote alterius mulieris inſcio viro, etiam ſtante ſtatuto, quod vxor non poſſit ſe ſine viri conſenſu obligare. ibidem.

Diſpoſitio *d. leg. finalis* procedit non ſolum in muliere promittente dotem, ſed etiam in fideiubente pro alio dotem promittente. ibidem & ſeq. num. 94. & 95.

Et principaliter tollit exceptionem Velleiani. p. 360 num. 96.

Procedit in muliere ſe obligante pro dote alterius mulieris iam nuptæ. ibid. n. 97. 98. & pag. 361. numero 99.

Et in muliere ſe obligante pro dote viro data reſtituenda mulieri. p. 361. n. 100.

An extendatur, vt etiam hæres mulieris, vel pater eiuſdem mulieris, ad cuius fauorem alia mulier fideiuſſerit, pro dotis reſtitutione poſſit agere contra mulierem fideiubentem ſine obſtaculo Velleiani. ibidem.

An procedat in muliere ſe obligante ex cauſa donationis propter nuptias, ſeu antefati vxoris. p. 362. num. 102.

Nouerca an poſſit ſe efficaciter obligare pro marito in cauſam dotis priuignæ. ibid. & ſequenti, p. 363. n. 103. 104. 105. & 106.

An poſſit efficaciter ſe obligare nouerca pro marito in cauſam dotis priuignæ. p. 363. n. 103. & 104. & duobus ſequentibus.

Si pater, & patruus ſimul ſe obligarunt pro dote filiæ, patruus ſolum intelligitur interceſſiſſe pro patre, & pater eſt principalis debitor pagina 365. num. 111.

Mulier promittendo, vel intercedendo in cauſam dotis efficaciter obligatur, non adhibita ſolennitate ſtatuti. p. 366. n. 116.

Mulier minor 25. annis pro dote alterius mulieris ſiue promittendo, ſiue fideiubendo non obligatur efficaciter, & iuuatur Velleiano. ibidem numero 118.

An omnes maſculi adulti aliàs ad ſe obligandum, ſiue ob defectum legitimæ ætatis, ſiue ob aliam cauſam inhabiles, ex cauſa dotis obligantur, ſiue dotem promittant pro muliere, quam alias non tenentur dotare, ſiue fideiubeant pro promittente. ibidem numer. 119. ad 129.

Minores habentes curatorem abſque curatoris authoritate non obligantur ex cauſa dotis: cum curatoris authoritate reſpectu mobilium obligantur: ſoli etiam obligantur, ſi curatorem non habeant, licet læſi reſtituantur in integrum. pagina 367. numero 124. & duobus ſequent.

Prodigus, cui interdicta eſt bonorum adminiſtratio & datus curator, an abſque curatoris authoritate obligetur ex cauſa dotis. pag. 368. num. 127. & duobus ſeqq.

Si dos de iuſſu patris ſoluatur filiofamilias cum illo habitanti, pater remanet obligatus in ſolidum ad illius reſtitutionem. pagina 480. numero 8.

Et eiuſdem patris bona pro eadem reſtitutione ſunt tacitè hypothecata. ibid. n. 9.

Nec habet pater beneficium excuſſionis filij. ibidem.

Si dos patre iubente, vel conſentiente ſoluatur filiofamilias ſeorſim à patre habitanti vel emancipato, ipſeque pater ſit præſens traditioni, qua ratione pater obligetur ad dotis reſtitutionem, an pro dimidia parte tantùm, vel etiam teneatur ſolum tanquam fideiuſſor. ibidem numero 10.

Filiusfamilias, cui de iuſſu patris tradita eſt dos, ſi non ſit patris hæres ex eo, quod talem dotem receperit, non obligatur ad dotis reſtitutionem. p. 481. n. 11.

Et quid ſi patris hæredes ei dotem reſtituiſſent ſine cautione de eos defendendo. ibid.

Quid ſi mulier, vel eius pater ſoluerit filio marito dotem contemplatione ſolius filij, vel vtriuſque, vel ſit dubium, an voluerit virumque ſibi obligare, an tunc ſolus filius, vel vterque, vel ſolus pater, de cuius iuſſu dos filio ſoluta eſt, obligatus ſit in ſolidum ad dotis reſtitutionem, ſiue mulieri declarationi acceſſerit patris conſenſus, ſeu voluntas patris, & filij, ſiue non. ibidem, n. 12. & duob. ſeqq.

Quid ſi pater iuſſit dotem ſolui filio tanquam recipienti nomine ipſius patris, vel vt filius eam haberet nomine proprio, an in vtroque caſu pater ſit obligatus. ibid. n. 13.

Quando de iuſſu patris ſoluitur filiofamilias patre præſente, an cenſeantur duo rei debendi in ſolidum. ibid. n. 12. & 14.

Si ſine iuſſu patris dos ſit tradita filiofamilias, pater nullo modo obligatur niſi de filij peculio, & de in rem propriam eiuſdem patris verſo. ibidem num. 15.

Si agatur contra patrem actione de peculio, priùs deducitur de peculio quod patri debetur. pagina 482. n. 16.

Si res dotales extent, pater tenetur in ſolidum illas reſtituere, nec recurritur ad actiones de peculio, & de in rem verſo. ibid.

Et in eiſdem rebus mulier præfertur aliis mariti creditoribus. ibid.

Non extantibus rebus dotalibus recurritur ad actiones de peculio, & de in rem verſo; quo caſu mulier præfertur aliis creditoribus mariti, & an, & quando præferatur patri creditori filij. ibidem.

Vbi pater tantum fuit præſens traditioni dotis factæ filio familias, an pro filio remaneat in ſolidum ad dotis reſtitutionem, ac ſi de eius iuſſu, expreſſóve conſenſu fuiſſet tradita. pag. 482. numero 17. 18. & 19.

Sola præſentia, & ſimplex voluntas ex ea oriens non eſt iuſſus; neque patris iuſſus idem eſt cum ſimplici conſenſu.ibid.

Si pater ſimpliciter conſentit dotem dari filiofamilias an obligetur, & cogi poſſit ad dotis reſtitutionem, etiamſi expreſſe ſit proteſtatus, ſe nolle teneri, ſubireque obligationem pro filio. ibidem numero 18.

Si pater conſentiat filium emancipatum accipere dotem, non tenetur ad reſtitutionem, ibid.

Si pater præſente, vidente ac ſciente filio reciperet à muliere dotem, remaneret ſolus pater obligatus ad dotis reſtitutionem. p.484.n.20.

Si pater præſens ſit, & ſimpliciter conſentiat matrimonio, filiafamilias an iure obligetur pro filio ad dotis reſtitutionem. ibidem num. 12.

Pater an teneatur pro filiofamilias nubente ſe, & bona obligare pro dote reſtituenda. pag. 482. & ſeq.n.17. & 19.

Quando pater, & filius ſimul in eodem inſtrumento confeſſi ſunt ſe dotem recepiſſe à muliere vel eius patre, an ipſe & illius hæredes quilibet eorum ad dotis reſtitutionem obligentur in ſolidum vel tantum pro virili, ſeu dimidia parte, ſiue pater ſolus adminiſtrabat bona, & negotia domus, ſiue ſolus filius, ſiue vterque. p.484. numero 22. ad 28.

Vbi res latiſſimè explicatur vbi conſtat, vel præſumitur totam dotem ad vnum perueniſſe, contra hunc alter habet actionem, vt eum indemnem ſeruet, ſed non mulier ad cogendum vt totam dotem reſtituat.p.485.n.26.

Neque mulier poteſt eumdem prius excutere. ibidem.

Mulieres, & ij, qui illarum partes agunt in contractu matrimonij in ſoluenda dote marito filiofamilias, & eius patri curent, vt vterque expreſſe in ſolidum obligetur ad doris reſtitutionem.p.486.n.28.

Pater pro dote vxoris filiifamilias cum eo habitantis tenetur ſe, & bona ſua obligare. pag. 490. num. 44.

Pro reſtitutione dotis vxoris filij emancipati, vel in poteſtate exiſtentis ab eodem patre ſeorſim habitantis, poteſt obligare bona ſua, ibidem num.45.

In locis, in quibus viget obſeruantia iuris communis, vt pater det donationem propter nuptias pro filio ducente vxorem, non tenetur, nec cogi poteſt obligare ſua bona pro dote filij. ibidem.

Dummodo donatio ſit doti æqualis. ibid.

Vbi non eſt præfata obſeruantia, nec vſus dandi donationem propter nuptias, an pro reſtitutione dotis vxoris filij emancipati, vel ſeorſum ab eo habitantis teneatur, & cogi poſſit pater obligare bona ſua. Affirmatiua. p. 490. num. 46.

Negatiua.p.491.n.52.& 53.

Affirmatiua procedit etiam in auo paterno. p. 490. num. 46.

Ampliatur etiamſi filius ſine conſenſu patris vxorem honeſtam duxerit. p.491.numero 47. & p.492. p.54.

Et iuxta eandem bona patris furioſi & mente capti an cenſeantur obligata pro reſtitutione dotis vxoris filij, etiamſi patri furioſo non fuerit datus curator. p.491.n.48.

Et ſecundum eandem affirmatiuam pater ſanæ mentis recuſans ſe obligare pro dote vxoris filij, qui aliter non poſſet idoneum matrimonium contrahere, eo ipſo cenſetur talem obligationem in ſuis bonis contraxiſſe, vel poteſt à iudice etiam ex ſolo officio cogi ſe obligare, imo eius bona obligare.p.491.n.49.

Etiam bona patris ab eo ſubiecta fideicommiſſo poſſunt iuxta eandem ſententiam alienari pro reſtitutione dotis vxoris filij non ſolum acceptæ eodem patre viuente, ſed etiam eo defuncto. ibidem n. 51.

Eadem affirmatiua limitatur, ſi filius ducat vxorem inhoneſtam, nec conditioni ſuæ congruam. pag.492.n.55.

Vel ſi fuiſſet ingratus. ibid.n.56.

Vel haberet bona propria, per quæ mulier poſſet eſſe ſecura de dote abſque patris obligatione, vel poſſet reperire fideiuſſores. ibidem numero 57.

Vel ſi idem filius ante patris obligationem inuenerit vxorem, licet mulier nollet tradere dotem filio ſine patris obligatione; quod tamen declaratur ſi filius tempore matrimonij non promiſiſſet præſtare patris obligationem. ibidem num. 58.

Limitaturne, ſi patri volenti dotem tradi, & onera matrimonij ſuſtinere, filius nollet dotem dari patri. ibidem num. 59.

Pater conſentiens dotem dari filio emancipato an remaneat obligatus ad dotis reſtitutionem. pag. 493.num.60.

Suppoſita ſententia affirmatiua, quod pater teneatur obligare ſe & bona pro reſtitutione dotis vxoris filij emancipati, & exiſtentis in poteſtate ſeorſim ab eo habitantis, an debeat ſe obligare, & obligetur non vt principalis, ſed ſolum vt fideiuſſor pro filio; & ante filium excuſſum non poſſit conueniri.p.493.n.61.& 62.

Vide *Fideiuſſio, Solutio dotis quibus fieri poſſit.*

Officium iudicis.

Quando in legis promiſſione verba diriguntur ad iudicem, datur, ſeu oritur ſolum Iudicis officium. p.124. n.15.

Quæ regula procedit, ſi verba directa ad iudicem faciendum, inde non oritur ſolum iudicis officium. ibid. n.16.

Iudicis officium præſupponit quaſi obligationem. p.125.n.18.& p.208.n.12.

Quæ tranſit in hæredem.ibid.

P

Paciſci, Pactum.

PActum, quod vir non teneatur ſubire onera matrimonij obſequialia erga vxorem, & è contra,non valet. p.25.n.97.

Pactum, quod vir teneatur alere vxorem, licet dote careat, ſeu nullam dotem ei afferat, valet. ibid. n.99.& p.26.n.102.

Multa non veniunt ex natura contractus, quæ tamen veniunt ex pacto.ibid.

Non ſunt tamen ſeruanda vti inualida pacta contra naturam contractus, ſi lex pactum reprobet, vel pactum occaſionem peccandi præbeat. pag. 26. n.100.& p.27.n.104.

Remiſſio

Notabilium.

Remiſſio ob vim maiorem eſt de natura contra-ctus locationis, valet tamen pactum quod ob vim maiorem non remittatur penſio. pag. 25. numer. 99.

Si pater in contractu dotis paciſcatur, vt diſſo-luto matrimonio per obitum filiæ abſque liberis dos reſtituatur patris hæredibus, & filia expreſſa conſenſerit, valet pactum, nec filia poteſt de dote diſponere. p. 193. n. 87.

Non valet pactum filia expreſſe conſentiente à patre appoſitum in contractu dotis, vt dos, vel dotis pars ſoluto matrimonio per mortem viri remaneat communibus liberis. ibidem.

Pactum, quod dos mortua muliere abſque liberis ad dotantes, vel eorum hæredes reuertatur à fratre, vel à patre appoſitum in dotationis actu, in quo non interuenerit ſoror, vel filia dotata non ratificatur ex ſola superuenienti ſcientia ſororis, vel filiæ eiuſdem pacti, ſed vt cenſeatur ratificatum, requiritur, vt ei inſtrumentum dotale fuerit lectum, & diſtinctè declaratur tenor, & non obſtante tali ſcientia ſoror, vel filia ad libitum poteſt de dote diſponere. ibidem.

Si frater cum tradit nuptui ſororem in dote ei conſtituta, & data ex bonis eiuſdem ſororis, quia à patre relicta apponit pactum in ſui fauorem præſente, & ſciente ſorore ipſa, quæ de pacto in vita conqueſta non fuerit, an ſororis hæres poſſit de pacti nullitate dicere, ibidem numero 87.

Pacta dotalia ſunt ad vnguem obſeruanda, etiamſi per illa auferatur patri libera facultas diſponendi de maiori parte bonorum, pag. 234. numero 81.

Pactum in genere, vt comprehendit quemcumque alium contractum, eſt duorum, pluriúmve in idem conuentio, ſeu conſenſus, videlicet dandum, vel faciendum vni noſtrum ab altero veſtrum. p. 375. numero 12.

Pactum ſtrictè ſumptum qua ratione differat à ſtipulatione. ibidem.

Ad pactum ſufficit conſenſus tacitus, qui præſumitur, cum promiſſio fit præſenti, & tacenti, ibidem numero 13.

Præſens, & tacens præſumitur conſentire in ſibi fauorabilibus, ac proinde illa promiſſio eſt verum pactum, licet quoad figuram appareat pollicitatio. ibid.

Pactum de dando an producat actionem. p. 348. & ſeq. n. 54. & 55.

Pactum factum ſuper dote cenſetur repetitum ſuper augmento dotis, pagina 368. numero 129.

Pactum tacitum, vel expreſſum, quod maritus dotem integrè à ſe ſolutam non repetat, valet. pag. 470. numero 133.

Licitum, & validum eſt pactum, quo maritus vel vxor ſuſcipit in ſe periculum rerum dotalium. p. 665. numero 50.

Valet pactum, vt res dotales ſtatim efficiantur mariti, ibidem.

Quid ſi mulier dederit, vt efficiantur mariti, cum nupſerit, vel ſi nihil tale ſit expreſſum. ibidem.

Vide *Dos profectitia. Dos aduentitia. Dos promiſſa. Extraneus. Frater. Lucrum dotis. Pater. Pollicitatio. Stipulatio.*

Pactum nudum.

Ex pacto nudo ciuilis obligatio non oritur. pag. 1. numero 10.

Pactum nudum quid ſit, ſeu quodnam ſit, latè explicatur. pag. 375. numero 14.

Pacta nuda ſunt, quæ non habent ſpeciale nomen, vt ſunt contractus iuramenti. ibid.

Ex pacto nudo oritur obligatio naturalis, nulla tamen actio ciuilis, & ſic ex eo datur exceptio, ſeu compenſatio. ibid.

Cùm pacto nudo accedit aliquid extrinſecus, quo veſtitur, parit etiam actionem ciuilem, paginæ 376. numero 15.

Veſtitur autem pluribus modis, traditione, ſeu interuentu rei, ſtipulatione alterius contractus innominati, iuramenti, & aliis modis. ibid.

Ex pacto nudo, & ſimplici promiſſione de dote ſoluenda per quemcumque dos marito, vel alteri recipienti pro marito, ſiue cum ſcriptura, ſiue ſine ſcriptura promittatur, oritur efficax obligatio, & datur actio pro dote exigenda. p. 32. n. 17. & 18. & p. 376. numero 16.

Quæ actio eſt perſonalis. Ibidem.

Ex iure tamen antiquo ante *l. ad exactionem, C. de dotis promiſſ.* actio ex pacto dotis promiſſorio dabatur tantum in tribus caſibus. ibid.

Ex pacto nudo quinam effectus oriantur in foro interno, & externo. paginæ 337. numero 18. & 19.

Speciali priuilegio dotis ex pacto nudo, & ſimplici dotis promiſſione datur actio aduerſus promittentem. pag. 349. num. 55.

Ex pacto, ſeu promiſſione de dotando an detur actio contra promittentem. p. 348. & ſeq. num. 54. & 55.

Priuilegium *leg. penultim. Codic. de dotis promiſſione*, quod ex pacto nudo dotis detur actio, etſi conceſſum eſt præcipuè marito, vtile eſt etiam mulieri, & qua ratione. p. 349. n. 56.

An hodie etiam dictum priuilegium locum obtineat, an verò ſtante diſpoſitione *leg. vnica, in principio Codic. de rei vxor. actione*, quod in quacunque dotis promiſſione fingatur ſtipulatio, ſit inutile, & competat ſola actio ex ſtipulatu, ibidem numero 7. & 58.

quod marito vtraque actio ſimul competit. pag. 350. numero 59.

Si pacto nudo incontinenti addatur ſtipulatio expreſſa, & vera, agitur tantùm ex ſtipulatu. pag. 349. numero 58.

Nonnulli caſus, in quibus in fauorem mulieris, & mariti pro dote locum habet priuilegium, tum remedium *l. ad exactionem, C. de dot. promiſſ.* p. 350. numero 59. Ex promiſſione dotis incertæ per pactum nudum facta an detur actio ad petendam dotem, & an in ea fingatur ſtipulatio inducta *d. leg. vnica.* pag. 355. & ſeq. numer. 78. 79. 80. & 81.

Paragium.

Dos de paragio ex ſtatuto danda filiabus, & ſororibus excluſis à ſucceſſione an ſuccedat loco legitimæ, & debeat eſſe legitimæ æqualis. pag. 251. n. 76.

Dos de paragio, ſeu paragium quid ſit, quidve ſignificet. ibidem.

Paragium an tranſmittatur ad filiæ hæredes. ibidem.

Paraphernalia.

Bona mulieris, ſeu vxoris ſunt triplicis generis, dotalia, paraphernalia, & extra dotem, & declaratur quæ talia dicantur, & quomodo differant. pag. 294. num. 109.
Paraphernalia vnde talia dicantur. ibid.
Eorum cuſtodia, & adminiſtratio tacitè cenſetur à muliere commiſſa marito, licet poſſit impedire talem adminiſtrationem, & illam ad ſe reuocare conſtante matrimonio, etiam marito non vergente ad inopiam ibidem.

Parentes.

Parentis appellatione quando veniat mater, pagina 641. numero 275.

Pars.

Pars in dubio intelligitur de dimidia, pag. 410. numero 129.

Pater.

Pater relicta filiæ legitima de reliquis bonis poteſt diſponere ad libitum. p. 207. n. 7.
Pater relinquendo filiæ legitimam videtur ſatisfeciſſe ſuo officio. ibid.
Lex, & ſtatutum quoad dotationem filiarum non tantùm confidit de fratribus, & propinquis, & aliis, ſicut de patre: pagina 533. numer. 74.
Lex confidit de facto patris. ibid.
Pater ſimpliciter dotando filiam videtur conformare tacitè voluntatem ſuam cum legis diſpoſitione. p. 100. n. 150.
Pacto nudo, & ſine ſtipulatione pater in dote non poteſt ſibi quærere. pagin. 101. numero 151.
Pater deuoluta ad filium infantem ex quacumque ſucceſſione etiam non agnita iure patrio poteſt capere. p. 109. n. 182.
Pater habet vſumfructum in dote aduentitia vxoris filij, ſi tamen ipſe ſuſtineat onera matrimonij. p. 487. num. 32.
Vide *verba ſequentia*, *Æs alienum*, *Æqualitas*, *Donatio*, *Dos profectitia*, *Dos aduentitia*, *Dos nondum à patre promiſſa*, *Dos congrua*, *Obligatio*, *Obligatio pro dote*, *Priuilegium vt quis damnetur ſolum*, *&c.* *Solutio dotis quibus*, *&c.*

Pater quoad obligationem, vel deobligationem dotandi filias.

Pater an iure naturali obligante in conſcientia teneatur dotare filiasfamilias, pagina 2. numero 1.
Vbi negatiua. p. 3. n. 2.
Vbi affirmatiua.
Tenetur dotem dare etiam vltra quantitatem alimentorum neceſſariorum, ſi alioqui non poſſet nubere. ibid. n. 3.
Tenetur iure naturali dotare etiam filiam emancipatam. ibid. n. 4.
Obligatio paterna dotanti filias non oritur ex patria poteſtate, ſed ex coniunctione ſanguinis, & pietate paterna erga filios, ibid.
Eadem obligatio non poteſt ſtatuto, vel lege Principis tolli. ibidem numero 5.
Neque à patre poteſt in teſtamento prohiberi filias ſuas ab hæredibus dotari. ibidem & ſeq. numer. 5. & 6.
Obligatur pater iure naturali dotare filias legitimas naturales, & ſpurias, pag. 121. numero 7.
Filia non poteſt renunciare patri, vt pater eam non dotet, & renunciatio eſſet nulla, licet iuramento firmata. ibidem.
Et ſi renunciaſſet ſucceſſioni paternæ, non repelleretur à iure petendi dotem, & alimenta. ibidem.
Pater iure ciuili obligatur congruam dotem pro matrimonio date filiabus ſuis legitimis, & naturalibus, tam in poteſtate exiſtentibus, quàm emancipatis, & eo impotente auus paternus. p. 122. n. 8. & 10.
Officium paternum eſt dotare filias, licet in ſubſidium teneantur etiam alij coniuncti, ibidem numer. 8.
Pater diues, qui ex propriis bonis poteſt filias dotare, an auus paternus habens illas in poteſtate teneatur eaſdem filias dotare, opinio quod auus. p. 123. numero 11.
Altera quod pater. ibid. numer. 12.
Dotandi onus non prouenit à patria poteſtate, ſed ex coniunctione, & iure ſanguinis. ibid.
Paternum officium filias dotandi à lege patri iniunctum eſt neceſſitatis, non liberalitatis. pagina 124. numero 14.
Pater ad dotandum filias an cogi poſſit ſolo iudicis officio, an etiam iure actionis, ibidem numero 15. & 16.
Quando dos peti poſſit iure actionis. p. 125. n. 17.
Pater tenetur ad duo, ſcilicet collocare filiam in matrimonio, & dotare: pagina 126. numero 21.
Ad vtrumque ſi ſit negligens, & filia nubilis, poteſt cogi, & qua ratione tum à filia, tum à coniunctis, tum à iudice etiam ex officio, & an compulſio poſſit fieri per iudicem Eccleſiaſticum contra patrem laicum negligentem dotare filiam. ibidem numero 21.
Iudex abſente patre poteſt filiæ nubili dotem conſtituere ex bonis paternis. ibidem.
Iure ciuili pater per iudicem cogi poteſt ſolum, vt filiam in poteſtate conſtitutam nubilem volentem nubere collocet in matrimonio, non emancipatam, & quæ ratio differentiæ, ibidem numero 22.
Iure verò naturali poteſt quandoque pater eſſe obligatus filiæ emancipatæ quærere matrimonium. ibidem.
Pater tenetur iure ciuili etiam filiam legitimam diuitem, quæ ex propriis bonis poſſet ſe dotare, & quid iure naturali. pag. 127. & ſeq. numer. 23. 24. 25.
Non teneretur ſi ipſe eſſet inops. pagin. 424. numero 32.
Dos per patrem debet præſtari in ipſius vita, & tota ſimul. p. 128. n. 28.
Non poteſt præſtari in vſufructu fundi, ſed præſtari debet in plena proprietate. ibid.
Filiam ab extraneo, vel à marito dotatam pater etiam tenetur dotare de ſuo. pag. 129. numero 32.
Doctores ſcribentes quandonam pater præſumatur filiam de ipſius bonis, vel de propriis dotaſſe, & reprehenditur Hothomanus. p. 129. n. 33. & 34.
Pater ſimpliciter promittens, vel ſoluens dotem pro filia habente bona materna, vel alia aduentitia

titia præſumitur conſtituiſſe dotem ex bonis propriis, non ipſius filiæ, licet diuitis, & vel in poteſtate, vel emancipatæ. pagina 130. num.37.

Pater ſimpliciter promittens pro filia vidua dotem ſecundo marito, non præſumitur promiſiſſe nouam dotem, ſed priorem datam primo marito, ſiue dos fuerit per patrem ab hæredibus mariti exacta, ſiue non.ibid.n.38.

Pater, qui ſimpliciter dotem pro filia promiſit, non poteſt poſtea declarare, & proteſtari, ſe promiſiſſe, & ſoluiſſe de bonis filiæ. ibidem n.39.

Pater ſimpliciter promittens dotem ſeu dotans filiam præſumitur de ſuis bonis facere, etſi ſit adminiſtrator bonorum filiæ, vel curator, tutor, vel debitor filiæ. p.131.n.41.42.

Quid ſi promiſerit dotem excedentem vires patrimonij ſui, vel ſoluta dote promiſſa non ſupereſſent bona pro dotibus aliarum filiarum, & pro legitima filiorum. ibid.n.43.

Pater, vel auus paternus non præſumitur dotem filiæ, vel nepti conſtituiſſe ex bonis matris filiæ, ſed ex propriis.ibid.n.48.

Pater ſimpliciter dotans filiam,ſeu pro ea dotem promittens, ſi ſit penitus inops, vel careat bonis ſufficientibus ad ſoluendum dotem promiſſam, præſumitur promiſiſſe de bonis filiæ, quatenus bona propria deficiunt.ibid.n.49.

Quando filia prius de bonis ſuis dotem promiſit, & poſtea illam ſoluit, an præſumatur ſoluiſſe de bonis filiæ, vel de ſuis propriis.p.132.n.50.

Pater, qui vnam filiam iam dotauit partim de bonis propriis, & partim de bonis filiæ, poſtea ſimpliciter dotans aliam filiam, an præſumatur & hanc dotaſſe de bonis propriis & ipſius filiæ. pag.132. n.51.& 52.

Pater ſimpliciter dotans filiam, ſeu pro ea dotem promittens, an præſumatur dotare, ſeu promittere de bonis filiæ quando non ſupereſſent alia bona ſufficientia ad legitimam aliorum filiorum. ibidem n.53.54.

Si non ſupereſſent alia bona pro dotibus aliarum filiarum præſumitur dotem non de bonis filiæ, ſed de bonis ſuis promiſiſſe, ſi ſunt ſufficientia ad dotem promiſſam.p.133.numer.55.

In Regno Caſtellæ pater ſimpliciter promittens dotem, vel dotans communem filiam cenſetur promittere & dotare de bonis conſtante matrimonio lucratis communibus inter maritum, & vxorem, ſi conſtante matrimonio dotauit.ibid.n.56.

Quid ſi ſoluto matrimonio poſt matris mortem dotauit.ibid.n.57.

Quid in Regno Portugalliæ. p.134.n.58.

Pater ſi dixerit ſe dotem dare, vel promittere de ſuis bonis propriis, & de bonis filiæ maternis, vel aliis aduentitiis, intelligitur dotare & promittere tantum de bonis propriis principaliter, & in ſubſidium de bonis filiæ.ibid.n.59.

Idem ſi dixerit ſe dotem conſtituere de bonis filiæ, & ſuis. p.134.n.60.

Extenditur etiamſi filia ſit diues. ibidem num. 61.

Et etiamſi dos ſit exceſſiua, ſi ad ſoluendum ſufficiant patris facultates.ibid.n.62.

Et etiam ſi promiſſio dotis fuerit facta filiæ ipſi, non genero.p.135.n.63.

Si pater promittens dotem de bonis ſuis filiæ animo intendiſſet promittere partem dotis de bonis filiæ, an in foro conſcientiæ excuſaretur à ſoluenda tota dote.p.134.n.62.

Etiamſi promiſſioni paternæ dotis de bonis ipſius patris, & eiuſdem filiæ expreſsè filia conſenſiſſet, adhuc in ea veniunt principaliter bona patris. p. 135. num. 64.

Etiamſi filia conſentiens renunciauerit bonis maternis, non venirent æquè principaliter in ea promiſſione bona materna, ſi filia per errorem putans æquè principaliter illis renunciaſſet. ibid. num.65.

Quid ſi filia ſciens non venire ſua bona materna æquè principaliter illis renunciaſſet. ibidem numero 65.66.

Promiſſioni patris declarantis, quod promittebat dimidiam partem dotis de bonis ſuis, & dimidiam de bonis filiæ, æquè principaliter de ſuis, & filiæ bonis, ſi filia expreſſe, vel tacitè conſenſerit, an filiæ bona pro medietate dotis remaneant obligata, & non poſſit amplius cogere patrem, vt nouam dotem de ſuis bonis ſibi conſtituat.p.137.n.77.

Si pater in promiſſione dotis pro filia dixerit, promitto mille computato omni, & toto eo, quod ei debetur ex bonis maternis, vel aliunde, an dos cenſeatur conſtituta principaliter ex bonis filiæ, & in ſubſidium ex bonis patris. pag. 138. num.78.79.80.

Et quid ſi eius negotium in dicta promiſſione ſit vtiliter geſtum. ibid.

Si pater promiſit ſimpliciter dotem, vel de bonis ſuis, & filiæ, & penitus inops nullas habens facultates, vel non habens ſufficientes ad totam dotem ſoluendam, præſumitur dotem conſtituiſſe de bonis filiæ, quatenus ipſe non eſt ſoluendo. p.139.n.82.

Neque vt filiæ bona remaneant obligata, requiritur filiæ conſenſus.ibid.

Neque etiam pater rediens ad pinguiorem fortunam tenebitur de ſuo ſoluere.ibid.

Pater, qui dotem ſimpliciter promiſit, vel de bonis ſuis, & filiæ habens facultates ſufficientes ad integram dotem ſoluendam, ſi ea ſoluta non remanebunt bona ſufficientia ad ſuam, & familiæ ſuſtentationem, an intelligatur adhuc de ſuis bonis tantum promiſiſſe, & ſoluere teneatur totam dotem; an verò tantum quatenus non egeat, & etiam deducto ære alieno. ibidem numer.83.ad 86.

Pater neque iure naturali, neque ciuili tenetur de ſuo dotare filiam naturalem diuitem habentem de proprio, vnde congruè dotari poteſt. pag.140. num. 87.

Et ſic ſimpliciter promittens dotem pro filia naturali, cuius bona adminiſtrat, intelligitur de bonis filiæ dotem conſtituiſſe.ibid.

Idem ſi filiæ naturalis debitor, licet eius bona non adminiſtret.ibid.n.90.

Pater an teneatur filiæ quæ de eius conſenſu, & eo ſciente, & non contradicente nupſit ſine dote, & dotis promiſſione vlla, dotem congruam dare.p.143.& ſeq.n.97.& 98.

Filia ſimpliciter nubendo abſque dote, & ſine illius promiſſione, non cenſetur doti, vel legitimæ renunciaſſe.p.144.n.98.

Filiæ nuptæ ab extraneo congruenter dotatæ pater tenetur, & cogi poteſt conſtituere dotem congruam ex propriis bonis, niſi conſtaret extraneum dotaſſe patris contemplatione. ibidem numero 100.

Filia nupta cum modica dote poteſt cogere patrem ad dandum ſibi ſupplementum vſque ad congruam dotem.p.145.n.101

Filiamfamilias maiorem 25. annorum, quæ inſcio, & inuito patre nupſit viro digno etſi diuiti ſine dote, & dotis promiſſione pater tenetur, & cogi poteſt congruenter dotare.p.146.n.107.

Idem etiam ſi nupſerit viro vili, & indigno, libero tamen.ibid.n.108.

In hoc tamen caſu poteſt pater iuxta conditionem viri aſſignare minorem dotem, quàm debuiſſet date, ſi digno nupſiſſet. ibid.

Quid ſi filiafamilias ante 25. annum, non tamen ante tempus à lege municipali, vel iuxta morem & conſuetudinem patriæ nupſerit digno, vel indigno ſine patris conſenſu, an tunc etiam ſit à patre dotanda.p.147.n.109.

Filiæ maiori 25. ætatis annorum nubenti mancipio ſine patris conſenſu pater non tenetur dare dotem. ibid.num.110.

Si ipſa & maritus eſſent omnino pauperes, teneretur pater exhibare alimenta ad vitæ ſuſtentationem neceſſaria. ibid.

Filiamfamilias minorem 25. annis ſine conſenſu parentum nubentem an pater iure ciuili tenestur dotare ſiue nupſerit digno, ſiue vili, & indigno. p.149 n.119.ad 126.

Et quid ſi pater etiam ſit turpis, & vilis. p. 152. numero 129.

Vel ſi pater volebat filiam eandem virò indigno tradere. ibid. n. 130.

Ad euadendas pœnas latas contra filias nubentes ſine conſenſu patris ſufficit conſenſus tacitus, & ex poſtfacto, & quando hic conſenſus præſumatur. ibid.n.131.

Filiamfamilias minorem nubentem ſine patris conſenſu, an iure Canonico teneatur pater dotare, ſiue nupſerit digno, ſiue indigno, & vili, & ſiue ipſa ſit diues, vel dotem promiſerit, ſiue non. ibidem num.133.ad 140.

Quibus in caſibus filia minor poſſit nubere inuitis parentibus.ibid.134.

In Regno Portugalliæ, & Franciæ per ſtatuta particularia filiæ minores ſine parentum conſenſu nubentes priuantur ſucceſſione, & legitima, ac alimentis. p.154.n.141.

Præfata ſtatuta an valeant, & non procedant, ſi filia nupſerit digno. ibid.n.142.ad 148.

Si dum pater tractabat collocare filiam minorem in matrimonium tempus 25. annorum vel ſtatutarium, aut conſuetudinarium labatur, & eo elapſo filia nupſerit ſine patris conſenſu, vel peccauerit in corpus ſuum, an ſubiaceat pœnis nubentium ſine patris conſenſu, vel peccantium in corpus ſuum.p.155.& ſeq. n. 151.

Filiæ excedenti ætatem nubilem nondum nuptæ pater tenetur aſſignare dotem congruam.pagina 156.numer.151.

Pater Iudæus, & infidelis tenetur dotare filiam ad fidem Catholicam conuerſam.p.159.n.164.

Si haberet tantum bona ex vſuris, & illicito quæſtu acquiſita, an filia poſſet petere dotem, & ſi habuiſſet debeat reſtituere.ibid.

Si pater & filia ſint Iudæi, circa dotem ſeruandum eſt ius commune. ibid.n.165.

Si pater Catholicus, & mater Iudæa ſit, ſeu infidelis, an mater teneatur dotare filiam Catholicam, licet pater ſit diues.ibid.n.166.

Si tam pater, quàm mater ſint infideles, pater potius tenetur dotare.ibid.

Pater hæreticus tenetur dotare filiam hæreticam.ibid. n.167.

Pater Catholicus an, & quomodo teneatur dotare filiam hæreticam. pagina 160.num.168.

Pater fidelis an teneatur dotare filiam Iudæam, & infidelem.ibid.n.169.

Pater non tenetur iure ciuili dotare filiam illegitimam purè naturalem diuitem, quæ de ſuo poteſt ſe dotare. p.160.n.174.

Eodem iure ciuili eam tenetur dotare, ſi aliundè non habeat.ibid.n.176.

Minor tamen dos debetur filiabus naturalibus, quàm naturalibus & legitimis. p.161. n.177.

Et non debet eſſe minor quantitate alimentorum, quæ pro tota vita illi debentur iuxta conditionem perſonarum patris, filiæ, & paternam facultatem, & morem patriæ.ibid.n.178.

Foret verò augenda à patre, ſi alioqui non inueniretur ei maritus idoneus. ibid.n.179.

Poſſunt etiam pro dote filiæ naturalis alienari bona fideicommiſſo ſubiecta, etiam cum prohibitione expreſſa alienandi ex cauſa dotis.ibid.n. 181,

An teneatur pater dotare filiam naturalem, quæ ſine eius conſenſu nupſerit. pagina 162. numero 182.

Non debitor filiæ, neque bonorum illius adminiſtrator, ſi ſimpliciter dotauerit filiam naturalem diuitem cenſetur dotaſſe de ſuo, & animo donandi. ibid.n.172.

Iure Canonico pater tenetur doctore filiam ſpuriam non habentem aliunde vſque ad quantitatem alimentorum in tota vita ei debitorum.p.163.n.194.

Quorum æſtimationem ſi dos notabiliter excederet, exceſſus eſſet nullius, & reuocari poſſet.ibid.n.195.

An conſtante, vel ſoluto matrimonio poſſit reuocari à marito, vel à filia ipſa. p. 164. n.196.

Non debet tamen eſſe minor æſtimatione dictorum alimentorum, attenta dignitate, & aliis circunſtantiis perſonarum, patrimonij, & moris patriæ. ibid. num 198.& 199.

Dos trium millium, & quingentorum ducatorum filiæ ſpuriæ nobiliſſimi, & locupletiſſimi viri conſtituta, iudicata fuit congrua.ibid.n.99.

Quid ſi filia ſpuria ſine conſenſu patris nuberet. pag. 164.num.201.

Pro conſtituenda dote filiabus ſpuriis pro matrimonio carnali, & ſpirituali poſſunt alienari bona fideicommiſſo ſubiecta, etiam cum prohibitione alienationis ex cauſa dotis.ibidem num.202.

Pater tenetur dotare filiam naturalem, vel ſpuriam legitimam.p.165.num.211.

Pater inops, qui non habet vnde ſe & familiam honeſtè alat, & ſimul filiam dotet, non tenetur ad illam dotandam.p.168.n.222.& n.213.

Item ſi non poſſit ſatisfacere æri alieno dote ſoluta. ibid.n.223.

Ad cognoſcendum vtrum poſſit ſe & familiam alere, & ſimul filiam dotare, attendi debent redditus, non quantitas patrimonij. ibid.n.223.

Et de tempore litis conteſtatæ, vel tempore ſententiæ, & neceſſitatis dandi actualiter dotem. ibidem numero 224.

Et ad patrem ſpectat onus probandi inſufficientiam redditunm ad ſe alendum, & ad dotandam filiam. p.169.n.225.

Et ſi ob paupertatem pater non poſſet deductis ſuis alimentis honeſtis ſoluere integram dotem, poſſet autem partem, ad hanc dandam tenetur. ibidem numero 226.

Pater ex quibus cauſis poteſt filios exhæredare, ſeu legitima priuare, poteſt & filiabus dotem denegare. ibid.n.230.

Ad patrem volentem denegare dotem ſpectat onus probandi filiam fuiſſe ingratam, & cauſam ingratitudinis.ibid.

Vide

Vide *Dos nondum promiſſa, Fideicommiſſum, Obligatio pro dote.*

Patientia.

Patientia quandonam operetur conſenſum.p.285.numero 92.

Patrimonium.

Patrimonium quando ſit ius vniuerſale. pagina 22. numero 83.

Qua ratione dos data filiæfamilias viuente patre non cenſeatur exiuiſſe omnino ex eiuſdem patris patrimonio. 238.n.15.

Patruus.

Dos à patruo data, vel relicta nepti ex fratre in dubio an præſumatur data, vel relicta contemplatione patris, & ſit profectitia, an verò donata. pag.84.numer.90.

Quid ſi patruus erat ſocius fratris vniuerſorum bonorum, an tunc cenſeri debeat dediſſe dotem nepti nomine ſocietatis, & non donaſſe neque fratri, neque nepti.ibid.

Patruus vt hæres, & ſucceſſor in fideicommiſſo, vel maioratu, aut primogenio, vel ex ſtatuto ſuccedens ab inteſtato excluſa filia, vel nepte, de cuius ſucceſſione agitur, eandem neptem ex fratre dotare tenetur.p. 194.n.94.

Patruus diues, vt patruus an teneatur in ſubſidium dotare neptem ex fratre pauperem, & in qua quantitate, ibidem, & ſequentibus. num. 95. 96. 97.98.

Et approbatur affirmatiua, quæ procedit etiam in foro conſcientiæ. p.105.numero 96.

Patruus clericus beneficiatius filios, & filias fratris pauperes alere, & dotare poteſt, & tenetur ex redditibus beneficij Eccleſiaſtici, ſi alia bona propria non habeat. p.196.numer.99.

Vide *Frater.*

Pauper, Paupertas.

Vbi lex facit mentionem de paupertate reſpectu certi effectus v. g. certi debiti ſoluendi, pauper dicitur, qui non habet facultates ſufficientes ad ſoluendum illud debitum, pagina 133. numero 55.

Qui indiget neceſſariis ad decentiam ſtatus, dicitur, & eſt pauper. p.222.num.81.

Quod erogatur iuxta ſtatum perſonæ eſt eleemoſyna, & opus pium. ibid.n.82.

Peculium.

Peculium profectitium patri acquiritur quoad proprietatem, & quoad vſumfructum. pag.95. num. 127.

Vide *Obligatio pro dote.*

Periculum, Periculum dotis.

Vbi pater, & extraneus non debitor mulieris, ſed donator dotis nulla præcedente confeſſione dotis receptæ promiſit dotem pro muliere, & non ſoluit ante euenientem reſtitutionis caſum, an, & quando periculum dotis ſit vxoris, non mariti, marituſque, vel eius hæres ceſſione actionum liberetur, vel reſtituere teneatur, & cogi poſſit. p.423. n. 175.

Periculum rerum, quæ in dotem datæ ſunt, ad maritum ſpectat, & quomodo ad eundem ſpectet periculum immobilium. p.567.n.1.

Periculum nominis debitoris in dotem dati quando currat marito, vel mulieri, ibidem, numero 9.

Vide *Dos æſtimata, Dos inæſtimata.*

Pignus.

Pignus accipitur pro re oppignorata, & pro contractu pignoris.pag.3.n.4.

Pignoris nomine intelligitur etiam hypotheca.p.498. num.74.

Pignus loco rei cedit, fideiuſſor vero loco debitoris. p.499.n.77.

Pignoris fructus regulariter computantur in ſortem. p.731.num.41.

Vide *Fructus dotis.*

Pœnitentia.

Pœnitentia tollit omnem maculam præteritam, & facit vt delinquens habeatur, ac ſi non deliquiſſet. pagina 171.num.241.

Pollicitatio, Simplex promiſſio.

Pollicitatio eſt promiſſio ſolius offerentis. p. 337. numer. 17.

Quænam ſit differentia inter pactum nudum, & pollicitationem, ſeu ſimplicem promiſſionem. ibidem.

Secundum vnam opinionem pollicitatio propriè eſt ſimplex promiſſio facta abſenti abſque litteris & nuntio, & nullo præſente acceptante pro altero: iuxta aliam opinionem, eſt promiſſio facta præſenti nullo præcedente tractatu partium; pactum verò præcedente tractatu partium promiſſo ſit præſenti expreſſe acceptanti. ibidem, num.17.& 18.

Prima opinio approbatur.ibid.

Pollicitatio, ſeu ſimplex promiſſio facta præſenti vere eſt pactum nudum, & tantum quoad figuram pollicitatio.ibid.

Simplicem promiſſionem factam præſenti, tacenti, & non expreſſè conſentienti aliqui ſenſerunt poſſe reuocari ante expreſſum conſenſum; contrarium, & eſſe irreuocabilem eſt verius. pag.338. numero 20.

Pollicitatio, ſeu ſimplex promiſſio, vel donatio facta abſenti ante acceptationem de iure ciuili non parit obligationem ciuilem, & actionem in foro extraneo.ibid.n.21.

Neque etiam vllam obligationem naturalem, ſtante diſpoſitione eiuſdem iuris ciuilis. pagina 339. numero 22.

Et neque etiam de iure Canonico parit aliquam obligationem, & reuocari poteſt ad libitum. Ibid.n.23.

Ex ſimplici pollicitatione, ſeu promiſſione non competit exceptio.ibid.

De iure naturæ an pollicitatio, ſeu ſimplex promiſſio, vel donatio facta abſenti ante omnem acceptationem pariat naturalem obligationem, & ſit irreuocabilis affirmatiua.p.340.n.24.

Negatiua. ibid.& ſeq.n.25.26.

Simplex promiſſio, vel donatio facta ciuitati, vel

Reipublicæ ob bonum publicum, vel cauſa gratitudinis an,& qua ratione obliget ante acceptationem. ibid. & ſeq.n.24. & 27.
De iure Regni Caſtellæ an ſimplex promiſſio vel donatio facta abſenti pariat obligationem, & ſit irreuocabilis ante acceptationem. pag. 341. & ſeq. n.28.& 29.
Et an ſufficiat ſi per quemcumque promiſſio, vel donatio innoteſcat promiſſario, vel donatario. pag. 342.n.30.
Pollicitatio, ſiue ſimplex promiſſio, vel donatio facta ad pias cauſas non per modum voti, ſed directa ad ipſam cauſam piam, v. g. facta immediatè homini, ſcilicet Eccleſiæ, vel pauperi in eius gratiam principaliter,an obliget ante acceptationem.ibid.n.31.32.
Quando eſt facta Deo, & per modum voti obligat ſtatim.p.343.n.33.
Et quid in dubio an ſit facta Deo, vel ipſi cauſæ piæ principaliter.ibid.n.34.
Vbi promiſſio, vel donatio eſt facta Deo, ante hominis acceptationem poteſt tolli illud votum per diſpenſationem, vel per commutationem Epiſcopi.ibid.
Secus quando eſt ſequuta hominis, ſeu cauſæ piæ acceptatio. ibid.
Fauore cauſæ piæ quilibet priuatus poteſt acceptare promiſſionem, vel donationem eidem cauſæ piæ factam. p.344.n.35.
Simplex promiſſio, vel donatio facta abſenti firmata iuramento an, & quando obliget, & ſit reuocabilis ante acceptationem. ibid. n. 37.38.39. & 40.
Pollicitatio, ſeu ſimplex promiſſio, vel donatio facta infanti carenti adhuc vſu rationis an ante vllam acceptationem obliget, & ſit irreuocabilis. p.345.n.41.& 42.
Ex pollicitatione, ſeu ſimplici promiſſione doris facta abſenti mulieri nullo præſente pro ea acceptante, an ſtatim obliget, & inducatur actio ad eam dotem petendam, quaſi eadem mulier eſſet ſtipulata. pag.345. numer.83.& 84.
Vbi approbatur negatiua.ibid.
Induceretur actio ſi promittente in eadem voluntate perſeuerante mulier abſens conſenſum præſtiterit. p.346.n.43.
Mulieri abſenti pro qua ab extraneo dos marito promittitur, vel datur, quæritur actio ex ſtipulatu, quaſi ipſa pro ſe eſſet ſtipulata, & qualiter hoc ſit intelligendum. ibid.n.46.

Poſſeſſio.

Vitioſè poſſidenti non prodeſt poſſeſſio non vitioſa anteceſſoris.p.568.n.7.

Poſſeſſor malæ fidei

Hæres mala fide incipiens poſſidere rem aliquam, quam defunctus bona poſſidebat, tenetur illam reſtituere, nec poteſt illam præſcribere iuxta forum conſcientiæ, & Canonicum, poteſt autem præſcriptionem bona fide à defuncto inchoatam continuare, & perficere iuxta ius ciuile. pagina 568. numero 6.
Poſſeſſor malæ fidei rei alienæ, puta prædo, qui rem alteri commodauit, vel pignori dedit, vel apud eum depoſuit, ſi repetat actione ex contractu commodati, aut depoſiti, aut pignoratitia, illi eſt reſtituenda, nec admittitur exceptio de non dominio; ſecus ſi repeteret rei vindicatione. ibid. num.8.
Ratio differentiæ inter repetitionem rei alienæ alteri traditæ per actionem ex contractu, & repetitionem rei vindicatione. ibid. Si dominus, & prædo, qui apud alterum depoſuit rem furtiuam, concurrant ad petendam rem depoſitam, debet præferri dominus.p.569.n.9.
Vide *Res aliena.*

Præfatio.

Præfationes præcedentes declarant diſpoſitionem dubiam. pagina 624. numero 225.

Præiudicare, Præiudicium.

In dote conſtituta pater etiam conſentiente marito eius non poteſt præiudicare filiæ ſine eius conſenſu, & quomodo intelligatur patrem in dote non poſſe filiæ præiudicium inferre. p. 231. num. 2.
Vide *Prælatus.*

Prelatio.

Vide *Hypotheca pro dote.*

Prælatus.

Prælatus Eccleſiæ poteſt illi præiudicare negligendo. pagina 507. num.106.

Præſens, Præſentia.

In his, quæ deferuntur ex diſpoſitione iuris, ſeu legis, non requiritur præſentia in præiudicialibus ſine contradictione non induci conſenſum. p. 482. num.18.& 19.

Præſcriptio.

Actiones perſonales condictionis ex lege, petitionis hæreditatis, dicendi nullum teſtamentum, competentes filiis pro eorum legitima conſequenda, & omnes conditiones perſonales ſpatio 30. annorum præſcribuntur.p.547.n.12.
Ad actionis hypothecariæ præſcriptionem requiritur quadraginta annorum ſpatium. pagina. 481. n.12.
Vt ius, ſeu actio ad ſupplementum legitimæ præſcribatur, debet concurrere poſſeſſio in eo, qui allegat præſcriptionem, ita quod ſi filius illo ſpatio 30. annorum poſſediſſet, non fuiſſet præſcriptum ſupplementum.ibid.
Præſcriptio præfata 40. annorum non currit contra filium hæredem, & poſſeſſorem bonorum grauatum de reſtituendo ad eum excludendum à legitima.ibidem.
Præſcriptio rei alienæ ſibi in dotem datæ conſtante matrimonio à marito profecta, & completa prodeſt vxori etiam habenti malam fidem. p. 568. num.7.
Poſſeſſor bonæ fidei præſcribens rem alienam ſibi ab altero datam, præſcribit in vtilitatem eius, qui rem tradidit, & præſcriptionis occaſionem præſtitit.ibid.
Maritus, & quilibet alius poſſeſſor bonæ fidei rei alienæ iure Digeſtorum præſcribit longo tempore, iure autem *auth. malæ fidei*, *Codic. de præſcriptione longi temporis*, requiritur ad præſcriptionem

ptionem dominij tempus triginta annorum, ſi dominus ignorauit alienationem ſoæ rei, ibidem nometo 7.
Prædicta *auth. mala fidei* procedit ſolum quoad præſcriptionem dominij. ibidem.
Maritus cui data eſt in dotem res aliena facit fructus ſuos etiã hodie non obſtante mala fide vxotis. ibid.
Vide *Res aliena.*

Præſumptio, Præſumptio iuris.

Præſumptio iuris dicitur, & eſt clara, ac liquidiſſima probatio. p.43.n.71.
Si ſtatuum probationem inſtrumentalem requirat, ſufficit præſumptio iuris.ibidem.
Quæ in facto conſiſtunt, non præſumuntur. pagina a83.num.80.
Et ſola conſuetudine non inducitur præſumptio conſtitutionis dotis. ibid.
Præſumitur fieri id, quod eſt ſolutum ſi ſit vniforme, non verò ſi eſt variabile.ibidem.
Aduerſus præſumptionem iuris, & præſumptionem iuris & de iure, quomodo probatio admittatur. p.353. num.69.
Aduerſus fictionem legis nulla admittitur probatio. ibidem.

Poteſtas patria.

Vide *Dos profectitia, Pater quoad obligationem dotandi.*

Pretium.

In rebus, ſeu iudiciis particularibus regulariter neque pretium ſucceſſit loco rei, neque res empta ex pecunia ſuccedit loco pretij.p.15.n.64.
Vide *Subrogatio.*

Primipilus.

Primipilus, primipilarius quis dicatur, quidque ſit primipilos tam apud Romanos, quàm apud Iureconſultos.p.392.n.185.
Hodie primilus, ſiue primipilarius dicitur generalis Theſaurarius, Depoſitarius, & Camerarius principis, qui Principis pecunias, ſeu introitus colligunt, & adminiſtrant.p.323.n.186.
Fiſcus pro debito fiſcali Theſaurariorum, Depoſitariorum, & Camerariorum præfertur aliis eorum creditoribus etiam ex cauſa dotis. ibid.

Primogenitura, Primogenitus.

Primogenij, ſeu maioratus à parte propria aothoritate conſtituti ſuper omnibus bonis non relicta legitima aliis liberis non conſentientibus in inſtitutionem nulla eſt inſtitutio, & primogenitus ſucceſſor tenetur aliis liberis præſtare legitimam, & alimenta,& etiam ſi alij filij expreſsè alimentis renunciaſſent. p.213.numero 40.
Et congruam dotem dare ſororibus legitimis, & illegitimis. ibidem.
Primogenitus ſucceſſor in maioratu inſtituto aothoritate Principis ex omnibus bonis inſtitutoris ſine cum onere,ſiue ſine expreſſione oneris relinquendi aliis filiis alimenta, vel etiam cum expreſſione non reliquendi aliis filiis eadem alimenta tenetur fratribus, & ſororibus etiam illegitimis alimenta, & dotes præſtare. pag.214.n.41.42.&43.
Frater primogenitus ſuccedens in tota hæreditate patris tenetur dotare ſorores diuites.ibid.n.44.
Et ſorores, quibus pater dotes non relinquit, ſeu conſtituit, tametſi mater, vel auus maternus exſtent, & ſint diuites.ibid.n.45. Et etiamſi eædem ſorores ſint diuites, ibid. n.46.
Si pater inſtitutor maioratus filiabus dedit dotes congruas, quæ poſt eius obitum deuenerunt ad paupertatem, frater primogenitus ſucceſſor in maioratu non tenetur eas iterum dotare, ſi habeant matrem, vel auum maternum diuites. pagina 215. num.47.
Si primus maioratus, ſeu fideicommiſſi inſtitutor cæteris liberis aſſignauit, & præſtitit congrua alimenta, & congruas dotes, ſiue non præſtiterit, an maioratus poſſeſſores pro tempore teneantur in infinitum alere, & dotare fratres, & ſorores, & alios deſcendentes ex primo inſtitutore, ſi ſint pauperes, & habeant matrem, vel auum maternum diuites, latè diſcutitur. ibidem n. 48. ad 53.
Omnes maioratus poſſeſſores in Regno Hiſpaniarum alere & dotare fratres & ſorores ex vi, & natura maioratus, & non ſolum ratione coniunctionis tradit Molina, & eius additionator, negat Salgado. pagina 215.num.51.
Omnis poſſeſſor maioratus ſaltem vt diues tenetur alere, & dotare fratres, & ſorores, patruum, & amitam, ſobrinos, & ſobrinas pauperes. p.216. num.54.
Bona primogenituræ poſſunt alienari pro conſtitutione dotis filiæ teſtatoris, etiamſi ipſa filia conſtitutioni primogenituræ conſenſiſſet. p.612. num.167.
Idem etiamſi Princeps confirmauit ipſam primogenituram. ibid.n.168.
Princeps intelligitur confirmare diſpoſitionem teſtatoria, quatenus iure valida eſt, & legi conformia præſumitur. ibidem.
Bona primogenituræ, & maioratus alienari poſſunt pro reſtitutione dotis.p.637.n.270.
Vide *Fideicommiſſum.*

Princeps.

Vide verbum præcedens.

Prior prioritas.

Vide *Dotis probatio, Inſtrumentum.*

Priuilegium vt quis pro debitis conueniatur, & damnetur ſolum in quantum facere poteſt.

Doctores agentes de hoc priuilegio.p.440.n.1.
Quid importet tale priuilegium, ſeu beneficium, ididem.
Datur tantum perſonis pauperibus, non diuitibus, ibidem.
Socer pater mariti, qui à nuru recepit dotem, conuentus per nurum pro reſtitutione dotis gaudet præfato priuilegio,iuxta omnes. ibid.n.2.
Referuntur leges loquentes de præfato priuilegio in marito, & in vtroque ſocero reſpectu vxoris, nurus, & generi. p.441.n.3. Qua ratione in præfatis legibus appareat contrarietas. ibidem numero 4.
Socero patri vxoris, ſi conſtante matrimonio per generum conueniatur pro dote promiſſa competit præfatum priuilegium. ibidem numero 5.
Socero patri vxoris, ſi ſoluto matrimonio per generum conueniatur ex cauſa dotis promiſſæ, an abſolutè & indiſtinctè competat priuilegium, vt
ſolum

ſolum damnetur in quantum facere poteſt. Negatiua, quæ late explicatur. p.442. & ſeq. num. 9.10. 11.12.& 13.

Affirmatiua, & communis, quod ſoluto matrimonio eidem ſocero à genero conuenio competat præfatum priuilegium, niſi à principio promiſſionis ex parte ipſius interuenerit dolus promittendo dotem, quam ſciebat ſe non poſſe ſoluere. p.443.n.14. & 15.

Ratione doli à principio interuenientis, qui ſciens ſe non poſſe eam ſoluere promiſit dotem genero, an ſoror amitiat præfatum priuilegium, tam ſi conueniatur conſtante matrimonio, quàm eo ſoluto. Negatiua. p.444.n.16.

Affirmatiua ibidem, & ſeq. n.17.& 18. & p.379. numer.198.

Propter dolum à priuilegio vt non damnetur niſi in quantum facere poſſunt, excluduntur ſocius, maritus, ſocer, pater mariti, mulier, ſeu vxor. pag.444. num.17.

Secus ſciens ſe non habere bona ſufficientia ad ſoluendam dotem, quam promittit genero, poteſt puniri extraordinariè arbitrio iudicis. ibidem.

Contra eundem ſocerum, qui doloſe promiſit dotem genero, qua actione agatur conſtante matrimonio, & qua eo ſoluto, pagina 445. numero 18.

Priuilegio amiſſo an locum habeat ſolum, quando ſocer ſciens ſe non eſſe ſoluendo promiſit dotem animo decipendi generum, non ſi bona fide ſperans poſtea acquiſiturum bona. Affirmatiua ibid.n.19.

Negatiua. ibid.n.20.

Differentia quoad doli præſumptionem inter ſocerum vxoris patrem promittentem genero dotem cum ſciat ſe non habere bona, ex quibus poſſit illam ſoluere, & inter ſocerum patrem mariti, maritumque recipientes dotem, ſcientes ſe non habere alia bona, pagina 446. numero 21.

Socer inculpabili ignorantia putans ſe eſſe ſoluendo, cum non ſit, promittens dotem non amittit præfatum priuilegium, imo nec ſi ignorantia fuit culpabilis, ſiue conſtante matrimonio, ſiue eo ſoluto conueniatur.ibid.n.22.

Idem ſi ſua culpa, ſine dolo tamen poſt promiſſam dotem inciderit in paupertatem, ibidem.

Pater à filia ſoluto matrimonio conuentus ad dotis promiſſæ ſolutionem gaudet priuilegio vt damnetur ſolum in tantum, quantum facere poteſt, ne egeat.ibidem n.23.

Idem dicendum de matre, quæ dotem promiſerit filiæ,ibidem.

Quæ procedunt etiam ſtante ſtatuto, vel conſuetudine,quod quilibet teneatur in ſolidum ſoluere dotem promiſſam, vel receptam, qualis conſuetudo eſt in Regno Neapolitano.ibid.

Sicut ſocer vxoris pater, ita alius ex aſcendentibus per lineam maſculinam pro dote promiſſa ſoluenda conuentus gaudet præfato priuilegio, ne damnetur vltra quàm poteſt facere. n.24.

Qui ſi poſtea deueniant ad pinguiorem fortunam, an tenentur ſoluere integram dotem. p.447. numero 26.

An poſſit renunciari eiſdem priuilegiis, ibidem.

Socius vxoris pater ſi per generum conueniatur ex alia cauſa, ſeu ex aliis contractibus extra dotem, an gaudeat eodem priuilegio. ibidem, numero 27.& 28.

Vxori, quæ dotem viro promiſit, competit idem priuilegium, ſiue per maritum conueniatur ex promiſſione, ſeu ex cauſa dotis, ſiue ex alio contractu; & quæ ſit ratio huius priuilegij. ibid. & ſeq.n. 29. & 30.& p.368.n.199.

Neque ſi non eſt ſoluendo poteſt compelli. ibidem.

Priuilegium hoc amittit vxor, quæ ſciens non eſſe ſoluendo, dotem pro ſe marito promiſit. p. 445. n.31. pagin.368. num. 396. & duobus ſequentibus.

An poſſit eidem priuilegio renunciare. p. 448. numero 32.

Fratri dotanti ſororem quandonam, & qua ratione competat priuilegium, vt dotem teneatur ſoluere ſolum in quantum facere poteſt, & deducto ne egeat.ibid.numer. 36.& 37.

Quid in ſpecie ſi filiusfamilias vnà cum patre ſe obligauit pro ſoluenda dote ſororis. ibidem numer.37.

Filiusfamilias cum patre obligatus habet priuilegium, vt effectus ſui iuris, & ab hæreditate patri abſtinens teneatur ſolum in quantum facere poteſt. ibidem.

Maritus ab vxore,vel ab eius hæredibus, vel legatariis, vel fiſco conuentus pro reſtitutione dotis habet priuilegium, ſeu beneficium, ne damnetur vltra quam facere poſſit, & quæ ſit ratio huius priuilegij. pagina 449. num. 39. & pagina 452. numero 54.

Eo non gaudet maritus putatiuus. pagin. 449. numero 40.

Habet maritus idem priuilegium etiamſi pro alio contractu quàm dotis conſtante matrimonio celebrato conueniatur per vxorem tam conſtante, quàm ſoluto matrimonio, ſecus ſi contractus fuerit ante matrimonium contractum celebratus. p. 450. n.41.42.& 43.

An habeat idem priuilegium, ſi ab vxore conueniatur pro contractibus, & negotiis mulieris geſtis poſt ſolutum matrimonium, ibidem numero 44.

Si maritus conueniatur ex delicto, veluti iudicio rerum amotarum, condemnatur in ſolidum, ibidem.

Item condemnatur in ſolidum propter culpam ab eo commiſſam in negotiis geſtis poſt diuortium; & an ſufficiat culpa leuis. ibid.

Socero reſpectu nurus dotem repetentis competit priuilegium, ne damnetur vltra quàm facere poſſit, etiamſi conueniatur ſoluto matrimonio, & etiam pro contractibus extra cauſam dotis.p.431.n.45.46. & 47.

In Regno Neapolitano ex conſuetudine in ſolidum condemnatur maritus, & eius pater ad dotem reſtituendam, & pariter ſocer conuentus à genero pro ſoluenda dote promiſſa. ibidem, numero 48.

Quæ conſuetudo non extenditur ad antefatum, ibidem.

Hæredibus extraneis mariti in reſtitutione dotis non competit eiuſdem mariti priuilegium ne condemnentur vltra quam facere poſſunt. ibidem num. 49.

Procedit etamſi maritus deceſſerit poſt iam conteſtatam litem ſuper exceptione priuilegij. p. 452. num.50.

Et etiam ſi deceſſerit maritus poſt datam ſententiam, ibidem n.51.

Imò etiamſi poſtquam facta eſt deductio, ne egeat idem

idem maritus decedat.ibid.n.52.

Si hæredes mariti ſint filij communes ex eodem matrimonio, illis aduerſus matrem dotem repetentem competit priuilegium, ne condemnentur, niſi in quantum poſſunt facere, ibidem numero 55.

Non verò competit filiis eiuſdem mariti hæredibus procreatis ex alio matrimonio, vt priuigno reſpectu nouercæ.ibid.

Filiis communibus ex eodem matrimonio competit idem priuilegium ex propria perſona, & vt eſt priuilegium diſtinctum à priuilegio patris. p.453. num.58.

Idem priuilegium non competit nepotibus, etſi filiis ex eodem matrimonio, ibidem numero 57.

Cùm priuilegium mariti, & aliorum ne condemnentur vltra quàm poſſunt facere, fundetur in paupertate, vt ſit locus eidem priuilegio, per allegantem probanda priùs eſt paupertas, ibidem numero 58.

Marito, & cuilibet alij habenti priuilegium ex dote, & debito relinquenda, ſeu aſſignanda ſunt non ſolum neceſſaria ſimpliciter ad relictum ne quis cogatur mendicare, ſed etiam neceſſaria ad viuendum decenter dignitate, & qualitate perſonarum. ibid.n.69.

Quantum reliquendum in hoc, vel illo caſu, remittitur iudicis arbitrio conſiderata conditione mariti, alteriúſve alimentarij, & hoc conſuetudine.ibid. num.60.

Non eſt tamen eidem marito relinquendum tantum vt viuat, ſicut alij homines eiuſdem ſtatus diuites, ſed ſolum neceſſarium, cum quo viuere poſſit eo modo, quo viuunt ſui ſtatus homines pauperes, quod exemplis explicatur: ibidem, numero 61.

Non eſt reliquendum neceſſarium ad alendos filios ex alio matrimonio, ſed ſolum ad alendos nepotes ex eodem matrimonio.ibid.n.62.

Ad iudicandum quantum maritus, & quilibet alius habens præfatum priuilegium poſſit facere ne egeat, non eſt deducendum æs alienum. ibid. n.63.

Excipitur donator, ſeu debitor ex liberali dominio. ibidem.

Id quod relinquitur marito ex dote ad illius reſtitutionem conuento, non oportet ita relinqui, vt à creditoribus non poſſit ab eo auferri. ibidem numero 64.

In quovis habente præfatum priuilegium, illud ceſſat, & facienda eſt condemnatio in ſolidum, quando poteſt habere, ſeu comparare decentem victum ex aliquo proprio artificio, & labore, quod latè explicatur. p.455. n.65.66. & 68.

Et quid ſi maritus non erat ſolitus propriis manibus operari, & lucrari.ibid.n.67.

Vbi maritus, & alius habens illud priuilegium poteſt ex aliquo officio, artificio, vel alio labore honeſtè victum competentem quærere, reliqua ipſius bona ſunt auferenda, vt ſatisfiat creditori, & ſi poteſt tantum partem ſuſtentationis habere, ex bonis illi relinquendum quantum ſufficit ad complementum ſuſtentationis, vel tota res creditori adiudicari, qui poſtea prouideat debitori de opportunis alimentis.ibid.

Si marito ad decenter viuendum neceſſaria eſt tota dos, & mulier ſit diues, habeatque alia bona, tota ei eſt relinquenda. p.459.n.69.

Declaratur.ibid.

Si maritus, & alius gaudens eo priuilegio habeat bona modici redditus non ſufficientis ad decentem ſuſtentationem, ſed magni valoris, ex quorum venditione poſſet & reſtituere totam dotem, ac ſoluere debitum integrum, & ſimul habere vnde honeſte viueret, cogendus eſſet vendere bona, &c. ibid.n.70.

Cui ob paupertatem competit præfatum priuilegium, in condemnatione tantum relinquendum de dote, vel debito, vt ſufficiat ad competentia alimenta in totam vitam. pagina 457. numero 71.

Et qua ratione facienda dictorum alimentorum æſtimatio.ibid.

Maritus inops habens patrem diuitem non excluditur à præfato priuilegio.ibid.n.71.

Maritus habens debitores an dicatur poſſe facere. ibid.

Maritus, & alius, cui conceditur præfatum priuilegium, poſt factam deductionem ne egeat, ad pinguiorem fortunam rediens tenetur vxori vel creditori ſoluere id, quod deductum eſt ex dote, vel ex credito, & de huiuſmodi reſtitutione antequam permittatur priuilegij vſus, debet præſtare cautionem. ibidem, & ſequentibus, numer. 72. & 73

Non exigitur fideiuſſoria, ſed ſufficit iuratoria.p. 458. num.77.

A qua cautione eximitur donator. ibidem numero 74.

Priuilegij præfati à marito, vel alio, cui competit, exceptio opponenda eſt in iudicio, nec iudex poteſt ſupplere.ibid.n.75.

Opponi poteſt non ſolùm pendente iudicio, ſed etiam poſt latam ſententiam ante illius executionem.ibid. num.76.

Non impugnat ſententiam, ſed modificat ſententiæ executionem.ibid.

Si ſemel fuit in iudicio oppoſita, & à iudice reiecta expreſſe, non poteſt amplius opponi.ibidem numer. 77.

Poteſt verò iterum ante ſententiæ executionem, ſi iudex eam expreſſe non reprobauerit, ſed ea appoſita ſolum ſimpliciter in ſolidum opponentem condemnauit.ibid.n.78.

Eadem exceptio non cenſetur excluſa à ſtatuto remouente omnes exceptiones aduerſus inſtrumentum. p.459.n.79.

Non poteſt opponi à marito, ſi inopia ſuperuenerit ei poſt ſententiam contra eum latam. ibidem.

Præfatum priuilegium deducendi ex dote, ne egeat, an & quando ceſſet in marito, qui tranſit ad ſecunda vota.ibid.n.80.

Quid ſi dos alteri vinculata, vel fideicommiſſo ſubiecta, quæ poſt mulieris mortem ſine filiis ad alios debeat peruenire. ibidem, & ſequent. n.81. & 82.

Præfatum priuilegium amittitur propter ingratitudinem. pag. 460.n.83.

Ceſſat in marito, & aliis debitoribus quando vxor, vel eius hæres dotem repetens eſt æquè pauper ac maritus, pariter alius actor eſt æquè pauper ac debitor conuentus. ibidem numero 84. & 85.

Quid ſi vxor habeat patrem diuitem, vel alium, à quo poſſit petere, & habere alimenta, vel ſi idem maritus haberet patrem diuitem. ibid. n. 86. 87.88.

Si dos promiſſa non fuit tradita marito, reſpectu talis dotis non competit priuilegium, ne egeat, vt eam exigere poſſit. ibid.

Vxor habens mobilia pretioſa, ex quorum pretio, ſi vendantur, habere poteſt vnde ſe alat, cogi poteſt ea vendere, vt maritus inops fruatur ſuo priuilegio. ibid.n.89.

Maritus ab vxore conuentus negans ſe maritum, & quicumque negans ſe eſſe talem, ſeu qualitatem, quæ eſt cauſa conceſſionis priuilegij, amittit priuilegium. p.461.n.90. & 91.

Intelligitur ſi per dolum,& culpam negauerit. ibidem num.92.

Et ſi negauerit expreſsè, ſecus ſi ſimpliciter tantum, & generaliter negauerit expoſita in libello. ibidem.

Intelligitur etiamſi perſeuerauerit in negatione vſque ad litis conteſtationem, ſecus ſi antea negationem reuocauerit. ibid. n.93.

Etiam poſt litem conteſtatam poteſt reuocari vtiliter negatio, ſi actor adhuc onus probandi falſitatem non ſubierit. ibid.n.94.

Secus ſi actor ſtatim velit falſitatem probare. ibidem.

Maritus negans ſolum dotem fuiſſe datam, vel quid aliud, vel alius negans debitum,non amittit dictum priuilegium, ne egeat.ibid. n.95.

Si ob culpam mariti v. g. ſæuitiæ, vel adulterij per ſententiam Eccleſiæ fiat ſeparatio quoad thorum, & habitationem, an tunc pro reſtitutione dotis (quam debet reſtituere) conuento competit priuilegium retinendi, ne egeat, ſi ſit pauper. ibid. & ſeq.n.96.& 97.

Si neque viri, neque vxoris culpâ diuortium ad tempus contingat, dos non reſtituitur, ſed vxor ex fructibus dotis eſt alenda,ſi in perpetuum dos eſt reſtituenda vxori; ſi maritus egerit, erit alendus ex dote.p.462.n.98.

Si dos non conſiſtat in quantitate, ſeu pecunia, vel re conſiſtente in pondere, numero, vel menſura,ſed in re immobili, & fundo dotali, an in reſtitutione maritus habeat priuilegium deducendi ne egeat. ibid.n.99.100.

Priuilegium mariti an habet locum etiam quando conuenitur actione reali. ibid.

Maritus non poteſt vti priuilegio, ne egeat, quando per vxorem, vel eius hæredes non conuenitur vt talis, ſeu vt maritus, ſed vt quilibet tertius poſſeſſor, & qua ratione poſſit caſus contingere. ibid. & ſeq n.100.104.

Maritus non habet priuilegium, ne egeat, quando iam reſtituit dotem vxori, vel eius hæredi, etiamſi habuiſſet pro ſe ſententiam, quod eſſet inops. p.463.n.101.

Priuilegium deducendi ne egeat, non parit actionem ad agendum, & repetendum, ſed exceptionem ad retinendum. ibid.

Idem priuilegium reſpicit tempus condemnationis. ibid.

Non ceſſat, ſi vxor intentet vindicare res dotales per vendicationem,iuxta *l.in rebus,C. de iur. dot.* p. 463. n.102.

Neque etiamſi maritus in inſtrumento dotali promiſerit dotis reſtitutionem, & conſtituerit ſe poſſidere nomine vxoris. ibidem, & ſeq. num. 103. & 107.

Si poſt ſolutionem dotis per maritum factæ vxori res dotalis poſtea ex aliqua cauſa ad eundem maritum peruenerit, non habet maritus priuilegium retentionis, ne egeat.ibid.n.104.

Marito non ſuffragatur priuilegium, ne egeat reſpectu dotis adhuc non exactæ, vt eam valeat exigere. p.464.n.105.

Quando conſtante matrimonio vxor agit contra virum ad dotis repetitionem ob illius inopiam, illi non competit priuilegium, ne egeat. ibid. numero 106.

Neque competit quando extraneo dotanti maritus promiſit reſtitutionem, ibidem numero 108.

Competit quando maritus promiſit alteri reſtitutionem dotis de conſenſu vxoris. ibidem numero 109.

Præfatum priuilegium à marito, & quouis alio eo gaudente an, & qua ratione amittatur propter dolum, quo factus ſit non ſoluendo, & quomodo dolus probetur, pag. 465. numero 110. & 112.

Et quid ſi dolus ſit commiſſus animo præiudicandi tertio, non vxori.ibid.n.111.

Non amittitur quando eo gaudens ſine ſua culpa ſit redactus ad egeſtatem, vel ſolum culpa leui. ibid. n.113.& 114.

Et an, & quando ob culpam latam bona ſint conſumpta, & ſuperuenerit inopia. ibid. & ſeq. n.115.116. & 117.

Dolus, & lata culpa mariti in adminiſtratione rerum dotalium vxoris, quibus illas diſſipauit, qua ratione eidem marito noceat, illúmque priuet priuilegio, ne egeat. p. 467. numero 118. & 119.

Et quid ſi ſolum culpa leui. ibidem numero 120. & 121.

Priuilegio, ne quis conueniatur, niſi in quantumfacere poteſt, & ne egeatr,enunciari poteſt à marito, & aliis, quibus conceſſum eſt ob reuerentiam eis debitam. ibid.n.122.

Renunciari poteſt ab iis, quibus ex alia cauſa competit.ibid.

Et erit ſufficiens renunciatio ſi promiſerint reddere totum, & integrum, vel omne debitum, ſecus ſi promiſerint ſimpliciter ſoluere debitum. ibid.

Eidem priuilegio an poſſit vxor renunciare validè. p.468.n.124.

An ſocer reſpectu generi. ibid.

Si maritus ante contractum matrimonium eidem priuilegio renunciauerit, an valeat renunciatio, etiamſi renunciaſſet tantùm generaliter omni iuris, & legum auxilio. ibidem n.125.126. & p.469. num.127.

An poſt ſolutum matrimonium maritus valide renunciare poſſit. p.469.n.128.129.

Quid ſi maritus ante matrimonium, vel eo conſtante renunciauerit iuramento confirmans renunciationem.p.470.n.130.131.& 132.

Priuilegium ne conueniatur, &c. marito, & cuilibet alteri, competens, an, & qua ratione competat eius procuratori, & defenſori, & redundet etiam in fideiuſſorem, vt ad ſolidum ſoluendum non damnetur. p.471. & ſeq. numero 134.135. 136.137.138

Omnes, quibus competit priuilegium ne conueniantur vltra quam facere poſſunt, gaudent priuilegio, ne ratione debiti poſſint in carcerem detrudi, nec cogi cedere bonis. p. 271. numero 239

Priuilegiatus,Priuilegium in vniuerſum.

Quando duæ perſonæ priuilegiatæ ad inuicem concurrunt,magis priuilegiata præfertur.p.685.& 686. n.67.& 69.

Priuilegium non adimit ius competens. p.122. numero 11.

Priuilegia non ſunt amplianda, nec ad alios caſus trahenda.p.264.n.14.

Priuilegia, & gratiæ qua ratione acquirantur, & tribuant ius abſenti ante illorum notitiam. p.339. num.23.

Duo ſpecialia, quæ ex eodem fonte naſcuntur, fauore dotis poſſunt ſimul concurrere. p.356.num.80. etiam generaliter, & in quacumque materia plura ſpecialia poſſunt concurrere circa idem.ibid.

Priuilegia perſonalia non tranſeunt ad hæredes, ſed cum perſona, ſeu morte priuilegiati extinguuntur. p.451.n.49.

Ex duobus priuilegiatis id, quod magis priuilegiatum eſt, præferri ſolet. p.611.n.166.

Priuilegia perſonalia mulieris tranſeunt ad filios eius hæredes.p.627.n.236.

Priuilegium dotis conſequendæ, vel reſtituendæ ex bonis fideicommiſſo ſubiectis mulieri competens poteſt mulier cedere filiis ſuis.p.628.num.241. Extraneo ſolum ex neceſſitate, & in commodum ſui, non ex mera voluntate. ibid. & num.242. 243. & p.629.n.244.

Vide *Hypotheca pro dote.*

Probare, Probatio.

Gratia principis deperdito gratiæ reſcripto, & eius amiſſione probata, probatur per teſtes deponentes de tenore reſcripti.p.373.n.156.

In cauſis fauorabilibus, vt in quibus publica verſatur vtilitas, ſufficiunt leuiores probationes, quam in aliis.ibid.n.163.

Vbi concurrunt veriſimilitudo, ſufficiunt probationes, quæ aliàs non probarent.ibid.

Stante ſtatuto, quod iuramentum habeatur, tanquam probatio plena, & illi ſtetur, aduerſarius poteſt contrarium probare.p.380.n.4.

Vide *Dotis probatio, Inſtrumentum, Teſtes, Verba enunciatiua.*

Prodigus.

Prodigus in iure æquiparatur dementi, furioſo, & pupillo, & qua ratione.p.368.n.128.129. habet plenum conſenſum, & ſufficientem, vt ex ſuo contractu naturaliter obligetur.ibid.n.129.

Vide *Obligatio pro dote.*

Promiſſio.

Promiſſio mariti de ſe obligando pro reſtitutione dotis habetur pro ipſa obligatione, vt contra ipſum agi poſſit non ſecus ac ſi ſe obligaſſet. p.32.n.19. licet ſecus ſentiant alij.ibid.& p.31.num.9.

Promiſſio de donando habetur pro donatione. p.32. n.19.contrarium.p.31.n.9.

Pactum de vendendo iuxta plures non eſt vendere, nec ſoluenda eſt gabella impoſita pro contractu venditionis, & ante venditionem eſt locus pœnitentiæ reſpectu promiſſarij, qui aliquid dederit promittenti pro venditione.p.31.n.9.

Ita etiam iuxta eoſdem promiſſio de faciendo contractum, de commodando, mutuando, non eſt contractus, commodatum, depoſitum, mutuum. ibidem. Promiſſio ab emptore prædij facta de danda venditori facultate redimendi prædium venditum reſtituto pretio intra certum tempus habet vim facultatis conceſſæ.ibid.

Dare, & promittere aliquando ſunt paria quantum ad aliquos effectus, & quantum ad actionem. p.348. n.52.qui cum iuramento promiſit ducere in vxorem aliquam mulierem non facta dotis mentione an teneatur illam ducere, ſi nolit ſibi dotem conſtituere. p.284.n.81. Promiſſio ſimplex accipiendi aliquam mulierem in vxorem intelligitur, ſi dotem dederit. ibid.

Promiſſio intelligitur rebus in eodem ſtatu permanentibus.p.289.n.92.

Vide *Pollicitatio.*

Promiſſio, Promiſſor dotis.

Ex ſimplici dotis promiſſione oritur actio ciuilis.p.31. 32.& 33.n.10.& 17.& 22.

Dotis promiſſio ſimpliciter facta ante matrimonium (etiamſi non exprimatur) habet in ſe tacitam conditionem, ſi matrimonium ſequatur. p.61.n.132.& p.368.n.130. Quæ nuptiarum conditio tacita intelligitur etiamſi dotis promiſſio fiat poſt ſponſalia.ibid.& defeciſſe intelligitur, ſi nuntius remittatur. p.62. n.133. conualeſcit dotis promiſſio, ſi poſt remiſſum nuntium mulier eidem nupſerit, ſi mediæ nuptiæ intereeſſerint.ibid.

Promiſſio dotis intelligitur de primis nuptiis. p.62. n.133. Tempus in promiſſione dotis ad illam ſoluendam in anno proximo, non à die promiſſionis, ſed à die contracti matrimonij incipit currere, niſi aliter fuerit conuentum.ibid.n.134.

Dos ſoluta ante matrimonium, ſi non fuerit ſequutum poteſt repeti tanquam data ob cauſam non ſequutam.ibidem, & ſi fuerit data æſtimata, non æſtimatio, ſed res ipſa eſt reſtituenda.ibid.

Si extraneus dotem ſimpliciter puellæ, ſeu pro puella certo viro in matrimonio deſtinata ante, vel poſt ſponſalia, non ſequuto matrimonio cum eodem viro, promiſſio non tenet; nec illi ius pro alio matrimonio eſt quæſitum.ibid.n.135. Si tamen extraneus dotem promittendo habuerit animum donandi mulieri, idque conſtet, dos promiſſa eidem mulieri acquiritur. ibid. ſi aliquis dederit dotem ſponſæ nondum nubili, & promiſerit non repetere, intelligitur niſi fuerit ſponſalibus renunciatum. p.369.n.131.

Si dos ſimpliciter, & abſque pacto, vt ſoluto matrimonio ſibi reddatur, eſt per patrem promiſſa pro filia ante, vel poſt ſponſalia, filiæ etiam abſenti acquiritur irreuocabiliter ius, & etiam eo matrimonio non ſequuto.p.63.n.136.

Promiſſio facta à patre nomine filiæ intelligitur nomine dotis, ſi ſit facta contemplatione nuptiarum, licet de dote nihil fuerit dictum.ibid.

Ratio differentiæ inter patrem, & extraneum promittentes dotem pro muliere intuitu matrimonij. ibidem n.137.

Pater, & extraneus promittendo, vel dando ſponſo dotem ſtipulante dotem ſibi reſtitui ſoluto matrimonio æquiparantur, vt vtrique dos ſit reſtituenda etiam in caſu non ſequuti matrimonij, licet hoc non fuerit in pacto expreſſum. ibidem.

Patre, & matre ſimul promittentibus dotem non excedentem vires patrimonij paterni, dos cenſetur promiſſa principaliter ex bonis paternis. p.141.n.87.

Dos defuncto patre per matrem, & fratrem ſimul promiſſa pro filia intelligitur promiſſa, & conſtituta ex maternis, & fraternis bonis in partes. ibidem.

In promiſſione dotis conſiſtentis in facto promittens an poſſit præciſè compelli ad factum, nec liberetur ſoluendo intereſſe. pagina 266. numero 17.

Promiſſio ſimplex dotis ſine expreſſione certæ quantitatis, aut ſummæ à patre vel alio obligato dotare facta nomine mulieris valet liquidanda quoad quantitatem arbitrio boni viri. p. 298. numero 115.

Facta à muliere ipſa, vel ab extraneo non valet iuxta vnam ſententiam, ſecundum communem valet

liquidanda arbitrio boni viri. ibidem.
Nec ab ea ſe liberare poteſt promittens dando quid minimum.ibid.
Dos incerta reſpectu quantitatis à muliere ſimpliciter promiſſa, vel promiſſa ad arbitrium boni viri, poteſt arbitrio boni viri definiri, & liquidari poſt mulieris obitum: & arbitrio facto maritus lucratur dotem, vel eius partem, iuxta diſpoſitionem ſtatuti de lucro dotis. p. 300. numero 117.
Cui lucro non erit locus, ſi dos fuerit promiſſa à muliere iuxta eiuſdem mariti arbitrium, qui deceſſerit poſt vxorem nulla facta declaratione. ibidem.
Si pater Lucretiæ poſt conſtitutam illius dotem in quingentis florenis promiſerit genero illud plus quod dediſſet alteri filiæ, & poſt mortem Lucretiæ conſtet patrem in teſtamento conſtituiſſe alteri filiæ dotem maiorem quingentis, maritus Lucretiæ poteſt petere illud plus, & illud lucratur vigore ſtatuti deferentis viro lucrum dotis. ibidem.
Promiſſio dotis poteſt fieri per ſtipulationem, pactum nudum, & per pollicitationem. p.372.n.1.
Et quibuſcumque verbis ſine ſcriptura, & cum ſcriptura.p.348.n.52.
Dotis promiſſio collata in arbitrium tertij valet. pag.356.n.82.
Intelligitur de arbitrio boni viri. ibid. n.83. Etiamſi declaratio dotis ſit commiſſa mulieri. ibid.
Si arbiter, ſeu arbitrator electus non arbitretur, non extinguitur promiſſio, ſed recurritur ad arbitrium alterius boni viri. p.357. n.74.
Limitatur ſi fuerit declaratio dotis commiſſa arbitrio mariti, & deceſſerit antequam fuerit arbitratus. ibidem n.85.
Si dotis augmentum ſit collatum in arbitrium alterius, an eo non arbitrante recurratur ad alterius arbitrium.ibid.n.86.
Is, cuius arbitrio dos quoad quantitatem commiſſa eſt, poteſt etiam ſoluto matrimonio arbitrari. ibid.n.87.
Si in eius promiſſione tota dos, ſeu ſubſtantia conferatur in arbitrium promittentis, an valeat, & eo non arbitrante recurratur ad alterius arbitrium. p.358.n.88.89.
Quid ſi dos, ſeu dotis promiſſio ſit collata in meram voluntatem promittentis, an valeat, & accipienda ſit pro arbitrio boni viri. ibid.n.90.& 91.
Si pater promiſerit dare dotem, ſi filia voluerit, quid ſentiendum, ſi filia prius deceſſerit, quàm voluntatem ſuam declarauerit. p. 359. n. 92.
Promiſſio ſimpliciter facta an & quando habeat tacitam conditionem nuptiarum. pagina 368. numero 130.
In promiſſione, ſeu obligatione alternatiua ſummarum pro dote venit maior ſumma. p. 370. numero 137.
In promiſſione omnium bonorum pro dote à muliere facta intelligitur promiſſum tantum, quod ſupereſt deducto ære alieno.ibid.
Datio, ſeu traditio rei dotalis dati an poſſit, quam non præceſſerit dotis, ſeu rei promiſſio. pag. 666. num. 15.
Vide *Interuſurium*, *Minor*, *Mulier*, *Vxor*.

Proprietas.

Proprietas, & dominij definitio.p.573.n.19.

Proteſtatio.

Proteſtatio non prodeſt in alterius præiudicium, niſi fiat ante actum, vel in ipſo actu.p.130.n.39.
In his, quæ pendent à diſpoſitione legis, proteſtatio hominis nihil operatur.p.482.n.18.
Vide *Pater quoad obligationem dotandi.*

Prouiſio.

Prouiſio hominis etſi non poteſt tollere prouiſionem legis, vel ſtatuti, tamen poteſt impedire ne naſcatur.p.447.n.26.
Prouiſio hominis non facit ceſſare prouiſionem legis p.672.n.8.& præſertim quando tendunt ad diuerſa, vna ad vnum, altera ad aliud.p.639.n.275.

Q

Qualitas.

QValitas obligationi contractæ faciliùs adiicitur, quàm quod de nouo contrahatur. pag. 346.n.46.

Quarta.

Quartam matrimonialem an habeat vxor in bonis vinculatis.p.459.n.81.
Querela inofficioſa donationis, & inofficioſa dotis Vide *Inofficioſa Dos.*

Querela non numeratæ dotis.

Querela, ſeu exceptio non numeratæ dotis inter quæ tempora poſſit, & debeat proponi, & opponi contra confeſſionem dotis receptæ à marito vxori factam.p.484.n.21. Non poteſt à marito, eiuſve hæredibus proponi poſt lapſa tempora illam opponendi. ibid.n.21. Poſt dicta tempora lapſa an poſſit maritus, vel eius hæres allegare exceptionem non numeratæ dotis aſſumendo in ſe onus probandi dotem reuera non fuiſſe numeratam.ibid. & ſeq. n. 22. & 23. vbi approbatur affirmatiua, dummodo fiat intra annum trigeſimum à confeſſione. ibid. Prædicta querela, ſeu exceptio non numeratæ dotis, ſi vir confitens eam recepiſſe ex interuallo poſt confeſſionem renunciauerit beneficio dictæ exceptionis, non poteſt à marito vel eius hæredibus proponi; ſecus ſi renunciauerit incontinenti & in eodem inſtrumento.p.385.n.24.
Idem ſi renuntiatio exceptionis non numeratæ pecuniæ incontinenti facta fuerit poſt confeſſionem pecuniæ mutuò acceptæ.ibid.
Per talem confeſſionem non excluditur maritus, vel eius hæres ab allegatione exceptionis non numeratæ dotis, ſi aſſumat onus probandi dotem non fuiſſe ſolutam.p.386.n.25.
Titulus Codicis de dote cauta non numerata, præſertim *l. vltima*, quando habeat locum. ibid. n. 26. & p.391.n.45.
Vide *Confeſſio mariti de dote recepta.*

R

Ratificatio, Ratihabitio.

SVperuiuentia poſt actum geſtum facit, vt quis illum ratificare cenſeatur, ſi ei nunquam in vita contradixerit.pagina 96.numero 82.

Ratio.

Ratio legis generaliter dicta illam extendit, & ampliat. pagina 195. numero 96. Etiam in odioſis & exorbitantibus.ibidem.

Ratio

Ratio legis operatur extenſionem ad ſimiles caſus. p.361. n.99.& duob.ſeqq.

Redotatio.

Dote pro filia à patre genero data amiſſa, vel perdita etiam ſine culpa filiæ, pater conſtante matrimonio non tenetur nouam dotem conſtituere filiæ.p.166.n.212.

Si conſumpta vel amiſſa ſine culpa filiæ pater tenetur illam ſecundo nubentem iterum dotare, & ſiue in totum, ſiue pro parte fuerit amiſſa, & etiam ſi filia ſit emancipata, vel illegitima, & etiamſi voluerit manere in viduitate.ibid.n.214.ad 217.

Si dos fuerit amiſſa, ſeu perdita dolo, vel culpa filiæ, non tenetur pater illam iterum dotare.p.167.n.218.

Excipitur, ſi filiafamilias poſt ſolutum matrimonium dotem ſibi ſine patris conſenſu ſolutam conſumpſerit, & cur.ibid.

Quid ſi filia ex culpa leui tantum, vel etiam leuiſſima dotem perdiderit. ibid.n. 219. Et quid ſi ex ſua culpa, ſed non præmeditata, neque ordinata ad caſum amiſerit, vel perdiderit dotem.p.168.n.220.

Filiæ quæ doloſe, vel ex culpa etiam lata conſumpſit dotem, pater tenetur (ſi aliud non poſſit habere) præſtare alimenta vitæ ſuſtentationi ſimpliciter neceſſaria, & nubenti dare dotem vſque ad quantitatem eorumdem alimentorum. ibidem numero 221.

Qui tenetur dotare ex diſpoſitione legis, tenetur redotare, ſi prior dos data ſine culpa fuit amiſſa; ſecus qui tenetur ſolum ex pacto aut alia diſpoſitione hominis. p.189.n.75.76.

Socius ex contractu ſocietatis obligatus dotare ſocij filiam non tenetur eam ſemel dotatam redotare ex bonis ſocietatis.ibid.n.76.

Vide *Frater.*

Regula.

Regula, quod in ambiguis iudicandum pro dotibus, intelligitur vbi agitur de commodo mulieris, & non procedit vbi agitur de illius incommodo. p.283.num.80.

Regula, quod vna via eſt prohibitum, alia via non eſt permittendum,quando procedat.p.502.& ſeq.n.89. & 91.

Regula, quod ceſſante cauſa ceſſat effectus, non procedit,ſi effectus eſt iam conſummatus,neque in iure quæſito in effectu.629. n.247.

Reiuindicatio.

Vide *Actio, Dos æſtimata.*

Relatio.

Relatio fit ad proximos, & vltimus ſtatus inſpicitur. p.301.n. 121. Alimenta relicta à teſtatore prout in vita conſueuerat, intelliguntur ſecundum annos immediatè eius mortem præcedentes.ibid.

Officium alicui conceſſum ſecundum ſalarium conſuetum intelligitur de eo ſalario, quod habebat immediatus prædeceſſor.ibid.Medicus,qui in loco habuit diuerſa ſalaria reconductus cum ſolito ſalario, intelligitur ſalarium conſtitutum, quod habuit vltimo loco. ibid.

Religioſi, Religioſæ.

Hodie quinam ſint religioſi capaces, aut incapaces bonorum in communi.p.48.n.89.

Hodie omnes moniales etiam mendicantes S. Claræ ſtrictioris regulæ ſunt capaces bonorum in communi.ibid.

Relinquo, Relictum.

Verbum relinquo relatum ad dotem, an trahatur ad inſtitutionem, ita vt dos cenſeatur relicta titulo inſtitutionis,& teſtamentum valeat.p.22.n.81.

Relictum filio ſub commemoratione patris an ſit profectitium, vel aduentitium. p.72.n.26.& 27.

Quid de relicto ab extraneo facto filio ſub commemoratione patriæ poteſtatis, an acquiratur patri quoad proprietatem, & vſumfructum, & quid ſi fuerit relictum pro dote.p.73 n.27.

Vide *Auus paternus quoad ab eo relicta, &c. Dos profectitia, Dos aduentitia.*

Remanere, Retinere.

Verbum *remanere, retinere*, verificantur in dote promiſſa, & quaratione.p.42.n.65.

Eundem admittunt intellectum appoſita tam in pacto, quàm in ſtatuto. ibid.

Remedium ordinarium, ſubſidiarium.

Remedium ſubſidiarium à iure conceſſum vxori, vt habeat regreſſum ad pecuniam retractam à marito ex re dotali vendita, & ad rem emptam ex pecunia dotali, quando aliter non poteſt conſequi rem dotalem à marito diſtractam pro pecunia, vel dotalem pecuniam, ex qua res à marito empta eſt, differt à remedio ſubſidiario à iure ex æquitate conceſſo in cæteris particularibus, & quomodo. p.19. n.73.

Præfatum remedium procedit etiam in dote putatiua, vbi maritus ex re data in dotem diſtracta retraxit pecuniam, vel ex pecunia in dotem data emit fundum, & non eſt ſoluendo.ibid.

Duo remedia vera circa idem ſunt incompatibilia, ſi verò vnum eſt verum, alterum fictum, cenſentur compatibilia,& explicatur.p.133.n.58.

Poſtea intereſt habere plures actiones ad eandem rem, ibid.n.59.

Ex remediis, quæ ex diuerſis cauſis, & principiis deſcendunt, etſi vnum tollatur, non tamen cætera. p.508.n.108.

Remedia vbi incompatibilia ſunt, ſublato vno tollitur aliud, ſecus ſi inuicem compatiantur.ibid.

Mulieri fauore dotis conceſſæ ſunt plures actiones incompatibiles.ibid.

Diſpoſitio *auth.res quæ, C. comm. de legat.* qua ratione dicatur, & ſit ſubſidiaria.p.639.n.275.

Quando vni à iure competunt plura remedia, poteſt vti quo vult,nec vnũ impedit vſum alterius.p.637. n.273.Regula, quod quando extat remedium ordinarium, ceſſat extraordinarium, non procedit ſi contra diuerſas perſonas intentatur. p. 639. num. 275.

Non ceſſat remedium extraordinarium, quando eſt pinguius, & vtilius ordinario. ibid. Neque quando non eſt contra ius commune.ibid.

Vide *Fideicommiſſum, Inoffcioſa Dos.*

Renunciare, Renunciatio.

Quando filia nihil ex bonis maternis recepit, & illis renunciat, renunciatio etſi facta cum iuramento non reuocandi,eſt nulla.p.135.n.66.

Cum aliquid de bonis maternis filiæ datum eſt, vt renunciet bonis paternis, & maternis, ſi læſio etiam tantum enormis interceſſerit, poteſt filia obtenta abſolutione à iuramento reſtitui in integrum,etiamſi ſit maior. ibid.

In renunciationibus, quas parentibus dotantibus faciunt filiæ, vtplurimum interuenit metus, & defectus libertatis. ibidem numero 65.

Filia ſimpliciter nubendo ſine dote,& illius promiſſione non cenſetur doti, vel legitimæ renunciaſſe. p.144.n.98.

Non valet legitimæ renunciatio, niſi facta ſpecificè. ibid.

Renunciari poteſt ei, quod renuncianti adhuc non competit neque re, neque ſpe. p.447.n.26.

Statutum prohibens donationes, & renunciationes ſine certa ſolemnitate non comprehendit renũciationes etiam iuris futuri, ſi tempore renunciationis Ius neque re, neque ſpe renuncianti competit. ibid.

Iuri prohibitiuo etiam ex parte fauoris renunciantis emanato non poteſt renunciari.p.498.n.73.

Filia, quæ à patre dotata incongruenter cum enormi vel enormiſſima læſione renunciauit patri omnibus bonis paternis cum iuramento, an poſſit petere renunciationis reſciſſionem,& ſupplementum dotis congruæ.p.540.& ſeq.n.98.& 99.

Enormiſſimæ læſionis expreſſa renunciatio an, & quando ſubſiſtat, vel non.p.541.n.100.

Renunciationes bonorum,ſeu ſucceſſionis, & hæreditatis aliquo recepto conferuntur in tempus mortis, quo hæreditas, vel legitima debebitur. ibid. n. 101. Huiuſmodi renunciationes habent tacitam conditionem, ſi hæreditas, aut legitima renuncianti deferatur.ibid.

Sunt odioſæ.ibid.n.102.

Vide *Læſio, Pater quoad obligationem dotandi, Priuilegium vt quis non damnetur, &c.*

Repetere, Repetitio.

Ratione continuati ſermonis intelliguntur repetiti termini ſupra expreſſi, pagina 252. numero 78.

Repetitio, & Reſtitutio conſtante matrimonio.

Marito vergente ad inopiam poteſt vxor ante ſolutum matrimonium ab eodem repetere dotem, ſeu bona dotalia.p.504.n.97.

Etiamſi viri facultates ſufficerent pro reſtitutione, ſi adſit veriſimilis ſuſpicio inopiæ, & dilationis ſuorum bonorum ſuperuenturæ.ibid.

Pariter poteſt petere dotarium, & donationem propter nuptias, ex pacto, vel ſtatuto poſt ſolutum matrimonium ſibi obuenturam. ibid.

In quibus caſibus maritus non poteſt ſe eximere offerendo fideiuſſores.ibid.

Qua ratione ante dotis repetitionem vxor debeat probare mariti inopiam, vel inopiæ ſuſpicionem. ibid.n.97.

Ex communi ſententia Legiſtarum, & Canoniſtarum prædictis caſibus vergentiæ mariti ad inopiam, vel ſuperuenientis veriſimilis ſuſpicionis inopiæ, etiamſi vir nondum venerit ad extremam inopiam, poteſt vxor ab eodem marito pro ſecuritate dotis exigere fideiuſſorem, vel ſequeſtrare rem dotis ad honeſtum lucrum deponendæ apud mercatorem. ibid. & ſeq.n.98.99.

Caput *per veſtras, de donat.inter vir. & vxorem*, diſponens, vt vergente marito ad inopiam, vel de ea ſuſpecto ſufficiat maritum præſtare cautionem pro ſecuritate dotis, etſi loquatur in extraneo dotante, qui promiſit dotem, habet tamen locum etiam quando mulier promiſit. p. 505. n. 100. loquitur in caſu in quo dos erat promiſſa viro, qui expulerat vxorem, quia dos non ſoluebatur, & decernitur dotem eſſe ſoluendam marito, qui prius præſtet idoneam, quam poteſt, cautionem pro ſecuritate dotis, vel dos deponatur ad lucrum honeſtum.ibid.n.105.Habet locum etiamſi dos fuerit tradita viro vergente ad inopiam, vt vxor poſſit ab eo exigere idoneam cautionem, vel ſequeſtrationem dotis. ibid.

In caſu prædicti c.per veſtras maritus ab initio matrimonij contracti, & promiſſionis dotis erat pauper.p.406.n.102.eo quoque tempore mulier ſciebat virum eſſe inopem, & non ſoluendo.ibid.n. 103.

Diſpoſitio d.c. per veſtras, fundatur in maxima æquitate. ibid.n.104.& illius cauſa, ſeu finis principalis fuit euitare timorem adulterij ob diutinam ſeparationem coniugum.ibid.

Mulier, quæ contrahit cum viro inope, aut veriſimiliter ſuſpecto de dilapidatione, eique dotem dedit ſciens eum eſſe inopem, & veriſimiliter facultatib. lapſurum, an excludatur à repetitione dotis conſtante matrimonio, & aliis remediis iuris pro ſecuritate dotis.ibid.& p.507.n.105.106.107.

Mulier an pacto expreſſo poſſit renunciare beneficio repetendi dotem conſtante matrimonio, vbi maritus ad inopiam vergit. p. 506. & 507. n. 105. & 106.

Beneficium repetendi dotem conſtante matrimonio, *l.ſi conſtante, ff.ſol. mat.* competit mulieri, quoties aliquid de nouo ſuperuenit, quod veriſimiliter non ſperabatur futurum, explicatur exemplis.p.507. n.107.

Idem beneficium ſemper competit mulieri, quæ tempore matrimonij contracti, & traditionis dotis ignorauit maritum eſſe inopem, & ſuſpectum. ibid. In dubio an in muliere præſumatur ignorantia præfata. ibid.

Mulier contrahens matrimonium cum inope marito ſcienter non excluditur ab exigenda à marito cautione idonea pro ſecuritate dotis conſeruandæ, & reſtituendæ.p.508.n.108. Non poteſt autem dotem repetere conſtante matrimonio.ibid.n.109. An poſſit petere dotis ſequeſtrationem.ibid.

Mulier habens maritum, & ſocerum, vel alium obligatos pro viro, vel in ſolidum ad dotis reſtitutionem, ſi alter eorum effectus ſit non ſoluendo, an poſſit conſtante matrimonio iuxta *l. ſi conſtante, ff. ſol.mat.* dotem repetere tam ab eo, qui non eſt ſoluendo, quàm ab eo, qui eſt ſoluendo, explicatur pluribus concluſionibus.p.486.n.29.

Dos reſtituta ob viri inopiam, ſi poſtea maritus efficiatur diues,non poteſt ab vxore reuocari. pag. 701. num.2.

Ea dotis reſtitutio eſt vera,& propria reſtitutio.ibidem n. 3. debet eadem dos reſtituta vxori deſeruire oneribus matrimonij.ibid. n. 4. ſi vxor non eſt induſtrioſa debet deponi apud fidum mercatorem ad honeſtum lucrum, vel ex ea emi prædium fructiferum. ibid. eius fructus, qui deductis ſumptibus pro oneribus matrimonij ſuperſunt, ſunt viri, & eius creditorum.ibid.

Si bona mariti pro eadem dote vxori conſignata excedunt menſuram dotis, illud plus eſt dimittendum mariti creditoribus.p.702.n.5.

Non poteſt vxor omnia bona mariti occupare, ſed ſolum ad concurrentem dotis æſtimationem, qua ratione ſint æſtimanda abſque licitatione. ibidem.

Vxor bona viri vergentis ad inopiam pro ſua dote ſibi conſignata poſſidens,impedire poteſt creditorum mariti executionem.ibid.n.6.

Quibus creditoribus non competit ius offerendi pecuniam, etiamſi creditor eſſet fiſcus. ibidem num.7.

Secus ſi mulier vellet alienare illa bona, vel ſi eſſent mobilia, vt merces, aut nomina debitorum.ibid.

Iidem creditores an citandi.ibid.

Poteſt maritus vergens ad inopiam reſtituere dotem vxori abſque prohibitione inopiæ.ibid.n.6.

Extra quem caſum conſtante matrimonio non poteſt reſtituere dotem vxori exceptis certis caſibus, qui enumerantur.ibid.n.6.

Vxor vergente marito ad inopiam an, & qua ratione poſſit agere contra tertios poſſeſſores, in quos maritus alienauit bona pro dote hypothecata.p.703.n.8.

Poteſt exigere bona dotalia à marito de illius conſenſu alienata.ibid.

In hoc caſu vergentiæ mariti ad inopiam tota dos reſtituitur non deducto ne egeat, nec deducta rata fructuum anni. ibid. n. 10. Promiſſio, ſeu pactum retinendi dotem comprehendit reſtitutionem in caſu inopiæ viri. ibid. n. 11. & etiamſi in inſtrumento promiſſionis reſtituendi dotem ſit dictum, quod poſſit agi via executiua.ibid.n.12. Vxor poteſt petere etiam expenſas litis factas pro conſequutione dotis. p. 704. n.13. & proceſſus ab ea inſtructus poteſt poſt eius mortem continuari.ibid.n.25. Si prædium traditum pro dotis reſtitutione fuerit euictum abſque eius culpa, iterum debet vxor aſſecurari.ibid.n. 14. vxor excommunicata, & eius filij in hoc caſu an, & qua ratione poſſint agere ad dotis reſtitutionem.ibid.n.15. & 17. conſtante matrimonio vxor poteſt repetere dotem, ſi maritus ſit excluſa virtute bannitus, condemnatus ad triremes, habitans ſeorſim abſque ſua culpa, & etiamſi abſq; eiuſdem mariti culpa inciderit in inopiam. ibid. n.18. Vxor habens maritum, & ſocerum, vel alios obligatos pro virili ad dotis reſtitutionem, ſi alter non ſit ſoluendo, an conſtante matrimonio poſſit petere dotem à quouis. ibid. n. 19.

Vide *Summarium poſitum ante caput decimumnonum, & verbum Fideiuſſor pro dote, & verbum Extraneus.*

Repræſentatio.

Filius fratris iure ciuili repræſentat patrem, & cenſetur vna, & eadem perſona.p.195.n.96.

Res aliena.

Res alienæ poſſunt dari in dotem. pag. 567. numer. 4.

Poſſeſſor rei alienæ malæ fidei tenetur reſtituere Domino fructus ex re perceptos, tam extantes, quàm conſumptos, hanc condictione ex lege, illos rei vindicatione.ibid.n.5.

Maritus, qui ignoranter, & bona fide accepit à muliere in dotem rem alienam, facit fructus ſuos, & cognito, ſeu ſuperueniente domino tenetur quidem ei reſtituere fructus ex re perceptos extantes, nullo modo conſumptos.ibid.

Ex perſona mariti mulier non obſtante eius mala fide conſequitur partem fructuum pro rata anni, quo matrimonium fuerit ſolutum.ibid.

Præſcriptionem rei alienæ à marito propter eius bonam fidem inchoatam conſtante matrimonio an ſoluto matrimonio mulier, quæ ſciens eſſe alienam tradidit marito, poſſit perficere, pag. 568. numero 6.

Mulier, quæ ſcienter dedit marito in dotem rem alienam, ſi ſoluto matrimonio per actionem dotis, ſeu actione ex contractu dotis agat contra maritum, vt ſibi reſtituatur, ei eſt reſtituenda, nec maritus poteſt opponere exceptionem, quod non ſit domina, ſecus ſi repeteret rei vindicatione, quia domina eſſet. ibid. & ſeq.n.8.

Propoſita per mulierem actione dotis ad recuperandam rem alienam datam in dotem marito, ſi coram eodem iudice Dominus rei compareat allegando proprium dominium, impediret rem reſtitui mulieri.p.569.n.9.

Cum marito data eſt in dotem res aliena, an intelligatur dos conſtituta, & res, v. g. fundus in dotem traditus, ſit dotalis, & alienari non poſſit. ibid. & p.570.n.10.& 11.

Rei alienæ datæ à muliere in dotem marito ſtante ſtatuto de lucro dimidiæ dotis vir non lucratur dimidium.p.570.numer. 12.

Tamen qui talem dotem dediſſet, teneretur marito de euictione, ſi dotis tradenti interceſſerit. ibidem.

Reſcriptum.

Reſcriptum declaratur à precibus præcedentibus. p.631.n.251.

Res dotales, Res dotales æſtimatæ, Res dotales inæſtimatæ.

Vide *Dos æſtimata, Dos inæſtimata, Euictio.*

Reſponſio.

Reſponſio ſequens recipit interpretationem ab interrogatione præcedenti. p.631.n.255.

Reſtituere, Reſtitutio.

Verbum *reſtituere* comprehendit remiſſionem obligationis, & acceptilationem.p.41.n.63.

Verbi *reſtituere*, & *reuerti*, eadem eſt ſignificatio.ibidem.

Vide *Extraneus, Promiſſio dotis.*

Reuerſio, Reſtitutio dotis ſoluto matrimonio.

Res dotales de rigore iuris eueniente caſu reſtitutionis debent reſtitui eo modo, quo à marito acceptæ ſunt, p.578.n.38. ſi non poteſt fieri eo modo, quo dos accepta eſt à marito, fieri debet eo modo, quo fieri poteſt.p.579.n.42.& 46.

Dos profectitia ſimpliciter, & ſine pacto ſibi reddendi à patre data filiæ emancipatæ, vel quæ poſtea emancipata eſt, ſoluto matrimonio per diuortium, vel quoad vinculum per mortem viri non reuertitur ad patrem, ſed reſtituenda eſt filiæ. p. 104. & 105.n.167.& 168.

Si matrimonium ſoluatur per obitum filiæ dos, an reuertatur ad patrem, vel ſpectet ad filiæ hæredes, hoc poſterius approbatur. ibidem n.167. 168. 169.

Dos profectitia ſimpliciter data filiæfamilias defuncta eadem filia liberis extantibus, an ad patrem reuertatur, vel ſpectet ad filios, vbi de conſuetudine Martini. pag. 106. numero 172. 173. 174.

Martini conſuetudo, vt ad patrem non reuertatur, ſed remaneat filiis extantibus, eſt generalis, nec ab allegante eſt probanda, & ab ea non eſt recedendum in iudicando. pag. 107. numero 175. 176.

Stante prædicta conſuetudine filia viuens non poteſt de dote diſponere. ibidem numero 175.

Conſuetudo Martini, quod Dos non reuertatur ad patrem liberis filiæ extantibus, an ſit correctoria, vel interpretatiua iuris communis, & habeatur pro ipſo iure.ibid.& ſeq.n.178. 179. & ampliſſimè intelligenda.p.108.n.179. & procedit etiam in dote promiſſa non ſoluta.ibid.n.180.ad 182. Mortuis liberis poſt matris obitum dos non tranſit ad auum maternum, ſed ad patrem liberorum, etiamſi filius poſt mortem matris modico tempore etiam per horam tantum ſuperueniſſet.p.109.n.180.

Mortua filia in ſecundo matrimonio ſine liberis, an conſuetudo Martini habeat locum liberis relictis ex primo matrimonio: pag. 110. numero 183. 184.

Si maritus præmortuus fuit, & poſtea filia relictis liberis, an conſuetudo Martini procedat, vt ſcilicet dos non redeat ad patrem, ſed maneat nepotibus. ibid.n.185.186.

Si pater ſit ſtipulatus dotem ſibi reſtitui in omnem caſum reſtituendæ dotis de iure, vel ſecundum formam iuris, dos iuxta conſuetudinem Martini remanet liberis à filia relictis.p.111.n.188.189.

Si ſtipulatus ſit dotem ſibi reſtitui, vel hæredibus, dus non remanet filiis à filia relictis, ſed redit ad patrem. ibid. n. 190.

Quando eſt ſtipulatus dotem ſibi reddi, & moritur conſtante matrimonio, an matrimonio per obitum viri diſſoluto dus ſpectet ad hæredes patris dotantis, vel ad filiam, aut ad eius hæredes. ibid. & ſeq. n. 191. 192. Quid ſi ſtipulatus eſſet ſibi ſoli reddi. p. 712. n. 192.

Attenta conſuetudine, per quam approbata eſt opinio Martini, quod dos profectitia defuncta in matrimonio filiafamilias relictis liberis, ad eoſdem liberos pertineat, an liberi eam habeant ex perſona matris vti illius hæredes, an ex perſona aui, ſeu ab auo materno immediate, vti illius hæredes, an tantum vt filij ex ſola conſuetudinis prouiſione, & diſpoſitione. ibid. n. 193. ad 197.

Dos conſiſtens in immobilibus reſtituitur ſtatim ſoluto matrimonio, ad reſtituendum conſiſtentem in pecunia, & in mobilibus, ac in rebus incorporalibus permittitur marito, & eius hæredi annus à ſoluto matrimonio: pag. 507. numero 21.

Idem annus permittitur ad reſtituendam datam in rebus immobilibus æſtimatis æſtimatione faciente venditionem. ibid. n. 23.

Si dos ſit conſtituta in pecunia cum pacto, vt emeretur vxori fundus, ſoluto matrimonio ſtatim reſtituitur, licet maritus fundum non emerit. ibidem num. 23.

Idem ſi pecunia dotalis ſit conuerſa in corpora hæreditaria, vel ſi pecunia dotalis fuit deſtinata in emptionem immobilium. ibid. n. 23. & 24.

Idem ſi mulier rem immobilem ſibi à ſuo debitore datam in pignus dederit in dotem. ibid. n. 25.

Fructus ex rebus dotalibus frugiferis percepti ante matrimonium à marito, & percepti poſt ſolutum matrimonium, & etiam conſtante matrimono pro tempore, in quo non ſuſtinuit maritus onera matrimonij, an ſint reſtituendi ſtatim ſoluto matrimonio. p. 707. n. 30. ad 34.

Maritus vel eius hæres quas impenſas in rebus immobilibus dotalibus factas poſſit in reſtitutione dotis repetere. p. 708. n. 35. ad 38.

Prætextu quod vxor ſibi aliquid debeat, non datur marito, aut eius hæredi ſoluto matrimonio dotis detentio. ibid. n. 37. an detur compenſatio. ibid.

Re dotali conſtante matrimonio effecta deteriori an, & qua ratione maritus, vel eius hæres teneatur ad damni reſtitutionem, & quid ſi damnum ſit illatum ab inimicis mariti. ibid. n. 39.

Maritus in rebus dotalibus adminiſtrandis conſtante matrimonio tenetur de dolo, lata, & leui culpa, & in quibuſnam caſibus teneatur de leuiſſima. p. 709. n. 40. & 41.

Maritus, vel eius hæres poſt ſolutum matrimonium exiſtens in mora reſtituendi res dotales tenetur de culpa leuiſſima, & etiam de caſu fortuito. ibid. n. 42.

Et quid in foro animæ. ibid.

An teneatur reſtituere fructus, qui potuiſſent percipi, ſi neglexit colere agrum dotalem. p. 710. n. 43.

Si vxor ſoluto matrimonio fuerit in mora recipiendi dotem ſibi oblatam, maritus tenebitur ſolum de dolo, & lata culpa. ibid. n. 44.

Et qua ratione conſtituatur in mora. ibidem numero 45.

Dilatio annalis ad reſtituendam dotem poſt ſolutum matrimonium marito, & eius hæredi conceſſa an illis competat, ſi reſtitutio ſit facilis, & prompta, ac parata. p. 711. n. 46. & 47.

Dotis partem conſtante matrimonio non exactam maritus non poteſt ſoluto matrimonio exigere. ibid. n. 48. Dos à marito legata ſoluto matrimonio ſtatim eſt reſtituenda. p. 712. n. 50.

Marito, qui fuit negligens in curanda vxore infirma ſoluto matrimonio non competit beneficium annalis dilationis ad dotem reſtituendam. ibid. n. 50.

Minor terminus anno poteſt deduci in pactum à partibus. ibid. n. 51.

Nec prohibetur vxor dotem intra illum annum petere, vt ea ſibi poſt annum ſoluatur. ibid. numer. 51.

Et poteſt vxor cogere maritum, vel eius hæredem ſatiſdare. ibid. n. 53. & ſi non poterit, cogitur dotem reſtituere deducto interuſurio medij temporis, ſi vere illius interſit, alias ſecus, ibid. n. 54.

Si maritus conſtante matrimonio remiſit dotem, vel partem dotis, ſoluto matrimonio cogitur integrè reſtituere. ibid. n. 55.

Si dotem ſibi à patre vxoris promiſſam maritus conſtante matrimonio neglexerit exigere, & periit, an ipſe, vel eius hæres teneatur eam ſoluere. ibid. num. 56.

Quid ſi neglexerit exigere ab extraneo, qui ex mera liberalitate dotem promiſerit. p. 713. n. 57.

Quid ſi illis defunctis ab illorum hæredibus neglexerit dotem exigere. n. 58.

Quid ſi neglexerit exigere ab extraneo obligato mulierem dotare, vel à debitore mulieris. ibid. n. 59.

Caſus, in quibus maritus vel eius hæres tenetur ſoluere dotem, quæ periit. ibid. n. 60. & 61.

Tenetur maritus ſuis ſumptibus proſequi ſeruos dotales fugitiuos ſua culpa. ibid. n. 62.

Expenſas à marito factas in curanda vxore ægra an, & quando idem maritus, vel eius hæres poſſit repetere, & deducere in reſtitutione dotis vxoris patri, vel hæredi facienda. p. 714. n. 64. 65.

An & impenſas in vxoris funere ab eodem marito factas. ibid. n. 66. & quid ſi iuxta ſtatutum loci maritus aliquid dotis lucratur. ibid.

Has impenſas funeris tenetur maritus ſtatim facere, & ſi illas fecerit ille, ad quem dos reddi debet, is ſtatim repetet à marito. ibid. n. 66.

Si centum aurei, vel ducati, aut floreni dati ſunt in dotem cum pacto, vt iidem reſtituantur, iidem quoad numerum ſunt reſtituendi, ſiue eorum valor extrinſecus diminutus ſit, ſiue auctus, remanente eadem bonitate intrinſeca. p. 715. n. 72.

Idem ſi fuerit dictum, vt reſtituantur in eadem æſtimatione, quamuis fuiſſent deteriorati. ibidem.

Et ſi non fuerit deductum in pactum, & aurei ſint variati in bonitate intrinſeca, quomodo facienda reſtitutio. ibid.

Si centum aurei ſint dati in dotem ſine pacto, vt ſub eadem æſtimatione reſtituantur, an debeat, & ſatis ſit, quod iidem quoad numerum reſtituantur, licet valor intrinſecus ſit mutatus, diminutus, vel auctus. p. 714. n. 73. & 74.

Quid ſi in dotem datæ ſint centum libræ in ducatis aureis, an facto poſtea augmento, vel decremento valoris extrinſeci, lucrum, & damnum ſpectet ad recipientem, ſeu creditorem dotis. ibid. n. 75.

Quid ſi datæ ſint in dotem centum libræ in ducatis aureis cum pacto, quod reddantur in ducatis aureis, quorum valor intrinſecus poſtea ſit auctus, vel diminutus. ibid. n. 76. & quid ſi promiſſus certus numerus ducatorum aureorum, vel adſit loci conſuetudo, quod debitor poſſit vnam ſpeciem monetæ pro altera ſoluere. ibid.

Qnid ſi dictum ſit, quod pecunia data in dotem, vel mutuo debeat reddi in tot ducatis aureis in auro, an poſſit ſolui moneta argentea, vel alterius materiæ. ibid.n.77.

Et quid ſi dictum ſit ſimpliciter, quod ſoluatur in ducatis aureis, an poſſit ſolui in moneta diuerſæ materiæ.ibid.n.78.

Et an poſſit ſolui in moneta diuerſæ formæ, ſed eiuſdem materiæ, & bonitatis intrinſecæ.ibid.

Vide Summarium poſitum ante c.19.ex n. 10. & verba *Actio pro dote*, *Dos profectitia*, *Dos æſtimata*, *Dos inæſtimata*, *Dos filiafam. quoad reuerſionem*. *Extraneus*, *Emphyteuſis*, *Fideicommiſſum*, *Solutio dotis quibus fieri debeat*, *Transmiſſio*, *Vſusfructus*.

Pupillus maior infante ius petendæ reſtitutionis in integrum tranſmittit.p.109.n.188.

Mulier minor ob dotem exceſſiuam promiſſam quando reſtituatur in integrum. p.365.n.189. p.526. n.50.

Frater minor reſtituitur in integrum aduerſus dotem exceſſiuam pro ſorore promiſſam.p.527.n.56.

Idque non obſtante iuramento, petita prius abſolutione.ibid. Reſtitutionis huius priuilegium, etiam maioribus, qui cum minoribus promiſerant, & ſe obligauerant, competit. ibid.

Reſtitutio, quæ conceditur minoribus, competit etiam maioribus illis conſortibus.ibid.n.56.

Minor vbi cum maiore fratre dotem exceſſiuam conſtituit, & in ſolidum quilibet ſe obligauit, conuento maiore poteſt comparere, & in integrum reſtitutionem aduerſus dotem immoderatam petere etiam ad defenſionem maioris. ibid.

Quantus exceſſus, ſeu quanta læſio requiratur, & & ſufficiat ad præfatam reſtitutionem explicatur exemplis, & an ſufficiat modica læſio, vel debeat eſſe enormis, & grauis. ibid. minima nó ſufficit.ibid.

Si dos exceſſiua à fratre minore conſtituta eſſet ſecondum qualitatem viri, an tunc competat eidem minori reſtitutio.ibid.n.57.

Maiori 25. annis, ſi pro ſorore promiſit, vel dedit dotem exceſſiuam vltra dimidium congruæ dotis ſubuenitur pro reductione ad congruam menſuram p.528.n.58.

Vbi, quod *l.2. C. de reſcind. vend.* habet locum in omnibus bonæ fidei iudiciis.ibid.

Vide *Læſio*, *Minor*, *Obligatio pro dote*.

Reus debendi.

Vide *Obligatio*.

S

Satiſdare, Satiſdatio.

Satiſdatio non eſt, niſi quando vnus acceſſoriè alterius obligationi accedit. p.501.n.90.

Vide *Fideiuſſio*.

Scriptura.

Scriptura præſumitur vera in totum, quando in parte vera probatur.p.410.n.129.

Sententia.

In iudiciis vniuerſalibus valet ſententia generalis, & incerta quoad quantitatem, quæ poſtea in eius executione liquidatur.p.19.n.75.

Quando libellus eſt incertus quoad quantitatem, an valeat ſententia incerta, ſi certificari poſſit per acta probatoria, ad quæ non ſit expreſſa, ſed tantum tacita relatio.p.45.n.79.

Sententia refertur ad libellum.ibid.

Sententia generalis ſicut & libellus generalis quoad quantitatem ſuſtinetur, cum in arbitrium boni viri eſt conſtituenda.ibid.n.80.

D. Ioan. Angel. Boſſius de Dote.

Sententia licet ſit indiuidua, poteſt valere quoad vnum capitulum, & eſſe nulla quoad aliud. p.654. num.46.

Vide *Libellus*.

Seruitus.

Seruitutum perſonalium tres ſunt ſpecies, vſusfructus, vſus, habitatio, & quare dicantur perſonales ſeruitutes, & qua ratione poſſunt dici ſeruitutes mixtæ. p.573. n. 20. Seruitutes reales debitæ rebus dotalibus an poſſint amitti per non vſum, ſi maritus illis non fuerit vſus.580.n.51.

Socer.

Socer pater vxoris, an, & qua ratione cenſeatur eſſe loco parentis reſpectu generi, & qua ratione ſocer pater mariti reſpectu nurus.p.441.n.5.6.& 7.

Vide *Priuilegium, vt quis pro debitis damnetur ſolum in quantum facere poteſt*.

Societas, Socius.

Quando inter aliquos eſt contracta ſocietas omnium bonorum, an dotes filiarum vnius ex ſociis ſolui debeant de communi ſocietatis, quæſtio difficilis. p.197.n.103. Societas eſt contractus, qui ſolo conſenſu perficitur.ibid.n.104.

Societas alia expreſſa, alia tacita.ibid. expreſſa quænam ſit.ibid. n. 105. expreſſa ſimpliciter contracta quæ. ibid. expreſſa ſocietas omnium bonorum quæ, & quibus verbis contrahatur.ibid.

Societas tacita quæ ſit.ibid.n.106.

Societas omnium bonorum tacitè contrahi poteſt.ibid.

Vt tacita contracta præſumatur, vel intelligi poſſit, & debeat, tria hic requiruntur, cohabitatio, lucrorum in vnum collatio, & ad inuicem non reddita ratio.p.198. n. 108. In ſocietate omnium bonorum pacto expreſſo fieri poteſt, vt dos filiæ vnius ex ſociis de communi ſocietatis conſtituatur, dummodo pactum ſit commune, & filiæ alterius ſocij non excludantur.ibid. n. 108. cuius pacti obligatio extinguitur per vnicam donationé.ibid.& p.202. n.125.

Ex natura ſocietatis omnium bonorum, tam expreſſæ, quàm tacitæ, an dotes filiarum ſociorum ſoluendæ ſint ex communi ſocietatis, nec in diuiſione patri imputentur, examinantur ſententiæ diuerſæ, & approbatur quarta indiſtinctè affirmans.p.199.n.109. ad 126. Quæ quarta affirmatiua multò magis procedit, ſi ſocius dotaſſet filiam ſuam ex communibus bonis, ſcientibus, & patientibus aliis ſociis. p.202.n.127.

Prout etiamſi vnus ex ſociis nullam haberet filiam. p.200.& ſeq.n.121.122.& 131.

Filia vnius ſocij omnium bonorum dotata ab eius patre, & hæres relicta in diuiſione rerum ſocietatis facienda cum alio ſocio habet dotem præcipuam.p.200.n.118.

In ſocietate omnium bonorum fiunt communia omnia vndecumque, & qualitercumque quæſita bona præſentia, & futura, lucra perſonalia, & realia, quidquid acquiritur per familiam, hæreditas, legatum, donatum, ſtipendium publicum, lucrum dotis per obitum vxoris alterius ſocij, fructus dotis.ibid.n.119.

Nec habetur ratio, quod vnus plus poſuerit, vel lucretur, quàm alius ſocius, ibidem numero 120.

Omnes expenſæ, debita contracta, & damna ex natura ſocietatis omnium bonorum ad ipſam ſocietatem ſpectant, dummodo non proueniant ex delicto, dolo, & culpa.p.202.n.125.

Neque inæqualitas expenſarum attenditur, ſed tantum quod non proueniant ex delicto, dolo, & culpa. ibid. Idque ſiue ſint neceſſariæ, ſiue voluntariæ, ſiue afferant, ſiue non afferant vtilitatem honeſtam.ibid.

Si vnus ex ſocils omnium bonorum per iniuriam iudicis ad aliquid fuerit condemnatus, id ſocietati imputstor. ibid. Item impenſa ab vno ea ſocits facta io ducenda vaore.ibid.

Item impenſæ pro alimentis familiæ vaoris, & filiorum alterius iocij, & quid ſi filij nati ſint ea damnaio coito.ibid.n.122.

Itsm expenſæ pro curanda infirmitate, ſed non morbi gallict. ibidem.

Item ſocietati imputantur erogata in honorem vnius filij ea ſociit à patre, putà pro militia, Doctorato, feſtiniiate nuptiarom filij, & pro iocalibus filiæ, niſi eapenſæ ſint exceſſiuæ. p.201.n.122.

Prænotata oimnia, ſtante qoaria ſententia procedunt etiam in ſocietate omnium bonorum tacitè tantum contracta. ibidem numero 124.

Dos pro filia vnius ſocij omoium bonorum durante ſocietate promiſſa diſſuluta ſocietate debet ſoloi de communi ſocietatis. ibidem, & ſeqq.num.126.

Sed ſi filia acceptione à marito erit liberata, non poterit agere contra alium ſocium pro conſequenda dote à patre ſuo promiſſa.p.202.n.127.

Vbi duo fratres bona poſſident in communi, ſi vnus ea eis dedit, vel promiſit dotem filiæ ſuæ de iis bonis communibus altero fratre ſciente, & non contradicente, an is præſumatur conſentire animo donandi, vt poſtea in diuiſione non poſſit petere partem ſuam rei datæ pro dote.ibid.n.128.

Filia vnios ſocij vnica non debet habere maiorem dotem quam filiæ aliorum ſociorum. p. 203. num. 130. & ſequent.

Socius ex rationabili cauſa poteſt filiæ vnios ea ſociis maiorem dotem dare, qoam filiæ, ſeu filiabus aliorum ſociorum,& maiora alimenta filio vnius ſocij, quam filiis aliorum.p.201.n.123.

Solemnitas.

Sufficit ſemel ſolemnitatem ioris, vel ſtatuti fuiſſe ſeruatam.p.281.n.76.

Solitum.

Illud, quod dicitur,ſecundom ſolitum, & conſuetudinem videri initum contractum,quomodo procedat, vbi deductum eſt in actu, ſecus vbi non apparet fuiſſe deductum in actum.p.283.n.80.

Argumentum à ſolitis, & à commoniter accidentibus valet.p.485.n.23.

Soluere, Solutio, Solutio dotis.

Quod debetur in diem, ante ſoloi poteſt. pag. 747. numero 91.

Quando certa ſpecies debetur ſolutio inoito creditore non poteſt in diuerſis rebus fieri, ſed fieri debet in eadem re. p.226.n.94.

Solutio præſumitor facta in cauſam debitam, dom nihil aliud expreſſum ſit, & dom non apparet de alia cauſa. pag.410. numer. 129.

Qui ſciens ſe non eſſe ſoluendo facit ſe dioitem, puniendus eſt extraordinariè.p.444.n.17.

Idem eſt, quod aliquid ſoluatur alicoi, vel alteri de mandato.p.479.n.3.

Dos relicta alicoi pueilæ debet ſolui ſtatim, non verò expectari vt nubat. p.617.n.184.

Aliud pro alio non poteſt ſoloi creditore inuito. pag.640.n.279.Declaratur numeris ſeqq.

Hæres, qui fecit inuentarium, creditoribos teſtatoris in pecunia poteſt ſoluere in bonis ipſius hæreditatis, dando illis in ſolutum pro iuſta æſtimatione, quando ea hæreditas non eſt opulenta, & etiam quando eſt opulenta, ſi non inueniatur iuſtus emptor. ibid.num.279.

Vide *Creditor, Debitor.*

Solutio, ſeu traditio dotis quibus fieri poſſit, vel debeat, quando marito, quando patri mariti, quando alteri de eorundem mandato.

Dos à muliere, vel eius patre tradi poteſt non ſolum marito ſui iuris, ſed & cuiuis alteri eidem marito ſubdito, vel non ſubdito, de eiuſdem mariti ſui iuris iuſſu,ſeu conſenſu.p.478.n.1.

Si dos filiofam. vel ſeruo mariti promittatur, vel tradatur, an, & quando ſit periculo mariti, vel mulieris. ibid. Marito, qoi ſit ſui vxoris dos eſt tradenda ſecundom ioris diſpoſitionem.ibid.n.2.

Vbi marito ſoi iuris dos datur, vel alteri de eius conſenſu, maritus ſulos obligatur ad dotem mulieri reſtituendam.p.479.n.3.

Dos vaoris filiifamilias poteſt ſolui ipſi patri, ſiue fuerit promiſſa eidem patri, ſiue filio.ibid.n.4.

Dos vaoris filiifamilias cum patre habitantis ſecundum iuris diſpoſitionem eſt tradenda ipſi patri, etiamſi fuerit promiſſa filio. ibid.n.5.

Pater poteſt recipere dotem vxoris eiuſdem filiifamilias,eo inuito.ibid.

Ad eiuſdem dotis à ſe receptæ reſtitutionem pater ſolus in ſolidum obligatur, non filia, niſi ſit patris hæres.ibid. Et pro reſtitutione eiuſdem patris bona ſunt obligata. ibid. ſi idem pater tempore dationis dotis declaret ſe recipere nomine,filij tanquam legitimus eius adminiſtrator, filius remanet obligatus, ſi declarationi expreſſe conſenſerit.ibid.

Prædicta procedunt iure communi inſpecto, ſecundò quod per matrimoniom filiusfamilias non eximitur à patria poteſtate,non in locis,in quibus ſecundum leges particulares filij per matrimonium liberantur à poteſtate patria.p. 480. n. 7. In qoibus locis eſt ſoluenda marito, nec ſocer mariti pater remanet obligatos, niſi expreſſe ſe ad dotis reſtitutionem obligauerit.ibid.

Pater dotem vaoris filiifamilias à ſe receptam non tenetur ei reſtituere, ſi cum eodem patre habitet. pag.487. n. 30. An teneatur illi tradere ſi ſeorſum de patris voluntate, vel alia cauſa iuſta habitet, vel ſufficientia illi præſtet alimenta.ibid.& ſeq.n.31. 32. & 33. ſi ſine eiuſdem patris voluntate, & abſque iuſta cauſa habitet ſeorſum à patre, non tenetur pater ei reſtituere dotem ſuæ nurus,neque etiam alimenta.p.488.n.34.& 35.

Si pater filiofamilias ſeorſum de eios voluntate, vel ex iuſta cauſa habitanti de conſenſo nurus dotem reſtituerit, an remaneat liberatus, etiamſi dotem ſine notus conſenſu reſtituerit eidem filio. ibid. n.36. & 37. vbi ponitur affirmatiua. Iuxta quam affirmatiuam pater reſtituens non egeret caotione à filio præſtanda de conſeruando eum indemnem, nec filius ad talem cautionem teneretur. ibid.n. 37. filio minime diligenti, & ſuſpecto de mala adminiſtratione, & dilapidatione pater non tenetur, nec debet reſtituere dotem. ibid. n. 37. & quid ſi filius exhibeat caotionem.ibid.

Si pater reſtituat dotem filiofamilias in caſu, in quo ſecundum iuris diſpoſitionem non tenetur etiam de conſenſo noros, non liberatur. ibid.n.37.

Conſilium Ancharani,& Vtſilli circa dotis reſtitutionem, an pater filiæfamilias reſtituens iterum cogi poſſit ad dotis reſtitutionem.ibid.

Hæredes patris filiæfamilias per mortem patris effecti ſui ioris dotem vxoris à patre acceptam tenentur reſtituere.p.489.n.40.

Pater,qui filio emancipato,induſtrio, & non ſoſpecto petenti reſtituit dotem ſiue de conſenſu nurus, ſiue abſque eios conſenſu, remanet omnino liberatus à muliere, & eius hæredibus, etiamſi poſtea filius

effectus ſit non ſoluendo. ibid. n.41. Quid ſi filius noluit vti iure ſuo, ſed voluit morari ſimul cum patre, an tunc pater debeat in reſtitutione dotis adhibere nurus conſenſum, vt liberetur, vel exigere cautionem. ibid.n.42

Maritus conſtante matrimonio conſignans dotem ſocero, ſeu patri vxoris ſine conſenſu, vel cum conſenſu vxoris, quando maneat liberatus, necne ab vxore. p.490.n.43.

Patris hæres, aut debitor, qui non ſit mulieris adminiſtrator, manet liberatus etiamſi ſoluat dotem marito inopi. p.509.n.111.

Vide *Emacipatio*, *Obligatio pro dote.*

Soror.

Soror diues tenetur alere, & dotare fratres, & ſorores pauperes, quando abundè non poſſunt habere. p.621.n.204.

Vide *Frater.*

Sponſa, *Sponſus*, *Sponſalia.*

Sponſa quæ ſponſo dedit dotem, admittitur ad priuilegia dotis, etiam non ſequuto matrimonio. p.56. num.114.

Sponſus, qui ſine dotis promiſſione contraxit ſponſalia cum muliere, ſeu ſponſa diuite, quæ poſtea ante tempus contrahendi matrimonium ob ſuperuenientem paupertatem facta eſt impotens ad ſe dotandum, an teneatur illam ducere indotatam, ſi ipſe ſit diues. p.289.n.92.

Vide, *Hypotheca pro dote.*

Statutum.

In ſtatutis præſertim exorbitantibus, & correctoriis iuris communis verba propriè debent intelligi. p. 37.n. 42. Statuti verba ſunt intelligenda ſtrictè, & prout verba ſonant, & non expreſſa ſtatuti ratione magis verba conſideranda ſunt, quàm ratio. p. 39. n. 52. & quid ſi ſtatutum non ſit contra ius commune. ibid.

Statutum præſtans paratam executionem contentis in inſtrumento, an extendatur ad contenta in inſtrumento virtualiter, & præſumptiue. 354.n.71.

Statutum cauens quod in certis caſibus non poſſit probatio fieri, niſi per inſtrumentum, & non per teſtes, valet. p.372.n.15.

Statutum ſimpliciter, & generaliter excludens aliquem à ſucceſſione ab inteſtato, etiam in dubio intelligitur excludere à legitima, iuxta Vaſquium. p. 53. n.66. Satutum eſt intelligendum, vt minus à iure communi recedat, quàm ſit poſſibile. ibid.n.67. Statutum quando poteſt operari duos effectus ad correctionem iuris, eſt capiendum, vt in vno tantum caſu corrigat, in alio verò non deuiet à diſpoſitione iuris communis. ibid.

Statutum trahitur ad legatum interpretatione paſſiua. p. 626. n.231. Statutum de certa quantitate ſoluenda donec dos promiſſa ſoluatur, vel à marito recepta ab eo, vel ab eius hæredibus mulieri reſtituantur, eſt validum. p.746.n.89.

Vide *Dos promiſſa*, *Dotis promiſſa probatio*, *Generalis diſpoſitio*, *Lucri dotis ſtatutum.*

Statutum excluſiuum fœminarum à ſucceſſione parentum.

Simpliciter excludens fœminas à ſucceſſione ab inteſtato propter maſculos, & poſtea iubens eas dotari fœminis excluſis reſeruat dotem non propter excluſionem, ſed propter matrimonium. p.243.n.46. excludit etiam à legitima. ibid. excludit fœminas principaliter propter agnationis conſeruationem. ibidem. Vt vi dicti ſtatuti fœmina excludatur à ſucceſſione, an debeat eſſe dotata ante mortem patris, vel ſufficiat ſi poſt mortem patris ſit à fratribus dotata ante aditam hæriditatem. p. 241. & ſeq. n. 44. & 48. Statutum ſimpliciter excludens filiam ab hæreditate, & ſucceſſione patris, nulla facta mentione dotis, an excludat etiam à legitima vel eius ſupplemento. p. 248. n. 58. & 60. Dotem à ſtatuto ſibi reſeruatam an, & quando poſſit filia propria authoritate capere. p.249.n. 64. Quando ſtatutum ſimpliciter excludens filiam à ſucceſſione mandat eam congruè, vel legitimè dotari, an dos ſuccedat loco legitimæ, illuſque priuilegia habeat. p.25.n.74.75.

Statuta excludentia fœminas à ſucceſſione propter maſculos an ſint fauorabilia. p. 631.& ſeq.num. 67. & 69.

Vide *Dos fœmina*, *Dos quoad ſucceſſionem loco legitima.*

Stipulatio.

Stipulationis definitio, eius forma, & requiſita ad eius ſubſtantiam, & valorem. p.373.n.1.ad 9.

Stipulatio vtroque contrahente loquente, vno interrogante, altero reſpondente, hodie non requirit certam verborum formam, ſed ſufficit quibuſcumque verbis vniuerſaliter ad ſignificandum inſtitutis, & quocumque idiomate petitio vnius, & conſenſus alterius explicetur, & debent verba eſſe formata linguæ inſtrumento, & poteſt ſtipulari balbutiens, dummodo intelligatur. ibid.n.2. Mutus, & ſurdus non poſſunt ſtipulari. ibid.n.3. Mutus poteſt ſtipulari per ſeruum proprium. p. 355. num. 75. Non poteſt fieri ſtipulatio literis, aut ſcriptura, neque ab ita diſtantibus, vt proprias voces non intelligant. ibid. n. 3. In ſtipulatione debet præcedere interrogatio, & ſubſequi reſponſio. ibid. n.4. Debet reſponſio eſſe congrua, & quando cenſeatur congrua. p.374. n. 5. & debet fieri ſtatim poſt interrogationem, ita vt non diuertatur ad alia, & quid ſi medius actus non ſit contrarius obligationis, vel ſi interrogatus petat ſibi aſſignari certum tempus reſpondendum, ibid. n. 6. Quæ fuerit ratio inducendi formam ſtipulationis. ibid. Factum alienum an poſſit validè deduci in ſtipulationem, vt inde oriatur obligatio ſaltem naturalis procurandi, vt ſequatur factum alienum, & an talis ſtipulatio iuramento confirmata valeat. ibid. n. 7. facti verbo venit non factum. ibid.n.8.

Stipulatio eſt propriè contractus ſimplex, non reciprocus, & reſpectiuus. ibid.n. 9. & parit obligationem naturalem, & ciuilem actionem, & vnde dicta. ibid. & ſeq.n.10.11. & ex ea oritur duplex actio, altera certi condictio, altera ex ſtipulatu, & quandonam detur vna, quando altera, & quæ inter eas differentia, & quomodo ſit perſonalis, & ad hæredes tranſeat. p.375.n.11.

In ſtipulatione qui interrogat, & petit, dicitur ſtipulans, ſeu ſtipulator; qui reſpondet, dicitur promiſſor, licet ſtipulari aliquando ſumatur paſſiuè. p.374. num.10.

Regulariter loquendo alteri nemo poteſt ſtipulari. p.94.n.114. fallit in dote. ibid. & pater poteſt filiæ abſenti ſtipulari. p.98.n.143.

In dotis conſtitutione fauore ſpeciali *l. vnic. Cod. de rei vxor. actione.* ſubintelligitur ſtipulatio. p. 351. numero 61.

Quæ fuerit cauſa præfatæ ſtipulationis fingendæ in dotis contractu, nulla, vel inutili expreſſa ſtipulatione interueniente. p.352.n.62.

Etiam fauore mariti fingitur ſtipulatio in promiſſione dotis per pactum nudum, & eſt bonæ fidei. ibid.n.63.

Extenditur etiam ad donationem propter nuptias, tam fauore mariti, quàm vxoris. pagina 353. numero 65.

Actio ex ſtipulatu ex diſpoſitione *d. l. vnic. C. de rei vxoria act.* competens patri habenti filiam in poteſtate

teſtare eſt bonæ fidei, etiamſi poſt mortem filiæ repetat dotem. p.352.n.64.
In extraneo repetenre eſt ſtricti iuris. ibid.
Ea actio ex ſtipulatu ita competit patri, vt tamen ſit communis inter patrem, & filiam.p.352.n:64.
Priuilegium prædictæ ſtipulationis fictæ in contractu doris tranſit ad quemcumque, ad quem tranſit dos. p.353.n.66.
Actio ex ſtipulatu ratione dicti priuilegij eſt perſonalis.ibid.
Prædicta ſtipulatio in contractu dotis reſpectu vxotis, & mariti ſubintellecta, an dicatur, & ſit ficta, vel præſumpta, & quæ vtilitas, quod ſit ficta. ibidem n.67.68.69. & p.354.n.70.Actio prædicta ex ſtipulatu pro dote habet locum ſiue certum, ſiue incertum dotis nomine datum ſit.p.354.n.73.
In muto, vel muta promittente dotem, vel dotis reſtitutionem an habeat locum prædicta ficta ſtipulatio, eorumve conſenſus habeat vim ſtipulationis. ibid.& ſeq.n.74.75.76.
Vide *Pactum*, *Pactum nudum*, *Pollicitatio*.
Stipulatio dotis reſtituendæ dotanti.
Vide *Dos profectitia*, *Extraneus*, *Promiſſio dotis*, *Reſtitutio dotis ſoluto matrimonio.*
Subrogatio, *Subrogatum*. *Succeſſio vnius loco alterius*, &c.
In rebus, ſeu iudiciis particularibus regulariter neque pretium tetractum ex re ſuccedit loco rei, neque res empta ex pecunia ſuccedit loco pretij. p.15. n.64.
Et ſic pretium ex re furtiua tedactum non eſt furtiuum, & dominus rei furtiuæ illud auferens committeret furtum.ibid.
Et res empta ex pecunia alterius non efficitur eius cuius eſt pecunia, ſed eſt ementis. ibid.
Et pretium redactum ex venditione rei feudalis non eſt feudale.ibid.
Et res empta ex re pignoratitia, non eſt pignorata.ibid.
Nec pretium rei obligatæ dicitur obligatum, nec venit actio hypothecaria. ibid.
Et res empta ex pecunia Eccleſiæ non efficitur Eccleſiaſtica.ibid.
In rebus, ſeu iudiciis particularibus pretium ſubrogatur loco rei, & res empta loco pretij, ſeu pecuniæ, ex qua empta eſt, ſi fuerit conuentio, & mens partium; vel ſi res empta ſit extincta, vel ſit empta ex pecunia militis, aut minoris, aut furioſi. p.16.n.65.
Pecunia tedacta ex venditione rei alienæ, & res empta ex pecunia aliena ſuccedit loco rei, & loco pretij in ſubſidium, ſcilicet ſi venditor, aut emptor non ſit ſoluendo, in ſubſidium domino datur actio ad conſequendam pecuniam, & ad vendicandam rem emptam. ibid. n. 66. Quæ actio non extenditur ad præiudicium creditorum habentium ex generali obligatione hypothecam in re ipſa empta poſtquam tranſiuit in dominium ementis. ibid.
In rebus, ſeu iudiciis vniuerſalibus pretium rei venditæ ſuccedit loco rei venditæ. p. 17. n. 67. An autem res empta ex pecunia rei vniuerſalis ſuccedat loco pecuniæ, negant aliqui, verius contrarium, & ſic & pretium rei hæreditariæ venditæ ſuccedit loco rei, & res empta ex pecunia hæreditaria ſuccedit loco pecuniæ. ibid. Quod in vniuerſalibus pretium ſuccedat loco rei, & è contra, & etiam in particularibus, ſi id actum ſit inter partes, non procedit ſecundum veritatem, ſed ex fictione iuris. ibid. n.68. Pecuniam redactam ex venditione rei dotalis, & rem emptam ex pecunia dotali nulla præcedente inter partes conuentione, quod pecunia ſuccederet loco rei venditæ, & res empta loco pecuniæ, multorum opinio eſt, ſuccedere loco rei, vel loco pecuniæ, & effici dotalem, & actione dotis peti poſſe. ibid. n.69. Contraria opinio communis eſt, niſi res vendita, vel empta de conſenſu mulieris, vt pecunia loco rei venditæ ſuccedat, vel res empta loco pecuniæ, aut pecunia ad hoc ſit data marito, vt in emptionem rei immobilis conuerteretur, & etiam venditio, & emptio cedat in vtilitatem mulieris.p.18. n. 70. ſufficit autem quod conſenſus mulieris ſubſequatur. ibid. In ſubſidium quoque (ſi maritus non ſit ſoluendo) fauore dotis pecunia redacta, vel res empta ex pecunia dotali efficitur dotalis, ſcilicet poteſt ad pretium ex re dotali redactum, vel ad rem ex pecunia dotali emptam haberi regreſſus tanquam ad rem dotalem; & mulieri competit vtilis rei vindicatio. ibid.& ſeq. n. 71. 72. 73. Subrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur. p.351. n.61.Non ſapit naturam eius, cuius loco ſubrogatur, quando eſt diuerſa qualitas in ſubrogato ab eo, in cuius locum ſubrogatur. p. 534. n. 78. & p.752.n.111.
Vide *Dos quoad ſucceſſionem loco legitimæ.*
Succeſſio, *Succeſſor.*
Succeſſor vniuerſalis ille ſolum, qui per omnia perſonam defuncti repræſentat, vt hæres non poteſt expellere colonum ante finitam locationem. p. 24. num.91.
Filij illegitimi naturales etiam vulgò quæſiti ex non punibili coitu nati iure ciuili ab inteſtato ſuccedunt non ſolum matri, ſed etiam auo materno, ſi mater non ſit illuſtris. p. 184. n. 41. Filiabus pro dote an competat tacita hypotheca in bonis patris, & onus dotandi tranſeat ad ſingularem ſucceſſorem bonorum paternorum titulo oneroſo emptionis,vel ſimili contractu oneroſo. p. 223. n. 84. 85.
Etiamſi ſucceſſor bonorum patris titulo oneroſo poſſideret bona patris omnia, vel maiorem eorum partem, non tenetur, neque cogi poteſt alimenta, & dotes dare filiis,& filiabus eiuſdem patris.ibid.n.85.
Facta à patre bonorum alienatione minori pretio filiæ, & filio competit contra ſucceſſorem titulo oneroſo ius habendi dotem,& legitimam in eo, quod plus valerent bona. ibid.n.85.ſi pater alienaſſet bona ficta, vel in fraudem, ſeu ad fraudandum filias dotibus, alienatio non præiudicat filiabus in dote. p.224. n.86.

T

Tacitum.

Tacitum non extenditur. p. 304. n. 129. Actus tacitus non debet magis operari, quàm expreſſus. p.272.n.38.
Taciturnitas.
Ex taciturnitate regulariter non inducitur ratificatio, niſi vltra taciturnitatem interuenerit aliquis actus poſitiuus tendens ad approbationem. p.193. n.87.
Tempora Tempus.
Tempus in dubio cenſetur dictum fauore debitoris. p. 746. n. 91. Tempus incertum habetur pro conditione,redditque diſpoſitionem omnino conditionalem. p. 256. n.94. Dies incerta conditionem non facit fauore filiæ, cui pater legauit. ibid.n.95. Idem eſt facere aliquid tempore inhabili, ac prohibito, & facere tempore habili, ac licito, ſi conferatur in tempus inhabile, & prohibitum. pagina 367. num. 21. Intelligitur quando ſubſtantia actus confertur in tempus prohibitum, ſecus ſi ſola executio. ibid. Tempus ſolum non eſt modus inducendæ, vel tollendæ obligationis, ſi non ſufficit ad præſcriptionem. p.741.n.73.
Vide *Legatum.*

Tertius, Tertius poſſeſſor.

Ius tertij non poteſt allegari etiamſi ſit lucis alterius omnino excluſiuum, quando excluſio non poteſt fieri niſi accedente voluntate illius tertij. p. 549. n. 80. emphyteutæ non opponitur caducitas, niſi per dominum. ibid.

Textus non opponit de reuocatione donationis per ſuperuenientiam liberorum. ibid. Tertius non opponit de inoffi:ioſo teſtamento. ibid.

Teſtamentum, Teſtari, Teſtandi libertas.

Vbi dos ex contractu eſt aliis reſtituenda, tunc mulier non poteſt de ea teſtari. p. 192. n. 87. libertas teſtandi non poteſt tolli. p. 297. n. 111. Iudæi de iure ciuili poſſunt teſtari. p. 618. n. 191.

Teſtamentum poteſt pro parte reſcindi, & pro parte non. p. 654. n. 46.

Vide *Beneficium*; *Filiafamilias*, *Filiusfam. Paciſci.*

Teſtator.

Teſtator præſumitur velle quod leges, & conſuetudines habeant locum in ſua diſpoſitione. pagina 626. num. 231.

Vide *Dos congrua*, *Fideicommiſſum.*

Titulus, Titulus oneroſus.

Dos eſt titulus oneroſus reſpectu mariti accipientis, & reſpectu dotis. p. 27. n. 106. 107. Reſpectu mulieris eſt titulus lucratiuus, ſi extraneos carens obligatione dotanti ſimpliciter dotem præſtet. ibid. n. 108.

Tractatus.

Multa tractantur, quæ non concluduntur. p. 376. n. 177.

Dicta, & tractata ante contractum cenſentur repetita in ipſo contractu quando tractata fuerunt concluſa, & ſtabilita, ſecus ſi non fuerunt ſtabilita. ibid. n. 178. Non cenſentur repetita in ipſo contractu celebrato poſt temporis interuallum; & interuallum cenſetur, ſi altera die fuerit contractus celebratus. ibidem n. 178.

Traditio.

Dotis datio, & donatio quando dicantur incipere à traditione rei, non à promiſſione. p. 667. n. 17.

Verba *Offert, donauit, vendidit, dedit, reddidit*, appoſita in contractu dotis, donationis, ac venditionis, non inducunt traditionem rei, niſi res fuiſſet præſens, inducunt vero licentiam ingrediendi poſſeſſionem auctoritate propria. ibid.

Per verba *dedit*, *tradidit*, etiamſi res eſſet præſens, non transfertur dominium, niſi transferri inter partes conuenerit. ibid.

Si in inſtrumento dotali dictum eſt, quod mulier affert in dotem mille aureos futuro marito ſuo, quos de præſenti ei tradidit, probatetur traditio. ibid.

Tranſmiſſibile, Tranſmiſſio, Tranſmittere.

Filia nupta ſine dote ad ſuos hæredes tranſmittit ius petendi dotem. p. 146. n. 106.

Sicut & ius petendi legitimam. ibid.

Ius petendi dotem filiæ competens ea defuncta non tranſire ad eius hæredes aliqui generaliter dixerunt. p. 227. n. 99.

Si filiafamilias, vel emancipata nondum ſibi à patre dote promiſſa, ſeu conſtituta, neque matrimonio contracto decedat, ius ad dictam dotem, quod illi competebat, non tranſit ad illius hæredes. pagina 228. num. 101.

Quando in ſola filia actio dotis profectitiæ iam eſt conſolidata, illique ius plenum quæſitum, quæſitum eſt in dote à patre promiſſa, ſeu conſtituta, defuncta filia ius dotis tranſmittitur ad illius hæredes. ibid. n. 101.

Filia in cuius perſona actio dotis non fuit conſolidata decedente poſt contractum matrim. ius habendi, & petendi dotem promiſſam conſtante matrim. non ſolutam tranſit ad eiuſdem filiæ filios relictos. ibid. n. 102. Ius diminuendi fideicommiſſum propter dotem, quod filiæ competebat, tranſmittitur ad filiæ hæredes. ibid. Differentia inter ius alimentorum, & ius dotis quoad tranſmiſſionem ad hæredes alimentarij, & dotandæ. ibid. n. 104. ius petendi dotem à patre, quod competebat filiæ patre conſentiente, vel inuito nuptæ ſine dote ſibi conſtituta, dotiſve promiſſione per ipſam ſponſo factæ, ea defuncta tranſit ad eius hæredes. ibid. Decedente ante contractum matrim. filiafam. pro qua pater dotem promiſerat, ius dotis non tranſmittitur ad eius hæredes. p. 229. n. 105. Idem etſi pater per iudicis ſententiam iuſſus ſit conſtituere dotem eidem filiæ volenti nubere. n. 106.

Ius filiæ per fideicommiſſum bona reſtituere grauatæ competens ſe dotandi ex illis bonis, ſi decedat antequam matrim. contrahat, an, & qua ratione tranſmittatur ad illius hæredes. ibid. n. 197. Filiafam. nupta decedente ſine filiis, dos non tranſit ad illius hæredes, ſed ad patrem reuertitur. ibid. n. 108. Doctrina generalis, quod ſtante ſtatuto excludente à ſucceſſione paterna fœminas propter maſculos dos data filiæ ſit tranſmiſſibilis ad illius hæredes, non procedit, ſi viuente patre ante contractum matrim. deceſſerit. Hoc enim caſu remanet penes patrem. ibid. n. 110. Item non procedit, ſed dos reuertitur ad patrem, ſi deceſſerit filia viuente eodem patre poſt contractum matrim. non relictis filiis. ibid. n. 115. Item dos data à patre filiæfam. etiam ſtante ſtatuto fœminarum excluſiuo, in caſu mortis viri etiam filiis extantibus reuertitur ad patrem, & non ad filiam. ibid. ſecus ſoluto matr. per obitum filiæ extantibus filiis, penes quos tūc remanet dos ibid. Procedit illa doctrina generalis, vbi dos loco legitimæ ſuccedat. ibid. n. 111. Paragium an tranſmittatur ad filiæ hæredes. p. 251. n. 77.

Suppoſita ſententia quod filiæ per ſtatutum excluſæ à ſucceſſione paterna, & etiam à legitima debeatur dos nō minor legitima, ſi eadem filia à fratre ſit cum minore dote data, poteſt petere ſupplementum vſque ad legitimam, & an ius hoc petendi ſuplementum tranſeat ad eiuſdem filiæ hæredes. p. 534. n. 77. Ius detrahendi dotem ex bonis fideicommiſſi paterni filia defuncta ante dotis conſtitutionem, & detractionem quoad id, quod reſpondet legitimæ, & etiam trebellianicę, ſi ipſa ſit grauata, tranſmittitur ad illius hæredes. p. 626. n. 234. Quoad id, quod pro dote congrua poteſt filia vltra legitimam & Trebellianicam detrahere de bonis fideicommiſſi paterni Ius filiæ non tranſit ad illius hæredes, iuxta multorum ſententiam. p. 627. n. 235. Filia nupta decedens ad filios hæredes, & etiam ad hæredes extraneos tranſmittit ius deducendi ex bonis fideicommiſſi eam bonorum partem, quam ipſa viuens pro ſua dote detrahendi facultatem habeat. ibid. n. 236. & 237.

Filia innupta, & non adhuc nubilis, cui competebat ius deducendi dotem ex bonis fideicommiſſi paterni, defuncta quibus in caſibus ius illud ad eiuſdem filiæ hæredes tranſeat. ibid. n. 238. & quando non tranſmittatur. ibid. n. 239.

Ius filiæ actiuum, ſeu priuilegium deducendi dotem ex fideicommiſſo paterno an ſit perſonale, vel reale. ibidem. n. 235. 237.

Priuilegia perſonalia mulieris tranſeunt ad filios eius hæredes. ibid. n. 236.

Ius competens vxori in bonis fideicommiſſi, quod poſſidet maritus à patre, vel auo paterno grauatus pro recuperanda dote eidem marito tradita ea defuncta tranſmittitur ad hæredes ſuos. p. 628. n. 240.

Vide *Fideicommiſſum*, *Priuilegium in vniuerſum.*

Tranſverſales.

Vide *Fideicommiſſum.*

Turpitudo.

Periurio detecto, poſtquam detectam turpitudinem poteſt

poteſt quis allegare propriam turpitudinem, & venire contra propriam confeſſionem iuratam carentem veritate.p.398.num.83.

V

Vaſſallus.

VAſſalli qua ratione teneantur dare principi vel domino feudi ſubuentionem pro filia naturali, & ſpuria, vel ſorore maritanda, vel monachanda.p.157. n.56.& p.162.n.189.& p.165.n.206.

Vendere, Venditio, Venditor.

Rerum abſentium fit vera, & propria venditio, ex ipſa partium conuentione.p.649.n.21.

Vbi eſt datio in ſolutum, ibi eſt venditio.ibid.n.22.res vendita habita fide de pretio abſque alio pacto non eſt venditori obligata, ſeu hypothecata pro pretij ſolutione, & ideo venditor in eadem re vendita non eſt potior aliis crediroribus emptoris. p. 689. n.84. Si inter emptorem, & venditorem expreſſe conuentum eſt, quod res vendita eſſet venditori obligata, donec integrum pretium eidem ſoluatur, an tunc venditor in re vendita pro ſolutione pretij præferatur cæteris emptoris creditoribus. ibid. n.85.& 86.

Cautelæ, quibus venditor rei habita fide de pretio poteſt ſibi proſpicere vt præferatur.ibid.n.85. Per venditionem, & traditionem rei habita fide de pretio eius dominium cenſetur translatum in emptorem. ibid.n.85.*verſ.cæterum.*

Vide, *Æſtimatio, Dos æſtimata.*

Verba.

Verbum *do, dari*, importat dominij translationem. p.4. n.9. & p. 192. n.105. Accipitur etiam verbum *dari* pro *tradi*, & ſic verificatur etiam quoad vſum, vel vſumfructum. p.4.n.9.

In qualibet materia potius communis vſus loquendi attenditur, quàm verborum proprietas.p.39.n.54.

Verbum *trado* non importat dominij translationem, ſed nudam traditionem.p.294.n.108.

Verbum *promitto* in inſtrumento expreſſum facit præſumere efficacem ſtipulationem. p.299.n.116.

Et frequenter denotat pactum nudum.ibid.

Verbum *Quis* comprehendit tam maſculum quam fœminam. p.641.n.285.

Vide *Traditio.*

Verba enunciatiua.

Per verba enunciatiua quis obligatur fauore dotis. p.348.n.52.

Per verba enunciatiua ex ſpeciali eius fauore dos probatur iuxta communem ſententiam, licet aliqui ſecus ſentiant. p. 374. n. 164. 165.& etiamſi verba eſſent prolata parte abſente; & an idem ſi prolata eſſent ab eo, qui non tenebatur dotem dare mulieri. p.374.n.166.

Plenè probant dotem tametſi inter alias perſonas, & propter aliud, & coram tertio prolata. ibid. n. 167.

Quamuis tantum ſemiplenè probare ſentiant alij. ibidem.

Verba enunciatiua an probent dotem, quando diſputatur de actus ſuſtantia, nempe de ipſo enunciato.p.375.n.168.

Et an ſolum quando agitur de fauore mulieris. p. 375. num.170.

Et an ſolum quoad probandam dotis promiſſionem, non quoad dotis ſolutionem.ibid.n.171.

Verba enunciatiua percipiuntur, & ex abſurdo prolata non probant.ibid.n.172.

Antefatum, ſeu dotis augmentum, quod à marito ſocero datur, probatur per verba enunciátiua, ſicut ipſa dos.ibidem num.183.

Vidua.

Vide *Exhæredatio.*

Vltima voluntas.

Vide *Confeſſio mariti de dote recepta.*

Vniuerſale

Ex legato rei vniuerſalis, & contractu de aliquo vniuerſo oritur ius particulare.p.9.n.42.

Vniuerſitas.

Triplex eſt vniuerſitas, iuris, facti & mixta. pagina 6. num.16.

Votum.

Voti realis obligatio tranſit in hæredem. pagina 208. num.11.

Vſura.

Vſura eſt prohibita omni iure. p.732.n.42.

Vnica promiſſio vſurarum, ſeu intereſſe, vel alimentorum quoad inducendam obligationem an operetur idem, quod plures annuæ præſtationes, & per longa tempora.p.375.n.174.

Vide *Dotis promiſſa probatio.*

Vſura dotis.

Dotis in re immobili, vel in pecunia ſimpliciter à quocumque promiſſæ non ſolutæ fructus, vel vſuræ à promiſſore dotis moroſo marito debentur abſque alia interpellatione.p.727.n.28.

Et ſtatim ac maritus incipit onera matrimonij ſuſtinere.ibid.& ſeq.n.29.& 30.

Vbi quomodo dotis debitor conſtituatur in mora irregulari, vſuræ dotis non ſolutæ debentur marito onera ſuſtinenti, etiamſi non interſit ratione lucri ceſſantis, vel damni emergentis. p.728.n.30.*verſ.ex quibus.* Poteſt maritus agere ad id quod intereſt, etiamſi excedat onera matrimonij.ibid.n.3.fine.

Data per maritum dilatione ad ſoluendam dotem, vſuræ, & intereſſe non debentur ſolum à die finitæ dilationis. p.729.n.32.

Dote ſub incerta quantitate promiſſa, & quantitatis declaratione remiſſa arbitrio tertij ante declarationem marito onera ſuſtinenti debentur vſuræ, & ſimiliter ſi tertio ſit remiſſa tantum termini ad ſoluendam dotem declaratio. ibid. n.33.& 34.

Si res dentur in dotem pro ea æſtimatione, quam tertius fuerit arbitratus, marito ſuſtinenti onera matrimonij debentur vſuræ intermedij temporis.p.730. n.36.

Dote promiſſa in rebus mobilibus frugiferis an, & quando retardata ſolutione vſuræ marito debeantur. p.730. n.37. ad 40.

Maritus an & quando faciat ſuos fructus pignoris ſibi dati à promiſſore, ſeu debitore dotis, donec illa ſoluatur.p.73.& ſeq.n.43.44.45.46.& 48.

Videatur ſummarium poſitum ante dictum. ibid. ex n.45.

Dotis proprium eſt, vt dum promittitur marito, cenſeatur promiſſa vnà cum fructibus, qui oneribus matrimonij deſeruire debent.p.733.n.44.

Pactum de danda annuatim certa pecunia marito donec ei dos promiſſa ſoluatur, an valeat, & quid ſi maritus conceſſerit dilationem ad certum tempus ad dotem ſoluendam, & quanta debeat eſſe illa annalis præſtatio. p.735.n.49. ad 54.

Nonnulla alia circa lucrum fructuum pignoris dotalis. p.737.n.55.ad 58.

Maritus à petitione dotis non repellitur oblatione vſurarum. p.737.n.57.

Vſuræ dotis promiſſæ, dum non ſoluitur, marito ſuſtinenti onera matrimonij debentur omni iure, & etiam iure actionis.p.738.n.59.& 61.

Et

Et poſſunt peti in diuerſo iudicio à iudicio dotis. ibid. n. 60. Non debentur ſi debitor dotis ſit creditor æqualis quantitatis.ibid.n.61.Nonnulli caſus,in quibus abſque labe vſuræ maritus non poſſet lucrari fructus pignoris dotalis, vel dotis intereſſe. pagina 739. numero 62. ad 64. Maritus an poſſit vendere & cedere ius percipiendi fructus pignoris dotalis, & vſuras dotis non ſolutæ. ibid. n.65. ad 69. vſuras dotis non ſolutæ quando à marito vel eius hærede non poſſint peti, & cenſeantur remiſſæ. p.741.n.70.ad 75.

Maritus defuncta vxore quando petere poſſit intra annum luctus vſuras dotis non ſolutæ. p.743.n.79.80. 81. Succeſſores poſt ſolutum matrim. in dote promiſſa an poſſint petere vſuras. p.744. n. 82. & quid de hæredibus mariti alentibus vxorem. ibid. n.83. & 84.vxori defuncto viro an & quando fructus pignoris dotalis, vel vſuræ dotis non ſolutæ ab illius promiſſore, vel ab hæredibus mariti debeantur, & etiam debeantur poſt annum luctus,ſi hæredes mariti fuerunt in mora reſtituendi dotem, & de alimentis viduæ ab hæredibus mariti. p. 744. latè à n.84.ad 103.

Prædicta notabilia magis explicata, & plura alia videantur in ſummario poſito ante cap.20.

Vide etiam *Dotis promiſſa probatio*, *Fructus dotis*, *Interuſurium dotis.*

Vſusfructus, Vſufructuarius, Vſus.

Vſusfructus duplex, cauſalis, formalis, & vterque explicatur.p.57.& ſeq.n.19.& 25.

Differentia inter vſumfructum, & vſum. ibid.

Vſusfructus cum perſona vſufructuarij extinguitur. p. 574. n. 21. Vſusfructus ſi concedatur alicui pro ſe, & pro ſuo hærede, vel ex conſenſu domini, transfertur in alium, non eſt idem vſusfructus, ſed nouus conſtituitur in alia perſona, ad quam tranſit.ibid.n.22.Si teſtator legauerit alicui, & eius hæredibus vſumfructum, legatum extenditur tantum ad primum hæredem. ibid. n.23. vſusfructus legatus Eccleſiæ, vel monaſterio, aut ciuitati, quanto tempore duret.ibid.n.24.

De duratione vſusfructus, quando ſunt plures vſufructuarij,an vno illorum perdente,redeat vſus ad proprietarium, vel alteri fructuario accreſcat.ibid.n.25. Quando non in totum periit vſusfructus,an recedat ad dominium proprietaris. ibid. Vſusfructus quoad ius ipſum vtendi, & fruendi an à fructuario abſque domini proprietatis conſenſu poſſit alienari venditione, donatione, aut alio quouis contractu. Affir. p. 575. n. 26. Negatiua communis & verior. ibid. & ſeq. n. 27. 28. 29. Commoditas vſusfructus poteſt vita fructuarij durante alienari abſque domini conſenſu, ibid. n. 28. Et ſic fructuarius abſque conſenſu domini directi poteſt locare etiam ad longum tempus commoditatem vſusfructus, ſeu vſumfructum quoad facultatem percipiendi fructus, non tamen pignoris dari vſusfructus. pagina 576. numero 29. Leges dicentes vſumfructum à fructuario poſſe alienari, vendi, donari pignori, dari intelliguntur non de iure vſusfructus,ſed de illius commoditate. ibid. Et ſimiliter ſi fructuarius dicat ſe vendere, donare vſumfructum, intelligitur de ſola commoditate, niſi conſtet voluiſſe alienare vſumfructum quoad ius fruendi. ibid. Differentia inter vſumfructum, & illius commoditatem.ibid.n.30.Quandonam vſusfructus à proprietario alteri venditus, & commoditas vſusfructus à fructuario in alium tranſlata extinguantur. ibid. Vſusfructus à fructuario venditus morte vendentis extinguitur, & conſequenter etiam commoditas in emptorem tranſlata, non extinguitur verò morte ipſius emptoris,ad eiuſque hæredes tranſit & manet, dum venditor viuit. p. 577.n. 31. Vſusfructus à fructuario locatus quoad dictam commoditatem extinguitur morte locantis, & ſic etiam locatio, ſed ſi moritur conductor, locatio tranſit ad eius hæredem. ibid. Vſusfructus à Domino proprietatis venditus non extinguitur morte venderis, ſed emptoris. ibid. Item ſi proprietarius alteri cedat vſumfructum proprium,ſeu ipſum ius vtendi fruendi, morte cōductoris extinguitur locatio. ibid.

Non inconuenit apud vnum eſſe ius vſusfructus, & apud alium cōmoditatem percipiendi fructus. ibid. n. 31. Quando à patre proprietario in dotem marito datur vſusfructus, intelligitur datum ius vſusfructus, & non ſola commoditas. ibid. n. 32. 33. Item quando mulier habet vſumfructum fundi cuius maritus eſt dominus illorum, dat marito in dotem. ibid. n. 34. Si ſimplex vſufructuarius ius de conſenſu proprietarij dat in dotem vſumfructum in maritum, tranſit ipſum ius vſusfructus, & non ſola commoditas.ibid.n.35.Si ſine conſenſu domini dat in dotem intelligitur datus vſusfructus ſolum quoad commoditatem fructuum. p. 578. n.36.

Vxor ex cauſa dotis in maritum, & maritus ex cauſa donationis propter nuptias non poteſt transferre vſumfructum proprium, ſeu ius vſusfructus. ibid. ſi nudæ proprietati datæ in dotem acceſſerit vſusfructus, acceſſiu eſt, non noua dos, ſed dotis augmentum.ibid.n.37. Cum nuda proprietas ſine vſufructu datur, & accipitur in dotem, illius fructus, ſeu vtilitas in quo conſiſtat. ibid.n.37. Quando mulier ſolum vſufructuaria fundi, cuius dominus eſt maritus, dedit in dotem vſumfructum pro reſtitutione facto diuortio debet maritus mulieri conſtituere nouum vſumfructum, & ea mortua eius hæredi nihil debebitur: ſi maritus tamen fuerit in mora reſtituendi vſumfructum vxori, eius hæredi debet reſtituere emolumentum, quod ipſa eſſet habitura. p.578. n. 39. ſi maritus antequam veniret dies reſtitutionis dotis alienauit proprietatem,debet reſtituere commoditatem vſusfructus mulieri, quæ ea mortua ad eius hæredem tranſit duratura dum maritus viuit.ibid.n.40.Quando maritus accepit in dotem vſumfructum proprietatis,cuius vxor erat,& eſt domina,facto diuortio debet ei cedere, ſeu reſtituere vſumfructum, & ea mortua eius hæredi. p. 579. n. 41. & ſi maritus vſufructu non vſus fuerit longo tempore ex ſua culpa, tunc etiam conſtante matrimonio, & non facto diuortio ad mulierem reuertetur, & cum proprietate conſolidabitur. ibid.

Si manente matrimonio mulier alienauerit proprietatem, facto diuortio, ei maritus & eius hæredi cedere debet commoditatem vſusfructus. Ibidem num.42.

Et ſi non vtendo amiſerit eumdem vſumfructum, debet reſtituere æſtimationem. ibidem. Si non amiſit per non vſum, etſi non amittit per mortem vxoris, tenetur tamen commoditatem percipiendi fructus reſtituere duraturam dum ipſe viuit. ibidem.

Hoc etiam caſu pro dotis reſtitutione mulier poterit domino proprietatis vendere vſumfructum ipſo volente emere, & ſic habebit pretium vſusfructus, quod ad eius hæredes tranſibit.ibid. n. 42.

Si nudam proprietatem ſibi donatam mulier dedit in dotem, & donator pro ea dedit in dotem etiam vſumfructum, & ante diuortium mulier vendidit ſolam proprietatem, illi, & eius hæredi reſtituet commoditatem vſusfructus, vel eius æſtimationem. Ibidem num.43.

Si vendidit pretio æquiualenti proprietati & vſufructui ſimul, cenſebitur dotem recepiſſe.ibid.

Index Rerum Notabilium.

Maritus, cui mulier dedit in dotem vſumfructum proprietatis, cuius neque maritus, neque ipſa habebat dominium, poſt diuortium tenetur reſtituere, ſeu cedere vxori commoditatem vſusfructus, vel eius æſtimationem, & ea mortua eius hæredi. ibid. numer. 44.

Idem ſi extraneus vſufructuarius fundi alieni vſumfructum in dotem marito dediſſet pro muliere. ibid. n. 45.

Si extraneus ſuper proprio fundo conſtituit vſumfructum ex cauſa dotis pro muliere, facto diuortio maritus non poteſt transferre in mulierem vſumfructum, ſed tantum cedere vxori commoditatem, & ea mortua pati, vt eandem commoditatem habeat mulieris hæres, dum ipſe maritus viuit. ibid. numero 46.

Hoc etiam caſu de conſenſu Domini poterit maritus vxori reſtituere ipſum vſumfructum, ibidem numer. 47.

Poterit quoque mulier vendere Domino proprietatis vſumfructum, & ſic accipere pretium, quod ad eius hæredem tranſibit. p. 580. n. 48. eodem caſu poterit maritus locare vſumfructum vxori. ibid. n. 49.

Poterit etiam vendere vxori vno nummo, & ſic ob vilitatem pretij cenſebitur mulieri reſtitutus vſusfructus quoad vtilitatem. ibid. n. 50.

Vſusfructus commoditas ex ſui natura tranſit ad hæredem illius, cui à fructuario eſt conceſſa. p. 578. & 579. n. 40. 42.

Vſufructuarius facit integrè ſuos fructus à ſolo ſeparatos vltimi anni, eoſque ſuis hæredibus relinquit. p. 755. n. 119.

Vtile, Vtilitas.

Maior vtilitas publica præfertur minori. pag. 611. numer. 166.

Vxor.

Vxor ſpecialiter *auth. ſi qua mulier, C. ad Velle.* prohibetur ſe obligare pro marito, & ſi ſe obligat, obligatio eſt nulla ipſo iure. p. 363. n. 104. Ratio prohibitionis, ibid. Ad quos caſus ſe extendat diſpoſitio *d. auth.* ibid. Procedit in vxore ſe obligante etiam pro patre, fratre, vel filio mariti. ibid. & p. 364. n. 107. & 108.

Et quid ſi obligatio confirmetur iuramento. p. 363. n. 104.

An poſſit vxor intercedere, & efficaciter ſe obligare pro marito in cauſam dotis filiæ communis. Negatiua. ibid. n. 107. Affirmatiua magis recepta. p. 364. n. 108.

Si pater, & mater ſimul promittant dotem pro communi filia, an ſolus pater vt principalis obligetur & mulier acceſſoriè, an ambo pro medietate, an ambo in ſolidum. ibid. & ſeq. n. 109. & 110.

Eo caſu mater nomine fideiuſſionis poteſt cogi ſoluere de ſuo, ſed repetit à marito, vel eius hærede. p. 365. n. 110. contra vxorē, quæ ſimul cum marito ſe obligauit pro dote communis filiæ, an in bonis dotalibus, ſi non habet paraphernalia, poſſit fieri executio iure communi attento. ibid. & ſeq. n. 113. & 114.

Et quid iure Hiſpano *l. Tauri* 53. p. 366. n. 115.

Vide *Confeſſio mariti de dote recepta; Donatio inter virum, & vxorem: Fideicommiſſum, Interuſurium, Mulier, Priuilegium, vt quis non conueniatur, Promiſſio dotis.*

FINIS.